14. ſpíritus ſanctus docé bit vos, alleluia, quæcúnq; dixero vobis, alleluia, alleluia.

Deſto, quæſumus, Dómine, pópulo tuo, & quē myſtérijs cæléſtibus imbuíſti, ab hóſtium furóre defende. Per Dñm.

FERIA TERTIA

4.

Accipite iucunditâtem glóriæ veſtræ, alleluia: grátias agéntes Deo, alleluia: qui vos ad cæléſtia regna vocâuit, alleluia, alleluia, alleluia.

Pſal. 77. Atténdite pópule meus legem meam: inclinâte aurem veſtram in verba oris mei. Glória patri, & fílio.

Adſit nobis, quæſum⁹, Dñe, virtus ſpíritus ſancti: quæ & corda noſtra clemēter expúrget, & ab ómnib⁹ tueâtur aduérſis. Per Dñm. In vnitâte eiúſdē.

Léctio áctuum Apoſtolórum.

Cap. 8. In diébus illis: Cùm audíſſent Apóſtoli, qui erant Hieroſólymis, quia recepíſſet Samária verbum Dei: miſérunt ad eos Petrū & Ioánnem. Qui cùm veníſſent, orauérunt pro ipſis, vt accíperent ſpíritum ſanctum. Nondū enim in quenquam illórū vénerat, ſed baptizáti tantùm erant in nomine Dómini Ieſu. Tunc imponebāt manus ſuper illos, & accipiébant ſpíritum ſanctum.

Ioel 24. Alleluia, alleluia. Spíritus ſanctus docébit vos quæcúnque díxero vobis. Alleluia. Veni ſancte Spíritus, reple tuórum corda fidélium: & tui amóris in eis ignem accénde.

Veni ſancte Spíritus.

xxxiij. Alleluia.

Sequént. S. euang. ſñm Ioánnē.

Cap. 10. In illo témpore: Dixit Ieſus Phariſæis. Amen amē dico vobis: qui non intrat per óſtium in ouíle óuiū, ſed aſcéndit aliúnde: ille fur eſt & latro. Qui autem intrat per óſtium: paſtor eſt óuiū. Huic oſtiárius áperit, & oues vocē eius áudiunt: & próprias oues vocat nominâtim, & edúcit eas. Et cùm próprias oues emíſerit, ante eas vadit: & oues illum ſequúntur, quia ſciunt vocem eius. Aliēnum autem non ſequūtur, ſed fúgiunt ab eo: quia non nouérunt vocem alienórum. Hoc prouérbium dixit eis Ieſus. Illi autē non cognouérunt, quid loquerétur eis. Dixit ergo eis íterum Ieſus. Amen, amen dico vobis, quia ego ſum óſtium óuiū. Omnes quotquot venerunt, fures ſunt & latrônes: ſed nō audiérunt eos oues. Ego ſum óſtium. Per me ſi quis introíerit, ſaluábitur: & ingrediētur, & egrediētur, & páſcua inuéniet. Fur non venit, niſi vt furētur, & mactet, & perdat. Ego veni vt vitam hábeant, & abundántius hábeant. Credo.

Pſal. 77. Offertorium. Portas cæli apéruit Dóminus: & pluit illis manna, vt éderēt: panem cæli dedit eis: panem angelórum manducâuit homo, alleluia.



infirmos várijs lāguórib⁹, ducébant illos ad Ieſum. At ille ſingulis manus impónēs, curâbat eos. Exibāt autē dæmónia à multis, clamántia & dicéntia: quia tu es filius Dei. Et increpans, non ſinēbat ea loqui, quia ſciébant ipſum eſſe Chriſtum. Facta autem die, egréſſus ibat in deſértū locum: & turbæ requirébant eum, & venerunt vſque ad ipſum: & detinébant illum, ne diſcéderet ab eis. Quibus ille ait. Quia & álijs ciuitátibus opórtet me euangelizâre regnum Dei: quia ídeo miſſus ſum. Et erat prædicans in ſynagógis Galilææ. Credo.

Pſal. 5. Offertorium. Dómine Deus ſalútis meæ, in die clamâui, & nocte coram te: intret orátio mea in conſpéctu tuo Dómine, alleluia. Secreta.

Ut accépta tibi ſint, Dómine, noſtra ieiúnia: præſta nobis, quæſum⁹, huius múnere ſacraménti, purificâtum tibi pectus offérre. Per Dóminum noſtrum.

Secreta vel Oblâtis quæſumus, ut ſupra. Communio. Spíritus, vbi vult, ſpirat: & vocem eius audis, alleluia, alleluia, ſed neſcis, vnde véniat, aut quò vadat, alleluia, alleluia, alleluia.

Poſtcommunio.

Ræbeant nobis, Dómine, diuína tua ſancta feruórē, quo eórum páriter & actu delectémur, & guſtu. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Poſtcommunio. vel Hæc nos quæſumus. vel Quæſumus Dñe.



# IN FESTO SANctæ Trinitatis.



Introitus 8.

Benedicta ſit ſancta Trinitas, atque indiuíſa vnitas, confitébimur ei, quia fecit nobiſcum miſericórdiam ſuam.

Pſalm. Dómine Dóminus noſter, quàm admirábile eſt nómen tuum in vniuerſa terra. Glória patri.

Oratio.

Omnípotens ſempitérne Deus, qui dediſti fámulis tuis in confeſsióne veræ fidei, ætérnæ Trinitátis glóriam agnóſcere, & in poténtia maieſtâtis adoráre vnitâtem: quæſumus vt eiúſdem fidei firmitâte ab ómnibus ſemper muniâmur aduérſis. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat, in vnitâte ſpíritus ſancti Deus.

Deinde fit commemorátio de Dominica prima poſt Pentecoſt. Oratio Deus in te ſperántium. vt in libro habetur in eius Miſſa.

del Collegio de la Compª de Jhs de Granada
R. 3591
Sala A
Estante 5
Tabla
Número 355

# SERMONES
## Quadrageſimales,

EXIMII AC PRAESTANTIS·
SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESSORIS,
NEC NON ET DIVINAE SCRIPTVRAE
Diligentiſſimi ſcrutatoris,

*IOANNIS RAVLIN*
*Ordinis Cluniacenſis,*

OMNI VIGILANTIA EXCVSSI
ATQVE EMENDATI.

*Cum ſuo ualde perutili & copioſo Indice ſententiarum, quæ paſſim in hoc opere tractantur.*

VENETIIS,
*Ex Officina Ioannis Baptiſtæ Somaſchi.*
MDLXXV.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

# TABVLA IN SERMONES QVADRAGESIMALES VENERANDI PATRIS

*Magiſtri Ioannis Raulin,*

SECVNDVM ORDINEM ALPHABETI DIGESTA.

Vt primo intuitu materiæ in eis contentæ legenti facilius occurrant. nouiter quidem correcta multis adiectis annotatiunculis quę prius defuerant,


Abiicere.

De multis modis abiiciendi.ſerm.60.L. parte prima.

Abſcondere.

Quòd Deus nunc propter ſymoniam ſe abſcondit ab eccleſia.ſerm 106 H. par.2

Quòd tripliciter debet abſcondi uita noſtra.ſer.149 E. parte ſecunda

Abſtinentia

Quòd ſcti uiri ſponte abſtinent a delectationibus huius ſeculi.ſer.19 k. par. 1

Accedere

Quō Chriſtiani debent ad Chriſtū accedere.ſerm.134 C. parte ſecunda

Acceptabile

Quòd tempus quadrageſimale dicitur acceptabile dupliciter.ſer.19 E par.1

Accidia uel accidioſus

Quòd accidioſus eſt ſicut oſtium in cardine ſer.85 D parte prima

Quòd mali hic tempus habent ad ociandū. ſerm.113 C. parte 2

Adiutorium uel auxilium

Quòd debet ſe iuuare qui quęrit a Deo adiutorium.ſer.33 O parte prima

Quòd Deus tripliciter adiuuat peccatores. ſerm 34 H. parte prima

Quòd malum non deletur niſi dei adiutorio.ſermo.57 A parte prima

Adoleſcentia vel adoleſcens

De tribus quæ cōiter ſequuntur adoleſcentiam.ſermo.60 M. parte prima

Quòd uitiata adoleſcentia non niſi tribus, vel altero illorū corrigitur.ſer.60 N par.1

Quid requiritur ad dirigendū adoleſcentiā gratia informatam.ſer.60 O. par. 1

Quòd adoleſcens ex natura ſua pronus eſt ad malum.ſerm.77 A parte prima

Quòd adoleſcens facilis eſt impreſſionis.ſermo.77 B. parte prima

Quòd adoleſcens quod imprimit multū retinet.ſer.77 C. parte prima

Quòd ſine ſpeciali Dei adiutorio adoleſcēs non corrigit uiam ſuā ſer.77 D. par. 1

Quòd adoleſcens corripitur flagello paterno.ſer.77 F. parte prima

Quòd in adoleſcente requiritur iocunditas cordis & ſerenitas mentis.ſer.77 H.par.1

Quòd in adoleſcente requiritur deuotio.ibidem I.

Aduerſitas

Quòd aduerſitas eſt ventus aquilo.ſerm.18 E parte prima

Adulator uel adulatio

Quòd adulator magis cauendus eſt quàm corrector.ſer.32 B. parte prima

Quòd tria maxime perſuadent.ſed tertium ſolum prodeſt adulatoribus.ſer.34 B.parte prima

Quomodo adulatores tenentur reſtituere. ſermo.73 M.

Quòd ueritas perdit tēporalia quæ adulatio ueritati contraria recuperat.ſermo. 128 M. parte ſecunda

Adulterium

Quid debet facere mulier quæ ſuppoſuit heredem de adulterio uiro ſuo.ſer.73 F.parte prima

Quam ob cām adultera mulier debet a viro ſuo recipi.ſermo.[illegible] H parte 1

Aduocare

Differēter a cæteris xps pro nobis aduocauit.ſer 43 D par 2

Ager figuli

Quid ſit ager figuli precio ſanguinis Chriſti emptus.ſer.144 & R. par 2

Agonia
De triplici agonia Chriſti in orto. ſer. 142. M. parte ſecunda
Qũo potuit in xp̃o eſſe agonia. ſer. 146 N. par.2.
Alapiſatio Chriſti.
Ex alapiſatione Chriſti multa nobis documenta miniſtrantur. ſer. 144 E E. par. 2.
Item ſer. 146 DD. parte ſecunda
Alea
Res ludo alearum acquiſita ſi debeat reſtitui. ſermo. 74 E parte prima
Alleluya
Cur hoc nomen hæbreum alleluya cum latinis verbis miſcetur. ſer. 167 B par. 2.
Quòd alleluya eſt propriũ canticũ ſpirituũ beatorum. ibidem C
Qui ſunt qui poſſunt cãtare cãticũ alleluya ibid. D.
Ambitio
De duplici ambitione exteriori & interiori. ſer. 47 H parte prima
Ambulare
Vtrum ſemper ambulare debeamus de bono in melius. ſer. 39 E. par. 1.
Quo pede ambulandũ eſt cum Chriſto. ſer. 61 D. parte prima
Quòd cum modeſtia ambulet peregrinus ſer. 157 E. par 2.
Amen.
Quare cõfirmauit dñs ſuã promiſſionẽ latroni factã p iſtud iuramẽtũ amẽ. ſer. 143 M. par. 2.
Amicitia
Quòd pauci in amicitia perdurant. ſer. 97 H. parte prima
De duplici amicitia facti. ſ. & intentionis. ſermo. 142 G G. parte ſecunda
Quòd non ſit vera amicitia inter diuites & potentes. ſer. 142. k parte. 2.
Amor
Quòd ex quattuor perpenditur amor xp̃i ſermo. 61 C. parte prima
Quomodo Chriſtus dilexit nos. ſer. 62 B. parte prima
quadruplex rõ quare Chriſtus dilexit nos ſer. 62 C. parte prima
quòd inter ſanctos viros eſt amor ferventior. ſer. 102 C. parte prima
Quomodo amor dñi Ieſu fecit eum fideiuſſorem pro peccatoribus. ſer. 137 A. parte ſecunda
quomodo Chriſtus dilexit ſuos in finem. ſermo 139 C. parte ſecunda
quinque ſigna magnæ dilectionis Chriſti. ſer. 140 D parte 2
quid debet nos mouere ad amandum Deũ. ſermo. 142 D D. parte ſecunda
Amor non debet emori mortuo benefactore. ſermo. 147 H H. parte ſecunda
Ancilla
De ancilla bona & mala. ſer. 89 A. par. 1
De quadruplici ancilla. ſer. 89 K. par. 1.
quid ſignificent duæ ancillæ quæ fuerunt cã negationis Petri. ſer. 146 E. par. 2
Angaria
qui ſunt illi qui crucẽ dñi portant in angaria. ſer. 147 cc. par. 2
Angelus
quòd primus angelus malus dupliciter inhonorauit deum. ſer. 107 L. par. 2.
Propter quid angelus malus cecidit. ſermo. 111 A. parte ſecunda
Anima
quantum deus appreciatus eſt animas noſtras. ſermo. 106 A. par. 2.
Apertura lateris
Apertio lateris Chriſti multa ſignificat. ſermo. 145 S. parte ſecunda
Appropinquare
quomodo deus appropinquat nobis cũ ſit in nobis. ſer. 124 B parte 2
qui appropinquat Deo, deus appropinquat ei. ſerm. 155 B. par. 2.
Aqua
quòd aqua inferiores, id eſt uoluptates carnales reſtringendæ ſunt aquę uero ſuperiores, id eſt ſpirituales dilatandæ. ſermo. 68 O. par. 1.
De duplici aqua. ſ. ſapientiæ ſecularis & ſalutaris. ſerm. 82 A
Item ſermo. 83 A parte prima
qũo ſitienti xp̃o. & petenti aquã prę lati non dant bibere. ſer. 83 C. par. 1.
quattuor proprietates inueniuntur in aqua gratiæ. ſer. 83 F parte prima
quòd aqua gratiæ extinguit oẽm ſitim. ſer. 83 G. parte prima
quòd aquam ſalſam dat mũdus bonũ & dulcem dat deus. ſer. 84 A parte prima.
De duplici aqua. ſ. terreſtri & infernali. ſer. 84 B par. 1.
Aquila
qũo exemplo aquilę debemus ſurſum & deorſum uolare. ſer. 87 I. par. 1
Aquilo
De duplicibus lateribus aquilonis. ſer. 87 M. parte prima
Aranea
qũo aĩa noſtra tabeſcit ſicut aranea. ſer. 54. N. parte prima

quòd



quòd peccator ſimilis eſt araneæ. ſer. 70 B. parte prima
Quòd auarus cõparatur araneæ. ſer. 83 M. par. 1
Arma
quòd arma dyaboli ſunt praui hoĩes. ſerm. 64 H. parte prima
An clerici debeãt arma portare. ſer. 146 T. par. 2
Arũdo aurea
qũo ſcriptura ſacra eſt arũdo aurea. ſermo. 142. I. par. 2.
Aſinus Aſina
De conditionibus aſini ad deſignandũ populum. ſer. 122 F. par. 2
quòd iudea non erat niſi aſinaria. ſer. 124 E. parte ſecunda
quare non adoratur aſinus ſicut crux. ibid. I
quòd peccator per aſinum ſignificatur. ſer. 125 D. par. 2
quòd magna fuit aſinæ inuentio a domino Ieſu. ſer. 126 A. parte ſecunda
quòd per aſinã & pullũ intelliguntur populos iudaicus & gentilis. ibidem B.
quòd Chriſtus ſuper aſinam ſedere debuit. ibidem C.
quomodo aſina & pullus eius humilitatem & humiliationem deſignant. ſermo. 127 D. par. 2.
quòd mundani libenter ducunt aſinam, id eſt plebem in domum maxillarum. ſerm. 128 D. parte ſecunda
Aſcendere
quod aſcendere ad honorem eſt aſcendere ad precipitium. ſer. 49 G par. 1.
Cum uia aſcendendi ad honores ſit difficilis & uia humilitatis facilis, quare tanta multitudo incedit per uiam honoris ſer. 49 H. parte prima
Aſpergere
quattuor cauſæ quare eccleſia aſpergit cinere capita. ſer. 1 F. par. 1.
Aſſumere
quare Chriſtus aſſumpſit tres diſcipulos & alios reliquit. ſer. 145 F. par. 2
Aſtrologia
quòd aſtrologia & magia ſunt confines ſermo. 81 F. par. 1
Auaricia Auarus
quomodo auari & cupidi incidunt in uarias tentationes. ſer. 6 K. par. 1
Vtrum auaritia ſit ſemper peccatum mortale. ſermo 51 D. par. 1
quòd auariciam voluit apoſtolus ab orto eccleſiæ eradicari. ſer. 61 A. par. 1
quòd propter ſeptem rationes auaricia non debet nominari in nobis. ibidem B
quòd auarus non habet partem in regno Chriſti ibidem E. par. eadem
quòd auaricia eſt idolorum ſeruitus. ibi. H. & ſermo. 62 E. parte eadem
quòd auari diffidunt de Deo. ſerm. 61 I. parte prima
quòd auari ambulant in tenebris. ibi. K.
quòd auarus perdit fructum ſuorum bonorum, operum. ibidem L.
quòd auaricia eſt lepra quædam. ſermo. 68 H. parte prima
Auis
quòd exemplo auium uix poſſunt aliqui domeſticari. & venire ad Chriſtum. ſer. 129. H. parte ſecunda
Aurum
quòd peregrinus debet portare aurum conſutum in diploide ſua ſermone. 158 k. parte ſecunda
Baculus
Ad quid baculus peregrino neceſſarius eſt. ſermo. 158 C. par. 2
Baiulare crucem
quòd Chriſtus ſibi & nobis crucẽ baiulauit. ſermo. 142 bb. par. 2
Baptiſmus
quare baptiſantur paruuli extra vſum rationis. ſer. 34 G. parte prima
quomodo aqua piſcine habebat virtutem ſanandi omnem languorem. ſermo. 36 F. parte prima
quòd aquis baptiſmi regeneramur. ſerm. 68 A. parte prima
Vtrum iudæus qui pupugit ſacram hoſtiam conuolans ad baptiſmum remanere debuit impunitus. ſer. 141 C. par. 2
Barrabas
Quid barrabas nobilis & ſeditioſus ſignificet ſermo. 142 p. par. 2
Bellum
Quòd mali aduerſus bonos bella mouent & quis ſit exitus. ſermone. 50 I. parte prima
De duplicibus bellatoribus uel pugnatoribus. ſer. 165 C. par. 2
Benedictio
Ad quid ualet benedictio patris in filios. ſermo. 77. R. par. 1.
Quòd benedictione ſpũali ditantur qui patrem honorant. ibidem S.
Qui honorant parentes benedicũtur æterna benedictione. ibidem T.

Beni.

Benignitas

Quomodo apparuit benignitas Dei. ſerm. 40.A.par.1

Blaſphemia.

De duplici ſpecie blaſphemiæ. ſermone. 115.H.par.2

Quandoq; blaſphemia eſt peccatum mortale & quandoque non.ibidem.I

Quòd deteſtabilis ſit blaſphemia.ibidem.K

Bonum

Quomodo triplicibus bonis fortunę & gratiæ nobis à Deo datis debemus uti ſerm. 24.M.par.1

Quid eſt bonum hominis.ſer.56.D.par.1

Cadere Caſus

Quòd malus ſit caſus in pctm̃.ſer.39.F. p.1

Quõ lapis cadit ſuper aliquem & aliquis ſuper lapipem.ſer.57.I.par.1

Quòd boni cadẽtes a bonitate ſua ſæpe ſunt deteriores malis.ſer 110 F.par.2

Periculoſius eſt cadere uel peccare coram impio q̃ coram iuſto.ſer.142.T.par.2

Quæ fuit occaſio caſus quærentium Chriſtum ad mortem in orto.ibidem. V

De differentia inter caſum iuſtorum & malorum.ſer.146 R.par.2

Quomo aliquando perfecti uiri turpiſſime cadunt.ſer.161.D.par.2

Calciamentum.

De duplici calciamento.ſer. 60.V. par.1

De calciamentis peregrino debitis & de ꝓhibitis.ſer.158.I.par.2

Calix

Quomodo differunt bibere calicem & bibere de calice.ſer.50.A.par.1

De quadruplici calice.ibidem.B

De calice aureo Babilonis.ibidem.E

Caluaria

Quid myſtice ſignet caluaria.ſermone.144 f.parte ſecunda

Canis

Quòd gentiles olim canes dicebantur,nunc uero iudæi.ſer.33.Q. par.1

De quattuor generibus canum.ſermone.34 I. parte prima

De tribus officiis canum. ibidem. K. Item. ſer.53.M.par.1

Quod canes dicuntur adulatores. ſer. 78.I parte prima

Cantare

Quòd Abraham ſimul cantauit miſericordiã & iudiciũ.ſer.150.B.parte.1

Capellus

De capello peregrini pluribus exeniis garnito.ſer.158.H par.2

Capilius

Quòd per capillos diuitiæ ſignificãtur.ſer. 116.F.par 2

Carbo

Quòd multipliciter accipitur carbo.ſermo. 142.KK.par.2

Caro

Quare tentatio carnis dicitur uentus occidentalis.ſer.18.D.par.1

Quare a tentatione carnis cepit dyabolus tentare Chriſtum.ſer 22.D.par.1

Quomodo caro nobiſcum pugnat duabus manibus ſer.23.F.par.1

quòd propter hoc fugienda ſunt conſortia mulierum cũ occaſionibus.ſer.23. G p.1

quomodo ſenſualitas eſt ancilla rationis. ſer.27.A.par.1

Quare caro aduerſatur ſpiritui.ibidem.B.

quid, allegat ſpiritus contra carnem ibidem.C.

quid caro contra ſpiritum.ibidem.D

quòd non timeat ſpiritus litigare cõtra carnem ibidem.E

Propter quattuor reprimenda eſt caro.ibidem.F

quòd caro debet eſſe ſicut uxor rationis. ibidem.G.

quòd magnum eſt uincere litigium carnis ibidem.H

quòd propter quattuor non debet caro dominari rationi.ibidem.I

Ad tria prodeſt pugna carnis contra ſpiritum.ibidem.K

quomodo caro ſuo hoſpiti aduerſatur.ibidem.L

quare dyabolus plus tentat de uitio carnis q̃ de alio. ibidem M

Caſeus

Dn caſeo humanitatis Chriſti ponendo in pera.ſer.158 E.par 2

Caſtellum.

De munitione caſtelli cordis noſtri. ſermo. 112.D.par.2

quare appellat dominus Hieruſalem caſtellum.ſer.144.D.par.2

Duplex caſtellum magnum & paruum. ſer. 155.A par 2

Multiplex ratio quare Hieruſalem caſtellũ appellatur.ibidem.B

De quadruplicibus caſtris.ſermone.128. A parte ſecunda

Caſtitas



Caſtitas

Tria operatur uirtus caſtitatis.ſermo.20 C. parte prima

Cecitas

Quòd nunc a cecis quæritur cõſiliũ. ſer. 78 F. parte prima

Tres inueniuntur duces cecorũ.ibid. G

Quòd cecus & ille quem ducit in triplicem foueam cadunt.ſer.78 K.

Ceci quondã ſtantes ad oſtiũ tẽpli.nunc ſedent ſuper altare.ſer.97 B. par.1

De triplici ceco illuminato a Chriſto ibi. G

Cecus in honoribus nihil conſiderat.ibi. H

Cecitas corporalis multis de cauſis toleranda eſt.ibidem k.

Quòd duo genera hoĩm a natiuitate ſunt ceci.ſer.98 A. parte prima

Septem modis excecatur hõ ſpũaliter.j. D.

Quare dñs poſuit lutum ſuper oculos ceci. ibidem. H.

Vtrũ cecitas mẽtis ſit peccatũ.ibidem M.

Quòd cecitas mentis fuit cauſa inſurgendi in Chriſtum.ſer.119 F. parte ſecunda

Centurio

Quõ fides centurionis fuit magna.ſer.10 A. parte prima

De triplici centurione a Deo commendato ſermo.11. A.parte prima

De benignitate centurionis erga ſeruum.ibidem F.

Duę cauſæ propter quas acceſſit cẽturio ad dñm.ſermo.12 A. par. 1

Cerimoniæ

Vtrum cerimoniæ religionis vel eccleſiæ reijciendæ ſint.ſer.64 M

Certare

Quare mali aduerſus bonos certant,& quis ſit exitus.ſer.50 K. par. 1

Ceruix

De triplici ceruice triplici iugo ſuppoſita ſer.95 F. parte prima

Cum omne caput ſit oſſeum uidetur ꝙ oĩs ceruix ſit dura.ibidem G.

Quòd ceruix tripliciter dici poteſt dura. ibidem H.

Cete

Quòd cete grandia ſunt actiue vitæ occupationes.ſer.111 H parte ſecunda

Chananea

Quare chananea ſub nomine Ieſu filij Dauid miſericordiam a Deo requirit. ſer. 34 D. parte prima.

Chaos

De triplici chaos.ſer.56 Q. par. 1

Charitas

De duplici charitate ficta & non ficta. ſerm. 20 I. parte prima

Quòd charitas eſt unum neceſſarium.ſerm. 120 G. parte ſecunda

Sola charitas tenuit Chriſtum ligatũ.ſerm. 144 Z par.2

Cibus

Quomodo peccatores conuerſi ſunt cibus Chriſti.ſermo.82.& ſermone. 83 N par.1

Cicatrix

De multiplici gñe cicatricũ.ſer. 38 I parte prima

Cingulum

De triplici cingulo.ſer.159 E par.2

Cinis

Quinque conditiones cineris. ſermo. 1 G. par. 1

Circundare

Iudæi Chriſtum in paſſione tripliciter circũdederunt.ſer.142 aa. par.2

Clamis coccinea

Quid myſtice ſignificat clamis coccinea xp̃o in paſſione data.ſerm.142 q.par. 2

Clamor

Propter duo clamauit dñs voce magna in cruce.ſer.143 FF.

Item.ſer.145 Q. parte ſecunda

In clamore Chriſti tria inueniuntur miracula.ſerm.162 D. par. 2

Clericus uel Clerus

Quòd clerus primo debet omnia portare quæ ſubditis imponit.ſermo.48 D. parte prima

Si ſacerdotes peccãtes debeant publica prædicatione reprehendi.ibidem F.

Quare nõ redarguit dñs ſacerdotes de peccato luxuriæ.ibidem H

Quare ſacerdotes non iunguntur matrimonio.ibidem I

Quòd clerici difficilius ad Deum conuertũtur quàm laici ſer.73 G.

Cogitatio

Remedium contra cogitationes uagas. ſermo. 2 N. par 1.

De periculo immundarum & uagarum cogitationum.ſermo. 25 D. par. 1.

In fędis cogitationibus qñ eſt periculum & quando non ibidem G.

De triplici genere cogitationũ.ſermo.30 B. parte prima

De triplici genere cogitationum fructuoſarum. ibidem C

Cogtationes bona quattuor cauſari poſſunt.

ſunt.ſermo.31.B.par.1
Cogitationes male etiam ex quattuor cau ſari poſſunt.ibidem.C
Claudendum eſt cor cogitationibus malis. ibidem.D
Vtrum cogitationes uage ſint male.ibi. E
quòd cogitationes uage eos impugnant qui uolunt eſſe magni in mundo. ibidem. F
quòd cogitationes uage cauſant triſticiam ibidem.G
quòd cogitationes uage tollunt deuotionē ibidem H
quomodo complacentia in cogitatione ma la eſt peccatum.ibidem.K
quid contra cogitationes malas fieri debet ibidem.L
quòd turba cogitationum impedit uidere Deum & de Deo cogitare. ſermone.36. O.parte prima
quòd cogitatio mala eſt fundamentum om nium malorum.ſer.78.O.par.1
quare periculum eſt ſi cogitationes male dominentur in nobis.ſermone.78.P par. prima
quomodo cogitationes originantur & exe- unt a corde.ſermone.79.B.par.1
De multiplici differentia cogitationum meritoriarum & demeritoriarum. ibi- dem.L.
quòd ex magna Dei diſpenſatione eſt ꝙ im pugnamur a cogitationibus noſtris ibi- dem.M
Si dyabolus poſſit immittere cogitationes ſer.139.D.par.2
quomodo cogitationes aſcedunt corda.ſer. 161.E.par.2
quomodo aſcendunt & deſcendunt co- gitationes noſtrę ſermone.173. K. parte ſecunda

Cognoſcere

Vtrum iudæi cognouerunt Chriſtum eſſe meſſiā in lege promiſſum. ſer. 57. F par. prima.
quattuor genera hominum cognoſcen- tium patrem Deum ſermone.120.I par- te prima
Multiplici ratione mundus non cognoſcit Deum ibidem.

Comedere Comeſtio

quomodo nouis ſuperuenientibus noua de bemus comedere & uetera proiicere ſer m. 35.B.par.2
Vtrum comeſtio Chriſti fuerit uera come- ſtio.ſer. 161.H par.2

Commendare ſpiritum.

Dominus commendauit ſpiritum ſuum patri propter duo ſermone.143. EE. parte ſecunda

Confeſſio.

quòd confeſſio eſt quędam minutio.ſermo. 21.H.par.1
quattuor debet facere penitens ad inſtar ſu mētis medicinam.ibidem.I
quòd peccator debet cito oſtendere mor- bum ſuum medico. ſermo. 33. G. parte prima
quòd confeſſio eſt facilis medicina ſermo. 34.M par.1
quòd per contritionem & confeſſionem la uamur.ſermo.68.B.par.1
Quòd confeſſio frequentanda eſt.ſermone. 101 G
Qui que fecerunt confeſſionem iudę die minutam. ſermone. 144. OO. part ſecunda

Confringere oſſa

quare confracta ſunt in cruce oſſa la- tronum non Chriſti. ſermone.143.NN. parte ſecunda

Conſcientia.

Propter tria difficilis eſt diſpoſitio do- mus conſcientiæ. ſermone. 8. B. parte prima
quattuor clientuli ſunt neceſſarii ad diſpoſitionem domus conſcientiæ. ibi- dem.C
Propter tria debemus prouidere domui cō ſcientiæ.ſer.9.D par.1
Modus prouidendi conſcientiæ. ibi- dem.E
De quadruplici conſcientia.ſermone. 28.B parte prima
De conſcientia eorum qui abſque ullo timo re peccant.ibidem.C
quòd conſcientia eſt liber in quo ſcribun- tur regulę iuris naturalis.ibidem.E
quod non ſemper adhęrendum eſt regulę conſcientiæ noſtræ.ibidem.F
De conſcientia eorum qui pro nichilo pec- care ducunt.ibidem.G
De quadruplici genere conſcientiarum le- ſarum.ibidem.H.
De conſcientiis cauteritatis & largis. ibi- dem.k
De conſcientia mala non pacata . ibi- dem.L





Quòd cōſcientia mala ſemper latibula quæ rit. ibidem M
Quòd conſcientia mala ſemper eſt formido loſa.ibid. N
Quòd mala conſcientia ſemper eſt inquie- ta. ibidem O
Quòd ex multis turbatur cōſcientia pecca- toris. ibidem P
Quòd conſcientia ſerena nihil in ſe patitur immundum.ſermo. 40 B parte prima
Quòd ſerenitas conſcientiæ virtutum & ten tationum exercitio obtinetur.ibidem L
Quòd tribus gradibus peruenitur ad ſere- nitatem conſcientiæ,qui per Dauid & Sa- lomonē ſignificantur. ibidem D
Quòd ex ſerenitate conſcientiæ procedit in- terna iocunditas. ibid. E
Quòd ſerenitas cōſcientiæ ſecuritatē cau- ſat. ibid. F
Quòd ſerenitas conſcientiæ eſt ſentimētum regni cęleſtis. ibid. G
Quòd ſerenitas conſcientiæ accipienda eſt cum timore. ibid. H
De triplici genere conſcientiæ timorate ſed non ſedate. ibidem I
Quòd conſcientia mala eſt liber mortis ſer mo. 136 E parte ſecunda

Conſecrare

Quare die veneris ſancta non conſecratur hoſtia. ſer. 145 B. par. 2

Conſentire Conſenſus

De multiplici conſenſu. ſermo. 69 G. parte prima.
De conſentientibus furi quomodo reſtitue- re tenentur.ſermo.73 L parte prima
Quomodo qui tacet conſentire uidetur. ſer. 142. f. parte ſecunda.

Concilium

De concilio malorum exemplo porcorum ſermo.118 E parte prima
Quæ fuit occaſio concilii colligendi contra Chriſtum.ſerm. 119 C parte prima
Quomodo colligēdo conciliū contra Chri- ſtum diſperſi ſunt iudæi.ibidem D
Quadruplex cauſa colligendi conſiliū con- tra Chriſtum ibidem E

Comprehendi

Vtrum Chriſtus conuenienter permiſerit ſe comprehendi.ſermo. 142 LL par. 2

Conſilium Cōſiliari.Conſulere.

De male conſulentibus quomodo tenentur reſtituere. ſermo. 73. K parte prima
Quomodo multi de Ieſu diuerſimode conſi liantur..ſermo.118 A parte prima
Quòd mali dum Dei conſilio reſiſtere uolūt obſequuntur. ibidem G

Conſolari. Conſolatio

Quòd afflictis danda eſt conſolatio. ſer. 99 A parte prima
Quod aliter Deus aliter mundus ſuos con ſolatur. ſer. 102 I parte prima
Quòd conſolantem amicum oportet tria fa- cere.ibidem k

Conſtantia

Quòd inſtabilitas hominis dat dyabolo ten tandi occaſionem.ſermo. 14 G par. 1

Conſuetudo

Quæ mala inducit mala conſuetudo. ſerm. 3 G parte prima
Quòd conſuetudinarius in peccato dum lo quitur vel confitetur cito poteſt curari. ſermo. 36 H

Conſumari

Quid conſummatum eſt per mortem Chri ſti.ſermo.144 D D parte ſecunda
Quòd Chriſtus conſummauit opus noſtræ redemptionis.ſer. 145 N parte ſecunda

Contemplatiuus

Quòd contemplatiuis miniſtrant potētes ſe culi.ſerm.32 E parte prima
De contemplatiua uita in ordine ad acti- uam.ſermo.101 L

Contritio

Per contritionem fit quodammodo uis Deo ſermo.144 L parte ſecunda

Conuentus

De duplici conuentu.ſermone.88 . B parte prima
Quòd tria ualent ad hoc ut quis recipiatur in ſuperno conuentu.ibidem C
De fundatione conuentus eccleſiæ . ibi- dem D
De edificiis huius conuentus. ibidem G

Conuerſio Conuerti

Quomodo nos rogat dominus ut conuerta- mur. ſermo. 2 A par. 1.
Quòd inter omnia opera dei grandis eſt cō uerſio peccatoris.ibid. B
Vtrum conuerſio peccatoris cadat ſub præ- cepto. ibidem C
Quid ſit peccatorem conuerti ad Deum & econtra. ibidem E
Quomodo a corde debet incipi conuerſio. ibiddem H
Quòd dupliciter intelligi poteſt quis ad do- minum ex toto corde conuerti. ibidem I

Quando homo tenetur hoc præceprum de conuerſione implere.ibidem k
Quòd in tempore quadrageſimæ debemus ex toto ad Deum cõuerti.ibidem l.
Quòd ad cõuerſionem cordis requiritur ad miniculum corporis. ibidem P
De quinque conuerſionibus miraculoſis.ſer 3 A parte prima
Quomodo Deus ad peccatorem conuertitur cum ſit immutabilis. ibidem B
Propter quinque uelox debet eſſe peccatoris conuerſio. ibidem C Item ſermo. 33 D parte prima
De multiplici nequitia differentis conuerti. ſermo. 3 F parte prima
Quòd ad conuerſionem requiritur confeſſio oris & ſpes de conſecutione veniæ.ibidem I
Propter tria quæ in Deo ſunt debet cõuerti peccator ad Deum. ibidem K
Quinque uidentur retrahere peccatorem a conuerſione. ibidem L
A quo ſit potiſſimũ conuerſio peccatoris.ſermo. 8 F parte prima
Quattuor hominum genera vix conuertuntur ad Deum.ſer.142 NN parte ſecunda
Tria debent fieri in conuerſione peccatoris quæ facta ſunt in conuerſione Petri.ſer. 144 h h. parte ſecunda

Conuitium Conuitians

Quomodo dominus benigne loquitur ad iudeos ſibi conuitiantes. ſermo. 106 F parte prima

Cophinus

De multiplici cophino. ſermo. 90 N parte prima
Quòd correctio non fiat odii uel uindictę cauſa. ibidem C

Cor

Quòd tripliciter ſcinditur cor.ſermo.2 m parte prima
Quòd tripliciter iubetur fieri ſciſſio cordis. ibidem O
Quomodo Deus ingreditur domum cordis. ſer. 11 M parte prima
Quòd dominus quærit cor & interiora noſtra.ſer. 78 N parte prima
De duplici corde ſcilicet carnis & ſpũs.ſer. 79 A parte prima
Quòd cor repleri non põt,niſi deo.ibi. C
Quòd cor eſt locus habitatiõis diuinæ.ib.D
Quomodo a corde humili ad cor altum ſit proceſſus. ibidem E
quòd cor applicatum terrenis efficitur terrenum, cęleſtibus cęleſte. ibidem F
quòd cor mundũ facile imprimit doctrinas & uirtutes non immundũ. ibidem G
quòd oportet cor eſſe rectum.ibidem H
qũo cor ſimul eſt circulare & rectũ. ibid.I
quòd cor nr̃m debet eſſe recollectũ & vnitũ ibid. k

Cornu

quòd uno cornu pugnãdum eſt contra dyabolum.ſerm.23 l. parte prima

Corona ſpinea

Propter tria dominus portauit coronam ſpineam.ſermo.142 r parte ſecunda
In duobus inſtruimur ex coronatione Chriſti.ſermo.144 a parte ſecunda. Item ſer. 146 Y Y parte ſecunda

Corpus

In tribus prouidendũ eſt corpori noſtro.ſer. 9 F parte prima

Correctio Corrigere Corrigi

Ad punitionem grauem aliquando corriguntur mali.ſer.52 A parte prima
quòd ſi quis ſe auditu non corrigit,neque uiſu apparent. ſer. 54 V par. 1
Viſa correctione horrẽda malorũ, cæteri debent caſtigari.ſer.56 A par. 1
De differentia correctionis bonorum & malorum.ſer.57. K parte 1
Vtrum quilibet teneatur corrigere fratrem ſuum.ſer. 69 B parte prima
quòd correctio fraterna fit ſolo uerb.ibid.D
quòd correctio paterna non ſolum uerbo vtitur ſed virga. ibidem E
quas conditiones habere debet qui corrigit. ſer.70 D parte prima
quòd corrigendus ſit diſciplinę capax.ibi. E
quòd in correctione non ſit perſonarum acceptio.ibidem F
quòd conſideranda eſt perſona ſi tunc ſit emendabilis.ibidem G
quòd diſcernẽda eſt pſona ĩ corrigẽdo.ib.H
quòd aliter corrigendi ſunt humiles aliter ſuperbi.ibidem I
quòd aliter corrigendi ſunt prælati, aliter ſubditi.ibidem K
Vtrum inferior teneatur corrigere ſuperiorem peccantem.ibidem L
Vtrũ pronus ad malum per naturam difficilius corrigatur quàm pronus per conſuetudinem ſermo 71 A
De quattuor correctorum generibus.ibid B
De eorum ſtultitia qui omnia uolunt corrigere . ibidem C

Quòd



Quòd minus culpare quàm oportet vitioſum eſt ibidem. D
Vtrum in correctione fraterna debeat ſecreta admonitio præcedere denũciationem. ibidem E
Propter quos fines debet fieri correctio. ibidem. E in fine
De multis modis hoĩm corrigẽdorũ. exemplo pgameni,papiri,& ferri.ſer.72 .A p.1
Quòd ſimilis eſt dyabolo qui non vult ſuſtinere correctionẽ.ſerm.82 P par. 1
Quòd multi nolunt audire correctionẽ.ſer. 86 H parte prima
Quare nõ fuerunt iudęi correcti propter caſum ſuum in orto.ſer.142 x. par. 2

Credere

Quare iudæi non crediderant ſanato malcho.ſer.144 V parte ſecunda

Crudelitas

De grauibus oneribus introductis in lege Chriſtiana.ſer.47 D parte prima

Crux Crucifigere

Foſſe ſunt manus Chriſti in cruce propter tria ſer.142 ee. parte ſecunda
Tria dñs oſtendit in ſua crucifixione. ibid. kk. Item ſer.147 F parte 2
Duo ſunt myſtice crucifigenda in peccatore.ſer.144. b parte ſecunda
Propter multa uoluit dñs cum latronibus crucifigi. ibidem k
Quòd plerũq; mulieres remanent ad crucẽ pniæ viris nõ pœnitẽtibus.ſer.145 R p.2
Quid deſignant quattuor brachia crucis Chriſti.ſer.147 D parte ſecunda
In Symone crucẽ portante poſt Ieſum multa ſumuntur documenta ſer.147 E p. 2
Septẽ verba Chriſti in cruce plata ad quas uirtutes referri poſſunt. ibidem O
In promiſſione paradiſi latroni in cruce facta in multis edocemur.ibidem R
quare ſignamus nos ſigno crucis.ſer.147 EE parte ſecunda

Damnatus

quòd dãnati mallẽt oẽs eſſe dãnatos quàm quoſdam eſſe & quoſdã nõ.ſer.54 T p. 1
Vtrum dãnati habebũt aliquã præteritorũ memoriã.ſer.55 A par. 1
Vtrũ mutuo ſe cognoſcãt dãnati & bti.ibi.B

Debitum

Vtrum ſit licitum debita ſua repetere ſerm. 14 E parte prima
Vtrum debita licite poſſint repeti in die feſto. ibidem F

Decima

Qui fraudant decimas tenentur reſtituere ſer.73 E parte prima
Quòd qui libenter ſoluunt decimas, ſolent proſperari in temporalibus. ibidem

Declinare

Quomodo peccator cadit & declinat de vitio in vitium ſer.60 H par. 1

Deformitas

Duplex inuenitur deformitas in republica ſer.123 D parte ſecunda.

Defunctus

An lugendi ſint amici defuncti. ſermo. 99 D parte prima

Delectatio

Quid ſit delectari in cogitatione quid in peccato citra conſenſum. & quid ipſi aſſentire.ſer.31 I parte prima

Demon Demonium

Quare demonia dicuntur muta. ſermo. 64 B parte prima
Vtrũ in demonibus ſit p̃latio.ſer.64 E p. 1
Quòd propter quattuor demonia a Chriſto non permittebãtur loqui.ſer. 80 A p. 1
De multiplici demonio.ſ.meridiano & veſpertino clamante & muto ſeu tacito.ſermo. 81 C parte prima
Probatio multiplex q̃ dęmon ſępe loquatur in magnis & ſuperſtitioſis ipſis ignorantibus. ibidem I
Plura require ſub hac dictione dyabolus.

Derelinquere

Propter quid mali derelinquuntur a Deo. iuſti uero non niſi ad tempus.ſerm. 45 G Item.ſer.99 H parte prima
Cum Chriſtiani nũc plura mala faciant quã iudæi.quare ſicut & illi non derelinquuntur a Deo.ſer.81 A parte prima
Quòd ſolius Dei eſt corrigere quẽ ille deſpexerit.ſer.118 C parte prima
Contemplatio circa derelictionem Chriſti à diſcipulis.ſer.142 I I parte ſecunda
Quomodo deus derelinquit electos. ſermo 143 S parte ſecunda
De duplici derelictione dei. ibidẽ T. Item. ſer.145 L parte ſecunda
Cõtẽplatio circa hoc q̃ dñs quæritur ſe derelictum a patre ſer.143 V parte 2
Quare deus derelinquit iuſtos ad tempus. ſer.147 Y parte ſecunda
Vtrũ humanitas Chriſti derelicta fuerit a diuinitate ibidem Z
Qñ̃o xp̃s ẽ derelictus & tñ̃ exauditus.ib.AA

Deriſio

Vtrum deriſio ſit peccatum. ſermo. 144 a parte ſecunda

Deſcenſus Deſcendere

De multiplici deſcenſu.ſermo. 45 A parte prima

Propter quattuor deſcendere debet prælatus ad populum. ibidem L

Propter multa noluit dñs deſcendē de cruce. ſer.154 n p. 2. Item.ſer.147 N par.2

Detractio

quod periculoſum ſit dicere uerbum detractorinm.ſer. 67 F parte prima

quomodo arcu & ſagitta repellendus eſt detractor.ſer 78 B parte prima

quòd detractor eſt ſepulchrum patens & nō clauſum.ſer.100 C parte prima

Deuotio

Vnde eſt ꝙ a principio eccleſiæ magna fuit deuotio nunc aūt tabeſcit.ſer. 57 C p. 1

quòd homines ſunt magis deuoti in iuuentute q̃ in ſenectute.ibi.D.Item ſer.142 Q

quòd in adoleſcente requiritur deuotio.ſer. 77 K parte prima

quòd non niſi extincto peccato poteſt haberi ad Chriſtum deuotio.ſer.83 k par. 1

Deus

quanto honore Deus electos ſuos magnificat quando eos Deos facit.ſer.114 L parte prima

quomodo magni viri Dij crediti ſunt.ſerm. 115 L parte prima

Dextera

quòd in dextera parte mittendum eſt cor noſtrum.ſer. 164 B parte ſecunda

Dyabolus

quòd dyabolus eſt malus hoſpes. ſermo. 63 A parte prima

quòd dyabolus eſt peſſimus lupus.ibidem C

quòd dyabolus aufert omnes ſenſus ſpirituales ab homine. ibidem E

quòd dyabolus beſtia homines facit beſtiales.ſer.64 A parte prima

Licet dyabolus ſit natura fortis, virtute tñ diuina debiliſſimus eſt.ibidem I

quomodo ſoluetur Sathanas in fine ſeculi, & quomodo nunc ligatur. & quomodo tunc vincetur ibidem k

quomodo dyabolus nunc arguit per fallacias ad ſecundum quid & per fallaciā conſequentis.ibidem L

qūo ſancti bene vtuntur miniſterio dyaboli & mali abutuntur.ſer.81 k parte prima

Quomodo dyabolus dicitur eſſe pater.ſermo.142 l. parte ſecunda

Dies

quomodo aliqui dies pleni ſunt, & qūo aliqui vacui.ſer.77 N parte prima

quid ſit dimidiare dies. ibidem P

De quadruplici die.ſer.151 A parte ſecūda

quomodo dies apparuit in botro, in flore & in fructu.ibidem B

qūo Deus ſpecialiter hāc reſurrectionis diē fecit.ſer.152 A parte ſecunda

quomodo dies Paſchæ dicitur dies domini ibidem B

Differentia inter diem dñi & diem hoīs.ſer. 161 B parte ſecunda

quod Xp̄s eſt uerus dies.ſer. 166 A par. 2

Digitus

quid per digitum Lazari intelligitur.ſer.54 I parte prima

quòd extremum digiti eſt pęnitentia in extremis. ibidem K

Dilatare os

quomodo iudæi dilatauerunt os cōtra Chriſtum.ſer.142 u parte ſecunda

Dimidium

quòd dimidiū in ſcriptura imperfectionem ſignificat.ſer.68 C parte prima

Diſciplina Diſcipulus

quàm vtilis ſit diſciplina oſtendit filius prodigus. ſer. 60 F parte prima

De differentia diſcipulorum Moyſi & Chriſti. ſer. 97 I parte prima

Diſcumbere

quòd clerici fercula apponere debent diſcūbentibus.ſer.88 L parte prima

Diſponere

qūo ſit intelligendū ꝙ Ezechias iubetur domui ſuæ diſponere.ſer. 8 A par. 1

quare diſpoſitio diuina eſt infallibilis humana uero fallibilis.ſer. 9 A par. 1

quattuor hortantur de domo ſua diſponere ante mortem. ibidem B

quomodo debemus de æterna domo diſponere. ibidem I

Diues

De comparatione ſtatus diuitis & Lazari. ſer.51 B parte prima

qūo diuites cum diuitibus & potentes cum potentibus altercantur. ibidem C

quòd diues quadrupliciter in diuitiis offendit. ibidem E

De duobus modis diuitum.ibidem. F Item ſermo.54 G parte prima





Quare fecit dominus quoſdam medicos & non omnes diuites.ſer.51 M.Item ſer.54 H.par.1

Quare dominus non nominat diuitem. ſer. 51 N Item ſer.54.I

Item.ſer.55 M par. 1

De micis quę cadūt.& de micis quæ ſunt ſupra menſam. ſer.51 P par.1

Quomodo diues & paup diuerſimode ſe habēt in præſenti & in futuro ſer.52 B.p.1

Quomodo differenter diues & pauper moriuntur ibidem C

De quadruplici miſeria diuitis euangelici. ibidem F

quomodo diues ille mortuus eſt mortibus multis ibidem G

quomodo iſte diues optime ſepultus eſt in cimiterio inferni. ibidem I

quomodo apuit oculos in tormentis.ibi.K

quòd iuſte diuiti euangelico denegata eſt miſericordia ibidem L

quomodo diues paſſus eſt repulſam ib. M

quare iſte diues ieiunauit in alio ſeculo. ſer. 53 A par.1

quòd diuites periculoſius moriuntur. ſerm. 54 E par. 1

quis cibus conuenit pauperi, quis diuiti.ſer. 55 P par.1

quòd hic pagantur diuites & pauperes in alio ſeculo. ſer.56 N par.1

quadruplex ratio quare non potuit diues habere unam guttam aquæ ibidem P

quòd male petit Lazarum mitti in domum patris ſui.ibidem R

Diuiſio

quadruplex eſſe poteſt diuiſionis rerum occaſio.ſer.63 G par. 1

Diuitiæ.

quòd aliter boni aliter mali diuitias poſſident.ſer.55 r par.1

quare diuitiæ dantur propinquis non alienis exemplo gnani.ibidem F

Probatur multipliciter ꝙ diuitiæ iſte & honores non ſunt ueræ diuitiæ ſ.56 L par.1

quòd diuitiæ nunq̃ replent hominem. ſer.84 C par.1

Probatio quòd ubi ſunt multe diuitiæ ibi multi ſunt qui comedūt eas.ſermone.84 F.parte 1

quòd ſolus Deus & non diuitiæ implent hominis mentem.ſer.84 G.par.1

quòd diuitiæ implent archam nō uentrem. ibidem. H.

quòd diuitiæ ſunt aquæ ſalſæ.ibidem I

quòd diuitiæ faciunt auaros mori ſiti.ibidem.k.

quòd diuitiæ ſunt laqueus.ibidem L

Doctrina

De differentia doctrinæ theologiæ & legū. ſer.87 F par.1

Si Chriſtus erat repreheuſibilis in doctrina. ſer.107 F par.2

quō Xp̄s dixit ſe ſemp docuiſſe in ſynagoga. cū & alibi docuerit.ſer. 140. MM. par. 2

Quare dominus vult homines per hoīes doceri.ſer. 146 CC par.2

Dolor.

quomodo dolor eſt quaſi dapifer in diſpoſitione conſcientiæ. ſer.8 D par.1

Dominus

quòd ſolus Deus ē dominus ſine cauda ſer. 128 A par.2

Donum Dei

quòd aliqua Dei dona ſunt celanda.alia celari non poſſunt ſer.58 A par.1

quòd dona Dei ſemper communicant.ſerm. 82 N par.1

De triplici conditione donorum Dei.ſerm. 83 D par.1

De differentia donorum Dei ſpiritualium a terrenis ibidem E

Dos.

Vtrum corpora hominim poſt reſurrectionem glorificabuntur ſeu habebunt dotes. ſer.42 D par.1

Si terra, cœlum, & cetera elementa decorabuntur.ibidem E

quòd anima ſeparata habet appetitum ad reſumptionem ſui corporis.ibidem F

Vtrum poſt reſurrectionem beati utētur uoluptatibus corporis.ibidem G

quō poſſumus peruenire ad tantam gloriam cum iuſtus uix ſaluetur.ibidem H

De quattuor dotibus corporis.ſermone. 44 B.par. 1

De differentia & conuenientia dotis ciuilis & ſpiritualis.ibidem. C

quid ſit dos impaſſibilitatis.ibidem.D

Vtrum corpora beatorum erunt impaſſibilia ibidem E

quòd corpora ſanctorū erūt ſubtilia. ibid.F

Vtrum corpus glorioſum poſſit aliud non glorioſum penetrare.ibidem.G

quòd corpora ſanctorū erunt agilia.ibid.H

quòd corpora ſanctorū erūt clariſſima. ibi.I

quòd a nō glorificato oculo uidetur corpus

glorioſum quando vult.ibidem.K.
Quō differt ſplēdor corporis glorioſi a ſplēdore non glorioſi.ibid.L.
Si dominus ſuis apparuit in forma glorioſa. ſer.161.G. parte ſecunda.
Vtrū corpus glorioſū ſit palpabile. ſer.162. L. parte ſecunda.

Eccleſia. Eccleſiaſticus.

Quòd debēt eccleſiaſtici viri ſurſum conuerſari. ſer 87. H. parte prima.
Quō eccleſia nō eſt ceca ſicut ſynagoga. ſer. 106. L. parte prima.
Quō eccleſia debet nūc habere poſſeſſiones. ſermo.132.C.parte ſecunda.

Ecce filius tuus.

Contemplatio deuota ſuper his verbis ecce filius tuus. ſer.163. R.par.ij.

Egeſtas.

Quòd quinque modis cauſatur egeſtas. ſer. 128.C.parte ſecunda.

Egredi.

Quid eſt egredi a finibus tyri. & quid eſſe ī medio tyri.ſer.34 C par.j.
Quare dñs egreſſus eſt trans torrentem cedron.ſer.145.D.par.ij.

Eiicere.

Octo modis eiicitur dyabolus.ſer.63.B.parte prima.
Quare de anima cito dyabolus expellitur & de corpore vix pōt expelli.ibi.D.
De triplici eiectione,ſ.Dei,dyaboli,& malorum hoīm.ſer.64.D.par.prima.
Quòd eiiciēdus eſt qui per ancillā intrat eccleſiam.ſer.89. L. parte prima.

Elemoſina

De duplici elemoſina. ſer.16.H.par.i.
Quòd elemoſina ſpiritualis eſt magis meritoria quàm corporalis,ſed non magis ſatisfactoria.ibidem I.
Quando præceptum eſt dare elemoſinā & quando non.ibidem K.
Quæ debet cogitare qui dat elemoſinā. ibidem L.
Conditiones ad meritoriam elemoſinā requiſite ibidem M.
Quòd faciens bene elemoſinā ſeptem dona conſequitur. ſer.28. G.parte prima.
De facilitate faciendi elemoſinā.ibid.I.
Quòd quidam habent uiſcera ſaxea qui pauperum non miſerentur.ſer.51.L. par.1.

Epulari

Ad lete epulandū quattor cōditiones requiruntur.ſer.150.B.parte ſecunda.
De quattor generibus epularum.ſer.153.F. parte ſecunda.

Eſuries

Quomodo Chriſtus eſurit ſalutem aīarum. ſer.24.parte prima.
Quòd Chriſtus tripliciter legitur eſuriiſſe. ſer.28. A. parte prima.

Euchariſtia.

De pane euchariſtiæ & fruſtis eius.ſer.91. L parte prima.
Quòd honorat Deum qui credendo ei dementitur ſenſus ſuos ſer.129.K. par 2.
Qd maius ſignū oñdit Chriſtus in moriēdo pro nobis,quàm in miniſtrando ſeipſum cibum pro nobis.ſer.134 B.par.2.
Vtrum Chriſtus confecerit in pane fermētato ibidem E.
Quare non comeditur verus agnus eo tpe quo eum comedit Chriſtus.ibid.F.
Quid fregit dñs frangendo panem.ſer.135. E. par.2.
Quomodo tripliciter ſe nobis dedit Chriſtus in Euchariſtia.ibid.F.
Quòd uere corpus Chriſti eſt in euchariſtia & non ſignatiue tm̄ ibid.G.
Vtrum Chriſtus ſe cibauerit in euchar[illegible]ia ibidem H.
Qūo dominus pro ſacramento euchariſtiæ tabernam fecit in eccleſia.ſer.141.A. parte ſecunda.
Quid agendum ſit ante receptionem euchariſtiæ.ibid.B.
Cur ad manducandū corpus Chriſti datur. ſermo.154.E.par.2.
Quòd poſt euchariſtiæ ſuſceptionē rogādus eſt dominus vt maneat.ſer.154.A par.2.
Quare ſolicite debet cuſtodiri Chriſtus poſt ſuſceptionē in euchariſtia.ibidem C.
Sex neceſſaria ad cuſtodiam Chriſti ſuſcepti.ibidem D.

Exaltare

Probatio q qui ſe exaltat humiliabitur ſermo.47.B. parte prima.
Oſtenditur quomodo oporteat aliquem exaltari. ibidem K.
Quòd bonum eſt per alium exaltari non p ſeipſum.ſer.55.D. parte prima.
Quòd Deus ſcit per miniſterium inimicorū ſuorum exaltare amicos ſuos.ſermo. 58. B. parte prima.

Excommunicatio

Quòd excōmunicatio multis de cauſis timenda eſt.ſer.72.C.par.1.
Quomodo peccat communicans cū excommunicato.ibid.
Quòd multa perſonarum genera poſſunt cōmunicare cum excōicatis.ibid.E.
Quare dyabolus non immediate occidit excōicatos.ibidem F.
Quòd tria uidentur circa materiā excōicationis expedire.ibidem G.
Quòd gladio excommunicationis non eſt quis feriendus niſi conſulto Deo. ſermo. 144. P.parte 2.

Excuſſus

Quòd Chriſtiani ſunt filii excuſſorum.ſerm. 129. E. parte ſecunda.

Exemplum

Qūo exēpla male morientiū ſunt quaſi ſpecula ad bonum.ſermo.9.C.par.1.
Quomodo exempla malorum facile ſequimur non bonorum.ſermo. 139. G. parte ſecunda.

Exemptio.

Quòd quandoq; periculoſa ſit exemptio ab epiſcopis ſer.146.b.par.2.
Quomodo inexcuſabiles ſunt qui dant mala exempla.ſer.140. M.par.2.

Exitus

De multiplici exitu animæ.ſer.140.F. par.2

Extendere manus

Quòd propter quattuor uoluit dominus extendere manus in cruce. ſermo. 142. gg. parte ſecunda.

Exterminari

Quomodo ſumus exterminati a paradiſo. ſermo.5. A.parte prima.
Quattuor ſunt in quæ extra terminos bene agendi hominem inducunt.ibid.B.
Quòd tripliciter ſolet exterminari facies ibidem E.
Quòd hypocrite duplicem exterminant faciem corporis ſcilicet & animæ ſermo.5. H. parte prima.

Ezechias

An peccatum Ezechiæ fuerit mortale vel veniale.ſer.7. G. parte prima.
Quare nunc regibus tyrannis non ita mittitur qui dicat hæc dicit dñs ſicut tunc.ibidem H.
Quomodo rex tā ſctūs auſus eſt coram Deo iuſticiam pro ſe allegare.ibidem N.

Facies dñi

Quid ſit myſtice in faciem domini ſpuere ſermo 142.a. parte ſecunda. Item ſerm 146 kk.
Quare miniſtri iudæorum uelabant faciem Chriſti.ſer.144.NN.par.2.
Tripliciter ſpuitur in faciem Chriſti a chriſtianis.ſer.146.II.parte ſecunda.

Falco

Quòd falconi & gallinæ comparantur pauper & diues.ſermo.54.C parte prima.

Fama

Vtrum uiri iuſti debeant de ſua fama curare.ſer.20. N.parte prima
Quòd fama eſt maximum bonum temporale.ſermo 67. D. parte prima
Quàm malum eſt tollere alicui famam ſuā. ibidem E.
Quòd fama eſt clipeus pudicitiæ & morum ſermo.68. E.parte prima.

Fames

Quòd diuites quærunt famē. medici quantū poſſunt expellunt eam.ſerm.53.L.p.1.

Fatigari

Quare dominus voluit fatigari ſermo. 82. D. par.1.
Quòd aliter iuſti.aliter mali fatigantur. ſer. 83.B. par.1.

Febris

De multiplici febre.ſer.81.B.par.1.

Fel

Fel triplex Chriſto a iudæis propinatū eſt. ſermo.142.dd.par.2.

Fenum

De triplici feno agri,tecti,& orti. ſer. 90. L. parte prima.

Fera

Quòd per feram mors intelligitur. ſermo. 58.C.par.1.

Feria ſexta

Quòd ſex priuilegiis honoratur a Chriſto feria ſexta.ſer. 142.ll.parte ſecūda. Item de hoc quære.ſer 144.d.par.2.

Fermentum

De duplici fermēto ſcilicet charitatis & nequitiæ.ſer 1[illegible] B parte ſecunda.

Feruor deuotionis

Eccleſiaſtici debent feruere deuotione. ſer. 144.GG. parte ſecunda.

Feſtum

Ad ſex uacare debemus diebus feſtis. ſerm. 35.C.parte prima.
Quòd circa feſta cau[illegible] debent facere miracula.ſermo 90.D.par.1.
Quòd dyabolus nō ſinat ſed in ſabbato multos ledit ſer 96 A.par 1.
Quòd preceptum eſt Dei celebrare feſta. ibidem B.

Quòd plura bona fieri debent in die feſto q̃ feriali.ibidem C
quæ opera poſſunt fieri in die feſto. ibid. D
Propter quattuor excuſantur a peccato qui ſeruilia opera faciunt in feſto. ibidem E
quomodo ſabbatum translatum eſt in dñicum diem.ſerm.152 D parte ſecunda

Fides

In quo apparuit magnitudo fidei centurionis.ſer.10 H parte prima
quòd ſola fides apud Deum digna eſt admiratiõue.ſer. 11 I parte prima
quomodo Deus differenter ab homine metitur fidem.ibidem K
quomodo fides ex operibus cognoſcitur.ibidem L
quòd fidem requirit dñs in omnibus quæ circa nos agit ſer.33 N par. 1.
quòd fides ad ſanitatem animæ requiritur. ibidem R
De quattuor modis fidei. ſerm. 34 L parte prima
quòd fides eſt noticia imperfecta.ſer. 55 N
quòd pauci mundani fidem habent de alio ſeculo.ſer. 56 T parte prima.
quomodo mulieres ſępe ſunt modice fidei. ſer. 83 I
quomodo Samaritani tam cito receſſerunt a fide propter ſectas eorum diuerſas.ibidem F
An fides requirebatur ad opera Chriſti.ſer. 98 L parte prima
quòd in omnibus agendis etiam naturalibus requiritur fides. ſer.103 E par. 1
quòd periculoſa ſit fidei ignorantia. ibid. F
quòd fides eſt omnium uirtutum & donorũ principium ibidem G
De tribus quæ facere ſolent aliquid credibile & dignum fide.ſer.107 A par. 2
Pulchra approbatio fidei.ſermo.115 C par.2
quòd exempla bonorum operum faciunt fidem.ſer.166 D par. 2

Filius

Quadrupliciter pro filiis malis deprecãdus eſt Deus a parentibus. ſermo.33 A parte prima
Propter quattuor quandoque differt Deus exaudire parentes pro filiis malis ibid. B
quòd habere filios vel prolem non eſt inter maiora bona reputandum.ibidem H
De differentia filii emancipati & non emancipati.ſer.60 B parte prima
quòd per quinque cognoſcitur quis eſſe ſui patris filius. ſerm.62 B parte prima
quæ debent parentes filiis & quæ filii parentibus. ſer.127 B par. 1
quòd parentes magis diligunt filios quàm econtra. ibidem C
quare pueri ab infantia doceri debent ibidem D
Niſi parentes filios ſuos correxerint eorum uitia ſibi imputantur. ibidem E
quomodo filii tenẽtur obedire patribus ibidem F
quòd parentes diſcrete debent theſauriſare filiis. ibidem H
quòd natura & gratia docent filios honerare parentes.ſer.77 A par. 1
quòd parentes magis debent relinquere filiis mores quàm hæreditates. ibidem F.
quòd filii honorantes patrem ſunt longeui. ibidem L
quomodo boni filii ſunt longeui cum cõiter cito moriantur. ibidem M
quòd filiorum quidam moriuntur in egypto. quidam in deſerto. quidam in terra promiſſionis. ibidem O
qui honorat patrem, in filiis benedicetur.ibidem Q
Vtrum filii pro peccato parentum puniantur. ſer.97 C par. 1
quattuor genera hominum dicuntur filii perditionis.ſer.120 H par. 2

Filius hominis

quare Chriſtus ſe uocabat filium hominis in paſſione. ſerm.142 yy parte 2

Fingere

quomodo Chriſtus ſe finxit longius ire. ſer. 155 C parte ſecunda

Flagellum Flagellatio

quòd Deus flagellum facit de funiculis peccatorum noſtrorum.ſermo. 92 A par. 1
Ex flagellatione Chriſti multa eliciuntur documenta.ſer.146. xx parte ſecunda

Flos Florere

quomodo differenter florent iuſti & iniuſti. ſer.90 K parte prima
De flore Chriſto quomodo debeat cuſtodiri. ſerm.154 B parte ſecunda

Fodere

Triplex genus fodientium. ſermo. 142 ff parte ſecunda

Fons

De quadruplici fonte. ſermone 82 E par. 1

Fornicari fornicatio

quòd corpus fornicari non debet. ſer. 79 H parte prima
quòd fornicatio ſimplex propter multa prohibita eſt. ſermo.61 G parte 1
quomodo dominus damnauit fornicationẽ ſer. 83 H parte prima

Fortuna

quòd multi ſuam bonam fortunam ferre nõ poſſunt.ſer 60 B parte prima

Fraternitas

De duplici fraternitate.ſermo. 32 H parte prima

Fructus

Qui ſunt digni penitentiæ fructus.ſer.27 G parte prima

Fucum

De mulieribus ſe fucantibus & fardantibus. vtrum hoc licite poſſint.ſermo. 5 F parte prima

Fugere

quòd qui fugit Deo ad Deum accedit. ſermo.110 D parte ſecunda
Aliter diſcipuli, aliter pharifei fugerunt a Chriſto.ſermo 129 D par. 2
quare dominus permiſit diſcipulos ſuos fugere. ſermo. 144 AA par. 2
In tribus inſtruimur ex fuga diſcipulorum Chriſti.ſer.146. Z parte ſecunda
Vtrum diſcipuli peccauerint fugiendo. ſer. 146 AA parte ſecunda
Tria nos edocuit adoleſcens qui fugit relicta ſindone.ſermo. 146 BB par. 2

Gaudium

quomodo gaudium eſt quaſi pincerna in diſpoſitione domus conſcientię. ſermo. 8 h parte prima

Generatio

quæ ſit generatio praua, quæ adultera, & quæ iuſta.ſerm.32 D par. 1
quòd præponenda eſt ſpiritualis generatio carnali. ibidem G

Gentilis

quare dominus cõicabat cum gentilibus, & quomodo.ſer. 82 H parte prima

Gladius Petri

quare iuſſit dñs Petro ut poneret gladium ſuum in uagina.ſer 142 BB par. 2

Gladius verbi Dei

quòd non oẽs habeant gladium uerbi Dei. ſer.144 Q parte ſecunda
quòd contra quattuor gña hoĩm eſt educẽdus uerbi diuini gladius. ibidem R

Gloria mundi

Quanto maior eſt gloria mundi. tanto ibi maior timor.ſermo. 44 N par. 1
quòd gloria mundi duas filias malas quotidie gignit. ſermo. 49 M par. 1
quomodo gloria mundi comparatur flori. ſermo.123 A parte ſecunda
quomodo diuites multiplicant ſibi gloriam mundanam.ſer.ibidem B
Septem miſeriæ eorum qui pollent gloria mundi. ibidem C
quòd gloria mundi eſt aſina ſubiugalis.ſer. 126 D par. 2
quòd in dignitatibus huius ſeculi diligitur ſtatus ſed non actus aut exercitium eius. ibidem F
quòd breuis & fallax eſt mundana potentia. ſer.128 E parte ſecunda
quomodo viri glorioſi huius ſeculi cum tremore in morte accedunt ad Deum. & quomodo miſerabiliter terminatur hæc gloria.ibidem G
De tribus floribus gloriæ mundanę ibid. H
quòd ſine miſericordia debent eſſe qui gloria mundi falluntur.ibidem I
quòd gloria mundi eſt ſalutis impeditiua. ibidem k
quòd quanto maior eſt gloria mundi, tanto maior eam ſequitur ignominia.ſerm. 129 A parte ſecunda
quare dñs hanc gloriam aſſumpſit tendens ad mortem. quam antea fugit.ibidem B

Gloria paradiſi

quòd multum deſiderare debemus ſcire plura de cęleſtibus.ſer.41 A par. 1
quòd tunicam gloriæ ſolum facit fullo cæleſtis ibidem I
De ſuburbiis paradiſi.ſer.41 C par. 1
Si in paradiſo perdemus colorem propter corporis claritatem.ſer.43 par. 1
Si in paradiſo erimus veſtiti. ibidem G
Quare plus deſcribuntur horrenda inferni quàm pulchritudo paradiſi.ſer.44 A p. 1
De diuerſa conſuetudine paradiſi inferni, & huius mundi.ſer.51 A
De pane paradiſi & fruſtis eius.ſerm. 91 M parte prima
quòd gloria paradiſi cõparatur arbori amenïſſimę. ſermo 157 F parte 2
quòd oportet pati priuſquàm ingrediamur gloriam paradiſi.ſermo. 164 A par. 2

Gloria vana.

Vtrũ gloriari de ſuis operibus bonis ſit peccatum ſer.47 G par. 1
quòd bonum eſt abſcondere bona ſua a latronibus.

tronibus.ſer.48.E.par.1
Quòd aliqua dona Dei celanda ſunt.alia celari non poſſunt.ſer.58.A.par.1.
Quòd Xp̃s hic non quęſiuit gloriam.ſer.90.P.parte prima.

Gratia.

Quomodo Deus longe eſt a peccatoribus per gratiam.ſer.2.D.par.1.
Propter duo nõ debemus recipere gratiam Dei inuacuum.ſer.19.A.parte prima.
Quomodo gr̃a eſt ungentum.ibidem.F.
Quòd gratiam inuacuum recipit qui per eã impatienter aduerſa tolerat.ibidem.G.
Ad recipiendum gratiam tria requiruntur.ſer.29.B.par 1
Triplicem gr̃am facit deus pc̃tori ibid̃.G.
De triplici gr̃a.ſer.88 H.par.1.
Quòd gr̃a p̃ſeruat a culpa.ſer.101.M par.1.
Quòd dona gratiarũ nonequalitater diſtribuit dñs.ſer.162.F.par.2.

Gula gulosus.

Quinq; fatuitates guloſi.ſer.12.B,par.1.
Qnòd guloſus eſt beſtia.ibidem.C.
Quòd guloſus eſt oĩno inutilis exemplo paralitici.ibidem.D.
Quòd guloſus infectus,alios inficit ibid̃.E.
Quòd guloſus multis ſubiicit cruciatibus.ibidem.F.
Sex modis peccatur ĩ gula.ſer.13.C.par.1.
Cui p̃cepto decalogi opponit̃ gula ibidé.E.
Quando gula eſt mortale peccatum & quãdo non.ibidem.F.
Quòd per quinq; partes abſtinentię reſiſtendum eſt gulæ.ibidem.H
Quomodo multi commendãtur ex uoracitate gule.ſer.51.H par.1.
Quomodo iu conuiuiis cõmittitur peccatũ.ibidem.I.
Quòd menſa crapuloſi eſt multiplici egeſtate plena.ibidem.K.
De quinq; filiabus gulæ.ſermo.62.G. parte prima.
Quòd uiuere laute contingit multis modis.ſer.88.M.par.1.

Guſtari.

Guſtari debet tentatio ſed non bibi. ſermo.144.CC.par.ſecunda.
In guſtatione aceti multa Chriſtus nos edocuit.ſer.145.M.par.2.

Habere gladium

Quid ſignificatur per hoc q̃ petrus habebat gladiũ.ſer.146.S.par.2.

Habitare.

Quattuor ſigna habitationis Chriſti ſpiritualis in cordibus.ſer.117.C.par.1

Habundatia.

Quòd habundatia diuitiarum eſt multum periculoſa.ſer.39 B.par 1.
Quôd habundatia maliciæ inducit mortem ibidem.C
De haqundatia meritorum ibi.D

Hedera

Quomodo prælati inutiles ad inſtar hederę aſcendunt dignitates eccleſiæ.ſer.111.K.parte prima.
Quomodo uermis corrodit hederam i.uilẽ perſonam.ibidem.L
Quòd uilis perſona q̃nq; parum durat in dignitate.ibidem.M
Quòd uentus multiplex percutit hederam.ibidem.N
Quomodo iuſti ſub tentationis hædera refrigerantur.ibidem O

Helyſeus

Quomodo helyſeus miraculoſe ſe commenſurauit puero.ſer.2 G.par.1
Quòd helyſeus multiplicauit oleum ĩ uaſis uiduæ.ſer.73 A.par.1.
Quòd helyſei exemplo debemus claudere oſtiũ rebus huius ſeculi pro contẽplatione ſer.74 A.par.1

Heres, Hereditare

Qui ex ſanguinibus nati ſunt eccleſiam Dei hereditare non poſſunt. ſermone 89. C. parte prima.
Quòd non erit heres hereditatis eterne filius Ancillæ.ibidem.M
Qđ nullus uẽdat hereditatẽ celeſtẽ.ibidẽ.N

Hereſis

Quòd hereſis eſt lepra peſſima.ſermone.68.G.parte prima.

Herodes

Quid ſibi vult q̃ herodes erat in Hieruſalẽ tempore paſſionis.ſer.144 VV par.2
Quare non r̃ndebat dñs herodi ibi.20

Hieruſalem.

De quttuor conditionibus Hieruſalem. ſer.87.G.par.1
Quomõ Hieruſalem ſupna differt ab inferiori ſer.89 E.par.1.
De differentia filiorum Hieruſalem & Babilonis.ibidem F
Cum grauer ſimus quõ Hieruſalem ſupnã contingere poterimus ibidem.G.
Quantũ diſtat Hieruſalẽ ſupna ab inferiori.ſer.101 K.par.1

Homo



Homo

Triplex differentia inter hoĩem exteriorem & interiorem.ſer.1.C.parte prima.
Quòd dum eccleſia recolit exteriorẽ hominem recolit interiorem.ibid. D.
Triplex rõ quare eccleſia ab exteriori homine recolit interiorem.ibidem E.
De vtilitate humanæ conditionis.ſermo.55 C. parte prima.
Quòd hõ de ſe nihil reputari debet. ſm̃ bene dona Dei in eo exiſtentia.ſer.82.I.
Quõ putredo eſt pater & mater hominis, & quõ uermis ſoror eius.ſer.131.F. par.1.
Quòd nihil melius homini in hac uita quã cognoſcere ſeipſum.ſer.136. A.par.2.
Septẽ ſigna ueteris hominis.ſer.153.C.parte ſecunda.

Honor

Quòd inſtabilis ſit honor mundanus. ſermo.49 B
Quòd diuitiæ pariunt honorẽ & honor ſuffocat diuitias.ibidem C.
Quòd multi infatuantur honoribus. ibid. D
Quòd honor inducit multitudinem peccatorum.ibidem E
Quòd honor malas inducit ſollicitudines, & contentiones.ibidem F
Quòd aſcendere ad honorem eſt aſcendere ad præcipitium.ibidem G
Quòd honor per laborem acquiritur. ibi. I
Vtrũ licitum ſit appetere honorẽ.ibid. L
De conditionibus honoris. ſer. 50 D.par.1
Quòd eſt difficilius ſaluare aĩam ſuã in ſtatu honoris uel in ſtatu humili.ibid. F
Qui in honore ſunt, dediguantur uidere minores.ſer.163 F. parte ſecunda

Hoſtis.

Quòd hoſtis noſter eſt præceps ad nos inuadendum.ſer.142 K. parte ſecunda

Humilitas

Quòd humilitas apud Deum impetrat ſer.10 G. parte prima
Quanta fuit humilitas centurionis. ſerm.11 H. parte prima
De quadruplici humilitate.ſer.48 A. par.1
Quòd hæc regula eſt generalis, qui ſe humiliat exaltabitur.ibidem B
Quòd humilitas facit orationem exaudiri. ſermo.121 C. parte prima
Quòd humilitas p̃ſtãtior eſt caſtitate.ibi. D
Quõ quadrupliciter magnificatur humilitas Chriſti.ſer. 131.B.parte ſecunda
Triplici ex cauſa debet homo humiliari. ibidem E

Hyems

Quomodo in hyeme huius ſeculi magnæ arbores ſolũ uiuunt in radice.ſer.115 B.p.1

Hypocriſis

Quòd nõ oportet ieiunare ſicut hypocritæ ſermo.4.D. parte prima
Quattuor genera hypocritarũ. ſermo.5 C parte prima
Vtrum hypocriſis ſecum habeat annexã triſticiam. ibidem D
Quòd non liceat fingere pulchritudinẽ non habitã, quàmuis liceat occultare turpitudinem. ſer. 5 G
Quõ poſſunt cognoſci hypocritæ.ibid. K
Quòd nõ debemus fieri ſimiles hypocritis. ſed illis q̃ theſauros effodiũt.ſer.6 E p.1
De hypocriſi ſcribarũ & phariſeorum. ſerm.47 C. parte prima
Quòd hypocrita ſepeliendus eſt eo q̃ nõ ſit manifeſtus peccator.ſer.100 B.par.1

Ianitor Ianua.

De triplici ianitore poſito ad cuſtodiendũ uiam ligni vitæ.ſer.154 E.par.2
De ſex ianuis quas clauſas tranſit dominus ſer.166 B. parte ſecunda

Ieiunium

Quòd ieiunium licite fit ſeptem de cauſis. ſer 4 B. parte prima
Quattuor conditiones ad ieiunium requiſite. ibidem C
Quòd non oportet ieiunare ſicut hypocritę ibidem D
Quòd ieiunium debet eſſe orationi ſociatum ibidem E
Quòd ieiuniũ eſt quaſi flabellum quo abigũtur muſce cogitationum inutilium.ſerm.4 H. parte prima
Quòd ieiunium debet eſſe cum lauatorio contritionis ibidem I
Qđ ieiuniũ debet eſſe cum elemoſina.ibi. L
De hora ieiunii & comeſtionis præuentione.ſerm.13 D. parte prima
Qui ſunt qui non tenentur obſeruare ieiunia. ibidem I
Quòd quinq; modis põt quis p longũ tempus abſtinere a cibo.ſer.24 k.par.1
De multiplici ieiunio & quare ieiunauit xp̃s ſer.76 C parte prima
Quomodo differenter ieiunant hoĩes & beſtiæ.ſermo.110 N. par.2

Ieſus

Quòd ſine nomine Ieſu non eſt congrediendũ cũ hoſte.ſer.144 O.parte ſecunda.

Igno-

Ignorantia.
Nihil melius hoi in hac uita q̃ cognoſcere ſeipſum.ſer.136.A.par.2.
Qui ignorat pctã ſua ignorabitur. ibidẽ. B.
Illudi.
Quatter illuſum eſt Chriſto contra quadru plicem illuſionem demonis nobis factam ſer.142.p par.2.
Ex illuſione Chriſti in ueſte alba in multis edocemur.ſer.146.SS.par.2.
Illuminari.
Tria gña hoim illuminatorum in paſſione Xpi quid deſignant.ſerm.143.MM.par.2.
Immiſſio
De triplici immiſſione.ſer.138.B.par.2.
Quõ diabolus immiſit in cor Iudæ.ibi. C
Incarnatio
Quòd exẽplo geometræ dominus in incar natione qđ prius docuerat uerbo docuit exemplo ſer.86 A.par 1
Quale bñficiũ fuit maius ĩcarnatio Chriſti an paſſio.ſer.146 A par 2.
Indigentia.
Quõ Deus ſuis creaturis indiget.ſer 122 A parte ſecunda.
Quomodo differenter ſẽm indigentiã Deus & mundus appreciantur.ibidem.B
Quinq; perſonis indiguit dñs.ibidem.C.
Indignatio.
De tribus indignantur boni contra malos. ſer.50.I par.1
De prædicationis indulgentiarum.ſer.78 C parte prima
Infernus
De triplici inferno. ſer.38 Q. par. 1
Vtrum poſt mortem immediate animæ prę mientur uel puniantur.ſer.56 I par 1
Quòd iuſti uidentes tormenta malorũ dele ctantur.ibidem k
Quòd damnati ſimul patiunẽ ſummã cal di tatem & ſummã frigid tatẽ.ſer.56 M p.1
Quòd quinq; argrauant tormentũ dãnatorum.ibidem O
Infirmitas
De duobus infirmis rege & ſeruo.ſermo.7 A par.1
Triplici infirmitate laborbat ezechias. ibidem C
Quòd infirmitas naturalis tres homnis partes inuaſit.ibidem D
Quòd infirmitas eſt citatio quædam utilis ad multa.ibidem E
Vnde proceſſit ſpiritualis infirmitas Ezechie.ibidem.F
Quattuor impediunt Chriſtũ ne curet egrotum.ſer.10 D par.1
Quòd infirmitas inueterata uix quęrit medicum.ſer.36 N par.1.
Quibus de cauſis Deus immittit infirmitates.ſer.101.F par.1
Quare dñs aliquando reſpicit iuſtos obliq̃ immittendo infirmitates.ibidem H
De tripli infirmitate.& quomodo eſt ad gloriam Dei.& quõ non.ſer.102 E.par.1
Inimicus.
Quòd ſine inimicis in hoc mundo eſſe non poſſumus.ſer.15 A par.1
Quòd rõnabile eſt ĩimicos diligere.ibid. B
Quòd hõ triplicem habet inimicum Deum, dyabolum,& proximum.ibidem C
Iniquitas
Quomodo melior eſt inquitas uiri q̃ mulier bene faciens.ſer.132 D
Item ſer.142.TT.par 2.
Iniuria
Vtrum liceat iniuriam ui repellere.ſer 142 AA par. 2
Inuidentia.
Quòd inuidentia fraternę gratiæ eſt æternę dãnationis ſignum. ſer 107 N par.2
Ionas.
Quare datum eſt iudeis ſignum ionæ. ſerm. 32 C par.1
Si Ionas falſum dixit, quare non fuit lapidatus.ſer.110 K par.2.
Quare Ionas fugit a dño, cum ſciret eum ubiq; præſentem.ſer.111.E par.2
Quomodo rex Niniuæ tam cito credidit Ione.ibidem I
Ioſeph
Vtrum Ioſeph ante paſſionem obierat.ſer. 147 V par.2
Ira
Quòd Ira tripliciter exemplo ignis extinguitur.ſer.68 Q par.1
Ira Dei
Quõ põt placari Deus q̃uis ſit immutabilis ſer 95 M par.1
Quõ ſemita iræ dei qñq; conuertitur in grãdem uiam.ſer. 110 L par.2
Iudas Iudeus
Qđ iudas multiplicia habuit mala.ſer. 142 b par.2
Quòd propter multa tolerat eccleſia iudæos conuerti recuſante .ſer.142.Z.par.2.
In facto iude referçutis pecuniam in multis edocemur.ſer. 146 LL.par.2
Ite
De duplici ite.ſ.bono & malo.ſer. 28 L p.1
Iudex
quando iudex tenetur reſtituere & qñ non. ſer.73 N par.1
quòd iudices tutantur magnos latrones & ſuſpendunt paruos.ſer.86 C par. 1
quòd iudex ad neminẽ debet reſpicere ſed bene aduocatus.ibidem M
Iudicium Dei
quòd uentus diuine ſententiæ ſeparabit malos a bonis.ſer.18 A par.1
quattuor rationes quare fiet iudiciũ in ualle Ioſaphat.ſer 27 A par.1
qui & quales erunt aſſiſtẽtes in iudicio.ib.B
quomodo erit omnium gneneralis & ꝑemptoria citatio.ibidem C
quid per hedos & oues,dexteram & ſiniſtrã intelligatur.ibidem D
quòd talis nũc eſt ad dexteram qui erit tũc ad ſiniſtram.ibidem E
Vnde ualet conſequentia eſuriui & dediſtis mihi manducare.ergo uenite.ibi.F
Sex cauſe quare iuſti in iudicio Dei iocundabuntur.ibidem G
quòd horrenda erit ſententia contra malos ibidem H
quare dominus ſæpe iudicium raro gloriã ſuam manifeſtat.ſer.28 B par.1
quomodo ſtatuet dominus oues a dextris & hedos a ſiniſtris.ibidem C
Vtrum ſit aliquod iudiciũ particulare ib. D
Si anima exiens a corpore iudicetur a Deo homine ita ut uideat Chriſti humanitatẽ. ibidem E
Si animæ impiorum in exitu recipiuntur à demonibus quare non auditur clamor earum.ibidem E
De triplici uenite in die iudicii ibid. F
quomodo iudicium Dei comparatur tonitruo.ſerm. 28 K parte prima
Cauſa reprobationis malorum.ſerm.28 M parte prima
qño ibunt mali in ſupplicium æternũ.ibi. N
Vtrũ in iudicio generali Maria pro peccatoribus intercedet.ſer. 31 A parte prima
quomodo mali iudicabunt malos. ſer.32 F parte prima
Vtrũ iudiciaria Chriſti poteſtas ſe extendat ſuper omnes res terrenas.ſer.146 PP
Chriſtus ĩ paſſione mãſuetus, terribilis erit in iudicio ſer.144. LL. par. 2
Iudicium humanum
quomodo iudicia ſunt in meliorem partem interpræranda.& qño non.ſer.86.N par.1
quomõ iudicium Salomonis fuit uerificatũ. ſer 93 .B.par.1
quomodo minores & plebei qñq; melius iudicant q̃ maiores.ſer.113.F.par.2.
quòd iudicio reproborum boni ſunt mali & econuerſo.ibidem.G
Aliter iuſti aliter mali iudicant de his qui digni ſunt.ſer.128.F.par.2.
Iuſticia Iuſtificatio Iuſtus
Duplex eſt iuſticia, Dei ſed & mundi.ſer.20. M.parte 1
Sex arma iuſticiæ contra ſex iacula mundi. ibidem.O.
quomodo Deus ꝑ ſuam mĩam iuſtificat pctõres.ſer.2.F.par.1.
Vtrum ad iuſtificationem peccatoris requiratur eius uoluntas.ſer.35.F par. 1
Anima quæ iuſtificatur triplices habet cogitationes.ſer.59. Q. par. 1
Quare iuſtis male eſt in hac uita & malis bene.ſer.54.A.par.1
Iuſticia dẽt eſſe quaſi uxor præſidis.ſ. 146. a.par.2
Labor
De duplici labore ĩ tribulatiõe. ſ.17.A.p.1
Quinq; uaria genera laborãtium. ibidem. B
Septẽ utilitates.ex labore ꝓuenientes ibi.C
Quòd religioſi canonici,& uſurarii multa bona habẽt & parũ laborant.ſer.83 S.p 1
Quòd laborantibus hic dantur ſtipendia & in futuro merces.ſer.91.B.par.1.
Lac Lactens
Quõ lactentes Deũ laudare pñt ſer.126.p 2.
Lachrima
Quibus lachrimis fleuit Ezechias.ſ.7.M.p.1
Quare dñs ſuꝑ Lazarum lachrymatus eſt. ſer.101 q.par.1.
Quòd ex multiplici origine emanant lacrime.ſer.117.A.par.2
Lancea.
Cur lancea latus Chriſti apiens dicitur dira,& claui dulces.ſer.145.T.par.2
Languor.
Tripliciter cauſatur languor.ſer.101.B
De multiplici languore.ſer.102 B par.1.
Lapis
Qño lapis cadit ſuper aliquem & aliquis ſuper lapidem.ſer.57.K.par.1
Quomodo ꝑlati immiſericorditer lapidant parentes ſuos. ſer.108.B.par.2.
Quomodo nũc boni de bono opere lapidantur

ſermo.115.A par.2

Laqueus

Qũo creaturę facte ſũt ĩ laqueũ ſ.26.I.par.1

Quomõ pœna & culpa ſunt laquei pc̃tõris & ſimiliter creatura.ſer.46.D.par.1

Quattuor modis laqueos dyaboli euadimus.ibidem.E.

Quòd diuitiæ ſunt laqueus.ſer. 84.L.par.1

Laterna

Quid repræſentant laterne cum quibus captus eſt Chriſtus.ſer.142.S.par.2

Latro

De tribus latronibus carne,mundo, & dyabolo.ſer.68.k.par.1

Qũo pc̃tõr latroni cõparat̃.ſer.70.A.par.1

De malis quæ contingũt furibus & raptoribus.ſer.73.C.par.1

Qũo maiores ſunt maiores latrones.ibid. I

Res furata; quomodo dñt reſtitui? ſermo. 74.C.parte prima

Quid ſignificent tres latrones in paſſione Chriſti commemorati.ſer.143.F.par.2

Quomodo Chriſtus innocens inuẽtus eſt in cruce inter duos latrones.ibidem.H

Triplici iure bonus latro regnũ Dei acquiſiuit.ibidem.I

Quare unus latro conuerſus eſt & nõ alius ibidem.R

Artificioſa multũ cõtẽplatio de hoc q̃ dñs aſſũpſit latronẽ paradisũ. ſerm. 143. P. parte ſecunda

Q̃ xp̃s erat tanq̃ latro ĩ paſſione ſer.144.y

Sex optima uerba protulit bonus latro.ſer. 145.F.par.2

Vtrum latrones cũ Chriſto crucifixi fuerint clauis affixi.ſer.146.k.par.2

De differẽtia nobilis latronis & uillani. ſer. 144.ZZ.par.2

Latus Chriſti

Quid ſignificat apertio lateris Chriſti. ſer. 147.GG.par.2

Lauare

Quòd triplices pedes lauit dñs. ſer. 140.G par.2.

Laus.Laudare.

Quare dominus vult uirtuoſos laudari.ſer. 11.N.par.1

Quòd prius oportet credere & amare q̃ laudare.ſer.78.D.par 1

Quòd probi uiri de ſua probitate laudantur ſed nihil eis accreſcit a populo. ſer. 128. O.par.2

Lazarus

Quid per duos lazaros intelligatur. ſermo. 54.Q. par.1

quis lazarus pauper, & de contionibus eius. ſer.55.L.par.1

quare grande Lazari miraculum tacuerunt alii euangeliſte.ſer.101.A.par.1

Quare non cito occurrit dominus lazaro amico ſuo.ſer.102.A.par.1

Quare Xp̃s lachrimatus eſt dũ ſuſcitauit Lazarũ.& gauiſus ẽ dũ mortuus fuit ibd. O

Quare Lazarũ nõ ſuſcitauit lapide manẽte ſicut ſeipsũ de ſepulchro ſuſcitauit. ibi. R

De triplici mortuo a xp̃o ſuſcitato. ibidẽ.S

Lectus

De duplici lecto Xp̃i duro.ſ.148.B.par. 2

Legatus

Qũo xp̃s fuit legatus a latere cum plenitudine poteſtatis.ſer.124 A par.2

Quòd ille legatus uenit ad ſoluẽdas aſinas. ibidem C

Lepra

Quòd lepra malum in ſcripturis ſignificat. ſer.68 D parte prima

Quòd facilis ẽ curatio lepre pc̃ĩ.ibi.N par. prima

Letari Leticia

De dr̃a leticię in ſeruitio dei & in ſeruitio mundi.ſer.87 A par. 1

Qũo differẽter ciues Babilonis & ciues Hieruſalem letantur.ibidem B

Quòd letatur eccleſia de profectu & doctrina filiorum ſuorum. ibidem C

Quòd eccleſia letatur de nobilitate filiorũ ſuorum. ibidem F

Quòd eccleſia letat̃ de ſua fecũditate. ib. L

Quòd letatur eccleſia de ceſſatione peſtis ĩ filios. ibidem N

Quòd letatur eccleſia de liberatione filiorum ab inimicis ſuis. ibidem O

Vtrum letandum ſit de bono opere a nobis facto.ſer.89 I. parte prima

Lex

Quomodo princeps eſt ſubditus legi ſuæ. ſermo.47 F parte prima

Quòd lex eſt torcular.ſer.57 F par.1

Qũo dñs mutauit iugum graue legis antiquæ.ſer.86 K parte prima

Quòd non ſemper ſecundũ ſeueritatem in iniuriam vindicandum eſt.ibid. L

Liber

Quòd in quattuor libris põt legi quantas habemus iniquitates.ſer.136 C par. 2

Qũo xp̃s eſt liber vite.ſer.136 D par. 2

De libro uitæ quis & qualis ſit. & de ſeptem capitulis



capitulis eius.ſer.142 A par. 2

Qũo lib.vitæ ſcriptus eſt intus & foris.ib.B

De ſeptẽ ſignaculis libri vitæ.ibid. C

Qũo Chriſtus dignus fuit aperire librũ uite. ſer 143 A par. 2

Verbũ dei fuit quaſi liber epiſtola continẽs conſilium diuinum ſuper ſalute hoĩs.ſer. 143 B parte ſecunda

quòd Xp̃s eſt liber ſimplicium & eruditorũ. ibidem L L

qũo liber vitæ agnitus eſt in reſurrectione. ſer.163 D par. 2

Liberalitas

quòd magna fuit liberalitas Chriſti ad bonum latronẽ.ſer.143 N par.2

Liberare. Libertas.

De multiplici libertate.ſer.87. K par. 1

quòd quinque modis laborauit Pilatus liberare Chriſtũ.ſer.143 n par. 2

Ligare

De quadruplici alligatura.ſer.72 B par.1 Item ſer.125 D parte ſecunda

qũo differenter ligantur bruta & homines. ſer. 124 F par. 2

Litteratus

quare mulierẽ dominus & nõ litteratos ſcribas & phariſeos conuertit. ſermo. 63 H parte prima

qũo multi litterati ſtudent cognoſcere ſpeculatiue & non practice.ibid. I

quòd ſimplices & illiterati cognouerunt Chriſtum.ſer.82 Q par. 1

qũo litterati de ſuis operibus cõiter gloriã quærunt.ſer.113 D par. 2

Loculus

quòd loculus eſt paruus locus in quo ponũtur corpora defunctorũ.ſer.100.A par.1.

Locuſta

qũo impinguatur locuſta & diſſipatur capparis.ſer. 161 A parte ſecunda

Longanimitas

quid eſt longanimitas.ſer.20 F par. 1

Lux

quòd in luce oportet operari. ſermo. 97 E parte prima

quòd deus maxime diligit lucem.ſerm.103 A parte prima

De ſeptem conditionibus lucis.ibid. B

quòd prælatus debet portare lucẽ coram populo. ibidem C

Cũ ſol iuſtitię pręſens eſſet iudęis.quare nõ eos illuſtrabat. ibidem D

De duplici lumine vitæ ſcilicet & mortis. ſermo.104 A par. 1

quattuor modis deus illuminat hominem. ibidem B

De triplici luce apparente in mundo. ibidem. C

quòd aliter miniſtri eccleſiæ. aliter ſubditi habent lumen vitæ.ibidem D

qũo quis põt habere lumen vitæ cum illud ſit inacceſſibile.ibidem E

Quomodo lux ſe communicat bonis & malis. ibidem F

quomodo differenter lux corporalis & lux diuina res manifeſtant. ibidem H

Luxuria. Lubricus

quòd lubrici duplici paſſione uexantur. ſermo.39 K parte prima

De malis in quæ incidit lubricus lubrice uiuendo.ſer.59 G parte 1

quomodo luxuria diſſipat omnia bona. ibidem I

quomodo dyabolus de luxuria plus tentat quàm de alio uitio.ibid. K

quòd tripliciter dyabolus ignem Luxuriæ accendit.ibidem.M

quòd Luxuria eſt quædam lepra.ſer. 68.I parte prima

quare ignis Luxuriæ non tetigit Chriſtum ſer.83.H par.1

Magdalena.

quomodo grauia fuerunt Magdalenæ pc̃tã. ſer.116 B par.2

An licium ſit prædicare q̃ fuerit peccatrix publica.ibidem.C

quòd ueniens ad Chriſtum ſeptem uirtutibus eſt circundata.ibidem.D

quinq; motiua magdalenæ ad lachrimãdũ. ſer.117.G.par.2

quæ fuerunt cauſæ peccati Magdalenę. b D

quare nec euangeliſta,nec phariſeus hãc peccatricem ſuo nomĩe appellat.ibidem.F

Magiſter

Vtrũ ſit malũ uocari magiſtrũ.ſer.47.I.p.1

quare Chriſtus dicitur eſſe magiſter in omni facultate.ſer.134.G.par.2

quomodo magiſter Chriſtus legit lectionẽ de morte propinqua.ibidem.H

qua ratione Xp̃s dicat̃ magiſter ſer.130.p.2

Magnanimitas.

qua ratione iuſti poſſunt in difficilia. mali uero uix in facilia.ſer.50.G.par.1

Magnificare

quomodo Deus magnificatur a bonis non a malis.ſer.20.L.par.1

Malicia

Malicia Malum
Qũo malicia aſcendit & deſcendit.ſ. 111. C.par.2
De quattuor peccatis quorum clamor quæ rit ultionem a domino.ibidem.D
Quòd iniquitas & dolus ſunt malorum acu lei quibus infeſtãt bono.ſer. 114. C.par.2
Quõ malum decorat bonũ.ſer.138.D.par.2
Qua rõne dñs diſſimulat punire mala.ibi.E
Manifeſtare
Quòd tripliter Deus aliquid manifeſtare ſo let.ſer.120.E.par.2.
Manus Chriſti
Propter multa uoluit dñs manus ſuas cruci affigi.ſer.142.hh.par.2
Mare
Aliud ẽ ſedere circa mare.aliud abire trãs mare.aliđ nauigare p mare.ſ.110.B p.2
Quòd maris exẽplo pœnitentia nullũ per- mittit uiuere peccatum.ſer.101.G.par.2
Maria.
Quòd Maria uere dicatur filia regis eterni. ſer.16.C.par.2
Vtrum in iudicio Maria pro peccatoribus intercedet.ſer.31.A par.1
Quomodo maria tripliciter quęſiuit filium ſuum.ſer.32.A.par.1
Quòd maria eſt elemoſinaria paradiſi. ſer. 34.A.par.1
Quòd maria p piſcinã ſignificat.ſ 35.A.p.1
Quare maria non interfuit transfigurationi ſer.43.A.par.1
Quòd maria mediatrix eſt inter nos & Deũ ſer.49.A.par.1
Quòd maria miſericorditer nobis auxilia- tur.ſer.57.B.par.1
Quomodo Chriſtus q̃diu uixit honorauit matrem ſuam.ſer.76.A.par.1
Quòd maria eſt terra ſuccurrens cadẽti po pulo.ſer.85.A.par.1
Quòd maria dicitur fons ſiloe.ſer.97.A p.1
Qñ uenit hora Chriſtus ſe monſtrauit filiũ mariæ.ſer.120.A.par.2
Quòd maria eſt uas minimę quantitatis & maximę capacitatis ſer.134.A.par.2
Maria eſt lignum uite,ſimiliter & crux ſer. 145.h.par.2
Quid ſibi vult myſtice ꝙ maria pingitur ua riis modis.ibidem I
Quare Chriſtus in cruce uocauit mariã mu lierem & non matrem.ibid.K
In eo ꝙ maria aſſiſtebat cruci in multis edo edocemur.ſer.147S.par.2
Quòd maria ẽ mr̃ eccleſię qnq; modis.ib.T
Quòd maria adiuuat ante mortẽ, in morte & poſt mortem.ſer.147.V.par.2
Vtrum in ſola uirgine maria in triduo man ſerit fides.ſer.148.A par.2
Vtrũ mariæ primo apparuerit Chriſtus poſt reſurrectionem.ſer.150.A.par 2
Matrimonium
Vtrũ licitũ fuit Abrahe hr̃e plures uxores. ſer.72.E.par. 1
Medicus
Differẽcia medici ſpũalis a corporali.ſ 10.B
Qũo neceſſaria eſt dieta a ſummo medico impoſita. ibidem F
Quòd deus eſt aĩæ medicus.ſer 12 A par. 1
Quòd tria reſpicit medicus uolens uti praxi ſua.ſer. 35 B parte prima
Quòd Chriſtus ab aliis medicis ſex modis differenter medetur.ibidem E
Mendacium
Quid eſt mendaciũ.ſer.58 E parte prima
De duplici mẽdacio.ſ.vocis & operis. ſerm. 58 F parte prima
Qđ figurales locutiões nõ sũt mẽdacia ib G
De quadruplici mendacio vocali ibi. H
Quòd omne mendaciũ eſt illicitum.ibid. I
Qñ mẽdaciũ eſt peccatum veniale,& quãdo mortale.ibidem K
Quare vitãdũ eſt mẽdaciũ pnicioſũ.ibid. L
Vtrum mendaciũ ſit peius furto. ibidem M
Qũo omnis homo mendax. ibid. N
Menſa
Quòd hic ſumus inter duas menſas poſiti. ſer. 55 K. Item.ſermo. 90 O
Merces Mercẽnarius
De differentia ſerui mercennarii,& filii.ſer. 60 P. parte prima
Quòd dñs tam à prælatis quàm a ſubditis quærit mercedẽ.ſer.142 d parte 2
Meretrix
Quare dñs cũ ſola meretrice loquebatur.ſer mo.82 F par.1.
Metere
Quomodo intelligitur ꝙ alius eſt qui ſemi nat & alius qui metit.ſer. 83 P par.1.
De duplici meſſe ibid. Q
Quare apoſtoli dicuntur meſſores & nõ pro phetę.ibid. R
Mica
De quadruplici mica.ſermo. 55 R par. 1
Miles
Qũo debent ordinari milites iuxta formam trium centurionũ.ſer. 11 B parte prima
Qđ in quinq; ſolẽt excedere milites. ibi. C
Qu nunc ſunt ſimiles militibus pilati.ſerm. 147 L parte ſecunda





Quæ ſit differentia militum nunc & tpe reſur rectionis Chri exiſtentiũ.ſer.151 F par.2
De ſex cõditionibus modernorũ militũ.ſerm. 152 G parte ſecunda
Miniſtrare.
De triplicibus miniſtris Dei.ſer.133 E, par.2
Miraculum.
De falſis miraculis uetularum in ſuſcitatione abortiuorum.ſer.99 S, par. 1.
Vtrum miracula Chriſti ſint probatio ſuffi- ciens ad probandum ꝙ ipſe ſit Chriſtus.ſer. 114 A, parte ſecunda
qualiter miracula quæ fecit Chriſtus debe- mus facere ſpũaliter.ſer.139 A, par. 2
Miſericordia.
Quare miſericordia dicitur magis proprium Dei quàm iuſticia.ſer.59 P, par.1.
Quòd ad patrẽ miſericordiarum cõfugiẽdum eſt, ſer.60 R, parte prima
quattuor modis ſolet alicui fieri miſericordia. ſer.136 F, parte ſecunda
Qũo miſericordia Dei magna eſt.ſerm. 59 B, par. 1
Mons
De duplici monte.ſer.43 C. parte prima
Monumentum.
quare Chriſtus ſepultus eſt in monumento no uo.ſer.145 x, par. 2
Morbus.
Quòd piculoſum ſit celare morbũ peccati ſer. 10 E, par.1.
Mors
De duobus nunciis mortis miſſis Ezechiæ.ſer mo. 7 B, parte prima
An poſſit mutari terminus vitæ & qũo.ſermo. 8. I, parte prima
qũo hortari debent amici,medici, & ſacerdo- tes morientem.ſer.9 G, parte prima
quòd ſancti uiri mortem deſiderant.ſer. 18 F, parte prima
quòd moriens quattuor cogitationibus agita tur.ſer.45 A, parte prima
Homo licet uiuat,propter ſex mortuus repu- tatur.ibidem E,
quòd ſit deteſtabilis mors ſpũalis.ibi. F.
qũo differenter moriuntur boni & mali. ſer. 56 C,
quòd aliud eſt iudicium hominum de morien tibus. aliud Dei. ibidem E,
Quòd per feram mors intelligitur.ſer. 58. C, parte prima
Quare dyabolus magis ſeuit & tentat in fine vitæ hominis q̃ ante.ſer.66 B, par. 1
Quòd iuſti nõ timent dyabolũ in morte.ib. C
Quòd dyabolus in morte iuſtos ſæpe conatur diffamare. ibidem D,
Qua rõne mors omnia temporalia aufert. ſer. 84 E, parte prima
Vtrum gaudendũ ſit aut flendũ de morte iu- ſtorum.ſer.101 I, parte prima
Quare morituris nõ debemur dare ſpẽ viuen- di dicendo ſicut Chriſtus. hæc infirmitas non eſt ad mortem ſer.102 F, par. 1
Quòd mors ſanctorum propter tria dr̃ ſom- nus.ſer.102 G, parte prima
Quòd in periculo mortis exñs ad quattuor de bet reſpicere.ſer.121 A, par. 2
Tranſitus mortis noſtræ debet a nobis ſæpius cogitari.ſer.139 B, par. 2
Mors ſpiritualis
Quòd mors ſpiritualis eſt periculoſa. ſer. 46 A, parte prima
Propter quid dominus iudæos damnauit ad mortem peccati.ſer.46 B, par. 1
Quòd mortem ſpiritualem ſequitur mors ſe- cunda.ſer.56 G, parte prima
Mors Chriſti.
Propter multa lugendũ eſt pro morte Chriſti & non gaudendum.ſer.145 B, par. 2
Chriſtus alte clamans circa mortem aliqua nobis reliquit documenta.ibid. P,
Mortuus.
Qũo mortui atteſtãtur viuis.ſer. 54 R, par. 1
Quòd mortuum in peccatis neſcit Deus. ſer. 102 P. parte prima
Mulier prægnans.
Vnde eſt ꝙ mulieres prægnantes quęrunt ſę- pe vilia & nociua.ſer.13 G, par. 1
Mundus.
De fuga mundi. ſer.60 Q,
Quòd mundus in ſcripturis frequenter in ma- lum accipitur. ſer. 120 G, par. 2
Mutatio.
Quòd peccator debet mutari ſecũdum quat- tuor mutationes. ſer.33 E, par. 1
Nauis.
Quattuor alleuiãt nauẽ aĩę. ſer.110 E, par.2
Negociatio.
Vtrum negociatio mercatorum ſit licita. ſer. 92 B, parte prima
De conditionibus requiſitis ad negociationẽ licitam. ibidem C,
De quadruplici negaciatione.ibi. D,
Qũo fraus cõmittitur in mercãtiis. ibid. E,
Vtrum venditor teneatur dicere vitium rei vẽ ditæ. ibidem F,
In quibus caſibus liceat vendere rem carius quàm empta ſit ibidem G,
Quòd iuſtum debet eſſe precium in merci- bus.

bus. ibidem H,
Quomodo mercatores peccant nimium uédédo merces. ibidem I,
De duplici negociatione.ſ.terrenorum & cęleſtium.ſer. 164 F, par. 2

Nihilum

Qũo ꝑ nihilo ſaluos fecit Deus hoĩes. ſer. 34 N, par. 1

Nouiſſima.

Quòd memorari dẽt hõ nouiſſimorũ ſuorũ. ſer. 66 A, par. 1

Nux

Quòd uita noſtra nuci comparatur. ſer. 41 G, par. 1

Obedientia

Quòd inobedienti omnia in contrarium cedunt. ſer. 110 F, par. 2
De periculo inobedientiæ. ſer. 111 F, par. 1
Quòd obedientia minoribus bonis eſt anteponenda. ſer. 140 K. par. 2

Obitus.

De fundatione obituum. ſer 54 O, par. 1

Obſtinatio Obſtinatus.

Quare obſtinati non credunt uera dicentibus. ſer. 38 D, par. 1
Quòd obſtinatio eſt ſignum æternæ dãnationis. ſer. 108 D, par. 2
De cauſis obſtinationis & indurationis cordis. ibidem E,
Quòd uerbum Dei eſt ſummũ remedium contra obſtinationem. ibidem F,
Obſtinati & indurati multiplex periculũ. ſer. 118 B, parte ſecunda
Quòd indurati male finiunt dies ſuos. ſer. 118 D, parte ſecunda

Obuiare inimicis.

Contemplatio de hac ꝙ Chriſtus obuiauit ſuis inimicis. ſer. 142 Y. par. 2

Ocium.

Ab ocio capit dyabolus occaſionem tẽtãdi. ſer. 24 D, par. 2
Quòd mali hic habent tẽpus ad ociandũ ſer. 113 C, par. 2

Oculus.

De duplici oculo Dei. ſapientiæ ſcilicet, & miſericordiæ. ſer. 88 E, par. 1
Quare oculi dñi ſunt ſuper iuſtos & vultus ſuper malos. ſer 90 G, par. 1
Quòd multipliciter oculi grauantur. ſer. 144 L, parte ſecunda
De oculis exterioribus & interiorib. ſ. 156 B,
De quintuplici oculorum differentia. ibid. C,
De tribus defectibus oculorum. ibi. D,
De natura oculorum & dentium ibidem E,

Odium.

Multiplex ratio quare oditur proximus. ſer. 15 I, parte prima
Quòd plus nocet odium perſequenti quàm ei qui perſequitur. ibidem K,
Quando odium eſt peccatum mortale & qñ non. ſer. 104 G, par. 1
Quòd diſſimilitudo odium parit. ſerm. 118 F, parte ſecunda
Quòd quattuor modis quis debet odire aĩam ſuam. ſer. 123 D, par. 2
Quòd propter quattuor Iudæi odiebãt Xp̃m ſer. 146 TT, par. 2

Odor.

Qũo odorem ſuauitatis effudit agnus Chriſtus in cruce. ſer. 62 D, par. 1
De triplici domo odorifera. ſer. 132 A, par. 1
Multorũ nares nõ poſſunt ſentire odorẽ Chriſti. ibidem B,

Offerri.

Tria ſunt oblata Xp̃o in cruce. ſerm. 143 BB, par. 2.

Onus.

Qũo debemus portare onus alienum. ſermo. 130 C, par. 2

Opus.

Quòd opus eſſe legitimum cognoſcitur ex cõcipiente illud. ſer. 62 H, parte prima
Vtrum lętandum ſit de bono opere a nobis facto. ſer. 89 I, par. 1
Qũo opus meritorium ſolum fit de die. ſerm. 98 E, parte prima
Qũo opus laudat artificem. ſer. 114 K, par. 2
Qũo iuſtis omnia cooperantur in bonum. ſer. 133 A, par. 2

Oratio Orator.

Quòd tribus modis orando põt quis ſua bona recolere. ſer. 7 O, par. 1
Quòd periculoſum eſt in oratione bona ſua recolere. ibidem P,
Si liceat bona ſua coram Deo in oratione recitare. ſer. 7 N, par. 1.
An liceat alicui allegare iuſticiam illius pro quo oratur & qũo. ſer. 11 C, par. 1
Quòd dupliciter aliquis ſolet aliquid impetrare. ſer 33 C, par. 1.
Propter duo differt dñs exaudire orationes ſupplicantium. ibidem k,
Qũo ſancti orant pro nobis. ibidem L,
Item. ſer. 52 N, parte prima
Vtrũ Deus pc̃tores exaudiat. ſer. 98 I,
Quòd orat o Chriſti eſt multũ efficax. ſerm. 120 F, parte ſecunda
Vtrum ad orationem requiratur attentio. ſer. 121 B. parte ſecunda
Quare dñs in orto requirebat orationẽ diſcipulorum ſuorũ. ſer. 142 E, par. 2
Quare dñs ſolus orauit in orto. ibidem H,
Quare dñs fecit interpollationem in orationibus ſuis. ibidem I,





Quòd oratio debet eſſe breuis. ibidem k,
Quare dñs ter oronẽ eãdẽ repetiit. ibidem L,
Quattuor habere debet oro noſtra: quæ reperta ſunt in oratione Chriſti. ibidem N,
Tribus modis fuit Chriſtus, orator noſter ſeu defenſor in cruce. ſer. 143 C, par. 2
Tria Chriſti documenta ad orationem faciendam. ſer. 144 G, parte ſecunda
In neceſſitate debemus ad orationem confugere. ibidem M,
Tres actus excellẽtiſſimę charitatis fuerũt in illa oratione Chriſti. Pater ignoſce, &c. ſer. 145 D, parte ſecunda
An oratio Chriſti pro ſuis perſecutoribus fuerit exaudita. ibidem E,
An oratio qua Chriſtus orauit in orto fuerit exaudita. ſer. 146 I, par. 2.

Ordo.

Quòd a principio mundi Deus duos ordines inſtituit. ſer. 88 A, parte prima

Originale.

Quare parentes in filios transferunt peccatũ & non meritum. ſer. 98 B. par. 1

Ortus.

De quadruplici orto in quem dñs introiuit. ſer. 142 D, par. 2
Quadruplex ratio quare dñs ingreſſus eſt in ortum olueti antequàm caperetur. ſer. 144 C, parte ſecunda
Tria repreſentare põt ortus. ſer. 146 E, par. 2

Oſculum Iudæ.

Oſculũ mundi ſimile eſt oſculo Iudæ. ſer. 142 FF, par. 2

Oſtendere.

Aliter Deus aliter dyabolus oſtendunt vnde ſeruis ſoluant. ſer. 22 I, par. 1

Ouis.

Quadrupliciter intelligi põt ꝙ ouis erret carens paſtore. ſer. 90 F, par. 1
Qũo oues tria diſcernere ſolent. ſerm. 114 D, parte prima
Qũo ouis apprehendit hoſtem ſuum, non aũt Chriſtianus. ibidem F,
De triplici modo ouium iuxta ſacram ſcripturam. ibidem G,
De quadruplici genere ouium quæ paſtore indigent. ibidem H,
De ſex vtilitatibus ouis. ſer. 115 G, par. 2
Qũo de lupis fiunt oues. ſer. 165 F, par. 2

Panis.

Vnde debent emere panes doctores & prælati. ſer. 90 G, parte prima
Differentia inter panem ordeaceum filigineũ & triticeum. ibidem H,
Qũo multiplicati ſunt panes. ibidem I,
De duplici pane quotidiano. ſer. 91 A, par. 1
De pane corporali & quinq; fruſtis eius. ib. C,
quare panis corporalis dicitur panis pauperũ. ibidem D,
De pane bonorũ operũ & fruſtis eius. ibid. E,
De pane pęnitentiæ & fruſtis eius. ibidem F, parte prima
quòd panis lachrymarum a quinq; commendatur. ibidem G,
De pane tribulationis. ibidem H,
qũo charitas dicitur panis. ibidem I,
qũo panis doctrinæ in multis commendatur. ibidem K.

Paraliſis.

De triplici paraliſi ſpũali. ſer. 36 G, par. 1
quòd ad ſanandũ noſtram paraliſim poſita eſt medicina ſuper Chriſtũ. ſer. 119 B, par. 2

Parere.

quòd ſunt quinq; modi pariẽdi. ſer. 32 I. par. 1

Paries.

quòd ad triplicẽ parietẽ ſe conuertit Ezechias & quare. ſer. 7 K, parte prima
quare ſe conuertit Ezechias ad parietem viciorum. ibidem L,
Multi ſe multipliciter conuertunt ad parietẽ uitiorum. ſer. 8 G,

Participare.

qũo participantes tenentur reſtituere. ſer. 73 O, par. 1

Paruulus.

quòd ꝑꝑ paruulorum multitudinẽ pepercit dñs Niniuæ & non Sodomis. ſer. 111 Q, p. 2

Paſcha.

De duplici Paſcha. ſ. florido & fructifero. ſer. 123 A, parte ſecunda
quare Iudæi iuxta lunã comedebant Paſcha. ſermo. 134 D, par. 2
qũo veteri Paſchæ impoſitus eſt a Chriſto terminus. ſer. 135 D, par. 2
De triplici ſolẽni paſcha. ſer. 40 B, par. 2
qũo veteri Paſchæ eccleſia ſuperadidit nouũ. ſer 153 A, par. 2.

Paſſer.

qũo ſine Dei adiutorio multi ad dignitates tranſmigrant ſicut paſſer. ſer. 146 C, par. 2

Paſſio Chriſti.

Multiplex ratio quare plus tempore paſſionis Chriſti quàm alio tempore debemus noſtræ ſaluti intendere. ſer. 105 A, par. 2
quòd tp̃e paſſionis Chriſti multum debemus militare pro Chriſto. ſer. 107 A, par. 2
quòd per paſſionem Chriſti alleuiantur paſſiones noſtræ. ſer. 110 F, parte ſecunda
Vtrũ cõueniens fuerit Chriſtum mori pro ſalute generis humani. ſer. 119 A, par. 2

Propter ſex debemus ſentire ſupplicia paſſionis Chriſti.ſer.130 D, par. 2
Chriſtus per ſuã paſſionem & mortẽ tria hoſtiũ gñа proſtrauit.ſer.142 y, par.2
Sex rõnes quare frequentius recolitur paſſio Chriſti quàm cætera myſteria noſtræ redẽptionis.ſer.144 A, par. 2
Timenda eſt obliuio beneficii paſſionis Chriſti propter duo. ibidem B,
Quid ſibi volũt veſtis alba & veſtis purpurea quas habuit xp̃s in paſſione.ſer.142 yy,p.2
Vtrum Chriſtus debuerit pati in iuuentute. ſer.144 g. par 2
Vtrum debuerit extra portam pati. ibid. h
Vtrum pc̃tm̃ crucifigentium Chriſtum fuerit grauiſſimum.ibidem i.
Quis fuit maximus dolor in paſſione Chriſti, & unde cauſabatur.ſer.145 A, par. 2
Quare Chriſtus in paſſione ſua ſociauit matrẽ cruci. ibidem G,
Quare Chriſtus in paſſione auulſus eſt a diſcipulis ut oraret.ſer.146 H.
Quis plus peccauit iudas uel iudæi. ſerm. 146 M M, parte ſecunda
Vtrum Pilatus cũ eſſet laicus debuit interrogare Xp̃m de his q̃ legis erant.ibi. OO,
Io eo q̀ Pilatus in paſſione Xp̃i ſedit pro tribunali inſtruimur in multis.ſer.146 zz,p.2
Vtrũ Pilatus fuerit innocens damnando Chriſtum.ibidem c,
Vtrum dolor Chriſti fuerit maximus. ſermo. 147 A, parte ſecunda
Magnitudo doloris quem habuit Chriſtus in cruce ex quibus penſanda eſt.ibid. B,
Vtrũ alio modo q̃ per mortem potuerat fieri redemptio generis humani.ibid.C,
Vtrũ cõueniẽs fuerit Xp̃m pati in cruce.ib.G,
Vtrũ Xp̃s debuerit nudus pẽdere ĩ cruce.ib.H,
Vtrũ lictores Xp̃m crucifigentes peccauerint ipſum crucifigendo.ibidem I,
Vtrũ lictores cognouerint ip̃m eẽ xp̃m.ib. Q,
Ex præſentatione aceti facta Chriſto in paſſione in multis inſtruimur.ſer.147 DD, par.2

Pater.

De pr̃aitate Dei & de pr̃nitate dyaboli. ſerm. 56 S, par. 1

Pater ignoſce.

Deuota cõtẽplatio ſup illo uerbo.Pr̃ ignoſce. ſer.143 E, p. 2

Patientia.

Qũo patiẽtia eſt legis plenitudo.ſer.142 CC, parte ſecunda
Vtrum quilibet teneatur iniurias ſibi illatas patienter ferre. ibi. P P,
Quò ĩ paciẽtia dr̃ nauis pugnãtium. ſer.144 D, par. 2

Pauo

De coniunctione ſimiæ & pauonis in naui Salomonis.ſer.164 G, par. 2

Pauper

Quòd multipliciter dñs honorat pauperes. ſer.54 D. parte prima
Quòd pauperes dicuntur uia.ſer.129 I, p. 2

Pax.

De duplici pace carnis.ſ.& ſpiritus.ſer. 68 M, parte prima
Quòd quandiu ſuperſunt mali non erit pax. ſer.110 G, par. 2
De triplici pace hic & ĩ futuro.ſer. 127 E, p.2
De duplici pace.pectoris.ſ.& æternæ beatitudinis.ſer.161 C, par. 2
Qũo in nobis pax eſſe põt cum ſit ibi continua diſcordia.ſer.162 A, par. 2
Vtrum pax quam dedit Chriſtus ſit pax quam dedit mundus.ibid. H,
Quinq; ualẽt ad verã pacẽ habẽdã. ibid. I,
Quòd multa concurrunt ad pacem pectoris. ſer.166 C, parte ſecunda

Peccatum Peccator.

Qũo pc̃tm̃ eſt uenenum.ſer.3 h, par. 1
Quinq; cõdõnes peccatoris.ſer.10 C, par. 1
De quattuor gradibus peccandi.ſer.34 E,parte prima
Quòd dñs poſuit terminum omni peccato.ſermo.35 G, par. 1
Quòd peccatum in penitentia forbaniſatur non homo.ſer.36 P, par. 1
De ſex malis quę peccata generare ſolent.ſer. 46 C,parte prima
Quòd pc̃tm̃ uorat oĩa hominis bona. ibid. F,
Quòd peccatum infamat hominem. ibi. G,
Quòd pc̃tm̃ mordet & turbat conſcientiam. ibidem H,
Quòd pc̃tm̃ qñq; ex pinguedine qñq; ex penuria procedit.ſer.60 C. par. 1
Qũo peccatum eſt auerſio ab incõmutabili bono.ſer 69 A, parte prima
Propter tria ſurgẽdũ eſt a peccato.ſer 100 k,
Triplici rõne dñs ſuſcitare differt peccatorẽ. ſer.102 H, par. 1
Propter quinq; debet peccator cito reconciliari Deo.ſer. 105 D, par. 2
Quomodo peccata ſunt debita.ſer.116 I, parte ſecunda
Qũo de peccato dñs damnauit peccatum. ſer. 142 t. parte ſecunda
Vtrum pc̃tm̃ crucifigentium Chriſtum fuerit grauiſſimum.ſer.144 L, parte ſecunda

Pœna





quòd pœna temporalis reprobis eſt inchoatio gehenne ſer.46.par.1
Vtrũ pœnæ ſint ſimiles culpis.ſer.54.K.par. 1
De duplici pęna hic & in alio ſeculo.ſer.97.D par.1

Penitentia

quòd emollitio aſperitatis occaſio eſt tentationis.ſer.24 F. par.1
In hoc ſeculo totiens quotiens culpa reiteratur,paratus eſt dominus indulgere peccatori ſi peniteat.ſer.65.E.par.1
Quòd maris exemplo pœnitentia nullum permittit viuere peccatum.ſer.110 H.par.2
quòd dominus non meminit peccatorũ eius q̃ uere penitet.ibidem.I
Quomodo penitentia dicitur multiplici ratione nauis.ſer.164.C.par.2

Pera

De pera peregrini.ſer.158.D.par.2

Percutere

Differẽtia inter perecutere pugno & manu aperta ſer.14.D.par.1
Vtrum Petrus peccauit percutiendo ſeruum pontificis.ſer.144.S par.2

Perdere

qũo in tribus caſibus homo ſua perdit. ſer. 60. G, par. 1

Peregrinus

De duplici differentia peregrinorum.ſer.156 A.parte ſecunda
quòd propter quinq; Chriſtus dicitur peregrinus ſer.157.A,par.2
Propter tria dicimur peregrini.ibidem B,
Tria ſunt peregrino neceſſaria anteq̃ iter arripiat peregrinationis.ibidem.C,
De his quæ neceſſaria ſunt peregrino ut caute peregrinetur.ibidem.D,
De requiſitis ad peregrinum ad hoc ut perueniat.ibidem.F,
Qũo Chriſtus erat peregrinus cum eſſe compræhenſor.ſer.158.A,par.2
De effigie qua apparuit dominus diſcipulis. ibidem.B.
De triplici peregrinatione ſermone. 159.A parte ſecunda.
quattuor de cauſis contingit aliquem peregrinari.ibidem.B
quòd Chriſtus eſt primus comes peregrini ꝓficiſcentis.ſer.119.C par.2
Quattuor impediunt peregrinum a uia ſua. ibidem C,
De ſeptem incommoditatibus quæ multum grauant peregrinum. ibidem F,
qũo ad modum peregrini debemus hanc pertranſire vitam.ſer.160 A, par. 2.
quòd peregrinus nihil debet agere mali in uia per quam tranſit. ibidem B,
quattuor de cauſis contingit peregrinum deuiare. ibidem C,
quæ ſunt quæ docent peregrinum recta vita incedere. ibidem D,
quomodo peregrinus ſpoliatur & vulneratus a latronibus. ibidem E,

Perſecutio.

quòd quattuor commouẽt malos ad perſequẽdum bonos.ſer.113 B, parte ſecunda
Occaſiones quare iudæi Chriſtum perſequebantur.ſer. 114 B, par. 2
quid ſit myſtice perſequi Ieſum mortuum.ſermo.143 O O, parte ſecunda

Pes

Qui ſunt pedes Chriſti.ſer.116 E. par.2

Petrus

Quare permiſit dominus Petrum ab ancilla ſuperari.ſer.144 F F, parte ſecunda
Non eſt mirandum q̀ Petrus negauerit Chriſtum in curia eccleſiaſtica.ſer.146 F F, parte ſecunda
Propter quattuor dimiſit dñs Petrum cadere in peccato. ibidem G G,
Tria fuerunt in peccato Petri. ibidem HH,

Pietas

qũo pietas impẽdi debet imperfectis. ſer. 127 C, par. 2

Pilatus.

Pilatus fuit figura tã iuſtorũ quàm iniquorũ iudicum.ſer.144 c, par. 2.

Piſcator Piſcatio.

De triplici piſcatore.ſer.164 H, par. 2
quod piſcatio ſpiritualis a tribus impeditur. ſer.164 I, parte ſecunda
quòd dyabolus eſt maximus piſcator.ibi. K,

Piſcina.

quòd Maria per piſcinã ſignificat̃.ſ. 35 A, p. 1
qũo dicta ſit piſcina & quid ſignificet. ibi. D,
quòd per piſcinam repreſentatur humanitas Chriſti.ſer.36 D, parte prima
quòd per piſcinã ſignificat̃ aĩa humana.ibi. E,

Piſcis.

quòd duos piſces dedit dominus in eſcam.ſer. 91 N, parte prima
Per piſces carnales homines intelliguntur.ſermo.163 G, parte ſecunda

Plantatio.

De plantatione triplicis vineæ. nouellæ adulterinę & ueteris.ſer.57 C, parte prima
De quattuor plantationibus quas dominus fecit.ſer.78 A, parte prima
De triplici plantatione. ibidem E,

Quòd diuinæ plantationes ſunt ſolidæ.ibid. F

Pluuia

Quòd pluuia ſeu imber Serotinus eſt doctrina euangelica.ſer.83 O. parte prima

Pons

De triplici ponte.ſer.105 C. parte ſecunda

Pontifex

Quõ Xp̃s dicitur põtifex ſupnorũ bonorũ.ſer. 105 C. par.2

Porcus

Quõ ſenſus malorum ſunt veriſſimi porci.ſer. 59 L. par.1.

Portio

De duplici portione.ſer.59 F. par.1.

Quòd portionem naturalem oĩbus ex equo diuidit Deus.ſer.60 D.par. 1

Poſſeſſio

De duplici poſſeſſione naturali.ſ.& ciuili.ſer. 39 K. parte prima

Potentia Poteſtas

Quòd breuis & fallax eſt mundana potentia. ſer.128 E. par. ſecunda

Quòd triplicẽ poteſtatem dedit Deus filio ſuper naturam humanam.ſer.110 B par.2.

Præceptum

Quòd rara debent eſſe pręcepta indita populo.ſer.47 E. par. 1

Non uidebunt mortẽ æternã qui ſeruauerint pręcepta Dei.ſer.106 G. par. 2.

De triplici præda quam in reſurrectione diſcipulis ſuis dedit dñs.ſer.152 F. par.2.

Prædeſtinatio

Quare hunc & non illum prædeſtinat.ſer. 88 I. parte prima

quõ dr̃ Lazarus amicus Dei cũ nemo ſcit an odio vel amore dignus ſit.ſer. 102 D.par.1

quõ Deus diligit electos ſuos quos prædeſtinauit in finẽ & permanenter. ſer. 140 C. p. 2

Quid reſpondendũ ſit interrogantibus curioſe de p̃deſtinatis & reprobis.ſer.144 O. parte ſecunda

Prędicator

Quòd tria debet facere qui populum erudit. ſer.13 A par.1.

quõ prędicator debet tuba canere . ibid. B

Quibus ſunt ſimiles prædicatores qui dicunt & non faciunt.ſer.48 C. par. 1

Si prædicator incorrigibiles reprehendere debet.ibidem k.

Quòd nõ indignetur prędicator ſi paucos habeat auditores ſer.83 M. parte prima

Quòd in prædicatione Chriſti exemplo maiores magis debent reprehendi quàm minores.ſer.103 H.par. 1.

Quòd prædicator inſtar Petri debet percutere aurem peccatoris.ſer.142 Z.par.2.

Prælatus

Tria debet habere in ſe qui vult præeſſe cæteris.ſer.11 G par. 1

Quòd vbi p̃lati ſunt boni, ibi multi ſubditorũ ſunt electi.ſer. 20 E. parte prima

Quõ p̃latis imminet caſus & ruina. ſer.22 H. parte prima

Quòd peccatores ad ſui conuerſionem indigent p̃latis.ſer.36. K par. 1.

Quomodo p̃lati debẽt aſſumi ipſis contranitentibus.ſer.41 C.par.1.

Qualẽ ſe dẽt exhibere p̃latus.ſer. 88 F. par. 1.

Quòd prælatus videat quales filios introducit in eccleſia.ſer.89 B. par.1.

Quòd periculoſum eſt pręlatũ longe eſſe ab ouibus ſuis.ſer.95 B.par.1.

Quõ differenter ſe dẽt hr̃e pręlatus ad populũ bonũ & ad populũ malum.ſer.95 E. par. 1

Quòd prælatus debet in propria ſuper oues vigilare ſer.102 T. parte prima

Quòd prælatus portare debet lucem corã populo.ſer.103 C. par. 1.

Quòd prælatus debet eſſe mediator inter deũ & populum.ſer.105 G. par.2.

Quòd nõ debẽt iuuenes aſſumi ĩ pręlatos nec parentes niſi digni.ſer.106 K. par.2.

Vtrum liceat prælatis equitare mulam. ſerm. 124 G. parte ſecunda

Quõ prælati dicuntur tauri & miniſtri vituli. ſer. 142 O O. par. 2

Dẽt prælatus ſex hr̃e cõditiones in Ioſeph ab arimathia notatas.ſer.147 I I. par. 2.

Princeps

Vtrũ p̃p aduentũ principis vel alicuius ſancti reuerẽtiã dẽat liberari homicida.ſerm.146. VV. par. 2.

Proceſſio

De tribus ſolẽnibus anni proceſſionibus. ſer. 127 B. par.2.

Prodigus

Quomodo auari per ſuos ſucceſſores prodigos affliguntur.ſer.55 G. par.1.

Quõ differenter Deus donat & prodigus. ſer. 59 A. parte prima

De fatuitate filii prodigi.ibidem C

De malis in quæ incidit prodigus lubrice viuendo. ibidem G

Quõ prodigus ad patrẽ reuertitur.ibid.O

Quõ pater prodigũ filiũ recipit. ibid. P.

De difficultate reditus filii prodigi ad patrem. ſermo.60 S.

Quomodo ſenior frater inuidit prodigo fratri.ibidem X.

Quòd prodigi nũquàm multiplicãt hæreditates ſibi derelictas.ſer.88 k. par.1

Proditio



Proditio Iudæ

Quõ proditio Iudę multas ſecũ habuit iniquitates ſocias.ſer.142 EE. par.2.

Proiicere pctm̃.

Proiicienda ſunt peccata exẽplo Iudę proiiciẽtis argenteos.ſer.144 PP. par. 2

Promittere.

Quòd multa promittit dyabolus quę non ſoluit.ſer.22 k. par. 1

Propheta

Quòd nemo eſt propheta in patria ſua.ſer. 67 A. parte prima

Quòd propheta debet quantũ põt famã ſuam ſeruare.ſer.67 B. parte prima

De triplici falſo propheta.ſer.119 H.par.2

Quòd mũdani tria ſibi prophetant. ibid. I

Quõ ſpũs ſãctus p malos prophetat. ibid. k

Prophetauit Cayphas neſciẽs, dum ſcinderet veſtimenta ſua.ſer.144 MM. par.2.

Proſperitas.

Quòd proſperitas eſt uentus auſtralis.ſer. 18 G. parte prima

Quòd in proſperis bene deus cognoſcitur nõ in aduerſis.ſer.110 D. par.2

Proximus.

Quòd duplex eſt proximus.ſer.16 D. par. 1

Quis eſt proximus.ibidem E.

Quòd quattuor modis intelligimur proximũ ſicut nos diligere. ibidem F.

In quibus diligendus eſt proximus ibid. G

Quõ oportet bene æſtimare de proximo ſuo, ſermo.36 L. par.1.

Quõ proximus proximũ debet portare. ibi.M

Prudentia.

Quõ prudentia negociatur.ſer.164 E.par 2

Pugna.

Triplex pugna in hoc mũdo.ſer.125 A. par 2

Purgatio.

De quadruplici purgatione peccatoris.ſer.153 D. par.2.

Puſillanimitas.

De cauſis puſillanimitatis.ſer.50 H. par. 2

Puteus.

De duplici puteo unde hauritur aqua. ſermo. 82 k. parte prima

Quadrageſima.

Quòd tempus quadrageſimæ eſt tempus belli et tube.ſer.4 A. par. 1

Vtrum ieiunium quadrageſimale cadat ſub præcepto.ibidem K.

Quòd tps quadrageſimæ eſt cæteris acceptabilibus multiplici rõne.ſer.19 D. par. 1

Tẽpus quadrageſimæ dicitur acceptabile dupliciter.ibidem E.

Quòd tẽpus quadrageſimæ maxime eſt aptũ verbo Dei.ſer.21 A. par. 1

Quattuor tempore quadrageſimæ maxime nos mouent ad procurandum ſalutem noſtram. ibidem B.

Quare in media quadrageſima legitur euangelium de panibus. ſer.90 A.par.1

Quercus.

Quõ diuites ſunt quercus. ſer.52 H. par. 1

Querela.

Quòd anima triplicem ſolet habere querelam ſermo.38 A. parte prima

Quęrere.

quòd tribus modis quærendus eſt deus. ſerm. 45 B. parte prima

quòd quęrendus eſt in uita præſenti.ibi. C

quòd non eſt quærendus ubi non eſt.ibid. D

quòd quærere debemus ſuperna, non terrena. ſer.149 A. par. 2.

Si debemus quærere quæ ſunt deorſum.ibi. B

quòd exemplo aquilæ quærenda ſunt quæ ſurſum ſunt. ibidem D.

Ramus.

De duplicibus ramis utilibus & inutilibus.ſer. 128 N. parte ſecunda

Raptor.

quòd domus raptorum non diu durant. ſerm. 75 G. parte prima

Ratio.

Quõ ratio ſępe captiuatur.ſer.68 L. par. 1

Recidiuum.

Vtrum cum recidiuat quis in peccatum redeant peccata præterita.ſer.65 B. par. 1

Non eſt idem recidiuare & opus peccati diſcontinuare. ibidem C.

qui recidiuat grauius offendit quàm prius.ibidem D.

In hoc mundo totiens quoties culpa reiteratur paratus eſt dominus indulgere peccatori ſi pęniteat.ibidem E.

De remediis contra recidiuum.ibidem F.

Reconciliari.

Propter quinque debet peccator cito reconciliari Deo ſer.105 D. par.2.

Redditus.

Si redditus ſint liciti.ſer.112 D. par. 2.

Regio.

quomodo peccator recedit in regionem longinquam.ſer.59 H. parte prima.

Regnum.

De duobus regnis dei.ſ.& dyaboli.ſer.23 A. parte prima.

quòd regnum cœlorum tribus modis intelligitur.

gitur. ſer. 57 I. parte prima.
quòd omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur multipliciter probatur. ſer. 63 G. Item ſer. 64 F. parte prima
quòd magna regna ſunt paucę durationis. ſer. 64 G. parte prima
Dña regni Chriſti & mundi. ſer. 142 G. par. 2
Qualiter ſit intelligendum q̃ regnum Chriſti non eſt de hoc mundo. ſer. 144 SS. p. 2

Religio Religioſus.

quòd religioſi Deum impugnantes ſunt proditores. ſer. 15 D parte prima
quòd religio per gulam deſtruitur. ſer. 22 C. parte prima
quòd dyabolus magis inuadit qui ſunt magis religioſi. ſer. 24 H. par. 1.
Quare religioſi bibunt cum vtraque manu. ſer. 50 B. parte prima
De religioſis qui compatiuntur domeſticis & non extraneis. ſer. 54 P. parte prima
quòd moriuntur religioſi dum deſerunt clauſtrum. ſer. 56 H. parte prima
quòd pręlati religionum debent imitari religionũ inſtitutores. ſer. 62 F. par. 1
Vtrum cerimoniæ religionis vel eccleſię ſint reiiciendæ. ſer. 64 M. par. 1
quòd nunc religionis nomen corruptum eſt. ſer. 82 B. parte prima
qũo tranſit dñs per religiones deformatas & nõ permanet ibi. ſermo. 82 C. par. 1
quòd religioſis pro pœnitẽtia imponẽda ſunt onera ſpiritualia. ſer. 101 D. par. 1
quòd abbates debent comedere cũ monachis. ſer. 135 C. par. 2
quòd religioſi nudi debent pendere in cruce. ſer. 142. ii. par. 2

Reliquiæ.

Differentia reliquiarũ menſæ pauperis & menſe diuitum. ſer. 56 O. par. 1

Reprobare Reprobus.

De tribus modis reproborum. ſermo. 57 H. parte prima
quòd multiplici de cauſa reprobi nunquàm corriguntur. ſer 69 H. parte prima
quòd non eſt ceſſandum a correctione reproborum. ibidem I.

Reſpicere. Reſpectus.

De duplici reſpectu Dei. viſionis. ſ. & approbationis. ſer. 14 A. parte prima
quòd differẽter reſpicit Deus & mundus. ib. B
quinq; impediũt ne nos reſpiciat deus. ibid. C
De duplici reſpectu. ſ. miſericordiæ & iuſticiæ ſermo. 142 V V. parte ſecunda.

Reſpondere.

Quattuor modis deus tacet & non reſpondet. ſer. 34 F. parte prima
qũo dñs rñdit pro nobis. ſer. 137 B. par. 2
quòd tripliciter dñs rñdit pro nobis. ibid. E
quare non reſpõdit dñs in paſſione de diſcipulis ſed de doctrina tñ. ſer. 144 CG. par. 2
quare non reſpõdit Pilato interroganti quid eſt veritas. ſer. 144 T T. par. 2

Reſtitutio.

quattuor modis poteſt quis damnificari in fama. ſer. 67 C, parte prima
De reſtitutione morũ. ibidem F,
qũo poſſibilis erit reſtitutio animarum perditarũ. ibidem G,
quòd non perdit laborem. qui retrahendo animas perditas nihil facit. ibidem H,
De reſtitutione dãni in corpore. ſermo. 73 B. parte prima
qui ſunt qui tenentur reſtituere. ibid. D,
qui ſunt qui tenentur indirecte reſtituere. ibidem H,
De multiplici malicia non reſtituentium. ſer. 74 B. parte prima.
Si res inuenta debeat reſtitui. ibid. D,
Cui faciẽda eſt reſtitutio. ſer. 75 B, par. 1
Per cuius manus debet fieri reſtitutio. ibid. C,
qñ quis tenetur reſtituere. ibidem D,
quòd non uidetur in uia ſalutis eſſe qui infirmus moriens non reſtituit cum commode hoc poſſit. ibidem E
quòd ei qui reſtituit multa reſtituuntur. ibi. F,

Reſurrectio.

quòd Chriſtus erit omnibus reſurrectio ſed non uita. ſer. 101 N, parte prima
qũo mali non reſurgent ad vitam. ſer. 102 L, parte prima
qũo ante reſurrectionem Chriſti oẽs deſcendebant in infernũ. ſer. 151 C, par. 2
quòd ſol occurrit reſurrecturo Chriſto citius ſolito oriens. ibidem D,
Vtrũ Xp̃s ſeipſum ſuſcitare potuerit. ibid. E,
Vtrum Xp̃s reſurgens liberauerit oẽs animas quę erant in inferno. ſer. 152 C, par. 2
Propter quid memores eſſe debemus reſurrectionis Chriſti. ſer. 143 A, par. 2
quare in reſurrectione Chriſti exultare debemus. ibidem B,
De differentia reſurrectionis Chriſti, Lazari & Samuelis. ibidem I,
Propter ſex letari debemus de Chriſti reſurrectione. ſer. 165 A, parte ſecunda
Vtrum corpus Chriſti cum cicatricibus reſurgere debuerit. ſer. 166 F,





Vtrũ reſurrectio Chriſti ſit cauſa reſurrectionis noſtræ. ſer. 142 B, par. 2
quòd aliter Chriſtus. aliter alii reſurgũt. ſer. 163. C, par. 2

Rethe.

quòd rethi prædicationis odorifero capiũtur piſces. i. carnales hoĩes. ſer. 163 H, par. 2

Retrahere à malo.

quattuor modis uoluit dñs retrahere Iudam à malo. ſer. 144 x, parte ſecunda

Retributio

Vtrum bona opera licite fieri poſſint propter retributionem. ſer. 43 E, par. 1.

Reuerti.

qũo debemus reuerti ad domum eccleſiæ vñ egreſſi ſumus per peccatũ. ſer. 65 A, par. 1

Rex.

quòd curia regum replet uaſa plena. curia xp̃i vaſa vacua. ſer. 75 A, parte prima
quare Chriſtus in cruce uoluit tñ appellari & inſcribi rex iudæorum. ſer. 142 nn, par. 2

Sabbatum.

qũo ſabbatum tranſlatum eſt in dñicũ diem ſer. 152 D, parte ſecunda

Sacramẽtale. Sacramentũ.

quòd tria ſacramentalia in die cinerũ repreſentat eccleſia. ſer. 1. B. parte prima
quibus miniſtranda ſunt ſacramenta. ſerm. 33. P, parte prima
An ex latere Chriſti mortui manauerint eccleſiæ ſacramenta. ſer. 145 V, par. 2

Sagitta. Sagittarius.

qũo deus eſt bonus ſagittarius emittens ſagittas mortis. ſer. 3 D, parte prima
quomodo ſagittæ paruulorum factæ ſunt plagę iudæorum. ſer. 133 B, par. 2

Sanctum.

Multipliciter dicitur aliquis locus ſanctus. ſermo. 143 kk, parte ſecunda

Sanguis Chriſti.

quòd in ſanguine Chriſti inuenta eſt redẽptio noſtra. ſermo. 105 B, parte ſecunda
quòd iudæi ſanguine Chriſti maculati ſunt & abhominabiles effecti ſer. 142 x, par. 2.
Aliter ſanguis Chriſti venit ſuper mundos, & aliter ſuper immundos. ſer. 144 e, par. 2.
An ſanguis a Chriſto ſudante effuſus fuerit naturale vel miraculoſus. ſer. 146 P, par. 2

Sanitas.

quòd ſanitas corporalis non eſt de magnis bonis. ſer. 36 A, parte prima
quòd ſanitas corporalis continue ſecũ paritur egritudinẽ. ſer. 36 B, parte prima
An quærendũ ſit ab aliquo ſi uelit ſanitatem ibidem I,

Sapere. Sapientia.

Septẽ ſapores diuitiarũ. ſer. 149 C, par. 2
quòd exẽplo mulieris Samaritanæ ſapientia guttatim & nõ cito acquiritur. ſerm. 82 C, par. 1

Satisfactio.

qũo canes ſatisfaciunt pro ſe & pro magiſtro ſuo. ſer. 52 N, parte prima
Cui iniungitur vna pœnitentia, addat & aliã. ſer. 110 M, parte 2

Saturari.

qũo differenter ſaturantur caſti & lubrici. ſer. 59 N, parte prima
De differentia ſaturitatis in cœlo, in inferno, & in mundo. ſer 90 L, parte prima

Scandalizari.

quòd non debemus ſcandalizari ſi videamus amicos dei turbari. ſer. 101 C, par. 1

Scientia.

quòd ſcientia eſt uirtus per quã ſcit hõ cõuerſari in medio nationis praue. ſer. 20 D, par. 1
quòd ſcientia ſine bonitate nihil prodeſt ſed nocet. ſer. 72 I, parte prima

Scribere

qũo antiquitus dicebantur patres cõſcripti. & aliqui proſcripti. ſer. 55 M, par. 1
qũo dñs ſcribit in papiro. i. in anima noſtra ſermo. 85 B, parte prima
qũo dñs ſcripſit in puluere. ibidem E,
quare ĩ veteri teſtamẽto ſcripſit in lapide. nũc in puluere. ibidem F,
quid dñs ſcribebat in terra. ſer. 86 D, par. 1.
quòd peccata noſtra ſcribuntur duplici ſtilo. ſ. Dei & filii hoĩs. ſer. 86 E, par. 1
quare nõ ſcripſit dñs euangelicã doctrinã. ſicut pro hac muliere ſcripſit. ſer. 86 F, par. 1

Scriptura ſacra.

quare contra dęmonẽ ſcripturis utitur Chriſtus non miraculis. ſer. 22 E, par. 1
quòd ſenſus literalis ſcripturæ non ſemper ſequitur cõem modũ loquẽdi. ſer. 48 G, par. 1
quòd magis credẽdũ eſt ſcripturę q̃ reſurgẽtibus a mortuis. ſer. 52 O, parte prima
De multiplici ſenſu ſacræ ſcripturæ. ſerm. 89 D, parte prima
quòd ſunt plura fragmenta ſacræ ſcripturę q̃ ſit ipſe textus ſacræ ſcripturæ. ſermo. 90 M, parte prima
quòd ſacra ſcriptura cõparatur ſpeculo. ſerm. 136 G, parte ſecunda
qũo diuerſimode in nobis & in apoſtolis ſcripturarũ deſcẽdit intelligẽtia. ſer. 141 I, p. 2
Quomodo ſacra ſcriptura eſt obſcura. ſer. 165 E, parte ſecunda

Scurrilitas.
Quòd ſcurrilitas & turpiloquium ſunt multũ periculoſa iuuenibus.ſer.61.E.par.1
Sedere. Sedes
Quòd ſedendo non currendo proficit homo ſer.129.F.par.2
De duplici ſede Dei.ſed mĩę & iuſticiæ.ſer.53 B.par.1
Senectus
Quòd difficilius eſt ſenes ad Deum conuertere q̃ iuuenes.ſer.101.R.par.1
Semen.
Semen eſt opus miſericordiæ.ſer.21 F.par.1
Senſus. Sentire.
Quòd exemplo uiuarii debent obſtrui noſtri ſenſus.ſer.60.I.par.1
Quõ quinq; ſenſus corporei ſunt quinq; uiri. ſermo.82.O.par.1
Quòd exemplo capitis & radicis debemus ſentire quæ ſunt in Chriſto Ieſu.ſ.130. A.p.2
Quòd Chriſtianus multa debet ſentire quæ Chriſtus ſenſit.ibidem.B
Qũo differũt inter ſe cogitare intelligere, & ſentire q̃ ſunt in Xp̃o Ieſu.ſer.131.A.par.2
Quomodo quinq; portę ſenſuum ſunt obſtruẽdę.ſer.165.B.par.2
Sepultura. Sepulchrum.
Quomodo ab incineratione corporis exẽptus eſt Chriſtus. ſer.1.A.par.1
De forma ſepulturę in inferno.ſer.54.F.
De quintuplici ſepulchro ſer.100 B. par.1
quòd ſepulture mortuorum debent eſſe extra ciuitates.ibidem.D
Vtrum homo curare debeat de ſua ſepultura. ibidem.E
quòd fidelis curare debet de ſepultura proximi ſui.ibidem.F
quòd ſepultura magnifica utilis eſt uiuis & defunctis. ibidem.G
quòd ſepultura non prodeſt dãnatis. ibidẽ. H.
quòd decens eſt uirum & mulierem recondi in eodem ſepulchro.ibidem.I
quòd ſepulchrum eſt ſpelunca in qua latrocinium dyaboli collocatur.ſer.102. Q par.1
quare uoluit Chriſtus ſepeliri.ſer.145.y.par 2
An ſumptuoſitas ſepulchri Chriſti ſit approbãda.ſer.145.Z.par.2
De duplici lecto Chriſti duro.ſer.148.B.p.2
Sequi
quòd glorioſũ eſt ſequi dominũ.ſer.62.A.p.1
quare modo non ſequitur Chriſtum magna multitudo ſicut olim.ſer.90.C.par.1
quomodo turbę ſequuntur Chriſtum in deſcenſu non maiores.ſer.125.E.par.2
Seruire Seruus
quòd natura oſtendit facile eſſe ſeruire Deo. ſer.19.H.par.1
quattuor conditiones requiſitę in ſeruo.ſerm. 39.A parte prima
quòd omnis ſeruitus ex peccato proceſſit. ſer. 89.O.par.1
Silentium
De quadruplici ſilentio.ſer.69.F.par.1
Siliqua
quæ ſunt ſiliquę porcorum.ſer.60.K. par.1
Similitudo
qũo quis iudicat̃ aſſimiliari Deo ſer.16.A.p.1
Per tria quis cognoſcitur ſimilis eſſe deo & filius Dei.ibidem.B
Simplicitas
quòd olim ſimplicibus dabantur beneficia, nunc aſtutis.ſer.110.C.par.2
De triplici ſimplicitate vulpina ſeu aſinina & columbina.ſer.115.D. par.2
De duabus comitibus ſimplicitatis columbinę.ibidem.E
In quinque monſtratur ſimplicitas columbina.ibidem.F
Sindon
quid ſignificat̃ p ſindonẽ relictã ab adoleſcente.ſer.142.kk.p.2
Sinus
De multiplici ſinu ſer.52.D.par.1
Differẽtia inter ſinũ moyſi & ſinũ abrahæ.ib.E
qũo ſctõrũ aiæ deportant̃ in ſinu abrahæ.malorũ uero in inferno.ſer.55.Q.par.1
Sitis. Sitire
quomodo ſitis aliqñ ſonat in affectum, aliquando in defectum.ſer.82.L.par.1
quomodo hæc mulier aquam ſpiritualem ſitiebat.ibidem.M
Iubet dñs q̃ ſitiũt diuitia huius ſeculi uenire ad hauriendũ diuitias cœli.ſer.110.A. p 2
quinque modis generatur ſitis.ſermo.143.X. parte ſecunda
quare potius dixit dominus in cruce ſitio q̃ eſurio.ſer.143.y.par.2
Contemplatio circa ſitim Chriſti.ibidẽ. AA.
Per quinq; excitat̃ ſitis.ſer.147.BB.par.2
De duplici ſiti bona & mala.ibidem.CC.
Societas
quòd mala ſocietas fugienda eſt.ſer.33.F.par. prima.
quòd magnũ eſt ſe iũgere bonorum ſocietati. ſer.129.C.p.2
Solitudo
quòd ſolitudo periculoſa eſt.ſer.24.E.par.1
De quadruplici ſolitudine.ſer.16.A.par. 1
quòd ſolitudo procedens ex natura male diſpoſita tribus modis procedit.ibidem.B
q ſolitudo melior ẽ q̃ ſollicitudo.ſ.82.G.p.1.

Soluere



Soluere
Quòd ſoluere ſm grãmaticã ad tria ẽ equiuocũ.ſ.129.G.p.2
Spes.
Quòd ſpes parat homini tria lectiſternia.ſer.8 M. par.1.
Quòd inter deſperationem & præſumptionẽ ſpes mediat.ſer.126.E.par.2
Splendor
Qũo mẽſa diuitis dicitur ſplendida. ſer. 55.I par.1
Spina
Quòd peccator comparatur ſpnis . ſer.70.C. par.prima
Stare
Stant cõſtanter iuſti coram iniquis iudicibus. ſer.156.NN par.2
Quadruplici de cã ſtetit Xp̃s.ſer.162.C.par.2
Quare in paſſione ſtetit dominus in medio latronum, in die paſchæ in medio diſcipulorum.ſer.162.G.par.2
Quòd q̃nq; modis ſtetit dñs ĩ medio.ſ.165.D par.2
Status
Qũo ſæpe pmutantur ſtatus hoĩm de diuitiis in pauperatẽ & econtrario ſer.54.H. par.1
Sterilitas
Quomodo ſynagoga facta eſt ſterilis.eccleſia uero fecunda.ſer.89.H.par.1
Suauitas
Quòd quadruplex eſt ſuauitas.ſer.20.H.par.1
Sudor Chriſti.
Quomodo ex ſudore Chriſti letificatur eccleſia.ſer.152.O.par.2
Quare uoluit Chriſtus ſudare ſanguinem in orto.ſer.146.O.par.2
Ex ſudore Xp̃i duo ſumunt̃ documẽta.ibidẽ.Q
Suffragium
Qũo uita illius qui ſuffragiũ quærit impedit ne ſibi proſit illud qđ p alium ſit.ſer.11.D
Quòd ſuffragia ſanctorum non proſunt damnatis.ſer.54.N par.1
Quòd ſecularis pompa nihil prodeſt mortuis ſer.56.F.par.1
Quomodo iuſti facile a Deo pro uiuis & mortuis exaudiuntur.ſer.102.M par.1
Suſpendere. Suſpendium
Quòd myſtice quis ſe dupliciter ſuſpẽdit. ſer. 142.c.par.2
Propter multa permiſit dñs iudam interire ſuſpendio.ſer.144. QQ. par.2
Superbia
Quare ſuperbia dr̃ uentus.ſer.18.B par.1
Quare ſuperbia dr̃ uentus orientalis. ibidẽ.C
Quòd ſuperbia deſtruit eccleſiam.ſer.22.F.p.1
Quòd ſuperbia piſcinę aſſimilat̃.ſer.26.D.p.1
Quare dñs vult extirpare ſuperbiam.ſer.47.A parte prima
Quòd ſuperbia ex diuitiis naſcitur & conſciẽtiæ uermis.ſer.51.G.par.1
Superſtitio.
Quòd pro morbo filiorum non eſt ad magos recurrendum.ſer.33.I.par.1
Quòd abnegant fidem qui de futuris & neceſſariis ſuis interrogant magos & diuinos.ſer 80.B.par.1
Quòd qui querunt auxilium a demonibus de relinquuntur a Deo.C.ibidem
Quòd carminatores ſũt medici dyaboli.ibi.D
Quòd mirabilia quæ faciunt carminatores ſũt argumenta ſophiſtica contra fidem.ibid. E
Quare Deus nõ patit̃ iſtos ſuperſtitioſos & reuelantes theſauros eſſe diuites. ibidem. F.
Quòd finaliter omnes ſuperſtitioſi a demone decipiuntur.ibidem.G
Quòd ſuperſtitioſi multiplici morte plectuntur.ibidem.H
Quomodo fides magis adhibetur iſtis ſuperſtitioſis q̃ his quæ ſunt fidei.ſer.81. D.par.1
Quare Deus tales ſupſtitiones fieri permittit.ibidem.E
Quanto ſuperſtitioſi in ſupeſtitionibus dicũt uerba bona tanto plus peccant.ibi.G
Qũo demõ ſub ſpecie ueritatis decipit. ibi.H
Surgere
Propter tria ſurgedum eſt a peccato.ſer.100. K parte prima
Qui ſuſcitatus eſt a peccato debet ſurgere, ambulare, & loqui.ſer.100.L.par.1
Suſtinere
Quòd ſumus conducti ad ſuſtinendum onera noſtra & fratrum.ſer.144.E.par.2
Symonia
Quòd ſymonia eſt lepra.ſer.68.F.par.1
Quòd helyſeus gratis dedit quod giezi uendidit.ibidem.R
Quòd ſymoniaci & commendatarii olim pulſi ſunt ab eccleſia.ſer.94.A.par.1
Quòd propter ſymoniam nunc Deus ab eccleſia ſe abſcondit.ſer.106.H.par.2
Qũo iudas q̃uis fuerit ſymoniacus, non tamẽ ſymoniace ordinatus eſt.ſer.138.F. par.2
Tacere Taciturnitas.
De cauſa taciturnitatis hominis . ſer. 64. C. par.prima.
Qui tacet aliquando reſtituere tenetur. ſerm. 73.P.par.1
Quare dominus tacuit coram caypha.ſermo. 144. xx. par.2
Item ſer.144.KK.par.2

Quare

Quare dn̄s tacuit in curia ciuili & eccleſiaſtica in paſſione.ſer.145.C.par.2
An Xp̄s debuit tacere corā herode.ſ.146.RR par.2

Temporalia bona

Quòd temporalia bona afferunt continuo ſecum laborē & inſtabilitatem ſer.53.C.p.1
Quòd temporalia bona diuidunt hominem in ſeipſo in plura fantaſmata.ibidem.D
Quòd illa diuidunt diuitē ꝯtra proximū.ib. E
Quòd bona temporalia ſunt contingentia ad utrumlibet.ſer.59.D.par.2
Qūo tēporalia bona ſunt a Deo petenda.ib.E Item ſer.101.E.par.1
Quòd perdenda ſunt temporalia ut ſaluetur anima.ſer.111.G.par.2
Quòd magis iraſcimur cū tēporalia ꝑdimus q̄ cum ſpūalia.ibi.P

Tempus

Quòd oportet operari donec tēpus habemus. ſer.3.E.par.1
Quòd pc̄m̄ nō habet tempus.ſer.21.C. par.1
Ex quattuor cognoſcitur tp̄s præſens eſſe utile ad negociandū uel operandum.ibidē.D.
Quadrupliciter oſtendit nihil ꝑtereundū eſſe de tempore.ibid.E

Tenebre

Multiplex cauſa tenebrarū factarum tempore paſſionis Chriſti.ſer.143.HH.par.2

Tenere

Qūo Deus ſe facit tenere.ſer.95 I.par.1
Quattuor modis tenetur Deus.ibidem.K.
Quare non permiſit dn̄s ſe teneri ante paſſionem.ſer.142.HH.par.2

Tentatio

Quinq; ſolent facere reges dum ſe præparant ad bellum.ſer.3.M par.1
Quomodo dyabolus tentat incipientes, proficientes & perfectos.ſer.15.E.par.1
Quomodo perfectos acrius tentat. ibidem.F
Quòd in tentatione reccurrendum eſt ad auxilium diuinum.ibidem.G
Qđ principiis tentationū occurrendū eſt.ib.H
Quare recitatr̄ tentatio Chriſti.ſer.22.A.par.1
De quadruplici tentatione Chriſti. ibidem. B
Vtrum tentare deum ſit peccatum. ibidem.G
Quòd ſcuto ueritatis tētatio ē repellēda. ib.L
quid eſt tentatio humana.ſer.23.C.par.1
De triplici tentatione dyabolica.ibi.D
quòd duplici manu contra mundum puguandum eſt.ibidem.E
Quòd contra dyabolum pugnandum eſt uiriliter reſiſtendo.ibidem.H
quòd principio tentationis dyaboli principaliter obuiandum eſt.ibidem.K.
quomodo dyabolus tentādo ante conſenſum turbant hominē.ibidem.L
Quomodo tentatio comparatur aquarum inundationi.ſer.23.A.par.1
A quo ſpiritu ductus eſt Ieſus in deſertum ut tentaretur.ibidem B
Quinq; occaſiones tentandi Xp̄m & nos.ib.C
Quòd dyabolus tripliciter inuadit membra Chriſti.ibidem.I
Quare dyabolus Chriſtum non tentauit de luxuria, ſicut de gula.ibidem.M
Quòd iuxta perſonę ſtatum laqueo ponit dyabolus.ibidem.N
Quòd uenationis accipitris comparatur tentatio Chriſti.ſer.25.A par.1
Quæ ſit tentatio leuis & occulta.ibidem.B
De tentatione leui & manifeſta.ibidem. C,
De tentatione graui & occulta.ibidem.E,
Quòd ſemper dyabolus tentat a parte quam ſentit in homine debiliorem.ibi.E,
De tentatione graui & manifeſta ibidem.F,
Quòd dyabolus tentat quandoq; per potentiā quandoq; per fallaciam.ibidem.H,
Vtrum demones a Deo mittantur ad tentandum.ſer.26.D.par.1,
Si omnia peccata procedant ex inſtigatione dyaboli.ibidem.E
Vtrum Xp̄s uere fuerit tentatus . ibidem.F,
quòd tribus quæ præliantibus nocent, dyabolus impugnauit Chriſtum.ibidem.G ,
Vtrum demon ſuperatus propter hoc a tentatione arceatur .ibidem.H,
Quare Deus tentatis & anguſtiatis non cito occurrit,ibidem.k.
De tentatione ſpiritus blaſphemiæ ad longū. ſer.40. K.par.1
Quare dyabolus magis tentat in fine hominis q̄ ante.ſer.66 par.1
quòd iuſti non timent dyabolū in morte.ib.C
Vtrum animæ in exitu corporis uideant demones.ibidem E
qđ boni ſūt in ꝯtinua tētatione ſer.114.I.p.2
quomodo intramus in tentationem cum tentatio ingrediatur in nos.ſer.142.E.par.2
qūo dyabolus in fine uitę ſtringit caudā hominis.ſer. 144.G par.2
Vtrū tentatio ſit appetenda.ſer.144. L. par.2.
quid ſit intrare in tentationem.ſer.146.par.2

Tepiditas

quòd tria affert homini tepiditas.ſ.86.B,par.1

Terremotus

Quattuor ex cauſis ex ſcripturis colligitur factus terremotus.ſermone.152.E,par.2

Teſtamentum

quomodo



Quomodo debent fieri teſtamenta & legata. ſer.9.H,par.1
quòd dn̄s non reprobauit uetus teſtamentum ſed approbauit cōtra martionē ſ.44.L.p.1
quare teſtamentum quod condidit Chriſtus dicitur nouum.ſer.87.D.par.1
qūo uetus teſtamentum nouo ſuperueniente deletum eſt. ſer.135.A.par.2
Vbi Chriſtus compleuerit teſtamētum ſuum. ſer.145.O.par.2

Teſtimonium

De his qui procurant ut pauperes dicant falsū teſtimonium.ſer.28.h.par.1
quattuor modis præſtatur falſum teſtimoniū ſer.58.O. par.1
quæ ſunt quæ retrahere debeant a prohibendo falſo teſtimonio.ibidem.P,
qūo & quando requiruntur teſtes in iudicio. ſer.86.I.par.1
Nouem teſtimonia pro Chriſto cōtra iudeos & falſos Chriſtianos.ſer.114.D.par.2
Septem teſtimonia pulchra quæ fidem noſtrā approbant uehementer.ſer.115.C.par.2
Tria requiruntur ad hoc ut teſtimonium ſit cōueniens ſer.144.II.par.2

Theſaurizare

quadrupliciter poteſt quis theſaurizare in terra.ſer.6.A.par.1
De modo theſaurizandi cū dentibus. ibidē B
De tribus locis in quibus theſaurizat hō.ib. C
quòd ypocrite theſaurizant in inferno ibi I.D
Vtrū licitum ſit theſaurizare in terra.ibidē. F
Quomodo licitum eſt laicis theſaurizare ex cauſa.& quæ ſit cauſa honeſta.ibidem.G
Si propter theſaurum habeant laici cor in terra ibidem.H
quomodo licitum eſt eccleſiaſticis theſaurizare & quomodo non. ſer 6.I par.1
De menſura theſauri qualis & quanta debeat eſſe.ibidem L
qđ nemini licet ex auaricia theſaurizare.ib.M
quomodo iuſti theſaurizāt in cœlo.ibidem.N.

Timor

Quale ſit officium timoris in domo conſcientiæ.ſer.8.E.par.1
Quanta mala faciat timor mundanus.ſer. 119 G,par.2
Quòd omnia mala faciunt timor & cupiditas ſer.133.C,par.2
Vtrum timor fuerit in Xp̄o.ſer.144.D, par.2;

Titulus

Differentia titulorum ſcientiæ Chriſti & ſciētiæ ſecularis ſer.114.E,par.2
Triplex inuenitur titulus.ſer. 142. mm. par.2
In titulo crucis Xp̄i quattuor cauſæ notanr̄ ꝓpter quas ꝓ nobis pati debuerit.ſ.144.i.p.2
Quare titulus crucis Chriſti diuerſis linguis inſcriptus eſt. ſer.144.m.par.2

Tollere

Cōtēplatio de hoc ꝙ dictū ē de Xp̄o tolle tolle.ſer.132.o.par.2

Tonitruum

qūo iudicium Dei comparatur tonitruo. ſer. 28.L,par.1

Tormentum

De triplici tormento.ſer. 54.G.par.1

Tradere

Qūo Chriſtus tradidit ſeipſum.ſer.62.Q.p.1
Qūo differenter iudas,iudei,& Deus pater tradiderunt Chriſtum.ſer. 138.A.par.2
Qūo ſe dominus ſpōte tradidit & obtulit manibus impiorum.ſer. 142.P.par.2

Trahere

Qūo Xp̄s omnia traxit ad ſeipſum.ſer.133.H, par.2

Transfiguratio

Quòd debemus oculos mētis erigere ad Xp̄m transfiguratum.ſer.41.B.par.1
Qui vult cum Xp̄o transfigurari quærat bonā ſocietatem.ibidem.D,
Quare transfiguratus eſt dominus.ibidem. E, Item ſer.43.D,par.1
Qūo differenter ueſtitus eſt Chriſtus in paſſione & in transfiguratione. ſer.41.F, par.1
Quòd oīa facile ſuſtinet & derelinquit qui in faciem Chriſti transfigurati reſpicit.ibid.H
De teſtimonio transfigurationis Chriſti.ibi. K
Qūo ſermo propheticus dicitur uerior hac uiſione.ibidem L,
Quare totiens reſumit eccleſia miſteriū transfigurationis.ſer.42. A,par.1
De duplici transfiguratione bonorum & malorum.ibidem.B
Qūo Xp̄s figuratus, defiguratus, configuratus, & transfiguratus eſt.ſer.43.B,par.1
Propter quid cum Chriſto congregabanr̄ prīcipes populi iudaici & Chriſtiani.ibidem.H
Quòd quadruplicem exceſſum fecit dn̄s.ibi.I
Qūo Petrus cognouit Moyſem & Helyā.ibi.K
Qūo uox patris terruit diſcipulos.ibidem. M,
Quòd aīa in exceſſu mentis nihil uidet niſi Deum.ibi.O,

Tranſire

Quòd trāſitus mortis debet ſæpius a nobis cogitari.ſer.139.B.par.2
Qūo tranſeuntes hoc ſeculum debent reſpicere ad pontem mortis.ſer.140.A, par.2
Quomodo differenter tranſeunt electi & reprobi ibidem.E ,
Qūo intelligitur oro Chriſti , qua orabat ut tranſiret a ſe calix iſte.ſer.144. H, par.2

Tribula-

Tribulatio

Tribulatio eſt duplex coacta ſcilicet & uoluntaria.ſer.19.I.par.1
Quòd dominus tribulationes mittit ad nos examinandum.ſer.23 B.par.1
Quomodo in ſeptima tribulatione iuſtos non tanget malum.ſer.101.O.par.1
quòd tribulationes non appetere ſed fugere debemus.ſer.108.C,par.2
quomodo tribulatio eſt medicina contra peccata.ſer.117.E,par.2
quòd ex magno amore Deus magnas tribulationes immittit.ſer.140.H.par.2
quomodo tribulatio dat intellectum.ibi.I,
quòd tribulatio ſit conflatorium & põdus.ſer.142.e parte ſecunda
quòd letanter ſumendus ſit calix tribulationis ſer.144.T.par.2

Triſticia

Vtrum Xp̃s triſtari potuerit.ſer.144.F.par.2
quare Chriſtus aſſumpſit triſticiam. ſer. 146. G.par.2

Tuba

quomodo prædicator debet tuba canere.ſer. 13.B.par.1

Turba

De triplici genere turbarum cum Chriſto exiſtentium.ſer.125.F.par.2
De turbis præcedentibus & ſequentibus quomodo differunt.ſer.128.L.par.2

Turbatio

Vtrũ fremitus & turbatio cadant in Chriſtum ſer.101.par.1
quare dñs turbauit ſeipſum.ſer.102.N.par.1
De duplici turbatione.ſer.133.F.par.2
De triplici occaſione turbationis in Chriſto. ibid.G.

Tirannus

quare tyrãni plus uixerunt q̃ bõi reges.ſ.7.p.1
Quòd conditio tyrannorum eſt omnes uirtuoſos de ciuitate perdere.ſer.119.L.par.2.

Vacuum

Due rationes propter quas non debemus recipere gratiã Dei inuacuum.ſer.19.A.par 1
Quòd peccatum ſit uacuum.ibidem.B
Quòd recipiatur gratia Dei inuaccuum quinque modis.ibidem C
Quòd tripliciter aliqd dr̃ uacuũ.ſer.20.A,p.1

Vana gloria

Quomodo literati de ſuis operibus cõiter gloriam quærunt.ſer.113.D.par.2
Qui gloriant̃ de ſuis operibus recepunt mercedem ſuam.ib.E

Vanitas

Quid ſit uanitas.& ꝙ bona huius mundi non ſunt niſi uanitates.ſer.84.D.par.1

Vas

qũo uas corporis poſſideri debet in ſanctificatione & honore.ſer.39.I.par.1
Quòd uas tripliciter impeditur ne liquore impleatur.ſer.63.K.par.1
Quòd curia regum replet uaſa plena.curia autem Chriſti uaſa uacua.ſer.75.A.par.1
Quòd oportet prouidere de uaſe cordis noſtri ad ſuſcipiendã uindemiã paſſionis Xp̃i ſer.145.A p.2

Velum templi

In paſſione Chriſti uelum templi ſciſsũ ē ſed non ablatum.ſer.143.II.par.2
quid deſignet ſciſſio ueli templi poſt paſſionẽ facta.ſer.147.FF.par.2

Vellus

Quòd per uellus fourratum diuites intelligũtur & exprimuntur.ſer.54.B.par.1

Vendere officia

quòd multa ſequuntur mala ex uenditione officiorũ.ſer.144.BB.par.2

Venire

qũo populus ad dominum ueniebat.ſer.85.C par.1

Ventus

Quomodo uentus diuinæ ſententiæ ſeparabit bonos ã malis. ſer.18. A.par.1
Quare ſuperbia dicitur uentus.ibi.B
Quare ſuperbia dicitur uẽtus orientalis.ib. C
quare tentatio carnis dicitur uentus occidentalis.ibidem.D,
Quòd aduerſitas uentus aquilo.ibi.E
quòd proſperitas eſt uentus auſtralis.ibi.G

Verbum Dei

qui Deum amat libenter audit uerbum Dei. ſer.107.D.par.2
Quòd non audire uerbum Dei eſt ſignũ mortis ęternę.ibidem.E,
quare ſcribis & phariſeis amarum erat uerbũ Dei.ſer.109.A.par.2
quare reſpuere uerbum Dei eſt ſignum damnationis æterne.ibidem B,
Propter quid prohibetur ab aliquibus intelligentia uerbi Dei.ibidem.C
Quare nobiles & magni principes raro audiunt uerbum dei.ibidem.D,
quòd Deus uerbo ſuo dedit magnam poteſtatem.ſer.120.H.par.2
quòd multis rationibus uerbum Dei debet poſt paſcha audiri.ſer.167.A.par.2

Verecundia

Quòd uerecundia requirirur in adoleſcente. ſer.76.H.par.1

Veritas

Quòd ueritas eſt cauſa pacis.ſer.20.K.par.1
De differentia filiorũ Dei q ueritatem ſequũtur & filiorũ dyaboli q mendaciũ ſer.58.L
qđ ueritas fere oĩbus exoſa ē.ſ.106. C.par.2
quare iudæi exoſum habebant Chriſtum propter ueritatem.ibidem.D,



De quadruplici ueritate dicenda ſcilicet & nõ dicenda.ibidem.E,
De quadruplici ueritate.ſer.107.B.par.1
quinq; modis cauſatur impugnatio ueritatis agnite.ſer.107.C,par.2
quòd ueritas ſemꝑ habet perſecutores.ibi. G,
quòd ueritas uix aut nunq̃ pleno ore dr̃.ibi.H
quòd ueritas in fine uincit & dominatur.ib.I,
quòd pugiles ueritatis ueritas liberat.ibid.K,
Duo impedimenta ne ueritas audiatur.ibi. M
qui ſuſ inet ueritatẽ multa patiet̃.ſ.110.B.p.2
Cum Ionas ueritatem fugeret,quomodo dicitur filius ueritatis.ſer.111.B par.2
quomodo Chriſtus eſt ueritas.ſer. 142 .h. p.2

Vermis

qũo Xp̃s dicitur eſſe uermis.ſer.142.m.par. 2

Veſtimentum

quòd ueſtium cultus propter multa periculoſus eſt ſer.53.F.par.1
quòd ueſtimenta precioſa ſunt ſuperbiæ occaſio.ſer.55.H.par.1
De multiplicibus ueſtimentis deſuper & ſubtus poſitis.ſer.126.G,par.2
De triplici modo exuendi ueſtimenta.ſer.139. F. par.1
Per ueſtimenta Chriſti partita quattuor deſignantur.ſer.142.oo.par.2
Item ſer.147.M.par.2

Via

De quadruplici uia a Salomone ignorata.ſer. 29.A.par.1
quòd uia in inferuum lata eſt , in paradiſum arcta.ibidem.B
quòd uia inferni obliqua eſt.paradiſi uero recta.ibidem.C,
quid ſit ambulare a dextris & a ſiniſtris.ibi.D
quòd uia cęli laborioſa eſt & difficilis.ibid.E,
quare quis declinat a uia cœleſti.ibidem F,
quomodo viæ malorum multipliciter ſunt difficiles. ibidem G,
quòd via cœli a principio aſpera eſt & in fine lenis.ibidem H,
quòd via inferni eſt via mortis. ſer.29 I, par.1
quòd duæ ſunt uię quibus itur in cœlum miſericordia & ueritas ibidem K,
quòd uia ueritatis eſt mundiſſima & pacifica. ibidem L,
quòd uia mĩ: latior eſt uia ueritatis. ibi. M,
quòd multiplices ſunt inferni uiæ. ibidem N,
Triplices ſunt cõdõnes vię ſuperborũ. ibid.O
quòd auarorũ uia ſpinoſa eſt.ſer. 29 P, par. 1
quòd uia luxuriæ lutoſa eſt. ibid. Q.
Quòd uia ĩuidorũ ē tenebroſa & difficilis.ib.R
quòd uia iracũdorũ tumultuoſa eſt ibi. S,
quòd uia guloſorũ ſumptuoſa eſt.ibidem T,
quòd uia pigrorum tedioſa eſt. ibidem V
quòd duplici uia peruenit̃ ad Deũ.ſer. 116 A, par. 2

Videre finem.

quẽ finẽ uolebat Petrus uidere in Xp̃i paſſione.ſer.142.QQ, par.2

Videre Ieſum .

Dupliciter cõtingit uidere Ieſum. ſerm 142.i. parte ſecunda

Vidua.

Septẽ aggrauantia dolorem uiduæ.ſer.99 B, parte prima
quare dñs ſuſcitauit filiũ uiduæ plus quàm aliorũ.ibidem C,

Vigilare

Si diſcipuli peccauerint nõ uigilando. ſer.146 k, parte ſecunda
quòd ꝑꝑ quattuor tenetur quis ꝑlatus uigilare cũ Xp̃o.ibidem L

Vindicta

qũo intelligitur ꝙ ſancti imprecantur uindictam de inimicis.ſer.15 L, parte prima

Vinea Vinum.

quòd exemplo uineæ debent reſecari & uitari malæ ſocietates.ſer.21 G, parte prima
Tria requiruntur ad bonũ uinũ ſer.49 k. p. 1
Si uinum exceſſiue ſumptũ intrans in os coinquinat hoĩem.ſer. 78 M, parte prima

Violentia.

Duplex uiolẽtia bona.ſer.137 C, par.2
Duplex uiolentia mala.ibidem D,

Virga.

De multiplici filiorũ correctione iuxta proprietatem uirgę.ſer.76 G,

Viſitare.

Tria facit dñs uiſitando ſpũaliter quæ fecit diſcipulis ſuis in orto corporaliter. ſerm.144 N, par.2

Vita.

qũo abbreuiatur aut prolongatur uita per cãs naturales.ſer 8 I, parte prima
Terminus uitæ a Deo prælixus infallibilis eſt. ibidem K,
Tribus ex cauſis uoluit dñs incertũ nobis eſſe terminum uitæ. ibidem L,
qũo Chriſtus eſt uita noſtra.ſer.1 4 9 F.par. 2

Vitulus.

Quadruplex inuenitur uitulus in ſcripturis. ſer. 95 C, parte prima
quare filii Iſrael plus cõluerũt uitulum q̃ aliud aĩal.ibidem D,

Vlcus.

qũo ulcus ulce re ſanatur ſer.51 O,
qũo ulcera pc̃tõrũ tractari dẽnt in cõfeſſione. ſer.54. k, par. 1

Vngere.

qũo precipimur ungere caput nr̃m Chriſtum,

eum ipſe unctus ſit.ſer.4.F.par.1
Quòd oleo triplici debemus ungere caput noſtrum.ibidem.G
Qūo muſcę ſequuntur rem unctam.ibidē.H
Quomodo ſiti ungendum caput ieiunantis ut apppereat hilaris.ſer.5.I.par.1
Quòd unguentariis dyaboli ſunt adulatores meretrices,& lenæ. ſer.116.G.par.2
De triplici unguento myſtico.ſer.150.C.p.2

Vnitas

Quòd unitas & concordia cōmendat̄.ſer.166 E,par.2

Voluntas Dei

Quòd multa bona ſequunt̄ eū qui facit uoluntatem Dei.ſer.39.G.par.1

Vſura

ꝙ uſurarius babiloni cōparatur.ſer.112 A.p.2
Quid ſit contractus uſurarius,& quot modis committitur uſura.ibidem.B,
Quo iure uſura prohibita eſt.ibidem.C,
Qūo tenetur vſurarius reſtituere.ibidem.E,
Quòd deteſtabilis ſit uſura.ibi.F
De penis quibus ſubiiciuntur uſurarii ibi.G
Qūo Deus feneratur nobis.ſer.116.H.par.2

Vter

De utre ſeu lagena pegrino neceſſaria.ſer.158 F.par.2

Vulnus

In vulneribus domini Ieſu quinq; oſtendit dn̄s ſer.161.F.par.2

Vxor

Quòd modus præcipuus recedendi à patre eſt uxorem ducere.ſer.59.R.par.1

Chriſtus

Qūo Xp̄s eſt uia ueritas & uita.ſer.30.A,par.1
Vtrum Chriſtus ſit filius cuiuſlibet iuſti.ſerm.31.K.par.1
Contemplatio de miſſione Chriſti ad oues Iſrael.ſer.33 M,par.1
Vtrum iudæi cognouerunt Chriſtum eſſe meſſyam in lege promiſſum.ſer.57.F.par.1
Quomodo Chriſtus non fuit maleficus, ſicut iudæi blaſphemabant.ſer.63.F par.1
Quomō in petra Chriſto nullum fuit ſerpentis ueſtigium.ſer.106.B.par.2
Quòd Chriſtus in paſſione plenam habuit uictoriam in aliis dimidiam.ſer.120 C.par.2
Quomodo decepti ſunt iudæi ſuum meſſyam expectantes.ſer.124.H.par.2
Quòd Chriſtus mendicauit.ſer.125.G.par.2
Quomodo Chriſtus p tuit cognoſci ī forma Dei,cū in forma ſerui eēt.ſer.131.C.par.2.
Quomodo Chriſtus eſt uerus cum habitu inuentus ſicut homo.ſer.131.D.par.2
Quo iure dedit Deus prater omnia Chriſto in manus.ſer.139.E,par.2
Chriſtus orās & dicēs ſp̄us quidē prōptus.& c in multis nos edocuit.ſer.144 I.par.2
Vtrum Chriſtus ſemper palam & publicè prędicauerit.ſer.144 DD, par. 2
Propter duo venit Chriſtus in mundum, ut teſtimonium perhiberet ueritati.ſerm. 146 QQ, parte ſecunda
In eo ꝙ Chriſtus petebat ignoſci crucifigentibus quattuor habemus documenta, ſermo. 147 P, parte ſecunda

Zelotipia. zelus.

De dr̄a zeli & zelotipiæ.ſer.93 C, par. 1
Quòd ſicut in antiquis,ita & in iuuenibus inuenitur zelus.ſer. 93 par. 1
Quid eſt zelus.ibidem C,
Quòd zelus quo nos diligit Deus ſimilis eſt zelotipię. ibidem D,
Quòd quinq; modis exponitur illud.zelus domus tuę comedit me. ibid. E
Ad quæ ſe extendit zelus ſanctorum uirorū. ibidem F,
Quòd triplices motus ea affectione zeli conſurgunt.ſer.94 B, par. 1.
Quòd tribus de cauſis zeli indiſcreti peſtis oritur. ibidem C,
Quòd inhibetur nimis zelus. ibidem D,
Quattuor modi rē eratur zelus. ibi. E,
Quòd zelus niſi exeat in actum ſuffocatur.ſermo.98 G, parte prima
Quòd nihil magis placet Deo quàm zelus animarum.ſer.122 E, par. 2
Quid fecit zelus Chriſti in cruce.ſer. 143 Q. par. 2

Zona.

Quòd caſtitatis zona peregrinum indiget.ſer. 158 G, parte ſecunda.

FINIS TABVLAE IN SERmones Quadrageſimales probatiſſimi artium ac ſacræ Theologiæ Profeſſoris Pariſienſis Magiſtri Ioannis Raulin ordinis Cluniacenſis.

Laus Deo. pax uiuis. requies defunctis. AMEN.



# SERMONES QVADRAGESIMALES PRAESTANTISSIMI SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORIS IOANNIS RAVLIN,

*Inter cæteras animi dotes ſuis temporibus memoria fœcundiſſimi: hic fœlix ſortiuntur exordium.*

## SERMO PRIMVS PRO FERIA QVARTA, IN CAPITE IEIVNII.

M*Emento homo, quia cinis es,& in cinerem reuerteris* ] verba ſunt eccleſiæ in Gene.3. capitulo fundata.

Hoc eſt iugum graue ſuper oēs filios Adam,hæc eſt via vniuerſæ carnis,hęc eſt regula generalis oē genus humanum concernens, a qua tn̄ exemptus eſt ipſius generis humani conditor dn̄s Ieſus.iuxta illud Pſal.Non dabis ſanctum tuū videre corruptionem Et hoc quidem iuſte. Primo,quia ante peccatum homo terra erat,quia de terra factus.Sed poſtquā ignis cupiditatis,& peccati terram iſtā incendit, redacta eſt terra humanæ naturæ in cinerē, iuxta illud Eccleſ.10. Quid ſuperbis terra & cinis? terra primum,deinde cinis. Materia huius ignis fuit lignum ſciētiæ boni,& mali,ſufflatoriū ignis,ſuggeſtio diaboli.Terram aūt humanitatis Chriſti non ſuccendit ignis iſte, quia peccatum non fecit. 1.Pet.2.Iuſte igitur ab hac regula exemptus eſt. Secūdo,quia vir nobilis & honoratus ſi ſumptus excedat, ſi ſui honoris mēſuram nō intelligat, ruinā ſtatim domui ſuæ parat irreparabilem. Primus homo,vt pręeſſet vniuerſæ creaturę,factus eſt,ſed ſumptus exceſſit,cū de ligno vetito comedit. & ſui honoris menſurā non intellexit,cum ſerpenti conſenſit dicenti eritis ſicut dij. Propter quod, qa homo cum in honore eſſet nō intellexit, cōparatus eſt iumentis inſipiētibus, & ſimilis factus eſt illis, vt hominis & iumētorum ſimilis ſit interitus,& æqua utriuſq; cōditio.Eccl.3. Quia utriq; in cinerē ſimiliter decidūt.Pſal. Gloriā meā in puluerē deducā. Secundus homo in honore conſtitutus,nec ſumptus exceſſit, qui ieiunare nos docuit ſuo ieiunio, & ſui honoris menſurā intellexit, qui cū in forma Dei eſſet,nō rapinā arbitratus eſt eē ſe æqualem Deo. ideo a ruina domus ſuæ liber eſſe debuit ſolus inter mortuos liber, vt in cinerē minime redigeretur.Tertio,qa vanitatē neceſſe eſt in nihilū decidere.i. in cinerē,quæ nullius valoris reputatur. Secūdus homo vanitas nō fuit,vanitas.n. ſc̄m aliam interpretationē vacua natura dicit̄. Eſt.n.vanitas (vt vult Guil.Pariſ.) quæ nec confert plenitudinē continenti, nec fulcimentū innitenti, nec fructū laboranti. Natura aūt humana in Chriſto plena fuit Deo,plena fuit gratiæ,& veritatis, vt de plenitudine eius accipiamus oēs. Non igitur in cineream vanitatem reſolui debuit. Ab hac etiam regula ex ſpeciali priuilegio excepta eſt Maria,cu-

*A Sepultura Chriſti: Quomodo ab incineratione corporis exēptus eſt Chriſtus triplex cauſa.*

ius corpus non vidit corruptionem, de cuius plenitudine gratiæ, ut modicum quid accipiamns, dicamus Aue.

*B*
*Sacramētale.*
*Quia tria ſacramentalia in die cinerum repræſentat eccleſia.*

Hodie ſingulariter tria nobis ſacramentalia repræſentat eccleſia. Primum utrunq; hominem reſpicit. Eiectio. ſ. pœnitētium de eccleſia, in quo repræſentatur eiectio patris noſtri Adæ de paradiſo pp peccatum eiecti de loco uoluptatis in locum ſolicitudinis & laboris. de loco gaudij in hanc vallem lachrymarum. habet pœnitens cilicium in ſignum pellicei dati Adæ. & lumen in manibus in ſignum flammeæ rumpheæ poſitæ in ianua paradiſi. Secundum reſpicit interiorem hominem, & eſt velum, quod eſt inter nos & altare poſitum deſignans peccatū quod eſt paries inter nos, & Deum magnum chaos inter nos & ipſum & nunc Cāti. 2. Ipſe ſtat poſt parietem reſpiciens per fœneſtras ſi poſſit ad nos intrare. Male gratioſi erimus ſi ei non aperuerimus, ſi parietis huius obicem a nobis non abſtulerimus. Tertium reſpicit exteriorem hominem impoſitio, ſcilicet cinerum ſuper caput noſtrum, in quo hodie celebrare nos oſtendimus anniuerſariū totius orbis qn̄ in homine primo oīs homo mortuus eſt, & hoc exprimit eccleſia per verba propoſita. Memento homo, &c.

In hoc ſermone iuxta propoſitum thema quæruntur duo.

Primum cum interior homo principalior exteriori reputetur, cur dimiſſa hominis interioris memoria, memoriā exterioris hominis commendat eccleſia dicens. Memento homo. &c.

Secundo ad quid eccleſia ſuper caput ſingulorum catholicorum cineres imponit dicens. Memento homo.

*C*
*Homo. Triplex differētia inter hominē exteriorem, & interiorem.*

Pro primæ quæſtionis ſolutione ſit prima ueritas. Antequā homo ſit vere homo, neceſſe eſt, q̄ interius & exterius ſit homo. Triplex aūt differentia inter exteriorem & interiorem hominem inuenitur. Prima eſt, quia exterior homo de luto creatus eſt, & viuit vita animali, interior vero viuit de nihilo, & viuit vita, & flatu Dei Gen. 2. Inſufflauit ei dn̄s ſpiritum vitæ. Flatus iſte gratia Dei eſt. Vnde Origenes ſuper Gene. dicit, q̄ vice bina creatus eſt homo, ut interior, & exterior homo deſignetur. Primo. n. creatus eſt de limo terræ. Secundo factus eſt in animā viuentem. Secunda differētia eſt, quia quotidie noſter uetus homo corrūpitur. Sicut. n. ſi quotidie gutta aquæ in dolio vini funderetur, continue uinum in ſua virtute diminueretur, & tandē deficeret, ſic, quia quotidie naturalis calor hominis ex alimenti actione diminuitur, exterior homo quotidie ad defectū tendit, ubi per Dei gratiam interior homo per pœnitentiæ cinerē reparatur. Fœnix enim auis eſt nobilis, quæ in cinere ſuo reparatur & renouatur 2. Cor. 4. licet is qui foris eſt noſter homo corrūpatur, tñ is qui intus eſt renouatur de die in diem. Tertia differentia, quia exterior homo vnicam tm̄ induit faciē. ſ. naturalem, ubi interior ſæpe plures induit iuxta diaboli perſonagia quæ ludit, & effigiat. Oportet itaque uere hoīem interius & exterius eſſe hominem. Ezech. 14. homo, homo de domo Iſrael. Gloſſa Hieronymi. homo, homo dicitur, ut interior & exterior ſignificetur, ſed in facie exterius multi apparent homines, qui in interiori hoīe aſſumunt ſibi diuerſarum beſtiarū imagines. Sunt enim quidā intus iumenta per luxuriā, alij porci per immunditiam, alij vulpes per fraudem, alij lupi per rapacitatem, alij canes per voracitatē, alij viperæ per detractionem, &c. Pſal. Vſquequo diligitis iniquitatē, & facies peccatorū ſumitis? Eccl. 3. Ne accipias faciē aduerſus faciem tuā. Monſtruoſum eſſet, ſi quis humano corpori ceruicē adderet equinam, ſic monſtruoſus eſt Chriſtianus qui non omnia interiora mēbra ad Deū pertinentia habet, qui exterius homo, interius beſtia eſt, qui ſolos pedes Chriſtianitatis prætendit ſe habere in peregrinationibus, & totū reſiduū beſtiale oſtēdit. Qui tm̄ aures habet Chriſtiani ad audiēdum uerbū Dei, ſed non manus, qui oculos ad flendū habet; os ad docendum, ſed manus non habet ad operandum, imo cætera membra exhibet arma iniquitatis peccato. Iſte nihil habet Chriſtianæ conuerſationis niſi portiones quaſdam & fruſta aliqua. Iſtæ laruæ diaboli ab hæreditate Dei excludētur. quia Hiere. 12. Nunquid auis diſcolor hæreditas mea? Hæ ta-





men laruæ non niſi nihilo humilitatis & exinanitione ipſorum curantur. Pſal. In ciuitate ſcilicet eccleſiæ imaginē ipſorū ad nihilum rediges. Secunda ueritas. Dum nos hortatur eccleſia meminiſſe exterioris hominis, ſimul & de interiori meminit. Nō. n. quis ſolicitatur de archa niſi pro theſauro intus latente, neque curat ſtagnalium aquarum reparare ſtationes, niſi pro piſce intus natante, neq; meminit quis vaſis, niſi propter precioſitatē intus recepti liquoris, neque quis reparat domum, niſi occaſione habitatoris eius. Vulgo dici ſolet, tantum appreciatur dolium, quantum liquor interior ualet, & quantum ualet homo, tantum terra ſua. Meminit ergo, ut non liquor interior excludatur, quia tantum preciabitur exterior homo, quantum ualebit interior.

*D*
*Homo. Quod dū eccleſia recolit exteriorem hominem tūc recolit interiorem.*

*E*
*Homo. Triplex ratio quare eccleſia ab exteriori recolit interiorem.*

Tertia ueritas. Ideo tamē eccleſia maxime exterioris hominis meminit, quia hæc eſt hominis conſuetudo, q̄ ſi quid habeat, per quod ſibi aliquid eſſe uideatur ſtatim illius meminit, & propter illud ſe extollit eorū, quibus nihil eſſe videtur (quia diſplicent) nunquam reminiſci uolens, propter quod homo uiliores partes ſui abſcondit, nobiliores palam facit. Et quia ſm̄ exteriorem hominem habet homo ex vili limo originem, animū uero ex cœleſti afflatu, hinc eſt, q̄ ſemper ad animi euolat altitudinē, nihil de ſuis cineribus recogitās, ſimilis mulo de quo fabuloſe dicitur, q̄ a vulpe interrogatus quinam eſſent parentes ſui, tacitis proximis parentibus de quodā magno equo Alexādri nobili proauo ſuo gloriabatur deſcendiſſe. Cupiens igitur eccleſia ſuos humiliari lectionem proponit humilitatis. Secūdo, quia hodie eccleſia filiis ſuis aperit ſcholas ſapientiæ, & diſciplinæ. Et quia (ſm̄ philoſophū primo phyſicorum) a notioribus innata eſt nobis via, & homo exterior (vtpote coram oculis poſitus) nobis notior eſt, ideo ab exteriori tanquam rudiori incipit, ut poſtea ad archana interioris hominis penetranda ꝓcedat. Et quia mos eſt grammaticorum ab elementis incipere; ideo de elemento terræ, vnde conſtituti ſumus principalem facit lectionem; declinationes, & gradus eius in mortem inſinuans. Licet enim homo ſit ex quatnor elementis cōſtitutus; Deus tamen in compoſitione corporis humani parum poſuit de aliis tribus elementis, & multum de luto, ſiue de terra. Elementum enim aquæ manifeſtatur in humoribus, ignis in calore naturali, aer in flatu, & reſpiratione, terra in carne & oſſibus. De igne parum habuit, ut de igne concupiſcentiæ, & iracundiæ parum haberet, cum tamen nunc e conuerſo uideatur. 1. Ioan. 5. Totus mundus in maligno poſitus eſt, id eſt, in malo igne. De aere parum poſuit, ut parum haberet de elatione ſuperbiæ, cum tamē aliqui ex toto de aere eſſe uideantur, uel de ueſica aere plena intumeſcentes. Nō fuit mirum ſi primus angelus ſuperbiuit, quia nihil de luto habuit, ſed mirum eſt de homine, qui eſt vile lutum, & intumeſcit. Similiter paucum de aquis poſuit, ut leuitatis, & inconſtantiæ parum haberet, contra quoſdam qui bene incipiunt, & inconſtantes male finiunt. bene incipiunt ieiunare, & poſtea omnia dimittunt. Sed multum de terra poſuit, quia dura, ne delitiis homo molleſcat, quia grauis, ne ſuperbia elatus contra ſui naturam ad alta euolet, quia ſolida ne ad diuitiarum uanitates euaneſcat. Tertio, quia vult nos (geometrarum more) ad æquilibrium ſententiæ diuinæ iuſtitiæ menſurare terram noſtram. Diuina ſententia dicit, puluis es, & in puluerem ibis. Ideo, quia breuis eſt iſta menſura non vult nos ad longas ulnas temporis & honoris terram noſtram metiri, ſicut quidam metiuntur ad longas annos, & magnitudines honorum & diuitiarum, cum tamen breues dies hominis ſint, & gloria impij ſtercus, & uermis hodie eſt, & cras non inuenietur. primo Machabæo. 2.

*F*
*Aſpergere. Quatuor cauſæ quare eccleſia aſpergit cinere capita. Prima cauſa.*

Ad ſecundam quæſtionem dicitur q̄ hoc facere potuit eccleſia propter quatuor. Primo, ut ſe ſciat homo hominem eſſe, & inde humilietur, nec intumeſcat. Secundo, ut ſui originem recognoſcat, & inde erubeſcat. Tertio ut ſui capitis benignitatem, & ſapientiam contemplando inde glorieẗ, nec ſe exinaniat. Quarto, ut cauſam ſui cineris cognoſcens peccare timeat, & de peccato timeat.

Primo igitur cinere aſpergitur caput hominis,vt ſe ſciat homo hominē eſſe. Neſcit.n.homo quidditatē ſuam (vt dicunt logici) niſi differentiã ultimã diffinitionis eius agnoſcat. Cum igitur (ſm philoſophos) homo ſit animal rationale mortale,neſcit homo quid ſit de homine,niſi ſciat ſe mortalem eſſe, quod ſatis ſciet,ſi ſe cinerem,& in cinerē reuerſurũ meminerit. Si igitur ſe ſciat rationale animal eſſe, & pro tanto dono glorietur,nouerit poſtremo ſe mortale animal eſſe, ut inde humilietur. Pauo uidens plumas pulcherrimas,inde extollitur, ſed videns puluereos pedes rotam deponit, & humiliatur. Sciant igitur gentes,qm̃ homines ſunt,dicatq; quiſq; animæ ſuæ qđ Pſal. O anima mea memorare,quæ mea ſubſtantia, & ſtatim dicet Deo quod ſequitur. Nunquid.n.vanæ conſtituiſti oēs filios hoīum i.vanitati illi ſubdidiſti qua tendant in nihilum? Hæc lectio primo parenti primo cantata fuit,ab Abrahã ſollicitè recordata, cum diceret loquar ad dñm meum cũ ſim puluis, & cinis. A Dauid incorporata dicente cinerem tãquã panem manducabam, & eam ſæpe practicabat dicens, humiliata eſt in puluere anima mea. Super hanc vehemēti ſtudio Iob obdormiebat. Ecce (inquit) nunc in puluere dormio. & ſi mane me quæſieris non ſubſiſtam. Sed non obſtantibus tam vigilantiſſimis,atq; prudentiſſimis huius lectionis ſtudentibus,grauis nobis eſt ad audiendum,volumus multa ſcire, & nos ignorare. Bernardus. Multi multa ſciunt, & ſeipſos neſciũt, oculo ſimiles qui cum multa videat,ſeipſum non uidet, pp qđ vt huius conſideratione pulueris humilietur anima noſtra,hanc lectionē in nobis hodie practicat eccleſia dicens,memento.

*Exemplũ Pauonis.*

*Secunda cauſa.*

Secundo vt ſui originē cognoſcat,& inde erubeſcat. Recipiēdo ſiquidē ſuper caput cinerē, generationis noſtræ caput Adam,a quo cinerem mortalitatis noſtræ contraximus,profitemur,& q̃ dã nati hominis in cineres mortis filij ſumus,ut inde erubeſcamus,& cũ patre noſtro nos morti adiudicatos cognoſcētes, ſuperbiam hoc iudicio vincamus, & condēnemus in nobis,fiatq; quod dicit Pſal. Vincas cum iudicaris,vincas cũ ſuperbiã cum iudicaris in mortē, pp quod interrogatus homo unde uenis? quid portas? & quo uadis? Rñdere poteſt de cinere uenio,cinerem porto, & in cinerem uado. Hiere. 22. terra,terra,terra,audi uerbum dñi. i.homo qui uenis de terra, & qui vadis in terram,& portas terrã, audi uerbũ dñi.

*Tertia cauſa.*

Tertio ut noſtri capitis benignitatem & ſapientiã profiteamur. Benignitatem quidem qñ caput noſtrum noſtros cineres ſuſcipiens,in his cineribus ꝓ nobis mortalis factus eſt, & lixiuio ſanguinis ſui collato per cineres humanitatis ſuæ, fecit purgationē peccatorũ noſtrorum. Vnde & cinis uitulæ rufæ, Chriſti ſcilicet rufi pp ſanguinis effuſionē,in lege fiebat ad emundationem peccatorũ per totum annum. Hebr. 9. Sapientiã uero profitemur,cum eũ ſapientem artificē intelligimus,qñ de tam vili puluere tã nobile corpus conſtruxit, & de tam uili cinere,tam nobile uitrum,cito tñ ꝑ mortem frangendũ,edidit.

*Quarta cauſa.*

Quarto ut cauſam ſui cineris, &c. Suſcipientes.n.hodie cinerem ſuper caput noſtrum,per totam quadrageſimam pœnitentiã facere proteſtamur. Intentio.n.caput eſt aīæ, & eius directio. Sic in ſignũ pœnitentiæ pro peccatis cinerem ſuper caput ueteres poſuerunt, qñq; vt iram Dei futuram præuenirent,ut Niniuitæ. Ionæ. 3. aut ut eam mitigarent, ut fecit Achab. 3. Reg 21. qñq; vt iram iam affligentem compeſcerēt, ut Heſter contra periculũ imminens cinere caput aſperſit. Sic Iudich. 3.

*G Cinis. De quinque conditionibus cineris.*

Et ſicut cinis deſpecti coloris eſt, ſiccus,inſtabilis, ut huc,atq; illuc facile ſpargatur, de dura ſubſtantia per ignem in minutiſſimas, & tenuiſſimas partes diuiſus, & ignē quē tegit conſeruat,ſic hodie peccator cinerem ſuper caput ſuum recipiens,tãquam pœnitentiam amplexus,primum ſe deſpicit,& uilificat cōtemplatione diuinæ pulchritudinis,& conſideratione ſuæ turpitudinis. Secundo ſe proteſtatur omni humore gratiæ deſtitutum, tertio inſtabilē & abſq; Dei auxilio ad oēm tētationem etiam minimã facile mobilē. Quarto totaliter ſe confitetur in uarias cogitationes & affectiones malas ī corde diuiſum eſſe. Quinto ignem tegiſſe cupiditatis & vſq; nunc illũ celaſſe, qui illum in nihilũ redegit.



redegit. Sed ne nos labor iſte terreat pœnitentiæ:pro iſto cinere promittit Deus coronã Eſaiæ 61. Dabo coronam pro cinere,hoc eſt. Adam dedit cinerē pro corona, ego dabo coronam pro cinere his qui laborant in agone pœnitentiæ. Si rex bannum ſuum clamaret ut quicunq; de pariſijs iret ad montem martyrum haberet mille libras: non remaneret nec claudus: nec cęcus qui non illuc citato gradu properaret. Dñs uerò non pecuniam, ſed coronam regni verè pœnitētibus ore proprio: & per prædicatores promittit, & homo hoc facere pigritatur? Coronã quidem regni dabit in futurum: in p̃ſenti etiam quodammodo coronãs victoriam pœnitentis. Nam pro deſpectu gloriã cōſcientiæ reddit. 2. Corin. 1. Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtrę. Eccl. 4. Eſt confuſio adducens gloriam: ut ſicut debetur opprobrium abundantibus & deſpectio ſuperbis: ita humilibus & pauperibus gloria. 1. Reg. 15. Sauli à Samuele dictum eſt. Nonne cum paruulus eſſes in oculis tuis caput in tribubus Iſrael factus es? Secundò pro ſiccitate animæ dat humorem gratiæ. Pſal. Poſuit terram ſine aqua in exitus aquarum. Tertiò pro inſtabilitate virtutem & fortitudinem. Quartò pro ſuiipſius diuiſione in ſacramento pœnitentiæ omnium ſuarum cogitationum recollectionē. Sicut enim in corporis reſurrectione omnes ī vnum cineres colligentur: ſic in reſurrectione animæ omnes eius cogitationes & opera in unam cōfeſſionem recolligi oportet. Pſal. Diſperſiones Iſraelis congregabit. Quintò pro tegumento ignis cupiditatis ibi conſeruat ignem charitatis, qui cineres non facit, quia amor ille non eſt circa materiam corruptibilem,ſed æternã, ubi tamen ignis peccati derelinquit cineres mortis,& cineres pœnitentiæ. Vnde poſt completorium uenit ignitegium, q̃a poſt completam confeſſionem uenit charitas ignitegium peccatorum. Charitas enim operit multitudinem peccatorum.

*Sermo ſecundus ut ſupra.*

*Conuertimini ad me in toto corde ueſtro, in ieiunio,& fletu,& planctu. Iohelis. 2.*

*A Cõuerſio.*

Si de pace componenda ſeruus rogaret dominum ſuum,uel ſi ille qui iniuriã fecit inuitaret eum ad concordiam, qui iniuriam paſſus eſt: non eſſet mirabile. Sed ſi oppoſitum experiremur, ſcilicet quòd dominus rogaret ſeruum, uel qui paſſus eſt iniuriam, eum qui fecit eam: tunc magnæ benignitatis & amoris eſſet indicium in tali domino: propter hoc ſi hodie peccator rogat dominum, ut ſui miſereatur,& cum eo pacem componat: non eſt mirandum,ſed multum admiranda uenit clementia Saluatoris: qui cum ſit dominus omnium ſeruos ſuos rogat, ut ſe conuertant ad eum, & cum eo faciant pacem dicens, Conuertimini ad me in toto. &c. & tamen ad eum nolunt,nec reſpicere,nec conuerti. Iob 19. Seruum meum uocaui,& non reſpondit mihi, ore proprio deprecabar illum,os autem proprium Dei eſt os prædicatorum: iuxta illud Hierem. 15. Si ſeparaueris precioſum a uili. id eſt precioſam doctrinam a uili hæreticorum doctrina: quaſi os meũ eris. Quid ergo fiet de tam contumace ſeruo,qui tot ab eo bona ſuſcepit, & tamen ad eum ſuæ conſcientiæ faciem dedignatur conuertere: dum eum humaniſſimę rogat? Nec enim exteriorem quærit faciem: quam etiam ad beſtias facilè conuertimus ſed interiorem, dicēs illud Cantico. 2. Oſtende mihi faciem tuam. Nunc ergo audientes eum ad eum conuertamur: ne in tempore malo illam benigniſſimam faciem à nobis auertat in quam deſiderant angeli proſpicere, & q̃ à ſe timebat auerti Dauid dicēs. Ne auertas faciem tuam à me, & ſimilis ero deſcendentibus in lacum, & quam totiens deoſculata eſt Maria: quam ut placatam nobis reddat,gratiam ſuam per eam impetremus dicentes Aue.

*Quō nos rogat dominus ut conuertamur.*

*B Cõuerſio. Quòd inter oĩa opera dei grandis eſt cõuerſio peccatoris.*

Inter omnia Dei opera grandis uidetur eſſe conuerſio peccatoris: probatur ex tribus,ex effectu, ex affectu, ex profectu. Ex effectu,quia qui creauit mundum ſe ſolo,non poteſt niſi cum peccatore iuſtificare peccatorem. Auguſt. qui creauit te ſine te,non iuſtificabit te ſine te. Si igitur grandis eſt creatio hominis: multo grandior eſt conuerſio peccatoris. Ex affectu: quia cum de modico non delectentur magni & ſapiētes,& nihil magis Deo delectabile ſit,quàm peccatoris conuer-

ſio, uidetur res grandis multum ipſa cõuerſio. De ea enim rogat miſeros, & uiliſſimos garſiones. Minus enim eſt peccator in ordine ad angelos, quàm uiliſſimus garſio in ordine ad regem. & tamẽ Deus rogat eos dicens conuertimini, &c. Ex profectu, quia ſi ad eum conuertantur ſtatim magnos efficit, in amicitiam recipit, & magnis ditat gratiis & muneribus, iuxta illud Roma. 8. Quos iuſtificauit hos & magnificauit, id eſt magnos fecit. Grandi igitur ira dignus eſt peccator, qui ad eum non vult conuerti, nec dignatur eum audire uocantem: conuertimini, &c.

C

*Cõuerſio. Vtrũ conuerſio peccatoris cadat ſub præcepto.*

In præſenti ſermone circa uerba propoſita ſolum formabitur & ſoluetur una quæſtio. Vtrum per hæc uerba præceptũ ſit peccatori ad Deum conuerti in toto corde ſuo. Et uidetur, quòd non. Primo, quia cum Deus ante & retro, & ubique ſit, ubicunque ſumus ad Deum conuerſi uidemur. Fruſtra igitur hæc conuerſio præcipitur. Secundo cum propter temporalem uitam ad ſecularia negotia neceſſe ſit hominem habere cor diſtractũ, ſic partem cordis habent negocia. Non ergo totum cor conuerti poteſt ad Deũ. Tertio quid commoditatis afferet huiuſmodi conuerſio, cum ſcriptum ſit in Pſal. Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens? Quid ergo proderit nobis ad eum conuerti, ſi non inde iuſtificabimur, ſed magis a iuſtitia ſua abſorbeamur, maxime cum lucem habitet inacceſſibilem. 1. Thimot. 6. & ſic ad eum accedere non ualeamus.

D

*Gratia. Quomodo Deus longe eſt a peccatoribus per gratiam.*

Pro huius ſolutione quæſtionis ſit prima ueritas. Deus ubique eſt per præſentiam naturæ ſuæ, qui tamen non ubique eſt per effuſionem gratiæ ſuæ. Primum patet per illud Pſal. Si aſcendero in cœlum tu illic es, ſi deſcendero in infernũ ades &c. Secundum patet per illud Pſalm. Longe a peccatoribus ſalus. & per illud Eſaiæ. 38. Non expectabunt qui deſcendunt in lacum, ſcilicet inferni, ueritatem tuam, id eſt, gratiam tuam. Ioh. 1. Gratia, & ueritas, per Ieſum Chriſtum facta eſt.

E

*Cõuerſio.*

*Quid ſit Deum cõuerti ad peccatorem, & quid peccatorẽ cõuerti ad Deum.*

Pro quo eſt aduertendum, ꝙ vulgariter loquendo ille dicitur ad alium conuerti qui ei faciem ſuam oſtendit, & tergum abſcondit. facies autem pars eſt anterior & ſuperior, tergum pars poſterior. Hoc modo, & Deus ad peccatorem conuertitur, & peccator ad Deum. Nam tempus diuinæ miſericordiæ pars prior eſt, tempus iuſtitiæ poſterior. Pſal. Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Cui alludens Chryſoſtomus in homilia quadam: Miſericordiam (inquit) in præſenti, & iudicium in futuro. Ideo quando Deus prætendit miſericordiam peccantibus, oſtẽdit eis faciem ſuam. Heſter 15. Facies tua plena eſt gratiarum. & hoc eſt Deum ad peccatorem conuerti, iuxta illud Hiere. 12. Conuertar & miſerebor eorum. Sed in hoc malorum attenditur malitia, quia cum Deus ad eos faciẽ ſuã cõuertat tẽporalia largiendo, & mala punire differendo, illudunt ei, & maiorem ex his ſumunt delinquendi audaciam. Conuertit autem ſe peccator ad Deum, quando ſuæ conſcientiæ faciem ei oſtendit. Res enim ad ſolem conuerſa ſolis radios ſuſcipit, auerſa perdit. Sic anima ad Deum conuerſa, qui eſt uerus iuſtitiæ Sol, cuius radij gratia, & charitas, & cæteræ uirtutes, his continue illuſtratur. auerſa perdit Auguſti. ſuper Gene. Homo Deo præſente illuminatur, abſente illico tenebratur, a quo non locorum interuallis, ſed uoluntatis auerſione diſceditur. Ideo licet ubique ſit Deus, non tamen inde faciem ſuam ad nos conuertit, niſi & nos ad eum noſtram faciẽ conuertamus. Hoc ex perſpectiua ſcientia apparet. Dicunt enim perſpectiui, quòd viſibile infra ſpheram actiuitatis ſuę ubique in aere diffundit ſpeciem ſuam, non tamen illa faciem ſuam uertit ad quęcunque, ſed ad eum qui ſe cõuertit ad illam, ut patet in ſpeculo, ubi imago non ſe conuertit, niſi ad conuertentem ſe, & auertit ſe a terga dante.

F

*Iuſtificatio. Quõ Deus per ſuã miſericordiã iuſtificat peccatores.*

Secunda ueritas. Licet ſit tanta Dei puritas, & iuſtitia, ut eius comparatione nullus iuſtus reputetur, ex nimia tamen eius charitate, & miſericordia peccatores iuſtificat, purificat, & ſibi acceptabiles reddit. Primum patet per illud Iob 9. Non iuſtificabitur homo cõpoſitus Deo. Et Iob. 25. Stellæ non ſunt mundæ in





conſpectu eius. & quantumcũque purum ſit aurum. inuenit in eo ignis aliquid purgabile. Secũdum patet primo, quia Deuterono. 4. Deus noſter ignis conſumens eſt, ignis autem paleas peccatorum facilè conſumit & incinerat, ideo in nobis licet ſint multi defectus ſi tamen ad diuinam miſericordiam & amorem conuertamur, omnia iſta conſumet. Neque enim radius per fœneſtrã tranſiens propter athomalia dimittit illuſtrare & calefacere domum. Sic nec propter minutos defectus noſtros, dimittit Dei amor incendere corda noſtra. Secundo, quia licet Dei iuſtitia noſtros corrigat exceſſus, miſericordia tamen Dei ſe nobis commenſurat. Grandis ſi quidem corpore erat Heliſeus, ſed in ſuſcitando Sunamitis puero ſe cõmenſurauit, ut os ori, & oculos oculis, & manus manibus pueri miraculo quodam commenſuraret & coaptaret. Sic licet ueri Heliſei diuinitatis immenſa ſit iuſtitia, ſecundum tamen humanitatis & benignitatis eius miſericordiam ſimilem ſe nobis exhibuit, ut eius ſimilitudine ad eum traheremur, ut ſicut adamas ferrum ad ſe trahit, ſic nec cor ita ferreum ſit, quod non tanta benignitate, humilitate, & amore trahi debeat. Ideo ſi paruulus, propter nos factus eſt, ut ſe nobis cõmenſuraret, paruuli ſimus & humiles, ut nos ad eum commenſuremus. Bernard. in ſerm. Magnus dominus & laudabilis nimis, ſed paruus & amabilis nimis. Ad paruulum itaque conuertamur. ait enim, niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruulus iſte, non intrabitis in regnum cœlorum, humiliare & apprehendiſti, hæc via qua illic oſtenditur ſalutare Dei. Si ſublimitatis eſſet uia propoſita, quanta facerent hom nes, ut exaltarentur, quam crudeliter inuicem ſe ſternerent, quam impudenter reperent manibus & pedibus in altum, ut imponerent ſeſe homines ſuper capita aliena? Et certe qui contendit ſupergredi proximum, multas inueniet difficultates, multos habebit emulos, multos patietur contradictores, aſcendentes ex aduerſo, nihil autem facilius eſt uolenti quam humiliare ſeipſum. Ideo nullum velamen excuſationis habemus ſi non ad paruulum iſtum, & ad humilitatis & benignitatis magiſtrum conuertamur. Hæc Bernardus.

G

*Heliſeus. Quid ſibi uult ꝙ Heliſeus grãdis cõmenſurauit ſe puero quẽ ſuſcitauit.*

H

*Cõuerſio: Quia a corde debet incipi conuerſio patet ex tribus.*

Tertia ueritas, modus ſe ad Deũ conuertendi eſt in toto corde ſuo. A totalitate enim cordis incipi debet noſtra conuerſio. hoc ex tribus patet. Primo propter periculum, quia ibi incipi debet curatio ubi periculoſior eſt morbus. Morbus autem peccati periculoſior eſt in corde. Simile enim eſt peccatum ueneno, quod quandiu cor non tangit, non occidit. peccatum enim quandiu nõ tangit cor per conſenſum, non occidit animam. Sed quando delectatio aſcendit uſque ad cor per conſenſum: occidit, quia Iacobi. 1. Peccatum cum conſummatum fuerit, generat mortem. Et ideo ſicut animalia habentia latas venas citius ueneno moriuntur, ſic per conſcientias latas cito tranſit greſſum peccatum, & tales ſicut Cleopatra regina Aegypti moriuntur, quæ ha uriens uenenum aſpidum ne ad triumphum Romam a Cæſare Auguſto duceretur, dormiendo mortua eſt. Non enim ſenſit dolorem ante mortem. Sic tales latæ conſcientiæ, peccatum non ſentiunt, nec de eo dolent antequam morte ęterna moriantur. Secundo hoc nos docet natura beſtiarum. Aranea enim licet multas malas habeat conſuetudines, habet tamen prudentiam talem (ut dicit Plinius) quòd quando tela eius in aliqua ſui parte eſt deſtructa pluuia uel uento, ſemper incipit eam reparare in medio, nec aliquid ſe reputat facere, niſi in medium eius ſit firmum. Cum ergo (ſecundum Ariſtotelem ſecundo cœli & mundi) cor in medio corporis ſitum ſit (in medio quidem uirtutis non magnitudinis) non ſufficiẽter dies noſtri mali propter malitiam q̃ in eis exercemus, reparari poſſunt, niſi a corde incipiendo. Pſal. Dies noſtri ſicut aranea meditabuntur, id eſt, ſicut aranea agit, meditabuntur. Tertio, quia illud eſt Dei deſiderium quod fraudari non debet, ſi ab eo aliquid petentes nolumus fraudari a deſiderio noſtro. Mendicat enim dominus a nobis ex omnibus quæ habemus ipſum cor. Prouerbio. 23. fili

præbe mihi cor tuũ. Eſt enim ſicut auis nobilis quæ de prǫda cor quærit, dedignatur.n. Deus tã paruã hǫreditatẽ, ſicut eſt moles cordis cũ alio diuidere. Chriſoſtomus. Si peteret Deus eleemoſinam poſſet ſe pauper excuſare: ſi orationes, mutus: ſi peregrinationes, claudus. Sed hoc qđ hẽt homo, hoc ſolũ quǫrit.ſ.cor, nõ ꝑꝑ ſe, ſed ꝑꝑ nos, vt nobis ſalutẽ tribuat: qđ ſi non dederimus, nunquã ſalui erimus. Quod patet ꝑ exẽplũ cuiuſdam heremitæ, qui ſtudioſe Deũ exorãs vt ei oſtẽderet vnde ſaluari poſſet: venit ad eũ Diabolus transfigurans ſe in Angelũ lucis dicens; Exaudita eſt oratio tua, & à Deo miſſus ſum te docere. Si vis ſaluari neceſſariò tria te habere oportet & pro peccatis illa Deo offerre. ſ. lunã nouam, Solis rotunditatem, & rotæ quartã partem. Hæc tria ſi coniunxeris, & Deo ſacrificaueris, ſaluus eris: q̃bus dictis diſparuit. Ille autẽ heremita cũ hmõi res poſſe habere diffideret, triſtis factus deſperare cǫpit, qđ aduertẽs miſericors Deus miſit ei Angelũ lucis, qui diceret; Angelus qui te docuit, verũ dixit, ſed Diabolus eſt volẽs te ad deſperationẽ adducere. Nã ꝑ Lunã nouã, hãc literã.c. ad modũ Lunæ nouæ cornutam intellexit. Per rotunditatẽ Solis literã.o. Per quartam partẽ rotæ literam.r. quǫ eſt prima litera huius nominis, rota. Coniunge has literas ſimul, & conſtituunt hanc dictionem, cor. quod ſi Deo purum obtuleris, ſaluaberis, aliàs damnaberis.

*I*
*Cõuerſio, quòd dupliciter intelligi põt, quòd quis ad Deum ex toto corde conuertatur.*

Quarta veritas conuerti ad Deum in toto corde, dupliciter intelligi poteſt, vno modo quòd continuè in toto corde conuertamur ad Deum ipſum continuè actualiter amando, & de ipſo actualitér cogitando: & hoc non eſt homini ſm præſentem ſtatum poſſibile. Eſt.n. homo grauis corde. p̃s. Filij hominũ vſq; quò graui corde. Ideo cito fatigatur cor, ſi ſurſum in Deum feratur, & pro ſui grauitate cito relabitur, & hoc eſt ei vtile, ne tam grande bonum ei in venenum inanis gloriæ conuertatur, vnde inflетur, & ſuperbiat. Nonnulli tamen licet pauci viri perfecti cor & oculos habentes à terrenis alienatos & alleuiatos ex frequẽti erectione mentis in Deum, vix ſe conuertunt ad terrena, quæ deſpexerunt. Vnde & beatus Martinus ſemper habebat oculos erectos in cœlum, & terram dedignabatur aſpicere. Eſaiæ xxxviij. attenuati ſunt oculi mei, id eſt alleuiati, ſuſpicientes in excelſo: homo enim, qui diu reſpexit Solẽ in rota, ad terrena poſtea conuerſus vix poteſt ea reſpicere. Secundo poteſt intelligi, quòd ſicut eſt affirmatiuum præceptum, quòd etiam ꝑ loco & tempore, & non pro ſemper teneatur homo ſub noui peccati periculo ad ſe conuertendum in toto corde ad Deum. Tenetur autem ad hoc maxime. Primò in magnis ſolennitatibus, in quibus repræſentatur Chriſti beneficia, quǫ nobis exhibita, & quæ conſiderata inflãmare poſſunt, & viuificare iam mortuum animum, ut eſt feſtum natiuitatis Chriſti, Penthecoſtes, & corporis Chriſti &c. Secundo in ſolennitatibus, in quibus repræſentatur futurum præmium, & futura reſurrectio noſtra, vt ſunt feſta reſurrectionis, & aſcenſionis Chriſti, & feſtum omnium ſanctorum, in quo repræſentatur futurum gaudium nobis exhibendũ, quando aſſociabimur his, qui iam beati ſunt. Tertiò tenemur ad hoc in tempore in quo maximè nobis ad hoc adiutoria & ſuffragia impenduntur, & hoc eſt ſacrum quadrageſimale tempus, in quo plures ad Deum conuertuntur, & plura fiunt ſuffragia. Quartò in tribulationibus, maximè in morte.

*K*
*Cõuerſio, quãdo hõ tenetur ꝑceptũ de cõuerſione implere.*

Quinta veritas, ad Dominum in hoc ſacro tempore debemus conuerti in toto corde tripliciter.ſ. In toto quod eſt ex corde. In toto quod eſt pro corde. In toto quod eſt in corde. Primò in toto quod eſt ex corde ei aperiendo omne malum quod ex corde procedit. Matth. xv. de corde enim exeunt cogitationes malæ, adulteria, &c. Ex magno quidem amore procedit vt quis alicui ſecretum aperiat, quod nemini ſuorum amicorũ vellet oſtendere. Hic eſt malorum noſtrorum theſaurus in corde noſtro abſconditus, quem Deo per confeſſionem & contritionem aperire debemus. Scđò in toto quod eſt pro corde, opera pietatis ex corde in proximũ exercendo, quæ quidem opera pietatis pro corde ſunt, & pro

*L*
*Cõuerſio. quòd in tpe quadrageſimæ debemus in toto corde ad Deum conuerti tripliciter.*



pro corde in iudicio Dei loquentur, qñ verba ſilebunt. Cor enim capſela eſt, in qua liqueſcit vnguentum pietatis ex feruore charitatis. Et hoc modo qui terrena negotia agit, & meditatur, vt exerceat opera pietatis in Deum, & proximum etiam in hoc agendo conuertitur ad Deum, licet de eo actualiter non cogitet. Qui enim fideliter negotiatur extrinſecus, vt alat uxorem, & liberos, & eos ad virtutum opera pertrahat, & ſecundum ſui ſtatus decentiam prouideat, pie agit, nec limites exit virtutis. Cauendum eſt tamen ei, ne ſub mantello pietatis lateat vitium cupiditatis. Tertiò in toto qđ eſt in corde ſuo. In corde enim ſunt multiplices cogitationes, & affectiones. Turba enim cogitationum, & affectionum familia ſunt interioris hominis quæ in corde alitur tanquam domeſtica, quæ quandoque per ſermonem, aut extrinſecum opus exit domum cordis, quæ ſi malǫ ſunt cor auertunt à Deo, ſi bonǫ conuertunt ipſum ad Deum, huius domus pater familias eſt animus. Si ſciret autem iſte pater familias qua hora fur veniret, vt familiã bonam interimẽs illuc malam introduceret, vigilaret vtiq; & non ſineret perfodi domum ſuam. Debent enim animo bono familiares eſſe cogitationes bonæ. Matthæi vj. Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuum.

*M*
*Cor. quòd tripliciter ſolet ſcindi cor.*

Sexta veritas, ad complementum cõuerſionis cordis noſtri in Deum neceſſaria eſt ſciſſio ipſius cordis. Scindite (inquit ſcriptura) corda veſtra. Solet autẽ hæc ſciſſio fieri tripliciter. Vno modo, quia licet ſit cor ĩ uaria diſtractũ, certis tñ diebus (vt feſtiuis, & ſanctis quadrageſimalibus diebus) ſe ad Deum ex toto conuertunt, ſcindendo ipſum cor in minutas partes gladio verbi Dei. Vnde Bernardus; Si ſit obſtinatum cor, & lapideum, ſcindat illud gladio ſpiritus, quod eſt verbum Dei, & in multas minutias feſtinet diſpartiri, alioquin non eſt conuerti ad dominum in toto corde, niſi ſciſſo corde, donec enim illam vnam in Hieruſalem accipies, multa tibi præcipiuntur agenda. Spiritus domini multiplex (ait ſapiens) nec potes ſequi multiplicem ſpiritũ ſine multiplici ſciſſione. Paratum (inquit p̃s.) Paratum cor meũ, paratum ad aduerſa, paratum ad proſpera, paratum ad humilia, paratum ad ſublimia, paratum ad vniuerſa quæ præceperis. Secundo modo ſcinditur cor, quãdo pars Deo, pars mundo, vel diabolo datur Sicut qui bene loquuntur de Deo, ſed non iuxta verba operantur, qui cõfitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant, de quibus dicit p̃s. In corde & corde loquuti ſunt, qui verũ dicunt, & aliud proditioſè cogitant, contra iſtos dominus. Matth. xv. ait; Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Tertio modo, quando ſcinditur cor in varias cogitationes ſeculares, ita ut cor totum minutatim ſit diuiſum, pars vna in Anglia eſt, alia in Hiſpania, alia in foro, alia in coquina, alia in lupanari, &c. de quibus dicitur Oſeæ.x. Diuiſum eſt cor eorum, interibunt: & ita cor iſtorũ diſpergitur, quòd nihil cordis neque in feſto, neque in feria Deo datur, ſed totum ad terrena cõuertitur. De quibus Bernardus in ſermone; Miſer homo, qui pergens totus in ea, quæ foris ſunt, ignarus eſt interiorum. Sicut aqua (inquit p̃s.) effuſus ſum, & diſperſa ſunt omnia oſſa mea. Exteriora ſi quidem intuens putat ſibi ſalua omnia, non ſentiens occultum vermem rodentem interiora. Pſallitur quidem, ſed cor eorum longe eſt à me, dicit dominus. Tales faciunt de corde ſuo hallam, ubi non eſt oſtium. Cor enim eorum omni cogitationi trãſeunti aperitur. Eſt enim natura cordis, ſicut ſpeculi, in hoc quòd ſimilitudinem rei obiectæ repræſentat, & effigiat. Vnde ſi terrenis applicatum totum terrenum efficitur, ſi cœleſtibus cœleſte. Hieronymus; Si peccatori dixit Deus terra es, & in terram ibis, cur non potius dicitur iuſto cœlum eſt, & in cœlum ibis? Remedium contra huiuſmodi cogitationes eſt oſtio cordis apponere ianitorem timorem dñi, ſicut fieri ſolet ad oſtium magnatum, ne quid inhoneſtum aut nociuum ingrediatur. Timor enim cauſatus ex conſideratione mortis, aut terribilium iudiciorum eius, eſt capitium factum ex animalis mortui corio, quod tamen ante oculos auium nobilium

*N*
*Cogitatio. Remediũ contra cogitationes uagas.*

nobilium ne ad omnia quæ uident a duolent: apponitur. Coria enim mortuorum exempla ſunt defunctorum: qui propter tales uanitates in uaria diſperſi ſunt, nec ad Deum recollecti, quæ ante oculos poni debent ne uideant vanitates. In prima ſciſſione fit conuerſio ſimplex, ſecundum logicos, in qua totum uertitur in totũ, totum cor in totum Deum. In ſecunda conuerſio per accidens, in qua totum uertitur in partem, quia totum cor non niſi ſui partem præbet Deo. In tertia cõuerſio per contrapoſitionem, in qua cor paruulum & finitum uertitur in infinitas concupiſcentias, & concupiſcentiarũ cogitatus. Non enim ſatiatur oculus uiſu, nec auris auditu impletur. In prima filii Iſrael, & filii Iuda cõgregantur pariter, i. cogitationes terrenæ & ſpirituales in unum Deum referuntur. In ſecunda regnum Salomonis in duas partes ſcinditur: una Deo, alia cupiditati ſubſeruit. Iudicum 19. quia anima in multas cogitationes a Deo auertentes partita, ſecundũ Deum uiuere non poteſt. In tertia partitur leuitica mulier & ad duodecim tribus mittitur emortua. In prima uera mater integrum infantem repetit. In ſecunda meretrix infantem diuidit. In tertia inter procellas cogitationum uarias infantem inuentum ſubmergit.

*O Quòd tripliciter iubetur fieri ſciſſio cordis.*

Prima autem ſciſsio tripliciter iubetur fieri. Primò per contritionem, ut inde effluat ſanies iniquitatis, & ſic aperiatur os ad cõfeſſionem, manus & membra ad ſatisfactionem. Secundò per compaſſionem ad proximum, ut per rimas cordis effluãt uiſcera pietatis, & inde os aperiatur ad cõſolationem proximi, manus ad elemoſinam. Tertiò per amorem ad Deum, ut per cordis aperturas exeat fluuius amoris, & inde aperiatur os ad laudandum Deum, & manus ad ſtudioſè operandũ, ut huiuſmodi triplici ſciſſione cordis obſeruata, ueſtimenta cordis, id eſt uirtutes & dona gratiarum ſeruentur illęſa, propter qđ nec in Chriſti cruce præcipuum eius ueſtimentum ſciſſum eſt, licet cor eius lancea apertum ſit. Prima ſciſſio fit cum dolore, ſecunda cum cordis teneritudine, tertia cum delectatione. Per primam ſciſſionem cor euacuatur. Per ſecundam euacuatum iam uſque ad proximum grandeſcit & dilatatur. Per tertiã dilatatum adimpletur. In prima ſciſſione ſentit ſeipſum. In ſecunda proximũ. In tertia quod & in Chriſto Ieſu. Propter primam monumenta cordiũ aperta ſunt & inde exit fœtor peccati, propter ſecundum petrę ſciſſę ſunt, ut cordis duricies cedat, & aperiatur Chriſto, uel membro eius patienti, propter tertium uelum templi ſciſſum eſt, ut nullo ſtante obſtaculo inter cor & Deum, benedicant omnia interiora nomini ſancto eius. In prima beatus Iob teſta ſaniem radit ulceris ſui. In ſecunda canes lambunt ulcera Lazari. In tertia cor deuotum in ſe recipit & ſentit uulnera Chriſti.

*P Cõuerſio. Quòd ad conuerſionẽ cordis requiritur adminiculum corporis.*

Septima ueritas. Difficilis eſt ſpiritualis conuerſio cordis, niſi etiam ſit adminiculum corporis. Vnde Ariſtoteles dicit libro de Phiſionomia quòd animæ ſequuntur corpora. Inde adiunctum eſt in textu epiſtolæ. In ieiunio, fletu, & planctu, quæ ſunt corporis operationes, & hoc propter duo adiungitur ieiunium. Primò quia propter ieiunium corporis ſpiritus promptius operatur, quadriga enim quæ non eſt onerata facilius trahitur, & nauis leuigata citius uento & remigio ducitur. Sic attenuata per ieiuniũ carne ſpiritus ad opera expeditior eſt. 3. Reg. 19. ieiunauit Helyas quadraginta diebus, poſtea autem faciliter in mõtem Dei perrexit. Licet enim plurima animalia, ut ſerpentes poſſint faciem uertere uentre non uerſo, non tamen põt hoc homo facere niſi uentrem uertat. Optimè incedit aranea dum deorſum eſt venter, ſed incedere nõ poteſt dum ſurſum eſt. Sic optimè incedit ſpiritus uiã mandatorum Dei, dum uenter per abſtinentiam ſubditus eſt ſpiritui. Secundò qa per ieiunium facilius homo Deo coniungitur. regula Geometriæ eſt, quòd ſphericum poſitum ſuper planum non tangit illud niſi in puncto, Deus rectus eſt & regula plana. Iuxta illud Pſalmus, iuſtus & rectus dominus modo bene bibere & bene comedere faciunt uentrem rotundum. Ideo qui talia ſequuntur ſolum in puncto Deo iunguntur, ſcilicet in puncto linguæ, pulchrè docendo & de ipſo loquendo. Sed ieiunium uentrem planum facit, ideo per ieiunium facile homo iungitur Deo. Sed modus eſt in ieiunando, ideo ſuperadditum eſt in fletu & planctu, ita ut ieiunium ſit in pane & aqua. In pane lachrymarum pro peccatis præteritis, de quo Pſalmus. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes, & in potu aquæ fluentis ex oculis cordis pro deſiderio patriæ cœleſtis. Ber. planctum exigit pœnitentia præteritę conuerſationis, fletum deſiderium beatitudinis. Non enim ſatis eſt plangere tempus perditum: niſi etiam fleamus pro deſiderio futurorum bonorum, quæ nobis concedat Deus. Amen.



*Sermo tertius unde ſupra.*

*Conuertimini ad dominum Deum ueſtrum quia benignus & miſericors eſt.* Iohe. 2

*A Cõuerſio. De quinque conuerſionibus miraculoſis quas oportet in peccatore inueniri.*

Ex ſcripturis ſacris colliguntur quinque conuerſiones miraculosè, quas oportet gradatim inueniri in conuerſione cuiuſlibet peccatoris. Prima eſt conuerſio maris in aridam Pſalmus. Qui conuertit mare in aridam. Mare eſt cor feruens peccato. Eſaiæ 57. Cor impii quaſi mare feruens, quod conuertitur in aridam quando per conſiderationem terribilium iudiciorum Dei ceſſat a peccato. Conſideratio enim terroris aridum facit cor ab humore peccati. Secunda conuerſio eſt petrę in ſtagna aquarum. Pſalm. Qui conuertit petram in ſtagna aquarũ, & hæc ſequitur primam, quia dum cor durum & ſaxeum peccatoris per timorem diuinorum iudiciorum ceſſat a peccato, ſtatim emollitur & effluit in lachrymas contritionis. Pſalmus. Percuſſit petram & fluxerunt aquæ. Tertia conuerſio eſt, ſolis in tenebras, & lunæ in ſanguinem. Iohel. 2. Sicut enim in maiori mundo fecit Deus duo luminaria magna luminare maius, quod eſt ſol, & luminare minus, quod eſt Luna. Geñ. 1. Sic in minori luminare maius, quod eſt ratio, ſiue intellectus, cuius lumine omnia tam ſpiritualia quàm ſenſibilia in anima cõprehenduntur, & luminare minus quod eſt ſenſualitas, cuius lumine ſola ſenſibilia cognoſcuntur. Cum igitur peccatrix anima ad Deum conuertitur per pudorem & confuſionem, quam habet ex horrore culpæ ſuæ, Sol conuertitur in tenebras, id eſt ratio in erubeſcentiam ſui & cõfuſionem, & Luna, id eſt ſenſualitas in ruborem præ pudore dum ea ſacerdoti confitetur. Quarta conuerſio eſt aquę amarę in dulcedinem, quod factum eſt ꝑ immiſſionem ligni. Exod. 15. Quod fit quando poſt confeſſionem debitam uita amara peccatoris conuertitur ei in dulcedinem mentis, & opera pœnitẽtiæ quę amara uidebantur ex memoria crucis & amaritudinum quas paſſus eſt Chriſtus in ligno, dulcia ſunt ei, & hæc concernit ſatisfactionem. Quinta fuit aqua dulcis in uinum. Ioann. 2. & hoc quãdo ex gratia Dei ſuperabundanter effuſa in cor pęnitentis, aquæ contritionis uertuntur in uinum deuotionis, & amoris diuini. Hoc uinum petiit Maria à Chriſto dari diſcumbentibus, & ut id nobis propinare dignetur, ſalutemus eam dicentes, Aue.

Si conuertitur peccator ad Deum, & Deus ad ipſum conuertitur. Sed quomodo fiet cum ſit immutabilis. Malach. 3. Ego dominus & non mutor? Quomodo iterum dicitur benignus & miſericors, qui Deus dicitur ultionum. Pſal. Deus ultionum dominus?

*B Cõuerſio. Quõ Deus ad peccatorẽ cõuertitur cũ ſit immutabilis.*

Pro cuius ſolutione ſit prima ueritas. Deus ad peccatorem conuertitur, non quia in ſe mutatur, ſed quia creatura mutatur. Sol enim licet de natura ſua in lumine ſuo ſit immutabilis, & nunquàm perdat illud, tamen quo ad nos in uariã claritatem inuenitur mutabilis propter interpoſitionem Lunæ & nubium, nunc clarus, nunc turbidus, nunc rubeus, nunc obſcurus. Sic Deus ſecũdum quòd erga eum homines diuerſimodè diſponuntur per uitia, uel uirtutes diuerſimodè diſponitur, & ad eos conuertitur. Ex quo ſequitur. Secunda ueritas. Deus omnimodè manens, idem nunc Deus miſericordiarum, nunc Deus ultionum appellatur. Eccleſiaſt. decimooctauo. A mane uſq; ad ueſperam immutabitur tempus. A mane natiuitatis hominis uſque ad veſperam mortis. In primo tempore apparuit benignitas & humanitas Saluatoris noſtri Dei, quando mel & lac ſub lingua eius benignè monens & corripiẽs pecca-

peccatoris.Iuxta illud. Pſal. Superuenit
manſuetudo & corripiemur. In ſecundo
vero tempore. ſcilicet in ueſpera mortis,
apparebit dominus rex magnus terribi-
lis peccatoribus, quãdo loquetur ad eos
in ira ſua,& in furore ſuo cõturbabit eos
& tunc fel amaritudinis æternæ geret in
ore ſuo, Propterea ante tẽpus illud hor
rendum iuſtitiæ dum benignitas Dei no-
ſtri vos hortatur ad pœnitentiam, o pec-
catores conuertimini ad dominum Deũ
ueſtrum &c. In textu præſentis epiſto-
læ tria ad propoſitum noſtrum uidentur
contineri. Primum eſt ad Deum modus
conuerſionis, & hoc in principio epiſto-
læ. Secundum eſt occaſio conuerſionis
ibi. Et conuertimini ad dominũ &c. Ter
tium eſt poſt conuerſionem pugna tenta
tionis,ibi canite tuba in ſyon.Modus cõ-
uerſionis ad Deum in quinque penſatur.
Primò ut uelox ſit hæc conuerſio, con-
uertimini,inquit,ad me. Secundò in cor-
dis cõtritione:quia in toto corde ueſtro.
Tertiò in operis ſatisfactione,quia in ie-
iunio,fletu,& planctu. Quartò in oris cõ
feſsione: quia ſcindite corda ueſtra &c.
Quintò in ſpe de miſericordię aſſecutio-
ne, quia quis ſcit ſi conuertatur & igno-
ſcat Deus & relinquat poſt ſe benedictio
nem? Inde propter hoc,ſacrificiũ & liba-
men offeratur ſcilicet Deo noſtro.

*C*
*Cõuerſio. Quòd ue lox debet eſſe pecca toris con uerſio pro pter quin que;*

Velox igitur ad Deum debet eſſe pec
catoris conuerſio propter quinque. Pri-
mo propter expectantis reuerentiam, &
honorẽ. Turpe enim eſſet nobili uel pau
peri facere regem diu inuſitare & ipſum
expectare. Dominus enim rex regum diu
expectat peccatores ad pœnitentiã: ideo
non eſt mirum ſi contra eos iraſcatur cũ
non pœniteant. Eccl. 5. Ne tardes cõuer
ti ad dominum: ſubito enim ueniet ira il
lius. Sicut enim pater uidens filium ma-
le moratum: ſolet enim ad uiam rectã re-
uocare,& quãtum põt dirigere,ſic pater
miſericordiarum uidens ꝙ per totum an
nũ ipſum dimiſimus ĩmo qđ deterius eſt
ipſum tota uirtute tanq̃ proditores impu
gnauimus,patrẽ filii,dñm ſerui,regẽ ſub
diti: & nihilominus expectans benignus
dñs nos reuocat dicens, conuertimini.

*D*
*Sagitta. Q̃uodeus eſt bonus ſagitta-rius emit tens ſagit tas mor-tis.*

Secundò pp uitæ incertitudinẽ. Auis
enim uidens aliquẽ ſibi cõminantẽ bacu
lum,lapidẽ,uel ſagittam,ſtatim aduolat:
dñs aũt quotidie cõminat̃ peccatoribus
infirmitates & miſerias ĩmittẽdo de quo
Pſal. Niſi conuerſi fueritis,gladiũ ſuum
uibrauit,ſ.mortis, quo percutit de prope
occidendo: arcũ ſuũ tetendit & parauit
illum quo à longè ferit:& hoc eſt qđ ſub
dit & in eo parauit uaſa mortis i.infirmi
tates q̃ ſunt vaſa aſportantia mortẽ:ſagit
tas ſuas ardentibus effecit:illas.n.infir-
mitates febrium ardentium in corpore
tanq̃ ſagittas inducentes mortẽ de arcu
diuini iudicii emittit.Qñ aũt in bello eſt
aliquis bonus ſagittarius, q̃ huc & illuc
trahit & undiq; interficit quilibet timet
pp qđ mirabile eſt ꝙ arcus iſte nõ time
tur. Videmus enim quotidie iſtum arcũ
percutientem ante nos.i.antiquiores, &
poſt nos.i.iuniores, & iuxta nos.i.nobis
in ætate pares,& ſupra nos.i.potẽtiores,
& ſubtus nos.i.inferiores.Sumus enim ſi
cut ſignum ad ſagittam:tm̃ enim circuit
ſagitta ſignũ:nunc de longè, nunc de pro
pè,ꝙ ad ultimum trãsfigit illud. Qui au
tem tenet arcum iſtum fortiſſimus eſt &
peritiſſimus ſagittarius, ut qñ voluerit
trahat,& nos percutiat.

*E*
*Tempus. Quòd o-portet o-perari dū nec tẽpus habemus.*

Tertiò pp tpis paucitatem ut agrico
la feſtinat ſeminare qñ videt tp̃s breue
& aptum. Eſaiæ 69.nunquid adhuc & in
breui conuertet̃ Libanus in carmelũ? Li
banus mons eſt infœcundus: carmelus fę
cundus,& cum nihil ſit tpe pretioſius: mi
rabile eſt ꝙ homo de omnibus aliis bo-
nis p̃diligit hẽc plus q̃ minus,tp̃s aũt non
curat perdere, perditur aũt omne tp̃s in
quo non conuertitur homo ad Deum, p
pter qđ dicitur. Eſaiæ 66. puer centũ an
norum morietur. Peruerſus hõ & ſi cen-
tenarius ſit puer eſt nihil habens de tpe:
niſi qđ tpe innocentiæ obtinuit. Et iterũ
mirabile eſt ꝙ tales ſibi p̃ſagiunt longã
uitam cum duarum plantarum, illa q̃ nõ
facit fructum citius ſuccidatur. Pſal. Vi
ri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt
dies ſuos,boni uero qui conuertuntur ci
to habent dierũ plenitudinem. Pſal. Con
uertetur populus meus hic. i. in iſto tpe
& in iſto ſęculo,& dies pleni meritorum
& omnium bonorum inuenientur in eis.
Viator autem habens paucum tempus &
magnam dietam: cito arripit iter.

Quartò



*F*
*Cõuerſio. de multi-plici ne-quitia dif ferẽtis cõ uerti.*

Quarto pp cumulatam differẽtis con
uerti nequitiam.Qui enim differt cõuer-
ti,iniquus eſt in Deum,in ſeipſum, in an-
gelum, & in proximum. In Deũ primo,
quia iniquitas maxima & negatio apud
Deum eſt oſculari manum ſuam.Iob 31.
id eſt,blandiri ſibi de opere ſuo malo &
differre conuerſione. Secundo,quia eum
miſericorditer uocantẽ contẽnit.Impor-
tabile.n eſt ſeruum dño ſibi loquenti, &
eum vocanti uertere dorſum. Si.n.atten
deret vocẽ & auctoritatem pręcipientis,
quia rex magnus ſuper oẽs Deos, & re-
munerationem obedientis, quia Eſa.1.
Si uolueritis & audieritis me,bona terrę
comedetis. & pœnam tranſgreſſionis,q̃a
maledicti qui declinãt a mandatis tuis,
cito ad eum conuerteretur. Tertio,quia
patrem miſericordẽ,dies moræ ſuæ com
putantem, ſua tarditate affligit. Tob. 11.
Scis,qm̃ dies computat pater meus, & ſi
tardauero una die plus,cõtriſtabitur ani
ma eius. Quarto quia diabolo meliorẽ,
Deo deteriorẽ vitæ ſuæ partem tribuit,
illi florem,Deo feces.Illi ſeruit de forti-
tudine iuuẽtutis ſuæ,Deo aũt in ſenectu
tẽ de nullo alio ſeruit, niſi de excreãdo.
Quinto, quia Dei miſericordiã in ſuam
damnationẽ conuertit, in hoc ꝙ ſperat,
ꝙ Deus eum miſericorditer debeat expe
ctare,& ipſe econtra ei inceſſanter repu-
gnat.Rom.2.Ignoras qm̃ benignitas Dei
ad pœnitentiã te adducit? Tu aũt ſm̃ du
ritiam tuam.& cor impœnitens,theſau-
rizas tibi irã in die iræ iudicij iuſti Dei.
Hæc aũt theſaurizatio eſt, qñ de miſeri-
cordia Dei ſperans, congregat ſibi mul-
titudinem peccatorũ. Secundo in ange-
lum eſt impius,quẽ de expectatione gau
dij,quod ſperat de eius conuerſione affli
git.Prouer.13. Spes quæ differtur affli
git animam,& ẽt, quia ad monitionem
eius ſe non corrigit, ſed eam potius con
temnit. & quia apud Deum irreuerenter
ſe gerit. Bernar. Quouis angulo, quouis
diuerſorio, reuerentiã habe angelo tuo,
nec audeas corã eo facere,quod me præ
ſente nõ auderes.Tertio iniquæ agit con
tra ſeipſum, quẽ potius uult habere ma-
lum,q̃ bonum, infirmũ q̃ ſanũ, ſeruum q̃
liberum,mortuum q̃ uiuũ,in ſtatu latro-
nis,q̃ regis,pauperem q̃ diuitem,& bono
rum oĩum eccleſiaſticorũ exortẽ q̃ parti
cipem,& conſortẽ dæmonũ q̃ angelorũ,
& inutilem q̃ multũ ualentẽ.quod nõ fa
ceret de alio aliquo ſuorum, magis ſe q̃
aliquid ſuorũ vilipendens. Quarto ini-
quus eſt in proximũ ſuum,quẽ ſuo exẽ-
plo corrũpit,& quia ei in bello ſpirituali
adiutoriũ non impẽdit, & ſeſe ei inutilẽ
reddit,& quia Deus eius peccato proxi-
mum punit ut puniuit filios Iſrael pp̃ter
peccatum Achor. Ioſue 7.

*G*
*Conſuetu do. De malis quæ indu cit mala conſuetu-do.*

Quinto pp̃ter
indurate & obſtinate conſuetudinis pe-
riculum. Primo pp difficultatẽ conuer-
ſionis q̃ inducit. Res.n iuuenes & tenere
citius accipiunt nouã formam q̃ inuete-
rate,& pannus cum in tinctura mala diu
manſerit,non põt recipere contrariũ co
lorem. Beda. Diabolus difficilius dimit-
tit,quos diutius poſſedit. Allegat.n.con-
tra eos præſcriptionẽ.

*H*
*Peccatũ. Q̃uo pec-catum eſt uenenum*

Secundo,quia ta-
lis conſuetudo mala conſumit oĩa natu-
ralia. Eſt.n.peccatũ uenenum quoddam
quod oẽ u naturam deſtruit. Vnde Aui-
cenna loquens de medicinis ad uenena
dicit,ꝙ oportet eum qui uenenum bibit,
cito apponere remedium antequã uirtus
ueneni perambulet totum cor. Sic cito
apponendũ eſt remediũ peccato, ne per-
ambulet totam regionẽ animæ. Aſſiduæ
enim creſcit malum,cui non occurritur
Pſal. Infixus ſum in limo profundi, & nõ
eſt ſubſtantia.i.fundamentũ in quo ſtet,
ſed continue in peius deſcendit. Ideo fa-
ciendũ eſt de peccato,ſicut Auicẽna do-
cet agendũ de ueneno. Dicit.n.ꝙ viperæ
quibus in medicinis utendũ eſt, in uere
capiendæ ſunt, nec debent captæ diu di-
mitti,ſed abſcindi,& mũdari, quia quan
to plus morãtur, tanto magis acuitur ue
nenum eorũ,& in peius alteratur. Sic ani
ma peccatoris (qua Mat.3. dicitur geni-
men uiperarũ) cum ſe deprehendit pecca
tricem,tunc capitur,quod faciendũ eſt in
vere.i.in uirore primæ delectationis, ſi
poſſibile eſt,alioquin acuitur & augetur
uenenum peccati, & tunc capta illa uipe
ra,mundetur, ut ex ea conficiatur medi-
cina pœnitentiæ.Tertio, quia inducit o-
nus graue peccatorũ multitudo, Pſal. Si-
cut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.
Exemplum de illo in uitis patrũ, qui ſcin
debat ligna,& deinde tẽtabat ſi onus poſ
ſet

ſet portare, nec poterat, & tamen ſemper
oneri addebat. & iterum tentans, nec po
tens ſubleuare, addebat oneri. ſic de pec
catore aſſueto. Quarto, quia inducit elõ-
gationem a Deo. Pſal. Qui elongant ſe a
te peribunt. Et ratio eſt, quia quanto ma
gis elongantur, tanto difficilius audiũtur
clamantes, & ſic difficilius ad eũ redeũt.
Domus enim infecta a ſanis habitatori-
bus deſeritur, & ab ea elongatur. Cõuer
timini ergo ad dñm Deum ueſtrum. Et
ſi quęrat quis, quare cõuertar? Reſpõdet
ſcriptura, quia hæc dicit dñs. Hominis
ſapientis conſilio acquieſcendũ eſt, Deus
autem nulli præcipit, aut cõſulit, niſi qđ
ad ſuum commodum eſt, uel honorem.
Ideo cito conuertimini. Pſal. Conuertan
tur, & erubeſcant ualde ueloci ter.

Secundo requiritur, ꝙ hæc conuerſio
ſit in cordis contritione, ut peccatum to
taliter deteſtetur, & ex toto corde, quod
intelligitur dupliciter. Vno modo ꝙ nul
la pars cordis aliquod peccatũ retineat,
uel eius amorem habeat. Non.n. placet
marito ꝙ uxor lecatorem aliqua parte
cordis diligat. Secũdo põt intelligi, ꝙ to-
to corde ſe cõuertit, qui oẽs affectiones
cordis in Deum ponit, ut nihil, niſi Deũ
timeat. ſpem in nullo, præterquam in eo
ponat, & gaudium ſuum ſic ordinet, ut in
nullo, niſi in domino, & in his quæ domi-
ni ſunt gaudeat. Tertio requiritur, ꝙ
hæc conuerſio ſit in ſatisfactione operis,
ut peccatum ſufficiẽter emendetur. & pp
hoc dicitur, in ieiunio, & fletu, & plãctu.
Qui.n. bibit uinum.i. delectationem pec-
cati, debet ſymbolum.i. pœnam ſatisfa-
ctionis ſoluere, & hæc conſiſtit in tribus.
Primo, ꝙ ſatisfaciat de peccato carnis,
ideo dicitur in ieiunio. Iohel 2. Sanctifi-
cate ieiunium, ſanctificatur autem ieiunũ
cum fit ad exemplum Chriſti, qui poſt ba
ptiſmum.i. lotionem peccati ieiunauit in
deſerto.i. ſecreto loco, & poſt hoc angeli
miniſtrabant ei. quaſi ieiunium ipſum ap
probantes & ſanctificantes. Secundo de
peccato cupiditatis. cũ dicitur in fletu.i.
compatiendo & lachrymabiliter eleemo
ſinã dando. Pſal. Eũtes ibant & flebãt &c.
Planta.n. ſi radices aridas habuerit, non
multum fructificat, & tempore pluuioſo
ſeminatum frumentum, magis ualet. Sic
ſeminauit Magdalena tempore lachry-
marum, & poſtea meſſuit uitam æternã.
Tertio de peccato ſuperbiæ & elationis.
cum dicitur in planctu.i. in lachrymoſa
oratione. Mulier enim quę uirum ſuum
per culpam amiſit, lachrymabiliter ro-
gat ipſum de pace. Iohel 1. Plange quaſi
uirgo accincta ſacco ſuper virum puber
tatis ſuę. Quarto requiritur ad hanc

*I*
*Cõuerſio. Quia ad conuerſio nẽ requiritur confeſſio oris & ſpes de conſecutione ueniæ.*

conuerſionem cõfeſſio oris. ut aperte do
cetur cum dicitur. Scindite corda ueſtra,
ſcilicet per confeſſioné, ut peccata ueſtra
demonſtrentur quaſi apoſtema putridũ.

Quinto requiritur ſpes de cõſecutio-
ne veniæ. Vnde paulopoſt ſubditur ĩ tex-
tu. Quis ſcit, ſi conuertatur, & ignoſcat
Deus, & relinquat poſt ſe &c. quaſi dice
retur poſt cõtritionem poterit ſe dñs ab
ira, quã cogitauit cõuertere. Eſt.n. duplex
maledictio, quę ſeqtur culpã. Vna eſt pœ
næ æternæ in alio ſęculo. Alia eſt pœnæ
tẽporalis in pñti. De prima nõ dubitat ꝓ
pheta, quin poſt cõtritioné conuertat illã
maledictioné ĩ bñdictioné uitæ æternæ,
ſed de ſecũda dubitat. Põt.n. cõtritio eſſe
tã parua, ut nihil, aut parũ de tpali pęna
indulgeat, & pp hoc ita ſępe cõtingit ꝙ
licet ad Deũ reuertamur, tñ Deus nõ a-
uertit manũ ſuã a nobis, qn nos feriat tẽ
poraliter, & hoc ideo, qa plãctus cõtritio
nis nõ ſufficit pacificare iram Dei. In ij.

*K*
*Cõuerſio. Quia propter tria quæ in Deo ſunt debet cito peccator ad Deum conuerti.*

parte dicendũ eſt de occaſione cõuerſio-
nis, pp qđ ſubditur, qa benignus, & miſe
ricors eſt. Vñ ad dñm debemus conuerti
pp tria. Primo pp potentiã & maieſtatẽ
eius. Turpe.n. eſt, ꝙ non cõuertat ſe quis
miſer ad magnũ & potẽtem ſibi de bono
ſuo loquentẽ. Deus aũt non ceſſat nobis
de bono noſtro loqui, & de illo nos ro-
gare. nunc per ſe mẽti immittẽdo bonas
cogitationes, nũc per ſcripturas, nunc per
prædicatores, Ideo Apocal. 1. Conuerſus
ſum ut uiderem uocẽ quæ loquebatur.i.
ut attenderem. Sapiens aũt audit non ſo
lum quæ exterius dicũtur ſibi, ſed uidet
interius, & attẽdit corde. Si quis.n. atten
deret quantus eſt Deus qui nobis loqui-
tur, q̃ utilia nobis loquitur, quanta erit
pœna non obediẽtis ei, non eſſet homo
qui mandata eius non impleret. Ideo ſe-
quitur, & cum uidiſſem cecidi ad pe-
des eius quaſi paratus obedire. Secundo
propter



propter ipſius ſapientiam & benignitatẽ,
vt viator deuiatus ad rectam viam con-
uertatur. Ipſe eñ eſt, uia, veritas, & vita.
Io. 14. Ab hac uia deuiat homo per pec-
catum & redit per pœnitentiam. Pſalm.
Cogitaui vias meas & cõuerti &c. Siquis
viæ commoditatem attenderet ad ipſum
conuerteretur, ſed hoc pauci attendunt.
ideo pauci ad eum cõuertuntur. Hinc di-
citur Zachariæ. 1. Conuertimini à viis ve
ſtris malis, & cogitationibus veſtris peſſi
mis. & non audierunt, neq; attenderunt
ad modicum. Viæ aliqñ ſunt minus ma-
le, vbi cogitationes peſſimæ, quia impe-
dientibus bonis viris, vel ẽt ſtimulationi-
bus Dei & cõſciẽtiæ clamore, & aliis ob-
ſtaculis, non põt venire opus in via, & in
exercitio, tàm malum, q̃ mala eſt cogita-
tiò. Tertiò pp miſericordiam & benigni-
tatẽ. Si quis pp delictum ſuum miſſus in
exiliũ, ſciret ſe Principẽ & dñm inuinci
bilem offendiſſe, qui eũ ſuſpenderet, ſi ad
terram ſuã rediret, non eſſet mirũ ſi dif-
ferret ad eũ reuerti. Sed dñs ita benignus
& miſericors eſt, ꝙ conuertitur ad pecca
tores ad ſeipſum reuertẽtes. Zachariæ 1.
Conuertimini ad me, & ego conuertar
ad vos. imò rogat nos de pace, ut uir qui
ardenter amat vxorem ſuam licet forni-
cata fuerit. Hie. 3. Cõuertimini filij reuer
tentes, qa ego vir veſter aſſumã uos &c.

*L*
*Conuerſio. De quinque quæ uidẽtur retrahere peccatorem à conuerſione.*

Sed quia ſunt quinque quæ viderẽtur
eſſe occaſio retrahendi pctõrem à Deo,
ideo cõditiones quinque illis occaſioni-
bus oppoſitas ſubiungit ꝓpheta in textu
epiſtolæ. Primum qđ retardaret conuer-
ti eſt dimittendi pctĩ timor. Timeret for-
ſan pctõr ne nõ poſſit dimittere pctũ, &
ceſſare peccare. Contra hoc dicitur, quia
benignus eſt, ſ. vt det ptãtem ceſſandi à
pctõ & faciendi bonũ, ut ſicut quantũ eſt
de ſe Sol illuminat & accendit nubes, &
cœlũ quantũ eſt de ſe agit, ut terra ger-
minet, ſic dñs dabit benignitatẽ, i. propo-
ſitum bene agẽdi. & terra noſtra, i. homi-
nes terreni dabunt fructũ ſuum. Secundũ
eſt timor recidiuandi, contra quod dicit
miſericors, ſ. ad grãm dandã ne iterũ ca-
dat in pctm̃. ſicut equitans equum ceſpi-
tantẽ freno ſuſtinet. & paterfamilias do-
mum appodiat corruentẽ. Pſal. Si dicebã
motus eſt pes meus, miſericordia tua do
minẽ &c. Tertium eſt timor ſatisfaciẽn-
di, vt ieiunandi. cõtra quod dicit patiẽs.
Creditor eñ benignus debitorem ſuum
expectat, & ſuſtinet donec ſit potens ſol-
uere. Sic dominus non potentes hic ieiu-
narẽ, vel pœnitentiam facere bene expe-
ctat vſque ad purgatorium, dummodo ſe
abſtineant & doleant de peccato. Eccleſ.
18. Numerus dierum hominum, ut mul-
tum centũ anni, & quaſi guttæ aquæ ma-
ris deputati ſunt. ideo dominus patiẽs eſt
in illis. Quartum eſt timor neceſſaria ha
bendi. Dicunt enim multi, ſi lucrum, vel
vſuram dimitterem, non haberem vnde
ſuſtentarer. contra quos dicit: multæ mi-
ſericordiæ, ſ. ad neceſſaria conuerſis tri-
buenda. Non eſt aliquis tam auarus, qui
cani ſuo domum ſuam cuſtodienti, iumẽ
to, vel aſino neceſſaria nõ tribuat. Pſal.
Miſericors & miſerator dominus, eſcam
dedit timentibus ſe. Quintum eſt timor
veniam impetrandi, cõtra quos dicit præ
ſtabilis ſuper malitia. Qui enim aliquẽ
ardenter diligit, cito parcit delinquenti,
ſi pœniteat & ueniã poſtulet. Ezech. 18.
Conuertimini, & pœnitentiam agite ab
omnibus iniquitatibus veſtris. & non erit
vobis in ruinam hæc iniquitas.

*M*
*Tentatio. De quinque quæ ſolent facere reges quando ſe præparãt ad bellum q̃ ualẽt cõtra tentationem.*

Poſt conuerſionem animæ peccatricis
ad Deum, communiter ſequitur grandis
tentatio. Eccl. 2. Fili accedens ad ſeruitu
tem Deĩ præpara animam tuam ad tenta
tionem. propter quod poſt cõuerſionem
peccatoris mandat Deus quinque fieri
quę ſolent facere reges & duces in præ-
paratione exercitus ad bellum. Primum
eſt ꝙ accipiunt aliqua tributa ſuper popu
lum, quibus quandoq; non modicũ gra-
uatur populus. ſed illis ſuſtentatur exer-
citus. Secundò cum tuba faciunt clama-
re bannum & retro bannum. Tertiò om-
nes ſuos milites congregatos, & aduna-
tos mittunt in prælium, quia ſi diſperſi
eſſent etiam viderentur facile poſſe ſupe
rari. Quartò præcipiunt, ut à ludis & ſe-
cularibus iocunditatibus ceſſetur, vt à
choreis & theatris publicis. Quintò com
muniter mandant preces & petitiones
fieri pro ſubuentione à Deo impetrãda.
Et quia iam cœpimus in bello procede-
re cõtra principatus, & poteſtates aerias,
hinc eſt ꝙ nos hortatur eccleſia, vt ꝑpa-
remur

remur ad prælium, & propter hoc Deus Dux huius prælij mandat à nobis tributum accipere ſuper corpus noſtrũ, quod in prçcedentibus tẽporibus impinguauimus. In loco aũt ubi eſt abundantia rerũ: ſolent ibi Principes magna requirere tributa. Ideo dicit ſanctificate ieiunium, ideſt, facite ſanctum ieiunium, quod eſt tributum ſuper corpus noſtrũ. Secũdo, quia hoc tempore cõmuniter canit tuba prædicationis plus quàm alio tempore. Ideo aduocat eccleſia omnem populũ ad prælium, cum dicitur aduocate populũ Ber. Conemur fratres ſanctum hoc tẽpus tota deuotione ſuſcipere, & nũc magis arma ſpiritualia reparare. Nunc enim generali quodam totius orbis exercitu cõtra Diabolũ ſaluator congreditur. Beati qui ſub tali Duce ſtrenuè militauerint. Tertiò congregat & vnit eos in vnã eccleſiã & in vnam charitatẽ. tàm maiores, quàm minores. cum dicitur congregate populum, ſanctificate eccleſiam, coadunate ſenes, congregate paruulos & ſugẽtes vbera. Ber. Quid enim eſt cetum vocare niſi vnitatem ſeruare, diligere pacem, fraternitatem amare? Superbus ille Phariſæus ieiunium habuit, ieiunium ſanctificauit, quo nimirum ieiunauit bis in Sabbato, & gratias egit Deo, ſed non vocauit cetum dicens. Non ſum ſicut cæteri hominum. Habeat ergo ieiunium veſtrũ ſanctimoniam & pacem, ſine qua nemo videbit Deum Sanctificate ieiunium, ut pura intẽtio, & deuota oratio illud offerat diuinæ maieſtati, uocate cetũ, ut congruat vnitati. Laudate Dominum in tympano, & choro, ut concors ſit uoci mortificatio carnis. Quartò mandat, ut dimittantur voluptuoſa & iocunda corporis oblectamenta, cum dicitur. Egrediatur ſponſus de cubili ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo. vt nõ uacent hoc ſacro tempore voluptuoſis amplexibus: & hoc nõ eſt præceptum, ſed monitio tantum. Quintò ordinat preces, & ſacrificia, & orationes, & proceſſiones plus quàm alio tempore fieri. Ideo ſequitur. Inter veſtibulum & altare plorabant ſacerdotes miniſtri domini dicentes. Parce domine, parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam, ſ. animam quam care redemiſti, in opprobriũ ſempiternum ut dominẽtur eis nationes malignorum ſpirituum, ſed eas ſuperet tuo adiutorio, cui non poterunt reſiſtere & contradicere omnes aduerſarij.

*Sermo quartus unde ſupra.*

*A*
*Quadrageſima. Quia tẽpus quadrageſimæ eſt tẽpus, belli & tubæ.*

C*Vm ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes*. Matth. 6. Cum tuba ſonat in prælio, ad arma recurrendum eſt. hoc ſanctum quadrageſimæ tempus eſt in quo debemus ad prçlium contra uitia & tentationes Dæmonum procedere. ob quam cauſam per tubam eccleſiæ hodie ad hoc incitamur. Canite (inquit) tuba in ſyon, & conſequenter ad arma accipienda hortamur, cum ſubditur. ſanctificate ieiunium, id eſt, ſanctum facite ieiunium. Eſt enim ieiunium armatura qua triplicem ſuperamus hoſtem. Primum hoſtem domeſticum, ſcilicet, carnem. Famæ enim redditur dño ſuo fortiſsimum caſtrum. Pſal. Genua mea infirmata ſunt à ieiunio, i. debilitata, & per conſequens cito ſubijcienda. Sic Paulus carnem caſtigabat ieiunio & in ſeruitutẽ redigebat. Secundus eſt Diabolus & tentatio eius. Filij Iſrael ieiunantes uſque ad Veſperã, beniamitas uicerunt, qui antea uincebãt. Iudicum. xx. Et ijdem ieiunãtes uicerunt Philiſteos. 1. Regum. 7. Et Iudith poſt ieiunium occidit Olofernẽ. & poſt ieiunium Heſter, ſuſpenditur Aman in patibulo. Et piſcis immanis deuorare uolens Thobiam in flumine. poſtea in ſicco poſitus, cito occiſus eſt, Diabolus enim in ari do poſitus non inuenit requiem. Luc. 11. Et (ut uult Ambroſius in exameron) ſputum ieiuni hominis ſerpẽtes necat. Quia ſi hæc arma ſobrietatis & ieiunij ſeruaſſet homo, in Paradiſo poſitus, nequaquã à ſerpente ſuperatus eſſet, qui per morſum uetiti pomi uictus eſt. Tertius aduerſarius eſt ipſe furor Dei aduerſus peccatores. Ieiunauit Achab. 3. Reg. 21. Et diuinam iram compeſcuit. Ieiunauerũt Niniuite in cinere & cilicio, & diuinum furorem à ſe & ciuitate ſua abſtulerunt. Quia enim ꝑ ieiunium in terra nobis data, fit iuſtitia de malefactoribus & aduerſarijs Dei, placatur cito Deus & reconciliatur. & miſericordiam ſuam elargitur. Vnde & Cornelio oranti & ieiunanti. Act. 10. Apparuit Angelus Dei, i. diuina miſe-



miſericordia, quam medio genitricis eius. imploremus, dicentes Aue.

*B*
*Ieiuniũ. Quod ieiunium licite fieri põt ſeptem de cauſis.*

Ieiunium ſeptem de cauſis licitum eſſe dicitur, Primo, qñ ieiunat homo, ut melius æternæ philoſophiæ vacet, vel aliqd̃ bonũ ſpirituale plenius acquirat, ut Aug. de quo dr̃ ꝙ conuerſus ad dñm vacãs ieiunijs & orationibus ſcribebat libros & docebat inductos. Sic ieiunabant Daniel, & ſocij eius, & repleti ſunt omni doctrina, & ſapientia. Daniel 1. & de bragmanis dr̃ in epiſtola Alexandri, ꝙ ſemel in die comedebant tm̃ radices herbarum, ut melius vacarent ſummæ ſapientię. Et 2. lib. Eccle. hyſtorię. c. 15. Philo. dicit in lib. de ſpeculatiua uita, quõ in primitiua eccleſia ſancti habitabat in agellis, & tuguriis in Dei laudibus & orationibus uigilantes, & ꝙ ita delectabantur in ſtudio, & contemplatione ſapientię, ꝙ aliqñ per tres, aut quatuor, aut quinque dies refectionẽ cibi corporalis obliuiſcebantur. Vnde in pergameno pingui, & humido non bene imprimuntur literæ. Secundo licite ieiunatur ꝑꝑ aſtrictionem, qñ ad adipiſcendũ, uel ad euitandum aliquid ad aliqua ieiunia ad quæ non tenebatur ſe, quis obligat, ut nazarei ad obtinendum ſanctitatem a multis abſtinere obligabantur. Numeri 30. Vnde cum filij Iſrael exirent de Babylone prædicauit Eſdras ieiunium, vt ſe affligerent corã dño, petentes vt dirigeret viam eorum, & euenerunt cuncta proſpere. Tertio ꝑꝑ deuotionem, vt cõiter fit in vigilijs ſanctorum. Quarto ꝑꝑ afflictionem, ut ieiunium rogationum quale fuit filiorum Iſrael in obſidione olofernis. Iudith 4. & Act. 27. fiebat multa ieiunatio ab his qui erant cũ paulo ꝑꝑ tempeſtatem. Et in hiſtoria. Eccleſiaſtica. lib. 11. c. 13. & 15 Cum Ambroſius ſe opponeret contra Valentinianum iuniorem, & Iuſtinam matrem eius, & Arrianos pro fide, & miſiſſent armatos qui eum caperent, & in exlium relegarẽt, Mediolanen hoc non ſuſtinuerũt, ſed pro eo ſe oppoſuerunt magis uolentes vita carere quam tali paſtore. Cum aũt uellent occidere Ambroſium, ille pugnabat contra eos non armis, ſed orationibus, & ieiuniis ſub altari proſtratus, & ſtatim contra Valentinianum ſurrexit Maximus tyrannus pugnaturus, a quo territus Valentinianus cum matre fugit in exiliũ, ubi matre mortua Imperator miſerabiliter laqueo vitã finiuit. Quinto propter compaſſionem, vt viri Iabes ſuꝑ Saul 2. Reg 1. & Dauid ꝑꝑ afflictionem pueri infirmantis, & ſic in die paraſceue ſolemus ieiunare. Sexto ꝑpter carnis ſubiectionem, vt Cecilia mẽbra domabat biduanis & triduanis ieiunijs, & Dauid in Pſal. Humiliabam in ieiunio animã meam. Septimo, propter pœnitẽtialem iniunctionem, quam tenentur explere qui eam ſponte ſuſceperunt. Propter hæc oĩa ieiunanda uenit quadrageſima. ſ. ad acquirendùm dona Dei, ad euitanda uitia & pericula, propter deuotionẽ, eo ꝙ Chriſtus eam ieiunauit, propter afflictionẽ de peccatis, propter compaſſionem Chriſti morientis, propter carnis ſubiectionem & pœnitentiam de peccatis agendã. Ideo ad gloriam Dei ieiunanda eſt, non ſicut hypocritæ qui quærunt propriam gloriã, de quo dñs ait cum ieiunatis, &c.

*C*
*Ieiuniũ Quatuor conditiones ad ieiuniũ requiſita*

In euãgelio hodierno tangit dñs quatuor conditiones ad meritorium ieiuniũ requiſitas. Prima eſt, ꝙ bona intentione & bono fine regulatum ſit, ita vt propter Dei gloriam fiat. Nõ. n. debet corpus ieiunij eſſe ouis, & cauda vulpis. Et hoc tangitur cum dicitur, cũ ieiunatis nolite fieri, ſicut hypocritæ triſtes, non dicit nolite fieri triſtes, quia ſm Chryſoſt. non põt, aut vix fieri hilaris qui ieiunat, ſed hoc eſt dicere nolite fieri in apparentia triſtes, ſicut illi qui exterminant facies ſuas. i. extra proprios terminos ponunt, & extra ſolitum modum deformant ſua corpora, ut appareant alijs ieiunãtes.

*D*
*Ieiunium hypocriſi. Quod non oportcat ieiunare ſicut hypocritæ.*

Quod aũt non oporteat ieiunare, ſicut hypocritæ ieiunant probatur, quia ieiunium eſt quoddam ſeruitium Deo exhibitum in hac ſancta quadrageſima. Oportet autem ſeruum fidelem eſſe, & prudentem, iuxta illud Ma. 24. Quis putas eſt fidelis ſeruus & prudens, hypocritæ aũt nec Deo fideles ſunt, nec prudentes. Primum patet, primo quia uſurpãt Dei partem, quia Deus & homo in quocunque bono ſocij ſunt, Deus enim in homine operatur & dat gratiam, homo vero cooperatur, portio Dei in opere bono eſt laus, & gloria operis, pars hominis eſt totum lucrum & utile, hypocrita aut gloriã Dei ſibi ſurripit, ideo nec ſibi, nec Deo fidelis gratiã, & gloriam perdit.

Gratia.n.eſt ſicut merellus, quo perdito, ꝑtur quicquid dari debebat illo merello præſentato. Secũdo q̃a de hoc q̃d uř dño ſuo ſubtrahere; duos hoſtes dñi ſui paſcit, mũdum.ſ. qui fama ſua paſcitur, & diabolũ, qui de tali bono opere lætatur. Tertio, q̃a totũ tp̃s expendunt in diaboli ſeruitio in quo ſolo paſcũtur vẽto laudis in modum plouiarij. In vitis patrum legitur ꝙ quidã heremita alteri cum planctu dicebat, facilitei ieiunabam dum eſſem in cęnobio, & multis diebus abſq; cibo perſeuerabã, ſolitarius autem hoc non poſſum. Cui alter, dum eſſet in cęnobio erat vnde paſcebaris ventus, ſ. inanis gloriæ, ideo bene ieiunabas; nunc autem quia ſolitudini talis deeſt paſtus non facilè ieiunas. Sed ꝙ non ſint prudentes hoc tripliciter patet. Primò, quia pro modico vento laudis vendunt bona ſua, vnde ſi vellent poſſent lucrari vitam ęternam. Negociator enim nõ ſapiens ſed fatuus diceretur, qui merces ſuas poſſet ſeruare ad bonam vẽditionem & ſtatim pro modico daret eas. Ideo. Matthæ.25. Virgines illas quæ de ſua virginitate laudes appetebant fatuas dominus uocat. quibus dixit neſcio vos. Vnde Auguſt. multi effodiunt theſauros ſuos in terra, ut non uideantur, & tamen ſi quid habeãt ſanctitatis volunt in publico uideri, plus timẽtes theſauros corporales quàm theſauros animæ perdere. Secundò, quia omnia ſua bona latronibus exponũt, turpia verò ſummopere cuſtodiunt, ſimiles feretro in quo portantur cadauera quod eſt exterius pãno ſericeo aut deaurato ad ornatũ, intus plenum ſpurcitia, tales in aperto optima ĩ ſecreto peſſima operantur. Vnde quidã pictor pulcherrimas imagines componebat ſed turpiſſimos filios & deformes generabat, quæſitum eſt ab eo cur tam varie operaretur. Reſpondit neſcio, quia imagines de die operor q̃ñ video, & de nocte filios quando non uideo. Tertiò, quia nondũ aut vix fecerunt opus ſuum, & tranſijt merces eius, quia uentus gloriæ ſecũ deportat eã. Vnde dominus ait. Amen dico uobis, quia receperunt mercedem ſuam, non dicit recipient ſed receperunt, q̃a adeo breuis eſt laus impiorum ꝙ quaſi nihil habẽt de præſenti. Iob.20. Laus impiorum breuis eſt, & gaudium hypocritę ad inſtar puncti. Sunt n. tales vineæ ſimiles, quæ mirabiliter apparet pulchra in flore, ſed ſuperueniens vẽtus veſtres omnem fructum deſtruit, ita ꝙ nihil remanet. Similes iterum his qui portant ſignum eundi ad ſanctum Iacobũ, nec tamen ire illuc uolunt. vel ille qui in groſſa litera ſcribunt ſe eſſe ſutores regis, qui nunquam pro rege fecerunt vnum punctũ actus, talibus ſufficit ꝙ dicatur ꝙ ſunt officiarij regij qui de præmio & ſtipendijs nihil habent. Exemplum de diuite de quo quidam dictus de Lauſanna recitat qui cũ multa bona feciſſet ut uideretur ab hominibus, & cum ad extrema deueniſſem uxori promiſit quòd ſtatum ſuum ſibi reuelarem ſi Deus permitteret. Mortuus ergo & damnatus apparuit uxori dicens quòd ſi omnia folia arborum linguæ forent narrare non poſſent acerbitatem ſupplicij q̃d patiebatur, addens quòd non poterat ibi diu remanere, quia Diabolus magiſter ſuus foris eum expectabat, & in receſſu eius tota domus viſa eſt corruiſſe. Sed exiſtimo ſatis non eſſe opus multum de hypocriſi prædicare, quia forte modo pauci ſunt hypocritę. Sicut enim tabernarij non erubeſcunt ſignum tabernæ ſuæ in aperto ponere, ſic multi ſignum peccatorum ſuorum non erubeſcũt, uel in geſtu, uel in ornatu portare, vel loquẽdo, uel habitu aut aliquo alio modo oſtendere. Secunda conditio ꝙ tale ieiunium ſit deuotæ orationi ſociatum. Vnde Bernardus. ieiuniũ & oratio ſibi inuicem ſociantur oratio virtutem impetrat ieiunãdi, & ieiunium gratiã promeretur orandi. Ieiunium orationem roborat. oratio ſanctificat ieiuniũ & domino repræſentat. Quid enim ieiunium nobis proderit, ſi relinquatur in terra q̃d abſit? Subleuetur ergo ieiunium penna quadam orationis, vnde ſubdit dominus, tu autem cum ieiunas vnge caput tuum, ſicut Maria Magdalenæ caput Chriſtũ vnguento vnxit deuotionis. Aridũ enim eſt ieiunium quod humore deuotionis caret rationabiliter igitur additur oratio ieiunio, vt poſſit ieiunium per orationẽ cęlos qui ſunt quaſi ęs ſolidiſſimum penetrare. Iob.37. Iſidorus lib.3. de ſummo bono. Hoc eſt perfectum & rationabile ieiunium q̃ñ homo noſter exterior ieiunat & interior orat. Facilius enim ieiunium per orationem penetrat cęlum.

*E*
*Ieiuniũ. Quòd ieiuniũ debet eſſe orationi ſociatum.*



Hæc ille. Ex his duobus completur una ſufficiens medicina totius hominis. Ieiunium enim eſt quoddam emplaſtrum extrinſecus appoſitum ſuper uentrem, oratio quaſi potio uel electuarium in mente receptum intrinſecus.

*F*
*Vnctio. Q̃uo præcipimur ungere caput noſtrũ cum ipſe unctus ſit p̃ participibus ſuis.*

Sed dicet quis quomodo hoc ieiunii tẽpore præcipitur nobis ungere caput noſtrum Chriſtum cum de ipſo dicatur, ꝙ unctus ſit præ conſortibus ſuis, plus habet de unctione quàm nos, propter quod anthonomatice dicitur Chriſtus, id eſt unctus imò de plenitudine unctionis eius accepimus omnes. Reſpondetur: Primò ꝙ Deus pater filium ſuum Chriſtum (qui eſt caput noſtrum) in inſtanti ſuæ conceptionis unxit omnium gratiarum, donorum uirtutum & ſcientiarum chariſmatibus, quando uerbum caro factum eſt plenum gratiæ & ueritatis. Sed eum unctum oſtendit, quando in baptimate eius ſpũm ſanctum, qui eſt unctio patris in ſpecie columbæ ſuper eum miſit, tunc enim (ut inquit Bernardus) non defuit eius baptiſmo criſma. Eſa.61. Spiritus dñi ſuper me eo ꝙ unxerit me, erat ei pr̃ ungens, filius unctus, unctio ſpũſſanctus. Dicitur ſcd̃o, ꝙ q̃uis ita ſit unctus præ participib. ſuis hominibus, nihilominus tñ petit ungi a nobis, aquã petit a riuulo fons, petit inquã, ut dona quæ ab illo abyſſali fonte fluunt in nobis, iterum per gratitudinẽ ad eũ refluant, non ꝙ petat hãc unctionẽ quaſi ea indigeat, ſed ut nobis ſeruetur & nõ perdatur a nobis. Ingrato.n. quicquid accipitur ab eo uertitur in perniciẽ. Vnge ergo caput tuum, refundens in eo quicquid eſt in te deuotionis, delectationis & affectionis. Nõ ſicut hypocrita qui ſeipſum ungit fragrantia & liquore proprię opinionis. Dr̃ tertio ꝙ Chriſtum caput noſtrũ debemus ungere oleo triplici. Primo oleo compaſſionis dũ in paupere eſuriente ipſum cibamus, qui clamat. Quod uni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis. Secundo oleo mundę & nitidę conſciẽtię quo caruerũt fatuę uirgines. Mat.25. Tertio oleo deuotionis. Primo ut holocauſtum noſtrum.i. ieiunii noſtri pinguefiat, & medullatum intrinſecus medulla deuotionis. Secũdo ut ei complaceamus, curiales & aulici cum uolunt ſuis dominis cõplacere, pulcherrimis uerbis ungunt eos, ſed non pungunt. Sic & deuotiſſimis orationib. eũ ungere debemus. Non.n. ſatis eſt ad ieiunium abſtinere, aut ſobrie uiuere, niſi muniatur ſancta deuotione. Nõ enim eſt ſanctus, quicunq; ſic ieiunat, ſicut nec aurũ quicquid lucet. Non eſſet in mundo ita magnus ſanctus ſicut diabolus, qui nunquã comedit.

*G*
*Vnctio. Quod oleo triplici debemus ungere caput noſtrum.*

Et ſi dixeris, quòd rem unctam libẽter muſcę frequentantur, ubi ergo erit tanta unctio neceſſe eſt ibi muſcas eſſe uariarũ cogitationum, & affectionum inutilium. Ad quod dicimus, quòd qui unctionẽ parauit flabellum dedit ad muſcas abigendas, & qui dixit unge caput tuum, flabellũ præpoſuit cum dixit, tu autem cũ ieiunas. Eſt.n. ieiunium flabellum ad abigendũ titillationes carnis, & uagas cogitationes mentis. Ait enim ſapiens. Eccl.2. Abſtraxi a uino carnem meam, ut me transferrem ad ſapientiam. Sic enim ieiunium eleuat mentem ad diuinam ſapientiam, ut muſcę iſte cogitationum in ieiunante nõ habeãt ſedem, ſi tamen manu flabellum teneat. i. ſi continue operetur, Quandiu enim primus homo ieiunus fuit ſemper eleuatus eſt in Deum, ſed dum pranſus eſt cecidit ĩ ſeipſum, & in deſideria inutilia, & uagas mentis cogitationes, quas abigebat Abraham a ſacrificio manu tenens flabellum.

*H*
*Ieiuniũ: Quòd ieiuniũ eſt quaſi flabellũ quo abigũtur muſcę cogitationũ inutiliũ.*

Tertia conditio, quòd tale ieiunium ſit cum lauatorio cõtritionis ideo ſubdit, & faciem tuam laua, non lauatorio corporali, ut faciunt uetulę, quæ ſe fardant & corpus ſuum malis inueteratum cardant & pectinant, ut nouum appareat. Sed hoc magis myſticè intelligitur de lauatorio contritionis. Fercula enim in uaſe immũdo oblata non acceptantur, nec pœnitentia in mortali peccato facta multum Deo placet, ideo abluendum eſt tale ieiunium per lixiuium quod fit ex aqua, & cinere.i. ex recordatione peccatorum, quæ eſt quaſi cinis, id eſt reliquię ignis extincti, & lachrymis contritionis, quod hodie repræſentatum eſt q̃ñ cinis aqua benedicta aſperſus datur hominibus, ſed multi ſunt q̃ in hoc quadrageſimali tempore plus diligunt patellam, uel ciphum ſuum quàm animam ſuam, quia in principio quadrageſimæ ſolliciti ſunt uaſa mundare, & uix ĩ Paſcha ſuam mundabunt animam.

*I*
*Ieiuniũ. Q̃d ieiunium ſit cum lauatorio contritionis.*

k
*Quadrageſima. Vtrum ieiunium quadrageſimale cadat ſub præcepto.*

Sed quæritur utrum ieiunium quadrageſimale cadat ſub præcepto, ſic ꝙ homo obligatus ſit illud ieiunare ſub pœna peccati mortalis. Dicitur ad hoc breuiter, ꝙ homo hñs ætatem ptãtem, & uigorẽ ieiunandi (ſi non adſit rõnabile cauſa diſpenſans) ſi hoc ieiuniũ infringat mortaliter peccat. Patet, quia ita bene ieiuniũ cadit ſub præcepto diuino, ſicut oratio & eleemoſina, ſed qui omittit orationẽ, uel eleemoſinã cadentẽ ſub præcepto mortaliter peccat, ut patet de illis qui tenẽtur dicere horas canonicas, ergo ſimiliter eſt de ieiunio. De oratione ꝙ ſit ſub ꝑcepto patet ꝑ illud Lu. 18. oportet orare, & nõ deficere, & de eleemoſina. Luc. 11. date eleemoſinam, & oĩa munda ſunt uobis. Vnde & de ieiunio hr̃ morale ꝑceptũ. Iohel 2. Sãctificate ieiuniũ. Præterea hoc idem vr̃ probare Bernar in ſermone de Quadrageſima, quia caput ſuum debent ſequi mẽbra, ut cũ eo in triſtibus, ſicut & in iocũdis, & in laboribus, ſicut in requie cõicemus, maxime ubi caput oĩa hmõi pro mẽbris exercuit, ſed dñs Ieſus caput noſtrũ, pro nobis quadrageſimam ieiunauit. ergo in labore ieiunij tenemur ei cõicare. Secũdo ſcḋm apoſtolũ, Dei adiutores ſumus. Si ergo in hoc ſacro quadrageſimali ieiunio ꝑ ſalute noſtra laborauit, in quo erimus ei coadiutores, ſi in ieiunio ei collaborare noluerimus? Non erit magnũ ſi ieiunet homo cũ Chriſto, qui ſeſſurus eſt ad mẽſam patris cum ipſo. Non eſt magnũ ſi cõpatitur mẽbrum capiti, paulopoſt cũ ipſo glorificandum. Præterea ſi ieiunat caput, & nõ ieiunat mẽbrũ, neceſſe eſt iam mẽbrũ ſeparari a capite, & per cõſequẽs neceſſe eſt ipſum ſenſu & vita priuari, & tũc ſuper mẽbrum germinet neceſſe eſt caput ſerpentis antiqui, quod abſciſſum fuerat, quod iam in ipſo cõtriuerat mater eccleſia in ſuſceptione ſacramenti baptiſmi, qñ de filio iræ factus eſt filius Dei. Pſal. Contribulaſti capita draconum in aquis, & tunc uidebitur ſpirituale monſtrũ, ſed horrendum ualde, habens quidẽ membrũ hoĩs, ſed caput dæmonis. Et ſi dicas, ꝙ ieiunium cadit ſub ꝑcepto, ſed nõ ieiunium quadraginta dierũ. Dicitur ꝙ ſicut dñs orare præcepit tp̃s tñ orandi non determinauit, ſed reliquit determinationi eccleſiæ tempus & numerũ temporis. Sicut. n. de obſeruatione ſabbati dimiſit eccleſiæ determinare qñ hoc fiet, ſiue ſabbato, ſiue dñico die. Ita & de tẽpore xl. dierum uoluit per eccleſiam determinari. Eadem ſolutio uidetur de percipienda euchariſtia, & de confeſſione facienda. Plura autẽ dicenda erant ad cõfirmationem dictorum, ſed de hoc amplius determinauimus in quadam qõne diſputata ſuper hoc ad longũ confecta.

L
*Ieiuniũ. Quod ieiuniũ debet eſſe cum eleemoſyna.*

Quarta conditio eſt, ꝙ ieiunium fiat cum eleemoſynarum largitione, & hoc innuitur cum ſubditur. Nolite theſaurizare uobis &c. Sunt. n. ieiunantes in ſextuplici differẽtia. Quidã ieiunant, ut ſuo corpori medeãtur iuxta præcepta medicorum, & tale ieiunium, licet non ſit reprobatũ non tñ meritorium, niſi fiat etiam propter Deũ. Alij ieiunant, ut Deo ſuo. ſ. uentri, & gulæ poſtea melius ſeruiant contra quos dñs. Nolite theſaurizare uobis theſauros in terra corporis ueſtri. per hoc enim impinguantur & delectantur. Et iſti ſunt in triplici differentia. Quidam ideo ieiunant, ut poſtea melius comedãt, & tales nihil merentur, quia ſolennitatem Dei ſui, ſcilicet uentris præuenerunt uigilia ieiunij deteſtabilis Alij tempore ieiunij quærunt magis delicata cibaria, & tunc uolunt comedere ſplendidius & lautius, & tantum vna vice, quantum in duabus, & tales tantummodo talem Deo gratiam faciunt, ꝙ ſibi dant duos obolos pro uno denario, vel econtra, & eandem gratiam facerent iudęo uel ſarraceno. Alij ſunt qui tribus diebus plus manducãt pro uno ieiunio. Nam die præcedente dicunt cras ieiunabimus. ideo hodie bene cœnandum eſt, & die ſequenti heri ieiunauimus oportet ſummo mane guſtare, & iterum hodie ieiuniũ eſt oportet diu ad menſam ſedere, & ita defraudãt Deum, ꝙ pro tribus obolis non ſoluunt, niſi unum denarium. Non dico tamen ꝙ propter ſumptuoſitatem ciborum perdatur ieiunium eccleſię. Forte in ſumptuoſitate poſſet eſſe quandoque ueniale, quandoque mortale peccatum, ſcḋm ꝙ ſumptus excedunt menſuram & ſtatũ eius qui ſumptuoſe expendit. Vnde Aug. Abſtinentia non eſt in ciborum aſperitate, ſed in puritate mentis, & abſtinentia uentris, quia tunc boues & porci eſſent magis abſtinen

tes



tes q̃ homines. Adam. n. non peccauit in boue, uel in porco, ſed in pomo, & Eſau non in uacca, ſed in lẽticula. Quidam tñ ſero faciunt collationem groſſam de ſpeciebus, & agmidalis, & aliis fructibus cõfectis, & dicunt ſe non ſoluere ieiunium, quod deriſorium eſt, ac ſi bene cœnarẽt, uel comederent panem. Quia tñ zucara non eſt nutritiuum, ſi accipiatur in remedium & medicinam, tunc non propterea perditur ieiunium eccleſiæ, nec meritum eius. Alii ſunt qui ieiunant, ut burſæ parcant tales ſubtrahunt ori proprio, ut paſcant alienum, ſimiles talpæ, quę in terra ſepulta non audet comedere ne ei terra deficiat. uentre enim uacuo tendũt ad lectum uerentes ne eis bona deficiant. Hoc ieiunium reputat ſapiens infœliciſſimum. Eccleſ. 2. Vir cui dedit Deus diuitias, ſubſtantiam, & honorem, & nihil deeſt animæ ſuæ ex oĩbus quæ deſiderat. nec tribuit ei Deus poteſtatem, ut comedat ex eo, ſed homo extraneus uorabit illud. hoc vanitas, & magna miſeria eſt. Alij ieiunant cũ eleemoſyna & oratione. de qua. Thob. 12. Bonũ eſt ieiunium cum eleemoſyna & oratione magis q̃ theſauros auri cõdere. Tales eñ theſaurizãt in cœlo. de quibus dñs. Theſaurizate uobis theſauros &c. Per manus eñ pauperũ deportãtur in cœlũ diuitiæ, ut dicit B. Laurẽtius de theſauro primi Imꝑatoris Rom. Chriſtiani noĩe Philippi, q̃ ipſum dereliquerat eccleſiæ diſtribuẽdũ. Vñ ait dñs. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra ubi tinea &c Exẽplo colũbæ fatuæ q̃ ſꝑ nidificat in loco in quo ſibi tollunt fœtus ſui. Sic & faciũt diuites q̃ theſaurizãt ubi uidẽt ꝙ ab eis fures auferũt, & tinea ſuperbiæ q̃ ſemꝑ ſerpit in capite, erugo ĩuidiæ q̃ qñq; famã corrũpit, ſed oportet theſaurizare in cœlo, ac ſi ſcḋm Augu. ſuper Pſalm. 47 diceret. Amice bladum habes, aut frumentum in terra, crede conſilio meo, quia ſi dimittas illud in terra perdetur & germine ſuo corrumpetur. Melius eſt vt in ſolario recondas. Tunc enim ſiccius erit & melius ſeruabitur. Sic temporalia bona in terra perduntur, ſed per manns pauperum in cœlum eleuata cuſtodiuntur in uitam æternam. Amen.

*Sermo quintus, unde ſupra.*

N*Olite fieri ſicut hypocritæ triſtes, exterminant enim facies ſuas. Matth. 6.*

A
*Exterminare. Quia ſumus exterminati à Paradiſo.*

Exterminare (vt dicit Iſidorus lib. Ethimologiarũ) proprie idem eſt, ꝙ extra terminos ponere, & proprie, ut dicit exterminantur exules. Exterminationis autem quia facti ſumus exules a paradiſo, hodie fit in eccleſia lugubris memoria & amara ſolennitas. Erat enim a principio natura noſtra intra terminos paradiſi collocata. Secundo angelorum domeſtica. Tertio, immortalitatis conſcia. Quarto, diuinæ ſapiẽtiæ contemplatrix aſſidua. Proh dolor exterminauit eam aper de ſilua, diabolus. ſ. qui eſt aper dentatus ad mordendũ duos bolos ad degluttiendũ corpus. ſ. & animã ꝑꝑ quod & diabolus nuncupatur. Silueſtris ẽt eſt a regno Dei, nunquã in regno domeſticabilis. Primo aũt extra terminos nos poſuit, dum de paradiſi gaudio & requie nos reduxit ad terminos huius uallis lachrymarũ & miſeriæ. In cuius ſignum hodie eiiciuntur pœnitẽtes de eccleſia. Secũdo de domeſtico angelorũ colloquio in regionẽ ſerpentum & beſtiarum ꝑꝑ qḋ hodie poni ſolet uelũ inter nos & altare, in quo frequẽter in ueteri teſtamẽto apparebant angeli, & cherubin, qui perpetuo protegebãt, & operiebãt archã q̃ erat circa altare. 3. Reg. 8. Tertio, de immortalitate ad mortalitatẽ nos reduxit: propter quod hodie ponũtur cineres ſuper capita in ſignũ deiectionis in mortẽ. Quarto, de diuinæ bonitatis contẽplatione in ignorãtiã eius, & abyſſum ſolicitudinũ & miſeriarũ huius ſæculi. ꝑꝑ qḋ velantur imagines, quia aĩæ noſtræ q̃ ſunt beatiſſimæ Trinitatis imagines, ꝑꝑ pcĩm uelatæ ſunt ne uideãt gloriã Dei, & ne facile intelligant eius myſteria. Exules ergo a regno Dei faciamus quod ſolẽt exules a regno mũdi ad amicos in curia, mittẽtes eis exenia, & epiſtolas ꝑ noſtra liberatione. ſancta. ſ. deſideria, opera, & oracula. Maxime nobis amicã faciamus reginam cœli. dicẽtes ei, quod ſæpe canit eccleſia, ad te clamamus exules filij Euæ, ad te ſuſpiramus gementes & flentes in hac lachrymarum valle: & ut gratiam pro nobis imploret ſalutemus, dicentes Aue.

B *Extermi-nare. Quatuor ſunt quæ extra ter minos be ne agendi hominem indu-ũt.*

Quatuor ſunt quæ extra terminos bene agendi ſolent hoĩes deducere. Mala inclinatio, malum conſiliũ, malum exemplum, & malũ nomen. Propter primum Cain exterminatus eſt, qui ex utero matris iniquitatem attulit, pp ſm Abſalon perſecutus eſt patrẽ & ſuſpendio periit, pp tertium nõ exterminatis idolatris in medio ſui, populus Iſrael ad idolatriam declinauit. Propter quartum uillicus iniquitatis apud dñm ſuũ ad fraudes ſe contulit. Propter primũ ab iniquo thoro ſemen exterminabitur Sap. 3. & ſemen impiorum peribit. Genimina. n. uiperarum, & ſemina malorũ matrimoniorũ cito pereunt, quia patrẽ ſequitur ſua proles, pp ſm Roboan plus q̃ dimid. ã regni ſui partem perdidit ſequens conſilia iuuenũ, q a mala conſilia regnũ aĩę, & partim corporis perdunt, pp tertiũ Salomon ſpeculis & ſpectaculis mulierũ abductus poſuit maculã in gloria ſua. Eccle. 47. Propter quartũ non erubeſcit quis peccare, quia frons meretricis facta eſt ei. Hiere. 3. Inde eſt ꝙ hypochritæ, ut falſo ſibi nomen acquirant bonũ, exterminant facies ſuas, ut appareant, &c. Hic tria quærẽda ſunt iuxta thema ꝓpoſitũ. Primo, qui & quales dicãtur hypocritæ. Secundo, ſi hypocriſis habeat annexã triſtitiam. Tertio quõ exterminant facies ſuas, & qui ſunt qui ſolent eas exterminare. Ad primum dr̃ ꝙ ſunt quatuor genera hypocritarũ.

C *Hypocriſis. De quatuor generibus hypocritarum.*

Primũ eſt, cũ homo ſe ſimulat habere bonũ quod nõ habet, & bonũ facere qđ non facit, ſicut qui pingũt facies ſuas pallore vel exterminant, ut appareãt hominibus ieiunantes, uel qui ſibi aſſumũt habitũ ſanctitatis, & tñ oppoſitũ in vita ꝓtendũt, de quibus Mat. 25. Ei qui non habet, & quod vr̃ habere auferetur ab eo, ne amplius oſtentatione ſimulatæ ſanctitatis poſſint hoĩes ludificare, cũ denudabũtur facta eorum in diuino iudicio. Radiante. n. ſole iuſtitiæ, tunc manifeſta erunt abſcondita oĩum. Et ſicut non eſt nunc qui ſe abſcondat a calore eius, ita non erit qui ſe occultet a ſplendore eius, in meſſe. n. (vt dr̃ Mat. 13. i. in conſumatione ſeculi) qui prius uidebãtur triticũ apparebũt zizania. hoc genus eos cõcernit qui cũ uideãtur ieiunare nõ ieiunãt, operari nõ operant̃ & de noĩe bono quo merito, & ex ſui negligentia carere ſe ſciũt, gloriãtur. In hoc genere ſunt qui ꝑdicãt multa bona, & pp prædicationem credũtur ea facere, & nõ faciũt, qui ſub habitu ſanctitatis pretendũt abſtinentiã, & facere quæ eorũ regula cauet, & nõ faciũt, in hypocriſi loquẽtes mendacium.

Secũdum genus eſt eorũ qui bona ſua fœdant & corrũpunt, qñ ea quæ ĩ genere bona ſunt, mala intẽtione faciũt licet bona intẽtione facere videãtur. Cõtra quos Gala. 1. Si hoĩbus placerẽ, Chriſti ſeruus nõ eſſem. contra mandatũ. n. dñi faciunt quo præcepit Exo. 34. Filiis Iſrael ne darent alienigenis filiabus ſuos filios, qđ faciunt qui malas intẽtiones operibus bonis adiũgũt, & cõiter uiri literati, & qui vñr aliquid magni eſſe, iſto uitio non carẽt. Iob 41. Sternet ſibi aurũ quaſi lutũ. ſ. leuiathã. i. quod aurũ putabatur quaſi vitiis inquinatũ redd et. huius generis eſſe vñr qui bona ſua in ſimplicitate facere vñr, licet faciant, uel vt beneficia capiãt, uel malam doctrinam ſeminent.

Tertiũ genus eſt eorũ q bonis obumbracionibus ſua depingũt mala, ad extra aliquas bonas oſtentationes demonſtãdo, ut mala ſua melius faciãt, & hoĩbus non appareãt, ſimiles ſepulchris & parietibus dealbatis, & parapſidibus exterius mũdatis, & intus fecibus plenis Matt. 25. Similes & ſpinæ floridæ cuius ramus aliquãdo floræ cõtegitur, & intus ſpinis repletur, ſed cũ palpatur uel tractatur, ſpina intus latẽs & pungẽs ſentitur. Sunt ẽt extra hoĩes & intus dæmones, patẽt extra pictura & cultura apparẽtiæ, ſed ĩtus idola ſunt & dæmonia, hoc morbo laborant oẽs qui ſua peccata palliãt in cõfeſſione, ut minora appareãt, uel aliqua dimittũt, ut minus mali appareãt. Ideo nõ ſine cauſa ĩ principio Quadrageſimæ Eccleſia ante oĩa uitia incipit a reprehẽſione hypocritarũ. Primo, quia dũ prædicauerunt Chriſtus, & præcurſor eius, iſtud uitiũ maxime reprehenderet. Secũdo, qa illud uitium maxime impedit dignos fructus poĩæ. i. qui digni ſint Deo repræſentari. Fructus. n. uermiculoſus exterius decorus, interius plenus uermibus, nõ eſt dignus præſentari pr̃i familias. Sic fructus pnĩæ hypocritarũ. Cognoſcuntur tñ iſti fructus eſſe uermiculoſi a quodã paruo foramine extrinſecus apparente. Sic ex ore hypocritæ cognoſcitur ſæpe eius hypocriſis, uel quia ſe laudat ore ſuo vel impatientiã oſtẽdit, uel aliquo alio modo. Eſt. n. os eius illud paruũ foramẽ quo cognoſcitur uermis intus latens. Multi. n. pp hypocriſim erubeſcunt oĩa peccata ſua confiteri, uel ſi confiteãtur non bene confitẽtur, uel quia palliant ea, uel circũſtantias notabiles pp hoc tacẽt. Quartũ genus eſt eorũ qui ſe ſimulant claudere, & occultare bona ſua, cum tñ appetãt ea eſſe hoĩbus manifeſta. Claudere quidem ſimulat ne hypocrita appareat, ſed manifeſtari ea appetit, ut melior q̃ ſit, hoĩbus appareat. Cõtra hmõi Mat. 6. dñs inquit. Amant hypocritæ orare in angulis platearũ ſtantes in plateis ut appareãt in angulis, ut eos uelle latere hoĩes credãt, talis. n. relinquit unã hypocriſim, ut maiori deſeruiat, relinquit. n. ea palã facere, ut non uideatur hypocrita, ſed quærit ipſa in palam fieri, ut uideatur bonus. Tales hoc faciunt, ut aliquid lucri percipiant, uel ut prælationes habeant, nõ ut ꝓſint, ſed ut præſint, & delitiis affluãt, & quod amiſerunt in ſabbinis, recuperent in temporibus. Qñ autẽ eſt peccatũ mortale, & qñ ueniale, & quare potius illud uitium ſuper alia a Chriſto, & ſanctis viris ſuggillatur, & ad quid cognoſcitur hypocrita alibi uidebitur.

*Quare in principio Quadrageſimæ ꝑdicatur de hypocriſi.*

D *Hypocriſis. Vtrũ hypocriſis ſecũ habeat annexam triſtitiã?*

Secũdo quęrebatur ſi hypocriſis ſecum habeat annexã triſtitiam, & uidetur ꝙ non, quia hypocrita in laudibus hoĩum delectatur, & tãdiu delectatur quandiu durat hypocriſis, quia tandiu in ſua opinione laudatur. Laus. n. cũ ſit tota eius merces q̃ quærit, non ſine gaudio ab eo poſſidetur. Sed oppoſitum dicit ſaluator. Nolite fieri, inquit, ſicut hypocritę triſtes. Ad hoc dicimus oẽ peccatũ habere ſecum annexã duplicem triſtitiam. Vnam pro offenſa Dei, & timore dãnationis, quæ eſt quędã amaritudo cõſcientiæ quaſi continue agitantis peccatorem. Hiere. 2. ſcito, & uide, quia malũ & amarũ eſt te dereliquiſſe Deum. Iſidorus. Si uis nunquã eſſe triſtis, bene viue. Reus animus nunquã ſecurus. Relinquit enim ignis peccati, poſtq̃ conſumpſit oĩa bona aĩæ cineres amaros, & ſigna uſtionis amaritudinẽ conſcĩæ. Secundo habet triſtitiã aliam conſequẽtẽ, uel concomitãtem naturã ipſius peccati, ut poſt actũ luxuriæ ſeq̃tur triſtitia de facto, uel pp perditionẽ famę, uel pp uilitatem actus, aut aliud hmõi. Prouer. 25. Fauus diſtillans labia meretricis. Nouiſſima aũt eius amara quaſi abſinthiũ. Dina triſtis facta eſt poſt ſtuprum. Gen. 34. & amodo poſt ſtuprũ Thamar 2. Reg. 13. Et auarus triſtatur ex rerũ amiſſione & dimiſſione. Eccl. 5. Cunctis diebus uitæ ſuæ comedit ĩ tenebris & curis multis, & erũna & triſtitia multa. Eccle. 14. Non ſatiabitur pane indigens in triſtitia erit ſup menſam ſuã. Vr̃. n. auaro, & hoc aliqñ verbis exprimit ꝙ eius familia eũ totũ comedat. Mat. 19. Adoleſcens cui dixit dñs, uade & uende oĩa, &c abiit triſtis & mœrens. Similiter iracundus, quia nõ vlciſcitur ſm uoluntatem ſuã, & inuidus de bonis alterius triſtatur, & accidioſus in continua eſt melancolia, & triſtis, ſed & ſuperbus triſtat̃ qñ non fit, quod vult ſicut Antiochus; 1. Macha. 6. incidit in lectũ præ triſtitia, quia non eſt factũ, ut ipſe cogitabat. Triſtantur ẽt qñ coram hoĩbus non honorãtur, uel in contẽptu hñr, & ſimiliter hypocritæ. Sed cũ hoc hypocritæ ſecũdam hñt triſtitiã, & apparẽte tantũmodo, qñ apparent eſſe triſtes, & afflicti, ut pp hoc laudẽtur, & hoc eſt quod dicit ſaluator. Nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes, nõ dicit nolite eſſe, ſed nolite fieri, non. n. hoc modo ſunt triſtes, ſed apparenter fiunt.

E *Extermi-nare. Quia tri pliciter ſolent exterminari facies.*

Ad ſm quæſitum dr̃, ꝙ tripliciter ſolent exterminari facies exteriores. Aut ꝓpter abſtinentiæ rigorẽ, aut ꝓpter laſciuiam, aut ꝓpter ſimulationẽ. Propter abſtinẽtiæ rigorẽ, ſancti uiri aſſiduis ieiuniis, & uigiliis caſtigant corpus ſuum, & in ſeruitutẽ redigunt, conſiderãtes ꝙ inter oĩa medicorũ remedia pro curandis morbis primum & optimũ eſt dieta, quæ etiam reddit eos promptiores ad ſuperãdum tentationes. Auis macilenta agilior eſt, & uelocius fugit accipitrem, & ad ſublimia uolat, ubi coturnix grauis & pinguis eum non euadit. Sic ſancti uiri diaboli tentamenta ieiunio agiles euadunt, quod non poſſunt dediti carni & ſeculo.

*Exẽplum auis.*

Caueant tamen qui vitam illam ſequun-
tur ne quid nimis. In talibus.n.indiſcre-
tio multum periculoſa eſt. Refert Cæſa-
rius ꝙ dæmon ſub ſpecie angeli apparuit
cuidam monacho minus circumſpecto,
& per aliquot dies in menſa formam di-
midii panis oſtendit, & ne plus ſimul ſu-
meret perſuaſit. Obediuit ille & poſt bre
ue tempus tantam capitis debilitatẽ in-
currit, ꝙ deficeret & periret. Vnde bea-
tus Antonius in ſecunda collatione abba
tis Moyſi, cum inter fratres eſſet per totã
noctem diſceptatio quæ uirtus magis eſ-
ſet neceſſaria monacho, & cum plures in
uarias ſententias incidiſſent. Reſpondit
beatus Antonius illam eſſe diſcretionem
quæ eſt auriga virtutum. Nam vbi gulo-
ſus arte medicinæ poteſt euacuari, inſen
ſibilis & indiſcretè ieiunans in cerebro
læſus nulla arte curari poteſt.

*Exẽplum Item dic de iuuencula ſeducta à Diabolo Bononiæ quæ ieiunabit fere uſque ad mortem.*

Scd̃ò exterminatur facies pp laſciuiã,
ut mulieres quæ vt appareant pulchrè
unguentis ſuas facies ornant meretricio
more, ut Iezabel ſtibio depinxit oculos
ſuos antequam ab Hieu interficeretur. 4.
Reg. 10. Et ſi quæratur utrum hoc ſit pec
catum cum Iudith legatur unxiſſe ſe mir
rha optima. Iudith 10. Item cum dicat
Ariſtoteles Ethicorum 1. ꝙ non omnino
fælix eſt qui ſpecie turpiſſimus eſt, cur nõ
arte quis poterit ſuæ turpitudinis infæli-
citatem occultare? Rñſio. Mulier tripli-
ci de cauſa faciem ſuam depingere põt.
Primò ad laſciuiam uel libidinem pro-
uocandam, & hoc uix eſt ſine mortali
peccato. Primò quia iſta depictio malo
fine terminatur, non ſolum. ſ. ad concu-
piſcentiam prouocandam, ſed & ad frau
dem & deceptionem, ut ſi quis fraudulen
ter uellet de veteribus & putridis lignis
domum nouam conſtruere, & eam tanq̃
nouam alteri uendere, & iſtud ad pecca-
tum luxuriæ reducitur. Secundo q̃a ibi
eſt mendacium in fraudem cum mẽtitur
qđ non eſt ut decipiat. Si.n. pulchra eſt
mulier, cur unguento faciei pulchritudi
nem operit? Si deformis cur ſe pulchrã
eſſe mentitur per uaria unguenta ſuper-
inducendo rubedinem uel alium generũ
colorem? Sunt.n. ſicut uinum aromati-
bus conditum, qđ eſt corruptum. Pellipa
rius uolẽs vendere pelles veteres pro no
uis ſuperponit cretam, ſic mulieres pin-
gentes faciem ſuam. Secundò quia hoc
faciunt in contumeliam creatoris ne re-
cognoſcat faciem quam fecit negantes ꝑ
fecta eius eſſe opera dum in contemptũ
artificis ſuperinducunt fucum. Vnde Ter
tulianus libro de cultu muliebri. In Deũ
delinquunt mulieres quæ cutem medica
minibus & vnguentis genas rubore ma-
culant, oculos fuligine colligunt. Diſpli
cet illis nimirum plaſtica Dei, in ipſis re
gium reprehendunt artificem omnium.
Reprehendunt enim cum emendant, cũ
adiiciunt, utique ab aduerſario artifice
ſumentes medicamenta iſta, id eſt a dia-
bolo. Nam quis corpus monſtrat muta-
re, niſi qui & hominis ſpiritum malitia
transfigurauit? Ille indubitate huiuſmo-
di ingenia concinnauit, ut in nobis quo-
dammodo manus Deo inferret. Qđ na-
ſcitur opus dei eſt, qđ fingitur diaboli ne
gocium eſt diuino operi Sathanæ ingenia
ſuꝑducere quaſi ſceleſtũ eſt. Serui noſtri
ab inimicis nr̃is nihil mutuant̃, milites
ab hoſte Imperatoris ſui nihil concupi-
ſcunt de aduerſario eius aliquid poſtula
re tranſgreſſio eſt chriſtianus a malitia
illa adiuuabitur neſcio, an hoc nomẽ ei
perſeuerit. Erit.n. eius de cuius doctrinis
inſtrui concupiſcit. Quòd indignum aũt
nomini chriſtiano faciem fictam geſtare
quibus ſimplicitas oĩs indicit. & effigiem
ementiri quibus lingua non licet appete
re qđ datum non ſit quibus alienũ prohi
bitum eſt. Præcepta itaque non lineamẽ
ta cuſtodiatis hæc Tertullianus.

*F Fucum. De mulierib. ſe fucantibus & fardãtib. utrũ poßit hæc licitè facere.*

Secundò hoc põt facere cauſa placen
di uiro ſuo, & iterum hoc faciendo pec-
cat, licet non ita grauiter ſicut prius, &
pp rationes iã dictas. Nec mulieres ſan-
ctorum Patriarcharum, nec Lya quãuis
lippis eſſet oculis hęc fecerunt. Vnde Au
guſt. ad Poſſidium: Fucari figmentis quo
rubicundior uel calidior appareat adul-
terina fallacia eſt, qua non dubito ẽt ip-
ſos maritos ſe uelle decipi, quibus ſolum
permittendæ ſunt fœminæ ornari ſecun
dũ ueniam non ſecundũ imperium. Et eſt
mirabile q̃uo hoc mulieres faciũt, & q̃uo
mariti permittũt. Apponunt.n. ſuꝑ faciẽ
ſuam, huius occaſiõe, uenena, ut ceruſam
uel argentũ ſublimatum, uel argentũ vi-
uum,



uum, uel pinguedinem ſerpentũ, uel ſter
cus lacertorũ, muriũ canis, uel lupi, & ſic
de multis aliis reb. fętidis quas non licet
noĩare, q̃ ſi pro tꝑe appareat pulchra pp
hmõi fucationes, ſi tñ ad ſolẽ ꝓcedat to-
tus fucus in farinã mutabit̃, ſed poſt pau
lulum tot rugas in fronte & uultu con-
trahet ꝙ mulier. xl. ann. reputabitur eſſe
lx. vel lxx. niſi forſan cũ uiolentia ligami
num undiq; contrahatur pellis ne rugæ
appareant. Tertiò hoc fieri põt ad ope
riendũ aliquã uultus turpitudinem natu
ralem. Et quia hoc non põt fieri ꝑ fucũ,
niſi cũ mendacio & ad tp̃s: ideo uix eſt ſi
ne peccato ſaltem ueniali. Aut pp turpi-
tudinem ex infirmitate ꝓuenientẽ, & ſic
excuſat a peccato. Vnde Tho. 2. 2. q. 169.
art. 2. in ſolutione ad ſcd̃m dicit, ꝙ aliud
eſt fingere pulchritudinem non habitam
& aliud occultare turpitudinẽ ex aliqua
cauſa prouenientẽ, puta ęgritudine, vel a-
liquo alio modo, quia ſecundũ licitũ eſt,
& non primum, quia ſcd̃m apoſt. 1. Cor.
12. q̃ putamus ignobiliora mẽbra corpo
ris eſſe his abundantiorẽ honorẽ circun
damus, nec uenit ex toto, Iudith excuſan
da a peccato q̃ ad fallaciam & deceptio-
nẽ Olofernis faciẽ ſuã ornauit, licet ex-
cuſet̃ a mortali pp neceſſitatẽ populi, &
finem bonũ quẽ intẽdebat. ſ. populi libe-
rationem.

*G Hypocriſis. Quòd nõ licet fingere pulchritudinem non habitam quãuis liceat occultare turpitudinem.*

Tertiò exterminari ſolet fa
cies ꝓpter ſimulationẽ ſanctitatis, ut hy
pocritę exterminãt. i. extra terminos po
nunt faciẽ ſuam duplicem. ſ. corporis, &
aĩæ. Corporis quidam faciendo eã artifi
cialiter pallidam ſi fuerit facies ſupra fu-
mũ palearũ, & ſulphuris detenta aliquan
diu, apparet n. tunc hõ pallidus quaſi eẽt
morti propinquus, imò & capilli quaſi ca
ni apparent, & tales ſimiles ſunt coquis
qui fricare ſolẽt tibias ſuas ruta, uel alia
herba, vt eas groſſas, horrendas, ulcero-
ſas, & ſcabioſas in conſpectu populi red-
dant, vel groſſum ventrẽ faciunt vẽto ple
num cũ quibuſdam ligaminibus, non pro
pter aliud niſi vt a populo aliquod paruũ
accipiant emolumentũ. Sic iſti vt modicũ
vanæ laudis accipiant a populo quod tñ
non ſemper contingit, & ſic qñq;, & hic
& in alio ſæculo mercede ſua fraudãtur.
Vnde Criſo. aſſiduũ ieiuniũ naturaliter
facit eſſe triſtem. Qui aũt per ypoſturam
vel hypocriſim pallentes apparent, non
ſunt triſtes ſed fiunt. Si ergo q̃ ieiunat &
triſtẽ ſe facit hypocrita eſt, iniquior eſt q̃
non ieiunat, ſed in facie ſua argumentis
q̃buſdam pingit venalem pallorẽ.

*H Extermĩnare. Q̃uo hypocritę duplicẽ exterminãt faciẽ corporis, ſ. & aĩæ.*

Et ſi
dicatur ꝙ dñs iubet vngere caput & laua
re faciem eũ qui ieiunat, vt appareat hi-
laris, ſed non põt eſſe hilaris qui ieiunat,
vt dicit Chri. in auctoritate præallega-
ta, imò habet ſecum triſtitiam annexam:
ergo uidetur dominus hanc ſimulationẽ
iubere. Solutio. In incõtinentibus, & im
perfectis ad ieiunii opus in parte intelle-
ctiua, quæ cognoſcit illud opus eſſe meri
torium, & apprehendit ſub rõne boni ſe-
quitur delectatio, ſed in parte ſenſitiua,
q̃ non apprehendit illud ſub rõne boni,
ſed magis ab eo læditur & maceratur, ſe
quitur q̃dam triſtitia, ideo talis ieiunans
ſecundũ partẽ ſenſitiuã triſtat̃ ſecundum
intellectiuã delectat̃. Ideo cũ more Pale
ſtinorũ q̃ feſtiuis dieb. ad hilaritatẽ ſe vn
gebant & lauabant aliq̃bus odoriferis li
quorib. faciem ſuam pp calores q̃ ſunt
in patria illa, dñs præceperit vngere ca-
put & faciem lauare eis q̃ ieiunant, nihil
ſimulationi proximum ꝑcepit, q̃a talis ſe
cundũ principaliorem partẽ. ſ. intellecti-
uã delectat̃ q̃ exteriori ſigno faciei non
demonſtrat. In perfectis uerò & aſſuetis
ad ieiunandũ, quia iam ſenſitiua pars eſt
ieiunio aſſueta tales nihil aut parũ triſtã
tur.

*I Vngere. Q̃uo ſit ungẽdũ caput ieiunantis, ut appareat hilaris.*

Tertio principaliter videndũ eſt q̃
bus modis poſſunt cognoſci hypocritæ.
Et vr̃ ꝙ cognoſci non poſſint, quia aut
ab occultis operib. aut a manifeſtis. Non
a manifeſtis q̃a ꝑ bona opera nõ poſſunt
hypocritæ cognoſci oĩa.n. opera eorũ ma
nifeſta ſunt bona. Non ab occultis, q̃a ꝑ
occultũ nihil cognoſci põt. In oppoſitũ.
Matth. 7. A fructibus eorum cognoſcetis
eos. Dicitur primò ꝙ a ſimplicibus uix
cognoſcuntur, ſed bene a prudentib. dena
rius. n. qui nõ eſt totus de auro uix a ſim
plicibus cognoſcit̃, ſed bene a prudentib.
Ideo multum negociantur hypocritæ cir
ca mulieres maxime uiduas. Criſoſto. ſu
per Matth. Sexus mulierum incautus eſt,
quia non omnia quæ videt, & audit cum
ratione cõſiderat. Mollis etiam eſt, quia
de facili flectitur, uel de malo ad bonũ,
uel de bono ad malum. Virilis aũt ſexus
cautior

*k Hypocriſis. Q̃uo poſſunt cognoſci hypocritæ.*

cautior & durior eſt, propterea ſimulatores ſanctitatis circa mulieres maxime negociantur, quia nec intelligere eorum ſimulationes poſſunt, & facile ad corũ dilectionẽ inclinantur religionis cauſa, prçcipue tñ circa uiduas negociantur. Primo quidem, quia mulier non facile decipitur habens conſiliarium virum, deinde non facile de facultatibus ſuis aliqd dat cum ſit in poteſtate uiri, propterea dñs. Matt. 23. Iudaicos ſacerdotes monet ne uiduis mulieribus amplius cõmorẽtur q̃ cæteris, quia & ſi uoluntas mala nõ fuerit tñ ſuſpicio mala eſt, nix. n. contegit feces & velat, ſic hypocriſis, ut uix cognoſci poſſit. Secũdo dr̃, q multis modis põt cognoſci hypocrita. Primo ſm al iſſ. per fructus occultos, q tñ ſunt manifeſti aliquibus eorum familiaribus qui de facili pñt cognoſcere occulta mala, quæ ipſi faciũt qui ſunt proprij corũ fructus a quibus pñt cognoſci. Sara n. r ſit poſt hoſtium, quia hypocrita ridet & uoluptuoſe uiuit poſtquã ſanctitatẽ ſimulauit, & poſtquã oſtium Chriſtũ uiſus eſt induiſſe, de Chriſto faciẽs capã pluuioſam quæ ad pluuiã exterius ponitur, ſed in ſecreta domo exuitur. Eſa. 57. retro poſtẽ poſuiſti memoriale tuũ. Secũdo, qñ hypocritæ promouentur ad honores ad quos ipſi prius tendebant, eis. n. acceptis deſinũt facere opera bona, & faciunt aperta mala quibus cognoſcũtur eſſe hypocritæ. Moyſes proiecit cinerẽ in cœlũ, & factæ ſunt ciniphes, & ulcera in hoĩbus, & iumẽtis, quia dñ tales exaltãtur in cœlũ per beneficium aſſecutũ conſequuntur multa mala in hoĩbus ubi putabantur bona ſequi.

*Exẽplũ.* Exẽplum de monacho quærente claues eccleſiæ qui factus eſt abbas, cui cũ diceretur quare non, ita uiuebat, ſicut prius ante electionẽ dicit. Aſſecutus ſum quod intendebam, capite demiſſo gradiebar ut claues inuenirem huius Abbatiæ. Satis ante feci vigiliã nunc oportet me facere feſtum. Tales ſimiles ſunt hericio qui cũ in ſicco ſit ſe cõſtringit, & vndiq; ſe ſpinis operit, ut nihil appareat in eo, niſi ſpinoſum, proiectus aũt in aquã ibi totũ ſe extendit & caput & pedes, & qualis erat, & intus prius latebat oſtendit. Sic hypocritæ in ſicco paupertatis poſiti aſperitatem pñiæ recipiunt, & quales prius erant cõſequenter oſtẽdũt. Amã exaltatus ſtatim uoluit occidere iudæos. Tertio cognoſcuntur in mẽſura, hñt enim mẽſuram doloſam. Primo, quia hypocrita parua reputat magna, & econtrario. Matth. 23. colantes culicẽ & glutientes camelũ. Faciunt. n. cũſcientiã de re modica, & de magna nullam. Secũdo, quia ſe ipſos abſoluunt, & iuſtificant & alios condẽnant. Lucæ. 18. Gratias tibi ago dñe, quia non ſum, ſicut cæteri hoĩum. Vnde dicit, decimas do oĩum quæ poſſideo, ecce qũo ſe iuſtificat uelut etiã hic publicanus, ecce qũo alios damnat. Tertio, quia mala ſua reputat nulla aliena maiora. Matthæ. 7. Quid aũt uides feſtucam in oculo fratris tui: & trabẽ in oculo tuo nõ uides? Quarto, ſi beneficiũ conferunt alii magnificãt, ſi eis cõferatur attenuãt Prouer. 11. Statera doloſa abhominatio eſt apud Deũ. Quinto, quia alios onerãt & ſe ab onere ſubtrahunt. Mat 23. imponunt eis onera grauia, &c. Quarto cognoſcuntur ad pondus Ad pondus. n. ſanctuarij ſe ponderat in occulto in trutina ueritatis ſe depreciãs, & foris maiori precio ſe ponderat, & vendit q̃ ſe acceperit & apprecietur. Apud ſe. n. conſiderãs crimina ſua minus ponderat, apud alios corã quibus vult apparere maiori pondere. Prouer. 29. pondus, & põdus abhominatio eſt apud Deũ. Quinto cognoſcũtur ad tactũ. Vas deauratum non cognoſcitur ad colorẽ, quia qñq; deauratum fulgidius eſt auro, ſed cognoſcitur ad confricationẽ durã. Sic per exteriorẽ conuerſationẽ vix cognoſcitur hypocrita, ſed in confricatione tribulationis & uituperij, odit. n. perſequentem ſe, & oſtendẽs inimicitiæ ſigna eum perſequitur. Vix inuenitur dĩa iter thus & pixem, ſed in igne inuenitur dĩa q thus in igne redolet, pix fœtet. Sic in tribulatione boni bonum odorem emittũt reddendo gratiarũ actiones. Eccleſ. 50. Quaſi ignis refulgens, & thus ardens in igne, hypocritæ uero ad impatientiã cõuertuntur. Daniel. n. dum proiecit cinerẽ in terram, deprehẽdit per ueſtigia paruulorum, & mulierum hypocritas ſacerdotes Bel, qui dicebant regi, magnus Deus Bel comedit oĩa, quia hypocritç qu͂çſtus temporalis cauſa dicunt ſe oĩa in pios & diuinos uſus, & alimonias pauperũ conſumere, cum tñ oĩa deuorent occulte. Sed dum hypocriſis, aut ſimulatio eorum reprehenditur, tunc impatientia in eorum infirmitate muliebri (quæ eſt veſtigium paruulorum & mulierum) deprehendit. Quinto cognoſcũtur ad appetitũ, hñt. n. vt plurimum iudiciũ rectum, quo ſe cognoſcunt malos, & male agere, ſed affectum corruptum quo deſiderãt honores & laudes. Iſti ſunt carduus pũctionẽ multorum hñs pctõrum, qui petit ſibi in cõiugem filiã cedri libani. i. bonã famam q̃ eſt filia uitæ candidæ & ſanctæ. Eſt. n. raptor alienç meſſis, dum ſibi quærit, iuſtis debitã laudẽ. Iob. 26. Quæ. n. eſt ſpes hypocritæ ſi quid auarè rapiat. Auarus. n. laudis, ſibi rapit opinionẽ ſanctitatis ſicut meretrix impudens, cuius cum filius mortuus eẽt, filiũ alterius rapuit 3. Reg. 3. Ieiunabat phariſæus a cibo, ſed non a uento quo paſcebatur. Perſius. Paſcunt digitis hoĩum, & popularibus auris, cum potius uentus inflet q̃ paſcat. Sunt etiam onagri diaboli qui uento delectantur. Hiere. 2. Onager aſſuetus in ſolitudine in deſiderio aĩæ ſuæ attraxit uentũ amoris ſui. Sunt etiã vulpes quæ ſe ſimulauit mortuã ut in quadriga poneretur ubi erant aleca, & ſicut magnæ naues quæ nõ mouẽtur, niſi uentum habeant. Gabaonitæ utres ueteres, & panes duros portabant, ut ſe ſimularent peregrinos, & confœderarentur filiis Iſrael, & ſic eos decipiebant. Sic multi ingrediuntur religionem ſimulantes ſigna ſanctitatis, ut ad honores perueniant.

*Sermo ſextus, unde ſupra.*

N*Oli e theſaurizare uobis theſauros in terra* Matth. 6.

*A Theſaurus. Quia quadrupliciter põt quis intelligi theſaurizare in terra.*

Quomodo prohibet nos dñs in terra theſaurizare, cum tñ in terra humanitatis, q̃ de noſtro aſſumpſit, cœleſtẽ theſaurum repoſuit, & ſacco vteri virginalis inuolui? Si iubeat Paulus Ephe. 5. Eſtote imitatores Chriſti, vr̃ q ipſum imitando conſimiliter in terra debeamus theſaurizare. Solutio quadrupliciter intelligi põt hoĩes in terra theſaurizare. Aut quia terram precio cõparant, & ſic theſaurũ ſuũ ponunt in terra, & pro terra. Aut quia illum infodiũt in terra quaſi pro cuſtodià. Aut quia illum effodiunt de terra quaſi de minera, & ſic ſibi inde theſauros coaceruant. Aut quia uiuentes in terra theſaurum ſibi coaceruant, ut illũ reponant in archa. Et quia hoĩes ut plurimum ſunt altero iſtorum modorum cupidi, uolens dñs huic morbo occurrere, theſaurũ de cœlo poſuit in terra, ut ſi quã terrã vellent ſibi hoĩes cõparare, illam emerẽt in qua theſaurũ incõparabilẽ inuenirent. Illam foderent in qua oĩum bonorũ mineram indeficientẽ inuenirent, & in illa infoderent, atq; reponerent quicquid in terra lucrarẽtur ne illud perderẽt, & per terrena per hanc beatiſſimã humanitatẽ iuncta cœleſtibus, ad theſaurizandum in terra ſimul, & in cœlo animarẽtur. Et bene ad hoc deberent moueri, quia iſta eſt terra lacte & melle manans, lacte humanitatis, & melle diuinitatis. filiis Iſrael repromiſſa quã tñ non cognouerunt, hoc eſt terra frumenti, uini, & olei, a qua olim multiplicati, & impĩguati obliti ſunt dñi creatoris ſui. hic eſt ager ĩ quo theſaurus diuinitatis abſconditus eſt, quem qui inuenit homo præ gaudio uadit, & uendit uniuerſa quæ habet & emit eum, hæc eſt terra q̃ foderunt iudæi, iuxta illud. Foderunt manus meas & pedes meos, & tñ ceci facti theſaurũ ſibi non inuenerunt, ſed nobis qui iſta terra ditati, & magnificati ſumus, ut nunc dicant inter gentes, magnificauit dñs facere cum eis. hæc eſt terra virgineo lacte rigata, ut per eã nobis miſericordiæ viſcera effluerẽt. Vt igitur ſacculum in quo repoſitus eſt theſaurus iſte per ſalutationem aperiamus, & inde de theſauro gratiæ hauriamus, uirginẽ ſalutabimus dicentes Aue.

*B Theſaurus. De modo theſaurizandi cũ dentibus.*

Eccleſia his diebus præcedentibus videns, quia male theſaurizauimus theſaurizando. ſ. in terra corporis noſtri ipſum impinguando, & incraſſando, nos hodie hortatur, ut cũ dentibus theſaurizemus ieiunando, & quia theſaurizauimus etiã bona temporalia per auaritiam in terra huius ſæculi in qua faciliter oĩa amittũtur: Ideo nobis conſulit magnus ille theſaurarius in quo ſunt oẽs theſauri ſcientiæ, & ſapientiæ abſcõditi, q nõ amplius theſaurizemus in terra dicẽs, Nolite theſaurizare

ſaurizare uobis theſauros in terra &c.

C

*Theſaurus. De tribus loci, in quibus theſaurizat homo.*

In tribus locis iuxta euangelium inueniũtur hoĩes theſaurizare. Sunt.n. in vniuerſo proprie tantũmodo tres habitationes. Cœlum, terra, & infernus, hypocrita theſaurizat in inferno. Auarus in terra & mundo: & iuſtus in cœlo. Primus producit ventos vanæ laudis de theſauris ſuis: quæ cito aduolant per aera. Secũdus ingreditur in theſauros niuis. Iob. 28. quæ ad modicum calorem perduntur & fluũt in terra. Tertius profert de theſauro ſuo noua & uetera. Matth. 13. primus theſaurizat ſibi & non eſt in Deũ diues. Secundus theſaurizat & ignorat cui congregabit ea. Tertius iocũditatem & exultationem ſuper ſe theſaurizat. Primus theſaurizat ſibi iram in die iræ iuſti iudicij Dei. Rom. 2. Secũdus ponit in theſauris abyſſos inſatiabiles cupiditatum. Tertius ponit theſauros ſuos in præceptis altiſſimi. Eccle. 29. & ſm̃ iſtos tres modos theſaurizandi erũt in iſto ſermone tres partes Euangelium deducendo.

D

*Theſaurus, quòd hypocritæ theſaurizant in inferno propter tria.*

Primo theſaurizant nonnulli in inferno, & hoc theſauros iniquitatis de quibus Prouer. 10. Nihil proderũt theſauri impietatis. Hos theſaurizant hypocritæ quos in principio Euangelij ſuggillat dñs dicens. Cum ieiunatis. i. cum dẽtibus theſaurizatis nolite fieri, ſicut hypocritæ triſtes. Et hoc ꝑꝑ tria quæ cõiter dici ſolẽt de hoĩe oĩa perdẽte, Vulgo. n. dr̃ de tali. Talis perdit cor, & corpus, & nihil lucrat̃. Primo igit̃ nolite theſaurizare ſicut hypocritæ, quia perdũt cor ſuum, nihil. n. magis lędit animam, aut in uirtute diminuit q̃ triſtitia cordis. Prouer. 17. ſpiritus triſtis exiccat oſſa. i. uirtute aĩæ, quæ per oſſa deſignatur, ſed hypocritæ fiunt triſtes in acquirendo uanitatẽ, ergo perdunt cordis ſui uirtutem, ꝑꝑ quod dicit dñs. Nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes, ꝑpea etiã. Apo. 6. In equo pallido figurantur, quia qui ſedebat ſuper eũ nomen illi mors, & infernus ſequebatur eum. Sunt. n. pallidi per triſtitiã & fictam apparentiam in quibus ſm̃ ueritatẽ ſedet mors. i. abundantia iniquitatis ad q̃ ſequitur mors, & infernus qui eſt locus talium theſaurorũ. Iſti ſunt ſimiles fatuis nobilibus qui uendiderunt hæreditatem ſuã pro modico, & de genere, & de nobilitate non retinent, niſi nomen & famã. Apoc. 3. Nomen habes, ꝙ uiuas, & mortuus es, & tale nomẽ non põt diu durare, quia accidentia non pñt manere ſine ſubiecto, & quia iſti non habent ſubiectum, neceſſe eſt, ꝙ in eiſdem deficiat accidens honeſtatis. Sen. Nihil quod fictum & ſimulatũ eſt, põt eſſe diuturnum. Odor. n. aromatũ poſt receſſum, & in abſentia ipſorum põt in aliquo loco aliquãdiu durare, ſed non diu perſeuerare, quia nõ habet quod ipſum poſſit continuare. Sic odor bonæ famæ, & boni nominis in ipſis aliquandiu durare põt, ſed non multum Eccl. 41. Nomẽ impiorum delebitur. Eſa. 14. Perdam Babylonis nomen. Secũdo, quia quaſi exterminãt corpus ſuum. Exterminant. n. facies ſuas, ut appareant, &c. Qñ. n. aqua bullit in poto eleuat totum quod eſt in fundo, & ſi nõ ſint, niſi tres fabæ in poto eleuantur ſuperius, & in fundo nihil remanet, & frequẽter eſt deceptio in eo quod coquitur, q̃a qñq; creditur ibi eſſe magnum quid, & nihil eſt, niſi forte duo uel tria piſa. Sic hypocritæ exterius prætendunt lachrymas deuotiones, & gaudent exterius habere duo, uel tria ſigna ſanctitatis, puta triſtitiam uel exterminationem facici, & tñ qñq; in fundo poti i. cordis nihil eſt, niſi uentus inanis gloriæ. Tertio, quia nihil lucrantur. Vnde ſubditur. Amen dico uobis receperunt mercedẽ ſuam hic in mũdo & ab hoc mundo. Seducit. n. eos diabolus (ſicut Laban Iacob) mercedẽ commutando, qñ pro bonis operibus quibus merces æterna debetur laudẽ propinat, de qua. 2. Corin. 11. Timeo ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia. ſ. promittẽdo eritis, ſicut dij, corrũpantur ſenſus ueſtri appetendo. ſ. eſſe ſicut dij inter hoĩes, & excidant a ſimplicitate ſua. i. intentionis ſuæ, tales totum mundum decipiunt. In cuius ſignum dicitur. Ioſue 9. Quia Gabaonitæ. i. hypocritæ triſtes induti ueteribus ueſtibus, & calciamenta habentes conſuta pitaciis. i. exterius prætendentes ſigna pñiæ, & ſanctitatis iſta ſimulatione decipiunt Ioſue, & ſic habitauerũt in medio filiorum Iſrael. i. reputati ſunt inter ſanctos, & in præſenti recipiunt mercedem ſuã, & a diabolo in futuro recipiẽt, quia



quia ſibi theſaurizauerant exemplo illius hypocritæ, de quo 4. dyalo. c. 38. Gregorius recitat, qui apud iconium in monaſterio dicto tongolatio magnæ æſtimationis habebatur, & dum ſe ieiunare fratribus ſimulabat, clam comedebat. Hic ad extrema deductus, p̃ſentibus fratribus qui magnum quid pro ſanctitate quam in eo exiſtimabant, ac delectabile, ab eo audire credebant, compulſus eſt tremẽs prodere cui hoſti traditus cogebatur exire. Dixit. n. qñ me vobiſcũ credebatis ieiunare occulte comedebam, & ecce nunc ad deuorandum draconi traditus ſum, qui cauda ſua genua mea, pedesq; colligãs, & caput ſuũ intra os meum mittens ſpiritum meũ ebibẽdo extrahit, quibus dictis defunctus eſt. Vnde ſm̃ philoſ. aliter ſplẽdet corpus cœleſte, aliter terreſtre, quia terreſtre aliis ſplendendo conſumitur, ut patet in candela, cœleſte uero non, ut patet in ſole. Sic bonus dum aliis lucet exẽplo, non decreſcit per ſuperbiam in ſeipſo, hypocritæ uero ſic lucent aliis, ꝙ deficiũt in ſeipſis. Dominus itaq; nolens nos theſaurizare in inferno ubi theſaurizatur ira Dei, oſtendit qũo debemus theſaurizare dicens. Tu aũt cum ieiunas vnge caput tuum, & faciẽ tuã laua, hoc eſt dicere. Declina a malo, & fac bonum. Qui faciẽ conſcientiæ lauat aquis contritionis a malo declinat, & qui caput Chriſtum in paupere ſuo vngit vnguento compaſſionis, & eleemoſynę facit bonum. Si aũt uoluerimus hoc modo theſaurizare, faciamus ſicut faciũt cõiter qui theſauros inueniunt, ſicut dicit glo. Prouerb. 11. Qui vult fodere theſaurũ, primo facit ꝓfundam foueam. ſ. humilitatis, & proijcit oẽm terram. i. terrenam affectionem, quia hoc faciunt hypocritæ, uel propter fauorem, uel propter lucrum, aut beneficium aliquod acquirendum. Tertio reſpicit ne quis eum uideat, & ſic nõ ceſſat donec theſaurum inuenerit. Sic & nos in abſcõdito opera noſtra faciamus, ne theſaurum inuentum & inueniendum ſi manifeſtemus, deperdamus.

*Hypocritæ. Quod non debemus fieri ſimiles hypocritis, ſed illis qui theſauros effodiunt.*

F

*Theſaurizare. Vtrũ licitum ſit theſaurizare in terra.*

Secundo theſaurizãt auari in terra, contra quos dñs. Nolite theſaurizare uobis theſauros in terra, & certe pauci ſunt qui non laborent hoc uitio cupiditatis. Eccl. 31. Beatus vir qui inuentus eſt ſine macula, nec ſperauit ĩ pecuniæ theſauris, quis eſt hic, & laudabimus eũ? q. d. vix inuenitur qui non ponat ſpem in pecunia. Et circa hoc mouetur qõ. Vtrum liceat homini theſaurizare in terra. Et vr̃ ꝙ ſic, quia uidemus tot potentes, & diuites, & in poſſeſſionibus abũdantes theſauros multos habere, & tñ crudele eſſet oẽs tales damnare, cum ẽt multi amici Dei, ut Dauid legantur habuiſſe multos theſauros. Ita ꝙ recitat Ioſephus lib 13. de antiquitatibus. c 15. ꝙ Salomon filius eius in ſepulchro Dauid cum corpore ſuo poſuit multam pecuniam. cuius loculum vnum hircanus poſt multa tempora aperuit, & inde extraxit tria millia talentorum cum rex Antiochus ciuitatem Hieruſalẽ obſideret, & poſtea Herodes alium loculum aperuit, & tñ talis amicus Dei appellatus eſt, ergo. Oppoſitum dicit dñs. Nolite theſaurizare uobis, &c. Ad hoc dr̃, ꝙ dupliciter intelligi põt, ꝙ aliquis theſaurizet in terra. Vno modo ꝙ cõgreget pecunias vel quod æſtimari põt pecunia, ex amore pecuniarum, ſicut qui congregant eas, & vix eis audent vti, ſed iuxta eas miſerã ducunt vitam, aut eas circa ſe putrefieri dimittũt. Alio modo ꝙ theſaurizet ex cauſis honeſtis, puta cum aliquis theſaurizat ad faciẽdum ædificia pauperum, ad dãdum pauperibus cum occurret neceſſitas, aut ad rem publicam conſeruandam, aut ad neceſſitatem ſui, & ſuæ familiæ ſubleuandã Et iuxta hæc ſit.

G

*Theſaurizare. Qũo licitum eſt laicis theſaurizare ex cauſa honeſta. & q̃ ſit cauſa honeſta, & hoc ꝓbatur triipliciter.*

Prima ueritas. Licitum eſt ſecularibus viris & laicis, qui viuũt ex mercãtiis, aut ex artificio, aut aliquo alio modo theſaurizare ex cauſa honeſta. Cauſa honeſta (vt dicit Guil. Pariſiẽ. ſecunda parte ſummæ de virtutibus cap. de pauperta te in fine) eſt multiplex, uel ut ſubueniat quis indigentiæ pauperum, uel ut ꝓuideat futuræ indigẽtiæ ſui uxoris, & liberorum. hoc aũt probatur primo, quia qui theſaurizat pro ſuſtentatione familię ſuæ non aliud facit, niſi ſubuenire futuræ indigẽtiæ ſui, & uxoris, & filiorum, ne. ſ. vxor poſtmodum nudata bonis, occaſionẽ habeat adulterandi, aut blaſphemãdi nomẽ dñi, & ſimiliter filij, ne in contumeliam Dei, & ſui perditionem, prę nimia egeſtate coquini fiant & malę uitæ. Vnde 2. Corinth. 12. Dicit Apoſtolus, ꝙ parentes debent theſaurizare filiis ſuis. hoc. n. lex naturæ docet.

eet. Secunda ratio, quia, non eſt malũ laicos poſſidere diuitias, dummodo non infigatur cor. iuxta illud. Pſal. Diuitie ſi affluant nolite cor apponere. Sicut non iminet periculum exiſtenti in aquam uſq; ad collum, dummodo caput non ſubmergatur. Sic nec de diuitiis periculum eſt, niſi in eius cor apponatur magis ſperando in diuitijs quam in deo: Vnde Gerſon de regulis moralibus aut dũ appetitu ſuffocãte rõnem & à dei ſeruitio penitus impediente, ẽt licita uel propria bona nimia libidine uel ſolicitudine appetuntur, quærũtur ſeu retinentur, quaſi in eis ſpes totius auxilii ueluti in deo teneretur, mortale eſt: quã auaritiã Apoſtolus ob hoc appellauit ydolorũ ſeruitutẽ. Fuerunt tñ multi boni ut Iob Abrahã, & Dauid qui multas habuerunt diuitias. Cor aũt apponere in diuitiis, eſt eas in corde ſuo præferre deo & proximo. deo eas malè acquirẽdo per uſuras, fraudes, & periuria, aut aliter. proximo ſimiliter nõ ſibi ſubueniẽdo in neceſſitate, amando magis mortẽ proximi q̃ a diuitiis ſeparari. Et ꝓp hoc male aliqñ ꝑdicant quidam ꝙ diuites oẽs dãnabuntur uel ſunt ĩ peccato, hoc moderari oportet de his qui ponunt cor in diuitiis. Aliq̧ tñ (ſicut dicit Aug. ſuper pſal. 131.) prætendunt in acquirendis pecuniis ſuã excuſationem ſuper prouiſione liberorum, & ꝓpter hoc deficiunt pauperi in ſua neceſſitate, & uendunt bladum cũ emi non poteſt per pauperẽ, de quo Bernardus epiſtola ad Raymundũ militẽ, diligens cariſtiã cupit pauperum eſſe homicida, vende bladũ cum ſatis ualet, nõ qñ per pauperem emi non põt. Tertia rõ, quia ſm Bernardũ in epiſt. allegata. Si in domo tua ſumptus, & redditus ſunt æquales, caſus inopinatus poterit deſtruere ſtatum tuum. Neceſſe eſt ergo laicos theſaurizare. Et ſi dicatur ubi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Si ergo liceat laicis theſaurizare in terra, ſequitur quòd expedit eos habere cor in terra? Reſpondet Guil. Pariſ. ubi ſupra quòd qui diuitias ad pios uſus ſeruant, & etiam qui ſyncere in eis propter pios vſus negociantur, iam eas ſic ſeruando, & retinendo in cęleſtes theſauros tranſtulerũt. Corde enim ad quod Deus reſpicit eas Deo obtulit: qui tñ actu & ueritate eas penes ſe retinuit. Hæc Guillermus. Theſaurizare enim de ſe (vt ait Gerſon vbi ſupra) non eſt illicitum ſed prouidum: quãuis ex circunſtantiis poſſit fieri criminale, ut ſi ſit ex alieno, aut deſperando de diuino auxilio, aut in grande præiudicium reipublice, aut ſi aliis pereuntibus non ſuccurratur.

H
*Theſaurizare. Si pp theſaurũ habeant laici cor in terra.*

Secunda ueritas. Non licet eccleſiaſticum uirũ notabiliter excedere ĩn habẽdo theſauros ultra decentem ſtatũ ſuæ perſonæ, niſi forte in caſu expediret theſaurizare, ad tollendũ futuram pauperum neceſſitatem, uel ad aliquẽ piũ vſum faciendũ oĩ ſcandalo remoto. Primũ patet per apoſtolum. 1. Thi: 6. Habentes alimenta, & q̧bus tegamur, his contenti ſimus. Qui.n. ultra neceſſitatem ſibi eas coaceruant, uidentur ſpinas & tribulos congregare. Nã iuxta ſententiam Saluatoris, ſpinæ ſunt diuitiæ. Luc. 8. Sed Hebr. 6. Terra proferens ſpinas & tribulos, reproba eſt & maledicto proxima, ergo tales reprobi ſunt & maledicti. Secundo ad idem, quia ſecundum iura, prędo eſt miles, qui ultra ſtipendium ſibi taxatum quærit, & hoc habet. 23. q. 1. Militare. Sed ſtipẽdiũ taxatum eſt militibus Chriſti, habere. ſ. alimenta & q̧bus tegantur. ergo ultra hoc q̃rentes & cõgregantes ꝑdones eſſe uident. Vnde Bern. de hm̃õi theſaurizatione ſic dicit. Eſt non ſolum furtum ſed & ſacrilegium: facultates eccleſiarũ patrimonia ſunt pauperum & ſacrilega eis crudelitate ſubripitur, qc quid vltra victum & veſtitum ab eccleſiæ miniſtris non vtique dñis, retinet. Tertiò, quia ſm regulam geometriæ rectum non tangit ſphericum niſi in puncto, vt patet ſi ponat regula ſuper ouum, ergo cor hoĩs rectificatum per amorem Dei, non debet tangere tpalia iſta, niſi in puncto neceſſitatis pſonalis, vel ſtatus ſui, tpalia.n. volubilia & ſpherica ſunt, & redeuntia in ſeipſis, ut patet in amputatione & uindemiatione vinearum q̃ ſingulis annis redeunt. Vnde experimento vr̃ ꝙ tales q̧ ſic vltra decentẽ ſtatum theſaurizant, cõ ter male moriuntur, & oĩa eorum bona rapinæ exponuntur iuſto Dei iudicio, ita ꝙ pro eis vix cantatur vna miſſa. Eccl. 5. Qui amat diuitias fructum nõ capiet ex eis, & extraneꝰ cõiter comedit eas. Iob 5. Cuius meſſem famelicus comedet, & bibent ſitiẽtes diuitias eius. Sũt.n. ſimiles coruo, de quo Iſido. lib. Ethimologiarum dicit ꝙ eſt auis aſtuta q̃ dum furatur pecuniam abſcõdit in foramine nũq̃ poſtea ſe iuuans de ea. Quòd aũt cõiter male moriantur, hoc probari poteſt ex dicto Hieronymi ad nepotianũ. Non memini me, inq̃t, mala morte defunctum legiſſe, q̧ libenter opera pietatis exercuit. ergo a contrario ſenſu, difficilè eſt bona morte eos fungi, qui lucra auare ſectantes (maximè ſi ſint ſacerdotes & ꝑlati, qui clarere debent virtutibus. & ſanctis operibus in conſpectu populi) diuitias in arca ſua reponunt, quas in neceſſitatibus pauperũ deberent erogare. Sed ſicut canis os qđ rodit non daret pro theſauro regis, ſic nec tales diuitias ſuas darent pro regno cœlorum, neq; multũ curant de eo. Et tales faciliter incidunt in multas tentationes. Quia (vt dicit Gerſon in regulis moralibus) habens infectũ & tenebroſum cordis oculũ ꝓ cupiditatem & auaritiã, facile inducitur in laqueos & tentationes diaboli, quos ſibimet multiplicat & inquirit per deuia contractuum. 1 Thim. 6. Qui uolunt diuites fieri, incidunt in laqueum, & tentationem diaboli, & deſideria mala & nociua, quæ mergunt hoĩes in interitum & perditionem. radix enim omnium malorum cupiditas, q̃ quidã appetentes errauerunt a fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. Tu aũt homo Dei hoc fuge. Orandus eſt igit̃ Deus, cum pſalm. Inclina cor meum Deus in teſtimonia tua, & rurſus. Auerte oculos meos ne videant vanitatem, ſed ueritatẽ quę exufflat eam.

I
*Qũo licitũ eſt eccleſiaſticis theſaurizare et qũo non.*

K
*Auarus. Qũo auari et cupidi ĩcidũt in uarias tentationes.*

Sed dices, quomodo ſciã ego quòd ultra ſtatum meum decentem non habeo diuitias? Ad hoc dicitur primo, ꝙ (ſicut dicit Ariſt. 2. Ethic.) medium uirtutis non eſt terminabile per artẽ, quia quod uni eſt multum, eſt alteri parum & econtrario, conſideratis conditionibus diſpoſitionibus & ſtatibus perſonarum. Qđ enim erat paucum miloni qui comedebat bouem in die (ut dicit ibidem Ariſtotel.) eſſet mihi multum. Dicitur ſcđo, ꝙ ratio bene diſpoſita, & bene cõſulta a uiris prudentibus & timentib. deũ & libere conſulẽtibus, in hoc debet eſſe iudex, ita quòd de abundantia bonorum eccleſię temporaliũ non uoluptuoſe nec pompoſe uiuat, quia (ſicut dici Guil. Pariſ. parte prima de uirtutibus) beneficia & prędia eccleſiaſtica ſapiunt precium ſuum hoc eſt Chriſti ſanguinẽ. morte enim & ſanguine eius quodã modo empta ſunt ſacerdotibus & toti clero. Vnde & patrimoniũ crucifixi uſualiter nominant. Similiter etiam mortibus martyrum & laboribus confeſſorum & uirginum propter quod multotiens diximus omnia huiuſmodi rubere ſanguine Xp̃i & martyrum, & diſtillare ſudorẽ confeſſorũ & uirginũ. Quis ergo nõ horreat laſciuire in ſãguine Xp̃i & martyrũ, uoluptuoſe diſſolui in tãtis laboribus doloribus atq; ſudoribꝰ oĩum ſanctorũ? Hęc eñ oĩa a deuotione fidelium Chriſto reddita ſunt & meritis ſanctorũ, hæc Guil. Et Ideo quæ parrochias ſuas dimittunt & Pariſius ueniũt non ſtudii cauſa ſed ut lautius uiuant, peſſime agunt. Vnde ex beneficio ſuo centũ uel ducentos aureos reportabit, qui nihil confert ad ſolatium conſcientiarum aut ſubſidium animarum ſuorum parrochianorum. Pro ſecunda parte propoſitionis huius dico quòd ubi eccleſiaſticus uideret ex cauſa rationabili ꝙ immineret tp̃s aduerſitatis, famis, uel gladij, uel alterius huiuſmodi, poſſet licite theſaurizare ſub ſpe diſtribuendi indigentibus & pauperibus. Non enim Laurentius ſtatim theſaurum Imperatoris uel eccleſiæ diſtribuit, ſed cum uidit opportunitatem diſtribuendi & ĩminentem neceſſitatem. iſta tamẽ theſaurizatio pecuniæ ſic debet fieri ꝙ uitetur ſcandalum. Cum enim non habeant aut habere non debeant ſacerdotes liberos q̧bus habeant prouidere, ſcandalum datur ſimplici populo, qui per exteriora iudicat de eorum auaricia, aut de diffidentia Dei, aut de eorum impietate in pauperes, dum in eorum archis inuenitur multitudo pecuniæ copioſa. Tunc enim iudicant eos non ſubueniſſe indigentibus & ſperaſſe in pecunię theſauris, contra præceptum dei per Apoſtolum datum. 1. Thimo. 6. Diuitibus huius ſeculi præcipe non ſublime ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarum?

L
*Theſaurus. De mẽſura theſauri & quãta debeat eſſe.*

Et ſi dicas. nonne poſſum theſaurizare & ſeruare ad neceſſitatem meam futuram? Dico quòd qui habet beneficium ſufficiens ad ſuſtẽtationem quotidianam, non

non deberet hoc faceret. propter hoc dicit Clamengius; quod canonici habent ex præbenda quotidie panem capituli, & in aliquibus eccleſiis vinum. ne ſuper hoc ſolicitentur, & quotidie diſtributiones ad reſiduum cibum & groſſum ad ueſtitum ſuum; & hoſpitale ſemper vicinum ad illic deportandum ſi quid eis fuerit reſidui.

Non enim ſolum horas uocales à canonicis exigit dominus, ſed magis horas reales. Horas reales cauimus, cum elemoſynas pauperibus erogamus. Sed pauci ſunt modo qui non tranſgrediantur terminos poſitos a patribus & apoſtolis vltra. ſ. victum & veſtitum ſibi theſaurizantes, & propter hoc beneficium ſuper beneficiũ quærunt, nec tamen permittuntur cõgregare. Velle enim adiacet eis perficere autem non inueniunt.

*M Theſaurizare. Quòd ne mihi licet ex auaritia theſaurizare.*

Tertia veritas, ex auaricia & amore pecuniæ nemini licet in terra theſaurizare, quia hoc pro it et dominus hoc præcepto negatiuo nolite theſaurizare &c. Item de rebus v libus & inutilibus dedignaretur homo theſaurizare, ſed aurum & argentum vilia ſunt & feces terrę. Na (vt dicit Philoſo. 4. Metheo rum) ex ſulphure & argento uiuo cauſantur quæ uilia ſunt & fetida. Et ut dicit Albertus libro de mineralibus, omnium metallorum pater eſt ſulphur, & mater uiuũ argentum. Tertio fatuum eſt ponere theſaurum vbi cito amittitur, & ubi ſui parẽtes & priores amiſerunt & nudi exierunt. Si enim dum ſunt in hac uita & aliquo infortunio ipſum amittunt, vſque ad mortẽ contriſtantur. cum tamen etiam ſpes maneat de recuperando, quæ & quanta triſtitia erit in morte, dum irrecuperabiliter amittent? Vnde quidam theſaurum infodit in terra & poſuit ſuperſcripti nem, hic eſt, alius ſuperueniens abſtulit theſaurum & poſuit, hic non eſt, quod videns primus triſtitia mortuus eſt. Ideo dicit dominus. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, ubi erugo quantum ad temporaliũ deſtructionem conſumit. aut tinea quantum ad uoluptatum ablationem demollitur, & ubi fures effodiunt, & furantur quãtum ad gloriæ amiſſionem. Pergens enim ad inferni patibulum (ſicut fieri ſolet de latrone) ex toto ſpoliatur. Tales. n. quando ſic in morte omnia perdunt, deſperant & male moriuntur. Chriſoſtomus. Qui collocat theſauros in terra, non habet quid ſperet in cœlo. Vt quid cœlum reſpicit, ubi nihil habet repoſitum? Sunt enim diues, & eius diuitiæ ſicut duæ naues ex oppoſito ſibi inuicem obuiantes quæ curſu rapidiſſimo ſe tranſeunt, hęc a dextris, illa a ſiniſtris, & ſubito ſe deſerunt; theſaurizans forte tranſit in infernum, theſaurus de uno ad alium nunc ad amicum, nunc ad inimicum. Ex auaritia autem cognoſcitur theſaurizare, qui ſcienter dimittit ſuperflua ſua notabiliter conſumi per pũtrefactionem, aut alias potius, quàm in vſus pios ipſa largiatur, & talis uix a culpa mortali, aut nunquam poteſt excuſari, vt patet e iam in ſumptuoſa ædificia facientibus.

*N Theſaurizare. Qũo iuſti theſaurizant in cælo.*

Tertiò theſaurizant iuſti in cœlo iuxta domini præceptum. Theſaurizate, inquit, vobis. i. ad veſtram vtilitatem theſauros non deficientes in cœlis. Et hoc propter duo. Primò, quia ibi tutus eſt locus ab omni violentia & corruptione. Ideo ibi theſaurus inamiſſibilis eſt. Luc. 12. Facite vobis ſacculos, qui non veteraſcũt. Iſti ſunt ventres pauperum, theſaurum non deficiẽtem in cœlis, quo fur non appropiet, nec tinea corrumpat, perpetuo enim poſſidendũ libentius acquiritur, quàm qđ poſſidetur ad tempus, ſic t redditus ꝑpetuus, quàm redditus ad vitam. Secundò, quia ĩ illo loco theſaurus noſter eſt incorruptibilis, quia nec erugo, nec tinea demollit, & ĩpreciabilis, quia infinitus eſt in eo theſaurus hominibus. Tertiò. quia ille locus eſt locus ad quem ituri ſumus. Criſoſto. ſubſtãtiam tuam colloca, vbi patriam habes. Quæ inſania illic bona relinquere, vnde exiturus es, & illuc non præmittere, quo iturus es, & ſine fine manſurus? Nonne mercator mittit merces, vbi bene venduntur, & non vbi perduntur? Et ſi quæras a quibus deportabuntur in cœlum. Reſpondetur per pauperes, pauperes enim nihil exiſtimantur habere & ideo inter latrones permittuntur tranſire. Similiter ꝑ manus plurium ſecurius deportatur theſaurus de patria in qua eſt bellum in patriam pacificam, quàm per manus vnius, & ſimus congregatus fętet qui diſperſus in agrum ualet & fructificat. Pſal. Diſperſit



dedit pauperibus. Vnde ſequitur, vbi theſaurus tuus ibi, & cor tuum erit. Vnde Auguſtinus. Qui cor vult ſurſum habere ibi ponat quod amat, & ĩ terra poſitus carne, cum Chriſto habitet corde, vt ſicut eccleſiam præceſſit caput eius, ſic chriſtianum præcedat cor eius.

*Feria quinta in capite Ieiunij.*

*Sermo primus.*

*Diſpone domui tuæ, quia morieris tu, & non uiues. Eſa. 38.*

*A Infirmitas. De duobus infirmis rege, & ſeruo.*

Hodie eccleſia de duobus infirmis facit mentionẽ, uno rege in epiſtola, & uno ſeruo in euangelio, & hoc ꝑ quatuor primo ad oſtẽdendum, ſicut dicit Apoſtolus. Rom. 3. ꝙ oẽs peccauerunt, & egẽt gloria Dei, ideo a rege incipit vſq; ad ſeruum, vt oſtendat oẽs eſſe infirmos, & concluſos ſub peccato, & egere medico, vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius. Ideo non dicas in hac quadrageſima nõ peccaui. vel ſi occurrat tribulatio non merui, ſicut Iob dicebat Iob. 17. Non peccaui, & in amaritudinibꝰ moratur oculus meus. Secũda rõ ad magnificẽtiã diuinæ iuſtitiæ oſtẽdẽdã, quia ſi, reges ſunt pctõres ſicut ſerui. tali immo maiori pœna punientur, quia potentes potenter tormẽta patiẽtur & exiguo concedetur miſericordia. Sap. 6. Vnde Exo. 11. Morietur oẽ primogenitũ in terra Aegypti a primogenito Pharaonis qui ſedet in ſolio eius vſq; ad primogenitũ ancillæ quæ eſt ad molam. Ideo hic infirmitas regis citius recitatur difficilius curatur & difficilius curationi creditur. Citius recitatur & ſcitur apud hoĩes, quia maior & magis infectiua. Morbus. n. in capite periculoſior eſt, q̃ in pede. Difficilius curatur, quia ſeruus iſte ſolo uerbo. Rex vero ficuũ cathaplaſmatibus, & fletu & lachrymis. Difficilius etiã curationi creditur, quia ad hoc oportuit adhibere ſignum retrogradationis ſolis. Tertio ad oſtendẽdam diuinã miſericordiam, quia ita bene audit dñs orationem ſeruorum ſicut & ꝓrincipũ. Ita. n. cito audiuit orationem pro illo ſeruo, immo citius q̃ pro rege, & citius ille ſanatus eſt, quia eadem hora. Rex aũt vſque in diẽ ſecundũ, ideo nõ eſt perſonarum acceptor Deus qui quoſcunque contritos corde, ſiue maiores, ſiue minores ſanat. Quarto ad oſtendendum ꝙ dñs, ita flagellat bonos ſicut & malos, boni. n. per reges intelliguntur mali per ſeruos. Ioan. 8. Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. Vnde & amicis ſuis non pepercit, immo nec matri quæ per multas tribulationes intrauit in regnum Dei, cui præſentabimus ſalutare angelicum. Aue.

*B Mors. De duob. nunciis mortis miſſus Ezechiæ regi.*

In textu huius epiſtolæ tria tangi vñr. Primo duo nuncij inſtantis mortis indicatiui. Secũdo ꝑ j motus regis ad miſericordiam Dei prouocatiui. Tertio effectus ipſius Dei ſententiæ mortis reuocatiui. Mittit igitur Deus ad Ezechiam duos nũcios inſtantis mortis indicatiuos. Primus eſt infirmitas, ſecundus propheta Eſaias. Primus eſt intraneus. Secundus extraneus. Primus hoc indicat ex effectu doloris. Secundus ex ſententia creatoris. Primus impiis non eſt boni nuncij baiulus. Secũdus amarus eſt his, qui pacem habent in ſubſtãtiis ſuis, & vterque in eandem conuenit ſentẽtiam dicens diſpone domui tuæ, &c.

*C Infirmitas. Triplici infirmitate laborabat Ezechias.*

De primo nuncio dicit tex. ꝙ ægrotauit Ezechias vſque ad mortem. Triplici enim infirmitate laborabat. Prima infirmitate naturali. Secunda corporali, tertia ſpirituali. Primam contraxit ex primis parentibus. Secundam ex ſuis ſuperfluis humoribus. Tertiam ex ſuis deprauatis moribus. Prima eſt, pronitas ad malum & difficultas ad bonum. ſecunda eſt ex defectu vel exceſſu quatuor qualitatum primarũ, prætendens armonicæ complexionis vitium, tertia eſt contra legem Dei dictum factum, uel concupitum.

*D Infirmitas. Quod infirmitas naturalis triplices hoĩs partes inuaſit.*

Prima infirmitas triplices partes hominis inuaſit. Primo, partem intellectiuam qua ita debilitatur & infirmatur, ut vix ea quæ Dei ſunt cognoſcere ualeat, & ad ea quæ mundi ſunt cognoſcenda ſit fortis. Gregor. 30. Morum. & habetur. diſtinct. 47. Omnes ſæculi dilectores in terrenis rebus fortes ſunt, in cœleſtibus debiles. Dicit enim Ariſtoteles ſecundo metaphyſice, quòd non poteſt intellectus noſter ex ſui infirmitate ad ea quæ ſunt naturæ notiſſima, ſicut & oculus noctuæ non poteſt ad lumen Solis, quamuis de ſe ſit notiſſimum. Hanc infirmitatem patiebatur Chriſtus ſecundum ſua membra infirma, ſicut dicit in Pſalm. Infirmata eſt in paupertate uirtus mea. Hanc patiebatur

tiebatur in Thoma, qui Chriſtũ nec verũ Deum, nec eius reſurrectionem credebat. Hanc in Magdalena patiebatur quæ eum exiſtimans ortulanum credidit eum non æqualẽ patri. ꝓpter quod indigna fuit eũ tangere glorioſum. Ideo talibus conſulit Apoſt. Ro. 14. Qui infirmus eſt olus manducet. i. qui infirmi & debilis eſt ĩtellectus ſit contẽtus cibis paruis, nec ad cibos ſolidos ſe conuertat Trinitatis aut incarnationis, contra multos qui de arduis difficultatibus ſcripturæ ſcrutãtur, & de hi quę ad ſalutem ſuã ſpectant non inquirunt. Secundo tangit hæc infirmitas partem affectiuã, primo enim pars affectiua quæ cecidit in peccatũ quærit reſurgere & q a debilis eſt, ex ſe non poteſt hoc facere. Pſalm. Homo ſpiritus uadens & non rediens. Per ſe uadens in pct̃m, ſed per ſe non rediens à peccato. Secundo dũ reſurrexit à pct̃õ vult tẽtationi reſiſtere, & ex ſe infirma non põt, niſi diuino adiuta auxilio Pſalm. Impulſus euerſus ſum, vt caderẽ & dñs ſuſcepit me. Tertio dum tentationi reſiſtit cupit implere mandata Dei, & ex ſe non poteſt Deut. 32. Videte ꝙ infirmata ſit manus, ſcilicet ad bene operandum. Quarto dum mandata implet vult ſe ad Deum amandũ erigere, & eum amplius & iterũ amplius diligere & non poteſt ꝓp quod ſponſa incãt cis hoc ex ſe non ualens perficere à ſpõſo ſuo petebat trahe me poſt te, & idẽ dicit Apoſtolus. Rom. 7. Velle quidem mihi adiacet, perficere autem bonum non inuenio. Tertio tangit partem ſenſitiuam quæ debilis eſt ad onera pœnitentiæ cõtritionis, & tribulationis ſuſtinenda. Matth. 26. Spiritus quidem promptus eſt, caro autẽ infirma. Eſt enim caro fortis ad ſpiritu reſiſtendũ, debilis ad obſequendum. Hac infirmitate laborabant Apoſtoli cum dño Ieſu nõ potuerunt vna hora vigilare. In prima parte, ſcilicet intellectus hac infirmitate tactus Ezechias dicebat attenuati ſunt oculi mei ſuſpicientes in excelſo. i. oculi rationis ita tenues & debiles ſunt ꝙ ad excelſa Dei reſpicere non poſſunt. In ſecũda dicebat eius affectus debilis vadam ad portas inferi, q a iræ per me nõ ſufficio ad portas cœli. Pro tertia parte grauatus dicebat dñe uim patior in carne mea quæ debilis me portare non poteſt, reſponde pro me in carne tua, ut pro me ſuſtineas.

Secundo laborabat corporali infirmitate quæ eſt citatio quędam quæ ſi fuerit ad mortem peremptoria eſt, ſi citra mortẽ dilatoria eſt, ut de facienda pace, de cõſulenda & impetranda gratia ſeſſorum & aduocatorum Paradiſi, & de procurando modis omnibus ne contra eum feratur ſententia, ſolicitet. Vnde Eccleſ. 18. Ante iudicium para iuſticiam.

*E*
*Infirmitas.*
*Quod infirmitas eſt citatio quædam utilis ad multa.*

Hæc autem infirmitas electis Dei multum vtilis eſt. Primo aĩam purgat à prauis moribus tãquam à malis humoribus. Prouerb. 20. Liuor vulneris abſterget mala. Sicut enim in infirmitate praui humores cõſumuntur & vacuantur, ita ꝙ poſt infirmitatem homo ſanior efficitur, ſic infirmitas corporalis animam humoribus peccatorũ & prauarum affectionũ vacuat & purgat. In uitis patrum cum quidã peteret à Ioanne heremita vt eum curaret à tertiana ait. rem tibi neceſſariam petis à te amoueri. Vt enim corpora purgantur nitro, ſic animæ languoribus. Item quidam ſenex diſcipulo infirmanti dixit. Ne contriſteris ex infirmitate corporis. Si ferrum es rubiginẽ amittis. Si aurum per ignem ꝓbaris & ad maiora proueheris. Vnde cum quidam clericus ferret aquam benedictam in domum cuiuſdam militis nihil ei dabat niſi maledicta verba. Cum autem eſſet infirmus & audiret dictum clericum intraſſe rogauit eum ut proijceret ſuper ſe aquam benedictam & oraret pro ſe ut daretur ei ſanitas. Tunc clericus à milite requiſiuit, in quo ſtatu magis Deo credebat & magis Deum diligebat, in ſanitate, uel infirmitate qui reſpondit ꝙ in infirmitate. Et clericus rogo dñm ꝙ vos teneat in illo ſtatu in quo magis valetis & Deum diligitis. Sic Iudæi in proſperitate Deũ negabant qui eum in ſuis infirmitatibus inuocabant. Pſal. cum occideret eos quærebant eum &c. Sic purgatus eſt Ezechias à ſuperbia & ingratitudinis culpa quam habuerat ſuper victoria Sennacherib, pro qua gratias non legitur egiſſe. Secundo hæc infirmitas hoſtes debilitat carnem domat ſicut virga diſcipulũ, & ſuppeditat, mundum contemnere facit ſicut amaritudo cibum & virtutem tentationum Sathanæ atterit ſicut gelu botrũ. Sap. 12. Cum diſciplinam nobis das inimicos



micos noſtros multipliciter flagellas. Propter primum dicebat Ezechias in cantico. De mane vſque ad veſperam finies me ſecundum carnem non ſecundum animã finem imponendo per infirmitatem malitiæ eius ſicut in multis contingit qui validi Deũ omni modo malignitatis impugnãt, infirmi vero à malitia ſua ceſſantes Deum obſecrant. Propter ſecundum ſubditur. Sicut pullus hyrũdinis ſic clamabo. Clamat enim eius pullus fy. fy. Sic infirmi videntes propter modicam infirmitatem omnes delicias ſibi amaricari, honores & diuitias ad occurrendũ nihil aut paucũ prodeſſe de eis dicunt fy. fy. Propter tertium ſubditur. meditabor vt columba, quæ cũ gemitu ꝓſpicit & meditatur, qualiter à facie accipitris fugiet. Sic cum dolore ĩfirmitatis meditatur quis qualiter à tentatione Diaboli poterit euadere. Secundo infirmitas animam roborat. 1. Re. 2. Infirmi accincti ſunt robore. 2. Cor. 12. Cum infirmor tunc potens ſum. ſ. in anima. Sicut enim ignis qñ exterius pulſatur per uentum fortius conualeſcit & roboratur. ſic ſancti quando infirmitate aliqua pulſantur exterius virtute & perfectione amplius roborantur interius. 2. Cor. 12. Virtus in infirmitate perficitur. Vnde Iud 6. cum diceret Gedeon domino infirmus ſum promiſit ei dominus ſe daturum fortitudinem & victoriã Madianitarum inimicorum Iſrael propter quod Ezechias grauiter infirmatus ad robur ſanitatis tantæ deuenit, ut etiam propter eũ dominus mirabilia faceret in cœlo. Pſal. Infirmata eſt tu verò perfeciſti eam.

*F*
*Infirmitas.*
*Vnde proceſsit ſpiritalis infirmitas Ezechiæ.*

Tertia infirmitate laborabat Ezechias, ſcilicet ſpirituali dum propter pct̃m corporaliter ægrotabat. Quidam dicũt ꝙ peccatum eius fuit ingratitudo, ut ſuperius dictum eſt, quia gratias non reddidit de miraculoſa liberatione à rege Aſſyriorum, ſed hoc non videtur verum, quia fuit facta poſt ſanationem eius ut patet ex textu epiſtolæ, ideo alij dicunt & melius ꝙ fuit negligentia ipſius deducendo coniugem ad continuandum lineã generationis Dauid, quam Deus promiſerat continuari in regno, & ſic quodammodo promiſſis diuinis ne implerentur obſtabat. Similiter in hoc peccabat ꝙ videbatur impedire ne ex ſemine Dauid ſicut erat à Deo promiſſum naſceretur Chriſtus.

*G*
*Ezechias*
*An peccatum Ezechiæ fuerit mortale, an ueniale.*

Secundus nũcius à Deo miſſus ad eum. fuit ꝓpheta Eſaias qui dixit hæc dicit dominus. Diſpone domui tuæ, quia morieris tu & non viues. Videtur ſententia prophetæ, peccatum Ezechię fuiſſe mortale eo ꝙ bis videtur dicere eũ moriturum. Vbi enĩ in ſcriptura duplicatur terminus mortis, videtur innui duplex mors, corporalis, ſ. & ſpiritualis, ut patet in multis locis ſcripturæ Gen. 3. In quacunque hora comederis ex eo morte morieris, & alijs pluribus locis. & quia etiam pro tali peccato interminatur Deus mortem temporalem. Sed melius dicẽdum eſt ꝙ peccatũ illud ſolũ erat veniale. quia de Ezechia dicitur 2. Paral. 23. Quod eum dñs ſolum dereliquit in legatione principum Babilonis ut tẽtaretur, & de iſto peccato nulla ibi fit mentio, nec in ſententia prophetæ duplicatur terminus mortis Sed dicitur morieris & non viues. quod poteſt ſic intelligi, morieris morte temporali & nõ viues in filijs. Viuit enĩ quodammodo pater mortuus. filijs ſuperſtitibus. Vnde Eccleſ. 30. Mortuus eſt pater & non eſt mortuus. reliquit enĩ filium ſimilem ſibi, ideo quia ille moriebatur ſine filijs, dicitur ei à propheta ꝙ temporaliter moreretur & non uiueret in filijs eo ꝙ generatio eius ablata eſſet & conuoluta ab eo. Preterea aliquando dñs interminauit mortem & non pro mortali peccato. ut patet in Nadab & Abyu, qui pro leui culpa à dño interfecti ſunt. Leuit. 10. & tñ creduntur ſaluati. Præterea reſpexit Deus ad orationem Ezechiæ & ei placuit in quo continebatur ꝙ in toto corde ſecutus fuit dominum. quod non feciſſet ſi ab eo immediate fuiſſet per mortale auerſus. In quo habent timere reges & principes ac prælati ſi ſic dominus pro leui culpa punierit tales ſic eius amicos & potentes, quomodo puniet eos pro magnis criminibus.

*H*
*Ezechias*
*Quare nunc regibus tyrãnis nõ ita mittitur qui dicat hæc dici,*

Sed iterũ quæritur cum in antiquo teſtamento reges aut prælati peccatum aliquod perpetraſſent ſtatim ſequebatur qui ſententiam domini aduerſus eos proferret dicens, hæc dicit dominus. Cum igitur modo plura & maiora mala perpetrentur cur aduerſus tales non mittit Deus unum hęc dicit dominus, ſicut olim. Maior enim videtur modo neceſſitas cum increuerit

*dominus ſicut tũc,*

mala in eccleſia Dei amplius q̃ tunc, quia tantummodo in vno angulo hæc mala agebãtur. Præterea pro paruo peccato Ezechiæ & quod vix ex ſcriptura cognoſcitur, dominus vſque ad interminationem mortis iraſcitur. & modo cum tantæ tyrãnides & tàm grandia peccata publicè fiant, quo modo tyranni vſque in ſenectam & ſeniũ regnant. Solut. Dicitur primo, ꝙ his qui ſub lege erant neceſſarium erat mittere q̃ Dei decreta pœnas infligentia pro peccatis, vel coronantia pro meritis nunciarẽt, vt hominibus innoteſcerent. Non autẽ ſic fuit neceſſe poſt promulgationẽ legis Euãgelicæ. Ratio eſt, quia in veteri teſtamento, nec decreta, nec exempla quibus ad bene agendum manuducerentur habebant. ideò conueniens erat iuxta qualitates meritorum diuina decreta innoteſcere hominibus, quibus ſufficienter promulgatis nõ fuit opus vlteriora publico edicto decernere. Iob. 33. Semel locutus eſt Deus. ſ. in veteri teſtamento, & idipſum non repetit, ſcilicet in nouo. Secundo dicitur ꝙ quotidie per ora prędicatorum qui loco ꝓphetarum ſuccedunt jam nominatis frequenter dicitur. hæc dicit dominus. Diſpone domui tuę &c. & tamẽ rex Ezechias ad vnius vocem lachrymatus & contritus eſt. atque ad dominum ex toto corde conuerſus, & nunc non obſtante multitudine prædicatorum loquentiũ in perſona Dei doctrinã magis approbatam (vtpote à filio Dei ore proprio ſeminatam) deteriora faciunt. ideo quantæ ſubiaceãt damnationi ultra eos qui in antiquo teſtamento reprobati ſunt, nouit Deus. Tertio dicitur ꝙ in antiquo teſtamento plus communiter leguntur regnaſſe tyranni q̃ boni principes. Nullus enim regum Iſrael aut Iuda tamdiu regnauit ſicut Manaſſes, qui inter omnes maximam exercuit tyrannidem. Quod autem tamdiu regnent hoc permittit Deus. Primo propter malitiam populi puniendam Iob. 34. Propter peccata populi regnare facit hypocritam. Iuſtum enim eſt vt perſeuerante filiorum malitia quos non vult pius pater ex toto abdicare, perſeueret & flagellum eius. Vnde Herodotus recitat lib. 2. quòd cum Cheopes & Chebrenes duo reges Aegypti centum & 6. annis regnaſſent ſuper Aegyptum exercendo tyrannides maximas, & eis ſucceſſiſſet Micerinus filius eorum, qui abhorrens eorum geſta populum libertate donauit quæſitum eſt à Deorum oraculis quantum viueret iſte rex, reſponſum eſt ꝙ ſex annis. Et cũ quæreretur ſe propter iuſtitiam diutius debere viuere? Reſponſum eſt ei iterum ꝙ malitia populi exigebat, vt centum & quinquaginta annis tyrannide regerentur.

*I Tyrannus. Quod tyranni leguntur plus uixiſſe quã boni reges & quare.*

Secundo propter loci in quo regnãt naturam, ſcilicet mundi. quia 1. Io. 5. Totus mundus in maligno poſitus eſt. i. in malo cupiditatis igne ſituatus. Inflammatur eñ totus mundus illo peſſimo igne, & quia iuxta naturales venenoſa animalia ĩ igne durant ut Salamandra, non autem animalia vtilia. ideo nõ eſt mirum ſi mali in hoc mundo malè ignito diu durant & nõ ſancti homines. Serpentes enim diuiſi & interciſi adhuc viuunt. & ſic vix occidi poſſunt, ubi cito moriuntur vtilia animalia. Tertiò propter diuinæ iuſtitiæ æquitatem, quæ hic librat ſingulorum merita. Quia enim mali aliqua de genere bonorũ hic faciunt, vt nihil boni habeant in alio ſeculo; ideo hic diuturnitate temporis recompẽſantur. Bonorum vero bona in alio ſeculo cõpenſabuntur. Ideo ex iuſtitia Dei hic pauca eorum mala temporis breuitate vt plurimum puniuntur. & hoc etiam eſt ex miſericordia Dei, ut citius ad ſuorum laborum præmia perueniant. & mali tardius ad pœnas. Eccleſiaſt. 7. Iuſtus perit in iuſtitia ſua & impius multo viuit tempore.

*K Paries. Quod ad triplicem parietem ſe conuertit Ezechias & quare.*

Tria fecit Ezechias miſericordiam Dei prouocantia. Primò ad parietem ſe conuertit. ſecundo fleuit, tertio orauit Ad triplicem parietem ſe conuertit, ad lapideũ materialẽ, ad carneum ſenſualẽ, ad luteũ ſpiritualem. Ad materialẽ ſe cõuertit ꝓpter duo. Primo ad conſiderandum ne quid in eo componendo & ædificando furti fuerit additũ, quia Abacuch. 2. Lapis de pariete clamabit, ſcilicet in die iudicij contra ædificantes de furto. Iſte autem multa conſtruxerat ædificia. 2. Paralip. 32. Principes autem de rapinis ſolent parietes caſtrorũ & palaciorum ſuorum ædificare. Secundo ad ſe recolligendum. Oculus enim diſperſus in varia facile vagatur. ideo communiter qui ſe recolligere volunt ad intẽtę de aliquo meditãdum, ſe cõuertunt ad aliquẽ parietem.



parietem. Vnde cũ voluit Iacob adorare. Gen. 48. ſe conuertit ad caput lectuli, vt attentius oraret. Secundò ad parietem ſenſualem & carneum. Primò ad prudenter conſiderandum debilitatem, fragilitatem, & ruinas ipſius parietis. de quo Pſal. Tanquam parieti inclinato. ſ. ad caſum mortis, & maceriæ depulſæ. ſ. ad aliquam malam inclinationẽ. Semper enim noſtræ ſenſualitatis paries pendet ex aliquo latere, id eſt, ad pronitatem alicuius mali. hoc autẽ reparare oportet ne ex toto labatur in malum ad quod inclinatur. Eſt eñ iſte paries medians inter nos & cœlum, vel infernũ, & quãcito rumpitur, vel frangitur paries iſte, immediate anima aſcendit in cœlum, vel deſcendit in infernum, aut in purgatorium. Vnde prudẽter Ezechias ſe conuertit ad parietem iſtum, ad cuius modo ruinas & miſerias cõſiderandas non libenter ſe conuertunt reges & principes, & ſi ſæpe illas cõſiderarent, non ita põpaticæ incederent. Secundò ad aperiendũ oſtiũ & feneſtras parietis ei qui muſitat ad oſtiũ & feneſtras pro ingreſſu. Iſte eſt Chr̃s de quo Canti. 1. En ipſe ſtat poſt parietẽ reſpiciẽs ꝑ feneſtras. ſ. ſi ingrediatur per eas. ſ. ꝑ auditum verbi Dei, vel per viſum cõpaſſionis proximi &c. Sed modo magis aperimus feneſtras iſtas morti quã vitæ, Diabolo quã Chr̃o, cõcupiſcentiæ male & detractionibus quã verbo Dei & ſanctis deſiderijs. Hier. 9. Aſcendit mors ꝑ feneſtras. Similes ſtulto illi qui clauſit oſtium apportãti ſibi aurũ & argentũ, & aperuit ei qui ſibi attulit caſeũ mollẽ.

*L Paries. Quare ſe conuertit Ezechias ad parietem uitiorum.*

Tertiò ad parietẽ luteũ & fetidum vitiorũ ſe conuertit. Primò ad cõſiliandum ex quot & ex quãtis lapidibus & quã leproſis. i. ex quot & quantis uitijs & quã vilibus conſtituebatur paries iſte deſtruendus. paries eñ in quo ꝑſeuerabat lepra, deſtruẽdus erat. Leuit. 14. Secũdo ut viderit quantũ à Deo ꝑ parietẽ iſtũ diſtabat. Eſa. 59. Iniquitates vr̃æ diuiſerunt inter vos & Deũ veſtrũ. Quãto eñ ſpiſſior ẽ paries iſte peccatorũ multitudine & magnitudine, tanto chaos maius cauſat inter nos & Deũ. & quo groſſiores lapides, tãto & tẽtationes difficiliores ad remouendũ. Sic de groſsioribus & maioribus pc̃tis. Sed non eſt modo firmatum chaos iſtud ſicut in alio ſeculo ut non facile deſtrui poſſit. q̃nque enim deſtruitur vẽto Spiritusſancti vehemẽter impellente parietẽ iſtũ. ut uidemus nonnunquã in multis magnis pc̃tõribus, qui cito cõuertuntur ad dñm & viuũt poſtea in magna pn̄ia. Eſa. 25. Sp̃us robuſtorũ quaſi turbo impellẽs parietẽ, q̃nque grandi impetu lachrymarũ. ut in Magdalena apparuit, & in Petro poſt negationem.

*M Lachryma. Quibus lachrymis fleuit Ezechias.*

Ideo ſecundo fleuit Ezechias fletu magño & primo lachrymis cõtritionis, ut torrente lachrymarũ hunc luteũ vitiorum parietem deleret Pſal. Vt lutum platearum delebo eos. i. velut torrens lutum platearũ ſecũ deferens vicos purgat, ſic lachrymæ iſte oẽm vitiorũ ſpurcitiã lauant. Secundò lachrymis compaſſionis. cõpatiebatur eñ populo ſuo quẽ derelinquebat hærede improuiſum, iuxta illud in cantico ſuo. Generatio mea ablata eſt, & conuoluta eſt à me. Regno eñ ſine hærede exiſtẽte, quilibet ſibi regni diadema quærit imponere. & ex hoc multiplicantur diuiſiones & fiũt deſertæ regiones. ut patet 1. Machab. 1. de Alexandro qui ſine hærede mortuus regnum diuiſit in plures portiones, & ex hoc multiplicata ſunt mala in terra.

*N Ezechias Q̃uo rex tam ſanctus auſus eſt coram Deo iuſtitiam pro ſe allegare.*

Tertiò orauit dicens, memento dñe obſecro q̃uo ambulauerim coram te in ueritate & in corde perfecto, & quod bonũ eſt in oculis tuis fecerim? Sed quæritur. q̃uo rex iſte tã iuſtus auſus eſt pro ſe iuſtitiam allegare, & in cõſpectu Dei bona ſua memorari. Tũ q̃a Eſa. 64. Oẽs iuſtitiæ noſtrę quaſi pannus menſtruatæ, & ſic indignæ Deo pñtari. Secũdo quia neſcitur ſi à charitate ſint elicite. iuxta illud Eccleſ. 9. Nemo ſcit an odio, vel amore dignus ſit. Tertio, quia ꝑꝑ hoc reprobatus eſt Phariſæus & iuſtificatus publicanus ab illo. Luc. 18.

*O Oratio. Quod tribus modis orando quis põt ſua bona recolere.*

Solutio. Quis poteſt orando bona ſua tripliciter recolere. Vno modo ex iactãtia & præſumptione. dũ quis præſumit aliquod bonum feciſſe propter quod Deus ei teneatur ad aliquam remunerationem, & illud eſt peccatum Luc. 17. Cum feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis. dicite ſerui inutiles ſumus Deo, qui bonis noſtris non indiget. Pſalmus. Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Sed bene nobis utiles qui fructum capimus ex operibus noſtris. Quid enim ſoli utilis eſt lucernæ igniculus? Vel

ideo quia præſumit ex operibus ſuis iuſtificari & dignus eſſe vita æterna, quod etiã malum eſt, quia ad Tytum.3. Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiã ſaluos nos fecit, & Roma.8. Non ſunt condignæ paſsiones huius ſæculi ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Sic orabat Phariſæus ex operibus ſuis ſe præſumens iuſtificari. Secundò poteſt quis ea recolere ad gratiarum actiones, recognoſcẽs ea ex Deo proceſſiſſe. ut ſic gratus de prçcedentibus vlteriorem gratiam impetret. Eccleſ.1. Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur vt iterum fluãt. Sic potuit orare Ezechias dicens. Memento quæſo &c. id eſt feci domine in conſpectu tuo bonum, oro te ne per temporalem mortem diſcontinues illud, ſed illud magis adaugeas, quod fecit augendo tẽpus in quo magis mœreri poſſet & bene facere. Tertiò poteſt ea recolere ad pœnæ vitationem. unde cũ dicit dominus dicite ſerui inutiles ſumus, ſubdit quod debuimus facere fecimus. Glo. quædam, ſcilicet ad uitationem pœnæ. Sic orabat. Pſalm. Feci iudicium & iuſtitiam, non tradas me calumniantibus me, & iterum: Adhæſit teſtimonijs tuis domine. noli me confundere. Sic orabãt in tribulatione ſancti veteris teſtamenti in Pſalm. Hæc omnia venerunt ſuper nos nec obliti ſumus te, & iniquæ non egimus in teſtamento tuo, & non receſſit in retro cor noſtrum & declinaſti ſemitas noſtras à uia tua. Si ſeruus ſciens & non faciens voluntatem domini ſui plagis vapulabit multis, poteſt orare ſeruus ea faciens vt talibus non vapulet plagis. Receptor alicuius dñi multarum ſibi debitor pecuniarum. cum exigit ab eo quod debet licitè petere poteſt à domino ſuo ut ea quæ pro domino fecit ſibi in ratiocinio computentur & aduouẽtur. Vnde de duobus monachis legitur quòd vnus ſcribebat omnia bona quæ faciebat alius omnia mala. Cur tam uariæ requiſiti. Reſpondit vnus mala ſcribo ut miſericordiam Dei conſiderem quæ tanta mihi donauit, ne ingratus recidiuem. Alius reſpondit bona mea ſcribo, ut Dei iuſtitiam conſiderem quæ propter vnum malũ omnium bonorum meorũ obliuiſcitur, & ſic à malo fugiã ne perdã ea. Et ſic potuit orare Ezechias ac ſi diceret. Iratus es domine prædeceſſoribus meis, quia receſſerunt à vijs tuis. & propter hoc induxiſti ſup eos mala. Memento quæſo quomodo ambulauerim &c. propterea ne iraſcaris mihi, ut me morte temporali dãnes & hærede me priues. Allegauit apud Cæſarem Auguſtũ Herodes vulnera quæ pro populo Romano pertulerat & in gratiam reſtitutus eſt. Sic iſte diuina ſententia per mortẽ à Regno priuandus allegat iuſtificationes ſuas, vt grauis illa ſententia reuocetur. Dicitur ſecundo ꝙ periculum eſt in talibus & tutius eſt non allegare hmõi bona quàm allegare. Tum quia dominus magnanimus eſt qui non vult ea quæ fiunt propter eum bona coram eo recoli, cum ea nouerit & ſcripſerit in libro vitæ, Vnde dicit Ariſto. 4. Ethic. ꝙ Athenienſes implorantes auxilium Lacedæmoniorum non dixerunt bona quæ fecerant Lacedæmonijs, ſed bona quæ ab eis ſuſceperant. Tum ſecundo, quia fragilitas noſtra prona eſt ad vanitatẽ, & quia ſordent in oculis Dei quæ in conſpectu hominum munda eſſe videntur. In vitis patrum cum ſanctus Agathon ad extrema deueniſſet cępit pauere & tremere tribus diebus ſtans immobilis & apertis oculis. Cui fratres pater vbi es? Quibus ille ad iudicium Dei ſto. At illi tu times pater? Ait ille in ueritate timeo. Cui illi non confidis pater in operibus bonis quæ feciſti? Quibus ille nequaquam. Quandiu vixi in mandatis Dei iuxta vires ambulaui, ſed lõge alia ſunt Dei & hominum iudicia. Tertiò dominus ſententiam reuocauit. Quia enim ſe cõuertit Ezechias ad parietẽ mortis ſpiritualis, ſ. peccatorum. addidit ei dominus vitam. xv. annor. & quia cum humilitate dñm orauit, exaltauit eum liberans à manu & tyrannide regis Aſſyriorũ ipſum & ciuitatem Hieruſalẽ. Et quia cordis dolore tactus fleuit fletu magno dominus lætificauit eum nobili & in audito retrogradationis ſolis portento.

*P Oratio. Quod aſit periculoſum in oratione bona ſua recolere.*

*Feria quintæ, vnde ſupra. Sermo ſecundus.*

*A Diſponere. Quomodo ſit intelligẽdum quòd Ezechias iubetur domui ſuæ diſponere.*

DIſpone domui tuæ, quia morieris tu. Eſ.38 Si verum ſit quod vulgare eſt, ſ. quòd homo proponit & Deus diſponit. Quomodo iubetur Ezechias ſuæ domui diſponere cum hæc ſolius Dei diſpoſitio ſit? Vnde Hier.10. Scio, quia non eſt viri via eius & hominis vt dirigat greſſus ſuos. Pro ſolutione ſit prima veritas, diuina ſapiẽtia manifeſtè vel occulte omnia diſponit ſiue naturalia ſint ſiue ſpiritualia ſiue caſualia ſiue neceſſaria. Sap.8. Attingit à fine vſque ad finem fortiter & diſponit omnia ſuauiter. Suauiter quidem eo ꝙ bonos præmiat vltra condignum, malos vero punit citra cõdignum. Sap.12. Cum ergo ſis iuſtus iuſte omnia diſponis. Secunda veritas, mundus per Deum principaliter tanquam per principalem dominum diſponitur quãuis ipſo ordinante p ſubſtitutos miniſtros Angelos, ſ. cęlos voluntates hominum & adminicula maiorum ſecũdario miniſtretur. Domus enim quæ per rationem & prudentiam regitur neceſſe eſt per patremfamilias eam principaliter diſponi quãuis ſub ipſo per ſubſtitutos miniſtros ĩ minoribus gubernetur. Eccleſiaſtes.3. Cũcta bona fecit in tempore ſuo, & mundum tradidit diſputationi eorum. Tertia propoſitio Deus principaliter hominem diſponit ad finem ſuum qui eſt æterna beatitudo, homo uero ſub Deo ſecundario & minus principaliter. Patet nam ſolus Deus infundit gratiam ſine qua non eſt diſpoſitio ad gloriã, quia Pſal. Gratiam primo & deinde gloriam dabit dñs. Actus eñ actiuorum, ut dicit Philoſophus ſecundo de anima ſunt in patiente diſpoſito. Sicut eñ ad hoc ꝙ forma introducatur in materiam neceſſe eſt ꝙ antea diſponatur, ſic ad gloriam neceſſe eſt animam prius diſponi per gratiã, & ad eam Deus ſimiliter præparat hominẽ dando ſapientiam tanq̃ lucernam qua ſibi cognoſcat vtilia. Sap.19. Sapientia diſpõ legis eſt, legis. ſ. naturalis eam clarificando. Secundò dando legem diuinam tanq̃ regulam ad rectificandũ tortuoſa. Act.7. Accepiſtis legem Angelorum, i. nũciorum & pręedicatorum qui eam maſticant & diſponunt vt a populo ſuſcipiatur, & tribulationes immittendo, ut per eas tanq̃ ferulis & malleis dilatetur capacitas noſtri interioris hominis ad tantũ gratiæ & glorię donum ſuſcipiendũ Sap.3. In paucis vexati in multis bene diſponentur. Homo uero his donis ſe præparat & diſponit ſi eis bene utatur & non abutatur. Vt igitur p̃parare ad gratiam ualeamus noſtræ conſcientiæ domum ad matrem gratiæ recurrentes dicemus Aue.



*B Conſcientia. Diſpoſitio domus conſcientiæ difficilis eſt propter tria.*

Hæc diſpoſitio domus conſcientiæ plurimum difficilis eſt pp tria quæ ſolent diſpoſitionẽ domus impedire. Primũ eſt grauis infirmitas. Secundũ eſt grandis occupatio. Homo quippe infirmitate detentus naturali declinat ad ſuas neceſſitates naturales, ita ꝙ ad ſupernaturalẽ finẽ ſe erigere vix poteſt & plus infirmitate peccati & mala conſuetudine detinetur. Sed & occupationes exteriores eũ impediunt Pſal. Aduerſũ te teſtñ diſpoſuerunt tabernacula Idumęorum & Hiſmaelitæ. Fuit Edõ. i. Eſau guloſus & deditus neceſſitatibus corporis, & Hiſmaelitę magni negociatores erant & negociationibus occupati. Hi ſæpe cõtra Deum & finem ſuum debitum ita diſponunt voluntatẽ ſuã ad ſeruiendũ ventri, vel exterioribus negocijs, ꝙ ſæpe ẽ eorum extranea voluntas. Audiui multos tales qui cũ perueniunt ad extrema, de nullo alio loquuntur niſi de negocijs ſuis, & de ſalute nihil. Ita eñ fixerunt mẽtes in talibus ꝙ ad ſuæ cõſcientiæ diſpoſitionẽ nullatenus ſe conuertere pñt. Tertiũ impedimentũ eſt indiſpoſitio familiæ domus cõſcientiæ, quæ vel nimis parum, uel nimiũ ſe exercet in diſponendis rebus eiuſdẽ. Sicut eñ difficilè eſt inuenire cuſtodiam ſi cuſtodiendi ſint ipſi cuſtodes, ſic & diſpõnem ſi diſponendi ſunt diſponẽtes. Virtutes aũt per quas diſponit animus domui ſuæ etiã ipſe diſponẽdæ ſunt ne ſilueſcant & in malũ deuient. Sicut eñ in ipſis cauendum eſt ne quid parũ, ita & ne quid nimis. Quod bene exẽplo patet, quia minuendi ſanguinis duplex eſt rõ, qualitas ſ. & quantitas, qualitas qa corruptus. quantitas, qa nimius. Nec eñ minus pniciosa eſt ſupflui tas q̃ corruptela, & ſicut nihil amicabilius humanæ naturæ q̃ ſanguis, ſic nihil conuenientius homini q̃ virtus. Virtus tñ q̃nque minuenda eſt. Audiamus medicũ in lege peritiſſimũ. Eccleſ.7. Noli nimium eſſe iuſtus. Eſt iuſtus qui perit in iuſtitia ſua. Itẽ in altera ſub gratia peritiorem audiamus Paulum. Nõ plus ſapere, inquit, quã oportet ſed ſapere ad ſobrietatem. Roma.12. Si igitur virtutes per quas oportet huic domui diſponere ſint diſponendæ ẽt cũ difficultate magna & dirigendæ & ad medium reducendæ ne quid parum & ne quid nimium

*C Conſcientia quæ tenuis clientuli ſunt neceſſarij ad diſpoſitionem*

mium ſequitur ꝙ difficile ē adimplere qđ ꝑ prophetã mãdatũ ē, diſpone domui &c.

*domus cõſcientiæ.*

Ad facilius huic domui diſponendũ neceſſe eſt ut ratio dña utatur quatuor cliẽtibus ſiue famulis ſuis quæ ſunt quatuor animæ paſſiones, dolor, timor, gaudium, & ſpes. Dolor quidem iam dictam infirmitatem mitigat ne impediat. Nam (ut poeta ait) dolor eſt medicina doloris. Timor occupationes vanas effugat, gaudium interius virtutes componit. Sed ſpes exequitur & omnia ritè diſponit. Infirmitas Ezechiæ ſibi dolorem ingerit. Eſaias timorẽ incutit. Orationis exauditio gaudium inducit, & ab inimicis promiſſa liberatio ſpẽ in Deum erigit. Dolor itaque in hac diſpoſitione domus Ezechiæ primus eſt clientulus. Aegrotauit enĩ Ezechias vſq; ad mortem ex cuius dolore ſequitur dolor contritionis. Eſt enim hic dolor dapifer diſponens eſcas. Primò panes apponit lachrymarum pro delictis. hic eſt panis quotidianus quem pro quotidianis noſtris manducare debemus exceſſibus quo veſcebatur qui dicebat, fuerunt mihi lachrimæ meæ panes die &c. Apponit ultra alia cibaria, ſcilicet miſeriarum noſtrarum memoriam quam manducabat qui dicebat cinerem tanquam panem manducabam. cinerem. i. miſeriam qua redactus ſum in cinerẽ. Secundo recordationem exilij & patriæ dilationem quam manducabat Iob qui dicebat antequam comedam ſuſpiro. Secũdo redeundi difficultatem quam manducabat qui dicebat. Ioh. 4. Ego cibum habeo manducare quem uos neſcitis, ſcilicet, cibum paſſionis difficilem ad maſticandum, per quam rediturus erat ad patrem. Durus eſt dapifer iſte ſed fidelis, aſper eſt cibus, ſed ſaluber. amarus eſt guſtui, ſed cum deglutitus fuerit inducabitur ſuꝑ mel. Itaq; Ezechię & cunctis pigris mittitur dolor infirmitatis, ut inducat dolorem mentis, & velocitatem boni operis. Sũt.n. multi qui de procuranda ſalute ſua ſunt pigri ſicut Ezechias de prouidenda ſalute regni. Sicut enim non curabat ex ſua negligentia prouidere regno de hærede, ita nec pigri regno Dei curant ſe hæredes prouidere, ideo neceſſarius eſt eis ſtimulus infirmitatis. Multi enim ſunt qui ſani nihil meditantur de ſua ſalute, ſed infirmi ſtatim

*D Dolor. Qũo dolor ẽ quaſi dapifer in diſpoſitione domus conſcientiæ.*

mittunt pro ſacerdote. Aliter autem pigro equo aliter ſolicito oſtenditur uirga. Pigro non ſolum oſtenditnr, ſed etiam per latera uerberatur ſolicito ſolũ oſtendit, & ſuper ipſum eleuata uirga ſine ꝑcuſſione tenetnr. Sic nunquã ad bonũ currũt pigri niſi ſemel & bis percutiatur. ſ. i bonis corporalibus, & in ſanitate, uel uerbo & flagello, nec.n. quantũcunq; teneret Moyſes uirgam eleuatã ſuper lapidem lapis dedit aquã, ſed bis percuſſus dedit aqnas in abũdantia. Cor enim durum, non virga leui, ſed flagellis frangitur. Iſidorus libro de ſummo bono. Qui blando uerbo caſtigatus nõ corrigitur, acrius neceſſe eſt arguatur. Cum dolore enim ſunt abſcindenda, quæ leniter ſanari non poſſunt. Secundus cliens requiſitus ad diſponendum domui eſt timor. Timor enim ianitor eſt, qui portas ſenſuum claudit, ne ſubintrent muſcę morientes, id eſt, peruerſæ cogitationes quas claua inferni interficit. Vigilat enim ad fores ne inter prandendum quis inimicorum ingrediatur. Nõ enim eſt magnatum domus ſecura ubi ianua omnibus eſt aperta. Mar. 13. Ianitori præcipit, ut vigilet ne ſicut Iſboſech ancilla dormiente a latronibus percutiatur in inguine, id eſt circa uentrem & ſubtus, ſcilicet luxuria, uel gula. Iſte timor inducitur ab Eſaia propheta, id eſt, a prædicatore qui mortẽ de proximo comminando timorem incutit, & ſic peccatorem a via mala conuertit. Vnde debent habere prędicatores uaſa interitus in manu eorum ſicut dicitur Ezechielis 9. ut peccatoribus ęternum interitum comminentur ſi a peccato non recedant.

*E Timor. Qualeſit officiũ timoris in domo conſcientiæ.*

Quęritur utrum conuerſio peccatoris ſit a propheta, uel prędicatore, an a ſolo Deo. Et arguitur ꝙ à prædicatore, quia dicitur Malach. 4. De Helya venturo quòd conuertet corda patrum in filios ergo prophetarum & prædicatorum eſt conuerſio peccatorum & Eſaias conuertit cor Ezechiæ regis ad dominum. Oppoſitum uidetur, quia dicitur Ezech. 36. Conuertimini ad me & ego conuertar ad uos. Sed non eſt prædicatoris aut cuiuſquam alterius conuertere Deum ad peccatorem, ſed ſolius ſuæ uoluntatis, ergo nec peccatorem ad Deum cum iſta mutuo ſe cõſequantur.

*F Cõuerſio. A quo ſit potiſsimum conuerſio peccatoris.*

Solutio.



Solutio. Dicitur primo ꝙ in conuerſione peccatoris duo ſunt. Primo cõmotio peccatoris ex terrore diuinorum iudiciorum & dolore peccatorum. Secundum eſt ſanitas animę, quæ eſt per infuſionem gratiæ quę duo hñr in Pſal. Commouiſti terram & conturbaſti eam ecce primum, & ſecundum ſequitur cum ſubditur, ſana contritiones eius, quia commota eſt. Primũ põt inducere prædicator ſecundum non. Vnde Guil. Pariſien. non eſt opus prædicatorum conuerſio peccatorum, ſed Dei. Sicut non eſt opus præferentis lucernam viſum præbere gradientibus, ſed adhibitione lucernæ viſum eorum potius adiuuare. Nec eſt afferẽtis cibum vitam præſtare, ſed quam inuenit præſtitam ſuo miniſterio cõſeruare. Sicut nec uocantium eſt greſſum quo uocati ueniant dare, nec tubarũ ſonus virtus eſt, aut uictoria præliantium, nec campanarum ſonus pſalmodia, aut deuotio orantium. Sic auditorum conuerſio nõ eſt opus docentium, aut prędicantium. Nemo enim corrigit quem Deus deſpexerit. Hęc Guillermus. Dicitur ſecundo ꝙ ꝑꝑ incuſſionem terroris ſe conuertit Ezechias, id eſt, peccator ad parietem. Ad parietem ſiquidem vitiorum vt eum conſtruat pœnitens, ut deſtruat adulator vt liniat prædicator ut ſuffodiat. Peccator multipliciter peccãdo hunc parietem ędificat de cuius ſummitate dum perficitur præcipitatur in infernum. Vnde 4. Reg. 9. De ſummitate parietis præcipitata eſt Iezabel, & mortua eſt. Iſte eſt paries in quem Saul. i. diabolus uoluit configere Dauid. i. peccatorem. 1. Reg. 18. Iſte eſt paries ad quẽ aſina attriuit pedes Balaam deſuper ſedẽtis, id eſt, caro læſit affectionem hominis hærens peccatorum cõgeriei, pœnitens uero ut Ezechias conuertit ſe, ut hunc parietẽ deſtruat, dum conſiderat manum Dei in eum ſcribẽtem mane, Techel, Phares, Daniel 5. i. iudicia ſua ex multitudine, & numero peccatorum, ex appenſione & libratione meritorũ, unde concludit in iudicio ſeparationem & diuiſionem peccatoris ab æterna beatitudine. Sed adulator linit oleo adulationis, & pingit pictura excuſationis. Similiter & mali conſiliarij qui mala magnatum & diuitum excuſant. Cõtra quos dñs. Ezechielis 13. Complebo indignationem meam in pariete, & in his quæ liniunt eum abſq; temperamẽto. Prædicator uero fodere debet parietẽ. Vnde Ezechie. 12. pręceptum eſt ei cum appareret foramẽ vnũ in pariete, ut foderet eum. Foramen peccatum eſt quod viſus eſt ꝓpheta ampliare, ut inquirat, & oſtendat quantum ſit, & quã pernicioſum, & eius circunſtantias diligenter aperiat. Vnde dictũ eſt prophetæ. Adhuc conuerſus videbis abhominationes maiores. q. d. ſi tanta ſunt quæ videmus maiora ſunt q̃ noſtros effugiunt uiſus. i. maiores abhominationes latẽt quę diligenter intuentibus, & fodientibus parietem apparent. Groſſiores. n. parietis huius lapides cõiter in terra abſcondũtur, & non apparent donec fodiãtur. Fodit ergo parietem prędicator, ut abſconditus lapis groſſus. i. groſſum peccatum appareat. Fodit vſq; ad fundum ut corruat, fodit ut in eo pariete theſaurum abſconditũ malorũ & circunſtantiarum inueniat, fodit inquã ita ut abhominationes & quantitates peccatorum oſtendat.

*G Cõuerti. Multi ſe multipliciter conuertunt ad parietem uitiorum.*

Tertius famulus ſiue clientulus eſt gaudium: Nam clauſis oſtiis ſenſuum a ianitore, timore, & peccatore ſufficienter refecto dolore, neceſſarium eſt ut aduocet animus pincernam gaudium dicens ſitio, oportet ut miſceas potũ, & tunc tria genera potuum propinat. Primum eſt infuſio gratię operantis. Secundum eſt cooperatio gratiæ ſubſequentis. Tertium eſt perſeuerantia gratiæ finalis. De primo ſcribitur in Pſal. Miſericordia eius præueniet me, ecce gratia præueniens. De ſecundo: Pſalm. Veritas mea, & miſericordia mea cum ipſo cooperando ſcilicet. De tertio. Pſalm. Et miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus uitæ meæ, hoc gaudium habuit Ezechias quando poſt fletum, & orationem ſe ſenſit exauditum, & prolongata eſt ei uita ſpacio quindecim annorum.

*H Gaudiũ. Qũo gaudium eſt quaſi pincerna in diſpoſitione domus conſcientiæ.*

Circa quod quæri poteſt utrum prolongari, uel abbreuiari poſſit terminus uitæ. Et uidetur quòd non, quia in Pſalm. Dicitur terminum poſuiſti, quem non tranſgredientur. Et Iob 14. Conſtituiſti terminos eius, qui præteriri non poterunt. Oppoſitum tamen hic dicitur. Pro ſolutione ſit prima propoſitio. In reſpectu ad humanę actionis uariationem, id eſt, ad uitam uariis moribus

*I Mors. An poſſit mutari terminus uitæ, & qũo.*

moribus compoſitam, terminus humanæ
vitæ prolongari, & abbreuiari pōt. Nam
ſicut bene vtēs beneficio recepto meretur
illud ſibi augeri, ita abutēs meretur eo pri
uari. Et ideo, quia peccator male vtitur vi
ta præſenti, meretur ſibi auferri, iuxta il-
lud quod Luc. 13. de ficulnea infructuoſa
dixit dn̄s eius cultori. Succide eā, vt quid
etiam terram occupat. Eccle. 7. Ne impie
agas multum ne moriaris in tp̄e non tuo.
Exemplum patet Gen. 6. vbi dati ſunt cen
tum xx. anni vitæ humanæ, vt pn̄iam age-
rent, ſed quia abuſi ſunt hoīes addētes ſce
lera ſceleribus, ſubtracti ſunt xx. anni inū-
dante diluuio. Et Hiere. 28. Ananias filius
Azariæ falſus propheta, quia prædixit tā-
quam ex parte dn̄i loquens reuerſionem
Iechoniç filij Ioachim cum populo ſuo, q̃
citius de captiuitate Babilonica, cuius con
trarium prophetauerat Hieremias, & con
fregit cathenas quas Hieremias in collo
portabat ex mādato dn̄i, in ſignum plenio
ris captiuitatis futuræ, dixit illi Hiere-
mias, quia confidere feciſti populū iſtum
in mendacio, idcirco hoc anno morieris,
quod impletum eſt, & paruulus natus ex
adulterio Dauid cum Berſabeç p̄p pecca
tum Dauid ante octauū diem mortuus eſt
2. Reg. 12. Econtra vita bonorum meretur
prolongari. Eccl. 3. Qui honorat patrē vi-
ta viuet longiore. Sic Ezechiæ reuertenti
ad pn̄iam additi ſunt xv. anni, & multis pa
tribus, vt patet in Gen. Conceſſum eſt diu
viuere p̄p probitatem ipſorum & vtilitatē
aliorum qui ſ͞m viam naturæ viuere non
poſſent tandiu. Et ſi quæratur quō ergo
ante diluuiū cum maior eorū pars ad ma
litiam declinaſſet poterant tādiu viuere?
Aſſignat ad hoc Nicolaus de Lyra ſuper
Gen. c. 5. & 6. plures cauſas. Prima fuit bo
nitas complexionis primorū parentum à
Deo in integritate formatorū, & ſic opti-
me complexionatorū, & per conſequēs ad
longiorem vitam diſpoſitorum. Dei.n. p̄fe
cta ſunt opera, hæc aūt bonitas magis de-
ſcendit ad hoīes propinquos illius t p̄is q̃
ad diſtantes. Secunda fuit modus viuendi,
eo q͞ tunc tēperatius q̃ nunc viuerent. Ec-
cle. 37. Propter crapulam multi perierūt.
Et ibid. 29. Initium vitæ hominis panis, &
aqua, & veſtimentū, & domus protegens
turpitudinem. Tertia fuit bonitas nutrimē
ti. Meliora.n. fuerunt terræ naſcentia ante
diluuium, quia inundatio pro maiori par-
te fuit ex aquis Oceani, quæ p̄p ſalſitatē
ſterilitatē inducunt. Quarta fuit ſcientia
Adæ, q̃ habuit perfectam in omnibus na-
turalibus vltra oēs, & ſic cognouit virtu-
tes herbarū, & lapidum quæ valēt ad vitæ
conſeruationem, & quam docuit filios, &
cuius nihil, aut parū habemus. Quinta bo
nus aſpectus ſyderum ſuper regionē illā.
Aſpectus.n. cœli multum facit ad prolon
gationem vitç. Sexta ex diuina diſpoſitio-
ne ordinante, vt per longam hoīum vitam
cito multiplicaretur genus hoīum. pōt tn̄
dici, q͞ illi tādiu vixerunt p̄p eorum probi
tatem, & vt cultus diuinus in eis p̄manens
ſeruaretur qui perierat in cæteris. Secū
da propoſitio. In reſpectu ad cauſarū ſecū
darum naturalium operat onē vita hoīs
abbreuiari, & prolongari pōt. Dr̄ autem
cauſæ ſecundæ naturales influentiæ, diſpo
ſitio aeris, cō plexio corporis, regimen vi-
tæ, &c. Sicut.n. videmus fructus meliores
& durabiliores naſci in vno loco, q̃ in alio
ſ͞m diſpoſitionem terræ, & aeris, & aſpectū
cœli ad hm̄ōi arbores, ſic ſanius & diutur
nius viuunt hoīes in vno loco, q̃ in altero
ſ͞m influentiam cœli. Vnde & de quadam
inſula circa extrema terræ dr̄ q͞ hoīes ibi
ſuauiſſimè viuunt & multum ſeneſcūt, ita
vt vix mori poſſint, niſi ad aliū locū trāſ-
ferantur. Docet ēt experientia q͞ in ciuita
te infecta peſte multi vno die moriuntur,
vbi in alia pauci. Similiter inordinatū re-
gimen vitæ vitam abbreuiat. Vnde Galie
nus athletas quorū vita, & ars ſagina eſt,
nec viuere poſſe diu, nec ſanos eſſe dice-
bat (vt refert Hieronymus) & habetur de
conſe. diſtin. 5. nec tales. Econtra regimen
vitæ moderatum vitam prolongat. Chry-
ſoſtomus. Nihil ſic ſalutē operatur, nihil
ſic ægritudinem fugat, ſicut moderata re-
fectio, & habetur de cōſecra. diſt. 5. nihil.

*I Vita. Qūo abbreuiatur aut prolōgatur uita p̄ cauſas naturales.*

Tertia propoſitio. Per reſpectum ad di
uinæ diſpoſitionis prouidentiā terminus
vitæ humanæ a Deo præfixus, nec prolon
gari, nec breuiari pōt, quia Dei præſciētia
infallibilis eſt. Contingit aūt aliquē effe-
ctum mortis vel infirmitatis, vel alterius
euentus aliter eſſe a Deo præordinatū q̃
procedere debeat a cauſis ſecundis, & tūc
eueniet talis effectus non, ſ͞m q͞ efficitur à
cauſis

*k Vita. Terminus uitæ a Deo præfixus infallibilis eſt.*



cauſis ſecundis, ſed ſ͞m q͞ eſt præordinatū
a Deo, & ſ͞m hoc intelligitur illud Sap. 4.
de immatura morte iuſti, quæ non eſt ſ͞m
cauſas ſecundas. Raptus eſt ne malitia mu
taret intellectum eius, aut ne fictio mali-
tiæ decipiat aīam illius. Et infra Placita e-
rat Deo aīa illius, propterea feſtinauit cū
educere de medio iniquitatū per mortem.
Econtra aliqn̄ cōtingit, vt patet de morte
Ezechię, q̃uis ſ͞m cauſas ſcd̄as. ſ. diſpoſitio
nem naturalem corporis, & eius demeritū
tunc contingere debuiſſet quod ei prædi-
xit Eſaias, tn̄ quia in præordinatione diui
na erat, vt ſuperuiueret adhuc xv. annis ei
ſuperadditi ſunt. Nec tn̄ Eſaias p̄p hoc di
xit falſum, quia hoc prophetauit ex Dei re
uelatione ſ͞m q͞ illę effectus erat in cauſis
ſecūdis, ſ͞m quem erat oīno mors futura.
Reuelat.n. Deus prophetis ſuis aliqua nō
ſimpliciter ſ͞m q͞ futura, ſed ſ͞m ordinem
quem habent ad cauſas ſecundas. Ideo ſi
aliter contingit, q̃ dicant non propterea
falſum dicūt, vt dicit Tho. 2. 2. Sicut ſi me-
dicus ſ͞m oīa ſigna & regulas medicinæ p̄-
dicit aliquē de inſtanti infirmitate moritu
rum, qui tn̄ non moritur Deo eum mira-
biliter ſanante. Et ſi aſtrologus prædixit
ſiccitatem, vel inundationem multam fu-
turam ſ͞m influxum conſtellationū ſi hoc
nō euenit non dicit falſum, quia loquitur
ſ͞m cauſas ſecundas quas Deus immutare
pōt vt placet. Vnde ſi quis in regio parla-
mento ad mortē ſententialiter dānaretur
quāuis ſn̄ia ſit cathegorica ſubintelligitur
tn̄ ſalua gratia regis. Sic & prophetia cō-
minatoria intelligi debet. Vnde legitur in
vita beati Baſilij, q͞ vir Dei poſitus in infir
mitate qua & mortuus eſt quēdā iudęum
noīe Ioſeph ī medicinali arte peritū (quē
vir Dei plurimum diligebat, eo q͞ ſe illum
cōuerſurum præuidebat) quaſi eius opera
indigeret ad ſe vocauit. Ille vero expul-
ſus tactu & motu in ianuis mortem eſſe co
gnoſcens dixit familiæ. Quæ ad ſepulturā
neceſſaria ſunt præparatæ, quia continuo
morietur. Quod Baſilius audiens inquit.
Neſcis quid dicas: Cui ille dixit. Crede do
mine, quia ſol cum ſole occidet, & tu cum
ſole occides. Cui Baſilius: Quid dices ſi
non moriar hodie? Cui Ioſeph. Nō eſt poſ
ſibile dn̄e. Et Baſilius. Et ſi in craſtinū vſ-
que ad horā ſextam ſuperuixero quid fa-

*Exēplum*

cies? At Ioſeph. Si vſq; ad horam illā ſu-
peruixeris, faciam quod hortaris. Tūc Ba
ſilius, licet ſ͞m naturam illico moriturus
eſſet a dn̄o tn̄ inducias impetrauit, & vſq;
in craſtinum in horam nonā vixit. Quod
Ioſeph videns & ſtupens in Chriſtum cre-
didit. Baſilius aūt virtute animi imbecilli-
tatem ſuperans corporis de cubiculo ſuo
ſurrexit, & eccleſiam ingrediens ſuis eum
propriis manibus baptizauit. Poſtea vero
ad lectum ſuum rediens, & ſpiritū ſtatim
Deo faciliter reddidit. Quarta propo-
ſitio quāuis in diuina præordinatione cer-
tus ſit, & determinatus terminus vitæ no
ſtræ tn̄ certis ex cauſis voluit eum dn̄s no
bis hunc eſſe incertū. Primo, vt homo vi-
uat purius, quia ſ͞m Cyprianum, Qualem
te inuenit dn̄s cum vocat, talē te iudicat.
de pœni. diſtin. 1. nunquid. ſtultum aūt eſt
viuere in illo ſtatu, in quo nollet mori q̄s,
& cum de momento in momentū hoc poſ
ſit accidere, ratio debet vrgere ad purè vi
uēdum p̄p hm̄ōi incertitudinem. Vnde ait
dn̄s. Eſtote parati, quia neſcis diē, neq; ho
ram. Secundo, vt homo operetur cōmu
nius, & per conſequens vtilius. Si.n. ſciret
homo in breui ſe moriturū a multis bonis
deſiſteret, quæ cedunt in vtilitatē aliorū,
vt ſibi ſoli vacaret, quod tn̄ non congrue-
ret. Vnde cuidam ſancto viro cum reuela-
ta fuit ei mors ad certum tp̄s futura dictū
eſt ei. Age quod agis, operare quod opera
ris. Grego. in dialo. & in homil. Tertia rō,
vt conuerſetur homo humanius. Si.n. quis
ſciret ſe diu victurū proſequeretur odia,
& vindictas & iniurias. Et ſi ſcirent hoīes
ſe cito morituros multi nimis melācolicæ
viuerent, & alios ex hoc amaricarēt & at-
tediarent. Duæ primæ rōnes ſunt Thomæ
in ſumma. Quartus clientulus ſiue fa-
mulus eſt ſpes, quæ cubiculum domus ſter
nit quaſi dicens patrifamilias. Surge, ſatis
ediſti, veni cuba, quieſce. en tria lectiſter-
nia tibi paraui. ſ. ſanctorum cōionem, car-
nis reſurrectionem, uitam æternam. Poſt-
quam.n. quis de pace conſcientiæ ſuæ gau
det, ſtatim debet per ſpem erigi ad ea quæ
ſunt æterna. Ad quod valet adiutoriū cō-
munionis ſanctorū, quæ in duobus conſi-
ſtit. ſ. in cōione ſuffragiorum, & in cōione
euchariſtiæ. Ad cætera duo ſpes terminat
& finitur. In j. recubat paterfamilias cum
proximo

*L Vita. Tribus ex cauſis noluit dominus incertum eſſe nobis terminum uitæ.*

*M Spes. Qd ſpes parat homini tria lectiſternia.*

proximo dum cõicant in ſuis operibus. In ij.recubat anima in corpore ſuo dum cõmunicat ſuis dotibus. In iij. requieſcit in Deo dum fruitur ſuis amplexibus. In j.requieſcit Dauid cum AbiſacSunamitę;nec eam cognoſcit, quia cum eccleſia requieſcunt ſancti in vita præſenti,nec tñ ſentiũt quantũ fructus ex ea percipient,ſciẽt autẽ poſtea.In ij.requieſcit Iacob in terra peregrinationis ſuæ, & exinde Deum reſpicit. Sic.n.reſumet homo carnem ſuã peregrinationis,& in carne ſua videbit Deum. In tertia dormit in Deum ſponſa, & cor ſuũ ad eum vigilat, vt eum perpetuo contẽpletur. In j.dormit totus homo i eccleſia militante. In ij.dormiet in eccleſia reſurgente.In iij.dormiet in eccleſia triumphante. Propter cõmunionẽ ſanctorũ obtinet Ezechias ciuitatis Hieruſalem protectionem, & ſui de manu Aſſyriorum liberationem. Protegam (inquit dñs ciuitatem hanc pp me,& pp Dauid ſeruum meum.Ecce meritum Dauid ad liberationẽ ciuitatis communicatum. Propter ſm quaſi ſuſcitatur a morte imminente Ezechias, & obtinet vitam xv.annorũ. Propter tertiũ ſol iuſtitiæ qui eſt vita æterna in figura deſcendit in horologio noſtræ humanitatis x.lineis, nouem lineas ordinum angelorũ pertranſiens, & decimã lineam, decimam.ſ.ouem perditam ſibi aſſumẽs,& propriis humeris eam ad vitæ æternæ paſcua reportans.

*N*
*Oratio. Si liceat bona ſua in oratione coram Deo recitare.*

Sed quæritur qnomodo Ezechias bona ſua narrat coram Deo? Dicitur quòd licitum eſt recitare bona ſua, non vt nos eleuent, ſed vt in aduerſis nos releuẽt conſiliando,vt patet in Iob,qui dicebat. Oculus fui cæco,& pes claudo,&c.Aut ad cõmouendum terribilem iudicem ad miſericordiam dicit reus bona quæ fecit, vt cõparatione malorum ſuorum,quæ ſunt punitione digna ea reſpiciat, quæ ſunt præmij retributiua,vt hic in Ezechia. Aut ad perſuadendum auditoribus,vt ſuæ acquieſcant doctrinæ, & per bona opera ſua, quæ enarrat euacuet iniuriam ſibi impoſitam, licet enim ſanctæ vxori de adulterio accuſatæ dicere ſe eſſe probam mulierem, ſicut patet in Paulo ſcribente Corinthijs bona quæ fecerat. Quęre plura de hac quæſtione in fine ſermonis præcedentis.

*Feria quinta, vnde ſupra. Sermo tertius.*

*A*
*Diſponere. Quare diſpoſitio diuina eſt infallibilis, humana uero fallibilis.*

DIſpone domui tuæ, quia morieris. *Eſa.38.* Alia eſt diuina, alia humana diſpoſitio.Nã diuina infallibilis eſt. Vnde in collecta dr̃.Deus qui in ſua diſpõne non fallitur.Humana vero fallibilis.Et rõ eſt,qa oculi prouidentiæ humanæ breues ſunt ad videndum,nec de longinquo vident, ideo ſæpe falluntur. Oculi aũt dñi de lõge ꝓſpiciunt. Iob.29. Ideo nunquã falluntur. Sunt.n.qui proponunt diſponere de ſtatu animæ ſuæ, & cum diligentia diſponunt. de quibus Pſal. Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarum. Hi ſunt qui ſic animæ ſuæ diſponunt, ꝙ de virtute in virtutẽ aſcendunt. Alij ſunt qui tunc incipiunt diſponere dum moriũtur, proponunt enim diſponere, ſed morte præuenti non diſponũt Pſal. In illa die peribũt oẽs cogitationes eorum.ſ.de diſponẽdo. Vulgo dr̃. Qui non facit qñ põt non facit qñ vult, ideo de talibus dr̃ Iob.36. Moritur in tempeſtate anima eorũ. turbantur.n.tales in morte,ſed iocundus homo qui miſeretur & commodat,qui miſeretur aĩæ ſuæ placens Deo.Eccl.30.Et de ſua miſericordia de bonis ſuis cõmodat proximo. talis diſpoſuit ſermones ſuos in iudicio examinandos, ſermones inquam cordis, oris,& operis.hæc.n.oĩa voces ſuas habent, talis & ſi ad horam mortis, qñq; terreatur, in ęternum tñ non cõmouebitur.Vt ergo nobis & domui noſtræ bene diſponamus, ad eam recurramus per quam diuina ſapiẽtia cuncta indiſpoſita bene diſponit Mariã.ſ. virginem eam ſalutantes,& dicentes Aue.

Hic quæri poſſet. An quod mandatum eſt regi Ezechiæ per prophetam nos concernat, vt iubeamur ſimiliter domui noſtræ diſponere.Et quis fuit tam audax regi talia noua dicere. Vtinam eſſent modo multi Eſaiæ, qui prælatorũ & principũ domos non vererentur ingredi,& eis inſinuarent iniquitates ſuas, & ꝙ domui ſuæ diſponerent. Arbitror quiſquis eſſet ille ꝙ ei fieret ſicut Eſaię fecit Manaſſes.Is enim Manaſſem arguẽs impietatis & idolatriæ, falſo pp ea accuſatus de hæreſi tãdẽ iuſſu eius ſerra ſectus eſt. Pauci vero,aut nulli ſunt tales qui ſe opponant murum pro domo Iſrael,& qui libere loquantur. Sufficit(vt dicũt)ꝙ ſcriptura eis loquatur.Si.n. nihil



nihil immutent de malitia ſua ꝓpter ſcripturam ſacram,nec id facient propter eorum exhortationem.

*B*
*Diſponere. Quatuor hortãtur de domo ſua diſponere ante mortem.*

Pro ſolutione huius quæſtionis ſit.Prima propoſitio. Hoc mandatũ per Eſaiam regi Ezechiæ ex perſona Dei annunciatũ, oĩbus præcipitur.Mar.13. Quod vni dico (ait dñs)oĩbus dico vigilate. Et regula iuris. Quod oẽs tãgit ab oĩbus debet approbari. Hoc.n.oẽs a minimo vſq; ad maximũ tangit. Oẽs itaq; diſponere debẽt domui ſuæ ante diem mortis,vt ſecure mori valeant.Primũ ad hoc nos cogere debet periculum. Tranſituri.n.periculũ de quo certi ſunt,de tranſitu eius cito prudenter diſponunt vt cautius pertranſeant.Mors corporalis paſſus eſt periculoſiſſimus, generalis oĩ ætati,ſexui,& regioni,vt nõ ſit in terra ita generalis cõſuetudo,ſicut moriendi,& tã periculoſus eſt paſſus iſtæ, ꝙ ſi quis incaute tranſeat irreuocabiliter actũ eſt de vita ſua. Aliqui hunc paſſum trãſire volũt dormientes.quibus dñs.Mar.13.Vigilate, quia neſcitis diem,neque horam, pp quod orabat. Pſal. Illumina oculos meos, vt videre valeã periculũ quod imminet mihi, ne vnquã obdormiã in morte,ne dormiendo in peccato aliqñ dicat inimicus ꝑualui aduerſus eum.Fatuus eſſet nauta qui expectaret gubernare nauẽ ſuam vſquequo in periculum incidiſſet. Secundo ad hoc nos hortatur diuina iuſtitia, quæ maxime circa finẽ hoĩs inuigilat ad eum iudicãdum. Vnde Grego.lib.29.Moral. Deus extrema vitæ noſtræ plus iudicat.Scriptũ eſt enim. Dñs iudicabit fines terræ. Tanto ergo impenſius vltimis noſtris inuigilat, quãto in ipſis pendere initia vitæ ſequentis penſat. Vnde ſæpe peccatores iuxta finem cõuertit.Hæc Grego. Sicut.n.videmus ꝙ qui ludit ad ſcacos quãdo ſubtiliter per totum luſerit ſi faciat verſus finem ludi vnũ malum tractum, totum perdit quod ſic facit qui circa mortẽ male operatur, & ſe prudenter antea non diſponit. Tertio ad hoc nos mouere debent eorum exempla, qui fine ſui,& ſuorum diſpoſitione ab hac vita miſerabiliter defecerunt. Tales.n.nobis in ſpeculum proponuntur. Sicut.n.non fit ſpeculum de ſilice viuo,& creſcente in terra,ſed de puluerizato. Sic nec oportet capere exemplar in male viuẽtibus,& male operantibus dum viuunt, ſed dum puluerizantur quomodo ab hac vita miſerrimè exierunt. Pſal. Hoc labor eſt ante me, ſcilicet videre malam vitam eorũ. Donec intrem in ſanctuarium Dei, & intelligam in nouiſſimis eorum, qũo in miſeria magna mortui ſunt. Ad hoc hortatur Iacobus Iac.vlt. Exẽplum accipite fratres exitus mali,ut faciamus quod faciunt inuitati ad magnum feſtum, ſolent enim in ſpeculo reſpicere ſe,vt ſi quid appareat turpe emundetur Sic euntes ad æternum conuiuium coram totius mundi multitudine, faciamus nobis ſpeculum de mortuis per quod conſideremus nos ſicut ſcriptum eſt Ezechiel.33.Tulit ſpiritus vnum de nouiſſimis ſuis, & conſtituit eum ſpeculatorem. Speculator enim eſt, qui populum hortatur vt vigilet imminente periculo. Sed pro ſe pauci ſunt ſpeculatores, nec vigilant quouſque excitentur per mortem. Quarto ad hoc mouere nos debent ſacræ ſcripturæ præcepta,& monitiones ſanctorum. Pſalm. In diebus meis inuocabo, & non expectabo in nocte mortis quãdo inuocandi non erit tempus. Bernard. Miſer homo, quare omni hora non tè diſponis, cogita te mortuum, quem ſcis de neceſſitate moriturum. Si Noe centum annis archam fabricauit, in qua ſe ad horam a temporali morte ſaluaret, quantomagis archam,id eſt, animam toto tempore vitæ noſtræ debemus pręparare,ut mortem æternam poſſimus euitare? Eſt enim uita noſtra quaſi naufragium, & eſſe noſtrum quaſi momentaneum, ideo in hoc corpore nũquam debemus eſſe ſecuri, maxime cum horam illam vltimam neſciamus,ut omnis hora ſit nobis ſuſpecta. Sicut ſi tibi apponerentur plures panes, & in uno illorum venenũ eſſe ſcires, & ignorares quis eorum eſſet.quilibet eorum tibi eſſet ſuſpectus. Auguſti. Latet vltimus dies, ut obſeruentur omnes. Faciamus ergo iuxta ſcripturæ præceptum, quæ mandat in uerbo Domini diſpone domui tuæ, &c.

*C*
*Exẽplũ. Exempla male morientium sũt quaſi ſpecula ad bonũ.*

*D*
*Conſcientia. Propter*

Secundo dico, quòd quadruplici domui debemus diſponere ſapienter ante mortem,ſcilicet domui conſcientiæ, domui corporis,domui familiæ, & q̃ futurã expectamus domui æternæ. Primo igitur diſponere

*Tria debemus prouidere domui conſcientiæ noſtræ.*

diſponere debemus domui conſcientiæ,in qua debet homo manere,& quieſcere, iuxta illud Pſalm.Conuertere anima mea in requiem tuam Bonus paterfamilias inuitę valde relinquit domum ſuam in die ſolenni.Sic.n.conſueuit dicere, dies ſolénis eſt non poſſum relinquere h ſpitium meum, ideo dicebat Ioã.Apo.1. Fui in ſpiritu.ſ. meo,dñica die.Multi ſunt tñ velut hiſtriones domum ſuã in hmõi diebus derelinquentes velut de muliere nequam dr̃ Prouer.7.ꝙ non valet in domo conſiſtere pedibus ſuis. Hanc.n domum malum eſt derelinquere. Primo pp inſidiantiũ hoſtiũ multitudinem, qui ſubito eam ingrediuntur & ſpoliant. Luc.10. Homo quidã deſeendebat ab Hieruſalem in Hierico,& incidit in latrones. Secundo pp tpis dati ad operandum perditionem. Eccle.7. Non tę prætereat particula dici bonæ. Tertio pp vitandum amicorum ſcandalum & oſtenſionem.i.ſanctorum & angelorũ. Bernar. Vereor ne noſtram deſidiam qñq; abhorrentes cũ indignatione recedant,& vnuſquiſque noſtrum cito cum gemitu dicere incipiat. Longe feciſti notos meos a me, poſuerunt me abhominationē ſibi.Modus aũt puidēdi huic domui eſt, primo ipſam

*F*

*Conſciã. Modus prouidendi conſcientiæ.*

a ſordibus mundare. Pſal.Lauabo per ſingulas noctes.i.ſingula peccata, lectũ meũ, id eſt,conſcientiã meam. Vel per ſingulas noctes ad literam,quia dum homo per totam diem exterioribus vacauit per ſingulas noctes in lecto ſe recolligēs, dum oculi amplius ſpacium non hñt vagandi,facile cogitat quæ per diem cõmiſit, uel omiſit,& ea lachrymis abluit. Vnde Ezechias dum dictum eſt ei,vt domui ſuæ diſponeret ſe conuertit ad parietem vitiorũ ſuorum. Vitia n.ſi ante mortem emortua nõ fuerint, animam exeuntē dæmonibus tradent.Sap.4.Traducent eos ex aduerſo iniquitates eorum. Non.n.ſecurus exit de ciuitate qui inde exit inermis, & impotens cum hoſtibus ſuis. Inde eſt, ꝙ ante mortē iuxta vires debet quiſq; a vitiis ſe exonerare.Cõiter dr̃ ꝙ bona uita ad bonũ, mala uero ad malũ finem perducit. Secundo oportet eam ornare uirtutibus.Non.n.ſufficit a malo recedere, ſed ēt oportet bene operari.1.Mach.4.Ornauerunt faciē templi.i.cõſcientiã coronis aureis.i.moribus precioſis.Fatui ſunt qui negligunt ſe præparare uſq; in diem mortis, ut fatuus eſſet qui in die ſolēni uellet indui ueſtibus nouis,& negligeret eas præparare uſq; in diē feſtiuitatis.Vnde inuitatus ad nuptias (qa hora competenti ſibi de ueſtibus nuptialibus non prouidit) ligatis manibus,& pedibus miſſus ē in tenebras exteriores.Mat. 20. Et fatuis uirginibu negligēter ſibi de oleo, miſericordiæ prouidentibus dictum eſt neſcio vos,& clauſa eſt ianua. Vnde in Pſalm præceptum eſt.Declina a malo pp primum,& fac bonum pp ſecundũ.Tertio ſic perſeuerare uſq; in finem. Quia qui perſeuerauerit uſq; in finē hic ſaluus erit. Abacuc.2.Super cuſtodiã meã ſtabo bene ſe cuſtodit qui hic in via amicos ſuos cuſtodit, uirtutes.ſ.& opera bona, & præcipue Chriſtum. Si.n.ſaluatorem per amorem ſecum habuerit moriēs, ſecurus inde exire poterit Pſal. Si ambulauero in medio umbræ mortis,&c.Væ ei qui tunc ſaluatorem non habuerit amicũ.In neceſſitate illa plus ualet amicus in platea, q̃ aurũ in arca.Sicut.n pedes ad certum locũ quo corpus iræ afficitur portant, ſic amor ad partē ſeu locum quē dilexit moriens trahit & in ipſo reponit,iuxta illud Eccl.11. Si ceciderit lignum ad auſtrum.Glo.quãtum ad ſaluandos, aut ad aquilonē.Glo. quo ad dãnandos,in quocunque loco ceciderit ibi erit.Hinc huius trãſitus,& trãſlationis aſſignatur cauſa.1.Ioh.2.Trãſlati ſumus de morte ad vitam, qm̃ diligimus fratres.Et ſequit̃. Qui nõ diligit,manet in morte.Secunda domus cui prouidēdũ eſt, eſt domus exterior.ſ.corpis,& huic ĩ trib. puidēdũ eſt,ſm illud Eccl.33. Cibaria &

*F*

*Corpus. In tribus prouidendum eſt corpori noſtro.*

virga,& onus aſino, panis & diſciplina, & opus ſeruo.Sicut.n.ad aſini prouiſionē requiritur cibus pro vita,virga ne pigreſcat pro diſciplina, & onus pro exercitatione, ſic ad bonam corporis diſpoſitionē & regimen requiritur primo ſobria cibi, & potus miniſtratio, ne in uarios morbos incidat,quia(vt dr̃ Eccl.37.)pp crapulã multi perierunt, & qui abſtinens eſt adiiciet uitam,& multi ita intendunt corpori ſuo, ꝙ de anima ſua non curãt, & cum appropinquant ad portas mortis,de corpore,& corporis ſanitate, & nihil de anima ſoliciti ſunt.Contra quod prouidere debent fideles



*G*

*Mors. Quõ hortari debent amici & medici, & ſacerdotes morientem.*

lés amici infirmũ uiſitantes,hortãdo eum ut de uita ſua recogitet, & componat cũ Deo quem irritauit antequam ad eũ accedat,quia infirmitas ipſa non eſt, niſi nuncius mortis indicãs hoĩem eſſe mortalem. Secundo hoc deberēt medici infirmo ſuadere antequam corporalia apponãt remedia,quia Deus non mittit principaliter infirmitatem, niſi pp animæ ſanitatem pp quod prius intendit animæ ſanitatē q̃ corporis,medici aũt debēt ſuam uoluntatem diuinæ conformare,& ſi aliter faciunt,male agunt.Si.n.erga patiētes ſuos,ita ſe ſemper haberent, ut hortarentur eos primo mederi animæ q̃ corpori,tunc infirmi eorum conditionem agnoſcentes, non inde terrerentur & multorũ prodeſſent ſaluti. Debent.n.dñm Ieſum medicorum principem imitari, qui primo infirmorũ animabus demum corporibus medebatur, quærebat.n.ab eis cõiter fidē, quæ eſt animæ vita,iuxta illud Abac.1.Iuſtus ex fide uiuit.Tum ēt,quia ſanitas animæ, & quietatio eius interior, multum iuuant medicũ ad inducendam corporis ſanitatē. Homo enim qui conſcientiam peccati habet, agitatur interius terroribus,& timoribus, & triſtitia uehementi,quæ oĩa melancoliam inducunt,pp quæ indiſponitur corpus,qñ uero anima ab his quietatur,ſecura & hilaris,tunc facilius conſequitur ſanitatem. Tertio dico,ꝙ ſacerdotes,& amici infirmi debēt eos primo monere bonis uerbis nõ multum dantibus ſpem uitæ, nec ēt ex toto auferentibus,dicendo ei. Amice uos eſtis in diuina diſpoſitione,neſcitis quid de vobis intendat dñs, uos citius ſanabimini in corpore ſi ſanus fueritis in anima,ideo diſponatis domui ueſtræ. Si naũt non attēdat ad eos, clare dicere debēt diſpone domui tuæ,quia morieris tu,& nõ viues. Et quia multi ſunt, qui dum uiuerent incolumes non conſueuerunt diſponere domui ſuæ,durum eſt eis iſtam intelligere lectionem.Sunt.n.ſicut piſcis qui in aquis multũ bene ſe ſcit dirigere & prouidere,extra vero non. Sic forte tales in temporalibus & mundanis ſibi ſciunt prouidere ſed in exitu vitæ neſciunt ſuę conſciētię prouidere, quia non didicerunt,& tunc difficile eſt diſcere pp inſtantia impedimenta doloris, & timoris mortis. Secundo neceſſaria eſt corpori diſciplina pœnitentiæ, per quã in ſeruitutem redigatur. Diues qui fecit pontem ſumptuoſum,ponit ibi pedagiũ, quod neceſſe eſt ſoluere tranſeuntes per eum, Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorum bonorum Hebr.9.i.pontem faciēs ad futura bona percipienda,pontē fecit pñiæ ad expenſas ſuas. Dum.n.pontem iſtum inchoauit,cœpit contriſtari, & męſtus eſſe ideo ponit pedagium pñiæ,quod neceſſe eſt ſoluere tranſeũtes ex hoc ſæculo.Hoc ſoluebat pedagium qui dicebat. Tota die cõtriſtatus ingrediebar.Et bene tota die nõ expectans finem mortis,quia pons pñiæ cito leuabilis eſt.in morte.ſ.pp quod non tranſiens qñ põt non trãſit qñ vult. Apo.2. De Iezabel meretrice dr̃.Dedi illi tēpus pñię, & non vult pœnitere a fornicatione ſua,& ſequitur. ecce ego mittam eam in lectũ.ſ. mortis. Oportet ergo nunc corpori diſciplinam pñiæ miniſtrare, quia tunc cũ morietur non erit tempus diſciplinæ. Tertio requiritur, ut ante tempus mortis portet onus mãdatorum Dei abſq; murmurę dicens illud Pſal. Sine iniquitate cucurri, viam.ſ.mandatorum Dei & direxi.Debet tñ ita diſcrete abſtinentiis, & oneribus dirigi,ut tñ cõtinuo operibus bonis uacare poſſit,non nimis onerando aſinum ſuum. Scimus.n.Deum velle nos conſeruare uitam noſtram, non tñ utendo incantationibus, uel ſuperſtitionibus,uel tranſgreſſione alicuius præcepti Dei, uel eccleſiæ, ēt ſi per hoc mors uitaretur, quia inde mors animæ ſequeretur. Dicit.n. Augu.24.q.3. ſi habes.Quod ſi una anima pereat, innumerabilis corporum mors huic dãno comparari non põt. Sed homo debet hoc facere cauendo a contrariis ſanitati ſuæ utendo medicinis ſm artem, habitãdo in locis ſanis,ſubtrahēdo ſe ab infectis locis. Hoc enim cuilibet licitum eſt cum nullo iure prohibeatur,niſi quis eſſet curatus in loco peſte infecto. Talis.n.non poſſet deſerere plebem ſuam pp peſtem, niſi de uicario idoneo prouideret, & in caſu ēt extremę neceſſitatis corporalis, uel ſpiritualis ubi alij non adeſſent, teneretur quilibet infirmum iuxta uires ſuas iuuare non obſtantę peſtis infectione. Tertio debet diſponere ſuæ tertiæ domui quæ eſt familia. Primo eam recte gubernando,dirigendo, & corrigendo.

*H Teſtamẽtum. Quomodo fieri debent teſtamenta & legata.*

rigendo. Propter hoc enim percuſſus eſt Hely morte ſubita, quia familiam ſuam peccatis obnoxiam remiſſe correxit. Secũdo in teſtamento memoriam primitu. de anima ſua faciendo, ordinando ſuffragia pro ea ſi ad hoc temporalia ſufficiant. Nã vbi temporalia non ſufficerent ad ſoluenda debita, vel ad neceſſitatẽ familię, dimittenda eſſent ſuffragia. Bernar. Diſponis legata, conſulo quòd ſolui mandes ſeruitoribus & debitoribus magis, quã ſacerdotibus. Sed multi ſunt qui in finè luce diſcretionis carent, propter quod peſſime de anima ſua diſponũt. ex vna parte uxor ex alia parte liberi aut conſanguinei veniunt ad lectulum infirmi, quærentes quæ ſua ſunt non infirmi ſalutem ſed magis cõtrarium. de quibus Michee. 7. Inimici hominis domeſtici eius. i. cõſanguinei, & tũc miſer homo non quæ animæ ſuę ſunt cogitat & diſponit, ſed ad conſanguineos cogitatio tranſit. Durum enim eſt ei vxorẽ & filios & alios quos inordinate dilexit deſerere. Vnde Aug. de ſero pęnitente ait. Quem morbus vrget & pœna terret, ad veram vix veniet ſatisfactionem. maxime cũ filij quos illicite dilexit ſint præſentes & vxor & mundus ad ſe vocent. de pę. di. 7. nullus. Nam frequenter ex inordinato amore filiorum, potius volunt perdere animam quam aliena reſtituere ne pauperes remaneant. Vnde de quodam vſurario in infirmitate conſtituto dicitur. quod cum filii monerent eum ad reſtituendum, reſpondit quòd ſi hoc ageretur ad hoſpitale eos ire oporteret, & ſic ſine reſtõne moritur, tunc vnus filiorum totam partẽ ſibi contingentem reſtituit & Dei ſeruitio ſe mancipauit. Alter vero retinuit ſuam partem mundanis deditus, & Paulo poſt mortuus eſt. Quadam die dum oraret qui reſtituerat, vidit terram apertam & in cẽtro ignem inferni, ibique iacere filium ſuper patrem, alterumque alteri maledicere. pater filio maledicebat eo quòd propter eũ illicite bona acquiſiuerat nec ſatisfecerat. Filius patrem, eo quòd talia malè acquiſita ſibi dimiſerat. Coanguſtant autem tales domeſtici morientem, ita vt vnus ſibi quærat tantum legari. alius tantum & tota eorum ſolicitudo eſt de lana, non de anima. Aliquando etiam incipiunt euacuare arcas, vidente infirmo non parum inde anguſtiato. Volentem etiam de ſuis diſponere non permittunt, nec etiam ſinunt ingredi doctum virũ, ne forte ſibi faciat cõſcientiam de reſtitutione, vel elemoſinis pauperibus dandis, immo decipiunt eum ſæpe dicentes eum cito eſſe ſanandum cũ tamen ſit in periculo. Ideo bene dicitur. Hier. 9. Vnuſquiſq; a proximo ſuo caueat & in omni fratre ſuo non habeat fiduciã, quia omnis frater ſupplãtans. propter qđ conſulitur vt vxores & liberi a lecto infirmorum longe ſint, ne videntes eos animæ ſuæ obliuiſcantur. Tertiò ordinando legata & teſtamenta componendo. quod teſtamentum quinque uirtutibus muniri debet Primo diligentia. Ber. in quadam epiſtola. Diſponere debes ante morbum. Nã ſenex ſæpe fit infirmitatis ſeruus, & ſeruus teſtari non poteſt. Liber ergo teſteris, antequam ſeruus efficiaris. hæc Ber. Vis enim doloris tunc impedit hominem, ne de alio cogitare poſſit. Aut propter vehementiam morbi tunc deficit eis intelligẽtiæ lumen Aut propter malam conſuetudinem quia ita temporalibus hęrent ꝙ de diſponendis legatis nulla volunt verba audire. Ita enim ſibi iſta corporalia incorporant immo incordãt, quòd neceſſe eſt eos inde mori præ nimia conſtipatione. Tales enim uix poſſunt purgari, nec laxantur niſi cum violentia amaritudinis maximè & fortitudine medicinę. ſ. mortis quæ amara eſt homini iniuſto & habẽti pacem in ſubſtantijs ſuis. Mors enim egeſtionem facit & expulſionem ſuperfluorum & eorũ quæ diu iniuſte retinuerũt, tunc enim reſtituũt quando amplius differre non poſſunt. Sũt enim ſimiles his qui dum pendent in patibulis præ dolore egerunt, ſic dum ad inferni patibulum per mortem ducuntur, ſuperflua deponunt, aliena reſtituunt, & legata pauperibus diſponunt. Secundò debet muniri humilitate. Sunt enim quidam qui magis ad pompam magna in teſtamẽtis ſuis ordinant legata ut diuites & magni reputentur, & ordinant magnas ſibi præparari exequias, & forte non habent unde ſoluere debita, melius eis eſſet nullũ facere teſtamentum. Aug. enim, quia nihil habuit teſtamentum non fecit. Tertio muniri debet diſcretione. Primo vt animam



ſuam hominibus diligentibus Deũ, & non ſeculum & res ſeculi fiducialiter cõmittat. Bernar. in eadẽ epiſtola. Committe animam tuam diligentibus animam ſuam. Pſal. Diſpoſui teſtamentũ electis meis. Sæpe contingit, ꝙ tales accipiant executores qui eorum cito obliuiſcuntur. & nihil inde faciunt, ſed omnia ſibi appropriant. propter quod neceſſe eſt eos multo tẽpore in anima luere, qui uiuentes in pauco tẽpore diſcretè & prouide ſibi ordinare potuerant. Quarto debet muniri pietate, ut conſtituat legata per operibus pijs, ut pro pauperibus & ſeruitoribus ſuis. In quo ſũt amici & conſanguinei præferendi ſi ſimili paupertate laborent, & hoc agant non ſolum pietate naturali, ſed propter Deũ moti, & ut orent pro anima ſua. Multi enim ſunt qui per totam vitam ſuam de ſua anima non fuerunt ſoliciti, ſed mundanis ſemper occupati, ideo ad mortem properantes ſecundum ſuam conſuetudinem & affectionem ſolitam ſolũ de muudanis cogitant & loquuntur, & vix diuerti poſſunt, vt de anima ſua pro modico tempore ſolicitentur. Ad hoc eſt cuiuſdam vſurarij exemplum qui cum teſtaretur & multa multis amicis ſuis largiretur & nihil ordinaret ꝓ anima ſua, dixit ei curatus ſuus qui pſens erat. Amice memor eſto animæ tuæ pro qua nihil diſponis. At ille, bene dicitis domine, ego eius pœnitus oblitus eram. Auguſti. Hac animaduerſione percutitur peccato, ut moriens obliuiſcatur ſui qui dum viueret oblitus eſt Dei. Prouer. 13. Lucerna impiorum extinguetur. Sicut enim in curijs magnorum dominorum datur candela pro equo parando, pro cenando, & pro cubando & famulus partem candelæ conſumit in præparatione equi, reſiduum in comedendo, ludendo, & bibendo, ita vt cum deberet cubare extinguitur candelã & ſic cubat in tenebris. Sic multi partẽ lucernæ diſcretionis ſibi datæ à Deo expẽdunt in equi. i. corporis præparatione. ſ. in veſtium ornatu, aliã in cibo, potu, & delicijs, ita ꝙ in nocte mortis hora cubationis deficit eis lumen prudentiæ & ſe neſciunt regere, neque de ſalute ſua prouidere. Vnde media nocte fatuæ virgines quæruntur ſuas eſſe lucernas extinctas. Matth. 25. Ideo in morte pñt dicere illud Iob. 17. In tenebris ſtraui lectulum meum. Faciamus ergo ſicut prudentes virgines, vt cum media nox mortis venerit lampades noſtræ oleo nunc repletæ non extinguantur. Et ſicut diſcreti viatores quos ne tenebræ noctis cõpræhendant, feſtinãt eundo & laborando. ſm illud Io. 12. Ambulate dũ lumẽ habetis ne tenebræ mortis vos cõprehendant. Sunt tñ aliqui qui teſtamẽta condunt ad exercenda opera pia ſed legata ordinãt ſuper rapinis & ſacrilegijs, quemadmodum fecit quidam capitaneus nomine Bruſach, qui quaſi mortẽ habens in faucibus capellã inſtituit fundari ſuꝑ primo incurſu ſiue cõgreſſu quẽ facerẽt ſui milites ſuper pauperes agricolas & ruſticos, quod ita factũ eſt, & ijdem milites poſt mortẽ eius impetũ fecerũt in ꝑdictos à quibus maximã prędam reportãtes eam ad capellã illam fundandam pro ſalute animæ ſuæ dedicauerunt, quæ adhuc (vt dr̃) manet vſq; in hodiernum diem. De quibus dr̃. Eccl. 24. Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperis, quaſi qui victimat filium ante patrem.

*I Diſponere. Quomodo debemus de æterna domo diſponere.*

Quinto muniri debet charitate relinquẽdo uxori & liberis pacẽ & concordiã Parũ enĩ eſt eis relinquere hr̃ditatem niſi Xp̃i exẽplo ẽt eis relinquat̃ pax mutua. Nõ enim Xp̃us vineas & domos ſuis diſcipulis, ſed pacẽ dereliqt. Diſſentiũt enim ſæpe pro taliũ diuiſione, & diuiſio hr̃ditatũ cãt in eis diuiſionẽ aĩorum. Sunt enim ſicut canes iurgantes ad vnum os rodendũ. Quarto diſponere dẽt de quarta domo de qua. Eccl. vlti. Ibit hõ in domũ ęternitatis ſuę. Primo eã ædificãdo exẽplo illius uiri religioſi nomine Deus dedit de quo Grego. 4. dyalo. c. 37. Hic calciamenta ſolebat operari de quo vir qdã ſanctus ꝑ reuelationẽ vidit quòd domus eius ædificabatur in cœlis, ſed in ea conſtructores ſui ſolo die ſabbathi videbantur operari, qui eiuſdem uiri poſtmodum ſubtiliter vitam requirens comperit quòd ex his quæ diebus ſingulis labore ſuo acquirebat quicquid ex victu & veſtitu ſupereſſe potuiſſet die ſabbatho ad Beati Petri eccleſiam deferre conſueuerat & pauperibus erogare. Si enim homo in vita præſenti non ſibi prouideat de hoſpicio in alia male hoſpitabitur. Bernard. O anima mea domum habes, ſed cito caſura eſt, & niſi tibi prouideris vento & pluuiæ

pluuiæ exponeris. Hæc itaque domus per miſericordiam ædificatur Eccleſ.16. Omnis miſericordia faciet vnicuique locum ſecundum numerum meritorum. Et non ſolum miſericordia ædificat domum æternitatis, ſed etiam per eam graditur homo in cœleſtibus. Ambroſiu. Sola miſericordia comes eſt defunctorum. Tranſitus ad illã domum eſt periculoſus ideo ſicut peregrinus in extranea patria plena latronibus ſolicitè cogitat quomodo ſecurè per conductos ſtipendiarios tranſire poſſit, ita neceſſe eſt nos eadem de periculi mortis euaſione per pauperes ſtipendiarios cogitare. Secundo per timorem hanc domum ſolicite cuſtodit homo. Apo.3. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Eccl. 1. Timenti Deum bene erit in extremis, & in die defunctionis ſuæ benedicetur. Eccl. 27. Si non in timore domini inſtanter te tenueris, cito ſubuertetur domus tua. Ad quam, &c.

*Sermo x. in ordine, & quartus feriæ quintæ.*

*A Cẽturio. Quomodo fides centurionis fuit magna.*

N*On inueni tã tam fidem in Iſrael. Math. 8.* Magna laus pro homine bellatore. tales & ſi fidem habeãt principi terreno paucam tamen aut nullam Deo, quod probãt eorum geſta & præclara facinora. Et ſi forte dixiſſet dominus de iſto. Centurione ꝙ in comparatione ad bellatores Iſrael non inueniſſet tantam fidem, nulla foret difficultas, ſed abſolutè viſus eſt dixiſſe. ideo quæritur vtrum hoc ſit uerum. Et videtur ꝙ non, quia Patriarchæ & ꝓphetæ qui lõge ante incarnationem fuerunt, ſine miraculis & q̃nque vſque ad cõfuſionem mortis crediderunt, hic autem Chriſti auditis miraculis. Maiorem ſimiliter habuerũt fidem diſcipuli, qui omnibus relictis ipſum in paupertate ſecuti ſunt. Maria etiã, quæ ad verbum Angeli ineffabile & ſeculis inauditum incarnationis myſterium credidit, quę etiam tantæ fidei fuit. vt in morte filij ſui velut lampas magna quæ à vento non extinguitur, illuxerit, ubi Centurionis & aliorum velut candelæ lumen vento tẽtationis tunc currentis fides extincta eſt.

Solutio. Primo dicitur ſm Hieronymũ. ꝙ dñs de præſentibus & viuentibus nõ de præteritis loquebatur, niſi forte in ſenſu allegorico intelligeretur ꝙ in Cẽturione fides gentium præponeretur, quaſi præcellens fidem priorum. Dicitur ſecundo ſm Bedam. ꝙ loquebatur præſentibus quibus fides Centurionis anferebatur, quia illi legis & prophetarum monitis edocti erant, hic autem nemine docente ſponte credidit. Dicitur tertio ſm Chryſoſtomum. Si volumus fidẽ Centurionis fidei Apoſtolorum præferre, tunc dicendum ꝙ vnũquodque bonum ſm qualitatem hoĩs laudatur. Ruſticum enim dicere aliquid ſapiẽter magnum eſt, quod non eſſet mirum de Philoſopho. Sic & ibi. Non enim erat æquale Iudæum credere & Gentilem. Dicitur quarto ꝙ non inuenit fidem tàm publicæ declaratiuam diuinitatis & humanitatis Chriſti ſicut iſtius Centurionis. Licet enim Petrus eum confeſſus fuerit filium Dei, hoc tñ fuit in occulto, ꝓpter quod prohibuit poſtea ne cui dicerent. & licet glorioſiſſima mater Dei ſine comparatione maiorẽ fidem habuerit, non tñ confeſſio fidei eius erat ita aperta & declaratiua corũ q̃ ſunt fidei ſicut iſtius Centurionis. Dicitur quinto ꝙ iſtud põt intelligi ꝙ non inuenit tantam fidem in Iſrael quantum ad operationem miraculi, quia in toto Iſrael non inuenit tantam fidem in aliquo, ad cuius petitionem faceret miraculum. & tunc nec de Apoſtolis eſt difficultas qui nondum miracula à dño petierant, ſed nec Beata virgo, ad quam ſalutandam dicemus Aue. Quia in Euãgelio fit mẽtio de curatione cuiuſdã paralitici à Xpo dño. Iõ circa hãc curationẽ morbidi ſm textum Euangelij. Primo faciemus mẽtionẽ de ſolutione medici. Secũdo de curatione ægroti. Aliter n. eſt in medicis corporalibus, aliter in ſpiritualibus. In corporalibus, ut cõius expectant ſolutionẽ poſt curationẽ, in curatione aũt ſpũali econuerſo, oportet enim primum ſoluere medico & poſtea ille ſanat ęgrotũ. Soluere autem eius conſtat in fide Iuſtus. n. ex fide uiuit. Abac. 2. in prima pte oſtenduntur quatuor denarij quos dedit Centurio pro ſeruo ſuo ſanando. Primus eſt oratio deuota. Secundus confeſſio integra. Tertius humilitas ſyncera. Quartus fides excellentiſſima.

*B. Medicus. Differentia medici ſpiritualis à corporali.*

Primo igitur Chriſto domino orationem deuotam offert. Nam cum intraſſet Ieſus Capharnaum acceſſit ad eum Centurio rogans eum. Erat enim deputa



deputatus à Romanis ad cuſtodiam Galileæ. Sed hic oritur quæſtio, quia Mattheus dicit ꝙ per ſe acceſſit ad Ieſum rogãs cũ. Lu. vero. 7. dicitur ꝙ miſit ſeniores Iudæorum? Reſpondeo tripliciter. Primo, quia ſm Ariſtotelem. 8. Ethicor. Quod ꝑ amicos facimus per noſmetipſos facimus, ideo ſatis ipſe rogabat qui ꝑ alios rogabat. Secundo dici põt ꝙ cũ longe eſſet Ieſus à domo ſua, miſit ad eum ſeniores eo eñ ꝙ Gentilis erat, per ſe venire diffidebat. ſed cum domui appropinquauit tunc venit ad eum & per ſe rogauit. & Matthæus primũ prætermittens ſecũdum adiecit. Tertio dici poteſt ꝙ in perſona propria venit cum ſenioribus, ſed verbum commiſit eis ideo primum verbum fecerũt, & ille poſtremo.

Dicitur ſecundo ꝙ non ſine cauſa ſeniores miſit ad dominum. Primo vt oſtenderetur ꝙ ſacerdotes & miniſtri Dei debent eſſe medij inter Deum & populum, & propinquiores eſſe Deo, & pro populo loqui, & ad dominum intercedere. Sed ſæpe plus diſtant ipſi ſacerdotes à Deo q̃ populus. hoc apparet, quia iſte Centurio qui erat homo Gentilis & bellator acceptior erat Deo q̃ illi. Secundo oſtenditur ꝙ quantũcunq; mali ſint ſacerdotes q̃diu tolerant, eis honor & reuerentia debetur à ſubditis, propterea licet iſti mali eſſent tamen voluit Centurio eos venerari ut eos intercesſores ſuos cõſtitueret. Dicitur tertio ꝙ in oratione quã domino pro Centurione allegauerunt duorum memorati ſunt, ſcilicet dilectionis in proximũ. Diligit enim gentem noſtram. ſecundo pietatis in Deũ. vnde ſubditur. Et ædificauit nobis ſynagogam, ad oſtendendum ꝙ opera pia extra charitatem etiã facta, multum iuuãt, ut homo ſe ad ſalutem diſponat. Secũdo offert confeſſionem. Nam per internuncium mittit dicens. Domine puer meus iacet paralyticus in domo & male torquetur. hoc eſt domine in cuius poteſtate eſt morbus & ſanitas mors & vita, puer meus. i. ſeruus quẽ puerũ vocat à dilectione, & familiaritate, contra eos qui ſuos dedignãtur famulos, iacet in domo paraliticus, contra inhumanos dominos qui de domo ſua eos expellunt infirmos & ad hoſpitale mittunt. Et male torquetur. Ex qua cura & ſolicitudine Centurionis debemus diſcere commiſereri ſeruis noſtris & ſubditis, & curam gerere de eis. Et ſecundum Chryſoſt. Centurio infirmitatem tãtum exponit, ſed remedium ſanitatis in poteſtate eius dimiſit. Per ſeruum iſtum iuxta Centurionis confeſſionem conuenienter deſcribitur peccator in quinque. Primo tãgitur peccatoris fatuitas quãtum ad intellectũ cum dicitur puer meus. Puer enim res ſm valorem nõ appreciatur, ſed ſm ſuam ſenſualem voluntatem pluris enim æſtimat pomum quam aurum. 1. Cor. 14. Nolite effici paruuli ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote. Eſa. 65. Puer centũ annorum morietur, & puer c. annorum maledictus erit. Secundo deſcribitur fatuitas, quantum ad affectum cum dicitur iacet. Iacens enim toto corpore tãgit terram, quod faciunt qui toto corde temporalia quærunt. Trer. 2. Iacuerunt in terra foris ſenex & puer, cum tñ hominis ſtatura ipſum cœleſtia non mundana appetere debere oſtendat. Sunt enim ſimiles ſerpentibus terrã diligentibus & eam ſibi incorporantibus. Gen. 3. Terrã comedes. Tertio deſcribitur imbecillitas bene agendi quantum ad effectum ibi, paraliticus. Paralyſis enim eſt læſio in parte ſenſitiua, quia tales ad bonum ſunt imbecilles & ad malum fortes ſicut aſinus. Zacha. 11. Oculus eius dexter obtenebreſcens obſcurabitur, & brachium eius ariditate ſiccabitur, habent enim partem qua appetere debent cœleſtia læſam, ſed non illam qua terrena quærunt. Quarto deſcribitur correctio Chriſtianorum quantum ad exemplum cũ dicitur, in domo. Cadauer enim hominis, vel animalis ſi diu ſit in domo, alios corrumpit, ideo tollitur à domo. Micheæ. 2. Propter immundiciam eius corrumpetur putredine peſſima Ideo de domo, ut Deus putridus de ore, abijciendi ſunt. Sic in domo ubi mulier, uel uir fornicatur, tota familia ad exemplum eorum ſimili vitio cõmuniter inficitur. Sic in domo vbi ſtatus grandis per ſuperbiam augetur, etiam uſque ad ſeruos minimos communiter iſte ſtatus pompaticus ſerpit. Quinto deſcribitur inutilitas eius quantum ad profectum cum dicitur, & male torquetur. Qui enim propter Deum affligitur bene torquetur. Micheæ. 1. Infirmata eſt in bonum quæ habitat in Marach. i. in amaritudinibus. Exinde

*C Peccatũ. Quinque conditiones peccatoris.*

inde enim ſequitur gaudium, quia Io. 16.
Mulier cum parit triſtitiam habebit, quia
venit hora eius. Cum autem peperit, iam
non meminit præſſuræ propter gaudium,
quia natus eſt homo in mundum. Sed qui
pro mundanis quærendis torquetur, male
torquetur, quia ſine fructu. Sap. 1. Laſſati
ſumus in via iniquitatis & perditionis, &
ambulauimus vias difficiles, uiam autem
domini ignorauimus. Quid nobis profuit
ſuperbia, aut diuitiarum iactantia quid cõ
tulit nobis? Tranſierunt enim omnia velut
umbra. Vidi æquidem multos pro benefi-
cijs litigare & torqueri mente & poſt ipſa
diſcurrere quæ dum cum magnis ſumpti-
bus & laboribus & vexationibus obtinue
runt, immediate mortui ſunt. nullum inde
laborum ſuorum fructum ferentes. Poſt
confeſſionem vero rite factã mouetur do
minus ad curandum ægrotum. Pſal. Sana
domine contritiones eius, quia commota
eſt. Poſt commotionem enim morbi in cõ
feſſione dominus paratus eſt eum ſanare.
ideo ſubdit, ego ueniam & curabo eum.
Et ſi dicatur quòd dominus non uenit ad
eum, nec intrauit ad eum, & ſic non imple
uit quod dixit. Dicitur quòd uenit poten
tia ſaluandi non præſentia corporali, nec
dixit quòd intraret domum, ſed quòd ve
niret per viam euntem in domum. In quo
docemur ſm Chryſo. non colere magnos
& contemnere modicos, ſed pauperes & di
uites ſimiliter honorare. Alij medici dedi
gnantur viſitare pauperes, hic autem non.
ſm Hiero. hic legitur feciſſe quod non ali
bi. vbique enim ſequitur voluntatem ſup
plicantium, hic autem præſit, quia non
ſolum curare promittit, ſed etiã ire ad do
mum dicens. Ego veniam & curabo eum, *D*
fœlix cui dicet dominus in morte. ego ve *Infirmi-*
niam & curabo eum. Ab hac tñ curatione *tas.*
quatuor modis impeditur Chriſtus. Pri *Quatuor*
mo quando infirmus ſe ſanum eſſe credit. *impediũt*
vt qui bene credit incedere, per uiam, non *Chriſtũ,*
quærit eam, quamuis deuiet. Sic licet talis *ne curet*
infirmetur ad mortem, non tamen quærit *ægrotum.*
auxilium, nec ad medicum recurrit. Tales
ſunt qui nec doctis prædicantibus, nec con
feſſoribus de ſua conſcientia credunt ſed
ſibiipſis. quibus in perſona Phariſæorũ di
cit dominus. Non eſt opus valentibus me
dicus. i. valere putantibus. ubi glo. Vos de-
clino, quia vos egere non putatis. Vnde &
freneticus infirmitatem non ſentit, quam
uis mortaliter infirmetur. Ideo dicit Apo
ſtolus. Nihil mihi conſcius ſum, ſed non
in hoc iuſtificatus ſum. Eccleſ. 5. De propi *E*
ciatu peccatorum noli eſſe ſine metu. Po *Morbus.*
teſt enim aliquid latere quod ignoras. id- *Quod pe*
eo ſi uis curari à domino & audire ab eo, *riculoſũ*
ego veniam & curabo eum, agnoſce infir- *ſit celare*
mitatem tuam, & ne extollaris de iuſtitia *morbum*
tua. nec confundas proximum male de eo *peccati.*
iudicando aut detrahendo. ſicut fecit ſu-
bus Phariſæus.

Secundum impedimentum eſt, quia mor
bum non vult reuelare. Ideo præcipieba
tur in lege q leproſi ſe oſtenderent ſacer
dotibus, & mirum eſt, quia non eſt ita in
decens membrum quod non oſtenderetur
medico pro percipienda ſanitate, & tamẽ
multi peccata celant eligentes potius peri
re in anima & corpore quàm reuelando
curari Eccleſiaſt. 18. In tempore infirmita
tis oſtende conuerſionem tuam. Erubeſcẽ
tia enim magna eſt pars pœnitentiæ, & ef
ficaciſſima medicina ad ſanandum pecca
tum. Tertium eſt quando nimis tarde re
uelat. Pſal. Quoniam tacui inueterauerũt
oſſa mea. Sicut patet de gutta inoſſata quę
tolli non poteſt ſed eſt hæreditas perpe-
tua. Sunt enim multæ infirmitates quæ in
principio curari poſſunt, ſed inueteratę
nunquam. Sic multi cum peccare cœpe
runt ſi ad confeſſionem recurrerent, faci
le à peccato cauerent, ſed cum per tres,
vel quatuor annos in peccato per conſue
tudinem morantur, uix aut nunquam cu-
rantur. Poeta. Principijs obſta, ſero medici
na paratur. Cum mala per longas conua
luere moras. Hierem. 13. Si mutare poteſt
Ethiops pellem ſuam & pardus varietates
ſuas, ita & vos poteritis bene facere cum
didiſceritis malũ. Si enim haberet quis ſa
gittam in corpore ſuo, non differret vſque
ad Paſcha vulneris curationem aut medi
cum vocare.

Quartum impedimentum eſt, quando
non vult dietam à medico aſſignatam ob
ſeruare. Deus Adæ dietam vnam impo
ſuit, ſcilicet non comedere de ligno ſcien
tiæ boni & mali, quia inflabat. Non enim *F*
eſt ſanum quod inflat ſicut Piſa. 1. Cor. 8. *Medicus*
Scientia inflat, & hoc intelligitur de mun *Quo ne-*
dana.



*ceſſaria* dana. Sed quia noluit eam obſeruare mor
*eſt dieta* tem incurrit ſpiritualem, ideo. Eccleſ. 18.
*a ſummo* dicitur. Honora medicum pp neceſſitatẽ.
*medico* Medicum honorat qui ſuo conſilio dietãs
*impoſita.* acquieſcit, & quantum eſt de ſe inhono-
rat qui dietam ab ipſo impoſitã obſeruare
negligit. Ideo de multis conqueritur dñs
tanquã medicus contẽptus. Prouer. 1. De
ſpexiſtis oẽ conſiliũ meũ. Et ſequitur ego
quoq; in interitu ueſtro ridebo. Sicut cũ
quis non vult credere conſulẽti, & de hoc
ſibi male accidit ſolet ſubſannari a conſu-
lente. Sed dicet aliquis quæ eſt dieta quã
dñs nobis impoſuit? Dico q dñs vnã dietã
cõem oĩbus impoſuit. ſ. obſeruationẽ præ-
ceptorum decalogi, vel præceptorũ dile-
ctionis Dei, & proximi, & hoc ſi vis viue-
te. Matth. 19. Enumeratis præceptis dr̃ hoc
fac & viues, & ſi nolueris per contrarium
morte morieris. Sed eſt ſpecialis dieta q̃
iniungit confeſſor ſm exigẽtiam peccati,
& pœnitẽtis, puta cum dicit lubrico. Ieiu-
na in pane & aqua, & ſic de aliis, & hanc
obſeruare debemus, qa ſalutifera eſt. Sed
dices ſocij mei me ſubſannarent, ſi vinum
non biberẽ, & ſi non facerẽ ſicut ipſi. Dico
q ſi in oculo patereris, & medicus corpo-
ralis diceret tibi, perdes oculum ſi come-
deris allia vel biberis vinũ, non habes, ita
bonum amicũ pro quo dietã talem infrin-
geres, & pro ſalute aĩę & corporis abſtine
re non vis ad conſiliũ medici ſpiritualis,
pp quod Luc. 16. dicitur. Filii ſeculi huius
prudẽtiores filiis lucis in generatione ſua
ſunt glo. generatione carnali, i. ad carnẽ
cuſtodiẽdam potius quã aĩam. Tertio ob- *G*
tulit centurio dño oblationẽ humilitatis. *Humili-*
Nam cũ dñs appropinquaret eius domui *tas. Quod*
centurio cogitans eius maieſtatẽ, & ſuam *humili-*
infirmitatem acceſſit ad eum rogans ne ad *tas apud*
eum accederet dicens, dñe noli uexari. Nõ *Deũ im-*
enim ſum dignus, ut intres ſub tectũ meũ, *petrat.*
quia pp gentilis uitæ conſcientiã timebat
offendere Chriſtum quem credebat Deũ,
ſi corporali præſentia intraret ad eũ. Sed
ſm Auguſt. dicendo ſe indignum ſe præ-
ſtitit dignum non intra cuius parietes, ſed
intra cuius cor habitaret Chriſtus, & ad
maiorem ſui humiliationem ſubiunxit,
pp quod & meipſum non ſum arbitratus,
ut uenirem ad te, ſed internuncios miſi p
me. Sic. n. humiliter recognoſcens ſuã in-
firmitatem in comparatione tantæ maie-
ſtatis meruit exaudiri, quia ſm Pſal. Reſpe
xit dñs orationẽ humilium, & non ſpreuit
precem eorũ, & propterea ſæpe dr̃ iſta oro
ab eis qui corpus dñicum recipiunt. Multi
aũt eam dicunt utinam ſicut ore, ita & mẽ
te. Recitat cancellarius Pariſien ſuper Ma
nificat de recluſa quadam quæ cum ab ea
quæreretur qualis eſſet, & qualem uitã ge
reret, reſpondebat ſingulis ad eam veniẽ-
tibus ſe nihilum eſſe ſummã peccatricem
indignã pane, & terræ habitatione, & pp
hoc ibidem recluſam eſſe. Contingit aũt
ſemel a feneſtra ſua abſentari, & tunc qui
eam deſiderabãt alloqui ab ancilla ſua pe
tierunt cuius uitæ erat eius magiſtra. At il
la reſpondit, ſicut a magiſtra audierat q
erat peſſima peccatrix, & indigna terrę ha
bitatione. At recluſa audiens furibũdo ani
mo mentiris, inquit, miſera non ſum ego
ſicut aſſeris hæc. n. corde, & corde locuta
erat, aliter ore, aliter mente ſentiẽs. Quar *H*
to obtulit fidẽ cum ſubdit, ſed tñ dic ver- *Fides.*
bo & ſanabitur puer meus. Magna fides q̃ *In quo ap*
cito credit q in Deo ſit idem facere quod *paruit*
dicere, & q ſolo uerbo hoc poſſit oſtẽdit. *magnitu-*
Nam inquit ego homo ſum ſub poteſtate *do fidei*
habens milites ſub poteſtate quidem alio *centurio-*
ri. ſ. imperatoris uel millenarij cõſtitutus, *nis.*
habens ſub me centũ milites, & dico huic
mihi ſubiecto vade & uadit, & alio ueni,
& uenit ad negocia implẽda, & ſeruo meo
dico fac hoc, & facit ſine reſiſtẽtia. Ex quo
ſic vult concludere a minori. Si ergo ego
qui ſum potentiæ modicæ, & maiori ſubie
ctus poteſtati ſolo uerbo operor per mini-
ſtros meos, & poſſum imperare inferiori-
bus meis multomagis, tu qui es Deus cui
omnes poteſtates ſeruiunt qui es dñs om-
nis morbi, & uitæ & mortis poteris ſolo
uerbo ſeruum meum curare mandãdo in-
firmitati quam miſiſti, ut recedat. Nec ne-
ceſſe eſt te corporaliter fatigari. Poſuit au
tem iſte centurio ſolummodo maiorem,
ſeu fundamentum rationis ſuæ, nec com-
pleuit eam, quia hoc ſufficit quando quis
loquitur uiro perito. Sicut ſi quis uolens
formare ſillogiſmum ponat ſolum mino-
rem in qua eſt tota uirtus argumenti. Au-
diens dominus uerba centurionis nõdum
elementa doctrinæ fidei aſſecuti admira-
tus eſt, id eſt, admodum mirantis ſe ha-

buit & vultū mirantis oſtendit, ut nos in beneficijs Dei mirari & laudare doceret. Augustinus. Omnes tales motus qui de Deo dicuntur non perturbati animi ſunt ſed documenta magiſtri, ideo collaudās eum dixit ſe ſequentibus. Non inueni tantam fidē in Iſrael. Ex cuius fide occaſione accepta concluſit & prædixit vocationem gentiū, & econuerſo reprobationem Iudæorum dicens: Amē dico vobis ad exemplū iſtius multi venient ab oriente & occidente, i. ex omni parte mundi, vt dicit Auguſtinus. & hoc per fidem, & recumbent cum Abrahā Iſaac & Iacob quibus facta eſt repromiſſio in regno Cœlorum. Filij vero regni huius vocatione non electione, promiſſione non conſecutione, ſua non Chriſti reputatione eijcientur à viſione Dei in tenebras exteriores in noctes æternæ damnationis quæ ſunt ſm Gregorium cæcitas mentis, & dicuntur exteriores, ut dicit Iſidorus, quia ignis gehennæ lucebit miſeris ad miſeriæ augmentum ut uideant vnde doleāt non ad conſolationē, vt uideant vnde gaudeant. Et ibi erit fletus oculorum ex fumo & calore ignis, eo q̄ mors intrabit per feneſtras, & ſtridor dentium ex frigore. vel de hoc q̄ ſero pœnituerint de peccato. In quo oſtenditur tormentorum magnitudo. Et dixit Centurioni, vade & ſicut credidiſti fiat tibi. q. d. ſm Rabanum. ſm fidei tuæ menſuram fiat tibi & ſanatus eſt puer verbo Chriſti ex illa hora. ut fidem Cēturionis per experientiam monſtraret exauditam. In quo conſiderandum quantum vnicuique valet fides ſua, quando tantum valuit aliena. Nam propter fidem Centurionis eſt puero ſanitas reddita, & propterea in fide parentū & amicorum inoleuit apud Chriſtianos cōſuetudo, quòd baptizantur Chriſtiani paruuli quāuis nullum habeāt rationis vſum.

*Sermo 11. in ordine, & quintus feriæ quintæ.*

*A*
*Cēturio. De tripli ci centurione à Deo commēdato.*

D*Omine non ſum dignus vt intres ſub tectū meum Matth.* 8. Triplicem in nouo teſtamento legimus à Deo commendatum Centurionē. Vnum prędicante Chriſto in terris. Secundū moriente Chriſto in tormentis. Tertium regnante Chriſto in cœlis. De primo fit mentio Matth. 8. & Lucæ. 7. De. 2. Matth. 27. Marc. 15. & Luc. 21. De tertio Actu. 10. Primus teſtificat̄ Dei omnipotentiam dicens dic tantum verbo & ſanabitur puer meus. Secundus diuinā maieſtatem prædicat in infirmitate dicēs verè filius Dei erat iſte. Tertius eius immenſam bonitatem imitatur in eleemoſynarū largitione. Primus ædificat mortuis lapidibus ſynagogam. Secundus mirādæ fidei doctrina coędificat eam. Tertius ſeipſo & ſuis familiaribus tanquam viuis lapidibus nouam Dei conſtruit eccleſiā. Primus obſeruat infirmantem puerū ſolicitus de ſua ſalute. Secūdus obſeruat crucem & de diuinis myſterijs diſputat & iudicat acutæ. Tertius obſeruat vitæ ſanctimoniā & vim faciens Deo cœlos ſua penetrat oratione propter quod ad tria iuxta horum trium formam vult Deus ordinari bellatores milites.

*B*
*Miles. Quomodo debēt ordinari milite: iuxta formā triū centurionum.*

Primo vult eos iuxta primum Centurionem populum quaſi paraliticum nec ſe contra hoſtes ſuos iuuare potentem tueri & protegere. Secundo iuxta ſecundum fidem catholicam & crucis Chriſti humilitatem gladio verbi Dei & armis defendere. Tertio iuxta tertium vitæ ſanctimoniā & iuſtitiæ æquitatem pro viribus ne pereant obſeruare. Pugnet̄ ergo pro pace populi pro fide Chriſti & pro iuſtitiæ æquitate. Hi tres Centuriones in vnam diuinitatis & trinitatis fidem conſentiunt ut ſit trinitas iſta centurionum in vnitate fidei. Io. 17. vt ſint vnum ſicut & nos vnum ſumus. Tres autem iſtos militibus proponunt ſacra eloquia oſtēdēdo myſticè quòd Deus militarem pugnam approbat ſi ex legitima cauſa fiat vtpote pro pace & ſalute populi à quo ſuſcipiuntur ſtipendia ſicut primus curabat de ſalute pueri à quo multa ſuſceperat obſequia. Secūdo ſi fideles ſint milites Deo & cōſequenter regi ſuo pugnam à gentes ſm eius præcepta. Exēplo eius qui inter Iudaicas acies Chriſtum interficiētes pro Chriſti iuſtitia militat, pro Chriſto clamat dicens eum verum Deum eſſe & hominē. Vere inquit homo iſte iuſtus erat, verè filius Dei erat iſte. Tertio ſi non amore prædæ, ſed præmij cœleſtis affectione certēt in pręlio quemadmodum tertius & qui orationibus & eleemoſynis pro cœleſtibus conſequendis aſſiduo decertabat. Vnde aſſecutus eſt gratiam Spiritusſancti, quam quidem à cœleſti theſauraria Maria poſtulabimus dicentes Aue.

Fortaſſe



Fortaſſe ita laudauit dn̄s hunc centurionem ut virtutes eius cæteris militibus & belligeris cedāt in exemplum, ſi forte imitantes eum ſimilem à Deo laudem conſequantur. Scriptum etiam eſt 1. Cor. 4. Tūc erit vnicuique laus à Deo. In quinque autem ſolent excedere milites cōtra quæ iſte cēturio niſus ē oppoſitū opere exequēdo.

*C*
*Miles. Quod in quinque ſolent excedere milites.*

Primò milites communiter ſunt miniſtrorum eccleſiæ perſecutores iniqui, libēter enim ſubſannant eos & de eis inuerecūdæ fabulantur, ſed iſte in neceſſitate ſua miſit principes ſynagogæ ad intercedendū pro eo apud Chriſtum, in quo oſtenditur q̄ vult dn̄s orationem populi communiter per ſacerdotes ad Deum tranſmitti qui iē populi & neceſſitatem eius ad Deū exponant, propter quod debent eſſe ſacerdotes diſcreti & ſcientes ut coram tanto principe ſciant conuenienter pro populo iuxta ſuum officium allegare.

*D*
*Suffragium. Quomodo uita illius qui ſuffragiū quærit impedit ne ſibi proſit illud per alium factum.*

Secundo hic notatur q̄ tunc maximè proſunt orōnes eccleſiæ cum opera cōtraria eorū pro quibus interceditur ītercesſo res non impediunt, ſed adiuuant, ut patuit in centurione cuius intuitu maximè orationem exaudiuit. Legitur de quodā milite qui cum homicidia & furta multa in nemoribus commiſiſſet ad quēdam ſanctum virum anachoritam acceſſ[illegible], qui cum hūc ſanctum virum rogaret ut pro ſe deprecaretur quatenus eum Deus in meliorē frugem conuerteret, promiſit hoc ſe facturū vir Dei, ſed cum non mutaret vitā, ſed magis ut prius vacaret vitijs redijt poſt annū ad prædictum virum Dei, aſſerens ſe nullatenus immutatum ſed ſibi deterius eſſe, & (ut ſibi videbatur) uirum Dei nullo modo pro ſe rogaſſe dominum. Tunc uir ſanctus tenens in manibus pellem animalis mortui, tradidit ei partem vnam ut contra ſe traheret, quis eorum totam pellem obtineret. Traxit ille miles & fortior viribus viro ſancto totam ad ſe traxit pellē. Tunc vir ſanctus ecce ego pro te orando ad vnā partem te traho, ſcilicet ut ſis Dei imitator, tu vero ad alteram impellis opera diabolica continuæ operando, & me fortior es, ideo totam pellem trahis ad te, & nihil poſſum facere, ſed mecum trahas & me adiuues ad intercedendum, & non dubito q̄n Deus erit tibi propitius.

*E*
*Oratio. An liceat allegare iuſtitiam illius p quo oratur & quomodo*

Secundo ſunt communiter bonorū eccleſiæ & populi dilapidatores & raptores contra quod allegant qui mittunt ad intercedendum dicētes diligit gentem nr̄am & ipſe conſtruxit nobis ſynagogam, dignus eſt ut illi hoc præſtes Gratia cuius oritur quæſtio. Vtrum ſacerdoti, vel alteri oranti pro alio expediat aliq̄n allegare coram Deo bona opera illius? Et videtur q̄ non quia abſurdum eſt quærenti pro alio eleemoſynam à diuite allegare diuitias ipſius ſupplicantis quod fit dum diues Deus oratur ab allegante alterius iuſtitiam. Solut. Dicitur primo q̄ licet iuſte poſſit allegari beneficium factum hominibus pro impetratione mutuæ viciſſitudinis eo q̄ homines alterutris indigent, hoc tamen Deo allegare periculoſum eſt eo q̄ nullam noſtri habeat indigentiam, nec alicuius debitor ſit. Dicitur ſecundo q̄ allegari poſſunt per aliū bona alterius coram Deo tribus conditionibus obſeruatis.

Primò q̄ allegando ea illi attribuat tanquam principali actori à quo primo proceſſerunt. ſ. Deo, & hoc eſt radium ſolis ad ſolem reflecti, & riuulum ad mare à quo proceſſit reuerti, & fructum in terram verſus radicem cadere vnde ſumpſit originē. & taliter allegans nō tàm allegat diuitias illius q̃ Dei præcipui eorum diſtributoris.

Secundo q̄ ea tantummodo alleget eſſe bona per æſtimationem & coniecturā. Vnuſquiſq; enim tenetur de proximo ſuo bene exiſtimare, niſi conſtet de oppoſito. Nam ſi allegaret ea tanq̄ pro certo exauditione digna, fatuæ & arroganter allegaret coram Deo quod neſciret. Neſcit enim qua intentione hęc fecerit, quia homo nō intuetur cor ſicut Deus.

Tertio q̄ pondus & valorem taliū operum ſtatere diuinæ miſericordiæ ex toto commendet. Nam ſi dignitatē eorū allegaret plus Deum prouocare videretur q̃ pacificare. licet eīn opera bona ſint effectus ex quibus pręparatur cōſecutio diuinæ miſericordiæ. (Iuxta illud Pſal. Spera in dn̄o & fac bonitatem) non tn̄ fiduciam ex ſolis operibus, ſed ex acceptabilitate diuinæ miſericordiæ accipiat, qui quantū valeāt ex ſua miſericordia librat. Scriptū eſt enim Hier. 17. Maledictus qui confidit in homine. i. in his operibus q̃ hoīs ſunt. vnde Tho-

 mas.

mas.2.2.q.17.art.1.in ſol.ad 2. Spes dicitur ex meritis prouenire quantũ ad ipſam rem expectatam proutaliqs ſperat ſe beatitudinem adepturum ex gr̃a & meritis.

*F Cẽturio. De benignitate cẽturionis erga ſeruum.*

Tertio ſunt cõiter in ſubditos crudeles & impij eos contemnentes, quaſi vermes, villanos eos appellantes, & multa alia mala eis facientes. Contra quod iſte de ſubdito ſuo paralitico ſollicitus, piæ dñm, nũc per miniſtros ſynagogæ: nunc per ſuos miniſtros aggreditur dicens. Dñe puer meus iacet in domo paraliticus, & malè torquetur. Sed quæritur hic quare non adduxit paraliticum iſtũ ad dñm. Non ei videtur eius fuiſſe tanta fides ſicut illorũ qui ſuum paraliticum per tegulas ſubmiſerunt corã dño. Sed ad hoc rñdet Chryſoſt. ꝙ ad eum non adduxit eo ꝙ non fuerit facile eũ qui doloribus nõ paruis vexaretur, & vltimos iam ſpiritus traheret, longius deportari. vnde & Lucas ait ꝙ erat moriturus. Secundo dicitur ſm eundem ꝙ multo maior erat iſtius fides q̃ eorũ qui per tectũ demiſerũt quia iſte non dubitabat ſolo dñi verbo iacentem & abſentem excitari poſſe, ideo minime deportandum putauit.

*G Prælatus. Tria dẽt habere q velit præeſſe cæteris.*

Cumq; audiſſet dñs dixit, ego veniã & curabo eũ. In quo aduertendum eſt ꝙ raro dñs ægrotum curandũ ſuſcepit niſi rogatus. In quo docemur animarum curam non debere de facili ſuſcipere, ſi ille curã corporum non niſi rogatus accipiebat. In primitiua eccleſia rogabantur ſancti viri, & qñque ad curam aïarum vi cõpellebantur, nunc non rogantur ſed rogant precibus, viribus & muneribus, neq; curã illam debet quis aſſumere, niſi tribus obſeruatis conditionibus. Prima eſt ꝙ ſit ſciens & intelligens Prouerb. 1. Intelligens gubernacula poſſidebit. Qui enim curã infirmi accipit, curã medendi non ignoret. & qui illam ignorat, dicere dẽt illud Eſaiæ. 4. Nõ ſum medicus, & in domo mea non eſt panis. Secunda ꝙ præſumat ſubditos ſuos eſſe correctionis ſuſceptibiles, aliter non ſuſcipiat, ſicut agricola non ſuſciperet terrã arandã quæ arari nõ poteſt. Amos 6. Nũquid currere queũt in petris æqui, aut arari põt in bubalis. Matth. 7. Nolite ſanctum dare canibus, neq; margaritas mittatis ante porcos, ne forte conculcent eas & conuerſi canes dirumpant vos. Si tñ curã taliũ ſuſcipiunt, apponant terræ illi multitũdinem ſtercorũ & fimorũ ſanctæ p̃dicatiõis. ꝙ ſi nõ profuerint eam dimittant. Tertia. ꝙ habeat audaciã in affectu ad carpẽda uitia. qa ſi non hẽret eã deberet inſeq p̃ceptum dñi. Deut. 22. Qui formidoloſus ẽ & corde pauido, reuertatur ĩ domũ ſuam. Venienti aũt dño miſit obuiã amicos ſuos dicens. Dñe noli vexari. Veriſimile eſt, inqt Chryſoſt. cũ voluiſſet cẽturio ad dñm ꝓficiſci detentũ à Iudæis fuiſſe qui dicerent. Nos ibimus & adducemus ip̃m, q diligentius cõſiderans orationẽ eorũ aſſentatione plenã eẽ miſſis amicis ſuis Chriſto obuiã rogabat ne uexaret. Iudæi em̃ quaſi dicere Chr̃o volebãt. Volebat cẽturio venire, ſed magnitudinẽ calamitatis eius cõſiderãtes ut domi manere vellet ſuaſimus, quaſi p̃ponderãtes celſitudinẽ centurionis celſitudini diuinitatis.

*H Humilitas. Quanta fuit humilitas centurionis.*

Quarto cõiter milites sũt ſupbi & elati. Cõtra qđ iſte poſtea ĩ ꝓpria acceſſit rogans dñm cũ humilitate dicẽs. Dñe non ſum dignus, ut intres ſub tectum meũ. Tanta eſt, inqt Chryſ. eorũ ſupbia q principatus p̃fecturasq; gerũt, ut neq; calamitatibus victi ad inferiora cõdeſcendãt. Vnde & Regulus de quo Io. 4. Rogabat dominũ, ut deſcenderet in domũ ſuã. Iſte vero orat dñe nõ ſum dignus. Orãt Iudæi dignus eſt ut hoc illi p̃ſtes. Iſte uero qñ à Iudæorũ moleſtia liber fuit miſit q dicerent non negligẽtia factũ ꝙ illico non acceſſit, ſed quia indignũ ſe putauit qui dñm ſuum domi reciperet. Cæteri milites grandia & alta caſtra ſibi ꝓ faſtu fabricãt. Iſte verò ĩ tecto moratur. Dñe, inquit, nõ ſum dignus vt intres ſub tectũ meũ. Qđ ſi q̃ratur vnde motus eſt Cẽturio, vt ad Chriſtũ ꝓ ſalute pueri ſui mitteret. Dicẽdũ ꝙ fides Cẽturionis primo ortũ habuit ex aliquibus q̃ audiuit de Chriſto; ſiue ſit unum, ſiue multa. ꝙ tñ tãta fuerit eius fides nõ fuit ex his q̃ audiuit, qa vt dicit Chryſ. Plus credidit q̃ audiuit. ſed magis fuit a Deo infundente ꝓꝑ bonitatẽ ipſius cẽturionis. & qa ꝑ eũ ſignare volebat fidẽ futurã gentiũ, q̃ multo maior erat futura q̃ Iudæorũ. Deus aũt diuidit vnicuiq; menſurã fidei. pro ut vult. Ro. 12. Quinto tales cõiter ſunt Deo ĩfideles. & blaſphemi. Iſte vero Deo offert fidẽ ſuã. Vnde credit eſſe oĩpotentẽ qui morbis imperet. Vñ ait. Nã & ego hõ ſum ſub ptãte conſti-



*I Fides. Quod ſola fides apud Deum eſt digna admiratione.*

conſtitutus hñs ſub me milites. In quo ẽt fidelitatẽ imperatori ſeu regi ꝓfitetur dũ ſubditũ ſibi ſe teſtatur. & cætera oĩa ut ſupra exponãtur. Pro cuius fidẽ miratus eſt dñs Ieſus. i. admodũ mirantis ſe habuit, ut nos eius exẽplo eos miraremur q magnã virtutẽ hñt. Oẽs. em̃ motus Chriſti (vt uult Aug.) nõ turbati animi ſigna erã t, ſed documenta magiſtri. Sicut em̃ nos inſtruxit Chriſtus ſolũ timere ſpiritualia mala. i. illũ qui põt corpus & aïam ꝑdere in gehennam. nẽ illũ qui poſtq̃ corpus occidit non hẽt amplius quid faciat. Sic nos hortaĩ ſolum ſp̃ualia admirari, ut fidẽ & virtutes. nõ magnitudinẽ diuitiarũ & põparũ, nec corporis robur. & ſic de alijs. Vñ Orige. Attẽde quantũ ſit & quale qđ Deus miratur. Aurũ, diuitiæ, regna, principatus in cõſpectu eius ſunt tanquã vmbra. Nihil ergo horũ in conſpectu Dei mirabile eſt quaſi magnũ, vel precioſum, ſed ſolũ fides. hanc miratur honorificans. hãc acceptabilẽ ſibi exiſtimat.

*K Fides. Quomodo Deus metitur fidẽ quomodo hõ.*

Non inueni, inquit, tantã fidẽ in Iſrael hõ em̃ metiĩ hoĩem ſolus Deus certiſſimè metitur fidẽ, quia ſolus Deus interiora ſcrutatur à quibus ꝓcedit fides. Solus em̃ nouit vſquequo fidei radius in credendis penetrat. Videbat em̃ fidẽ huius cẽturionis attingere à fine vſq; ad finẽ fortiter. i. ab hoĩe q̃ eſt vltima creaturarũ, uſq; ad diuinitatẽ q̃ eſt finis ultimus. vbi Iudæi cũ literis ſacris & Xp̃i miraculis humanitatẽ tm̃ eius cõſiderantes, ad diuinitatẽ nequaq̃ ꝑtingere potuerũt. Vnde Aug. in ſermone de Cẽturione. A gentibus non viſus Chriſtus creditur, à Iudæis viſus occidiĩ. Dicitur tñ ꝙ quis alterius põt dupl'r fidẽ metiri. Vno mõ ꝑ verba exteriora, & hoc tripl'r. Primo qñ quis de fide inueſtigans aut diſputãs ex acrimonia argutias ꝓducit contra fidẽ ſimulans ſe ueritatẽ fidei ꝑquirere. Ex abundantia enim cordis os loquitur. & ex fumo exeunte per caminum, cognoſcitur quantus ſit intra domum ignis. Sic ex uerbis talium cognoſcitur quanta ſit fides interior. tales enim periclitantur in fide. Non enim poſſunt extrinſecus eructare, niſi quod interius latet. Alii ſunt q inueſtigando vidẽtur dubitare & iſti ſunt modice fidei. Alij vero ex acrimonia pro fide allegant. & iſti poſſunt iudicari magnæ fidei.

*L Fides. Quomodo fides cognoſcitur ex operibus.*

Secundò poteſt metiri ex operibus. opera enim bona ſunt vita fidei. eo ꝙ fides ſine operibus mortua ſit. propterea qui bonæ vitæ ſunt bonæ fidei iudicari pñt. qui malè, male fidei Matth. 7. A fructibus eorum cognoſcetis eos. Fides enim arbor bona eſt, multos ramũculos hñs. q̃ ex fructu operũ cognoſcitur. Si enim bonus eſt fructus, bona eſt arbor ſi malus, mala. Aug. Fides appellata eſt ex eo ꝙ fit id quod dicitur. Duæ ſyllabæ ſonant cum dr̃ fides. Prima ſyllaba eſt à facto. Secunda à dicto. Si ergo credis fac qđ dicis & fides eſt, & ita vult Aug ꝙ fides comprehendatur in iſtis duobus uerbis fit & dicit. Amen amen dico vobis ꝙ multi uenient &c. In hoc notatur pœna infidelitatis Iudæorum qui in Chriſtum non crediderunt ſed inſuper cũ occiderunt. pro quo fuit eis duplex pœna inflicta. Vna ꝙ Hieruſalem fuit deſtructa. Alia eſt ꝙ ipſi fuerunt diſperſi. & de ſecunda intelligitur præſens litera. Filij regni huius eijcientur in tenebras exteriores, ideſt, extra regnum iſtud, per duces Romanorum qui eos uendent & exulare cogẽt. & ibi erit fletus & ſtridor dentium. fletus ex calore, ſtridor dentium ex frigore procedit. & eſt ſenſus quòd quidam Iudeorũ de Iudæa excluſi ducerentur in regionem frigidiſſimam in qua dentibus ſtriderent, Alijin terram valde calidam in qua flerent, hoc modo exponit Remigius. Alio modo dicitur quòd intelligitur de pœna damnatorũ. Ad ſenſum moralem. maior nunc inuenitur fides in populo quàm in eccleſia, vel in religione. Meliores enim nunc ſunt laici vt plurimum quàm clerici & religioſi. & ſubditi quàm prælati. Ideo finaliter de partibus mundi remotis, ſcilicet de ſtatu ſeculari multi venient in Paradiſum cum electis. & iam dicti qui regni huius ſpirituales filij eſſe debuerant, in tenebras exteriores eijcientur. Tunc dixit Ieſus centurioni vade, & ſicut credidiſti fiat tibi.

*M Cor. Quomodo dominus ingreditur domum cordis.*

Sed dices quare non honorauit dominus centurionem vt ingrederetur domum eius? Reſpondetur primo quòd dominus aliquando intrabat domum materialem alicuius, qui non habitabat in domo cordis eius. Intrauit (inquit Auguſtinus) magiſter humilitatis verbo & exemplo

exemplo in domum ſimonis phariſęi, & ſi
in domo eius recumberet, non erat tñ in
corde eius vbi caput ſuũ reclinaret S c cui
dam ſuperbo dicenti ſibi, magiſter ſequar
te quocunq; ieris, dñs in corde eius inuiſi
bilia videns. Vulpes (inquit) foueas hñt &
volucres cœli nidos. Filius autẽ hoïs non
habet vbi caput ſuũ reclinet. Hoc eſt ii q̃ t
Auguſt. Habitãt in te inſidiæ ſicut vulpes,
habitat ſuperbia, ſicut cœli volatilia, filius
aũt hoïs ſimplex contra inſidias, humilis
contra ſuperbiã, nõ habet vbi reclinet ca-
put ſuum. Eſt ẽt vbi domũ intrat cordis &
corporis, vt penes Zachęum. Eſt vbi nõ in-
trat domum corporis, ſed intrat domum
cordis. ſ. penes iſtum centurionẽ, quẽ dñs
tripliciter honorauit. Primo manifeſtãdo
fidei ſuæ menſuram. Deus. n. vult laudare
& laudari virtuoſos pp tria. Primo, vt o-
ſtenſis virtutibus eorum ſciant ſe amplius
teneri Deo, qui non ſolũ virtuoſos, ſed ẽt
eos inclitos reddidit. Secundo, ut ſit eis
maior occaſio ad firmius tenendam virtu-
tem, quia qñ ꝓbitas alicuius cognita eſt,
erubeſcit magis ſi poſtea improbus fiat.
Hoc. n. eſt cadere de gradu honoris. Si. n.
occulte bonus fuerit, non erubeſcit malus
fieri pp hoc, quia non perdit gradũ aliquẽ
æſtimationis bonæ famæ præcedentis, q̃a
nulla ante hoc erat. Eſt. n. bona fama quaſi
ſtimulus quidam ad bene agendũ. Tertio
vt cæteri videntes laudem eius qui bonus
eſt per hoc anhelent, ut boni fiant. Secun
do eum honorauit, quia regni cœleſtis par
ticipem fore prædixit, & inter multos ab
oriente, & occidente uenientes recumbere
debere cum Abraam, & Iſaac ſatis ipſum
demõſtrauit. Tertio eum honorauit, quia
iuxta fidem eius ſolo uerbo ſuum puerum
curauit, quod maius uidebatur eſſe miracu
lum, quam ſi præſens curaſſet.

*N. Laus. Quare dominus vult uirtuoſos laudari.*

*Sermo duodecimus in ordine, & ſextus feriæ quintæ.*

*A Cẽturię. Duæ cauſæ ꝓpter quas merito acceſſit centurio ad dominũ.*

D*Omine puer meus iacet in domo paralyti-cus, & male torquetur. Matth. 8.*

Non ſine cauſa acceſſit centurio ad do
minũ rogans eum pro cura paraliſis ferui
ſui. Primo, quia vt experti ſunt medici me
dicus non curat morbũ, ſed natura. Eſt aũt
medicus adiutor naturæ. Vbi autẽ natura
non agit ad ſanitatẽ morbus redditur in-
curabilis. Sic eſt in ſpiritualibus morbis,
ex nobis non ſumus potentes mederi lan-
guoribus nrīs, niſi Deus ipſæ naturæ nos
ſanet, licet ſimus eius adiutores, q̃ ſi nos
derelinquat morbus animæ efficitur incu-
rabilis, pp quod orabat Dauid. Adiutor
meus eſto ne derelinquas me. Ad eum igi-
tur non ſine cauſa confugit centurio. Se-
cundo, quia ſm Iſidor. Nullum uenenum
producit natura, quin ſimiliter remedium
contra ipſum produxerit. Regulus. n. mor
tifera effundit venena, ſed natura in anti-
dotum præparauit muſtellam, quæ certa
herba armata procedit obuiam regulo, &
ipſum interficit. Nullum igitur eſt peccati
venenum, quin Deus ipſæ naturæ ex ad-
uerſo medelam inſtituerit. Ad apothecã
ergo ipſius recurramus, in qua omnium
chariſmata gratiarum repoſuit, ſ. uirginẽ
Mariam, dicentes Aue.

In verbo propoſito colliguntur quinq;
conditiones guloſi deteſtabiles. Prima
conditio eſt, q̃ guloſus eſt fatuus, & inſen
ſatus ad modum pueri, ideo dr̄ puer meus.
Huius. n. ſunt quinque fatuitates. Prima
eſt, q̃ ſicut ſtultus non cauet pericula, ſic
nec iſte. Aſcendit. n. ſuper equũ indomitũ
ſine freno propinquus hoſtibus ſuis, & aqs
profundis, paratus incidere inter manus
hoſtiũ, & cito ſubmergi. Corpus ſine fre-
no abſtinentię, equus indomitus in omnia
mala vitia paratus præcipitari, pp quod
ſapientes ponunt equis ſuis frœnos, vt quo
voluerint circũducant. Orat pp ea de eis
Pſal. In chamo & freno maxillas eorum
conſtringe, qui non approximant ad te. Re
cedunt. n. maxime guloſi a Deo, qui totus
ſpiritualis eſt, & ipſi omnimodo carnales
ſunt. Secunda fatuitas eſt, q̃ ad modum
fatui de propria vtilitate non curat, utpo-
te de diuitiis gratiarum & virtutum. Sed
oĩa tam ſpiritualia, q̃ corporalia conſu-
mit, vorat, & diſſipat. exemplo filij prodi-
gi Luc. 16. Eccl. 10. Gratiæ fatuorũ effun-
dentur. Stultus. n. eſt valde qui equũ ponit
ad pluuiam, & quadrigã in domo, qui de
anima non curat & carnem procurat. Sed
de diſſipatione tẽporalium dr̄ Prouer. 30.
Per duo mouetur terra, per ſeruum cum
regnare cœpit, per ſtultum cum ſatiatus
fuerit cibo. Seruus iſte regnans eſt caro do
minans animæ. Stultus ſatiatus cibo eſt
corpus noſtrum cui nihil negatur quod ad
petat.

*B Guloſus. Quinque fatuitates guloſi.*



petat. Ideo qui ſic viuit, facile temporales
hæreditates vendit, & ſic de hoïe in homi
nem, & de poſſeſſore in poſſeſſorem moue
tur terra. Propter quod vr̄ eſſe magnæ po
tentiæ guloſus, qui terrã quã poſſidet fa-
cit tremere, & conſequenter moueri. Ter
tia eius fatuitas eſt, q̃ in modum fatui fa-
ciliter de loco ad locum currit, de cauea
in caueam, de taberna in tabernã. de con
uiuio in conuiuium, & de epulo in epulũ,
& de vino in vinum ſe effundit. Odoratur
enim a longe conuiuia & eſcas, ideo quia
boni odoratus, iuxta doctrinam Ariſtote-
lis nil mirum ſi eſt fatuus. Eſt. n. ſicut ſitu-
la putei quæ cito deſcendit in puteum, ſed
difficulter aſcendit, nunc in vnã partem,
nunc in alteram ſe mouendo Sic tales ci-
to currunt ad tabernam, ſed cum difficul-
tate recedunt, & cum recedunt vtraq; pars
vici, quia titubando incedunt, nõ ſufficit.
Intrant. n tabernam ſicut ſanguiſuga hoïs
tibiam. Sicut. n. illa tm̃ de ſanguine bibit
q̃ crepat, ſic ſimiliter iſti de ſãguine vuæ.

Quarta fatuitas eſt q̃ inſtar fatui nullã
amicitiam ſeruat. difficile. n. eſt cũ talibus
conuerſari pp indiſcretionẽ, indiſcrete. n.
de amico loquitur & eius ſecreta reuelat.
Fumi. n. ciborum & vinorum cerebrũ aſcẽ
dentes, & turbãtes, indiſtincte bona & ma
la de amico loqui faciunt, & ſic ſecreta
eius non celat. Eccl. 20. Fatuo non eſt ami
cus, Prouer. 31. Ibi nullum ſecretũ vbi re-
gnat ebrietas. Qũo alteri ſeruaret amici-
tiam, qñ non põt ſibi? Pugilem. n. ſuum. ſ.
ſpiritum famæ mori permittit, & aduerſa-
rium ſuum. ſ. carnem delicatis, & ſumptuo
ſis nutrit. Sed licet ſe large paſcat, in fine
tñ ſtricte computabitur ei. Vulgo dicitur.
Oĩa ſibi ſunt ad aduẽtagium, donec perue
niatur ad ſoluendũ ſymbolum. Quinta fa-
tuitas in modum fatui ſapientes non fre-
quentat, nec honorat, nec amat, pp diſſimi
lem conuerſationem, ſed cum ſtultis gra-
ditur & habitat. Sic guloſus oẽs viros ſa-
pientes a ſe abiicit, exemplo filij prodigi,
qui a ſe patrem, & patris conſiliũ abiecit.
Neminem. n. amat, neminem frequentat,
aut veneratur præter uentrem ſuũ, immo
in Dei blaſphemiam facit eum Deũ ſuum,
& de taberna templum. Cuius campana
eſt vini proclamator vel ſignum tabernæ.
Altare paratũ menſa egregiæ onuſta fer-
culis. Reliquiæ ſanctorum, ferculorum &
fragmentorum ſuperfluitas. Batellus cam
panæ eſt ampulla terens ſalſam. Presby-
ter tabernarius. Sacerdos in templo Dei
libenter accipit obolum, iſte niſi plus quã
ſex denarios ei inferas, te de templo ſuo
eiiciet In templo Deus laudatur, hic poſt
oblationem Deus blaſphematur. Ibi periu
ria mẽdacia, rixæ, & iurgia, pro ſacro can
tu audiuntur. Ibi deſtruit ſe guloſus vt ven
tri ſeruiat, & ibi Deum ſuum adoret. Se-
cundo beſtialis eſt guloſus vnde ſubditur
iacet. In modum. n. beſtiæ, ut vaccæ, uel
bouis, iacet in ſtercoribus ventris ſui. Eius
enim ſunt quinq; beſtialitates. Prima eſt,
q̃ in modum beſtiæ ſuis dẽtibus oĩa vorat
& vaſtat. Beſtia inquit Iſido. quaſi vaſtia,
quia vaſtat oĩa. Hæc eſt beſtia Dan. 7. quæ
habebat dentes & vngues ferreos, & deuo
rabat & cõminuebat oĩa, & reliqua pedi-
bus conculcabat. Sic iſti oĩa ſuis dentibus
deuorant, & lapides, & domos, & ferrum,
& ęs, & metallum, & lignum, & aurum, &
argentum, oĩa hæc dentibus vorantes in
vẽtre ſuo incorporant. Ecce q̃ acutos den
tes habent & q̃ omnipotentẽ ventrẽ. ecce
oĩpotentiã Dei ſui. Non. n. Deus Babilonio
rum Bel pp aliud a Babiloniis collauda-
batur, niſi quia bibebat, & comedebat mul
ta quotidie. Deus. n. replet oĩa, & nullo re
pletur. Iſte uero Deus. ſ. vẽter repletur ex
oĩbus, & nullum replet. pp quod multũ
periculoſe ſunt beſtiæ iſtæ in ciuitatibus.
Eſt. n. malum quod comminatur Deus fi-
liis Iſrael. Deutero. 32. Dentes beſtiarum
immittam in eos. Nulli ciuitati maius eſt
excidium q̃ ex multitudine guloſorũ. Tũ
quia tales hebetes ſunt & conſilij exper-
tes & prudentiæ, quibus maxime ſtabili-
tur ciuitas. Vnde Sap. 11. Ibi ſalus vbi mul
ta conſilia. Sap. 16. A multitudine beſtiarũ
exterminati ſunt. Ideo ſicut dicit Philoſ.
Legiſlatores ſolicite prouidere debent do
ctrinæ, & diſciplinæ adoleſcentium, quia
ex talibus bene directis continuatur ciui-
tas, & eorum mala eruditione deſolatur.
Huius aũt initium eſt ingluuies, pp quam
remanent deſertæ domus olim famatæ, &
quæ multos ex ſua opulẽtia pauperes ope
rarios reipublicæ utiles fouebat, poſtea a
crapuloſis directa, hiſtriones nutrit, & cau
pones, & beſtiales hoïes, & ſic incurrit illa
ciuitas

*C Gula. Quod guloſus eſt beſtialis*

ciuitas Babilonis exterminium quod comminatur ei. Eſa. 13. q. d. pro hominibus ibi habitabunt vlulæ, dracones, ericij, & ſtrutiones. Secundum beſtialitatis ſignum eſt os eorum monſtruoſum, magnum & maius q̄ beſtiarum. Natura n. in ſignum abſtinentiæ, & ſobrietatis homini, iuxta ſtaturam ſuã in comparatione ad beſtias os minimum dedit, & tñ in os eius pluſquam in ora beſtiarum effluunt alimenta & potus. Satis eſt equo ſi in die bis bibat aquã, nec vltra quærit adaquari, & pro cibo ſibi ſufficit fœnum & auena. Guloſus uero, neque multitudine ciborũ, aut vinorum ſatiatur. Ideo caueant parentes a filijs quos delicate nutriunt. Eſt. n. natura adoleſcentiæ ꝓna in hoc malum, talibus parentibus continget illud 1. Reg. 17. Dabo carnes tuas beſtiis terræ. i. ſubſtantiam tuam filiis beſtialiter viuẽtibus. Eccl. 10. Cum morietur homo hæreditabit beſtias. i. filios beſtiales. Tertium ſignum eſt, ꝙ ſicut beſtiæ brutali appetitu feruntur in cibũ, nec vllo modo ſe ſciunt per temperantiam refrenare, ſic guloſi ſine rationis moderamine in cibo, & potu ſupereffluunt, & plus quam beſtiæ, quia beſtiæ ſolum nocte diſcurrũt ad ſibi colligendum cibum, & de die ſe colligunt in ſuis cubilibus, iuxta illud Pſalm. Ortus eſt ſol, & in cubilibus ſuis collocabuntur. Iſti aũt die & nocte in latibulis tabernarum ſi quis eos inuenire cupit reperientur. Non inueniuntur qui tãdiu ſeruire Deo uelint, ſicut iſti uentri ſuo. ꝓpeà uiri religioſi breui menſe ſtudẽt. Vnde Paſchaſius diaconus in ſuo libro de heremo refert ꝙ ſuo tpe erat in Alexandria abbas quidam ſanctiſſimus noĩe Iſidorus, corpulentus quidem, ſed ſummæ abſtinẽtiæ vir tantæ bonitatis, ut ẽt æmuli eius vmbram ipſius pp tam venerabilem uitam erubeſcerent. Tanta ei ſacrarum literarum notitia fuit, ut inter fratrum conuiuia mente mutata & ſenſibus ſpiritualiter occupatis tranſmigraſſe alio uideretur, & dum ſumendo cibum ſæpius lachrymaretur ab ipſo Paſchaſio interrogatus cur fleret. Erubeſco, inquit irrationabilẽ cibum ſumens qui rationalis factus a Deo deberem in paradiſi uoluptate uerſari, & cibo ſatiari diuino. Quartum ſignum ꝙ beſtiæ (vt vult Philo. tertio Ethicorum) ſolũ delectantur delectationibus guſtus, & tactus, & oĩum aliorum ſenſuum delectationes in eos referunt. Sic iſti in ſolis cibis, & potibus, & lubricis actibus delectantur, & quæcũque vident, audiunt, aut odorantur pœnæ in iſta reducunt. De odore beneficiorũ Chriſti, aut cœleſtis patriæ nihil ſentientes de gaudiis paradiſi, & pœnis inferni nihil uidentes, a uerbo Dei, & diſciplina eius omnino auditum auertentes. Similes illi Philoxeno pultiuoraci de quo Philoſ. 8. Ethico. Qui deſiderabat habere collum gruis, ut diuturnius ſentiret in gutture delectationes ciborum & potuum. Quintũ ſignũ eſt, ꝙ beſtiæ ſunt animalia proprie hominũ poteſtati non ſubiecta, ſemper aliquas armaturas quibus vim inferre poſſint hominibus habentia, ut aper dentes, ceruus cornua, leo ungues, ſerpens uenenum, ſic guloſi nullo modo ſubiecti ſunt rationi, ſed vẽtri, & ſi quis eos corrigere uelit, habent ilico dentes ad contumelias inferendum, cornua ad eorum crapulam defendẽdum, dicẽtes ꝙ oportet curare corpus ne exeat anima, & ꝙ pp unum accidens non oportet deſtruere ſubſtantiam, & ꝙ oportet accipere de bono tpe quandiu durat. Habent ẽt ungues ad rapiendum & furandum, ut habeant unde ſuppleant uentris inopiam. Sicut & ille de quo legitur ꝙ pater ſuus eum dum iuuenis eſſet ſecum ducebat ad tabernas, qui dum adoleuit ſecutus ueſtigia patris dum non poſſet ex his quæ laborabat uentri ſatisfacere, ad furtũ ſe cõtulit, & dum iam furcas patibuli aſcẽderet rogauit, ut patrem oſcularetur, & oſculando eum abſtulit dentibus naſum patris, dicens ꝙ ipſe erat pp exemplũ & doctrinam ſuam cauſa ſuſpendij eius. Habẽt etiam uenenum detractionis, quo ſanctos uiros abſtinentia fulgentes inficiunt, & generaliter loquendo, ſicut in primitiua eccleſia hoĩes abſtinentes dicti ſunt heroici uiri, & uirtutibus ſupereminentes quibus Deus familiaris erat, ſic iſti propter ingluuiem beſtiales facti nulli alteri Deo, quã uentri familiares ſunt.

D Gula. Quod guloſus eſt oĩno inutilis exẽplo paralitici.

Tertio guloſus inhabilis, & inutilis dr̃ ad oẽ bonũ opus, pp quod dr̃ paraliticus. Primo, quia ſicut paraliticus in motu mẽbrorum deficit ſic ꝙ ad nullum bonũ trahi põt, & ſi trahatur hoc inter diuina miracula

racula



racula computari ſolet. Iuxta illud Pſal. qui educit vinctos guloſos, ſcilicet ligatos per collũ, ſed in fortitudine: quia durũ eſt aſſueta relinquere. Sunt. n. velut ſimiæ diaboli valde mobiles ad tabernã; nunq̃, aut rarò ad eccleſiã. Velut ẽt rana, quæ de herba citò ſalit in lutum. Secundo, quia ſicut paraliticus, vt plurimum caret ſenſu deuotionis, compaſſionis, & timoris: ſicut vetus ſtipes q̃ non mouetur, nec ſentit. de nullo deſeruiens, niſi ad incendium. Nec enim ſentit ignem inferni, nec frigus conſcientiæ ſuæ, nec puncturæ lanceæ, & clauorũ Chriſti, nec eius verbera, nec odorẽ coquinæ cęleſtis, nec miſerias proximorũ, quibus non cõpatitur largiendo de reliquiis ciborũ ſuorũ, quos voraciter deglutit, ſicut diues epulo, qui non ſentiebat Lazarũ pauperẽ ad ianuam ſuam. Amos 6. Bibentes vinũ in phialis, & optimo vnguẽto delibuti: nihil delibuti patiebantur ſuper cõtritione Ioſeph. Et propter hãc inutilitatẽ ſæpe Deus eis iraſcitur: & cõmuniter ingurgitati ſubito moriũtur. Prou. 13. Acceptus eſt regi miniſter intelligens iracundiã aũt eius inutilis (ſcilicet guloſus, qui de nullo deſeruit, niſi de bibẽdo, & edẽdo) ſuſtinebit. Cui alludit Pſ. Adhuc eſcæ eorũ erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcẽdit ſuper eos, & occidit pingues eorum, vt ſcilicet reponerentur in lardario inferni. Tertiò, ſicut paraliticus videtur viuere, & non perdere ſaporẽ ciborũ: ſic iſti vñr viuere corpori non aĩæ, impinguare corpus & dimittere aĩam famelicã: dare arma aduerſario ſuo, ſcilicet carni, vt aĩam ferè deficientẽ impugnet Pſal. Eſurientes & ſitiẽtes, aĩa eorũ in ipſis defecit. Prou. 19. Qui pueritia delicatè nutrit ſeruũ ſuũ, poſtea ſentiet eũ cõtumacẽ. Fluuius habens duos riuulos, quãto plus aquæ mittit ad vnum, tanto minus remittit ad alium, ſic quanto magis de corpore ſolicitus eſt, tãto minus de aĩa. Nemo, inquit Saluator, poteſt duobus dñis ſeruire, aut enim vnum contẽnet & alterũ ſuſtinebit. ſi eñ curã carnis faciat cito aĩam deſeret. Similis nanq; eſt guloſus cuidã præpoſito cui rex ſuus commiſit filiam ſuam cuſtodiendam, & ornandam, & delicatè nutriendam, & quendam canẽ ſuum, quem diligebat ipſa ad ſuſtentandum duris, & paucis ne impinguatus deſeuiret in filiam. Ipſe autem econtrario filiam famelicam, & malè veſtitam, & nudam adeo fame afflixit, & canem adeo impinguauit deliciis, quòd inſaniens, & inſiliens ruptis vinculis ieiuniis debilem regis filiam, nec ei reſiſtere valentem iugulauit: ſic reus eſt in conſpectu domini, qui animam ſuam nudam virtutibus dimittens, & famelicam pabulis ſpiritualibus, corpus impinguat delitiis, ita quòd quaſi in rabiem verſum in eam inſiſtit, & occidit. Quarto, quia (ſicut dicunt medici) paraliſis in iuuenibus licet ſit valde periculoſa: curabilis tamen eſt, maximè ſuperueniente febre, quæ conſumit materiam paraliſis ſic crapuloſitas multum pernicioſa eſt iuuenibus, & quaſi connaturalis. Tum propter augmentum quod multum requirit de nutrimento, tum etiam propter naturæ inclinationem, & ſocietates, niſi eis ſolicitè prouideatur a pedagogis, aut parentibus; ſed febre corporali ſuperueniente rarò curatur ex toto. Licet enim æſtuante febre corporali non valeant crapulari deperdito cibi, & potus appetitu: & ſic ceſſat exercitium gulæ: non tamen deſiderium, deſiderant enim ſanari, vt ſicut antea valeant crapulari. Quintò, Guloſus eſt infectus, & abominabilis alios inficiens, propter quod dicitur. Iacet paraliticus in domo, quia ſi extra aliorum communitatem eſſet deiectus, minus inficeret. Hæc autem gulæ infectio ex quatuor penſatur. Primò. Ex prima infectione propter vnicum crapulæ actum primi parentes infecerunt totum humanum genus. Secundò. Ex infectione ventris, & Dei cui ſeruiunt. Tanta enim eſt eius infectio, vt qui ventri purgando deſeruiunt, viles iudicio mundi reputentur, quanto magis cophini ipſi ſtercorum? Pſalm. Manus eius in cophino ſeruierunt, ad implendum, ſcilicet cophinum ventris ſtercoribus. Guliel. Pariſieni Guloſi aromata in vas mittunt, vbi omnia fiunt ſtercora. Tertiò. Ex infectione ſtomachi, & membrorum proximorum, ſcilicet gutturis, & oris. De eis enim exponitur illud Pſal. Sepulchrũ patens eſt guttur eorum: fœtet enim eorum guttur, ſicut in ſepulchro cadauera. In ſtomacho enim tanquam in ſepulchro

E Gula. Quod guloſus infectus alios inficit.

pingues

pingues morſellos ſepeliuit vltra naturæ
exigentiã, pp quod non conuertuntur in
eius ſubſtãtiam, ſed potius intrinſecus pu
treſiunt & generant morbos, tam corpo-
rales q̃ ſpirituales. Quarto. Ex infectione
ſpirituali. Vnus.n.guloſus vnam totã do
mum inſiciet, & principaliter iuuentutem
quæ faciliter recipit huius vitij impreſſio
nem. Vnus.n.peſtilens qñq; centũ corrũ-
pit. Peſtilentia aũt (vt dicit Iſidorus) dr̃ a
paſtu, quia ex immoderato paſtu plures
inficiuntur, nec ſacerdos guloſi.ſ.taberna
rius vnico guloſo libenter pararet altare
ſuum. Quinto. Guloſus miſer viuit tortu-
ris multis, & cruciatibus ſubiectus. Vnde
ſubditur, & male torquetur. Primo.n.pau
per eſt guloſus, ut plurimũ, uel ſtatim ad
paupertatem deuenit. Pauper aũt ſua tor-
quetur miſeria. Prouerbio.21. Qui diligit
epulas in egeſtate erit, & qui amat vinum
& pinguia non ditabitur, quãto minus qui
ſe replet pinguibus? nec eſt mirum ſi pau
per eſt. Primo, quia oẽs merces ſuas mit-
tit in ſaccum pertuſum. Intrant.n.per os &
per poſteriora exeunt. Aggęi 1. Qui cõgre
gauit merces miſit eas in ſaccũ pertuſum.
Secundo, quia oĩa quæ habet & diligit, in
fimum vertit & cinerem, & diuitias ſuas
conuertit in ſtercora. Eccl.19. Operarius
ebrioſus nõ locupletabitur, & hoc iuſtum
eſt, cum in illo vaſe precioſa ſua reponat,
vbi ſcit ea putreſieri, & in ſtercora conuer
ti. In cuius rei figuram poſtquã Noe ine-
briatus eſt, nudus eſt inuentus. Secũdo tor
quentur aſſidua famæ & ſiti. Hinc filius p
digus cœpit egere, & cupiebat uentrẽ ſuũ
replere ſiliquis quas porci manducãt. Aie
bat enim. Ego hic famæ pereo. Ad literam
enim, qui ſe inebriat ſero, ſequenti mane
æſtuat ſiti. In cuius perſona ait Salomon
Prouerb.23 Qñ euigilabo & rurſus vina
reperiam, & ſimiliter non ceſſat eſuries.
Vel quia nõ habet guloſus ea quæ uellet,
vel quantum vellet, vel præparata vt vel-
let, ſicut dicit Auguſt. Vbicunq; caro quę-
rit refectionem inuenit defectionem, & ſi
accidit q; habeat quæ, & qualia vult, non
tñ habet tm̃ ventrem, quantũ vellet habe
re, aut deeſt ei annona, aut ſaccus, nec põt
eſſe ſine fame, cui ex defectu famis, fames
naſcitur. Tunc.n. oportet eum irę ſpaciari
ut ſic eſuriat, & ita famẽ venatur. Tertio
torquetur apporiis infirmitatum corpora
lium, quia torquetur in capite, in ſtoma-
cho, in ventre. Eccl.27. In multis eſcis erit
infirmitas. Vnde pro prandio quod aliqñ
a crapuloſo cõparatur xx. ſolidis aliqñ in
electuariis & cliſteriis pro eorum euacua
tione quæ comedit conſtat plus q̃ xx. lib.
Quarto torquetur aliqñ morte ſm̃ illud
vulgatum. Plures occidit gula q̃ gladius.
Eccle.37. Propter crapulam multi perie-
runt. Et quod plus eſt, niſi ab eorum volu
ptatibus reſipiſcant. Quinto torquebũtur
æterna morte. Eccl.7. Inueni amariorem
morte mulierem. Hæc eſt uoluptas carnis
quæ non ſolum una morte, ſed triplici tẽ-
porali.ſ.ſpirituali, & æterna occidit.

*Feria ſexta poſt cineres. Sermo primus & in ordine decimuſtertius.*

*Annuncia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Eſa.58.*

*A Prædicator. Quod tria debet facere qui populũ erudit.*

Tria debet facere qui erudit populum.
Primo ſuam doctrinam continuare. Pſal.
Annunciate de die in diem ſalutare eius.
Vnde uerſificator. Interciſa perit, cõtinua
ta viget. Mandatum erat in lege, ne defi-
ceret ignis in altari.i. doctrina inflãmans
& illuminans, ideo iubetur prædicari cla-
ma ne ceſſes. Clamare.n. debet eius uita,
fama, doctrina, & ueſtitus ut ſit ipſe totus
clamor. Clamare inquam nũc per oratio-
nem nunc per gratiarum actionẽ, nũc per
prædicationem nunc per proximorũ infor
mationẽ, ut ſit ipſe ſicut Seraphin, qui nõ
ceſſãt quotidie clamare, ſctũs, ſctũs, ſctũs.
Secundo debet animare populum ad certa

*B Tuba p̃dicator. Q̃ño prædicator debet tuba canere.*

men. Vnde ſubditur. Quaſi tuba exalta
uocem tuam. Et hoc pp tria. Primo, pp tu
bæ officium cuius eſt animare in præliis,
lætificare in conuiuiis, contriſtare in ſup
pliciis utpote cum quis ducitur ad patibu
lum præcone præcedente, & conuocare in
diuinis officiis, vt factum eſt in antiqua le
ge. Sic tuba prædicatoris excitare debet
ad certamen contra tentationes, inuitare
ad paradiſi conſolationes deterrere, per
comminationes, & conuocare ad Dei offi
cia. Secũdo ex modo tubæ, quæ debet eſſe
uacua non plena, alioquin non bene ſona
ret, uacua uoluntaria paupertate, non ple
na vanitate, uacua mundo plena Deo. Ter
tio ex modo cõpoſitionis eius, quæ a par-
te tubantis ſtrictiorem habet partem, & a
parte



parte populi latiorem. Debet.n. ipſe prius
facere deinde docere. Tertio prædicator
debet habere uocem reprehenſiuam. Vn-
de ſubditur. Annuncia populo meo ſcele-
ra eorum. Talem (vt dicit Plinius) habet
aquila uocem. Rebo...t.n. intantum q; aues
prædales ipſam audientes, ita deterrẽtur,
q; illo die non audent ſibi prædam acqui
rere. Hi ſunt mundi principes uſurarii, &
raptores qui audita eius uoce terreri de-
bent, & ab omni crudelitate, & rapina ab-
ſtinere. Hæc vox eſt de qua Apocal.8. Au
diui uocem vnius aquilæ uolantis per me
dium cœli voce magna clamantẽ & dicen
tem. Væ, væ, væ, habitãtibus ſuper terram.
Sed multorum hodie uox nõ eſt ſimilis tu
bæ, ſed fiſtulæ, quæ digitis pulſata canit,
ſic tales palpando annunciant læta nõ tri
ſtia. Hæc eſt fiſtula quæ dulce canit uolu-
crem dum decipit auceps. Hæc autẽ tuba,
ut reſonet, neceſſe eſt impleri eam uento
ſpiritusſãncti qui Mariæ conductu in no-
ſtram intonabit tubam pro quo imploran
do dicamus Aue.

*C Gulæ. Quod ſex modis peccatur in gula.*

Quia inter ſcelera capitalia gula pri-
mum occurrit in certamine ſpirituali con
tra quam ieiunium quadrageſimale ex op
poſito inſtitutum eſt, quia etiam de ipſa
iam diſputare cœpimus annũciabimus cõ-
tinuo ſcelera, & malitias eius quæ in ſex
modis conſiſtunt. Secundum Grego. enim
quinque modis peccatur in gula, cui etiã
ſextum ſuperaddemus. Primo in ea pecca
tur, qñ præuenitur hora comedendi, uel tẽ
pus indigentiæ, ut qñ ſine cibi appetitu ad
cibum acceditur ante horam debitã. Ca-
pit.n. diabolus tales per gulam, ſicut piſcis
capitur hamo paſtum habente, & auis la-
queo. Sũt.n. tales ſimiles hiſtrionibus qui
præ nimia feſtinatione vrunt ſe morſello
nimis calido. Eccl.23. Anima calida quaſi
ignis ardens non extinguetur donec ali-
quid glutiat. Sed quæritur de hora ieiunii
determinata, & ſi præueniatur, an franga-
tur ieiunium? Dr̃ q; ſm̃ ætates ſęculi & ua-
rias regiones inuenitur uariata ieiunij ho-
ra. Aliqñ.n. fiebat cibi abſtinẽtia uſq; poſt
veſperas, ſic.n. iudæi ieiunabant a ueſpera
in ueſperam, ſic ẽt in primitiua eccleſia
ieiunabatur. In ſignũ cuius adhuc in qua-
drageſima dñr veſpere ante cibum quod
putatur immutatum pp ingurgitationes
quæ ſolebant fieri tpe ueſpertino, poſtea
uero in horam nonã protractum eſt tẽpus
refectionis in qua dñs Ieſus ſuum conſum
mauit ieiunium, in qua tunc pro nobis gu
ſtauit mortem de quo Pſal. Humiliabã in
ieiunio aĩam meã. Tunc.n. pro menſa de-
derunt ei in eſcã fel, & in ſiti potauerunt
eum aceto. Nunc inter ſextam & nonam
accipitur tp̃s comedendi.ſ. modicum poſt
ſextam, quia ieiunium maxime ordinatur
ad ſatisfactionẽ pro delictis, in qua neceſ-
ſe eſt opus eſſe laborioſum, maximus aũt
labor eſt cũ Sol in maxima ſua eleuatio-
ne radios fortiores emittit ſuper terram,
tunc n. calorem naturalem hominis retra
hit ad exteriora. Similis.n. ſimilem ſibi at-
trahit, quia igitur calor naturalis poſt cibi
digeſtionẽ, tunc maxime occupatur, & la-
borat circa exteriora mẽbra ad deducen-
dum nutrimentum ad ſingula mẽbra, ne
deficiat conuenit, ut tunc cibũ ſumat. Se-
cundo dr̃ q; præueniri põt hora abſq; hoc
q; frangatur ieiunium, uel perdatur ieiu-
nij meritũ Primo, qñ non notabiliter præ
uenitur. Quod.n. parum deeſt, tanquã ni-
hil deeſſe vr̃ ut dicit Philoſ. 2. Phyſicorũ.
Secundo, qñ eſt conſuetudo regionis. Tan
ta.n. eſt in aliquibus regionibus caloris
magnitudo, q; nimium uexaretur homo ſi
iam dictam horam expectaret. Tunc.n. ci-
bus ſumendus eſt qñ abſq; nocumento no
tabili natura ſine cibo conſeruari nõ põt.
Tertio gratia debilitatis, aut infirmitatis
cum homo ſe nimis debilẽ ſentit. Quarto
rõne conditionis perſonæ. Vbi.n. flegma-
ticus diu expectare poteſt colericus aliqñ
pp magnam cibi reſolutionem expectare
non põt tam diu. Quinto gratia itineris, vt
ſi homo ante horam comedendi inueniat
hoſpitium paratum nec ſibi cõmodum po
ſtea inuenire poterit, licite põt anticipare.
Põt ergo his & aliis de cauſis honeſtis e-
xigentibus anticipari hora comedendi ta
xata ab eccleſia. Si tñ auiditate crapulæ
quis præueniat notabiliter, tunc peccat &
frangere creditur ieiunium quãuis ẽt illo

*E Gulæ cui præcepto decalogi opponitur gula.*

die non niſi ſemel comedat. Sed ſi gula ca
pitale eſt uitiũ cui præcepto decalogi op
ponitur? Dr̃ primo ſm̃ Alex. parte prima,
q; ſi conſideretur inquantum gula, tunc
nulli præcepto decalogi opponitur dire-
cte, quia præcepta data ſunt, ut homo re-
cte

ℭe ordinetur ad alterum, ut ad Deum vel ad proximum, quia in eis prohibetur iniuria Dei & proximi. Alio modo conſideratur rõne illorum quæ ad illam ſequuntur quæ ſunt duo. ſ. luxuria, & otium carnale, quantum ad primum opponitur præcepto ſecundæ tabulæ de mechia. Grego. Dũ ſatietate venter diſtenditur, aculei libidinis excitantur. Quãtum ad ſm opponitur tertio præcepto primæ tabulæ ubi præcipitur quies ſpiritualis. Grego. Gulæ deditos leuitas prorſus operis, & ocioſitas ſequitur. Vnde ſcriptũ eſt Exo. 32. Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerũt ludere. i. luxuriari. Dicitur ſecundo ꝙ crapula lege diuina, & naturali ꝓhibita eſt. In lege naturæ qñ Adæ fuit prohibitus eſtis pomi. Quia. n. principiũ erat oĩum hominum in eo pro oĩbus facta eſt prohibitio oĩs eius immoderati. Grego. Tãto longius a ſecundo parente receditur, quanto per immoderatum eſum dum manus ad cibum tenditur parentis primi lapſus iteratur. Parẽtẽ ſm vocat Chriſtum In lege noua ſaluator ait. Luc. 21. Attendite vobis ne grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ, & ſuperueniat in vos repentina dies illa, &c. Vbi Chriſ. Adam incontinentia uentris expulit a paradiſo, & ſodomorum fulmina ipſa adduxit. Hæc. n. fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ ſaturitas, panis, & ocium. Et mirabile eſt, ꝙ qñ quis excalidatur a morſello quem feſtinanter vorauit, cæteri videntes cauent, & nos uidemus patrẽ noſtrum Adam excalidatum crapula, & nihilominus voratores ſumus Leo ſuperbiſſimus animaliũ uidẽs ſe cecidiſſe in foueam ꝑꝑ gulam, timet & humiliatur. Lupus in pedica captus ꝑꝑ ouem humiliatur, uerecundatur, ieiunat, nec tangit ouem, multomagis nos ꝑꝑ gulam primorum parẽtũ lapſi in foueam oĩum miſeriarum &c. Secundo peccatur in gula qñ licet non præuenerit quis tp̃s, ex crapula tñ lautiores quærit epulas. Eſt. n. guloſi guttur, ſicut ianitor qui magnatibus aperit & viles hoĩes repellit. Sic bonos morſellos attrahit ſibi, viles nõ curat. Sic populus de Aegypto ductus in heremum occubuit, quia deſpectu manna carnes petiit quas lautiores putauit. Caueant ſibi qui talia glutiunt, quia in fine a dæmone glutientur. Vnde Grego. 3. dialogorum. Theodorus monachus gula tentatus ſimulans ſe abſtinere, in occulto frequenter bonos morſellos comedebat, qui infirmatus & in extremis conſtitutus clamabat ꝙ diabolus in ſpecie draconis abſorbebat eum, & manus eius & pedes iam ligauerat, & os ſuum in ore ſuo poſuerat, & aĩam eius ſorbebat, quia in occulto crapuloſe comederat, & hæc dicens miſerabiliter expirauit. Circa quod quæri poſſet utrum gula ſit peccatum, & qñ eſt mortale, & qñ non. Rñdetur primo, ꝙ vſus ciborum de ſe non eſt malus, ſed concupiſcentia. Vnde glo. ſuper illud Rom. 14. Nõ eſt regnum Dei eſca, & potus, uſu horum non acquiritur regnũ, ſicut nec amittitur. Nõ enim vſus ciborum, ſed concupiſcentia refrenanda eſt. Non. n. intereſt quid alimentorum vel quantũ quis accipiat, dũmodo id faciat pro congruentia hoĩum cũ quibus viuit, & pro perſonę, & ualitudinis ſuę neceſſitate, ſed quantum facultate & ſerenitate animi his ualeat & cum oportet neceſſe eſt ẽt his carere, ut dicere poſſit, ſcio abũdare, ſcio & penuriam pati. Et ideo ſicut dicit S. Tho. 2. 2. q. 148. ar. 1. Si aliquis excedat in quantitate cibi non ꝑꝑ cibi cõcupiſcentiam, ſed exiſtimans illud ſibi neceſſarium eſſe hoc non pertinet ad gulã, ſed ad quandam imperitiam. Auguſt. 10. confeſſionum. Quis eſt dñe qui nõ aliquãtulum extra metas neceſſitatis cibum ſumat? Sed hoc ad gulam pertinet ꝙ aliquis ꝑꝑ concupiſcentiã cibi delectabilis ſcienter excedat menſuram in edẽdo, maxime cum ſe ex induſtria ingurgitat. Dr̃ ſecundo ꝙ põt appetitus vel concupiſcẽtia eſſe ſolũmodo naturæ, quia cibus & potus naturaliter deſideratur qñ fameſcit homo, ſicut ẽt facit animal brutũ, nec eſt ibi peccatum, quia delectatio quæ inde procedit non eſt in ptãte noſtra. Dicit. n. Caſſianus libro collationum ꝙ concupiſcentia uenereorum in hoĩe oĩno extingui põt, ſed nõ ciborum concupiſcentia, quia eſt homini connaturalis licet poſſit diminui. Dr̃ tertio ꝙ tripliciter quis põt peccare in cõcupiſcentia gulæ Primo, qñ ultra naturalem concupiſcentiam additur aliqua delectatio uolũtaria, taliter tñ ꝙ nullatenus vellet ꝑꝑ hoc contra Dei legem agere, & tũc gula illa uenialis eſt. Cibi enim (ut inquit Alex. par. 2.) ſumendi ſunt ut medicamina, quia cum in nobis ſit continua deperditio ſubſtantiæ ad hoc ſumitur cibus ut ecõtra fiat debita reſtauratio, & ſicut ęger cum timore medicinam accipit nec ibi appetit uoluptatem, ſic ſe debet homo habere quo ad cibum. Secundo peccatur, qñ talis delectatio uolũtaria anteponitur amori diuino, hoc eſt dicere ꝙ ante tranſgrederetur Dei mandatum uel eccleſiæ ꝙ dimitteretur comeſtio, & tunc ibi eſt mortale pc̃m̃. Sicut ſiquis ꝑꝑ crapuloſam comeſtionem dimitteret ire ad eccleſiam qñ tenetur ire, uel qñ prædicationi deberet intereſſe, & ſumere cibum ſpũalem, uel qñ dimittit aliquod aliud Dei ꝓceptum, ut ſe inebriet, & hoc eſt auerti a fine debito, & ſeipsũ cõſtituere finẽ, ut ſibi delectationes prohibitas aſſequat, ſiõ mortaliter peccat. Similis gallo qui in uia gẽmam inueniens & uilem uermem, præeligit uermẽ, lapidi precioſo gemmam cõculcat, & uermẽ glutit, cibum uentris pręelegit, & cibum mentis contemnit. Tertio qñ taliter aut talia aut tm̃ comedẽdo, ꝓbabiliter cognoſcit, aut ei per medicos aut prudentes inſinuatur, ꝙ corpori ſuo notabiliter nocebit aut grauem incurret infirmitatẽ, & ſic peccat mortaliter. Si em̃ rebus proximi inferres damnum notabile, mortaliter peccares, quãtomagis ſi corpori eius, ergo amplius ſi corpori tuo nocumentũ inferas, qđ plus te teneris diligere. Tertio peccatur, qñ quæ ſumenda ſunt accuratius præparari quis appetit. aut cibos precioſiores quã ſibi & ſtatui ſuo competat, aut multitudine, aut magnitudine præparat, licet ſe talibus nõ ingurgitet, quanuis hoc uitium magis ad pompã & ſuperbiam referendum ſit. Filiorum Hely prima culpa fuit, quia ex uoluntate eorũ ſacerdotis puer non de more uolebat carnes ſacrificiorũ accipere, ſed eas lautius uolebat præparare. Aliquando tres uel quattuor horas de tp̃e exponunt ad cõponendum ſalſas & condimenta pro irritando guſtu, ut caro recipiat momentanei lenocinij pedagium, qđ ideo pedagiũ dicimus, qa a palato in guttur guloſi ptrãſitur & ratione tranſitus percipitur. Vnde Neroni oblatus eſt piſcis grandis ut dicit Iuuenalis. Qui uocabatur rumbus, qui ꝑꝑ hoc totum conuocauit ſenatum, ut ſciret quomodo accurrate pararetur. Arbitratus ſenatus ꝙ pro grandi cauſa imperij tm̃ collegium cõuocaſſet, ſubriſit, & unus eorum cenſuit piſcem non eſſe diuidendum, ſed pro regia magnificentia parari oporteret uas ęreum ſm piſcis magnitudinem, & illic præparari piſcẽ. Quarto peccatur qñ qualitati ciborum & tp̃is congruit qđ ſumitur, ſed in quãtitate ſumendi exceditur menſura, qñ ſcilicet ſumitur ultra quam neceſſitas & infirmitas & conditio uel cõplexio tempus, uel ſocietas requirant, uel diu nimis & moroſe ſtatur in menſa. Bonum eſſet ꝙ tales haberent uentrem anguillę, ut poſſet quantum uellent extendi, & clauderetur cum certis nodis quibus ad libitum aperiretur uenter eorum, ut cibi interius recepti & eiecti locum ſequentibus darent, & ſic iterum cum uellent recluderetur. Semper enim eis deeſt cibus uel ſaccus. Vnde in uita ſancti Philiberti legitur ꝙ cum ſemel ſolito plus comediſſet, & uenter eius tenderetur, acceſſit ad eum diabolus in ſpecie humana ſuis manibus palpans uentrem eius dicens applaudendo & gaudendo, modo bene hic, modo bene. Eſt enim ſepulchrum patens guttur eorũ ad recipiendum bonos morſellos. Semper enim hiat eorum uoracitas. Quia ſit hoc deteſtabile oſtendit Cæſarius per exemplum. Nam quidam monachi & ſacerdotes die ante cineres in domo cuiuſdam ſacerdotis epulis uſque ad mediam noctem uacantes, & uinis diuerſis exquiſitis ſatiati, dixerunt in ipſo gallicantu famulo domus, adhuc oportet nos comedere, uade & affer gallinam quam inueneris iuxta gallum, ſedentem, quia ſolet eſſe pinguior cæteris, quæ ab illo ſtatim occiſa, uentreque eius aperto & manu impoſita, cum omnia ſimul inteſtina eiicere putaret, maximum bufonem extraxit, cuius motum cum manu ſenſiſſet & uidiſſet quid eſſet repentino ſuo clamore omnes aduocauit. Videntes autem inteſtina in bufonem conuerſa, intelligentes hoc eſſe opus diaboli confuſi receſſerunt. Quinto peccatur, quando abiectum eſt quod deſideratur, ſed tamen ipſo deſiderij eſtu deterius peccatur. Sunt enim tales ſicut canis ducens cæcum extra uiam rectam, uidens enim cadauer illuc diuertit. Sic propter uilem & abiectum mor-

F Gula. Quando gula eſt mortale peccatũ, & quando non.

ſellum caro animam ducit extra rectã uiã ueritatis, ſic Eſau primogenita uendidit propter lentis edulium. ſic primus parens hæreditatem ſuam & noſtram propter pomum, cum tamen fuiſſent in paradiſo multi alij fructus meliores non prohibiti. Noui aliquos propter auidam comeſtionem uilium boletorum, alios propter pepones auide comeſtos mortem incurriſſe.

*G Mulier pregnãs. Vnde eſt ꝙ mulieres prægnan es quærunt ſæpe uilia & nociua.*

Quia ſi dixeris pręgnantes mulieres ẽt uilia & abiecta ut carbones & corium auide quærere, nec in hoc peccant? Reſpondeo ꝙ tales mulieres huiuſmodi petunt ex natura uitiata eas quodammodo coartante. Iſti uero ex uolũtate corrupta nullatenus eos cogente. Prægnantes enim ex indignatione matricis commoto, in ſignũ maledictionis primę præuaricationis huiuſmodi uilia deſiderant, ut quemadmodum mulier paritura genus humanum, contra diuinũ pręceptum impudenter ad uilia & noxia ſibi cucurrit, dimiſſis optimis fructibus & ſibi conuenientibus, ſic infantem paritura uilia & fœtida, & q̃ prudens mulier abhorreret uehementer appetit, ut per quæ qs peccat per hæc & torqueatur. Excuſatur autem hæc auiditas ex natura uitiata, quę ſic eam ad huiuſmodi inclinat ꝙ niſi ei in talibus occurratur, periclitatur partus de abortiuo. Sexto peccatur qñ comedit̃ prohibitũ, & hoc multipliciter. Quia aut utuntur illicitis cibis ſecundum perſonam, ut uti carnibus monacho ſano. Vel pro tpe, ut uti carnibus in quadrageſima. Vel pro loco, vt comedere uel bibere in eccleſia, uel in bordello, uel in taberna inhoneſta. Vel pro diſpoſitione, ut comedere cibum uetitum in infirmitate, uel plures comedere in tempore ieiuniorũ, uel comedere aliquid contra uotum ſimplex, aut ſolemne, uel contra iniunctam pnĩam. Graue erit talibus ieiunium infernale, ubi nec panis nec aqua inueniri potuerunt, ubi pinguedo eorum quam tam ſolicite hic procurarunt, erit materia ignis inferni, & uenter eorum qui fuit coquina diaboli illic ſuccendetur.

*H Gula. Quia qn que partibus abſtinentiæ reſiſtendũ eſt gulæ.*

Quia ſi quis hanc gulam, immo uerius Goliam Gyganteum uoluerit deſtruere accipiat quinque limpidiſſimos lapides in torrente rationis, quinque uirtutes abſtinentiæ. Prima eſt diu ieiunare uſque ad horam determinatam, & uſque ad uentris rugitum & non præuenire famem. Secunda ſufficere ſibi in cibis pauperũ, & ĩ legumine & oluſculo & pane ſiligineo uel ordeaceo. Tertia eſt parum comedere & non uſque ad ſatietatem ſe replere. Quarta etiam in magna fame ſtatuere cultrum in gutturæ, ut non effundat ſe anima ſuper omnem cibum ſed cum maturitate & decentia tractim comedat. Quinta eſt nullum ſtudiũ uel paucũ ponat in præparatione cibi, non curans utrum aſſa uel elixa meliora ſint uel frixa uel cocta. Sicut enim Babilonij neſcierunt cõcludere omnipotentiam Dei ſui, niſi quia Bel multa bibebat & comedebat quotidie, ſic multi quãdo ſingulis diebus non multum bibunt & comedunt, ſtatim conqueruntur ꝙ diuinitatem & omnipotentiam ſtomachi ſui & uentris illa die non perceperunt. Et ſi quęratur qui ſunt illi qui non tenentur ſeruare ieiunia ab eccleſia ordinata.

*I Ieiuniũ. Qui ſunt qui nõ tenẽtur ob ſeruare ieiunia.*

Dicitur primo ꝙ ad hoc non tenerentur qui ſe inuenirent in aliqua neceſſitate famis, uel aliqua ſpeciali indigentia cibi, quia neceſſitas non ſubiicitur alicui legi poſitiuæ. Dicitur ſecundo ꝙ iuſti etiam ſi nunquam peccauerint & non ſint de libidine tentati, adhuc tamen ad ieiunia eccleſiæ tenent. Hoc enim Paulus fecit qui iuſtus erat. Ait enim. Per arma iuſtitiæ in ieiuniis multis. hoc & Ioannes Baptiſta qui nunquam peccauit. Virtus enim hominis non ſubuertit ordinem eccleſiæ, ſed quanto maior, tanto magis conſeruat & perficit. Tertio dicitur de pueris, ꝙ ſecundum aliquos anno uigeſimo tenentur ieiunare quadrageſimam, eo ꝙ in tali ætate habilis eſt homo ut numeretur in exercitu, ut patet Nume. 1. Alij dicunt ꝙ in uigeſimoprimo anno ubi eſt terminus augmenti, graue enim eſt ieiunium adoleſcẽtibus quandiu ſunt in augmento. Non eñ requirunt tantummodo alimentum pro nutritiua ſed etiam pro augmento. Interim tamẽ tenentur eorum parentes facere eos aſſueſcere plus uel minus ſecũdum ſuam diſcretionem uel bonorum virorum, ad hoc ut aliquibus diebus ieiunent. Quarto dicitur de peregrinantibus ſi poſſint ſimul ieiunare & peregrinari tenentur. Si autem non poſſunt, aut neceſſaria eſt peregrinatio, vt cum quis cogitur ire in exilium ex ſua culpa, ſiue non, uel ſiquis cogatur ire in exercitum pro reipublicæ defenſione, tunc nõ tenentur. Aut talis peregrinatio eſt ſpontanea,



tanea, & tunc uel tenẽtur ieiunare uel ceſſare a peregrinatione, niſi uel cœperit peregrinari in tempore quo potuiſſent perficere peregrinationem ultra tempora ieiuniorum, & tamen non ualuerunt, & ſic nõ peccant non ieiunando, quia hoc non fecerunt in fraudẽ pręcepti. Vel niſi peregrinatio ſit longa in cuius tempore interuenerunt aliqua ieiunij tempora, ut ſiquis uellet ire Hieruſalem, & ſic non uidetur teneri, & hoc ſi deuotionis cauſa iret, ſecus eſſet ſi occaſione mercandi. Si autem ſit alicui in pnĩa peregrinatio impoſita, quæ etiã alio tempore poteſt expleri, & tamen timetur aliquod periculum ſpũale, uel corporale, ſi cito nõ compleatur, Dicit Thomas ꝙ in talibus ſolui poteſt ieiunium pp peregrinationem. Quinto, pauperes qui non habẽt unde poſſint ſimul habere pro una uice unde poſſint ſuſtentari pro uno die, abſoluuntur a ieiunio, & idem de uiatoribus dicatur ſi forte non inueniant hoſpicium in quo poſſint ſufficienter pro una uice ſuſtentari: Sexto laborantes qui non poſſunt laborare fideliter ieiunando, nec poſſunt aliunde ſuſtentari niſi per lucrum laboris, tales etiam non tenentur, & per lucrũ neceſſarium ad ſuſtentationem non ſolũ intelligitur illud qđ requiritur ad quotidianũ uictũ, ſed ẽt ad oẽs humanas neceſſitates. Indiget eñ homo & cibo & potu, ueſtimento, & domo & ſic de aliis adminiculis ad uitam. Indiget ẽt ſibi prouidere pro futuro ſi infirmaretur uel debilitaretur, pro uxore ẽt nutrienda ſi decederet, pro filiis & filiabus, ut matrimonia iuxta ſtatum ſibi decentem contrahant. Hæc eñ omnia neceſſaria ſunt, quicquid reſidui eſt, ſuperfluum eſt. In hoc tñ cauenda eſt ſuperabũdans prouidentia, ne luxuriet in ſuperfluitatem, quia ſi auaritiæ eredatur, nihil erit ſatis. Si aũt uelint ieiunare laborantes, minus laborent & minus mercedis accipiant quia ſi uellent tñ habere mercedis ac ſi non ieiunarent, tunc nõ peccant qui nolũt eos conducere. Si aũt moderate iuxta laborem uellent accipere, peccarent qui pp ieiunium nollent eos conducere, niſi forte eſſet magnæ accelerationis opus, qđ non põt commode in aliud tps differri. Septimo ſeruitores dñorum qui diu ſunt in mẽſa, & qui tarde comedũt, uel poſt prandiũ ſtatim ad alia loca recedunt, quos neceſſe eſt ſequi, poſſunt ante prandiũ aliquid parum comedere ut melius poſſint expectare, & ſic pro parte a ieiunio abſoluuntur. Octauo, prægnantes & nutrices non tenentur ieiunare ne ieiuniũ eorum crudele uel faciat abortiuum & homicidiũ, uel infantulum faciat ieiunare, debẽt eñ hmõi mulieres pro duobus comedere. Nono, ſenes & debiles non tenentur ieiunare, quando aũt accidat ſenectus, hoc arte determinari non põt. Nam ſenectus ſm uarias conditiones & accidentia, his quidẽ citius, aliis autem tardius. Decimo, infirmi & debiles non tenentur ad regulam ieiuniorum, ſed medicorum. Vndecimo, mulieres nuptę in ieiuniis noluntariis uel ex uoto cui contra dicit maritus, ſiue emiſſum fuerit ante matrimonium; ſiue poſt, tenentur obedire maritis ſuis. In ieiunio uero eccleſiæ, ſi ieiuniũ præiudicat redditioni debiti uel nutritioni filiorũ, uel efficitur mulier minus ſufficiens ad tolerandos labores neceſſarios in diſpoſitione rei familiaris, ẽt tenetur obedire marito qui prudentior eſſe coniecturatur quam mulier. Si autẽ non ſit aliquod iſtorum impedimentorum, & tñ uir ſcandalizatur & uxori iraſcitur, põt q̃rere diſpenſationem, & interim ẽt ante diſpenſationem marito obtemperare. Duodecimo dr̃, ꝙ in omnibus ſupradictis ubi manifeſte iſti apparent, & in his etiam in qbus non conſuetum eſt diſpenſationem quærere, ſed hoc tolerat eccleſia, non eſt neceſſe diſpenſationem quærere. In aliis uero ſufficit quòd a ſuo parrochiali curato petatur.

*Eadem feria ſexta Sermo ij. in ordine, xiiij.*

*A Reſpicere De duplici reſpectu Dei uiſionis ſcilicet approbationis.*

Q*Vare ieiunauimus & non aſpexiſti, humiliauimus animas noſtras & neſciſti?* Eſ. 58. Duplex eſt Dei aſpicere. Vnum ſimplicis uiſionis. Aliud approbationis. Primo aſpectu uidet omnia licet diſſimulet ſe uidere. Eſai 57. Ego tacens & quaſi non videns, multi propterea Deum offendunt credentes ꝙ Deus eos peccare nõ uideat, de quibus. Pſal. Et dixerunt quomodo ſcit Deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo. Similiter ſimplices & idiotæ uidentes tot aduerſa bonis contingere, dicunt Deum illud non uidere, dicentes id Ezechi. 8. Dominus dereliquit terram & dominus non uidet, & illud. Iob. 22. Nubes latibulum eius &c. nec noſtra conſiderat. Et neſciunt,

 quia

q̃a palpebræ eius interrogant filios hominum.i.per hmõi ſcrutãtur interiora hominis, pedagogus enim ſcholares rixantes & inter ſe pugnantes (quaſi claudendo palpebras) diſſimulat ſe uidere, quibus apertis ſilent omnes trementes, ad pœnam ſibi de propinquo infligendam. Sic modo claudere uidet Deus palpebras, cũ non punit mala quæ uidet ſed diſſimulat. Tunc aũt aperiet cum terribiliter puniet, tunc enim uidebitur aſpectus criſtalli terribilis ſuper capita animaliũ Ezech. 1. ideſt ſuper eorũ capita qui animaliter uixerunt. Sunt enim quędam animalia quorum non uidentur oculi, quæ niſi per experientiam uidere ꝓbarentur non iudicarentur uidere, ut pulices & minuta animalia. Sic & Deus uidere tãta mala non crederetur, niſi poſtea ulciſcendo uidere probaretur, ſed ſecundo aſpectu aliter aſpicit Deus aliter mundus. Mundus primo aſpicit ad munera deinde ad perſonas, & propter munera perſonas appreciatur, ſimilis caprę ioculatoris quæ melius ueſtitum tanquam probiorem de congregatione præelegit. 3. Reg. 13. Manus Hieroboã primo muneribus replebantur, & ſic de nouiſſimis faciebat ſacerdotes excelſorum, ſed Deus primo reſpicit ad ꝑſonas qualis uitæ & qualis ſunt ſanctitatis deinde ad munera & oblationes earum reſpicit. Si ergo uolumus ut illos nos aſpectu reſpiciat primo aſpiciamus ad eum & præcepta eius. Cõmuniter dr̃ ꝙ ſi lupus primo deprehendatur nihil nocet. Si uero prior aſpiciat raucũ & facit hoĩem & loqui impotentem. Virgilius in eglo. 7. lupi merim uidere priores. Sic ſi nos in iudicio ſuo prior reſpiciat Deus, nec ad eum prius reſpexerimus, ad eius interrogata rauci efficiemur, nec unũ pro mille reſpondebimus Iob 9. Si uero ad eum reſpexerimus modo ſupradicto, placabilem eum inueniemus. Sed quia iam ſeneſcente mundo ſeneſcimus opus eſt nobis inſtrumento uitreo ad dirigendum noſtrum aſpectũ ad eum. Illud eſt per quod tranſiit ſine fractione ſignaculorum uirginitatis ſplendor lucis æternæ iuxta illud. Eſai. 62. Egrediatur ut ſplendor iuſtus eius. Eius ergo medio lumen gratiæ ab eo requiramus dicentes. Aue.

*B Reſpicere. Quia diſferenter aſpicis mũdus & Deus.*

Quare ieiunauimus &c. Ad hanc quæſtionem reſpondet propheta multipliciter in epiſtola hodierna. Primo obſtacula ponit quæ Deum impediunt ne nos aſpiciat. Secundo media quibus ad nos facile reſpiciat. Tertio qualis erit huius aſpectus fructus & utilitas. Relictis autem duobus ultimis primum diſcutiemus. Sunt enim quinque quæ impedire ſolent effectum ieiunij, & ne nos aſpiciamus ad Deum, & ꝑ conſequens ne ad nos aſpiciat quæ etiã ſolent impedire ſolis effectum ne efficaciter uiſum moueat. Primum eſt circa exteriora nimia attentio aut occupatio. Cũ enim quis multum fixæ attendit ad rem aliquã aut de ea cogitat non percipit eos qui coram ſe tranſeunt. Sic aliqui ita fixe circa temporalia negociantur ꝙ animę ſuæ negocium dimittunt, propter quod & Deus eos dimittit. Vix enim quis aſinũ ſubleuaret eius qui manum negligit apponere ſed ad alia diuertit, licet enim ſol iuſtitiæ ſuper tales iradiet ſuis inſpirationibus occultis & ſuorum prędicationibus & doctrinis, nihil tñ inde percipiunt aliis occupati, & ſi percipiant, nihil tñ iuxta audita & ꝓcepta operantur. Et hoc eſt quod dicit dominus per prophetam. Vos quæritis quare ieiunauimus. Certe, inquit dñs, tales de die in diem me quærunt.i. quærere uidentur quo ad idiotas & ſimplices q de ſermone in ſermonem diſcurrant, & ſcire uias meas uolunt quo ad literatos qui aſſiduó ſcripturis & ſcientiis inuigilant, quaſi gẽs quæ iuſtitiam fecerit & quæ iudicium Dei ſui non dereliquerit, quod non eſt ita, quia nec ſecundum cognita & audita iuſtitiam faciunt, immo leges & præcepta Dei ſui paruipendunt. Similes his, qui pro ſua infirmitate medicum interrogant, & audiunt, ſed ſecundum medici conſilium non faciunt. In hoc reprehenduntur literati uiri qui de die in diem uias domini in ſcripturis ſcrutãtur, & tñ ſ̃m eas non ambulant ad ſuæ damnationis cumulum. Student eorum nonnulli (inquit Bernard.) ut ſciant & illud eſt curioſitas. Alij ut ſcire uideantur, & illud eſt uanitas. Alii ut quæſtum & fauorem ſibi quærant, & illud eſt turpe lucrum. Alij ut ad dignitatũ apices attingant, & illud eſt ambitio peſſima. Alij ut ſciant & ſ̃m ſcientiam ſuã acquiſitam ſalutem ſuam procurent, & illud eſt prudentia. Alij ut ædificent & illud eſt charitas. Succidunt enim q eiuſmodi ſunt

*C Reſpicit. Quinque impediũt ne nos reſpiciat Deus.*





ligna ſiluarum ſacrę ſcripturæ ad ædificãdum domos & habitacula Dei ſui ſecuri intellectus Pſal. In ſilua lignorũ ſecuribus exciderunt ianuas eius in idipſum. Primũ enim, ꝙ circa populum operari debent eſt portam & ingreſſum Dei in animam præparare. Miles enim quàm primum inuadit caſtrum, reſpicit quo loco patebit ſuo principi ingreſſus in ipſum. Pſal. Viderunt ingreſſus tuos Deus, ingreſſus Dei mei regis mei &c. Secundum, ꝙ impedit etiam ſolis effectum, eſt nimia diſtantia, propter quod ſol non multum irradiat, & calefaciat partes ſeptentrionales, quæ ideo manent gelidæ & glaciales. Sic longe multũ eſt Deus ab his qui ſe ſimulant iuſtos, & iuſtitiam facere, & ei appropinquare orationibus, quibus eum rogant iudicia iuſtitiæ ideſt, ſicut phariſæus uolunt exaudiri ſecundum merita ſua: cum tamen nihil magis ab eo diſtet quam præſumptio, & ſuperbia Pſal. Alta a longe cognoſcit. Fingunt enim tyrãni, & hypocritæ per deuotionem ſimulatam, appropinquare Deo, a quo tamen ſe potius elongant. Fluuius enim quantomagis fluit, tantomagis recedi a fonte. Sic quanto fluit eorum uita, tanto a Deo elongantur. Pſal. Flagellum non appropinquabit tabernaculo ſuo. Flagellum, ideſt tyrannus, uel raptor, qui eſt bonorum flagellũ. Dicit enim Ariſtoteles. 5. Politice: hanc eſſe tyranni conditionem ut diis ſe fingat eſſe deuotum, quatenus magis eum timeãt opprimere populi quo Deos putant ipſius adiutores. Tertium, qđ impedit eſt ſuſcipientis in diſpoſitio intrinſeca. Organum enim nimis humidum & craſſum non clare ſuſcipit ſpecies rerum. Sic intellectus guloſi non bene diſputat de ieiuniis, nec bene poteſt videre excelſa Dei, cum de videntibus & contemplantibus ea ſcriptum ſit. Eſa. 37. Attenuati ſunt oculi mei ſuſcipientes in excelſo. Propter quod talibus crapuloſis & pinguibus exprobrat dominus. Vos quęritis quare non aſpicio ad ieiuniũ ueſtrum. Certe quia in diebus ieiunij ueſtri inuenitur uoluntas ueſtra, ideſt ſenſualitas ueſtra multum procurata delicatis & ſumptuoſis cibis, quibus magis parãt anima ad occiſionem quam ad uitã. Recitat magiſter Geruaſius lib. 2. De mirabilibus terrarum, quòd Arelateñ. tempore gentilitatis ſuæ ſingulis annis tres iuuenes emebant, quos per totum annum delicioſe paſcebant, & in fine anni impinguatos occidebant, & ſuper aram latam erectam ſuper columnas altas ſingulis annis dęmonibus eos immolabant: ideo Arelatum dicebatur quaſi ara lata. Sic diabolus guloſus huiuſmodi poſtquam bene pauit ſecundũ animam male occidit. Et ſi quæratur quo modo ſcietur ſi cibus eſt nimium delicatus & ſumptuoſus. Reſpondetur, ꝙ hoc per artem non eſt terminabile. Sumptuoſitas enim & lecacitas ciborum, maximè attenditur ex qualitate perſonarum. Nam delicata ſunt olera ruſtico, quæ non ſunt militibus delicata, & forſitan in exercitu eſſent illis militibus delicata, quæ tamen inter eorum delicias & caſtra non ſaperent eorum faucibus. Similiter aliqua ſunt delicata religioſis, ut fabæ & piſa, quæ nõ ſunt ſecularibus. Aliquid etiam eſt ſumptuoſum uni quod non eſt alteri ut ſubdito, quod nõ principi, & in una regione qđ non in alia, ut beluæ maris communiter ſuper oceanum non ſunt ita caræ ſicut in remotis a mari. Aliquid etiam conuenit uni quod non alteri, ut ſano quod non infirmo, adoleſcenti quod non infanti, iuueni quod non ſeni, laboranti quod non quieſcenti, & de his omnibus ſ̃m rectũ rationis iudicium, & ad boni uiri arbitrium mediũ taxandum eſt. Quartum, qđ impedit eſt macula in oculo, quãdo enim macula auaritiæ eſt in oculo hominis, non põt uidere fratrem ſuum neceſſitatem patientem, ſed crudelis eſt ſibi. Vnde ait dñs. Quia ecce ego nõ reſpicio ad uos, neque ad ueſtrum ieiunium, quia me non reſpicitis in fratre & proximo ueſtro, quia in diebus ieiunij ueſtri debitores ueſtros repetitis, & in iudicio propter hoc eos conuenitis, & ſic ad lites, & contentiones ieiunatis & percutitis eos pugno impie. Pugno aũt percutere, eſt percutere manu clauſa, & deterior eſt talis percuſſio quam manu aperta, eo ꝙ in manu clauſa tota uirtus manus utiẽ ad percutiendum, in aperta uero magis ſpargitur. Sic Deus bonos percutit manu ad miſericordiam, & conſolationem aperta. Malos uero percutit pugno, ſed pie, qa licet clauſa ſit manus ad mĩam eos liberantem, continet nihilominus in pugno ſuo aquas miſericordiæ, non ita eos puniẽdo ſicut meruerunt. Eſa. 40. qui menſus eſt

*D Percutere differẽtia inter percutere pugno & manu aperta.*

pugillo aquas. In pugillo enim aquas te-
net quas metitur, ſed ideo in pugillo conti
nere dicitur quia eis paucam miſericordiã
tribuit in comparatione ad iuſtos. Nec mi
rum, quia deſperantes paruam petunt. Nõ
enim petiit diues epulo niſi guttam aquę.
Mali uero percutiunt pugno impie, q̃a ma
nu clauſa ſine aqua miſericordiæ & ultra
demeritum ulciſcuntur, & quandoque uſ-
que ad cruentationem, quia ſine miſericor
dia repetunt ſua nihil relaxando debitori-
bus, immo ad lites & contentiones foren-
ſes eos trahendo omnem eorum ſubſtan-
tiam conſumunt, & quod his deterius eſt
uſuris & rapinis ſanguinem a naribus eo-

*E*
*Debitũ. Vtrũ ſit licitũ debi. a ſuis repetere.*

rum extrahunt. Circa hoc quæritur utrũ
malum ſit a debitoribus ſuis debita repete
re? Arguitur ꝙ ſic per pręſentem textum.
Ecce inquit in diebus ieiunij ueſtri inue-
nitur uoluntas ueſtra, & debitores ueſtros
repetitis, quod ſi non eſſet malum Deus
propter huiuſmodi rẽ non denegaret aſpe
ctum ſuum. Oppoſitum argu. quia niſi poſ
ſent debita repeti a debitore, periret reſpu
blica & indigentibus uix ſubuenirent diui
tes. Reſpon. dicendum ꝙ duplicia ſunt de
bita, quædam ſunt ſpiritualia, alia tempo-
ralia. Spiritualia ſunt in duplici differẽtia,
quædam ſunt quę contrahunt ex delicto,
ut ex iniuriis & contumeliis illatis, & hæc
repetere ex liuore uel uindicta nõ eſt lici
tum. Tales ſunt ſimiles ſeruo crudeli cuius
dñs ſuus miſertus eſt, nec tamen voluit cõ
ſerui ſui miſereri, ꝑꝑ quod traditus eſt tor
toribus cruciãdus. Matth. 18. Inde oramus
dicentes dimitte nobis debita noſtra &c.
Alia ſunt ſpiritualia debita quæ ex quadã
obligatione ratione officij, aut dignitatis,
aut temporaliũ ſtipendiorum conſurgunt.
Hæc aũt debita ſunt doctrina, iudiciũ, cor
rectio, ſacramentorum adminiſtratio, cõſi
lium, & ſic de aliis, & iſtorũ debitores ſunt
prælati ſubditis ſuis, & iſta ſunt om-
ni tempore repetenda prout recta rõ bo-
ni uiri iudicaret Debet enim ſubditus do-
ctrinam, conſilium, & cætera hmõi repete-
re ab eo qui ſibi tenet̃ ex officio & ſtipen-
diis miniſtrare, ꝑꝑ quod dñs prælatos mi-
niſtros appellat. Temporalia. ſ. debita ſunt
quæ contrahuntur ratione mutui, locatio
nis, emptionis, & uenditionis, & aliorum
hmõi. Et iſta ſunt duplicia. Quędam ſunt
quæ contra diuini præcepti prohibitionẽ
contracta ſunt, ut per uſuram & fraudem
ſicut iudei facere ſolebant, & hæc nullo tẽ
pore repetẽda ſunt. Alia ſunt quæ iuxta le
ges diuinas & humanas legitime cõtracta
ſunt, & hæc repeti poſſunt tribus obſerua-
tis. Primũ eſt ꝙ repetant̃ a ꝑſona quæ poſ
ſit ſoluere, quia ſi eſſet in neceſſitate & nõ
ex culpa ſua uideretur crudelitas. Et notã
ter dr̃ nõ ex culpa ſua, quia ſi ex culpa ſua
deuenirẽt ad inopiam, utpote quia de alio
rum bonis ſe inebriant, aut ingurgitãt, aut
luxuriantur, aut ludunt, aut ocio uacant tã
les deberent ſicut olim uel ad laborandũ
pro ſuis debitoribus compelli, aut in ſer-
uos uenundari, ut non impunes bonis alte
rius gauderent, & tales amplius reſpublica
non haberet. Secunda conditio eſt ꝙ ſi nõ
poſſint bene ſoluere & non ex culpa ſua,
quòd moderate ab eis repetãtur debita &
cum miſericordia, utpote relaxando par-
tem debiti, uel uſque ad tempus expectan-
do, uel ꝙ per opera eorum manualia, aut
alias paulatim ſoluantur patiẽter expectã-
do ſecundum facultates eorũ. Nec eſt cru
delitas ſi tales ſic compellant diuites ſolue
re, quia non conſtat eis de certo ꝙ ad tan-
tam neceſſitatem deuenerint quorum ege
ſtati prouidit eccleſia de remedio oportu
no ſcilicet de cedendo bonis ſuis, in hoc
dãdo remedium neceſſitati pauperum, &
cautelam diuitibus de prudenter mutuan
do & repetendo ſuum. Tertia conditio eſt
ꝙ ſiue poſſint bene ſoluere ſiue nõ ꝙ tem-
pore oportuno cum modo conuenienti pe
tantur. Non enim debent repeti in die fe

*F*
*Debitũ. Vtrũ debita poſſint repeti die feſto.*

ſto cum litibus, & contentionibus, & con-
tra diuinum præceptum, quemadmodum
faciebant iudæi qui repetebant debita ſua
in anno iubileo, uel in diebus ieiuniorum
& feſtorum cum placitis & litibus Et hoc
eſt quod dicit text. In diebus ieiunij debi
tores ueſtros repetitis. Ecce ad lites &
contentiones ieiunatis. Iudæi uero quan
doque in diebus ſolemnibus ieiunabant,
ut in expiationis feſto. Leuiti. 16. In quo
damnandæ uidentur nõnullæ forenſes cu
riæ in quibus die dominico aguntur foren
ſes cauſæ pro debitis & aliis negotiis. Et
ad hoc eſt ratio multiplex. Primo hoc
prohibet decretum eccleſiæ. 15. quæſt. 4.
per totum. Secundo quia illo die maxime
debet homo militare Deo & ei ſeruire ſed
2. Thimo. 2. Nemo militans Deo impli-
cat



cat ſe negociis ſecularibus, non ergo debet
talibus negotiis ſecularibus uacare quan-
do tenetur Deo militare. Tertio quia in
agitatione cauſarum huiuſmodi fiũt lites
& contentiones. ſed 2. Thimothe. 2. Ser-
uum Dei litigare nõ licet. & hoc maximè
quando cum requie mentis tenetur Deo
ſeruire. ergo. Quarto quia dies dominici
maxime ordinantur ad implendum primũ
mandatum de dilectione Dei ut ſcilicet ſe
recolligant Chriſtiani a temporalibus ne
gotiis, & ad diuina beneficia meditentur,
ut exinde eliciant actum dilectionis Dei
ſed nihil magis facit euagari hominẽ quã
meditatio circa huiuſmodi cauſas foren-
ſes, hoc enim totum hominem rapit ad ſi-
bi caute prouidendum de aduocatis, de cõ
ſilio, de teſtibus & aliis ſimilibus ne per-
dat ſuum negotium, & ut plurimum ad o-
dia, ad uindictam, ad contumelias aduer-
ſus partem ſuam concitat, & ad triſtitiam
cum non poteſt obtinere quod vult indu-
citur. Vnde fit inhabilis homo per totum
diem illum ad eliciendum actum dilectio-
nis Dei, ergo damnandę ſunt curię illę. Po
teſt tamen in diebus dominicis ſine contẽ
tione & litibus & compulſione repeti debi
tum, quia illud poteſt licite exigi cuius exe
cutio eſt licita, ſed quis licite põt in dñico
die reſtituere & ſoluere debita ſua dũmo
do non minus interſit diuino officio, ergo
& illud põt licite hoc modo exigi. Et ſi di
catur ꝙ non eſt inconueniens iudices ſimi
liter illo tp̃e ſoluere debita ſua iuxta illud
Pſal. Beati qui faciunt iudicium & iuſtitiã
in omni tp̃e. Secundo in hoc pauperibus
pietatis offm̃ exhibetur dum die feſto mi-
niſtratur eis iuſtitia ne dietas ſuas perdãt,
quas perderent ſi diebus feriatis conueni-
rentur. Tertio reddere debitum uxori
in die feſto non eſt malum, cum ergo ſit
opus iuſtitiæ quare iſtud plus quam illud
uidetur eſſe damnandum. Ad primum re-
ſpondetur ꝙ bonum eſt facere iudicium &
iuſtitiam in omni tp̃e conuenienti ſ. quan-
do ſcilicet non contrauenit̃ mandato Dei.
Hęc autem facere die dominico prohibet,
& mandatum de dilectione Dei, & manda
tum de obſeruatione ſabbati, & cum hoc
mandatum eccleſię Ad ſecundum dicitur
ꝙ talis pietas eſt impia crudelitas qua par
citur pabulo corporis ut intereat anima,
qua propter traditiones hominum & pie-
tates iniquas, tranſgreditur Dei mandatũ.
Et conſimiliter probaretur per hoc argu-
mentum, ꝙ magnæ pietatis eſſet & iuſtitiæ
ꝙ ruſtici in die feſto operarentur ut ſolue
rent debita ſua, operari autem illo die bo-
num opus eſt, niſi eſſet a Deo & eccleſia
prohibitum. Ad tertium dicitur ꝙ non eſt
ſimile, quia reddere debitum uxori nõ ita
diſtrahit hominem a Dei & proximi dile-
ctione, & a ſeruitio Dei ſicut huiuſmodi
forenſes cauſæ. Quinto impedit effectum
ieiunij uana gloria fumus enim impedit ui
ſum, ſic ne Deus noſtrum aſpiciat ieiuniũ,
impedit fumus uanæ gloriæ, propter quod
ſubditur in epiſtola nolite ieiunare ſicut
uſque in hanc diem ut audiatur, in excel-
ſo clamor ueſter. ideſt ut exclametur ip-
ſum ieiunium uel uerbis uel ſignis, ut ſo-
lent facere hypocritæ. Nõ enim ſufficit ad
ieiunium afflictio hominis per diem ſed re
quiritur ceſſatio ab omni delicto. Nec ſuf
ficit contorquere quaſi oculum caput ſuũ.
ideſt uel circuire ſicut faciũt monachi hu
miliando caput ſuum uerſus maiores eo-
rum, uel portare in capite ſuo ligaturam
panniculorum in circulo, ſicut ſolent face
re infirmi, & hoc propter dolorem capitis
quem fingebant ex ieiunio contractũ. Nec
ſufficit ſaccum & cinerem ſternere, ut ibi
quaſi in cubili requieſcat pœnitentiam
agendo, ſed illud eſt ieiunium acceptabile
dño ſcilicet diſſoluere colligationes impie
tatis & quæ ſequuntur in textu &c.

*Eadem feria ſexta Sermo iij. in ordine, xv.*

*A*
*Inimicus. Quia ſine inimici in hoc mundo eſſe nõ poſſumus.*

*Diligite inimicos ueſtros benefacite his qui oderunt uos.* Luc. 6. Quæritur quomo
do dixit dominus. Diligite inimicos vr̃os,
quaſi uelit dicere nos ſine inimicis eſſe nõ
poſſe, q tamen ad amorem prædicandum
aduenit. Propterea quis põt diligere inimi
cos? quis poteſt eos amare qui nobis ma-
lum procurant? Reſpondeo per propoſitio
nes. Prima eſt. In hac uita mortali ſine ini
micis eſſe non poſſumus, probatur primo,
quia non eſt ſeruus maior domino ſuo, ſed
dominus quamdiu apparuit in hac uita ꝑ-
dicans & operans opera pr̃is ſui habuit ini
micos, expectet ergo ſeruus ſimile hr̃e. Si
me (inquit) perſecuti ſunt & uos ꝑſequent̃.
Scd̃o hoc natura docet, quæ gñationes &
corruptiones per contrarias qualitates &
non niſi ſine illis cauſat. Si ergo natura

 non

non poſſit ſuas operationes uirtuoſas face
re ſine contrario, neceſſe eſt etiam uolunta
tem perfectas operationes minime exerce
re ſine inimico. Tertio, quia neceſſarius eſt
pigris ſtimulus ad bene operandum ſicut
& aſino. expedit ergo nos habere inimicos
qui ad bene operandum nos exerceāt, ꝑꝑ
Deus filios Iſrael exercebat per inimicos
ſuos ad prælium, & Romani deſtructa Car
thagine dum nullos exteros haberent ho
ſtes, de ſe ipſis atrociſſimos fecerunt ini-
micos. Secunda propoſitio. Rationabile eſt
noſtros diligere inimicos. Vnde Augu. in
homil. ſuper uerbo propoſito. Si conſidere
mus Deum qualiter nos diligit cum impij
ſimus, & per opera noſtra mandatorũ ſuo
rum tranſgreſſores, & aduerſarij ſummi, &
tamen uolumus ut nobis ignoſcat, facile
poſſumus conſiderare quam facile inimi-
cum noſtrum diligere debeamus. Simili-
ter quam facile porci cum porcis pro re
modica pugnant, & tamen ſic adinuicem
adunantur, ut ſiquis aduerſus eorum quem
piam aliquid fecerit unus alteri ſubueniat
& nos deteriores porcis propter modicā
iniuriam deſiſtimus a bono eis faciendo.
Sic dñs dilexit inimicos ſuos, ſic diſcipuli,
ſic Stephanus, ſic Maria, quæ eis miniſtra-
uit ex uinea ſua uinum æternæ ſalutis, qđ
iudæi guſtare noluerunt, nũc vero chriſtia
ni amplius guſtantur, & ut amplius adhuc
deguſtemus dicamus Aue.

*B Inimicus Quia inimico rationabile eſt diligere.*

Triplicem inimicum habet homo. Deũ
cum male agit, diabolum cum iuſte uiuit,
proximum cũ ipſum lædit. De primo ſcri-
bitur in Pſal. Odiſti omnes qui operantur
iniquitatem. Et merito Deus odit peccato
res. Quis enim ſeruum non odiret ſi inimi
cum eius capitalem foueret. Inimicus aũt
dñi eſt pctm̃. Pſal. Dilexiſti iuſtitiā & odi-
ſti iniquitatem. Multum diſplicet dño cũ
ſeruus eius mandata ſua tranſgredit̃, & mã
data ſui inimici adimplet. Mundus aũt ini
micus eſt Deo, iuxta illud. Iac. 4. Qui uo-
luerit amicus huius mundi eſſe inimicus
Dei conſtituit̃. Et licet Deus oẽs odiat pec
catores, ſpecialiter tñ quatuor genera pec
catorũ inſtar magnatũ, q primo ſolẽt odi
re ſuos impugnatores. Sic Deus ſuperbos.
Nullum .n. pctm̃ præter ſuperbiam aſcẽdit
uſque in cœlum ad Deum, in throno ſuo
impugnandũ. Neq; enĩ alia pctã nituntur
Deo auferre gloriã, ſed ſola ſuperbia. Pſ.

*C Inimicus Quia hõ triplicem abet inimicum, Deũ diabolum, & proximũ.*

Superbia eorum, qui te oderũt aſcẽdit ſem
per. Secundo ſolent odire proditores. Sic
Deus clericos & religioſos malos. Qui
enim eſſet de familia regis ad menſam ad
robam, ſiue tunicam, ad equos &c. ſi regẽ
impugnaret, proditor diceret̃, & merito
odioſus. Pſal. Doloſe egit in cõſpectu eius
ut inueniat̃ iniquitas eius ad odium. Dolo
ſe agit, qui habitum & tonſuram (quæ ſunt
ſigna, ꝗ de familia dñi eſt) ſecum portat,
& tñ Deum peccando impugnat. Minus
enim ſunt culpabiles extranei ſi aliquẽ im
pugnent, quam ſi propria familia propriũ
dñm impugnaret. Pſ. Si inimicus meus ma
ledixiſſet mihi ſuſtinuiſſem utique. Tu ue-
ro homo unanimis dux meus &c. Pſal. Odi
ſti obſeruantes uanitates ſuperuacue. Va-
nitatem obſeruat, qui ſine re portat habi-
tum honeſtatis. Præterea multum offendit
Deũ, qui aſſidue mentitur ei promiſſa nõ
reddendo, qđ facit religioſus contra pro-
feſſionem agens. Eccl. 20. Eſt qui præ con
fuſione promittit amico. & lucratus eſt eũ
inimicum gratis, ideo cauendũ eſt ne dño
mentiamur. Quia dicit Pſal. Inimici dñi
mentiti ſunt, & erit tempus eorum in ſe-
cula. ſ. tempus miſeriæ & afflictionis. Ter-
tio odioſi ſunt magnatibus familiæ ſubtra
ctores. Rex enim grauiter ſuſtineret ſiquis
milites ſuos & propriam familiam ſibi au
ferret, ut ipſum impugnarent & partem ad
uerſarij adiuuarent, qđ faciũt vetulæ, quæ
uerbo ſolicitant iuuenculas, & alliciũt ad
pctm̃. Hie. 12. Facta eſt mihi hæreditas mea
quaſi leo in ſilua, me & meos impugnan-
do. Dederunt uocem ſuã cõtra me, ſeruos
meos ad peccata trahẽdo. Hoc eſt .n. illud
ſeptimũ, qđ odit dñs & deteſtat̃. Prouer. 6.
Qui ſeminat inter fratres diſcordias. ſ. in-
ter Xp̃m & hominem, uel inter uirũ & uxo
rẽ, uel inter p̃rem & filiũ eos ad pctm̃ tra
hendo. Tales ſunt ẽt qui iuuenes trahunt
ad ludos, ad tabernas, ad proſtibula. De
quibus Iohel 3. Poſuerũt puerũ in proſti
bulo, & puellam uendiderunt pro uino ut
biberent. Quarto odiunt magnates eos, q
in malitia perſeuerãt. Qui .n. alium offen
dit, ſi petit ueniam ab offenſa ceſſando, ue
niam conſequi põt & amicitiam offenſi.
Sed qui non quærit in malitia perſiſtens,
meritò ſe reddit odioſum. Eccl. 12. Altiſſi
mus odio habet peccatores. ſ. non pœniten
tes. Vñ ſequit̃, & miſertus eſt pœnitẽtibus.
Et

*D Religio. Quia religioſi Deũ impugnãtes ſunt ꝓditores.*



Et hoc eſt odium quod non capit finem. Si
ne pœnitentia enim non reconciliant̃ Deo
peccatores. Pſal. Inimici dñi mox ut hono
rificati fuerint, & exaltati, deficientes quẽ
admodum fumus deficient. Sicut enim fu-
mus non redit ad coquinam a qua exiit, ſic
nec poſt mortẽ peccator ad Deum, a quo
per peccatum receſſit. Pſal. Perfecto odio
oderam illos, inimici facti ſunt mihi. Et
nimirum ſi perfecto odio odit illos, quia
tales dedignantur Deum reſpicere, ſemꝑ
ad terrena intuitũ deuoluentes. Pſ. Inimi-
ci eius terram lingent. Bene diligit mel, q
ſuper ſpinas, & ſentes illud lambit, uel lin-
git. Sic tales declinantes a Deo in terra, ſæ
culi uoluptates in diuitiis & honoribus
(qui ſunt ſpinæ iuxta dictum Saluatoris)
quaſi mel lãbentes, dedignantur in cœlum
oculos leuare. Secũdo, habet homo diabo
lum inimicũ, dum iuſte uiuit, & hoc tripli
citer. Quia primo impugnat incipientes, q
ſunt pœnitentes opprimendo eos tentatio
nibus. Et ſicut nobilis iratus de caſtri ſui
amiſſione, congregat exercitum ut illud
poſſit recuperare, ſic diabolus diuerſa ge
nera tentationum, ut hominem recuperet
quem per pœnitentiam amiſit, quod figu-
ratum eſt in Pharaone perſequente filios
Iſrael exeũtes de Aegypto. Exo. 14. Et ibi
dem. 15. Dicit: inimicus perſequar, & cõ
prehẽdam, diuidam ſpolia, implebitur ani
ma mea. Sic enim primo perſequitur ten-
tando Pſ. Perſecutus eſt hominem inopẽ,
& mendicum, & compunctum corde mor-
tificare. Secundo comprehenſum detinet
fortiter, cum dicitur comprehendam, ut
carcerarius hominem elapſum de carcere
eum ipſum iterũ capere põt, firmius tenet,
& homo beſtiam quã ſemel amiſit firmius
tenet recuperatam. Tertio, cum ipſo deten
to agit nequiter ſpolians eum uirtutibus,
ſicut canes cadauer diuidunt, & prędones
prædam, ſicut de eo ſignatum eſt. Luc. 10.
Qui incidit in latrones & ſpoliauerũt eũ.
unde ſubdit̃. Diuidã ſpolia &c. Secũdo im
pugnat proficientes ipſos ꝑ maliciã corrũ
pendo, ut hoſtes principum cum eos non
pñt accipere ipſos intoxicant, ſic diabolus
cum eos impedire non põt qui bñ agãt, in
toxicat pctm̃ bono operi admiſcendo, de
quibus Matth. 13. Venit inimicus hõ & ſe-
minauit zizania in medio tritici. i. pctm̃ in
bono opere. detractionem. ſ. calumniam di

*E Tentatio Qũo diabolus tẽtat incipiẽtes, proficientes et perfectos.*

ſcordiam, uel aliquod aliud pctm̃ immi-
ſcendo. Tertio impugnat perfectos more
boni guerratoris, qui primo caſtrum for-
tius impugnat, quo capto de facili minus
fortia diripit aũt componit, & ſic totã ter
ram in deditionẽ accipit. Treñ. 1. Miſit ho
ſtis manũ ſuam ad oĩa deſiderabilia eius.
Sic fecit diabolus ꝑ Diocletianũ incipiẽs
primo perſequi epiſcopos & ſacerdotes,
ut eis deiectis populum deiiceret. Bonus ci
guerrator aufert ab obſeſſis quãtũ põt ci
bum, & aquam, ut fecit Holofernes. i. uer-
bi Dei prædicatores & doctores. Sic quæſi
uit Philippus Macedo ab Athenienſibus
quos obſidebat nonnullos ſapientes qui
contra eũ tutabant̃ ciuitatẽ, & ſic cederet
obſidioni. quos cum uoluiſſent Athenien-
ſes tradere neceſſitate coacti, unus illorũ
ſapientũ in hunc modũ uſus eſt parabola.
Lupi obſidentes gregẽ petierunt a paſtori
bus ut ſibi darent̃ canes, & ſic ceſſarent ab
ouium deuoratione. Qđ non eſt factũ, qa
deuoratis canibus facilè lupi gregẽ deuo-
rarent. Greg. Creſcẽtibus uirtutibus ſæuit
diabolus ad tentandum. Quanto .n. archa
eleuabatur in ſublime, tanto aquę. i. tenta
tiones, creſcebãt. Vnde glo. ſuper illo Iob.
43. Qui paratus eſt ſuſcitare Leuiathã, in
aliis quos ſecure poſſidet dormit. Hos ue
ro qui contra ſe ſuſcitant Leuiathã, euigi-
lat ad omnem pugnã. Sicut accidit in prin
cipe terreno, qui acrius inſurgit in eũ, qui
plus aufert de iure ſuo, uel plus nocet ei.
Magis inſurgit contra perfectos, ideo ſi cõ
tingat eum uinci, uel reſiſtentiam inueni-
re plures ſibi adiungit ad expugnationem.
Eſt enim diabolus in modum latronũ, qui
conſiderãt & expiãt homines in foro emẽ
tes, ſi forte aliquem bene munitũ pecunia
uideant ut ſpolient in abditis locis. Sic &
perfectos bene munitos uirtutibus, dicen-
tes illud Sap. 2. Circũueniamus iuſtum, qm̃
inutilis eſt nobis & cõtrarius operibus no-
ſtris. Eccl. 33. Contrà malum bonum, &
contra uitam mors, & ſic contra uirũ iuſtũ
pctm̃. Locum bene unctũ inuadũt muſcæ,
impugnant, & inquinant, & canos hoĩes. i.
qui terrena non niſi poſteriori. i. pro neceſ
ſitate, habent, ualde impugnant. Iudic. 16.
Proſtratis columnis domus, proſtrati ſunt
oẽs, qui erant in domo. Sic tñ intelligẽdũ
eſt q acrior ſit tentatio contra perfectos,
eo q ſubtilior, & per peccata ſpiritualia,
quæ

*F Tentatio Qũo perfectos acrius tentat.*

quæ uis cōprehēdunt a perfectis. Acrior autem contra imperfectos pp faciliorem aditū quē ibi inuenit. Eſt eñ diabolus cōtra reſiſtentes debilis ut formica, cōtra cōſentientes fortis ut leo. Glo. ſuper illo Iac. 1. Vnuſquiſque tentatur a concupiſcentia ſua &c. cum ſuper lignum, fœnum, & ſtipulam ædificamus, diabolus ſupponit incendium. Cum autem aurum, & argentum, & lapides precioſos non poteſt incēdere, nec tamen perſequi deſiſtit. Sed huic inimico tripliciter occurrendum eſt. Primo auxilium a Deo & ſanctis humiliter implorando. Iob. 17. Pone me iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet contra me Chriſoſto. q.d. Si adhæſerimus ſtabimus glorioſæ, & ſi omnibus uentis uehementius ſ. irauerint tentationes, feſtuca nobis erunt & folium. In bellis corporalibus multi præliantur in principio rigidæ, qui in fine ſuccumbunt, nec dominus eorum ſemper eſt præſens ad ſubſidium. In tentationibus uero ſi rigide præliamur, ſemper dominus eſt præſens. Hierem. 25. Bellabunt aduerſum te & nō præualebunt, quia ego tecum ſum, ut ſaluem te, & eruam te, & liberabo te de manu peſſimorum. Si uideret uir mulierem tentari & opprimi a ribaldo, uiriliter tamen propter amorem uiri reſiſtētem & clamantem, ſtatim adiuuaret eam, nec fineret opprimi. Iudith. 6. Non derelinquis præſumentes de te. Preterea recurrunt dæmones ad diuinam iuſtitiam, ut per eam diſperdamur, propter quod nobis recurrendum eſt ad diuinam miſericordiam ut per eam ſaluemur. Miſericordia enim eſt quaſi mōs quidam, iuxta illud. Pſal. Exaudiuit me de monte ſancto ſuo. Vegetius. lib. 3. de re militari. Aptior locus & ſecurior exercitui peditum eſt locus montuoſus. exercitui uero equitū locus planus. Hic Tytus Liuius. lib. 1. de tertio bello punico dicit, ꝙ exercitus equitum Penorum fuit melior quā Romanorum peditum, & ideo in campo plano ab eis uicti ſunt. Exercitus eccleſiæ eſt quaſi peditum. i. humilium & manſuetorū. Exercitus uero contrarius. ſ. dæmonū eſt equitū, iuxta illud Pſ. Hi in curribus & hi in equis & ideo inimici nrī qñ nobiſcum pugnāt, uellent ſemp cāpū planum qui eſt æquitas iuſtitiæ. Sciunt. n. ꝙ ſi ſm iuſtitiā agatur nobiſcum pp delicta nrā uincendi ſumus & interficiendi, ideo exercitus eccleſiæ, hoc perpendens occupat montē. i. altitudinē diuinę miſericordię, iuxta illud Gen. 19. Ne ſtes in omni circa regione ſed in monte ſaluum te fac, cuius montis altitudinē innuit. Pſ. Miſerationes eius ſuper omnia opa eius. Licet eñ (ut dicit Thom. 1. q. 14. art. 1.) Non ſit æqua pugnæ conditio inter dęmonem & hoīem, ſit tñ homini recompēſatio per auxilium diuinæ grāæ & cuſtodiam angelorū. 4. Reg. 6. dicit Helyſeus ad miniſtrū ſuū. Noli timere, plures. n. nobiſcum ſunt quā cum illis. Scđo occurrēdo eſt ei p confeſſionē acclamando, ut latro fugit audito clamore. Tertio tentationum principiis reſiſtendo. Non eñ debet quis expectare quouſque aduerſarius ſuus intrauerit ſecum in caſtra. ſ. reſiſtere in introitu. Pſ Non confundetur cū loquęt inimicis ſuis in porta. iā introite. Ignis facile extinguitur priuſquam multū accendatur. Tentatio in ortu ſuo eſt quaſi uirgula q̄ cito auelli pōt, antequā pro antiquitate creſcat in arborē. Diabolus qñ primo tētat eſt quaſi paruulus, ſicut apparuit Antonio in principio ſuæ conuerſationis inſtar paruuli Ethiopis. Primogenita eñ Egypti (ut uult Pſal.) Occidunt ab hoīe uſque ad pecus. i. a tentatione ſpūali uſque ad beſtiale opus. Qui vult occidere ſerpentē, caput. i. initium tentationis uiriliter atterat. Grego. in moral. Lubricus eſt hoſtis antiquus qui niſi capite teneatur totis uiſceribus elabitur. Ephe. 3. Nolite locū dare diabolo & fugiet a uobis. Non eñ pōt niſi in uolūtarie incuruatos. Dicit eñ illud Eſa. 51. Incuruare ut tranſeamus. Tertio habet homo inimicum proximū ſuū cum ipſum lædit. Eccl. 12. Non agnoſcetur in bonis amicus. i. in proſperitate. Neſcitur. eñ utrum ametur perſona uel fortuna, ut quā diu duo homines ſimul ſunt, neſcitur cuius eſt canis ipſos ſequens, ſed cum ab inuicē ſeparantur tunc ſcitur, quia ſequitur dominum ſuum, ſic de perſona & fortuna. Sequitur, ꝙ non abſcondetur in malis inimicus. Multi enim ſunt aliorum inimici, qđ non manifeſtant donec locum & tēpus inueniant, & cum uident eos in aliqua paupertate uel tribulatione, ſicut canes mordent canem percuſſum. Cauſa aūt odij & inimicitiæ proximi quadruplex inueniri pōt. Primo oditur proximus pp inopiam mundanæ fœlicitatis. Prouerb. 14. Etiam proximo

*G Tētatio. Quia in tētatione recurrendū eſt ad auxilium diuinum.*

*H Tētatio. Quia principijs tentationum occurrendum eſt.*

*I Odium. Multiplex rō quare oditur proximus.*



proximo ſuo pauper odioſus erit. Prouer. 19. Fratres hominis pauperis oderunt illū inſuper & amici eius procul receſſerūt ab eo, ſicut porci euntes ad paſtum tranſeūt de loco ad locū. de quærcu nudata ad q̄rcum glandiferam. Homo cum ſolem reſpexerit in rota, inferiora uidere non pōt. Sic diuites cum mundanos aſpexerint in pompa ſua, pauperes dedignantur aſpicere. immo & pauperes eleuati dedignantur ſuos parentes aſpicere. Poeta. Aſperius nihil eſt humili cum ſurgit in altum. Exēplum de aſino induto pelle leonis q alios ſibi ſimiles aſinos perſequebatur, nec eos cognoſcebat, ſed tandem agnitus exuta pelle leonis rediit ut prius. Secundo propter bonitatem conuerſationis ut oculi infirmi non amant lucem. Gen. 27. Videntes fratres Ioſeph quòd a patre cunctis fratribus plus amaretur, oderant eum, nec poterant ei quicquam pacifice loqui. Sicut muſciculę nituntur extinguere lucem & ſe comburunt. Sic inuidi famam bonorum extinguere nitentes magis ſibi nocent. Aues enim nocturnæ lucem ſuſtinere non poſſunt. Tertio propter agnitionem ueritatis & correctionem, ſicut ſcabioſus odit pectinem & diligit mitram, ſic adulatores diliguntur, & correctores odiuntur, ſicut equus dedorſatus odit mareſcallum Prouerb. 9. Noli arguere deriſorem ne oderit te. Amos. 5. Odio habuerunt corripientem in porta. Lecator infirmus odit dictam ſalubrem. Prouerb. 12. Qui odit increpationes inſipiens eſt, quia ex hoc poteſt peccatum & uitium hominis cognoſci, ut per tactum locus morbidus equi, & beſtia ex ueſtigio pedes. Eccleſiaſt. 21. Qui odit correctionem ueſtigiū eſt peccatoris. Quarto propter ſeueritatem perſecutionis qua inimicus alterum perſequitur, ut canis contra percutientem ſe latrat & mordet. Matth. 24. Scandalizabuntur multi & tradent inuicem, & odio habebunt inuicem, & licet male faciat perſecutor, plus tamen ſibi nocet qui odium cum illo concipit quam perſecutio nocere potuit, propter multa. Primum eſt, quia odium animam necat. Gladius enim magis nocet q cor attingit quā qui ſolum exterius ferit. perſecutio uero non niſi exterius nocet, ſed odium in corde & anima. 1. Ioann. 3. Qui odit fratrē ſuum homicida eſt, ſcilicet ſuiipſius. Pſal. Gladius eorum intret in corda ipſorum. Secundo excecat. ut nec ſeipſum, nec Deū, nec proximū expreſſe cognoſcat. In aqua enim turbida homo nec uultum, nec fundum, nec ea quę ſunt in aqua uidere poteſt 1. Ioann. 2. Qui odit fratrem ſuum in tenebris eſt & neſcit quo uadat, quoniam tenebræ obcęcauerunt oculos eius. Vndè ſecundum Auguſt. Ira feſtuca eſt, & odiū trabes. Ait enim ſic in homil. Quid ira niſi libido uindictæ? Quid odium niſi ira inueterata? Quod uidetur confirmare ille qui cum dixiſſet. Turbatus eſt in ira oculus meus, addidit: inueteraui inter omnes inimicos meos. Ira enim odium factum eſt, quia in uetuſtatem conuerſum. Ira feſtuca eſt, odium trabes. Aliquando reprehendimus iraſcentem & odium tenemus in corde, & dicit nobis Chriſtus. Feſtucam in oculo fratris tui uides, & trabē in oculo tuo non uides. Creuit feſtuca ut trabem faceret, quia non ſtatim euulſa eſt. Tertio ad malum prouocat. Ignis enim in ſtupis non diu latet, quin exeat fumus & flamma. Sic odium diu latet in corde, quin ex eo exeant conuitia & rixæ. Prouerb. 10. Odium ſuſcitat rixas, & uniuerſa delicta operit charitas. Vnde cum quis odit alterum, de exoſo nihil boni uult audire, ſicut in dolio acetoſo quantuncunque bonum uinum ponatur redditur acetoſum. Per malam uolūtatem ſæpe decipitur homo. Cum enim res placet tunc cito credo homo & uult, cum uero diſplicet ex oppoſito ſe habet. Ecclaſiaſt. 31. Cor fatui quaſi uas confractum omnem ſapientiam non tenebit. Sicut enim uas confractum non poteſt retinere bonum liquorē uinum uel oleum, ſed bene plumas, paleas, uel lapides. Sic corda odientiū bene retinent iras diſcordias, uerba dura, & plurimas, id eſt uerba lenia & diſſoluta, ſed non uerba ædificatoria. Eccleſiaſt. 21. Sicut in percuſſura cribri puluis, ſic ſcoria in cogitatu illius. Cribrum enim emittit farinam retinens groſſas ſordes. Serpentes enim pellem deponunt, ſed nunquam uenenum. Sic iſti in apparentia quandoque fiunt amici, ſed nūquam uenenum cordis deponunt, propterea tenendū eſt præceptū Dei de diligēdo inimico, de orando pro eo, & de beneficiendo

*K Odium. Quia plꝰ nocet odium perſequenti quam ei qui perſequitur.*

ciendo ei, & committenda eſt Deo uindicta. Nec hoc eſt uerecundum. Nam ſi rex uocato ad ſe quodam paupere iniuriā paſſo, diceret ei & aſſecuraret, ꝙ ipſe ſe pſum reputaret offenſum in offenſa illi facta, cū magno ſuo honore poſſet illi committere cauſam ſuam. Sic rex regum ſe reputat iniuriatum cum quis iniuriam patitur. Ait enim Samuel. 1. Reg. 8. Non enim te abiecerunt ſed me, & rogat offenſum ut ſibi cōmittat hanc cauſam. Mihi (inquit) uindictam & ego retribuam: Dimittendo ergo odia dimittamus cauſam ei qui regnat in ſecula ſeculorum. Et ſi arguatur ꝙ multæ ſcripturæ aduerſantur determinationi de hoc ꝙ debeamus diligere inimicos. Primo, quia in prophetis multæ inueniuntur imprecationes aduerſus inimicos, ut illa. Fiant filij eius orphani &c. & illud. Veniat mors ſuper illos &c. Item ſancti clamauerunt Apoc. 6. Vindica domine ſanguinem noſtrum. Ad primum reſpondet Augu. in ſermone domini in mōte, ꝙ illa prædictio futurorum non optatio ſuppliciorum fuit, ſed futura prædicunt ſub figura imprecantis. Ad ſecundnm reſpondet ibidem, ꝙ nō tam contra homines quam cōtra regnum peccati uindictam petierunt, quærūt enim maiores ut euertatur regnum peccati quo regnante tanta perpeſſi ſunt. Deſtruitur aūt peccatum correctione hominum & dānatione perſeuerantium in peccato. Paulus enim in ſeipſo peccatum in Stephanū caſtigauit cum dicit. Caſtigo corpus meū, & in ſeruitutem redigo. Vel ſecundum eūdem de quæſtionibus ueteris & noui teſtamenti. Animæ occiſorum clamant uindicari ſe poſtulantes, ſicut ſanguis Abel clamat de terra non uoce ſed ratione. Nam & opus opificem laudare dicitur per hoc ipſum ꝙ uidentem ſe oblectat. Non enim tam impatientes ſunt ſancti ut urgeant fieri quod ſciunt tempore pręfinito futurum Hæc Aug.

*L Vindicta Qūo intelligitur ꝙ ſancti clamant uel imprecantur uindictam de inimicis.*

*Eadem feria ſexta Sermo iiij. in ordine, xvi.*

*A Similitudo qūo qs iudicatur aſſimilari Deo.*

*SItis filij patris ueſtri qui ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos & malos.* Matth. 5. In facie potiſſimum iudicatur quis eſſe filius alterius, & communiter dicitur. Il eſt bien le film de ſon pere. In facie autem rationis non eſt magnum Deo aſſimilari, quia etiam dæmones in hoc Deo aſſimilantur cum ſint rationabiles, nec in facie carnis, quia iudæi & ſaraceni in hoc ſibi aſſimilātur, ſed in facie uoluntatis imitando eius opera, iuxta illud commune dictum. Patrem ſequitur ſua proles. De his enim qui nō ſequuntur mores patrem communiter dicitur. Non eſt ipſe filius patris ſui. Per tria autem opera maxime in ſcriptura aliquis inuenitur eſſe filius Dei. Primo pacē & concordiam faciendo, iuxta illud Iob. 25. Qui facit concordiam in ſublimibus. Vnde Matth. 5. Beati pacifici quoniam filij Dei uocabuntur. Secundo, qui facit miſericordiam. Luc. 6. Eſtote miſericordes ſicut & pater ueſter cœleſtis miſericors eſt. Tertio qui fidem eius ſuſcipit & cuſtodit. Iohā. 1. Dedit illis poteſtatē filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius. Et ſi iſta tria fecerimus certum erit ꝙ erimus filij Dei, inter omnes autem & ſuper omnes Maria hæc conſeruauit, ideo maxima filia regis in ſcriptura uocata eſt, iuxta illud. Omnis gloria eiua filię regis ab intus, & illud audi filia & uide. De primo hoc patet, quia & ſi alij pacem faciant inter paucos homines, iſta fuit mediatrix pacis inter Deum & hominem. Secundo, quia & ſi alij faciant miſericordiam pro aliquo tempore ipſa dicit illud Eccl. 24. Vſque ad futurum ſeculum non deſinam, ſcilicet facere miſericordiā omnibus petentibus. Tertio, quia & ſi alij habeant fidem, ipſa tamē ſeruauit eam ubi omnes uiri & fœminæ dereliquerunt eam, iuxta illud. Pſal. Saluum me fac domine, quoniam defecit ſanctus. Ideo quia filia regis & ſumme ſibi amica ad eam noſtram porrigemus ſupplicationem ſalutantes eam dicendo Aue.

*B Similitudo. Per tria cognoſcitur quis eſſe filijs Deo & filijs Dei.*

*C Maria. Quia Maria uere dicatur filia regis æterni.*

Si ſimus filii patris noſtri oportet noſtrū diligere proximum, ſiue ſit bonus, ſiue malus, ſicut pater cœleſtis oriri facit ſolē ſuū ſuper bonos & malos. Vnde in præſenti determinabimus ſermone, primo de dilectione proximi. Secundo de eius effectu q eſt eleemoſyna, iuxta textum euāgelij hodierni. Circa primum tria dicemus. Primo qs eſt proximus Secundo quo intelligendum eſt ꝙ ſicut noſmetipſos debemus diligere proximum. Tertio qualiter & quibus modis debemus proximum diligere. Ad primam quæſtionem dicitur primo ꝙ ſunt multi modi proximorum. Quidam proximus eſt ſpernendus, & iſte eſt mundus. Hiere. 9. Vnuſquiſque proximo ſuo ſe cuſtodiat,

*D proximus Quadruplex eſt proximus*



ſtodiat, & in omni fratre ſuo non habeat fiduciam. Alius eſt proximus ſi poſſibile ſit fugiendus, ſin autem ſuperuenerit benigne ſuſcipiendus, & iſte eſt tribulatio. Pſ. Quoniam tribulatio proxima eſt, & non eſt qui adiuuet. Alius eſt proximus cui prouidendum eſt. ſ. mors quæ ſemper ſtat iuxta nos parata deglutire nos. Matth. 13. Scitote ꝙ in proximo ſit æſtas, & in eodem. Scitote ꝙ in proximo ſit in ianuis, & de iſtis proximis hic nihil amplius dicēdum eſt. Alius eſt proximus diligendus de quo eſt quæſtio. Secundo dicit ꝙ hæc quæſtio de proximo mota fuit Chriſto. Luc. 10. A legiſperito quærēte qs eſt proximus meus, ubi parabolice loquitur Chriſtus de Samaritano qui hominem ſemiuiuum relictum expoliatum a latronibus inter Hieruſalē & Hierico adinuenit, eique ſubueniēs eius curam habuit, & non leuita uel ſacerdos pertranſiēs, & quærenti a legiſperito quis tibi uidetur fuiſſe proximus &c. Reſpondit legiſperitus ille qui fecit miſericordiā quod approbat dominus dicens uade & tu fac ſimiliter. q. d. ita eſt ꝙ ille proximus eſt qui facit miſericordiam. Si ergo proximus eſt ille qui facit miſericordiam, etiam ille proximus eſt cui fit miſericordia, quia proximus dr̄ relatiue ideo proximus eſt q facere pōt mīam alteri, uel qui illius mīæ capax eſt, ideo ꝓximi ſunt in triplici drīa. Quidam ſunt qui ꝓ ſtatu in quo ſunt pn̄t iuuari & non iuuare, ut animæ qui ſunt in purgatorio pro tpe quo ſunt in purgatorio. Alij poſſunt iuuare & nō pn̄t iuuari, ut qui ſunt in paradiſo. Alij pn̄t iuuare & iuuari, ſicut qui uiuunt in hoc mundo, & omnes tales ſunt proximi noſtri. Damnati uero quia nec iuuare nec iuuari pn̄t (eo ꝙ magnum chaos inter nos & ipſos firmatū ſit) non ſunt proximi noſtri. Et ſi dicatur ꝙ Augu. dicit ꝙ ſi ſcirem ꝙ quis eſſet reprobatus a Deo nunquam orarem pro eo plus q̄ pro diabolo, & ſic non oēs q ſunt in mūdo ſunt proximi nr̄i cum multi ſunt reprobi. Dr̄ ꝙ debemus reputare ꝙ reuelatio illa non eſſet niſi comminatoria, uel ſi non eſſet ita tunc licet non orarem ꝙ non eſſet damnatus tn̄ bn̄ poſſem orare ꝙ eſſet minus damnatus, uel in aliquo bono tpali in hoc mundo cum iuuare poſſem, uel ſi reputarē eū ꝙ damnatus eſſet, non reputarē ꝙ eſſet proximus meus. Ad ſcđo quæſitum dr̄ ꝙ diligere proximū ſuū ſicut ſeipſum pōt quadrupliciter exponi. Primo diliges proximū tuum ſicut teipſum. i. ad fruēdum Deo & ad uitā æternā poſſidendam. Ideo oīs qui imprecatur malum proximo peccat in Deum & proximum. Similiter nec hoc modo diligūt patres qui filios in aſtutia & calliditate ſibi ſimiles magis diligūt & ſimplices minus. Hæc eſt coruorū dilectio. Non. n. paſcunt pullos quouſq; nigreſcunt. Putant. n. eos non eſſe ſuos, quādiu rore cœli paſcuntur, ſicut dicit glo. ſuper illo Pſ. Qui dat iumentis eſcā ipſorum & p. cor. &c. Secūdo modo intelligi pōt diliges proximum tuum ſicut teipſum. i. gratis & nō ſymoniacæ. Seipſum. n. homo gratis diligit non ꝑꝑ aliquam utilitatem quā inde ſequi exiſtimat. Sic & gratis debet diligere proxmimū ſine ſpe alicuius emolumenti tpalis contra multos qui proximos non diligunt ſicut ſeipſos ſed ꝑꝑ ſeipſos. Ceſſantibus eñ rebus ceſſat dilectio. Canis eñ os amat & tenet carum, quādiu inuenit in ipſo carnes ad rodendū. Cū aūt nihil carnis habet dimittit illud i ceno Iſaac eñ amabat Eſau quia erat uenator plus q̄ Iacob q domi morabat̄ & nihil ſibi aſportabat. Tertio pōt intelligi, diliges proximū tuū ſicut teipſum. i. ſicut tu uelles diligi a ꝓximo tuo quod eſt cum illud Matth. 7. adimplemus. Oīa quæcunq; uultis ut faciant uobis hoīes & uos eadē facite illis & illud Thob. 4. Qđ ab alio odis tibi fieri uide ne tu aliquādo alteri feceris, cōtra quoſdam qui (ut dicunt) uolunt corrigere ꝓximum ſuū & nolunt ab eo corrigi. Tales habent charitatē bubonū qui correctores nō ſuſtinent ueritatem eis oſtendentes, ſed adulatores qui ſuos defectus celant & abſcondunt. Tales ſicut aues nocturnæ diligunt noctem & lucem ueritatis fugiunt Ioann. 3. Dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Erant enim opera eorum mala. Quarto diliges proximum tuum ſicut teipſum, ideſt ex quo teipſum, ſcilicet ex charitatis affectu, & effectu, uel in quo teipſum ſcilicet in Deo uel propter quod teipſum, ſcilicet propter Deū, uel ad quod teipſum, ideſt ad gratiam in pręſenti & gloriam in futuro, uel quomodo teipſum, ſcilicet ſupra res tuas. & corpus proprium & citra Deum, qui ſic diligit proximum legem impleuit. Ro. 13.

*E proximus Quis eſt ꝓximus.*

*F proximus. Quia quatuor modis poteſt intelligi ꝙ debeamus proximū ſicut nos diligere.*

*G proxim'. In quibus diligendus eſt p̃ximus.*

Ad tertiam quæſtionem dicendum quòd quinque modis debemus diligere proximum. Quia autem debeamus ipſum diligere hoc patet ex principio euangelij. Au diſtis quia dictum eſt antiquis. diliges proximum tuum. Primo diligendus eſt ei in neceſſariis ſubueniẽdo, ut oculus toti corpori uidet, & auris audit pro toto corpore. 2. Cor. 12. In idipſum pro inuicem ſolicita ſunt membra, ut patet de Samaritano qui uulnerato ſubuenit. Luc. 10. Secundo nõ uindicando ſi lędat. Non enim os mordet digitum ſi lædat. Exemplum de heremita in uitis patrum qui ueniens ad ciuitatem ad uendendum calatos & nattas ſuas adductus eſt ad domum cuiuſdam diuitis cuius filia obſeſſa erat a diabolo, & cum intraret domum dedit obſeſſa alapam illi ſancto heremitæ, tunc ille non ſe uindicauit, ſed ei præbuit prompte aliam maxillam, quo facto diabolus clamans & ululãs ab ea diſceſſit dicens patientia tua me uincit. Tertio proximum ſupportando, ut collum portat brachium fractum. Gal. 6. Alter alterius onera portate. Vnde in uitis patrum a caſu quidam frater mane applicuit ad cellã cuiuſdam alterius ſancti heremitæ, quo laſſato fecit ei ſuus hoſpes prãdium, & prandio facto diſceſſit frater qui ſuperuenerat. Tunc ille alter heremita cũ ſuo diſcipulo uiam agens per deſertum inuenit fontem ad quem inclinauit ſe diſcipulus ut biberet. At pater eius heremita prohibuit dicens, ieiunium eſt fili mi, non licet bibere aquam. Ad quem diſcipulus. Nonne mane comedimus pater. Ait illi pater. Non comedimus fili ſed charitas, ita ꝙ hoc fecerat ſupportando alium qui ſuperuenerat. Quarto defectum alterius celando ut manus alterius membri turpia tegit. Eccleſ. 19. Audiſti aduerſus proximum tuum uerbum, commoriatur in te. Vnde in hyſtoria tripartita libr. 2. Cum multi ad Cõſtantinum detuliſſent accuſationes ſacerdotũ, non legit eas ſed in ignẽ proiecit dicens, ſi uiderem aliquem ſacerdotum uel monachali habitu decoratum turpia operantem, libenter eum meo pallio operirem ne ab aliquo uideri poſſet. Quinto morbum alterius medico reuelãdo, ut os reuelat malum pedis, ſed hoc dicit cum triſtitia, quia eſt membrum eiuſdẽ corporis. Qui autem hoc reuelat cum letitia non cauſa correctionis, eſt membrum putridum & non Chriſti. Et hoc de primo dicetur ſi eleemoſyna tam ſpiritualis quã corporalis cadat ſub præcepto. Secundo quid cogitare debet qui dat eleemoſynam pauperi. Tertio qualiter danda eſt eleemoſyna. Quarto ſi debeant diuites uti cibis pauperum ut dent pauperibus. Ad primum dicitur primo ꝙ duplex eſt eleemoſyna. Quædam ſpiritualis cuius opera ſpiritualia continentur in hoc uerſu. Conſule, caſtiga, ſolare, remitte, fer, ora. Alia eſt corporalis cuius opera corporalia in hoc uerſu continentur. Viſito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

*H Elemoſyna. De dupli ci eleemſyna.*

Dicitur ſecundo ſecundum Durandum in 4. diſt. 15. Quia eleemoſyna ſpiritualis eſt potioris meriti. Pater, quia omne meritum dependet ex charitate, ſed charitas, principalius reſpicit animam proximi quam corpus, & bona ſpiritualia quam corporalia, quia immediatius ordinantur ad beatitudinem. Non eſt tamen magis ſatisfactoria, quia non eſt magis pœnalis ſed minus, nec conſueuit pro ſatisfactione iniungi, excepta oratione.

*I Eleemoſyna. Quia eleemoſyna ſp̃ualis eſt magis meritoria quã corporalis ſed nõ magis ſatisfactoria.*

Dicitur tertio ſecundum eundem ꝙ cum uſus bonorum exteriorũ ſit ordinatus ad ſubueniendum neceſſitatibus præſentis uitæ, illa ſubuenientia debẽt eſſe ordinata ſecundum charitatem qua quis tenetur primo ſibi. Secundo coniunctis. Tertio extraneis. Similiter neceſſitas quam quis patitur in bonis exterioribus poteſt eſſe duplex. Vna abſoluta quando omnia bona temporalia quæ quis habet ſunt ei adeo neceſſaria ꝙ ſine eis non poteſt uiuere. Alia eſt conditionata quando ſolum ſunt neceſſaria ad conſeruationem debiti ſtatus. Dicitur quarto ꝙ illud qđ eſt neceſſarium neceſſitate abſoluta non eſt præceptum dari immo illicitum, quia plus tenetur quælibet ſibi quam alteri, quod eſt contra portitores indulgentiarũ qui extorquent a pauperibus obtentu indulgentiarum quod eis neceſſarium eſt. Sed quod eſt ſecundo modo neceſſarium ex præcepto debet dari pro reuelatione extremæ neceſſitatis alterius, quia plus tenetur quilibet diligere ex charitate uitam proximi quam decentiam ſtatus ſui, ſed non oportet dari pro releuatione ſtatus alterius, quia nullus tenetur uerecunde uiuere in ſtatu ſuo ut alium releuet ad decentem

*K Eleemoſyna. Quando præceptũ eſt dare eleemoſynam, & quando non.*



centem ſtatum ſed quod ſuperfluum eſt neceſſitati naturæ & ſtatus debet dari ex præcepto ſecundum illud Luc. 11. Quod ſupereſt date eleemoſynam. Si naturalis ſuperflua a ſe eiiciunt, ut ceruus cornua, & arbor folia quãtomagis rationalis homo. Nec eſt dubium quin ſit præceptum reſpectu illorum qui ſunt in extrema neceſſitate, quia illis ex præcepto dandum eſt qđ neceſſarium proprio ſtatui, & a fortiori ratione illud quod ſuperfluit: De illis autem qui non ſunt in extrema licet ſint in magna & uerecunda neceſſitate, non uidetur præceptum de dando, quia tunc uideretur condemnari maior pars diuitum. Hoc etiam eſſet occaſio multis non prouidendi ſibi per opus aut induſtriam, & confitendi in diuitibus ſeculi ut eis ſubuenirent. Ad ſecundo quæſitum dicitur ꝙ ille qui dat eleemoſynam debet quattuor cogitare. Primo quis petit quoniam Deus Matth. 25. Quod uni ex niminis meis feciſtis, mihi feciſtis. Hieron. Quotieſcunque manũ tuam pauperi extendis Chriſtum cogita ideo cum quis uiduas aut orphanos uiſitat impartiendo de bonis ſuis cogitare debet ꝙ Chriſtum uiſitat & ei impartitur de bonis ſuis, propterea Chriſto & non hyſtrionibus danda eſt eleemoſyna. Seminãdum enim eſt in bona terra & non in arida. Mercator quippe in nundinis non cõmodat pecuniam ſuam alicui quem ſcit ad nundinas nunquam poſtea uenturum, & qui uult conducere aduocatum, non dat ei pecuniam quem ſcit contra ſe allegaturum. Sic bona noſtra non debemus dare hyſtrionibus qui nunquam uenturi ſunt ad nundina paradiſi, & allegabunt eos fatuos qui ſibi dederunt. Periculum autem eſt non dare Chriſto repetenti, quia ſi nõ des ei non dabit tibi. Exo. 23. Non apparebis in conſpectu meo uacuus. Horrendum enim eſt incidere in manus domini indicãtis niſi impleueris manum eius propterea diuites dum dormierunt ſomnum ſuum. ſ. mortis nihil inuenerunt in mauibus ſuis, quia nihil poſuerunt in manibus Chriſti. De eo autem qui dederit ſcribitur in Pſal. Tota die miſereretur & commodat, & ſemen illius, ideſt bonus opus in benedictione erit. Secundo conſiderandum eſt quid petit. Non enim niſi ſuum petit. Valde ingratus eſt qui habet de bonis Dei & non uult ſibi dare repenti. Auguſt. Dicit tibi Chriſti, da mihi de eo quod dedi tibi, de meo quæro & mihi non donas, da & reddo, habuiſti me largitorem facito debitorem, propterea in oratione dominica dicitur. Panem noſtrum quotidianum nõ panem meum, quia nemo debet ſibi appropriare quod aliis commune eſt. Oĩa enim qui Deus dat nobis non dat nobis ſolis, ſed & per nos aliis ut de eo quod ab ipſo accipimus partem egenis faciamus, quia qui de laboribus ſuis indigentibus nõ dat non panem ſuum tantummodo ſed etiam alienum manducat. Pſal. Accingere gladio tuo ſuper femur tuum, ad ſcindendum panem egenis &c. Tertio debet conſiderare ad quid petit eleemoſynam, quia nõ ad dandum ſed ad mutuandum ad centuplas uſuras. Creditor dando pecuniam ad uſuram plus lucratur quam debitor. Mira ingratitudo hominum nolunt Deo accommodare ad tales uſuras ad quales accommodarent iudæo uel ſaraceno, cum tamẽ dicatur illud Act. 20. Beatius eſt magis dare quã acipere. & Prouerb. 19. Fœneratur domino qui miſeretur pauperis. Prouerb. 27. Qui dat pauperi non indigebit. Greg. Turo. in geſtis Franchorum. lib. 5. c. 20. Cũ iuſtinianus imperator factus eſſet amens, Tyberius datus eſt imperatrici procurator & imperij gubernator, & cum eſſet largus & pius pauperes defendebat, & multas eleemoſynas faciebat. Cum autem ſuper hoc ab imperatrice argueretur, non ceſſabat, dicens ꝙ iſte erat uerus theſaurus impetrans, multiplicans, & conſeruans rempublicam & imperium, qui cũ plus dabat dominus plus ei adminiſtrabat. Cum autẽ quadam die iret per palatium, uidit in medio pauimenti crucem impreſſam in lapide, & indignatus ꝙ cõculcaretur præcepit lapidem remoueri ſub quo inuentus eſt alius lapis habens ſimiliter crucem & illũ quoque fecit remoueri, & ſub illo tertius ſub quo inuenti ſunt plus quam mille centenarij aurei, quibus inuentis liberalius erogauit, & dominus ei ampliora dabat. Cum autem Narſes (qui fuerat longo tempore procurator imperij) in domo ſua ciſternam fodiſſet, quã multis theſauris auri & argenti repleuerat ociſis omnibus cõſociis uno tantum ſene excepto. Poſt mortem illius uidens dictus ſenex cõſcius theſauri

*L Eleemoſyna. Quæ debet cogitare q dat eleemoſynam.*

ſauri magnas eleemoſynas & largitates quas Tyberius faciebat, ſignificat ei de dictis theſauris. Ciſterna ergo aperta tantus theſaurus ibi repertus eſt ꝙ per multos dies uix potuit euacuari. Cui etiam dominus dedit imperij honorem & uictoriã. Cum enim multi & magni conſpiraſſent contra eum, dedit ei uictoriam & illorum omnium bona. Similiter cum nonnulli cõſpiraſſet aduerſus Romanum imperium, dedit ei uictoriam & tot ſpolia cum 20. elephantis ꝙ ipſa præda hoſtium uideretur ſufficere humanæ cupiditati. Auguſti. in homil. Hæc eſt extenſio manuum ſub qua defecit Amalech. Quando aliquid das pauperi, forte eo quod dederis minus habebis, ſed in domo nõ in cœlo, ſed id quoque in terra, quo iubente præſtitiſti, ipſe ſupplet quod dediſti. Quarto cogitare debet qui dat elemoſynam ꝙ maiora a Deo qui eſt ſub perſona pauperis petiturus eſt, ſcilicet regnum æternum, propterea ſi deneget pauperi modicum panis, denegabitur ei regnum ſuum. Prouerb. 21. Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit & non exaudietur. Cato. Ne dubites cum magna petas impendere parua. Greg. tu. in hiſt. fran. lib. 2. di. ꝙ tempore Sidonij epiſcopi burgundiam fames oppreſſit. Cunque populus per diuerſas regiones ſpargeretur, edicius quidam ex ſenatoribus inualeſcẽte fame miſit pueros ſuos cum equitibus & plauſtris per uicinas ſibi ciuitaies, ut qui hac inopia laborarent ſibi adducerentur, quod & fecerũt, fueruntque (ut aiunt) plus quam quattuor milia quos pauit, & adueniente ubertate ordinata iterum euocatione unumquenq; rurſum ſuo loco reſtituit. Poſt quorum diſceſſum nox ad eum de cœlo lapſa peruenit dicens. edici, edici. Quia feciſti rem hanc, tibi & ſemini tuo panis non deerit in ſempiternũ, eo ꝙ obaudiẽs uerbis meis & famem meam refectione pauperum ſatiaueris, hic autem mire ſtrenuitatis fuit.

M

*Eleemoſyna. Conditiones ad eleemoſynã meritoriã requiſitæ*

Ferunt enim eum cum decem uiris, gothorum multitudinem profugaſſe. Ad tertio quæſitum de eleemoſyna qualiter debeat fieri. Dicitur ꝙ ad meritoriæ dandũ quattuor requiruntur conditiones. Primo hilaritas mentis in dando. Eccl. 25. In omni dato hilarem fac uultum. Pſ. Voluntarie ſacrificabo tibi, & quia in inferno uel in purgatorio non fiunt multum uoluntarie ideo non ſunt meritoriæ. Sed mirum eſt ꝙ diſpenſator non dat hilariter domino ſuo de bonis domini ſui, cum uidet eum in neceſſitate. Dominus enim eſt ſicut pater familias qui dat nutrici bene bibere, & bene comedere ut bene paſcat filium ſuum. Sic dominus dat diuitibus ut bene paſcãt pauperes filios & heredes regni Dei. Sed multi ſunt ſimiles a la tirelire quæ eſt paruum uas terreum famulorum barbieri qđ multam pecuniam recipit per minutum foramen, ſed quantumcunque moueatur dum eſt integrum nihil emittit pecuniæ, quaſſatum tamen omnia emittit, ita ꝙ una pecia ad unam partem alia ad aliam ſpargitur, & quilibet accipit quod poteſt, ſic eſt de diuitibus qui nihil uolunt dare durante uita ſua, ſed poſt mortem fracto corpore omnia perduntur & quilibet accipit qđ poteſt. Similiter a diuitibus eleemoſynæ ſæpius extorqueri uidentur, & ſicut ab arboribus concuſſis poma, uel folia diſcutiuntur, uel diſperguntur, ſic ab eis ea quæ uidentur donari, a uiolentis & impetu uanæ laudis uel timore mortis excutiuntur & auferuntur tanquam impetu exagitantis turbinis nec conferuntur. Secundo requiritur rei proprietas. Prouer. 4. Honora dominum de tua ſubſtantia. Vnde de non ſuo dare eſt de non ſuo naſum Deo tergere. Quid enim prodeſt unum pedem diſcalciare ut alius calcietur? Exemplum de Dauid ad ornã. 1. Paral. ult. Qui noluit accipere hereditatem nec ibi offerre ſacrificium niſi prius ſolueret omnia, ita ꝙ a ſuo ſubdito nihil uoluit accipere. Vnde qui facit eleemoſynam de re aliena in aqua lutoſa ſe lauat & ita plus inquinatur. Eleemoſyna enim aqua eſt, ſed de re ablata lutoſa eſt. Eſai. 61. Ego dñs diligens iudicium & odio habens rapinam in olocauſtum: Veſtes factæ de lana ouis comeſte a lupo ſunt inutiles & cito uermibus plenæ, ſic qui dat pauperi ueſtem quã de ſubſtantia pauperis rapuit aut abſtulit, inutilis eſt & uermes ſibi in conſciẽtia generat. Exiſtimant tales Deum iudicem eſſe qui donis aut pecunia corrumpi poſſit, ſicut iudices mundi aduerſus quos dominus inuehitur. in Pſ. Exiſtimaſti inique ꝙ ero tui ſimilis, arguam te & ſtatuam contra faciem tuam. Tertio requiritur pro-

ximi



ximi charitas. 2. Cor. 3. Si diſtribuero omnes facultates meas in cibos pauperũ, charitatem autem non habeam, nihil mihi ꝓdeſt. Stultus enim eſt qui pro denariata falſa. i. charitatis quę dat omnibus uirtutibus ſaporem & decorem ut aurum aliis metallis, perderet tanta bona. Sed multi ſimiles ſunt uulpi, qui cum caudam magnam haberet immo nimiam & uſque ad terrã pertingentem, rogabat eam ſimia (quæ cauda indiget) ut modicum de ſua cauda daret ei, ut turpitudinem ſuam poſſet uelare dicens ꝙ ſine aliquo detrimẽto poſſet ei ſubuenire, quia ualde longam & ponderoſam haberet caudam. Cui uulpes. Non nimis longa uel ponderoſa mihi uidetur cauda mea, ſed & ſi nimis eſſet ponderoſa, malo pondus ſuſtinere quam natibus tuis immũdis uelamen preſtare. Multi enim ſunt qui bonis temporalibus ebrij ſunt, alij eſuriunt. Multi qui nihil, alij qui nimis, & iſti charitate nudati dicunt non ſufficere ſibi ad ſtatum, uel eſſe tales quibus iſta oporteat, non alios. Quarto requiritur loci oportunitas, ſcilicet in abſcondito. Ideo circa hoc dicit dominus in textu. Cum facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te ſicut faciunt hypocritæ intendentes uanum honorem, & tranſitorium. Amen dico uobis receperunt mercedem ſuam, ſcilicet gloriam q̃ quærebant pro dono eleemoſynę, ſed pœna expectatur pro mala intentione. Te autem faciente eleemoſynã neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua Siniſtra eſt appetitus laudis humanæ uel terreni commodi, dextera uero eſt intẽtio adimplẽdi diuina præcepta, ſeu amor Dei & cœleſtis premij. Senſus eſt ergo non ſe immiſceat intentio alicuius prauitatis, dũ præceptum Dei implere ſatagis. Et quia illud neſcitur quod in abſcõdito eſt? Ideo ſequitur ut ſit eleemoſyna tua abſcondito conſcientiæ, quam humanus nõ uidet oculus, quia ſufficit tibi ad promerendũ præmium ille qui ſolus eſt conſcientiæ inſpector, ideo ſequitur, & pater meus q uidet in abſcondito reddet tibi. Semen eñi proiectũ in terrã operiendum eſt. Primo ne uolucres cœli comedant illud. i. diaboli qui ſunt in hoc cœlo aereo. Secundo ut amplius fructificet. Sic eleemoſyna in abſcondito fructificat ad centuplum. Vñ narrat Iacobus de Vitriaco. Quidam epiſcopus prædicabat ꝙ erogantes bona ſua pauperibus centuplum reciperent, diues autem aliquis hæc audiens in manu epiſcopi omnia bona ſua repoſuit & ea eps̃ pauperibus erogauit. Illo mortuo filij ſui epm̃ in cauſam traxerunt bona paterna petentes, qui quia reddere non poterat impetrauit ut irent pariter ad tumulũ patris. Quo de tumulo abſtracto inuenerunt in manu eius chartã in qua erat ſcriptum ꝙ non ſolum illa q̃ in manu epĩ poſuerat receperat, ſed centuplũ magis. Qđ uidentes filij epm̃ dimiſerunt. Ad ultimo quæſitum de diuitibus rñdet Aug. ſermone 5. de uerbis dñi ꝙ ad hoc non tenentur diuites tam ꝑꝑ infirmitatẽ corporis ſui quam ꝑꝑ cõſuetudinem cibis ueſcendi, Ait enim Auguſtinus ſic. Neque hoc dix ut cogã diuites epulis & cibi & pauperum uefci. Vtantur diuites conſuetudine infirmitatis ſuæ, ſed doleant aliter ſe non poſſe. Conceditur tibi utere ſuperfluis, da pauperibus neceſſaria. Vtere precioſis, da pauperibus uilia. Dedit uobis unã uiam, iſtam ſcilicet uitam. Inueniſtis uos comites. Ille nihil portat, tu nimis oneratus es, da illi de eo quod habes, illũ paſcis & pondus minuis. Hæc Aug. Inde beatus Thomas Cantuarien. poſtquam induit habitũ monaſticũ uilibus cibis monachorum, ut piſis & fabis ueſci uoluit. Vnde grauiter infirmatus cõſilio medicorum iuſſus eſt ſicut antea ſolitus erat ueſci cibis delicatis. Melius tamen facerent ſecũdum Auguſtinum ſi aliter poſſent, ſi uentri ſuo auari, Deo liberales eſſent.

*Sabbato primo poſt cineres. Sermo primus, & in ordine 17.*

A

*Labor. De duplici labore in tribulatione.*

**V**Id it dominus diſcipulos laborantes in remigando. *Mar. 6.* Duplex inuenitur tribulationis labor. Vnus exterior, alius interior. Exterior duplex. Quidam a mundo & mũdanis hominibus qui noſtra bona rapiunt, & quandoque corpus exponunt periculo. Alius qui fit inſtinctu diaboli, ſicut factum eſt Iob, pro quibus ad Dei auxilium recurrendum eſt diſcipulis laborantibus inter procellas maris, erat Ieſus appropinquãs quaſi ad adiutorium ſicut mater ſemper proxima eſt ęgrotanti filio Pſal. Iuxta eſt dominus his qui tribulato ſunt corde. Et quia exiſtimauerunt qđ appropinquabat ſupra mare fantaſma eſſe & dæmoniũ, ideo exclamauerũt ad Dei auxiliũ & tunc



ait

ait illis Ieſus, confidite. Ego ſum, nolite
timere. Et ne inter illa pericula deſpere
mus ſi uideamus iuſtiores magis afflictos,
iubet Petrum qui iuſtior erat ad ſe uenire
ſuper aquas tribulationis, & cum cœpiſſet
mergi (quia difficile eſt per eas ambulare)
dominus porrexit ei manum adiutricem,
ſed labor ſeu tentatio interior procedit ex
infirmitate cordis & corporis nr̃i, quod tã
gitur in ultima euangelij noſtri parte ubi
oẽs infirmi ẽt fimbriam Chriſti tangentes
ſanabantur. Si ergo tantę uirtutis erat fim
bria ueſtis Chriſti, eo q̄ Chriſtum tange-
bat, multomagis Maria quæ eum interius
& exterius tetigit. Ideo ad eam infirmi re
curramus dicentes. Aue.

B *Labor. Quinquenaria genera laborantiũ.*

In hoc ſermone primo dicetur de mul-
tiplici genere laborantiũ. Secundo de mul
tiplici utilitate bene laborãtiũ. Quinq; eñ
ſunt genera laborantium quæ vr̃ tangere
Pſ. cum dicit. Labores manuũ tuarum quia
manducabis &c. Nam quidã laborãt & de
labore ſuo non manducant, ut qui multa
tp̄alia congregant & ſtatim moriuntur, ut
patuit in diuite cui dictũ eſt. ſtulte ac no-
cte aĩam tuam repetant a te. Tales ſimiles
ſunt hyſtrionibus, q̄ aſſant in ueru carnes
& nõ comedunt ex eis. Eccl. 6. Eſt & aliud
malum qđ uidi ſub ſole, & quidẽ frequens
apud homines. Vir cui dedit Deus diuitiã
& ſubſtantiã, & honorẽ, & nihil deeſt ani-
mæ ſuæ ex omuibus quæ deſiderat, nec tri
buit ei ptãtem Deus ut comedat ex eo ſed
homo extraneus uorabit illud. Hoc uani-
tas & magna miſeria eſt Pſ. Theſauriſat &
ignorat cui congregabit ea. Secundum ge-
nus eſt eorũ qui laborant, non tñ ſuis ſed
aliorũ manibus, qui in aliorum labores in
trant & manducant. De quibus Hiere. 17.
Perdix fouit filios quę non peperit, quia
pauper agricola multos ocioſos nutrit, q̇
nihil ad ſe attinent. De quihus Pſ. In labo
re hominum non ſunt, & cum hoĩbus non
flagellabuntur. Sed cum demonibus labo
rabunt & flagellabuntur. Pſ. Laborabunt
in æternum. & uiuẽt adhuc in finem. Pigri
eñ ſunt ad laborandum, ſed impigri ad ac
cipiendum, ſimiles Adæ, qui prius uoluit
manducare q̃ laborare. Similes iterum ma
giſtris cementariorum, qui nihil operan-
tur ſed tantummodo imperant, & in reci-
piendo mercedem plus cæteris accipiunt.
Sed iſtis fiet ſicut fecerunt proximis ſuis.
Eſa. 33. Væ qui prædaris, nonne & ipſe præ
daberis? Et Iudicũ. 1. Dicit Adonibezech,
ſicut feci ſic reddidit mihi dominus. Leo
quandiu fuit potens nemini parcebat, cum
uero ſenex factus eſſet, lædebatur ab his
quos læſerat. Aper eum dente uulnerabat,
& taurus cornutus eum cornu impetebat.
Hos uocabat Veſpaſianus ſpongiam ſuam,
quæ cum ſuxerit acetum poſtea reddit. Ta
les uocant agricolas uillanos & ruſticos,
qui tamen ſunt ipſis nobiliores. Ficus enim
fructifera quæ ſemper eſt in terra ſicca, no
bilior eſt ſalice infructuoſa quę ſemper eſt
in aqua uoluptatis. Multę tales infructuo
ſæ ſalices in medio Babylonis. i. mundi in-
ueniuntur, homines ſcilicet totalitet inuti
les & infructuoſi. Pſal. In ſalicibus in me-
dio eius ſcilicet Babylonis. Iſti communi-
ter infeſtant cultores agrorum, ſimiles mu
ſcæ quæ importunum eſt animal inquietũ
& ocioſum quæ quendam hominem caluũ
ualde infeſtabat in capite mordens, & cũ
homo muſcam tentaret percutere auolan
te muſca caput ſuum percutiebat, quæ cũ
decies rediret & homo ſemper caput ſuum
percuteret illi inſultabat. Cui caluus, qua
re o fatua & miſera rides cum parum læ-
dere poſſis & multum lædi. Tandem mu-
ſcam attingens eam contriuit & occidit.
Tantum ſcalpit capra q̄ male iacet. Et
multi tot rapinas faciunt ſuper pauperes
& caluos in membris Chriſti q̄ in fine ſol
uuntur, neque eñ finem attendunt. Tertiũ
genus eſt eorum qui laborant & de labori
bus ſuis comedunt, ſed non ſunt beati ſi-
cut auari qui comedunt bona ſua in mani
ca ſua. Iſti a pauperibus non beatificantur
ſed magis & a bonis & a malis deteſtantur
Exiſtimant enim ſicut bufo q̄ terra ei defi
ciat, ideo immoderate congregant. Eccleſ.
31. Laborauit diues in congregatione ſub
ſtantiæ. Congregant enim ignem unde ſe
comburant. Abacuc. 2. Laborauit populus
meus multo igni. Similes pueris qui tota
die currunt poſt Papiliones & nihil de la-
bore ſuo reportant niſi fatigationem. Ec-
cleſiaſt. 5. Sicut egreſſus eſt nudus ſic re-
uertetur, & nihil auferet ſecum de labore
ſuo. Quid ergo prodeſt ei q̄ laborauit in
uentum. Cunctis diebus uitæ ſuæ come-
dit in tenebris & in triſtitia multa, & ſicut
nimia ſitis quandoque compellit hominẽ
bibere aquam lutoſam, ſic ſitis auaritiæ
agri-



agricolas ad multa mala compellit. Ra-
dix enim omnium malorum cupiditas. 1.
Thim. 6. Adeo q̄ pro modica terra animas
ſuas perdunt, dum carrucas ſuas in terras
uicinas mittunt ut ſaltem unum ſulcum ſi
bi furtiue acquirãt uel metas & terminos
terrarum transferant. Oſeę. 10. Araſtis im
pietatem. i. terram impie acquiſitã. Iniqui-
tatem meſſuiſtis. i. meſſem iniquam colle-
giſtis. Comediſtis frugem mendacij. i. per
mendacium acquiſitam dicendo terram
alienam eſſe ueſtram. Deuter. 19. Non aſ-
ſumes & transferes terminos proximi tui
quos fixerunt priores in poſſeſſione tua.
Alij agricolæ in periculum animarum ſua
rum decimas retinent auarę, non ſolum fu
res ſed ẽt ſacrilegi eo q̄ Deo & miniſtris
eccleſiæ conſecratę ſunt & appropriatę. Le
uitic. 27. Omnes decimæ terræ ſiue de fru
gibus ſiue de pomis arborum domini ſunt
& illi conſecrantur. Decimæ enim non ſo-
lum in ueteri ſed etiam in nouo teſtamen-
to percipiuntur ſolui. Matth. 23. Væ uobis
legiſperitis qui decimatis mentam & ane-
tum & reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis
iudicium & miſericordiam & fidem, hæc
oportuit facere & illa non omittere. Au-
guſt. Redde decimas alioquin deduceris
ad decimam partem ſcilicet angelorũ quę
corruit in infernum, decima enim eſt cen-
ſus quem pro hæreditate æterna debemus
Qui non dat cenſum perdit domum uel
agrum. Prouer. 28. Qui ſubtrahit aliquid
a patre ſuo uel a matre ſua & dicit hoc nõ
eſſe pc̄m̄ particeps homicide eſt. Sic qui
patri ſpirituali uel matri eccleſiæ ſubtra-
hit quod ſuum eſt. Quartum genus eſt eo-
rum qui laborant & beatificantur, ut diui
tes qui tenent bonam menſam & in mul-
tis ferculis abundant & iſti dicuntur a mũ
do beati. Pſal. Beatum dixerunt populum
cui hęc ſunt. Sed nõ bene eſt eis quia Iob
21. Ducunt in bonis dies ſuos & in puncto
ad inferna deſcendũt. Iſti propter uen-
trem laborant tanquam bruta animalia,
& eorum quidam cum bene laborauerint
per totam hebdomadam in dominico die
omnia in tabernis exponunt Eccl. 6. Om
nis labor hominis in ore eius. Vnde autor
de donis. Cuidam apparuit aliquis cũ mul
to labore ædificans turrim ſuper riuulum
& in dominica die cum quieſceret a labo
re inundabat riuulus, & quicquid per to-
tam ſeptimanam fecerat rapiebat. Sic quic
quid guloſi laborando congregant per to-
tam ſeptimanam, dominica die conſumit
diluuium gulæ. Eccl. 19. Operarius ebrio-
ſus nõ locupletabitur. Quintum genus eſt
eorum qui laborant propter Deũ & uim
uictum ſuum acquirendum, & ut pauperi
tribuãt, & tales de laboribus ſuis fœliciter
manducãt, de quibus eſt illud Pſal. allega
tum. Labores manuum tuarum quia &c.
Quia enim tales de ſuo artificio ſciunt ſe
Deo reddituros rationem, propterea pau-
peribus de arte ſua ſeruiunt, eccleſias ho-
norant, & inde ditiores ſunt. Exo. 35. Mu-
lieres docte ad opus tabernaculi dederũt
quæ neuerant iacinthum, purpuram, uer-
miculum, & biſſum, ac pilos caprarũ ſpõ-
te propria cuncta tribuentes. Duas ſiqui
dem manus debet habere agricola, unam
ad laborandum; aliam ad daudum de la-
re ſuo, ut non ſolus comedat de ſuo labo-
re, qui altera caret mancus reputatur, imo
quãdoq; ab armigeris pp̄ hoc comeditur.
Inde pp̄ honeſtatem hm̃oi miniſterij con
ceditur clericis regularibus perſonis ter-
ras excolere, & p̄priis manibus laborare,
ita tamen q̄ proprium officiũ eccleſiaſticũ
ad quod tenentur non omittant, ubi tñ ne
gociatio eis interdicitur. Quia aũt ſint di-
tiores agricolę quia dãt de ſuo labore dr̃.
Prouer. 11, Alij diuidunt propria & ditio
res fiunt. Alij rapiunt non ſua & ſemper
in egeſtate ſunt, hoc ẽt patet exemplo in ui
ta Ioãnis elemoſynarij, ubi legitur de duo
bus ſociis ſutoribus quorum unus ualde di
ues erat habens magnam familiam, patrẽ,
matrem, filios, & filias quos omne arte
ſua aluit, & cum hoc deuotus uenerator
ſanctorum uacabat eccleſiæ ſine intermiſ-
ſione. Alter uero eiuſdem artis peritior
eccleſiam non frequentabat, nec in feſtis
apoſtolorum nec in aliis diebus laborare
ceſſabat, de quo argutus per bonum ſociũ
inuidebat ei dicens. Melior ego ſum in
arte noſtra, & unde eſt quòd tu diues fa-
ctus es & ego in tantam inopiam deueni?
Cui bonus. Inueni in terra theſaurum &
inde factus ſum diues, ſed ſi uis ueni me-
cum illo aquieſcente duxit eum ad eccle-
ſiam & ait. Hic ora Deum ſine intermiſ-
ſione, & honora ſanctos, & habebis
quad promiſit dicens. Primum quærite
regnum Dei & iuſtitiam eius, & hæc om-

 nia

nia adiicientur uobis. quod & factum eſt, & diues factus Deo gratias egit.

C

*Labor. Sepiē utilitates q̃ ex labore procedūt*

Bene laborantium ſecundum uacationem ſuam proprio labore ex ſacris ſcripturis trahuntur plurimæ commoditates. Prima eſt. Ad exercitium corporis, quia ſicut in bello & ante bellū ualidi milites exercitant uires ſuas corporales, & inexercitati de prælio fugiunt nullo ictu dato uel recepto, ſic exercitanda eſt caro laboribus ne ocio uacet. Caro enim eſt ſicut ſeruus ſuperbus qui non do natur niſi uerberibus & grauibus operibus. Eccl. 33. Seruo maliuolo tortura & compedes. Mitte eum in operationem ne uacet. 2. Thimo. 1. Labora ſicut bonus miles Chriſti. Ambro. Laboribus & ieiuniis laſciuia corporis caſtigatur, orationibus deuota anima ſaginat, uigiliis inſidie diaboli depelluntur. Eccl. 10. Melior eſt qui operatur & abundat in omnibus quam qui gloriatur & eget pane. Sicut quidam uani homines qui licet indigeant, dedignantur tamen manibus labolare, minimè imitatores Chriſti qui ex labore ſancti Ioſeph fabri cum eo laborans uoluit educari. Eccl. 18. Cum conſumauerit homo tunc incipiet. q. d. non debet homo ociosus eſſe ne impinguetur caro, ſed poſt unū opus aliud debet inchoare, iuxta illud. Amos. 9. Comprehendet arator meſſorem & calcator vuæ mittentem ſemen. q. d. unus labor alteri ſuccedet & cōtinuabitur ne ocio uacet caro, & ita ordinauit dominus q̊ poſt meſſes uenit uindemia, & poſt uindemiam ſationes & ſic conſequenter. Sed plurimi ſunt qui in feriis ſatis ſeruiunt Deo laborando, in feſtis autē diabolo, qui in carne ſua tanquam in dolio perforato uinum emittunt, ideo tales ſemper ſunt egeni quibus conſulit Bernardus in epiſtola. Fac gulam litigare cum burſa, & caueas cuius aduocatus exiſtas, ſæpius & non ſemper pro burſa ſententiam feras. Sed tales ſemper faciunt oppoſitum, nulla poſt ſe relinquunt ædificia qn comedant. Semper tñ uellēt ædificare cellaria ad reponendum uinum, & q͛d per totam ſeptimanam ædificant, in una hora deſtruunt. Eccle. 34. Vnus ædificans & alter deſtruens quid prodeſt illis niſi labor? Sūt enim latrones crucifixi cum Chriſto, quorum corpora non remanſerunt in cruce ſabbato. i. in feſto, ſed magis inueniuntur in tabernis. Bene tñ laborantes bene paſcendi ſunt. Bernardus. Guloſitas uilis hominis putredo; guloſitas uero ſerui bene operantis ſolatium eſt. Secunda commoditas eſt ad tentationis declinationē. Quādo enim diabolus inuenit hominem ocioſum mittit eum in operationem ſuam, ſicut filium prodigum uti paſceret porcos. Auguſtinus. Non de facili a tētatione capitur qui bono uacat exercitio. Hiere. 46. Vetula elegans atque formoſa Aegyptus ſtimulator ab Aquilone ueniet tibi ſcilicet diabolus, qui prauorum deſideriorum oeſtro ſtimulat laſciuos & effeminatos, cōtra quem ſtimulum bonum eſt calcitrare. Oſeæ. 4. Sicut uacca laſciuiens declinauit Iſrael. Sicut enim uacca percuſſa oeſtro huc illucque diſcurrit, ſic laſciuientes uidemus ut impleant ſuas delectationes huc illucque diſcurrere Præterea terra inculta & ocioſa nociuas herbas germinat, ſic noſtra caro inculta lapas luxuriæ, ſpinas auaritiæ, & urticas inuidię gignit. Prouerb. 21. Deſideria occidunt pigrum. Runcinus ruſtici qui multum laborat & duris paſcitur quando a carruca ſoluitur, demiſſo capite in pace ad ſtabulum reuertitur. Sed palfredus abbatis qui duplicem habet præbendam calcitrat, & ſeſſorem ſuum plerumque precipitat. Inde præcipitat apoſtolus. 2. Thimot. 4. Tu uero uigila, in omnibus labora. Hinc ſapiens mulier. Prouerb. ultim. Conſiderauit ſemitas domus ſuæ, & panem ocioſa non comedit. Et in uitis patrum dixerunt ſeniores monachum laborantem uno dæmone pulſari ocioſum uero innumeris ſpiritibus deuaſtari. Cum enim cor hominis more uiui argenti ſemper ſit in motu, & uix ualeat retinere quin ad illicita euagetur, multum prodeſt illud cito circa honeſta officia occupari. Eccleſiaſt. c. 3. Dixi in corde meo de filiis hominum ut probaret eos Deus & oſtenderet ſimiles eſſe beſtiis, quia ſcilicet indigeant chamo & freno, iugo & ſtimulo ad hoc ut domari poſſint & detineri. Fugit enim cor hominis & auolat quandoque per foramina oculorum, ut patuit in Dauid reſpiciente Berſabeæ, aliquando per aures & per alios ſenſus & non percipitur. Eſaiæ. 46. Redite præuaricatores ad cor. Fugit ſiquidem cor & amittitur in terra per auari-

tiam,



ciam, in aquis per luxuriam, auolat per elationem, latitat ut mordeat per inuidiam quemadmodum contingit ſępe in mechanicis artificibus. Communiter enim ſibi inuident qui ſunt proximi & eiuſdem artis, nec poſſunt ſe compati. Sunt enim ad modum pugnæ gallorum, ubi duo galli ſe ſe expugnant, quos Deus in laborando nō reſpicit. ideſt non approbat laborem eorū. Cerui ſe inuicem ſupportant, & qui ſunt eiuſdem operis ſe inuicem mordent. Præterea ſicut Amalech extremos & tardos de exercitu Iſrael interfecit. Deutero. 25. Sic diabolus pigros & ocioſos. Matth. 24. Orate ne fuga ueſtra ſit in ſabbato, ideſt in ocio corporis. Vel in hyeme, ideſt frigore pigritiæ. Sicut aqua quieta ſordes colligit, ſic cor ocioſi immundis cogitationibus ſordeſcit. Manus enim contrahit ſordes niſi ſæpe lauetur. Tertia utilitas eſt ad filiorum educationem & propriæ uitæ ſuſtentationem. Sicut cęlum per continuū motum omnia conſeruat inferius ſic continuus motus exercitij diligentiæ & laboris ſeruat hominem in proprio ſtatu Prouerb. 12. Qui operatur terram ſaturabitur panibus, qui ſectatur in ocium, in egeſtate erit. Iob. 5. Homo naſcitur ad laborem & auis ad uolatum. Quia ſicut natura dedit auibus duas alas ad uolandam & caudā ad dirigendum, ſic ſoli homini non beſtiis dedit manum ad laborandum & intellectum ad dirigendum. Et notanter dicitur natus ad laborem non creatus, quia creatio noſtra culpam non habet, ideo nec pœnam. Natiuitas noſtra culpam habet, & ideo pœnam. Hæc ſentiens Paulus aſſiduè laborabat manibus ad ſui ſuſtentationem. 2. Col. 3. Qui non laborat non manducet. Sed mirum eſt de illis qui nullos habent filios & habent malos ſucceſſores, & tamen ita immoderate laborant in temporalibus quòd parum de ſpiritualibus curant. Eccleſiaſt. 4. Vnde eſt, & ſecundo non habet, non filium non fratrem, & tamen laborare non ceſſat. Nec ſatiatur cor eius diuitiis, nec recogitat dicens, cui laboro, aut fraudo animam meam bonis, ſcilicet ſpiritualibus. Oſeæ. 7. Comederunt alieni robur eius, & ipſe neſciuit. Quarta utilitas eſt ad culpæ purgationem & ſatisfactionē Pſal. Vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte uniuerſa delicta mea. Vnde præceptum eſt Adæ ut laboraret ad culpę ſatisfactionem. Gen. 3. In laboribus comedes cunctis diebus uitæ tuæ. Vnde qui non ſeruat præceptum eius qui fingit laborem in præcepto non intrabit in regnum cœlorū. Quia per laborem dimittitur pctm̄ ſicut ſeparatur granū a palea ꝑ flagellum. Non eñ eſt de filiis Adæ qui nō uult laborare, nec eſt uiri timere ſudorē. Vnde poeta. Ante Iouis ſtatuā crepuit ſatur hyſtrio pœnā. Iuppiter inſtituit uiuere de ꝓprio. Apes enim Burdones ab alueolis ſuis explodunt. Et hiſtriones ocioſi a bonis domibus ſunt arcendi. 2. Reg. 11. Peccauit Dauid cū fuit ocioſus non quando bellis exercebatur. Præterea mandat ſapiens Eccleſ. 9. Ante obitum operare iuſtitiā, quia non eſt apud inferos inuenire cibum. ſicut patuit in diuite, qui manducabat & non laborabat, & in inferno nō inuenit guttā aquę. Sic Lacedemonij cum rege ſuo fortiter laborauerunt dimicando contra Xerſem regem Perſarum & exercitum eius, quia ꝑdictum erat eis q̊ cenaturi eſſent apud inferos, ob cuius pauorē ingenue pręliati ſunt. Arbores infructuoſę ignibus & gladio exponunt̄ ꝑterea Eccl. 9. Quodcūq; pōt manus tua inſtanter operare, quia nec opus, ſed operis merces, nec ratio ad docendū, nec ſcientia ad excuſandum, nec ſapientia ad defendēdū ſed magis ad accuſandū erunt apud inferos quo tu properas, ſed multi operarij male laborant qui pro labore diei ſex albos recipiunt, qui non merent̄ duos. Tales non ſunt miniſtri Dei, ſed ad reſtitutionē tenentur. 2. Cor. 6. In omnibus exhibeamus nos ſicut Dei miniſtros in laboribus plurimis. Quia eñ in primo hoīe dānati ſumus ad opationē, opus eſt ut faciamus de neceſſitate uirtutem, ſatiſfaciēdo, ſcilicet ex labore, in quo debemus conſiderare poſſibilitatem corporis noſtri ne immoderato labore grauetur, & breuitatem temporis & propinquitatem mortis, quia mors in ianuis eſt. Gal. 4. Bonum facientes ne deficiamus, dum tp̄s habemus operemur bonum ad oēs, & non ſine cauſa iungit Pſ. Humilitatem cum labore, quia labor humiliat Hæc eñ eſt una clericorū occaſio ſuperbiendi q̊ non laborāt ſicut alij ſeculares, ſed ut plurimū ſunt accidioſi, torpentes, edentes, bibentes, dormientes, nugis & rumoribus uacantes P.

In labore hominum non ſunt, & ſequitur, ideo tenuit eos ſuperbia. Hinc Pſalm. ex oppoſito. In laboribus ego ſum a iuuentute mea. ſequitur exaltatus autem humiliatus ſum & conturbatus. Quinta commoditas eſt ad eleemoſynarum largitionem. Actu.20. Paulus ait, his qui mecum ſunt miniſtrauerunt manus iſte. Exemplum in Ioanne elemoſynario qui ita miſericordiæ operibus effluebat ꝙ quaſi litẽ litem & pactum habuit cum domino, ut quicquid ei daret pauperibus erogaret. Ipſe autem ſemper dabat, & Deus ei reddere non tardabat. Sed tandem Deus uicit, quia quibus impenderet nõ inuenit. Ephe. 4. Magis autem laboret manibus, quod bonum eſt ut habeat unde tribuat neceſſitatem patienti. Exemplum de heremita qui manibus inceſſanter operans dicebant quòd pauper orabat pro eo, dum dormiebat & dum operabatur, & ſic per pauperes implebat illud apoſtoli ſine intermiſſione orate. Sexto ualet labor ad ſecuritatem uitę. Vita enim noſtra multis ſubeſt diſcriminibus & periculis. Primo periculis morborum a quibus ſecurus eſt qui bene laborat. Bene enim laborantes bene comedunt & bibunt, ſuauiter dormiunt, & malos humores intra ſe conſumunt. Eccl. 5. Dulcis eſt ſomnus operanti, ſiue parum, ſiue multum comedat. Saturitas diuitis non ſinit eum dormire. Partes animalium quæ ſunt magis in motu, ſunt ſaniores ad edendum. Et uitium capiunt ni moueantur aquæ. Eccleſiaſt. 31. Vigilia, & colera, & tortura homini infrunito, ſomnus ſanitatis in homine parco. Vigilia quidem ex inordinatione ſpirituum, colera ex diſtemperantia humorum, tortura ex repletio inteſtinorum. Tullius. Cum uideris iſtos epulones uelut optimos boues ſtertere & ſudare, tunc intelliges eos qui maxime ſequuntur uoluptatem eam minimè aſſequi. Vnde tales ſunt ſibi maxime graues ad portandum, de quibus Iob. 9. Factus ſum mihimetipſi grauis? Sen. Omnis ſtultitia laborat faſtidio ſui, & iterum. uitam in odium ſui adducere ſolet iners ocium. Secundo ualet ad ſecuritatem cõtra tyrannos, ad ſecuritatem dico uitæ pręſentis. Nam princeps Iſrael captiui ducti ſunt in Babilonem, ubi pauperes agricolæ & uinitores dimiſſi ſunt, ut habetur. 4. Reg. 25. Et Isboſech dormientem in meridie occiderunt duo princeps latronum. 2. Reg. 4. Et in hyſtoria eccleſiaſtica Euſebij legitur. quòd filij Thadæi parentes carnales Chriſti mortis periculum euaſerunt ſub Domiciano, quia inuenti ſunt habere manus plenas calce præ labore ſolum laborantes in duobus iugis boum. Vnde & Paulus ſecundum ꝙ ait laborabat uſque ad uincula quaſi male operans, ideſt non ſufficienter. Tertio ualet ad ſecuritatem conſcientiæ, cum ſecura enim conſcientia hoc manducare poſſunt operarij, quod fideliter lucrati ſunt. Pſalm. In loco paſcuæ ibi me collocauit. In paſcuis enim quandoque ponuntur animalia in malum ſuum propter accelerationem mortis, ut quæ impinguantur poſtea occidantur. Quædam ibi ponuntur ad uitæ conſeruationem & laboris releuationem, ut boues aratrum trahentes & equi onera portantes. Signum autem quòd animal ſit in paſcuis in ſuum malum & mortem eſt quando non deputatur labori, ſed in omni tempore & hora comedit, & bibit ſicut placet. Sed cum in paſcuis ponitur ad bonum ſuum ſignum eſt quando laborant in ſeruitio domini ſui, & poſt laborem paſcitur certo tempore & menſura. Sic quidam bonis huius mundi paſcuntur in malum ſuum propter accelerationem æternę mortis, ut qui nullum laborem ſuſtinent propter Chriſtum, qui omni tempore uel hora uacant delitiis uel honoribus. de quibus Pſal. Deſiderium eorũ attulit eis &c. adhuc eſcę eorum &c. Alij paſcuntur bonis huius mundi in bonum ſuum, qui laborantes in ſeruitio Chriſti de mundanis accipiunt ad ſuſtentationem ſuam neceſſariam cum menſura. Nauis ſine pondere non poteſt ſecurè tranſire mare quin fluctibus iactetur, & leuitate ſua uagando periclitetur ita ſine pondere laborum non ualet ſecurè homo ad quietis portum peruenire. Septima utilitas, quia ualet ad æternam remunerationem. Apochal. 14. Amodo iam dicit ſpiritus, ut requieſcant a laboribus ſuis, opera enim illorum ſequuntur illos, tanquam ſerui dominum ſuum ad defendendum eum cum fideliter laborauerit in uita. Sap. 3. Bonorum laborum glorioſus eſt fructus, non talis fructus, qualis ceraſa uel fraga quæ deſiderantur



tur a pueris, quæ licet ad tempus dulcia ſint, non tamen ſatiant hominẽ, propterea talibus deſiderẽtibus hmõi fructus dicitur Eſa. 55. Quare appenditis laborem ueſtrũ non in ſaturitate? Non eſt ẽm ſaturitas ubi non eſt ſatis, qđ non eſt niſi in ęterna requie. Eccl. 51. Modicum laboraui & inueni mihi multam requiẽ. Inde dñs Matt. 11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis. diſcipulos enim uidit dominus laborantes in remigando, ideo iubet eos cõtra tentationis uentum uenire ad ſe. Vnde in termino mortis dicet dominus angelis ſuis date illi. ſcilicet animæ fideliter operãti de fructu manuum ſuarum, & laudent eam in portis opa eius. Prius ẽm Hieruſalem dicta eſt iebus q̃ ſalem. i conculcata q̃ ciuitas pacis, quia labor præcedit quietẽ & pacem. Prius dictus eſt Iacob q̃ Iſrael, quia lucta pręſentis tribulationis Dei uiſionem præcedit. Prius ſeminauit Iſaac in terra illa quam centuplum acceperit. Geneſ. 26. Prius Beniamin dictus eſt Bennon. i filius doloris, poſtea Beniamin. i. filius dextre. Prius offerebãtur ſpice exuſte ad ignẽ & confricate manibus quam panes noui. Leuit. 23. Dauid antequam regnaret in pace, perſecutionem ſuſtinuit a Saule. Pſalm. De torrente in uia bibit &c. Eccleſ. 24. Sicut cynamomum, & balſamum odorẽ dedi. Cynamomum prius teritur quam redoleat, ſic prius labore teri debet homo qua uitã æternã redoleat. Vnde Arſenius primo comes palatinus poſtea heremita maximus, quærentibus ab illo in quo conſideret rñdit in eo ꝙ homines fugi aliquã diu tacui fleui. In eo potiſſime gaudeo ꝙ manibus laboraui. Vidua quædam moriẽs ſepelliri in panno ſibi dato recuſabat dicẽs ſepeliar quidem in camiſia mea meis manibus elaborata non alienis. Vnde regula iuris eſt. Qui ſentit onus ſentire debet & commodum. Benedicantur manus quæ nõ ſolum uile corpus induunt ſuis laboribus, ſed etiam animã uirtutibus. Vnde Paphuncius pater in heremo ſcithi morabaẽ uſq; ad extremam ætatem, omni die dñico uel ſabbati a cella quam iunior habitauerat (quę diſtabat ab eccleſia quinq; milibus) ueniebat ad eccleſiam uſque ad nonagenariam æratem, & ne uacuus reuerteref, uas aqua quam per totam hebdomadam erat ſumpturus ſuis ceruicibus ſuperponens, reportabat ad cellam, nec ab aliquo ſibi paſſus fuiſſet deferri. Iob. 9. Tu quidem greſſus meos dinumeraſti &c.

*Eodem ſabbato. Sermo ij. in ordine, xviij.*

E*Rat enim uentus contrarius.* Mar. 6. Nullus uentus eſt magis contrarius peccatoribus quam in iudicio ſententia procedens ex ore Dei contra malos, tanquã gladius bis acutus diuidens corpus & animã. Iſte eſt uentus ſubuertens montes. i. ſuperbos. & conterens petras. i. induratos. 3. Reg 19. Iſte eſt uentus qui exufflabit impios tanquam paleam. Pſal. Impij tanquã puluis q̃ proiicit uentus a facie terræ. i. a præſentia ſtabilitas æternæ, uel a ſuperficie terrę. Quid enim faciet puluis, aut qũo ſtabit contra uentum illum, quando ab eo cœli mouendi ſunt & terra? Iſte uentus a principio leuis fuit cum deambularet dñs in paradiſo ad auram poſt meridiem, ut. ſ. leniter iudicaret Adam, ſed dum addidit Adam pctm̃ peccato, grauior apparuit ſententia, & in fine grauiſſima apparebit quãdo uentus ille ſeparabit granum a paleis, lolium a frumento, zizania a tritico, oues ab hedis, oleum ab amurca, malos piſces a bonis, iuxta illud. Matth. 3. Cuius uentilabrum in manu eius, & permundabit aream, & congregabit triticum in horrea, paleas aut comburret igni inextinguibili. Iſſe, uentus benignus erit iuſtis. Erit enim ſibilus ille aure tenuis in quo erat dominus, quando Helye apparuit poſt commotionem & turbinem. i. poſt tempeſtate huius ſæculi. 3. Reg. 19. Iſte uentus terribilis impiis mutatus eſt in leuem iuſtis iuxta illud, Pſalm. Et ſtatuit procellam eius in aurã, & ſiluerunt fluctus eius, hoc eſt quando commutauit iudicium factum ſuper primo homine & poſteritate ſua, & ſuper ſe recepit illud cum in maria factus eſt homo. ad quam &c.

*A Ventus. Iudicium Dei. Qũo uentus diuinæ ſententiæ ſeparabit malos a bonis.*

Vidit Daniel quatuor uentos pugnare ad inuicem in medio mari huius ſæculi Daniel 7. Quorum unus eſt orientalis. Secundus occidentalis. Tertius aquilonaris ſeu borealis. Quartus meridionalis. Primus uentus, ſcilicet orientalis dicitur tentatio ſuperbiæ quæ uentus uocatur propter multa. Primo quia uentus petit alta, & puluires & paleas eleuat, non

*B Ventus. Sũpbia. Quare ſuperbia dicitur uentus.*

ſolida corpora. Talis erat qui dixit Eſa. 14. Aſcendam in cœlum & ſimilis ero altiſſimo. Paleæ enim de ſuperioritate duabus de cauſis contendunt. Primo pro leuitate propria. Secundo pro uenti uehementia. Sic ſuperbi aliquãdo ꝓ uanitatis leuitate aliis præeſſe uolunt, alij uehementia uẽti amicorũ & parentũ circũferentis & agitantis eos. Vnde ſæpe uilior (quaſi palea ſe granis meliorẽ opinari poſſit) melioribus dñari contendit; quẽ non eleuat uitæ precioſitas aut meritorũ eminẽtia, ſed magis ipſa uilitas. Tãto uilior eſt quãto plus aliis opinione ſua aut ambitionis p̃ſumptione cõiter extollitur, ſed ſicut puluis dum cito inaltatur cito cadit Pſal. Deiecisti eos dũ alleuarentur, & magis timendus eſt iſte ſpiritus ſuperbiæ in alto q̃ in baſſo ideſt in ſtatu prælationis q̃ ſubiectionis, q̱a ſi uentus hic in alto puluerẽ inueniat, cito exufflat & euaneſcit. Perflant em̃ altiſſima uenti. Secundo dr̃ uentus, quia uẽtus res inanis eſt nihil potens ſuſtinere, licet a quolibet ſentiatur. Superbus em̃ neq; bonos neq; malos ſuſtinere poteſt, quia facta eorum ſi ſint manifeſte mala diffamat, ſi mediocria in deteiorem partem interpretari non ceſſat. Si manifeſte bona & ea negare nõ poſſit, ſupplicium ſibi eſt, & ſtatim eis detrahens diminuit. Iob. 1. Ventus ueniens a regione deſerti quatuor angulos domus Iob concuſſit & euertit, quia oẽm uirtutẽ eneruat & euertit in ſe & in aliis. Ideo ualidus eſt iſte uentus, & natantibus in mari huius ſeculi ualde cõtrarius, iõ nobis timendus ſicut & Petro, ne ſubmergamur in ꝓfundo, non tñ celari põt ſuperbia quãuis inanis, a quolibet enim in ſuperbo ſentitur. Ex corde em̃ ſuperbi oritur, ore exprimitur, & toto corpore cõiter oſtenditur, quia in omni parte corporis (p̃terquã in pudẽdis) domicilium habet, ideo ꝑ gñale ꝓnomẽ illud uitiũ. Pſ. Significat dicẽs. Dñe Deus meus ſi feci iſtud. i. ſuperbiam. Non em̃ nominauit pctm̃ illud. Primo, q̱a ſuperbus nititur aſſimilari Deo qui eſt innominabilis. Scđo, quia cũ ſuperbus omniũ habeat memoriam, ſui obliuiſcit nec ſe cognoſcit, ſimilis illi de quo. Solinus q̱ te rore percuſſus in tantam deuenit amentiã, q̄ ſui propriis nominis perdidit memoriã, cũ omnium aliorũ ſatis bonã haberet recordatione. Nil mirũ ſi eius nomẽ obliuiſcatur. Pſ. Qui ſui oblitus eſt. Homo em̃ dr̃ ab humo, quia formauit Deus hoiẽm de limo terræ qđ non vr̃ habere in memoria qui ſuperbit, & per elationẽ aſcẽdit, cũ ſit propriũ terræ deſcẽdere. Eccl. 10. Quid ſuperbis terra & cinis? Tertio dr̃ uentus, quia uentus magnus cito cadit & redit trãquillitas. per paruam pluuię ſtillam (ut cõiter dicitur) turbo magnus excluditur, ſic ſuperbus facile ruit in nihilũ. Pſ. Exaltatus aũt humiliatus ſum & conturbatus, & iterum. Pſ. Eleuans alliſiſti me. Sicut locuſta breuem uolatum habet. Prouerb. 30. Regem locuſta non habet, quia ſuperbus nullum uult ſibi ſuperiorem habere. Papiliones magnis alis uolant, & non ſunt niſi uermes, cito moriuntur & deficiunt & ad candelam ſe comburunt, & auium cœli præda ſunt & eſca. Sic ſuperbi magnis uolant alis nihil ualentes, cito deficientes, & ad claritatem mundanam ſe conſumentes. Pſalm. Vidi impium ſuperexaltatum & eleuatum ſicut cedros libani, & tranſiui, & ecce non erat. Eſa. 18. Væ terræ cymbalo alarum, id eſt terræ ſuperbi nihil ſoliditatis habenti, ſed ſolum ſonum quod uolat in altum. Stantes enim in alto, non aſpicientes quod ſupra ſe aut iuxta ſe eſt, ſed ſolum ſubtus ſe, corde deficiunt & ruunt. Sic ſuperbi non habentes Deum præ oculis neque proximum, cito aſcendunt ad cœlos, & cito deſcendunt in abyſſos. Quarto, quia uentus ingroſſat & turbat aerem & mare. Sic ſuperbiam omnem turbat amicitiam, & uix inter ſuperbos pax inueniri poteſt. Apud geometras corpora ſpherica quæ maximè tumida ſunt in ſolo puncto ſeſe contingere poſſunt, & ideo ſe inuicem pungere ſed non ſibiincicem poſſunt recte & plane applicari. Sic corda tumentium ſuperbia pungere & impugnare ſe poſſunt non autem ſocialiter & amicabiliter ſibi coniungi. Concauum autem corpus ſine quacunque difficultate corpus tumidum aut ſphericum intra ſuam concauitatem recipit, & ei conuenientiſſime applicatur, ſed non econtra. Sic cor humile ſuperbum quaſi in ſe recipiens amplectitur, & pacem habet cum illo, ſed nõ ſuperbus cum humili. Ventus incluſus intra terram cauſat terremotum, & in mari tempeſtatem. Sic ſuperbia omnia bella

& ſedi-



& ſeditiones non ſolum excitat inter amicos, ſed etiam propriam turbat conſcientiam. Figura primi Reg. 16. Spiritus domini malus exagitabat Saul. hoc eſt ſuperbia magnos inquietat, ideo qui uult pacẽ habere in conſcientia oportet ipſum immolare bouem ſuperbiæ. Vnde in euangelio hodierno. Matth. 8. Imperauit dominus uentis & mari, & facta eſt tranquillitas magna. propter quod Hiere. 17. Ego non ſum turbatus te paſtorem ſequens, & diem hominis non deſideraui, tu ſcis. Paſtorem quidem illum qui dicit; uenite ad me &c. & ego reficiam uos, & diſcite a me quia mitis ſum &c. Qui autem talis eſt non deſiderat diem hominis, ideſt excellentiam alicuius humanæ claritatis. Magnum tędium eſt ſemper id deſiderare ad quod non poteſt perueniri, & ſi perueniatur hoc eſt cum maximo labore. Vnde impoſſibile eſt uento iſto flante ſuperbum reuerti ad cor, & ſic nec habere pacem in corde, quia uento iſto flante ſemꝑ et eleuatur agitatur puluis, in tantum q̄ lædit oculos itinerantium. Nec eſt poſſibile cadere puluerem, niſi ceſſante uento iſto. Eccleſiaſt. 12. Reuertatur puluis in terram ſuam, & ſpiritus ad dominum qui dedit illum. Sic quandiu uentus ſuperbię flat in corde propter aliquod temporale, impoſſibile eſt q̄ cadat per humilitatem, immo intantũ eleuatur q̄ offendit oculos intuentium. Quinto, uentus exſiccat rorem & extinguit lucem, ſic ſuperbia rorem gratiæ. Eſai. 42. Dabo in ſolitudinem cedrum. Dicit Philoſophus. 16. de animalibus, q̄ animalia contra naturam genita dignum eſt eſſe ſterilia ex ſeipſis, ut ſunt mulus & mula. Nullius generatio eſt magis cõtra natura quã ſuperbi, quia eſt contra auctorem totius naturæ. Iob 15. Quid tumet contra Deũ ſpiritus tuus? ergo ex ſeipſo neceſſario eſt omni rore gratię ſterilis. Grego. Cum omnia uitia fugiant Deum, ſola ſuperbia ſe ei opponit. Pſal. Inter medium montium pertranſibunt aquæ. Iacob. 4. Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Ille enim liquor corda montuoſa declinat & humilia replet. Pſal. Humilia reſpicit, & alta a longe cognoſcit. 2. Reg. 1. Montes Gelboe nec ros nec pluuia ueniant ſuper uos, ideo hanc gratiam non receperunt ſuperbi philoſophi ſed humiles diſcipuli Chriſti. Act. 1. Accipietis uirtutem ſuperuenientis &c. Similiter uentus iſte extinguit lucem ſapientiæ. Bernardus de gradibus humilitatis. Trabs in oculo tuo, grandis & groſſa, ſuperbia in mente, quæ quadam ſui corpulentia uana non ſana, tumida non ſolida, oculum mentis obſcurat, ut ſi tuam occupauerit mentem, iam tu te uidere, iam te talẽ quales es, uel qualis eſſe potes non poſſis ſentire, ſed qualẽ te amas talem te putes uel ſperes eſſe. Hæc Bernard. Si enim ſuperbus ſe cognoſceret, cum dictum ſit ei. puluis es, ſemper ſicut terra nouiſſimum locum teneret. Pſalm. Sciant gentes quoniam homines ſunt. Eſt enim ſuperbus ſicut urſus qui excoriatus ſimilis eſt homini. Sic ipſe depoſita pelle ſui faſtus in morte cognoſcet ſe hominem eſſe, & quia uentus iſte omnem ſapientiæ lucem extinguit, cum iſto uento impoſſibile eſt nauigantes mare huius ſæculi tute portum apprehendere, ideo nil mirum ſi uentus iſte contrarius eſt eis in remigando.

*C*

*Ventus ſ Supbia. Quia ſuperbia dicitur uentus orientalis.*

Hic autem uentus triplici de cauſa orientalis dicitur. Primo, quia ab ortu mundi proceſſit ſuperbia, quando elatus angelus cecidit uolens ſimilis eſſe altiſſimo. Secundo, quia uenit ab alto. Iſte enim oriens ab alto, gallice uent damont, uiſitauit nos, quando a cœlo & paradiſo terreſtri proceſſit. Eſt enim uitium ingenuum, quia natione cœleſtis eſt ſuperbia, ideo efficit peccatores cœli. Alia autem peccata ſunt iumentina ſeu terreſtria, ut luxuria, & caſtrimargia, & faciunt peccatores terræ. Origenes. Luxuria & gula faciunt hominem porcum. ſuperbia diabolum. Tertio, quia communiter procedit ab ortu & natiuitate, ideo uitium iſtud maxime in nobilibus inuenitur, de quibus Oſe. 9. Gloria eorum a partu & ab utero & a conceptu.

*D*

*Ventus caro. Quare tẽtatio carnis dicitur uentus occidẽtalis.*

Secundus uentus eſt occidentalis, & iſte eſt caro quæ aduerſatur ſpiritui inter ſæculi huius procellas nauiganti, quæ dicitur uentus propter quatuor propter quæ ipſa caro tentat. Primo dicitur uentus, quia magnus uentus terret & cõcutit parietes inclinatos & macerias depulſas, ac ſubmergit naues in mari. Sic aduerſatur caro ſpiritui, per timorem humanum aduerſa nimis timendo. Suadet enim ut homo ille timore perterritus, cõ-

tra

tra ſalutem animæ faciat, uel ea quæ ſunt ſalutis omittat, ne aduerſa incurrat. Auicula enim motibus foliorum arboris terret; ſic aliquid ad motum aliquantũle infirmitatis uel pœnalitatis tument agredi pœnitentiam. Contra hoc debet homo inferni ſupplicia ſibi opponere, uel grauia ſibi intentare, ut libenter ſuſtineat duriora. Bonus equitator bonum equum ſuum calcaribus urget, pungit, & ſæpe cogit eum trãſire per loca quæ timet, & ſi timorem eius penitus aufert. Sic homo carnem ſuam debet affligere, ut ardua aggredi non timeat. Si quis ab hoſtibus ſuis duceretur ad mortem ſuper equum uelocem, gratum haberet ſi quis uulneraret æquum & eum liberaret, quantomagis quis non debet timere ſi corpus ſuum quod ducit ad mortem, ꝑ pœnitentiam laſſetur. Caro enim debet eſſe ſicut ſcutum quod prius debet permitti, percuti, & perforari quàm lædatur anima, ſicut miles exponit ſcutum pro ſaluando corpore. Secundo uentus occidentalis quãdoq; blandus eſt, & lenis ac ſuauis. Sic caro nimis amat blanda & ſuauia propter quod ſuadet ſpiritui ut proiiciat ſe in foueam peccati, ut Eua quę pomum uetitum uiro ſuo porrexit. Hæc eſt Thamar quæ depoſita ueſte lugubri, ſcilicet pœnitẽtiæ, induta theriſtro molliciei ſedet in biuio quieſcens in uoluptate & uanitate, ut Iudam. i. pœnitentem ſpiritum prouocet ad peccatum, quæ non eſt aſpicienda ſed contemnenda. Gene. 38. Hæc eſt Corby filia principis Madian, quæ ornata habitu meretricio præparata ad capiendas animas, mittitur ad ſeducendum filios Iſrael, quæ per diſciplinam transfodienda eſt, Numer. 25. Hæc eſt meretrix garrula uaga, quietis impatiens, quam uidit Salomon de feneſtra domus ſuæ uecordem iuuenem illaqueantem & ad perditionem trahentem. Prouerb. 6. Hęc eſt Iahel quæ ciſaram. i. ſpiritum a prælio fugientem, & ocium & quietem appetentem inuitat ad quieſcendum in tabernaculo ſuo, id eſt in agendo curam carnis in deſideriis, quæ propinando lac blande delectationis per cõſenſum illicitum eum occidit. dum clauum amoris penetrantis & illicitum eum infigit. Iudith 4. Hęc eſt ſanguiſuga duas habens filias inſatiabiles, gulam ſcilicet & luxuriã. Prouer. 30. Quæ eſt in ſicco ari le diete d mittenda, & ſic uincitur ſicut piſcis a Thobia. Thob. 6. Tertio, uentus iſte inundare facit & ipſe unde quandoque ſupergrediuntur nauem, ſic caro tribulatione uel pœnitentia quaſi undis afflicta ſpiritum ad murmur & impatientiam prouocare laborat. Sic Iudicum. 16. Videns Sampſon Dalide ei conſenſit & reuelauit ſecretum ſuum, cum audiret eam contra eum murmurantem, quæ fecit eum dormire in gremio ſuo, & totondit & tradidit Philiſteis illudendum & cecandum. Sic Thamar magis murmurauit de eo ꝙ ab Amon eiecta fuit, quã de eo ꝙ fuit corrupta. 2. Reg. 13. Fabuloſe dicitur, quòd cum quidam per deſertum iret, ſerpentem inuenit frigore afflictum, iacentem quaſi mortuum, cui compaſſus dum eum in ſinu ſuo foueret, calefactus circumuoluit eum & reſumptis uiribus eum intoxicauit, quem cum argueret de ingratitudine reſpondit, tu ſcis ꝙ natura mea eſt ꝙ non noceo niſi calefactus, & tunc cum incaluero uenenum effundere neceſſe habeo. Non inculpes me ſi naturam meam ſecutus ſum, ſed tibi imputa qui me calefeciſti & fouiſti. Conceditur tamen curam carnis facere in neceſſariis, non in deſideriis. Carnem enim ſine ſanguine non prohibemur comedere ſed cum ſanguine comedunt qui poſt concupiſcentia uadunt. Quia uecordes ſunt q propter gulam (quæ uix trium digitorum continet latitudinem) primogenita cum Eſau amittunt. Hi ſunt qui porcis ſurgere uolũt orto iam ſole, & ſtatim uolunt manducare ſicut porci qui dum ſurgunt ſtatim ad paſcua currunt. Quarto dicitur uentus, quia uentus nauem propellit contra naute uoluntatem, & ei nauis obedit. Sic caro tentat per contumaciam, quando nimis impinguatur & delicate nutritur, nec obedit ſpiritui ſed attrahit ſpiritnm ad ſe. Prouerb. 29. Qui delicate a pueritia ſua nutrit ſeruum ſuum, poſtea ſentiet eum contumacem. Sic fuit de Miphiboſech & ſeruo ſuo Siba qui contempſit eum & impediuit ne ſequeretur Dauid regem, & eo procurante amiſit hæreditatem ſuam. 2. Reg. 16. Sic accipiter nimis impinguatus non uult redire ad dominum ſuum, nec caro obedire ſpiritui, & Agar uidens ſe prægnantem contempſit dominam ſuam, Geneſ. 16. Et canis qui non uidentem ducit, dum uidet

os in



os in luto illuc diuertit & cecum dimittit. Quidam diues impinguauerat arietẽ quẽdam, ita ꝙ præ pinguedine in omnes inuitantes eum cornibus impinguebat. Cum autem ſemel dormiret dominus ad ignẽ, uidens eum aries frequenter inclinantem caput, putauit ꝙ inuitaret eum ut in eum impingeret. Ipſe autem aries ita fortiter in dominum ſuum irruit, ꝙ eum præcipitauit. Sic caro facit ſpiritui uegligenti & eã nimis impinguanti.

E inius. duerſi s. Quia ad erſitas ſt uẽtus aquilo hominẽ tentans.

Tertius uentus eſt aquilonis, per quem intelligitur aduerſitas & tribulatio ꝓpter multa. Primo, quia ille uentus affligit pauperem ut dicit Philoſophus. 2. Elenchorũ. Eſt enim nentus urens, propter quod ſponſa in canticis. Canticorum 4. Surge aquilo & ueni auſter. Eccleſiaſt. 43. Vox tonitrui uerberabit terram, tempeſtas aquilonis & congregetio ſpiritus. Sic modo anima cooperitur fluctibus malarum concupiſcentiarum, modo conquaſſatur uentis tentetionum. Matt. 8. Ecce motus magnus factus eſt in medio mari, quo ad uentũ tribulationum. ita ut nauicula operiretur fluctibus, quo ad fluctus concupiſcentiarum. Ideo ſicut habitantes in naui naufragante cupiunt exire de naufragio, & ſicut peregrinus de exilio redire deſiderat; ſic ſancti uiri de hoc ſæculo. Sunt enim peregrini & aduene. 2. Corint. 5. Quandiu ſumus in hoc corpore peregrinamur a domino, ideo de hac peregrinatione exire deſiderant. Tum quia ſentiunt uiam nimis longam, ideo dicit Pſal. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt. Tum ſecundo, quia domum habent tenebroſam quaſi carcerem, ſcilicet domũ corporis ſui, ideo ſubdit, habitaui cum habitantibus cedar, quod interpretatur tenebræ. Tum tertio, quia habent uiam nimis aſperam, modica enim uia ſi eſt aſpera, uidetur longa multum, ideo ſubdit, multum incola fuit anima mea. Secundo, uentus ille frigidus eſt, & ligat aquas gelu ne fluant. Sic aduerſitate ſæpe refrigeſcit charitas, & bona temporalia arctius cuſtodiuntur, ne fluant in proximi neceſſitates. Eccl. 43. Frigidus uẽtus aquilo flauit, & gelauit criſtallus ab aqua. Gelantur enim archæ ne ab eis aurum exeat, & utres ne uinũ effluat in proximi neceſſitates. Pſalm. Factus ſum ſicut uter in pruina. Tertio deſtruit uinearum

F Mors. Quia ſan ſto uiri mortẽ deſiderant.

flores, quia deſtruit omnem ornatum & pompam ſæculi. Hierem. 1. Ab aquilone pandetur omne malum, quem quidem uẽtum aquilonarem ſæpe mouet diabolus, in quo duo ſunt, uentus qui eſt eius ſuggeſtio, & aqua ideſt concupiſcentia, de quibus duobus Iob. 40. Halitus eius prunas ardere facit, ideſt ſuggeſtio cõcupiſcentias excitat, ſed Deus ab hanc tempeſtatem ſedandam uenit, in qua perimus, niſi dominus ſit ſicut nauta in naue cordis quam circunfluit unda concupiſcentiæ & uentus ſuggeſtionis concutit. Vnde & dominus ad ſedandã tempeſtatem ad diſcipulos uenit, & ſicut in tempeſtate nullus ocioſus eſt, ſed clamant mute. halle halle, alius exonerat nauem, alius figit anchoram alius exhaurit aquam. Sic in tribulatione iuſtorum uirtutes non ſunt ocioſe, prudentia clamat ad occurrendum celeriter neceſſitati contemptus mundi nauem exonerat, ſpes anchoram figit charitas operatur & exhaurit aquam, & cautes occultas prçuidet fides, ideſt occulta pericula. Hanc autem tempeſtatem aliquando Deus immittit & tunc uenit in ipſa & cum ipſa. Numer. 1. Dominus in tempeſtate ueniet, & in turbine uiæ eius, & hæc eſt tempeſtas pœnitentiæ cuius uentus ſpiritus ſanctus, lachryme aqua quam maxime immittit prælatis ſicut Petro dicenti. Domine ſi tu es iube me uenire ad te ſuper aquas, & dixit ueni. Apocal. 18. Aquæ multæ populi multi. Itaque ſuper aquas ambulare eſt præeſſe populis, ſed hoc non debet ſibi quiſpiam uſurpare, niſi a Deo uocetur nec dicit ſimpliciter, iube me uenire ſuper aquas ſed dicit, iube me ad te uenire, non ambiens ipſam prælationem ſed ipſum ſolum Deum. Multi enim ſunt qui ſuper aquas iſtas ambulant. ſed ad capiendos piſces non ad Ieſum ueniant. Et ſi periclitentur illi qui a domino uocantur ut Petrus qui cœpit mergi, quid mirum ſi pereant quos dominus non uocat, ſed ſe quaſi ingerunt? Hos uocat auaritia uel cupiditas. Nullus unquam naufragatur niſi cum aqua intrat ad cor uel caput operit. Prælatus debet eſſe cor eccleſiæ quo ad ſapientiam, & caput quo ad prælationem, ideo de malis prælatis clamat eccleſia. Saluum me fac Deus quoniam intrauerunt aquæ &c. & illud

Tren. 3.

Tren. 3. Inundauerunt aquæ ſuper caput
meum dixi, perij. Quarto uentus Aquilo
ſtringit uentrem ut dicunt medici ſic mul
ti in proſperitate ſolebant laute ædere qui
in aduerſitate parce uiuunt, reſpiciẽtes ad
imminentia diſcrimina uiuentes timidi &
uix læti. Sic ſumus in aduerſitatibus ſæcu
li huius quouſque ueniamus ad portum ſa
lutis quandiu nauis agitatur naute non læ
tantur lucri dulcedine quia tota intentio
eorum eſt ad artem nauticam propter in-
numerabilia pericula ſed tracta naui ad
portum & ueneditis mercibus, tunc percipi-
tur lucri dulcedo,& in quiete gaudent ſup
his quæ in ſudore & labore acquiſierunt.
Sic quandiu ſumus in prẹſenti uita nauiga
mus in naui eccleſiæ militantis circa quã
ſunt tot tribulationes & tentationes, ꝙ
uix poſſumus uacare contemplationi lu-
cri cẹleſtis,ſed cum nauis hæc portum in-
trabit beatitudinis tunc fideles fructu fruẽ
tur quẽ pro labore cum gaudio ſuſcipiẽt.
Sic diſcipuli laborabant prius in remigan-
do,ſed poſt cũ gaudio Chriſtum uiderunt.
Quinto aquilo ſuſcitat infirmitatem arte-
ticam,ideſt guttam. Habent enim magni
princeps & conſiliarij in auribus & in ocu-
lis guttam. Non enim uident aut audiunt
pauperes Pſal. Oculos habent & non ui-
debunt,aures habent & non &c. Quartus
uentus Auſtralis eſt proſperitas quæ maxi
mas adducit tentationes peior uento prẹ-
cedente. Nam Exod. 10. Quæ non læſit
grando aduerſitatis, uentus auſtralis per
locuſtas adductas omnia conſumpſit. In
aquis in quibus non eſt continuus fluxus
ibi putredines & uermes generantur & pi
ſces moriuntur. Sic in ciuitatibus tempo-
re tranquillitatis quando non ſunt debita
exercitia, multa fœda & iniqua ab ocioſis
geruntur,ut luxuriẹ & ebrietates,quod pa
tuit in Dauid qui ocioſus adulterium com
miſit. In Salomone qui cum haberet pa-
cẽ in circuitu regni ſui ſtatim in idolatriã
lapſus eſt,& ciuitas Romana cum bellis ue
xaretur contra Chartaginem uirtuoſis co
lebatur exercitiis,& ſic plus Romæ nocuit
Carthago euerſa quam aduerſa prius no-
ceret. Tanto enim plus excreſcit ignis
quanto plus de oleo adiungitur. Eſtatis
tempus abundans fructibus tẽpus eſt fer-
uentiſſimum. Criſ. Nouerca uirtutum pro
ſperitas, & hoc maxime in eccleſia, ub.
huic uento prorſus obedit nauis eccleſia
Petri,nunc pecuniæ, nunc principum con
ſentiens precibus periculum eſt de ſubito
turbine, ideſt de ſubita ira Dei ne euertat
nauis in profundum. Multi etiam huic uẽ
to obediunt dimittentes rectum iter,qui ta
men contra uentum illum deberent naui-
gare,exemplo apoſtolorum qui nauigabãt
quanuis uentus eſſet eis contrarius quibus
occurrit dominus & ceſſauit tempeſta tes.
Plurimi autem orta tempeſtate nauem re-
linquunt,& hoſtiũ fluctibus eã exp onunt,
aduerſum quos, Tullius in 1. Retho. lib. 2.
legem ponit. ꝙ qui in aduerſa tempeſtate
nauem relinquunt omnia amittant. Eorũ
naues & onera ſint qui in naui remanſe-
int. Amen.

*G*
*Ventus. Proſperitas. Quia proſperitas eſt uẽtus auſtralis*

*Dominica prima. 40. Sermo primus, & in ordine 19.*

HOrtamur uos ne in uacuum gratiam Dei recipiatis. 2. Cor. 6. Nil mirum ſi apo
ſtolus hortetur gratiam Dei non in uacuũ
recipere, cum & dominus ipſe præcipiat.
Exod. 23. Non apparebis in cõſpectu meo
uacuus,& neminem ſuorum uelit exire de
Egypto uacuum. Exod. 3. Cum egrediemi
ni non exhibitis uacui. Non enim exeuntes
ab hoc ſæculo uult uacuos egredi uirtuti
bus. Hoc utique plurimum abhorret. Tum
(quia ſecundum Philo. 4. Phiſi.) Natura
abhorret uacuum. Ita ut ad replendum,de
ſtruendum,hac euitandũ ipſum aqua aſcẽ
dat & ignis deſcendat quãto magis auctor
ipſius naturẹ abhorret peccatum quod eſt
nihil & inane,ita ut aqua diluuij iam aſcẽ
derit ſuper terram ad delendum ipſum &
in fine ſæculi ad idipſum deſcendet ignis.
Quia autem peccatum ſit uacuum patet p
illud Pſal. Confundentur omnes iniqua
egentes ſuperuacue,ubi dicit ꝙ omnes ope
rantes iniquitatem non ſolum uacuæ,ſed
& ſuperuacuæ operantur,ut ſit uacuitas ſu
per uacuitatem, uacuitas mercedis ſuper
& poſt uacuitatem boni operis. Tum ſe-
cundo quia diabolus hoſpitatur & intrat
corda uacua. Iob 26. Extendit aquilonem
ſuper uacuum, ideſt diabolum ſuper cor-
da uacua reproborum, Sicut uentus intrat
ubi uacuitatem inuenit,ſic diabolus men-
tem quam Dei dilectio non implet. Immũ
dus enim ſpiritus qui reuertitur in domum
ſuam, inuenit eam uacantem, ideſt uacuã.

*A*
*Gratia. Vacuum. Due rõnes ꝑpter quas non debemus eſſe uacui ſeu recipere gratiã Dei in uacuum.*

*B*
*Vacuum. Quia peccatũ ſit uacuum.*



Hoc quippe eſt præceptum & uox diabo-
li,exinanite exinanite uſque ad fundamen
tum in ea ideo eccleſia orat ad dñm. Reple
tuorum corda fidelium, quia niſi repleue-
ris uacua ſunt more ueſſicarũ. Vnde Aug.
ſuper illo Pſal. Velociter exaudi me,quia
defecit ſpiritus meus. Impleat me,inquit,
dñe ſpiritus tuus, quia defecit ſpũs meus.
Nunc igitur ut eſurientes nos impleat bo
nis ad illam quæ nunquã uacua fuit, nec
in uacuum gratiam recepit recurrentes, de
abundantia gratiæ eius poſtulemus di-
centes Aue.

Quinq; modis in uacuum recipit quis
grãm Dei contra qđ hortatur apoſtolus
ne in uacuũ grãm recipiamus. Primo qñ in
tpe conuenienti ſine fructu eã recipit ut po
te in tpe grãe & maxime quadrageſimæ vñ
ait allegando Eſaiã. Eſa. 49. In tpe acce-
pto mihi ad mĩam,& tibi ad ueram pœni-
tentiã exaudiui te, & in die ſalutis adiuui
te liberando a peccatis. Ecce nunc tps ac-
ceptabile de quo loquebatur propheta, ec
ce nunc dies ſalutis ad proficiẽdi in bono
ꝑ grãm adiutricem in quo peccat qui grã
acceptam uti negligit iuxta illud. 1. Thim. 4.
Noli negligere grãm Dei quæ in te eſt.
Quia aũt tps quadrageſimale inter cæte-
ra tpa ſit acceptabilius pro ſalute nñra pa-
tet triplici ratione. Prima eſt quia in iſto
tpe inuenitur facilius moneta qua emitur
regnũ cœlorũ quã aliis tpibus ſcilicet ieiu
nia, uigiliæ, & orationes, ut patet ad expe-
rientiam ideo eſt tps acceptabilius. Sc̃da
ratio quia cambitores ſunt in ſuis locis ad
cambiendũ malã monetã peccati pro gra-
tia Dei, ſcilicet confeſſores in ſedibus ſuis
parati ad audiendas confeſſiones qđ non
accidit aliis tpibus. Ibi aũt, fit fœliciſſima
commutatio in illo foro pnĩali. Viliſſima
enim eſt moneta q̃ apportat pctõr & pre-
cioſiſſima eſt illa quam reportat, quia pec
cata ſua ibi dimittit & grãm Dei acquirit.
Sed puerilitas eſt quorundam qui grãm
Dei uellent inde reportare, & tñ peccata
ſua nolunt ibi dimittere, ac ſi neſcirent le-
gem ab cambiendum nec agnoſcunt q̃ ui
lis ſit moneta peccati, nec q̃ precioſa gra-
tia qua cito emit regnum cœlorũ. Tertio
qa in quadrageſima quaſi in nundinis Dei
uenalia abundantius exponunt, ut cui non
placet unum capiat aliud. Prædicatio em
eſt expoſitio uenalium. Abundantius aũt
prẹdicatur in hoc tpe q̃ in alio. De qua ex
poſitione uenaliũ dicit Auguſtinus. Vena-
le habeo quid? regnũ cœlorũ quo emitur?
paupertate regnum. Dolore gaudiũ. Labo
re requies. Ignominia, gloria. Morte uita.
Prẹcipuũ aũt uenale qđ hic exponitur eſt
regnum celorum Matth. 8. Tu autem ua-
de & annuncia regnum Dei. Plus uero
ualet operimentum huius trouſſelli ut ſol
& luna & ſtelle quã quicquid habeat mun
dus uenale. Si ergo talia habeantur in nun
dinis Dei iſto tempore & pro bono foro
& in abundantia, ſequitur ꝙ nunc ecce
tempus acceptabile ad ſuam, ſcilicet ſalu-
tem conſequendam. Quod poteſt dici ac
ceptabile propter duo. Primo acceptabi
le ab accipiendo, quia in iſto tempore ac
cepit aliquid Deus de noſtro pro noſtrorũ
peccatorũ ſatisfactione, Ideo pro nñris pec
catis aliquid debemus ei ſoluere. Non au
tem niſi tribus poteſt ei ſatisfieri, ieiunio,
eleemoſyna,& oratione. Si credis in Deũ
ſperas & diligis eum, nõ propter hoc ſatiſ-
facis Deo quia nihil ei ſoluis de tuo. Si ie
iunas aliquid de tuo ſoluis, ſcilicet corpo
ris macerationem. Non enim eſt ieiunium,
ubi caro nullum ſentit defectum, Si oras,
das ei uocem tuam interiorẽ & exteriorẽ,
& laborioſum uocis tuæ obſequium. Nul-
la autem ſatisfactio eſt niſi pœnalis. Simi
liter ſi eleemoſonam das, aliquid de tuo
tribuis, & ſic nunc eſt tempus accipiendi.
Secundo acceptabile ab acceptando. Eſt
enim tempus determinatum in quo poteſt
acceptari beneficium uacans quod ſi tran
ſierit non plus eſt ſpes poſſidendi. Tempus
enim huius uitẹ tempus eſt ad acceptandũ
merita ad uitam ẹternam. Multi tñ nõ di-
ſcipuli Chriſti ſtudent nũc uoluptati qua-
ſi de ſcola Epicuri. Quidam ualitudini
de ſcola Ipocratis. Iſti autem commutãt
tempora procurantes ſanitatem, cum ma-
gis debeant procurare ſalutem. Salus
animæ & ſanitas corporis. Nunc tempus
eſt ſalutis, in futurum eſt tempus ſani-
tatis, cum mortale hoc induet immor-
talitatem. Secundo recipit quis gratiam
Dei in uacuum quando ex gratia ſibi da-
ta ſcandalizat proximum & dat ei oc-
caſionem ruinæ in peccatum & ideo ſub-
dit apoſtolus. Nemini dantes ullam of-
fenſionem, ut non uituperetur miniſte-
rium noſtrum. Gratia enim eſt quoddam
unguen-

*C*
*Vacuum. Quia recipiatur gratia Dei in uacuũ quinque modis.*

*D*
*Quadrageſima. Tempus quadrageſimale eſſe cæteris acceptabilius oſtẽditur triplici ratione*

*E*
*Quadrageſima Acceptabile. Tempus quadrageſimæ dicitur acceptabile dupliciter.*

*F*
*Gratia. Quõ gratia eſt unguentum*

unguentum quod ſecundum artem medi-
cinæ confecit unguentarius ille cui ſpon-
ſa. Caticorum. 1. Vnguentum effuſum no-
men tuum. Ita precioſum q ſua poſitio-
ne habet omnes plagas & uulnera curare
dummodo adiungatur modico tormenti-
ne pœnitentiæ uel tribulationis acceptæ.
Et ſic fit emplauſtrum precioſiſſimum ex
modico de gratia Dei, & modico tormen
tinæ. Primum eſt ualde precioſum. Secun
dum uero uile, quia in omni loco creſcit &
inuenitur ad bonum forum. Si ergo gra-
tia Dei eſt ſanatiua omnium uulnerum, ea
abutitur & eam in uacuum recipit qui per
eam in proximo cordis uulnera creat. Ber
nardus. Non ſufficit homini ardere inte-
rius ad gratiæ perfectum, niſi & luceat ex
terius per exemplum. Secundum Ioſephũ
ſummus ſacerdos ueteris legis in rationa
bili habebat duos ſardonicos lapides, uel
ſecundum ſcripturã duos onichinos, quo-
rum unus dexter in quo ſcribebantur no-
mina ſex tribuum priorum. Alius ſiniſter
ubi diſculpebantur alia ſex, & cum diuinis
ſacrificij adeſſet Deus dexter lapis ſuper
humeralis ita ſplendebat q omnibus illic
præſentibus apparebat fulgor eius ut ſic
omnibus manifeſtum eſſet eorum auxilij
adeſſe Deum. Ceſſauit autem hoc ſignũ
(ut dicit Ioſephus) per 200. annos ante-
quam ſuam ſcriberet hyſtoriam, ita q nul
lus appareret fulgor in dictis lapidibus eo
q Deus (ut ait) moleſte ferret legis tranſ-
greſſiones. Defecit aũt iſte fulgor deficiẽ
tibus fratribus Machabeis mortuo Ioanne
Hircano filio Symonis Machabei, & poſtea
uſque ad exitium Hieroſolimitanorũ fue-
runt ſacerdotes uita & moribus degene-
res & tunc ceſſauit omnis fulgor in orna-
mentis eorum. Sic poſtquam in eccleſia
Dei miniſtri eius deſipere cęperunt omnis
ſplendor & uirtus abceſſere, ita ut ubique
uituperaretur miniſterium eorum. Ter-

*G Gratia. Quia in uacuum gratiã recipit qui per eã patiẽter aduerſa non tolerat.*

tio in uacuum recipit grãm qui eam in ua
ſe fracto recipit, & qui per gratiam ſibi da-
tam non tollerat patienter aduerſa. Eccle.
21. Cor fatui quaſi uas confractum omnẽ
ſapientiam non tenebit, & hoc modo ſic
exponitur hortamur uos ne in uacuum.
ideſt in uas fractum & diſſipatum per im-
patientiam ſcilicet in cor recipiatis gratiã
Dei. Iam enim (ut dictum eſt) emplaſtrũ
gratiæ Dei cum tormentina multum bene
coniungitur. Sicut enim in corona aurea l
uel argentea aurum uel argentum nihi
aut parum portat, ſed quod interius eſt fer
rum uel lignum latens, ſic miniſtrorum
Dei labores ſuſtinet gratia Dei interior
non caro exterior, ideo debiles in benefa
ciendo abutuntur gratia ſibi data. Qui ue
ro portant onera eccleſiæ hoc habent ex
gratia latẽte interius. Abacuc. 3. Ibi abſcõ
dita eſt fortitudo eius, ſic fortificatus erat
Paulus. 1. Cor. 3. Abundantius his omni-
bus laboraui, non ego ſed ad gratia Dei
mecum. Ideo ſubdit apoſtolus, ſed in om-
nibus exhibeamus nos ſicut dei miniſtros.

*H Seruire. Quia ſit facile miniſtrare Deo, pate facit natura.*

Miniſtrare autem Deo facile eſt, & leue.
Hoc docet natura. Nam illud eſt alicui
facile ad quod natura ſua inclinat, ſed mi-
niſtrare Dei & ſeruire eſt naturale homi-
ni. Eccl. ult. Deum time & mandata eius
obſerua, hoc eſt omnis homo. i. ad hoc eſt
omnis homo. ideo ſicut facile eſt igni aſcẽ
dere ſurſum & difficile deſcendere deor-
ſum, ita homini facile eſt ſeruire Deo, &
difficile ſeruire diabolo, & ſicut homo ad
ſeruitium Dei, ita ad ſeruitium hominis
creatura omnis naturaliter ordinat. Phi-
loſo. 1. de anima. Nos ſumus quodammo-
do finis omnium. Eſa. 44. Ex utero forma
ui te, ſeruus meus es tu Iſrael, ſcilicet iure
conditionis. Iudith. 6. Tibi ſeruiat omnis
creatura tua, & tamen elegerunt potius
miſeri peccatores ſeruire creaturę quam
creatori. ut dicitur ad Roma. 1. peruerten
tes, ſcilicet ordinem naturę quorum ali-
qui ſunt miniſtri Dei nomine non re puer-
bo, non opere, cum tamen de miniſtris do-
mini dicatur. Apoc. 5. Sunt ante thronum
Dei & ſeruiunt ei die ac nocte. Non enim
ſufficit miniſtris Dei eſſe ante thronum
Dei ſed oportet ei ſeruire. Vnde in maio
ribus eccleſiis circa altare eleuantur ima
gines angelorum q uidentur ſeruire. unus
tenet thuribulum, alius candelabrum, &
tamen nihil operantur, nec faciunt niſi oc
cupare locum, quia nec emittunt odorem
nec fumum. Sic multi promoti ad ſeruitiũ
Dei de nihilo ſeruiunt niſi de occupando
loco, quia nec emittunt odorem bonæ
famæ, nec lumen ſanę doctrinæ. Alij & ſi
aliquando miniſtrent & operentur, hoc ta
men eſt coacte & cum triſtitia. Cõtra quos
Leuit. 10. Quomodo ſacrificium offeram
domino mente lugubri? & Pſalm. Seruite
domino



domino in letitia. Tales ſunt qui incipiunt
ſeruire Deo quãdo moriuntur, neceſſe exhi
bent ſicut Dei miniſtros. Si homo cum eſ
ſet fortis & potens nollet alicui domino
ſeruire, ſed impugnaret eum quouſq; uin
culatus eſſet, ſeruitium in uinculis exhibi-
tum non eſſet tali domino multum gra-
tum. Sic multi dum ſani ſunt Deum im-
pugnant in carcere uero morbi uel tribu-
lationis poſiti, tunc ei primo ſeruire uo-
lunt. Et quia debemus ſicut ille nobis mi

*I Tribulatio. Tribulatiõ duplex. coacta et uolũtaria*

niſtrauit & illi miniſtrare reddendo uiciſſi
tudinem, dicitur enim uulgo, una boni-
tas requirit aliam, & quia ipſe dominus no
bis ſeruiuit in tribulationibus & anguſtiis
iuxta illud. Eſa. 44. Seruire me feciſtis in
peccatis ueſtris. & Phil. 2. Humiliauit ſe
metipſum formam ſerui accipiens, ideo
quia ſeruiuit nobis de ſeipſo ſeruire ei de
bemus de nobis ipſis in tribulationibus &
anguſtiis, ideo ſubdit apoſtolus in multa
patientia, in tribulationibus, in neceſſitati
bus, in anguſtiis, in plagis, in carceribus, in
ſeditionibus, in laboribus, in uigiliis, in ie-
iuniis quorum quędam tanguntur ibi tri-
bulationes coacte, ut patet, in anguſtiis,
plagis, ſeditionibus & carceribus, de qui-
bus Pſ. Tribulatio & anguſtia inuenerũt,
dum eas non quęrimus. Aliæ tanguntur
ibi uoluntarie aſſumpte, ut ſunt labores,
uigiliæ, & ieiunia. quas quærimus & inue
nimus. Pſalm. Tribulationem & dolorem
inueni, & quia difficile eſt in eis perſeuera

*K Abſtinentia. Quia ſancti uiri ſponte abſtinent a delectationibus ſæculi.*

re ſequitur, & nomen domini inuocaui. Sã
cti enim ſponte currunt miniſtrare Deo in
laboribus, uigiliis, & ieiuniis. 1. Corinth. 9.
Qui in ſtadio currunt, ab omnibus ſe ab-
ſtinent pro corruptibili mercęde, quanto-
magis qui æternam refectionam nuptiarũ
expectant quæ ſunt ſine fecibus, quia ibi
eſt conuiuium uindemiæ defecate. Pſalm.
Expectabunt onagri in ſiti ſua. Glo. ona-
gri, ideſt aſini ſilueſtres inuenientes aquas
turbidas, abſtinent ab eis uſquequo limpi
das inueniant & ſine fece. Sancti enim ab
ſtinent a carnalibus fecibus, uſquequõ in-
ueniant delicias fecibus non admixtas, ad
quas currunt ut ceruus deſiderans ad fon
tes aquarum. In uitis patrum abbas Na
chor in heremo mediocriter gubernabat
uitam ſuam. Factus aũt epiſcopus multo
ieiunio ſe affligebat, & reddens cauſam di
ſcipulo quærenti, dicit q hoc faciebat ut
occaſionem peccati ſubtraheret, quæ eſt
maior in ſæculo quàm in hæremo, ubi
aſperitates, & ſolitudo, & quia habebat
aliis bonum exemplum dare, ita debent fa
cere prælati & alij miniſtri dñi. Amen.

*Eadem Dominica prima. Sermo ſecundus, & in ordine 20.*

*A Vacuum. Quia tripliciter aliquid dicatur uacuum.*

HOrtamur uos ne in uacuum gratiam Dei
recipiatis. 2. Corin. 6. Sed quomodo
hortatur apoſtolus ut non in uas uacuum
recipiatur gratia Dei, cum in uaſe pleno
nihil recipiatur, oportet ergo q uas ſit ua
cuum? Ad hoc dicitur primo, q aliquid
põt dici uacuum tripliciter. Primo a fine
quem intendit, & hæc eſt uacuitas finis.
quando quis multa facit propter inanem
gloriam, aut mendacium, ut propter tem
poralia quæ ſunt mendacia Pſal. Filij ho
minum uſquequo graui corde, ut quid dili
gitis uanitatem, & quæritis mendacium?
Et in iſta uacuitate nũquam recipitur gra
tia, quia circumſtantia finis neceſſaria eſt
ad actum etiam moraliter bonum. Pſalm.
Ira Dei aſcendit in iſrael, & ſequitur, quia
non ſperauerunt in ſalutari eius, ſed in mẽ
dacio. Secunda eſt uacuitas cordis conſur
gens ex confractione eius, quando quis
multa bona audit & nihil horum retinere
poteſt. de quo Aggei. 1. Qui congregauit
merces miſit eas in ſaccum pertuſum. de
quibus duabus uacuitatibus loquitur hic
apoſtolus. Tertia eſt uacuitas malorum
humorum, ideſt peccatorum. Mali enim
humores mali ſunt mores, cum quibus re
cipi non poteſt gratia. Vt autem gratia in
uaſe illo recipiatur tria requiruntur. Pri
mo oportet uas cordis tali humore eſſe ua
cuum. 4. Reg. 4. Helyſeus uaſa uacua re
pleuit oleo, & fluxit oleum quãdiu uacua
fuerũt, propter hoc enim deſcendit ignis
ut repleat uacuum licet eius natura ſit ſur
ſum moueri. Sic gratia ſpirituſſancti licet

*B Gratia. Ad recipiendum gratiam tria requiruntur.*

natura eius ſit eſſe ſuperius, iuxta illud Pſ.
Aquæ quæ ſuper cœlos ſunt, ideſt gratiæ
laudent nomen domini, tamen ad replen
dum tale cor ſe humiliat & deſcẽdit, Deus
enim ſuperbis reſiſtit & humilibus dat gra
tiam. Secundo requiritur q uas cordis ſit
mundatum aqua contritionis a lubricita
te & liuore. Sap. 1. In animam maliuolam
non introibit ſapientia. Tertio requiritur
q licet uas ſit curuatum ad hoc ut implea
tur

tur, poſtmodum tamen erigi debet ſurſum, ſic poſt humilitatem requirit erectio in Deum non uerſus terram, ut uas gratiā quam recipit conſeruet, quia ſi uerſus terram incuruetur, omnem gratiæ aquam effundit, de quibus Pſal. Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. Non ſic Maria q̄ ſemper oculos erexit in cœlum a quo omnia bona uelut nauis inſtitoris aſportauit, iuxta illud Prouer. 31. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris. i. mercatoris de longe portās panem ſuum, quem panem ab ea requiramus dicentes Aue.

*C Caſtitas. Tria operatur uirtus caſtitatis.*

Mane diximus gratiam Dei tripliciter in uacuum recipi, ſupereſt de aliis duobus modis differere. Quarto itaque modo in uacuum reciperet gratiam in corde omnino uirtutibus uacuo eam recipere uellet, propter quod ſubdit apoſtolus, miniſtros Dei ſe debere exhibere in omnibus laboribus, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in ſpirituſancto, in charitate non ficta, in uerbo ueritatis & in uirtute Dei. In quo denotantur ſeptem uirtutes. Prima eſt caſtitas quę tria operatur. Primo, quia uas corporis integrum conſeruat, ne uirtutum liquor inde effluat. & propter hoc Deus in corporibus caſtis liquorē gratiæ libenter ſupereffundit, ſicut paterfamilias uinum optimum infundit uaſi integro. Secundo reddit ipſum mundum, ideo miniſtri Dei. qui alios habent mundare ex officio, ualde debēt uirtutem iſtam obſeruare, ne ſint ſimiles lixiuio qđ de immundicia qua alios abluit, immundiciam contrahit. & ſcope clibani quæ ſe immundat unde clibanum purgat, & dum alios potare uolunt uino doctrinæ ſacræ, uideant ne ſimiles ſint utribus uinariis q̄ aliis bonum uinum effundunt & ſibi feces retinent, & prælis ſiue torcularibus quę aliis uinum effundunt & ſibi retinent acinum. Tertio tenet caſtitas uas corporis ligatum. Vnde caſtus dicitur cinctus, & incontinens diſcinctus, quia quicquid habet in ſinu cadit. ideſt bona quæ facit perdit. Sicut autem ueſtes ad corpus cingulo ſtringuntur ne quod in ſinu eſt effluat, ſic cingulo caſtitatis ſtringuntur uirtutes, ne effluant bona opera earum. Secunda uirtus dicitur ſcientia per quā ſcit hō conuerſari in medio nationis prauæ & peruerſæ, ut ſancti martires, & confeſſores & apoſtoli.

*D Scientia. Quia ſcientia ē uirtus per quā ſcit homo conuerſari in medio nationis prauæ.*

Hæc eſt ſcientia quia lucere debent miniſtri Dei tanquam luminaria in mundo uerbum uitæ continentes ad gloriā meam in die Chriſti dicit apoſtolus ad Phil. 2. Quia (inquit) non in uacuum cucurri nec in uacuum laboraui. Nam Prouer. 14. Vbi non ſunt boues præſepe uacuum eſt, & ubi apparēt plurimæ ſegetes, ibi manifeſta eſt fortitudo bouis, quia ubi miniſtri Dei non ſunt boni doctores, laborantes in agro dominico, ibi eſt paucitas bonorum & electorum, ubi uero multitudo, ibi etiam eſt multitudo fidelium. Vnde Iob cap. primo. Boues arabant, & aſinæ paſcebantur iuxta eos. i. ſimplices populi. Olim enim & in pluribus terris cum bobus arabatur, ſed modo cum equis, quia prælati olim ut boues arabant agrum dominicum, nunc in pompa ſæculi gloriātur Pſalm. Hi in curribus, & hi in equis laborant, ideſt in faſtu ſæculi & laſciuia carnis. Eſa. 31. Equi eorum caro & non ſpiritus.

*E Prælatus Quia ubi prælati ſunt boni ibi multi ſubditorum ſunt electi.*

*F Longanimitas. Quid eſt longanimitas.*

Tertia uirtus eſt longanimitas, quæ eſt capa pluuialis ad operiendum omnes uirtutes, cōtra turbidines & pluuias. Lōganimis enim dicitur qui longo animo uel longa animoſitate certat contra tribulationes & aduerſitates, ne uirtutes effundātur & gratia Dei deperdatur. Vnde ſecundum Chryſo. ſuper Miſerere mei Deus triplicē gratiam dat Deus peccatori. Prima eſt beneficium expectationis quo Deus peccatores patienter ad pœnitentiam expectat, ſicut patienter multum expectaret uir adulterā uxorem, ut ſecum reuerteretur. Sed multi abutuntur hac gratia qui procraſtinant in peccato, decepti longa ſpe uitæ, de quibus. Eſai. 42. Tacui ſemper ſilui, patiens fui, quaſi parturiens loquar, ideſt ita alte clamabo contra eos quos expectaui, ſicut clamat mulier parturiens. Secunda gratia eſt maior quæ eſt beneficium iuſtificationis quando diu expectatos cōuertit dominus infundendo gratiam ſuam, ſed hāc in uacuum ſuſcipit qui ſecundum eā operari negligit, & per negligētias & omiſſiones ſe priuat uita eterna. non ſic fecit Paulus qui dicebat. 1. Cor. 15. Gratia Dei in me uacua non fuit, ſed ſemper exercitabatur in bonis operibus, ſicut quidam qui dicebat. In mandatis tuis exercebor. Vnde qui habet gratiam & non operatur ſecundum illam, ſimilis eſt militi qui bene eſt armatus

*G Gratia. Quia triplicem gratiam facit Deus peccatori.*



matus et contra inimicum pugnet, & hoſte contra eum inſurgente ſedet uel caput pectinat uel cyrothecas informat de talibus rex non curat. Tertium eſt beneficium conſeruationis & perſeuerantiæ, qñ poſt iuſtificationem perſeuerant in gratia, & hæc eſt maxima mīa quæ homo lōganimis dicitur, quia lōganimitate oēs inuaſiones & tentationes ſuperat. In prima gratia creator longanimis eſt, & homo puſillanimis. In ſecunda Deus eſt magnificus, iuxta illud. Pſ. Sanctimonia & magnificētia in ſanctificatione eius. Peccator uero magnanimus ſeipſum uincens & offerēs Deo ad iuſtitiā. In tertia uterque longanimis. Prima gr̄a dr̄ gratia antecedens ſanctificationem. de qua Pſ. Miſericordia eius præueniet me Sc̄da cōcomitans, de qua Pſ. Veritas mea & mīa mea cum ipſo. Tertio ſubſequens & perſeuerans. de qua. Pſalm. Et miſericordia tua ſubſequetur me, omnibus diebus uitæ meæ. Quarta uirtus eſt ſuauitas in ſpirituſancto. Multiplex eñ eſt ſuauitas. Vna eſt ſuauitas deliciarum in quæ delectantur epicuri. de qua Eccleſ. 10. Muſcæ morientes perdunt ſuauitatem unguenti. i. immundi pc̄tōres qñ moriuntur delectabilium ſuauitate priuantur. Iob 24. Dulcedo illius uermis, quæ ideo dulces uidentur eis, ꝑꝑ iterum & iterum inclinari in ipſas, ut dicitur 7. Ethic. Sed propterea ſuauitas illa uermis dicitur, quia naturę eſt uermiū ſuper cadauer inceſſanter moueri & agitari. Peruerſe itaq; mentis dulcedo uermis eſt, quia inde delectabiliter paſcitur, unde per inquietudinem & uarias ſolicitudines inceſſanter agitatur. Et mirum eſt quomodo tales inueniūt in talibus uermibus ſuauitatem, ſed qui palatum habet infectum, amarum reputat dulce & econuerſo. Prouerb. 27. Anima eſuriens etiam amarum pro dulci ſumet. Eccle. 23. Homini fornicario omnis panis dulcis. i. omnis delectatio peccati dulces. Eſai. 5. Væ qui ponitis amarū in dulce, & dulce in amarum. Seruire enim Deo dulce eſt, quod amarū reputant & ſeruire diabolo amarum, quod dulce dicunt. Secunda ſuauitas eſt diuitiarum. Prouer. 20. Suauis eſt homini panis mendacij. & poſtea implebitur os eius calculo, quia reddere rationem oportebit tūc cum maxima amaritudine de omnibus operibus ſuſceptis. Cum calculo autem reddaturus eſt rationem. Tertia ſuauitas eſt eminentiarum & honorum, de qua Gen. 3. Mulier concupiſcens eminentiam deitatis uidit lignum pulchrum & ad ueſcendum ſuaue, & ad malum ſuum comedit. Iſte ſunt ſuauitates quibus inebriat peccatores diabolus de aureo calice Babilonis ut inebriatos & dormiētes ſecum trahat ad inferos. Quarta ſuauitas eſt in ſpirituſancto. Hæc eſt ſuauitas cōſcientiæ pacate in Deo, quē ſentiebat qui dicebat. O q̄ ſuauis eſt dñe ſpiritus tuus in nobis. Sap. 12. Et qui dicebat, ſuauis eſt dn̄s uniuerſis. Suauis eñ eſt pauperib. peccatorib. miſericorditer parcendo. Pſ. Tu dñe ſuauis & mitis, & multę mīæ omnibus inuocantibus te. Suauis iterum contemplātibus ipſos ſpiritualiter cōfortando. Pſ. Guſtate & uidere quoniā ſuauis eſt dn̄s, beatus uir qui &c. Suauis inſuper triūphantibus. Pſal. Et tu domine fac mecum ꝑꝑ nomen tuum, quia ſuauis eſt mīa tua, & ſignāter dicit, fac. quia niſi breuis ille in uolatilibus apis aſſiduo mel infundat. ſm̄ Amb. in hexa. ſtatī corrūpit fauus & generant in eo araneæ. Niſi enim ponat ibi mel ſuauitatis cœleſtis generant ſtatim mūdiales ſolicitudines. Quinta uirtus eſt charitas nō ficta, in quo duplex tangitur charitas. Quædā ficta quæ eſt fictus amor qui amicū nō corripit, ſed parcit ei adulādo. de quo Pſ. Oleū pc̄tōris non impinguet caput meū, ſed charitas non ficta primo accendit domum in qua eſt, deinde alias ſibi uicinas inflāmat ignis eñ primo flāmā facit in ſua materia. Sc̄do carbonem accendit quo ſibi proximū calefacit, q̄ uera charitas primo incēdit ſubiectū in quo eſt, deinde proximū corrigit cōſulat, & incēdit. Sexta uirtus eſt ueritas, ideo ſubdit apl̄s in uerbo ueritatis. Canis eñ latratu ſuo debet ab ouibus ꝓfugare lupos, & miniſtri Chr̄i uerbo ueritatis. Tūc eñ ſecuræ ſtāt oues, qñ circa eas latrāt canes, & ideo ueritas eſt cā pacis. Eſt aūt ſicut inſtrm̄ aucupis qđ uulgo dr̄ trebuchetū, qđ quādiu ſtat rectū & eleuatū, aues quæ ſunt ſub eo nō capiunt nec timēt, immo comedūt credentes eē in pacē, ſed auceps cuius cordula eſt abſcōdita, & uix uideri pōt, trahit illud qđ tenebat trebuchetū, & tūc corruit & auiculę capiunt. Sic quādiu ueritas in curia principum ſtat recta & eleuata, ſubditi in pace & ſecuritate comedunt & bibunt et ſua

*H Suauitas Quia quadruplex eſt ſuauitas.*

*I Charitas Quia charitas duplex eſt.*

*K Veritas. Quia ueritas eſt cauſa pacis.*

poſſident, quia ueritas cuſtodit regnũ & re
gem. Prouer. 20. Mĩa & ueritas cuſtodiunt
regẽ, ſed auceps inferni diabolus mediãte
corda auariciȩ & carnalis amicitiæ facit
corruere ueritatem & retrahit ne dicatur
& cuſtodiatur, & ſic omnia turbãtur. Septi

*L*

*Magnificare. Qũo Deꝰ magnificatur a bonis non a malis.*

ma uirtus eſt uirtus faciendi miracula. Vñ
ſubditur in uirtute Dei quã licet non ha-
beant nunc miniſtri eccleſiȩ corporaliter,
dicunt tñ hr̃e ſpũaliter ſuſcitãdo aĩas mor
tuas, peccato egras mẽtes curãdo. baſes in
tellectus & rõnis cõſolidãdo & ſic de aliis
quæ oĩa maxime operanť ꝙ magis appro-
pinquãt Deo, qa quanto quis plus accedit
ad Deũ tanto maior ei vr̃ Deus. Pſ. Acce-
det hõ ad cor altũ, ſicut de re quæ a remo
tis vr̃ parua, quanto quis appropinquat tã
to maior vr̃ ita uiri & uirtuoſi & acceden-
tes ad cor altum & uidentes Deum de pro
pe, Deũ reputãt magnũ & exaltatum, ho-
mines uero uani & longe exiſtẽtes a Deo.
iuxta illud Pſal. longe a peccatoribus ſa-
lus, nihil aut parum reputant Deũ. de qui-
bus Pſal. Dixit inſipiens in corde ſuo non
eſt Deus, in corde quidẽ nõ in ore, q̃a me
tu ignis & iuſticiȩ ſȩcularis, qđ corde ge-

*M*

*Iuſtitia. Iuſtitia duplex Dei. ſ. & mundi.*

rit ore non audet exprimere. Quinto in ua
cuũ recipit gr̃am, qui eã inter hoſtes abſq;
armorũ munitione gerit. In uacuũ eñ la-
borat pugil, q inermis hoſtes aggreditur,
ideo ſubdit apoſtolus non debere exhibere
ut miniſtros Dei per arma iuſticiæ uirtu-
tis Dei. Eſt eñ iuſtitia q̃dam quæ fit uirtu
te Dei. Alia uirtute mundi. Illa quæ fit uir
tute mũdi ſophiſiſtica eſt iuſtitia & apparẽs
quæ reſpicit a dextris, & a ſiniſtris. Dexte
ra eñ ſignificat fauores & munera, ſiniſtra
rancores & odia cũ tñ ad iudicẽ uel iuſtũ
uirũ pertineat uia regia ambulare. Numer.
20. Via regia gradiemur, neq; ad dexterã
neq; ad ſiniſtrã declinãtes, ita ꝙ ꝑ ranco-
rẽ aut fauorẽ ad dexteram uel ad ſiniſtrã
non declinet. Vel ꝑ dexterã intelliguntur
ſuperbi & raptores & maiores ſȩculi. qui
ad dexterã collocanť, & per ſiniſtrã paupe
res & miſeri. Vñ Ezech. 1. A dextris collo
catur hõ & leo ſuꝑbus, ad ſiniſtrã pauper
bos ſacrificãdus, & uidẽtur facere qđ Mat.
5. mandauit dñs. Neſciat ſiniſtra tua quid
faciat dextera tua, quia iſti bene cauent ꝙ
ſiniſtri. i. inferiores & ſubditi neſciant aut
percipiãt malitias eorũ, & cautelas quas il
li quos hñt in dextera ſua conſulũt mach
nanť, & tractãt. Vera aũt iuſtitia fit in uir-
tute Dei quorũ unus iudex dicebat illud.
Pſ. Prouidebã dñm in conſpectu meo ſem
per, q̃m a dextris eſt mihi ne cõmouear. i.
ad bonã manũ me ſemꝑ ducit, ne per malã
incedam. Tales iudices debent ſe exhibere
miniſtros Chriſti per arma iuſtitiȩ uirtu-
tis Dei a dextris & a ſiniſtris. Sunt enim iu
dices aures reipublicæ. Debent enim au-
dire a dextris & a ſiniſtris iuſtum & impiũ
diuitem & pauperem per medias ſirtes trã
ſeundo per infamiã, ſcilicet & bonam fa-
mã, per nobilitatem & ignobilitatẽ. Pars
enim quæ damnatur, cõiter infamat iudi-
cẽ. pars quæ obtinet, ipſum glorificat. Trã
ſeat igitur iudex poſtquam iudicauerit cõ
tra ſirenas aures obturando. Equaliter. n.
iudex reſpicere debet pauperem & diuitẽ,
potentẽ & ſubditum, ut recte iudicet. Per
dexterã enim quæ (ſ̃m philoſophũ in libr.
de probleumatibus) plus abundat de calo
re intelliguntur diuites & potentes, ꝑ ſini-
ſtram quæ minus abũdat de calore paupe
res & ſimplices. Gladius. n. iuſti iudicis uel
prælati ſtare debet in medio, & iſtos æqua
liter reſpicere, & tales dicunť plãtatio Dei
in ciuitate uel regno, quia fortiter laborãt
pro iuſtitia. Eſa. 61. Vocabuntur omnes
fortes iuſtitiæ plantatio dñi ad glorifican
dũ, ſed modo p̃lati & iudices portant iuſti
tiã ſicut milites enſem, ſcilicet ad ſiniſtrã,
quia ſi pauper modicũ peccet, paratus eſt
gladius iuſtitiæ per pœnas, cõminationes,
& excõicationes, ſed ad dexterã nunquam
cingitur gladius diues enim ſemper excuſa
tur. Tales deſignantur per quandã uiſionẽ
factã Amos & demõſtrata. Amos 7. Quid
tu uides Amos? Trullã (inquit) cementa-
rij ego uideo. Trulla eſt inſtrumentũ quo
complanatur cementum iuxta murum qñ
cementum eſt molle, ſed quando trulla in
uenit lapidem durum, nunquam tranſit ul
tra nec eum ad rectam lineam complana-
re poteſt, propter quod quidam philoſo-
phus comparabat leges principum telis
aranearum, quæ paruas muſcas inuoluũt,
capiunt, & occidunt, quas groſſi burdones
frangunt & facile pertranſeunt. Amos 5.
Iuſtitias quaſi torreus fortis. Torrens eſt
aqua impetuoſa, quæ ſi tranſeat per cam-
pum eradicat omnia ſemina utilia, ſed car
dones pungentes non eradicat licet forte
quodammodo humiliet. Et ſi dicatur ꝙ
iuſti



*N*

*Fama bona. Vtrũ uiri iuſti debeant de ſua fama curare.*

iuſti uiri curare debent de bona fama, quia
ſecundum Hieronymum. Crudelis eſt qui
famam negligit, & ſ̃m apoſtolum. 1. Thi.
3. Oportet uirum iuſtum teſtimonium bo
num habere ab his qui fori ſunt. Neque. n.
creditur doctrinæ infamis hominis. Quo-
modo ergo dicit apoſtolus per infamiam
& bonam famam oportere tranſire mini-
ſtros Chriſti? Dicitur ꝙ uir iuſtus debet
uelle habere bonam famam non propter
ſe, ſed propter alios, non ad iactantiam uel
uanam gloriam, ſed ſolum propter utilita
tem aliorum, & ſi impediente malitia ho-
minum non poſſint habere bonam famam
ſancti, dolere non debent, quia ſufficit co-
ram Deo conſcientiȩ teſtimonium. Sed

*O*

*Iuſtitia. Sex arma iuſtitiæ cõtra ſex iacula mundi.*

quia difficile eſt ſemper ambulare uiam
iuſtitiæ, propter uaria mundi iacula quæ
homini aduerſantur, opponit apoſtolus ar
ma iuſtitiæ ad ſuſcipiendum iacula iſta,
quorum ſex ponit. Primum eſt ꝙ mũdus
iuſtos uocat ſeductores, ideo ſubdit, ut ſe-
ductores & tñ ueraces corã Deo. Hoc. n. nõ
eſt curandũ, quia dñs qui eſt ueritas repu
tatus eſt ſeductor. Secũdo uocantur igno
ti, ideſt reprobati a Deo. de quibus Matth.
25. Nõ noui uos, ideo ſubdit, ſicut q igno
ti & tamen cogniti, ideſt a Deo probati &
ei familiares. Ephe. 2. Ciues ſanctorũ & do
meſtici Dei. Vita. n. bonorum a malis re-
putatur inſania. Sap. 5. Nos inſenſati uitam
illorum eſtimabamus inſaniam. quemad-
modum Paulus eſtimatus eſt. Act. 26. In-
ſanis paule. multe te littere ad inſaniam cõ
uertunt. Tertium iaculum eſt quòd repu-
tantur peccatores & tamẽ uiuunt cũ Deo,
ideo ſubdit quaſi morientes, ideſt de uitio
in uitiũ ruentes & ecce uiuimus bonis ope
ribus. De arbore cadunt folia uiridia &
ſicca, ideſt de arbore humanæ uitȩ cadunt
per mortem boni tanquam folia uiridia
humore gratiæ & mali tanquam ſicca [ta-
li humore & igni apta. Tales boni reputã
tur peccatores in opinione hominum, ſed
Deus qui ponderator ſpirituum aliter iu-
dicat. Quartum iaculum iudicat mundus
oppreſſos eſſe miſeros. Vnde ſubdit, ut ca-
ſtigati, ideſt flagellis oppreſſi ut ceſſent a
prædicatione & non mortificati deſiſtẽdo
prædicatione. Quanto magis exufflatur
ignis magnus, tanto magis accenditur, ſic
tribulatur uir perfectus magis perficitur,
& ubi parua aqua uel paruus uentus par-
uum ignem extinguit, maiorem magis ac
cendit. Quintum iaculum ꝙ iudicant ui-
ros bonos ſemper eſſe triſtes, ideo ſubdit,
quaſi triſtes de tribulatione in reputatio-
ne hominum. ſemper autem gaudentes, ut
ſit homo æquanimis in aduerſitate & pro-
ſperitate. Iaco. 1. Omne gaudium exiſti-
mate fratres cum in uarias tentationes in-
cideritis. 2. Actuum 5. Ibant apoſtoli gau
dentes &c. Oportet enim Deo ſeruire cum
ſumma letitia. Quando prædo inuenit in
uia mercatorem diuitem uigilantem be-
nignũ, & toto corde ad ſui defenſionẽ pa-
ratum, de facili non audet ipſum inuadere,
ſed quando ipſum dormientem uel timi-
dum, & de ſua defenſione parum ſolici-
tum, pro nihilo ipſum inuadit & ſpoliat.
Sic diabolus cum inuenit hominem per
accidiam dormientem, & male munitum
feruore Dei & ſanctæ iocunditatis quæ
ſunt ſpiritualia munimenta, pro nihilo
habet ipſum cogitationum malarum te-
lis inuadere, & uirtutum theſaurum ſpo-
liare. Sed quando inuenit hominem in
Dei obſequio iocundȩ attentum, diligen-
ter inuigilantem de ſua ſalute ac ſolici-
tum, & leto corde paratum ad tentationi-
bus reſiſtendum, tunc audacia diaboli ita
inoratur quòd malarum cogitationum uix
audet in eum tela iactare. Sextum iacu-
lum quo dicit mundus bonos eſſe egentes
& miſeros, cõtra quos apoſtolus, ſicut egẽ
tes bonis, ſcilicet temporalibus, & multos
locupletantes bonis ſpiritualibus, tanquã
nihil habentes in terra, & omnia poſſiden-
tes in cœlo.

### *Eadem dominica prima. Sermo tertius, & in ordine 21.*

*A*

*Quadrageſima. Quia tempus quadrageſimale maxime eſt aptũ uerbo Dei.*

E*cce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis.* Solet dici quòd poſtquam
feſta & gaudia & carniſpriuium tranſierũt
tranſiit & bonum tempus, ſed hæc dicẽtes
dementitur apoſtolus dicẽs, modo eſſe bo
num tp̃s. Ecce (inquiens) nunc tp̃s accepta-
bile &c. & quia unumquodq; melius eſt in
tempore ſuo ut patet in cibis. Aloſa. n. &
murena meliores ſunt in tpe ſuo, ſic uerbũ
dñi licet ſit cibus bonus & ſapidus omni
tpe, melius tñ eſt tempore quadrageſimȩ,
ꝑꝑ quod ſubtrahitur cibus corporis ut ci-
bus animæ cum maiori ſapore & auidita-

 te ſu-

te ſumatur, ſicut ſapidius comedit panem
qui cibũ alium non habet & maxime guſta
ri debet hoc tp̃e dũmodo ſit bene ſalſum.
Hinc Leuit.2. Pręcipitur q̃ in omni ſacrifi
cio ſal ponatur. Sal aũt ſermonẽ condiens
eſt gratia. Ad Coll.4. Sermo vr̃ ſemper in
gratia ſit ſale conditus. Ad ſolã aũt hoſpi-
tij dñam pertinet familiæ neceſſaria mini-
ſtrare potiſſime, quo ad cibũ. Hæc eſt Ma-
ria dña paradiſi, quæ dicit illud Luc. 10.
Reliquit me ſolã miniſtrare. Ad eã igitur
pro cibo iſto obtinendo recurramus dicen
tes &c. Ad ſalutẽ nr̃am faciendã iſto tp̃e
plus q̃ alio monemur ex quatuor. Primo
quia creaturæ quæ ceſſauerit tp̃e hiemali
operari, nũc ceſſante impedimẽto incipiũt.
Creſcunt eñ dies lumẽ & calor eorum ut
creſcamus eorũ exẽplo, nũc nõ eſt radix in
terra, uel herba, uel plãta quæ nõ conetur
proferre foliũ uel germẽ, uel aliquã uiridi
tatẽ. Sic non eſt homo alicuius ſexus, con-
ditionis, uel ſtatus q̃n modo plus ſolito de
beat orare, & alia bona facere. Gen. 1. Ger
minet terrã herbã uirentẽ & facientẽ ſe-
men &c. Viror eñ oſtendit radicẽ interio-
rẽ eſſe uiuã & ſi modo non germinet her-
ba, ſignum eſt q̃ mortua eſt radix, ſic q̃ mõ
opus bonũ non facit ſignũ eſt q̃ ſpiritualī
ter nõ uiuat. Apo.3. Nomẽ habes q̃ uiuas
& mortuus es. Non eñ inuenio opera tua
plena corã Deo meo. Scd̃o mouemur ad
hoc exẽplo Chriſti qui tp̃e iſto tot & tanta
dignatus eſt operari. Indecens eñ eſt q̃ tẽ
pore illo quo dñs tuus laborauit uſque ad
mortẽ pro ſalute tua, tu negligens inuenia
ris operari pro ſalute propria. Credendum
eſt eñ q̃ magnã miam tp̃e iſto peccatori-
bus exhibuit, minime ſit immutatus. Ter-
tio ad hoc nos iuuãt bona exẽpla & cõſue
tudo, ſicut mala exẽpla alio tp̃e nos impe
diunt, Qui eñ ad confeſſionẽ iſto tẽpore
non uenit uel non ieiunat, uix hoc faciet
alio tp̃e, & ſicut dies iſti poſſunt dici dies
ſalutis, quia facilius homo in ipſis operat̃
ſalutem ſuã quã in aliis, ſic dies alii uiden
tur eſſe perditionis. Bern. Qui deſiderant
aliud tp̃s & illud odio habent, uidẽtur odi
re ſalutẽ & diligere perditionem, niſi fuiſ-
ſent dies iſti, fere totus mundus iret ad p-
ditionẽ. Vnde multis expediret quòd ante
paſcha morerentur antequam recidiua-
rent. Sen. Maius eſt periculum male uiuen
di quàm cito moriendi. de facili ſaluarent

*B. Quadragesima. Quatuor nũc p̃ſertim nos monent ad ſalutẽ noſtrã faciendam.*

animas ſuas ſi tempus iſtud continue dura
ret. Quartũ qđ nos monere debet eſt eccle
ſiæ occupatio, quæ ſe totã occupat ad ne-
gociũ ſalutis noſtræ tp̃e iſto, pp hoc ho-
mo ſi ſit filius eccleſię pro ſalute ſua maxi
me debet negociari, qđ parũ curant auari
& ſuperbi quibus præcipit dñs. Primũ quæ
rite regnũ Dei & iuſtitiam eius. Auari ue-
ro illud ſolum inter negocia ſua non pu-
tant, quod ſolum eſt proprie negocium &
ſolum ex neceſſitate faciendum, & ſi hoc
non faciant, per quodcunque aliud nego-
cium non poſſunt ſe excuſare. Non enim
ſatis ſe excuſat aliquis cum dicitur, quare
non fuiſti in ſermone, ſi reſpondeat nego-
cium habebam, quaſi hoc non ſit negociũ
eius. Attẽde autem quod de excuſantibus
dr̃. Luc. 14. Dico uobis q̃ nemo uirorum
illorum qui uocati ſunt guſtabit cœnam
meam. Vnde luxurioſus qui non uenit ad
ſermonẽ dans tp̃s ſuũ luxuriæ & auariciæ
& cæteris uitiis, ſimilis eſt illi qui patri nol
let dare quod porcis eſſet daturus. Illi rei
quæ ſola de iure tp̃s non habet, dat pc̃tõr
tempus & oportunitatẽ. ſed illi rei cui to-
tũ tp̃s dandũ eſt, nullã oportunitatem eli-
git. In hoc patet q̃ pc̃m̃ peius eſt q̃ mors,
quia cũ alia tp̃s habeant ẽt & mors, Eccle.
3. Omnia tempus habẽt, & ſequitur. Tp̃s
naſcendi & tp̃s moriendi pc̃m̃ aũt nõ ha-
bet tp̃s. Eccle. 11. nemini dedit Deus ſpa-
cium peccandi pp hæc quatuor. Ecce nunc
tẽpus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis.
Tempus præſentis uitę utile eſt & accepta
bile ad quinque facienda. Primo utile eſt
ad negociandum. Hoc oſtẽditur quatuor
rationibus. Prima eſt, quia hoc tempore
ſunt nundine Chriſti, in quibus ẽt uẽditus
eſt Chriſtus & poſitus ad ſtallum crucis, et
maxime currit moneta qua emitur regnũ
cœlorum. ſ. pœnitentia, ieiunia, et uigiliæ.
Beati qui hanc monetã poterunt oſtendere
quando dicetur eis. oſtendite mihi nũmiſ
ma cenſus. Iſta moneta cadet in morte, li-
cet eñ abundet in inferno. tamen ibi nihil
ualet. In purgatorio aũt licet aliqualiter
ualeat, multo tamen minus q̃ hic, iuxta il-
lud Ezech.4. Diem pro anno dedi tibi. Vn
da ſm cancellarium pariſienſe, exponen-
tem illum uerſum. Pſ. Domine ne in furo-
re tuo arguas me &c. pñia triplicẽ habet
ſedem. Vnam in inferno ubi puniuntur in
furore q̃ eſt ira geminata, q̃ñ pater de do-

*C. Tempus. Qũo peccatũ non habet tẽpus.*

*D. Tempus. Ex quatuor innoteſcit tp̃s p̃ſens eſſe utile ad negociandũ uel operandũ.*





mo propria eiicit filium cum baculo, ideo
dr̃, domine ne in furore tuo arguas me, Se-
cũdam ſedem habet in purgatorio, ubi cũ
ira Dei corripiuntur animæ, & ibi ualet
pœnitentia licet modicum, propterea ſub
ditur, neq; in ira tua corripias me. Tertiã
ſedem habet hic, ubi multum ualet, ideo
ſubiungit. Miſerere mei dñe, q̃m infirmus
ſum. ſ. morbo peccati. plus modo dies quã
annus tunc compenſabitur apud Deum, ſi-
cut aloſa quæ primo uenit, carius uẽditur
q̃ poſt paſcha, quia tunc eſt de Saiſon gal-
lice. ſic pœnitentia modo ſuũ tempus ha-
bet, tunc autem non. Eccl.7. Noli eſſe ſtul
tus, ne moriaris in tp̃e, non tuo, ideſt ne pu
niaris extra tp̃s tuum. & dicitur ſtultus, q̃a
ſtultitia eſt ei qui bladum uel uinum põt
care uendere, & ea ſeruat uſque ad tp̃s in
quo uilia habeantur. Eccl 9. Quodcunque
põt manus tua inſtanter operare, quia nec
opus, nec ratio &c. eſt ſupple alicuius ualo
ris apud inferos. Secunda ratio, quia libẽ
ter homines locant res ſuas q̃n plura lucrã
tur, ſed modo plus lucratur unus ieiuna-
tor, eleemoſynarius, uel orator q̃ facere ſo
lebant quinque, quia antiquitus non lucra
bantur niſi terrena ut plurimũ. Eſai. 1. Si
uolueritis & audieritis me, bona terræ co
medetis, modo uerò dicitur, uitam æternã
poſſidebitis. Matth.20. Conuentione facta
cũ operariis ex denario diurno. i. uita ęter
na ſecundum glo. quæ plus ualet centuplũ
Pſ. Melior eſt dies una in atriis &c. Tertia
ratio, quia nullus eſt qui non ſeruet tẽpus,
quantũ ad ea quæ pertinent ad corpus uel
ad poſſeſſiones mundanas. Nullas eñ nun
dinas poſſunt præterire mercatores, & qui
cunque uult munire domum ſuam, conſide
rat diuerſas nundinas, in quibus emat ne-
ceſſaria per totum annum ad corpus, ergo
hoc a fortiori debet eſſe in nundinis Chri-
ſti ad habẽdum ea quę ſunt neceſſaria ani
mæ. Vñ Eccl.3. Tempus acquirendi, & tp̃s
perdendi. Nunc eñ eſt tempus acquirendi
animas Chriſto & uitã immortalẽ & per-
dendi mortalẽ, nunc tp̃s eſt perdendi trãſi
toria & acquirendi ęterna, ſed de his quæ
pertinẽt ad aĩam modo nullus curat. Quar
ta rõ, quia nos obligati pc̃tõ impignoraui-
mus aĩam noſtram. Vñ Ephe 5. Redimẽtes
tempus q̃m dies mali ſunt, qđ ſi infra tp̃s
præfixum non redemerimus, poſt modum
non poterimus redimere ſicut eſt de pigno

re, ſed tñ intantum eſt miſericors Deus, q̃
q̃ñ deeſt tibi unde poſſis redimere, cõmo-
dat tibi, ſicut addidit diebus Ezechie &
econtrario merito peccatorum ſubtrahit
aliis. Iuxta illud. Pſalm. Viri ſanguinum &
doloſi, non dimidiabunt dies ſuos. Vnde
Eccle. 19. Qui odit diſciplinam minuetur
uita. Et Gal. ult. Bonum facientes non defi
ciamus, tp̃e eñ ſuo metemus non deficien
tes, ergo dum tempus habemus operemur
bonum. Et notanter dr̃, dum tp̃s habemus,
quia tẽpus nunc noſtrum eſt, in morte aũt
erit ipſius Dei, iuxta illud Pſ. Dñi dñi exi-
tus mortis. Secundo, q̃a nihil prętereundũ
eſt de tp̃e, ſicut de his quę ad nos ſpectant
nihil uolumus perdere ſed oĩa conſeruare
Quia nihil prætereũdum ſit de tp̃e oſtẽdi
tur quadrupliciter. Primo, q̃a reſpectu eius
qđ in ipſo oportet lucrari breuiſſimũ eſt.
oportet enim in tempore lucrari illud ex
quo uiuamus in æternum. 2. Corinth. 14.
Id quod in præſenti momentaneum eſt &
leue tribulationis noſtræ ſupra modum in
ſublimitate gloriæ pondus operatur in no
bis. Tempus eñ reſpectu æternitatis eſt ut
punctus. Eccl. 18. Numerus dierum hoĩs
ut multum centũ anni, & quaſi guttæ ma-
ris deputati ſunt, & quaſi calculus arenę
ſic anni exigui in die eui. Nunc eñ tempus
acquirendi & nõ in uita futura, imo erit tẽ
pus utẽdi acquiſitis, & qui in præſenti ni-
hil acquiſierit, mendicabit in æternũ. Pro
uer.20. Propter frigus piger arare noluit,
mendicabit ergo eſtate & non dabitur ei,
immo ſi milles annis mendicaret, non poſ-
ſet unam guttam aquę impetrare ad refri-
gerium linguæ quam ignis inferni crucia-
bit, ut patet in diuite malo. Secunda ratio,
quia omne rarum precioſum. Nulla au-
tem poſſeſſio eſt ita rara ſicut tempus.
Iob 14. Breues dies hominis ſunt, immo
de omni alia poſſeſſione poſſunt ſimul duo
uel plura haberi, ſed duo momenta ſimul
haberi non poſſunt iuxta Ariſto. 4. Phiſic.
Ergo totum tempus tanquam quid pre-
cioſiſſimum expendendum eſt diligenter.
Tertia ratio eſt quia tempus cæteris omni
bus eſt mobilius aqua enim eadem poſt-
quam fluit poteſt redire ad alueum, ſed tẽ
pus ſemel elapſum non redit. Eccleſiaſt.
1. Ad locum unde exeunt flumina reuer-
tuntur ut iterum fluant. Item etiam tem-
pus eſt talis naturæ q̃ non habet̃ niſi poſt-

*E. Tempus. Quadrupliciter oſtenditur nihil eſſe prætereũdum de tempore.*

quam præteriit, tunc enim dicitur quis habere 20. annos cum iam præterierunt. Vnde hæc eſt poſſeſſio qua quantomagis abũdat poſſidens, tanto pauperior efficitur. Solet dici, nulla maior paupertas q̃ ſenectus. Si eñ quis dicitur pauper ꝑꝑ exteriorem ſubſtantiam quæ tollitur quãto magis qñ interiori quæ eſt ipſe fraudatur? hæc autẽ palati deficit & debilitas ac infirmitas ſuccedit, ideo dicit Pſ. Ne derelinquas me in tẽpore ſenectutis cũ defecerit uirtus mea. Sic ergo quanto quis plus abundat tanto pauperior efficitur, niſi bene collocauerit tempus ſuum & bene eo uſus fuerit, tunc eñ plus accedit ad ueras diuitias, ſcilicet ad ęternitatem, quã pro tempore accipit. Singula eñ momenta bene expoſita, quaſi ſeminata ſunt & ſurgunt in centuplũ. Qui eñ bene utitur tempore quaſi dat ipſum ad uſuram, & hæc uſura licita eſt non talis qualis eſt mercatorum qui tempus uendunt. Iſta enim eſt mirabili uſura quę reddit in infinitum plus. Multi tñ ꝙ pręteręat tempus nõ aduertunt, iuxta illud Eccl. 11. Eſt qui locupletetur parce agendo & dicit, inueni requiem mihi, & nunc manducabo de bonis meis, & neſcit quia tẽpus prætereat & mors illi appropinquat, & relinquet omnia aliis & moriatur, ut patet in diuite Luc. 12. qui dicebat. Anima mea habens multa bona &c. Stultus enim erat iſte, quia ſtultus eſt qui contendit ædificare quod eſt in continua ruina ſicut eſt corpus noſtrum. Quartaratio quia de tempore oportet reddere rationem. Tren. 3. Vocauit aduerſum me tempus. Si ſeruus dãnatur qui refert domino pecuniã integrã, quia non multiplicauit eam, quid dicturus eſt qui nec habet quid referat, quia totum amiſit, immo qui neſcit quãdo uel ubi amiſerit? ſicut illi qui quando debent cõfiteri obliti ſunt peccata ſua. Ecce itaq; nunc. i. in præſenti tempus acceptabile, q̄a poſt mortem non erit tẽpus tuum. Pſ. Cũ accepero tẽpus ego iuſtitias iudicabo. q. d. nunc do uobis tẽpus pœnitentiæ ſed poſt mortem ego habebo tẽpus, nunc ergo habemus tempus, ſed poſt latam ſñiam impoſſibile erit habere unum nunc de tempore. Vnde Bernar. Omne tempus tibi impenſum requiretur a te qualiter fuerit expenſum, hinc alibi dicitur ab eodem. Parum ne eſtimes tempus quod in dictis uel factis expenditur ocioſis uolat uerbũ irreuocabile, tranſit tempus irremiſſibile, nec aduertit inſipiens quod amiſit. Scdo tẽpus nunc eſt utile ad ſeminandum opera miſericordiæ tam in agro ſuo quã proximi ſui. Semen aũt opera mĩæ ſignificat. Tũ primo quia ad modum ſeminis debet committi bonæ terrę. Eccl. 12. Da bono & ne dederis pctõri. Scdo quia ad modũ ſeminis debet occultari. Eccle. 29. Conclude eleemoſynam in ſinu pauperis. Tertio quia ſimilem ſemẽ ei quod ſeminatur colligitur non tñ illud. Sic colligit̃ ꝑꝑ bonũ opus factum, bonũ premiũ ſed non illud opus. 2. Cor. 9. Qui ſeminat in bñonibus, de benedictionibus & metet. & Eccle. 9. Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas, & poſt multa tempora inueniens. vnde Suetonius libr. 11. de duodecim ceſaribus dicit ꝙ Titus imperator cum eſſet quadam die cum amicis ſuis recordatus eſt illo die ſe nihil dediſſe, ideo dolens ſtatim eis dixit, hunc diem perdidi. Tertio tempus eſt nũc utile ad putandum uineas. i. mala conſortia uitãdum, quia Cant. 2. Tempus putationis aduenit. In putatione eñ ramus nociuus abſcinditur, ne bonum ramũ impediat fructificare. Sic ſi habes aliquem conſiliarũ amicũ uel proximũ qui ſit tibi occaſio ad malum uel boni impedimẽtum, deuita. De uinea eñ ramos nociuos reſecares uel ergo te minus diligis quã uineã uel ſolios nociuos reſecabis. Matth. 17. Si oculus tuus ſcãdalizat te erue eũ & proiice abs te. Ideo multũ debet homo laborare ut uinea ſua puteẽ & ſepareẽ a malis hominibus, & ꝑꝑ frequẽtes admonitiones laborare ad bene agendũ. Si eñ uinea inculta nõ fructificat non debet ſibi imputari, ſed qñ bñ & magnis expenſis colitur & putatur, ſi nõ fructificat culpanda eſt, nec multũ arguendi ſunt antiqui ſi nõ bñ fecerint, quia paucos habebãt cultores. i. monitores, ſed mõ plures ſunt quã unquã fuerint, iõ mõ arguẽdi ſunt q̃ non bene operant̃. Hæb. 6. Terra ſępe uenientẽ ſuper ſe bibens, proferens ſpinas & tribulos reproba eſt. Quarto, tẽpus nunc eſt acceptabile ad minuendum. ſ. per confeſſionẽ. Eſt eñ confeſſio quædam animæ minutio, & pctm̃ eſt malus ſanguis de quo in Pſal. Libera me de ſanguinibus, & mali mores ſunt praui humores. Iſte ſanguis lanccola doloris per uenã oris eſt eiiciendus.

*F Semen. Semen ſignificat miſericordiæ opera.*

*G Vinea. Quia exẽplo uineæ debent reſecari & uitari malæ ſocietates.*

*H Confeſſio. Quia confeſſio ſit quædam minutio.*



ciendus. Prouer. 10. Vena uitæ os iuſti. Sed aliquid ut hypocritæ bonũ ſanguinẽ emittunt, & prauum abſcondunt & retinent, ſicut Phariſeus faciebat dicens, ieiuno bis in ſabbato, tales autẽ non curantur. Quia aũt ſit nunc tẽpus iſtius minutionis dicit̃. Eccl. 18. In tpe infirmitatis tuæ (quod eſt præſens tp̃s) oſtẽde cõuerſationem. Sicut aũt minutus debet ligari, ſic ſacerdos ligat pœnitentẽ bandello pnĩæ iniunctæ. Eccl. 6. Vincula eius alligatura ſalutaris. Sed multi ſunt qui nolũt ſibi ligari brachia, niſi forte iunco. i. modica uel nulla pnĩa. Eſai. 1. Vulnus & liuor, & plaga tumẽs nõ eſt circunligata. Similitet minutus indiget quiete ad hoc ut proſit ei minutio, ſic poſt confeſſionẽ quieſcendũ eſt a pctõ. Quia autem hõ ſit bñ minutus & mũdatus a ſanguine corrupto, hoc experimur, qñ poſt minutionẽ bene extendit manus & digitos. Sic qñ homo poſt cõfeſſionẽ ſentit ſe agiliorẽ ad bonũ, & faciliter extendit manũ & digitos ad opera mĩæ & pietatis, ſignum eſt ꝙ ſit bene cõfeſſus. Sed ecõtra qñ eſt grauis & tardus bonũ nõ potens ſe ad bonum opus extẽdere, ſignũ eſt ꝙ manus eius nõ ſunt a ſanguine bene mundatæ. Eſa. 1. Cũ multiplicaueritis orationes v̄ras, ego nõ exaudiã, manus eñ veſtrę ſanguine plenę ſunt. Quintò, tẽpus nũc eſt acceptabile ad medẽdũ & ad medicinã capiendã, quia Iaco. 3. In multis offendimus oẽs. & 1. Ioã. 1. Si dixerimus quia pctm̃ non habemus nos ipſos ſeducimus &c. Ideo tẽpus nunc eſt conueniens ad medicinã. Quattuor aũt debet facere accipiens medicinã. Primo qñ ſentit ſe infirmũ debet quærere urinale, ut oſtendat urinã ſuã medico & per urinã iudicat̃ de interioribus. Sic debet homo facere vrinale de ore ſuo & oſtẽdere affectiones malas, & dicere ubi occupetur malo, ideo Eccleſ. 4. Ne retineas uerbum in tempore ſalutis ſed oſtẽde conuerſationem tuã. Sed aliqui oſtendunt peccata ſua in confeſſione ſicut ſolẽt oſtendi reliquie ſanctorũ, q̃ oſtenduntur inuolute in aliquo uaſe de pãno mũdo, ita ꝙ uident̃ pulchre ualde, tñ ſi detegerent̃ nihil ibi inueniretur niſi unum os fractũ & nigrum. Sic aliqui tot uelamina & tot excuſationes ponunt circa peccata, ꝙ quaſi reliquias uolunt de eis facere, ſed ſi detegerẽt ea, tunc manifeſte poſſent uideri. Et ideo ſicut in magnis feſtis ſolent oſtendi reliquię aperte ſine aliquo uelamine, ſi ſic uolumus facere Deo magnũ feſtũ debemus ſibi oſtendere pctã noſtra nudæ & apertæ. Secũdo nõ debet ꝑꝑ amaritudinẽ medicinã recuſare, quia licet ſit amara, tñ utilis eſt, & neceſſaria. Sic licet confeſſio ſit pudoroſa, contritio anguſtioſa, & ſatisfactio laborioſa, quia tñ ſine his nõ eſt aĩæ ſanitas, libenter accipiẽdæ ſunt Eccl. 39. Altiſſimus de terra creauit medicinã, & uir prudens non abhorrebit illam, & notanter dicit de terra, quia de eadem terra facit foſſatum, cum caro quæ peccauit ſe affligit, os qđ ad pctũ ſolicitauit ipſum conſiderando recognoſcit, cor quod concupiuit, dolet quæ commiſit, ſicut faciebat Magdalena quando capillis capitis ſui tergebat &c. Ex eodem eñ ſerpente tyriacum ſumitur & uenenum. Rom. 3. Sicut eñ exhibuiſtis membra ueſtra &c. Et ſequitur, uir prudens non abhorrebit eam. Melius enim eſt unam anguſtiam habere quam 20. Vnde habens ſpinam in pede mauult anguſtiam ad horam habere, ut extrahatur quam ꝙ diutius affligatur, & melius eſt parum in confeſſione confundi & puniri, quam in inferno in æternum confundi. Eccleſiaſt. 18. Ante languorem adhibe medicinam. Languor enim eſt in inferno, ubi non poteſt quis recipere ſanitatem. Tertio requiritur ꝙ medicinam non maſticet, ſed coopertam nebula tranſglutiat, ne eius amaritudinẽ ſentiens eam reiiciat. Sic non debet aliquis pœnitentiæ confuſionem & pœnam cogitare, ſed præmium ęternũ. Et hæc eſt nebula pulchra uiſu & ſuauis odore. de qua. Eccl. 22. Medicina omnipotentis in feſtinatione nebulæ. Quarto uero requiritur, ut dictam medici obſeruet ut ſcilicet non eat ad tabernam, ſed ad eccleſiam, & pœnitentiam iniunctam faciat.

*I Confeſſio Quatuor debet facere pœnitẽs ad inſtar ſumẽtis medicinam.*

### *Eadem Dominica prima. Sermo quartus, & in ordine 22.*

DVctus eſt Ieſus a ſpiritu in deſertum, ut tentaretur a diabolo.* Matth. 4. Libenter magnorũ principũ & bellatorũ ſcribũtur geſta memoratu digna a curioſis hominibus & ad hoc deputatis, ut hoĩes ſupuenientes cognitis eorum uirtutibus ad ſimilia aut maiora facienda promoueãtur,

*A Tentatio. Quare recitatur tẽtatio Chriſti.*

& incitentur. Vnde & Scipio Africanus uidens imagines priorum patrum eleuatas in foro Romano, in ſignū uictoriæ & triūphi, & proborum geſtorum quibus auxerant rempublicam, dicebat ex earum intuitu maxime ſe ad uirtutes incenſum. Ideo hodie eccleſia ſimili modo militiā Chriſti in hoſtem noſtrum commemorat ut ſicut ille pugnauit in deſerto, ſic & nos in deſerto ſeculi huius hoſtem noſtrū impugnemus. Vnde ad Rom. xv. Quæcunq; ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. In hoc aūt quadrageſimali tempore bellum indicitur uitiis, dęmonibus, & hominibus malis. Vnde & feria iiij. in epiſto. clamabat, & incitabat eccleſia ad bellū, cū dicebat: canite tuba in Syon. i. in eccleſia militante. congregate cetum, &c. hodie uerò nos incitat eccleſia ad pugnandum uiriliter contra hoſtem noſtrum exēplo noſtri ducis, qui hodie pugnauit, & de pugna uictoriam & triumphum reportauit. Hæc autem pugna terribilis eſt. Inde eſt, quòd tranſactis dominicis ſingulariter Dei patris auxilium inuocat tanquam potentioris. Exurge (inquiens) dn̄e, exurge adiuua nos, exurge quare obdormis dn̄e? Eſto mihi in Deum protectorem, nō dānatorem? Ideo hodie in principio miſſæ recitat eccleſia diuinum reſponſum dicens. Inuocabit me, & ego exaudiam, &c. cū ipſo ſum in tribulatione. Sed ad iſtam uictoriā cōſequendam multum eſt utile auxiliū uirginis glorioſæ. de qua Gen̄. iij. Ipſa conteret caput tuum, quæ eſt dæmonibus uelut terribilis caſtrorum acies ordinata. Vt ergo dignetur pugnæ noſtræ intereſſe, recurramus ad eam dicentes Aue.

B

*Tentatio. De quadrupl. tētatione Chriſti.*

Mane dicemus qualiter Chriſtus tentatus eſt, ſequenti ſermone quomodo nos tentamur, & à quibus. Quadruplici tentatione tentatus eſt Chriſtus. Primò tentatus eſt in deſerto per gulam. Secundò in ciuitate & templo per ſuperbiam. Tertio in monte per auaritiā. Quarto in cruce per impacientiam. Reliquit enim eum diabolus uſque ad tempus quo ſuperuentura erat hæc tentatio, quas tentationes uicit dominus, ut oſtenderet quòd illud quod paſſus eſt ipſe, qui caput eſt, in futurum paterentur eius mēbra, maximè quatuor ſtatus eccleſiæ,

C

*Religio. Quòd religio per gulā deſtruitur.*

Prima tentatio de gula facta eſt in deſerto, per quod deſignatur religioſorum ſtatus, qui per gulam quæ inter omnia uitia minus reputatur, ad ultimum deſtruętur, ut uidemus iam impletum: quia nunç pro abſtinentia uiget gula, ideo religioſis ſuadet diabolus, ꝙ lapides panes fiant. i. religioſorū auſteritas, & duricia in ſuauitatē ac delitias conuertatur, quod nō fecit dn̄s, ſed dimiſit lapides in deſerto. ps̄. Qm̄ placuerunt ſeruis tuis lapides eius. i. religionis auſteritas. Sed poſtquam poſuit dominus deſerta in ſtagna aquarum. i. multitudinē diuitiarū, & deliciarum, quilibet in ſtagnis illis piſcari uoluit, ſed dn̄s hāc tētationē diaboli ſoluit p distinctionem diſtinguendo duplicem panē: duplex nutrimentum & duplex nutritū, & nō ſic oportere eſſe ſolicitum de carnis nutrimēto, quin prius ſolicitemur de animæ pabulo. Vnde alleg. illud Deut. 8. Non in ſolo pane uiuit homo, ſed in oī verbo quod procedit de ore Dei.

D

*Caro. Quare à tentatione carnis incepit tētare diabolus.*

Sed quærit quare à uitio carnis cœpit tentare Chriſtum? Et mirabile eſt, ꝙ tā aſtuta perſona uirū ita ſpiritualem tā beſtibli tentatione uoluit experiri? Reſpon. quia tentatio carnis eſt magis connaturalis nobis: & quia peccatū gulæ eſt peccatū naturæ uicinū, ideo minus ipſum curamus & reputamus: & ſic ex hoc in maiora mala prolabimur. Torrens. n. paulatim conſumit, & cōcauat terrā, circa quā decurrit. Sic torrētes iniquitatis paulatim conſumunt uirtutem uirorum perfectorum, ut paulatim & inſenſibiliter à ſuo ſtatu deiiciantur per negligētiam & remiſſionē. Poſtquam. n. gulæ ſunt dediti: primò eos tentat de negligentia & torpore, & ſic paulatim per minora pc̄tā deducit ad maiora. Iob. 9. Lapides excauāt aquæ. Vbi Gregor. Eſt tentationis genus, quod paulatim uenit in mentem: & reſiſtētē animū lęuibus ſuggeſtionibus inficit: & oēs in eo uires nō immediatè, ſed aſſiduitate conſumit. Quinto politicè dicit Philoſo. de homine expoſito tyranno: quod non debet eum tyrannus ſubito, ſed gradatim deponere, quia hoc minus contriſtabit eum, & minus inſurget cōtra auferentem paulatiue, q̄ ſi ſimul totum auferret, & hi torrentes ſicut aquas lutoſas, & turbatas faciunt: ſic ſtatim conſcientiam turbant. Secundo inducit eos in cęcitatē mentis. Narrat Iulius Frontinus de quodā duce



duce Carthaginen. miſſo contra quoſdam rebellantes & bibulos, quibus uinum immiſcuit mandragorę: cuius uis propinqua eſt ueneno faciens hominem ſic dormire, ꝙ quaſi facit eum inſenſibilem. Tūc commiſſo lęui pręlio ceſſit ex īduſtria, deinde nocte relictis intra caſtra ſarcinis, & uino omni infecto fugam ſimulauit. Cumque barbari occupatis caſtris ī gaudium effuſi uinum auidè ſumpſiſſent, & in modū mortuorum iacerent: reuerſus omnes cępit, ac trucidauit. Sic diabolus ex delectatione carnis immiſſa, excecationem mētis inducit: ut de ſapiente ſtultum faciat, & tandem eos in morte capiat. Philoſ. 6. Ethic. Delectatio furatur mentem ſpiſſe ſapiētis.

Secundo dicitur ꝙ diabolus neminem timet in principio tentationis. Vnde non timuit à principio rapere diuinitatem: ſed quia hęc præda fuit ſibi magna, & ſupra uires, ideo ab ea deficiens conuerſus eſt ad rapiendum imaginem Dei, ideo inſidiatur ut rapiat pauperem. i. animam, quæ eſt pauper præda in comparatione ad prædā primā. Iob. 11. Qui factus ut neminem timeret, ideo non timuit hac tentatione irruere in Chriſtum?

E

*Scriptura ſacra. Quare cōtra dæmonem ſcripturis utitur Chriſtus, non miraculis.*

Sed iterum quærit, quare dominus contra dęmonem utitur ſcripturis, & non miraculis? Reſpō. primo ſecundū Pet. Rauen. ꝙ ſigna facienda ſunt ad petentis ſalutem. Vt quid autem diabolo ſigna, cui nihil ſubuenit ad ſalutem, cui & ſigna proficiunt ad ruinam? Secūdo hoc non fecit, ut nobis oſtenderet reſiſtēdum eſſe dæmoni doctrinis nō miraculis, ſcripturarum auctoritate, non ſignorū poteſtate. Inde multa nunc uiget doctrina: ubi pauca fiunt miracula. ps̄. Non egredieris Deus in uirtutibus noſtris ſicut olim. i. in miraculis. Sed ſecundū. ps̄. In Deo faciemus uirtutem. i. opera bona & uirtuoſa, quibus cauſatur uirtus, in Deo. i. in Dei fide, per quam uincemus diabolum. Tertiò hoc fecit, oſtendendo nobis horam uescendi non eſſe niſi ex legitima cauſa prę occupandam, ſed ſi quis tędio afficiatur, aut à dæmonis tentatione uexetur, legat ſcripturas & euangelium, & tunc pane ſpirituali reficietur. Non. n. in ſolo pane uiuit homo, &c. Eſau eſuriens uidens lenticulam coctam ait. En morior. Sic dicunt guloſi eſurientes: morimur fame. Vnde ſicut Dauid quinq; limpidiſſimos lapides accepit de torrente quibus proſtrauit Goliam, ſic Chriſtus primo tribus auctoritatibus de torrente ſacræ ſcripturę acceptis, proſternens per ipſas diabolū, dum ipſum reliquit. tādem in mēbris ſuis aliis duobus lapidibus ipſum proſtrauit. quarto ſcilicet cum uoluerunt eum Iudæi apprehendere circa Gazophilacium, cū allegauit, quòd ex ore duorum uel trium teſtium. Et quintò cum uoluerunt eum lapidare: & tunc allegauit illud. pſalm. Ego dixi dij eſtis. pſalm. Qui habitat in adiutorio altiſſimi, id eſt quotidie moratur in legendo & meditando ſacram ſcripturam, quam dominus contra ſerpentem & membra eius aſſumpſit in ſuum adiutorium, in protectione Dei cœli commorabitur.

F

*Superbia. Quòd ſuperbia deſtruit eccleſiā.*

Secunda tentatio facta eſt ſuper pinnā templi, in qua oſtendit futurum eſſe, quòd ſuperbia deſtruet eccleſiam Dei, & ipſe honoris appetitus, ſicut uidemus multos modo ſuper pinnaculum eccleſiæ uolare ſine alis, ſcilicet ſcientiæ, & uitę, ideo oportet quòd diabolus ibi portet eos. ps̄. Aſcendit ſuper Cherubin, id eſt ſuper ſcientes. hoc enim facile poſſunt, quia ſapientes & ſcientes nunc non multum aſcēdunt, & uolabit ſuper pennas uentorum, id eſt ſanctorum, qui contenti erant uno beneficio, quia modo non contentantur pluribus. Diabolus non portauit Chriſtum, niſi ſuper unam pinnam, & modo portantur à diabolo ſuper plurimas. Tunc eruditi uolabant, nunc ignorantes, & paruuli, qui ſimiles pullis poſtquam ſunt extra ouum immediate uolunt habere criſtam. Iſti ſunt nobiles qui uolunt mitrari & epiſcopari paruuli, & ignorantes. Diabolus enim plurima facit, quæ non faceret Deus. Refertur enim quòd quidam Germanus ualde turpis facie uoluit obtinere quoddam beneficium uacans à Papa: Cum autem timeret non habere acceſſum ad Papam, nec uellet cuiquam reuelare, ne fortè dicto fraudaretur beneficio, uenit ad ianuas domus papalis fortiter percutiens, & cum quęreretur ianitor aduerſus eum quis eſſet qui tam fortiter percuteret. Reſpondit qui turpis erat, ego ſum diabolus. Dic ſummo pontifici, quòd ego locuturus ſum ſecum. Aliter ego ui ingrediar. Tunc ianitor tremens, ac ſtupens omnia retulit papæ. Cui Papa tremebundus: Aperi ei aliter ingredereī, non

non poſſumus ei oſtia claudere. Qui intromiſſus, cum acceſſit ad pręſentiam Pontificis ſummi tremētis prouoluitur ad genua eius dicens. Sanctiſſime pater ego nō ſum diabolus, ſed quia ad quærendum beneficium non habuiſſem ingreſſum in nomine Dei, ego ueni ad uos in nomine diaboli. Quo audito ſummus pontifex quicquid poſtulauit cito contulit. Ex quo apparet multos in nomine diaboli magis quã Dei portari ſuper pinnã tēpli. Portãs aūt diabolus dominū ait, ſi filius Dei es mitte te deorſum. Cui nō obediuit Chriſtus duo inſinuãs. Primo obediētiam debere eſſe diſcretã, nè contra Deū obediamus ſed præcipitare uolēti reſiſtamus Chriſtus in altū ſe tolli ꝑmiſit, ſed monēti cadere nō obediuit. Malum enim nunquã per obedientiã faciendū eſt, licet bonū qñq; ſit prætermittēdū. Scđo oñdit dñs ꝙ nō eſt quærendus fauor mundi, hoc eñ curabat dyabolus iu caſu deorſum. Non enim curare debet ſerui dei ſi a mundo contineat̄. Ad Gal. 1. Si hominibus placerē, Chriſti ſeruus non eſſem. Quidã phillosophus e quodã ſuo familiari reprehēſus eo ꝙ mūdanus nō eſſet, & ꝙ nullus de eo curaret, reſpondit, ſi de me nō curat mūdus, nec ego de eo. Aſinus ego ſum, quicquid dixeritis, aſini nō inde curant. Sic uos qaicquid dixeritis non inde curo. Soluit aūt dñs hanc tentationē ſolum per negationē antecedētis. Erat .n. ſuggeſtio ad tentandū Deū, qđ iure diuino prohibetur. Nullo modo. n. cōcedendæ ſunt ſuæ præmiſſæ. i. ſuggeſtionis quas prætendit, cū cōſtet ſemꝑ ipſum uelle fallere. Sed circa hoc quæritur utrū tentare Deū ſit pctm̄, iuxta illud alleg. Nō tētabis dñm. Quia non vr̄, qa Iudi. 6. Gedeō tentauit dñm, quęrens ab eo ſignū, & datū eſt ei, ergo nō peccauit tētando. Rñ. dupliciter aliquid dr̄ tentare Deū. Vno modo, qñ quærit miraculum aut aliquod aliud omē ad explorandã diuinã pietatē, aut ueritatē dicti eius, abſque neceſſitate aut utilitate, & hoc de ſe pertinet ad tentationē Dei. Glo. ſuper illo Deut. 6. Non tentabis dñm. Deum tentat, qui habens qd faciat, ſine rōne ſe cōmittit periculo, experiēs utrū poſſit liberari a Deo. Cum. n. aliquis equū currere facit ut euadat hoſtes, hoc non eſt experimentum ſumere de equo, ſed ſi hoc faciat abſq; ulla utilitate, hoc nihil aliud

*G Tētatio. Vtrū tentare Deū ſit pctm̄.*

vr̄ eſſe quã experimētū ſumere de equi uelocitate. Inde & ſancti ex neceſſitate uel utilitate aliqua mouebantur ad petendum diuinæ ptãtis effectū. Sed ut dicit Aug. 22. contra fauſtū. Paulus nō fugit quaſi nō credendo in Deū, ſed ne Deū tētaret cum ſic fugere potuiſſet. Graue .n. eſt peccatū hoc modo tētare Deū. Grauiter .n. portaret qs ut inferior tētaret eū & examinaret, & de eo experimentū ſumeret. Inde ꝑꝑ uitiū tētationis oēs iſraelite in deſerto perierūt, nec terrã promiſſionis intrauerunt Pſ. ſcđm diē tētationis in deſerto, ubi tētauerūt me pr̄es vr̄i ꝓbauerunt & viderūt opera mea. Et ſequit̄, quibus iuraui in ira mea ſi. i. non introibunt in requiē meã. Scđo dr̄ quis tētare Deū cū experimentū ſumit eorū quæ ad diuinã perfectionē & ſapiētiã pertinēt, non ut cognoſcat ſed ut aliis demonſtret. hoc tñ nō eſt proprie tētare Deū, dū ſubſit iuſta neceſſitas ſeu pia utilitas. Sic Act. 4. apoſtoli a Deo petierunt ut fierent ſigna. ad hoc. ſ. ut uirtus Chriſti infidelibus demonſtraret̄. Quia uero Gedeō Iudic. 6. vr̄ petiiſſe ſignū ex debilitate vr̄ peccaſſe uenialiter. ſic Zacharias cū punitus fuit. Tertia tētatio cōcernit ſtatū nobilitatis & iuſtitię. Hi ſunt in mōte honoris conſtituti a qđ dñt reſpicere oĩa regna mundi. i. regimē oĩum ſubditorū, ſed mō per caſum in terrã. i. per adherentiã ad terrena, ꝑ auaritiã, ꝑ munera, per adulationes magnatum ſubuertit̄ oĩs ordo iuſtitiæ, & diabolo fit homagiū. Pſ. In cōſpectu eius cadēt oēs q deſceudūt in terrã. Ait. n. grãmaticus præponi quot accidūt unū. quid? caſus tm̄. Prępoſitis. n. accidit caſus de uirtute in uitiū. de uitio in baratrū uitiorū. Ideo hanc tentationē dñs diu ſuſtinere nō potuit dicēs, uade ſatana. Scriptū eſt dñm Deū tuū &c. & qđ minus hic dicit demoni plus dixit petro dū ait. Vade retro ſathana. q prius tentando uidebatur hoĩ prĩcipari & ꝓcedere, nūc ſequit̄ ut ſeruus. Stultus eñ ſeruiet ſapienti, unde infirmior factus eſt. Pſ. In conuertēdo inimicū meū retrorſum infirmabuntur &c. Aſſumpſit aūt eū diabolus in montē excelſum ualde. vñ oſtendit ei oĩa regna mūdi. Aliter aūt oſtendit dæmō denariū vñ ſoluit ſeruis ſuis, & aliter Deus, quia dæmon quærit locū obſcurū & tenebroſum, ne deprehendatur falſitas monetę eius. Bona. n. huius mūdi ſunt moneta falſa,

*H Prælatus Quia prælatis imminet caſus et ruina.*



ſa, quia falſarius metallum malū. ſ. cuprū uel ferrū cooperit argento uel auro exterius, ut malitia eius non appareat. Procedente tñ tēpore cadit bonum metallū & diſcooperit̄ malū quod latebat, & tunc apparet illa moneta falſa. Sic dæmon dans diuitias cooperit eos pallio mĩæ, dicēs. tu dabis inde eleemoſinas. Sic honores palliat ſctĩtate & iuſtitia. ſed ꝓceſſu tpis cadit, hoc eſt malū quod prius latebat apparet. ſ. auaritia in diuitiis, & ſupbia in honoribus, ideo in hoc mundo ſoluit qui eſt locus obſcurus & caliginoſus. propterea dr̄ oſtendiſſe Chriſto oĩa regna mundi. Inde eſt, ꝙ moneta diaboli libēter amat̄ & recipitur. Chr̄o uero ſeruis ſuis ſoluit monetã bonã & approbatã, ideo ſoluit in loco claro & luminoſo. ſ. in cęleſti Hieruſalē. Eſa. 56. Dabo in Syon ſalutē, & in Hieruſalē gloriã meã. Hãc aūt tentationē ſoluit dñs per negationē antecedentis & cōſequētię. Nã conſequentiã negauit, cū dicit eã eſſe a ſathana q ſemper fallit in cōcluſione. Non enim ſequebatur ꝙ daret ei ſi corã eo caderet, nam non erant ſua ut daret. Antecedens uero negat cū dicit ſcriptū eſſe, dñm Deū tuū adorabis &c. Promittit. n. diabolus multa ſequi ex antecedēte q̃ non ſequuntur. Sicut promittebat Achab ipſi Naboth uineã multo meliorē q̃ ſuã. Vt. n. habeat aĩam multa ꝓmittit, ꝓmittit uitæ lōgitudinē ſicut primis parētibus dicēs, nequaquã moriemini, contra quod dicere debet fidelis per interemptionē quod Iob 9. mētiris, quia breues dies hoĩs ſunt, & hoc ſtulti ſciunt Sap. 1. Exiguū & cū tedio eſt tps vitæ nr̄æ. Secūdo diuitias, delicias, & honores, ut patet Gen. 3. Eritis ſicut dij, ſed fidelis cōtra ea cōcludat illud. Ecc. 1. Vanitas uanitatū. Tertio requiē & pacē. Hier. 6. Prophetæ contritionē filiæ populi mei dicētes, pax, pax, & nō erat pax, ſed fidelis debet ei dicere, falſum dicis, quia non eſt pax impiis. Eſa. 57. Iſtæ ſunt tres lãceæ q̄bus trãſfixus eſt Abſalon a Ioab. Nō aūt Chriſtus, quia ſcuto circundabit te veritas eius. Sic nos exēplo eius dū tentationes ſu peruenerint, eas ſcuto diuinæ ueritatis repellamus. Dū medicus alicui legē uiuendi impoſuit, prohibens cibos nociuos, multū habet cordi illã legē, ita ꝙ ſi offeratur ei cibus prohibitus. dicet, hoc prohibet medicus & hoc ꝓhibet medicina. Lex Dei eſt

*I Oſtēdere Aliter Deus aliter diabolus oſtenditur unde ſeruis ſuis ſoluant.*

*K Promittere. Quia mlta promittit diabolus qui nō ſoluit*

*L Tentatio Quia ſcuto ueritatis tētatio eſt repellenda.*

q̄dã medicina uiuēdi q̄ dñs nobis impoſuit, ideo debet eã hō hr̄e cordi, ut ſi ei offeratur cibus peccati dicat in corde ſuo, hoc ꝓhibet medicus meus Chriſtus, & lex eius dicēs illud, iniquitatē odio habui &c. In capite libri ſcriptū eſt de me, ut facerē uoluntatem tuam &c. ſicut allegauit dñs aduerſus diabolū. Vnde ꝓpter has tres tētationes ſortitur tria noĩa in Iob. ſ. auis, Behemoth, & Leuiathã. Behemoth. i. iumētū. Leuiathau. i. draco. In his quos ꝓ tēporalibus, aut ſpiritualibus eleuat, auis eſt. In his quos ad luxuriã eneruat, iumentū eſt. In his quos ad nocēdū malitia inflãmat, draco, & in his quos ꝑ hæc tria ſimul mergit, iumētū, ſimul & draco, & auis eſt. Quarta tētatio longior & durabilior fuit in cruce ꝑ impatientiam per quã in fine temporum exactionibus uaſtabitur populus, ſicut & Romanum imperium per Mahumetū & Arabes propter hmōi diſſipatū eſt, & hæc tentatio deſignatur. Luc. 4. Vbi dicitur, ꝙ diabolus receſſit ab eo uſque ad tempus quo. ſ. concitauit ei perſecutionem ꝑ principes ſacerdotum.

*Sermo 5. eadem dominica 1. & in ordine 13.*

DVctus eſt Ieſus in deſertum, Matth. 4. Duæ ſunt ciuitates & duo regna, Dei ſ. & diaboli. ad cuius primum pertinent electi, ad ſecundum reprobi, ideo ſicut in confinio & limitrofio duorum regnorum hoſtilium fiunt maxime tranſmutationes, incurſus, inſultus, combuſtiones & prædæ, q̄a mō rex unus inuadit fines alteriu, modo econuerſo. & ſibiinuicem de ſuis confinibus auferūt & rapiūt. Sic modo magnæ ſunt tranſmutationes in terra, quæ eſt in limitrofio paradiſi & inferni. Nam in paradiſo eſt ſumma pax, nec ibi aliquid q̄rit diabolus, in inferno guerra perpetua, quia ibi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitãs, nec ibi aliquid quærit Deus ſed terra, quæ eſt in limitibus, utriuſq; nūc a diabolo & angelis eius impetitur, nunc a Deo & miniſtris eius, & mō in quadrageſima Chr̄us de terris diaboli multo plures ſibi acq̄rit q̄ diabolus facit de finibus Chriſti, ꝑꝑ machinas uerbi Dei, tela ieiuniorū & alimenta plurima eleemoſynarū qđ petit eccl̄ia dicēs illud Pſ. Exaltare in finibus inimi-

*A Regnum. De duob' regnis ſcilicet Dei & diaboli.*

inimicorum tuorum ut ſcilicet malis homi
nes eum in regem ſuſcipiant, ſicut dicit in
Pſalm. Exaltabor in gentibus, & exalta-
bor in terra, maxime in illa terra de qua
Pſalm. Confiteantur tibi populi Deus, cõ
fiteantur tibi populi omnes, terra dedit fru
ctum. Iſta eſt terra Mariæ, quæ produxit il
lum, qui dicit. Ego flos campi & lilium cõ
uallium. ad quam &c.

B

*Tribulatio. Quia dominus immittit tribulationes ut nos examinet*

Mane diximus quomodo dux militiæ
Chriſtianæ tentatus a diabolo ſuperauit,
nunc dicendum quomodo uario modo tẽ
tamur, & ſuperare debemus. Duplex inue-
nitur tentatio. Quædam patienter ſuſtinẽ
da & tolleranda, quando Deus per tribu-
lationes nos tentat ut probet ſi firmi, ſi ſta
biles in eius amore permaneamus. Aurifa-
ber aurum ſolet in ignem ponere ut boni-
tatem ipſius probare ualeat, & moneta mo
dico tactu lapidis ſi bona ſit tentatur, &
balſamum ſi bonum eſt in aqua poſitũ de-
ſcendit, & Deus hominis probat bonitatẽ
ipſum quandoque igne infirmitatis affli-
gendo, quandoque moleſtia tribulationis
tangendo, nonnunquam mundanę proſpe-
ritatis, uel fauoris extollentiam humilita-
te deprimendo, qualis tentatio ſi bene ſu-
ſtinetur, proficit Iac. 1. Beatus uir qui ſuf-
fert tentationem, homo qui emit gladium
ſolet probare utrum poſſit loricam ferreã
penetrare, & qui emit equum probare ſo-
let utrum ſciat ambulare, & qui emit iuga
boum utrum boues domiti ſciãt arare. Sic
qui emit electos ſuos, ſolet eos tanquam
commilitones in bello ſpirituali tentatio-
num, aut tribulationum probare ſi fortes
ſint & uictores, ut eos digne ualeat coro-
nare. Deute. 13. Tẽtat uos dominus Deus
ut palam fiat hoc, non ſibi ſed homini. Vn
de Beda. Exteriorem tentationem immit-
tit Deus ad ſuorum probationem, interio-
rem uero qua ſæpe malum accidit non im
mittit. Secundo hoc facit Deus ut homini
ſigna magnæ familiaritatis oſtẽdat, & ami
cũ Dei ſe eſſe cognoſcat. De oĩbus. n. fer-
culis ſuis amicis ſuis uult Deus ſeruiri, ut
pote de paupertate rerũ tẽporalium, affli-
ctione corporali, contumelia uerborum,
patientia aduerſorũ, quæ ſunt fercula quæ
guſtauit Chriſtus deſcendens ad terras, q̃
tentationem licet dominus ex amicitia im
mittat homini, hoc tamen ſępe fit procura
tione aut miniſterio dæmonum. Nam du-
plicem nunc patitur caſtrum noſtrum in-
ſultum ab hoſtibus, ſcilicet a malo culpæ.
& pœnæ. Sicut ad caſtrum accedunt pri-
mo hoſtes in ipſum inſilientes. Secundo
cum lapidibus artificioſe murum quaſſan-
tes. Primus ab hoſtibus eſt, & ſecundus
ſimiliter quandoque ab hoſtibus eſt, ſed
Deo concurrente, qui pœnalitates & infir
mitates (qui ſunt lapides continuò quaſ-
ſantes murum corporis noſtri) nobis im-
mittit mediãte diabolo aut membris eius:
contra quas non eſt remedium niſi conti-
nuò iuxta uires a Deo datas ſobrie repa-
rare murum. Tertio, ut peccator ad Deũ
citius redeat, & de peccatis ſuis amplius
doleat. Vnde dixerunt fratres Ioſeph. Ge
neſ. 42. Meritò hęc patimur, quia peccaui-
mus in fratrem noſtrum. Eſa. 26. Domine
in anguſtia requiſierunt te, & in tribulatio
ne murmuris, ideſt de qua ſolitum eſt mur
murari, doctrina tua eis, ſupple fuit ad pa
tientiam. Imple facies eorum ignominia.
Gen. 8. Columba nõ inueniens ubi requie
ſceret pes eius, reuerſa eſt in arcam. Quar-
tò, ut ſuam imperfectionem quis melius
agnoſcat, ut ſi quis habeat fortem adiuto-
rem in opere, eo ſublato melius cognoſcit
quomodo imperfecte operatur. Gregorius
Magna eſt perfectio ſuæ imperfectionis
agnitio Pſal. Ego dixi in abundantia mea
non mouebor in æternum. Auertiſti fa-
ciem tuam a me, & factus ſum conturba-
tus, propterea non præſumãt homo de me
ritis ſuis. 2. Cor. 12. Ne magnitudo reuela
tionum extollat me. Hierem. 30. Caſtiga-
bo te in iudicio, ut non tibi uidearis inno
xius. Nec ex meritis ſuis nimiam ſecurita-
tẽm aſſumat. Ex nimia enim ſecuritate mi
nus cauetur hoſtis, & ſecuritas parit negli
gentiam. Quinto ut maiorem inde coro-
nam accipiat. Non enim pepigit dominus
fœdus cum Abraham, niſi poſt receſſum
obſcuræ caliginis. Gen. 15. Chriſoſt. Sicut
qui ludicrum inſtituit agonem, ſi cui athle
tarum amicitiæ uinculo iungitur, nunquã
eum niſi deſcenderit in certamen corona-
bit, qui proprium illius uidelicet laborem
deſiderat, quo magis eum diligit eo ma-
gis uictorem uidere cupit. Et ſicut de-
lectamur uidere adoleſcentem irruere in
leonem, uel urſum, conſtanter, & habuiſſe
uictoriam, ſic Deus delectatur uidendo ui
rum fortem cum aliqua calamitate, uel
aduerſi-



aduerſitate luctantem. Sen. Nihil mihi vĩ
infelicius, eo cui nihil unquam euenit ad-
uerſi. Non enim licuit illi ſe experiri. Hæc
autem prima tentatio quã immittit dñs, ti
mor eſt nocturnus. Timet eñ homo inci-
dere aduerſitate huius ſæculi, quas domi-
nus ad uirtutum exercitium immittit. Gre
gor. Non eſt tentatio uorago uitiorum ſed
exercitiũ uirtutũ. Sicut eñ nocte paruulo
ſuo facit nutrix baboaldum, & paruulus
fugit ad matrẽ aut nutricẽ, ſic dominus ad
uerſitates iſtas immittit tanquam timores
nocturnos, ut ad ipſum reuertamur. Secun
dus tentationis modus metuẽdus eſt & fu

C

*Tentatio Quid ſit tentatio humana.*

giendus. Hęc eſt tẽtatio inductionis & ſug
geſtionis ad malum, & hoc modo Deus eſt
intentator malorum, ipſe enim neminem
tentat. Iac. 1. Et hæc eſt duplex. Quædam
eſt humana. 2. Cor. 10. Tentatio uos non
apprehendat niſi humana, quæ fit multipli
citer. Primo ſm glo. ibidem cum quis bo-
no animo ſm humanam tamen fragilita-
tem in aliquod labitur uitium, ſicut cum
quis irritatur in fratrẽ, non ex malignita-
te, ſed ſtudio corrigendi, plus tñ quã Chri
ſtiana tranquillitas expoſtulat. Sapere eñ
aliter quã res ſe habeat, cũ bono tñ animo
nimis amando ſnĩam ſuã eſt humana tẽta-
tio, q̃ ſi inuidendo melioribus uſq; ad præ
ſcindendæ cõionis, & fundandi ſciſmatis,
aut hæreſis ſacrilegiũ perueniret diaboli-
ca eſſet præſumptio. Scd̃o ſm Haymo. Hu
mana tentatio eſt malũ cogitare, ſed ſi ad
opus procedat, diabolica eſt. Tertiò, tenta-
tio humana de his eſſe dr̃, ſine quibus uita
iſta nõ agitur, ut ſunt peccata uenialia, nec
in prædicta propoſitione optauit Apoſto-
lus Corinthios aliquãdo in illã incidere,
ſed ſi in illã incederent, ulterius non ꝓgre
derentur. Et hæc tẽtatio uocat̃ ſagitta uo-
lans in die, quia ſicut ſagitta cito & quaſi
imperceptibiliter uenit, & vulnerat, ſic ta-
les humani defectus cito & quaſi incõſide
rate animam hominis vulnerãt, ſed nõ ad
mortẽ, licet eñ oẽs pctõres ſint mandato-
rũ Dei tranſgreſſores, iuxta illud Pſ. Præ-
uaricantes reputaui oẽs pctõres terrę, non
tamen tranſgreſſio illa ſemp eſt ſub pœna
mortis, ſicut rex quãdoq; aliqua prohibet
ſub pęna mortis & patibuli, quædam uerò
ſub pœne certæ pecuniæ. Sic Deus mortali
ter tranſgreſſores morte punit æterna, ue-
nialiter uero temporali pœna. Scd̃s tenta-
tionis modus diabolicus eſt, qñ quis in pec
cati laberintũ mortalis incidit, & hæc ten-
tatio a tribus occaſionẽ ſumit. ſ. a mundo,
carne, & diabolo. Prima tentatio uincitur
declinando, uel ſuſtinẽdo. Scd̃a fugiendo.
Tertia uiriliter reſiſtẽdo. Iſta tria ſunt quę
non ſinunt hominẽ in domo ſua manere. ſ.
fumus, ſtillicidiũ, & mala uxor, & hæc ex-
pellunt dñm de habitaculo ſuo. Fumus q
aſcendit eſt ſuperbia eorũ qui eũ oderunt,
quę eſt tẽtatio diabolica. Sicut eñ fumus
excæcat & lædit oculos, & citò euaneſcit,
ſic ſuperbus. Pſ. Inimici dñi mox, ut hono-
rificati fuerint &c. deficientes quaſi fu-
mus &c. Stilicidium eſt carnis laſciuia. Pro
uerb. 5. Fauus diſtillans labia meretricis.
Vxor mala quæ garrula, & litigioſa eſt, eſt
cupiditas ſiue auaritia, de qua tentat mun-
dus. Vnde Sen. ad Lucillum. Societatẽ om
nem auaricia deſtruit. Chriſo. Vnde putas
lites in eccleſia, & altercationes, niſi ꝑpter
ſuperbiam & auaritiam, & propter uarios
honores? Tolle hæc, & nulla erit diſcordia
inter Chriſtianos, Chriſtus autẽ in domo
turbata non habitat. Prouer. 21. Melius eſt
habitare in domo deſerta, quã cũ muliere
rixoſa. Male enim hoſpitaretur Deus cum
tali hoſpite, q cũ eũ in hoſpitio receperit
nunqñ cũ eo eſt, nec mirũ, quia nec ſecũ
eſt. Quid ergo mirũ ſi Deus hmõi hoſpitẽ
fugit uelut hoſpiciũ in quo nil niſi tumul
tus temporaliũ audit? Hanc triplicẽ tenta-
tionẽ mũdi, carnis, & dæmonis oſtendit Ia
cob in triplici lucta. Prima fuit cõtra Eſau
in utero matris quem ſupplantauit, & hęc
eſt lucta cõtra carnẽ. Scd̃a cõtra Labã qui
eum decipiebat & ꝑſequebat̃, & nihilomi-
nus furatus eſt eius idola ignoranter, &
hæc eſt tẽtatio mũdi, qui tentat de cupidi-
tate. Tertia fuit contra angelum per quã
dęmonum lucta de uanitate & ſuperbia in
telligitur, quã tentationẽ uicens appellat̃
Iſrael. i. uir uidens Deũ. ſ. in opere ſuo. Ibi
enim uidere debet Deũ, nõ ſeipſum ut glo
rietur &c. Mũdus itaq; pugnat contra nos
duplici manu. ſ. dextera proſperitatis alli-
ciente, & ſiniſtra aduerſitatis terrẽte, ſed
non eſt timẽdus, quia mundana proſperi-
tas nõ eſt uerũ bonũ, nec illius aduerſitas
uerũ malũ. Aug. omnia bona terrena con-
tẽpſit Chr̃us, ut nobis ea cõtẽnenda mõſtra
ret, & oĩa mala ſuſtinuit quæ ſuſtinẽda ꝑ-
cepit, ut in illis nõ q̃reretur fœlicitas, & in
iſtis nõ timeret̃ infelicitas. Sed cõtra mũdũ
pugnandum eſt, uel declinando ab eo, ſi-
cut

D

*Tentatio. De triplici tẽtatione diabolica.*

E

*Tentatio. Quia duplici manu cõtra mundum pugnãdũ eſt.*

cut qui abrenunciāt ſæculo. Pſal. Declina
a malo.i.a mūdo,qui totus in maligno po
ſitus eſt. 1.Ioann.ult. Vel patienter ſuſtinē
do. Non enim melius quam patientia uin
citur. Vnde in libro de uita philoſopho-
rum. Bias unus de ſeptem ſapientibus græ
ciæ interrogatus quis eſſet inter homines
magis infortunatus & infælix? reſpondit,
qui non poteſt infortunia ſuſtinere. Solēt
enim hoſtes corporales aliquādo diſſimu
latione & longa ſufferentia ſuos aduerſa-
rios uincere, ſicut narrat Iulius frontinus
de Fabio Maximo Conſule Romanorum,
qui pugnaturus contra Gallos, & ſciens
eos ſolo primo impetu ualere, imperauit
militibus ſuis, quos nouerat infatigabiles,
in ipſo primo certamine amplius incaleſce
re, ut hoſtes ſuſtinerent primo congreſſu,
& ſic eos fatigarent, quo facto uicti ſunt
Galli. Sic fortitudo mundi & aduerſitatū
mundialium ſolum eſt in primo congreſſu
& impetu, ſcilicet in uita præſenti. Milites
uero Chriſti infatigabiles ſunt, quorū fer
uor in ipſo certamine augetur continue,
ideo uult ꝙ in illo congreſſu ſuſtineāt do
nec fatigentur hoſtes, & hoc erit in breui,
ut ſic uictoriam conſequantur. Nam Luc.
21. In patientia ueſtra poſſidebitis animas
veſtras, & hæc tentatio mundi dicitur ne-
gociū perambulās in tenebris; quia in cali
ce mundi uix homo uidet fundū eo ꝙ tur-
batæ ſunt aquæ eius. Pſa. Sonuerunt, ſcili-
cet mundani contradicendo, & turbatæ
ſunt aquæ eorum. Tanta enim eſt contra-
dictio in rebus mundi, ut totū negocium
eius perambulet in tenebris, & neſciat ho
mo qua pergere debeat. Eccl. 3. Tradidit
mundum diſputationi eorum. Caro etiam
nobiſcum pugnat duabus manibus aman-
do ſuauia, & fugiendo amara. Prouer. 30.
Sanguiſugæ duę ſunt filiæ quæ clamant
affer, affer, ſcilicet uinum & ſuauia, molles.
lectos & ueſtimenta, & quia eſt fortis ini-
micus qui de fortioribus Sampſonem, de
ſapientioribus Salomonem, de ſanctiori-
bus Dauid ſuperauit, ideo nō aliter quam
fugiendo ſuperanda eſt. Augu. in quodam
ſermo. Reliquis uitiis Deo auxiliante de-
bemus in præſenti reſiſtere, libidinem ue-
ro fugiendo ſuperare. Apprehende fugam
ſi uis habere uictoriam, nec tibi ſit uerecū
dum fugere, ac ſi caſtitatis palmam deſide
ras obtinere. Sine ulla dubitatione dico.
Qui familiaritatem non uult uitare mu-

*H. Caro. Qūo caro nobiſcum pugnat duabus manibus.*

lierum, cito labitur in ruinā. Ideo Ioſeph
exemplar caſtitatis dimiſſo pallio in manu
Aegyptiæ profugit. hinc ſecunda Corin.
ſexto. Fugite fornicationem. Pſal. Eripe
me de inimicis meis Deus meus ad te con
fugi. Primo igitur fugienda ſunt conſor
tia mulierum. Cocus non poteſt diu ſtare
iuxta ignem calefiat, nec homo in ſolis ar-
dore quin comburatur, ſic nec homo iux
ta mulierem quin deturpetur. Qui enim
ſe exponit confabulationibus & colloquiis
earum, ſimilis eſt illi qui pugnat cum luto
ſo, qui licet aliquando ſuperet, tamen fœ-
datur, uel in cogitationibus, uel in fama.
Eſt autē tactus mulieris, ſicut tactus ignis
uel ueneni, qui cito inficit, uel urit. 1. Cor.
7. Bonum eſt homini mulierem non tange
re, ex quo concludit Hieron. ergo malum
eſt eam tangere. Ad hoc eſt exemplum de
heremita, qui cūduceret matrem per uadū
inuoluit manū pānis, ne caro nuda nudā
matris carnem tangeret, propter ea qui il-
lum actum malum aliquādo expertus eſt,
multum eas fugere debet, ſicut ſtipes ſub-
tractus ab incendio multum elongandus
eſt ab igne, quia faciliter ſuccenditur. Ca-
tus non diu ſtat iuxta ignem quin pellis
eius comburatur. Amos. 4. Facti eſtis ſicut
torris raptus de incendio. Qui enim por
tat ignem ſtipulam, multum cauet ne ſibi
inuicem approximentur. Helyſeus enim
non fuit ita familiaris hoſpitæ ſuæ quę
eū ſæpe alebat, ꝙ cognoſceret nomē eius,
ſed 4. Reg. 4. Voca inquit Sunamitē hanc.
Sunt etiam earum colloquia uitanda. Sy
renæ cantu ſuo decipiunt nautas, & ſicut
per fumum qui exit cognoſcitur quantitas
ignis qui eſt in domo, ſic per uerba mulie-
ris comprehendit eius pudicitia, uel impu
dicitia. Secundo fugiendæ ſunt occaſio-
nes, ut non frequentet homo illa quæ poſ
ſunt eſſe materia huius tētationis, ut ſunt
incentiua libidinis, & allicientia ad libidi
nem, ut lęnones. Papilio qui in ſplendo-
re lampadis delectatur, non comburere-
tur, nec in lampade mergeretur, niſi fre-
quentando lampadem eidem approxima-
retur. Balena incaute littori appropians
mari ſubitò recedente, ideſt gratia Dei, &
honeſtate uitæ ibidem ſiſtit, & piſcatorum
illic inſidiantium parti cœdit, Vnde Vale
rius. libr. 7. dicit ꝙ Maximi Fabij contra
Hannibalem ualidiſſima dimicatio fuga
fuit. Nam & cæteri duces in bello campe-

*G. Caro. Quia fugienda ſunt conſortia mulierū cū occaſionibus.*





ſtri ſe offerentes contra Hannibalem, in
confuſionem Romanorum uicti ſunt. So-
lus ille dux cūctando reſtituit rem, pro-
pter quod & Fabius Maximus appellatus
eſt. Fugiendæ igitur ſunt opportunita-
tes, quibus itur ad laſciuiam carnis uelut
pontes, & planchæ quibus ad caſtrum eſt
acceſſus, nec uiam planam habeant, ſed ue
lut vallum difficultatis inueniāt, quod im
pleatur aqua lachrymarum. Hæc ſunt lo
ca delectabilia, & uicina, & ocia. de qui-
bus. Ouidius. Ocia ſi tollas &c. & hæc ten
tatio uocatur incurſus. Sicut enim incur
ſus fit ad murum accedendo, ſic hęc ten-
tatio muro corporis approximando & nō
fugiendo. Tertia tentatione pugnat diabo
lus contra nos duabus manibus. Vna quam
bonos de ſuis bonis operibus gloriantes
tentat immittendo elationem. Augu. Su-
perbia inſidiatur bonis operibus, ut pereāt
Alia contra malos ducendo eos in deſpera
tionem propter ſua mala opera? Ephe. 4.
Deſperantes ſemetipſos tradiderunt impu
dicitiæ in operationem immundicię, ſed
contra talem hoſtem pugnandum eſt reſi-
ſtendo. Iaco. 4. Reſiſtite diabolo & fugiet
a uobis. Et 1. Pet. 5. Cui reſiſtite fortes in
fide. Propter quod contra eum oportet
habere arma inuaſiua. Pſ. Protector meus
& cornu ſalutis meæ. Cornua data ſunt
animalibus tanquam arma, non ſolum qui
bus ſe protegant ſed quibus inuadāt, ideo
Chriſtus eſt cornu noſtrum, quia per ip-
ſius fidem & gratiam ſpiritus malignos in
uadimus. Luc. 1. Erexit cornu ſalutis no-
bis, ubi non niſi de uno cornu mentionem
facit, quia ſm Phi. 13. de aīalibus. Quan-
do animal habet tantum unū cornu, illud
eſt in medio capitis. ut patet in unicor-
ne, ſic Chriſtum unicum cornu noſtrum
in medio mentis ſemper habere debemus,
ut poſſumus dicere cum Pſal. Exaltabitur
ſicut unicornis cornu meum. Qui autem
habet illud cornu ſic ſituatum, optimè mu
nitus eſt, ut hoſtem minus habeat timere.
Dicit Vegetius. lib. 1. Neceſſe eſt dimican
di maiorem ſumat audaciam, qui munito
capite non timet uulnus. Qui uero Chri-
ſtum habet in mente, ſatis munitus eſt in
capite. Sic cornutus & munitus erat Moy
ſes. de quo Exod. 24. Cornuta erat facies
Moyſi ex cōſortio ſermonis domini, ideſt
Chriſti, qui eſt uerbum Dei. Pſal. In te ini

*H. Tentatio. Quia contra diabolū pugnādū eſt uiriliter reſiſtendo.*

*I. Cornu. Quia uno cornu pugnādū eſt cōtra diabolum.*

micos noſtros uentilabimus cornu. Et no
tanter dicit cornu ſalutis, quia quędā ſunt
cornua magis impeditiua ſalutis quā con-
ferentia. Dicit Philo. 13. de animalibus,
ꝙ quædam animalia non habent magnum
iuuamentum a cornibus ſuis, quia magni-
tudo corporis & multiplicatio ramificatio
nis ſuorum cornuum eſt propinquior ſuo
nocumento quam iuuamento. & huiuſmō
ſunt cerui. Hinc Albertus. 12. de animali-
bus dicit ꝙ cornua cerui magis ſunt purga
menta quam iuuamēta, & propter hoc eii-
cit ceruus ſua cornua. Sic potentes ſæculi
cornua habent magna, ſcilicet poteſtatem
in mundo. Ezech. 24. Cornibus noſtris uē
tilabimus omnia infirmiora pecora, ſed
iſta cornua non ſunt adiuuamenta ſalutis,
ſed potius impedimenta, quia multitudo
ramificationis eſt eis nociua. A fructu ꝗp-
pe frumenti, uini, & olei ſui, multiplicati
ſunt, & ideo iſta cornua tāquam quædam
purgamenta & ſuperflua reiicienda ſunt,
ideſt contemnenda. Fortitudo leonis præ
cipue eſt in anteriori parte, uis eius ſumma
eſt in pectore, firmitas eius in capite præci
pua. Sic diaboli fortitudo, ſi habeat re-
ſiſtentiam in principio tentationis, infir-
matur. Nam ſi ſibi reſiſtatur toto conami
ne, quanto diutius impugnat, tanto infir-
mior eſt. Chriſoſt. ſuper illo Matth. Neſci
tis ſcripturas neque ueritatem Dei. grauis
operatio inimici talis eſt. In primis om-
nis eſt, & fere intolerabilis impetus e-
ius, quem qui forti animo ſuſtinuerit,
in ſecundo inueniet eum infirmiorem.
Accidit (ut inquit Alexan. de hales) dia-
bolo ſicut cœco qui primo tentat baculo
utrum inueniat uiam per quam poſſit ince
dere, & poſtquam inuenerit quaſi incedit
ſecure, ſic diabolus primo tentat hominē,
& ſi inueniant eum fortem ad reſiſtendū
blandè conatur & paulatim, & ſi tunc uiā
paratā inueniat, quaſi uiolentus pulſat. Pri
mò quidem turbat hominem inducens ad
hoc ſi poſſit ut dubitet utrum faciat pecca
tum, de quo certus eſſe deberet, ꝙ non eſ
ſet faciendum, ſed longè proiiciendum, &
per dubitationem dat locum diabolo, &
ſperabit diabolus quod perſuadebit. Si
cut uetula conſiliatrix ſtupri quando hoc
patienter & libenter auditur a puella bene
ſperat & confidit, & tunc ſecundo ingerēs
ſuauia demulcet ut tandem, capiat & in-

*K. Tentatio. Quia principio tentationis diaboli principaliter reſiſtendū eſt.*

*L. Tentatio. Qūo diabolus tentando ante conſenſum turbat hominem.*

ducat ad conſenſum. Prouerb. 16. Vir iniquus lactat amicum ſuum, & ducit eum per uiam non bonam. Et tertio inductum ad conſenſum per iterationem & conſuetudinem excecat, quando incipit placere peccatum, ita ut mulierem ſanctam, pulchram, & honeſtam non curet, ſed inhoneſte, & turpi adhæreat. Hęc tria tanguntur in illo uerſu. Pſalm. Cor meum conturbatum eſt in me per dubium. Defecit uirtus mea, in conſentiendo, & non reſiſtendo. Et lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum, per excecationē. Talis proceſſus fuit in tentatione primorum parentum. Primò, dubitabat Eua dicens ne forte moriamur. Secundo Adam conſenſit, ubi defuit uirtus. Tertiò, aperti ſunt oculi amborũ ubi pariter excecati ſunt. Similiter hoc apparuit in Sampſone, qui primò dubitauit antequam Dalidæ manifeſtaret ſecretum ſuum antequam cogeretur per eam. Secundò, crinibus abſciſſis uirtutem amiſit, Tertiò, a Philiſtæis excęcatus eſt, propterea ſi nolit homo reſiſtere & pugnare cum dæmone, ſtatim eum dęmon ſuperat & occidit. Phil. 8. de animalibus. Lupus, inquit, porcum inuadit & occidit, ſed ſi porcus ſit fortis & uelit pugnare, lupus fugit. Non enim poteſt dæmon a ſeipſo aliquid agere niſi occaſionem a nobis acceperit. Pſal. Captio quam abſcōdit apprehēdat eum, quia cũ hominem ſupplantare ſtudeant, dum reſiſtit, homo ipſemet ſupplantatur. Eſt enim tentatio eius ſicut ſagitta quæ emiſſa contra incudem non intrat, ſed reuertitur ad mittentem, miſſa autem in terram, uel lignũ, uel lutum citò intrat. Sic qui uiriliter reſiſtit ſicut incus, non lęditur a tentatione, ſed magis lædit diabolum, in eum uero qui conſentit cito intrant, & vulnerat: Vrſus enim habet debile caput, in quo ſi fortiter percutitur ſtatim moritur, aut fugatur, ſic diabolicæ tentationis principium debile eſt. Serpentis enim inuenitur caput & cauda. Suggeſtio caput eſt, completio operis cauda. Si conteritur caput ſerpentis, non uiuit cauda. Vnde Gregorius in moral. ſuper illo ſtringit caudam ſuam quaſi cedrum. Succiſa cedrus in lapidem dureſcit, caudam uero quaſi cedrũ ſtringit, quia ſi caput eius quod eſt blanda ſuggeſtio, ſemel in corde recipitur, deinceps eidē cordi quaſi iure dominatur, & uiolenta conſuetudinē pœnæ inſolubiliter innōdatur. Hic eſt, ꝙ nonnulli peccata ſua fugere ſatagunt, ſed euadere, hęc etiam decertantes nequeunt, quia tanto plus ignis ſuaſionis ſemel receptus incēdit, quanto ſe ei ad conſentiendum molliorem quiſque tunc præbuerit, & ideo hęc tentatio uocatur dęmonium meridianum, quia manifeſtè, & quaſi in meridie dæmon inuadit cum peccator diſſentiendo non reſiſtit. De his autem tribus tentationibus ultimis dicitur. Eccl. 25. Tres ſpecies odiuit anima mea, & aggrauor ualde animæ illorum. Pauperem ſuperbum, ideſt mundum. Hiere. 4. Aſpexi terram, & ecce uacua erat & nihili. Diuitem mendacem, ideſt carnem cum ſit pauperima in ingreſſu, in ꝓgreſſu, & egreſſu. Hiero. Solus uenter ueridicus eſt, omnia enim clamat eſſe ſtercora. Et ſenem fatuum, ideſt diabolum ſerpentem antiquum cuius fatuitas in ſuæ p̃cipitationis cauſa patuit, & adhuc patet in nr̃a infeſtatione.

*Sermo 6. eadem dominica 1. & in ordine 14.*

A
*Tentatio. Q̃uo tẽtatio comparatur aquarũ inũdationi.*

D*Vctus eſt dominus* Ieſus *a ſpiritu in deſertum* &c. Matth. 4. Proceſſus tentationis nulli melius cōparatur quàm aquarum inundationi, quia paruuli propter refrigerium contra æſtum multum delectantur in balneatione aquæ frigidæ fluuialis, cuius neſciunt profunditatem, & minus ſibi pręcauentes naufragio ſæpe periclitantur. Vnde ſuper hoc a matribus debet eis diligēs cuſtodia adhiberi. Sic paruuli peccatores dum primis tentationum motibus & ęſtibus agitantur, ſunt diligenter cuſtodiendi ne tentationum inualeſcentia immergantur, quod ſit quando ad conſumationem peccati pertrahuntur. Hi ſunt, de quibus præcepit Pharao. Exo. 1. Quicquid maſculini ſexus natum fuerit, in flumen proiicite. Hos ratio quaſi mater & pedagogus debet ſolicite cuſtodire, ne ſe tales in flumen concupiſcentiæ immergant, forſitan eis ſubuenire ſero coronabitur cum cœperint naufragari &c. Sic dominus omnium tentationum ſuarum principiis finē fecit. Sed conſtat ꝙ cum quis iuuat naufragio periclitantem ꝙ ab eo trahatur, & cum eo periclitetur, ſic quando ratio non præuenit ſenſualitatem, dum ſero eam reprimere nititur, potius ab ea trahitur. Iacob. 1. Vnuſquiſq; teneatur a concupiſcentia



tia ſua abſtractus & illectus. Secũdo hm̃oi proceſſus comparatur inundationi, quia ſicut ſtultus non præcauens profunditatem aquæ primũ intingit pede uſque ad talos. Scd̃ò, ſtultè confidens procedit uſque ad umbilicum. Tertiò, uſque ad medium colli. Quartò, uſque ad nares, & oculos, & ſic inopinanter mergitur. Quintò, uſq; ad frōtē. Sextò, ex toto immergitur. Primum em̃ eſt pedis intinctio, q̃n quis cogitat malũ. Secundò, in aquis concupiſcentię uſq; ad umbilicum deſcenditur, dum de cogitatione uſque ad delectationē peruenitur, quæ per lumbos, & umbilicum deſignatur. Iob 44. Fortitudo eius in lumbis eius, & uirtus eius in umbilico uentris illius. Tertiò, uſque ad medium colli demergitur q̃n iã de concupiſcentia procuranda confabulatur, quia uox per collum intelligitur. Eſa. 33. Spiritus eius uelut torrens inundans uſq; ad mediũ colli. Quartò, uſq; ad nares & oculos immergitur, q̃n nec fœtor peccati præſentatur, nec Dei iudiciũ formidat, & ſic oculis ſuis pct̃ōr uelut Olofernes capitur, & ſenes presbyteri in Suſanna. Quinto, uſq; ad frontē mergitur, cum pct̃m manifeſtè facere, uel iterare nō confunditur. Hiere. 13. Frons meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Sextò, aquæ caput ſupergrediuntur, q̃n per conſuetudinē pct̃ōrum inuoluitur, & undequaq; inũdãt fluũt & refluunt ſuꝑ caput, & ſic naufragatur ex toto. Nã multotiens antea immergit̃ pct̃ōr & tñ nondum periit, quia dr̃ ꝙ tertia uice immerſus periclitatur, ſcilicet poſt delectationē & conſenſum uſq; ad conſuetudinē, de qua inũdatione. Tren. 3. Inundauerunt aquę ſuper caput meũ, dixi perij, a qua inũdatione nos diligēter cuſtodiat mr̃ noſtra Maria, ad eã recurramus dicentes Aue.

B
*Tentatio A quo ſpiritu ductus eſt Ieſus in deſertum*

Primo itaque iuxta thema, dicemus a quo ſpiritu ductus eſt Ieſus in deſertũ. Secũdo, unñ in deſerto accepit diabolus occaſionem tentandi. Tertio qualiter in tentatione proceſſit. Quarto qũo non cognouit dñm eſſe filiũ Dei ex ieiunio tali ac tanto, ſupra humanæ naturæ conditionem perfecto & cōſummato. Ad primum quæſitum ſcilicet a quo ſpiritu ductus eſt in deſertũ dñs. Rñ. ꝙ multiplex eſt ſpiritus. Quidã eſt ſpiritus iniquitatis qui ducit per uiã ſuperbiæ in montē honoris, ut inde prȩcipitet in infernũ. de quo. Eph. 6. Eſt nobis colluctatio aduerſus ſpũalia nequitiæ. Vñ nō omni ſpiritui credendũ eſt, ſed faciēda eſt diſcretio ſpirituũ. Scd̃s ſpiritus dr̃ ſpiritus carnis, qui ducit hoĩem per uiã non bonã ad modũ latronis qui ſe aſſociat tranſeuntibus quærēs ab illis quo uadãt, & illis rñdētibus illuc, latro dicit, bene noui uiam, eamus ꝑ iter illud, & cũ uenerint in ꝓfundũ ſilue latro tradit eos in manibus inimicorũ, qui eos ſpoliãt, & uulnerãt, & interficiunt. Sic caro aſſociat ſpũm, & quaſi conductũ promittit ei, q̃n ſub uelamine ſeruiēdi Deo ſuggerit uoluptates & delicias dicens, ſi nō utaris his non poſſes ita fortiter laborare, nec ſeruire Deo, accipe recreationes, & ſic vr̃ ei oſtendere uiã per q̃ poſſit ambulare, & poſtea exponit eũ inimicis ꝑ cōſenſum & opus peccati, ideo dr̃. Eccl. 18. Poſt concupiſcentias tuas non eas, & ſequitur, ꝙ ſi præſtes animæ tuæ concupiſcentias ſuas, facient te in gaudium inimicis tuis. Tertius eſt ſpiritus mundi, qui ducit per uiã auaritiæ, quam multi ſequũtur cani trutãno ſimiles, cui cum quis applaudit ſtatim ſequitur eum dimittens dñm ſuũ. de quo Prouerb. 16. Vir iniquus lactat amicũ ſuũ. ſ. promiſſionibus, & ducit eum per uiam non bonam. Quartus eſt ſpiritus ueritatis, qui replet orbem terrarum. A ſuggeſtionibus autem horum ſpirituũ cognoſcetis eos. Spũs iniquitatis ſuggerit mortifera ſpũs mũdi uana, ſpiritus carnis ſuauia, ſpiritus ueritatis impoſſibilia. Aſſerit enim, ꝙ hominem Deum faciet, & ꝙ corpus licet incineratum reficiet, & alia multa, quæ non credenti uident̃ impoſſibilia, ideo huic ſpiritui credendum eſt per quem ductus eſt Ieſus in deſertum & non per alium.

C
*Tentatio. Quinq; occaſiones tentandi Chriſtum & nos.*

Ad ſecundum quęſitum dicitur, ꝙ quinque occaſiones habuit diabolus tentandi Chriſtum, quæ quotidie in nobis dant ipſi occaſionem. Prima occaſio fuit ocioſitas quã putauit in Chriſto. Videbat em̃ eum in deſerto per 40. dies nihil ibi operantē. niſi forte orantem, & contemplantem, nec ſciebat eum literas ſcire, cum expertus eſſet ipſum ſcholas non coluiſſe, ideo ad eũ fiducialius acceſſit Gregor. Cum ocioſam animam callidus tentator inuenit, ad eam quaſi occaſionibus allocuturus aduenit. Poeta. Res age. tutus eris. Matth. 12. Intrat ſpititus immundus in do-

*D Ocioſitas. Ab ocio capit diabolus occaſionem tentandi*

mum uacantem. Ad hoc eſt exemplum de fratre qui ad oſtium alterius fratris uidebat dęmonẽ quãdoq; muſitantẽ, quãdoq; intrantẽ. ſ. dum ocioſus erat. Scd'a occaſio fuit ſolitudo. Ad ſingulare eñ certamẽ ꝑuocat diabolus. Scit eñ ꝙ homo ſolus nõ poteſt reſiſtere. Eccleſiaſt. 4. Væ ſoli, quia cum ceciderit non habet ſubleuantem ſe. Eccle. 8. Cum audace nõ eas in deſertum. Primus homo in ſolitudine fuit gratuitis ſpoliatus, & uulneratus in naturalibus, ideo facti ſunt conuẽtus hominum, ut ſoli non congrediantur, quia eos timet diabolus tanquã aciẽ ordinatã. Vnde dicit Deus. Nõ eſt bonum eſſe hoĩem ſolũ. Solitudo enim aſſidua difficilis eſt & periculoſa, tam ꝑꝑ ocium uacationis mentis, tum ꝑꝑ periculum tentationis. Aliquando tñ bona eſt cauſa orationis, lectionis, & ſanctæ meditationis. Sctã enim animalia poſt quam uolauerant ſummittebant alas ſuas, quia poſt ſolitudinem neceſſe eſt deſcendere ad ſolicitudinem, & poſt uolatum cõtemplatiue ad deſcenſum & operationem actiuè. Chriſtus aũt ſolitudinẽ aggreſſus eſt, quia ſolus ille, ſolus congredi põt, ẜm eñ Bern. omnẽ hominẽ qui ex duobus ſolũ conſtitutus eſt, diabolus confregit quaſi uas luteũ, in ſolũ Chriſtũ, qui tria continet, corpus, animã, & diuinitatẽ nihil potuit malleus uniuerſæ terræ. Nihilominus Chriſtũ ad pugnã traxit, uolens ei facere ẜm cautelã luctæ britonum, qui eleuant hominem ſurſum, ut turpius & periculoſius ruat. Eleuauit eñ eum uſque ad pinnam templi & in montem excelſum ut eũ deiiceret.

*E Solitudo. Quis ſolitu lo periculoſa eſt.*

*F Pœnitentia. Quis emolitio aſperitatis eſt occaſio tẽtationis.*

Tertia occaſio fuit emolitio aſperitatis aſſuetæ, & boni ꝓpoſiti imminẽs fractio, quam exiſtimabat in eo diabolus facilè fieri, uidens ꝙ ualde eſuriret, & ꝙ bonę complexionis eſſet, ideo credidit facile ipſum emolliri. Vnde propter hoc ait tentando, dic ut lapides iſti panes fiant: q. d. dura tibi mollifica, & aſpera relaxa. Hoſtes quando uident aliquam fracturam in muro caſtri, per illam ingredi molliuntur. Non enim audet diabolus aggredi homines duros & aſperos per pœnitentiã, ſicut nec Ioannem Baptiſtam nõ mollibus, ſed pillis camelorum ueſtitum, ſed benè molles & diſſolutos. Duricia cutis multum ualet ad ſuſtinendum ictus & portandum arma: mollicies uerò carnis nihil ad bellum utilis eſt, & ſicut non eſt lignum ita durum quin uermis licet mollis penetret, ſic nec cor hominis tam perfectum & forte, quin aliqñ delectatio ipſum emolliat, immo ſępe accidit ꝙ minus fortis uincit ſe fortiorem, & artis pugnæ peritiorẽ, ut ſi fortem poſuerimus ſuper pauimentũ lubricum, minus autem fortem ſuper ſtabilem locũ, fortior leui impulſu cadet, & ſic uincetur ubi minus fortis ſtabit & uincet. Sic multi ſunt in pugna ſpeculatiui, & docti, & ſcioli ſe exiſtimantes fortes, ſed cum ſint in lubrico mundi ſi paululum laxauerint habenas, facile uincuntur, ubi debilior ſtabit in loco ſolido.

*G Cõſtãtia. Quo inſtabilitas hominis dat diabolo tentandi occaſionem*

Quarta occaſio fuit inæſtimata inſtabilitas & motuum exteriorum leuitas, per quas iudicatur de exteriori animi leuitate. Quando enim diabolus uidit, ꝙ dominus ſe patienter de deſerto in ciuitatem ſanctam permiſit transferri non reſiſtendo, tunc fiduciã accepit de magis tentando eũ. Sic in puellis uagabundis, quæ de deſerto domus in publicam plateam procedũt, ſic monachi de clauſtro in mundum, ſic homines de loco in locum, per hoc enim cognoſcit ꝙ leuiter poterit hominem ad malum inclinare. ſi homo eſt leuis, quia cum diabolus ſit uentus qui irruit a regione deſerti, citò leuabit leuia. Exod. 10. Ventus urens leuabit locuſtas. Pſ. Sicut puluis quem proiicit uentus a facie terræ. Iterum leues rapit, & per naturæ leuitatem dicta, uel facta cognoſcit leuia. Orige. ſuper Iob. Circuiui terram tãquam ſpiritus uolans, & ea quæ dicuntur uoce extra audiens, uel quæ in operibus fiunt cuncta ſciens & uidens. ea uero quæ in corde ſunt tractans ut neſciens. Sctã ſincletice dixit. Sicut gallina fouens oua & incubans ſuper ea, ſi frequẽter mutet locũ & ſurgat ab eis, putrida ea facit, ſic monachus uel uirgo de loco ad locum tranſeundo. Diabolus enim eſt uenator circuiens & perambulãs ſiluam mũdi, & homo comparatione eius dũ capitur, beſtia dr̃. Ber. Quid ſuperbis o homo, quid te ſciolũ iactas? Vide quia beſtia factus es cui laquei pręparantur. Hic uenatoris exẽplo locũ & tẽpus conſiderat, ibi eñ tendit laqueos & rhetia, ubi nouit multitudinem & frequẽtiã ferarũ. Oui. Scit bene uenator ceruis ubi rethia figat. Et qua frondoſa ualle moratur aper. Scit eñ diabolus

loca



loca ubi melius poſſit uenari præterit tuguria pauperum, carceres captiuorum, nõ ceſſat circuire palatia regum, cathedras epiſcoporum, conuenticula capitulorum, nundinas mercatorum.

*H Religio. Quis diabolus magis inuadit religioſiores.*

Quinta occaſio fuit religioſitas Chriſti. Religioſiores ei quaſi principes militiæ Chriſti plus inuadit diabolus. Venator enim beſtias macilẽtas, & quæ non ſunt temporaneæ nõ libenter uenaẽ, ſed pingues & obeſas, ſic uiros ſpirituales uirtutibus plenos Abac. 1. Incraſſata eſt ꝑs eius, & electus cibus illius. Fortius enim eos tẽtat, ne per humilitatẽ ad id perueniant, unde deſcẽdit per ſuperbiã qđ uidit Antonius qui in raptu uidit dæmonẽ terribilẽ habentẽ caput uſq; ad nubes, & quoſdam uolare nitentes ad cœlos quãtũ poterat impediebat quoſdã manibus retrahebat, quoſdã ad terrã manibus collidebat, ad quoſdam uero nihil poterat, ſed ſuperuolabant. Vñ & dñs poſt baptiſmũ tentatus eſt, & poſt conuerſionẽ ad Deũ grauiores inſurgũt tentationes. Eccl. 2. Fili accedens ad ſeruitutẽ Dei pręparã aĩam tuam ad tentationẽ. Hinc eſt, ꝙ poſt tranſitũ maris rubri filiis iſrael occurerẽt Amalechitæ & ſerpentes.

*I Tentatio. Quis diabolus tripliciter inuadit mẽbra Chriſti.*

Pro tertio quæſito ſciendũ eſt, ꝙ ẜm caput mẽbra diſponuntur, ideo ẜm tentationẽ capitis ſumit diabolus modũ tẽtãdi membra Chriſti, & ecõtra. & ideo ſicut in eccleſia a principio uſq; nunc, diabolus eſt uſus triplici inſtrumẽto cõtra mẽbra Chriſti. ſ. perſecutione, errore, & cupiditate, ſic & contra Chriſtũ caput eius. Primo uſus eſt perſecutione in ſanctos Dei, ut eos per impatientiam deiiceret, ſic fecit Chriſto dicẽs. dic ut lapides iſti panes fiant. i. fac ut perſecutionũ duricies a ſanctis tuis comedatur ut panis. Lapides eñ deuorari nequeunt, ſed dũ panes fiũt deuorari poſſunt. Sic deſiderabat diabolus, ut oẽs fierent agni, & ſic multi lupi comederent eos ſicut oẽs comedũt panẽ. Pſ. Qui deuorant plebẽ meã ſicut eſcã panis, ſed nõ præualuit diabolus, quia filij Iſrael quãto opprimebanẽ, tãto magis multiplicabanẽ. Scđo, uſus eſt diabolus cõtra eccleſiã errore, qñ cõtra eã ſuſcitauit hæreticos, ſicut cũ dñm de pĩna ꝓiicit deorſum procurauit. i. de ſuprema ueritate doctrinæ in errorẽ præcipitari, cõtra q̃ nõ præualuit, quia dñs ſuſcitauit aduerſus tales errores eximios doctores. Alber. 8. de animalibus dicit, ꝙ eſt ſpẽs quędam aquilæ, quæ dũ comedit carnes, oſſa corroſa ducit in altũ ut cadentia ſupra ſaxũ frangat, & ſic medullã comedat. Sic diabolus de pctõ carnis inferiores tẽtat, ſed ut fortiores ſibi incorporet (qui uidenẽ quaſi oſſa) ſurſum ꝑ ſuperbiã eleuat ut cadant turpiter, & ſic eorũ medullã. i. totã mẽtis attentionẽ ad ſe trahat, ſicut & Chriſtũ tẽtare uoluit. Tertiò nũc utitur cupiditate, ita ꝙ literati uiri & paſtores & quicquid maſculini ſexus eſt, a Pharaone in flumen cupiditatis proiiciaẽ. Voluit ſic uti contra dñm dicẽs, hæc oĩa tibi dabo, ſed dñs illud cõmerciũ nõ recepit. Legiſperitus eñ nõ de facili inducit ad illegitimũ cõtractũ. Scit quippe ꝙ malę fidei poſſeſſor eſt, qui contra legis interdicta mercatur, iõ cũ offerẽ ei uenale aliquod illicitũ ſciens ꝙ datum iure amitteret, uel acceptũ male poſſideret, repellit cõtractũ. Hinc dñs diabolo ſibi pollicẽti oĩa regna mũdi ſi adoraret eũ per legẽ rñdit, dñm Deũ tuum adorabis. Sciebat eñ ꝙ nec ſuũ erat uẽdere, nec licitũ erat aliquid diaboli adoratione cõparare. Vñ Adam legẽ oblitus oẽm poſteritatem pro uno pomo in ſeruitutẽ uendidit, quod commercium pueri fuit.

*K Ieiuniũ. Quia quinque modis poteſt quis diu ieiunare.*

Ad quarto quæſitũ. ſ. qũo potuit dñs tã lõgo tp̃e ieiunare, & a cibo abſtinere. Hoc eñ non vr̃ arguere ueritatẽ humanæ naturæ. Rñ. Homo põt quinq; modis diu abſq; comedẽdo ieiunare. Primo ꝑꝑ malitiam cõplexionis, qa calor ualde debilis eſt in ſtomacho, & multus cibus aſſumptus q a tam paruo calore nõ põt cito digeri. Hoc patet in glire qui ꝑ totã hyemẽ nõ comedit, habet eñ (ut dicit Oreſmus) debilẽ in ſtomacho calorẽ, ꝑꝑ quod diu moraẽ in ſtomacho cibus ſumptus priuſquã digeratur. Et hoc mõ homines malę cõplexionis (ut dicit idẽ doctor) quãdoq; per multum tp̃s poſſunt durare abſq; cibi ſumptione, & hoc mõ Chr̃s non tã diu ieiunauit cũ eẽt optimè cõplexionatus. Scđo hoc põt fieri ꝑ alimenti uirtutẽ, quæ põt eſſe tãta, ꝙ hõ ex eo comedẽs longo tempore uiuat. Videmus eñ aliquos piſces eſſe fortioris digeſtionis q̃ ſint alij, & diutius in ſtomaco morari, ſicut dicit ſcriptura de fructu ligni uitæ poſt cuius comeſtionem poterat homo diutius uiuere abſque comedendo, & ſic potuit Helyas abſque alimenti no-

 ua

ua ſumptione.40.diebus ieiunare in fortitudine cibi illius.ſ.panis ſubcinericij, qui ab angelo ſibi præparatus fuerat,iuxta illud.3.Reg.19.Et ambulabit in fortitudine cibi illius 40.diebus & 40.noctibus uſque ad mõtem Dei Oreb,nec hoc modo Chr̃s ſic ieiunauit.Nõ eñ leguntur angeli miniſtraſſe ei niſi poſt ieiunium.Tertio ita põt fieri ꝙ aĩa eſt ita intenta cibo ſuperno, & in contemplatione diuinorum ſic rapta, ut ſuſpẽdantur uires inferiores motiuę,& nutritiuæ, ſicut cum quis uehementer ad aliquid cogitat ſuſpenditur uiſus,ita ut trãſeuntes apertis oculis non uideat, ſic multi ſancti uiri leguntur ita diu ſtetiſſe. Sic Moyſes intentus cibo animæ ieiunauit cibo corporis 40. diebus, & 40. noctibus in mõte corã dño.Quarto ſm Richar.in quadã expoſitione textus ſententiarũ.3. diſt. 2.dicentẽ ꝙ ſumptio alimenti eſt pp reſtaurationẽ deperditi, & ſic potuit tandiu ieiunare nõ accipiendo cibũ pp nullã uel modicã in illo tpe humidi radicalis deperditionẽ & ſic ſicut ſumptio cibi fuit hominis,ſic talis cõſeruatio fuit opus deitatis,& hoc patet in gladio ignito, q cauſat uulnus uſtũ. Ignis eñ urit,& gladius uulnerat,ſic deitas conſeruabat,& humanitas nutriebat. Quinto põt intelligi ꝙ omnis humana creatura tantũdẽ debuit obedientiæ humanitati Chr̃i quantũ debuit Adæ ante pctm̃,ideo ſua caro debuit animę omnẽ obedientiã,& ſic potuit rõ imperare calori ut per 40. dies nihilum uel modicum ageret,uel imperare ſenſualitati ꝙ per tm̃ tps non appeteret cibum,niſi in fine illius tpis cum poſtea eſuriit. His tribus modis potuit ieiunare Chr̃s. Dr̃ ſecundo ꝙ derelictus ſuæ naturæ ſtatim eſuriit,immo rõne iubente non ſolũ cibum corporalẽ, ſed animarũ ſalutẽ, qui ardenter eſurit nullũ genus panis reſpuit. ſic Chr̃s nullũ pctorẽ iuuenẽ aut ſenem,diuitem aut pauperem, homicidã aut latronẽ reſpuit.magnã eſuriem patit̃ oſtiatim quærens. Apoc.3. Ego ſto ad oſtium & pulſo. Faciamus ergo ei cœnam de diuerſis ferculis, ideſt de diuerſis peccatis, nemo ſe poterit excuſare quin in ſe ſatis habeat unde fercula ei miniſtret. Eſuriat ergo hac ſancta,eſurie confeſſor degluttiens iſta peccata & bene maſticans & digerens, ut nihil eorum penitus in ſtomacho peccatorum remaneat quin in ſuo prudenter digerat.

*L Eſuries. Quõ Chriſtus eſuriuit ſalutem animarum.*

Sed circa hoc quærere quis poſſet, quare non tentauit diabolus Chriſtum de luxuria ſicut de gula, cum primum hominem de ea tentauerit quando ſenſit carnis motus & pugnam in membris uerecundis quæ tũc abſcondit, ſimiliter & uiros pfectos ut Dauid, & Salomonem per eam deiecerit? Dicitur primò, ꝙ nunquam diabolus laqueos tentationis immittit, niſi ſtatui tentatæ perſonæ conuenientes. Pſa. In uia hac qua ambulabam abſconderunt ſuperbi laqueum mihi. Non enim auceps laqueum ponit niſi in loco ubi ſcit conuenire & frequentare aues, propter quod dicitur communiter ꝙ diabolus nouem genuit filias, ut ex eis haberet generos quos ſuæ hæreditatis faceret eſſe participes. Acceperat itaque in uxorem iniquitatem ex qua ſymoniam primogenitam genuit, quã maritauit clericis & prælatis. Secunda fuit proprietas quam religioſis uxorem dedit, quę nullo pacto ab eis ſeparari poteſt. Tertiam, ſcilicet rapinam, militibus & propoſitis dedit. Quartã, ſcilicet uſurã, Burgeñ. Quintã dolũ, mercatoribus. Sextam ſacrilegium agricolis. Septimam falſum ſeruitium, garſionibus & famulis. Octauam ſuperbiam, potentibus. Nonam, ſcilicet luxuriam nulli ſpecialiter dedit, ſed omnibus expoſuit. Sic ergo ſecundum conditionem ſtatus laqueos immittit. Secundo dicitur, quòd diabolus ideo primum hominem tentauit de luxuria, quia cum iam deiecerat, peccatum autem eſt pœna peccati, nec præuidebat laqueos multiplices, qđ uidẽs diabolus ſecurè poſuit in eis obicẽ ſicut fecit in Dauid & Salomonem, ſed qa Chriſtum non deiecit & ſolum uidit eum ad ſuperna & in ſupernis delectari, ſola uitia quæ hominẽ uidẽtur exaltare ſuis oculis anteposuit. Fruſtra autem iacitur rethe ante oculos pennatorum.

*M Tentatio. Quare diabolus Chriſtum nõ tẽtauit de luxuria, ſicut de gula.*

*N Tentatio Quia iuxta ſtatũ perſonæ laqueos ponit diabolus.*

*Eadem dominica 1. Sermo 7. & in ordine 25. per Thema prædictum.*

*Ductus eſt Ieſus &c.*

Tentatio qua Chr̃s tẽtatus ẽ uix melius cõparari põt q̃ uenationi accipitris. Cũ eñ uenat̃ accipiter quatuor facit. Primo iſi diat̃ aui, ſic diabolus iuſto Pſ. Sedet in inſidiis cũ diuitibus in occultis, ſic cõſiderauit

*A Tentatio. Quia uenationi accipitris cõparatur tentatio Chriſti.*





ſeruum Dei Iob cum inſidiaretur ei. ſic & dominum Chriſtum cum uidit eum eſuriẽtem. Secũdo, quia cum ipſa auis incipit in altum uolare, accipit deiicit eam in terrã, quia dum iuſtus incipit ad altam conuerſationem aſcendere, ad terrenorum amorẽ incipit eum deiicere, ſicut uoluit deiicere Chr̃um dicens, hæc omnia tibi dabo ſi &c. Vult enim diabolus hoc modo inhumare peccatorem. Pctõr eñ quodãmodo uiuus tumulat̃ ab eo, mortuus in anima, uiuens uita carnis ſupra quem diabolus quaſi tot palletas terrę proiicit, quot carnales & terrenas cogitationes immittit. & tandẽ poſt malarũ cogitationũ & affectionũ congeriẽ lapis ſuperponitur obſtinationis, cum per conſuetudinẽ induratur. Tren. 3. Lapſa eſt in lacũ uita mea, poſuerunt lapidem cõtra me. Tertio deiiciendo occidit p uanitatem quemadmodũ uoluit facere de Chriſto ſuper pinnã templi ponens eum, cui ſuggeſſit ut ſe præcipitando occideret. Quartò, ſicut carnibus auis ueſcit̃, ſic diabolus carnalibus operibus eius quem deiecerit delectatur. Sic uoluit in Chriſto, qñ eum ad gulam, & carnales uoluptates prouocare uoluit. Delectatur eñ diabolus in perditione iuſtorum, nulla aũt maior perditio aut deſtructio quam per flammã uoluptatis. Sicut eñ uoracitas flãmæ primo modicũ ſtratũ comburit, deinde ad trabes, poſtea ad tectum aſcendit. demũ de domo ad domũ trãſit, ſic modica ſcintilla uoluptatis primo carnẽ ſuccendit, deinde uoluntatem & rationẽ, & ad ultimũ de uno ad alterũ tranſit Eccl. 11. A ſcintilla una auget̃ ignis, Cõcupiſcentia eñ ignis eſt a quo fugere debemus, quia palea ſumus. Vt igitur nos a periculo illius flãmę eruat dominus ad m̃rem ñr̃am Mariã, quæ filios ſuos facilè tutari poterit ab igne, & aqua, orationẽ conuertemus dicentes Aue.

*B Tentatio Quæ ſit tentatio leuis & occulta.*

Quatuor ſunt tentationũ genera, q̃bus nos tẽtare ſolet diabolus, qui habentur in glo. ſuper illo. Nõ timebis a timore nocturno. Prima eſt leuis & occulta, quę quaſi cõminando & terrendo a bono inchoato retrahit, & hæc uocat̃ timor nocturnus. Suadet eñ diabolus homini ſcrupulos infinitos, reddẽs quandoq; cõſcientiã miro modo dubiã & arctã, ne quid boni audeat efficere, ut ẽt crebro ſe delinquere putet, ubi nihil mali eſt, & ut in ocium, uel in tædiũ, uel in deſperationẽ labat̃ homo, iudicans ſe eſſe dãnatũ & reprobũ, & ꝙ nullo pacto ualeat adimplere mãdata Dei, qđ eſt ſimile pueris q̃bus dr̃. cades cades, ut metu turbati impingantur & ruãt pręcipites. Sic & his hoſtis lapſum inculcat clamãs aſſiduo peccas peccas, ſine dubio dãnaberis, & hoc ut quietẽ conſcientiæ turbet. Sed ſunt ex oppoſito alij, qui ita conſcientiam habent largã, ꝙ pro nihilo reputãt peccare, nec uerent̃, nec inde pœnitẽt, & in talibus frequẽter agit hoſtis, ut cõſilia quærant a ſapientibus, ut eorũ pctã minus hẽant excuſationis, & maxime ab his qui minus ſana præbent cõſilia, ut pereãt, & qui dat, & qui accipit cõſiliũ, & quãdoq; nonnullos ſuadet paruipendere humanũ cõſiliũ, & propriæ prudentiæ inniti, uel a Deo p orationem expectare quid agere debeant, quaſi ſibi dicerent, tu in hac re te melius noſti, quàm quicunq; alius, tu melius ſcis facultatẽ tuã q̃ alter. Forſitã ad tibi taliter, uel taliter cõſulẽdũ impellit alterius ꝓpria utilitas uel honoris cupido, & hęc eſt periculoſa in deuotis, & maximè ingenio polentibus. Suadet ẽt aliquãdo hic timor nocturnus, ut q̇s ſua ſomnia ſtudioſe animaduertat, & his contra Dei & eccleſiæ p̃ceptũ & aliis innumeris ſuperſtitionibus fides adhibeatur, ut ſi uiderint canẽ uel leporẽ, uel audierint mane coruũ uel cornicẽ crocitantẽ, putẽt illa die ſibi euenire grã de infortuniũ, & ſi q̇d tale cõtingat aſcribũt illud talibus obuiationibus, & iſta ita impreſſa ſunt in cordibus eorũ q̃ uix auelli pñt, qa neq; ſapiẽtes audiũt, neq; eorũ dictis fidẽ p̃ſtare uolũt, qa talis ſunt opinionis ꝙ quicquid eis cõtigerit, huic demẽtiæ attribuãt. Ad impias eñ credulitates ſe conuertũt, ubi ad ſolũ Deũ recurrere deberẽt. Dicũt eñ tale qđ mali cõtigiſſe, qa canẽ uiderũt, tale qđ boni, quia lupũ, uel uulpẽ uiderũt. Tale malũ accidiſſe, quia ſalinũ euerſum eſt ſuper mẽſam, & tale bonũ cõtigiſſe, quia uinũ effuſum eſt ſup eã. Hæ ſunt melãcolicæ inſaniæ, quas neceſſe eſt maximè a iuuenibus abigere, qa hoc difficillimũ eſt ab eis erui ſi talia a teneris annis imbiberint. Et licet iſtę tẽtationes uideant̃ paruę, nõ tñ admittẽdæ. Riuuli cõiuncti fluuiũ faciũt, qui hominẽ demergit, & multa grana creſcũt in aceruũ. Eccl. 19. Qui ſpernit modica, paulatim decidet. Nõ eñ dedit Iudas Machabæus

bæus ſpacium hoſtibus ſuis ut intraret ter
ram ſuam, ſic ne nos expectare debemus
donec tentatio ueniat, ſed cum Ionatha
occaſiones, prout poſſumus, reſecemus. Si
mile in Iudith ſcribitur ꝙ timentes Holo
fernem præoccupauerunt anguſta mon-
tium. Spiritus eñ maligni regionem no-
ſtram intrãt, qñ in nobis tentationes oriũ
tur. Hæc autem tentatio ex puſillanimita-
tate procedit, qua quis ictibus tentationũ
cedit, ex qua ſequit̃ tẽpeſtas & inquietudo
cõſciẽtię, quas deſiderabat a ſe repelli Pſ.
dicens. Expectabam eum, qui ſaluũ me fe-
cit a puſillanimitate ſpiritus & tẽpeſtate.
Multi eñ malũt peccatis cõſentire, q̃ ten
tationibus moleſtari, cum tñ facile ſit reſi
ſtere, ſimiles cuidam fatuo, q̃ dum muſcis
ualde infeſtaretur, domũ propriam cõbuſ-
ſit, ut muſcas pariter cõbureret, ſic multi
dũ muſcas tentationis ſuſtinere nolunt,
igne luxuriæ ſe comburi permittunt. Qui
dã tñ econtrario, ut tentationes uincant
indiſcretè ſe affligunt, ita ꝙ domũ proprij
corporis, ut muſcas perimant totaliter de
ſtituunt, cũ tñ ſcriptum ſit. Erudimini qui
iudicatis terrã. i. qui terrã corporis vr̃i af-
fligitis, illud cũ diſcretione faciatis. Qui-
dam ut facere pn̄iam, ſicut aſſimilatus fue
rat beſtiis in peccãdo, ita aſſimilari uoluit
beſtiis in edendo, & mane ſurgens ſine ma
nibus herbã paſcebat, & frequenter in die
taliter comedebat. Cunq; diu hoc feciſſet,
cœpit in mente cogitare de quo ordine an
gelorum eſſe deberet, qui tantam faciebat
pn̄iam, & rñſum eſt ei a quodã. Tali uita
non meruiſti eſſe de ordine angelorũ, ſed
de ordine aſinorum. Secundum tentatio-
nis genus eſt tentatio leuis & manifeſta,
qua aperte tentat diabolus malũ ſuggerẽ
do, & ad ipſum alliciendo, quæ deſignatur
per ſagittã uolãtẽ in die, quæ tentatio nõ
eſt expectanda ſicut nec baliſtarum ſagit-
tæ, ſed fugienda. Hiere. 4. A uoce equitis
mittẽtis ſagittas fugit omnis ciuitas. Nec
dr̃ leuis hęc tentatio, quia ad leue pecca-
tum inclinet, ſed quia leuiter omnis hm̃õi
tentatio diabolica uinceretur, & quandoq;
procedit, q̃a delectatur quis in falſa liber-
tate peccandi, non quia ſemp delectet pec
catũ, ſed ipſa falſa peccandi libertas, pro-
pterea dicit Auguſt. Fœlicitas mundano-
rum eſt impunita nequitia. Peccent ut uo-
luerint, nec dicat aliquis, cur ita facis? pro-

*C Tentatio. De tentatione leui & manifeſta.*

pter qđ in religionibus deformatis (quia
nõ eſt q̃ corrigat, & placet libertas peccã
di) nihil difficilius quã hanc eradicare ma
lignitatem, & hoc quia cõtra dictũ. 1. Pet.
2. Quaſi uelamen habent nequitiæ liber-
tatem. Sic in nobilibus cõſuetudo blaſphe
mandi impunita placet, ut ab eis dicat̃ nõ
decere ruſticum blaſphemare Deum. Sic
in feſtis ſtultorũ, ubi manet impunitas hor
renda faciendi in rebus ſacratis conculcã
dis, quæ nec pagani facerent. Propter hãc
experiendam libertatẽ hortatur quãdoq;
diabolus in tm̃ ſemel alicui peccato incũ-
bere, aut illicitè cuidam uacare uoluptati
ut exinde ad plenum ſatietur, neq; poſtmo
dum illius habeat cõcupiſcentiam, qđ fa-
cit hoſtis, tum quia ſcit ipſum grauiter in
hoc peccaturum, tum quia ſi ad modicum
deſiſtat, tñ poſtea multo fortius tentabi-
tur, ut qui graui febræ, uel ęſtu laborant,
cum gelidam aquam biberint primo rele-
uari uidentur, qui tamen poſt paululum a
longe grauius affliguntur, ſicut & qui quã
to amplius ſe ungulis fricat, tanto prurigi
nẽ ſentiunt, & ſi modicũ tollerare poſſent,
ſtatim liberarentur, uel citius. Hoc ẽt pa-
tet in fraudulento luſore qui ludit ad ſca-
cos, uel talos cũ fatuo ruſtico, primo per-
mittit eum lucrari, & inde gloriatur ruſti-
cus, & tũc qñ calefactus & illectus eſt ſpo-
liat eũ in ſine. Sic mõ diabolus ſuſtinet, ꝙ
noſtras uoluptates modico tp̃e faciamus,
ut tandem corpus & animam perdamus.
Hiere. 4. Ergo ne decepiſti populũ iſtũ di-
cens. Pax erit uobis, & ecce gladius perue
nit uſq; ad aĩam. Fraus eñ diaboli eſt, ut
dulcedinẽ peccati oſtendendo, amaritudi
nem eius abſcondat. Eſt enim ſicut falſus
mercator, qui non oſtẽdit pannũ per eam
partẽ ꝑ quã fractus eſt, uł dãnatus, ſed per
capita ubi melior eſt. Vnde ſtultus quidam
audiens cõmendari falconẽ dñi ſui, ꝙ opti
mus eſſet, occultè comedit eũ, & cũ neſci-
retur quid de eo factũ eſſet, & de bonitate
& cõmendaret̃ a multis, rñdit fatuus, ꝙ nõ
habebat ita bonas carnes ſicut dicebatur,
quia nunquã comederat ita malas. Sic q-
dã credẽtes in peccato inuenire dulcedinẽ
inueniũt amaritudinẽ Rhannus eñ arbor
eſt in ortu mollis, quæ poſtea in ſpinarum
aculeos dureſcit, ſic pc̃tã in principio dele
ctãt qui in fine pungũt. Pſ. Priuſquã intel-
ligerent ſpinæ ueſtræ rhannũ. i. priuſquam
intellige-



intelligerent peccatores punctiones ex de
lectationibus peccatorum ſequentes, ſic
in ira Dei abſorbet eos diabolus. Hæ ſunt
ſagittæ delectationũ uolantes in die. i. ma
nifeſte, ſicut blandimẽta lęnonũ cõtra uir
gines, & puellas, uel cũ quis gaudet in ali-
qua malicia ꝑpetranda, ut alterũ ſimiliter
gaudere faciat, ut cum quis gaudet in me
tiendo, ut ita pueros innocẽtes ad hoc tra
hat ut mẽdacia diligant, ſicut & mulieris
multa mendoſa nendo referunt, quæ mul
tum iuuenes retinẽt. Recitant ẽt fœdas res
& abominabiles corã ipſis, ut fœdentur, ſi
cut nouũ ſpeculũ faciliter fœdat̃. Gaudent
enim in talibus mulieres, ſicut impregna-
tę gaudẽt cibis quos abominant̃ ſani. Sunt
ẽt tentationis leuis, & manifeſtæ experimẽ
ta immundæ cogitationes & uagæ fanta-
ſię, quas uix homo a ſe põt auferre. de qui
bus. Eccl. 34. Sicut parturientis cor tuum
fantaſias patitur, niſi ab altiſſimo fuerit
emiſſa uiſitatio, ne dederis in illi cor tuũ.
Suadet .n. diabolus iſta parua pc̃tã, quaſi
diceret, nihilum eſſe, ut per eã maiora in-
troducat. Eſt .n. diabolus ſicut fur, qui par
uulũ furem ꝑ feneſtrã introducit, ut oſtiũ
magnis aperiat. Hęc eſt plaga cinifum, q̃
non legitur curata. Exod. 8. In quo planũ
eſt, ꝙ ẽt uiri ſancti ab hm̃õi cinifibus mo-
leſtantur. Plaga uerò muſcarũ grauiſſima
rũ diuerſi generis curata legitur, ex quo
dat̃ intelligi, ꝙ muſca grauiſſima, quæ nõ
eſt ſine aculeo punctionis, & inquinamen-
to delectationis, neceſſe habet curari uir-
tute orationis Moyſi, in quo docemur, ꝙ ſi
cogitationes iſtæ immundæ ueniant uſq;
ad conſenſum, graues ſunt, & ad orationẽ
recurrendũ eſt. Si uerò uagæ, leues ſunt,
quibus dicendum eſt, non uocaui uos, nec
admitto, nec per me ueniſtis huc, nec per
me remanebitis. Si ueniſtis ad impedien-
dum orationem meã, melior eſt mihi ora
tione debellatio ueſtra, Hę enim ſunt mu
ſcæ quas abegit Abraam a ſacrificio domi
ni. Hæ muſcæ allidendę ſunt ad petram
Chriſtum propter amorẽ ipſius. Hi ſunt
paruulorũ Babiloniæ uagitus, & ululatus,
qui Deum in homine quieſcere non ſinũt.
Incurſu enim tot fantaſmatũ turbatur cor
dis ſabbatum. Tertia tentatio eſt grauis &
occulta, quæ occultè malum ſub ſpecie bo
ni ſuggerit quæ dicitur negocium peram-
bulans in tenebris, quia negociatur occul

*D Cogitatio De periculo immũdarũ & uagarũ cogitationum.*

*E Tentatio De tentatione graui & occulta.*

tè diabolus per eam ſuper animam homi-
nis, in tenebris & in occultis laqueos ten-
tationis abſcondens Pſ. In uia hac qua am
bulabam abſconderunt laqueum mihi &c.
Primo grauis eſt hæc tentatio ad ei obuiã
dũ & cauendũ, quia diabolus in hac tenta-
tione maximè ſequitur inclinationẽ homi
nis. Vnuſquiſq; enim homo in ſe ſentit, &
ita experitur ꝙ inclinat̃ ad aliquod malũ,
& in caſtro corporis ſui manifeſtè ſentit
aliquã partẽ debiliorem. Diabolus autem
hoc ſentiens ſemper a debiliori parte ip-
ſum perſequitur, ſicut caſtrũ ſemper a de-
biliori parte impugnatur, ſicut mulierem
priuſquã uirũ impugnauit eo ꝙ eſſet debi
lior pars generis humani. Ita .n. ſubtilis eſt
diabolus ex antiqua experientia, ꝙ nouit
hominem qualitates, conditiones, & com
plexiones, infirmitates mentis, & corporis,
& ad quæ mala pronior ſit, & ei ſubtiliter
inculcat, & ſic ſæpe obiicit uiſui, uel alteri
ſenſui, quę magis eũ alliciunt ad peccan-
dum. Ex eadem etiam experientia nouit
temporis qualitates aeris, & rerum di-
ſpoſitiones, ex quibus quaſi futura prænun
cians, ſæpe ſubtiliter fallit. Vñ & ſm̃ Bea-
tũ Martinũ, mergus eſt fluminis, qui inſi-
diatur incautis. Antequã .n. aggrederetur
dñm ſtuduit per 40. dies, ex qua parte eũ
debilem uideret, & uidens eũ eſurire ſta-
tim tentauit eum de gula. Sicut enim quæ
libet auis credit optimè cantare, & nõ uult
audiri niſi ſonum ſuũ propriũ, ideo auceps
quantum põt dulcificat cantus ſuos, ſe eĩ
quantum poteſt conformando ut eam ca-
piat. Sic uolatiles uoluntates noſtras iux-
ta deſideria noſtra incitat diabolus, ſe-
cundum quòd perpendit conditionem, uel
complexionem noſtram. Narrat Plinius
lib. 11. quòd urſi ſi quando Tauros odo-
rant, ſciunt quibus potiſſimè partibus in-
uadendi ſint. Non enim aliud quam na-
res, & cornua petunt. Cornua quidem,
ut pondere ſuo eis inhærentes ipſos pro
ſternat. Nares, ut acrior dolor ſit in loco
teneriore. Ita diabolus nouit quibus ui
tiis facile poſſimus deiicit, ad quæ ſcit
nos magis inclinari. Vnde quoſdam ten
tat de peccatis ſpiritualibus, ſcilicet de
ſuperbia quos apprehendit per cornua,
quoſdam de luxuria, quos in teneriori
bus locis uulnerat. Secundo dicitur oc
culta, quia ſicut aucupes retia cooperiũt,

*Quia ſẽ per diabolus tẽtat a parte quam ſenſu in homine debiliorẽ.*

 & de-

& decipulas tegunt, ut aues ſibi minus caueant, ſic diabolus hmõi tentationes, ideo quanto occultè, tanto magis cauendę. Iſte incurſus periculoſior eſt omni alio ſupradicto, quia fraudulentus & magis latet, neque ita frequenter aduerſus eum ſolet ad Deũ & ſanctos eius cũ humilitate fieri recurſus, niſi forſitan ab his qui pro bona cõſuetudi:e exercitatos habent ſenſus. Iſte impul ſus tanto magis creſcit, quanto magis eũ per humanã induſtriã uincere quis quærit. Præſumptio em̃ de uiribus ſcientiæ, uel ingenij hoc demeret, & eo amplius quo non arbitratur illudi, uel tentari. Creſcit ẽt, cum tepidus eſt ad orationis auxilium recurrere. Tertio dr̃, ꝙ de iſto fraudulento negocio magis tentat & acrius & acutius, quã de uiolento, de quo poſtea dicetur, eo ꝙ per uiolentum cõiter opprimit uſum rationis in toto, uel in parte, ꝑ horrendos languores corporales, uel infirmitates alias, ꝓꝑ quod minus imputatur ad pctm̃. Plus autem quærit animas ſic impellere ꝙ imputabiliter peccent, & iſte impulſus eo magis formidandus eſt, & ſuſpectus eſſe debet, quo minus cognitus, quia ſapiens uidet & timet, ſtultus ignorat & tranſilit. Hinc uetus apud Græcos prouerbium. Eruditio timorẽ, ignorãtia audaciam parit. Auis ſemel laqueo capta, omni loco laqueum timet. Vnde hac fraudulenta tentatione frequẽter hortatur hoſtis aggredi quędã alta & difficilia uirtutũ exercitia, ſicut immoderata ieiunia, peregrinationes maximas, ut homo ſuccumbat oneri, nec ipſum ferre ualeat, aut ut ex ipſo ſequatur deterius, ut ex immoderato ieiunio cerebri uacuitas melancolia, triſtitia uehemens, ex nimia peregrinatione grandis impatientia, ex uelle alios eminenter docere, grandis tumor, hæreſis, & exceſſiuum naturę grauamẽ. Alios uero ad oppoſitum conatur deducere, conſulendo relinquere eximios uirtutũ actus, & in minutis rebus uerſari. Suadet ẽt ſub ſimulata, & uera deuotione indiſcreta uota, aut iuramenta fieri, uel ut poſtmodum ceſſante deuotione homo fit in ſe turbatus, ĩuolutus, aut ẽt promiſſorum uiolator. Aliqñ ex oppoſito ſub ſpecie diſcretionis ieiunia, & abſtinentias fieri prohibet, ut ſic ſomnum, gulam, accidiam hac ueſte contectos in habitaculum ſancti ſpiritus introducat. Hortatr̃ etiam ex conſuetudine dicere immenſam multitudinem orationum, uel ut ſe quis nimium graue, uel afficiatur tædio, eaſq; ſine deuotione perficiat, ut ſic extollat̃, uel ut rem aliam, quæ ſibi utilior eſt, & magis neceſſaria foret, omittat: uel ut Deum credat per hanc orationum frequentiam iure ſibi debere, ut adimpleat quicquid ipſe cupit. Item fraudulenter hortatur ſub ſpecie dandi eleemoſynam undequaq; per fas & nefas cumulãdis inhærere diuitiis, ſub ſpecie fundandi eccleſias, monaſteria, & obitus, ſciens ꝙ deterius eſt iniuſtè acquirere, quã abſtinere ab eleemoſyna, & nihil uelle inique habere. Suadet ẽt ſub ſpecie correctionis iraſci, & excedere menſuram in corrigendo, ut qui corrigitur inde fiat deterior. Compertum em̃ eſt plus manſuetudine, q̃ rigore hominem trahi, econtra, ſuadet ſub umbra miſericordiæ ne quis alterum reprehendat, uel ne ſibi errata ſua indicet, ad qđ ex lege charitatis obligatur. Vnde Grego. Sicut piratæ falſa lumina de nocte accendunt, ut laborantes in mari illuc quaſi ad portum ſalutis feſtinent, & ſic deprehendantur, ſic dæmones ſe transfigurantes in angelos lucis cor hominis decipiunt, aliquid rationi, autem deuotioni ꝓximum immittentes ut licentius fallant. Se enim immiſcet diabolus inſtar fallaciſſimi latronis uiæ, & ſocietati bonorum ſe fingens amiciſſimum quouſque oportunum tempus feriendi & occidendi inueniat, ſanctam actionem maculare contendens, ſiue in principio, ſiue in medio, ſiue in fine operis, & cum impedimentum tali operationi præſtare nequit, quin perficiatur intentionem ſaltem conatur corrumpere, vt finis eius inani gloria, uel carnali uoluptate utietur. Pſ. Quęrit compunctum corde mortificare.

F

*Tentatio De tentatione graui & manifeſta.*

Quarta tentatio dicitur grauis & manifeſta, quæ quaſi uiolenter ad malum impellit, quæ dicitur incurſus, & dæmoniũ meridianum. Iſta tentatio manifeſta fuit in afflictione, in qua ad tempus etiã uiri perfecti quandoque perdunt perfectum & iocundum uirtutum uſum, qualem habere ſoliti ſunt, qñ dominus in eis erat per ſpũale ſentimentum, & hoc propter uehementiã tentationis.

G

*Cogitatio In fedis cogitationibus qñ eſt peccatum & quando non.*

Aliquando etiam cõtingit iſta tentatio immittendo multitudinem fœdarum, & turpium cogitationum. ut illis cõtinuo peccare ſe credat, & ſuggerit horrẽdum eſſe ſcelus, dum orando, & horas dicẽdo hæ cogitationes adueniũt, & hortatur diabolus, ut his euacuandis inuigilet homo, neque aliud agere curet, ſciẽs facilius uentum in manu poſſe fixum manere, quã illas funditus tolli uel abigi, ut ne quidẽ poſtea redeant. Tales autem cum tanguntur huiuſmodi cogitationibus, non mortaliter peccant, niſi cum eis cõſentiunt, quod cognoſcent quando illis uoluntas fauet, & eas cum delectatione complectitur, & adeſſe gaudet. Quando uero ſibi diſplicent, & ſunt horrori, & odio, nihil eſt periculi, ut patet in tẽtationibus ſpiritus blaſphemię, quæ ſunt maxime uiolente.

*Tentatio Quõ tentat diabolus quandoq; per potentiã quãdoq; per fallaciam exẽplo uento rum aquilonis & Auſtri.*

De duabus ultimis tentationibus ſpiritus dicitur in Pſ. Gladium euaginauerunt peccatores, intẽderunt arcum ſuum, per gladium intelligitur impugnatio manifeſta & uiolenta, per arcum fraudulenta & occulta. Dæmones enim, quandoque per potentiam uires ſuas oſtendunt, quandoque per fallaciam eas occultant qñ uires exercent fortiter eſt eis reſiſtendum, qñ uero clã procedunt, ab eis prudenter eſt cauendum. Prima. ſ. uiolenta, comparatur Aquilonis. Secunda. ſ. fraudulenta, comparatur Auſtro, & ſic ſe habẽt ex oppoſito. Nã Aquilo (ſcđm Phi. lib. de probleumatibus) in ſui principio fortior eſt, in fine debilior, ſed Auſter econtra, propter quod erat prouerbium apud Græcos. Bene nauigandũ eſt incipiẽte Auſtro, & terminãte Borea, ſic impetus diaboli qñ inuadit per potentiã, in ſui principio fortior eſt, ſed continuè debilitatur ſi ei reſiſtitur, ideo in fine ſui impetus poterimus tutè ad cœleſtẽ portũ nauigare, iõ reſiſtendum eſt fortiter principiis. In ſecũda uerò cõgreſſione diabolus è conuerſo procedit, quia principia tentationis uidentur quaſi infirma, ſed paulatim accipiunt nutrimentũ. Incipit em̃ primo non directe ab ipſo peccato, ſed a quibuſdam diſpoſitionibus ad peccatũ, uel non a maioribus peccatis, ſed a minoribus, ut puta, non ſtatim allicit ad actum fornicationis, ſed incipit ab aſpectibus & colloquiis mutuis, & huiuſmodi, ex quibus homo faciliter incidit in peccatum, & ideo eſt quaſi flatus Auſtri placidus in principio, poſtea continuè ſuccreſcens, donec ſua ui domos diruat, & arbores euellat. Ezech. 20. Pone faciẽ tuã contra uiam Auſtri. Videre em̃ mulierem non uidetur magnũ, & tamen ſub illa tentatione quandoq; latet fortis hoſtis. Quia qui uiderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mechatus eſt in corde ſuo. Matt. 5. quod patuit in beato Benedicto, qui ſola cuiuſdam mulieris recordatione ſic tentatus eſt, ut non niſi uepribus, & ſpinis tentatio illa extincta ſit.



*Eadem dominica 1. Sermo 8. & in ordine 26.*

A

*Solitudo De quadruplici ſolitudine.*

DVctus eſt Ieſus in deſertum a ſpiritu. Cum iuxta Ariſtotelem primo politice homo ſit animal natura ciuile, & politicũ magis q̃ apes quæ mellificant, & per cõſequens cõtra naturã ipſius ſit eſſe ſolitariũ cũ dñs debuerit oſtẽdere ueritatẽ ſuæ naturæ humanæ, quare deſerti ſolitudinẽ elegit? Rñdeo, quadruplex inuenit̃ ſolitudo. Vna eſt ꝑ fortunã, ſicut cũ in carcere, uel in exilio quis detinetur, & hæc eſt tolleranda. Scđa eſt ꝑ naturalẽ inclinationẽ ad res diuinas, q̃ ſolitudine tenuerunt heremitæ, & anachoritæ. Io. Bap. & Antonius, & hanc tenuit Chr̃s. 40. diebus &c. & hęc nimiũ periculoſa eſt uiris imperfectis. Qñ em̃ quis ſolus eſt, audacter inuadit eũ hoſtis, ut patet in primis parẽtibus, qñ ſolitarij fuerũt, & qui in cõitate uiuunt minores tẽtationes ſentiũt q̃ qui in ſolitudine. Tertia ſolitudo eſt ꝑ naturã malè diſpoſitã, qñ quis ſemꝑ ſolus uult habitare, & hæc ſolitudo ſpũalis ex multis cauſari põt qñque ex occulto pctõ, qđ habet homo in cõſciẽtia, cũ. ſ. caret charitatiu a ſocietate ſegregatus a Dei & ſctõrum & bonorũ operum charitate. de qua Pſ. Iniquitatẽ meditatus eſt in cubili ſuo. i. in ſecreto, qñ ſolus eſt, de qua Phil. 1. Politice. Hõ ſolitarius, aut omnibus melior eſt, aut peior, talis em̃ cõtinuo cõtra cõſcientiã ſuã ipſum de hmõi pctõ arguentẽ pugnat, iõ cõtinuo uult eſſe ſolus, quia ad ſingulare certamen cõtinuò prouocatur.

*Solitudo Quõ ſolitudo procedẽs ex natura male diſpoſita tribus modis contingit.*

Scđo põt procedere per melãcoliã, qñ homo natura inciuilis eſt, & ſiluestris, & per malam, conſuetudinẽ, quaſi beſtialis, q (ſicut dicit Homerus) maledictus eſt illegalis iniquus & peruerſus, nõ potẽs in ſocietate conuerſari, & iſtud per malã educationem acquirit. Tertio ꝓcedit hæc ſolitudo ſpiritualis ex ſolicitudine cogitãdi curioſa, uel delectabilia, uel inutilia, in quibus uagatur & delectat̃ homo, & hæc ſæpe reddit hoĩem malũ, intellectu ebetẽ, & mali-

& multum temporis amittente. Sen. libr.
1. epiſtolarum dicit quòd Crates Philo.
uidit quendam adoleſcentem ſecrete am-
bulantem, quem interrogauit, quid illic
faceret ſolus. Mecum (inquit) loquor.
Cui Crates. Caue, ait, ne cum malo ho-
mine loquaris. Animalia ſiluestria melio
ris ſunt ſaporis quam domeſtica, fructus
tamen ſiluestres ſunt deteriores domeſti-
cis, quia contemplatiui uiri mundo ſilue
ſtres bene ſapiunt Deo & hominibus ho-
mines uerò melancolici propter mũdum,
male ſapiuntur ab omnibus. Quarta ſo-
litudo uoluntaria eſt & bona, & hoc quã
do eligit ſibi quis ſolitarium locum gratia
quippiam operis agendi, ut ſcholaris ad
philoſophandum, & iudex ad diſcutien-
dum ſine proceſſu. Perfecti enim uiri ſæ-
pe ſoli ſunt, nec tamen tunc carent bona
ſocietate. Hiero. libr. 1. contra Iouinianũ.
Sapiens ſolus eſſe non poteſt, etiam ſi ho
minum copia defuerit. Loquitur cũ Deo,
cum quo minus ſolus erit quàm cum ſo-
lus fuerit. Similiter hanc ſolitudinẽ eli-
gunt qui religionem ingrediuntur. Hanc
ſolitariam uitam duxit Chriſtus in cruce.
quia illic relictus eſt ſolus. Pſalm. Factus
ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Crux
tectum fuit, quo tecta ſunt peccata noſtra.
Pſalm. Singulariter ſum ego donec tran-
ſeam. In qua cruce obedientiam ſummã
profeſſus oſtendit, quando factus eſt obe
diens uſque ad mortem. Paupertatem, q̃a
nec ueſtem habuit. Stabilitatem, quando
nec de cruce deſcẽdere uoluit. In qua cru
ce religionis Chriſtianæ ſimul inueniunt
boni cum malis, latro bonus cum malo.
Eſa. 41. Ponam in ſolitudine cedrũ, & ſpi
nam, ideſt bonum, & malum, pacificum, &
inquietum. Boni tamen illic non ſunt ſine
Deo, & ideo non ſoli. Io. 8. Non reliquit
me ſolum, quia quæ placita ſunt ei facio
ſemper. Mali uero ſine Deo ſunt, ideo ut
ſub religionis eius tecto permanere poſſi-
mus cum Chriſto in hac ſancta quadrage-
ſima, ad illã quæ crucem iſtam gerebat in
pectore conuertamus orationem noſtram
dicentes Aue.

Iuxta thema propoſitũ in duas partes,
diuidetur Euãgelium. In prima parte oſtẽ
detur, quomodo ſe præparauerit dominus
ad certamen tentationis. In ſecunda parte
qualiter certauerit. Pro prima parte notã
dum, q̃ duo fecit dominus. Primò, ingreſ-
ſus eſt in deſertum, ut ſolus cum ſolo pu-
gnaret, quod raro a nobis imitandum eſt,
quia in tentatione bonum eſt conſortium
ſanctorum uirorum, ut cum ceciderit ho-
mo habeat ſubleuantem. Secundo ieiuna-
uit 40. diebus & 40. noctibus, & poſtea eſu
riit. Eſt autem aliquod ieiunium infirmi,
quo ieiunat ut ualeat, faſtiditi ut appetat,
auari ut parcat, phariſei ut appareat, ſtu-
dioſi ut in Chriſto uiuat, & ipſius Chriſti
ut exemplum nobis tribuat. ut. ſ. exemplo
eius feneſtræ, & aperturę, per quas ſolet
latro ingredi, & loca p quæ patet aditus
aduerſariis claudantur & operiantur. Pſa.
Operui in ieiunio animã meã ne. ſ. inue-
niant aditũ intrandi ad eã. Circa qđ quæ-
runtur tria. Primũ eſt ſi dæmones a Deo
mittantur ad tentandum homines. Scđo
ſi omnia peccata procedant ex tentatione
diaboli. Tertio ſi uerè tẽtatus fuerit Chrs.
Ad primũ uidetur q̃ dæmones a Deo mit-
tantur ad tẽtandũ, quia ductus eſt Ieſus in
deſertum a ſpiritu, & rationẽ ſubdit, ut tẽ
taretur a diabolo. igitur &c. rñſio. Prima
ꝓpoſitio. Ad inducendũ hominẽ ad pctm̃
nunquã mittuntur a Deo, licet permittant
Neq; eñ tentarent, niſi permiſſi & licẽtia-
ti. Catuli eñ leonũ infernaliũ rugiẽtes ut
rapiant aĩas ad deuorandũ; non aliter pñt
hr̃e niſi a Deo querant eſcã ſibi petendo li
centiã tentandi, ſicut petierũt licentiã ten-
tandi Iob, & intrandi porcos. Nec mirum
ſi Deo protegente tentare non poteſt, qñ
Bartholomæo prædicante, nec loqui pote
rat Aſtaroth diabolus. Scđa propoſitio.
Ad puniendũ tñ homine bene mittuntur
a Deo, ſicut miſſus eſt, ſpiritus mendax in
ore omniũ prophetarũ Achab ad punien-
dũ eũ. 3. Reg. ulti. Deus enim tentat ſuppli
ciis, ſicut tentauit Iob rerum, hæredum, &
familiarũ dãno, uxoris conuitio, amicorũ
improperio, & corporis ſupplicio. Sunt .n.
tribulationes ſigna magnæ familiaritatis
cum Deo, de quibus tanquam de ferculis
ſuis uult amicis ſuis ſeruiri. Tertia propo-
ſitio. Aliter puniuntur homines a Deo mi
niſterio dæmonum, & aliter eos cruciant
dæmones. Nam Deus eos ex miſericordia
punit, quemadmodum ille quem Paulus
tradidit ſathanæ, ut ſaluus fieret ſpiritus,
diabolus uerò primo ex ſumma inuidia, ut
impediat hominis profectum. Quia ſi di-
catur,

*C Ieiuniũ. De multiplici ieiunio, & quare ieiunãuit Chriſtus.*

*D Tentatio Vtrũ dæmones a Deo mittãtur ad tentandũ*



cat, q̃ inuidia ſemp eſt reſpectu paris, uel
ſuperioris. Non .n. inuidet quis literatus
minus literato, ſed ſibi æquali, uel ſuperio
ri, nec mercator ſuo uic no pauperiori, ſed
dum ad paritatẽ, uel maioritatẽ lucri per-
uenit. Dicitur, q̃ licet homo ſit inferioris
ſtatus q̃ dæmon, habet tñ rectitudinem na
turalem a qua cecidit diabolus, in qua ma
ior apparet, & de qua inuidet, tanquam ſu
periori. Par eſt etiã, quia habet imaginem
Dei, ſed maior, quia pt̃ aſcẽdere ad digni
tatem, a qua cecidit. Secundò hoc facit
propter ſuperbiam (ut dicit Tho.) in hoc
uſurpans diuinæ poteſtatis ſimilitudinem
deputando ſibi miniſtros determinatos ad
hominũ impugnationẽ; ſicut angeli Deo
miniſtrant in determinatis officiis ad ho-
minum ſalutẽ. Vnde ẽm Boñ. cum tentatio
ſit quidam tactus hoc fieri põt quadrupli-
citer. Aut qui pulſat intendit probare, &
approbare, ſeu probatũ oſtendere, & ſic tẽ
tatus Deus. Sap. 3. Deus tentauit eos, & in
uenit illos dignos ſe. Aut qui pulſat,
intendit probare & reprobare, ſeu repro-
bum facere, & ſic tentat diabolus. Act. 5.
Cur tentauit tuos ſathanas mentiri ſpiritui
ſancto. Aut qui pulſat, ſolum intendit pro
bare, & experimentum ſumere, de eo qđ
eſt in homine, & ſic tentat homo cautus.
De quò Eccl. 30. Ex multis loquelis tenta
bit, & ſubridebit, & interrogabit te de ab-
ſconditis tuis. Aut qui pulſat, nihil intẽdit
ad eius tñ pulſum ſequit̃ approbatio, vel
reprobatio, & ſic tentat caro, uel carnalis
concupiſcentia. A carnis enim concupiſcẽ
tia pulſatur homo, & quaſi tangitur, cui
tactui, ſiue pulſationi ſi conſentiat, probat̃
& reprobatur, ſi diſſentiat, probatur &
approbatur. Iac. 1. Vnuſquiſque tentatur a
concupiſcentia ſua. Ab ipſo diabolo tenta
tur, quaſi a patre, a concupiſcentia quaſi a
matre. Ezech. 26. Pater tuus Amorreus, &
mater tua Cæthea. Iac. 1. Concupiſcentia
cum conceperit parit pctm̃. Gloſſ. interli.
Diabolus incẽtiuũ immittit, cum caro ſua
uia ſibi quærit. Vult ergo, q̃ incẽtiuum ſit
ab ipſo diabolo tanquam a primo mouen-
te, a concupiſcentia tanquam a proximo.
Ad ſecundo queſitũ reſpondet doctor ſan-
ctus. Primò, q̃ indirectè & occaſionaliter
omnia peccata ꝓceſſerunt a dæmone. Vn-
de ſicut dicitur, q̃ ille qui ſiccat ligna eſt
occaſio combuſtionis eorum, ſic diabolus
omniũ pctõrũ nrõrum occaſio fuiſſe dici
põt, quia inſtigauit primũ hominẽ ad pec-
dũ, ex cuius peccato conſecuta eſt in toto
genere humano pronitas ad peccandum.
Hinc Diony. 4. de diuinis nominibus. Mul
titudo dæmonum cauſa eſt omniũ malo-
rũ, & ſibi & aliis. Item Damaſcenus. Om-
nis malitia, & omnis immundicia a diabo
lo excogitata ſunt. Dicitur ſecũdo, q̃ dire
cte non eſt cauſa omnis peccati, quia non
omnia pctã fiunt diabolo, inſtigante, ſed
quædam fiunt ex libertate arbitrij, & cor-
ruptione carnis. Nam (ſicut dicit Orige-
nes) etiam ſi diabolus non eſſet, hoĩes ha-
berent appetitũ cibi & uenereorum. Vnde
dr̃ in libro de eccleſiaſticis dogmatibus.
Non oẽs cogitationes nr̃æ malę excitãtur
a diabolo, ſed aliquotiens ex noſtri liberi
arbitrij motu emergunt. Ad tertio quęſitũ
vr̃ q̃ Chiſtus non fuerit uerè tentatus, qa
tentatio in bonis dicitur eſſe ad eorũ pro-
fectũ, ſed in Chriſto nõ uidebatur aliquis
in tentatione profectus igitur. Dicitur pri
mò, q̃ quatuor modis ſolet fieri tentatio,
ſuggeſtione, delectatione, conſenſu, &
peccati defenſione. Iob. 3. Quare in uulua
conceptus ſum, egreſſus ex utero non ſta-
tim perij? Cur conceptus genibus? cur la-
ctatus uberibus? Sanctus Iob non de ſe,
ſed de ortu peccati, tanquam de ortu par-
uuli loquitur. Paruulus enim primo in
uulua concipitur, poſtea de utero egredi-
tur, deinde genibus ſuſcipitur, tandem ube
ribus lactatur, ſic peccatum per tentantis
ſuggeſtionem primo in uulua, id eſt, in
corde concipitur, deinde ex utero exit, quã
do de corde ad delectationem proce-
dit, & tunc primo eſt ueniale, & tunc quæ-
ritur Iob q̃ ſaltem ibi peccatum non pe-
riit. Tertiò, genitus ſuſcipitur, quando ra
tio conſentit, & tunc eſt mortale, licet ſit
duplex conſenſus. Quidam eſt conſen-
ſus in opus, ſecundus in delectationem
cogitationis. Primus eſt mortalis. Secun-
dus uenialis, niſi ſit moroſa delectatio.
Quarto uberibus lactatur, quando blan-
dis excuſationibus fouetur, ut ſupplicia
non metuantur. Primò, ſerpens ideſt dia-
bolus ſuggerit. Secũdo Eua, ideſt caro de
lectatur. Tertiò, Adam comedit. i. ratio cõ
ſentit. Quartò, pctm̃ defendit, dicens. Mu
lier quam dediſti mihi dedit mihi de li-
gno, & comedit. Dicitur ſecũdò, quòd ſo-
la

*E Tentatio An omnia peccata procedant ex inſtigatione diaboli.*

*F Tentatio Vtrum Chriſtus uere fuerit tentatus.*

la ſuggeſtione tentatus eſt Chriſtus. Glo. ſuper illo uerbo: Accedens tentator, Chriſtus ſola ſuggeſtione tentatus fuit, delectatio uero peccati mentem eius non momordit. Nec ſolũ a diabolo tentatus eſt, ſed ẽt a membris eius, a tribus uidelicet ordinibus dentium in ore beſtiæ. Primò a falſis fratribus. Quid (inquit) me tentatis hipocritæ? Secundo ab hæreticis, ut a Saduceis de reſurrectione mortuorum. Tertiò a tyrannis in paſſione ſua. Dicitur tertiò, ꝙ hæc tentatio non ſibi fuit illata, ut proficeret, ſed ut nos per eum proficeremus, cuius membra ſumus. Vicit eñ pro ueritatem ſcripturæ. Pſal. Scuto circundabit te ueritas eius. 2. Eſdr. 3. Semel facta eſt quæſtio, quod erat in mundo fortius, alius dixit ꝙ rex, alius ꝙ uinum, alius ꝙ mulieres. ſed ſuper omnia uincit ueritas. Fortis eſt dæmon. qui ſecundum Iob Rex eſt ſuper omnes filios ſuperbiæ. Rex in regno ſuo non poteſt facere ad libitum occidendo, ſic nec dæmon inuadendo. Per uinum intelliguntur mundus, & diuitiæ temporales, quia ſicut uinũ inebriat, ſic diuitiæ dilectores ſuos etiam ratione carẽtes faciũt. Mulieres ſunt carnis uoluptates, quia ſicut mulier naturaliter allicit, & blanditur uiro ſuo; ſic caro hominem allicit & uincit. Super omnia uincit ueritas, quæ omnia tria tentamenta illa ſuperauit eius clipeo. Heb. 2. Chriſtus per hoc, quo tentatus eſt potens eſt, & his qui tentantur auxiliari. Ideo enim tentatus eſt, ut doceret manus noſtras ad prælium. Vegetius lib. de re militari. Nemo facere metuit, quod bene ſe didiciſſe confidit. Et idem libr. 2. Natura paucos facit bellicoſos, inſtructio multos. Primus enim pugnat Chriſtus, ut ſe ſequẽtes doceat. In ſecunda parte dicendum eſt de certamine Chriſti contra dæmonem. Tria ſunt quę maxime nocent pugnantibus ſecundum Vegetium de re militari. lib. 3. Primo cum uiſui opponitur ſol inordinate inflammans, qui eſt gula, uel luxuria. Hieronym. O ignis infernalis luxuria cuius materia gula, cuius flamma ſuperbia, cuius ſcintillæ praua colloquia, cuius fumus infamia, cuius cinis inopia, cuius finis eſt gehenna. Secundò nocet uentus ſagittis contrarius, qui eſt uentus ſuperbiæ, ſagittas omnium tentationum ad animam deferens, Ecc. x. Initium omnis peccati eſt

*G*
*Tentatio*
*Quia tribus quæ pugnantibus nocẽt diabolus impugnauit Chriſtum.*

ſuperbia. Tertiò puluis auaritiæ, mentis oculos cæcans. Inde de iudicibus, qui præ cæteris debent clarius uidere dicitur inter alias conditiones. Exod. 18. Et qui oderũt auaritiam. Cuius redditur Eccle. 10. Exenia & dona excæcant oculos iudicum. Cõtra quæ omnia oppoſuit dominus triplex ſacrę ſcripturæ ſcutum. Contra primum, abſtinentiam oppoſuit, quia ieiunium non dimiſit. Contra ſecundum, humilitatem, quando gloriam quam ſibi offerebat dæmon contempſit. Cõtra tertium, magnanimitatem, qua ſe uolentem ad ſtercora deiicere tpaliũ, cũ iracundia reppulit. Contra primam opponere debet iuſtus ieiunium. Contra ſcdam orationẽ. Cõtra tertiã, eleemoſynã. Inde & contra filios Amon Saul populum in tres partes diuiſit. 1. Reg. 11. In prima tentatione accedt ad eum diabolus ſub ſpecie cuiuſdam boni uiri, aut heremitę. Ac ſi diceret. Tu es uir ſanctus, & (ut arbitror) filius Dei. Non decet talem ac tantum uirum ſic ſe propter defectum cibi occidere. Melius eſſet comedere, ac ſuſtentare naturam, quam talem ac tantam pati eſuriem, quia ut uideo ferè deficis. Si filius Dei es, debes uti uirtute tua. Dic ut lapides iſti panes fiant, & uerbo tuo ita fiet, & ſic comedens nõ amplius eſurie torqueberis. Sed licet diabolus aliquid utile conſuleret, noluit tamen diaboli conſilio acquieſcere. In quo docemur in neceſſitatibus noſtris nunquam uti diaboli, aut diabolicorum uirorum conſilio, aut auxilio, quia ſemper in fine fallere intendit, miſcens mel ueneno. Sic prohibuit dominus dæmonia clamantia, quia tu es Chriſtus filius Dei, quãquam uerum dicerent. Sic puellam Phitonicam in Act. Apoſtolorũ, quæ de Paulo & Barnaba verè teſtificabatur, dicens. Iſti ſunt ſerui Dei excelſi, qui annunciant uobis ſalutẽ, tacere iuſſit Paulus. Nunquam enim principi mendacij pro quacunque neceſſitate adhærendum eſt, ſicut & Chriſtus ei in neceſſitate ſui corporis contradixit, dicens. Non in ſolo pane uiuit homo. Ac ſi diceret. Tu ſi eſſes uir Dei, ſicut & ſanctitatem prætendis exterius, quanto anima corpori præſtat, ita magis ſolicitus eſſe debuiſti de cibo animæ, quam de cibo corporis. Non enim in ſolo pane uiuit homo, ſed ex omni uerbo quod procedit de ore Dei. Si talis eſſes qualem



qualem exterius te oſtendis, prius me de ſalute animæ, quàm corporis monuiſſes. Propter quod & in religionibus bene cõpoſitis, hoſpites ſuperuenientes primo ad orationem ducuntur, & ſi quid uerbi diuini habeant, fratribus impendunt, deinde corporali cibo perfruuntur. Et ſi dicatur, cum ſit uerbum unicum quod ab æterno procedit ab ore Dei, quare dicit in omni uerbo, cum omne ſit pluralitatis ſignũ? Reſpondetur. Illud uerbum unicum eſt, ſed quæ per ipſum docent̃ plura ſunt. Omne aũt uerbũ Dei, aut eſt pietas in Deum, aut ædificatio in proximum, aut ſobrietas in ſeipſum, quę tria commendans Apoſtolus ait. Sobriè & iuſtè, & piè uiuamus in hoc ſęculo. Et alibi. Non eſt regnum Dei eſca & potus, ſed iuſtitia, & pax, & gaudiũ in ſpirituſancto. Ad ſeipſum aũt multum ſobriè hoc uerbo uſus eſt Chriſtus, qui cũ a diabolo exiſtimaret̃ filius Dei, ſe in uerbis propoſitis uocauit hominem dicens. Non in ſolo pane uiuit homo, derelinquẽs nomen dignitatis, & ſe uocans nomine humilitatis, contra multos qui quærunt uocari ab hominibus rabbi. Scdõ, acceſſit ad eum tentator, & tulit eum ſuper pinnam tẽpli, ubi maximè litteratos uiros portat, qui (ſm Guillermum lib. de uniuerſo) uolant in eccleſia ad modum hirundinum in aere uolantiũ, ut muſculis paſcantur. Currunt enim ad beneficia, non ad capiendas aĩas. Et dixit ei tentator. Si filius Dei es, mitte te deorſum. Ac ſi diceret. Homo es grandis uirtutis & efficaciæ, potes in populo multum proficere, ſi te cognoſcat populus. Si autem te per hunc modum cognouerit, habebis laudem, & gloriam, & fructum plurimum reportabis. Scriptum eſt enim. Angelis ſuis mandauit de te, ut cuſtodiant te in omnibus uiis tuis, ne unquam offendas &c. Et a textu truncato allegauit diabolus, quia quod ſequitur non allegauit, eo quòd eſſet ad maximam ſui confuſionem, ſcilicet illud. Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis &c. Ad quæ dominus ait. Gradus ſunt ad deſcendendũ, per quos poſſum deſcendere. Scriptum eſt. Non tentabis dominum Deum tuum. Neque enim quærenda ſunt a Deo per miraculum, quæ humano auxilio compleri poſſunt. In quo notandi ſunt uiri literati, qui ſacram ſcripturam uidere non curant, unde ſagittas eliciant ad ſagittandũ inimicum Dei, ſed aliunde ex rebus ſubtilibus, aut poematibus, aut gentilium hyſtoriis, ſibi conficiunt arcus, & ſagittas, quæ nihil ad doctrinam populi proficiũt. De quibus Pſal. Filij Effrem intendentes, & mittentes arcum, cõuerſi ſunt in die belli. Qui enim ſacram ſcripturam diſcunt, quaſi artem ſagittariam diſcunt. Solent quidam baliſtarij & ſagittarij primi opponi in fronte, & capite belli, ut atterant hoſtes, qui ſi fugerint, alios confuſos exẽplo ſuo fugere compellunt. Sic literati doctores, & prælati primi cum arcubus ſacrę ſcripturæ debent ſtare in capite belli, ſed tunc fugiunt quando uitiis primi ſuccumbunt. 3. Eſdr. 7. Manus magiſtratuum fuit in tranſgreſſione hac prima. Rõ aũt quare tales magis ſtudent, & incumbunt ſcientiis humanis, q̃ ſcripturæ ſacrę põt eſſe, quia in ſcriptura ſacra ſolum corticem attendunt, nec intelligẽtiã intus latentẽ requirũt, cũ tñ dicat̃ beati, qui ſcrutantur teſtimonia eius, ad inſtar eorũ, qui nõ in ſuperficie terrę, ſed interius in mineris aurum, uel argẽtũ requirũt, quorũ fatuitas in hoc apparet, q̃a ad modũ ſimiæ pp duritiã corticis dimittũt dulcedinẽ nuclei intus latẽtis, magis amplectentes florem uerborũ q̃ fructum ſententiarũ, aures ſuas & aliorũ, non animas paſcere curantes. Circa hoc quæritur utrũ dæmon ſuperatus propter hoc ab impugnatione arceatur? Reſpõſio. Prima propoſitio. Dæmon de uno uitio ſuperatus, niſi a Deo arceatur, cõiter tentat de alio, ut patuit in Chriſto dũ ſuperata prima tentatione acceſſit ad ſcdam & tertiã. Poſtquã filij Iſrael uicerunt Syros in montibus, poſtea occurrerunt eis ad pugnam in uallibus, ubi & uicti ſunt, q̃a poſtquam de peccatis ſuperbiæ, quæ ſpiritualia ſunt, tẽtauerunt, ſi uicti ſunt, de inferioribus tentare nituntur, quæ ſunt auaricia, & luxuria. In cuius figuram egreſſus eſt rex Sodomorum in occurſum Abrahæ poſtquam reuerſus eſt a cęde Cordolaomor, ideſt carnalis uoluptas poſt uictoriam ſpiritualium uitiorum occurrit, & tentat. Superbia enim multotiens luxuriæ ſeminarium fuit, ut quos ſuperbia in altum leuauit, caro in infima demerſerit. Et tales dum ſuperbiendo hominibus ſe præferunt, luxuriando iuſto Dei iudicio

*H*
*Tentatio. Vtrũ dæmon ſuperatus propter hoc ab impugnatione arceatur*

iudicio uſque ad iumentorum ſimilitudinem deuoluuntur. Pſalm. Homo cum in honore eſſet non intellexit, ideo ſequitur. Comparatus eſt iumētis inſipientibus &c. Hinc per Oſeæ. 5. dicitur. Spiritus fornicationis in medio eorum, & Deum non intellexerunt. Et cauſam ſubdit, & reſpōdebit arrogantia in facie eius. Sic experti ſunt primi parentes, qui dum transgreſſores mandati Dei ex elatione fuerunt carnem in ſpiritum pugnare ſenſerunt. Sic multi arrogantes, quaſi in remedium in immundiciam lapſi ſunt. Quod quidam eorum recognoſcens dicebat. Bonum mihi domine, ꝙ humiliaſti me. Iuſtum enim eſt, ut qui ſe exaltat, humilietur. Secunda propoſitio. Sæpe tamen arcetur diabolus a Deo, ne nos affiduè tentet, & tantum quātum uellet. Vnde Chriſoſto. ſuper Matth. Diabolus non tentat quandiu vult, ſed quandiu Deus permittit, qui & ſi permitit paulıſper tentare, repellit tamen propter infirmam naturam. Hinc orat. Pſ. In perſona tentati. Domine præueni eū, & ſupplanta eum, eripe animam meam ab impio &c. Pſ. Tu feciſti omnes terminos terræ; ideſt omni tentationi, & peccato terminum impoſuiſti. Ait enim Ioann. 8. Vade & iam amplius noli peccare. & Matth. 9. Comminatus eſt ſpiritui immundo. ſurde & mute ſpiritus, pręcipio tibi ut exeas ab eo, & amplius non introeas ad eum. Niſi enim dominus terminum imponeret, ſemper ad ingreſſum inhiaret. Ait enim ipſe. Reuertar in domum meam unde exiui. Lucæ. 13. Sic & mari poſuit terminum. Iob. 39. Quis concluſit oſtia maris? & ſequitur Dixi, hucuſque uenies & amplius non procedes, & hic confringens tumentes fluctus tuos. Pluraliter autem dixit terminos, quia non ſufficit uni uitio finem imponere, niſi omnibus imponatur. Sunt enim qui ceſſant a luxuria, & tunc uacant gulæ, ſunt qui ab utroque ceſſauerunt, & tunc uacant ſuperbię. Sed fidelis Deus qui nō permittit uos tentari ſupra id quod poteſtis. 1. Cor. 10. Facit enim cum tentatione prouentum, ne faciat diabolus quod uelit Vnde in tentatione primorum parentum fecit aliquid diabolus quod uoluit, ut ſcilicet a muliere tentare inciperet, & in aliena forma. Quod autem in forma ſerpentis ueniret, non ſponte elegit, ſed diuina permiſſione, quæ eum alias ſpecies in quibus magis latere poſſet, aſſumere ꝓhibuit. Tertia propoſitio. Diabolus tamen ex ſola aſtutia, quandoque a tentatione ceſſat, quandoque ne amplius glorificetur, qui eū ſuperat, & minus apud Deum mereatur, quo labore certaminis uacat. Secundo, ut quis ad tempus ſe ſentiat ſecurum, & ſic in ſe tueri penitus negligentem, & imparatum repente irruat. Sic poſt has tentationes reliquit diabolus Chriſtum ad tempus horrenda tentatione impatientiæ per miniſtros nequitiæ ipſum prouocaturus. Tertia tentatio, fuit auaritiæ, cum diabolus tulit dominum in montem excelſum, oſtēdens ei omnia regna mundi, uel in ſpeculo, ut facit nigromanticis, uel in confuſo oſtendens ei Orientem, & Occidentem, Auſtrum, & Aquilonem, & regna, quæ in eis ſunt. Et primum magis credibile eſt, qa (ut dicitur Luc. 4.) oſtendit ei in momento. Et dixit illi. Tibi dabo poteſtatem hāc uniuerſam, & gloriam illorum, quia mihi tradita ſunt, & cui uolo do illa. Tu ergo procidens ſi adoraueris coram me, erunt tua omnia. Ac ſi diceret pater mendacij in ſeipſo. Vir iſte ſanctus eſt, neque curam facit carnis, neque gloriam quærit. Tria rhetia ſemper habui, quibus totum mundum inuolui, nec eſt qui euaſerit manus meas. Fortiores quoſque ſi unum euaſerunt laqueū, in alios deieci, ut qui laqueū luxuriæ euaſerit, in laqueum ſuperbiæ incidat, ꝙ ſi utrumque uicerit, in rethia auaritię labatur. Tentabo igitur ſi per auaritiam irretiri poſſit. Diabolus enim coram hominibus plures laqueos tēdit, ut qui nō cadit in unum, cadat in alium, ſicut uenator laqueorum multitudinem tendit, ut aues intercipiat. Omnia enim creata ſunt laqueis cupiditatis. Sapien. 14. Creaturæ Dei in odium factæ ſunt, & in tentationem animæ hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium. Creaturę tamen datæ ſunt nobis, ut eis utamur, non ut eis capiamur. Sed ſicut guloſus lecator incautè comedens piſcem incidit in ariſtam, ſic & nos creaturā nobis inuenimus in laqueū, quę tamē nobis erat conceſſa in uſum. Sūt qui deſiderant aurum, uel argentum, alij equos, alij ueſtes pulchras, alij mulieres. Sicut & Balaā docuit (Numeri 25.) Moab ponere pulchras mulieres ante filios Iſrael

*I Laqueus. Quo creaturæ factæ ſunt in laqueum.*



rael in eorum ſcandalum. Vnde in uitis patrum obuiauit Machario dæmon portans multitudinem laguncularum. Qui requiſitus quo tēderet, & ad quid portaret eas, reſpondit ꝙ ad fratres pergebat, ut q nollet de una, daret ei bibere de alia. Sicut enim tyrannus perſequitur ciuitatē multis modis, nunc bellando, nunc muros rūpendo, nunc ignem immittendo nunc uictualia ſubtrahēdo, ſic diabolus mille modis nocet, nunc immittendo ignem iracundiæ, nunc percutiendo gladio inuidiæ, nūc deſtruendo in nobis murum regularis obſeruantiæ, nunc ſubtrahendo uictum gratiæ & ſcientiæ. Eſt enim ſic ſerpens uarios habens colores, ideſt, decipiendi modos. Vnde cuidam hæremitæ oſtenſus eſt mundus laqueis plenus, ut irretitos laqueis ſuis ducat quaſi pecus ſuum, quod tenet in uinculis. 1. Timo. 2. Reſipiſcant a laqueis diaboli, a quo captiui tenentur ad ipſius uoluntatem. Quaſi enim eſſemus cæci laqueos, & decipulas coram nobis opponit. Luc. 22. Satanas expetiit ut cribraret uos. In cribro ſunt multa foramina, quæ ſunt multi modi eius nocendi. In legenda ſancti Martialis dixit unus diabolus, ꝙ uocabatur mille artifex, quia mille nocēdi modos habebat. Eſt enim pſeuſtis qui habet fiſtulam mille foraminum, quæ canit in portis ſenſuum, uel in auribus cordis. Hāc autem infeſtam tentationem non potuit dominus diu ſuſtinere, ſed diabolum a ſe confuſum emiſit dicens. Scriptum eſt, dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Et ſtatim acceſſerunt angeli, & miniſtrabant ei. Circa quod quæritur, cū omnis Chriſti actio noſtra ſit inſtructio, quare tentatis differt dominus remedium (ut uidemus aſſiduo) quod ſibi per angelos fieri non diſtulit? Clamat enim anima tentata. Anima mea turbata eſt ualde, ſed tu domine uſquequo? differes, ſcilicet, auxilium mittere? Reſpondetur. Prima propoſitio. Anima tentata, quandoque plangit dilationem, non ueram, ſed apparentē, quia licet in rei ueritate Deus non differat diu remedium, tamen ſibi uidetur diu differre propter uehementiam anguſtię, quam ſuſtinet. Pſalm. Vſquequo obliuiſceris me in finem. Aliquando plangit ueram dilationem, quia in rei ueritate Deus quandoque differt dare quod petitur, & afferre remedium anxietati propter multa. Primo, ut ex dilatione petendi deſiderium augeatur. Augu. de uerbis domini. Diu deſiderata dulcius obtinentur, citò autē data uileſcunt. Seruat tibi dominus, quod non uult cito dare, ut tu diſcas magna magnus deſiderare. Abacuc. 1. Vſquequo domine clamabo, & non exaudies, uociferabor ad te uim patiens, & non ſaluabis? Secunda cauſa tangitur in gloſa, quę dicit. Non eſt crudelitas dilatio, ſed ideo differt ut animæ ſuadeat in quæ mala recidit, ut ex difficultate ſanationis magis ſibi caueat. Quod enim facilè ſanatur nō multum cauetur. In his exemplum eſt de uenditoribus tyriacę, qui habentes in pixide ſerpentem, quia certi ſunt de remedio, ſerpentem ad ſe mordendum prouocant, nec expectāt ꝙ proprio motu ſerpens eos mordeat. Sic multi ſunt quibus Deus cito peccata dimittit, nec horrent inde peccare. Habent enim ſerpentem, ideſt ſenſualitatem in ſinu, cuius morſus eſt infectio totius hominis, & ſæpe non expectant hanc tentationē, ſed eam præueniunt excitantes, quia prope ſe habent remedium, ut Romam, uel indulgētiarum promptuarium. Tertia cauſa, quia ſicut delectamur uidere adoleſcentem conſtanter irruentem in leonem, uel urſum cum uictoria, ſic Deus & angeli delectantur uidere uirum fortem cum aliqua aduerſitate, uel tentatione luctari. 1. Corin. 4. Spectaculū facti ſumus Deo, & angelis, & hominibus Nil mirum ergo ſi Deus differt uſque ad finem ſpectaculi, pugnam facere ceſſare. Nam ſicut homines lapidem ponderoſum proiicere ſolent ad experiendum uires, ſic grauiſſimas tentationes ſolent excutere, & iugum diaboli ad experimentum donorum & uirtutum animæ, quas ſibi donauit Deus. Videt ergo Deus delectabiliter homines ſuis inſtrumentis & donis bene uti. Et id quidem non immerito. Videt eñ delectabiliter artifex opera illa, quæ in eius gloriam redundant, & ipſius ſapientiā & bonitatem manifeſtant. Cum autem rectè operamur, & bene utimur inſtrumentis, ac donis a Deo nobis datis, hoc in Dei gloriam redūdat, a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum deſcendit, qui in omni opere bono eſt primū mouens, & principalis artifex, ſine quo non ſolum

*K Tentatio. Quare Deus tētatis & anguſtiatis non cito occurrit.*

ſolum non perficere bonum opus, ſed nec uelle quidem poteſt quiſpiam. Iuxta illud, 2.Cor.3. Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid a nobis, quaſi ex nobis, ſed omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Et 1. Cor. 12. Nemo poteſt dicere dominus Ieſus, niſi in ſpiritu ſancto. Et Oſeæ. 13. Perditio tua ex te Iſrael, in me tantummodo auxilium tuum. Cum ergo per bona opera noſtra manifeſtetur Dei gloria, tanquam primi & principalis artificis, in quibus bonis operibus ſolũ minus principales Dei adiutores ſumus, ideo non eſt mirum ſi Deus uidet delectabiliter homines donis ſibi datis in exercitio bonorũ operũ recte uti.

*Feria 2. primæ hebdomadæ quadrageſimæ. Sermo 1. & in ordine 27.*

*A*
*Iudicium Dei.*
*Quatuor rõnes pro pterquas fiet iudiciũ generale in ualle Ioſaphat.*

V*Enite benedicti patris mei poſſidete regnum.* Matth. 25. Creditur futurus iudicij locus circa uallem Ioſaphat. Iuxta illud Iohelis. 3. Conſurgent, & aſcendent omnes gentes in ualle Ioſaphat, quia ibi ſedeo, ut iudicem omnes gentes. Rationẽ autem quare plus in illo loco, quã in alio, aſſignant quidam quadruplicem. Prima eſt, quia locus ille cum ſit inter Hieruſalem, & montem Oliueti, eſt quaſi in umbilico terræ habitabilis, quia Hieruſalem cũ locis uicinis, in quibus Saluator fuit, eſt in medio terræ. Pſal. Operatus eſt dominus ſalutem in medio terræ. Conuenientius autem uidetur, q; in medio conuocentur undique uenturi quàm alibi, quannis potentia diuina eos ubique poſſet habere. Ideo dicitur Matth. 24. q; angeli congregabunt electos a quatuor extremitatibus terræ. Congregatio autem fit in medio, ſicut legatus conſilium libentius conuocare ſolet circa medium legationis ſuæ q̃ alibi. Secunda ratio, quia hoc cedet ſpecialiter ad maiorem Iudęorum confuſionem. Maior enim eſt confuſio proditoribus, cũ rex pulſus ab eis de regno ſuo, reuertitur cum poteſtate magna, & gloria, & ibi ſe uindicat de his, quam ſi alibi appareret in gloria maieſtatis ſuę, ſic autem erit in die illa cum ad ipſum umbilicũ terræ Iudæorum reuertetur cum maieſtate magna. Ille eſt nobilis de quo. Luc. 19. Qui iuit in regionem longinquam poſtquam ſui noluerunt eum regnare ſuper ſe, & ipſe accepto regno, illuc rediit & inimicos ſuos coram ſe interfici fecit. Sic faciunt nobiles ad maiorem ſui gloriam, cum reſumptis uiribus redeunt ad locum ubi prius fuerant confuſi ab inimicis, & ibi triumphant de eis. Ideo dicit Helyas. 3. Reg. 21. ipſi Achab. In loco in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth (qui, ſecundum glo. ſignificat ſanguinem Chriſti) lingent canes ſanguinem Achab, qui (ſecundum gloſam) ſignificat ſanguinem Iudaici populi, quia ubi Iudęi delectati ſunt in effuſione ſanguinę Chriſti, circa eundem locum in die iudicij delectabuntur dæmones in perditione eorum. Tertia ratio eſt ex parte Antichriſti, qui circa partes illas maximè morabitur, & de ipſo monte Oliueti finget ſe aſcendere in cœlum. Dominus autem Ieſus interficiet eũ ſpiritu oris ſui, & interficiet eum illuſtratione aduentus ſui ad iudicium. 2. Theſſal. 2. Quis autem uolens deſtruere aduerſarium ſuum alibi uadit quam ubi cõuerſatur, ut patuit in Dauid. 1. Reg. 19. Qui ſe fecit duci ubi erat cuneus Amalechitarum, de quibus ibidem triumphauit. Actu. 1. Sic ueniet quemadmodum uidiſtis eum aſcendẽtem in cœlum. Quarta ratio, quia in iudicio diſceptabit dominus cum peccatoribus. Iohelis. 3. Congregabo omnes gentes, & deducam eos in uallem Ioſaphat, & diſceptabo cum eis. Sicut autem ſolet fieri in diſceptationibus, dominus in illa (ut creditur) inter omnia maxime improperabit beneficia redemptionis, quæ eis exhibuit in carne. Pſal. Veſpere, & manę, & meridie narrabo, ſcilicet, illa quæ paſſus ſum in illis horis. Exiſtens autem in alto aere (ut creditur) poterit eis omnia loca oſtendere & dicere. Ecce ex iſta parte Bethleem, in qua propter uos natus ſum in paupere tugurio panniculis inuolutus, propter uos in præſepio infans, ut cæteri, repoſitus. Ecce uidetis templum Hieruſalem, in quo docui, & oſtendi uobis uiam ſalutis, quam neglexiſtis. Ecce Hieruſalem in qua propter uos flagellatus fui, & propter uos baiulans crucem eiectus fui. Ecce hic Caluariæ locus in quo propter uos inter latrones crucifixus ſum. Ecce hic ſepulchrum in quo propter uos mortuus iacui ſepultus, Ecce hic mons Oliueti in quo me aſcẽdente apparuerunt angeli meum redditũ prædicãtes, ut uobis melius caueretis. Ec-





ce hic uallis Ioſaphat in qua ſepulta fuit mater mea, de qua ꝑpter uos carnẽ aſſumpſit, & ueni in mundum. Vnde ergo ingratitudo tanta, ut me, & beneficia mea contẽnentes ad inimicum meum properaretis? Ad illam igitur portam miſericordię, per quam uenit in mundum, accedamus, ut inueniamus remedium in tempore opportuno, quæ non in monte, ſed in ualle ſepulta eſt, ut ualles pauperes eam habeant adiutricem, cui offeremus Aue &c.

In prima parte huius Euangelij dicetur de aſſiſtentia iudicij. In ſecunda parte, de proceſſu & diffinitiua ſententia. Pro prima parte notãdũ, q; ſicut dicit dominus Matt. 25. feria tertia ante paſſionem ſuam. Cum uenerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli eius cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuę, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hædis. Circa quod duo quæruntur. Primò, de conditione aſſiſtentium in iudicio generali. Secundò, de peremptoria citatione & conuocatione omnium ad comparendum iudicio. Tertiò, quid intelligitur per oues, & hædos, & per dextrum, & ſiniſtrum.

*B*
*iudicium Dei.*
*Qui & quales erunt aſſiſtentes in iudicio.*

Ad primum dicitur, q; aſſiſtentes erunt quaſi infiniti. Vnde in Canonica Iudæ. primo, allegatur Enoch ſeptimus ab Adam prophetice loquens. Ecce uenit dominus cum ſanctis milibus ſuis facere iudicium cõtra omnes, & arguere impios de omnibus operibus impietatis in quibus impie egerunt. Secundò, erunt magni dignitate. Prouer. 31. Nobilis in portis uir eius, quãdo ſederit cum ſenatoribus terræ. Sap. 3. Iudicabunt ſancti nationes, & dominabuntur populis. Eſa. 3. Dominus ad iudicium ueniet cum ſenioribus populi ſui. Seniores autem uocari ſolent maiores. Tertiò, erunt ſplendidi gloria. Sap. 3. Fulgebunt iuſti & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent, ideſt in mundo iſto, q quaſi arundinetum ſiccum facilè ultimo incẽdio flagrabit. Naum. 2. Aſpectus eorũ quaſi lampades, & quaſi fulgura diſcurrentia, Pſal. Qui facis angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem urentem. Si enim in die reſurrectionis Dominicæ apparuit angelus habens uultum fulgureum ad conſolationem fideliũ, quanto magis ſic apparebunt angeli in die reſurrectionis ad uindictam & terrorem malorum? Quartò, erũt armati. Pſal. Gladij ancipites in manibus eorum, ad faciendam uindictam in nationibus &c. Iohel. 2. Multa ſunt caſtra eius nimis & fortis & facientia uerbum eius. Quintò, erunt commoti ad uindicandũ dominum ſuum. Luc. 21. Virtutes cœlorum commouebuntur. Chriſoſto. Si rex terrenus proceſſurus contra aliquem mandat expeditionem in populo, dignitates omnes mouentur, exercitus omnes excitantur, tota ciuitas feruet, quanto magis rege cœleſti exurgente iudicare uiuos & mortuos angelicæ uirtutes commouentur, & terribiles miniſtri terribiliorem dominum præcedentes, ante ipſum pro candelabris fulgura uiua procedunt, & pro tubis horrenda tonitrua? Maxime autem commouebũtur contra afflictores ſuos. Sap. 5. Tunc ſtabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtulerunt labores eorum. Legitur Daniel. 10. q; cum ipſe uidiſſet angelum quendã in ſpecie hominis ueſtiti lineis, & cum quibuſdã aliis diſpoſitionibus, quæ ibi tanguntur, ita fuit territus q; non remanſit in eo fortitudo, & ſpecies eius immutata ẽ & emarcuit. Si ergo iſte innocens ſic timuit ad uiſum unius angeli miſſi ad conſolationem eius, quãtum poterũt timere miſeri peccatores quando uidebunt circa thronum diuinæ maieſtatis tot, & tantos, tam angelos quam ſanctos in tanta gloria ſic armatos, ſic ulciſci paratos pro domino ſuo ſic offenſo contra ſe? Proculdubio turbabuntur timore horribili. Sapi. 5. Nec mirum, quia tunc iudicabunt eos ſancti, & tunc impij, in quorum manibus terra ſanctorum data eſt in præſenti, tradentur eorum poteſtati. Eſai. 14. Erunt capientes qui ſe cęperant, & ſubiicient exactores ſuos. Exemplum in paſſione Laurentij & Hippolyti, quibus Decius & Valerianus præfectus traditi ſunt cruciandi, ut patet in legenda. Ad hoc etiam eſt exemplum de beato Ioanne Papa, & Symacho patritio Boetio, quos Theodoricus rex Italię afflixerat, qui & eundem regem diſcinctum poſt ſubitam eius mortem uiſi ſunt a quodam heremita ſancto proiicere in ollam Vulcani. quarto Dialogorum 31. Sunt enim mali, uirga & baculus, quibus dominus flagellat bonos.

Iuxta illud. Eſai. 10. Aſſur uirga furoris mei, & baculus meus eſt ipſe. Sed tradit eos dñs poteſtati iſtorũ, ſicut pater dũ uirga uerberauit filiũ, ad placandũ dat ei uirgã, qua eũ uerberauit, ut proiiciat in ignẽ, aut de ea faciat uoluntatẽ. Ad hoc eſt exẽplum in Paulino & rege Vuandalorum, q Paulinum Nolanæ urbis epiſcopũ afflixerat, qui rex per uiſionem uidit hunc Paulinum ſuum iudicantem ad mortem, & per hoc auferri ei flagellum, & alteri dari.

*C iudicium Dei. Qũo erit omniũ generalis et perẽptoria citatio.*

Ad ſecundo quæſitum dr, q erit generalis & perẽptoria omnium citatio. Nam angelus deſcendet in iuſſu Dei, & tuba. Virtute enim Dei congregabũtur omnes. Pſ. Deus Deorum dominus locutus eſt, & uocauit terram. Et ſequitur. Et aduocauit cœlum deſurſum, & terram diſcernere populum ſuũ. Congregate illi ſanctos eius, & qui ordinant teſtm̃ eius, nouum uidelicet, ſuper ſacrificia ueteris legis, ſcilicet Apoſtolos. Dñs eiũ in tuba canet, & uadet in turbine Auſtri. Zacha. 9. & Matth. 24. Mittet angelos ſuos cum tuba, & uoce magna, & congregabit electos eius a quatuor uentis cœli, & a ſummis cœlorum uſque ad terminos eorum. 1. Theſſa. 4. Qm̃ ipſe dñs in iuſſu, & in uoce angeli, & tuba Dei deſcẽdet de cœlo. Hæc uox, & tuba erit Chriſti imperium & citatio per angelum facta, cum dicet. Surgite mortui, uenite ad iudicium. Hoc aũt erit more imperatoris, cuius aduentum cum exercitu præcedit uox tubalis. Hieronymus ad Heliodorum. Ecce de cœlo tuba canit, ecce de cœlo cum nubibus debellaturus orbem imperator ſummus armatus egreditur. Ecce gladius bis acutus ex ore regis procedens, obuia quęque demittit. De cuius uocis magnitudine dr in Pſalmo. Ecce dabit uoci ſuæ uocem uirtutis magnificentia eius, & uirtus eius in nubibus. Et uerè hæc uox magna erit, de qua Chriſoſtomus. Magna eſt uox illa, cui omnia obediunt elementa, quę petras ſcindit, inferos aperit, monumẽta frangit, uincula mortis diſſoluit, tumulos aperit, & uniuerſos mortuos reſurgere facit, & ad iudicium uenire compellit. O quantum timebat Hieronymus hanc uocem, qui dicebat. Siue bibam, ſiue comedam, ſiue aliquid aliud faciam, ſemper illa uox, ſemper illa tuba cœleſtis ſonare vr̃ in auribus meis. O uos mortui ſurgite, & occurrite ad iudicium. O quantũ timebat eam rex ille, de quo loquit̃ Damaſcenus in libr. Balaã, dicens: Rex quidã cũ incederet per uiam cũ curru, & apparatu regio, habuit obuiã uiros duos cũ ueſtibus attritis, pallidas habentes facies. Quibus uiſis deſcendit, & pcidens eos adorauit. Cũ aũt ueniſſent magni principes nullã reuerentiam uiſus eſt eis exhibere, unde multũ indignati ſunt cõtra eum. Qđ audiens frater regis oſtendit ei, q oẽs barones offenderat. Erat aũt cõſuetudo in regno illo cum quis erat iudicatus ad mortẽ, q mittebatur præco cum tuba ad ianuam eius. Rex autem ſic fieri fecit ad ianuam fratris prædicti in crepuſculo. Tota ergo nocte ſolicitus erat frater ille de morte, & in mane cum ueſte lugubri, & uxore, & filiis iuit ad regem pauidus, flens, & lugens. Cui rex inquiſita cauſa timoris dixit. O ſtulte ſi tu ſic timuiſti præconem fratris tui, quẽ in nullo cognoſcis te oſtendiſſe, quõ me reprehẽdiſti, ex eo q humiliaui me ꝑconibus dñi mei, quẽ ſcio me grauiter offendiſſe? Si tu tubas meas times, quantum debeo timere tubam quæ mihi mortem comminatur, non temporalem, ſed æternã? Vbi aũt barones, & principes terreni nihil mihi proderunt, aut prodeſſe poterunt, iſti beati pauperes, quos uidiſti, defenſores mei, & aduocati mei in curia ſummi iudicis erunt. Si ſic timuit homo iſte tubam humanam, quantum timenda eſt illa angelica, de qua Hierony. Tunc ad uocem tubæ pauebit terrã cũ populis, tunc lugubre mundus immugiet, tunc tribus ad tribum pectora feriet, tunc potentiſſimi quondã reges nudo latere palpitabũt.

*D iudicium Dei. Quid per hædos & oues, p dexterã & ſiniſtrã intelligitur.*

Ad tertio quæſitum dicitur, q in die iudicij ſeparabit bonos a malis, ſicut paſtor ſegregat oues ab hædis, qui de die ſunt ſimul in paſcuis, ſed in ueſpere mortis, uel mundi ſeparabit bonos, qui intelliguntur per oues, propter ſimplicitatem, mitatẽ, & fœcunditatem, a malis, qui per hædos propter fœditatem, impetuoſitatem, & ſterilitatem ſignificantur. Nullus quidem ab hędis fructus fit, ouium autem multus quæſtus eſt, & a lana, & a lacte, & ab his, quæ parturiuntur, a quibus omnibus deſertus eſt hædus. Dr̃ ſecundo, q per dexterã intelligitur locus honorabilis in quo ſtatuentur oues, ideſt boni a ſiniſtris uerò. i. in indecenti loco mali deputabũtur. Credẽ-

dum



dũ enĩ eſt dñm in nubibus cœli, tanquam ſuper ſedem maieſtatis ſuæ aduenturũ, & illic, iuxta Pauli ſententiam. 1. Theſſal. 4. Boni qui tunc uiuent rapientur ſimul cum ſanctis obuiã in nubibus Chriſto in aera, & ſic ſemper cũ dño erunt, mali autem tanquam in ſiniſtris in terra iacebunt.

*E iudicium Dei. Quia talis nunc eſt ad dexterã qui erit ad ſiniſtram.*

In ſecunda parte uidebitur de proceſſu & ſententia diffinitiua. Et primo de ſentẽtia lata pro bonis, deinde de ſententia in malos lata.

De ſententia lata pro bonis ſic dicitur. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erũt. Talis modo eſt ad dexteram, qui erit ad ſiniſtram. Iacob cancellatis manibus poſuit ſiniſtrum ad dexteram, & dextrum ad ſiniſtram. Gen. 38. Et aries in æſtate dormiens in dextero latere, in hyeme dormit in ſiniſtro. Iob. 14. Operi manuum tuarum porriges dexteram. Apoc. 10. Angelus poſuit pedem dextrum ſupra mare, & ſiniſtrũ ſuper terram, ideſt dextrum ſuper eos qui in amaritudine pœnitẽtię lugent, & ſiniſtrũ ſuper eos, qui in terrenis delectantur. 1. Reg. 2. Dñm formidabunt aduerſarij eius, & ſuper ipſos in cœlis tonabit. Tonitruo comparatur iudicium, eo q differenter reſonet propter diuerſitatem nubium. Nam diuerſimode proferet dominus ſentẽtiam propter diuerſitatem meritorum. Venite benedicti patris mei &c. Et rationem ſubdit. Eſuriui & dediſtis mihi manducare.

*F iudicium Dei; Vnde ualet cõſeq̃ntia eſuriui etc. ergo uenite benedicti. &c.*

Circa quod quærit Auguſt. 21 de ciuitate Dei. c. 1. Si hæc conſequentia ſit bona. Eſuriui & dediſtis mihi manducare &c. ergo uenite benedicti patris mei, ita ut abſque correctione uitæ ſufficiat dare eleemoſynam pro peccatis ſuis quantuncunque mali ſint homines. Et uidetur q ſic, quia aliter non ualeret illa conſequentia ultima quã Chriſtus facturus eſt in extremo examine, quæ tamen innegabilis eſt. Secundò ad idem arguitur. Iacob. 2. Iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui non fecerit miſericordiam. Qui ergo fecerit, quamuis peruerſos mores non correxerit, ſed nefarie inter ſuas miſericordias uixerit, cum miſericordia illi futurum eſt iudicium, ut aut non damnetur omnino, aut a futura damnatione poſt aliquod tempus liberet̃. Tertio arguĩ, quia ſicut nullus eſt dies in quo a chriſtianis non dicatur oratio dominica ita nullum eſt quotidianum peccatũ qualecunque quod per illam non dimittatur, ſi fiat quod in ea conditionaliter apponitur. Sed cum dicitur. Dimitte nobis debita noſtra, ſi quod ſequitur facere curemus, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, non dubium eſt quin omnia debita nobis a Deo dimittantur. Non enim ait dominus. Si dimiſeritis peccata hominibus, dimittet & uobis pater ueſter quotidiana peccata ueſtra parua, ſed dimittet, inquit, uobis peccata ueſtra. Ideo qualiacunque, & quantacunque, & quocunque per huiuſmodi eleemoſynam dimittunt. Quarto dr̃ Luc. 11. Date eleemoſynã, & omnia munda ſunt uobis, & facite uobis amicos de mãmona iniquitatis, ut cũ defeceritis recipiant uos in æterna tabernacula. Reſpõſio Auguſtini ibidem. ẽm quã dr̃: Primò, q abſurdiſſimũ eſt dicere, q opulẽtiſſimus hõ decem nũmulis diurnis impẽſis in eleemoſynas, homicidia, adulteria, & quęcunque nefaria redimeret, ſi nihil aliud faciat. Non enim ait pręcurſor Chriſti, facite fructus pñiæ, ſed facite dignos fructus pñiæ. Et ſi quęratur, q ſunt digni fructus pñiæ? Dicitur ſecundò, ẽm Auguſtinum ibidem, q fructus, qui in calore ſolis nutriũtur, digni ſunt pręſentari dño hæreditatis, ſic q in charitate ſiunt. Vnde Auguſtinus ibidẽ. Si pro uno ſcelere omnia ſua diſtribuerẽt indigentibus membris Chriſti, niſi a malefactis deſiſterent, habendo charitatẽ, quæ non agit perperam, aliquid eis prodeſſe nõ poſſet. Qui, ergo, dignas eleemoſynas pro ſuis peccatis facit, incipiat a ſeipſo. Indignum enim eſt, ut qui eleemoſynam facit in proximum, non faciat in ſeipſum, cum audiat dominum dicentem; Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Idẽ Eccl. 30. Miſerere animæ tuæ placens Deo: Hãc eleemoſynam ſibi nõ faciens, ideſt animę ſuæ, ut placeat Deo quomodo dignas pro peccatis ſuis eleemoſynas facere dicendus eſt? Eccl. 14. Qui ſibi nequam eſt, cui alij bonus erit? Secundo requiritur, q continuetur fructus uſque ad maturitatem. Indigeſti enim fructus & immaturi non ſunt digni præſentari patrifamilias. Oportet enim perſeuerare uſque in finem in bono. Auguſt. ibidem. Proculdubio non inuenientur dignos pœnitentiæ fructus facere, qui uſque ad finem uitæ malè uiuunt, quia uel in auferendis rebus alienis longè

plura diripiunt, ex quibus perexigua pauperibus largiendo Chriſtum ſe ad hoc paſcere exiſtimant, ut licentia malefactorũ ſe ab illo emiſſe, uel quotidie emere credentes, ſecuri damnabilia tanta committant. Hoc maxime eſt contra indulgentias eo modo quo nunc prædicantur. Tertio, dicitur ꝙ argumẽtum illud de eleemoſynis, ꝑpter quas iuſti ponentur a dextris, oſtendit quantum ualeant eleemoſynæ ad prȩterita peccata delenda, non ad futura impune committenda. Non enim cui detᷣ, ſed quo animo detur attendit dominus. Qui enim Chriſtum diligit in Chriſtiano hoc animo ei porrigat eleemoſynam quo accedit ad Chriſtum, non quo uult recedere a Chriſto. Quantò magis ẽñ quis Chrm̃ deſerit, diligit quod improbat Chrs. Quartò dicitur, ſm̃ eundem ibidem, ꝙ in oratione Dominica uoluit oſtendere nobis, ꝙ quantuncunq; iuſtè uiuamus ſemper ſunt in nobis quotidiana pctã; pro quibus dimittendis dare debemus eis, q̃ nobis peccant, ut ignoſcatur nobis. Non eñ ait dominus. Si dimiſeritis peccata hominibus, dimittet uobis pater ueſter qualiacunque, ſed ueſtra, ideſt ſine quibus, nec uos eſtis, qui ſanctificati eſtis. Vel dicit negatiuè, ꝙ non dimittet niſi dimittatis, iuxta illud Iacob. 2. Iudicium ſine miſericordia fiet illi, qui non fecerit miſericordiam. Hȩc Aug. & hæc ſecunda eſt melior. Quintò dicit idem de mammona iniquitatis, ideſt quam iniquitas credit eſſe ueras diuitias, quæ tamen non ſunt, non eſt intelligendum, ꝙ ſancti recipiant malos in ȩterna tabernacula, niſi uitã correxerint. Nihil enim inquinatum intrabit in illam. Iocundo autem uultu dicent electi domino. Quando te domine uidimus eſurientem & pauimus, ſitientem & dedimus tibi potum &c. Huius iocunditatis cauſæ ſex habentur in Pſ. Iocundus, inquit, homo qui miſeretur & commodat, quia commodauit Deo ad uſuram. Prouer. 19. Fœneratur domino, qui miſeretur pauperis. Eccleſ. 11. Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas, ideſt pauperes qui de oſtio in oſtium tranſeunt mendicando, uel qui tranſeunt per multas tribulationes, & poſt multa tempora inuenies illum. Diuites autem permanẽtes, ſunt qui præſentibus adhærent, & eis quaſi aſſiculati tenẽtur, quorum aliqui boni ſunt, de quibus. Eſa. 32. Beati qui ſeminatis ſuper omnes aquas. Quod eſſet inſania exponere de aquis fluentibus, & ideo exponendum eſt de aquis populorum, qui admodum aquarum delatores ſunt bonorum temporalium in terram aliam ab iſta ſcilicet in terram uiuentium, ut prouideatur eis in futurum. Ideo ſequitur. Et poſt multa tempora inuenies illum. 1. Thim. 5. Pietas promiſſionem habet uitæ quæ nũc eſt & futuræ. Panis eñ ſapientiæ, niſi publicetur, elabitur, ut dicit Tullius. Ideo dñs Luc. 19. Auferte ab illo minam. Illis autem qui talento ſibi credito bene uſi ſunt, multiplicatum eſt talentum. Exemplũ de rege, qui in exiliũ mittebatᷣ poſt annũ qui ſibi prouidit, & illuc miſit unde poſtea uiueret. Scd̃a cauſa, quia diſponit ſermones ſuos in iudicio. Ordinat enim proceſſum ſuũ ſm̃ formã qua ſcit iudicẽ pro perſona iudicare. Scit enim ꝙ dominus allegabit. Eſuriui, & dediſtis mihi mãducare &c. nũc aũt miſerendo ſic facit. Tertia cauſa, quia & ſi habeat hic multas aduerſitates, eo ꝙ muſcæ libenter ſequuntur unctionẽ & pũgunt, tamen in æternum non commouebitur. Tunc enim dabit dominus finem tribulationi. Pſalm. Non dabit in ȩternum fluctuationem iuſto. Quarta cauſa, quia manebunt bona ſua in memoria, non hominũ ſed Dei. Cito enim obliuiſcitur hõ ſuorum benefactorum, ſed in memoria æterna erit iuſtus, benefaciens Deo in membris ſuis, ẽ contrario uero impij obliuioni dati erunt, qui nihil pro Deo fecerunt. Pſal. Diſperdat de terra memoria eius, pro eo ꝙ nõ eſt recordatus facere miſericordiã. Pſ. Sicut uulnerati dormientes in ſepulchris, quorũ nõ es memor amplius.

G
iudicium Dei.
Sex ſunt cauſæ ꝑ quas iuſti in iudicio Dei iocunda būtur.

Quinta cauſa, quia a mala auditione non timebit. Pſalm. Ipſe liberauit me de laqueo uenantium, ideſt de tentationibus dȩmonum, & a uerbo aſpero, illo. ſ. Ite maledicti. Prouer. ult. Non timebit domui ſuȩ a frigoribus niuis. Sexta cauſa, quia in iudicio non timebit, neque damnari, neque perdere proceſſum. Vnde paratum eſt cor eius ſperare in domino, ideo confirmatum eſt cor eius, non commouebitur donec uideat inimicos ſuos depreſſos, & ut uulgò dici ſolet, faciat eis ficum. Et hanc iucunditatem maximè aſſerit preuenire propter duo. Primum,



mum, quia diſperſit bona ſua dans pauperibus. Secundũ, quia in iuſtitia perſeuerauit. Vnde ſequitur. Iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.

H
iudicium Dei.
Quõ horrẽda erit ſententia lata contra malos

In ſecunda parte tractatur de proceſſu cõtra malos & ſentẽtia diffinitiua, quia ſequitur. Tunc dicet rex his q̃ a ſiniſtris eius erunt. Ite maledicti &c. Quidam ſenex in uitis patrum dicebat. Ego tres timeo res. Vnam, quando anima mea egreſſura eſt a corpore. Secundam, quando occurſura eſt Deo. Tertiam, quando aduerſum me ferenda eſt ſententia. Et uerè ſi omnis ſententiæ expectatio eſt incuſſiua timoris, iſta tamen inter omnes magis horrenda eſt propter multa. Primò, quia ſententiæ humanæ feruntur contra dimidium hominẽ: ſcilicet corpus & annexa ſua, ſcilicet tẽporalia, ſed iſta cõtra totum hominẽ, ſcilicet corpus & animam. Vnde Apoc. 1. dicitur. Hæc ſentẽtia gladius ex utraq; parte acutus, quia corpus & animam percutit. Matth. 10. Illum timete, qui põt corpus & animam perdere in gehennã ignis. Scd̃o, quia inter ſententias ferẽdas, nulla tm̃ timetur ſiue ſit de pecunia, ſiue ſit de poſſeſſionibus, ſiue de dignitatibus, ſiue de ſimilibus cæteris, ſicut illa q̃ eſt de pœna corporis, & maximè de morte. Hæc autẽ non ſolum erit de pœna, & uita temporali, ſed etiam de pœna æterna, & ſupplicio æterno. Sicut hic dicitur, ibunt hi in ſuppliciũ æternum. Inde Paulus imminente iudicio mortis ſuȩ ligauit pannũ ante oculos ſuos præ timore, ne uideret gladium, imò Chriſtus diuinitate cõfortatus in tantũ timuit iudicium mortis temporalis, ꝙ factus eſt ſudor eius tanquã guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Quantum ergo timenda eſt illa ſententia non de morte tranſitoria, ſed æterna? Tertiò, quia multæ ſententiæ frequenter feruntur, quȩ quandoq; nõ inferunt niſi uel ſolam pœnã damni, uel ſolam pœnam ſenſus; ſed in iſta inferẽ utrunque. Matth. 7. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Humana autem ſententia uidetᷣ grauior pœna ſenſus, quam pœna damni, hic autem è conuerſo. Chryſoſt. Duæ ſunt pœnæ excidi, & in ignem mitti. Multi gehennam horrent, ego uero caſum illius gloriæ multo maiorem pœnam ato eſſe gehenna. Intollerabilis eſt gehenna, uerum mille ponat quis gehennas, nihil tale dicẽt quale eſt excidere ab illa glīa, & odio haberi a Chriſto, & audire uocem illam. Non noui uos Etenim melius eſt decem milia fulmina ſuſtinere, quam uidere illã manſuetam faciem auerſam a nobis, & trãquillum illum oculum non ferentem nos. Porrò hmõi ſententiam timens dicebat. Bern. in ſuis meditationibus. Quis putas mœror erit, quis luctus, quæ mȩſtitia, cũ ſeparabuntur impij a conſortio iuſtorum, & a uiſione Dei, & traditi in ptãte dæmonũ ibunt cũ illis in ignem æternũ? Ibique erũt ſine fine in luctu, & gemitu procul relegati a beata patria paradiſi, & in gehẽnã nunquã lucẽ habituri, iuxta quantitatem culpæ pœnã ſubſtinẽtes. Quartò, quædam ſunt ſententiæ quæ punientes hoīem cum inter ſuos dimittunt, iſta uerò non ſic, ſed ſeparabit a ſuis Matt. 24. Duo erũt in agro unus aſſumetur, & alter relinquetur. Duo in lecto uno, unus aſſumetur & alter relinquetur. Si autem ſeparari a ſuis propter peregrinationem, uel alias cauſas ſit amarum, ſicut patet in multis hyſtoriis, quanta tunc erit deſolatio in ſeparatione perpetua? Oſeæ 13. Conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis, quia ipſe, ſcilicet, infernus inter fratres diuidet, cum unus erit extra, alter intus. Quintò, in curia mundi aliquando fertur ſententia ab aliquo de curia, qui audiuit cauſam, ibi uerò feretur ab ore filij Dei. Io. 5. Pater omne iudiciũ dedit filio. O quam terribilem illam uocẽ audire? Augu. ſuper Ioan. Qui ceciderũt ad uocem unam Chriſti morituri, quid facient ſub uoce iudicaturi? Ipſe ſiquidem ut leo rugiet. Oſeæ. 11. Quis ergo non timebit. Amos 4. Leo rugiet, quis non timebit? Vox eius tunc erit ſicut tonitruum uerberans terram, ideo Iob timens dicebat. Iob. 26. Quis poterit tonitruum magnitudinis eius ſuſtinere? Sextò, iudex laturus ſnĩam interdum nititur placare uerbis dulcibus condemnatum, ut patientius ferat, ſic non erit in illa ſententia, imò cõfundet iudex condemnandum improperiis. Matt. 25. Tunc dicet rex his, qui a ſiniſtris eius erunt. Diſcedite a me maledicti &c. Eſuriui eñ, & non dediſti mihi manducare &c. Quis autem huiuſmodi & ſimilium improperia poterit ſuſtinere. Exemplũ datur in uitis patrũ, ꝙ quidã nolens intrare religio-

nem dixit hoc matri ſuæ, quæ cum uellet eũ auertere nõ acquieſcebat, dicẽs. Volo ſaluare animam meã. Cum aũt intraſſet, & bene cepiſſet, & feruẽter ſe habuiſſet in primordiis, poſtmodũ cœpit tepeſcere, & paulatim laxari. Cũ aũt factus eſſet diſſolutus, ægrotãs raptus in extaſim ductus eſt ut ſibi uidebat, ad iudiciũ, ubi mrẽm iam defunctã inuenit, quę uidẽs eũ dixit. Quid eſt hoc fili, ueniſti & huc nobiſcũ iudicandus? Et ubi eſt hoc quod dicebas, uolo ſaluare animam meam, uolo ſaluare animã meam? Ad hanc uocem confuſus cũ obtumeſceret, reuerſus eſt ad ſe, recogitans autem illam confuſionem, rediit ad priſtinum feruorem mirabiliter corrigens uitã ſuam, & dicebat ſibi. Si improperium matris tuæ non potuiſti ſuſtinere, quomodo improperiũ Chriſti, & angelorum, & ſanctorum poſſes ſuſtinere? Septimò, in iudicis humanis interdum non ſunt executores parati, aut inuitę exequuntur. Ibi uero parati ſunt & ad exequẽdum auidi ipſi dæmones, ideo dicuntur. Eccle. ult. Rugientes præparati ad eſcam. Exemplum Heſter 7. De miniſtris Regis Aſſueri ad ſuſpendium Amã. ubi dicitur, nec dum uerbum de ore regis exierat, & ſtatim operuerunt faciem eius, & ſuſpenderunt Aman &c. Octauò, in ſententiis humanis habetur interdum magna certitudo, ab aliquo, quòd ſit ferenda ſententia pro ſe, & ideo minus timetur, hic autem non ſic, imò eſt ualde incerta, & multi de quibus ualde creditur, quòd habeant ſententiam pro ſe, habebũt contra ſe. Exemplum in uitis patrum. Abbas Syluanus cum factus fuiſſet in exceſſu mentis coram fratribus & rediiſſet ad ſe, flebat ualde, & interrogauerunt eum diſcipuli. Quid habes abba? Ille autem tacebat & flebat. Cum autem inſtarent, ut diceret quid haberet, dixit. Ego ad iudicium Dei raptus ſum, & uidi quoſdam de habitu noſtro exeuntes ad tormenta, quoſdam uerò de habitu ſæculari euntes ad regnum. Inde eſt q; dicitur. Matth. 7. Multi dicent mihi in illa die. Domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & uirtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui uos. Diſcedite a me maledicti &c. Si autem prophetæ, & fugantes dæmones, & mirabilia facientes, tunc repellentur, quis poteſt eſſe, qui de ſe non timeat?

*Feria ſecunda unde ſupra. Sermo 2. & in ordine 28.*

E*Suriſti & dediſtis mihi manducare, ſitiui & dediſtis mihi bibere.* Matth. 25. Tripliciter legitur Chriſtus eſuriiſſe. Primò, eſuriit corporaliter poſt ieiunium quadragenarium, docendo nos contra tẽtationes debere ieiunare, & eſuriem pati, qa antequam tẽtatus eſſet, & ieiunauit, & eſuriit. Secundo, dicitur eſuriiſſe ſpiritualiter appetendo ſalutem animarum. Pſal. Si eſuriero non dicam tibi, meus eſt enim orbis terrę, & plenitudo eius. Nunquid manducabo carnes taurorum &c. q. d. non ſed meus cibus eſt ſalus animarum, & conuerſio peccatorum. Inde Ioann. 4. Rogabant illum diſcipuli dicentes. Rabbi manduca. Ille autem dixit. Alium cibum habeo mãducare quem uos neſcitis, quaſi dicens, nõ quæro cibum materialem, ſed ſpiritualem. Hinc & ſequitur. Meus cibus eſt, ut faciam uoluntatem patris mei, quæ dicit. Nolo mortẽ peccatoris, ſed ut magis conuertatur, & uiuat. Si nobilem aliquem inuitas ad hoſpitium tuũ, cibum quem deſiderat ei offerre ſtudes. Si ergo uix Chriſtum ad ſuam uolũtatem hoſpitari, & gratanter reficere, prius tuam deinde aliorũ conuerſionem ſtudeas procurare. Gen. 27. Dicit Rebecca ad Iacob. Affer mihi duos hædos optimos, ut faciam ex eis eſcas patri tuo, quibus libenter ueſcitur, quas cum comederit, benedicat tibi priuſquam moriatur. Hędi qui fœtent, peccatores ſunt, ſed optimi quando contritionis, & pœnitentiæ lachrymis præparati, & qui ſic facit, Dei benedictionem obtinet. Tertiò, dicitur eſurire reputatiue in pauperibus, quia quicquid pauperibus impenditur, ſibi reputat factum. Matth. 25. Eſuriui & dediſtis mihi manducare &c. Ideo pauperes non ſunt contemnendi. Si quis eſſet ita charus regi Franciæ uel familiaris, quòd quicquid ſibi fieret rex reputaret ſibi fieri, ſi ad domum tuam ueniret arbitror quòd honorifice ſecundum uires tuas eum reciperes nec deſpiceres, ideo Eccl. 4. Eſurientis animam ne deſpexeris. Sæpe enim accidit quòd ſub uili ſarpillo iacet mercimonia cara, & in turpi ſacco

*A Eſuries. Quia Chriſtus legitur tripliciter eſuriiſſe.*

recon-



reconditur bonum frumentum, & in urna fragili lapis precioſus, & econuerſo ſub auro fulgente lignum putridum. Sic ſub paupere habitu anima precioſa, & ꝑpter hoc Eccl. 11. Ne laudes uirũ in ſpecie ſua, nec ſpernas in uiſu ſuo hominem. Si uaſa aurea inuenires lutoſa, non ea deſpiceres qn ea pp precioſitatem cõparares. Quod & fecit Maria, quæ precioſiſſimã margaritã in uaſe luteo humanitatis comparauit, qñ hoſpes erat, & collegit eum in tabernaculo uteri ſui, ita q; Iob 36. Foris non manſit peregrinus, & cum non haberet ubi caput ſuum reclinaret, hoſpitium uteri non dedignatus eſt. Secundo nudus fuit in infantia, & pannis eũ inuoluit, eſuriuit & dedit ei manducare, ſitiit, & lac uirgineum dedit ei bibere. Sola enim uirgo lactabat ubere de cœlo pleno. Infirmus fuit in cruce, quando uulneratus eſt propter iniquitates noſtras, & uiſitauit eum proxima patienti. Stabat enim iuxta crucem. In carcere ſepulchri poſitus eſt & ipſa eum in uiſceribus cordis amplexata eſt. Eius itaque uiſcera miſericordiæ pulſemus dicentes. Aue.

*B iudicium Dei. Quare dominus ſæpe iudicium raro gloriã ſuam manifeſtat.*

Quæri poſſet, quare dñs in ſcripturis ſępe uoluit hoc iudicium, & eius formam reuelare, cũ raro manifeſtauerit gloriã ſuã? Reſponſio. Multiplex eſt cauſa. Prima, ut parcat in iudicio, populo ſuo. Iacula enim præuiſa minus feriunt. Prius pater plus uirgam puero quam theſaurũ oſtendit. Pſal. Miſericordiam, & iudiciũ cãtabo tibi dñe, quia ex miſericordia ſua eſt qđ iudiciũ illud demonſtrat. Secunda cauſa eſt, ut fidẽ adhibeamus. Libenter credimus quæ pro nobis ſunt, quę contra nos raro. Mala autẽ quæ nos uidemus, non niſi figura & picturaſunt eorũ quæ in altero ſeculo nos expectant, ſicut populus Iſrael in umbra & figura præuidebat magna illa beneficia, q̃ nunc guſtamus. Sic nunc ſub figura malorum, quæ patent oculis, poſſumus cõprehẽdere futura. Tertia cauſa, ut memoriter ea teneamus, & in eis conſolemur. Pſ. Memor fui iudiciorũ tuorũ a ſæculo dñe, & cõſolatus ſum, quia iudicia dñi uera. Cõſolamur eñ in ueritatis inuentione. Vñ ueritas eſt bonũ intellectus, & perfectio eius. Tũc aũt aperta erit ueritas, q̃ latuit, & tũc uidebuntur teſtimonia hominũ falſa, & iudicia eorũ dãnata, & iudicia dñi uera iuſtificata in ſemetipſa. Tũc eñ nõ erit opus ꝓbatione, quia oĩa clara erũt ad lumen Solis æterni. Et ut in memoria iudicia ſua teneamus, ipſe in memoria ſua, tanquã in regiſtro, tenet proceſſum nrm, ſicut ipſe teſtatur dicens. Eſuriui & dediſtis mihi manducare, ſitiui & dediſtis mihi bibere. Circa Euangelij expoſitionẽ, duæ partes tractantur. In prima, tractatur aduentus Dei ad iudiciũ. In ſecũda, iudicij forma, & diuinę ſniæ executoriũ. De hoc eñ Euangelio dicit Aug. Si quis eſſet qui de tota ſcriptura ſacra nihil aliud ſciret, niſi ſolummodo lectionẽ iſtã præſentẽ, hoc ſolũ ſibi ſufficeret ad ſalutẽ, quia continent hic merita & demerita, præmia & ſupplicia bonorũ & malorũ. In prima parte dr. Cũ uenerit filius hominis in ſede maieſtatis ſuę, & omnes angeli eius cũ eo, tũc congregabunt ad eũ oẽs gẽtes, & hoc intelligitur quo ad iudiciũ generale, qa in particulari iudicio iſta nõ fiũt, & ſtatuet oues a dextris, & hædos a ſiniſtris, & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut ſegregat paſtor oues ab hędis. In feſto expiationis in ſolemni ſacrificio duo hirci ad oſtiũ tabernaculi offerebant, & mittebant ſortes ſup eos, ut unus Deo, alius pctis populi aſſignaretur, & qui in ſortẽ dñi cadebat, dño immolabat, ſed q populo aſſignabatur in ſortẽ, impoſitis pctis populi ſuper caput eius, per nuncium ad hoc deputatũ in deſertũ emittebat, & ibi liber abire permittebatur lupis, & leonibus expoſitus. Sic homines ſæculi in duo diuiduntur, ſm ſortẽ diuinæ & occultæ prouidentiæ. Aliqui eñ Deo reſeruãtur, & ſibi per pniam concremantur. Alij cum pctis ſuis, & aliorũ p deſertũ mundi uagari permittuut ubi prę ſentibus bonis ad ſuã uoluntatẽ uti pmittuntur, lupis, & canibus, & leonibus infernalibus expoſiti Pſ. Dimiſi eos ſm deſideria cordis eorũ, ibunt in adinuentionibus ſuis. Talis eñ eſt ſors diuinæ iuſtitiæ, ut de mũdi fœtentibus pctõribus aliquos habeat Deus, qui ſe ei per pniam offerantur, alios mũdus qui deſerta ſæculi circũeuntes pro pſentibus æterna ptermittãt Luc. 17. Erũt duo in lecto uno, unus aſſumetur & aliter relinquetur. Circa hoc poſſet quæri utrũ aliquod ſit particulare iudiciũ hominis ante iudiciũ uniuerſale. Scdò, ſi in illo iudicio particulari uidebunt animæ exeuntes de corpore humanitatem ſaluatoris iu-

*C iudicium Dei. Quõ ſtatuet oues a dextris & hædos a ſiniſtris*



dicantis.

dicantis. Ad primo quæſitum uidetur q
non, quia cũ oĩa iam iudicata eſſent, uidet
q fruſtra fieret uniuerſale iudicium. Ad
hoc dicitur primo, q eſt aliquod particula
re iudicium in morte hominis. Hebre. 9.
Statutum eſt omnibus hominibus ſemel
mori, & poſt hoc iudicium. 1. Reg. 2. Do-
minus iudicabit fines terræ, ideſt termi-
nos hominis. Dicitur ſecundo, q propter
hoc iudicium uniuerſale non fruſtra erit.
Primò, quia in eo corpus cum anima iudi-
cabitur, in particulari aũt ſola anima. Se-
cundò, ut generaliter ab omnibus uideat
diuina iuſtitia, ubi hic ab omnibus uiſa eſt
diuina miſericordia. Pſalm. Sicut tenebræ
eius, ita & lumen eius. i. ſicut tenebræ pctõ
rum obſcurauerunt ne uiderentur facta eo
rũ, ita lumen diuinæ iuſtitiæ omnia reuela
bit. Tertiò, ut ibi cũ hominibus iudicentur
mali angeli, ut q̃ conſortes fuerunt in cul-
pa, ẽt conſortes ſint in pœna. Ad ſcd̃o quæ
ſitum dr̃ primo, q anima dum exit de cor
pore trahitur ad iudicium regulariter. Pa
tet. Eccl. 3. Tempus ſeminandi, & tempus
metendi, in morte tranſit tp̃s ſeminandi,
ergo ſuperuenit tempus metendi, qd̃ non
põt fieri, niſi per iudicem digna, uel indi-
gna iudicetur pœnis, aut præmiis. Pſ. Dñi
dñi exitus mortis. Dr̃ ſecũdò, q animæ nõ
purgatæ regulariter non uident humani-
tatem Chrĩ, qui non ſunt dignæ, ſed tunc
iudiciũ particulare fit, uel per miniſterium
angelorũ, uel per opera quæ p̃dicãt exeun
tẽ aĩam bonã vel malam vel per conſcien
tiã boni & mali conſcientiam. Anima eñ
in exitu de corpore ſe cognoſcit, uel uir-
tutibus & gratia habituatam uel nudã, &
ad lumẽ intelligentiarũ cognoſcit cito, q̃d
ei debeatur, & ad qd̃ latibulum debeat di
uertere. Animæ uerò purgatæ immediatè
uident humanitatẽ Chriſti, imò & diuini-
tatẽ ipſam, quia nihil inquinamẽti obeſt.
Tertio dr̃, q quandoq; iudiciũ particulare
fit anima ſtante in corpore. Pſ. Terribilis
in conſiliis ſuper filios hominũ, deſcernẽs
dũ ẽt uiuũt merita ſingulorũ, & tũc aliqñ
languori, aliquãdo ſubitæ morti adiudicã
tur, & tũc anima poſt exitum a corpore im
mediatè, uel a bonis angelis, uel a malis de
ducit ad latibulũ ſuũ. Pſ. Exibit ſpũs eius
& reuertetur in terrã ſuã. i. quam ſuis me-
ritis emit. Luc. 14. Villam emi, & neceſſe
habeo exire, & uidere illam. Exemplum in
Holcot ſup Lucã de homine uſurario &
auaro, cui dũ moreretur apparuit dñs mo-
nens ut ſe corrigeret paratus eum ſuſcipe
re ad pœnitentiã, qui dũ nollet, ſed differ-
ret, accepit dñs (in forma crucifixi appa-
rens) ſanguinẽ de latere ſuo dicens. Ecce
ſanguinẽ, quẽ ſi uoluiſſes, pro ſalute tua fu
diſſem, in perditionẽ tuã, & proiecit cõtra
uultũ ſuũ. Quo diſparente ecce familia uo
lens eũ tergere. At ille. Sinite: hic ſanguis
debuit eſſe in ſalutẽ meã, & ecce datus eſt
mihi in perditionem, eo q noluit Chiſtum,
nec in uita, nec in morte audire. Aliquãdo
tñ differtur iudiciũ iſtud particulare cer-
tis ex cauſis quas dñs nouit, ſicut legimus
de Traiano, qui licet paganus mortuus fue
rit, dr̃ tñ q poſt quadringẽtos annos ſuſci
tatus ad preces Beati Gregorij pœniten-
tiã egerit. Et ſi quæratur iterũ, ſi in exitu
mali a dæmonibus recipiuntur, quare non
auditur clamor animarũ in exitu? Dr̃ pri
mò, q ſicut radius ſolis ab oriente in ictu
oculi tranſit in occidentẽ, ſic animæ in exi
tu a corpore citò longe ſunt a nobis, ut ſi
cut uiſus coruſcationis anticipat auditũ
tonitrui, licet ictus tonitrui procedat emiſ
ſionem coruſcationis, ſic motus animæ an
ticipat auditũ clamoris. Pſal. Qm̃ ſpiritus
pertranſibit in illo, & non ſubſiſtet, & non
cognoſcet amplius locũ ſuũ. Vñ quidam
nautæ tranſeuntes uerſus inſulam Lippari
cam, circa ignes Vulcani audierũt in quo
dam turbine uocem cuiuſdam mulieris de
Maſilia plangẽtem, quã iudicauerunt eſſe
illius mulieris, & ipſi uenientes Maſſiliam
inuenerunt eam illa hora fuiſſe defunctã.
Secundo dicitur, quòd & ſi animæ in exitu
plangant hoc non auditur, uel quia nõ cõ
municant nobiſcum, uel ad conſolationẽ
uiuorum. Deſolarentur enim ſi cognoſce-
rent perditionem earum. Anima enim de
corpore poteſt producere clamores. Nam
& multi ſancti patres ſimilia audierunt, &
dominus ait, ibi erit fletus, & ſtridor den-
tiũ. Soph. 1. Vox clamoris a porta prima,
ſcilicet mortis tp̃alis, & ululatus a ſecun-
da, ſcilicet mortis æternę. Et hęc ex prima
parte. In ſecunda parte tractãda uenit iu-
dicij forma, & ſentẽtiæ executoriũ. Primò
igitur pro bonis Chriſtus iudicat. Dein-
de contra malos. Pro bonis primò pro-
fert ſententiam cum dicit. Tunc dicet rex
his, qui a dextris eius erunt. Venite bene-
dicti

D *iudicium Dei. Vtrũ ſit aliquod iudicium particulare.*

E *iudicium Dei. Si animæ impiorũ rapiũtur a demonibus in exitu, quare non auditur clamor earũ.*



dicti patris mei &c. quã fœlices & beati, q
hoc dulce inuitatorium ad ſe audierint di
rectum, & a rege inuitati regnum eius per
cipere meruerint, qd̃ paratum erat eis a
conſtitutione mundi. i. antequam naſceren
tur. Vnde triplex eſt uenite, malorum, ſcili
cet, & bonorũ, & Dei. Malorum triplex
eſt. Quoddam lubricorum, qui dicũt. Sap.
2. Venite fruamur bonis quæ ſunt, & uta-
mur creatura, tanquam in iuuentute celeri
ter. Et ſequitur. Nullum ſit pratum quod
non pertranſeat luxuria noſtra. Iſtud inui
tatorium eſt ſolenne, & dicitur in feſtiui-
tatibus uentris, & eorum quorum Deus
uenter eſt, & eorũ qui ociantur de quibus
Exod. 32. Sedit populus manducare & bi-
bere, & ſurrexerunt ludere. Secundum eſt
auarorum, de quo Prouerb. 1. Veni nobi-
ſcum, inſidiemur ſanguini, abſcondamus
tendiculas. i. fraudes contra inſontem, fru-
ſtra deglutiamus eum ſicut infernus uiuen
tem &c. fili mi, ne acquieſcas eis, iſtud ue
nite commune eſt, & dicitur inferiis quan
do laboratur auaritiæ. Cõmune enim eſt
omnibus, quia a minimo uſq; ad maximũ
oẽs auaritiæ ſtudent. Hiere. 6. Tertiũ eſt
uenite ſuperborum, de quo Exo. 1. Venite
ſapienter opprimamus eum ne forte mul-
tiplicetur. Iſtud eſt ſolenniſſimum, q̃a ſub
prætextu iuſtitiæ, & pietatis per manda-
tã principũ quos plus timẽt quã Deũ, uel
ẽt propria auctoritate opprimunt populũ,
neſciẽtes, quia qui timet pruinã, irruet ſu-
per eũ nix. Iob. 6. Pruina de terra ſurgit,
nix de cęlo. De terra & puluere ſurgit ira
principum, & de cœlo ira Dei. Primum ue
nite bonorum inuitat ad timorem. Pſ. Ve-
nite filij, audite me, timorem dñi docebo
uos. Initium enim ſapientiæ eſt timor do-
mini. Secundum eſt ad opera Dei, & ad iu
dicia eius cognoſcenda Pſal. Venite, & ui
dete opera domini. Ad qd̃ inuitatus erat,
qui paruipendens opera mundi, dicebat, q̃
magnificata ſunt opera tua domine, & ex
operibus perpendens cogitationes & con
ſilia eius ſubdit. Nimis p̃fundæ factę ſunt
cogitationis tuæ. Tertium eſt ad colendũ
Deum, iuxta illud. Pſal. Venite exultemus
domino, contra illos, qui exultant & adu-
lantur mundo. Triplex quoque eſt uenite
Dei. Primum inuitat peccatores ad con-
uerſionẽ. Eſa. 21. Venit dies, uenit nox. Si
quęritis, quærite, conuertimini, & uenite
q. d. Venit dies in qua licet operari, & nox
in qua quieſcere oportet a labore. Si quæ-
ritis Deum, quærite diligenter dum dies
eſt, & cõuertimini, & uenite ne differatis.
Secundũ eſt ad proficiendum. Matth. 11.
Venite ad me omnes qui laboratis, & one
rati eſtis. Tertium eſt ad ſanctos & ele-
ctos. ſ. uenite benedicti patris mei. Scd̃o cau
ſam huius ſententię ſubdit dicens. Eſuriui
& dediſtis mihi manducare &c. Ex quo cõ
cludit, uenite benedicti patris mei &c. hæc
ſnĩa ſcribitur in pſa. cum dicit. Beatus qui
intelligit ſuper egenũ & pauperem. Gloſ.
magiſtri. i. qui intus legit miſerias paupe-
rũ, quos pudet eleemoſynas quærere. Hi
ſunt pauperes uerecundi, uel qui bene ui-
xerunt et perſecutionibus oppreſſi, quãuis
antea bonis temporalibus ſplendidi, ino-
pes tñ facti ſunt, qui uocant pauperes uere
cundi. Qui aũt eis occurrunt ſeptem con-
ſequuntur bona, quæ tanguntur in illo tex
tu. Primũ, q in die mala liberabit eos dñs,
ſcilicet, in die iudicij, q̃ erit dies mala im-
pijs & amara ualde Thob. 4. Eleemoſyna
nõ patietur hominẽ ire in tenebras. Scd̃m
eſt, q cõiter tales dñs a morte improuiſa
conſeruat. Vnde ſubditur dñs conſeruet.
Ambr. Non memini, inquit, me legiſſe ali
quẽ mala morte defunctum, qui libenter
exercuit opera pietatis. Exemplum de illo
cui dictum eſt, q ad condignum non ſatiſ-
fecerat pauperi ꝓpter eleemoſynam ac
ceptam pro illo roganti. Dictum eſt eñ il
li, q niſi pauper pro eo rogaſſet, illo die ſu
bita morte periiſſet, ſed iret ad prouiden-
dum de ſalute ſua, quia illo die obiret, qd̃
& factum eſt. Tertiò, quia talis cõiter uiui
ficatur a Deo per gratiam. Vnde ſubdit, &
uiuificet eũ. Qui eñ facit gratiã, meret̃
eã, & una bonitas aliam requirit. Thob. 4.
Eleemoſyna ab omni pctõ, & a morte libe
rat. Quarto beatificabitur & magnificabit̃
in terra, ideo ſequitur, & beatum faciet eũ
in terra. Sicut enim auari deſpiciuntur in
terra, iuxta illud Pſ. Opprobrium abundã
tibus & deſpectio ſuperbis, quia nec ſibi,
nec aliis de bonis ſuis proficiunt, ita libera
les magnificantur. Beatificatur enim in ter
ra, qui regi miniſtrat. Hi autem miniſtrant
ei, qui dicit. Eſuriui, & dediſtis mihi man-
ducare &c. Beati ſunt in mundo qui ma-
gnos theſauros habent in terra, ſed bea-
tiores qui in cœlo habent illos recondi-
tos.

F *iudicium Dei. De triplici uenite.*

G *Eleemoſyna. Quia facientes eleemoſynam ſeptẽ dona conſequuntur.*

tos. Ventres enim pauperum (ut dicit Auguſtinus) tutiora ſunt horrea, quam apotecę diuitum. A uentribus pauperum nũquã fures auferent, bene ab horreis diuitũ. Diuites quandoque dant pauperibus ut ferãt pro ſe contra emulos falſum teſtimoniũ, & pauperes ꝑ minas, aut timores, aut ſuæ ſalutis incuriam, teſtantur quod uolunt diuites. Iſti bona ſua mittũt in uẽtres pauperum, ſud uentres pauperum cum eleemoſynis mittunt in ignem æternum. Hæc Auguſt. Bona enim, quę dant diuites iſti pauperibus, uirus ſunt unde pereunt illi falſi teſtes, qui poſtea uix confitentur, & ſi confiteantur, nunquam reſtituunt, ideo ſibi prouideant diuites, qui propter eam cauſam dant pauperibus, & pauperes, qui propter eandem ſuſcipiunt. Quintum eſt, ꝙ a poteſtate inimicorum ſuorum liberabuntur. Vnde ſubditur, & non tradat eum in animam inimicorum eius. Pſal. Ne tradas animam meam a deſiderio meo peccatori. Tradit enim aliquando dominus iuſtos in manu peccatorum ad diſciplinam eorum, ſed nũquam animam eorum iuxta deſiderium eorum. Deſiderant enim eos exterminare, & nõ faciunt niſi eos purgare. Sextò, in tribulationibus eorum erit eis dominus adiutor, ideo ſubditur. Dominus opẽ ferat illi ſuper lectum doloris eius. Quia enim iuuit Deum in membris ſuis, iuſtum eſt, ut a Deo iuuetur. Vulgo dicitur de aliquo. Fit ei de tali pane talis offa. Septimò, quòd omnes tribulationes etiam in lecto mortis dominus ſuſcipiet pro redemptione peccatorum ſuorum, ideò ſubditur, uniuerſum ſtratum eius uerſaſti in infirmitate eius, ita, ꝙ qui portabatur a lecto propter infirmitatem, patiẽter portabit lectũ doloris ſui propter aleemoſynam factam, & quia Deo commendauit ad uſuram magnam. Auguſt. Vult homo homini fœnerari, ut ei plus reddat, & accipit quidem gaudens, ſed reddit plorans, & hoc prohibetur in pſalmo. Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram. Sed hæc dicit, tibi dominus, pauca uis dare, & plura accipere, relinque hominem qui plangit quando exigis, me inueniſti, qui gaudeo quando reddo, da & ſume, tempore reditionis reddam tibi. Pauca dediſti, plura ſume, terrena dediſti, cœleſtia ſume, mea dediſti, meipſum ſume. Secundo dixit. Nudus fui, & operuiſtis me. Non dixit bene indutus fui, & me melius induiſtis. Infirmus fui, & uiſitaſtis me, nõ dixit, & ſanaſtis me, & hoc propter multa. Primò, ad oſtendendum quàm leuia iniungit ut nemo poſſit ſe excuſare. Facilia enim petit Deus, ſcilicet panem in pauperibus, quod facilè facit promiſſum regnum cœleſte, & dignitas eius, qui accipit in paupere, & exoneratio diuitis in onere pauꝑis Aug. Quid eſt dicere ille diues, iſte pauper, niſi ille oneratus, iſte leuis? Diues graui ſarcina diuitiarum onuſtus, pauper eis exoneratus. Ille pauper comes eſt uiæ diuitis, & tamen ut releuetur in uia comiti non uult dare, qui nihil portat. Sed dicetur illud. Matth. 24. Væ prægnãtibus in illa die. Mali enim erunt tunc quaſi pregnantes opibus ſuis, ideo ſicut mulieres prægnantes fugere non poſſunt, ſic nec tunc illi. Libenter enim uellẽt illis fętibus exonerari, ſed tunc non poterunt, qa dum uiuerent per eleemoſynam exonerarari noluerunt. Secundò (ut dicit Auguſtinus) illis quos coronaturus eſt ſolas eleemoſynas imputabit dicens. Difficile eſt, ut ſi examinẽ uos, & appẽdam uos in ſtatera & ſcruter diligentiſſimè facta ueſtra, non inueniam unde uos damnem, ſed ite in regnum meum. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare. Non enim itis in regnum, quia nõ peccaſtis, ſed quia peccata ueſtra eleemoſynis redemiſtis. Quidam tamẽ dãte eleemoſynas, ſed his, qui non indigent, ſimiles aſino uel mulo, qui urinam ſpargit non in terra ſicca, ſed in medio aquarum, uel lutorum. Debet enim eleemoſyna fieri ad naturæ ſuſtentationem, uel conſeruationem, non ad ſuperfluitatem. 1. Thimo. 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus, alimenta dicit nõ oblectamenta, tegamur dicit, non ornemur. Deinde ſequitur proceſſus, & ſententia cõtra malos, in qua dicet rex. Ite maledicti in ignem æternum. Tunc enim dominum formidabunt aduerſarij eius, qui hic eum non timuerunt, & ſuper ipſos in cęlis tonabit. Iudicium tonitruo comparatur. Tonitruũ enim nihil aliud eſt, quàm ruptio, & diuiſio nubium, & ideo ſecundũ dẽſitatem, uel raritatem nubium tonitruũ diuerſimode ſonat, nunc alte, nunc baſſe, nunc mediocriter. Sic diuina ſententia nihil aliud erit, quam diuiſio agnorum ab hędis,

H
*Falſum teſtimoniũ. De his q procurãt ut pauperes dicãt falſum teſtimoniũ.*

I
*Eleemoſyna. De facilitate eleemoſynæ.*

K
*iudicium Dei. Quõ iudicium Dei comparatur tonitruo.*



hædis, bonorum a reprobis, & è conuerſo. Ideo ſecundum diuerſitatem, ideſt merita, uel demerita iſtarum nubium, ideſt iſtorum iudicandorum, ipſum tonitruum, ideſt ipſa Dei ſententia inæqualiter reſonabit, nunc alte, & terribiliter malos damnando, nunc baſſe & benigniter iuſtos uocando. Vnde quando duo homines uadunt per eandem uiam, neſcitur, quòd ad diuerſa loca proficiſcantur quouſque perueniant ad aliquod biuium, & ſic ab inuicẽ diſcedunt, & ſic certum eſt, ꝙ non ibant ad eundem locum. Sic in mũdo omnes ſimul boni cum malis habitant, & peregrinãtur ſed quando ueniemus in fine ad biuium, ſcilicet, inferni & paradiſi, tunc manifeſte uidebitur, ꝙ non omnes ad eundem terminum tendebant. Oportet ergo uſque tunc expectare, & tunc apparebũt, qui filij Dei, & qui filij diaboli. Roman. 8. Expectatio creaturę reuelationem filiorum Dei expectat. Ite ergo maledicti. In hoc mũdo oportet ire bene, ne in futuro habeamus malũ illud ite. Vnde in ſcripturis inuenitur duplex ite. Primum, pertinet ad bonos, ſecũdum ad malos. Primũ ite triplex eſt. Vnũ eſt ad laborem actiue. Matt. 20. Ite & uos in uineam meam, quod præcipitur prælatis, & aliis, qui ſuſceperunt talenta a domino ſub pœna carceris æterni, ligationis pedum, & manuum, & damni omnium ſuorum meritorum. Paueant igitur tales, qui talenta accepta non multiplicant. Secundum ite eſt contemplationis, cum quis iubetur aſcendere in montem doctrinæ, de quo Matth. 2. Ite & errogate diligenter de puero. In quo reprehenduntur, quæ intelligẽtiam habent a Deo, nec eam ſacræ doctrinæ, ſed lucratiuis ſcientiis occupant. Tertium ite pertinet ad ſolos electos, de quo Miche. 2. Ite, quia non habetis hic requiem. Electis enim per laborem eundum eſt in cœlum, quia grandis eis uia reſiſtat de terra uſque ad cœlum. Secundum ite eſt diabolicum, & iſtud eſt triplex. Primũ ite eſt ad onera peccatorum. De quo Exo. 5. Ite ad onera ueſtra, quia non dabuntur uobis palee, ideſt materia peccandi, ſed eã ex uobiſipſis miniſtrabitis. Sic enim iumẽtis ſuis imperat dæmon. Secundum ite eſt ad exempla malorum. Iudicum 14. Ite poſt eos ſecuri. Securitas enim eorum, qui poſt malos ambulant, eſt cauſa perditionis multorum, ut uidebimus in religionibus deformatis. Prouerb. 14 Eſt uia, quæ uidetur homini recta, & nouiſſima eius ducunt ad mortem, ideſt ad illum tertium, & peſſimum ite, de quo hic dicitur reprobis ite. Sed dicerent reprobi, ſaltem egrediendo a uultu tuo da nobis benedictionem tuam? Imò, inquit, dabo maledictionem, quia ite maledicti. Sed dicent, ſaltem mittite nos in locum bonum, & temperatum, imò in ignem, ſed dicent, ſaltem pro tempore, contra hoc tamen dicitur, in ignem æternum, ſed, & dicent, ſaltem mitte nos cum bona ſocietate, ſed contra hoc ſubditur, q̃ paratus eſt diabolo & angelis eius. Cauſam illius ſententiæ ſubdit. Eſuriui.n. & non dediſtis mihi mãducare &c. In quo malis oſtendit indigentiam ſuam, quia ipſe caput eſt eccleſiæ regnans in cœlo, & membra eius laborant & peregrinantur in terris. Si pes calcatur ab aliquo, caput pro pede clamat, quare calcas me? Si uenter dolet, caput pro uentre clamat, ꝙ dolet. Non ergo mirum, ſi caput pro mẽbris clamat contra reprobos. Eſuriui & non dediſtis mihi manducare. Si dediſſetis membris meis, etiam uſque ad caput ueniſſet. Illi autem quos inimicos uoco, portitores erant quos poſueram, ut ſuis humeris deportarent theſauros ueſtros in cœlis, & noluiſtis. Propter hoc nihil apud me inuenitis. Cum autem uidebunt tunc ſe carere mali bonis operibus, uidebunt ex altera parte pro ſuis ornamentis opera mala eis adhærentia, quærẽt ab electis ſuffragium, & eis denegabitur cum dicent. Ne forte non ſufficiat nobis, & uobis, ite potius ad uendentes & emite uobis. Matth. 25. Vulpes cum magnam caudam haberet, imò nimiam, & uſque ad terram pertingentem, rogabat eum ſimia, quę cauda indiget, ut modicũ quid de cauda ſua daret ei, ut turpitudinem ſuam uelare poſſet, dicens, ꝙ ſine aliquo detrimento poſſet ei ſubuenire, quia ualde longam, & ponderoſam habebat caudam. Cui uulpes. Non nimis põderoſa uidetur mihi cauda mea, ſed ſi nimis eſſet ponderoſa, uel longa malo pondus ſuſtinere, quam natibus tuis immũdis uelamen præſtare. Sic quærent reprobi de multitudine bonorum operum electorum ſibi ſuffragari, ut operiatur turpitudo eorum, & eis denegabitur. In quo notantur

multi

L
*Ite. De duplici ite bono & malo.*

M
*iudicium Dei. Cauſa reprobationis malorum.*

multi qui temporalibus bonis abundant &
nihil uellent de ſtatu ſuo, aut prouentibus
diminuere, ut neceſſitati pauperum ſubue
nirent. Conſequenter ſubditur executio
ſententiæ diuinę, cum dicitur. Ibunt hi in
ſupplicium æternũ, iuſti uero in uitã æter-
nam. Plinius 32. lib. naturalis hyſtoriæ.
De eadem maſſa terræ, & in eodem opere
ignis, pars terræ de qua fit plumbum de-
ſcendit, pars altera aſcendis natans ad mo
dum olei, quę conuertitur in argentum.
Sic de hominibus, qui ſunt de una maſſa
terræ. Iob. 23. Ecce me ſicut & te fecit.
Deus, & de eodem luto nos quoq; forma-
ti ſumus. Iſta autem terra in mundo iſto
ponitur quaſi in igne multis tribulationi-
bus expoſita, ſed una pars, ſcilicet reprobi
in ignem deſcendunt, & conuertuntur in
plumbum. Exod. 15. Submerſi ſunt quaſi
plumbum in aquis uehementibus. Alia
pars ſuperenatat, & conuertetur in argen-
tum, ſcilicet, electi. quorum unus dice-
bat, igne me examinaſti ſicut examinatur
argentum. Examinatur enim hic tranſi-
toria tribalatione. Pſalm. Etenim ſagit-
tæ tuæ tranſeunt, uox tonitrui tui in ro-
ta. Nam mala, quæ hic inferuntur bo-
nis, & malis, tranſitoria ſunt ſicut ictus ſa
gittæ tranſitorius eſt; ſed uox huius ſen-
tentiæ tanquam horrendi tonnitrui, eſt in
rota, imò eſt rota quę inſtar circuli finem
non habet.

*N. iudicium Dei. Qũo ibũt mali in ſuppliciũ æternum*

*Feriæ 3. poſt primam dominicam quadrage-
ſimæ. Sermo 1. & in ordine 29.*

*A Via. De quadruplici uia a Salomone ignorata.*

D*Erelinquat impius uiam ſuam, et uir iniquus cogitationes ſuas.* Eſai. 45. &
in epiſtola diei præſentis. Salomõ
tres uias reputat difficiles, & quartã dicit
ſe penitus ignorare. Prouer. 30. Viam aqui
lę in cœlo, illius ſcilicet aquilę rapacis, q̃
uoluit rapere diuinitatem. Qualiter enim
hoc pretendere potuerit, ignorabat ſa-
piens, uiam, uidelicet, inſipientiæ ſuæ. Nã
uoluit uolare ſuper pẽnas uentorum, ideſt
ſuper poſſibilitatem angelorum, & illic uo
lauit ubi impoſſibile erat peruenire. Sed
ſicut aquila altè uolans, ut capiat prædam
ſubito ad cadauer deſcendit, ſic aquila iſta
poſtquam rapere non potuit diuinitatem,
ad cadauer hominis rapiendum acceſſit,
rapuiſſetque niſi gallina illa, quæ congre-
gat pullos ſuos ſub alis eum prohibuiſſet,
Sic eſt de multis ſuperbis, quorum ignora
tur uia qualiter ad honores, ſiue per fas,
ſiue per nefas aſcenderint, poſtquam uerò
non amplius poſſunt in altum capere præ
dam, ſtatim ad humiles ſpoliandos decli-
nant. Secundò, uiam colubri ſuper petrã,
ideſt uiam ſerpentis antiqui ſuper uiros
perfectos, & in fide fundatos. Non enim
eis deſinit inſidiari, quos ſupra petram
fundatos conſpicit. Aſtuti ergo contra
aſtutum debent eſſe uiri perfecti, & ti-
morati, & eius inſidias debent declina-
re, & cognoſcere. Omnem enim aſtu-
tiam ſuam exponit, ut uiros perfectos ad
ruĩnam trahat. Sicut hoſtis ignem, dolum
fraudem, & omnes machinas exponit, ut
metropolim urbem rapiat, qua habita cæ-
teræ minores habentur. Eſaię. 15. Onus
Moab, quia nocte uaſtata eſt Ar. Ar enim
metropolis erat Moab. Ideo cognoſcat
uir perfectus cum timore Dei in quo peri
culo ſit. Dicitur enim, q uiſus lupi uene-
noſus eſt, & ſi uideat hominem priuſquam
uiſus ſit ab homine, facit eum raucum. Sic
lupi infernalis inſidias præuideant, facit
eos raucos, ut Deum laudare non poſſint
corde ſereno, ſed in mẽtis turbatione, nec
per orationem debite clamare, nec p ſcri-
pturam ſacram ſicut fecit Chriſtus, debite
reſpondere. Neque enim raucus fit ille, q
prius uidet lupum ad ſe uenientem. i. qui
cognoſcit inſidias eius. Tertiò, reputat dif
ficilem uiã nauis in medio mari, ideſt uiã
hominis auari in medio mundi, qui in
mundi fluctibus per diaboli flatus, ita agi-
tatur, q uix deprehenditur, & commodius
hæc uia diceretur præcipitium, uel inuium
quam uia, quia per hanc uiam ruit pecca-
tor de uitio in uitium, donec ueniat in pro
fundum malorum, & contemnat. Prouer.
18. Niſi fortè de profundis clamet ad do-
minum, ut extrahatur de lacu illius miſe-
riæ. Pſ. Hæc uia illorum ſcandalum ipſis,
ideſt eſt ipſis ruina. Quartam uiam ſe di-
cit penitus ignorare. ſ. uiam uiri in adole-
ſcẽtia ſua, quia difficillimũ eſt ſcire quot,
& quibus cogitationibus agitatur iuue-
nis, qui deſerit uiam ueritatis. Huius enim
uia ſemper ad malum tendit, niſi a domi-
no dirigatur. Hierem. 10. Non eſt uiri uia
eius, nec hoĩs, ut dirigat greſſus ſuos, qa
Pſalm. A dño greſſus hoĩs dirigetur, &
uiam eius uolet. Quam directionem
a do-



a domino precibus Mariæ impetremus ſa-
lutando eam di. Aue.

*Via. Qũo uia in infernũ lata eſt, et uia in paradiſum arcta.*

Vt ergo derelinquat impius uiam ſuã,
qua tẽdit in infernum. Primò, dicemus de
multiplici differentiam inter uiã paradiſi,
& inferni. Secundò, quæ & quot ſunt uiæ
paradiſi, & quot inferni: Et quia periculũ
eſt tendere uerſus illam domum inferna-
lem, expedit cognoſcere uias, quibus itur
in illam & earum conditiones, ut fugian-
tur, & ad uiam paradiſi diuertamus. Su-
mus enim in hoc mundo, quaſi in biuio,
ubi duæ uię ſunt. Vna tendit in ciuitatem
Babilonis, qui eſt ciuitas perditionis, alia
tendit in Hieruſalem ſupernam, in qua eſt
uiſio pacis. Hæ autem duæ uię multiplici
ter differunt. Primo quidem, quia (ut di-
cit dominus Matth. 7.) Lata eſt, & ſpacio-
ſa uia, quæ ducit ad perditionẽ, quæ ideo
dicitur lata, quia (ut uult Chriſoſto. ho-
mel. 31. ſuper Matth.) illa uia non eſt in-
tra regulam ueritatis, & diſciplinæ conclu
ſa, & ambulantes in ea non quod debent
agere hoc agunt, ſed quod delectat. Ideo
ambulant in ea homines ridentes, & gau-
dentes, & comedentes. Cum enim introie
rit, quis in eam, prout uult ſe agit, nec coã
guſtatur in aliqua parte, ita ut delectet eũ
ambulare per illam uiã, & ideo multi am
bulant, quia multi ſequuntur ſuas concu-
piſcentias, homines enim (ut uult Philoſ.
2. Topico.) in pluribus ſunt mali, & in pau
cioribus boni, quod ſecundum Aug. eſt ad
exercitium bonorum. Si enim eſſent plu
res boni quam mali, iam nõ auderent ma-
li exercere bonos. Plures aut ſequuntur
turbam, ut faciant malum. Vnde Eccle. 1.
Stultorum infinitus eſt numerus. Ad hoc
eſt exemplum Rathboldi Friſonum ducis,
qui (ut refert Sigibertus) prædicatione
Vulfranni epiſcopi ad hoc adductus eſt,
ut baptizaretur. Cum autem unum pedẽ
in lauachro intinxiſſet, alterum pedem re
trahens ne lauachrum intraret, interroga
uit ubinam plures maiorum ſuorũ eſſent
in inferno, an in paradiſo, & audiens plu-
res eſſe in inferno, intinctum pedem retra
hens, ſatius eſt, inquit, ut plures quam pau
ciores ſequar, & ita ludificatus a dæmone
promittente ei, q tertia die ab illa incor-
ruptibilia ei bona daret, ea die tertia ſubi
ta, & æterna periit morte. Sed uia paradi
ſi (ut ibidem dicit dominus) arcta eſt, imò
dominus illam uiam ambulauit in cruce
habendo pedem ſub pede. Ideo autem ar-
cta dicitur, (ut uult Chriſoſt. in loco alle
gato) quia illa eſt uia iuſtitię, quæ intra
uiam ueritatis, & diſciplinæ incluſa eſt, &
ambulantes in ea nõ quod delectat faciũt,
ſed quod debent, ita ut quandoque pœni-
teant qui eam ingrediuntur. In ea eñ am
bulant triſtes, lugentes, & ieiunates, ita ut
diceret propheta Dauid. Mei autem pœnę
moti ſunt pedes, pœnæ effuſi ſunt greſſus
mei, quia zelaui ſuper iniquos, pacem pec
catorum uidens. Ideo duo calcaria nobis
adhibentur ad pungendum, & ſtimulan-
dum nos, ut per illã uiã incedamus, q̃ (ſm
Aug.) ſunt amor diuinæ iuſtitiæ, & timor
infernalis anguſtiæ, quæ duo neceſſaria
ſunt. Alias ſi equus nr̃ uno calcari pũgeret
& nõ alio, nec rectè incederet, nec ſecurè,
quia ſine timore, quandoque generatur
ſtulta pſumptio, & ſine amore, deſperatio.
Vnde Grego. 1. moral. Cum qs ſolo timo
re bona agit, a malo penitus non receſſit,
qa eo ipſo peccat quo peccare nellet ſi iu
ſte potuiſſet. Inde eſt, q pp uię huius arcti
tudinẽ pauci per eã ingrediuntur, ita ut ui
deat deſerta uia, & male trita. Tren. 1. Viæ
Syon lugent, eo q non ſit, qui ueniat ad
ſolennitatẽ. ſ. paradiſi. Quia ergo uia iſta
ſtricta eſt, cautè ambulandũ eſt in ea, ut ui
deat hõ ubi ponat pedẽ amoris ſui. Augu.
Pes animæ amor eſt, qui ſi rectus eſt, dicit
charitas, ſi curuus, cupiditas. Sicut enim cõ
tractus ire non põt ad ſanctũ Iacobum, ſic
qui pedẽ iſtũ non habet nõ põt ire in cęlũ.
Itẽ, quia uia iſta arcta eſt, timendũ eſt ual
de illis qui lata habent conſcientiam. Lati
enim currus incedere non poſſunt per uiã
arctã, & ideo cum conſcientia eorũ ſit qua
ſi quidã currus magnus & latus ferens eos
ad terminũ ſuũ, timẽdũ eſt talibus ne ſint
extra uiã iſtam, & quia illa arcta uia ducit
in cœlum, timendum eſt ne pes extra eam
ponatur. Nam in uia alpium alta, & arcta ſi
pes exeat uiam, ſtatim cadit in abyſſum.
Sic homo in infernũ, ſi pedem amoris ex-
tra illam figat. Scd'ò differunt, quia uia in-
ferni eſt uia obliqua. Serpens enim, quaſi
ſemper tortuoſe incedit, ideo ſerpens ille
antiquus, qui uocatur diabolus, primus
adinuenit illam uiam tortuoſam & obli-
quam, quam ſui ſequaces imitantur, iux-
ta illud Pſalmus. In circuitu impij am-
bulant,

*C Via. Quia uia inferni obliqua, ē paradiſi uero recta.*

bulant, quam ſapiens ſibi difficilem exiſtimabat, non tam ad cognoſcendum, quam ad gradiendum], cum inter tria difficilia unum dixit eſſe uiam colubri ſuper petrã. Sapiens enim uiator quam citò ſe ſentit in uia obliqua tam citò ſe conuertit ad rectam, eo ꝙ quanto diutius ibi ſteterit, tanto a termino longius declinabit. Ideo debemus cauere ne intremus huiuſmodi uias ſicut Pſal. dicebat. Ab omni uia mala prohibui pedes meos. & audire Hieremiã pręcipientẽ. Reuertatũ unuſquiſque a uia ſua mala: Hiere. 18. Contra multos, qui eas nolunt dimittere, cum tamen ſe ſciant a uia declinare. Contra quos Hiere. 2. quam uilis facta es nimis iterans uias tuas. Sed uia paradiſi recta eſt. Eſa. 26. Semita iuſti recta eſt, rectus eſt callis iuſti ad ambulandũ. Formicę eñ ſibi rectas uias & arctas facere ſolent per quas iugiter incedunt, & ſolent grana ad ſuum domicilium deportare. Sic ſancti uias uirtutum eligunt rectas per quas uadunt, & ad paradiſum domicilium ſuum grana meritorum trahunt inde Prouerb. 6. Iubetur inſipienti. Vade ad formicam, o piger, & conſidera uias eius, & diſce ſapientiam. Sed dices. Via domini eſt a dextris, & uia mala eſt a ſiniſtris. Prouerb. 4. Vias quæ a dextris ſunt nouit dominus, ideſt approbat peruerſæ uero ſunt, quæ ſunt a ſiniſtris, & ſecũdum Pſal. Nouit dominus uiam iuſtorum, ideſt approbat. Cum ergo ille, qui declinat a dextris, uel a ſiniſtris, obliqua & non recta uia incedat, uidetur, ꝙ cęlorum uia ſit obliqua. Inde Deutero. 5. præcipitur. Non declinabitis, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram, ſed per uiam quam præcepit dominus Deus ueſter ambulabitis. Reſpondetur ſecundum Glo. Prouerb. 4. ꝙ dextra uia bona eſt, ſiniſtra reproba, & ideo non prohibemur dextra uia ambulare, ſed ad dexteram, uel ſiniſtram declinare. Declinat autem ad ſiniſtram, qui iniuſtus eſt, declinat ad dexteram, qui ſibi uult arrogare ꝙ iuſtus eſt. Declinat ad dexterã, q de ſuis uiribus ꝓſumit ſaluari, declinat ad ſiniſtrã, q ꝑꝑ ſuam fragilitatẽ deſperat ſe poſſe ſaluari. Declinat ad dexteram, qui plus uult ſapere quam oportet, declinat ad ſiniſtram, qui ſtultitiæ famulatur. Hęc Glo. Omnis enim qui uiam domini perambulat, dextram ſequitur, ideſt potiorem uiã.

*D*

*Via. Quid ſit ambulare a dextris uel a ſiniſtris.*

ſed dum eſt in uia dextra a dextris, ab ea non declinet nimis excedendo, quia præcipit, ſapiẽs. Ecc. 7. Noli nimium eſſe iuſtus. Tertio differunt, quia uia cœli laborioſa eſt, & difficilis. Actuum 14. Per multas tribulationes oportet intrare in regnum cœlorum. Et Luc. ult. Oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam. Ideo dicebas. Pſal. Propter uerba labiorum tuorum ego cuſtodiui uias duras. Senec. Nõ eſt ad aſtra mollis è terris uia. Quia enim recta eſt illa uia, nec declinare oportet, quod tamen fit faciliter, ideo ſine ductore difficilis eſt ad tenendum. Hinc dicitur. Sap. 10. Iuſtum deduxit dominus per uias rectas, ſed uia inferni facilis eſt ad ambulandum, & ſine labore, ideo Virgilius ſexto Aenei. Facilis deſcenſus Auerni. Sicut n. onerata quadriga ad aſcendendum indiget pluribus equis propter laborẽ aſcenſus, ubi in deſcenſu ſufficeret unus ſolus equus, ſic ad aſcenſum laborioſum paradiſi non ſufficit homo ſolus ad ſe trahẽdum cum onere carnis ſuæ, ſed requiritur Deus auxilians, pręlatus adiuuans, & angelus cuſtodiens, ubi ad deſcenſum inferni ſufficit ipſe peccator. Oſeæ 13. Perditio tua ex te Iſrael in me tantummodo auxilium tuum. Sed dices. Laborioſa & arcta eſt uia, quæ ducit ad cęlum, ideo illam intrare timeo. Reſpondet Augu. Si dicis aſpera eſt uia, q̃ ducit ad uitam, Chriſtus trãſiuit per eam, & adhuc poſt caput membra dubitant pertranſire? Sed dicis Chriſtus trãſiuit Deus & homo, uides quot milia nunc poſt eum tranſierunt. Senes eñ, & iuuenes pueri, & puellæ per eam tranſeunt, & tranſierunt, & uiam quam intrare times tritã tibi fecerunt. Præterea duabus de cauſis declinat, quis a rectitudine uiæ Chriſti, uel timore alicuius mali, quod exiſtimat ſe paſſurum ſi per uiam illam inceſſerit, uel amore alicuius boni, quod exiſtimat ſe habiturum ſi a uia Chriſti declinauerit. Vnde Auguſt. Omnia peccata duæ res faciunt in homine, ſcilicet cupiditas & timor. Propter delectationẽ, mala facimus propter triſtitiam, a bonis recedimus. Qui timore mali a uia domini recedit, eſt quaſi equus umbraticus, qui umbram timet, & periculum uerum non timet. Vera mala ſunt futurę uitæ, quę ipſe non timet, pręſentia uero mala non ſunt niſi umbra futuro-

*E*

*Via. Quia uia cœli laborioſa eſt & difficilis.*

*F*

*Via. Quare q declinat a uia cœleſti.*



turorum malorum. Sap. 5. Omnia tranſierunt ſicut umbra. Prouenit autem iſte timor uiæ ex defectu cognitionis, ideo in Pſalm. uocatur timor nocturnus. Niſi eñ in tenebris peccatorum eſſemus bene uideremus, ꝙ non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Roma. 8. Inde Bernar. Quid eſt, ꝙ non optamus (etiam per medios enſes ſi fieri oporteat) tantam declinare miſeriam, & ad tantam accelerare gloriã, niſi ꝙ mortua eſt fides noſtra? Qui uero amore temporalis boni retrahitur a uia cœli, ſtultiſſimus eſt, cum ſpiritualia bona in infinitum excedant hęc caduca & tranſitoria. Si ergo propter hæc temporalia, ita occupamur, uexamur, & anguſtiamur, quanto magis cum labore maximo illa bona permanentia, & ęterna quærere debemus? Si enim temporalia bona ſola uoluntate ſine labore non habentur, nec etiam utilia animalia, ut oues & boues, ſed bene inutilia, ut pulices, & pediculi, uelimus, nolimus, ſine labore in nobis oriuntur. Similiter malæ herbæ ut urticæ, & uepres, & ſpinæ ſine labore proficiunt, & ſine cultura fructificant. Bonæ uero uineæ ſine ſumptibus magnis multitudinem fructuum non aſportant. Credendum eſt ſimiliter, ꝙ perpetua mala faciliter acquirere, aut lucrari poſſumus, æterna uero bona non ſine ſumptibus magnis pœnitentiæ. Alioquin Deus uiliora reputaret cœleſtia, quam terrena. Sed iterum dices. Quomodo dicis uias cœli eſſe duras, & arctas, & laborioſas, cũ dominus dicat. Matt. 11. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue? Quomodo etiam dicis, uias inferni faciles, cum tamen dicant damnati illud. Sap. 5. Laſſati ſumus in uia iniquitatis, & ambulauimus uias diffiles? Ad hoc facilè reſpondetur. Primò. Via inferni facilis eſt in ingreſſu, quaſi ſtrata floribus, ſcilicet præſentis delectationis dulcore, & temporali iocunditate, ſed tamen multipliciter eſt difficilis. Primò quidem in progreſſu, propter conſcientiæ remorſum, qui multum affligit animam. Nõ eñ patitur ordo diuinę iuſtitiæ, ut uel ad momentum ſit culpa ſine pœna, unde Auguſt. Iuſſiſti domine, & ſic eſt, ut pęna ſibiipſi ſit animis in ordinatus. inde Eccle. 21. Via peccantium complantata eſt lapi-

*G*

*Via. Quõ uia malorum multipliciter ſunt difficiles*

dibus, ideſt mirabiliter dura, & plena offendiculis ad ruendum. Secundo difficilis eſt in regreſſu. Vix enim poteſt quis a ſuo peccato poſtquam ingreſſus eſt regredi, exemplo domus Dedali quam ſi quis introierit uix exitum inuenire poteſt. Hinc eſt, ꝙ lubricus poſtquam luxurioſe uixit, uix ſe continere poteſt. Pſalm. Beatus uir, qui in uia peccatorum non ſtetit. Conſuetudo enim, & ſtatus in peccato, multum facit ad hãc difficultatem. Tertiò difficilior eſt in egreſſu, propter ſeparationem a præſenti uoluptate. Dicunt enim naturales, ꝙ talpa, quãdiu uiuit, inceſſanter fodit ſub terra, & hortos deuaſtat, oculos habens ſub pelle, ſed prope mortem ſcinditur eius pellis, & tunc uidet. Sic uoluptuoſi, & diuites inceſſanter theſaurizant in terra, & cõſequenter ſibi theſaurizant iram Dei, & nihil in cęlo reponunt, & ſuis auariciis, rapinis, litigiis, & uſuris deuaſtant hortos eccleſiæ, uel domos proborum uirorum, nec oculos habent, ut uideant quæ recta ſunt, & maxime cęleſtia, ſed cum ad mortẽ perueniunt, ut inde egrediantur, tunc aperiũtur oculi eorum, & tunc rectè conſiderant (quamuis tarde) ꝙ nihil profuerunt omnia illa, quibus uacauerunt dicentes illud Sap. 6. Quid nobis profuit ſuperbia, aut diuitiarum iactantia, quid contulit nobis? Quarto uero difficillima eſt hæc uia poſt egreſſum, propter ſubſequens gehẽnę tormentum. Hæc enim eſt uia, quæ uidetur homini recta, ſed nouiſſima eius ducũt ad mortem. Sed uia cęli in principio dura eſt, & aſpera, quouſque in conſuetudinẽ deueniat, poſtea uero facilis & delectabilis inuenitur. Pſal. Latum mandatum tuum nimis. Prouer. 3. Ducam te per ſemitas æquitatis, quas cum ingreſſus fueris, non arctabuntur greſſus tui, & currens non habebis offendiculum. Vnde Bern. Experto credite, quia uia monaſtica quanto arctior, quãto moleſtior, tanto latior, tanto iocũdior inuenitur in progreſſu. Et hanc uiam non ſolum conſuetudo facilem reddit, ſed ẽt labores, & tormenta, & anguſtiæ Saluatoris. Vnde & de eius aduentu Eſa. 40. Erunt aſpera in uias planas, ideſt faciles ad ambulandum, & tertio ſpes premij debet reddere eam facilem. Hinc & Chriſoſtomus. Qui uiam laborioſam exiſtimant, ſuæ deſidię eſt accuſatio. Si enim tempeſtates pelagi

*H*

*Via. Quis uia cœli in principio aſpera eſt in fine leuis.*

lagi nautis, uulnera militibus, frigora & glacies agricultoribus, leuia & portabilia ſunt propter ſpem præmij temporalis, multo magis cui cœlum placet, nullum debet ſentiri periculum. Maxime labores mitigat in benignũ finem uenire. Ne aſpicias, inquit, ꝙ aſpera eſt uia, ſed quo ducit, nec aliã uiam, ꝙ lata eſt, ſed ubi definit. Quartò differunt, quia uia inferni eſt uia mortem domus eius, & ad inferos ſemitę eius. Omnes, qui ingrediuntur ad eam non reuertentur. Peccator enim peccando in infernum continuè deſcendit, & aliquando ita, ꝙ nunquam re aſcendit, unde Prouer. 12. In ſemita iuſtitiæ uita, iter autem deuium ducit ad mortem, & qui ambulant ꝑ eam appropinquant uſque ad portas mortis æternæ, imò latrones, & homicidæ per eum, qui tali uia graditur ambulant, & uiã faciunt. Iob 19. Venerunt latrones, & fecerunt ſibi uiam per me. In uia autem ubi ſunt latrones, nihil tranſeuntibus remanet pulchrum & bonum quin totum rapiant. Sic diaboli latrones in uia iſta omnes gratias & uirtutes animæ depredantur & extirpant, iuxta illud Tren. 1. Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius. Ideo petebat peccator, ut hæc uia ab eius terra tolleretur, cum dicebat in Pſ. Viam iniquitatis amoue a me, non dixit, moue me a uia iniquitatis, ſed amoue a me uiam iniquitatis. Contingit aliquando dum uia fit per campos alicuius ubi non debet eſſe, ꝙ petit ille a domino ſuo, ut amoueatur uia illa. Sic diabolus & peccata fecerunt uiam per hominem, qui eſt in peccato, imò quod deterius eſt, ipſe uoluntarie in ſeipſo fecit uiam. Dicunt enim diaboli illud. Eſa. 51. Incuruare ut tranſeamus, incuruare, ſcilicet, a dignitate tua ad terrena iſta concupiſcenda, ut tranſeamus. Sed dicit Bern. Ne credas dicentibus ut tranſeamus. Hærere enim uolunt non tranſire. Vnde Eccleſ. 9. Omnis mulier fornicaria, quaſi ſtercus in uia conculcabitur. Sed uia cœli eſt uia uitæ, de qua Pſal. Deo gratias agit cum dicit: Vias tuas domine demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me.

I
*Via. Quis uia inferni eſt uia mortis.*

K
*Via. Quis duæ ſunt uiæ qbus itur in cœlum miſericordia & ueritas.*

Pro ſecundã parte dicendũ, quæ ſunt uiæ paradiſi, & quæ inferni. Quantum ad primum dicit Pſal. Vniuerſæ uiæ domini miſericordia & ueritas. Hinc Aug. ſuper Pſ. 137. Miſericordia & ueritas ſunt uniuerſę uiæ domini, & ſic non ſunt aliæ uiæ, quibus ad nos uenit, nec alię quibus nos ad illum ueniamus. Quis ſi dicatur, quia alibi dicit Pſalm. 118. ꝙ erga ſanctos & uniuerſæ uiæ domini miſericordiæ, & uniuerſæ uiæ domini ueritas, quia & in iudicando eis ſubuenit, & ita non deeſt miſericordia, & in miſerendo id exhibet, quod promiſit, ne ueritas deſit, hæc Auguſt. Sic ergo ſicut ſunt duæ uiæ, quibus ad nos uenit dominus, ſcilicet, miſericordia in primo aduentu, & ueritas in ſecundo, ſic iiſdem uiis non aliis gradimur ad dominum. Et conuenienter ſunt iſtæ duæ uiæ. Nam alia uia requiritur pro peditibus, alia pro equitibus. Pro peditibus ſufficit ſemita, ubi ꝓ equitibus latior requiritur uia? Sic quidã per arctam pœnitentiæ uiam gradiuntur ueritatem iudicij de ſe facientes, nec expectantes Dei iudicium, & iſti ambulant per uiam ueritatis arctam, de qua dicebat David. Viam ueritatis elegi, ideo iudicia tua facere, ſcilicet non ſum oblitus. Cuius exẽplo Thobias. Thob. 1. In captiuitate poſitus, uiam ueritatis non deſeruit. Hæc autẽ uia primo mundiſſima eſt, qua quotidie in iudicio Dei aquis lachrimarum mundantur, & purificantur peccatores, ut ſint immaculati Pſalm. Beati immaculati in uia, qui ambulant in lege domini, & per uiam hanc ſæpe Deus graditur quia Pſal. Deus in ſancto uia tua, & hanc libenter docet, quia Matth. 22. Viam Dei in ueritate doces. Hæc maxime peditibus conueniẽs eſt, ut pote religioſis & uiris ſanctis, qui calcant mundũ, ſicut pedites terram, qui mundiorem uiam elegerunt, ne pedes affectionum luto auaritiæ, & luxuriæ polluerent, qui ſemitas ſtrictas elegerunt, ut breuius ad terminum perueniant, qui expeditiores & per paupertatem leues & Deo nuſti uelocius currunt ut ad terminum perueniãt, quemadmodũ ille de quo 2. Reg. 18. Cucurrit Achimaas per uiam compendij, & præuenit Chuſi. Secundò, pacifica eſt, iuxta illud Prouer. 3. Viæ eius, & uiæ pulchræ, & ſemitę eius pacificæ. Tales enim in pace a mũdi turbinibus uiuũt. Quandiu enim ſumus in uia iſta pacis cõſcientiæ ad Deum, & ad mundum, latronum ſpiritualium inſidias & homicidia non ſentimus, & a diabolo tuti ſumus, ſi in ea cautè ambulemus. Sed ſi ab ea incaute receſſerimus

L
*Via. Quis uia ueritatis eſt mundiſſima & pacifica.*





ad uiam uitiorum & delectabilium mundi, in periculo ſumus, ꝙ æternaliter a dæmonibus occidamur. Diabolus enim (ſicut dicitur Prou. 13.) Inſidiatur uiis, quaſi latro, & quos incautos inuenerit interciet. Ideo dicit Apoſtolus Ephe. 5. Videte, quomodo cautè ambuletis uocatione, qua uocati eſtis. Contra illos fatuos, qui uiam uitiorum litigioſam, & diſcolam magis, quam uiam uirtutum eligunt, de quibus. Pſalm. Contritio infœlicitas in uiis eorum, & uiam pacis non cognouerunt.

M
*Via. Quis uia miſericordiæ latior eſt uia ueritatis.*

Alia eſt uia miſericordiæ, quæ latior eſt, ideo equitibus magis conuenit, per quos intelliguntur, qui ſæculi negociis occupãtur, qui propterea equites dicuntur, quia a prælatis ſuis, quaſi equorum uehiculo per paradiſi uiam uehuntur. Hi enim ꝑ uias miſericordię gradiuntur ad Deum. Eſt .n. uia hæc charitate ſtrata, quæ ita lata eſt, ꝙ continet Deum & proximum, amicos & inimicos. Eſt enim uia regia & publica per quam omnes ambulant, qui ad paradiſum tendunt, de qua Numer. 20. Via publica gradiemur, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram declinantes. Et Numer. 20. Via regia gradiemur. Hęc eſt uia quam uiator Paulus demonſtrare ſolebat. 2. Corin. 12. Adhuc excellentiorem uobis uiam demõſtro. Sed multi eam ignorant ignorantia craſſa, uel ſupina, uel affectata, de quibus Iob. 21. Qui dixerunt Deo recede a nobis, ſcientiam uiarum tuarũ uolumus. Sed 1. Cor. 13. Ignorans, ſcilicet tali ignorantia ignorabitur cum illis, qui damnati dixerunt. Sap. 5. Errauimus a uia ueritatis, uiam autem domini ignorauimus. In his autem uiis ſemper eundum eſt, nec reuertendum eſt, contra eos, qui plus reuertuntur uno die quam eant in uno menſe. Cum tamen Ezech. 1. de ſanctis animalibus dicatur. ꝙ animalia non reuertebantur cum incederent. Nec etiam ſtandum eſt in uia, propter quod præcipit dominus. Luc. 10. Neminem ſalutaueritis in uia, ideſt quandiu uiatores eſtis, nulli rei amore uel familiaritate adhæreatis, ne per huiuſmodi impediamini ire ad Deum. Sed uię inferni ſunt multiplices. Multipliciter enim contingit deuiare, ut dicit Ariſto. 2. Ethicor. Vnde tales uiæ ſunt magni deuiationes, q̃ uiæ, propter quod peccatoribus præcipiũ. Ezechie. 32. Reuertimini a uiis ueſtris peſſimis, & quare moriemini domus Iſrael?

N
*Via. Quia multiplices ſunt inferni uiæ.*

Quandoque enim contingit ire ad aliquẽ terminum per diuerſas uias, & modis diuerſis, puta pede, equo, naui, quadriga. Sed non refert quomodocunque ueniatur, dũmodo ad terminum deueniatur. Sic in infernum per diuerſas peccatorum uias, & ꝑ diuerſas unius peccati ſpecies itur, ideo qui uult uitare illuc peregre proficiſci, uitare debet omnes uias, & modos peccandi dicendo cum Dauid. Omnem uiam iniquã odio habui, & iterum. Odiui omnem uiam iniquitatis. Vulpes enim Sampſonis in facie erant diuiſæ, ſed in caudis ligatę & unitæ. Sic in facie conſcientiæ diuiſi ſunt peccatores, ſed in cauda, uel in fine ligabuntur in unum locum. Prima itaque uia ſuperborum eſt, quæ montuoſa eſt, & alta. Sunt enim ſicut capræ, quę uolunt ſemper in altis locis aſcendere. Et quia montuoſa, difficilis eſt ad ambulandum. Communiter enim homines fatigantur, & ſudant in aſcẽſu. Et propterea, quãto poſſunt, tales uias declinant. Iſte eſt uia ſuperborum, q quærunt aliis peruerſe dominari, magni reputari, exaltari, alios deprimere, ſe extollere. Sed laborioſa eſt, quia multum perturbantur, & anxiantur, & aliis famulantur, ut honorem intentum habeant. Vnde Greg. in Moralibus. Omne, quod hic eminet mœroribus plus afficitur, quam honoribus gaudet. Sed ſuperbus non ſentit iſtum laborẽ. Primò, quia uanus eſt. Res autem uana, & leuis citò aſcendit. Iob 11. Vir uanus in ſuperbiam erigitur. Sicut uas uacuum ſuper aquas natat, licet plenum ad ima tendat. Secundò, quia ſuperbus paucũ habet amorem ad Deum, & multum ad mũdum. Accidit enim de eo ſicut de lepore, qui facillimè ad montem aſcendit currendo, cum tamen communiter aſcenſus ſit difficilis. Et hoc, quia crura anteriora breuiora habet poſterioribus. Ita licet facilius ſit deſcendere per humiliationem, quam aſcendere per elationem & ambitionem, tamen quia ſuperbus crura anteriora, ideſt affectiones ad Deum modicas habet, & crura poſteriora, ideſt affectiones magnas habet ad mundum, ideo non ſentit laborem, ſed faciliter currit, iuxta illud Iob. 15. Cucurrit aduerſus Deum erecto collo. Secundò, hæc uia facilis eſt ad aberrãdũ. Alti .n. montes facilè niuibus operiuntur. Sicut

O
*Via. Tres cõditiones uiæ ſuperborum.*

autem nix publicã uiam operiens, itinerantem errare facit, & lædit eius oculum, ſic ſplendor mundanæ gloriæ, niui ſimilis (eo ꝙ luceat in ſimplicium oculis, & ad modicum feruorem diuinę iuſtitiæ, uel iram regum, & principum citò liqueſcat, & annulletur) impedit ne ſuperbus uiã Chri agnoſcat. Pſ. Semitæ tuę in aquis multis, ideſt, in uoluptatibus, honoribus, & deliciis, & ueſtigia tua non cognoſcent, ſcilicet, tũc. Tertiò, periculoſa eſt uia ad ruendũ. Rupes enim & muri alti, altam uiam habent, & aſcenſu difficilem, ſed magis ſunt ſubiecti tormentis, & machinis, quàm baſſi, & alta campanilia tonitruis, quàm tuguria. Sic & ſuperbi caſui & ruinæ. Vnde Grammaticus dicit præpoſitioni quot accidunt. Vnũ. quid? Caſus tantum, ideſt ruina. Et de his tribus dicitur. Eccleſ. 20. Via peccantium complantata lapidibus, i. dura, & aſpera doloribus, & in fine inferi, & tenebrę, & pęnæ, inferi propter primum, quia deſiderauerunt dignitatis ſublimitatem, ideo ad inferorum abyſſos deiicientur. Pſ. Deieciſti eos dum alleuiarentur. Propter ſecundum dicitur tenebre, quia male acquiſierunt mundi claritatẽ, & uera claritate defecerunt. dicentes illud. Sap. 2. Iuſtitię lumen non illuxit nobis. Nec mirum, quia Chriſtus lux uera quæ illuminat mundũ, uiam humilitatis ab infantia ſemp tenuit, & nũquam uiam ſuperbiæ, ideo in illa uia non apparet lux. Propter tertium dicitur & pęnę, ꝓpter uoluptates & deſideria quę ſuis altis animis antequam ruerent cõpleuerunt, & hæc eſt prima uia. Secunda uia eſt ſpinoſa, ita ꝙ tranſiens per ipſam comprehenditur a ſpinis & dilaceratur, pungitur, & cruẽtatur, & ſic habet laborem. Iſta eſt auarorum uia in qua quęruntur diuite ſpinis aſſimilate. Luc. 8. Quia mentem dilacerant diſtrahendo a Dei timore, & pungunt continuis ſolicitudinibus, timoribus, & anguſtiis. Cruentant enim inducẽdo ad diuerſa peccata, puta mendacia, periuria, ꝓditiones, fallacias, uſuras, & ſic de aliis. De quibus dici põt illud Oſeæ. 2. Sępiam (inquit dominus) uiam tuam ſpinis. Solẽt enim auari facere ne quis ſua ingrediatur loca, ſicut ſolẽt ruſtici facere ſæpem de ſpinis, ne quis ingrediatur eorum hæreditatem. Vnde Tren. 3. Concluſit uias meas lapidibus quadris. Et bene quadris, quia

*P*
*Via.*
*Quia auarorũ uia ſpinoſa eſt*

ſicut figura quadrata inepta eſt ad motum, ſic nec ipſi ad largitatem uel compaſſionẽ moueri poſſunt. Huius autem uiæ terminus eſt infernus, quia 1. Thimo. 6. Qui uolunt diuites fieri incidunt in laqueum & in tentationem diaboli, & deſideria mala quæ mergunt hominem in interitum, ſcilicet inferni. Tertia uia eſt lutoſa, difficilis quidem, quia in ea lubricatur homo. Pes etiam inficitur in ſeno, & cum difficultate diſtrahit eum, & talem uiam ſcilicet lutoſam ſolent beſtię peragrare. Hæc autem eſt luxurioſorum uia beſtiis ſimilium. de quibus Iohel. 1. Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. Tot enim ibi ſunt ſtercora quot peccata. Iſti difficulter retrahunt pedem affectionis a luto uoluptatum quibus infiguntur. Pſalm. Inquinatæ ſunt uię illius in omni tempore. Semper enim in luto luxuriæ mala eſt uia, & ibi ſemper male ambulatur, imò tales oẽm locũ per quem tranſeunt, inficiunt, ideſt pueros & adoleſcentes. Sicut teſtudo uel limax murum per quem tranſit maculat. Tales autẽ uix redeunt a uia iſta, quamuis ſit ita turpis & lutoſa. Et ratio eſt, quia Dei auxiliũ ad eos non dirigitur ut a luto in quo ſunt retrahantur. Sicut pater extrahit filium a luto clamantem illud Pſ. Eripe me de luto ut non infigar. Deus autem non eſt porcus ut per lutum tranſeat. Et quia lata eſt uia, communiter propter lutum dimittĩ, & maximè quando exeunt paludes ripas, ſed ſtricta minus lutoſa eſt, ideo ſtrictam pœnitentiæ uiam accipiamus, & lutoſam luxuriæ uiam dimittamus. Nam nunc in uia mundi aquę diuitiarum & deliciarum totum inundauerunt mundum. Olim erãt diuitiæ intra ripam neceſſitatis. Act. 4. Diuidebanĩ omnia prout unicuiq; opus erat. Deliciæ etiam intra ripam ſuſtentationis. 1. Thimo. 6. Habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti ſimus. Modo totum eſt extra ripam & menſuram rationis, ideo nunc uia ubiq; lutoſa eſt luto luxurię, propterea fugiat eam quilibet, nam quilibet uiam mundiorem eligeret, ne ſua calciamenta uel ueſtimenta inquinet, multo magis ne ſuam animã tali infectione polluat. In uia enim corporali nõ poteſt homo polluere niſi pedes, & ſi eſt pollutus exterius non tamen interius, in uia autem lutoſa luxuriæ & in corpore & in anima & etiã in fama

*Q*
*Via.*
*Quia uia luxuriæ lutoſa eſt*



fama polluitur homo, & ideo eſt maxime fugienda. Et ſi in hunc mundum per uiam lutoſam concupiſcentiæ, & originalis peccati uenimus, tamen debemus ad noſtram redire patriam per aliam uiam, ſicut ex diuino reſponſo accepto, reges per aliã uiã reuerſi ſunt in regionem ſuam. Et 2. Reg. 13. Præceptum eſt uiro Dei q iuit ad Hieroboan in Bethel, ne reuerteretur ꝑ uiam qua uenerat. Quarta uia eſt tenebroſa, iõ difficilis, quia qui per eam ambulant oportet eos ire palpando, ne cadant in aliquod præcipitium quod non uident. Hęc eſt inuidorum uia. de qua Pſ. Fiat uia illorum tenebre & lubricum, & angelus domini perſequens eos. Tenebre, quia inuidus tenebroſus eſt. Dicitur eñ inuidus quaſi nõ uidens, quia bona aliorum uidere non poteſt inuidus, niſi cum magna ſui afflictione, & ſemper in timore eſt ne alij habeant bona. De hmõi poteſt intelligi illud. Prouer. 2. Ambulant uias tenebroſas, qui lætãtur cũ male fecerint, ſcilicet aliis hominibus, & exultant in rebus peſſimis. i. in caſibus aduerſitatum aliorum. Secundo uia eſt lubrica, quia periculum uiæ lubricæ eſt qñ pes nõ ſiſtit ubi primo ponĩ, ſed ſtatim labĩ ultra, ideo facit hominẽ cadere. Sed ſi ſtaret ubi primo ponitur, poſſet recte trãſire. Sic pes affectionis hominis circa alium. puta circa propinquum parentem uel diſcipulum, aliquando ſatis bonus eſt, ſed quãdo ultra labitur circa alium forte meliorem ſe, tunc labitur in peccatum inuidendo & male de ipſo iudicando & ſentiẽdo. Sed angelus domini perſequetur eos, quia tales perſequuntur bonos, nec poſſunt eos uidere, & eorum bona principaliter perſequuntur. Ideo eis obſtant angeli tanquam eorum aduerſarij, ſicut angelus aduerſatus eſt Balaam, qui ueniebat ad maledicendũ filiis Iſrael. Dicebat enim ei angelus Ego ueni ut aduerſarer tibi, quia peruerſa eſt uia tua, mihique contraria. Ad hos autem non accedit Deus, nec ꝑ uiam eorum ambulat, quia Deus non eſt latro ut de nocte & in tenebris uadat. Quinta uia eſt tumultuoſa, ideo difficilis, quia cum multi ꝑ eam ambulent ita ſe comprimunt, ꝙ quandoq; impinguuntur hoĩes atq; conſtringũtur. De qua dicit Petrus Chro ꝑ eã ambulãti, præceptor turbæ te comprimũt. Hæc iracundorum eſt uia, qui ꝓp iracundiã mul-

*R*
*Via.*
*Quia uia inuidorũ eſt tenebroſa & difficilis*

*S*
*Via.*
*Quia uia iracundorũ tumultuoſa eſt.*

tis & uariis modis affliguatur & conculcãtur minis rixis, cõtumeliis, clamoribus, & odiis. & hoc dicit Pſal. Contritio & infelicitas in uiis eorum, quia conteruntur corporaliter, & fœlicitate priuantur quo ad animã, ꝓp iram ſuam, ideo ſequitur & uiã pacis non cognouerunt. Sexta eſt ſumptuoſa ut pote cum uille & hoſpicia cara ſunt, & multum homines expendunt, & hæc eſt guloſorum, qui ut ſatisfaciam gulę ſuæ nõ curant de tali difficultate, expẽdentes magnam pecuniã in detrimentũ animę & corporis. Sen. Cito morimur, quia de mortibus paſcimur, i. de animalibus mortuis, qđ maxime faciunt guloſi? De quibus Pſ. Hæc uia illorum ſcandalum ipſis, poſtea in ore ſuo complacebunt. Licet eñ ſæpe recipiãt ipſi animę & ẽt corpori ſcandalũ in doloribus & ſingultibus, tñ poſtea trãſacto dolore uolunt cõplacere ori ſuo. Septima eſt tedioſa, ideo difficilis, quia quandoq; multum ſaxoſa, quãdoq; tota plana & uniformis, & neſcitur tormentum. Hæc eſt uia accidie quæ conſurgit ex duricia pœnitentiæ, & etiam quando quis uult ſemper occupari in uno aliquo, puta uel ſemper legẽdo, uel ſemper orando, uel ſemper meditando, uel ſemper manibus laborando. Dicitur enim communiter, quòd uia quando eſt tota plana magis fatigat ambulantem quàm quando eſt aliquando plana, aliquando montuoſa per paruos colles. Sic in opere humano melius fertur labor, quando aliquis uno tempore legit, alio orat, alio in exterioribus uacat, quam ſi ſemper uellet legere, orare, uel operari, quia ex tali continuatione uniformi alicuius rei attediatur homo. Exemplum debeato Antonio qui uidit angelum aliquando orantem, aliquando laborantem, cui dixit angelus ut ſimiliter faceret, & ſic fecit, & per hoc accidiam uitauit, cõtra multos pigros qui nolunt audire conſilium. de quibus Prouer. 15. Iter pigrorum quaſi ſępes ſpinarum. Non enim piger uult audire ſolicitantem ad bene agendũ, uel corripientem. Et hoc ideo, quia ſepem ponit inter ſe & corripientem. Et quia omnes uiæ iſte ſunt male, ideo derelinquẽdæ ſunt, iuxta illud præmiſſum. Eſa. 55. Derelinquat impius uiam ſuam.

*T*
*Via.*
*Quia uia guloſorũ ſumptuoſa eſt.*

*V*
*Via.*
*Quia uia pigrorum tedioſa ẽ.*

*Eadē Feria 3. poſt primā dominicam quadrageſimæ. Sermo ii. & in ordine 30.*

*De cogitationibus bonis & mali.*

*A Chriſtus. Quō Chriſtus ē uia ueritas et uita.*

DErelinquat impius uiam ſuam, & uir iniquus cogitationes ſuas. Eſa. 55. Niſi derelinquat impius uiam ſuam malam, quæ ducit ad portas inferi (de qua dicebat quidam. Ego dixi in dimidio dierum meorū, ideſt in tempore iuuentutis ferueſcentis, quod eſt tempus medium inter infantiam & ſenectutem, uadam ad portas inferi) nūquam aſſequetur uiam quę Chriſtus eſt, & conſequens nec ipſum ingreſſum paradiſi. Dicit enim Chriſtus Ioann. 10. Ego ſum oſtium, & p. nullum aliud patet ingreſſus in cœlum. Quia autem Chriſtus ſit uia ipſe dixit Ioann. 14. Ego ſum uia, ueritas, & uita. Via in exemplo, quia omnis Chriſti actio noſtra eſt inſtructo. Veritas in documento. Ait enim Matth. 24. Verba autem mea non tranſibunt. Vita in præmio, hinc ait Ioan. 10. Ego uitam æternam do eis. Secundò eſt uia per quam eundum eſt, ueritas in qua manendum eſt, & uita ad quā eundum eſt. Ioann. 17. Hæc eſt uita ęterna ut cognoſcant te Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Tertio eſt uia ſine errore, quærentibus, & ita non erat uia his quibus ait Ioan. 8. Quęretis me & non inuenietis, quia ipſum ſine errore non quęrebant. Veritas ſine falſitate inuenientibus, ideo nec erat ueritas quibus ait Ioann. 8. Quid me quæritis interficere hominem qui ueritatem locutus ſum uobis? Falſo enim ipſum quærebant, non ad imitandum ſed perſequendum. Vita ſine morte permanentibus. Ideo nec erat his quibus ait Ioan. 8. In peccatis ueſtris moriemini, quia hi ad mortem uitam quærebant, Quarto eſt uia quantum ad carnem per quam uidebatur uiator inter homines conuerſari. Veritas quo ad animam, quia nec per animam habuit falſitatem facti aut dicti. Eſt enim Deus uerax, omnis autem homo mendax. Roma. 3 Vita quantum ad deitatem, quia ſemper manſit eadem deitas & uita cum patre. Ioan. 1. Vita erat lux hominum. Hæc autem uita per uiam uiris inuiam tranſiuit, uterum ſcilicet uirginis ut mundum uiuificaret. Ad illam igitur portam uitæ (ut per eam uiuat anima noſtra) ſalutationem conuertemus dicentes. Aue.

*B Cogitatū De triplici genere cogitationū de cogitatione fructuoſa & utili.*

In hoc ſermone tractabitur de multiplici genere cogitationum, ut cognoſcat homo quibus cogitationibus debet intendere, & quas relinquere. Tria autem ſunt genera cogitationum. Quædam ſunt bone, & fructuoſe, & utiles. Aliæ ſunt male, ſed fructuoſe & utiles. Tertiæ ſunt pernicioſe, infructuoſe, & inutiles. Primæ ſunt in triplici differentia. Quædam ſunt ſimpliciter bone ad honorem Dei & utilitatem ſui & proximi, de quibus. 1. Regū. 2. Deus ſcientiarum dominus eſt, & ipſi præparantur cogitationes, quibus Deus eum ſpeciali adiutorio aſſiſtit. Prouer. 8. Eruditis interſum cogitationibus. Hæ ſunt cogitationes, quæ ad Deum eriguntur, de quibus. Sap. 5. Et cogitatio eorum apud altiſſimum. Cor in profundum habent, qui terrenis ſuffocantur. Cor autem altum habet, qui ad alta tendit. Quia ſi de peccato ſuo cogitet (licet pctm̄ profundiſſimum teneat locum, ſi ei locus debeat deputari) tamen eleuatur cum de eo cogitat ad dolendum, quia non iam ſub peccato, ſed ſupra peccatum eſt. Inde dicebat quidā iuſtus. Cogitabo pro peccato meo. Et hæ ſunt in triplici differentia.

*C Cogitatio. De triplici genere cogitationum fructuoſarū.*

Quædam ſunt de rebus neceſſariis animæ, ut cogitationes fidei, ſpei, charitatis, & cæterarum uirtutū. Secundò de utilitatibus animæ non neceſſariis, ut ſunt cogitationes lectionis, prædicationis, ſilentij, & ieiunij. & ſic de aliis. Tertiò de neceſſariis rebus corporis, ut poſſeſſionem, iumentorum & huiuſmodi. Primę cogitationes ſunt neceſſario admittendę. Pſalm. Mane oratio mea pręueniet te. Mane quando ſurgimus, debemus de eo primo & de anima noſtra cogitare. Matth. 8. Primum quęrite regnum Dei. Cantic. 6. Mane ſurgamus ad uineas, & ad neceſſitatem ſalutis animę omnem actionem corporalem debemus reducere. Sic enim debemus cogitare & diſpenſare temporalia, ut per ea tendamus ad æterna. Vtilia uero corpori poſtea poſſumus cogitare, non ſupra neceſſitatem ut faciunt cupidi, non contra animæ utilitatem ut faciūt epulones. Cogitationes neceſſariæ uel utiles animæ ſunt admittēdæ cum deſiderio, utiles uero corpori cum faſtidio. Iſte delectabiliter, ille patienter. Iſte tanquam delectamentum ſuauitatis, ille tanquam onus neceſſitatis. Iſte tanquam nutrimē-

tum



tum uitę beatæ & immortalis, ille tanquā nutrimentum uitę miſerrimè & mortalis, propter quod iſte fugientes amplectendæ ſunt & quærendæ. Ille ſe ingerentes (niſi quando neceſſitas fuerit) repellendæ. Sic ergo curanda eſt anima ut ſemper uiuens glorificetur, ſic curanda caro, ut ſemper moritura ſepeliatur, ſic curanda eſt anima, ut ſupernis ſedibus glorioſe ſublimetur, ſic curanda caro, ut poſt modicum tēpus in cinerem & puluerem unde ſumpta eſt redigatur. Et quia moleſte ferebat. Pſ. Libertatem ſpiritus ancillari cordis neceſſitatibus, orabat. De neceſſitatibus meis erue me. Continuè & ſemper cogitationes ſpirituales debemus habere. Pſalm. In lege eius meditabitur die ac nocte. Et iterum. Meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper. Ita & quando dormimus, uel de terrenis cogitamus, omnia in Deum referamus, & ubique conueniens eſt de Deo & de anima cogitare, non ubique de terrenis. De his enim incōuenienter cogitamus quando oramus, pſallimus in oratorio, uel in altari ſumus. Et harum omnium cogitationum quædam ſunt quibus cogitatur bonum & bene. Aliæ quibus cogitatur malum ſed bene. Bonum quidem ad exequēdum uel ad gratiarum actiones perſoluendum, malum uero ad deteſtandum, conterendum, confitendum, uel corrigendum. Caueant tamen in huiuſmodi cogitationibus, ne cogitando de peccatis in ipſis delectentur, ne ſimiles ſint brutis quæ egeſtione facta immediatè ad fœces nares conuertunt. Dum enim per peccata deliquerunt, iterum in eis ad delectandum cōuertuntur, inſtar garſionum & canum quorū eſt lambere ueru. Lambit enim peccata ſua præterita, qui eorum reminiſcitur ad delectandum, & qui ſic lambit, de carnibus libentius ederet. Aliæ ſunt cogitationes bonæ, ſed multum impure, quibus bonum uel malum bona intentione cogitatur. Maculatur autem intentio ex aliqua labis admixtione, quæ tametſi bonum reddat impurum, non omnino mercede priuatur. Quod patet exemplo cuiuſdam ſenis in uitis patrum, cui cum quidam frater dixiſſet, quid faciam abba, quoniam cum aliquid boni facio uideor mibi quaſi ex uanæ gloriæ admixtione illud facere. Reſpondit, non ideo ceſſes, quoniam melius eſt aliquod bonum uel fœdum quàm nullum. Nam duo homines fuerunt quorum unus omnino nihil ſeminauit, alter uero frumentum ſed immundum. Tu ergo ſi non potes ſeminare omuino mundum nō tamen ceſſes uel immundum ſeminare. Tertiæ ſunt cogitatione pro loeo & tempore bonæ, ſed non ſemper. Sicut ſunt cogitationes ſolicitudinum, quas quaſi paſſiones non poſſumus abiicere quin nobis occurrant, & licet quādoque a talibus nos poſſimus abſtrahere, hoc tamen difficulter de quibus Iob. 17. Cogitationes meæ diſſipatæ ſunt, torquentes cor meum. Vix enim domus fructibus abundans carere poteſt infeſtantibus muſcis. Secundum genus eſt earum cogitationum quæ ſunt malę ſed fructuoſæ. Et iſte ſunt in triplici differentia. Quædam ſunt ex intentione fructuoſe, quando uiriliter & cito eis reſiſtitur. Gegor. Tentatio cui non cōſentitur, non eſt peccatum, ſed materia exercendæ uirtutis. Vbi enim palus ſixus eſt in aqua uel grande ſaxum, ibi eſt ſtrepitus undarum, quia eis reſiſtitur. Vbi autem palus undas ſequitur, nullus ibi ſtrepitus. Sic qui ducitur a cogitatione in actum non repugnans, non habet ſtrepitum malarum cogitationum, ſed tantum qui eis repugnat, uel abigendo eas ſicut qui abigit muſcas caput agitando, uel ſi non ſufficit cum ſancta indignatione eas abijciendo. Homo dangeroſus ſeruo ſuo ponenti ante ſe cibum malum uel immundum uertit diſcum ad faciem ponentis, ſic diabolo ſuggerenti faciat proiiciendo eas in fronte eius, maximè autem his cogitationibus repugnandum eſt a principio, facilè enim extinguitur igniculus, non autem poſtquam creuerit, & recens uulnus curatur facilius. Antiqua arbor cum difficultate euellitur, urſus debile caput habet, ideo ibi feriendus, faciliter occiduntur ſerpentis in ouis. Caput autem peccati cogitatio eſt. Ideo ibi cito debet præſcindi, fruſtra enim ſiccatur riuulus, ſi fons non fuerit ſiccatus. Vnde quidam hæremita ſecum ſolus aliquando litigabat. Et cum quærerretur ab eo cum quibus. Reſpondit cum cogitationibus meis, quæ nituntur mihi auferre Deum, & tunc eis repugno. Paruus error in prin-

 cipio,

cipio magnus eſt in fine, ideo in principio cogitationi (quæ principiũ eſt omniũ mortiferarum actionum) reſiſtendũ eſt. Vñ poſt receſſum obſcure caliginis pepigit dñs fędus cũ Abrahã. Gen. 15. Quia poſt cogitationes malas ſupatas, accedit pax cũ Deo & conſcientie ſerenitas. Alie ſunt male, ſed deperaccidens fructuoſe, qa ſicut logicus ex falſo ſcit cõcludere uerum, ſic Deus ex malo ſcit elicere bonum. Talis fuit cogitatio fratrum Ioſeph quando uendiderunt eum, ex qua ſecuta eſt ſalus in orbe cõtra famem, & cogitatio quam immiſit ſathanas in cor Iudæ ut traderet Chriſtum, fructuoſa quidem fuit mũdo, ſed non ipſi Iudæ qui male cogitauit. Tertiò ſunt cogitationes male ſed fructuoſæ ſi patienter portentur, & de eis ſecundum ſapientum conſilium non curetur, ut ſunt cogitationes quas immittit ſpiritus blaſphemię, quæ ualde oneroſæ ſunt hiis qui bonam habent cõſcientiam, ſed in talibus cũ huiuſmodi diabolo non eſt litigandũ, nec inde debet homo turbari. Sed qñ homo pp illas non turbatur neq; curat inde, diabolus tẽtare ceſſat. Inde eſt ꝙ miſſi ab Ezechia ad Rapſacem blaſphemantem non reſponderunt ei uerbum. Quanto eñ magis homo turbatur, tanto magis diabolus latrat & immittit illas cogitationes, non ſolum propter peccandum, ſed etiam ut homo per eas impediatur a bono tepiditate mentis compulſus, & aut in deſperationẽ aut ignauiam inducatur, quia confeſſore interrogãdi ſunt ſi poſt iſtas cogitationes in illis complaceant, aut ſi de eis triſtenẽ ꝙ eis talia acciderint, qui continuo reſpondebunt & de huiuſmodi maxime triſtãtur quibus a confeſſore aſſerendum eſt ꝙ ille cogitationes erant ſolum tẽtationes & merita, eo ꝙ propter ſubſequentem immediate triſticiam nullus fuit circa illas aſſenſus ſed magis diſſenſus. Vnde cogitatio dicitur quaſi cordis agitatio, qa ſicut mare fluctibus, ſic cor cogitationibus inquietatur. Tertium genus eſt cogitationum malarũ & infructuoſarum, quæ ſunt in triplici differentia. Quædam ſunt quæ ſe pręter intentionem ingerunt, ut male cogitationes quę orationi uel deuotioni adueniunt, maximè cum cor in uaria diſpergitur. Eccl. 10. Proiecit in terra intima ſua. Et hoc ſæpe impedit exauditionem orationis. Pſalm. Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo, non exaudiet dominus. Sicut uox non auditur ubi eſt ſtrepitus, ſic nec oratio ubi ſtrepitus uariarum cogitationum, immo oratio illa uocem non habet, cui nõ intenditur. Iuxta illud Pſal. Intende uoci orationis meæ. Vox autem orationis eſt, cum mens in Deum dirigitur, iuxta illud. Pſal. Confitebor tibi in directione cordis. Contra tales cogitationes fruſtra quis laborare contendit, niſi caput & truncum illarum amputet, aliter rami plurimi inde orirentur. Vnde quidam frater a ſene quæſiuit. Quid faciam, quia plures ſunt cogitationes meæ, & neſcio qualiter pugnare aduerſus eas? Cui ſenex. Aduerſus cogitationes ne pugnare tentes, ſed tantum caput earum. Inuento autem capite expugna illud, & omnia eius membra expugnaſti & ſuperaſti. Sic in prelio ſi uiderint inimici caput & maiorem exercitus uenientẽ, aduerſus illum pugnant unanimiter, & ſi illud caput expugnare ſeu ſuperare poſſunt, cæteri ſuperantur. Cogitationes uerò unũ caput habent, ſiue de uaginatione, ſiue de cupiditate, ſiue de caſtrimargia, quod niſi abſcindas, interim te fallet. Aliæ ſunt cogitationes male quæ ſunt ocioſæ, uãge, uanæ, & uolatiles, quæ ideo dicuntur ocioſe, quia de eo quod ad Deum pertinet non ſunt. Bernar. Omne tempus in quo de Deo non cogitas, illud perdidiſſe puta. Prouerb. 21. Cogitationes robuſti ſemper in abundant a his reſiſtendum eſt. Vulgo dicitur, nimium emanet de eo quod ſtultus cogitat. Interrogauit quidam frater quid faceret propter multas cogitationes in anima ſua ſuperuenientes, qui periclitari ſibi uidebatur in eis, quem perduxit quidam ſenex ſub aere dicens, expande ſinum tuum ad uentum & apprehende, qui cum diceret ſe non poſſe uentum retinere, ſic nec (inquit ſenex) potes cogitationes prohibere quin ueniant, ſed tuum eſt eis reſiſtere. Aliæ ſunt cogitationes malæ & pernicioſe, & iſte ſunt in multiplici differentia. Quædam ſunt lubrice quæ ſunt pecorine, de quibus Sapient. 1. Spiritus diſciplinæ aufert ſe a cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu, quales ſunt quæ circa carnis delicias uerſantur. Sunt enim huiuſmodi ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus. Cogitant enim non ut homines ſed

ut



ut porci a quibus ſpiritus ſanctus non prædium, non domum, ſed ſeipſum aufert, qñ in talibus immorantur. Pſalm. Cogitatio hominis non pecoris confitebitur tibi, & reliquie cogitationis ſcilicet humanę non pecorine, diem feſtum agent tibi, reliquie cogitationis male & immunde ſunt triſticia mentis, agitatio & torbatio. Reliquie uero cogitationis munde ſunt pax, & gaudium cordis, quæ ſola benedicũt Deo. Pſ. Benedic anima mea dominoꝗ, & omnia q̃ intra me ſunt nomini ſancto eius. Mundus paterfamilias mundam debet habere familiam. Familia autem eis turba eſt multa cogitationum. Iob. 1. Erat ei familia multa nimis. Secundę ſunt pernicioſe & curioſe, quãdo ſtudet homo ſcire quæ ad ſuam ſalutem non pertinent, uel quando ſe mente nimis implicat circa uana & inutilia, ut Philo. de quibus. Ro. 1. Euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratũ eſt inſipiens cor eorum. Econtra. Prouer 12. Cogitationes iuſtorum iudicia, quod fit quando homo ſe implicat cogitationibus. quæ ſm rectum iudicium ſunt rerum magis utiliũ. Quidam ſenex cuidam iuueni agebat diabolus inimicus tuus non ceſſat in te omnẽ ſordem iactare per has cogitationes curioſas. & tu dormis? Tuum eſt non negligere ſed ſordes repellere. Nam ſi neglexeris, ſordibus repleberis. Sed fac ut dicas cũ Pſalm. Exercitabar & ſcopebam ſpiritum meum. Alię ſunt cupide quæ debent arctari timore mortis. Pſal. Exibit ſpiritus eius, ſcilicet a corpore, in terram ſuam ſcilicet mortuorum uel uiuentium quam ſuis meritis uel demeritis acquiſiuit. Luc. 14. Vilã emi, & neceſſe habeo exire ſcilicet a corpore, quia uelit nolit oportet ut exeat. In illa die peribunt omnes cogitationes eorũ auare. Hæ ſunt cogitationes ſine intellectu, & quæ reddunt hominem ebetem. Iſte cogitationes ſunt muſcæ infeſtãtes hominem ſequentes mel & fructus ut quanto quis plus haber, plus uelit habere, ita ut nihil laborioſius ſit quàm terrenis deſideriis inſudare, neque maioris anxietatis quàm terrenorum cupiditate relictis cœleſtibus ad exteriora trahi. Econtra nihil quietius quàm in ſæculo nihil appetere, ideo populus Iſrael cuſtodiam ſabbati accepit in munere. Aegyptus uero percuſſa eſt muſcarum multitudine. Aliæ ſunt cogitationes pernicioſæ, quæ non ſtant in ipſis cogitationibus ſed uſque ad conſenſum peccati mortalis perueniunt. Eſt enim hęc cogitatio mala, nidus diaboli, in quo ſuam prolẽ procreat, quia ſicut ex coniunctione maris & fœminæ procreantur filij naturales, ſic ex coniunctione diaboli cum anima filij innaturales. Eſt enim diabolus ſicut coruus, qui ad pullos producendos primũ colligit lignicula & feſtucas, unde ſibi nidum conſtituat artificioſum. Deinde in illo reponit oua ſua & fouet & calefacit, quouſq; habeat pullos in teſtis. Deinde eos extra teſtam educit. Sic diabolus in corde multas prauas cogitationes colligit, ex quibus quaſi nidum ſuum in humana mente conſtituit & in eo quaſi oua ſua delectationes recondit, deinde eas per delectationis feruorem ita fouet, quouſque tanquam pullos uiuos in teſtis gaudeat ſe habere per cõſenſum, & quando peccator de conſenſu ad iniquitatis operationes procedit, tunc ſunt pulli & filij adulterini quos diabolus ad extra producit, contra quos Chriſtus. Luc. 22. Vę prægnantibus & nutrientibus ſcilicet tales fœtus uipereos, qui quaſi corrodendo occidunt matrem ſuam animam in qua naſcuntur. Sap. 1. Peruerſæ cogitationes ſeparant a Deo, quia p tales datur ingreſſus diabolo. & ideo 1. Thimo. 5. Nullam occaſionem dẽt homo aduerſario ſuo & auertat ſe ab illis cogitationibus. In uitis patrum ſub methafora dicitur ꝙ ligna fecerunt conſilium adinuicẽ quid eſſet faciendũ, quia nos ſuccidunt homines, & tandẽ inuenerunt cõſiliũ. Nõ demus, inquiũt, aliquid de noſtro & nõ poterunt nobis nocere, manubriũ enim ſecuris eſt de ligno, ideo a ligno accipit homo quo utitur ad exciſionem ligni. Sic a nobis & a noſtris cogitationibus accipiunt inimici noſtri, unde nos a Deo excidant. Et ideo qui talibus immorantur cogitationibus ſe periculo exponunt. Auis quandoque licet glutino capiatur & aduolet, tamen ibi dimittit de pluma. ſic qui ſe iſtis cogitationibus exponit (& ſi modicũ immoretur) aliquid perdit de pennis uirtutum. Præterea diabolus eſt ſicut magnus latro bonorũ aĩæ, latrones enim latrũculũ habẽt quem pręmittunt, uel facta fouea intrudunt qui aperit domum, & ſic intrant magni fures qui occidunt & furantur. Sic parua cogitatio

à diabolo immittitur, per quam porta aſſenſus aperitur. Ipſe enim eſt quaſi proditor, qui qñ formidat aliquid petere uel facere aperte, quærit retro loqui cooperte ſuggerendo dicens. Tu non cõſenties operi ſed cogita tantum & delectare & cõplacendo, & delectando, & colloquendo poſtea ſæpe conſequitur conſenſus & actus. Ribaldi eñ cum pedem intromiſerint, nõ poſſunt poſtea eiici de domo, dicunt enim ſe cito tranſire. Eſa. 51. Incuruare ut trãſeamus, nõ tamen cito diabolus tranſit ſed diu detinet & opprimit. Bern. Noli ei credere, non eſt cito tranſiturus, ſed te grauiter oppreſſurus concupiſcẽtiæ enim quas cito inducit non cito tranſeunt.

*Feria 4. poſt primam dominicam quadrageſimæ. Sermo 1. & in ordine 31.*

*A iudicium generale. Maria. Vtrum in iudicio generali Maria pro peccatoribus intercedet.*

R*Eginæ auſtri ſurget in iudicio ad condemnandum generationem iſtam*. Matt. 13. Quæri põt utrũ regina auſtri .i. Maria regina cęli a qua proceſſit Deus. iuxta illud Aba. 2. Deus ab auſtro ueniet, ſurge in iudicio ad condemnandum pctõres. Et uř q non. Quia picturis pingitur genibus flexis coram iudice pro pctõribus orare. Item eſt pia mater eccleſię quomodo ergo poterit tantorum filiorum cruciatus ſuſtinere? Videmus eñ q ſi patres iraſcantur in filios, matres quantum poſſunt pacem componunt. In oppoſitum arguitur, quia regina auſtri ſurget. Reſpon. Prima uerita. Aliqñ in iudicio particulari Maria p pctõribus intercedit & obtinet ante ſñiam iudicis latã. Si eñ merita beati Gregorij potuerint in illo iudicio pro Traiano interuenire ne damnaretur (ut cõiter dicitur) quanto magis Marię merita? Secunda propoſitio. Maria gñali iudicio ſurget ad condẽnandum pctõres, qa ſe cõformabit uolũtati filij ſui, quæ erit eos perdere & in corpore & aĩa. Tunc eñ erit tp̃s iuſtitiæ. de quo Pſ. Dñe memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius. Tunc eñ uerebuntur mali uultũ matris qui matris uoluntatẽ non impleuerunt. Præceptum uero matris fuit. Luc. 2. Quæcunq; dixerit uobis facite, ideo ad eam uerebuntur accedere. In cuius figura dicitur Heſter. 7. q amã erubuit uultũ regis & reginę ferre non ſuſtinens. Tertia ueritas ſm præſentẽ iuſticiã Maria pro peccatoribus intercedit auertendo ab eis flagella iracundiæ Dei. Si enim Deus in ſeruis miſerebitur. Deut. 32. quãto magis in matre ſua. Pſ. Pro hac ſ. iniquitate orabit ad te omnis ſanctus in tp̃e oportuno. ſ. ante mortem. Veruntamẽ in diluuio aquarum multarum. i. in iudicio generali ubi erit diluuium & perditio multo plurium populorum q̃ tp̃e Noe, ad eum non approximabunt. ſ. ad ipſum rogãdum. Ad Mariam igitur nunc temporis accedamus dicentes Aue.

*B Cogitatio. Quia cogitatiões bonæ a quattuor cauſari poſſunt.*

In hoc ſermone primo dicetur quæ ſit gñatio iſta condemnanda. Scd̃o circa hãc gñationẽ condemnandã tria difficilia ſunt exſoluenda. Pro primi expeditione ſolet dici q duplex eſt generatio, una in utero, alia ex utero. Cum ſuggeritur cogitatio in corde, generatio fit in utero. cum uero ad opus exit p cõſenſum, generatio fit ex utero. Vtraq; tamẽ duplex eſt. Quædã gñatio eſt a ſpiritu bono, quædam a maligno. A ſpiritu bono tripliciter. Quędam immediate a Deo. de qua Matth. 1. Qđ enim in ea natum eſt de ſpiritu ſancto eſt. & in Pſal. Audiam quid loquatur in me dñs Deus, qñ loquetur pacẽ in plebem ſuã. Nunquã eñ loquitur Deus niſi bonũ & pacẽ mẽtis. ſic ſpiritu sãcto inſpirati locuti ſunt dei homines. 2. Pet. 1. Scd̃o quandoq; cauſantur ab angelis bonis. Zacha. 1. Angelus dñi q loquebatur in me &c. unde Pſal. Immittit angelus domini in circuitu timentium eũ. Quandoque a nobiſipſis Deo præueniente, ſicut cũ ſancti uiri deuote orãt Deo loquuntur in cordibus ſuis. Quandoq; ab hominibus bonis immittuntur p doctrinam & eruditionẽ, ut patres filios ad bene meditandum procurant. Sed male cogitationes quandoq; intra morantur, ut qñ p angelos malos nobis immittuntur. Pſal. Immiſſiones p angelos malos, hoc patuit de Iuda. hoc in Anania. Actuũ. 5. cui Petrus. Cur tẽtauit uos ſathanas &c. & 3. Reg. 22. Egrediar & ero ſpũs mẽdax ĩ ore oĩum p phetarum. Luc. 9. dicit dñs Ioanni & Iacobo. Neſcitis cuius ſpiritus eſtis. In uitis patrum quidam fratres ad beatum Antonium ueniebant ducentes aſinum qui in uia mortuus eſt, ut quęrerent ſi uane cogitationes a diabolo ſuggerentur. Præuenit autẽ eos Antonius dicens, quomodo aſinus ueſter mortuus eſt in uia? Quis (inquiunt) hoc tibi reuelauit? Ait demones, & nos inquiunt hac de cauſa uenimus ad te ſcire cupientes an dæmones nobis immittant uanas coditationes. Abſq; dubio (inquit) friuola uobis a diabolo ſuggeruntur, & quando nequit ſuggerere uana, ſuggerit ſi poteſt curioſa. Ad quendam fratrẽ laborantem uenit ſenex quidam. Quid inquiens agis? In ſaxi, inquit, huius laboramus euulſione. Bene, inquit ſenex, dixiſti pluraliter laboramus; quia in hoc labore non ſolus es, ſed tibi aſſiſtit diabolus, qui talem tibi ſuggerit curioſitatem. Et quando diabolus nequit ſuggerere curioſa, ſuggerit ambigua uel indifferentia, ſi uero iſta nequit, ſuggerit bona aliquod uitium malum habẽtia, ut nos ad illud trahat malum, ſed quãdoq; fruſtratur, quia deperaccidens uir bonus ab eo bonam recipit ſuggeſtionem.

*C Cogitatio. Quis cogitationes malæ ex quattuor cauſari poſſunt.*

Cum cuidam ſeni diabolus præponeret ante oculos mentis peccata ſua ut ſic eum traheret ad deſperationem, ſenex ille peccatorum ſuorum memoriam concipiens non inde diſperabat, ſed potius ad pœnitentiam inclinabatur, & cum bona ſua ante oculos poneret ut ſic eum traheret ad elationem, memoriam quidem eorum recipiebat ad Dei gloriam. Quandoque iſtę cogitatiões a nobiſipſis rebus exterioribus ſenſus noſtros commouẽtibus procedunt. Iaco. 1. Vnuſquiſque tentatur a concupiſcentia ſua abſtractus & illectus. Periculum enim eſt ne homo per peccatum fit cadauer putridum, non ſolum ab extra ueniant muſcæ, ſed etiam ex eo oriãtur. Eſa. 51. Sicut ueſtimentum ſic comedet eos uermis. Aues munde non ſequuntur cadauer ſed immunde. Et ſecundũ philoſophum, præſagium eſt effuſionis ſanguinis quando uultur ſequitur exercitum. Sic immundam conſcientiam immunde ſequuntur cogitationes, & hoc eſt ſignum effuſionis omnium uirtutum animę, ideo q uult cogitationes immundas effugere faciat ut conſcientia ſua ſit munda. Quandoque enim tales cogitationes neque ex ſenſibus exterioribus neque ex diabolo, ſed ex ipſo homine malo procedunt, & ex cordis ipſius leuitate generã ntur. Sicut humus pingnis etiam ſine ſeminatore non poteſt non aliquid generare, ſic cor humanũ etiam ſine ſuggeſtione & cuiuſquam adminiculo exteriori, per ſeipſum ſæpe mouetur ad meditandum. Hinc Pſal. ait. Ab occultis meis munda me domine, ideſt ab illis cogitationibus malis & uanis quæ in corde occulte naſcuntur & ab alienis parce ſeruo tuo, quia aliene ſunt quę ex aliena ſuggeſtione oriuntur.

*D Cogitatio. Quare claudendũ eſt cor cogitationibus malis.*

Quandoque eñ iſte cogitationes ex aliorum hominum bona uel mala ſuggeſtione procedunt, ſicut enim ex ſemine generantur bonæ uel malę arbores, ſic ex bona uel mala ſuggeſtione bonæ uel malæ cogitationes. Aliæ ſunt cogitationes malæ q̃ ad opus perueniũt, & iſte cogitationes deſtruendæ ſunt ſi deſtruendum ſit opus & tentatio. Auis eñ niſi expellatur ab arbore in qua facit nidũ, & amoti ſint pulli, ſemper reuertitur, ideo ſi uis eum fugare deſtrue cogitationis nidum. Sed ſunt qui peccata ſua tondent & falcant, nec radicitus euellunt, quia actum peccati dimittunt, ſed retinent cogitationẽ & uoluntatẽ quæ ſunt radices peccatorum, ideo faciliter ſicut herba falcata reuiuiſcunt. Non erat talis ille ſenex q in mõte abbatis Antonij habitans in die quo cuſtodia dactilorum ei contingebat clamabat. Recedite ab intus malæ cogitationes & de foris aues. Vnde ſunt quidam q portas habent apertas ad hmõi cogitationes ſuſcipiẽdas. Quidam dixit cuidã ſeni, nihil uideo pugne in corde meo. Cui ſenex. Tu quoque porticus ſine porta, & quę uult cogitatio ingreditur, & per te ragreditur, tu aũt non ſentis, ſed ſi per diſcretionis uigilãtiam clauſeris cor tuum, & nõ permiſeris malas cogitationes ingredi, tũc ſenties de foris ſtantes & pulſantes, ideo obſtruendæ ſunt porte malæ cogitationi. Cani ſenex & ruſticus dũ uenit muſca ad auriculas eius, non percutit nec interficit eam, ſed ſolum mouet caput aliquantulum, ideo muſca reuertitur ſtatim, & ita pungit ſæpe & moratur. q aurem dilacerat & elicit ſanguinem. Sic quidam immundas cogitationes (quæ ſunt ſicut muſcę) non uiriliter repellunt, ideo ſanguinem peccati eliciunt. Sed canis iuuenis & nobilis ſtatim muſcas repellit, & pede retrudit, uel dentibas interficit, ideo non habet aures laceratas. Sodomitæ pulſant ad oſtium, ſed non intrant, incitent enim tentationes rationem ſed non debent intrare uſque ad conſenſum. Priuſquam enim iſte uanæ cogitationes radicem figant, facile eſt eas euellere. Hinc dominus ad Cayn. In tua poteſtate erit appetitus tuus, & tu dñaberis illius.

Dum

Dum paruus eſt hoſtis interfice, nequitia elidatur in ſemine. Pſ. Filia babilonis miſera, beatus qui tenebit & allidet paruulos ſuos ad petram. Paruuli enim ſunt primi motus qui nõ ſunt in poteſtate noſtra, quãdoque enim fantaſiamur intelligimus iraſcimur, & concupiſcimus etiam nolentes, quod ex primi parentis prȩuaricatione nobis inflictum eſt, qui cum poſſet non peccare noluit, ideo ei inflictum eſt ut cum uelit non poſſit. Ipſi autem primi motus ſunt ipſa ſubita cogitatio, ſecundi motus ſunt ipſa cogitatio cum delectatione quæ ex fragilitate humana procedit, tertij motus in quibus plene poteſt uoluntas eſt conſenſus. Circa ſecundum queruntur tria. Primum eſt, utrum cogitationes uane & uage ſint male. Secundum an complacentia in cogitatione mala ſecluſo actu exteriori ſit mala. Tertium, quomodo poſſunt hæ cogitationes malæ reſecari. Ad primum uidetur ꝙ ſint male, quia ſunt inutiles & de uanis. In oppoſitum arguitur, quia nulli ſunt nociue. igitur Reſpon. Prima ueritas. Cogitationes uanæ & uagæ dicuntur eſſe hominum ocioſorum Et hoc eſt cum cogitamus quod nec multum prodeſt nec multũ obeſt, non multum prodeſt, quia nec ad Dei laudem, nec ad noſtri uel proximi refertur utilitatem. Nec multum obeſt, quia cum neminem lædat facile dimittitur. Si uero in cõſuetudinẽ ducatur, tũc uitioſitatis periculum eſt quando iam non hoſpita eſt uanitas, ſed manſionaria, & in cõſuetudinem uerſa, a qua dr̃ homo uanæ mentis & uanus. Non eñ a momentanea uanitate uanus dr̃, ſed quia contenta æternitate ad quam ordinatur, uanitatem amat & ſectatur. de qua Pſ. Non eſt in ore eorum ueritas, & ratio eſt, quia cor eorum uanum eſt quia eñ cor eorũ occupatum eſt uanitate, ueritatẽ non põt addiſcere. Sic eñ contingit in curialibus, & his qui deſiderant uanitatem. Mala aũt eſt, quia derogat magno bono quod fieri põt tp̃e quo uane cogitatur. Dr̃ ſcd̃o ꝙ iſte uanæ cogitationes & uagæ ſunt multũ periculoſe, quia in prato cordis nr̃i creſcunt, & uix ita põt ſecari quin ibi ſupercreſcant & quãuis nõ uideãtur noxie, in illis tñ periculũ latet, uel ocij uel ſuperbiæ, uel cupiditatis, uel alicuius alterius uitij. Poeta. Latet anguis in herba. Sic aũt uagari ſignũ eſt puſillanimi cordis.

E

*Cogitatio Vtrũ cogitationes uagæ ſint male.*

Hiero. Parua animalia multos pedes habent, ut apes, muſcæ, & araneȩ, & uermiculus quem millepedem uocant, ſic & imperfecti & in merito parui, magni reputati mũdo, malas & inſtabiles cogitationes & affectiones habent. Elefas uero magnũ animal tñ quattuor pedes habet, & tñ quatuor pedibus graditur. Magni enim uiri nec cogitationibus uagantur quaſi inſtabiles, ſed ad paucas ſe conuertunt in quibus quaſi immobiles perſeuerant. Pes eñ magni animalis in terra figitur ꝓfundius. Sed iſti ſunt quaſi rota diaboli inſtabiles, & ſicut rota fortune quæ circumuoluit de cogitatione in cogitarionem ad præparandũ panẽm diabolo. i. tẽtationis occaſionẽ, uel tp̃alia bona quæ ſunt cibus eorũ qui terrȩna ſapiunt, terra eñ cibus eſt antiqui ſerpẽtis. Eſa. 65. Serpenti panis puluis eſt. Sicut eñ ambulando corpore, de loco ad locum illi contiguum traſmigramus, ſic & peruagando mente, de uana cogitatione ad aliã cognitionem ei uicinam, & de alia ad aliam pertranſimus. Vulgo enim dr̃, uix unus eſt qui caſtra non fabricet in Hyſpania. Dr̃ tertio, ꝙ cogitationes iſte uagæ eos impugnant qui magni mundo eſſe uel uideri uolunt. Oẽs eñ qui illicita appetũt, uel in hoc mundo uideri uolunt aliquid eſſe, denſis cogitationum tumultibus in corde comprimuntur. Sed ſancti uiri qui nihil huius mundi appetunt, nullis in corde tumultibus præmuntur, ſolã ȩternam patriam diligentes. Et quia nulla huius mundi appetunt, ſumma mentis tranquillitate perfruũtur. A tumultu terrenorũ fugiebat qui dicebat. Vnã petij a dño, ut in ea tãto purius Deũ cerneret, quanto hunc cũ ſe ſolum inueniret. Hmõi aũt uagi ſimiles ſunt hyſtrionibus, qui nunquam ſunt in domo ſua, iõ nihil eſt eis boni, nec ignis eſt amoris in eorũ arula. gallice en leur atre. Dr̃ 4. ꝙ iſte uage maximè inuadunt imperfectos cum ſoli ſint. Pſ. Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo. i. in corde ſuo, uel in ſecreto ſuo qñ eſt ſolus. Eccle. 10. uæ ſoli. Solitariũ eñ potenter & audenter inuadit hoſtis, ut patuit in Eua, ideo imperfecti raro ſoli eſſe debent, uel ſine opere. Quia autẽ non ſit prudẽtis iſte cogitationes ſed fatui ait Sen. Prudentis intereſt cogitationes certas & ſtabiles habere, & nullatenus a uero recedere, ideo imprudentes in co-

gitatione

F

*Cogitatio Quia iſte cogitationes uage ĩpugnant eos qui uolunt eſſe magni in mũdo, & qui ſunt imperfecti.*



gitatione improuidentiam habent incertã. Sap. 19. Cogitationes impiorum timidè & incerte prouidentiæ noſtræ, ſpiritualium uero certe ſunt. Pſa. Prouidebam dominũ in conſpectu meo ſemper. Semper enim in Deum feruntur, impij uero ubique terrarũ uagantur. Et hæ cognationes uage quãdoque redolent ſuperbiam, maximè in illis qui ambulant in magnis, qui cogitant qualiter magni poſſent fieri in mũdo, ut honores & dignitates adipiſcantur & honorentur, & eorum alij ſunt qui ambulant in mirabilibus ſuper ſe, qui cogitant qualiter poſſent facere mirabilia uel miracula uel talia ut homines ducantur in admirationem, ut quòd bene loquantur, uel diſputant, & iſte cogitationes ſunt omnino inutiles. Dicitur quinto ꝙ nunquam habent pacem qui talibus pleni ſunt cogitationibus, ſed continuam triſtitiam. Lugebant ſerui puellam mortuam uſquequo reiecta eſt turba, reiectis enim moleſtis cogitationibus accidioſorum qui ſemper lugubres & triſtes incedunt quaſi plangentes mortuum, quibus omne bonum uertitur in tedium. Et quouſque hæc turba eiecta fuerit, non intrat Ieſus per gratiam & cordis læticiam. Auguſtinus ſuper illo pſalmi. Iuſtitia & pax oſculate ſunt, fac iuſtitiam & habebis pacem. Oſculantur enim ſe iuſtitia & pax, ut qui facit iuſtitiam inueniat pacem. Nemo enim eſt qui non uelit pacem, ſed non omnis uult operari iuſtitiam. Sed ſi amicam pacis non amaueris non te amabit ipſa pax, neque ad te ueniet. Vnde uagi in cogitationibus iſtis faciunt de corde ſuo hallam cui non eſt oſtium, quia illud exponunt omni cogitationi tranſeunti & tentationi. In talibus nõ habitat Deus cum omni ſubſint tentationi, ſed in orto concluſo. Vnde Hieronymus in epiſtola ad ruſticum monachum. Non uacet mens tua uariis perturbationibus, quæ ſi pectori inſederint dominabuntur tui, & te deducent ad delictum maximum. Dicitur ſexto ꝙ iſte cogitationes uage faciunt omnẽ perdere deuotionẽ. Muſce enim moriẽtes perdunt omnem ſuauitatem unguenti. Muſcæ morientes ſunt quæ fauos non faciunt, non habitaculum habent, quȩ adueniente hyeme omnes moriuntur, ſequunturque fructus & beſtias huius ſæculi & cadauera. Muſcæ uero quæ fauos faciunt,

G

*Cogitatio Quia cogitationes uage cauſant triſticiam.*

H

*Cogitatio Quia cogitationes uage perdunt deuotionem.*

nec cadauera ſequuntur, nec beſtias, ſed flores redolentes, nec hyeme moriuntur, ſed uiuunt melle. Sic cogitationes uage ſequuntur fructus & beſtias ſæculi & cadauera, & uagantur ubiq;, & harum cogitationum materia adueniente hyeme mortis perit, nec aliquid ſeruit multitudo, nec ꝓpter eas ditior fit homo, ſed perdunt ſuauitatẽ unguenti deuotionis. Pſalm. In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Sed ex cogitationibus quæ circa opera ſancta uerſantur uiuit apis argumentoſa quæ in ſuis cogitationibus more apis arguit, quæ uolitãs ſonando nunc hac, nunc illac uolitat, quaſi argumentans quem florem eligere debeat, melliſluas tamen eligendo. Eſa. 57. Abiit uagus in uia cordis ſui, uias eius uidi & dimiſi eum, & reduxi eũ, & reddidi conſolationes eius ipſi. Hic uagus in uia cordis uadit, qui leui mobilitate cogitationum & affectionum ducitur, nõ diſcernens quid cogitet ſicut homo uagus, neſciens quo uadit. Grego. Nihil humano corde fugatius. Sæpe eñ cor ſubſtituit linguam & corpus tanquam uicarios eius in diuino ſeruitio, & ipſe in propria perſona non deſeruit, ſed alibi eſt, ideo fructus præbende non percipit. ſ. conſolationes. Ephe. 5. Loquentes uob ſmetipſis in canticis & hymnis ſpiritualibus cantantes & pſallentes in cordibus ueſtris dño. Dr̃ ſeptimo, quia cũ noſipſi ſm corpus uanitas ſimus, de his uanis neceſſaium eſt nobis cogitare quia ex duplice ſubſtantia compactis neceſſe eſt nobis utrique prouidere, hoc eñ pro pc̃tõ primi hoĩs nobis inflixit Deus. De uanis autem utiliter modeſteque cogitare non eſt uanum ſed utile. Vnde quidam cogitant uana uane, qui hȩc temporalia cogitant, non referentes ad Deũ, quidam non uana uane qui ſpiritualia cogitant carnaliter, quidam uana non uane qui cogitant mundana ſpũaliter, quidam nec uana nec uane qui cogitant ſpiritualia ſpiritualiter. Pro ſolutione ſecundi quæſiti ſit prima ueritas. Delectari in cogitatione, & delectari in pc̃tõ citra conſenſum, & ipſi aſſentire, hȩc tria multum differunt, ſicut differt delectari in proclamatione boni uini. & in guſtu eius citra deglutionem & in deglutione. Delectatur enim in cogitatione qui audit q̃ bonum eſt uinum qd̃ uenditur in taberna, licet non guſtet aut

bibat

I

*Delectatio. Quid ſit delectari in cogitatione, qd̃ in peccato citra*

*cõſenſum & quid ipſi aſſentire.*

bibat ex eo,nec in hoc multũ expẽdit, ſed
periculum eſt ne forte cito mittat adtaber
nã & ex illo guſtet & inebrietur.Scđo de-
lectatur quis in peccato qui nõ uellet con-
ſentire,& illud eſt guſtare,quod uulgo dr̃
eſſayer.Contingit enim quandoq; deguſta
re cibum,cum parum rei guſtabilis pręli-
batur & tenetur ſuper linguam ſine deglu
tione,ſicut fieri ſolet cum probatur cibus
ſi ſufficienter ſit ſalſus,ſi piperiatus, ſi bul
litus,& communiter poſtquam guſtauerũt
reiiciunt. Et iſtud eſt delectari in pc̃tõ ci-
tra conſenſum,ſed ſicut guſtatio multipli-
cata aliquando uini hauſti æquipollet ut
patet in illis qui probant uina,ſic frequens
delectatio frequenter ducit in conſenſum.
Sed tertio deglutit quis conſentiẽdo,ſicut
quis comedendo poſt guſtationem.Come
ditur aũt quid cum in corpore traiicitur,
ſunt tñ qui tentationem a diabolo oblatã
nollent accipere uel comedere per conſen
ſum,tñ quodam modo guſtare dicũtur, dũ
in turpi cogitatione cor ſuum quadã igna
uia ſine animaduerſione periculi morari
permittunt. Et conſiderandum eſt quã pe
riculoſum eſt deguſtare,quod tam morti-
ferum eſt deglutire. Secunda ueritas com

*K Cogitatio Complacẽtia in cogitatione mala eſt peccatum*

placentia in cogitatione mala ſecluſo actu
exteriori eſt mala, raro tamen mortali-
ter. Iacob. 1. Conuertimini a uiis ueſtris
prauis,& cogitationibus ueſtris peſſimis,
quandoque accidit ꝙ una minima ſcintil-
la includitur in uno magno cumulo ſtra-
minis, & licet non ſtatim exeat flamma,
tamen fumat & finaliter erumpit, ſic de
cogitationibus malis quæ quandoque uſ-
que ad conſenſum ueniunt. Hiere. 5. Vſ-
quequo morabuntur in te cogitationes no
xie? Si enim haberet homo ferrum igni-
tum ad carnem & ueſtimenta non combu
rerentur,tamen interius arderet, ſic mul-
ti non ardent ſic quòd exterius exeant in
actum,interius tamen ardent per cogita-
tionem.Inde eſt ꝙ uiri ſancti non minus ti
ment ſtrepitum interiorum cogitationum
quam tentationes inſultuum exteriorum.
Bellum eñ domeſticum & ciuile citius de
ſtruit urbem quam forenſe. Et ſicut intra
nos inęqualitates & intemperantiæ fiunt
unde exterius infirmitates inſurgunt, ſic
cogitationes malę non tam ſubtiliter quã
latenter irrumpunt. Vnde omni cuſtodia
munienda eſt aditus,ne per cogitationum
foramina hoſtes ſubintrent. Moritur Isbo
ſech oſtiaria dormiente.Et ſicut non uidẽ
te domina ſed dormiente, ancillę per ſtre
pitum ſilentium deſerũt,& deputati ope-
ris officia negligunt,& totũ uiuendi ordi-
nem confundunt,ſic ſi ratio ad momentũ
obdormiat,quaſi domina non uidente fa-
milia cogitationum ociis uacat.

*L Cogitatio. Quid contra malas cogitationes fieri debet.*

Ad tertio quæſitum dr̃ ꝙ duplex reme-
dium dari põt ad reſecandum has pernicio
ſas cogitationes.Primo oportet obſtruere
portam cordis,primo quidem timore Dei
qui ſit ianitor cordis,ut nullus inimicus in
grediatur portas eius quin feriatur claua
timoris. Timendum eñ eſt ſeparari ab ami
co ſuo.Mala ſocietas eſt quę amicum oc-
cidit,& ſeparat a Deo qui amicus eſt. Ta-
lis enim peregrinus cum ſocietate ſua ſu-
ſpenditur,interrogatur, & ad eculeum ap-
penditur. Sap. 1. In cogitationibus impij
interrogatio erit,quandoq; neſcitur quid
factum ſit de peregrino,ideo interrogatur
eius ſocietas.Secundo debet claudi porta
cordis ſeris optimis.Pſal.Qm̃ confortauit
ſeras portarum tuarũ; benedixit &c. Sere
iſte amor Dei & amor ordinatus ſui, quia
ſicut ſera aperit oſtium,ſic amor Dei oſtiũ
cordis, ſicut econtrario odium claudit ip-
ſum. Amor igitur Dei claudat oſtium co-
gitationibus malis.In conſpectu amici ſui
non libenter facit homo quod diſplicet.
Eſa. 1. Anferte malum cogitationum ue-
ſtrarum ab oculis meis. Pſalm. Cogitatio
mea in conſpectu tuo ſemper. Tantum eñ
debet mens erigi ad cogitandum de Deo
& dulci memoria eius,ut non ſolum dele
ctet,nos uigilantes ſed etiam dormisntes.
iuxta illud Pſalm. Cogitatio hominis con
fitebitur tibi,& reliquie cogitationis diem
feſtum agent tibi. Sæpe enim contingit,
ut qui in diuina contemplatione iocundã
tur uigilantes,mente reliquias contempla
tionis retinente delectentur etiam dor-
mientes. Secundo amor ordinatus ſui
claudere debet inimico, & aperire ami-
co. Pſal.Qui diligit iniquitatem odit ani-
mam ſuam. cogitatio enim clauis eſt cor-
dis quod ſuper omnia cuſtodiendum eſt.
Clauis illa caſtrum cordis aperit & dat dia
bolo antequam urgeat eum inſultus, aut
obſidio, quando ad eius uoluntatem co-
gitat, & ſic facis diabolum clauige um
cordis tui, & hoſtem Dei oſtiarium eius.



Sic ergo ſollicitus illam clauem cuſtodi-
re,quæ ſi bene cuſtodiatur omnia in tuto
ſunt,& omnia tua,& teipſum in pace poſ-
ſidet Deus,ſic fecit Cayn diabolum claui
gerum, cui dominus Geneſ. 4. Peccatum
tuum ſtatim in foribus aderit. Fores ſunt
ſenſus exteriores.2.Petr.1.Oculos habeu
tes plenos adulteriis. Talis oſtiarius nul-
lum in te bonum intrare ſinet,nullum ma
lum intrare uetabit. Si autem Dei timorẽ
& amorem oſtiarios feceris, timor om-
nes proditores tuos, & hoſtes in claua
inferni tanquam ribaldos expellet,nec ſi-
ne amore Dei uirilis erit ianitor ille,quia
amor omnes bonos & omnia bona & ſalu
taria intrare compellet, & intrantia gra-
tulabundus ſuſcipiet. Modus aũt clauden
di oſtium tangitur in pſal. ſcilicet Decli-
nare a malo & facere bonum,repellere ini
micos & introducere amicos,repellere oc
caſiones & impreſſiones malas, quia ad
modum ſpeculi quarumlibet impreſſionũ
& imaginationum quę ſibi offeruntur ſu-
ſceptibile eſt cor. & tanquam hortus pin-
guis qui non poteſt non gignere, ſed ſem-
p̃ ex ſe nociuas herbas & inutiles produ-
cit,niſi aliunde ex labore ſeminentur, &
quecunque ſemina bona uel mala, bonus
uel malus ſeminator immiſerit ſuſcipit &
fouet,& propter hoc oportet iſtam portã
cordis obſtruere aliquo bono quod ſem-
per ponatur in cogitatione, & illud alliga
re cogitationi neceſſitate aliqua quæ ſit
ut uectis & ſera non permittens illud auel
li a corde, qualis eſſet aſſumptio alicuius
ſancti & honeſti officij aut ſolicitudinis,
& ſic in tuto ponetur clauis cordis. Vnde
quidem frater quendam abbatem requiſi-
uit quid faciam,quoniã cogitationes meę
inquietant me, & non permittunt me una
hora quieſcere, & ſic contriſtatur anima
mea.Cui ſenex.Quando inſurgunt illę co
gitationes ne loquaris cum illis. Illarum
eſt tantum ſuggerere nec compellunt. In
tua eſt poteſtate eas ſuſcipere,aut non.
Vide quid fecerit Madianite cum ornaue-
runt filias ſuas & proſtituerunt eas in uia,
neminem compulerunt, & qui uoluerunt
ceciderunt cum ipſis. Alij irati occiderũt
eas,ſic & de cogitationibus. Tu ergo quã
do incipiunt tibi loqui ne loquaris eis nec
reſpõderis,ſed ſurge & ora & incipe aliud
meditari uel facere.Inter omnes autẽ co
gitationes ſaluberrima eſt illa qua de di-
uinis cogitatur. Sap. 5. Cogitatio iuſtorũ
apud altiſſimum, in tuto enim eſt cogita-
tio illa cui non eſt fas accedere diabolo.
Vnde abbas Ioannes dicebat, ego ſum ſi-
milis homini ſedenti ſub arbore,qui uidẽs
beluas uenire contra ſe arborem aſcendit
ſaluatur. ſic dum attendo malignas tenta
tiones & non præualeo contra eas, ad
Deum & crucem eius confugio, & ſic ſal-
uus efficior.

*Eademferia 4. poſt primam dominicã quadra geſimæ. Sermo 2. & in ordine 31.*

*Maria. Qũo Maria tripliciter quæſiuit filiũ ſuum.*

E*cce mater tua et fratris tui foris ſtant quærentes te.* Matth. 12. Tripliciter Maria
quæſiuit filium ſuum. Primo paruulum,
quia eius abſentiam non ſuſtinebat. Luc.
2. Pater tuus & ego dolẽtes quærebamus
te. Secundo quærebat adultum, quia eius
præſentia ſatiari non poterat,ut hic. Ecce
mater tua &c. Tertio quęrebat crucifixũ,
quia eius amittebat præſentiam, ideo ſta-
bat iuxta crucem. Sed inuenit eum. Pri-
mo in medio doctorum interrogantem.
Secundo in medio populorum prædican-
tem. Tertio in medio latronum penden-
tem. Primo in templo.ſecundo in domo.
tertio in patibulo. In primo Maria cupie
bat inuenire ideo laborabat & dolebat in
quærendo filium,hic cupiebat eum uide-
re,ideo foris ſtabat expectãs eum ſeu eius
aſpectum In tertio cum eo ſimul cupiebat
crucifigi,ideo uſque ad finem ſuum iuxta
crucem ſtabat. Et quia quærendus eſt a
nobis ſemper inueniemus eum cum Ma-
ria. Nam ſecundum eccleſiæ repreſenta-
tionem ſemper tenet eum in manu ſua,
ut igitur ab eo nobis gratiam imploret de
precantes ſalutemus eam dicentes. Aue.

Hæc uerba putãtur deriſorie dicta fuiſ
ſe Chriſto, & hoc a phariſeis uolentibus
eum ignobilem demonſtrare, quia prius
dominus generationem illam uocauerat
prauam & adulteram. Iuxta euangelium
ſermo iſte in duas partes ſcindetur. In pri-
ma parte phariſeos oſtẽdit ruſticos & pra
uos. In ſecunda ſe & ſuos nobiles eſſe de-
monſtrat. Primo igitur oſtendit tales eſſe
ruſticos tripliciter. Primo ignobile ſignũ
eis donans & nobile denegãs. Aiunt enim
ad dominum prędicantem. Magiſter uo-
lumus a te ſignum uidere, non quodcun-

que

B *Adulatio Quis adulatorcauẽdus eſt, et non corrector.*

que ſed de cœlo. Magiſtrum dicunt cuius
nolunt eſſe diſcipuli, ſed adulantes hoc di
cunt ut blanditiis eũ alliciant quẽ conui-
tiis paulo ante blaſphemauerunt. Mos eñ
adulatorum eſt ſcorpionis & apis, quia
ſcorpio blanditur facie & pungit cauda,
& apis mel habet in ore, & aculeum in
poſteriora. Pſal. Molliti ſunt ſermones
eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula, quãdo
enim Chriſto conuitiabantur dicendo ꝙ
in principe dæmoniorum eiicit dæmonia,
manſuete eis rñdet rõne improbans dictũ
eorũ. Cum uero adulando laudant uocan
do magiſtrũ, aſpere eos tangit demõſtrãs
ſm Chriſ. ꝙ utraq; paſſione erat ſuperior,
& neq; conuitiis in iram conducitur, neq;
adulatione mollitur, hinc oſtendit ample-
ctenda eſſe opprobria, & adulationes eſſe
uitandas. Nã ſm Chriſo. uir ſapiens in fa-
ciẽ ceditur, qñ in facie laudatur, nõ ſic ma
iores nři tpis, qui bona ſuadentes contem
nunt, & ſe corripiẽtibus iraſcuntur, ſed ma
la ſuggerentes audiunt, & eorum adulatio
ne molliuntur. utinam attenderent illud.
Eccl. 7. Melius eſt a ſapiente corripi quã
ſtultorũ adulatione decipi. Ad hoc eſt fe-
bula Eſopi de ueraci & mendace. Nã men
dax cum uideret inter ſimias regem ſimia
rum, Interrogatus quid nam ſibi uideretur
de curia regis. Rñdit pulcherrimũ & pre-
cioſiſſime ueſtitũ regẽ, & nobili & ſapien-
ti comitiua circundatum, qui propter hoc
a ſimiis magnifice collocatus magnis mu-
neribus eſt affectus. Verax uero interroga
tus. Reſpondit regem & oẽm ſuam comi-
tiuam turpem eſſe & turpitudinis ſuæ oſtẽ
ſiuam, & propter hoc unguibus laceratus
a ſimiis turpiter eſt eiectus. Reſpondit do

C *Ionæ. Quare datũ eſt iudæi ſignũ Ione.*

minus. Generatio praua & adultera ſignũ
quærit de cœlo, ideſt de diuinitate mea, &
ſignum nõ dabitur ei niſi ſignum Ione pro
phetæ, quod eſt ſignum humanitatis & hu
militatis ſuæ. Illi autem erant ſuperbi &
indigni ut ſignum cœleſte acciperent. Ma
gnos, ut dicitur, magna decent, et paruos
parua, ut uulgo dicitur ꝙ neſcit ruſticus
quid ualeant calcaria, ideo parua ſigna de
dit eis dominus. Secundo hoc fecit, quia
curioſitate quærebant, inde reiciendi ſunt
qui quæſtiones inutiles ſuæ ſaluti quærũt,
ut puta de aſtris et reuelationibus et his
quæ ſupra uires ſunt, et de præceptis Dei
non ſcrutantur ſicut prælati noſtri tempo
ris quærunt ſignum non humile ſed ſubli-
me in equis, cibis, et pompis. Sed uideant
ne a ſublimi cadant humiliati, Chriſtus po
ſitus eſt eis in humile ſignum ſicut Ionas
iudæis. Sed in ſignum cui contradicetur a
ſuis. Ait enim angelus paſtoribus, hoc uo
bis ſignum, inuenietis infantem .i. paruum
et humilẽ, ſed huic humilitati fere ab om
nibus contradicitur, hoc autem ſignum hu
mile datum eſt iudæis a Chriſto. Primo
quia eſt proprium Chriſti ſignum. Sicut
enim Ionas ſuſcitatus eſt a deuoratione
piſcis non amplius in hmõi deuorationem
rediturus ſic Chriſtus a morte reſurrexit
non iterum moriturus. Alij uerò ſancti et
ſi multos ſuſcitauerunt, non tamen eis de
derunt uitam æternam. Et ſicut Ionas pro
pter inobedientiam proiectus eſt in tempe
ſtate maris, ſic illi in tempeſtate inferni, et
ſicut Ionas niniuitis prædicauit, et quia
crediderunt ſalui facti ſunt, et ſi non credi
diſſent fuiſſe ſubuerſi. ſic hoc iudæis datũ
eſt. non crediderunt, ideo ſubuerſa eſt eo-
rum ciuitas. Generatio praua et adultera
dicitur quę ex diabolo eſt, quorum filij alij
maliciam eius imitantur. Alij fouent. Alij
conſentiunt. Imitantur qui exemplo pro-
uocati peccant. Fouent qui peccandi fa-

D *Quæ generatio praua et adultera & quæ iuſta.*

cultatem uel locum uel tempus uel etiam
neceſſaria parando, uel adulatorie blan-
diendo ſubminiſtrant. Conſentiunt qui li
cet non imitentur aut foueant, cum tamẽ
poſſint arguere non arguunt aut impedi-
re non impediunt. Et ſicut mala generatio
in his tribus cõſiſtit ſic et bona generatio
Chriſti imitando eum, aut fouendo, locũ
et tempus et neceſſaria miniſtrando. Aut
etiam bona opera non diſturbando cum
poſſent. Pſalm. Cedri libani quas planta-
uit, illic paſſeres nidificabunt. Cedri in
libano ſublimes in ſæculo paſſeres homi-
nes ſpirituales nihil in mundo proprium
poſſidentes, qui in cedris libani nidificant
dum a potentibus naturæ ſæculi neceſſaria
accipiunt ne contemplationis ſuæ ſtudium
relinquere cogantur. Sed uidetur ꝙ aliud

E *Contemplatiu. Qui contemplatiuis miniſtrãt potentes ſæculi.*

ſignum datum ſit iudæis quam ſignum Io-
næ, quia data eſt eis eclipſis ſolis et lunæ,
quod eſt ſignum datum de cęlo ſignans ꝙ
eſt dominus cœli, et ſimiliter ſuſcitatio La
zari, ſciſſura petrarum. apertio monumen
torum, et alia huiuſmodi quæ ſunt alia a
ſigno Ione. Reſpondetur quadrupliciter.
Primò



Primò iudæi quærebant ſignum a Chriſto
ſm uoluntatem ſuam, ut in eum crederẽt,
& dominus noluit ad uoluntatem eorum
dare niſi ſignum Ione & ſignatum per ip-
ſum, quia enim ſummopere deſiderabunt
mortem eius, hoc eis datum eſt ad eorũ uo
luntatẽ, ꝙ ſicut Ionas tribus diebus & tri
bus noctibus fuit in uentre ceti, ſic dñs in
in corde terrę, cętera ſigna quæ facta ſunt
dum uiueret Chriſtus uel dum moreretur
magis facta ſunt contra eorum uoluntatẽ
& fuerunt maxima incentiua inuidiæ eo-
rum. Secundo poteſt dici ꝙ uerbum Chri-
ſti poteſt intelligi ꝙ nullum daretur eis ſi
gnum efficatius, neque de cœlo neque de
terra ad credẽdum ei quàm ſignum Ione.
Si enim ſcripturis ſacris non credant, neq;
ſignis cœli, Signum Ione expreſſe repreſen
tat mortem Chriſti & reſurrectionẽ eius.
Si ergo non credant ſpiritui ſancto loquẽ-
ti ſignis ſuis, ideſt figuris quomodo credẽt
creaturæ, ideſt cœlo & terrę loquentibus
ſignis ſuis? Calũniari enim poterant om-
nia quæ ab his fiebant. Sacram autem do-
ctrinam nullam pati poſſe calumniam ma
nifeſtum eſt. Tertiò dici poteſt ꝙ dominus
uocauit hanc generationem prauã & adul
teram, nec aliquod ſignum ei daretur ad
faciendum eam legitimam, niſi ſignatum
per ſignum Ione prophetæ, ſcilicet paſſio
eius & reſurrectio. Nam per paſſionis me
ritum facti ſunt filij legitimi & adoptiui
per gratiam (hi ſcilicet qui uoluerunt in
eum credere) & per reſurrectionem filij
glorię. Quartò poteſt dici ꝙ non uoluit
negare quin aliqua ſigna eis daret, ſed ꝙ
maximè eis daretur ſignum ſibi ſoli pro-
prium, & quod nullus alius fecit. Nam ſi-
cut dicit Aug. ſuper Pſal. 65. Multi multa
miracula fecerunt, nullus ipſorum mor-
tuus propria uirtute reſurrexit non mori-
turus, quia qui ab eis ſuſcitati ſunt, moritu
ri reſuſcitati ſunt. Deus autẽ ſuſcitat mor
tuos in uitam ęternam, propter quod cũ
ab illo peteretur ſignum, proprium ſignum
commendans quod erat in ſe ſolo futurũ
ait generatio praua & adultera &c. Nullũ
enim ſignum aliud erat ipſius & ſuæ diui-
nitatis declaratiuum, & tamen cum tan-
ta ſigna feciſſet coram eis, non crediderũt,
imo calumniati ſunt dicentes, in Beelze-
buth principe &c. Secundo oſtendit eos
ruſticos eſſe, quia minores eorum domina

F *Iudicium Dei. Quomodo mali iudicabũt malos.*

buntur, et in iudicio ſurgent ad iudicandũ
eos. Vnde ſequitur. Niniuite ſurgent in ge
nerali reſurrectione cum generatione iſta
ad condemnandum eam, quia illi niniuite
gentiles erãt et alienigene. Hi iudæi et po
pulus Dei habentes ſcripturas. Ibi purus
homo propheta prædicat, ſcilicet Ionas, &
ecce pluſquam Ionas hic, ſcilicet Chriſtus
Deus dominus prophetarum. Ibi Ionas tã
tum tribus diebus prędicauit hic Chriſtus
tribus annis. Ibi Ionas nullum miraculum
fecit, hic Chriſtus multa. Illi egerunt pœ-
nitentiam, iſti nõ, ſed addiderunt blaſphe-
miam. Scđò ſubdit ſecundum exemplum
de regina auſtri, ſcilicet ſaba quæ ſurget
in iudicio cum generatione iſta peſſima et
cõdẽnabit eã. Bene dixit condemnabit et
non damnabit quia mali ſeipſos dãnant,
et ſunt principium ſuæ perditionis. Oſeæ.
13. Perditio tua ex te Iſrael. Deus autem
et ſancti condemnabunt eos. Mali uero iõ
condemnabunt, quia in cõparatione ma-
lorum fidelium iuſti reputabuntur. Qui
dam enim iudicant et non iudicabuntur,
ut Deus et apoſtoli. Quidam iudicant et
iudicabuntur, ut minus mali. Quidã iudi-
cabuntur et non iudicabunt, ut mali fide-
les: de quibus. Pſal. Non reſurgent impij in
iudicio, neque peccatores in conſilio iuſto
rum, ut ſcilicet ſedeant et iudicent. Tali-
bus dicẽt minus mali. Si audiuiſſemus uer-
ba dñi, habuiſſemus et ſuſcepiſſemus bene
ficia quæ contulit eis, forſitan egiſſemus
pñiam. Illi uerò hæc omnia habẽtes ſubter
fugerunt mandata tua, iõ digni ſunt mor-
te. Cui alludit dictũ ſaluatoris. Matth. 10.
Et tu Capharnaum nunquid uſque in cœ-
lũ exaltaberis uſq; in infernum deſcendes
quia ſi in ſodomis factæ fuiſſent uirtutes q̃
factę ſunt in te forte mãſiſſent uſq; in hãc
diẽ, uerũtamẽ dico uobis ꝙ terræ ſodomo
rum remiſſius erit in die iudicij q̃ tibi. Iſta
aũt cõdẽnatio erit iuſta, qa uenit a finibus
tarræ, a lõginquis partibus audire ſapiam
Salomonis, et ecce pluſquã Salomõ hic. ſ.
Chrs pñtialiter poſitus, quia hic Deus, ille
homo. Ille ſcientiã habuit terreſtrium. hic
oẽm. Chriſ. Reginã auſtri cũ eſſet gentilis
& mulier, ob tantã longitudinẽ itineris ue
uire ad eum nec pp infirmiorem ſexũ eſt
impedita. Concupiſcentia enim ſapientiæ
in fortitudine dabat uirtutem. Iſti autem
uiri et ſacerdotes quorum propriũ eſſe de-
buerat

buerat amare ſapientiam, ante oculos ſuos & in gremio ſapientiam poſitam contemſperunt. Illa ad hominem cucurrit, iſti a Deo receſſerunt. Illa munera multa obtulit ut audiret eum. Iſti autem nec præmia regni cœlorum accipere uoluerunt ut crederent. Et iterum regina auſtri uenit a finibus terrę ad audiendum Salomonem, & chriſtiani nolunt uenire de plateis ad audiendum Chriſtum. Hæc Chriſoſt. In quacunque enim diſtantia a Deo elongati per peccatum, debemus ad audiendum Chriſtum conuenire. Hiero. in epiſto. ad Paulinum. Ad Titum Liuium lacteo eloquētiæ fonte manātem de ultimis Hyſphanię galliarumque finibus quoſdam ueniſſe nobiles legimus, & quos ad contemplationem ſui Roma non traxerat, unius hominis fama perduxit, quanto magis ad ipſum audiendum qui non ſolum manat eloquētiæ fonte ſed eſt fons ſapientiæ. Ideo quantūcunque elongati nihilominus ad eum exēplo niniuitarum uenire debemus. Nunquā enim tabernarius ita ſtricte computabit de candela, ſicut Deus de doctrinam ſermonum, & tamen multi frequēter audiūt uerbum Dei, nec propter ea excitantur ad bonum, ſimiles mulctori uel multrici, quę quia frequenter audit tumultum uel ſonū molendini, non inde excitatur ſed in eo quieſcit. Tertio oſtendit eos ruſticos fore, quia cum ruſtico erant hoſpite, ſcilicet diabolo. Vnde ſubditur. Cum ſpiritus immundus exierit ab homine &c. & de hoc uidebitur amplius in tertia dominica quadrageſimæ.

G *Generatio. Quia præponenda eſt generatio ſpiritualis carnali.*

In ſecunda parte huius euangelij dominus oſtendit ſe & ſuos electos nobiles eſſe, utpote ipſius Dei filios. Dei enim genus ſumus, ut quidam ueſtrorum poetarum dixerunt. Act 17. Vnde ſubdit, adhuc eo loquēte ad turbas. Ecce mater eius & fratres q̄rebant eum, unus autem de turba malicioſe & inſidioſe ut a uerbo ceſſaret & ne filius Dei crederetur ait. Ecce mater tua & fratres tui foris ſtant querentes te, ac ſi dicat ſecundum Chriſoſto. Quid gloriaris o Ieſu de cœlo deſcēdiſſe, qui radices habes in terra? Ecce mater tua & fratris tui, non poteſt eſſe filius Dei quem homines genuerunt. Et ſicut apud tales propter ſuam parentelam uiſus eſt dominus denigratus, ſic hodie multis prælatis procurat diabolus propinquorum multitudinem, ut carnali affectione quæ foris ſtare deberet obſcuret eorum dignitatem, propter qđ dominus ſubdit confutando eorum malignā intentionem. Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? Et extendens manus in diſcipulos ſuos qui in circuitu eius ſedebant ait. Ecce mater mea & fratres mei. q. d. Ille mihi magis propinquus eſt qui ſanctis operibus magis eſt intentus, ſpirituales præfero carnalibus, & utiliora opera minus utilibus. Vel aliter, ille deriſorie loquebatur domino qui pauloante dixerat, ecce pluſquam Salomon hic. Nunc autem iſte dicebat. Ecce mater tua & fratres tui foris ſtant, & nemo aſſurgit ſicut aſſurgebant Salomoni. Vel ecce mater tua & fratres tui male induti & ueſtiti & inglorij, & tamen Salomon coopertus erat omni mūdana gloria. Ideo reſpondit dominus, quę eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? nō ſpernens generationem carnalem, nec erubeſcens humanam conceptionem qui in cruce moriturus matrem ſuam agnouit, ſed uolens oſtendere præponendam eſſe cognationem ſpiritualem carnali. Matres enim Chriſti & fratres ſunt prælati & curati, qui Chriſtum in mentibus ſimpliciū adhuc paruulum lactare debent lacte ſimplicis doctrina ſicut mater, & debent ſuſcitare ſemen eius ſicut fratres. Sed multi ex his ſunt ita temporalibus intenti & implicati q̄ foris ſtant, & ſacræ ſcripturæ myſteria non intelligunt. Animalis homo non percipit ea quæ Dei ſunt. 1. Cor. 1. Eccl. 7. Deus creauit hominem rectum, & ipſe ſe immiſcuit infinitis quæſtionibus. Et ratio eſt, qui in circuitu ſemper ambulant. Circueunt enim in labore temporalium. Et ſicut ille q ambulat in circuitu ſemper eſt in principio motus ſui, & ſemper habet ad ambulandum, ſic iſti ſemper habent circa quod negocientur. 1. Reg. 25. Anima inimicorum ſuorum rotabitur ſicut ſtipula funde, ſicut in funda uoluitur petra & ſic cito recedit, ſic iſti circumeunt temporalia ſua ad augendum ea, & ſic ſubito moriuntur. Iſti non multum curant de ſcripturis nec de eorum intelligentia, iſti de foris ſtant nec tamen quærunt eum ſicut et fratres Chriſti. Sic de fratribus religionum qui nunc ſtant foris ad uenanda beneficia et lucra. Vnde ſacræ ſcripturæ interiora ſunt ſpiritualis intelligentia. Senſus enim miſticus uel moralis eſt anima ſacræ ſcripturæ uel eius interiora. Hæc enim maxime benedicunt & laudant dominum. pſalm. Benedic anima mea domino, ideſt anima ſacræ ſcripturę. & omnia interiora nomini ſancto eius. Et extendens manum in diſcipulos dixit. Ecce mater mea & fratris mei.





H *Frater. De quadruplici freternitate.*

Sunt modi fratrum quadruplices. Quidam ſunt fratres natura inter quos diuiſio inuēta eſt a principio ſcilicet inter Chaym & Abel. Secundo ſunt fratres propinquitate & cognatione ut parentes Chriſti fratres uocabantur, qui tamen ab eo affectu & uoluntate erant diuiſi quorum tempus ſemper paratum erat ad mundi gloriam. Tertio alij ſunt fratres gente, ut omnes Chriſtiani dicuntur fratres, inter quos ſæpe inuenitur diuiſio. Iuxta illud. Luc. 12. Tu autem aliquando conuerſus confirma fratres tuos. In iſtis omnibus fraternitatis generibus inuenitur concordia bona, & non bona. Ideo oportet quærere aliud genus fraternitatis, ubi nulla poſſit eſſe concordia niſi bona, & hæc eſt fraternitas in affectu, quam dominus deſignat dicens, quicunque fecerit uoluntatē patris mei &c. In quo apparet q̄ dominus non dedignatus eſt matrem in uili & paupere ſuppellectili, nec tñ ſecundum dignitatem ſuam uoluit eam extolli. Narratur de Mauritio Pariſien. epiſcopo, q̄ cum eſſet de paupere progenie, uir tamen litteratus & animarū zelator, de paupertate euectus eſt ad apicem dignitatis epiſcopalis. Quod audiens paupercula mater eius Pariſiū uenit induta ſcarleto aruenico, ideſt groſſo burello, quę interrogauit ciuē quādam mulierē Pariſien. ſi cognoſceret Mauricium filium ſuum Pariſien. epiſcopum. Cumque multa bona de eo diceret ciuis illa Pariſien. uerecundata ne forte in conſpectu epiſcopi appareret uilibus induta, ſuis tunicis de ſcarleto ſancti Marcelli induit eam & Zona argentea præcinxit. Cūque oblata eſſet conſpectui pręſulis, uidēs eam præteriit tacitus, quod uidens ciuis illa ait illi. Dñe ecce mater ueſtra. Cui ille. Cognoſco matrē meam. Mater mea nō eſt induta tali ſcarleto, quæ receſſit, & reſumptis ueſtibus propriis accedētē matrē in cōſpectu canonicorū amplexatus eſt dicens. Ecce matrē meā quæ me genuit. Cognoſco te o mater in uilibus ueſtibus non in precioſis, propterea ſi ſtatum dignitatis aſcendi, non propterea uolo ut ſtatum mutes, contra prælatos multos modernos qui de patrimonio crucifixi omne ſuum genus extollunt

I *Parere. quia ſunt quinque modi pariendi.*

Quicunque fecerit uoluntatem patris mei &c. Quinque ſunt modi mulierum in pariendo. Nam quædam ſunt ſteriles quæ nunquam concipiunt aut pariunt, ſic ſunt multi qui nunquam propoſitum bene agēdi habent, ſed frequenter male. Monſtruoſum eſſet ſi mulier cōciperet bufonem uel ſerpentem, quæ ſecundum naturam debet cōcipere hominem. Sic de homine q creatus eſt ad habendum Deum ſi ſemper haberet uenenū peccati in corde, talis eſt inimicus Dei q faceret ei libēter malū ſi poſſet. Si ſcires q̄ aliquis uellet te occidere parū eū diligeres, ſic nec Deus eum diligit q eſt in uoluntate peccandi, quia quantum in ipſo eſt ſi poſſet rurſus ipſum crucifigeret. Sicut latro libenter furaretur ſi iudicem non timeret. Manet in timore ſeruili uoluntas peccandi, & ſequeretur opus ſi ſperaretur impunitas. Similiter ſi ſciret q̄s q̄ uxor eius rdlinqueret eum & cū alio fornicaretur, ſi poſſet uel auderet, illam quaſi adulterā reputaret. Sic Deus aīam maliuolam. Matt. 6. Qui uiderit mulierem ad cōcupiſcendum eam, iam mœcatus eſt in corde ſuo. Gloſ. Voluntas pro facto reputat̄. Secundo ſunt mulieres quæ concipiunt, ſed nunquam pariunt, quia fœtus in utero ſuffocatur. Sic quidam uoluntatem habēt bene agendi, ſed ad opus non perducunt. Quid autem prodeſt concipere prolē quæ ſtatim perditur, & capere auem quę ſtatim dimittitur? Oſeæ 9. Effraym quaſi auis euolauit. Eſai. 33. Concipietis ardorem, & parturietis ſtultitiam. Stultus eſſet cui rex uellet dare ciuitatem, & differret eam per annum accipere, quia poſſent conſilium uel uoluntatem mutare, ſed magis fatuus eſt cui uult Deus dare regnum eternum uel gratiam, & differt accipere, & forte hoc ideo, ut alius accipiat & quaſi indignus repellatur. Tales ſimiles ſunt ruſtico qui promiſit certa die facere uolare aſinum ſuum, & cum multus populus ad ſpectaculum conueniſſet, dixit quòd aſinus ſuus infirmus erat, & quòd alia uice eum faceret

uolare. Sic quidam promittunt facere aſinũ ſuũ uolare ad religionem uel peregrinationem, ſed ſemper infirmatur. Matth. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Tales ſunt ſimiles ſacerdoti proponenti ire Romam, qui dicebat ſe nõ poſſe ire in eſtate propter calorem, nec in hyeme pp frigus, nec in uere propter cultum agrorũ ſuorũ, nec in autunno propter meſſem, nec poſt propter uindemias, & ſic nũquam propoſitum impleuit. Tertio, ſunt quædam mulieres quę concipiunt, pariũt, ſed non nutriunt. Hi ſunt qui bonum opus incipiunt ſed non perficiunt. Eſa. 27. Erunt ſicut herba tectorum quę exaruit antequã matureſceret. Quid prodeſt ignem accendere qui ſtatim extinguitur? Debet enim feruor bonæ uolũtatis nutriri ſicut ignis lignis Prouerb. 26. Cum defecerint ligna extinguetur ignis. Monſtruoſum enim eſt puerum ab utero egreſſum creſcere in carnẽ & non in oſſa, ſic hoĩem creſcere in carnalẽ affectũ & nõ ĩ oſſa uirtutũ & bonorũ operum. Sunt enim quidam talium ſicut lux ueſpertina, quæ quam cito procedit tam cito lux & calor decreſcit. Sic multi quanto plus uiuunt tantomagis decreſcit in eis feruor bonę uolũtatis & lux gratiæ, & creſcit umbra cupiditatis & carnalis amor amplius in eis creſcit. De quibus Hierem. 6. Væ uobis quia declinauit dies, & prolixiores factæ ſunt umbrę ueſperi, ſed iuſti ſunt ſicut lux matutina, quæ quãto plus procedit tanto magis lux & calor eius creſcit, & umbra decreſcit. Prouerb. 4. Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens creſcit uſque ad perfectum diem. Quarto ſunt mulieres quę concipiunt & pariunt, ſed partus ſuos male acquiſitos exponunt, quibus melius fuiſſet non peperiſſe, ſignificate per ſtruttonem. De qua Iob. 39. Dereliaquit in puluere oua ſua, obliuiſciturque ꝙ pes pecoris conculcet ea, ſignificate etiam per meretricem quę oppreſſit filium ſuum & tamen ſibi uoluit alienum uendicare. Sic quidam ſunt qui opera de genere bonorum operãtur, & tamen inde gloriam & titulum bonitatis extrinſecus ſibi appetunt, & ſic ea alienis exponunt. Quinto ſunt mulieres quæ concipiunt pariunt & nutriunt. Iſte ſunt quæ bona opera & propoſita ſua ad effectum & perfectionem perducunt duo ubera quæ huiuſmodi educationem faciunt pietas in affectu, & uerbum domini in intellectu. Quid eñ eſt accedere ad uerbum Dei, niſi paruulos portare ad nutricem? Hæc enim a prælatis emanare debent. Pauper mulier quæ non facili poteſt habere nutricem, nutrit infantem ſuum lacte proprio. Sic quibus deeſt doctrina & pietas prælatorum, quaſi lacte proprio bonum quod inceperant nutriunt, dum circa ſe exercent opera pietatis & ſtudium ſane doctrinæ prout poſſut. Sed dubium eſt an hæc propoſitio ſit uera, quicunque fecerit uoluntatem patris mei &c. quia ſi ſic ſequeretur ꝙ Chriſtus eſſet filius cuiuslibet iuſti. Reſponſio. Verum eſt non proprie ſed tranſſumptiue. Sicut enim hoc fuit ei filium concipi in Maria non quidem eſſe quod non fuit, ſed potius unire ſibi in utero humanitatem quę prius non fuit, ſic in nobis quodammodo concipitur, cum unit ſibi mentem noſtrã per gratiam quæ quaſi antea non fuit, qa in peccato fuit. Vnde Tertul. in lib. de carne Chriſti. Dicit Martiõ Maria non eſſe matrem Chriſti, nec ex ea natum Chriſtũ, ſed ſicut per fiſtulam per eam tranſiiſſe, occaſionem ſumens ex illo dicto ſaluatoris. Et quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei. Sed ad hoc Tertul. Solet adimplere quod alios docet, docet non tãtifacere matrem aut fratres quanti uerbum Dei, nec negauit parentes ſed pro Dei opere docuit eos eſſe negandos. Neque illa ſua exclamatione matris uterum & ubera negat, ſed fœliciores deſignat qui uerbum Dei audiunt.

*K*
*Chriſtus. Vtrum Chriſtus ſit filius cuiuslibet iuſti.*

*Feria 5. De muliere chananea. Sermo 1. & in ordine 33.*

*A*
*Filius. Quia pro filijs malis deprecandus ẽ Deus a parentibus.*

F*ilia mea male a dæmonio uexatur.* Matth. 15. In hoc euangelio docentur parentes clamare ad dñm pro filiis & filiabus infirmis, nõ tam corporaliter quàm ſpiritualiter uexatis, utputa a dæmonio gulæ, luxuriæ, uel ludorum aleæ, aut inobedientiæ, q̃ parentibus maximam ingerunt triſtitiam. Ideo cum ſuper hac infirmitate clamant ad dñm, exẽplo Chananea ſuam eſſe reputant dicentes. Ieſu fili Dauid, miſerere mei filia mea &c. quos ad ſuccurrendum huic infirmitati duo neceſſe eſt facere exemplo Chananeæ. Primo ad pietatem dñi cum oratione eis recurrẽdum eſt dicentibus cũ Chana-



Chananea. Ieſu fili Dauid &c. & ſi uideãt ꝙ ad tempus eis non reſpondeat per conceſſionem quæſiti, tunc ad ſanctos orationem dirigant Iob 5. Ad aliquem ſanctorũ conuertere, ſicut fecit Chananea, quę poſt hoc acceſſit ad diſcipulos rogãs eos & diſcipuli ad Chriſtum dicẽtes. Dimitte eam quia clamat poſt nos. Sed dominus ꝓpter quattuor quæ tãguntur in hoc euangelio non obſtante prece ad eum directa & ad ſuos diſcipulos, differt exaudire. Primo pp peccata parentum qui in filiis merent puniri. ideo dicit. Nõ ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. i. non eſt mittenda conſolatio niſi ad oues quæ ſunt pie obedientes ſub paſtore Chriſto, & non ad hedos qui uitio fœdi & irretiti ſunt. Scđo pp peccata filiorũ & filiarũ, qa aliqñ preces pp ſe factæ exaudiuntur, quę non pro aliis, eo ꝙ indigni ſunt. Ideo dicebat Chananea. Dñe adiuua me, & reſpondit dñs. Non eſt bonum ſumere panem filiorũ &c. q. d. conſolatio quæ deberet mitti filiis diſciplinaris, & facientibus uoluntatem patris, non eſt bonum ꝙ mittatur canibus. i. lubricis & guloſis. Tertio ad humiliationẽ parentum, quibus quandoq; dat tpalia & ſpiritualia bona, & ne ſuperbiant propterea dat eis de domo ſua flagellum propriũ. Vnde aiebat. Nã & catelli edunt &c. hoc eſt, dñe non ſolum ſum canis ſed catellus, qui tales filios indiſciplinatos & me mordentes habeo, ſed etiã catelli edunt de micis. i. de reliquiis, de paruis cõſolationibus, quæ cadunt de menſa tua & ſanctorũ tuorũ. Quarto ad augendũ fidem & conſecutionẽ boni petiti. Eſt eñ magnum bonum qđ petitur. ſalus. ſ. animarũ filiorũ, & ita ut augeatur fides parẽtũ ſæpe dñs differt petita concedere. Ideo dixit dominus illi. O mulier magna eſt fides tua. fiat tibi ſicut uis. In tribus primis clamat. In quarta exauditur, hinc argumẽtũ eſt ꝙ apud Deũ multum ualet fides mulieris deuotæ, ut in Chananea ad ſanitatem filiæ. In Samaritanam ad conuerſionem ciuitatis. In Magdalena ad conuerſionem proprij cordis. In Maria ad conuerſionem totius orbis. Ideo ad eam recurramus dicentes. Aue.

*B*
*Filius. Quia pp quatuor Deus quãdoq; differt exaudire parentes p filijs malis.*

*C*
*Oratio. Tripliciter aliqs ſolet aliquid impetrare.*

Communiter dicitur ꝙ neceſſitas facit uetulam cito pergere, & quia iſta uetula, neceſſitatem habuit, egreſſa de finibus ſuis ad dominum cito perrexit, uolens ſuam neceſſitate ab eo ſubleuari, & dicens. Ieſu fili Dauid &c. Tripliciter autem ſolet qs ab aliquo impetrare deſideratum, ſcilicet prece, precio, & per amicos. Hæc autẽ mulier primum prece egreſſa eſt ad dominũ. Secũdo per amicos. Tertio precio, ut quæ non potuit ſaltem uel duobus primis obtinere, obtinuit tertio, ſcilicet munere, & ſm hoc diuidetur euangelium in tres partes. Primo acceſſit ad medicum prece & oratione. Quatuor autem per egro ſanando facienda ſunt. Primo ꝙ ad medicum feſtinet. Vnde dicitur, & ecce egreſſa eſt mulier. Secundo ꝙ dietam mutet, inde dicitur Chananea quod interpretatur cõmutata. Tertio, ꝙ aerẽ infectum uitet, inde dicitur a finibus Tyri & Sidonis quæ erant fines idolatrarum. Quarto ꝙ medico morbum ſuum confiteatur, propter qđ ſubditur. Ieſu fili Dauid &c. filia mea male a dæmonio uexatur. Primo igitur hæc mulier ad medicum feſtinat, quia poſtquã dñs relictis ſcribis & phariſęis calumniatoribus doctrinæ ſuæ propter ingratitudinẽ eorum, egreſſus inde a partibus iudeorum ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis, ut Tyros & Sidonios curaret & gentilibus benefacerer. Tyrus enim & Sidon urbes fuerunt cananeorum & gentilium ſite in terra promiſſionis, nec tñ a filiis iſrael habitate. Et cum ingreſſus eſſet domum, quandam cauſa quietis ex labore uiæ, ecce intrauit mulier domum, ſic cito debet facere peccator feſtinanter currens ad medicum. Si enim epiſcopus uel rex te uocaret, non retardares uenire ad ipſum & currere, & tñ multi ad Chriſtum uocantem & in infinitum maiorem uenire contemnunt. Prouer. 1. Vocaui & renuiſtis &c. Similiter membrum nouiter confractum facilius renodatur, & infirmitas non diutina citius curatur, ſic & peccatum. Eccl. 18. Ante languorem medicinam. i. antequam ægritudo peccati in languorem radicetur. Sordes enim deſiccate difficilius amouentur & nouæ facilius terguntur, ut patet de macula uini. Secundo dietam mutauit, quia priſtinã conuerſationem depoſuit. Vnde dicitur Chananea. i. commutata, debemus eñ mutare ueterem pellem, ideſt ueterem peccati conuerſationem. Vnde quatuor inueniuntur occaſiones propter quas debet nunc homo mutari. Prima eſt tempo-

*D*
*Cõuerſio. Quia feſtina debet eſſe cõuerſio ad Deũ.*

*E*
*Mutatio. Quia peccator debet mutari ſecũdũ quatuor mutationes.*

ris qnalitas,ut aues in muta . tempore debito plumas deponunt ut fortius & melius uolent, ſic debemus prauas conſuetudines in bonas mutare. Eſai. 40. Qui ſperant in domino mutabunt fortitudinem, aſſumēt pennas ut aquile &c. Vnde qui fortis erat ad bibendum, modo ſit fortis ad orandum & qui fortis erat ad peccandum modo ſit fortis ad ieiunandum &c. Similis aſino q̃ fortis eſt in poſterioribus, debilis in anterioribus. Pennam ut aquile accipit, qui ſuperna appetit, qui prius pennas corrui habebat, quibus per gulam & luxuriam ad cadauera uolabat, ſeu uolitabat, uel pennas milui quibus per auariciam ad pullos, ideſt pauperes currebat. Secunda eſt corporis uoluptas. Mulier enim impregnata mutat appetitum in uilia, & faciem in pallorem, ſic qui gratiam Dei conceperunt, ruborem & pinguedinem faciei uigiliis & ieiuniis in pallorem mutant. Eccle. 23. Cor hominis immutat faciem eius ſiue in bono, ſiue in malo Qui enim a dæmone auariciam concepit, mutatur mentiendo, qui luxuriam concipit mutatur laſciuiendo, qui uero a ſpiritu ſancto mutatur maturè ſe habendo & honeſte loquendo, & hæc eſt mutatio dextere excelſi, & ſicut quæ concipit uilia appetit, qui primo delicatis utebatur, ſic di cunt facere pœnitentes. Iob. 6. Quæ prius nolebat tangere anima mea, nunc prę anguſtia cibi mei ſunt. Tertia eſt ſtatus ſublimitas, dicitur enim q̧ honores mutant mores. Qui enim prius erant tenaces & cupidi, ſublimati debent eſſe largi & munifici. Sic qui in peccato ſunt, in ſtatu uiliſſimo reputantur, cum uero extra peccatum & in gratia, in reges cœlorū̃ electi ſunt. Ideo debent mutari, ut qui tenaces erāt per auariciam, ſint largi per eleemoſynam. 1. Reg. 10. De Saule electo in regē dicitur q̧ mutatus eſt in uirū̃ alterū̃. Quarta cā eſt loci neceſſitas, tranſituri enim per loca raptorum uel prædonum, habitum ſuum mutāt in habitum peregrinorum uel pauperū̃ ut euadant, ſic adulatores prædones ſunt & latrones, bona penitentium laudando auferentes. Vnde coram ipſis mutari debemus, ut non percipiant quales ſumus. 1. Reg. 20. Dauid audiens ſe laudari a ſeruis Achis dicentibus, Dauid percuſſit decem milia &c. mutauit ſe, & ſtultum eſſe ſimulauit, merces enim a male ſoluentibus abſcondūtur.

F
*Societas. Quia mala ſocietas fugiē da eſt.*

Tertio oportet uitare aerē infectum, ideſt conſortia malorum. Sicut enim non eſt tutum ægrotare in loco uel in aere corrupto, ſic homini ad peccandum prono non eſt tutum eſſe in malorum conſortio. Gen. 19. Surgite egredimini de loco iſto, & ne ſteteritis in omni circa regione. Vix enim eſt quis in anglia uel in Britannia qui de conſuetudinibus uel linguagio eius non ſapiat, & aliquid habeat, ſic nec qui cum peccatoribus habitat quin de moribus eorum aliquid retineat, ſicut hæc mulier q̃ egreſſa eſt a finibus Tyri & Sidonis ubi uigebat idolatria. Pſal. Commixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum. Si quis em̃ eſt in domo ſuccenſa, in qua nō ſit niſi parua feneſtra, per quam non poſſit exire indutus & oneratus & ſine carnis excoriatione, potius omnia dimittit, & diſpendium prædiorum & corporis ſuſtinet quam non exeat. Sic quilibet debet primo diſpendium ſuorum & ſuę carnis quodcunque ſuſtinere, quam de peccato & malorum cōſortio non ualeat exire. Gene. 39. Ioſeph relicto in manu Aegyptiæ pallio fugit & egreſſus eſt foras.

G
*Confeßio. Quia peccator debet cito oſtendere morbum ſuum medico.*

Quarto q̧ medico morbum detegat, ſicut hæc mulier quę cōfeſſa eſt, filia mea male &c. non eſt eger tam uerecundus q̧ ſi ſciret ſe ſanari non poſſe niſi ſe medico reuelaret, qui locum morbi quantumcūq; ignominioſum ei non monſtraret, multomagis pro anima ſananda, quæ non poteſt niſi per confeſſionem ſanari a peccato. Eccle. 4. Pro anima tua non confundaris dicere uerum. Vnde hęc mulier incommodū̃ ſuum reuelauit, immo etiam aggrauauit. Non enim ſolum dixit, filia mea a dæmonio uexatur, immo male uexatur, quia non tantum peccatum ſed aggrauantia peccatum confitenda ſunt. Aduocatus enim coram iudice pro poſſe ſuo ea dicit quæ cauſam meliorant. Accuſatio autem in curia Dei ſtatum alleuiat, non aggrauat. Proue. 8. Iuſtus in principio eſt accuſator ſui. Pauper enim petens eleemoſynam, infirmiorem ſui locum monſtrat, & ſtatum ſuū̃ ore aggrauat ut poteſt, ut eleemoſynam citius ualeat extorquere. Accedit itaq; ad medicū̃ mulier gētilis dicēs. Ieſu fili Dauid miſerere mei. Sed quō audes o peccatrix mulier accedere ad eum quem tremunt angeli, pauent inferi, & coram quo curuantur



uantur poteſtates cœli? Qua fiducia ad eū̃ accedit qui propter unum peccatum primū̃ hominem ſibi dilectum, & opus eius electū̃, ab hereditate paradiſi excluſit & emiſit? Sed ad hęc mulier. Non, inquit, habeo conſciētiam bonorum operum, nec recte uitæ fiduciam, ad miſericordiam tamen ſecura cōfugio, ad mīam ubi ceſſat iudiciū̃, ad miſericordiam in qua ineffabilis ſalus, ad fontem & abyſſum miſericordiarum lauanda confugio. Abyſſus abyſſum inuocat. abyſſus miſericordiarū̃ mearum, abyſſus mīarum ſuarum. Nunquid continebit in ira miſericordias ſuas qui carnē aſſumpſit, & pp hoc factus eſt quod ego ſum ut & ego auderem ei loqui? Surſum in cœlis Cherubin eum tremunt, & meretrix cum eo loquitur. Neſcit enim fons ſuum riuum continere quin effluat. Filia mea male a dæmonio uexatur. In hoc eſt primum documentū̃ q̧ parētes debent laudare Deū̃, qn̄ non habent filios a dæmonio luxuriæ & malicię uexatos. Vnde Augu. in homel. ſuper Ioann. 10. Non pro magno & uero bono petendi ſunt filij, filios em̃ dat Deus leonibus, onagris, & ſerpentibus. Nec eſt magnum qd̄ iudæis, hæreticis, & etiam ipſis beſtiis datur, qn̄ uult iſta tribuit, quando uult iſta tollit, tantū̃modo ſemetipſum a nobis non auferat. Scd̄m documentum q̧ parentes pp morbos filiorū̃ non debent currere ad magos diuinos & incantatores. Conſidera (inquit Chriſo.) mulieris huius prudentiam. Non perrexit ad diuinos, non uocauit magos, non alligaturas quæſiuit, non apoſtatrices mulieres adduxit, illas quæ ſolent dæmones uocare & ſuis incātationibus uulnus augere, ſed omnia dereliquit & ad ſalutare refugium accurrit dicens. Ieſu fili Dauid miſerere mei, filia mea &c. Solam illam relinquere non audeo, nec in domo ſedere poſſum, qa intrinſecus eſt inimicus. Si mortuum eſſet corpus traderem ſepulturæ, nunc aūt uiuit & a tortore dæmone cruciatur, audio & flagella, quo me uertam neſcio. Peſſima ingruit tēpeſtas, compaſſio, & timor, compaſſio naturæ, & timor dęmonis. Miſerere mei, inquit, &c. Vos ergo o matres conſiderate hanc mulierem quia adhuc in gentilitate manebat, filiam ſic in domo dæmone tortam habebat, & tamē ad diuinos nō currebat, quantomagis uos iudicabit hæc

H
*Filius. Quia habere filios non eſt inter maiora bona reputandum.*

I
*Superſtitio. Quia pro morbo filiorū̃ non eſt recurrendū̃ ad magos.*

mulier quæ iam tincte eſtis bapt ſmate in ſanguine Chriſti? Qui non rn̄dit ei uerbū̃. O noua rerum materias, rogat mulier & obſecrat & deflet caſum ſuum, & amator hominum nō reſpondet, ſermo tacet, fons clauſus eſt, medicus mederi nō uult. Quid nouū̃ & admirabile magis dn̄e Ieſu? Alios prouocas ad ſequendum, & hanc miſerabilē inſequentē abigis, alios prouocas ad clamandū̃, & antequā̃ clamēt exaudis, hāc uero clamantē audire nō uis, ſed cōſiderā̃da eſt medici ſapientia fidē illius quaſi appetitū̃ amplius prouocabat & theſaurum fidei ſuæ aperire & oſtendere uolebat, & aīam pſeuerantē exercebat, & diſcipulorū̃ miſerationes excitabat. Dimitte, inquiūt, eam quia clamat poſt nos, & alius euangeliſta dicit ante nos, & utrunq; uerum eſt. Nā̃ in tanto dolore conſtituta, prius poſt tergum clamabat, & cū̃ uidiſſet, quia non rn̄dit in ante cucurrit quaſi canis dn̄i ueſtimēta lābens. Dimitte, inquiunt, eam, ſed quaſi ad eos dn̄s, uos deforis clamare auditis, ego aūt intrinſecus uideo, grandis quidem uox ex ore procedit, ſed maior eſt in mēte. Propter duo aliqn̄ dn̄s differt audire p̄ces ſupplicantiū̃. Primo ut pctōr ex hac tarditate & mora clarius cognoſcat q̃ geſſit, & cognitione delicti fortius doleat & triſtetur, & de cętero magis caueat. Aug. ſuper illo, anima mea turbata eſt ualde, diutius petendo latior eſt dolor de pctīs & ſceleribus commiſſis. Salubre enim eſt peccatori frequenter expectare cū̃ petit, ut quanto tradatur diutius, tanto mereatur abundantius recipere. Nam ſemina niue uel gelu præſſa ſolidantur, & ſi ad ſuperficiem tardius exeunt, tamen ad frugē multiplicatiorem conſurgunt. Hac de cauſa hanc mulierem tm̄ clamare permiſit, hac de cauſa tardauit liberare populum iſrael de terra Aegypti, ut diceret illud. Exurge quare obdormis domine hac de cauſa tantum diſtulit ſaluare genus humanum, ut ſancti patres ardentius clamarēt. Emitte agnum dn̄e &c. Scd̄o differt exaudire, quia oratio non eſt facta cum debitis circunſtantiis, ideo dictum eſt diſcipulis iudebite tpalia petentibus. Neſcitis quid petatis. Et quia prece non potuit obtinere quod uolebat ad amicos rogandos conuertitur. Vnde accedentes diſcipuli rogabant eum dicentes. Dimitte eam quia cla-

K
*Oratio. Quis pro duo differt dominus exaudire preces & orationes ſupplicantiū̃*

L
*Oratio. Quō ſancti orant p nobis.*

mat poſt nos,in quo oſtenditur contra er
rorē uualdenſiū q sancti orāt & ſuffragant
pro nobis. Vnde ibidem gloſa. Ideo non re
ſpondit ei ut diſcipuli pro ea rogarēt,oſtē
dens p hoc neceſſarias eſſe preces ſancto-
rū ad aliquid impetrandum. Deu. 32. Et in
ſeruis ſuis miſerebitur. Et ſi ſancti pro no
bis orant in hac uita inflammati pauculo
igne & ſcintilla charitatis, quanto magis
in alia uita ubi uiget in eis incendium &
fornax charitatis. Eſa. 31. Viuit dominus
cuius ignis eſt in Syon, & caminus in Hie
ruſalem. ſ. ſuperna. Ipſe aūt reſpondēs ait.
Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierūt
domus Iſrael. Sed qūo hoc fieri pōt? Vni-
uerſum orbis deſpicis? An ueniſti ad ſal-
uandum tantummodo unum terræ angu-
lum,cum dicat Dauid. Poſtula a me & da
bo tibi gentes. & Eſa. Erit radix Ieſſe quæ
exurget regere gentes. In eum gētes ſpe-
rabunt. Et Iacob ait. Et ipſe erit expecta-
tio gentium. Et cum acceſſiſſet ad eū Cē
turio dixit. Vadam & curabo eum, & ecce
dum infelix mulier p infirmitate filiæ ob
ſecrat dicis, non ſum miſſus &c. Quia ue-
ro prohibitum erat in lege ut non miſce-
rentur Chananeis, nec haberent cum illis
commutationem ullam (Lex eñ quædam
maceria erat & ſæpes inter eos & Chana-
neos, ſicut uinea uel ortus maceria circun
datur.) Hæc aūt mulier de finibus chana-
neorū erat, ut ergo occaſionē detrahendi
iudęis auferret medicus, ſanare diſtulit. In
de cum ſanaſſet leproſum mittit eū ad le-
gē Moyſi & ad ſacerdotes ad offerendum
munus. Vñ & Helyſeus lepram Naaman,
nec auſus eſt tāgere nec uidere, ſed mittit
eum ad fluuiū. Vt ergo obſtrueret ora iu-
dæorū qui dicere poſſent. Dimiſiſti nos &
ad alienigenas confugiſti, iō nō credimus
tibi. Ecce (inquit dñs) Gentes ueniunt ad
me & ego non ſuſcipio uos uoco fugien-
tes dicens. Venite ad me omnes qui labo-
ratis & uenire non uultis, hanc repello &
recedere non uult uos uoco & fugitis, ue
re impletur illud. Populus quē nō cogno
ui ſeruiuit mihi. Quia ēt ſcđ'o obtinere nō
potuit amicorū interceſſione, fidei precio
obtinere nitit. Vt eñ uult Chriſo. qñ me-
dicus ignotus eſt urbi oēs languidos quoſ
que abſq; mercede curat, ſed poſtquā co-
gnitus eſt, non aliter q̄ ſtipendio percepto
medet, ſic dñs in principio ſuæ prædicatio
nis cum adhuc eius uirtus incognita eſſet
populo, oēs languentes ſibi occurrētes in-
differenter curabat. Sed poſtquam uirtus
eius agnita eſt, preciū fidei a ſingulis ſctīs
requirebat. Pſ. Omnia opera eius in fide,
propterea hæc mulier cū iam bis paſſa eſ-
ſet repulſam preciū fidei obtulit Deo de-
uotiſſimum, dicens. Dñe adiuua me. Dum
Chananea a longe clamaret, miſerere mei
non reſpondit ei dñs, ſed poſtquam dixit
de prope. Dñe adiuua me. rñdit ei. Qui eñ
clamat adiuua, ſe cooperari innuit, & talē
dominus exaudit. Multi ſunt q in ſterqui-
linio peccatorum clamant ad dominum,
qui paruum digitum ad ſeipſos extrahen-
dos dño non extēderent, ſimiles ranis quæ
exiſtentes in lacu fœtido clamāt, ac recla
mant, ac ſi uellent inde exire, ſed cum quis
ſe eis approximat cupiēs eas inde extrahe
re, in profundum lacus ſe immergunt, ſic
iſti in profundo peccatorum, ſimiles cui-
dam pigro quadrigario, cuius cum quadri
ga euerſa fuiſſet, & ipſe ſedens in luto a
trāſeuntibus adiutoriū petiiſſet, nobilis q
dam manum extendit ut eum iuuaret, ſed
cum miſer nec uellet de luto ſurgere, nec
ad ſubleuandum quadrigam manum mit-
tere ſed differebat, receſſit nobilis indi-
gnatus & dicens, ex quo miſer non iuuas
te, nec ego curo de te. Reſpōdit dominus.
Non eſt bonum ſumere panem filiorum
& mittere canibus. Videat miniſter uerbi
Dei quibus miniſtret uerbum Dei uel Eu-
chariſtiam, ſi canes ſint reuertentes ad
uomitum, quia periculum eſt miniſtrare
euchariſtiam talibus. Non enim pro-
deſt cibus qui ſtatim emittitur; pericu-
lum enim eſt homini cum non poteſt reti-
nere cibum, nec talibus eſt ad dandū Chri
ſti corpus, ne illud per pčm̄ cito reiiciant.
Quia tamen per canes gentiles dominus
intellexit. Canes eñ ſtatim in filios com
mutauit, cum de lapidibus abrahe filios fe
cit. unde. Eccleſ. 9. Melior eſt canis uiuus
leone mortuo, ideſt gentilis uiuens uita
gratię, leone, ideſt iudæo ſic mortuo. Leo
enim rex beſtiarum eſt qui magiſterio le-
gis edoctus ſeipſum & alios regere noue-
rat. Vel qui tanquam leo per Dei adiuto-
rium bella gerebat in modum leonis, ac ſi
unus ſagittarius mille, & duo decem milia
interimerent. Quæ ait, etiam domine, nam
& catelli edunt de micis quæ cadunt &c.

*M Chriſtus. Contēplatio. Qūo Chriſtus ſolū miſſus eſt ad oues domus Iſrael.*

*N Fides. Quia fidē requirit dominus ī omnib. operibus.*

*O Adiutorium. Quia oportet ſe iuuare q quærit a Deo adiutorium.*

*P Sacramentum. Quibus miniſtrāda ſunt ſacramenta.*

Tu



Tu canem me uocas, ego te dominum uo
co, tu me iniurias, ego te glorifico, non re
ſpuo opprobrium, tantum uel eſcam canis
accipiam, fac quod debetur cani. Canem
me uocas, da mihi quod cani ſcilicet mi-
cas & ſufficit mihi. Iudæis prius erant filij
Dei & gentiles canes, nūc iudæi facti ſunt
canes. Pſ. Circundederunt me canes multi
conſilium malignantium obſedit me. fode
runt manus meas & pedes meos tāquam
canes rabidi lacerantes ſaccum in quo re
poſitus erat theſaurus ſapientię & ſciētiæ
Dei, & theſaurus redēptionis noſtrę. ſ. ſan
guis Chriſti qui p eos effuſus eſt. Deinde
dñs elargitur mīam ſuā huic pauperi mu-
lieri dicens. O mulier magna eſt fides tua
fiat tibi ſicut uis, & ſanata eſt filia eius ex
illa hora. Inter oīa aūt ægrotantibus maxi
me neceſſaria eſt fides & confidentia me-
dici. Inde eſt q huius mulieris fides meruit
apud dñm ſanitatem ſuæ filiæ. Seneca in
quadā declamatione. Nihil magis prodeſt
egris q̄ confidentia in eum a quo cupit cu
rari, quod probat per tale exēplū. Quidā
ſemel abdicauit filium ſuū, qui abdicatus
ſtuduit arti medicinæ. Contigit aūt patrē
eius grauiter infirmari, redit filius exptus
curat patrē & reconciliatur. Accidit aūt &
nouercam huius filij eadē infirmitate labo
rare qua & pater. Iubet pater ut nouercā
curet ſicut iam patrem curauerat, renuit
filius. Ideo iterum abdicatus corā iudice
accuſat, q non uult nouercam curare. Re-
ſpondit ſe non poſſe dato q eadem infir-
mitate laboraret, quia non eiuſdem affe-
ctionis & cōfidentiæ fuit ad filium ſicut &
pater. Sic licet ſint multæ hominum infir-
mitates & aduerſitates & perturbationes
quæ mouēt anxios pro ſalute & uita ęter
na clamare ad medicum animarum Chri
ſtum, & tamen unum & non alterum exau
dit & curat, quia hic fidem & cōfidentiam
in Deo habet, alter uero non. Roma. 1. Iu
ſtus ex fide uiuit. Et mirabilis in hac cura-
tione fuit diſpoſitio ſaluatoris. Primo in-
uocatus tacet. Secundo quaſi miſereri nō
debeat ſe excuſat. Tertio petentis perſeue
rantiam laudat, quia cum pulſati uitiis ad
illum confugimus, illius ſuffragium implo
rantes. Primo differt ſubuenire ut arden-
tius affectionem petitionis accendant. Se
cundo quaſi excuſat, cum nos interna illu
minatione perluſtrans, nos indignos exau
ditione ſentire facit. Tertio conſtantiam
laudat, cum nos liberando ſua conſolatio
ne lætificat.

*Q Canis. Quis gētiles olim canes dicebātur, nunc uero iudæi.*

*R Fides. Quis fides ad ſanitatem animæ requiritur.*

*Eadem Feria 5. poſt primā dominicam quadragesimæ. Sermo 2. & in ordine 34.*

IEſu fili Dauid miſerere mei. Matt. 15. Qui
magnā habet familiā & parū aut nihil
de pane, ſi non habet unde poſſit emere &
uelit eam ſatiare, neceſſario habet mendi
care. Panis eſt uerbum Chriſti, quia ſicut
panis ſi ponatur ſupra menſam, & ſolū re-
ſpiciatur uel teneatur in manibus & non
comedatur, nec incorporetur, nihil pdeſt,
ſic uerbum Dei nihil prodeſt illis qui ſolū
audiunt ipſum & iudicant de ſermone utrū
ſit bonus uel malus, & non incorporant
uel non retinēt ipſum in corde, quo Chri
ſtus reprehendit. Io. 5. Verbum eius non
habetis in uobis manens. Hæc aūt familia,
ſcilicet auditores pręſentes cibā da eſt pa
ne iſto. Qui habet paſcere eos eſt prędica-
tor qui bucellam de huiuſmodi pane pro-
priis uiribus non habet, nec ēt unde poſſit
emere. Vnde pōt dicere illud. Eſai. 3. Non
ſum medicus, & in domo mea non eſt pa-
nis. Ideo ſi uelit prædicare neceſſe eſt ip-
ſum mendicare, & ab illo petemus in cu-
ius domo multi mercenarij abundant pa-
nibus Luc. 15. Petens uerò eleemoſynam
a magno dño, conſueuit remitti ad elee-
moſynarium. Eleemoſinaria paradiſi eſt
Maria. In cuius utero quaſi in ſporta repo
ſitus eſt panis iſte ad erogandum pauperi-
bus prædicatoribus. Ad ipſam igitur recur
ramus, quia tenet iſtum panem ſemper pa-
rata dare. Tunc enim eleemoſynarius ui-
detur eſſe uoluntarius ad dandum eleemo
ſynam, quando tenet panem in manibus,
ideo ipſa ſemp parata eſt nobis dare elee-
moſinam quę iuxta eccleſiæ repreſentatio
nem ſemper tenet illū in manibus, qui di
cit Ioan. 6. Ego ſum panis uiuus qui de cœ
lo deſcendi, propterea quęramus ab illa di
centes. Aue.

Philo. 1. rethorice dicit q tria ſunt ad
perſuadendum facilia. ſ. uirtus, prudentia,
& beniuolentia, quorum tertium ſine duo
bus primis maxime occupant adulatores.
Quilibet eñ libenter audit bene loqui de
ſeipſo, & in hoc ſibi cōplacet & facile cre-
dit. Hæc tria iuxta euangelij noſtri diſcur
ſum inuenitur habuiſſe hęc Chananea mu

*A Maria. Quis Maria eſt eleemoſynaria paradiſi.*

*B Adulatio. quia tria maxime perſuadent ſed tertium*

 lier.

lier. Nã beniuolentiam primo proponit, cum dñm Ieſum uere Deũ & hominem teſtata eſt, uerũ hominẽ cũ uocat eum filiũ Dauid, uerũ Deũ cum mĩam petit ab eo cuius eſt propriũ miſereri, uirtutẽ uero oſtẽdit in conſtantia non recedendo a medico cum confuſa repelleretur. Prudentiam uero oſtendit in reſponſis, qñ ſe catellã humiliter profeſſa eſt, quibus tribus deductis finem capiet prædicatio.

C

*Egredi. Quid eſt egredi a finibus Tyri & eſſe in medio Tyri.*

Primũ igitur cũ dominus ueniret in partes Tyri & Sydonis egreſſa eſt mulier a finibus illis. Si eñ dñm appropinquare nobis uolumus, neceſſe eſt ut ei obuiam exeamus a finibus iſtis. Tyrus eñ interpretatur anguſtia, & Sidon uenatio. Aliud eſt autem eſſe in medio Tyri & Sidonis. Aliud in finibus. Aliud egredi de medio. Aliud de finibus. In medio Tyri .i. anguſtiæ eſt infelix anima q̃ uinculis cupiditatis aſtringitur, & in foueam inuidiæ detruditur, & tenebris maliciæ concluditur. Nulla maior anguſtia q̃ animam cũ tali conſciẽtia conuerſari. In medio uenationis eſt qui grandi loquacitate uenat̃ feras libidinis, & poſt eas uelut canis poſt liciſſam diſcurrit. Sed iam in finibus ſunt qui ſe paulatim a talibus ſubtrahunt, & hmõi uitam relinquere proponunt, & hoc iam in publico agere erubeſcunt, & hoc in animo damnantes ſe ab hmõi conſuetudine ſubtrahunt. Fugit aũt de medio, qui a pc̃tõ nititur exire, & iam a finibus exit, qui per contritionem & confeſſionẽ omnem peccati maculam deſerit. Egreſſus itaq; Ieſus ex ſinu patris uel ex utero uirginis uenit in partes Tyri & Sidonis .i. in mũdũ ad uenandũ peccatores. Et dixit ad Ieſum. Ieſu fili Dauid miſerere mei, filia mea &c.

D

*Cananea Quare ſub nomine Ieſu filij Dauid mĩam a Deo requirit.*

Sed quæritur quare ſub nomine Ieſu filij Dauid mĩam a dño requirit. Reſponſio pp tria. Primo, quia uidemus q̃ animal quanto maiori dño eſt ex natura p̃ditum tanto pronius eſt ad miſerendũ. Leo rex animalium naturaliter parcit proſtratis, & rex apum ſm Philo. caret aculeo, ſed in nomine dñi Ieſu flectuntur oĩa cœleſtia, terreſtria, & infernalia. Ad Phili. 2. Si ergo in dño excellit, nõ mirum ſi hæc mulier in nomine eius miſericordiam requirit. Scd̃o, quia Philoſo. ſecundo rethorice dicit, q̃ iuuenes ſunt magis miſericordes q̃ ſenes. & hoc ideo, quia pp dierum paucitatem non ſunt imbuti multa malicia, ideo alios non credunt eſſe malos. Senes uero experti ſunt malicias hominum, putantq; oẽm defectum & miſeriam ex culpa eorum emanaſſe, qd̃ nõ exiſtimãt iuuenes. Quod potuit hæc mulier ſiſr conſiderare. Ideo miſericordiam ſub nomine filij inuocauit, ut citius exaudiretur. Tertio, quia rami & fructus ſequuntur naturam radicis, & qualis pater talis filius. Dauid autẽ ſecundum carnem fuit magnæ clementiæ & miſericordiæ. Iuxta illud Eſai. 55. Miſericordias Dauid fidelis, pp quod ita arbitrabatur de filio eius, ideo uocat eum filiũ Dauid. Filia mea male a dæmonio uexat̃.

E

*Pct̃m. De quatuor gradibus peccandi.*

Quatuor inueniuntur gradus peccandi uſquequo peruenitur ad reprobationẽ. Primus eſt eorũ q̃ infirmi ſunt, & ex infirmitate cadentes in peccatum, ſtatim peccatum ſuum coram Deo recognoſcunt, & iſti uocantur infirmi. Secundus eſt eorum qui cognoſcunt peccatum ſuum ſed nõ recognoſcunt, & iſti ſunt frenetici. Freneticus enim communiter habet lucida interualla quibus ſe cognoſcit infirmũ, ſed dum freneſim patitur putat ſe ſanum eſſe, tales ſunt qui uoluptatibus uacantes putãt ſe bene agere uel non peccare, dum uero ẽxtra paſſionem ſunt, tunc ſe peccaſſe cognoſcunt, nec tamen inde confitentur. Tertius eſt eorum qui nec ſe cognoſcunt, nec recognoſcunt, ſed cum arguuntur bonos increpant, & ſuperiores qui eos arguunt, ſicut demoniacus ſerpit in eum qui tenet eum in uinculis, tales ſunt mali religioſi uoluptatibus aſſueti, tales dęmoniaci ſunt. Quartus eſt non ſolum eorum qui male faciunt, ſed etiam alios quaſi officiarij diaboli ad malum trahunt, qui non ſolum tẽdunt ſed etiam alios uehunt in infernum. Primi ſunt infirmi. Secundi ſunt frenetici. Tertij dæmoniaci. Quarti ſunt diaboli q̃ incurabiles ſunt, cuiuſmodi erat Iudas. Io. 6. Vnus ex uobis diabolus eſt.

F

*Reſpondere. Quatuor modis Deus tacet & non reſpondet.*

Qui non reſpondit ei uerbum. Tacet Deus & non reſpondet, quando diſſimulat peccata & uindictam differt, & ſic non reſpondet peccatis. Pſalm. Hæc feciſti & tacui, & propter quatuor hoc modo Deus tacet. Primo, quia uindictam differt expectans peccatores ad pœnitentiam, in hoc diuitias ſuę longanimitatis oſtendens, & tamen multi, nec aduertunt, nec timẽt hãc Dei taciturnitatem ad maiorem uindictã differri.



differri. Eſa. 57. Non es recordata mei, neque cogitaſti in corde tuo, quia ego tacẽs & quaſi non uidens, & mei oblita es. Eſai. 65. Ecce ſcriptum eſt coram me & non tacebo, ſed reddam & retribuã in ſinu eorũ. Abac. 1. Quare taces impio conculcante iuſtiorem ſe? Sicut eñ ſagitta dum in arcu fortius retrahitur, tanto dimiſſa in eũ quem tetigerit fortius debachatur, ſic patientia Dei quanto retrahitur a percutiendo, tanto acrius p̃ũget. Eſa. 42. Tacui, ſemper ſilui, patiens fui, quaſi parturiens loquar. Scd̃o, quia de malis eorũ ſemper ſcit Deus eligere bona ſicut logicus ex falſis ſcit cõcludere uerũ, & ſicut ex nequicia diaboli uexante filiam Chananeæ ſciuit eligere gloriam ſuam. Tertio diſſimulat peccata punire, quia Ioan. 5. Pater non iudicat quemquam, ſed omne iudicium dedit filio. Treno. 3. Ex ore altiſſimi non egrediẽtur neque bona neque mala, quia ſine filio in perſona humana non iudicabitur quiſquam, & ſi qua erit ſententia uocalis, a pſona filij proferetur ideo tacet dñs uſq; ad tempus. Contra quod orabat Dauid in Pſ. Ne taceas neq; cõpeſcaris Deus, ut olim feciſti quãdo coram Pilato tacuiſti. Quarto ſic tacere dicitur Deus, quando iratus ſuis, non iraſcitur contra eorum aduerſarios, nec ulciſcitur in eos. Eſa. 64. Nunquid ſuper his continebis te domine & tacebis, ſcilicet a pœna eorum, & affliges nos uehementer, indignans ſcilicet audire nos? Secundo non reſpondet quando petenti peccata non dimittit. Propter tria enim alicui non reſpondemus. Primo quãdo dedignatur nobis loqui, ſic dominus peccatori non loquitur, quia Deo audientiam non præſtat nec reſpondet ei. Primo quando largitus eſt ei beneficia, nec ei dignas reddit gratias. Pauci enim ſunt qui eas reddant. Luc. 17. Nonne decem mũdati ſunt, & nouem ubi ſunt? non eſt inuentus qui rediret & daret gloriam Deo &c. de quo erubeſcere debemus. Eccleſiaſt. 41. Erubeſcite a ſalutantibus de ſilentio. Aut non dimittit rancorem his qui læſerunt eum. Matth. 18. Serue nequam omne debitum dimiſi tibi &c. Aut cum per pauperem eleemoſynam petentem loquitur, nec audimus eum, nec reſpondemus ei donando. Matt. 25. Qd̃ uni ex minimis meis &c. Aut cum per prædicatorem loquitur ut ſe corrigat, & non reſpondet ei ſe corrigendo, ſimilis equo qui multum deuorat & parum laborare poteſt, qui excoriatori tradendus eſt, talis enim multa conſumit male agendo & non laborando ad ſe corrigẽdum. Secundo ſilemus ab aliquo quem nouimus excommunicatum, ideo noluit dominus reſpõdere Chananeę, quę potuit domino dicere. Domine ne ſileas a me, ne qñ taceas a me, & aſſimilabor deſcẽdentibus in lacum, ubi torquentur a dæmonibus ſicut & ego in filia mea, cui dominus quaſi excommunicatę & gentili. Nõ eſt bonum ſumere panem &c. Tertio ab eo ſilemus qui indignus eſt audire. Pſ. In corde meo abſcondi eloquia tua ut non peccem tibi, me reputando dignum loqui tibi, unde dominus Matth. 7. Nolite ſanctum dare canibus & mittere margaritas ante porcos. Ioan. 18. Cum quæſiuiſſet Pilatus. Quid eſt ueritas, non reſpondit ei uerbũ. Ideo poteſt dicere peccator. Domine ne ſileas a me, quotiens loqueris paratus ſum reſpondere tibi, ne me priues uerbo tuo tãquam excommunicatum. Paratus ſum tibi audientiam præſtare. Non ſum Pilatus cui taceas ueritatem. Si ſileas a me non dimittendo peccata, ſimilis ero deſcendentibus in lacum, in quem quilibet per ſe deſcendere poteſt, ſed per ſe exire non poteſt. Pſalm. Homo ſpiritus uadens & non rediens. Tertio non reſpondet quãdo beneficia roganti non concedit, ſed differt, ſicut fecit Chananeæ, ſic offenſus peccato Ionathe, non reſpondit Saul cũ conſuleret eũ. 1. Reg. 14. Propter quod orabat Dauid in Pſalm. Deus laudem meam ne tacueris, & iterum, ne taceas neque compeſcaris Deus, ſcilicet a benefaciendo nobis, quam taciturnitatem promiſit dominus ſuis non dimiſſuram. Eſa. 62. Propter Syon non tacebo.

In ſecunda parte euangelij, hæc mulier oſtendit uirtutis conſtantiam, cum repulſa in oratione perſeuerauit, unde & ad diſcipulos accedit rogans eos ut pro ea intercederent. Et ſic ter repulſam patitur. Primo quando non reſpondet ei uerbum. Secundo quando apoſtolis rogantibus dictum eſt. Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus iſrael quod intelligitur per ſuam præſentiam, quia per diſcipulos ſuos lucratus eſt totum

tum orbem, unde & mulierem Chananeã tunc non ſanauit niſi prius audita eorum prece, ad oſtendendum q non per ſui præſentiam miſſus erat ad conuertendas gentes, nec ad faciendum in eis miracula, ſed hoc per diſcipulos ſuos fieri debebat. In quo oſtenditur q dominus noluit habere duo beneficia, ſed ſolum beneficium ſuper intendendi ſuper filios Iſrael. Si duo beneficia renuit dominus, qualiter plurima ſeruus appetit?

*G Baptiſmus. Quare baptizantur paruuli extra uſum rationis.*

Tertio patitur repulſam cum iterato ſe ingerit dicens. Domine adiuua me. Super quo Remigius. His uerbis datur nobis exẽplum baptizãdi pueros, quoniam hæc mulier non ait. Salua filiam meam, aut adiuua eam, ſed miſerere mei & adiuua me. Hinc etenim deſcendit conſuetudo in eccleſia ut fideles pro ſuis paruulis fidem Deo promittant, quando ipſi non ſunt tante ætatis & rationis ut per ſe fidem Deo promittere ualeant, quatenus ſicut fide huius mulieris ſanata eſt filia eius, ita & fide catholicorum uirorum peccata paruulis relaxentur.

*H Adiutorium. Quia Deus tripliciter adiuuat peccatores.*

Deus eñ homines multipliciter adiuuat. Primo ad exeundum de peccato ut extrahantur a laqueo peccati ne pereant, aut iterum in eo cadant, ut homo aſinum & mater puerum exiſtentes in luto quorũ unus extractus dicebat. Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. ſ. per ueram pñiam. Sed quia nõ põt fieri ſine Dei adiutorio, ideo ſequitur. Adiutorium noſtrnm in nomine dñi. Egrotus de infirmitate conualeſcens, nõ põt diu ſtare ſine aliquo fulcimẽto. Pſ. Si dicebam motus eſt pes meus, miſericordia tua dñe adiuuabat me, & hoc fit appodiando eum baculo humilitatis contra ſuperbiam, ſicut appodiantur magna ædificia ne corruant. Pſ. Adiuuit pauperẽ de inopia, ideſt de paupertate & humilitate reputando ſe humilem & pauperem cũ ſit perfectus. Secũdo adiuuat uiatores ne errent in uia infundendo lumen gratiæ. Hinc phiſicus egro conualeſcenti dietam ſibi competentem aſſignat ſiue interdicit. Pſal. Adiuuabit eam Deus mane diluculo, ideſt in fine obſcurationis uel tenebrarum peccati dando gratiam diſcretionis. Tertio confortando eos ne deficiant in uia. Pſalm. Deus noſter refugium & uirtus &c. Sic confortauit filios Iſrael euntes in terram promiſſionis, ſic adiuuit Chananeam. Primo exeundo de finibus peccati. Secundo illuminando eam ad bene petendum. Tertio confortando eam donando quod petebat. Cui ille reſpondit. Non eſt bonum ſumere panem filiorum & mittere canibus. Quatuor ſunt genera canũ.

*I Canis. De quatuor generibus canum.*

Quidam ſunt uenatici & nobiles qui uenãtur, & currũt ad feras, ut pdicatores qui uenant ut capiant peccatores. Pſal. Conuertentur ad ueſperam, ideſt noſtris temporibus in quos fines ſæculorum deuenerunt, & famem patientur ut canes, qui patiũtur boliſmum & nunquam ſatiantur. Sic non debent ſatiari prædicatores de cõuerſione peccatorum. Matth. 5. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam ideſt peccatorum iuſtificationem, & circuibũt ciuitatem eccleſiæ ut canes beſtiam per ſpinas & dumeta. i. per infamiam & bonam famam. Vnde debent habere magnas aures ſicut, & canes uenatici. Vel circuibunt ciuitatem diaboli tenendo undique obſidonem contra ipſam & latrando, quib. dicitur. 2. ad Thi. ult. Argue obſecra. Canis enim in ore tria officia habet quæ debet habere prædicator, ſcilicet in lingua medicinam propter ſauciatos peccato.

*K Canis. De tribus officijs canum.*

Pſ. Lingua canum tuorum, ſit ſupple, ex inimicis. i. ex aduerſantibus pctõ, ab ipſo. ſ. Deo. Prouer. 12. Lingua ſapientiũ ſanitas. hi ſunt canes qui ſua lingua ſanãt ulcera Lazari. Scđo in dẽtibus morſionem ad obſtinatos. Hiere. 15. Viſitabo ſuper eos canes ad lacerandum. Tertio in faucibus latratum & clamorem ad pigros excitandos. Canis enim non in domeſticos latrat, ſed in aduenas, ignotos, & inimicos, ſic in domeſticos fidei non latrant prędicatores, ſed in aduenas & reprobos quibus dicetur, neſcio uos, ſic latrabat Paulus quando pugnabat ad beſtias Epheſi. 1. Cor. 15. Nunc autem uerũ eſt illud. Eſa. 56. Speculatores eius cæci omnes, canes muti non ualentes latrare. Licet enim canis ſit iracundus & mordax ex natura, faciliter tamen modico fruſto panis nel carnis ſibi oblato placatur. Sic pręlatus & prædicator quanuis ei ex officio competat contra uitia ſubditorum latrare, & ea corrigere & punire, muneribus tñ oblatis faciliter placatur & ſilet, & ſæpe in periculum eccleſiæ. Tren. 3. Cõfregit ad numerũ dentes meos. i. ad numerũ auri & argenti ut nõ poſſint loqui. Ita ut ſæpe contingat ſicut romanis.



contingat ſicut romanis. Nam galli Romã cœperant præter capitolium, ſic q iã aſcendebant illud, omnibus tamẽ tacẽtibus ſed anſeribus clamantibus nihil cœperunt. Sic ſæpe tacent prælati, qñ anſer. i. laicus zelũ Dei habens, clamore ſuo hoſtes Chriſti repellit. Alij ſunt canes uillani uel maſtini, qui currunt in homines uiatores. Hi ſunt detractores bonis conuitiantes qui ſibi nõ ſunt familiares notis uero ſuis parcentes. Phil. 3. Videte canes. glo. i. cauete a canibus. ideſt detractoribus uidete malos operarios qui uiliſſimum officium exercent, in ore ſuo peccata aliorum (quæ ſunt ſtercoribus uiliora) portantes, cũ tñ mũdificatores latrinarum manibus ſuis & cophinis ſtercora gerentes uiliſſimi habeãtur. Alij ſunt canes camerarij parui ſalientes & applaudentes dominis ſuis, & ideo delicate nutriuntur. Hi ſunt adularores qui blandis ſermonibus magnatum familiaritates acquirunt. de quibus hic. Catelli edunt de micis quæ cadunt de menſa dñorum ſuorum. Hi ſunt prędicatores palpantes uitia ſubditorũ uel magnorũ, quærentes q̃ ſua ſunt, non quæ Chriſti Ieſu, bene latrãtes contra auaros, & non dantes ſibi. Alij ſunt canes rabidi, qui nec notis, nec extraneis parcunt, ſed oẽs indifferenter bonos & malos mordent & corrodunt, ubiq; diffundẽtes uenenũ, ut blaſphematores & cõtumelioſi. Hi ſunt canes qui foderunt manus & pedes Chriſti. de quibus Apoca. 22. Foris canes. & Pſ. Circũdederunt me canes multi. Primis bonũ eſt dare panẽ filiorũ, cæteris uero inutile. In tertia parte euangelij. Hæc mulier prudentia utitur, prudentiſſime Chriſto reſpondens. Etiam dñe. Nam & catelli edũt de micis quæ cadunt de mẽſa dñorum ſuorũ. Chriſo. Ipſe eam canem nominauit. hæc aũt & opus canis adiecit, ac ſi dicat. Si canis ſum, nõ ſum aliena. Canem me dicis, ergo ut canem nutri me, nõ poſſum reliuquere menſam dñi mei. His tribus perſuaſus dñs, qđ petiit hæc mulier annuit dicens. O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut uis.

*L Fides. De quatuor modis fidei*

Fides autẽ quatnor modis dicitur magna, ſcilicet aut ſcientia, aut fiducia, aut deuotione, aut conſtantia. Prima eſt quę illuminata facie mentis potens eſt reddere rationẽ omni poſcenti de ea quæ in nobis eſt, & ad deſtruendũ omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiã Chriſti. Hæc aũt in paulo euidẽtiſſime claruit. Secunda potens & magna, nõ tm̃ in ſermone & ſcientia, ſed etiam in uirtuta ſm quã ſigna & prodigia facile fiunt. Tertia quidem magna ad compunctionẽ & lachrymas & totius huius mundi faſtidium & deſiderium faciei Dei. Iſta eſt quæ in ſilentio monachorum ſuſurrio ſuaui os ad os loquitur ad dñm tanquã uir ad proximum. Vñ & os eorum ſanctum eſt, & labia munda pp ſermonẽ dñi quẽ frequentant. Quarta poteus eſt & magna tam ſæuientẽ q̃ blandientẽ fortiter & conſtanter uincere mundum, de qua Ioannes. Hæc eſt uictoria quæ uincit mundum, fides noſtra. Talis fuit huius mulieris fides quæ uincit ipſum dominũ mundi, quãto magis ipſum mundum? Gene. 32. Si contra Deum fortis fuiſti, quantomagis contra homines pualebis? Prima uincit mundum ratiocinando. Secunda mira faciendo. Tertia fugiendo. Quarta debellando. Et ſanata eſt filia eius ex illa hora. Quatuor modis poteſt ſe quis excuſare de medendo morbo ſuo. Primo quia non habet medicum expertum paratum & pręſentem, ſed dicitur hic quod egreſſus eſt Ieſus, & ſimiliter mulier illuc uenit. Secundo quia morbus eſt deſperatus uel difficulter curabilis.

*M Cõfeſſio. Quia cõfeſſio eſt facilis medicina.*

Sed hæc mulier de nullo deſperat. ſed confidenter ad medicum currens dicit Ieſu fili Dauid &c. Tertio quando adhibetur difficilis medicina, quam refugit ægrotus. Sed econtra. Hæc mulier clamat quòd catelli edunt de micis. Mice faciles ſunt ad deglutiendum. Si enim medicus daret pillulas groſſas ſicut nucẽ ad degluttiendum, occaſionem haberet eger ad eas reſpuendum, ſed modo dantur mice, ideſt pœnitentia leuis. Quarto timetur ne medicina diuturna cauſet faſtidium & langueat ægrotus, ſed (ut dicit ſaluator) magna eſt fides tua, & ex illa hora ſanata eſt, quia immediate poſt ſacramentalia uerba abſolutionis omnino curatur ęgrotus ſpiritualiter. Ibi ſtudeant ſacerdotes & curati quomodo ſolliciti debent eſſe pro curatione ſuorum ſubditorum, quando hæc mulier ſic ſolicita fuit pro curatione unius ſolius filię. Bene certe fecit Moyſes faciendo uas ex ſpeculis mulierũ, in quo ſacerdotes lauando ſe reſpicerent, hodie enim ſacerdotes plus poſſunt in ſan-

cta

cta mulierum conuerſatione ſe corrigere, q̃ mulieres in uita ſacerdotũ. Licet em̃ alta loca prius illuminentur q̃ ualles, in uallibus tñ cauſatur maior calor & fertilitas. Pſ. Valles abundabunt frumento. Sic qui in alto ſtatu ſunt prius illuminantur, magis tñ efficaciter inferiores feruent amore & abundant fructu bonæ operationis. Sed quæritur, qũo dominus tot & tanta ab ea requirit ut ſanet filiam cum Pſ. dicat. Pro nihilo ſaluos facies illos. Si pro nihilo ſaluat quare non cito ſanat, cur ſanitatem ſuſpendit in amaritudine animæ eius? Reſpõſio, dicitur primo ꝙ dominus in ipſa nihil inuenit unde ſaluaret eam & filiam eius (Omnia etiã merita & præcedit & donat) & tamẽ eam ſanauit, & ſic pro nihilo. Fuit enim miſericordia eius antecedens in rñſionibus domini per quam dabat cor, animum, & linguam ad debite reſpondẽdum. Fuit & miſericordia concomitans, quãdo ſanauit matrem priuſquam filiam dicens. O mulier magna eſt fides tua. Deinde ſubſequens, cum filiam ſanauit. Dicitur ſecundo ꝙ pro nihilo humilitatis ſaluam fecit illam. Humilitas enim redigit hominem in nihilum. Pſalm. Ego ad nihilum redactus ſum & neſciui bonum quod inde ſecutum eſt. Fœlix enim licet alta ſit, tamen ad nihilum cineris redigitur. Et ſi non redigeretur, non inde fieret uitrum. Dicitur tertio ꝙ plus eſt obtinere cum quis ꝓ alio rogat quam cum pro ſeipſo, quia & ſeipſum & illũ pro quo rogat debet amabiles exhibere ei a quo petitur. Hęc autem non ſolum pro ſe, ſed & ꝓ filia ſua petiit, ideo nil mirum ſi fidem in tot reſponſionibus ab ea quęſiuit.

*N. Nihilum. Qũo pro nihilo ſaluos facit Deus homines.*

### *Feria 6. Sermo 1. & in ordine 35.*

*ECce ſanus factus es, iam noli peccare.* Ioa. 5. Hic cui diriguntur uerba præaſſumpta languidus erat ſtans iuxta piſcinã expectans motionem aquæ ut ſanaretur, per quam piſcinam miſtice intelligi poteſt Maria. Primo quia in hanc piſcinam deſcendit angelus magni conſilij. de quo Cantic. 5. Dilectus meus deſcendit in ortum meum ut lilia colligat. i. medicus paradiſi in uterum meum uenit ut herbas colligat ad medicinam componendam. i. humanitatẽ noſtram, unde fecit cathaplaſmata ad ſanandum dolores noſtros. Secundo mota eſt aqua piſcinæ huius quando turbata eſt in ſermone angeli, & tunc puriſſimi ſanguines fluxerunt ad cor & ad locum ubi formata eſt humanitas Chriſti. Tertio unus ſanabatur, quia nõ niſi in unitate fidei permanentes & Chriſto adhærentes per hãc ſanãtur. Quarto erat quinque porticus habens. Porticus enim deambulatorium eſt. Per primam porticum deambulant pctõrũ magnitudine deſperati, quia eſt eorũ ſpes & refugium. Per ſecundam errantes a uia recta ad ſalutis portum. Ideo ſtella maris dicitur. Per tertiã ignorantes ad lumen ueritatis accedunt, ideo dicitur pulchra ut luna. Per tertiam tentationibus uexati ad eam tanquam ad refrigerium tendũt, ideo dicitur terribilis, ut caſtrorũ acies ordinata. Per quintã filij famelici gratiæ & ueritatis panem accipiunt, ideo de ea dr̃. Cãt. 7. Oculi tui ſicut piſcinæ in Eſebon quę interpretatur cingulum mœroris, q̃a oculi eius omnibus per pœnitentiam merentibus ad modum piſcinæ ſanitatem conferũt animæ adiutorium & conſolationem, quã ut habeamus &c. Medicus expertus uolẽs uti praxi ſua & multum lucrari tria ſolet reſpicere. Primo tẽpus aptũ ad medendũ, in quo ſcilicet uigent plures infirmitates, ut patet in medicis qui hyeme in monte peſſulano ſtudent, & eſtate currunt ad praxim. Secundo reſpicit locum ubi uiget multitudo languentium, quia in paruo oppido ſicut apud gentiliacum medicus nõ multũ lucraretur, ſed bene in pariſio grandi ciuitate. Tertio reſpicit ſibi coetaneos & cõſocios medicos ne ipſum excedãt arte & experientia, quia tunc impedirent eũ a lucro ſuo. Iuxta euangelij noſtri tenorẽ hęc tria reſpicit dñs. Primo aſcendit Hieroſolymam in die feſto ſcilicet Penthecoſtes, qđ celebratur in memoriã legis date quinquageſima die ab exitu de Aegypto. Plurimi aũt in diebus feſtiuis ubi uacare deberent deuotioni & orationi maxime uacant uitiis et ocio ubi per totam ſeptimanam aſſiduo laborantes ſtudioſe uixerunt. Ad ſex aũt uacare debemus in diebus feſtis. Primo debemus uacare diuinæ laudi, quia obſeruatio feſtorum eſt quaſi inchoatio beatæ uitæ quam expectamus. Ita ꝙ ſicut ibi erit operatio aſſidua ipſa laudatio Dei. Iuxta illud Pſ. Illuc enim aſcenderunt tri-

*A. Piſcina Maria. Quia Maria per piſcinam ſignificatur.*

*B. medicus. Qũo tria reſpicit medicus uolens uti praxi ſua.*

*C. Feſtum. Ad ſex uacare debemus diebus feſtis.*

bus



bus tribus &c. ad confitendũ nomini domini. Sic in feſtis debet diuinæ laudi intentio nr̃a uacare. Bern. Nihil in terris adeo repreſentat quendã patriæ cęleſtis ſtatum ſicut alacritas laudantium Deũ ita ꝙ angeli ſe nobis aſſociant ad laudandũ Deũ. Pſ. Præuenerunt principes coniuncti pſallentibus. Nunc in feſtis laudes diabolo cantãtur, diabolici. ſ. cantus & uoce & inſtrumẽtis. Vnde quanto minus in feſtis anima cogitat de Deo, tanto minus ſubditur Deo. Aug. 19. de ci. Dei. c. 4. Tanto minus Deo anima ſubditur, quãto minus Deũ in ipſis cogitationibus concipit, & tanto minus animæ caro, quantomagis aduerſus ſpiritum concupiſcit. Secundo uacandum eſt ſermoni. Eccl. 38. Sapientiam ſcribe in tẽpore uacuitatis. Econtra homo multis occupatus lumen ſapientiæ a ſe repellit. Sicut arbor ramoſa lumen ſolis. Eccl. 11. Fili ne in multi ſint actus tui ſi fueris diues &c. Ideo tunc uacandum eſt non ſolũ a terrenis operibus, ſed ẽt a curis & ſollicitudinibus terrenis. Ezech. 3. Qui quieſcit quieſcat, ideſt qui quieſcit ab opere corporeo quieſcat a ſolicitudine mentis. Tertio meditationi circa quatuor. Primo circa Deum, primo conſiderando quomodo remunerauit ſanctos quorum feſtum agitur pro modico ſeruitio ſibi exhibito, quare non debet homo ceſſare a ſeruitio eius. Pſ. Vacate & uidete quoniam ego ſum dominus. Satis enim apparet in remuneratione ſanctorum ꝙ ſit ipſe Deus. Secundo circa ſolennitatem illam quam quærimus & expectamus, cuius figura ſunt ſolennitates pręſentis uitæ propter duo. Primo quia ſicut in ſolennitatibus iſtis non eſt tempus congregandi uel congregandis utendi, ſic in illa ſolennitate non erit tempus lucrandi uel aliquid mutuo accipiendi. Gregor. Quid prodeſt intereſſe feſtis hominum, ſi deeſſe contingat feſtis angelorum? Ideo magnam neceſſitatem habebunt qui nihil ibi congregauerunt. De hac meditatione dicitur. Ezech. 46. Porta atrij interioris quæ reſpicit ad oriẽtem erit clauſa ſex diebus in quibus ſcilicet opus fit, die autem ſabbati aperietur. Porta iſta reſpiciens ad orientem eſt meditatio de Deo a quo ortum luminis habemus cui meditationi non poſſunt homines intendere feralibus diebus propter terrena opera, ideo ſaltem debent ei intendere diebus quietis. Nunc autem non ſunt dies quietis ſed continuo ſeruiunt diabolo. Vacatur uentri, ocio, ludis prohibitis, ebrietati, luxuriæ, uanis aſpectibus, detractioni, uaniloquis, ornatui, & ſic de aliis. Et ſic tempus dedicatũ Deo dedicat diabolo. Et mirabile eſt qũo tales non aduertunt, ꝙ ſeruiunt diabolo in feſto & feria, & magis in feſto q̃ in feria. In quo apparet quam crudelis eſt eorum dominus. Hierem. 6. Crudelis eſt eorum dñs & non miſerebitur. Tales ſunt magis beſtiales q̃ aſina Balaam, in hoc ꝙ illa cõqueſta eſt de domino ſuo q̃ inique agebat in eam. Num. 22. Sed iſti neſciunt conqueri de dño ſuo diabolo qui ita inique agit in eos. Fatuus aũt ur̃ ſacerdos q̃ orat pro eis cantando requiem ęternam poſt mortem ipſorum, cũ ipſi in tota uita ſua requiem non amauerint cum ſcriptũ ſit Eſa. ult. Erit ſabbatum ex ſabbato, ideſt requie mentis & corporis in præſenti erit perpetua requies corporis & animæ in futuro. Tales aũt nullo modo faciunt feſtum Dei ſed diaboli nullo modo quieſcunt a malis operibus. Faciunt em̃ primo feſtum, ſed poſtea faciet uigiliã horridã, non ſolũ ieiunãtes in pane & aqua, ſed ẽt in aqua & igne, debet ei hõ conſiderare beneficia Dei pœnas inferni & gaudia cœli. Exemplo illius qui in tribus libris tunc legebat quorũ primus erat rubeus, in quo legebat charitatẽ & paſſionẽ Chri & ſctõrũ. Secundus niger in quo pœnas inferni. Tertius aureus, in quo gaudia cœli legebat. Tertio meditari debent circa ſeipſos & familiam ſuã uigilãdo. Primo in quo ſtatu ſunt, pcti uel grę. Iuxta illud Gen. 3. Adã ubi es? Cogitare ẽt debet homo quæ fecit in ſeptimana, q̃ omiſit, & de ipſis cõteri & diſplicere & orare ꝓ indulgentia, & ſic ponere in dño ſpẽ ſuã, & conſiderare qũo poterit ſatiſfacere Deo & proximo reſtituere, & ſic pro ſalute ſua laborare pſ. Aſcendũt uſq; ad cœlos ſ. ponendo ſpẽ ſuam, & deſcendunt uſq; ad abyſſos. ſ. conſiderando pctã ſua. Quarto uacare debẽt orationi agendo grãs Deo q̃ cuſtodiuit eos ab omni malo per totã ſeptimanã, qui eos nutriuit & pauit, dedit grãm ſuam & bona ſpũalia & ſibi & ſuæ familiæ, & non ſic aliis fecit, debet ẽt rememorari bñficiorũ ſuorũ redẽptionis, creationis, ꝑmiationis, & ex his omnibus in ſe accẽdere

ignem

ignem.dilectionis,ut ſaltem tunc impleatur primum præceptũ. ſ. de dilectione Dei ſuper omnia ut impleatur, illud Pſ. Cõcaluit cor meum intra me, & in meditatione mea &c. Vnde quædam mulier per magicum quendam mutata eſt in equam, & adducta ad S. Machariũ, & ab eo ſanata eſt, cui uir ſanctus dixit hoc contigiſſe, quia per ſex hebdomadas non intrauerunt oratoriũ eccleſiæ. Quinto uacare debent eleemoſynæ. Neemiæ. 8. Comedite impinguia etc. et mittite partes eis qui non præparauerunt ſibi, ut ſaltẽ tunc p̃ceptum impleas de dilectione proximi. Sexto uacare pñt recreationi honeſtè extra tẽpora quæ Deo dedicantur. & maxime familia p̃ſente patrefamilias, & illo die honeſtius & aliqualiter opulentius q̃ cæteris diebus epulari, hoc patet ex auctoritate allegata. Comedite pinguia, & bibite mulſum, quia dies domini eſt. Secundo uenit in Hieruſalem ubi erat piſcina, et multitudo languidorũ.

D — *Piſcina. Quare dicta ſit piſcina, & qd ſignificat.*

Piſcina aũt iſta erat iuxta templũ in qua pluuiales aquæ a templo et ædificiis templi ſtillantes colligebantur. Et dicebatur piſcina per contrarium quaſi non habens piſces. Sic enim nominatur omnis talis aquæ in unum collecta. Et dicitur probatica a proba grecę quod eſt ouis latine, qa in ea Nathimæi miniſtri lauabant oues de quibus fiebat ſacrificium quę cognominatur hebraice Bethſaida. i. domus pecorum, quia ibi corpora pecorum iacebant donec lauarentur a miniſtris. Et habebat quinq; porticus i. aditus in circuitu, ut per plura loca poſſent miniſtri ad aquã deſcendere. In his aũt porticibus iacebat in caſulis et locis ad quieſcendũ paratis magna multitudo languentium, cecorum, claudorum, aridorum, et aliorum infirmorũ expectantium aque motum. Per hanc piſcinã allegorice intelligitur curia prælatorum & principum quæ dr̃ Bethſaida. i. domus pecorũ, quia ibi ſunt homines beſtiales & brutaliter uiuentes. in qua ſunt multæ porticus. i. officia, beneficia, dignitates et gradus, ubi quilibet cupit intrare et ſtatim obtinere. Ibi multi languentes. i. ambitioſi, ceci. i. ignorantes, claudi. i. moribus uacillantes, aridi. i. indeuoti. Ibi circunquaque iacent ad intrandum aliquam porticum. i. beneficium aliquod quando per angelum fit motus. i. per Dei iuſtitiam aliquis obtinens locum moritur. Tũc enim ſtatim curerit iſtorum ambitioſorum multitudo ut intrent, et tamẽ dato q; omnes currant unus tantummodo promouetur qui primus uenit ad intrandum. i. ad munera offerẽdum uel ex amore carnali, uel precibus principum. 1. Cor. 9. Omnes quidem currunt ſed accipit brauium. Multi tamen ſunt ſufficiẽtes qui neſciunt currere, nec habẽt aliquẽ promouẽtem qui ipſos poſſit in curia portare, hominum non habent. Pſal. Quæſiui et non fuit qui adiuuaret. Angelus autẽ domini ſecundum tempus aliquod. i. in diuerſis temporibus per interpolationẽ deſcendebat in piſcinam, et mouebatur aqua ex deſcenſu angeli qui dabat uirtutem ſanatiuam aquæ illi, et ſanabatur infirmus qui primus deſcendebat in piſcinam poſt motionẽ aquæ ab angelo a quacunque detinebatur infirmitate. Et quia incertũ erat tempus quo angelus in piſcinam deſcenderet, et aqua moueri deberet, ideo languẽtes continue ibi iacebant. Cauſa huius deſcenſus a quibuſdam aſſignatur, quia in piſcina fuit lignum dominice crucis, et propter eius præſentiam et reuerentiam fiebant iſta, quod ibi per piſcinam tempore congruo natauit. ſ. appropinquante paſſione. Sed quia hoc auctoritate non probatr̃, et penitus apocriphum eſt, nec lignum eius tactu dominici corporis erat ſanctificatũ, ideo melius dicendum eſt q; piſcina reuerentiam accepit, Tam a facto duplici, ſcilicet ablutione ſacerdotum et hoſtiarum, et ab hoſpitalitate pauperum ibi receptorũ. Tum a myſterio, qa ſpiritusſanctus dignitatem hoſtiarum legalium et figuralium oſtendere uoluit propter uirtutem paſſionis Chriſti quæ in eis ſignata fuit, hoc ẽt ante aduentum Chriſti apparuit, ad deſignandum uirtutem baptiſmi Chriſti. Tertio dicendum eſt de qualitate medici in comparatione ad alios medicos.

E — *medicus Quia Chriſtus ab aliis medicis ſex modis differenter medetur*

Iſte enim medicus ex textu euangelij inuenitur ab aliis multis modis differre. Primo, quia alii medici ſanant paulatim remouendo infirmitatem, iſte uero aliam inducendo. Pſalm. Adiuuit pauperem de inopia, et poſuit ſicut oues familias, quæ tonduntur uſque ad pellem. Vnum enim membrum alterius minutione curatur. Sic Deus ut ſanet auarum, in temporalibus tangit eum, luxurioſum infirmitate curat, ſuperbiam

curat



curat aliquo alio uili peccato. 1. Cor. 12. Cum infirmor, ſcilicet corpore, tunc potẽs ſum in anima. Sic homo iſte. 38. annos habens in infirmitate propter peccata ſua. Mercator diues pauperem mercatorẽ adiuuat dando ei magnam pecuniam, Chriſtus dando ei magnam penuriam. Richardus de ſancto Victore ſuper illud Pſalm. Dediſti mihi protectionem ſalutis tuę. Salus humana eſt ſanitas carnis, ſalus diuina integritas mentis. Hanc homo conſeruat illam Deus moleſtias inferendo. Secundo alij medici cum difficultate ſanãt morbos inueteratos, hic ſolo uerbo & uoluntatis cõſenſu, dum hoc a medico cognoſcatur. Vnde ſequitur. Hunc ergo cum cognouiſſet Ieſus, quia multum tempus eſſet &c. dixit ei. Vis ſanus fieri. Non enim ſanat iſte medicus niſi uoluntarios.

F — *Iuſtificatio. Vtrũ ad iuſtificationẽ peccatoris requiratur eius uoluntas*

Sed quæritur circa hoc. Vtrum ad ſanitatem & iuſtificationem peccatoris requiratur eius uoluntas. Et uidetur q; non, quia pueri baptizati ſine ſua uoluntate iuſtificantur. Reſpondetur primo ſecundum Tho. 1. 2. q. 113. Quia ad iuſtificationem impij quatuor requiruñt. Primo motus liberi arbitrij in Deũ per fidem. Patet primo, quia Rom. 4. Deus hominem iuſtificat & mouet ad bonum, & hoc ſecundum naturam a conditionem ipſius, quia Deus mouet res ſecundum naturas quas dedit eis, ita ut aliter moueat grauia, aliter leuia. Et quia homo habet liberum arbitriũ, ideo primo mouet ipſum quæ quidem motio fit a Deo conuertẽdo animam ad Deum, iuxta illud Pſal. Deus tu conuertens uiuificabis nos. Ideo in iuſtificatione impij requiritur motus mentis quo conuertitur ad Deum. Prima conuerſio in Deum fit per fidem. Heb. 11. Accedentem ad Deum oportet credere quia eſt ideo motus ille requirit ad iuſtificationẽ impij Rom. 5. Iuſtificati ex fide pacem habeamus ad Deum. Secundo requiritur motus liberi arbitrij in peccatum. Pſal. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meã, & hoc nõ exequendo, ſed deteſtando peccatum. Tertio requiritur remiſſio culpæ. Eſa. 27. Iſte eſt omnis fructus ut auferatur peccatum eius. Quarto infuſio gratiæ. Secundo dicitur q; in paruulis requiruntur duo ultima, non primum propter defectũ rationis, & quia contraxerunt maculã nõ a ſe ſed a parentibus ideo abſque uſu liberi arbitrij habent remiſſionem Tertio dicitur q; in iſto ſanato inueniuntur iſta quatuor. Primo cum dicit dominus ei. Vis ſanus fieri, ſtatim ad uerbum Chriſti ſe conuertit paraliticus ad eum, & iſta eſt cõuerſio liberi arbitrij ad Deum per fidem. Secũdo ſubiunxit fragilitatem ſuam dicens, hominem non habeo, in quo notatur conuerſio ad peccatum. Tertio cum dicitur ei, tolle grabatum tuum. i. lectum in quo iacuiſti, remiſſio eius intelligitur. Quarto cum dicitur ambula, intelligitur infuſio gratiæ operantis in eo bene agere. Tertio alij medici quando eger non habet adiutorium, communiter dimittunt eum. Iſte uero uocatus, ubi deeſt humanum adiutorium, ſanat. Vnde ait paraliticus ille, domine hominem non habeo &c. Et dominus ad eũ ſurge. Paraliticus iſte erat tenens typum mũdanorum, qui nec iuuare ſe poſſunt manibus ad bene operandum, nec corde ad Deum diligendum, nec oculis ad uidendũ pauperum neceſſitatem, aut ea quæ pertinent ad ſalutem, non tamen ſunt cæci in foris doloſis. Quarto alij medici non curant infirmum quin poſt curationem debilis ſit appodiamento indigens. Chriſtus ita curat, q; fortis ambulant ad opera uirtutũ uiriliter exercenda. Vnde ait ſurge, tolle grabatum tuum & ambula. Surge a peccatis & tolle lectum tuum, ideſt carnẽ tuam in uoluntatem ſpiritus redige, ut ſpiritus fortior ſit portans carnem non caro ſpiritum, & ambula de bono in melius. Pſalm. Vniuerſum ſtratum eius. i. carnem (quæ ſolebat eſſe fortior ſpiritu & portare ſpiritũ quo uellet) uerſaſti in infirmitate eius. In quo docemur q; quantumcunque inueterati in peccato non debemus deſperare de miſericordia Dei, ut patuit in hoc homine q. 38. annis laborauerat morbo corporis & animæ. Vel ideo dicit tolle grabatũ tuũ quia uoluit dominus pœnitentem eſſe ſummarium ut per ſe pœnitentiam agat, poſtquam ſanatus eſt a peccato nec differat, ſicut & iſte non diſtulit. Hic eſt camelus qui flectit genua ſua ut oneretur pœnitentia. Gal. 6. Vnuſquiſque onus ſuum portabit. Quinto, alii medici nunquam propriis expenſis ſanant, iſte uero propriis. In ſe ſiquidem omnia ſuſtinuit quæ ipſe ægrotus accipere debet. Potionem, ſcilicet dietam minutionem, ſudorem, & conſequenter ſer

reum

reum cauterium quæ ſuſtinuit in cruce, liuorem & inuidiam quam propter huius ſanitatem tũc ſuſtinuit, quia propter hoc eum perſecuti ſunt iudæi, quia totum hominem ſanum fecerat in ſabbato. Erat eñ ſabbatum quando ſanauit eum. Vnde & quidam promotor iudæorum dixit paralitico. Sabbatũ eſt, nõ licet tibi tollere grabatum tuum. At ille reſpondit. ille q me ſanum fecit dixit mihi tolle &c. q. d. ego plurima facerem pro eo quam quæ iuſſit. Sexto quia totum hominem ſanum facit & nihil incuratum relinquit, aliter nunquam uellet eum curare. Alij uero medici dum ſanant ſemper remanet unum reliqua, uel debilitas ſtomachi, uel tuſſis, uel pars incurata, ideo iſte magnas gratias debuit medico qui eum totum ſanauit, & in corpore & in anima. Communiter enim ſancto qui curat de auribus offeruntur aures cereæ, & qui oculos oculi cærei, & qui pedes, pedes cerei. Oportet ergo ei totum offerre, qui totum ſanat. Inde eſt ꝙ dominus dixit ei. Ecce ſanus factus es iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi cõtingat.

*G peccatũ. Quia dominus poſuit terminũ omni pctõ.*

Dominus enim poſuit terminũ omni peccato. Matth. 9. Comminatus eſt ſpiritui immundo dicens. Surde, & mute ſpiritus præcipio tibi exire ab ea, & ne amplius introeas in eam. Niſi enim dominus imponeret terminum & prohiberet, ſemp inhiaret ut introiret in hominẽ. Sicut dicitur. Luc. 11. Reuertar in domum meam unde exiui. Sic & mari poſuit terminum. Iob 39. Quis concluſit oſtia maris? Et ſequitur, & dixi hucuſque uenies & amplius nõ procedes, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Pſal. Tu feciſti omnes terminos terræ. Pluraliter dicit terminos, quia non ſufficit uni uitio finem imponere niſi omnibus imponatur. Sunt enim qui ceſſant a luxuria & uacant gulę, & qui ab utraque ceſſauerunt, uacant ſuperbiæ. Tunc abiit ille homo ad publicandum Chriſti uirtutem, & nunciauit iudæis ꝙ Ieſus eſſet q eũ ſanum fecit. Iſte ergo non piger nunciauit eis ſalutem ut ſequerentur, & illi econtra perſequuntur. Vnde ſequitur. Propterea perſequebantur iudæi Ieſum tanquam uiolatorem legis diuinæ, male de ſabbato intelligentes, quia miſericordiam & pietatem exercere in eo peccatũ eſſe putabant. Nunc autem iſti multos ſequaces habent, ſeruos Chriſti propter opus bonũ frequenter moleſtantes.

*Eadem feria 6. poſt primam dominicã quadrageſimæ. Sermo 2. & in ordine 36.*

*A Sanitas. Quia ſanitas corporalis non eſt magnum bonum.*

E*cce ſanus factus es, iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat.* Ioan. 5. Cũ Dei perfecta ſint opera & magna nimis, quõ pro magno recitat Euangeliſta ſanitatem huius paralitici, cum ſanitas corporalis paruum ſit bonum. Iaco. 4. Quæ eſt uita noſtra niſi uapor ad modicum parens? Et deinceps exterminabitur. Quid autem illi paralitico reddere ſanitatem niſi uapori nonnullam diuturnitatem? Quomodo pro magno bono habendũ eſt, de quo pſal. Vana ſalus hominis? Reſponſio. Vita præſens & ſanitas corporalis, quanuis ſint maxima bona corporis, ſunt tamen parua bona. Primo quia non ſunt magna bona reputandb quæ malis largiuntur. Secundo non ſunt magna bona reputanda quæ continuo ſecum malum compatiuntur. Augu. de uerbis domini, hominis ſunt continuo duo tortores ipſius animam ſuper ſanitate torquentes, timor & dolor. Quando eñ ſibi bene eſt, timet de infirmitate futura, quando ſibi male dolet. Tertio non eſt perpetua ſanitas, quę ſecum habet perpetuam egritudinẽ. Vnde Auguſtinus in homelia. Egritudo continua eſt in infirmitate carnis. Putat homo hominem ægrotare quando febricitat, & ſanum eſſe quando eſurit. Vis ſcire quantum malum eſt eſurire? Dimitte illum ſine medicamento ſeptem diebus, & occiditur, & quia pones quotidie medicamentum uiuit. Medicamentum famis cibus eſt, medicamentum ſitis potus, medicamẽtum laſſitudinis ſomnus, ſeſſionis deambulatio, deambulationis ſeſſio, fatigationis dormitio, dormitionis uigilatio. Laſſaſti ambulando, ſedere uis. Sede perpetuo, inde laſſaberis, hæc Auguſt.

*B Sanitas. Quõ ſanitas corporalis cõtinue pątitur ſecũ ægritudinem.*

Dicitur ſecundo ſecundum eundem, ꝙ hæc ſanitas reddita magnum quid reputatur apud mũdum, ideo ut de eo quod reputatur magnum apud mundum, & quod mundus dare non põt, perueniatur ad notitiam maioris ſanitatis, ſcilicet animæ, & ad notitiam ſanitatis carnis quę futura eſt bonis, quãdo mortalis caro induet immortalitatem, dominus hãc curationẽ tanquã magnum aliquid uoluit facere. Vñ Ioan. 7.





Vnum opus feci & omnes miramini, quia totum hominem ſanum feci in ſabbato. Si enim dñs potuit carni iam infectæ & omnipotenti ſubito dare potentiam & ſoliditatem tranſitoriam, non eſt mirum ſi dare poſſit ęternam. Nunc autem ſanitatem animæ requirentes, ad apothecam medici Mariam, ſ. recurramus, ut ab ea electuarium gratiæ reportemus dicentes Aue.

In hoc euangelio tria tanguntur. Primo deſideratus aduentus medici. Secũdò, miraculoſa curatio paralitici. Tertiò, aggrauatio liuoris populi frenetici.

*C Piſcina. Quia per piſcinam repreſentatur humanitas Chriſti.*

Circa primũ ſciendum ꝙ dñs reuerſus de Galilæa uenit Hieroſolymam in feſto Pentecoſtes. Hieroſolymis aũt probatica piſcinam erat quæ ad ſenſum anagogicum Chri corpus deſignat, continens aquã pluuialem de cœlo. i. grattiarum plenitudinẽ. De quibus aquis dicitur in hymno benedictionum: Benedicite aquę quæ ſuper cœlos ſunt dno, propter quod in ipſo eſt uirtus ſanãdi oẽm infirmitatem. Sunt etiã ibi quinque porticus, ideſt quinq; plagę illius corporis, in quibus ꝑ memoriam paſſionis debent requieſcere, quotquot a Chro uolunt beneficium obtinere curationis. Sed antequam illa aqua ꝑfectè curaret lãguidum, duo requirebantur. Primum eſt, ꝙ languidus infra prædictam piſcinam deſcẽderet. Ideo infirmus iam 38. annos habẽs in infirmitate non ſanabatur, quia iuxta erat & nõ deſcendebat. Sic multi ſunt iuxta Chrm quantũ ad locũ domum, & habitum, ſed ad ipſum non intrant, nec deſcendunt per deſideriũ & affectũ, & tñ qui uult curari, non ſolũ debet iuxta ſtare, ſed oportet ad ipſum per deuotionem deſcẽdere. 4. Reg. 4. Figura de Naaman leproſo, qui nõ eſt curatus quouſq; deſcendit in aquã. Secundò, aquam moueri opus erat. Sic nõ ſufficit Chriſto iungi ꝑ gratiã, niſi cũ hoc moueatur homo per operationem meritoriam, Sicut eñ aqua niſi moueatur, in ſeipſa decreſcit & corrumpit, nec locũ in quo quieſcit purificat, ſic nec gra Chri, niſi ad opus bonum moueatur. Dũ eñ torpeſcit homo per negligentiam, creſcit limus peccati, & uermes prauarum cogitationum. Figura huius Exo. 15. Manna reſeruatũ non poſitum ad uſum pro quo dabatur, cœpit ſcatere uermibus & computruit. Hierony. ad Demetriũ. Nihil in ſancto ꝓpoſito ocio deterius eſt, quia non ſolum non acquirit noua, ſed conſumit parte ſanctæ uitæ integritas, ideo in progreſſu gaudet & creſcit, ceſſatione deficit & torpeſcit.

*D Sũpbia. Quõ ſupbia piſcinæ aſſimilatur.*

Vel per piſcinam intelligitur ſuperbia in qua eſt multitudo languentium, cæcorũ, & claudorũ. Superbia eñ uelut hæc piſcina congregatur ex aquis pluuialibus tẽpli & domorũ circũadiacentiũ, quia ſuperbia illa cauſat ex bonis terrenis eccleſię, quæ deſcendunt ab eccleſia & eccleſiaſticis bonis, & a dominibus circũuicinis. i. pauperis populi. Libenter eñ ꝓpe eccleſiã morant magni artifices & mercatores. Primò, ibi eſt multitudo languentiũ, qa ſuperbia ſic languere facit hoĩem, ut ſicut conſumit languidus in corpore, ſic cõſumant per eã oĩa bona animæ Iob. 18. Conſumit brachia ipſius. i. ſuperbi primogenita mors. i. ſuperbia quæ eſt primogenita filia diaboli. Sen. Nihil eſt homini bonũ ſine ſeipſo bono. Scdò, eſt multitudo cæcorũ. Nã & ſuperbia excæcat hoĩem & infatuat, ita ut ſe non uideat, neq; quæ Dei ſunt. Cuius ſignũ eſt, quia ſuperbus ꝓcioſa uilipendit grãm. ſ. & gloriã, & uilla carè emit. gloriam ſ. tranſitoriã. Hier. 19. Arrogãtia cordis tui decepit te. Tertiò, ibi eſt multitudo claudorũ q facile ꝓcipitant a diabolo. Luc. 14 Qui ſe exaltat humiliabitur. Dicit Ariſt. lib. de Probleuma. ꝙ currẽtes magis q̃ ambulantes cadũt, rõnẽ aſſignat, qa currẽtes magis pedẽ eleuant. Sic ſuperbi ſp currunt in factis ſuis, quia non plene deliberãt. Prou. 1. Pedes eorũ ad malũ currũt. Et hoc præuenit, qa pedes. i. affectus ſuos nimis eleuãt appetẽtes in hoc mũdo exaltari inordinatè iõ faciliter offendũt & cadũt. pſ. ibi ceciderũt qui operant iniquitatẽ. Quarto ibi eſt multitudo aridorũ, qa ſuperbia arefacit hoĩes ut melius accendant, hoc eſt ſine humore grę, & ſine cõpaſſione efficit. Eccl. 6. Nõ te extollas in cogitatione aĩæ tuæ. Et ſequit. ut nõ derelinquaris ut lignũ aridũ in heremo. i. in inferno, ubi cremabunt arbores infructuoſæ Similes eñ ſunt calamo arũdinis, intus ſicci & uacui, & ad ignẽ infernalẽ apti, & oẽs tales expectant aque motũ. i. mortẽ alicuius officiarij ut ſanentur ab appetitu inordinato, qa nõ niſi unus pro ſemel ſanat. i. occupat officiũ uel beneficiũ.

*E Piſcina. Quõ ꝑ piſcinã intelligitur anima humana.*

Vel ſm ſenſum moralẽ, piſcina eſt aĩa humana in qua deſcendit angelus ad mouẽdũ aquã, & tur

bandũ eam.i.diuina inſpiratio, quæ tunc mouet, feces peccati ut conterat ipſa anima.pſ. Commouiſti terram & conturbaſti eã, ſana contritiones eius, quia mota eſt: Huius piſcinæ quinq; ſunt porticus.ſ.quinque ſenſus, in quibus iacet multitudo magna languentium. In porticu uiſus, languẽtes lepra laſciuiæ, quæ niſi refrenetur cito ducit ad luxuriam. Tren. 3. Oculus meus depredatus eſt animam meam, in cunctis filiabns populi mei. Exemplum in Dina oppreſſa & Sichẽ opprimẽte. Gen. 34. Propter qđ multi Philoſophi, ut puritatẽ mẽtis obſeruarent (ſicut Democritus) oculos ſibi eruerunt, qui licet male egerint, tñ cognouerunt quantũ malũ ſequit̃ ex inordinato uſu uiſus. Scđò, ibi multitudo languentium ydropiſi auariciæ iacet. Eccl. 14. Inſatiabilis eſt oculus cupidi. pſ. Tabeſcere feciſti ſicut araneam (quę ſe euiſcerat ut telas faciat ad capiẽdas muſcas) animam eius, ſcilicet cupidi, & auari. Aſpectus eñ rerum inducit cupiditatem, ſicut Achor uidẽs regulam auream furatus eſt. Ioſue 7. Tertiò, multitudo inuidorũ adauget uiſus inuidiam. Videns quippe proſperitatem, & fœlicitatem alterius cui nõ afficitur, affligitur, & uidere non poteſt. Eccl. 14. Nequam eſt oculus inuidi. Sic filij Iacob uidentes fratrem q; a patre plus omnibus amaretur, oderunt eum. Scđò, in porticu auditus iacet multitudo iracundorũ. Cum enim quis audit quæ ſibi non placẽt, turbatur. Phariſæi auditis uerbis dñi ſcãdalizati ſunt. Matth. 15. Herodes audita Chriſti natiuitate turbatus eſt. Pſ. Libera animã meam a labiis iniquis, ne audiam ea & ex hoc iraſcar. Scđò, iacet ibi multitudo errantium. Inducit enim auditus errorem, dum creditur quod auditur. 2. Thimo. 4. Sanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed coaceruabunt ſibi magiſtros pruriẽtes auribus, & a ueritate quidem auditũ auertent, ad fabulas autem conuertentur. Eſa. 30. Loquimini nobis placentia & audiemus. Eua quia audiuit ſerpentem loquentem iniuriam Dei, facilè credidit & ruit. Non ſolum reus eſt qui malũ de alio profert, ſed etiam qui aurem cito criminibus præbet. 11 q. 3: Tertiò inducit uanitatem. Cum quis enim ſe laudari audit, inde gloriatur & ſuperbit. Sic Herodes Agrippa. Act. 12. audiendo etiam curioſa, inutilia, & ocioſa, mens tempore orationes efficitur indeuota. Tertiò, in porticu odoratus iacet multitudo crudelium, qui abhomiminantur proximos pp infirmitatem. Sic Martha, quæ uidebatur crudelis germano dicens, dñe fœtet. Pſ. Longe feciſti. i. permiſiſti fieri notos meos a me. Propter hoc multi abhominantur pauperes & incarceratos, nec uiſitant eos, nec recipiunt peregrinos, ſicut diues Lazarum ulceroſum in domo ſua recipere noluit. Scđò, multitudo guloſorum, qui quęruut ſentire uarios odores, ut ex eis inardeſcat uitium gulæ, ſicut uultur, & aquila odorant tranſmarina cadauera, & ad huiuſmodi eſcam congregantur longe uolando. Sic guloſi ſentiẽtes odorem alicuius cibi procurant illum quantumcunque ſit eis nociuus, ſicut nunc multi eccleſiaſtici faciunt. Tertiò, multitudo eorum qui quærunt odores ad procurandum carnalem ſuauitatẽ, qđ ſi fieret ad confortandum cor in infirmitate non eſſet malum, iuxta illud. Prouer. 27. Vnguento & uariis odoribus delectatur cor. Sed cũ ſit ad uoluptatem & uanitatem ut aliis redoleat, multum diſplicet Deo, qui per prophetam comminetur. Erit pro ſuaui odore fœtor, ubi reprehẽduntur olfactoriola. Quartò, in porticu guſtus iacet multitudo magna guloſorum, de quibus Iob 6. Quæ prius nolebat tangere anima mea, nunc prę anguſtia cibi mei ſunt, ideſt q prius, ſm iudicium rationis diſpoſueram non ſumere cibaria guſtando, cũ anguſtia & conſcientiæ remorſu indifferenter ẽt ad uoluptatem ſumo. Guſtus enim cùm delectat ſenſualitatẽ, offuſcat rationẽ, ut quaſi uideatur rectè facere, quę ex gulæ fiunt appetitu. Grego. In ipſo eſu dum furtim gula ſurrepit, edenti delectatio permiſcetur. Vnde plerumque contingit, ut refectionem corporis q̃ ſalutis cauſa capimus, cauſa uoluptatis expleamus. Eẽxplũ in Noe & Loth guſtu dulcedinis uini ebriis factis. Secundo, multitudo aridorum in mente. Guſtus enim ariditatis mentalis inductus eſt. Sicut enim guſtata ſuauitate ſpiritus deſipit omnis caro ſecundum Bern. ſic guſtata ſuauitate cibi ex gula deſipiunt ſpiritualia pſal. Omnem eſcam abhominata eſt anima eorum. Vnde Numer. 21. Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. ſ. manna, qđ ſignificat ſpiritualia. Tertiò, multitudo homici-



homicidarum, qui ſeipſos interficiunt. Eccle. 37. Propter crapulam multi perierunt mente, & corpore, & plures occidit gula quam gladius. Chriſoſto. Exceſſus ciborum conſumit & putrefacit corpus, & ægritudine diuturna macerat, & tunc demum morte crudeli conſumit. de conſe. diſt. 5. nihil Innocent. lib. de miſeria hominis. Tam breuis eſt gulę uoluptas, ut ſpacio loci uix ſit quatuor digitorum, ſpacio temporis uix ſit quatuor momentorum, & dum auiditas neſcit modum, & uoracitas excedit menſuram, aggrauatur ſtomachus turbantur ſenſus corporis, quaſi equi ſine ratione currentes, animæ uero aurigæ nõ retinent fræna. Multa animalia capiuntur ad mortem per guſtum, ut piſces hamo, aues, & mures &c. Quintò, in porticu tactus inuenitur multitudo lubricorum. Eccle. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Leuit. 5. Anima quæ tetigerit immũdum, immunda erit. 1. Cor. 7. Bonum eſt mulierem non tangere. Eſt enim omnis tactus extra matrimonium mortiferus. Secundò, multitudo iniurię illatiuorum proximum uulnerando, uerberando, & occidẽdo. Pſalm. Nolite tãgere Chriſtos meos. i. unctos chriſtianos. Omnes enim uncti ſunt in baptiſmo. Zacha. 1. Qui uos tangit, quaſi qui tangit pupillam oculi mei. Tertiò, raptorum & furum. Eſai. 1. Manus ueſtræ plenæ ſunt ſanguine. Si quis harum infirmitatum aliqua grauatus ſit, in piſcinam pœnitentię deſcendat, & ſanabitur. In ſignum cuius Chriſtus in cruce quinq; porticus fecit in corpore ſuo. i. quinq; uulnera grandia paſſus eſt. Sed q̃ri poſſet quare unus ſolus ſanabatur. Nonne aqua illa ſemper ſuam retinebat uirtutem? Quare igitur non ſanabatur ſecundus ſicut primus? Reſpõdet Guill. Pariſi. quòd uirtus huius aquæ erat quaſi præparans ad uirtutem diuinam cognoſcendam, ſicut ſignũ ad cognoſcendum ſignatum. Et quia hæc uirtus in aquis ſuperuentura, ſolum ſanatura erat omnes qui unum baptiſma in fidei unitate ſuſciperent, ideo conueniens erat ut ſignũ correſpondendo, ſignato, unum ſolum curaret. Vnde per aquas Deus primo mundũ purgauit in diluuio, ſed hoc per effectum ualde coniunctũ naturæ, qñ mundus ſubmerſus eſt, ſed poſtea maiorẽ uirtutem acceperunt aquæ ſub lege, qñ quaſdam indignitates legales abſtulerunt quod a natura earum remotum erat. Poſtmodum uero data eſt aquæ uirtus curandi corporales infirmitates, ſed hoc mediante uirtute angelica mouente aquã. Vltimò uerò cõiuncta ei uirtute diuina ſpirituales ægritudines in baptiſmate repellit. Ideo cum nihil ſit ſupra uirtutẽ angelicã niſi uirtus diuina, poſt hanc motionem non reſtabat niſi uirtutem diuinam cõferri aquis. Vnde primam uirtutem aquæ contulit natura ſua, ſecundã humana præcepti legalis obedientia, tertiam motio angelica, quartam uirtus diuina.

F Baptiſmus. Quõ aq̃ habebat uirtutem ſanandi omnẽ languorem.

In ſecunda parte euangelij determinat̃ miraculoſa curatio paralytici, unde ſubditur. Erat aũt quidã homo ibi 38. annos habens in infirmitate ſua, erat enim paralyticus. Paralyſis aũt eſt membrorum diſſolutio, in qua quis perdit ſenſum & motum. Sic pc̃tõr per peccati morbum perdit motũ ad bonas operationes, & ſenſum quo ad pericula morbi ſui, quæ non ſentit. Exod. 13. Fiant immobiles quaſi lapis, immobiles quo ad motum, quaſi lapis quo ad ſenſum. Vñ triplex eſt paralyſis ſpũalis. Vna qua quis non ſentit ſeipſum, & hoc per ſuperbiã. Humilitas eñ ſenſus eſt ſui ipſius, qua quis ſeipſum nihil cognoſcit, ſuperbia uero inſenſibilitas eſt Pſ. Si non humiliter ſentiebam, ſed exaltaui aĩam meã &c. ideſt ſi uerè ſentiret miſer peccator defectus ſuos, nunquã ſuperbiret, ſed ad medicũ & humilitatem recurreret. Sed ſuperbi dicere poſſunt illud. Prouer. 23. Verberauerũt me & nõ dolui, traxerunt me, & ego non ſenſi. Tales ſunt ſuperbi, qui nec tribulationibus, nec ſermonibus, nec monitionibus ſuum ſtatum cognoſcere pñt. Secunda paralyſis eſt cum quis alicuius membri infirmitatẽ nõ ſentit, nec ei compatitur. Cũ eñ ſimus membra unius corporis, paralyticum ſe probat, qui aliorum (qui ſunt membra ſua) malum non ſentit ut modo ſunt maiores q non ſentiunt pauperum neceſſitates. Curatur aũt pietate quæ eſt ſenſus alienæ infirmitatis. 1. Cor. 12. In idipſum pro inuicẽ ſolicita ſunt membra, & ſi quid patitur unũ mẽbrũ, cõpatiuntur omnia mẽbra. Et poſtquam locutus eſt de ſenſu mẽbrorũ loquit̃ de motu dicens, & quoſdam quidẽ dedit Deus in eccleſia, primũ Apoſtolos, ſcđo pphetas, tertio doctores &c.

G paralyſis De tripliciparalyſi ſpũali

quia tales pertinent ad diuerſorũ officiorũ opera. Primum quidem eſt ſenſus, deinde motus. Vnde qui non habet ſenſum alienæ infirmitatis, non mouetur ad opera pietatis. Exod. 10. de Aegyptijs legitur, ꝙ tribus diebus nemo uidit fratrem ſuum. i. nõ attendit miſeriam fratris ſui, nec mouit ſe de loco ſuo, ut exerceret opa pia. Salomon genuit Booz: Salomon ſenſibilis: Booz robuſtus interpretat, quia ſenſibilis in affectu, fortis eſt in opera, q̃ ſenſibilis erat apoſtolus qui dicebat. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Tertia paralyſis eſt cum qs non ſentit diuinã bonitatẽ, & hoc quia caret mundicia cordis. Immundicia eñ carnis inſenſibilitas quædam eſt, quia per eã inficitur palatum interioris hominis ut nõ ſapiant ei quæ ſapere debent, & ſapiant q̃ ſapere non debent, ſicut porco non ſapiũt aromata & ſapiunt ſtercora. Tren. 4. Qui nutriebãtur in croceis amplexati ſunt ſtercora, quia nonnulli quibus ſapere ſolebãt ſpiritualia, non ſapiunt, ut modernis religioſis, ſed ſolum carnalia & corporalia.

*H*
*Conſuetudo. Q̃uo hõ conſuetudinarius & languens in pctõ cito poteſt curari.*

Sed quæritur cum ſit ita ꝙ languidus uix poſſit recuperare ſanitatem, quomodo poteſt homo qui diu languit in peccatis, & in eis aſſiduus eſt ab eis reſurgere & ſanari, ſicut & hic homo qui iam habebat triginta & octo annos ab infirmitate ſua? Rñdetur, ꝙ oportet eum quinq; facere. Primo oportet eum p deuotã orationẽ ad Deũ & ſanctos conuerti. Eſt enim Deus conſumens lignum, fenũ, ſtipulã & oẽm peccati rubiginẽ, & ſine Deo (ſicut nec ſine natura adiutrice) curari nemo pt a peccatis. Facit eñ miniſtros ſuos flammã ignis, qui incendũt cor infrigidatum, ſicut carbonem mortuũ inter carbones ignitos. Propterea iſte expectat motionẽ aquæ, i. Dei & ſanctorũ ut ſanetur. Secundò ad pœnitentię ſacramentum ſe conuertat frequenter. Qui ſepe infirmatur, ſæpe ad medicum recurrat. Eſt eñ ſacramentum pœnitentiæ quædam piſcina cui propinquus erat iſte paralyticus, qui niſi fuiſſet inuentus ei propinquus, a Chriſto non fuiſſet ſanatus. Sed quia iuxta uires ſuas diligentiam adhibuit, medicum ſibi propitium inuenit. Tertiò, debet ad ſanctos uiros recurrere, & ſuam calamitatem oſtendere. Et quia iſte homo non habebat ad quẽ recurreret, dixit ei infirmus. Sic Cornelius Centurio per angeli monitionem uirum inuenit Petrum. ſ. qui eum mitteret in baptiſmi piſcinã, & ſic ab infidelitate ſanaretur. Et ſic non minus mirandi ſunt modo uiri miſericordiæ zelantes ſalutem animarum, q̃ tunc apoſtoli ci uiri curãtes morbos corporum, imo multo plus. Tunc eñ calebat populus amore Dei propter Chriſti ſauguinẽ recenter effuſum, & ſic facilè curabatur in aĩa. Nunc uero totus infrigidatus eſt populus, & ideo magnũ miraculum eſt & maius reuocare antiquũ pctõrẽ ab errore uiæ ſuæ, q̃ paralyticũ itacito curare. Quartò, elonget ſe ab opportunitatibus, & ab occaſione peccandi, fugiendo ſocietates diſſolutorum ſicut a malo aere, imò ſeipſum quaſi peſſimum inimicum fugere debet & redire in domum ſuã ad cogitandum profunde peccata ſua. Sicut iſte cum eſſet in turba non cognouit dñm Ieſum, ſed cum declinaſſet ab eo cognouit & audiuit ab eo, ut de cętero a peccati recidiuo caueret. Quintò, cogitet ſæpe ad iudicia Dei, prẽmia & pœnas, breuitatem & miſeriam uitę huius, & æternitatem alterius. Nox uacua accelerare facit peregrinum ad hoſpicium. Pigritia eñ ad ſeipſum cogitandi & cognoſcendi eſt maximum homini periculum, & præſertim religioſis, qui ad nihil aliud uacare debent. Cõſideratio enim breuitatis uitę eſt cauſa, ut homo det licentiam omnibus quæ carnaliter diligit. Multis eñ anguſtiis affliguntur, qui carnaliter uiuẽtes, dum moriunt, oĩa quę dilexerunt in pctõ dimittunt, & iã dimiſſi a Deo angelis tradunt tortoribus, iã quaſi audientes corũ clamores qui perditi ſunt in abyſſum. Hunc ergo cũ uidiſſet Ieſus iacentẽ, & cognouiſſet qa iam multũ tẽpus haberet, dixit ei. Vis ſanus fieri? Mirũ eſt, ꝙ diuina ſapiẽtia ab ægro quærit ſi ſanari uelit. Vulgare eñ prouerbiũ eſt, ridiculum eſſe ab infirmo quærere ſi uelit ſanitatẽ. Qđ uerum eſt de corporali ægritudine, de ſpũali rarus eſt qui uelit efficaciter. Nam ſi a cõcubinario quęratur an uelit ſanari eiciendo a ſe concubinam, nõ faciet, ſi iracundus uelit ſanari parcendo inimicis, dicet ꝙ non, ſi auarus dando eleemoſynam a cupiditate ſanari, dicet ſe non poſſe ſi guloſus ut non bibat uinum, & aleator ut non ludat, dicent ſe non poſſe cõtinere, & ſic de aliis. Vñ Aug. Vis habere ſanitatẽ corporis hoc bonũ ẽ, ſed nõ magnũ bonũ quod

*I*
*Sanitas. Si quærẽdum ſit ab ægro an uelit ſanitatẽ.*



qđ habet & malus. Bona quidẽ ſanitas eſt bonis, quia bene utuntur, mala malis, quia male utuntur. Aurum bonum eſt, ſed non magnum, & ſi bene uſus fueris, honor bonum non magnũ, ſed ſi bene utaris. Nihil prodeſt plena bonis archa & inanis conſcientia. Bona uis habere, & bonus non uis eſſe, nec erubeſcis ꝙ domus tua plena eſt bonis, & te habet malum. Nihil oĩno uis habere malũ non uxorẽ, nõ filiũ, non filiã, non ſeruum, non ancillã, non uillam, non tunicam, poſtremo neq; caligam, & tñ uis habere malam uitam. Rogo te præpone uitam tuam caligæ tuę. Omnia quæ iacẽt circa oculos tuos, tibi elegãtia & pulchra, & chara ſunt, & tibiipſi uilis es, & fœdus. Et ſi poſſent reſpondere bona quibus plena eſt domus tua, tibi clamarent. Sicut tu nos bona uis habere, ſic uolumus bonum habere dñm. Ecce bona tanta dediſti iſti, & ipſe malus eſt. Quid pdeſt ei qđ habet, qñ eum qui omnia dedit non habet? Hæc Aug. Rñdit ille, hominem non habeo &c. Sicut languidis opus eſt adiutorio medicorum, ſic peccatoribus adiutorio prælatorũ. Vñ in hoc uerbo notatur planctus pauperum contra prælatos. Dicunt enim. Non habeo hominem, ut cum mota fuerit aqua i. tribulatio ſuperuenerit, aut motio Sancti ſpiritus, qui me erudiat, aut conſoletur, & me adiuuet ad ſaluandum animam meam, aut qui me conſoletur tpaliter & ſpũaliter. Tenetur eñ prælatus ſubuenire neceſſitatibus tam corporalibus, quã ſpiritualibus, exemplo Chriſti qui non ſolum uerbo docebat turbas, ſed ẽt uirtute ſanabat, & qñque alimentis corporalibus ſuſtẽtabat. De Gregorio Papa narratur, ꝙ cũ audiſſet quendam tpe famis extra muros urbis fame defeciſſe, ſeipſum a celebratione Miſſæ ſuſpẽdit p plures dies, quaſi mortis illius conſcius, quãuis cum magna diligentia pauperibus intus & extra prouideret. Tenetur ẽt adminiſtrare ſacramenta. Prouer. 6. Fili mi ſi ſpoponderis pro amico tuo. i. proximo, qđ fit in ſuſceptione prelaturæ, defixiſti apud extraneum animam tuam. i. firmiter religaſti ad opus curæ & ſolicitudinis animam tuam, pro quo prius non tenebaris. Sed multi ſunt qui officium illud curæ ſuſcipiunt, & cũ ipſum exercere neſciunt, aut non poſſunt. Mulieres quæ ſeruiunt in domo Dei habentes inde uictũ

*K*
*prælatus. Quia peccatores ad ſui cõuerſionẽ indigent prælatis.*

& ueſtitum, oportet eis ſeruiri dum infirmantur, nec poſſunt interim aut ad balnea, aut ad alia neceſſaria infirmos portare. Sic de multis prælatis qui habent alios in piſcinam mittere, qui communiter ſunt aliis languidiores, de quibus Eſai. 1. Omne caput languidum, & omne cor mœrens.

Sed quęritur, cur expectabat homo iſte circa piſcinam? Multi alij grauiter infirmi habebant amicos paratos ad iuuandũ eos, ille aũt ſe mouere nõ poterat, omni humano deſtitutus auxilio. Reſpon. ꝙ homo ille bene exiſtimabat de proximo ſuo, ſicut & nos exiſtimare debemus. Exiſtimabat ꝙ nõ eſſet tanta ſua miſeria, quin adhuc maior eſſet hominũ mĩa ad ei ſubueniẽdũ, cõfidens ꝙ ſuperueniret aliquis qui pietate motus ipm priorẽ demitteret in piſcinam. Ideo q̃a uidit eũ dñs oculis compaſſionis, quãtũ ad prẽteritũ non fractũ impatientia, quantũ ad pſens pſiſtentẽ in cõſtantia, quantũ ad futurũ expectantẽ cum fiducia, ideo curauit eum ac ſanauit. Sap. 3. In tpe erit reſpectus illorũ. Tunc dixit ei dñs. Surge, tolle grabatũ tuũ & ambula. Per lectũ qui portat languidum, proximus intelligi põt. de quo Aug. Cũ eſſes languibus portabat te proximus tuus, ſanus factus es, porta proximum tuũ. Prius enim lectus portabat eum, ſed ſanus factus portauit lectum ſuum. Sed quæritur cur dñs ad paralyticũ uenit, non paralyticus ad eum, cum Regulus ad eum uenerit, decem leproſi, Chananęa, & ſic de aliis? Reſpon. Infirmitas inueterata & quaſi deſperata non quærit medicum. Aſſuetudo peccandi fugit communiter correctionem. pſalm. Turbatus eſt a furore oculus meus. Equus enim furibundus eſt cum uidet ſtrigilem, & plus cum ea pectinatur, & ideo ſubdit, inueterαui inter omnes inimicos meos, ſcilicet, animæ meæ. Ideo quia infirmitas hæc erat inueterata, neceſſario habuit medicus ad eũ uenire. Primò, cum ferro, & cauterio tribulationis. Scđo, cũ unguento pietatis ipſum ſanando, & uerbo exhortãdo. Pſ. Miſit uerbum ſuum & ſanauit eos. Venit iterum medicus (ſecundum Auguſt. in homelia) ad tã infirmum, ut infirmus ueniret ad eum, uenit docens humilitatem qua redeamus, quia ſuperbia nos redire non ſinebat. In tertia parte tangitur aggrauatio furoris populi frenetici, ſcilicet

*L*
*proximus. Q̃uo oportet bene exiſtimare de proximo ſuo.*

*M*
*proximus. Q̃uo proximus debet proximũ portare.*

*N*
*Infirmitas. Quia infirmitas inueterata uix q̃rit medicum.*

 phari-

*Cogitatio Quis turba cogitatinũ impedit Deum uidere et de eo cogitare.*

phariſeorum , qui eum increpabant eo ꝙ
non obſeruaret ſabbatum. At Ieſus decli-
nauit a turba, nec in turba cognouit para-
lyticus dominus, ſed poſtquam reuerſus eſt
in templum , & a turba ſe ſeparauit , quia
ubi in corde latet turba cogitationũ & agi
tatio mentis circa tpalia, reiiciuntur ſpiri-
tualia. Io.9. Vt uidentes non uideant, & au
dientes non intelligant. Cant.6. Ego dor-
mio, & cor meum uigilat, dormio a tempo
ralibus, ut cor uigilet in ſpiritualibus. Ecc.
14. Alia generantur, & alia deiiciuntur, ut
uidentes tpalia nõ uideant ſpiritualia. Vñ
& paralyticus iſte in templũ ueniens Chri
ſtũ agnouit , quia turbam & negocia tpa-
lia fugiẽs, & ad locũ orationis ueniẽs Chri
ſtũ inuenit Zacheus enim, præ turba, uide-
re non poterat Ieſum. Quiſquis ergo uult
ad uiſioné Dei peruenire fugiat turbã affe
ctionũ, & nequicias hominũ. In hoc aũt, ꝙ
uenit paralyticus ad templum poſt curatio
né, monſtrat eius religio, qui non ad forũ ,
non ad commercia proceſſit, ſed magis ad
tẽplum , ut de ſanitate recuperata gratias
ageret Deo. Ieſus ẽt a turba declinauerat,
ut iudęis inuidentibus furoris occaſio ſub-
traheretur. Solus eñ uiſus eius cui inuide
tur immitteret ſolo animo paruam ſcintil
lã inuidiæ & rancoris inuidentibus. Cayn
inuidens non poterat uidere Abel. Sap.2.

P

*Peccatũ. Qui pec catũ forbaniſatur non homo in pœnitentia.*

Grauis eſt nobis ad uidendum. Et dum in-
uenit eum Ieſus extra turbam dixit ei. Ec-
ce ſanus factus es, iam nolli peccare. Licet
eñ reus in foro ſæculari qñq; forbaniſet,
tñ in foro Dei nunquã forbaniſat ſi pœni-
teat, ſed bene pctm̃ Ideo dicitur , iam noli
peccare, ideſt non redeas ad peccatum. Cũ
enim forbaniſatus redit, reus eſt mortis, &
ſibi deterius eſt quã ante. Ideo ſubditur ,
ne deterius aliquid tibi contingat. Præte-
rea propter peccatum flagellatus eſt iſte
homo. 38. annis , ut oſtenderet dominus
magnæ eſſe miſericordiæ nequitiæ impu-
nitatem hic non relinquere, ne in extremo
cogatur peccatorem damnare. Vnde Au-
guſt. de uerbis domini. Vix noſſe nulla pœ
na quanta ſit pœna , non tamen iuſto ſed
peccatori? Audi pſal. Exacerbauit, ideſt ir-
ritauit dominum peccator, quare ſecundũ
multitudinem iræ ſuæ non quæret , ideſt
ſm multitudinem iræ ſuę hic non diſcutit
in poſtremum relinquens diſcutiendum.
Parcendo enim ſæuit.

*Sabbato primæ hebdomadæ quadrageſimæ.*
*Sermo I. & in ordine 37.*

A*Nima & corpus ſine querela in die aduẽ
tus domini noſtri ſeruetur.* Theſſa. 5. Ma
gna eſt querela inter carnem & ſpiritũ , ſi-
cut inter ancillã rixoſam & dñam. de qua
Pſal. Sicut oculi ancillæ in manibus dñæ
ſuæ, ita oculi noſtri ad dñm Deũ noſtrum.
Senſualitas eſt ancilla, ratio uero dña . Si
mala eſt hæc ancilla, uelut Agar, facile pa
rit concupiſcentiam, & concipiens cõtem
nit dñam ſuam rationẽ. Gene.7. Ratio aũt
difficilè concipit. Per nos eñ ſufficimus ad
mala, ſed nõ ad bona, & ubi nõ bene ordi-
nantur ratio & ſenſus, ſemper inter eos eſt
quæſtio, & qñ inſurgit hæc ancilla flagel-
latur a domina ſua, & caſtigatur ne ſuper-
biat, ut faciebat Sara aduerſus Agar. & Pau
lus. 1. Cor.9. dicens. Caſtigo corpus meũ
& in ſeruitutem redigo . Sed ſi ſit bona ſi-
gnificatur per Abigail. 1. Reg.25. quę ue-
nit ad Dauid cum quinque ancillis. i. quin
que ſenſibus offerẽs ei dona plurima. Qua
lis fuit illa quæ dicit. Ecce ancilla domini,
quæ non ſolum Deo ſeruiuit mente, ſed ẽt
de carne . Non ſolum ſuſcipiens eum in
uaſe mentis, ſed etiam in uaſe carnis . Ad
uas iſtud plenum gratiarum recurramus
dicentes. Aue.

A *Caro. Qũo ſenſualitas ẽ ancilla rationis.*

Circa querelam ſpiritus & carnis quæ-
rẽda ſunt plura. Primò, unde eſt ꝙ caro ad
uerſatur ſpiritui. Secundò, quid allegat ſpi
ritus contra carnem & econtra. Tertiò, p-
pter quid reprimenda eſt caro . Quartò ,
quid prodeſt talis pugna . Quintò , qua-
re diabolus plus tentat de uitio carnis quã
de alio aliquo . Ad primum dicitur, quòd
ideo caro aduerſatur ſpiritui , quia caro
natione terreſtris eſt , & delectando gene
ratur, ſpiritus autem natione cœleſtis, qa
a Deo corpori infunditur , & ſic quilibet
trahit ad ſuam naturam . Caro eſt ex ſa-
nie, ideo ad ſaniem trahit. Gall.6. Qui ſe-
minat in carne , de carne & metet corru-
ptione . Ideo caro ſi poteſt trahit ſpiritum
ad ſaniem inferni . Caro cum ſit de terra,
formam hominis ſi poſſit faciet terrenam,
& ſic cibum diaboli . Dictum eſt enim ſer
penti, terram comedes , & ſic caro tendit
ad id, ut anima a diabolo deuoretur. Aug.
Ne ſis terra, ſi non uis deuorari a ſerpente.
Spiritus autem trahit ad cœlum unde ha-
bet originem, & ideo quo ad animam ho-
mo

B *Caro. Quare caro aduerſatur ſpiritui.*



mo ad imaginem & ſimilitudinem Dei fa-
ctus eſt. Et ſic ad hoc pręcipuè tendit ut ſit
ſpiritualis, & de eorum numero qui dicere
poſſunt, noſtra conuerſatio in cœlis eſt. Et
ita primo debemus eſſe ſoliciti de his quæ
ad animam ſpectant, q̃ quæ ad corpus. Cor
pus enim p ſe nihil ualet , niſi dum anima
eſt in eo, imò minus ualet quam cadauer
alterius animalis. Nihil eñ ſupereſt de ip-
ſo quod ualeat, aut uadat ad alterius com
modum. Qñ aũt aſinus moritur aliquid ſit
de pelle aſini. Cũ ergo ad nihilũ deueniat
corpus, tanquã aqua decurrens , nihil de
eo ſoliciti ſimus, ſed de anima , quæ ſemp
durabit. Ad ſecundo quæſitũ dicitur, ꝙ al-
legat ſpiritus contra carnem, quadruplici
ratione conuicens peccatum eſſe fugiẽdũ,
quod concupiſcit caro. Primò, allegat tur
pitudinem eius, quia facit hominem ima-
ginẽ Dei bruteſcere, ut patuit in Nabucho
donoſor, ideo operiẽdus eſt ſpiritus clami
de confeſſionis & abſtinentiæ. pſa. Operui
in ieiunio animam meam. Scdo, ſterilitatẽ
quã inducit. Eſt eñ ſpiritus uelut miles, q
habet ruſticum procuratorem domus ſuæ
diuitem, qui dicit ſemper ſe indigeret , &
tñ de ſuo large expendit ſemp accommo-
dans ſuper dñm ſuum, qui tm̃ paulatim fu
ratur & accipit de rebus dñi ſui, ꝙ eum nu
dum & pauperem derelinquit. Sic caro fa
cit de ſpiritu, quia ſemper allegat & ptẽ-
dit neceſſitate & infirmitatem, & ſine bo-
nis operibus & pęnitẽtiis derelinquit eum
quaſi nudum, nihil ſecum pter pctã portan
tẽ. Iſta eſt Dalida uxor Sãpſonis, quæ Sam
pſonẽ. i. ſpm̃ ſpoliauit crinibus. i. gratię, &
gloriæ ornamentis & uirtutibus. Gregor.
Oẽs uitiis ſuis fauent, & quæ ad uoluptatẽ
carnis faciunt, ad neceſſitatis referũt actio
nem, & ſub ſpecie uirtutis uitium uolupta
tis excuſant. Tertiò, allegat damnum, quia
nihil confert, & multa bona aufert. Rom.
6. Quem fructum habuiſtis in illis in qui-
bus nunc erubeſcitis. Exemplum Luc. 10.
de illo qui incidit in latrones qui ſpoliaue
runt eum uirtutibus ſuis. Prouerb. 10. Pre-
cium ſcorti uix eſt unius panis. Mulier aũt
precioſam uiri animam capit. Damnũ ma-
gnum incurrit operarius , qñ ipſe cum fa-
milia ſua torpeſcit nihil operans. Vnde ſab
batum ocioſè carnis deſtruis ſabbatũ mẽ-
tis, ſicut terra ocioſa malas & inutiles her
bas generat. Quarto, allegat pœnam. Pro-

C *Caro. Quid allegat ſpiritus contra carnẽ.*

pter momentaneam enim uoluptatem red
ditur pœna æterna. Eccl.21. Quaſi rũphea
bis acuta omnis iniquitas , & plagæ illius
non eſt ſanitas. Et mirum eſt, quia nunquã
aliquis habuit tantã delectationẽ in pctõ ,
quin maiorem pœnã habeat in modica fe
bre. Eccl.11. Malicia unius horæ obliuio-
nem facit luxurię magnæ.

Secundò , innititur auctoritatibus alle-
gans illud. Eccl.18. Poſt concupiſcentias
tuas non eas. & Roma 12. Non in comeſ-
ſationibus. Habet etiam aduocatum ſpiri-
tum ſanctum, qui poſtulat pro nobis gemi
tibus inenarrabilibus. Rom.7. Habet ẽt pa
trem, qui committit animam regendã ho
mini & cuſtodiendam. Econtrario allegat
caro, quæ cum urgetur a ſpiritu ad bonum
quaſi appellat a ſpiritu a manifeſto graua
mine, & diem poſtulat dicendo, ꝙ multi pe
rierũt pp hoc, ideo melius eſt ſuauiter ire,
q̃ cito deficere. Scriptũ eſt. Rationabile ſit
obſequium vr̃m, & ſic non exit a lecto ſuo,
ſed tenetur ſub ceruicali. Sed licet caro ſit
ſicut aduocatus qui ſimplicem hominem
trahit in cauſam, & uexet eum ut cum ipſo
componat, & pecuniam emungat, ut ſcili-
cet emungat conſenſum, & ſic delicioſe ui
uat , tñ ſpiritus non debet timere litigare
cum tali aduocato. Primò , quia eſt falſa-
rius, qui falſauit bullam ſummi pontificis,
qñ decepit hominem p pctm̃ gulæ, & ima-
ginem eius deturpauit, quãdo diabolo cre
didit. Secundò, quia iſte aduocatus excom
municatus eſt . Gene.3. Maledicta terra,
ideſt caro in opere generationis, quæ a
principio mundi maledicta , abſolui non
poteſt niſi in concilio generali, ideſt in iu-
dicio , cum mortale hoc indu erit immor-
talitatem. Tertiò, quia iudex propitius eſt
ſpiritui. 1. Corin.6. Qui adhæret Deo, unus
ſpiritus eſt cum eo, ille eñ ſolus eſt, q ſpi-
ritum a carne liberat dum ſeruit ei. pſ. De
neceſſitatibus meis eripe me. Ille enim eſt
angelus, qui carni ancillæ dicit. Gen. 16.
Reuertere ad dominam tuam, a cuius man
dato receſſiſiſti, per peccatum, & humilia-
re ſub manibus eius faciendo, quod iubet .
Valentinianus imperator cum octogena-
rius moreretur , & audiret ſuorum recoli
præconia pręliorum, quibus celeberrimus
erat, dixit ſe in una ſola uictoria gloriari.
Requiſitus de illa dixit . Hoſtem meum
peſſimum carnem ſemper oppreſſi & ui-

D *Caro. Quid caro alleget contra ſpiritum.*

E *Caro. Quia nõ timeat ſpiritus litigare cũ carne.*

ei. Quia aũt Dei adiutorio ſolo uincatur hæc tẽtatio, patet ꝑ exẽplũ in uitis patrũ. Quidã de ſæculo ueniens ad heremum, de concubina quã in ſæculo reliquerat, tentabatur nimis, & cũ eſſet artifex et confiteretur, maiora ei onera imponebant quæ libẽter faciens ita debilitatus eſt ꝙ ſurgere nõ ualebat. Quidã aũt frater peregrinus ueniens ad cellam eius & inueniẽs eum infirmũ, auditis cauſis infirmitatis eius, & ꝙ cũ ſe magis aſtligeret, magis eum urgeret ſtimulus carnis, ait. Reiice hæc onera a te, & cibum ſume moderatum tpe ſuo uſquequo uires reſumas, & fac aliquantulum operis Dei, & iacta cogitatũ tuũ in dño, quia tuis laboribus hanc impugnationẽ non poteris ſuperare. Corpus eñ noſtrum eſt ſicut ueſtimentũ, qđ ſi diligenter tractaueris, ſtabit. Si aũt neglexeris, computreſcet. Qđ faciens paucis diebus liberatus eſt.

F *Caro. Propter quatuor reprimenda eſt caro.*

Ad tertio quæſitum dr̃. Primò, ſm Guillermũ Pariſienſem, ꝙ reprimenda eſt, & contẽnenda caro ꝑꝑ quatuor. Primò, quia cunctis uirtutibus denudata eſt. Eſt eñ terra Adam maledictas ſpinas & tribulos germinans. i. malas delectationes & deſideria. Ideo ſtultũ eſt in terra illa ſeminare. Gall. 6. Qui ſeminat in carne, de carne & metet corruptionẽ. Caret eñ tribus bonis. Primò, mentis puritate. Eſt eñ ſicut pix reſoluta, quæ adhæret ei quem tangit & impurũ reddit, ſic caro dum igne luxuriæ reſoluitur ita immũda eſt quòd inficit quicquid tangit, & animam & ſocietatem. Eccleſ. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. 2. Cor. 7. Mundemus nos ab omnibus inquinamẽtis carnis. Vnde uellus & area Gedeonis ſignificant carnem & animam, quæ uice uerſa ſe habent. Nam qñ anima eſt cœleſti rore. i. deuotione & gratia plena, tunc area. i. caro rore ſuo. i. uoluptate carnali uacua eſt & aſperitate ſicca. Econtra eſt qñ caro rore ſuo. i. uoluptate carnali humectatur. Tunc eñ uellus. i. anima diuina gratia deſiccata, in ſiccitatem indeuotionis & incõpaſſionis mutatur, ita ꝙ caro & anima poſſunt ſibi mutuo dicere illud Gen. 13. Si ad ſiniſtram ieris, ego dexterã tenebo, ſi dextram elegeris, ego ad ſiniſtram pergã. Secundò, caret ſtatus firmitate, modo eſt ſana, modo ęgra, modo triſtis, & modo læta, modo turpis, modo pulchra, modo uiuẽs, modo mortua. Iob. 13. Quaſi flos egreditur & conteritur. pſ. Recordatus eſt, quia caro ſunt. Fragilitas eñ carnis nulla duratione, aut ſtabilitate fulcitur. Iob 6. Nec. n. fortitudo mea ut fortitudo lapidum, nec caro mea ænea eſt. Ideo neceſſe eſt ut moriatur & putreſcat. pſal. Ad te omnis caro ueniet. Et Ioſue moriturus dicebat. Ioſue 23. Viam uniuerſę carnis ego ingredior hodie. Sed hoc infert fidelibus conſolationẽ, quia reſurrecturi. Iob. 33. Conſumpta eſt caro eius a ſuppliciis, reuertatur ad dies adoleſcentiæ ſuæ. Tertio caret morum honeſtate. Ibi enim eſt omnis malorum affectus & complacentia. Sicut cinis iuniperi per annum ſeruat ignem, ſic cinis nr̃æ carnis luxuriæ ignem. Ideo Roma. 9. Curam carnis ne feceritis in deſideriis. Iob. 10. Nunquid oculi carnei tibi ſunt? Debet eñ caro eſſe uelut uxor rationis diſcrete.

G *Caro. Quia u[xor] debe[t] eſſe ſicu[t] uxor rationis.*

Nobilis enim in portis ſenſuum uir eius, ideo nobilis & honeſta debet eſſe. Sicut enim uxor debet eſſe uiro ſuo obediens, ſic caro rationi. Vnde beatus qui habitat cum muliere ſenſata. Eccl. 25. ideſt cum carne bene cõpoſita & circũſpecta. Scđò, quia uxor ſeruit uiro, nec eſt ocioſa, ſed ſemper circa neceſſaria domus intenta. Sic caro rationi debet ſeruire, nec ociis torpere, ſed neceſſariis uitæ occupari. Tertiò, quia debet eſſe prole fœcũda. Sic caro bonis operibus plena, ideo debet eſſe in lateribus domus uelut in abſcondito & humilitate, anima uero in latitudine tanquam dña. Eſt eñ data rationi in adiutoriũ ad procreandum liberos operum extrinſecorum, ſi bene fuerit caſtigata, quia ſi male hanc liberorum procreationem impedit. Luc. 10. Vxorẽ duxi, & ideo non poſſum uenire, ſed producit ei motus carnaliũ uoluptatũ. Hęc eſt q̃ Iob obiurgat in amaritudine pęnitẽtiæ poſitũ. Quartò, quia caret pacifica cõuerſatione. 2. Cor. 7. Nullã requiẽ habuit caro mea. Pſ. Tota die contriſtatus ingrediebar, qm̃ renes mei impleti ſunt illuſionibus, & non eſt ſanitas in carne mea. Vincere aũt litigiũ huius mulieris, laborẽ excedit Herculis, qui cum multorum hominum impetus

H *Caro, Quia ui... cere li... gium ... nis mu... gnum ...*

ſuſtinuiſſet, febrẽ in carne ſuſtinere non potuit. Titus Liuius libr. 3 primæ decadis. Excellentibus ingeniis citius deficit ars qua carnẽ regant, q̃ quæ hoſtes ſuperent. Suggerit eñ hęc miſeranda caro ſpiritui cum eo litigando. Vt quid, inquiens, tanto



labori inuigilas, ut quid ſtultò labore conſumeris? Cur fugitiuã ſequeris ſapiẽtiã in fame, ſiti, frigore, & nuditate, in uigiliis multis, in laboribus plurimis? Eque morit̃ doctus & indoctus, idẽ eſt interitus hominis & iumentorũ. Epulare, dormi, quieſce, & ſic partẽ accipies de labore tuo, imò ſic ſub ſpecie recti aggredit̃. Quatuor, inquiens, ſunt q̃ ex charitate teneris, diligere Deũ, teipſum, proximum, & meipſam uehiculũ tuum. Si me negligis, charitatẽ contẽnis. Niſi defectus meos ſuppleueris, charitatis officia non explebis. Si tu cũ debeas mihi uitę ſolatia, ingeris laboris negocia, charitatem reliquiſti. Inter hæc conſiderandum eſt, & diſtinguendum ſpũi inter neceſſaria & ſuperflua carni, cui tẽtatio hęc contẽptibilis eſſe debet. Quis eñ non abiiciat hominẽ carnis deſideria ſectantẽ tanquã ſuẽ in uolutabro, ranas in ceno, uermes in ſterquilinio? Ipſi ẽt Philoſophi gentiũ Epicurũ uoluptatẽ carnis honeſtati præferentẽ, tanquã hæreticũ ab eccleſia philoſophantium eiecerunt. Et mirabile eſt ꝙ rõ huic obedit. Mirabile uideretur ſi aſinus equitaret dñm ſuum, & ſi uideres hoiem ab illo agi frenis & urgeri calcaribus. Veriſimile eñ eſt ſi axa aſinum quẽ equitabat, ſuis coram patre geſtaſſet humeris, potius abiiceretur ab eo q̃ exaudiret. Et ſicut dũ equus aſcendit ſatis eſt aſcenſor eius in tuto, ſed nondũ deſcendit. (inde eſt quòd ſapiens ſeſſor communiter deſcendit de equo) ſic caro noſtra quæ eſt equus noſter quando aſcendit in Deum per bona opera, anima in tuto eſt, ſed quando ad delectationes terrenas deſcendit ibi eſt periculum, ideo ratio trahere debet fortiter habenas carnis, ne facile in has delicias incidat. Dicitur ſecundò ſecundum eundem, quòd caro non debet dominari ſpiritui propter quatuor. Primò, propter iuſtitiæ obſeruationem. Sic eñ inſtitutum eſt a dño. Gen. 4. Subter te erit appetitus tuus, & tu dñaberis illius. Si eñ papa ſtatuiſſet ꝙ aliquis non poſſet promoueri in epiſcopum, electio ipſius poſtmodum facta reprobanda eſſet, quantomagis ſi contra Dei ordinationem appetitus ſenſitiuus dominetur rationi? Debet enim ſpiritus eſſe miles, & caro armiger eius, quę debet coram domino ſuo fercula ponere, & bonos morſellos ꝑparare, de quibus nõ debet deguſtare. Caro enim debet ſpũi cibum ſpiritalem præparare, & ipſa iuxta manducantem debet abſtinere. Sed prauus eſt armiger qui bonos morſellos in ore ſuo ponit, & dño ſuo uix oſſa relinquit. Sic caro facit ſpũi, quæ omnes diuitias & delicias ſibi tribuens, nihil ſpũi relinquit. Et ſicut armiger pro domino ſuo ſe habet in torneamento exponere ictibus, ſic caro ictibus pęnitentiæ, ut ſpũs ab ictibus æternæ damnationis ſaluetur. Secundò, propter indecentiã. Caro eñ lutum, anima uero precioſa, quia ad imaginem Dei facta. Caro enim eſt latrina latrinarum, quia aliæ latrinæ non ſordent niſi per iſtam. Nullum ſiquidẽ eſt foramẽ in carne hominis per quod non exeat immũdicia aliqua fœtoris & corruptionis. Fructus enim miſerabilis carnis, ſunt pediculi lendes, uermes, ſputum, ſudor, fœtor, urina, ſtercus. Infamis eſſet qui latrinam ſup caput ſuum collocaret. Stultus, qui iumentum ſuum in altum poneret, & ſeipſum in infimo. Tertio propter crudelitatem. Propter carnem anima portat crudelia & grauia. Anima. n. carni compatitur, ſed non ecõuerſo, quia caro non parcit animæ, q̃n eam faciat ſuſpẽdi ſi peccet. Et ideo in uinculis & compedibus ponenda eſt ne alteri noceat, ne ſe & ipſum in aquam uel ignem præcipitet. Prouerb. 30. Per tria mouetur terra, & quartũ quod non poteſt ſuſtinere. Per ſeruum cùm regnare cœperit. Per ſtultum cùm ſaturatus fuerit cibo, & per odioſam mulierem cùm in matrimonio fuerit aſſumpta. Et per ancillam cum fuerit hæres dominæ ſuæ. Bernar. Seruiat caro ne ſeuiat. Eccl. 33. Seruo maliuolo tortura & compedes. Quartò propter eius indiſcretionem. Eccl. 10. Væ terræ, cuius rex puer eſt, qui pro modico ioello uel iocali magna dat, & cuius principes mane comedunt, ideſt in hac uita delicijs uacant. Faciunt enim feſtum ante uigiliam ſignificati per Eſau, qui pro modica delectatione primogenita uendidit. Stultus eſſet qui inimicum ſuum contra quem continuam pugnam habet illuc duceret ubi uires ſuas recuperaret. Sic qui carnem ad delicias ubi uires reſumit, & ſtultus eſt qui plus curat de ſarpillena quam de mercibus ibidem intus reconditis. Vnde dominus diminuit de Saray, & uocauit Saram, nomẽ uero Abram auxit, & uocauit

cauit Abraham,in quo dedit intelligi, ꝙ debent ſecari uoluptates carnis, & augeri uirtutes ſpiritus. Caro enim bene nutrita eſt ſicut equus pinguis & recalcitrans, qui dñm ſuum proiicit in lutum. Qui eñ uult ſe expedire de equo ſuo, & eũ uendere impinguat eom. Sic qui uult carnem ſuam uẽdere diabolo impinguat eã. Pingues enim homines aptiores ſunt ad roullandum quã ad currendũ. Ad quarto quæſitum dicitur ſecundum Guiller. Par. ꝙ pugna ſpiritus ad carnem, & carnis ad ſpiritum ad plurima prodeſt. Primò ex collatione abbatis Danielis confert ꝙ deſidias & negligẽtias noſtras ſtatim arguit, ut iã diligentiſſimus pedagogus a diſtrictionis & diſciplinę linea nunquam nos deuiare concedens, ſi paululum quid ſecuritas noſtra menſuram congrue diſtrictionis exceſſerit, flagellis incentiuorum ſtimulat & increpat, atque ad competentem reuocat parcitatem. Facit enim ut diligenter excolatur & euertatur terra noſtra. Quanto enim plus ponitur de fimo in terra, tanto plures herbæ inutiles creſcunt niſi excolatur ſolicite. Sic quantomagis homo impinguat carnem, tanto plures inſurgunt motus inordinati, niſi aſſidua diſciplina excolatur. Terra frequẽter euerſa malas herbas pullulare non permittit. Cogitur aũt homo carnem ſuam nutrire, ſed moderate. Sicut qui compulſus eſt neceſſitate carcerem in quo continue detinetur reparare. Iob. 24. Pauit ſterilem. i. catnẽ, quę non parit bona opera, & uiduæ ideſt animæ a Deo ſeparatæ non benefecit. Pſ. Vſque ad noctem increpuerunt me renes mei. Ideo debet homo ſolicitè & diligenter carnẽ ſuam, & uelut bonus eques ſuum equum pungere ut rectè ambulet. Et ſic pungendo cogitare ęternas punctiones. Sicut enim equus egreſſus de ſtabulo claudicat, ſed rigore tibiæ conſumpto per motũ recte incedit, ſic rigore ſpiritus corpus attenuatum, inuenies forte, & ſtrenuũ, quod prius ad opera pœnitentiæ claudicabat. Sicut enim figulus non poteſt bene operari de terra niſi bene trita, ſic nec anima de carne, niſi uigiliis & abſtinentiis macerata. Secundò, ut nos humiliet, ne elati ſimus pro puritatis integritate, & ita nos humiliat quandoque ſimplici motu carnis quandoque ſimplici fluxu, noſque homines eſſe, ſtimulis ſuis admonet. Teſtes ſunt ipſæ uirtutes cœleſtes, quæ cum nullas huiuſmodi titillationes habuiſſe credantur, ob ſolam cordis elationem perpetua ruina de illa cœleſti ſtatione deiectæ ſunt. Eſſemus itaque abſque remedio tepidi nõ habentes iudicem negligentiæ noſtræ, uel in corpore noſtro, uel in conſcientiis propriis inſidentem, nec ſtuderemus unquam ad perfectionis peruenire feruorẽ, ſed nec continentiæ diſtrictionem teneremus, niſi nos hæc titilatio carnis increſcẽs humiliaret, atque retunderet, & aduerſus ſpiritualium uitiorum purgationem ſolicitos redderet & intentos. Tertio prodeſt ad meritum. Non enim coronabitur niſi qui legitimè certauerit. Eſt autem laborioſum ualde pugnare cum Auguſt. in quodam ſermone. Inter omnia Chriſtianorum certamina, duriora ſunt prælia caſtitatis. Vbi quotidiana pugna & rara uictoria. Grauẽ namq; caſtitas ſortita eſt inimicũ, cui quotidie reſiſtitur & ſemper timetur. Hæc Auguſt. Faciendum eſt autem in expugnatione huius hoſtis ſicut in extinctione ignis. Seneca epiſtola. 66. Ad Lucillum. Ignis qui alentem habet materiam aquam et interdum ruina extinguendus eſt. Qui uero alimento deſtituitur, ſua ſponte deficit. Sic ignis carnalis cõcupiſcentiæ in aliquibus eſt alimẽto deſtitutus ſcilicet in ſenibus, quorum corpus propinquum eſt incinerationi et in his qui in penuria et inedia ſunt conſtituti. Iuxta illud. Luxuriat raro non bene paſta caro. Ideo iſte ignis per ſeipſum deficit. Sed in aliquibus occupauit alentẽ materiam ſicut in iuuenibus, et in deliciis nutritis. Et ideo in ipſis ad extinguendum requiritur maior labor. Extinguendus eñ eſt lachrymis deuotionis et compunctionis, et abſtinentiæ ruina. Ruit enim natura illa ualida per abſtinentias, uigilias, et huiuſmodi, quæ carnem mori faciunt, et hoc eſt hoſtes confringere, iuxta illud Pſalm. Confringam illos nec poterunt ſtare. Et hoc faciunt qui a iuuentute ſua carnem ſuam cum uitiis mortificant. Et quia difficilè eſt pugnare, ideo fugiendum eſt a facie huius hoſtis, ſicut declinauit a Saule Dauid, cum putaret eum lancea configere cum pariete, ideſt cum peccato, quod eſt paries inter nos et Deum, et tandem confugit ad regem Geth, quia ultimum tẽtationis huius remedium eſt fugere ad Deum.

I
*Caro. Ad tria pdeſt pugna carnis cum ſpiritu.*



Deum. Deum enim noſter refugium & uirtus, adiutor in tribulationibus &c. Sed q̃ri poſſet cum ita ſit ꝙ ſpiritus ſit in carne tanquam hoſpes, iuxta illud. 2. Cor. 5. Quã diu ſumus in corpore peregrinamur a domino, quomodo aduerſus hoſpitem ſuum concupiſcit. Reſpon. Primò, ſicut homo tribus modis dici ſolet alienus ab alio, ſcilicet origine, conditione, & affectione, ſic iſtis tribus modis aliena eſt caro a ſpiritu. Origine, quia ſpiritus de cœlo, & caro de terra. Eccle. 12. Donec reuertatur puluis in terram ſuam, & ſpiritus redeat ad dominum, qui fecit illum. Conditione, quia caro mortalis, ſpiritus immortalis. Iob 4. Morientur, & non in ſapientia, ideſt anima. Affectione. Gall. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Dicitur ſecundò, ꝙ caro ſe debet amicam oſtendere ſpiritui, ſicut mos eſt unicuique ſuos hoſpites honorare, & propter hoſpitalis reuerentiæ debitũ, & propter tanti hoſpitis nobilitatẽ, & propter multiplicem quam ab eo conſequitur commoditatem. Quãto enim caro magis humiliabitur obſequium ſpiritus qui eſt filia regis, tanto magis a ſpiritu honorabitur in loco ſuo. Debet inſuper aduertere commoditates quas habet a ſpiritu, quia quando cum ea eſt affert ei lumẽ & ſenſum eo recedente quaſi nobiliſſimo habitatore, remanet quaſi domus cæca, & & ſurda, & omni deformitate plena. Et iõ mirum eſt quomodo caro tam in uita ſpiritum recedentem dimitti, & non uult honorare remanentem. Quod ſignificatum eſt in eo ꝙ Agar contempſit dominã ſuã. Dicitur tertiò, ꝙ hoſpitem iſtum, ſcilicet ſpiritum iraſci contra carnem eſt laudabile, ſic tamen ꝙ nunquam reconcilietur ei aduerſanti. Iratus enim alteri intra ſe cogitat ego cauebo a ſocietate ſua, nunquam reconciliabor ei. Sed ſi fuerit immoderatus amor in corde irati ad eum cui iraſcitur, ſtatim inueniuntur amici. Nam paſſio amoris uincit iram, ſic quòd tandem ſunt ſicut ante familiares, uel magis quàm prius. Sic nos cõmuniter diligimus nos & carnem noſtram nimis, & licet quandoque iraſcamur carni & nobis, uincit tamen amor carnis iram noſtram, quia nemo unquam carnem ſuam odio habuit. Et ſic omnia inuenimus falſa, quę in principio comminati ſumus nobis & carni, & diligimus eam tantum uel amplius quam prius. Sed hæc ira implacabilis eſſe debet, quia (ut dicit Chriſoſto. homelia ſecunda.) Reges ſiquidem dum ex aliis cauſis iraſcunt̃, cito placantur. Illa autem ira inextinguibilis eſt quam regni zelus accendit. Talis eſt ira iſta, quia caro nititnr auferre ſpiritui regnum & imperium. Ideo hęc ira accẽſa debet eſſe extinguibilis, licet alias moleſtias quas facit nobis, poſſimus diſſimulare. Huius figura eſt de Aſſuero, qui uidens ꝙ uaſti ſuum contempſerat imperiũ, iratus ualde poſtea reconciliari noluit, ſed celebrato diuortio alias nuptias petiit. Sic ſpiritus mandata carni tranſmitti per eunuchos, ideſt cogitationes, caſtitatis, & mũdiciæ. Sed quia imperium ſæpe contẽnit, ea ſpreta cum indignatione nobis pœnitẽtiam deſponſamus. Dicitur quartò, ꝙ licet caro ſita nobis aliena, eſt tamen cohabitatione domeſtica, ideo magis nos & efficacius impugnat. Micheæ. 7. Ab ea quæ dormit in ſinu tuo cuſtodi clauſtra oris tui, inimici hominis domeſtici eius. Hæc eſt aliena. de qua Prouer. 5. Quare ſeduceris fili mi ab aliena, & foueris in ſinu alterius? Dæmones uero non origine alieni ſunt ab anima, ſed in cœlo facti a Deo. Iob 40. Ecce Beemoth quem fecit tecum, nec conditione, quia immortales ſunt, ſed ſola affectione, de qua Prouer. 5. Fili mi ne des alienis honorem tuum. Et iſti non poſſunt cognoſcere affectiones noſtras niſi ꝑ indicia carnis, quę eſt quaſi media & proditrix inter nos & ipſos. Vnde & Philiſtæi non potuerunt primo ſoluere probleuma Sampſonis, niſi iudicante Dalida, quæ uiro ſuo blandiens hoc agnouit. Cogitationes enim & affectiones ſpũs diabolum latent, niſi per aliqua carnis exteriora iudicia cõprehendat. Eccle. 19. Ex uiſu cognoſcitur uir, & ab occurſu faciei ſenſatus. Amictus corporis, & riſus dentium, & inceſſus hominis enunciant de illo.

K
*Caro. Quõ caro ſuo hoſpiti aduerſatur*

Ad quinto quæſitũ dr̃, ꝙ diabolus plus tentat de uitio carnis, quia ſecundum Alexandrum de Ales parte ſecunda, grauius tentat diabolus per guſtum & tactum, quã ꝑ alios ſenſus, eo ꝙ fortiores ſunt impreſſiones delectationum in illis ratione corruptionis naturæ ex peccato originali. Vnde & tentauit primos parentes de gula, & eos quos inuoluit diluuium, de luxuria.

L
*Caro. Quare diabolus plus tẽtat de uitio carnis q̃ de alio.*

Per

Per uiſum autem fiunt plures tentationes & pluribus modis. Sed nõ ita fortis eſt impreſſio huiuſmodi tentationis. Dicitur ſecundò, ꝙ propter multa plus ſuggerit uitia carnis. Primò, quia domus ex quadris lapidibus & cedris ædificata ſuper debile fundamentum, puta luteum, facile deiicit, ſic eſt de domo animæ quantumcunq; uirtutibus ędificata & firmata. Quia cum ſuper infirmitate carnis poſita ſit, & quodãmodo fundata, facillima eſt ruina ipſius. Iob. 4. Ecce qui ſeruiunt ei non ſunt ſtabiles, & in angelis ſuis repperit prauitatem, quantomagis hi qui habitant domos luteas, & terrenum habent fundamentum, conſumentur uelut a tinea. Sciens ergo diabolus huiuſmodi infirmitatem fundamenti, & uacillationem mentis noſtræ a parte fundamenti, ſemper ibi concutit ut eam deiiciat. Præterea bellator egregius omni genere armorum armatus, ſtans ſuper pauimentum lubricum, facilè ruit. Pſ. Adhæſit pauimento anima mea, quia animale noſtrum corpus inſtar pauimenti, quanto deliciis carnalibus ungitur, tanto eius lubricitas augetur, ut in eo magis cadat ſpiritus. Pſalm. Fiat uia illorum tenebrę, & lubricũ, & quãtumcunque bene armatus ꝓximus eſt ruinæ, dum eſt in iſto lubrico, ideo Apoſtolus. Qui ſtat uideat ne cadat. 1. Cor. 10. Præterea bellator cuius pars eſt armata, & pars inermis, & improtecta, multum timere debet. Omnis autem armatura uirtutum eſt in parte noſtra ſpiritali, ideo altera pars hoſtium maximè iaculis patet, ſed defendi poteſt per armaturam ipſius ſpiritus, non quidẽ ut non lędatur, & ut iacula nõ patiatur, ſed ne lætaliter uulneretur. Defendi etiam poteſt ut non capiatur, non ut non impugnetur, nec protegi poteſt ut non intrent hoſtes peccatorũ ad ipſam, ſed ne regnent in ipſa. Propter quod circumſpectæ dicit apoſtolus. Rom. 8. Ne regnet peccatum in ueſtro mortali corpore. Præterea nos ſumus uelut domus cuius pars inferior aridiſſima, & ad cremandum facillima, ſed pars ſuperior, licet non arida uel combuſtioni obnoxia, tamen uehementia ignis & longa exufflatione combuſtioni apta eſt. Sic noſtrum animale ardoribus carnalium deſideriorum adeo obnoxium eſt, adeoquę facilè cremabile, ut niſi uigilantiſſima defenſione eidẽ ſubueniatur totum penitus conflagretur, & domus noſtræ pars reliqua ſuccendatur cui aqua tribulationis & occupationis ſanctæ lachrymarum iugiter occurrendum eſt, & diuinum adiutorium implorandum. Sicut enim iuxta mare ubi conſueuit fluere & refluere non audent homines habitare, uel ædificare, ſic nec diabolus iuxta mare lachrymarum ſuam propriam timens ſubmerſionem. Præterea bellator ſtrenuus & oneratus dum nititur agere ab ipſo onere ſemper impeditur & ad terram deiicitur. Sic ſpiritus ſarcina corporis onuſtus & depreſſus. Sap. 9. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Præterea anima noſtra in carne eſt ſicut lilium inter ſpinas. Spinetum enim denſiſſimum, caro noſtra eſt, quæ ſpinis et tribulis nunquam caret, et quantumcunque diligentia agriculturæ diſciplinalis extirpetur, ſemper nouas germinat, ſed in medio huiuſmodi ſpinarum anima humana puritatis candore prædita, lilium eſt inter ſpinas. Lilium (inquam) tenerrimum et transfixioni ſpinarum ſua teneritudine obnoxium, niſi diuina protectione tueatur. Nec fortitudine ſua lilium reſiſtere poteſt tantarum tentationum aculeis, maximè cum illud lilium ſit in medio fornacis ardentis & fumantis. Caro enim eſt ſicut fornax ſemper ardens ardore concupiſcẽtiarũ et deſideriorũ carnaliũ, et ſemper fumãs tenebroſiſſimis delectationũ & cogitationũ uaporibus. Præterea. Aĩa noſtra eſt ſicut puella ſtimulos carnis patiens in medio corruptorum blãdientium & comminantium poſita, ſolam eius corruptionẽ intentantium, in medio, ſcilicet, uoluptatũ blandientium, & aduerſitatum terrentiũ. Sic enim tentat dæmones animam noſtrã corrumpere, uelut puellam, quę in baptiſmo cum Deo contraxit. Pręterea homo eſt uelut in medio uenenatiſſimorum ſerpentum & inſidiantium ſcorpionum habitans, qui uirus ei inſibilare, & mordere, & percutere (niſi repercuſſi) nõ ceſsãt nocte, die, ſomno, & uigilia. Si enim dormiendo uiri ſancti non peccãt, uulnera tamen ſomniantes excipiunt, a quibus poſtea difficilè ſanantur. Concupiſcentia utique ſerpens eſt (ut dicit Aug. ſuper Gen.) Quod ergo quis cõcupiſcẽtiis carnalibus circũdatus eſt, inter tot ſerpentes poſitus eſt, ut unus

ſerpens



ſerpens in oculis habeat ſedem, ſcilicet concupiſcentiã oculorum, unus in auribus, ut eſt concupiſcentia aurium Ezech. 2. Cum ſcorpionibus habitas. Blandiuntur enim a principio, ſed in fine mordẽt, inſtar caudæ ſcorpionum, quia in nouiſſimo morte æterna ꝑcutiunt. Ideo non habet dormire ſpũs humanus, ſed multa ſolertia uigilare.

### *Eodem Sabbato. Sermo 2. & in ordine 38.*

*A Querela. Quia aĩa triplicẽ ſolet habere querelam.*

ANima & corpus ſine querela in die aduẽtus domini noſtri ſeruetur. 1. Theſſ. 5. Triplicem querelam poteſt anima habere. Poteſt enim habere querelam in Deum, in proximum, & in ſeipſam. In Deum, cum tranſgreditur eius mandata, dicendo ſe nõ poſſe ſeruare ea, non poſſe uiuere ſine fraude, ſine uſura, ſine periurio, ſine fornicando, & ſic de aliis. Compulit Pharao filios Iſrael facere muros in exitu terræ Aegypti, ne poſſent exire, quia diabolus in talibus facit addere peccata peccatis, ut inde murum facientes concludantur, ne quaſi perplexi exeant. Cum talibus quæruloſis non habitat Deus, quia Pſalm. In pace factus eſt locus eius. Inde Dauid, quia bellicoſus, non potuit Deo ædificare domum, ſed Salomon rex pacificus. Qui autẽ uult eſſe ſine querela apud Deũ, ſeruet eius mãdata. Baruch. 4. Si in uia Dei ambulaſſes, habitaſſes utique in pace ſuper terram. Pſ. Pax multa diligentibus legem tuam, & nõ eſt illis ſcandalum. Secundò querelam habet contra proximum, quando cum eo habitare non põt. Si in aqua ponatur ſal, clamorem non facit aut ſtridorem, imò ſe cũ aqua incorporat & intimè ſe iungit, cum igne autem poſitum ſtrepere ſolet, & exinde cito reſilire. Sic homo pacificus quando alicui communitati adiungitur, non ſolet ab eis per litigia aut diſcordiam reſilire, ſed magis pacificè cum eis uiuere. Ab igne autẽ ideſt a malis & igneis debet reſilire, & eorum conſortia abhorrere. Tertiã querelam habet ad ſeipſam, quando non eſt pax & ſerenitas in conſciẽntia ſua. Et iſta eſt pax pectoris, quæ ſolum habetur ex gratia Dei, quia non eſt pax impiis dicit dominus Eſa. 48. Propter quod in omnibus epiſtolis præterquam in epiſtola ad Hebræos communiter pręoptat Apoſtolus illud bonum, ſed cum gratia Dei. Ait enim. Gratia uobis, & pax a Deo patre, & domino noſtro Ieſu Chriſto, a quo gratiam illam & pacem requirimus, ſed medio Mariæ, cui dicamus Aue &c.

*B Conſcientia. Conſcientia quadruplex.*

Cum igitur triplex ſit querela, ut iam diximus, ſolum hic de querela pectoris, ſcilicet conſcientiæ aduerſus animam in præſenti dicemus. Pro quo ſciendum, ꝙ quadruplex eſt conſcientia hominis. Quædam mala & pacata, alia mala ſed non pacata. Tertia bona & pacata. Quarta bona, ſed non pacata.

*C Conſcientia. De cõſciẽtia eorum qui abſq; ullo timore peccãt.*

Prima conſcientia eſt eorum qui abſq; ullo timore peccant. Et iſti ſunt in duplici differentia. Nam quidam ſunt tales ex eo quòd neſciunt ſe peccare. Taliter enim aſſueti ſunt, & a taliter a iuuentute imbuti & nutriti in malis moribus, quòd uix alicui credunt de uita ſua, quòd ſit mala. Ex quo patet quanti periculi ſit a iuuentute imbui falſa fide, doctrina, & moribus. Dicunt enim medici, quòd a iuuente aliqui nutriti ſunt ueneno, & ad hoc aſſueti non ſentiunt ipſum. Et tales ſunt infideles inſtructi in hæreſi, & religioſi inſtructi a iuuentute in uita deformi. De quibus Pſalm. Inquinatæ ſunt uiæ illius in omni tempore. Et ſubdit cauſam. Auferuntur iudicia tua a facie eius, quia non cognoſcunt mandata Dei, ideo abſque timore tranſgrediuntur. Sic erant illi, qui interficientes Apoſtolos arbitrabantur ſe obſequium præſtare Deo. Et iſti non ſolum ſuam lædunt conſcientiam, ſed etiam aliorum, quos ut plurimum ad ſimilia prouocant. Cum enim candela dormiendo cadit in lectum ſuccendit lectum & domum & conſequẽter domos proximorum, ſic cũ peccati conſuetudo cadit in conſcientiam taliũ, non ſolum ſeipſos ſed & domum cõſcientiæ propriam ſuccendũt & domos ꝓximorum. Venenum enim (ut dicũt medici) cito per latas uias & uenas diffunditur.

*D Obſtinatio. Quare multi nõ credant uera dicentibus.*

Sed quęritur unde procedit hæc obſtinatio, ut non credant uera dicentibus? Reſpõdetur, quia ſtuduerunt per totam uitam ſuam in libro falſo & incorrecto ſuæ conſcientię, & cum aperiunt illum nihil niſi falſum reperiunt. Credunt autem ſuo libro non alieno, & iterum eſt difficile radere librum illum, & rurſus de nouo in eo ſcribere. Melius autem ſcribitũ in iuuẽtute,

tute,

*E*
*Conſcientia.*
*Quis cõſcientia eſt liber in quo ſcribuntur regulæ iuris naturalis*

tute,qm̃ ſm Ariſt.3. de aĩa. Anima eius
eſt ſicut tabula in qua nihil depictum eſt.
Eſt enim conſcientia liber in quo Deus
tanquam in uero libro textum. ſ. regulas
iuris naturalis conſcripſit. Rom.2. Cum gẽ
tes quæ legem non habent. ſ. ſcriptam na-
turaliter, ea quæ legis ſunt faciunt ipſi ſibi
ſunt lex. q. d. ipſi habent ſeipſos pro legis
codice, qui oſtendunt opus legis ſcriptum
in cordibus ſuis, teſtimonium perhibente
illis conſcientia ipſorum. Secundò in illa
conſcientia ſupra textũ ſcribimus gloſam
ſcilicet cogitationes, affectiones, locutio-
nes, operationes, omiſſiones. Pſalm. In li-
bro tuo omnes ſcribentur, & tunc liber il-
le uerus eſt, ſi gloſa quam ſuper textum fa
cimus concordet. Si uerò diſcordet a re-
gulis iuris naturalis falſus eſt liber & in-
correctus. Eſt enim liber in quo nihil debet
ſcribi niſi ſit prius regulatum regula do-
ctrinæ. Diligentes enim ſunt ſcriptores ad
regulandum ſuos quaternos, pauci tamen
curant de libris cordium regulandi. Nam
aliqui ſunt qui in illo libro legere nolunt,
aut quia liber eſt abhominabilis, & totus
ſcriptus literis nigris peccatorum, neque
ibi ſunt aliquæ literæ aureæ uirtutum, aut
argenteæ doctrinę, ſimiles his qui turpem
habent faciem, nec libenter ſe reſpiciunt
in ſpeculo, ne forte contriſtentur, de qui-
bus Pſal. Noluit intelligere, ut bene age-
ret. Aut magis ſimiles his, qui nihil boni
habent in domo ſua, niſi penuriam & uxo-
rem litigantem, & pueros lachrymantes,
qui propter hoc nolunt ingredi domum
ſuam, contra illud Eccl. 32. Præcure prior
in domum tuam exemplo omnium anima
lium, quæ de nocte, uel in tempeſtatibus,
uel aliunde uexata, recurrunt ad latibula
ſua. Sic & nos ad conſcientiæ noſtræ lati-
bula. Vnde die mortis Cæſaris cum iret in
capitolium datæ ſunt ei literæ indicantes
horam mortis ſuæ, quas ſi ſtatim legiſſet,
periculum mortis euaſiſſet. Nec conſidera
uit q pridie mortis ſuæ fulmen cadens ſu-
per columnam in qua erat eius imago pri
mam ſui nominis & capitalem deleuit lite
ram. Sic debemus ſæpe in literis conſcien
tiæ noſtræ legere, ut mortem æternam eua
dere poſſimus, & ut euadamus eam magis
ſolicite, Deus ſępe capitalem literam, quę
eſt in principio nominis, ideſt abundantiã
diuitiarum, quæ nomen in terris grande
habere facit deſtruit. Nemo enim iſtis die
bus in terris nominatur, niſi habeat diui-
tias, ut ſi quæratur quis eſt notabilior ho-
mo uille. Reſpondetur. qui habet plures
diuitias, quamuis ſit peſſimus. Et quia illæ
diuitiæ, ut plurimum ſunt occaſio mortis,
ideo eas dominus aufert, ut qui p diuitias
a Deo receſſerat, per paupertatem ad eum
accedat. Tertiò, liber iſte conſcientiæ ſic
amplius eſt, ut quicquid nobis neceſſarium
eſt ad ſalutem, ſi interrogemus illic inue-
niamus. Pſal. Multi dicunt, quis oſtendit
nobis bona? Reſpondet. Signatum eſt ſu-
per nos lumen uultus tui domine. Nam im
preſſum eſt in ea parte rationis ſuperioris
lumen diuini iuris, ſeu naturalis, quod a
Deo procedit. Et iſte ignis nunquam eſt
ita extinctus ex multitudine & magnitu-
ne peccatorum, q in ſemper remaneat ali
quis igniculus. Liber quidem iſte nunc ſi-
gnatus eſt, ita ut ſit Deo tantummodo, &
homini cuius eſt conſcientia cognitus, ſed
in die iudicij aperiendus ubi omnes aper-
te legent. Sed multi ſunt, qui neſciunt in
libro illo legere. Aut quia librum conſcien
tię in quo iſta ſcripta ſunt habent ita in-
uerſum & deturpatum luto auaritiæ, q
non apparet in libro, quid ibi ſcriptum ſit,
de quibus Sap.7. Tanquam lutum æſtima
bitur argentum. Alij habent librum ſuum
combuſtum ſicut Babyloni, qui combuſſe
rũt bibliothecam ueteris teſtamenti, cuiuſ
modi ſunt lubrici, qui cũ ita igne luxurię
comburunt, ut in eo nihil ualeant legere.
Quid autem faciendũ erit de illo ſchola-
ri cui pater ſuus dedit pulchrum librum,
& ipſe impignorauit eum in taberna gulæ,
& luxuriæ pro modica delectatione. Alij
habent librum iſtum, ſed ita ſignatum ſi-
gillis diaboli, q ipſum aperire nõ poſſunt,
ut legant, uel ita excæcatos habẽt oculos,
ut in eo nullatenus legere queãt, ut ſuper
bi. De quibus Eſa.28. Erit uobis uiſio om
nium ſicut uiſio libri ſignali, quem cum de
deris ſcienti literas dicens Lege librum re
ſpondebit. non poſſum. Signatus eſt enim
intũs enim non legunt, ideo nihil intelli
gunt. Intelligere ſiquidem intus legere eſt
Pſal. Neſcierunt neque intellexerunt. Alij
ſunt qui libro ſuo nolunt credere, ſed alie
nis libris conſcientiarum dicentes, ego poſ
ſum hoc ita bene facere ſicut ille, in quo
apparet eorũ ſtultitia. Stultus enim eſſet,
qui



qui in teſte conſideret, de quo certiſſimus
eſſet q eius teſtimonium non reciperetur
in iudicio. Dominus enim in teſtimonio
non recipit niſi teſtimonium propriæ con
ſcientiæ. Roma.2. Teſtimonium illis red
dente conſcientia ipſorum, non aliorum.
Ex quo ſequitur, q debemus intelligere
legem Dei a nobis diligenter retinendam,
& obſeruandam, quoniam mandata eius
inſeruit cordi. Nolebat enim auditores le
gis ſuæ dum irent ad ſcholas, poſſe a latro
nibus ſuis codicibus ſpoliari. Secundò ſe-

*F*
*Conſcientia. Quia nõ ſemper adhærendũ eſt regulæ cõſcientiæ noſtræ.*

quitur, q non eſt omnino & ſemper adhæ
rendum iſti regulæ conſcientiæ noſtræ,
quia aliquando errat, & hoc, uel odio, uel
amore. Nimis enim communiter ſtricta eſt
pp odium ad inimicos, & nimis larga pp
amorem ad amicos. Et in hoc errant, ut
plurimum iudices, ſecundũ ſuam conſcien
tiam talem qualem iudicantes. Olim eñ
ſecundum conſcientiam rectam cito hoc
eſt in porta ciuitatis iudicabantur proceſ-
ſus, ut patet in multis ſcripturæ paſſibus,
poſtea remota prima ſyllaba conſcientiæ,
ſola ſcientia remanſit, imò ſuperuenit ſciẽ
tia legum & decretorum, ſecundum quam
facta eſt iuſtitia quodammodo bona, ſed
longa nimis. Tandem adhuc ablata eſt pri
ma ſyllaba. ſ. ſci, & nunc remanet enſis. i.
gladius fortitudinis, & uiolentiæ, qui iu-
bet iuſtitias ad nutum fieri. ſecundum il-
lud. Sap. 2. Sit fortitudo noſtra lex iuſti-
tiæ. Videns itaque Deus q parum per con-
ſcientiæ librum inſtruebamur, & q pote-
rat eſſe mendax liber ille, uoluit legẽ ſuã,
non ſolum interius in libro conſcientiæ
ſcribi, ſed etiam exterius in libro ſacrę ſcri
pturæ, & in libro ſapientiæ humanæ, iuxta
illud Prouer.22. Ecce deſcripſi eam tibi
tripliciter, ſcilicet in conſcienita, ſacra ſcri
ptura, & ſapientia humana. Secunda iſto-

*G*
*Conſcientia. De conſcientia eorũ qui pro nihilo peccare ducũt*

rum differentia eſt, qui ſe ſciunt Deum of
fendere, ſed ita deprauati ſunt, q pro nihi
lo peccare ducunt. Aut qa deſperati uiuũt
propter malorum multitudinem & magni
tudinem, dicentes illud Cayn. Maior eſt
iniquitas mea quam ut ueniam merear.
De quibus Prouer. 18. Impius cum in pro
fundum uenerit peccatorum, contemnit.
Aut quia fidem nõ habent de iudiciis Dei
& uenturi ſęculi. Ex fumo enim cognoſci-
tur ignis, & ex operibus fides. Aut quia cõ
tenti palliamento uirtutis ſub eodem pal-
lio grauiſſima mala perpetrant. Eccleſ. 8.
Sunt impij, q ita ſecuri ſunt, quaſi iuſtorũ
facta habeant, ſed & hoc uaniſſimum iudi
co, de quibus. Pſalm. Putruerunt & corru
ptæ ſunt cicatrices meæ, a facie inſipiẽtiæ
meæ. Conſcientiarum autem lęſarum qua
tuor occurrunt genera. Primum eſt eorũ,

*H*
*Conſcientia. De quadruplici genere cõſciẽtiarũ læſarum.*

qui poſt peccatorum uulnera perfectè ſa-
nati, omnem peccati maculam, reatum, in-
clinationem, & habitum abiiciunt, nec re-
cidiuant, & in talibus non remanent pecca
torum cicatrices. de quibus erat Paulus,
dicens. Nihil mihi conſcius ſum. Præteri-
torum enim uulnerum ſigna in ſe inuenire
non poterat, quem conſcientia non accuſa
bat. Secundum eſt eorum quibus obducta

*I*
*Cicatriũ. De multiplici genere cicatricum.*

ſunt uulnerat, & tamen adhuc remanent ci
catrices, ideſt uulnerum peccati ſigna. Hi
ſunt qui peccare deſierunt, ſed tamẽ a pec
catis plenè purgati non ſunt. Aut qa de-
bitam confeſſionem & ſatisfactionem non
egerunt, uel quia adhuc ad peccata proni-
tatem, inclinationem, aut habitum habẽt,
uel quia ſcrupulus adhuc conſcientiam
exagitat. Aut quia ſæpe cadunt, & ſtatim
reſurgentes conteruntur. Eccle.10. Si ſpũs
habentis poteſtatem ſuper te aſcenderit,
locum tuũ ne dimiſeris, ideſt ſi te ſuperet
tentatio, ne deſeras conſcientiam tuam in
illo peccato, ſed ad eam cito redeas per cõ
tritionem. Tertium eſt eorum qui dum
uulnerati ſunt remedium adhibere non
curant, ita ut quando in eis peccatum co-
gitationis ad opus educitur, quaſi ſanies
ſuperabundans ex cordis uulnere produci
tur. Poſſunt nihilominus adhuc adhibere
remedium, & quandoque pro multitudi-
ne, uel magnitudine peccati contriti reuer
tuntur, ubi pro paruis peccatis non moue
bantur. Secundò, contingit in talibus ſic
ſanari uulnera peccati, ut poſtea in uiros
perfectos euadant, & maiori conſcientiæ
dulcedine perfruantur, ut in filio prodigo
patuit, qui quanto longius a patre receſſit,
tanto maiori gaudij amplexu dum ad eum
rediret ſuſceptus eſt. Docente quippe natu
ra, cuiuslibet rei quantitatem per ſui con-
trarij experientiam iudicamus. Bona enim
quælibet tunc iocundius, & delectabilius
amplectimur, cum poſt longam miſeriam
fatigati reſpiramus. Inde eſt q Dei miſeri
cordiam in noſtra liberatione tanto am-
plius diligimus quanto nobis è uicino ſa-
pit

pit ipſa miſeria, de qua erepti ſumus, & ad tempus derelicti, aliquando melius p tribulationem cognoſcimus quam ſtricte tenenda fuerit gratia, quam tempore quietis minus fortaſſe amauimus. Quartum eſt eorum qui peccati uulnere uulnerantur, & nunquã ſanari poterũt. Hi ſunt in inferno. De quibus Pſalm. Sicut uulnerati dormiẽtes in ſepulchris. Hi non ſentiunt hic dolorem uulneris, eo ꝙ antiquũ ſit uulnus qđ non curatur, ſed in inferno ſentietur, cum ſuper dolore uulnerum dolor gehennæ ſuperaddetur. Qui dicent in fine illud Pſ. Putruerunt & corruptę ſunt cicatrices noſtrę &c. Tertia iſtorum differentia eſt qui cõſcientias cauteriatas habent, qui de paruis conſcientiam faciunt, de magnis uero peccatis non curant, ſimiles iudæis decimãtibus mentam & anetum, grauiora legis prætermittendo. Matth. 23. Similes telis aranearum, quæ paruas muſcas rheti ſuo capiunt, burdones uero non. Tales enim non remordet conſcientia credentes eis licitum eſſe quicquid faciunt. Hi ſunt monachi quarumlibet cerimoniarum ſuarũ trãſgreſſionem confitentes, & de proprietate qua notantur, nullam conſcientiam faciẽtes. His adiunguntur qui conſcientias habent nimis largas, non niſi peccata grauiora ponderantes, ſimiles rheti quo non niſi maiores piſces comprehenduntur & euadunt minores. Eccl. 3. Cor fatui quaſi uas confractum, omnem ſapientiam non tenebit. Deberent enim eorum conſcientiæ eſſe ſicut uenæ ſtricte, quę animalia a ueneni damno pręſeruant. Venenum enim non facilè penetrat ad cor animalium habentiũ uenas ſtrictas. Et hæc eſt cauſa quare ciconiæ comedunt ſerpentes, nec nocẽt eis, nõ ſic in animalibus habẽtibus uenas largas.

K
*Conſcientia. De conſcientijs cauteriatis et largis.*

L
*Conſcientia. De conſcientia mala nõ pacata.*

Secunda conſcientia mala ſed non pacata, eſt eorum qui libenter ſe a peccato & peccati uoluntate ſubtraherent, ſed impedit eos pudor cõfitendi peccatum propter magnitudinem, aut eorum prompta eſt inclinatio ad peccatum, uel quia ſperant diu uiuere, & propter hoc nõ obſtante remorſu conſcientiæ ſuæ differũt conuerſionem ſuam, uel quia in peccato perplexi ſunt, & neſciunt quomodo exire, uel propter difficultatem caſus ſui, uel quia erubeſcunt ſuper hoc a ſapientibus conſilium perquirere. A talibus enim conſilium quęrendum eſt de conſcientia ſua, uel a ſpiritualibus uiris, & non a mundanis. Thob. Conſiliũ a ſapiente perquire. Ab alio quippe conſilium q̃ri debet qui in illa re peritus eſt, nõ ab alio Ariſtotel. 3. Ethic. Vnuſquiſquę bene iudicat de his quæ nouit. Sicut non poſſet tibi bene conſulere lanifex de arte pictoria, aut miles de negociatione. Mundani autem, ut plurimum, nihil in libro ſuæ conſcientiæ legunt, ſed magis in libro mũdi, in diuitiis, & honoribus, in quibus multum proficiunt. Ideo ab eis de huiuſmodi quærendum eſt conſilium, non de conſciẽtia. Quomodo enim de aliena conſcientia bene iudicarent, qui de ſua conſcientia nõ bene iudicant? Conſcientia enim eorum tenebroſa eſt, ſicut & ſpũalium uirorum ſerena. Exo. 10. Vbi erant filij Iſrael, ſcilicet in terra Ieſſem, quod interpretatur propinquitas, ad Deum ſupple, erat lux ubi erant Aegyptij, tenebræ. Huiuſmodi autem conſcientiæ malæ quatuor ſunt conditiones.

M
*Conſcientia. Quia conſcientia mala per latibula quærit.*

Prima eſt, ꝙ talis conſcientia ſemper latibula quærit, ubi bona quęrit in palam eſſe & operari. Io. 3. Qui male agit, odit lucẽ & non uult uenire ad lucem, ut non manifeſtentur opera eius. Seneca epiſtol. 79. ad Lucillum. Conſcientia noſtra non ſuperbiat timens reprehendi. Bona eñ conſcientia turbam aduocat, mala etiam in ſolitudine anxia eſt, & ſolicita, & ſic tota malorum uita uelata eſt, & in tenebris, boni uero in luce. Dicit Plinius. ꝙ nobilis animi ſignatio eſt in leone, qui quantacunque ſit uis canum, uel uenatorũ ipſum perſequẽs exhibet ſe in campis ubi expectari poteſt, & ſi intra uirgulta, uel ſpineta fuerit uelociſſimo curſu petit publicum, abſconſionẽ quaſi reputans eſſe turpitudinem. Conſimilis eſt nobilitas in animo iuſti, de quo 1. Macha. 3 Similis factus eſt leoni in operibus ſuis. Diligit enim eſſe in patulo, maximè quãdo uenatores & canes ipſum perſequuntur, ideſt quando tentatio fortis ſuperuenit. Eſa. 49. Dedi te in fœdus populi, ut diceres, his qui uincti ſunt exite, & his qui in tenebris ſunt reuelamini.

N
*Conſcientia. Quia conſcientia mala eſt formidoloſa.*

Secunda conditio eſt, ꝙ huiuſmodi conſcientia ſemper eſt formidoloſa & timida, maxime cũ grauioribus culpis tenentur obnoxij. Aut pro periculo damnationis æternę. Vnde tales ſæpe de nocte terroribus admonẽtur & quandoque etiam de die. Aut ẽt non-

nunquam



quã pro diffamationis formidine. Turpiſſima eñ eſt macula, quę eſt in facie, quę fugit uiſum hominum. Sic turpitudo cõſciæ reuelari timet. Duorũ latronum aut quorũuis aliorum non recta ſocietate iunctorum, ſemper alius ne ab alio diſcooperiatur, metuit. Hic eſt gladius timoris pendẽs ad columnã iudiciorũ Dei prope lectũ Olofernis. i. conſciam pctõris. Sap. 17. Cum ſit timida nequicia, data eſt in omniũ condẽnationẽ. Semp eñ præſumit ſæua perturbata conſcia. Conſuetudo enim eſt eorum qui habent aliquam nequiciam in corde, ab aliis quærere quid de eis dicatur. Qđ prouenit ex tremore conſciæ, in qua eſt frigus iniquitatis, & carentia ueſtis nuptialis. Timui, inquit Adã, eo ꝙ nudus eſſem. Reprobatur enim conſcia mala a ſeipſa, q̃ teſte nemo nocens abſoluitur. Cato. Conſcius ipſe ſibi de ſe putat omnia dici. Sed econueſſo. Prouer. 18. Iuſtus quaſi leo cõfidens abſque terrore erit dicens illud. Pſ. Si conſiſtant aduerſum me caſtra, in hoc ego ſperabo. Grego. Bona conſcientia nullius oculos fuit.

O
*Conſcientia. Quia cõſcientia mala ſẽper eſt inquieta.*

Tertia conditio eſt, ꝙ eſt inquieta. Pſ. Non eſt pax oſſibus meis a facie pctõrum meorũ. Oſſa ſunt ratio, uolũtas, & memoria, quæ ſunt robur animæ, quæ a ſe inuicem diſſident, & inuicem impugnãt. Sed & uitia, & inclinationes malæ eas infeſtant, ut ſit intus, & extra pugna, intus in anima, extra in carnis inclinatione. Sed & conſcientia cõtra illa pugnat & clamat, tanquã mulier litigioſa, quæ contra uirũ in uerboſitate obtinet campũ. Proue. 27. Tecta perſtillantia in die frigoris, & & mulier litigioſa comparantur. Compellit enim hæc uirum a domo ſua diſcedere ſi uelit habere pacem, & ad exteriora delectari, ſed illa eſt falſa pax. eo ꝙ intus eam non habet De qua pace. Eccle. 11. O mors q̃ amara eſt memoria tua homini iniuſto pacem habenti in ſubſtantiis ſuis? Quia cum intus non habeat pacem, nihil eſt illa pax, niſi ad eius æſtimationẽ Eſai. 57. Cor impij quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt. Sicut enim rex naturalis non perfecte quieſcit niſi ueniat ad ſuum locum naturalem, ſic nunquam erit quieta conſcientia, donec Deo approximet & iũgatur, qui eſt eius locus munitus. Pſ. Eſto mihi in locum munitum. Sicut enim terra nõ eſſet in medio mundi non quieſceret. Sic nec conſcientia quieta eſt, donec ad mediũ uirtutis perueniat. Hæc autem pax procurari non poteſt, niſi per confeſſionem, quæ eiicit ſordes inquietantes conſcientiam. Eſa. 7. Creaui fructum labiorum pacẽ his qui prope, & his qui longe, & ſanaui eos. Corpus plenum malis humoribus, nunquã eſt in pace uitæ corporalis, purgatum uero quieſcit. Tantus autem eſt huius mulieris clamor, ut vltima ſemper maneat in clamando contra peccatorem. Cæteris enim potentiis uictis, illa ſola manet ad pugnã contra eum dicens illud. Iob 1. Ego effugi ſola, ut nunciarem tibi. Cum enim ignis concupiſcentię deſcendens de cœlo, ideſt a diabolo, concuſſit oẽs ſeruos peccati. i. ſenſus, uoluntatẽ, & affectionem, ipſa ſola permanet incõbuſta. Eſt aũt fidelis & legitimus pcurator, q in audiẽtia reclamat qñ audit aliquid fieri cõtra dñm ſuũ dicens, hoc male factũ eſt. Quarta conditio, talis cõſcia eſt pctõri quaſi importabilis. Nihil eñ eſt ei magis oneroſum q̃ ſua conſcia pctis onerata, ſicut nihil hoi magis oneroſum eſt q̃ mulier obiurgans. Exemplũ de illo, q in periculo maris conſtitutus, dum alleuiaretur nauis petiit a nautis ut uxor ſua primum eiiceretur, eo quòd nihil ſibi eſſet in naui ponderoſius & oneroſius quã eam portare. Iob 9. Poſuiſti me contrarium tibi, & factus ſum mihimetipſi grauis. Vnde & Prouerbium eſt Ariſtotelis. Hirundinem in domo tua ne ſuſtineas, ideſt garritum conſcientiæ in te ne ſuſtineas Bellum inteſtinum periculoſius eſt, hoc autem eſt bellum inteſtinum quod tanto periculoſius eſt, quanto contra peccatorem plures inſurgunt hoſtes, qui non ceſſabunt perſequi peccatorem, donec Deo reconcilietur. Quia ſi non reconciliet, ſcriptum eſt de his in pſ. Contritio & infelicitas in uiis eorũ, & uiam pacis non cognouerũt. Et ſubdit cãm, non eſt timor Dei ante oculos eorũ. Præterea nulla eſt homini maior aduerſitas, & importabilior. q̃ conſcia remordens, nulla maior peſtis q̃ã familiaris inimicus, qui nocte & die dormit cũ eo, ita ut ad quẽcunq; locũ fugias, te remorſus conſcientiæ ſequatur, & quicquid homo uult fugere poteſt, præter conſcientiam ſuam, quæ ubique ipſum inquietat, de qua Iob. 37. Ab interioribus egredietur tempeſtas. Quinta

N conditio,

P
*Conſcientia. Qūo ex multis turbatur conſcientia peccatoris.*

conditio, quia hæc conſcientia turbata eſt, pp̄ quod dicebat Pſ. Conturbata ſunt oſſa mea, & anima mea turbata eſt ualde. Si tāta ſit turbatio de ſuorum temporaliū amiſſione, quanta eſt in anima de ſui & Dei p̄ditione, quæ ſunt æterna bona? Hæc autē animæ turbatio ex quinq; contingere poteſt. Primò, ex terroribus diuinorū iudiciorum agitantibus peccatorē ſibi conſcium, quibus Deus eū ſtimulat ad ipſum redire, & ad opus bonū excitat. Pſal. Qm̄ grauata eſt ſuper me manus tua, conuerſus ſum in erūna mea dum configitur ſpina. Quis .n. uidet gladiū ſuper ſe cadentē, qui non turbetur? Sap. 17. Semp̄ præſumit ſæua. i. crudeles pœnas ſuper ſe uenturas, perturbata conſcientia. 2. Paralipo. 15. In diebus illis non erat pax egredienti & ingredienti, ſed terrores undique. Sc̄dò, turbant conſuetæ delectationes pc̄tōrum, & motus animales uelimus, nolimus ſuperuenientes. Nā cum homo ad conſciam̄ redit, pc̄tōrum delectationes ſibi occurrunt pp̄ conſuetudinem, quaſi connaturales, & ideo turbatur non potē in ſeipſo ſtare. Non mirū ſi turbatur ciuis uidens hoſtes crudeliſſimos in medio ſuæ ciuitatis, ſi turbatur paterfamilias uidens ignē ſuccendere principaliorem partem domus ſuæ. ſ. conſcientiā ſuam. Dicit Philoſophus 13 de animalibus, ꝙ oſſa leonis ſunt duriſſima, & medulla carentia, iō ab eis dum inuicem colliduntur procedit ignis. Sic memoria, intelllectus, & uoluntas (quæ ſunt oſſa, & robur animæ) deſtitutę gratia Dei, inuicem colliduntur, & pugnant, quia in eis exardeſcit ignis delectationis uehemēter affligens, & ex alia parte timor & terror gehennæ. Greg. Intus p̄ deſiderium ardet conſcientia, & ſic nō eſt pax homini malo. Vnde Iob 5. Beſtiæ terræ erunt pacificæ tibi. i. animales motus, & ſcies quia pacem habeat tabernaculū tuū. Tertium eſt cogitationum euagatio. Nam quibuſdam tantus tumultus cogitationum ſe ingerit, ꝙ nec unum Aue Maria quieta mente dicere poſſunt, & tales merito ſuauitatem, & deuotionem orationis perdūt. Huius tumultus una cauſa eſt mentis diſtractio, & nimia occupatio in rebus exterioribus. Et ideo, qui ad amplexum internæ quietis cupit attingere, neceſſe eſt ipſum uacare, & quieſcere, non ſolum ab operibus malis, ſed etiam a ſuperuacuis cogitationibus. Aliter ſecundum Richardum de ſancto Victore non experiretur illud propheticum. Guſtate & uidete qm̄ ſuauis eſt dominus. Pax enim cordis eſt quaſi cubicularius regis ad quem ſpectat compeſcere ranas ne cantent, ideſt ne uagæ & immūdę cogitationes inſurgant. Alia cauſa huius tumultus eſſe pōt malitia huius cōſciētię. Sicut uxor mala facit hoīem exire domum ſuā, & ubiq; uagari, ſic cōſcientia mala quæ nihil habet intus boni. Quartū eſt paſſionum moleſtatio. Nā paſſiones, quæ in nobis ab exterioribus indigētiis proueniūt, uel ēt ab exterioribus motibus inſurgunt, adeo ēt continnè moleſtant hoīem, & cōcutiunt, ut tota uita humana præſens, non niſi quædam pugna & malitia eſſe uideatur. Iob 7. Hæc tn̄ moleſtia pugnæ, in uiris perfectis quietem mentis internā non tollit, ſed auget. quia ſecundum Greg. Quāto mens ſe percipit in exterioribus affligi & diſtrahi, tanto auidius in pace ęternæ quetis appetit delectari, ſm̄ q͛d promiſit dn̄s diſcipulis ſuis. Io. 16. In mundo præſſurā habebitis, in me autē pacē. Quintum eſt uermis continuè rodens. Sicut enī uermis in radice tollit fructū, ſic uermis conſcientiæ ita animam turbat ut eam impediat a fructu boni operis, maximè quando procedit de pc̄tō occulto cordis. Prouer. 25. Sicut tinea ueſtimento, & uermis ligno, ita triſtitia uiri nocet cordi. Sicut enim uermis quātum ad tactum eſt mollis, ſed quo ad effectum durū, ſic peccatum in principio molle eſt, ſed effectus eius duriſſimus, eo ꝙ nō ceſſat rodere cor humanum uſquequò deſcendat in infernum. Quod enim conſcientiam lædit ſemper ad memoriam redit. Statius in Thebaide. Nanque aſſiduis circūuolat alis ſæua dies. Iob 30. Nocte os meum perforatur doloribus, & qui me comedūt non dormiunt. Geneſ. 1. Congregationes aquarum. i. diuitiarū & deliciarū, quę ſunt peccati cauſa, uocauit maria. i. amaritudines, & Deo, & pc̄tōri. Quodlibet enī pc̄tm̄ eſt fel Deo porrectum, immò & peccatori ſordes & ſtercora. Sextum eſt diaboli miniſterium, quia cōſcientia eſt quædam lucerna uel igniculus diuinus, circa quam uolat noctua, ut eā extinguat, ne turpitudinē uitę ſuæ uideat, & inde triſtetur & doleat. Et hoc maximè cōtingit in his, qui ſibi uolunt cōſtituere gloriā iuxta nomē magno-





rum qui ſunt in terris. Nec mirum ſi quærit diabolus illud diuinum lumē extinguere, ut in eo accendat ignem inferni. pſ. Circūdederunt me ſicut apes ad pungendum conſcientiam aculeo peccati, & exarſerūt ſicut ignis in ſpinis. i. in illis punctionibus fecerunt ut arderet ignis concupiſcentiæ, q͂ eſt ignis infernalis. Nam & ſi quis bene cōſideret conſcientia talium eſt infernus quidam, ſed multū differens ab inferno communi.

Q
*Infernus De triplici inferno.*

Primò, quia infernus communis eſt exterior, iſte interior pſal. Eripe animam meā ex inferno inferiori. Eſt enim triplex infernus, mundus iſte, conſcientia nequā, & baratrū abſorbens impios. Primus eſt ſuperior, ſecundus inferior, tertio profundiſſimus. Primus torquet pios. 2. Thimo. 3. Omne qui piè uolunt uiuere in Chriſto Ieſu perſecutionem patiuntur. Sc̄ds impios. Tertius obſtinatos. In medio primi omnis iniuſtitia. Pſal. In medio eius labor & iniuſtitia. in hoc quodammodo ſecundo, & tertio infernis deterior, qa in illis nōniſi impij iuxta ſua demerita torquētur in iſto uero impij impuniti exaltantur & uenerantur, & boni deprimuntur. In ſecundo eſt malitia torquens, & uermis mordens, ideo dicitur infernus inferior, ab infra inferior, quia infra animā eſt, ſine quo infernus nullus eſt. [In tertio uero ultra hæc omnia eſt uermis adurens. De primo ſcribitur in pſa. Dolores inferni circumdederunt me. Hoc dicit uir ſanctus, qui in hoc mundo undique circundatur doloribus. Eſt enim mundus uelut limbus, in quo ſancti uiri præter ſuam uoluntatē detinentur Iob 17. Si ſuſtinuero. ſ. patiēter, infernus domus mea eſt. De ſecundo dicitur Iob 26. Nudus eſt infernus coram eo. & iterum pſ. Conuertant peccatores in infernum. i. in conſcientiam torquentem. De tertio. Iob 17. In profundiſſimum infernum deſcendēt omnia mea. Nihil enim propriè noſtrum eſt niſi pc̄tm̄, nec in illud profundiſſimum inferni quiſquam deſcendit, niſi illo proprio oneratus. Secundo differunt infernus communis & conſcientia nequam, quia conſcientia nequam mors eſt prima. Dicunt Phiſici ꝙ ſi uideamus in oculis infirmorum pupillas iā mortuas, certa eſt deſperatio uitæ. Sic nō uiſa puritate uitæ, ſignum eſt mortis ſpiritalis animę. Infernus uero communis eſt mors ſecunda. Apoc. 2. Qui uicerit, non lædetur a morte ſecunda. Tertio differunt, quia ab inferno communi non eſt reditus Sap. 2. Non eſt agnitus qui reuerſus ſit ab inferis, ſed a ſecundo inferno eſt aſcenſus per pœnitentiam, quæ eſt ſcala altiſſima, cuius duo latera contritio, & confeſſio, gradus medij bona ſatisfactionis opera, q̄bus pœnitens aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit quem aſcenſum imprecabatur pſ. Ne derelinquas animam meam in inferno. Et iterum. Domine eduxiſti ab inferno animam meam. Reliquię duæ partes tractabuntur in craſtinum.

*Dominica 1. quadrageſimæ. Sermo 1. & in ordine 39. per thema epiſtolæ.*

A
*Seruus. Quatuor conditiones requēſitæ in ſeruo.*

NOn *uocauit uos dominus in immundiciam.* 1. Theſſ. 9. Quatuor in ſeruis ſuis principaliter requirunt nobiles. Primò, ꝙ ſint in obſequio dn̄i prudentes, ut ſciant bona ſua prudenter multiplicare, ne forte ſicut ſeruus, qui abſcondit pecuniam dn̄i ſui, puniantur. Sic uult nos Chriſtus prudentes eſſe in agendo, quæ ſunt ſalutis nr̄æ & ſuæ uoluntatis, ut abundemus de uirtute in uirtutē, & hoc dicit Paul. Rogamus uos, & obſecramus in dn̄o Ieſu, ut quēadmodū accepiſtis a nobis, qūo oporteat uos ambulare, ſic ambuletis ut abundetis magis. Stultiſſimus eſſet ſeruus qui alicui ſeruiret cum quo expectaret prouiſſionem magni beneficij, puta abbatiæ uel epiſcopatus, & non curaret, ſed laboraret ſolum pro illo qui ſibi poſſet tantum dare unam præbendam paruam. Sic nos, qui nolumus Deo ſeruire, qui nobis pōt dare regnum, & uolumus ſeruire mundo, qui ſolum dat præbendam equo noſtro. ſ. carni. Secundò requiritur, ꝙ ſint mundi. Vnde ſequitur. Scitis enim quæ præcepta dederim uobis per dn̄m Ieſum. Hæc eſt uoluntas Dei ſanctificatio ueſtra, ut abſtineatis uos ab omni fornicatione, ut ſciat unuſquiſque ueſtrum uas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore. Leuit. 19. Sācti eſtote, quia ego ſanctus ſum. Conſuetudo magnatum eſt habere ſeruos ſibi ſimiles, ut ſi ſit dominus auarus, auaram familiam, ſi caſtus caſtam. Eccl. 12. Secundum ducem populi ſic, & miniſtri eius. Et quia Chriſtus eſt mundus & ſanctus, uoluntas ſua eſt ut ſimus mundi. Qn̄ uadis ad tabernam ut quæras uinū lautū potum. Sic cū uadis ad eccleſiam ut deus eleemo-

ſynam tibi infundat.2.Reg.12. dixit Abi-
melech Dauid petenti panem ſanctũ.Mun
di ſunt pueri maxime a mulieribus, & ait
Dauid.Continuimus ab heri & nudiuſter-
tius,& ſunt uaſa puerorum ſancta.Tertiò
requiritur,ꝙ ſint diligentes in opere ſuo.
Ideo dicit Paulus. Non in paſſione deſide
rij,ſicut & gentes quæ ignorant Deũ. Sunt
eñ ocioſi in deſideriis.i.gentes hoc faciũt
quia ignorant Deũ: 1.Cor.4. In omnibus
exhibeamus nos ſicut Dei miniſtros, hoc
eſt in oĩ diligentia exhibeamus &c. Quar
tò ꝙ non ſint cupidi,quia ipſe liberalis eſt
dans oĩa amicis & inimicis. Nõ.n.eſt malũ
qđ nõ faciat cupiditas,Qui enim habet in
horto ſuo ſtipitem põt in eo inſerere qué
cunq; ramũ uoluerit.Sic diabolus in ſtipi
te cupiditatis.1.Timo.5.Radix omniũ ma
lorum cupiditas.ideo ſubdit Paulus.ne q̃s
ſupergrediatur,neq; circũueniat in negotio
fratrem ſuũ qm̃ uindex eſt dñs,de his om-
nibus ſicut prædiximus uobis & teſtificati
ſumus,& rationẽ ſubdit per uerba propoſi
ta,qm̃ non uocauit nos Deus in immundi
ciam,ſed in ſanctificationem,& ſi iſta ob-
ſeruemus,non ſolum ſeruorum,ſed ẽt fi-
liorum mercedẽ habebimus,mediãte illa
de qua dicitur,filij merces fructus uentris,
cui dicamus. Aue.

Qui uult ab aliquo magno principe co
pioſam bonorũ multitudinẽ ſibi elargiri,
neceſſe eſt ut habeat uas paratum ad illud
reponendũ. Et quia nos dñs uocat ad elar
gitionẽ bonorũ ſuorũ ſpiritualiũ, neceſſe
eſt nos habere uas præparatum ad ea reci-
pienda.Qđ uult Apoſtolus in hac epiſtola
dicens. Sciat unuſquiſq; uas ſuũ poſſidere
in ſctificatione.i.ad recipiẽdum dona Dei,
quę nos ſanctificant.Vas aũt iſtud eſt,con
ſcientia bona de corde puro & non ficto.
Ideo mane dicemus quõ nos uocat dñs ad
elargitionem bonorum ſpiritalium expo-
nendo textũ epiſtolę.Altero ſermone poſt
prãdium dicemus de conſcia bona,heſter-
ni ſermonis reſiduum declarantes.Ad pri
mi itaq; expeditionẽ dicimus iuxta textũ
epiſtolę,ꝙ dñs uult nos abundare triplici
bono, ſcilicet. Primò in bonis charitatis.
Scđò,in bonis mundiciæ & caſtitatis.Ter-
tiò,in bonis fidelitatis.Primò,uult nos eſ-
ſe bene proficientes & abundantes in bo-
nis ſuis,nec eſſe coquinos.Et propter hoc
Paulus, q̃ uidit archana uerba cognoſcẽs
eius uoluntatẽ.Rogamus & obſecramus in
domino Ieſu.i.per beneficia eius,ut quẽad
modũ accepiſtis a nobis quõ uos oporteat
ambulare,& placere Deo,ſic ambuletis ut
abundetis magis,& ſitis magis diuites. Et
ſi quæratis quõ hoc fiet.Reſpondet, ſcitis
enim quæ præcepta dederim uobis ꝑ dñm
Ieſum, illa ſufficiunt ad abundandum. Et
ſi dicatur ꝙ ſancti omnia dimiſerunt pp
eum quõ ergo abundauerunt.

B

*Abũdantia. quis abũ dãtia diuitiarũ multum periculoſa.*

Reſpondet ꝙ ſunt plures modi abundã
tiæ.Vnus eſt modus abundãtiæ diuitiarũ,
& hac abundant plus mali quam boni.Pſ.
Ecce ipſi pctõres & abundantes in ſæculo
obtinuerunt diuitias.Videmus enim arbo-
res ſilueſtres,q̃ nihil,aut parum ualẽt plus
abundare in fructibus quam bonas & do-
meſticas.Aĩalia ẽt mala,& fera plus abun
dant in fœtibus & filiis,ut lupus & canis,
quã bona,ut ouis,uel uacca, q̃ in uno an-
no tm̃ habent unum fœtum,ubi alia habẽt
octo uel nouem,ſic de malis & hæc abun-
dantia eſt ualde periculoſa. Primò, quia
ex ea naſcitur ſuperbia,& Dei contemptus
& proximi.Iob 12. Abundant tabernacu-
la prædonũ & audacter prouocant Deum
cum omnia dederit in manus eorũ. Sicut
qui diligit meretricem odit ſponſam ſuã,
ſic qui pecuniam diligit odit Deum. Luna
quanto plenior,tanto a ſole remotior.Ta
les ut communiter abundant cum diuitiis
in ſcientiis ſecularibus. Roma. 4. Vnuſquiſ
que in ſuo ſenſu abundat.Sed Eccle.19.di
citur. Melior eſt homo qui minuitur ſapiẽ
tia,& deficiens ſcientia in timore Dei,quã
qui abundant ſenſu & tranſgreditur legẽ
Dei altiſſimi. Secundò,hoc idem proba-
tur, quia tales abundant amicis. Pſalm.
Vxor tua ſicut uitis abundans, filij tui ſi-
cut nouellæ oliuarum, & etiam deliciis.
Pſalm. Cibaria miſit eis in abundantia; &
pluit ſuper eos ſicut puluerem carnes.
Hæc autem abundantia generat ſuperbiã.
Equus de abundantia præbendæ contra
dominum ſuum recalcitrat.Contra quam
elationem multum ualet meditatio mor-
tis,qua quis conſiderat, ꝙ talem derelin-
quet abundantiam. Iob.5. Ingredieris in
abundantia ſepulchrum, ideſt inter ipſas
diuitias & delicias cogitabis de ſepul-
chro, & habitaculo mortis. Eccleſiaſt.
28.Memento paupertatis in diebus abun
dantiæ. Secundò, generat luxuriam
& im-



& immundiciam.Hiere.5. Saturati ſunt &
męchati ſunt, & in domibus meretricis lu
xuriabantur,ut abundantia fimi ſpinas &
urticas generat.Ezechiæ.16. Hæc fuit ini-
quitas Sodomæ ſororis tuæ, ſaturitas pa-
nis,abundantia,& ocium. Sicut abundãtia
humorum cauſare ſolet infirmitates,ſic di
uitiarum,abundantia iniquitates. Tertiò,
contemptum Dei,inobedientiam, & obli-
uionẽ eius,ut accipiter ſaturatus, & galli-
næ in Auguſto contemnunt uenire uoca-
tæ.Hiere.22. Locutus ſum ad te in abundã
tia tua,& dixiſti.Nõ audiam.Vñ Effraim,
& Manaſſes fratres fuerũt.i.augmentum &
obliuio.Sed tribulatio,quæ conſequit̃ hãc
abundantiam,ſæpe medetur huic periculo
ut patet in Manaſſe,qui in pſperitate obli
tus Dei, eum in tribulatione recognouit.
4.Reg.24. Eſa.28. Tantummodo ſola ue-
xatio dabit intellectum auditui.Sic proſpe
ris ſuccedentibus pincerna Pharaonis obli
tus eſt interpretis ſui,quem tamẽ recogno
uit in neceſſitate Pharaonis. Eccl.24.Qui
emittit diſciplinam ſicut lucem. Illa enim
eſt, quæ illuminat ignorantes Deum inter
proſpera.Pſ.Nox.ſ. aduerſitatis illumina-
tio mea in deliciis meis. Quartò, inclinat
aduanam iocunditatem. Pſal. Induti ſunt
arietes ouium, & ualles abundabunt fru-
mento,clamabunt etenim hymnum dicẽt.
Vnde Cain interfecit Abel.i.poſſeſſio lu-
ctum pœnitentiæ. Quintò,cauſat conten-
tionem.Geneſ 13. Erat quippe ſubſtantia
eorũ multa nimis,& nequibãt habitare cõ
muniter. Vñ facta eſt rixa inter paſtores
Abraham & Loth, ſicut hodie inter clau-
ſtrales,& ſæculares, inter pauperes & di-
uites,inter diuites & diuites, propter meũ
& tuum.Illa tñ abundantia diuitiarũ con-
ſeruatur maxime per concordiam. Hinc
cum Iſaac fecit pacẽ cum Abimelech,ipſo
die inuenerunt paſtores eius cum eo puteũ
abũdãtię.Pſ.Fiat pax in uirtute tua,& abũ
dantia in turribus tuis.Sextò,cauſat om-
nium bonorum corruptionem. Sicut ex fe
ce craſſa uinum corrumpitur & immuta-
tur,& pp fecem habet de uaſe in uas tranſ
fundi, ſic ſæpe neceſſarium eſt ipſum de
diuitiis in paupertatem transferri. Hiere.
44.Fertilis fuit Moab ab adoleſcentia ſua,
& requieuit in fecibus ſuis, quia non eſt
transfuſus de uaſe in uas.Septimò,generat
falſam ſecuritatem pſ.Ego dixi in abundã
tia mea,non mouebor in æternum. Auer-
tiſti faciẽ tuam a me, & factus ſum conturbatus.
Iſtis uñ ꝙ fortuna ſua nõ poſſit peri
re aut immutari, non attendentes ꝙ poſt
uaccas pinguiſſimas ſucceſſerunt macerri-
me,quæ præcedentes deuorauerunt,ita ut
ſequantur anni tantæ ſterilitatis, ut obli-
uioni tradatur cuncta retro abundantia.
Vt patuit in Creſo rege Lidorũ, qui poſt
multa regna perdita & innumeras diuitias
inter captiuos per totã uitam ductus eſt.

C

*Abundãtia. quia abũdãti malicię inducit mortẽ æ.*

Secunda abundantia eſt maliciæ quæ eſt
malorum morum cito inducent um mor
tem ęternam,de qua Matth.24. Qm̃ abun
dabit iniquitas,refrigeſcet charitas multo
rum. Sicut eñ terra inculta ſolet abũdare
ſpinis & tribulis, ſic q̃ ꝑ penitentiam non
col̃ĩ uitiis abũdat.Quandoq; tumultuoſis
garrulatõibus.Pſ:Os tuũ abundauit mali-
cia Quandoq; abũdãtia iniquitatis in cor-
de,Mat.12.Ex abũdantia cordis os loquit̃
Hęc abundantia qñq; uocat̃ pctã illa quæ
nõ habent aliquam delectationẽ, ut inui-
dia,& ira,uel quæ exterius ſcãdalizãt Hęc
eñ abundantia depauperat,de peraccidẽs
tñ eam ſequit̃ uirtutum abundantia. Nam
ualles in quibus aquę & feces abundant
ſolent poſt receſſum fluctuũ & aquarum in
fructibus amplius abũdare.Roman.5. Vbi
abũdauit delictũ,ſupabundauit & grã.Si-
cut eñ terra fertilior eſt pp lutũ, qđ ſuꝑ
eã remanſit poſt receſſum aquarũ, ſic qui
pctĩ luto abundauerũt,quia p̃teritorũ uitio
rũ manet humor.i. memoria pp q̃ mẽs ſpi
ritaliter habilior efficit̃ ad producẽdũ bo-
norũ operũ fructus,meliores poſtea fiunt,
ut patuit in Paulo & Magdalena Iſidorus
Non reſpicis Deus quales antea uiximus,
ſed quales in fine erimus.Sed hanc abundã
tiã culpæ ſequitur abundantia pœnæ.Pſal.
Retribuet abundanter facientibus ſuper-
biam.

D

*Abundãtia. De abundãtia meritorum.*

Tertia eſt abundantia iuſtitiæ & me
ritorum qua ſancti uiri abundant, & pro-
pter quam in futuro bonis cœleſtibus abũ
dabunt. Abundantia florum cauſa eſt abũ
dantiæ futurorum fructuum, nec poteſt
haberi fructus niſi præceſſerint flores. Phi
lip.1. Charitas ueſtra magis ac magis abũ
det. Matth. 13. Abundans abundabit.
Qui abundat hic in meritis, in futuro abũ
dabit in gloria. Pſalm. Memoriam abun-
dantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt. Quia
ſi non abundant hic in corporalibus diui-

 tiis,

tijs,in futuro plus cęleſtibus abundabunt. Sicut oliua, quæ ſi in vno anno deficiat, plus in alio abundat:ſic iſti ſi nihil habeãt in hoc mundo,in futuro plus abundabunt. p̃s. Orietur in diebus eius.ſ.iuſti, iuſtitia. ecce meritum,& abundantia pacis,ecce p̃mium. Sed circa hoc quæritur, vtrum ſemp debeamus ambulare de bono in melius? Sic (inquit) ambuletis, vt abundetis magis. In oppoſitum arguitur,quia quãdo quis ieiunat ex deuotione,põt illud nõ facere,& ſic non ambulare in melius. Rñſio. Põt quis dupliciter remitti. Vno modo,in feruore. Alio modo in opere. In feruore põt quis remitti, nec eſt contra Dei præceptum,aut Apoſtoli, quia põt homo hodie magis eſſe deuotus, qui cras minus erit. Sufficit enim ad implendum præcepta ex intentione præcipientis: quãtumcũque remittatur feruor opis,ꝙ fiat ex amore Dei. Secundò fieri põt remiſſio in opere, vt de ieiunio,vel eleemoſina,vel aliquo alio: & hoc põt fieri multis modis. Vno modo,ꝑꝑ maiorem indiſpoſitionem operantis, vt cũ ſuperuenit aliquod infortunium, vel infirmitas,vel paſſio, quare nõ põt ita bñ Deo attendere,& ſic non eſt peccatũ. Sed ſi patienter feratur,ſufferentia æquiualet bono quod fieri debebat:vt patuit iu Aaron,qui mortuis ſuis duobus filiis non potuit offerre ſacrificium lugubre. Leuit.x. Secundò, qñ opus dimiſſum cõmutatur in melius, & ſic talis abundat, vt ſi ieiunium ꝑꝑ prædicationem dimittatur. Tertiò,qñ ꝑꝑ puſillanimitatem dimittitur opus bonum aſſuetum: & ſic ſi ſit opus ꝙ exerceri deberet ex voto,ſtatu,vel officio,quandoq; eſt mortale,qñq; eſt veniale. Si verò ſit opus ſupererogationis,quia nulla eſt cauſa rõnabilis dimittẽdi,vel eſt ueniale, vel mortale peccatum, non ex effectu, quia dimiſit illud. (Ad hoc.n.non obligatur,) ſed ex cauſa,q̃ eſt vitium,ſeu vitioſa. Scđò vult dñs, vt ſimus firmi,ne cadamus in peccatũ, ne effundamus, quã ſupra diximus abundantiã virtutũ. Qui enim cadendo frangit vtrem, vinum perdit in eo contentum. Vnde ſubdit:hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra. Sanctus.n.idem eſt ꝙ firmus, & ſanctificatio idem eſt ꝙ firmitas. Non poteſt homo cadere corã multis, & magnis ſine confuſione Hunc.n.caſum Deus, & ſancti vident. p̃s. In conſpectu eius cadent oẽs, q

*E Ambulare. Vtrũ ſꝑ dbeamus ambulare de bono in melius.*

*F Cadere. Quòd malus ſit caſus in peccatum.*

deſcendunt in terram. Ideo irridet tales Deus,& vilipendit.pſal. Dñs aũt irridebit eum,qm̃ proſpicit ꝙ veniat dies eius: imò irrident dæmones, ut mali garſiones de caſu aliorũ.pſ.Exultabunt ſi motus fuero. Vnde ſm̃ phyloſophos nubes à ſole eleuata à terra,& aqua,quãdiu ſequitur motum & virtutẽ ſolis,non cadit,ſed aſcendit ſurſum:ſed qñ ſequitur propriam condõnem refrigeratur,& fit grauis, conuerſa in nubem,vel pluuiam,cadit, & mixta terræ fit lutũ, quod accidit ei ex loco.ſ.medio interſtitio aeris. Sic perſona à Deo eleuata à terra cupiditatis,& aqua voluptatis, q̃diu ſequitur motum,& uirtutem uoluntatis diuinæ,non deſcendit in peccatum,ſed aſcẽdit ſurſum ad gloriam.pſ.In uoluntate tua deduxiſti me: & cum gloria ſuſcepiſti me. Econtra perſona ſequens propriam uolũtatem & motum,primò refrigeratur à Dei timore, deinde fit grauis, & ponderoſa in Dei ſeruitio, & ſic cadit in lutum peccati. Sicut qñq; accidit Paulo. Ephe.2. Conuerſati ſumus in deſideriis quaſi facientes uoluntatem carnis. Et hoc ſępe contingit ex loco, & ſocietate, quam perſona frequentat. Vñ quinque bona ſequuntur ex hoc, ꝙ aliquis uoluntatem ſuam conformat uoluntati diuinæ. Primum eſt,ꝙ ipſe verè eſt de familia Dei. Vnde ſine uerecundia põt comedere,& bibere, & veſtiri de rebus eius,& ſi aliquibus indiget,põt ſecurè petere ab eo. Hinc in oratione Dominica ponitur poſt fiat voluntas tua,illud. Panem noſtrum qnotidianum. Qui uoluntatẽ Dei nõ facit: imò contra Deum pugnat peccando, tanquã proditor comedit,& bibit, & veſtitur de rebus dñi. Hos ẽt conſolatur dñs, iuxta illud Lucæ.22. Poſtquã dñs dixit patri. Veruntamen fiat volũtas tua,ſequitur: Et ecce apparuit angelus de cœlo confortans eum. Secundum eſt,ꝙ amicus Dei efficitur. Ille Deum diligit, qui Dei placitum vult,& facit. Prouer.8. Ego diligentes me diligo. Tertium eſt,ꝙ de parẽtela Dei hominem facit. Matthæi.12. Quicũque fecerit uoluntatem patris mei, qui in cęlis eſt, ipſe meus frater,& ſoror,& mater eſt. Nõ enim auis pertingit ad prædã cantando, aut garriendo,ſic ad regnum non intratur loquendo,ſed operando. Quartũ eſt,quòd Deus facit uoluntatem eius in præſenti, q facit uolũtatẽ Dei. Ioã.ix. Si quis Dei cultor

*G Volũtat. Multa bona ſequũtur eum, qui facit uoluntatẽ Dei.*



tor eſt,& uoluntatem Dei facit, hũc Deus exaudit. Quintum eſt pax. Lucæ.2. Pax hominibus bonæ uoluntatis. Qui.n.non conformat voluntatem ſuam diuinæ uoluntati,pacem non habet. Iob.9. Quis reſtitit ei, & pacem habuit? Vnde oĩa quæcũque uoluit dñs fecit:ideo qui ſe conformat,quęcũque vult, fiunt. Sm̃ quod quidam rñdit de fertilitate agrorum, & uinearum ſuarum quibuſdam admirantibus. Non eſt mirum (inquit) cũ ſemper habeam tale tempus,quale uolo, & cũ admiraretur frater eius reſponſionem, & quæreret an haberet alterius modi tempus, quã alii homines: reſpondit. Nunquã uolo eſſe tempus, niſi quale Deus uult, & tale neceſſarium eſt. Sextum eſt remuneratio ad ſuam uoluntatẽ Dicit.n.Deus. Si ſeruieris mihi ad meã uoluntatem, remunerabo te ad tuam uoluntatem. Matt.7. Non omnis qui dicit mihi dñe,dñe, intrabit in regnum cęlorum, ſed qui fecerit uoluntatem meam.pſal. Tenuiſti manum dexteram tuam, & in uoluntate tua deduxiſti me:& cum gloria ſuſcepiſti me. Qui autem uult facere uoluntatẽ ſuam ſibiipſi ſeruire uidetur, ideo non à Deo,ſed à ſeipſo mercedẽ requirat. Oſeæ 4. Confundetur Iſrael in uoluntate ſua.

Tertiò, uult dñs, ut ſimus corpore mũdi,ut.ſ. abſtineamus ab omni fornicatione & immunditia,& hoc ꝑꝑ duo. Primò, ut ſciat unuſquiſque uas ſuum poſſidere in omni ſanctificatione, & honore. Contra naturam eſſet,ꝙ uas haberet poſſeſſionem dñi ſui. Corpus noſtrum eſt uas animæ.2. Cor.4. Habemus theſaurum iſtum in uaſis fictilib. Eſt.n. corpus noſtrum uas terreũ, nunquam naturaliter reparandum, poſtq̃ ſemel fractum eſt. Iob.x. Memento,quæſo, ꝙ ſicut lutum feceris me,& in puluerẽ reduces me. Si autem corpus animæ dominaretur per fornicationem,tunc uas dominaretur dño ſuo. Igitur ſciat unuſquiſque uas ſuum poſſidere in omni ſanctificatione,& honore.i.cum honeſta cõuerſatione. Nec uas illud fornicarium eſt uas Dei,q̃a Deus ſicut ualde diues, uult omnia uaſa ſua eſſe plena, & ſemper hic implet ea donis,& uirtutibus, & poſtea bonis cęleſtib. Vnde & ſapientes Virgines ſumpſerunt oleum in uaſis ſuis,& propter hoc ſunt receptę in nuptiis. Non ſic iſta uaſa immunditiæ,ĩ quibus ponitur fœtor abhominabilis.

*H Fornicatio. Quòd corpus non fornicetur.*

*I Vas. Quõ uas corporis dẽt poſſideri in sãctificatione,& honore.*

De quibus Apoc.17. habetur figura illius meretricis,quæ habebat uas plenum abhominatione fornicationis ſuæ. Vnde aliqua ſunt uaſa aurea,& de huiuſmodi pauca inueniuntur in eccleſia Dei, quia uerificatũ eſt illud 2. Paralip. 36. Nabuchodonoſor uniuerſa uaſa domus dñi tranſtulit in Babilonem,tam maiora,quàm minora,& poſuit alia.ſ.fictilia. De quib. dicitur 2. Reg. 17. ꝙ Berzelai Galaadites miniſtrauit Dauid uaſa fictilia.i.quæ faciliter franguntur, aut faciliter liqueſcunt, nec ſunt ſolida, & firma, quæ tactum petræ non ſuſtinent, & parum reputantur à diuitibus. Sic non reputat Deus tales,qui citò franguntur. Qđ plangit Eccleſia. Tren.4. Filij Syon incliti, quomodo reputati ſunt in uaſa teſtea? Iſti ſunt quaſi cribrum,quod liquores precioſos non retinet, ſed groſſa, & inutilia, ut furfur bonorum temporalium,& peccatorum,& inutilium uerborum. Eccle.21. Cor fatui quaſi uas confractum, omnem ſapiẽtiam non tenebit,ut patet de illis, qui bonum uinum prædicatoris nõ retinent, ſed quod minus bene dictum eſt,memoria cõmendat. Alia ſunt uaſa mortis,id eſt, mali homines,de quibus pſal. Factus ſum,tãquã uas perditum. Iſta ſunt uaſa mortis à diabolo præparata. Sed cum duplex ſit ſm̃ iuriſtas poſſeſſio. Vna ciuilis, alia naturalis. Poſſeſſio aũt ciuilis eſt,quę ſolo animo retinetur. Naturalis, quæ animo,& corpore continetur. Sic eſt de poſſeſſione uirtutum. Multi ſunt, qui ſolum habent animũ, quia bene uellent eſſe ſapientes, & caſti, ſed deficit eis poſſeſſio naturalis,quia nunqnam uolunt manum applicare ad opus. & tales ſunt uaſa perdita, quæ tradentur poſſeſſioni ignis æterni.pſal. Tradidit grãdini iumenta eorum,& poſſeſſionem eorũ igni. Iumenta quoque ratione carentia, & ſenſu,ſunt abhominabilia eorum opera.

Secũdo,quia gentes quæ ignorant Deũ, ſequuntur paſſiones ſuas,& deſideria carnalia. Vos autem eſtis genus electũ, regale ſacerdotium,gens ſancta,populus acquiſitionis. Ideo non ſicut gentes debetis timere. Porci enim,& immunda animalia deſiderant ſtercora, ſic peccatores immunda. Duplici autem paſſione uexantur lubrici. Primò quidem paſſione pœnæ. Nam & ſi in luxuria ſit falſa delectatio, & momentanea ibi tñ corpus patitur,& corrumpitur.

*K. Poſſeßio. De duplici poſſeßione naturali ſ. & ciuili.*

Ibi paſsio animæ, quia infirmatur. Ibi paſſio famæ, quia læditur. Ibi cauſa ęternę paſſionis, qua cruciabitur. Secundò, paſsione deſiderii, quæ dicitur paſsio illiciti deſiderii qñ ſuis deſideriis malis q̃ adimplere nõ poſſunt affliguntur. Spes.n. quæ differtur affligit aĩam. Iuſtis aũt deſideriũ dabitur, ſed deſideriũ impiorum peribit. Quartò, uult nos eſſe fideles non raptores. Ideo dicit. Et ne quis ſupergrediatur, aut circumueniat in negotio fratrem ſuum. Et ſubdit cauſam, quia Deus uindex erit omniũ iſtorum. Et ratio eſt, quia uocauit nos Deus in ſanctificationem non in immunditiã. Qui autem diuinam repellit uocationem indignus eſt vita æterna.

*Eadem dominica 2 quadrageſimæ. Sermo Pomeridianus 2 eiuſdem diei. & in ordine quadrageſimus.*

*A Benignitas. Qũo apparui benignitas Dei.*

NOn *uocauit uos deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem.* 2. Theſſ. 5. Et textu huius epiſtolæ tria nobis oſtenduntur. Primò, benignitas apparet Saluatoris, qui per ſuum Apoſtolum (de quo ueriſimile eſt q̃ bene nouit uolũtatem eius, ſicut qui ab eo euangelium didicit & raptus fuit uſque ad tertium cœlũ, & uidit archana uerba.) notificat nobis uoluntatẽ ſuã, vt ſ. officium, & dignitatem q̃ ab eo ſuſcepimus, digne exequamur, ne forte incurramus æternã infamiã. Propter qđ Paulus vice ipſius ait nobis. Non.n. vocauit vos Deus in immunditiam.i. ad vile officium, & immundũ, ſed ad ſanctificationem i. ad ſanctũ, & honeſtum. Scđò, apparet eiuſdẽ humanitas, quia cum mortẽ incurrerimus, & poſſit dicere volũtas mea eſt mors, vel dãnatio vr̃a, ipſe dixit. Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio ueſtra. Ideo 4. Reg. 5. Si rem grandẽ tibi dixiſſet Propheta: Certe facere debueras, quantomagis, quia dixit tibi lauare & mundaberis? Sic quantũcunq; p̃cepiſſet Deus, deberet homo facere ꝓ fuga mortis æternæ, & tñ dixit ſolũ voluntatem ſuã eſſe ſanctificationẽ noſtrã. Meritò ergo dãnabitur, qui hanc uiã contẽnit. Eze. 18 Et quare moriemini domus Iſrael? Et ſequitur. Nolo mortem peccatoris &c. Tertiò, apparet hoĩum peruerſitas, quia cum dicat diabolus. Hæc eſt volũtas mea interfectio vr̃a. Et deus oppoſitũ dicat, potius aquieſcunt diabolo q̃ Deo, & mortem ſuam zelare uidentur, & potius volunt eſſe in luto luxuriæ q̃ inde exire: ita q; in pedib. ſuis non ſuſtinerẽt immunditiam quã in aĩa non exhorrent. Si.n. iſtud mandatũ eſſet difficilẽ, eſſet forſitan aliqua excuſatio ꝑꝑ fragilitatem noſtram. Sed ſecundum Pſal. Latum mandatum tuũ nimis. Et iterũ. Ambulabam in latitudine, quia mandata tua exquiſiui. Et ſi ſit difficultas diuinũ implorandum eſt auxilium, maximè medio genitricis Dei, cui dicamus, Aue.

Mane diximus qũo nos uocat dñs ad elargitionem bonorum ſpiritaliũ ſuſcipiendam exponendo textum epiſtolæ. Nũc dicemus de uaſe in quo recipiũtur bona iſta ſpiritalia. ſ. de bona conſcientia proſequẽdo quod heſterno ſermone dimiſimus.

*B Conſcientia. Quòd cõſciẽtia ſerena nihil in ſe patitur immundũ.*

Eſt itaq; tertium genus conſcientiæ eorũ, qui conſcientiam habent bonã & ſerenã, ad quã triplici gradu peruenitur. Primò, ꝑ cuſtodiam munditiæ & carnaliũ paſſionũ refrenationem. Eſt.n. hmõi cõſcientia ſicut veſtis alba in qua parua macula cito apparet, & cito deletur ſicut aqua clara in qua videtur quicquid eſt in fundo, ſicut manus uel pes illius, qui cito puncturã, vel læſionem ſentit, & ſicut tenera complexio, quæ quanto tenerior, tanto ei minora nocent & plus minora ſentit Ideo nihil ĩmundum in ſe patitur, ſed cito euomit. Vulnus qđ magis torquet, citius oſtenditur medico, & hoc eſt ſignũ conſcientiæ ſerenæ maximum. Quia n. multo indecentior eſt macula, q̃ eſt in facie q̃ alibi; ideo uir ſanctus cito ad eam delendã, q̃ eſt in facie aĩæ. ſ. in conſcientia conuertitur. Vir.n. timoratus has punctiones grauiter, & cito ſentit, quia nulla maior tribulatio q̃ delictum in conſcientia. Tunc.n. ſentitur in ſinu ſerpens, ignis in gremio, mus in pera, coluber in vẽtre, ſpina in pede, clauus in oculo, uenenũ in cipho, os grande in gutture, qđ nõ ſinit eum dormire donec ab oſſe liberetur. Propterea vir timoratus nõ quieſcit donec peccatũ ꝑ pœnitẽtiam eiiciatur, nec eſt maior iocunditas, quàm vbi eſt conſcientiæ puritas. Tunc.n. ſponſus ſecum ludit in thalamo: tunc rex ſedet in throno, lapis in auro, Chriſtus in corde.

*C Conſcientia. Quòd ſ…*

Secundus gradus eſt in ſpiritaliũ exercitatione & tentationũ expugnatione. Maximam vim apponit mulier ad obſeruandã

faciei



*… ſeritas conſcientiæ uirtutum et tẽtationum exercitio obtinetur.*

faciei pulchritudinem, medicus ad ſanitatem cordis, quia (ſm Philoſophum) omnis motus corporis eſt a corde. Sic oĩs aĩæ motus & ſanitas a conſcientia pura. Igitur cũ oĩ exercitio cuſtodienda eſt, ſicut & Paulus faciebat dicens. Act. 24. In hoc ipſo ſtudeo ſine offendiculo habere conſcientiam bonam. Hier. 6. Specioſe, & delicate aſſimilaui te. Sed multi ſunt ſicut paſtores rurales, qui magis delectantur eſſe iuxta dnmũ quàm in regis palatio. Iob. 30. Eſſe ſub ſentibus delitias computant. quib. delitiis reſpondet luctus inferni. Pſ. Conuertit aquas eorum. i. delitias in ſanguinẽ, i. in abhominationem. Apo. 19. Quantum glorificauit ſe in delitiis: tantum date illi tormẽtum, & luctum. Prou. 19. Non decent ſtultũ diuitiæ. Facies.n. membrum eſt, qđ exponitur uentis & frigoribus. Sic conſcientia iuſtorum expoſita eſt tribulationibus, & tentationibus, & contra eas ſolida eſſe debet. exemplo domini Ieſu. de quo Luc. 9. Firmauit faciem ſuam, ut iret in Hieruſalẽ. Sicut enim tp̃e pacis ſunt plura torneamenta q̃ tp̃e guerræ, ſic tp̃e pacis conſcientiæ multæ ſunt tentationes, & tp̃e pacis multi ſunt latrones, & tp̃e trãquillitatis multæ ſe prauæ ingerunt cogitationes. Nec ꝑꝑ hoc turbari debet. Nam Iac. 1. Oẽ gaudium exiſtimate fratres, cum in uarias tentationes incideritis. Hæc eſt.n. gratia ſi ꝑꝑ conſcientiam, quis ſuſtinet triſtitiã, ſicut fidelis miles malẽs ſubire mortẽ, q̃ frangere fidem dño ſuo. 1. Mach. 4. State contra inimicos ueſtros, & poſtea ſumetis ſpolia ſecuri.

*D Conſcientia. Quòd tribus gradib. peruenitur ad ſerenitatẽ conſcientiæ quæ per Dauid, et Salomonem deſignantur.*

Tertius gradus eſt in omni tranquillitate. Qui tres ſtatus ſignificantur in Dauid, & Salomone. Duo primi in Dauid, tertius in Salomone. Primo enim Dauid oues paſcebat, & urſos, leones, & beſtias ſuffocabat. i. motus beſtiales reprimebat, & cogitationes ſimplices, & innocentes fouebat. De quo 1. Reg. 16. Adhuc paruulus eſt, & paſcit oues. Et iterum. 1. Reg. 17. Paſcebat ſeruus tuus gregem, & ueniebat leo, vel vrſus, & tenebam, & ſuffocabam eos. Quid eſt autem ouem de ore lupi leonis vel vrſi tollere & ſuffocare, niſi animã a poteſtate motuum beſtialium liberare, & eos penitus reprimere? Secundum ſtatum ſignificat Dauid aſſumptus in regem regens Iſraelitas. i. rationales animæ motus. Pſ. Elegit Dauid ſeruum ſuum, de poſt fetantes accepit eum. In primo fuit manu fortis, In ſecũdo uultu deſiderabilis. Tertius per Salomonẽ ſignificatur, qui interpretatur pacificus, quia tunc animus pacatur, & oĩa ei obediunt. 3. Reg. 5. Nunc dñs dedit mihi requiem per circuitum, & non eſt ſathan neq; occurſus malus, quamobrẽ cogito ædificare tẽplum nomini dei mei. Ex hac ſerena conſcientia triplex bonum internum oritur. Primũ eſt interna conſcientiæ iocunditas. Et hoc primo de deo præſente cũ quo oĩa bona accidunt, & quo recedente nihil homini remanet boni. Quòd ſit in tali conſcientia pacata patet per illud. 2. Cor. ult. Pacẽ habete, & deus pacis erit uobiſcum Mirabiliter.n. gaudet uir iuſtus, cum ſe uidet habere deũ per gratiam in archa cordis, ſperans ſe illũ habiturum per gloriam. Mirabilem.n. theſaurum habet, qui deum habet. Si totũ mũdum haberet, non eſſet ita diues. Aug. Qui ueram fidem habet, non quærit in his miſeriis fieri diues. Maior eſt deus quã mundus. Felix qui dicit. deus cordis mei & pars mea deus in æternum. Non eſt mirũ ſi mali triſtentur ſemper, cum nihil habeant boni in ſe, ſed totum extra ſe. Seneca. Nihil eſt homini bonum ſine ſe bono. Secundò, gaudet de theſauro in ſua conſcientia repoſito. virtutum, gratiarum, & bonorũ operum. Sicut.n. malum opus perpetratum generat triſtitiam, ſic bonũ opus naturaliter generat lætitiã. Eſt.n. conſcientia bona domus aromatum, apotheca uirtutum, q̃ non eſt exponenda ventis, quia uenti ebibunt, & euacuant uim ſpecierum. De quo planctus erat Iohel. 1. Demollita ſunt horrea, diſſipatæ ſunt apothecæ. Introitus & frequẽtia muriũ oĩa horreorum grana corrodit, & uirtutem ſpecierũ aura conſumit. Mures pertinent ad detractores, aura ad adulatores. Et ſic frumenta a muribus corroduntur, quando bona opera a detractoribus corrumpuntur, & apothecarum ſpecies diſſipantur, quando odoramẽta uirtutum per uentum adulationis conſumuntur. Neque etiam exponenda ſunt nunciis Regis Babylonis, ſicut fecit Ezechias, qui omnia amiſit in poſteris. Non fuit (inquit ſcriptura) uerbum quod non oſtenderet eis. Ibi uerbum pro re accipitur, quia ad hoc oſtẽſa ſunt illa, ut de eis fierent uerba laudis. Res itaque uerba dicuntur, quia de operibus unde recipere potuit æternæ remune-

*E Conſcientia. Quòd ex ſerenitate cõſciẽtiæ procedit interna iocunditas.*

rationis

rationis ſoliditatē recepit verborum.i.humanæ laudis uanitatem. Tertiò, gaudet de hoc, qđ nihil ī ſua cōſcia reprehēſibile ſentit, pp qđ à Deo excludi debeat, hn̄s quaſi vnum pedem ī paradiſo, habēs cum ſeipſo, cum proximo, & cum Deo pacem, ī quo ſunt maximæ diuitiæ. Eccleſ. 13. Bona eſt ſubſtanria, cui non eſt peccatum in cōſcientia. Propter quod Apoſtolus hoc gaudiū vocat gloriā dicens. 2. Corin. 1. Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium cōſcientiæ noſtrę. Et iterum pſal. Omnis gloria eius filię regis ab intus. Hæc aūt gloria latens eſt, & parua, eo ꝙ à mundanorum oculis non videatur, & ideo ab eis parua, aut nulla iudicatur. Gloria autem mundanorum patens humanis oculis, magna apud mundū, parua apud Deum reputatur, qui humilia reſpicit. ſ. de propè. & alta à longe cognoſcit. quæ autē à longe videntur, minima iudicātur. Ecclesi. x. Melior eſt ſapientia paruaq; gloria, à tempus ſtultitia, quæ ideo dicitur ſtultitia, quia eam ſtulti habent, & reſonāt eā cum iactātia. Vulgo dicitur. Stultus vix eſt ſine campanulis Galice ſonnetes. Precioſior.n eſt ſapor de diuinis in deuotione cū illa parua gloria conſcientiæ nō extrinſecus apparente, mundana gloria, q̄ eſt ſtultitia ad tempus, quia breuis valde. Iob. xx. Hoc ſcio à principio quo homo poſitus eſt ſuper terram, ꝙ laus impiorum breuis eſt, & gaudium hypocritæ ad inſtar pūcti.

Quartò gaudet de remiſſione præteritorum peccatorum, & euaſione periculorum perditionis, ſicut lætatur quis cū naufragium euaſit, vel cū per conſiliū ſanum mortis euaſit diſcrimina. Prouerb. 12. Qui pacis ineunt conſilia. ſ. cum ſeipſis, & cum Deo ſequetur eos gaudium. Prou. 14. Cor quod nouit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio eius nō miſcebitur extraneus. Hoc aūt gaudium conſciæ internum, quandoq; ex lineamentis faciei cognoſcitur. Nam ſicut (ſm Ariſtotel. 1. Periarmenias.) ſcripturæ ſunt notæ paſſionum, quæ ſunt in anima, & ēt voces, ſic lineamēta faciei deſignant quid in corde geritur. Prouer. 15. Cor gaudens exhilarat faciem, in mœrore animi deijcitur ſpiritus. Qui enim impiam habent conſcientiam, ſemper ſunt triſtes, & timidi. & ſi rideant riſus eſt mercatoris, eo ꝙ (vt vulgo dicitur) non tranſeat guttur, neque ad cor perueniat, vbi non eſt niſi mœroris materia.

I
Conſcia. Quòd ſerenitas conſcia ſecuritatem cā

Secundum eſt ſecuritas. Nam ex operibus bonis, & gaudio in ſpiritu ſancto procedit ſpes, quæ ſm magiſtrum eſt certa expectatio futuræ beatitudinis. Non poteſt aūt eſſe certa, niſi ſit quodammodo ſecura, vt ſecurè viuat hō & moriatur. Strenuum.n.& audacē facit hominē conſcientia bona. Inde Iacob cū iurgio tumens ait ad Labā. Gene. 31. Quam obrē ſic exarſiſti poſt me? Qui enim pacē habet pectoris, non formidat ſpiritalis, aut corporalis poteſtatis nequitiam, ita ut ēt in corporali bello tales milites ſtrenuè pugnent plus quā alij, nihil timentes, ſed vſque ad mortē certare parati. Cuiuſmodi erat beatus Martinus, q dicebat ſe inermē hoſtium cuneos penetraturū ſecurè. Operibus quippe teſtimonium perhibet Spiritus ſanctus: quia ex Deo ſunt. Roma. 9. Teſtimonium mihi perhibente conſcientia in Spiritu ſancto. Et iterum Rom. 13. Omne qđ nō eſt ex fide, peccatum eſt. Gloſa. Oē quod eſt contra conſcientiam, ædificat ad gehennam. Accipit aūt conſcientia teſtimonium à ſpiritu ſancto. Securus enim eſt, qui in caſtro ſuo ſcit neminem ſibi aduerſari. Siue viuimus, ſiue morimur, Dei ſumus. Rom. 14.

G
Conſciā. Quòd ſerenitas cōſcię timētium eſt reg cælorum

Tertium bonum eſt regni cœleſtis experimentum. De quo dn̄s Lucæ 16. Regnum Dei intra vos eſt, ſicut medulla intra oſſa animæ. Prouerb. 16. Dulcedo animæ oſſium ſanitas. Quod aūt ſit illud regnum, dicit apoſtolus Roma. vltim. Non enim eſt regnum cœlorum eſca, & potus, ſed pax, & gaudium in ſpirito ſancto. Deſcendit n. dn̄s in rubo in flāma ignis, & tūc rubus ardet, nec vritur. In rubo in quo eſt viror foliorum, odor florum, aculeitas ſpinarum ſignificatur conſcīa, in qua eſt viror cogitationum, odor deſideriorum, & tamē ibi admiſcetur aculeitas tentationū. In hanc deſcendit ſpiritus ſanctus, vt inflāmet, & accebdat deuotionis affectum ad ſui amorem, quo ſuæ præſentiæ teſtimonium perhibeat. Ardor.n. teſtimonium eſt ignis præſentis, & tunc quaſi in ſerenitate conſcientiæ ludendo dicit ipſe Spiritus ſanctus illud Cantic. 2. Lectulus noſter floridus. Inde dicitur Prouerb 15. Secura mens quaſi iuge conuiuium. Non eſt autē alibi iuge conuiuium, niſi in cœlo, vbi perpetuò iuſti epulantur, & exultant in conſpectu Dei. Sic igitur ſecura mēs eſt quaſi cęleſtis conuiuij experimētum. Nec mirū, quia ſi facies hominis pulchra eſt, libēter inſpicitur. Si ergo pulchra eſt conſcientia à paradiſi ſole frequenter radiatur.

H
Conſcientia. Quòd ſecuritas cōſcientiæ accipienda eſt cū timore.

Hęc tn̄ ſanctæ conſcientiæ ſecuritas cum tremore, & timore accipienda eſt. Iuxta illud Prouer 28. Beatus hō, qui ſemper eſt pauidus. Primo, pp diuinam præſentiam, quæ omnia clariſſimè videt. Manifeſtior.n.eſt anima tua Deo, quàm tibi, & in te pōt videre quod non vides. & te illuminare, vt videas, ſicut radius ſolis athomos videre facit, quia antea non uidebantur: Quod attēdens Paulus dixit. Nihil mihi conſcius ſū, ſed non ī hoc iuſtificatus ſum. Propter qđ Dauid non innitens conſcientiæ ſuæ dicebat. Omnis homo mēdax, ſed innitēs Deo aiebat. Teſtis in cęlo fidelis. Secundo, propter periculum tentationis. Pax.n.non excludit labores certaminū, & tribulationum. Sicut tempore pacis plus abūdāt torneamenta, quàm tēpore guerræ, ſic diabolus, & caro tēpore ſpiritalis pacis plus impugnant, quàm tpe guerræ. Greg. Illos.n. pulſare negligit, quos iure quieto poſſidere ſe ſentit. Hie. 12. Cū in terra ſecurus fueris, quid facies in ſuperbia Iordanis, q fluuius intumeſcit, ſicut & ſerpens antiquus. Conſidera (ſupple) cum timore, & tremore. Tempore pacis ſolent eſſe multi latrones, & parui latrunculi, qui non obſeruantur, magnos introducunt. Sic tempore pacis latrunculi captiuam duxerunt filiam Iſrael. Eccle. 11. Si multis annis vixerit homo, & in his omnibus lętus fuerit. i. ſi in ſerenitate, & tranquillitate mentis fuerit, meminiſſe debet tenebroſi tēporis. i. tentationis futuræ, vt exultet in dn̄o cū tremore. Qui autem huius tenebroſi tēporis nō meminit. Similis eſt ei, qui in die noctis nō meminit, & in ęſtate imminentē hyemē nō pręcogitat, & in pace ſe ad bellū nō pręparat. Dicit aūt tēpus tentationis tenebroſū.

Tertiò, quia multi iſta trāquillitate mētis abutuntur. Primo, quia laici miſeri, & luti fecis vnde educti ſunt, obliuiſcuntur. Propter quod dicitur eis. Eccle. 5. De ppitiatu peccatorum noli eſſe ſine metu. Secūdò, quia gratiam datæ pacis obliuiſcētes, Deo gratias pro eadem non reddūt, inſtar eorum, de quibus. pſ. Obliti ſunt Deū, qui ſaluauit eos. Tertio, quia nimis in ſuis operibus confidunt, propter quod permittuntur cadere, vt ſui, & ſuæ poteſtatis reminiſcantur, ſicut permiſſi ſunt Apoſtoli ruere in peccatum tempore paſſionis Chriſti. Quartò, quia fratres qui iugiter tentātur, uelut peccatores, & immundos aſpernant, obliti huius quod dicit Apoſtolus. Gala. 6. Conſiderans te ipſum, ne & tu tenteris. Sic igitur in timore ſtet ſecurus, non confidens iu bonis operibus, ſicut nec in baculo arundineo. Exemplū de illo, qui ſomniabat ſe cecidiſſe in cloacam, & putans ſe iuuare baculo ſuo, quanto putabat ſe iuuare, tanto profundius cadebat, uſquequo ad auxilium diuinum recurrit.

I
Conſcientia. De tripli ci genere cōſcientia timorata ſed non ſedata.

Pro ſecunda parte videndum eſt de quartao genere conſcientiarum, quod eſt gennus cōſcientiæ timoratæ, ſed non ſedatæ. Quarū triplex eſt differentia. Nam quędam eſt huiuſmodi ſic non pacata, ꝙ ſe & alios affligit, quia nimis arcta eſt. Contra quā Eccle. 7. Noli nimium eſſe iuſtus. Iſti ſunt, qui ſibi ipſis nimium arcti alios propter modicas infeſtant offenſas, voluntq; domū ſuā ſine aranearum telis, aut ſine muſcis habitare, & proximorum ſimiliter, quos diabolus cautiſſimè decipit, quemadmodū inimici magnatum, quia eos apertè occidere non audent, in aliquo precioſo cibo intoxicant. Cum.n.ad grandia peccata, vt luxuriam, & huiuſmodi ducere non poteſt, ſub ſpecie ſanctitatis, quaſi ſub delicato cibo per nimis ſtrictam conſcientiam ſub colore iuſtitiæ veneno peccati occidit, eos ad multa ſuperſtitioſa & difficilia inducēdo. Talis autem eſt ſibi nimis amarus, & ſui afflictiuus. Sicut autem non eſt oblectamētum ſuper cordis gaudium, ſic nulla maior afflictio triſtitia conſcientiæ. Eſt ēt his, qui circa eum ſunt grauis, & tædioſus, ex interiori quippe iuſtitia grauis vultus ſequit exterius. Et ſicut canis ſtultus ſuper lunā, & ſuper omnem hominem latrat, & canis furioſus ſuper omnem hominem currit æqualiter. ſ. ſuper fidelem. ſicut ſuper latronem, ſic oēm hominem de oībus factis, & frequenter irrationabiliter reprehendit. Iſti vix corriguntur, & communiter in arrogantiam, aut ſui ipſius opinionem incidunt. Secunda differentia eſt eorum, qui cito turbantur, credentes multa eſſe mortalia quæ non ſunt. De quibus pſal. Trepidauerunt timore ubi non erat timor Delicatus citò ſentit ſpinam, non ruſticus. Plus enim

eñ timet hõ de nocte errare q̃ de die, eo ꝙ ſępe rupes & arbores credunt hoſtes, & foliorum caſus fantaſma putatur. Pſ. Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſæculi, ideſt ſicut illi qui mortaliter peccant in ſæculo, & anxiatus eſt ſuper me ſpũs meus, in me turbatum eſt cor meum. Iſti ſunt qui qñq; arrepto uirtutis itinere pro punctione unius muſcę deſiſtunt, & quaſi lętaliter eſſent uulnerati, ſanandis punctionibus tãto ſtudio inſiſtunt, ut in uia quaſi longo tpe languidi remaneant, & greſſus bonorũ, quæ ex officio, uel profeſſione tenentur facere omittant, ut patet in ſcrupuloſis q̃ exemplo puerorum quęrunt omnes muſcas capere, & a domo abigere, neſcientes quia per medias cogitationum turbas, per medios laqueos perambulanda eſt uia domini. Tunc enim maxime progredienda eſt uia domini, & greſſus accelerandus, cũ hoſtes per tentationes ſe oppoſuerint. Regnum enim cœlorum uim patitur. Hoc autem procedit, quia in talibus conſcientiis dominus uenit qui eſt lux uera, qui propter feruorem commouet feces ſi quæ ſint modicæ in tali conſcientia, ſicut calor ſolis cloace fœtorem commouet, & propter lumen illuminat, ſic ꝙ uidet athomalia peccata in conſcientia ſua. Pſal. Deus dominus & illuxit nobis. Bona enim conſciẽtia a Deo facilè illuminatur, non ſolum ut uideat mala ſua, ſed etiam bona quæ agere debet. Vnde Paſchaſius diaconus in libro de paradiſo. Didimus cæcus in quarto anno, qui uixit 85. annis neque magiſtris traditus, neque prima elementa cognoſcẽs literarum ſemper habebat magr̃m ſuũ naturalẽ & incolumẽ. ſ. ſuã conſciam, quã tãta gr̃a ornabat, ut in eo euidentiſſimè impleretur qđ ſcriptũ eſt. Dñs illuminat cæcos Iſti aũt qñq; in ꝑplexitatẽ ſuæ cõſciẽ incidunt. Nã cõſcĩa erronea quodãmodo obligat hoĩem ad faciendũ uel nõ faciẽdũ qđ ipſa dicat, quia credens ſe ad aliquid teneri & non faciens, incurrit contemptũ. Et tales debent credere conſilio ſapientum & bonorum uirorum, & ab eis iuxta doctrinam Apoſtoli. 2 Cor. 2. Veniunt conſolandi. Conſolamini, inquit ne forte abũdãtiori triſtitia abſorbeatur qui eiuſmodi eſt.

*K Tẽtatio. De tentatione ſpiritus blaſphemiæ & longum*

Tertia differentia eſt eorum qui blaſphemiæ ſpiritu impugnantur, exiſtimantes omnia eorum opera quantumcunq; bona eſſe maliciæ admixta. Quibus primo & ante omnia conſulendum eſt, ne talibus tentationibus immorentur, ſicut qui cani latrãti obſiſtit, magis incitat ad latrandũ, & qui rixoſam mulierem uerbis increpat, magis excitat furorẽ. Sic iſti quanto magis repugnare, & conſcientiam de huiuſmodi facere nituntur, tanto magis impugnantur. Secundò conſulendum eſt eis tales tentationes non diſcutere, nec cauſas earum inueſtigare, nec ſeipſos ſupra modum angariare, increpare, ſeu culpæ id imputare, quia tentatio iſta magna eſt quoad pœnam, leuiſſima quo ad culpam. Eſt enim huiuſmodi tentatio ſeu blaſphemia fideli omnino inuoluntaria, & diſplicens, ideo pœnalis & nullius peccati, ſed magis animę purgatio, patientiæ roboratio, humilitatis attractio, & ad ſpem uitæ æternæ inſtigatio. Iſidorus libro de ſummo bono. Qui paſſionibus animæ inſidiante aduerſario cruciatur, non iccirco ſe credat alienari a Chriſto qa talia patitur, ſed magis laudet Deum, qui huiuſmodi uirgula corripit ipſum, ut ſpiritus ſaluus fiat, & ſic agenti quod ex paſſione tolerat pro uirtute reputatur. Vnde quidam adoleſcens cum hoc ſpiritu blaſphemiæ infeſtaretur, acceſſit ad quendam ſenem reuelans ei ſuas cogitationes. Cumq; inquireret ſenex ſi ei diſplicerent ille cogitationes, tunc reſpondit ꝙ uſque ad mortẽ. Et ſenex imponẽs manus ſuꝑ caput eius dixit. Innocẽs es ab hac culpa, & dic diabolo. Tua eſt hæc culpa non mea. Similiter quędam ſanctimonialis recluſa cũ agitaretur hoc ſpiritu, petiit a Deo, ut ab hoc ſanaretur. Tunc ab angelò ei dictum eſt, ꝙ nõ poſſet eſſe in hoc ſæculo ſine aliquo tentationis exercitio. At illa uolẽs ab hac liberari, maluit alia tentatione exerceri, & cũ a ſpũ fornicationis grauiter tẽtaretur, iterũ petiit ut rediret prima tentatio. Vnde Iſidorus lib. 1. de ſummo bono. Multa aduerſa patitur iuſtus in anima inſtigatione dæmonum, ſed talibus tentamentis perire a uita æterna non põt, quia pius dñs ad dãnationem culpæ non reputat qđ ſuæ maieſtatis permiſſione nolẽs qui patiť portat. Nam ibi peccamus ubi in cupiditatem, uel uoluptatẽ deflectimur, ubi uerò uiolenter adducimur, miſeria tm̃ eſt non culpa. Tertiò, ſi talis tentatio nimis inualuerit, ita ut diabolus mentẽ obnubilando quaſi continuè turbauerit, tunc debet aliquãdo ſi põt per modum obuiationis, & contrarię aſſertionis fidẽ ſuã exprimere. Scriptum eſt em̃ Ore aũt confeſſio fit ad ſalutẽ. Non em̃ fallaciis diaboli decipitur, qui deliberatè & aperte earum tam uerbo, q̃ facto contradictor inuenitur. Explorat enim diabolus uniuſcuiuſque complexionis pronitatẽ, & quem uidet melancolico humore, reſperſum, multipliciter ſpiritali tentatione uexat, & turbat. Dicunt em̃ Phiſici ꝙ fumus nigri coloris melãcolicus ad cerebrũ eius peruenit, & lumen eius offuſcat, & turbat, prohibens aĩam diſcernere. Vñ Leo in ſermone de circũciſione. Non deſinit antiquus hoſtis deceptionis laqueos ubiq; pręțendere, ut fidẽ credentium quoquomodo corrũpat, inſtare. Nouit cui adhibeat æſtus cupiditatis, cui gulę illecebras ſugerat, cui apponat incitamẽta luxuriæ, cui infundat uirus inuidiæ. Nouit quẽ in errore perturbet, quem fallat gaudio, quem mente opprimat, quẽ adulatione ſeducat. Omnium diſcutit conſuetudines, uentilat curas, ſcrutatur affectus, & ibi quærit cauſas nocendi, ubi inuenit ſtudioſius occupari. Hinc frequenter immittit talem amaritudinem mentibus fideliũ complexionẽ agitando, timorem incutiendo, ꝙ uiuere eis credat ſupplicium, & mori luciũ, & remediũ, ita ut de uita animæ & corporis eos ſæpe deſperare contingat quaſi credant ſe derelictos a Deo, ut uel inducat inſaniã mentis nimis fixè iſta in cellulis cerebri imprimẽdo, ita ut ad aliud aduertere, uel cogitare non poſſunt, uel inducat in triſtitiam mentis, ita, ut a feruore ſuo, uel ſtatu tepeſcãt, quaſi parati reſipiſcere a cœptis bonis, quaſi omnia eis tædeant propter continuam mentis turbationem. Sed non eſt mirum ſi homo in pręſenti talibus tribuletur, cum dominns in Euãgelio de ſeipſo dicat. Aĩa mea turbata eſt, & quid dicam? Quartò dico, ꝙ quia huiuſmodi paſſio partim oritur ex complexione, magis indiget medicamẽto corporali q̃ ſpiritali. Ideo caueat ne nimis ſępe ſolus moreť, ne nimias abſtinentias faciat, ut ſatis cõpetenter dormiat, & in iocũda ſocietate moretur ſi põt, & ne nimis quicquam profunde ſcrutetur cogitando, ſed conſiliis & conſolationibus diſcretorũ eis ſuas tentationes exprimendo ſalubriter utatur. Scriptum eſt enim. Væ ſoli, quia cum ceciderit non habet ſubleuãtem ſe, & ſic quanto magis impellitur ad triſtitiam, tanto magis ſe excitet ad gaudium & exultationem. Et ſi modicam, uel nullam ſentiat delectationem ſpiritalem, humiliter & meritorie ſuſtineat, & interim licitam, & honeſtam recipiat conſolationem corporalem, uel temporalem fortè (ut ait Apoſtolus) abundantiori triſtitia abſorbeatur, qui eiuſmodi eſt. Oſtendit. n. aliquando diabolus homini occupatio in diuino officio memoriã ſuorum peccatorum, & quaſi neceſſariam tunc diſcuſſionẽ conſcientiæ, ut mentem a cœpto officio, & a deuotione impediat, & perturbet. Cui optimum remedium eſt, tempore orationis quãtũ poſſibile eſt nullo mõ talibus intẽdat, ſed dicat intra ſe. Non eſt modo tẽpus iſta meditandi, poſtea habebis tempus tuum. Aliquando ẽt pctã per contritionẽ, & confeſſionem dimiſſa oſtendit non eſſe remiſſa, uel ſaltem in dubium reuocat, qđ aliqñ certum eſſe cognouerat. Nec intendit diabolus per illam immiſſionẽ, ut anima a peccato purgetur per confeſſionem, ſed ut anima taliter purgata a pacis tranquillitate reuocetur. Cui ſubtiliter obuiãdum eſt confeſſionem talium per modũ tẽtationis & uexationis ſuggeſtam diſſimulando, & ſalubriter dimittendò, licet conſcientia erronea contradicat. Nec dimittitur talis confeſſio contemptu religionis, ſed cautela declinandæ tentationis. Hoc em̃ docuit Chriſtus qñ ſuggeſſit ei diabolus Si filius Dei es, mitte te deorſum, quia noluit tunc ꝑ impetũ præcipitationis ſe in imum deiicere, ſed magis elegit ꝑ gradus diſcretionis deſcẽdẽdo eius machinamẽta declinare. Dans nobis exemplum eius ſuggeſtionibus ſub ſpecie boni nobis immiſſis non ſtatim obedire, ſed per uiam diſcretionis ſalubriter obuiare. Implicat etiã ſpiritus erroris aliquando mentem diuerſis perplexitatibus, uitiis, & occultis agitationibus, oſtendendo illicitum eſſe, & peccatum, quod in ſe eſt bonum, uel indifferens, & eſſe mortale quod in ſe eſt ueniale, & de huiuſmodi quaſi continuè confitendum, immò magis indiſcretè tribulandum, ut ſic mentem terreat, & conturbet, a bono impediat, & erroneam conſcientiam fabricet, & inducat; immo aliquando cogit conſciẽtiæ erro-

eroneæ magis conſentire quam diſcretioni alicuius humiliter obedire. Quinto dico, ꝙ talis maxime credere debet conſilio & ad arbitrium ſpiritalis magiſtri deponere errorem, & ſequi ueritatem. Hoc autem docuit Apoſtolus dicens. Nolite credere omni ſpiritui, ſed ꝓbate ſpiritus ſi ex Deo ſint. Hæc enim fuit percunctatio Ioſue dicentis. Noſter es an aduerſariorum? Diſcretio igitur omnino eſt neceſſaria, quæ (ut ait Beruardus) eſt auriga uirtutum, ut inter bonum & malum recte diiudicetur, & ne quis ſub ſpecie boni, incaute fallatur. Sextò dico, ꝙ tales nititur diabolus in ſomno uariis illuſionibus, & terroribus grauare, quos non poteſt facere uigilando peccare. unde Grego. in moralibus ſuper illo Iob. Terrebis me per ſomnia. Hoſtis inſidians, quos electos uigilantes minimè ſuperat, eos dormientes grauius impugnat, hoc etiam permittit Deus, ne in electorũ operibus ipſe ſaltem ſomnus a præmio uacet, & etiam ut ad dominum & ad ſeruorum ſuorum preces cõfugiat. Fidelis enim dominus, qui facit in tentatione prouentum. Credendum enim eſt, ꝙ ſicut ad tempus permittit dominus in electis ſuis fieri immiſſiones per angelos malos ad eorum exercitationem, & probationem, ſic dum oportunum eſt eius imperio immittit angelus domini in circuitu timentium eum, & eripit eos. Vnde Bonauen. libr. de ſtimulo amoris. O mirè benignitatis altiſſimum refugium, qui nos tentari permittis, non ut capiamur, ſed ut timentes ad te portum tutiſſimum fugiamus.

*Eadem dominica 2. Quadrageſimæ. Sermo 3. & in ordine 41. per thema Euangelij.*

*A*
*Gloria paradiſi. quia multum debemus deſiderare ſcire plura de cœleſtibus.*

TRanſfiguratus eſt ante eos. Matth 17. Ariſtot. 2. Metaphiſicæ ait. Malumus pauca ſcire de diuinis etiam obſcurè, quam clare, & per certitudinem multa de Mathematicis, quanto magis ſecreta Dei cœleſtia fideles debent diſcere, quàm ea quæ patent in terris? Homo enim quaſi ex natura corrupta a primo parente inducta, impoſſibilia ſibi ſcire deſiderat, utpote occulta, ſecreta, & futura. Ait enim ad eum ſerpens. Eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum, futurum ſupple. Propter quod dominus in terram deſcendẽs manifeſtauit gloriam ſuam tribus diſcipulis, & duobus principibus ueteris legis, ut ſatiaretur oculus uiſu, & audita uoce pr̃is auris auditu impleret. Quia ſi tantæ maieſtati noluerimus ſidem adhibere, quia non aſſentimus cõiter his quæ audimus, ſed his quæ uidemus, ſaltẽ his qui uiderũt, & anũciauerunt credamus. ſ. quod uulgo dr̃. Vidimus eorum. Ait enim unus ex eis. Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi unigeniti a patre. Quia ſi dixerit quis, ꝙ loquentibus de regionibus extraneis uix creditur. (Multa enim mentiuntur) quanto minus nobis credetur de tam longinqua regione, ad quam ſi aliquẽ contigerit peruenire, non inde reuertitur? Reſpondetur, ſi mihi nõ creditis, his, qui uiderunt credatis. Ait enim Ioannes in Canonica. Quod uidimus, & audiuimus, & manus noſtræ cõtrectauerũt de uerbo uitæ annunciamus uobis. Et Eſaiæ. 7. Niſi credideritis, non intelligetis. Vt ergo credamus ad eam, quę ex fide, & auditu concepit uerbũ Dei accedamus, dicentes Aue.

*B*
*Tranſfiguratio. Quia debemus oculos mẽtis erigere ad Chriſtũ tranſfiguratum.*

Vix tam grauis eſt aliquis quin ad aſpiciendum magna & mirabilia exurgat, cũ ſit nobis naturale deſiderium cognoſcendi mirabilia. Maxima autem mirabilia, circa dominum, facta ſunt, qui eſt ſanctus ſanctorum, maximè in ſua transfiguratione, ut meritò ad eum erigi debeat quantumcũque grauis. Vnde ait Pſal. Filij hominum uſquequo graui corde, ut quid diligitis uanitatem, & quæritis mendacium? Scitote, q̃ a dominus mirificauit ſanctum ſuum. q. d. quantumcunque graues ſitis, nolite ad terrena reſpicere, ſed ad ſanctum ſanctorũ quod dominus mirificauit. Si enim ad eũ oculos erigamus, poterimus uidere Lunã coniunctam Soli, quod nunquã homo uidere potuit, niſi in Solis eclypſi. Eſt enim Luna Soli coniuncta omnino a nobis inuiſibilis, niſi cum Sol eclypſim patitur, & tũc Luna uidetur obſcura. Sic quãdo uerbum caro factum eſt, facta eſt coniunctio Solis & Lunę, Luna. i. natura noſtra exiſtente clariſſima, & nobis inuiſibili, nondum Sole eclypſato. Sed in paſſione uidimus Solẽ deficientem, & Lunam laborantem. Nam Sol iuſtitiæ a cordibus ſuorum diſcipulorum radios fidei retraxerat & Luna humanitatis aſſumptæ facta eſt quaſi ſaccus cilicinus, qui hodie amictus erat lumine, ſicut ueſtimento, & ſic transfiguratus eſt ante



ante eos. Mane igitur dicturi ſumus iuxta Euangelium de tranſfiguratione domini. Poſt prandium de trãsfiguratione noſtra. Pro primo, ſcindetur euangelium in duas partes. In prima tractabitur de transfiguratione domini. In ſecunda de teſtimoniis eam approbantibus.

*C*
*prælatus Quõ ꝓlati debent aſſumi ipſis connitentibus.*

Pro primæ partis expeditione aduertendum eſt, ꝙ cum prædixiſſet dominus diſcipulis ſuis paſſionẽ ſuã, ne paſſione ſua terrerentur, poſt ſex dies aſſumpſit Petrum, & Ioannem, & Iacobum fratrem eius, & duxit eos in montem excelſum ſeorſum, qui putatur mõs Thabor, & ſecundum magiſtrum hyſtoriarum diſtat a Nazareth quatuor miliaribus, & trãſfiguratus eſt ante eos. Aſſumpſit aũt eos. Primò ad opus miniſterij noſtri ad contẽplandum finem eius, & exquirenda, & prædicanda ſalutis conſilia. Sic aſſumitur prælatus a Deo, nõ a mũdo. Debet enim Deus eſſe pręcipuus aſſumptor, & auctor. Sicut firmamentum aſſumit & rapit planetas, & facit eas ad ſuum proprium raptum moueri contra ipſorum inclinationem & motũ, ſecundum ꝙ neceſſariũ eſt ad regimen uniuerſi, ſic Deus uirtute ſua mirabili bonos pręlatos eligit, & aſſumit, & ad mũdi regimen ſecum trahit, & contra proprium appetitum, & inclinationem, in prælationis officium ſecum trahit. Matth. 17. Aſſumpſit Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & duxit eos in montem excelſum, ideſt in prælationis faſtigium, & motus ille dicitur raptus, quia non propria uoluntate, ſed ipſis renitentibus & diſplicendo aſſumi debent. Iuxta illud Pſalm. Domini eſt aſſumptio noſtra. Et rurſus. Miſit de ſummo, & accepit me, & aſſumpſit me de aquis multis. Sed nunc aſſumuntur ſicut capra aſſumit meliorem & honorabiliorem, qui ueſte honorabiliori ueſtitus eſt, ideſt qui melius eſt ueſtitus amicis & diuitiis non uirtutibus & ſcientiis, quas Theologi habitus uocant.

*D*
*Tranſfiguratio. Qui uult tranſfigurari cum Chriſto quærat bonã ſocietatem*

Adduxit eos in montem excelſum. Qui uult transfigurari, & in ſpiritalẽ uirum, & bonum transformari, debet primò ſeorſum. i. a tumultu hominum recedere in montem contemplationis, uel affectionis cœleſtium, & quærere Petrum, & Ioannem, ideſt bonam ſocietatem, & corã eis non aliis conuerſari, quia ante omnia bona ſocietas eſt quęrenda, & mala fugienda. Sene. libr. 1. de moribus. Solitudinem quæritur, qui cum innocentibus uult uiuere. Eccl. 27. In medio cogitantium legem Dei aſſiduus eſto, quia totus mũdus in maligno poſitus eſt, & tu quęris in medio mũdi requiem conſcientiæ tuæ? Oportet ẽt quęrere bonum confeſſorem, bonum animæ medicum, bonum cauſarum tuarũ aduocatum tanquam bonam ſocietatẽ, qui uolunt de Deo guſtare, ſicut et iſti diſcipuli. Secũdò, cognoſcitur in difficultate aſcẽſus montis excelſi, paucitas ſaluandorũ, & difficultas ſalutis. Vnde prius plorat homo q̃ rideat, prius triſtatur per pœnitentiam, q̃ rideat per gloriam. Non uenitur ad dulcedinem nuclei, niſi per amaritudinem corticis, et duriciam teſte Iac. 1. Omne gaudium exiſtimate fratres, cum in uarias tentationes incideritis, ideo odiendæ ſunt ſuauitates et pœnitentiæ diligendæ. Plus enim ſtupæ diligendæ ſunt, quæ conuertuntur in ſericum, quam aurum quod conuertitur in lutum. Gaudium autem huius mundi conuertetur in luctum. Prouer. 23. Extrema gaudij luctus occupat, luctus aũt in gaudium. Ioan. 16. Triſtitia ueſtra uertetur in gaudium. Nõ igitur debet nos deterrere ab aſcenſu montis cœleſtis difficultas aſcenſus, ex quo tanta ſecutura eſt utilitas, et gloria.

*E*
*Tranſfiguratio. Quare transfiguratus eſt dominus*

Et transfiguratus eſt ante eos. Primò, ut alliceret eos, ſicut qui dat pomum puero, & uinum ad guſtandum ribaldo. Prius dominus bene uiuendi ꝓcium poſuerat, dicens. Qui uult uenire poſt me abneget ſemetipſum, et ne carum uideret precium, dedit ad guſtandũ et monſtrauit uinum. Inde Dauid quaſi clamator uini ait. Guſtate & uidete &c. Vnde quando uidetur quis fidelis ſeruus principis multa pro eo tolerans, & quæritur ab eo quid retributionis impoſterum habebit pro quo tanta ſuſtinuit, tunc ſolet dicere ſalarium quod intendit recipere. Sic nunc qui alliciuntur a Deo ad opera mandatorum dicant. Qui redempti ſunt a domino, quos redemit de manu inimici etc. Sic cirurgus emplaſtra mordicatiua intra uulnus cum aliquo mitigatiuo immittit, et aſinarius aſinum confortat pabulo, et appoſitione manus et excitationis uerbo. Hinc et dominus poſtquam duxit eos cũ labore in montem excelſum, oſtendit illis gloriam ſuam ideſt poſt cuſtodiam laborioſam mandatorum aliquam ęternæ dulcedinis prægustationem,

ſtationem, ut uéditor uini emptori dat aliquid ad guſtandum. Inde dicebat Petrum. Domine bonum eſt nos hic eſſe, ideſt in cuſtodia pręceptorum tuorum commorari. Sicut bonus paterfamilias ſuis ſeruis præter principalem mercedem quã expectant in fine ſeruitij, uictum, & ueſtitum interim adminiſtrat, ſic ei ſeruientibus conſolationes dat internas, ut uſque in finem perſeuerent. Pſal. In cuſtodiendis illis retributio multa. Sed ſicut de aceruo frumenti modica tollitur particula, & oſtenditur ut ematur, cùm, ſcilicet, frumentum in uaſculo ad forum uenale uendendum portatur, ſic dominus hic non niſi ſcintillam æternę dulcedinis, & beatitudinis oſtendit, nec totus aceruus frumenti, ideſt tota paradiſus oſtéſa eſt, ſic de uaſculo in quo uenale uinum oſtenditur. Item oſtendit dominus non eſſe lugendum, quando de hac ualle miſeriæ aſcenditur ad montem gloriæ. Ennius poeta non lugendam eſſe mortem cẽſuit, quam immortalitas conſequatur. Et ſecũdum Hieronymum. Heſiodus natales hominum plangens, gaudet in funere. Mors enim bonorum non eſt niſi traditio ueſtis de ſacco ueteri, ei qui mutat in precioſam purpuram. Non enim lugendum eſt, cum precioſa res datur amico. Et reſplenduit facies eius ſicut ſol, & in paſſione induebatur cilicio. Pſal. Ego autem cum mihi moleſti eſſent induebar cilicio. Non legitur ad literam, ꝙ Chriſtus aliquando uſus ſit cilicio, quod eſt ueſtis ex pilis caprarum conſtituta, qua induuntur pœnitentes. Dominus autem uſus eſt corpore oblato in paſſione tanquam cilicio ſatisfaciendo ꝓ nobis, ſed in transfiguratione erat amictus lumine ſicut ueſtimento, nec tamen propterea mutata eſt eius facies in alteram, ſicut nec Moyſi facies propter claritatẽ uultus eius, nec Stephani facies propter angelicum uultum eius. Et facta ſunt ueſtimenta eius alba ſicut nix. Sicut byſſus, & linũ per frequentes tonſiones ueniunt ad candorem, ſic per frequentes tribulationes ad corporis glorificationem. Vnde uita noſtra nuci cõparatur, in qua ſunt quatuor, cortex, teſta, pellicula, & nucleus. Cortex amara tribulatio. Teſta fortitudo. Pellicula mors breuis & amara. Nucleus gloriæ dulcedo. Per amaram corticem tribulationis, & per teſtam patientiæ, tandem per

*F*
*Transfiguratio. Qũo differenter ueſti tus eſt Chriſtus in paſſione, & transfiguratione.*

*G*
*Nux. Quia uita noſtra nuci comparatur.*

mortem corporis, quaſi per pelliculam tenuem, & amaram ad nucleum æternæ gloriæ perueniemus. Sumus enim hic quaſi in continua lucta. Luctator autem quãdiu in agone eſt, triumphum non reportat. Quapropter per tribulationes ad talem triumphum gloriæ perueniendum eſt. Gen. 32. Luctabatur cum eo uſque mane, ideſt uſq; ad ortum ſolis iuſtitiæ Hæc autem omnia facile ſuſtinet, qui domini benigniſſimam faciem transfiguratam mentis oculis intuętur. Sicut ille, qui uiſa facie mulieris quã nimium diligebat, permiſit carnẽ ſuam cũ manicis cõſui. Ille eſt ſpecioſus forma prę filiis hominum, cuius benignam faciẽ ſplẽdentem uidentes Petrus, & Andræas, relictis patre, reti, & naui poſt eum cucurrerũt. Sic ſi interioribus oculis eam reſpiciamus attentè, quaſi ſagitta amoris percuſſi, & affectum parentum, & curam domus, & nauiculam ſæculi poſt ipſum currentes relinquemus. Sic Moyſes in ſpiritu hanc faciem præuidens Aegyptum, ideſt mũdum reliquit, nec Pharaonem timuit. Hebr. 11. Fide Moyſes reliquit Aegyptum non ueritus animoſitatem regis. Inuiſibilem enim tanquam uidens ſuſtinuit per fidem. Petro, & Andreæ dulce fuit crucifigi. Stephano lapides torrentes dulces fuerunt. Hanc enim faciem cõſpiciebãt, hic eſt Dauid totus deſiderabilis, quẽ poſtquam Ionathas conſpexit, cõglutinata eſt anima Ionathæ cum anima eius, & ſe exuit tunica temporalium, ut eum ueſtiret. Quid ni dabimus ei tunicam temporalium, qui dedit nobis tunicam carnis ſuæ, & ipſam in multis locis noſtri amore perforari permiſit? Regina Aethyopum dum faciem Moyſi uidit tradidit ei ciuitatem ex condicto, ꝙ eam duceret in uxorem, ut recitat Ioſephus. Sic anima nigra peccato ſi in faciem reſpiciat, facile dat eis ciuitatẽ corporis ſui, eãque in ſponſam ſibi coniungit. Qualia fullo non poteſt facere candida. Hæc eſt tunica gloriæ qualem fullo non poteſt facere ſuper terram, niſi ſolus cęleſtis fullo tinctor noſter, qui tinxit tunica proprię carnis in ſanguine ſuo. Animæ enim candorem non poteſt facere fullo terrenus ſed ſolus cœleſtis, qui promittit. Si fuerint peccata ueſtra, ut coccinum, quaſi nix dealbabuntur.

*H*
*Transfiguratio. Quia omnia facile ſuſtinet, & relinq. qui in facie domini reſpicit*

*I*
*Gloria paradiſi. Quia tunicã gloriæ ſola facit fullo cæleſtis.*

In ſecunda parte Euangelij tractatur de teſti-



teſtimonio huius transfigurationis. Et ſunt tria teſtimonia. Quædã ex antiquo teſtõ. vt ex Moyſe & Helia. Quædã ex nouo, vt. ex Petro, Iacobo, & Ioanne. Quædam ex æterno teſtamento, quod eſt ſupra nouum & vetus, vt erat vox paternæ maieſtatis.

Vnde apparuerunt Moyſes, & Helias in maieſtate. Primò, quia in illis duobus ſufficiens eſt doctrina, ideo dominus eadẽ coniunxit Lucæ vlt. Incipiens à Moyſe, & prophetis interpretabatur eis ſcripturas. Sed adduntur diſcipuli, vt perfectio doctrinæ ſignificetur in nouo teſtamẽto, vt quaſi de veteri in nouum, de mortali in immortalem tranſeamus. Secundo, per Moyſen & Heliam oſtenduntur duę uię eundi ad Chriſtum, ſcilicet miſericordia, & veritas. Moyſen omnium hominũ erat mitiſſimus, qui de ſeruitute educens populum ab eo irritatus eſt, & penè ocioſus, niſi ad tabernaculum confugeret, & nihilominus orans ꝓ eo, vt ei noxa deleretur, miſericordiã deſignat. In Helia verò ſeueritas intelligitur, qui regi idololatre clauſit cœlum, qui bina voce quinquagenos igne miſſo de cœlo cõbuſſit, & ꝓphetas Baal ĩterfecit. Et primò nominatur Moyſes, quàm Helias, quia aduentus in carnem præcedit aduentum in iudicium, & miſericordia veritatem. In primo apparuit mitis, vt Moyſes. In ſecundo, ſeuerus apparebit, vt Helias. Tertio per hos duos intelliguntur duo genera ſaluandorũ. Per Moyſen clerici. Per Heliã laici. vtrique ieiunauerũt, quia vtrique ieiunare debent, & ab illicitis abſtinere, ſed Moyſes 40. annis fuit in deſerto. Helias 40. diebus tantum, quia clerici longiorem, & maiorẽ debent agere pœnitentiam quàm laici. & Moyſes erat mortuus, & Helias viuus, q͞a clerici penitus mortui debent eſſe mundo, non laici. Dñs tñ cum vtriſq; loquebatur, & illum videbant, quia vterq; ſtatus eũ videbit. ſi tñ bene operẽtur. Et hoc eſt quod ait dñs Iacob dicens. Terrã in qua dormis, tibi dabo, & ſemini tuo. Semen cuiuſlibet boni viri ſunt bona opera, quibus promittitur vita æterna. p̃s. Semen eius. ſ. iuſti hæreditabit terrã. Et loquebantur exceſſum, id eſt, exceſſiuum peccatum, quem completurus erat non faciendo, ſed patiendo. Secundum teſtimonium eſt principum noui teſtamenti. Vnde & ait Petrus. Dñe bonũ eſt nos hic eſſe, in quibus uerbis duo conſideranda ſunt. Primò, quòd ſi Petrus fuit ita abſorptus, quando vidit claritatem humanitatis, quanta delectatio vbi videbitur claritas diuinitatis? ita quòd quanto quis guſtauerit dulcedinem uitæ cœleſtis, ſicut Petrus, eo amplius faſtidit dulcedinem uitæ præſentis. mens enim ad ſuperna eleuari non poteſt, niſi derelinquantur terrena. Qui enim attentum habent auditum ad aliqua, non multum intendunt his, quæ añ oculos tranſeunt, vt docet experientia. Sic qui multum attendit ad cęleſtia, non multum de mundanis curat. Secundò, conſiderandum, ꝙ magis illis illuminati à Deo parum habiles ſunt ad terrena. Quando. n. luna coniuncta eſt ſoli illuminata eſt surſum, non circa terram. Sic iſti diſcipuli in monte ſoli contemplationi vacare uolebant, non terrenis. ideo cęlum. i. cęleſtis cõuerſatio diuidit aquas ab aquis, aquas, quæ ſunt ſupra firmamentũ ab his quæ ſunt ſub firmamento. i. cęleſtes cogitationes ab his quæ ſunt cogitationes terreſtres. Vnde q̃dam animalia viuunt in aquis. i. terreni, & quædam uiuere non poſſunt, vt cęleſtes, & gratia Dei eſt, ꝙ tota terra nõ eſt cooperta aquis, ſed aliqua diſcooperta eſt propter ſalutem animãtium. Melius enim eſt oculos eſſe in capite, quàm in pede. i. in Chriſto capite, q̃ in mundo, qui eſt ſcabellum pedum eius. Sed quid eſt quod dicit Petrus? Non enim vult hic à ſe diſcedere Ieſum, cum dicit. Dñe bonum eſt nos hic eſſe, & alibi vult eum diſcedere, cum ait. Exi à me, quia hõ peccator ſum. Reſponſio. In his, quæ honoris ſunt, non uolumus finem imponere, nec aliquid à nobis recedere In his quæ oneris ſunt, uolumus ea à nobis lõge eſſe. Ideo Petrus cum multa piſcatus eſt, quia iam cognoſcebat laborem eſſe in cuſtodiendo tot & tantos piſces à putrefactione, qui tamẽ cito putreſcunt, maxime vbi uiget calor cõcupiſcentiarum conſiderans laborem dixit Exi à me domine, & quaſi omnes ita nunc dicunt, & imponũt illud humeris mercenariorum. Sed vbi uidit honorẽ, & nullũ laborẽ, ĩmo delicias dixit. dñe bonũ eſt &c.

*R*
*Transfiguratio. De teſtimonio transfigurationis Chriſti.*

Neſciebat. n. quid diceret Orabat vtique Petrus dicẽs. faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moyſi vnum, & Heliæ vnum. de vna gutta gloriæ quaſi volens tres tabernas facere. vel cõtradicebat legẽ, ꝓphetas, & euãgeliũ tres tabernas eẽ, q̃ tñ erat vna, &

vna domus. Nec tamen dixit dominus Petro, quòd neſciret quid diceret, ſicut & diſcipulis dixit, neſcitis quid petatis. qa hęc petitio Petri ex feruenti amore, illa uerò diſcipulorum ex cupiditate, & ambitione procedebat.

Tertium teſtimonium fuit uox paternę maieſtatis. Vnde ſubditur. Nubes lucida obumbrauit eos, quia ſicut nubes temperat lucis fulgorem, ut poſſit ſuſtineri, ſic lucẽ diuinæ claritatis oportuit temperari, ut ab oculis infirmis diſcipulorum uideri poſſet. Pſalm. Veritas tua uſque ad nubes, id eſt, obſcuritatem, quia in ſe inacceſſibilis. 1. Timo. 6. Qui lucem habitat inacceſſibilem quem nemo hominum uidit, nec ſonus eius audiri poteſt. Iob. 26. Cum uix paruam ſtillam ſermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius ſuſtinere?

L
*Transfiguratio. Qũo ſermo ppheticus dicitur uerior ha. uiſione.*

Vox patris audita eſt. hic eſt filius meus dilectus. Et ſi dicatur quomodo hæc uox dicitur patris, cum nullus ſermo certior ſit ſermone patris, & tamen Petrus in ſecunda canonica poſtquam dixit hanc uocem, nos audiuimus de cœlo allatam, cum eſſemus cum illo in monte ſancto. poſtea ſubdit. Et habemus firmiorem propheticum ſermonem. Quomodo certior eſt propheticus ſermo, cum ſonuerit uox illa de cœlo, à qua eſt omnis ueritas. Reſpon. ſecundum Augu. ſerm. 28. de uerbis apoſtoli. quòd ſermo ille propheticus non erat uerior, neq; certior, ſed dicit eſſe certiorem, in quo magis confirmabatur auditor, quia multi (inquit) ſunt homines qui ſic detrahunt Chriſto, ut dicant eum magicis artibus feciſſe, quæ fecit. & quia poſſent homines hanc uocem de cœlo delatam ad artes magicas referre, & prophetæ fuerunt non ſolùm ante hãc uocem, ſed etiam ante Chriſti carnem, neque natus homo, quando miſit prophetas, nec poterat magnus eſſe antequàm natus, ideo nimirum ſi certiorẽ apud tales exiſtimet ſermonem propheticum, ac ſi diceret. Vox de cœlo eſt, qua fideles admoneantur. propheticus ſermo quo infideles conuincantur. Sermo autem propheticus eſt in pſalmo ſecundo. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Vel ſecundo & melius dicitur, quòd cõparatio illa firmitatis refertur ad dictum Petri, non ad dictum patris æterni. Nam Petrus ſcribebat de nouo conuerſis a Iudaiſmo ad Chriſtum, qui ab adoleſcentia imbuti erant in prophetis, quibus magis credebant, quàm Petro, qui reuelabat ea, quæ viderat in monte, quando transfiguratus eſt Chriſtus. Vnde & Philoſophus 2. Metaphy. aſſerit aliquos longe eſſe à ueritate, eo quòd à iuuentute fabulis poetarum fuerũt aſſueti. Nõ enim vult dicere Petrus in ſua canonica quin certius ſit dictum patris eterni, quàm prophetarum, ſed voluit dicere, quòd certiora illis erant dicta prophetarũ, quàm dicta ſua, licet econtrario dicta apoſtolorum, quia magis illuminati fuerunt; & inſpirati fuerint certiora, quàm prophetarum, ſed non illis, quibus loquebantur.

In quo mihi bene complacui, ipſum audite. Sed quomodo placuit, niſi ſuper omnes complacuit? Oportet ergo dicere ſecundum ſcripturam, quòd placuit ei ſuper vitulum nouellum cornua producentem. Vitulum enim alij erant legis antiquæ, qui non multum placebant Deo, iuxta illud pſ. Non accipiam de domo tua vitulos. Sed iſte vitulus nouellus, cuius non ſolum cornua in capite contra Phariſeos, & Scribas, ſed etiam cornua in manibus eius, quibus vẽtilauit hoſtes noſtros, & gladio Goliath, id eſt, ligni, quo interfecerat diabolus hominem, confixit eum, ſcilicet ligno crucis, qui & vngulam fidit, diuidens modum ambulandi per viam vitæ in duas vngulas, id eſt, in duo teſtamenta.

Et ceciderunt in facies ſuas. Quid ni cociderunt omnia, quæ habebant, diuitię, delitiæ, & honores, ita vt nihil valeant, quia in illa patria habentur excellentes, nec de illa trinitate ibi curatur. Apoſtolus. Nec auris audiuit delicias, nec oculus vidit diuitias, nec in cor hominis aſcendit honor, quem præparauit dominus diligentibus ſe. Ideo debet illuc homo portare quæ ibi nõ inueniuntur, ſcilicet, paupertatem, contemptum honorum, & pęnitentiã. Datur enim optima quæque pro illis. ſicut in infernum non licet, ſeu oportet portare miſerias, quia ibi habentur ad copiam. Leuantes autem oculos neminem uiderunt, niſi ſolũ Ieſum. Et deſcendentibus illis de monte præcepit eis dicens. Nemini dixeritis viſionem, donec filius hominis &c.

Circa hoc quæritur, vtrum præceptum domini de non dicendo hanc uiſionem fuerit licitum? Videtur, quòd non, quia Tho

biæ



biæ 12. Opera Dei reuelare, & confiteri honorificum eſt. Iſtud autem fuit vnum excellentiſſimum opus Dei, ergo &c. Reſpõſio. Fuit licitum hoc non reuelare. Primò ne aliorum inuidia incitaretur quovſque fuiſſent confirmati, & ne daretur occaſio Iudę tradendi ipſum ratione contemptus, indignus enim erat uidere gloriam Dei. iuxta illud Eſaię. 66. Tollatur impius ne uideat gloriam Dei. Secundo, ne quis ſuſceperit aliquam reuelationem, cito eam ventilet, ſed cum cautela, & humilitate apud ſe cuſtodiat. ſic Paulus per quatuordecim annos celauit arcana. Sic Maria conſeruabat omnia verba hæc. Sic Zacharias nomen Ioannis reuelatum tacuit nouem mẽſibus ex ordinatione angeli, quia ſi aliter reueletur ſuſpecta videtur talis reuelatio, vt patuit in diſcipulis beati Antonij venientibus ad eum, vt dicerent ei reuelationes, quas à dæmonibus ſuſceperant per illuſiones eorum, quas tamen cognouit in ſpiritu, & ridentibus dæmonibus. Tertiò, ſecundum Thom. 3. part. quæſtio 45. artic. 3. Quia alta myſteria non ſunt immediate, ſed ſuo tẽpore inferioribus exponenda, maioribus tamen, & perfectioribus primo, & poſtmodũ aliis per eos. Et quia iſti tres excellebant, Petrus in amore, & poteſtate, Ioannes in virginitate, & Chriſti amore, Iacobus in priuilegio martyrij, ideo eis primò gloriã ſuam oſtendit & poſtea cęteris per eos tempore, & loco, qđ quidẽ tunc honorificũ eſt.

*Sermo pomeridianus ſuper Euangelio quartus eiuſdem Dominicæ 2. Quadrageſimæ, & in ordine 42.*

A
*Tranſfiguratio. Quare toties reſumitur myſterium tranſfigurationis.*

TRansfiguratus eſt ante eos. Matth. 17. Quæritur, quare toties eccleſiæ hoc Euãgelium recitat, videlicet bis in quadrageſima, ſemel in feſto Transfigurationis? Reſponſio. Hoc facit primò ad ſubleuamẽ laboris. Spes enim præmij diminuit de labore, & libentius miles audit de ſoluendis ſtipendiis, quàm de ingreſſu belli. Homo autem hic continuo laborat. pſ. Exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuã vſque ad veſperam mortis. Secundo vt nos ſolicitet de hæreditate noſtra conſeruãda. Paterfamilias habens multa prædia eorũ magnitudinẽ, & opulentiam ſępe filio ſuo oſtendit, vt ea procuret, & diligat. Philoſophus 1. Eth. Sagittator directè magis ſignũ attingit, cum illud cognoſcit. Tertiò, quia hæc eſt conditio noſtra, quod libenter audiuimus noua, & inſolita. Nam (vt ait Philoſopus 2. Metaphy) magis amamus ſcire parum de arduis, quàm de Mathematicis multum. Chryſoſto. in præfatione ſuper Matthę. Si quis veniat de longinquis partibus, & circũierit terras, & regiones maris, quæ narrat, libenter audimus, quanto magis noua & inaudita de patria noſtra, vt in auditu quieſcamus, ſed ſicut audiuimus, ſic videamus, ideo faciamus iuxta conſilium Iacob. Gen. quadrageſimotertio. Qui filijs ſuis præcepit, vt de fructibus terræ præſentarẽt domino terræ Aegypti, vt poſſent placare eum. Offeramus igitur reginæ Angelorum, & dominæ Angelorum de fructibus terræ noſtræ, quæ ſunt calamitates, & miſeriæ, ut uideat, & quærimonias noſtras, vt audiat ei dicentes. Aue.

B
*Tranſfiguratio. De duplici tranſfiguratione bonorum, & malorum.*

Duplex intelligi poteſt transfiguratio. Prima eſt illorum, qui de bona figura & vita in malam transfigurantur. Sicut dicitur, quòd quidam piſciculi groſſi capitis finaliter in ranas conuertuntur, id eſt, in loquaces, mobiles, & ſaltantes. Talis eſt trãſfiguratio ſimulantium, & fictorum. ſecũdo Corinthyiorum vndecimo. Satanas tranſfigurat ſe in angelum lucis. Sathanas eſt obſtinatus peccator, qui tunc in angelum lucis transfiguratur, quando in virum iuſtum per pęnitentiam apparenter transformatur.

Alia eſt transfiguratio peccatoris in virum iuſtum. Iob vigeſimooctauo. Lapis ſolutus calore in æs ſoluitur, quia lapis conuerſus in metallum efficitur ductilis & melleabilis ad voluntatem artificis, qui prius non erat. Sic homo ad voluntatẽ boni prælati obediens, & ductilis. Ad quod tria requirũtur. Primò quòd fœditatem expellat. Serpens dimiſſa pelle renouatur, & ex antiquo in iuuenem tranſformatur. Sic homo pellem antiquæ, & corruptæ conuerſationis debet per pœnitentiam dimittere, & ſe in iuuenem, id eſt, virtuoſum hominem transformare dicens ſuæ priſtinæ conuerſationi corruptæ illud Matthæi ſextodecimo. Vade retro Sathana, non ſapis ea, quæ Dei ſunt, vade retro non ego. Secundò, vt induatur ſancta conuerſatione. Debet enim mutari in Angelum, id eſt, in vi-

rum angelicum, vt de ipſo tranſfigurato dici poſſit illud Apoc.7. Vidi alterum angelum aſcendentem ab ortu ſolis.i.alteratũ.Dicitur.n.homo alteratus, qñ de vitioſo in virtuoſum. de terreſtri in cęleſtem mutatur.1.Reg.10. Mutaberis in virum alterum. Tertio in tali transfiguratione requiritur clara diſcretio lucis.Neceſſe eſt.n. ibi intereſſe lumen ſapientiæ,& gratiæ. 2. Corin.3. Transformatur à claritate in claritatem, quemadmodũ & dominus de valle miſeriæ huius aſcendens in monte, trãſformatus eſt de groſſitudine corporis in lucem, ſicut dicit thema. Transfiguratus eſt ante eos.

C
*Gloria paradiſi. De ſuburbijs paradiſi.*

Dicturi de transfiguratione noſtra, & gloria paradiſi priuſquam ingrediamur ciuitatẽ paradiſi in ſuburbiis oportet nos immorari, quemadmodum Petrus, cui ſufficiebant ſuburbia paradiſi, & dicebat. Domine bonum eſt nos hic eſſe, nedum eñ intrauerat ciuitatem. Propterea dicit text. euangelicus, ꝙ neſciebat quid diceret. Si.n. ſciuiſſet, non dixiſſet bonum eſt nos hic eſſe, ſed vlterius progreſſus fuiſſet. Ideo in ſuburbiis paradiſi permanendo. Primò dicemus, ſi corpora beatorum poſt generalẽ reſurrectionẽ glorificabuntur, ſicut & corpus Chriſti in transfiguratione ſua. Secũdo ſi cęlum, & terra, & cętera elementa renouabuntur, & ornabuntur. Tertio, ſi anima ſeparata etiam glorificata habeat appetitũ & inclinationem ad reſumptionem ſui corporis. Quarto, ſi miſerendum corpus præmiabitur, & configurabitur corpori Chriſti ſi habebit voluptates ſuas ſicut Agareni putant, vt pote in vſu corporalium ciborum, & venereorum. Quinto, quomodo quis poterit ciuitatem paradiſi intrare, cum iuxta ſcripturam.1.Pet.4.Vix iuſtus ſaluabitur, & eccleſia ſubdit, & ego miſer vbi parebo.

D
*Dos. Corpora hominum poſt reſurrectionem glorificabuntur.*

Ad primam quæſtionẽ dico duo. Primò, ꝙ corpora bonorum poſt generalem reſurrectionem glorificabuntur. hoc apparet auctoritate, & ratione. Auctoritate: quia Sap. 3. ſcribitur. Fulgebunt iuſti, & tanquã ſcintillæ in arundineto diſcurrent. & Matt.13. Fulgebũt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum. p̃s. Concidiſti ſaccum meum, & circũdediſti me lætitia. ratione probat Guil. Pariſ. Nihil indecentius regi inclito, & magnifico, quàm ſolitudo, & paucitas militiæ, & familiæ. Nihil decentius, quàm multitudo familiæ indutæ, & ornatæ. Quod ſi ita ſe habet in hoĩbus, maxime hoc erit in creaturis, quæ de militia, & familia in palatio creatoris dignè erunt vocari, cum corpora ſint veſtes animarum. Secundo, ſi ex diuitiarum multitudine, & magnificentia principũ augetur gloria vniuſcuiuſque regis, quanto fortius innumerabilis multitudo regum cœleſtium erit ad gloriam, & decorem regis regum omnium. Si enim decem regibus imperare tanta gloria eſt imperãtibus regibus, quãto maior erit gloria omnipotenti, cum ſuos electos faciet reges, q reges in ſolio collocat in perpetuum. Iob 36. Et ditabit veſtiendo eos veſtibus regalibus, remouendo ab eis ſordidas veſtes, & corruptibiles. Tertiò, ſi rex ruſticos ꝓuehat ad gloriam ſupra eorum conditionẽ, quare non eleuabit dominus de puluere egenum, & de ſtercore pauperem, vt collocet eum cum principibus? Quartò, quis ex terrenis magnatibus, ſiue principibus habens militem, qui equum ſuum in bello eiuſdem amiſerit illi non reſtituat ſiue reddat, & ſimiliter damna, quæ in eius ſeruitio incurriſſet, eidem non reſtituat & refundat? Quia ergo electi in ſeruitio creatoris corpora ꝑ eorum mortẽ amittunt, neceſſe habet creator tempore ſuo ea reſtituere, & pro tanto ſeruitio eis honorem impendere.

E
*Dos. Virum terra, & cælum, & cætera elementa decorabuntur.*

Ad ſecundò quæſitum dicitur, quòd cęlum, & terra, & cętera elementa ornabuntur. Patet auctoritate. Primo Eſa.30. Erit lux lunæ, ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit ſeptempliciter, ſicut lux ſeptem dierũ, in die qua alligauerit dominus vulnus populi ſui & percuſſuram plagę eius ſanauerit, & hoc erit in die iudicij, quando omnis corruptio deſtruetur. Item Eſa.65. Ecce ego creo cęlos nouos, & terram nouam, & non erunt in memoria priora, & non aſcendent ſuper cor, ſed gaudebitis, & exultabitis vſque in ſempiternũ in his, quæ ego creo. Itẽ Ro.8. Omnis creatura ingemiſcit, & parturit vſque adhuc, expectans reuelationem filiorũ Dei, & hoc in remuneratione ſeruitij, quod nobis exhibet modo. Probat hoc rõne Gui. Pariſ. Expertũ eſt propter malos cęlos non dare pluuiam, aut rorem. p̃s. Terram fructiferã poſuit in ſalſuginẽ, à malitia inhabitãtiũ in ea. Et Hier.12. Vſquequo lucebit terra, & herba oĩs regionis ſiccabitur, ꝑꝑ malitiã habitantium in ea. Audiuimus etiã famoſiſſimas ſubuerſiones quinque ciuitatũ,

& totius



& totius circumadiacentis regionis. cum eſſet ante ſicut paradiſus uoluptatis, poſtmodum facta eſt uaſtitas horribilis. Nouimus etiam plagas Aegypti. Gen.v. Corrupta eſt terra coram domino, & ſequitur. Repleta eſt terra iniquitate a facie eorum & ego diſperdam eos cum terra.i.cum fertilitate terræ. Tradunt enim Hebræi vigorem terræ, & fertilitatẽ eius ualde diminutã poſt diluuium, ꝓpter quod tunc cõceſſus eſt eſus carnium, cũ antea de fructibus viuerent. Quia.n.de fructibus terræ facta eſt tranſgreſſio maledixit Deus terræ. Cũ igiť ꝑꝑ peccata paucorũ hoĩum deterioratá eſt terra & maledicta, cur nõ ꝑꝑ multos electos meliorabitur? Si maledicta eſt terra ꝑꝑ fructũ, vñ orta eſt trãſgreſſio, quare nõ reparabitur in melius ꝑꝑ fructũ terræ ſublimis, vñ facta eſt reparatio? Sic ẽt iuxta ꝓphe. p̃s cvj. Terrã ſine aqua dedit creator in exitus aquarum. Si ergo ꝑꝑ paucos electos ſuos, & breuẽ habitationẽ eorũ ẽt ſuper terrã: bñplacitũ fuit creatoris ſic meliorare & ornare terrã, & cõgrua ſibi venuſtate veſtire, & ornare ꝑꝑ pauci tꝑis ſeruitiũ. iuxta illud p̃s. Viſitaſti terrã, & inebriaſti eã, quãto fortius ꝑꝑ ĩcõparabiliter plures electos ſuos, & incõparabiliter meliores quã eſſe tũc poſſent, hoc erit beneplacitũ decorare cęlos, & ſtellas, & luminaria, quę ab initio mundi ſeruierũt eis, & tam multiplicibus ſeruitiis? Et ſi beneplacitum fuit creatoris decorare habitationẽ electorũ ſuorũ tã modici tꝑis in terra, quãto fortius decorabiť cęlũ ꝑꝑ eorũ habitationẽ perẽnẽ. Itẽ cetus electorũ eſt ſpõſa Dei, ſm teſtimonia ꝓphetarũ, & ſi nemo regũ, uel inferiorũ hoĩum ẽ q nõ domũ ſuã preparet & ornet, qũo creator ſpõſam ſuã ineffabiliter amplius dilectã introducturus in illud palatiũ pręclarũ atq; magnificũ, non decorabitur vel ornabit p̃ter ſolitũ decorẽ. Tertio qs regũ in coronatione vnius filij ſui ñ ꝑparet, & ornet palatiũ ſuũ nouo decore, & ornatu? q̃to fortius creator innumerabiles filios adoptiõis, & grę ſuæ coronaturus, palatiũ illud nobiliſſimũ atq; p̃clarũ ĩ quo cũ illo regnaturi ſunt, & ſeſſuri in gloria futura nouo decore ſolito faciet ſpecioſus? iiij. ſi ꝑꝑ hoſpites, & aduenas fiat apparatus huiõi domorũ, ut honorifice recipiant ex modica virtute hoſpitalitatis, quid ab illo p̃feſſa. cuius liberalitas ĩfinita. vñ ſm Eſaiã ꝓph. p̃t dici, ꝙ corpora cęleſtia 7. uicibus magis lucebũt, q̃ nũc liceãt. Quãtũ ad tertiã qõnẽ vr̃ ꝙ aĩa ſeparata ñ hẽat appetitũ ad reſũptionẽ ſui corꝑis, q̃a Berñ. li. d̄ diligẽdo Deo dicit d̄ beatis aĩabus, ꝙ ita inebriãtur Deo, ꝙ obliuiſcũtur ſui. ſi ſui, multo magis corꝑis. ſcd̄o maiores motus abſorbẽt minores. Cũ ergo amoris motus ĩ deũ ĩproportionabiliter fit maior, q̃ ĩ corpus, ergo totaliter abſorbet illũ. iij. quia ſpũs ex nã ſua libtatẽ appetit. Cũ ergo liberior fit ſpũs a corpore abſolutus, q̃ alligatus, nullo mõ appetit ei alligari. 4. hoc eẽt ad maiorẽ beatitudinẽ hñdã, quã nũc hẽat. qđ ñ vr̃. Rñ. j. ſm Anſel. lib. d̄ ſimilitudinib. ꝙ ſpũs beatus multũ appetit libertatẽ. Libertas.n.(inqt) ps ẽ beatitudinis, miſeriæ vero ſuitus. liber eſt, q cogi ñ p̃t ad ea q̃ nolit, nec ꝓhiberi ab eo qđ velit, q̃ libertas ĩ hac vita hẽri ñ p̃t. Quis.n.ñ patitur qđ nollet? nec eſt q̃ aſſeq ualeat oẽ qđ uellet. tũc.n. angelis aſſimilabimur, q hãc libertatẽ hñt. Si uero q̃s malus fuerit, ad oĩa q̃ noluerit cogetur, & ab oĩbus q̃ uoluerit, ꝓhibebiť. 2. dr̃, ꝙ aĩæ ſanctæ appetũt ſui corꝑis reſũptionẽ. Aug. ſuꝑ Gene.12. Ineſt aĩæ exutæ a corꝑe q̃dã nãlis appetitus adminiſtrandi corpus, quo retardatur ne tota ĩtẽtione feratur ĩ illud ſũmũ bonũ, qđ ñ ẽ ĩtelligẽdũ quo ad uiſionẽ diuinã, q̃a appetitus aĩę uidẽtis Deũ de adminiſtrãdo corpore regulatur ſm appetitũ uidendi Deũ, & fruendi Deo. Nõ.n.appetit aĩa reuniri corpori, niſi ſicut uidet placere diuinæ uolũtati quã intuetur, & ſic hẽt qcqd uult, q̃a corpori nõ uult reuniri, niſi tꝑe determinato a diuina volũtate. Sic tñ retardãť ꝙ q̃rũt p̃miũ corporis quod nõdũ hñt, ſicut & q̃rũt aliorũ ſalutẽ. Sicut.n.corpus fuit ſocius laboris & lucri, ſic & p̃mij.2.Cor.1. Sicut fuiſtis ſocij paſſionũ, ſic eritis & cõſolationũ. In mercatione duo ſunt neceſſaria. ſ. cautela diſcretionis, & tolerãtia laboris. ſic in mercatiõe cęli reqriť cautela prudẽtię, & labor pnĩę. Aĩa cautelã hẽt, corpus laborẽ, nec vnũ ſine alio ſufficit. Sap.3. Sapiẽtiã & diſciplinã quę abijcit, infelix eſt. vana eſt ſpes illorũ, & labor ſine fructu. Sed q̃dã in mercatione cęleſti libẽter adhibẽt aĩæ portionẽ. ſ. diſcretionẽ. Bñ.n.uoluit ſcire, & audire qũo pñt & debẽt mercari cęlũ, ſed ſm portionẽ corporis pnĩæ laborẽ nolũt aſſumere. Similes Salamoni, q licet eẽt ſapiẽtiſſimus

F
*Dos. Animæ ſeparata habet appetitum ad reſumptionem ſui corporis.*

mus,tamẽ Eccl.2.dixit. Renuit cor meum
laborare ſub Sole. In hoc errãs, quia mer
catio cœli cõtraria eſt mercationi mundi,
qa in mercatione mũdi plus lucratur aſtũ-
tia,& diſcretio,quã labor corpalis, ſeu pę
na Mercatores.n. prudẽtes,& aſtuti habẽt
lucrũ groſſum,& tamẽ minus laborant, &
viuunt delicatius. Pauperes verò portãtes
onera ſupra dorſum, multo plus laborãt,
& minus lucrũ reportant, imo vix habent
quid comedãt. In mercatione autem cœli
plus lucratur labor pœnitẽtię, quã diſcre-
tio prudentiæ. Vnde lucrum æternæ beati
tudinis plus diſtribuetur ſm quantitatẽ la
boris,quã diſcretionis. 1.Cor 3. Vnuſquiſ-
que propriã mercedẽ accipiet ſm ſuum la-
borẽ. Hinc Paulus. His oĩbus abundantius
laboraui. 1.Cor. 15. Quia.n.raptus fuerat
ad mercatum paradiſi,ideo voluit plus la-
borare, quã ſapere, ſciens, ꝙ ſcientia quæ
non eſt ad lucrandum beatitudinem plus
nocet,quã adiuuet. Iſidorus de ſummo bo
no libro 3. Plerique accepta ſcientia lite-
rãrum non ad Dei gloriam,ſed ad ſui lau-
dem vtuntur. Ibi peccant, vnde peccatum
emendare debuerant. Dicitur quartò, ſecũ-
dum Durandum in quarto ſententiarum,
diſtin.49. quòd poſt reſurrectionem maior
erit extenſiue gloria beatorum, quã nunc
ſit, quia beatificabitur homo in potentiis
ſenſitiuis,ſicut dãnati ecõtrario affligẽtur
in corpore,& anima. Delectabitur.n.viſus
in viſione humanitatis Chriſti, vt dicit Au
guſt. libro de ſpiritu & anima. & in viſione
humanitatum glorioſarum aliorum ſan-
ctorum,& auditus in laude Dei, & ibi ſa-
tiabitur oculus viſu,& auris auditu, tactus
ſimiliter delectabitur in amplexu corporũ
beatorum. Ibi etiam delectabitur olfactus
in odore corporum beatorum. Guſtus ve-
rò ibi non habebit obiectum,ſed per redũ-
dantiam gloriæ animæ, ita delectabuntur
potentiæ ſenſitiuæ,quòd non egebunt, ne-
que quærent delectationem exteriorem,
ſed ſufficiet eis interior. Richardus de me-
dia villa in quarto diſtin.49. dicit, quòd in
guſtu erit quædam vera humiditas cau-
ſata, vel à Deo per creationem, vel ab aĩa
ex vi ſuæ beatitudinis, quam perpetuo ſa-
piet guſtus, & corpora ſanctorum tũc erũt
odorifera, ibi etiam erit laus uocalis, vt di
cit glo. Auguſtini ſuper illo pſalm. Exulta-
tiones Dei in gutture eorum.

Quantum ad quartam quæſtionem, vi- *G*
detur, ꝙ in corpore poſt reſurrectionem *Dos.*
erunt carnales voluptates, quæ conſiſtunt *Vtrum*
in delectatione guſtus, & tactus, vt putant *poſt reſur*
Agareni, quia non eſt credendum beatis *rectionẽ*
deeſſe in vltima ſui remuneratione aliquã *beati utã*
delectationem, alioquin non eſſent verè *tur volu.*
beati,ſi aliquid eis deeſſet,ergo habent hu- *ptatibus*
iuſmodi. Secundò Adam in ſtatu innocen- *corporis.*
tiæ vitam habuit immortalem, & tamen ſi
ſtetiſſet,cibis & venereis vſus fuiſſet, cum
illi dictum ſit, ex omni ligno paradiſi co-
mede,& iterum. Creſcite, & multiplicami
ni,ergo non repugnat etiam electos Dei cũ
erunt immortales huiuſmodi habere. Ter-
tiò, quia hoc fecit Chriſtus poſt reſurre-
ctionem comedendo,& bibendo. Quartò,
quia in ſcriptura ſacra ſunt multi paſſus p
mittentes uſus ciborum in alio ſæculo, vt
eſt illud Luc. 22. Et ego diſpono vobis ſi-
cut diſpoſuit mihi pater meus regnum, vt
edatis, & bibatis ſuper menſam meam in
regno meo,& illud. Non bibã de genimine
vitis huius, donec bibam illud nouum in
regno patris mei,& illud Eſa. 25. Faciet dñs
minus omnibus populis in monte hoc con-
uiuium pinguium medullatorum & vinde-
miæ defecatæ. Et ꝙ debeant intelligi de
ſtatu poſt reſurrectionem patet ex hoc qđ
ſequitur, & præcipitabit dominus mortem
in ſempiternum, & auferet Deus omnem
lachrymam &c. Reſpõſio. In paradiſo erũt
ſolummodo puriſſimæ & nobiliſſimæ dele
ctationes, quibus communicabimus cum
angelis, quæ cõſiſtent in iocundiſſima Dei
uiſione,& ſuauiſſima fruitione. Matth. 22.
In reſurrectione, neque nubent, neque nu-
bentur, ſed erũt ſicut angeli Dei. Sed quòd
in futuro ſeculo non vtantur cibis, & vene
reis probatur; remota enim vita corpora-
bili, neceſſe eſt remoueri illa, quæ corpo-
rali vitæ deſeruiunt; ſed manifeſtum eſt
vſus iſtorum corporali vitæ deſeruire. Su-
muntur enim cibi vel propter nutrimen-
tum, vt uitetur corruptio, quæ poſſet acci-
dere ex corruptione humidi radicalis na-
turalis, vel propter augmentum, vt perue-
niat homo ad debitam quantitatem. Neu-
trum prędictorum erit in patria, quia tunc
omnes erunt incorruptibiles, & in debita
corporis quantitate reſurgent, igitur ibi
non erit vſus ciborum, nec etiam venereo-
rum, quia coniunctio maris & fœminæ or-
dinatur



dinatur ad generationem, vt per eam con-
ſeruetur ſpecies, quæ in indiuiduo conſer-
uari non poteſt. Cum ergo in futuro ſæ-
culo homines erunt incorruptibiles, nulla
ibi erit tunc generatio hominum. Ad pri-
mum dicitur, quòd vita illa ordinatior erit
quàm præſens vita. In hac autem vita in-
ordinatum eſt, & vitioſum, ſi quis vtatur
huiuſmodi cibis, & venereis propter ſo-
lam delectationem,& non propter neceſſi-
tatem ſuſtentandi corporis, vel procuran-
dæ prolis. Nam delectationes, quæ ſunt
in prædictis actionibus, non ſunt fines a-
ctionum, ſed magis ecõtrario. Et inde eſt,
quòd eſſet ordo præpoſterus, & indecens,
ſi operationes propter ſolas delectationes
exercerentur. Hoc ergo nullo modo ponẽ-
dum eſt in beatis, quorum vita ordinatiſſi-
ma erit. Ad ſecundum dicitur, ꝙ licet Adã
tunc eſſet perfectus perfectione perſonali,
non tamen erat humana natura perfecta
humani generis multiplicatione nondum
inchoata. Et ita Adam inſtitutus fuit in ta-
li perfectione, quæ principio generis huma
ni competebat,& ſic oportuit, ꝙ generaret
ad humani generis multiplicationẽ, & per
cõſequens, ꝙ cibis vteretur. Sed poſt reſur
rectionem cum humana natura erit tota
completa numero electorum iam perfecto
tunc non erit generatio, aut vſus alimẽti.
Propter quod erit alia immortalis reſur-
gentium,& alia, quæ fuit in Adam. Reſur-
gentes enim ſic erunt immortales, vt mori
nõ poſſint, nec eorum aliquid reſolui poſ-
ſit. Adam ſic fuit immortalis, vt poſſet non
mori ſi non peccaſſet, & mori ſi peccaſſet,
& ſic fuiſſet diſpoſitus in corpore, quòd ſi
non ei per cibum ſuccurriſſet, mortuus fuiſ
ſet,& peccaſſet. Ad tertium dicitur, ꝙ Chri
ſtus poſt reſurrectionem non comedit pro-
pter neceſſitatem, ſed ad demonſtrandum
reſurrectionis veritatem. Nec fuit ille ci-
bus in carnem conuerſus, ſed in præiacen-
tem materiam reſolutus. Hæc autem cau-
ſa comedẽdi non erit in reſurrectione cõi.
Ad quartum dicitur, ꝙ auctoritates quæ
promittunt cibum poſt reſurrectionẽ, ſunt
ſpiritualiter intelligẽdæ, quia ſcriptura di-
uina, prauitati noſtrę intelligentiæ conde-
ſcendẽs proponit nobis ſpiritualia ſub ſi-
militudine ſenſibilium, vt animus noſter
ſenſibilibus aſſuetus, ex his quæ nouit ſur-
gat ad incognita, quæ nõ nouit, & per hoc
quòd ſit nota diligere, diſcat & incognita
amare. Et per hunc modũ delectatio, quæ
conſiſtit in contemplatione ſapientiæ, con
ſueuit per uſum ciborum deſignari ĩ ſacra
ſcriptura, ut patet per illud Prouerb.4. qđ
dicitur de ſapiẽtia; ꝙ miſcuit uinum,& po
ſuit menſam inſipientibus locuta dicens.
Comedite panem meum, & bibite uinum
quod miſcui uobis. & Eccle. 15. Cibauit
illum pane uitæ & intellectus,& de ſapien
tia Proue. 12. dicitur. Lignum uitæ eſt his
qui apprehenderint eam. Vnde Bern. Erit
Deus iuſtis forma ad oculum, armonia ad
auditum, odor ſuauiſſimus ad olfactum, ſa
por dulciſſimus ad guſtum, leue quoddam
experientiæ ad tactũ ſenſuum, ſcilicet ſpiri
tualium non carnalium. Aug. lib. cõfeſſio-
num. Credo carnalium ſenſuum delecta-
tio quantalibet in quantalibet luce corpo-
rea, uel re alia præ illius uitæ iocunditate
non compatietur, ſed nec commemoratio
ne digna uidetur. Idem. Amo quandam lu
cem,& quandam uocem,& quendam odò
rem,& quendam cibum, & quendam am-
plexum, cum amo Deum meum, lucem, uo
cem, odorem, amplexum interioris homi-
nis mei, ubi refulget animæ meæ lux quã
non capit locus, ubi non ſtat quod rapit tẽ
pus, ubi olet quod non ſpargit flatus, ubi ſa
pit quod non minuit edacitas, ubi hęret qđ
non amat ſatietas, hoc eſt quod amo, cum
Deum meum amo. Ad quintam quæſtio-
nem dicitur. Primò, ꝙ Deus ſic tempera- *H*
uit precium gloriæ, ut nullus ſe excuſare *Dos.*
poſſit, qui ſaluus eſſe uelit. Negociator .n. *Quõ poſ-*
cum habet merces precioſas, & non poteſt *ſumus p-*
eas uendere, ponit eas ad tale forum, ꝙ om *uenire ad*
nes communiter poſſint attingere. Ita ſi *tantã glo*
Deus poſuiſſet ſalutem beatæ uitæ ad forũ *riam cum*
quod ualet, non inueniret, qui emere poſ- *uix iuſtus*
ſet. Totus enim mundus aliquo quod ſit *ſaluetur.*
in mundo non poſſet eam iuſto compara-
re precio. Rom. 8. Non ſunt condignæ paſ
ſiones huius temporis ad futuram gloriã.
Ideo ad tale forum illud poſuit, ꝙ non eſt
pauper, uel diues, ſanus uel infirmus, nobi-
lis uel ignobilis, qui non poſſit, ſi uelit, ha
bere. A nullo enim quærit niſi quod po-
teſt. Pſalm. Pro nihilo ſaluos facies illos.
Quicquid enim hic facere poſſumus, reſpe
ctu gloriæ pro nihilo reputatur. Pſal. Pro
nihilo habuerunt terram deſiderabilem.
Ad Titum 3. Non ex operibus iuſtitiæ,

que fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. Dicitur ſecundò, q̃ iuſtus vix, i. cum pœna, & tribulatione ſaluabitur. Per multas enim tribulationes oportet intrare in regnum cœlorum. Quando miles eſt in tyrocinio uerberatur & læditur, ſed cùm uenit domum balneatur, & a commilitonibus commendatur. nec recipit in campo præmium pugil, ſed poſt prelium. Eccle. 44. In tentatione inuētus eſt fidelis; ideo dedit illi gloriam in gētem ſuam. Granum in terra ſeminatũ quāto plus gelu comprimitur & retardatur, tanto maior grani abundantia expectatur. Sic quanto cor bonum gelu tribulationis comprimitur, tanto in gratia multiplicatur. Inde eſt quod Iob poſt ſupplicia reddita ſunt duplicia. Grego. Electorum deſideria dum premuntur aduerſitate proficiũt. ſicut ignis flatu præmitur vt creſcat, & unde quaſi extingui cernitur inde roboratur. 2. Cor. 1. Sicut abundant paſſiones Chriſti ĩ uobis: ita & per Chriſtum abundat cōſolatio neſtra. Narrat enim Iulius Frontinus lib. 1. de Cyro Perſarum rege, q̃ proceſſurus contra Medos, ut ſuſcitaret animos popularium: fatigauit eos in tota quadam ſylua excidenda. deinde poſt triduum tribuit eis liberaliſſimas epulas: & interrogauit de quo magis gauderent aut de preteritis, aut de præſentibus. Cùmq; ei reſpōderent præſentia magis placere: ait. Per iſta enim ad hec perueniendum eſt. Nec liberi & beati eſſe poteris: niſi Mædos uiceritis, & ſic eos ad præliũ incitauit. Sic rex cœli contra hoſtes nos concitans, dat nobis laborem grauem & multiplicem: ut ferre malos homines perſecutiones & contumelias eorum poſſimus. poſt tamen laborem magna nobis dona præparauit, ſcilicet paradiſi.

*Eadem Dominica 2. Quadrageſimæ. Sermo 5. & in ordine 43.*

*A*
*Maria.*
*Quare Maria non interfuit trāſfigurationi.*

TRanſfiguratus eſt ante eos. Matthæ. 17. Quæritur quare Maria non interfuit transfigurationi Chriſti, cùm inter omnes creaturas ſuas Chriſtus maxime dilexerit matrem ſuam. Theſaurus autem oſtendi ſolet maxime dilectis & familiarib. Quid enim celaret matri filius, & tali matri talis filius? Reſpon. primò, q̃ non interfuit trāſfigurationi, ut oſtendatur iure carnis gloriam paradiſi non poſſideri, ſed per labores & merita. Naturaliter enim flet puer priuſquam rideat. Ideo Mariæ quæ ſibi iure carnis propinquior erat: tunc gloriam ſuam non oſtendit, ſed Apoſtolis ſecum laborantibus. Dicitur ſecundò, q̃ non erat opus ei demonſtrare, quia iam ampliora uiderat. Primò, dotem agilitatis cognouit, cùm Chriſtum in utero ſine onere portauit. Secundò, ſubtilitatem cùm uentrem exiit infractum. Claritatem uerò non ſolùm in corpore Chriſti, ſed etiam in ſuo, percepit ex redundantia gloriæ Chriſti nōdum nati: ut patet ex Euangelio Nazareorum, & gloſſa ordinaria ſuper Matthæum, ibi. Et non cognouit eam Ioſeph, donec peperit ei primogenitum. Et Ioann. Gerſon ſimiliter in Ioſephina. Candela poſita infra lucernam, per lucernam uidetur & penetrat lux eam. Impaſſibilitatem uerò non cognouit uſque poſt reſurrectionem. Et quia pauperes ſumus: illa autem regina cœli diues, & pauperes non quærũt de magnis bonis, ſed de reliquiis: nunc non quærimus gloriam paradiſi nobis pro nunc cōmunicari, ſed pro minoribus bonis in ordine ad eam rogamus, ſcilicet, per gratia Dei, & deuotione habenda, quia ad gloriam non pauci ſunt parati. Nō enim quærunt coquini perdices & phaſianos, ſed reliquias feſti: ideo ad Mariam recurramus dicentes, Aue.

1 *Tranſfiguratus. Quō Chriſtus figuratus eſt, defiguratus, cōfiguratus, et tranſfiguratus.* [illegible]

Chriſtus figuratus eſt, defiguratus, configuratus, & transfiguratus. Sic homo ſuo modo. Chriſtus enim figuratus eſt, quando formam ſerui accepit: in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus, ut homo, Phil. 2. Homo autem uerè figuratus eſt ut homo cum Chriſtum induerit, non cum lupum ut prædones, uel uulpem ut doloſi, uel porcum ut lubrici. Defiguratus eſt Chriſtus, quando in paſſione non erat ei ſpecies, neque decor, ſed uidimus eum tā quam leproſum & percuſſum a Deo, & humiliatum. Eſa. 53. Homo uerò defiguratus eſt cùm eſt in peccato, uel erit damnatus in inferno. de quo dicitur Thre. 4. Denigrata eſt facies eorum ſuper carbones. Configuratus autem erit Chriſtus & nos ſimiliter, quando reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ. Phil. 3. Et nos transfigurabimur cũ eo, quando glorioſum corpus noſtrum ex

redundantia



redundantia gloriæ ipſius animę totum penetrabit, ſicut & in transfiguratione Chriſti, qñ transfiguratus eſt ante eos. Quia Petrus adhuc ſtās in ſuburbiis paradiſi dixit. bonum eſt nos hic eſſe. hodie cũ Petro tota die in ſuburbiis ſtabimus. Suburbia paradiſi dicimus ipſam gloriam corporis. Paradiſum verò ipſam gloriam animæ.

Mane igitur dicemus de gloria corporis Chriſti. Poſt reſurrectionem verò corporalem de gloria corporis noſtri. Matutinus item ſermo duas ſcindetur in partes iuxta euangeliũ. Primò tangetur de modo trāſfigurationis Chriſti. In ſecunda parte, de aſſiſtentibus eius transfigurationi.

Primò igitur aſſumpſit dominus Petrũ, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius. In quo oſtenditur paucitas ſaluandorum; cũ de duodecim tantum tres viderunt gloriā eius. Ibi enim ducitur Petrus, qui interpretatur agnoſcens. ſ. fidem, quia videlicet ſoli fideles illuc aſcendent, & non increduli. Ducitur ſecundò Iacobus, id eſt, ſupplantans. ſ. paſſiones ſuas, & tentationes. Apoc. 2. Qui vicerit dabo ei edere de ligno vitę quod eſt in paradiſo Dei mei. Tertio, Ioannes. i. gratiam habens. Secundò nouem reliquit, vt creditur propter Iudam, qui cũ iā diabolus eſſet iuxta dictum Saluatoris. Io. 6. Nonne ego duodecim vos elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt? indignus erat videre gloriā Dei. iuxta illud Eſa. 26. Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Ideo ne fortè inuideret aliis, q̃ ſolus remanſiſſet, & propter carentiam viſionis illius beneficij occaſionem ſumeret tradendi Chriſtũ, fuerunt aliqui ſolum relicti. In hoc autem datur documentum, vt perfectiores, & Deo amore propinquiores ad alta beneficiā ꝓmoueātur, imperfectiores verò ad minora. Vnde illi tres perfecti aſcenderunt in montē, cęteri in valle remanſerũt plures boni, quā mali. Nũc aũt econuerſo, plures mali promouentur ad bñficia, & dignitates, quā boni. Secũdo aſcēdit in mōtē excelſum ſeorſum, in quo notatͣ ſaluādi difficultas, propter aſcenſum in montē. Non. n. niſi labore quærenda eſt vitæ altitudo, & nemo repēte fit ſummus. Ad quācũq; n. altitudinē ſiue ſcientiæ, ſiue honoris, ſiue diuitiarũ nō niſi labore peruenitur, ſicut mons cum labore & ſudore aſcenditur. Malæ aũt herbæ cito creſcũt, & pulices & pediculi cito naſcuntur, nō aũt oues, & boues cito acquiruntur, aut vineæ cito ferũt fructum. Vnde triplex inuenitur mons. Primus eſt mons ꝓtātis, & honoris, in quē diabolus aſcēdere voluit. Eſa. 14. Sedebo in monte teſtamēti, in quem & portauit Chriſtum, cũ oſtendit ei oīa regna mundi. In quē montem periculoſum eſt aſcendere. Primò, quia potentibus oēs adulantur. pſal. Laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ. Secũdo, quia oēs inuident. Bernar. Sola eſt miſeria, quæ caret inuidia. Tertio propter ruinam. Luc. 10. ait Chriſtus. Videbā ſathanā ſicut fulgur de cœlo cadentē. Homo. n. circulariter gradiēs cito capite turbatur, & qui in alta domorum cacumina graditur cito ruit, & turbatur, & qui in campanile aſcendit, circulariter & ſolus in idipſum aſcendere poteſt. Sic qui mō in dignitates aſcendunt in circũitu poti ambulant, iuxta illud pſal. In circũitu impij ambulant, & nũqnā recte ad veritatem procedunt: & tñ vnus ſolus in vacante dignitate cāpanile dignitatis aſcendit. Et hic mons nō eſt excelſus ualde, qa ad cũ pueri pertingunt. Secundus eſt mōs ſcientiæ, de quo apoſtolus. 1. Corint. 8. Scīa inflat, quam quidem ſcientiam appetit homo habere, non vt laudet Deum, aut zelet ſalutem animarum, ſed vt magnus appareat, aut vt ad magna aſcendat, aut ſub colore ſcientiæ multa mala faciat. In primũ montem aſcendit diabolus, de quo tanquā fulgur deſcendit. In ſecundum, primus hō cui dictum eſt à ſerpente. Eritis ſicut Dij ſcientes bonum & malũ, qui ita cecidit, & confractus eſt, vt nondũ ſanata ſint vulnera eius, quæ in deſcenſu montis illius inflicta ſunt. De monte potentiæ deſcendit dominus carnis infirmitate, de monte ſciētiæ quādo per ſtultitiam prædicationis ſaluos fecit credentes. 1. Cor 1. Quis impotentior eo, cuius omnia mēbra clauis affixa, & cuius dinumerantur omnia oſſa? Quis inſipiētior apud mundũ putaretur eo, qui tradidit in mortē aīam ſuā, & cũ ſceleratis reputatus, quæ non rapuit tunc exoluebat? Tertius motus eſt mons gloriæ æternæ, ꝓpter quem aſcendit in montem hiſtorialem, vt nos doceret non in profundũ huius ſæculi quærendam eſſe gloriā, ſed in ſublimibus. Col. 3 Quæ ſurſum ſunt quærite. Inde ſacerdos in miſſa dicit. Surſum corda. & ibi reſpōdetur. hēmus ad dominũ. Ibi. n. debēt

*C*
*Mont.*
*De triplici monte.*

eſſe

eſſe fixa corda noſtra, vbi vera ſunt gaudia vbi nouus homo, nouus rex, noua lex, noua gaudia, ubi noua ſunt omnia corda, voces, & opera. In monte olympo (vt dicit Ariſtot. 1. Meteororum) non ſunt niues, aut venti. Sic in cœleſti monte nulla nociua apparabunt.

D
*Transfiguratio. Quare trãſfiguratus eſt Chriſtus.*

Tertiò, transfiguratus eſt ante eos, in quo oſtenditur ſaluandis ſaluandorum felicitas, cum dicitur, transfiguratus eſt ante eos. Primò, vt non ſcandalizentur boni, ſi viderint bonos in hac vita pati, ſicut ille qui dicebat in pſal. Hoc labor eſt ante me, doneç intrem in ſanctuarium Dei, & intelligam in nouiſſimis eorũ. Tũc enim Deus aperiet oculos omnium, vt intelligãt, ſicut & aperuit oculos diſcipulorum, vt intelligerent quæ bona præparata ſunt diligentibus eum poſt labores, & tribulationes. Ro. 8. Adoptionem filiorum Dei expectantes redemptionem corporis, id eſt, iteratã emptionem, vt qui ſumus empti à peccato in ſpiritu, iterum redimantur per tribulationes, & pęnalitates à mortalitate corporis. Sicut homo qui vult redimi neceſſe habet aliquid pro redemptione ſoluere, ſic & homo per labores, & tribulationes. Prou. 13. Redemptio aĩæ viri propriæ diuitiæ. Propriæ aũt hominis diuitiæ ſunt pęnalitates & miſeriæ. Nihil. n. aliud creſcit in proprio fundo eius. Qui aũt nihil vult hic ponere de ſuo. i. nihil hic ſuſtinere pro Chriſto, nõ expectet redimi ab eo. Iob 15. Non credat fruſtra errore deceptus, ꝙ aliquo precio redimendus ſit. Secundo, hoc fecit, vt alliceret eos ad laborem pro præmio. Sic nutrix dat pomum puero, vt alliciat illum ad amorem eius, & vinum datur ad guſtandũ ribaldo, vt alliciatur ad tabernam. Et quia dominus precium vitæ beatæ immediatè poſuerat dicẽs. Luc. 9. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me, ne illud p̃cium carũ uideretur, uinum ad guſtandum dedit, & mõſtrauit, nõ melius, ſed minus. ſ. quartam partẽ gloriæ corporis, ut illuc tendamus. Nõ ſic tabernarij moderni, qui oſtendunt & clamant melius, & uendunt peius. ſed ſicut mercator ne emptor decipiatur, pannũ monſtrat; ut per coloris pulchritudinem alliciatur; & ſicut fructus vel vinum conceditur ad guſtandum, ut carius uẽdatur, ſic cęleſtis mercator merces æternę gloriæ diſcipulis expoſuit, ut ad ipſas comparandas fortius accenderentur. In tranſitu tamen oſtendit, quia nõ corpus uenerat reformare, ſed animam per gratiam. Totum. n. hominem aſſumpſit, ut totum ſanaret. Spiritũ tamẽ aſſumpſit ſanum, & corpus infirmũ, animã non reformandam, ſed corpus reformandum. Eſa. 53. Vidimus eum, & nõ erat ei aſpectus. ſ. in formatura corporis. Vnde hic reformanda eſt anima per confeſſionẽ, quia qui non reſurget in iudicio animæ qđ fit in confeſſione, non reſurget in alio ad uitam. pſal. Nõ reſurgunt impij in iudicio. Apoc. 20. Beatus qui habet partem in reſurrectione prima. Talis ſecurus expectat iudicium futurum. Sed circa hanc ſecundam rationem, in qua dicitur, quòd propter laborem ut alliceretur homo ad præmium, transfiguratus eſt dominus, quæritur utrũ Deo propter retributionem ſeruiendum ſit, cum tamen retributio uideatur temporale bonum. Reſponſio. Dicitur primo, ꝙ propter retributionem æternã bonum eſt ſeruire Deo. Ipſe. n. ſolus Deus eſt retributio æterna. p̃s. Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem. Dicitur ſecundò, ꝙ propter retributionem temporalem ſi principaliter propter eam ſeruiatur, non eſt, quia tunc bonum magis principale ordinaretur ad minus. Deus. n. cui ſeruitur, ordinaretur ad temporale bonum. Tertio dicitur, ꝙ minus principaliter bonum eſt ſeruire Deo propter bonum tranſitorium tanquam allectiuum, ſic vt canonici habent diſtributiones, non vt principaliter ſeruiant Deo propter eas, ſed ut eis alliciantur. Vnde & apoſtoli propterea quia oĩa reliquerunt ad ſeruiendum Chriſto, petierũt ab eo, quid ergo erit nobis? Centuplũ ait hic accipietis, ex quo ſequitur hic eſſe promiſſa tẽporalia ſeruientibus Deo, & in futuro vitam æternam poſſidebitis. Tertio, ut oſtenderet quanto lumine debent lucere doctores, & p̃lati, maxime ex interiori aĩæ ſerenitate. Lucent. n. quidam ſolum exterius, ſicut uermes, & ſquammæ piſcium, quæ in noctæ huius ſæculi lucẽt, ſed in die clara iudicij erunt uermis, & opprobrium. Quidam lucent intus, & extra, cuiuſmodi ſunt boni doctores eccleſiæ. Quidam nec intus, nec extra, ut reprobi. Quidam uero intra, ſed non ad extra, ut boni religioſi in clauſtro abſcõditi. Quanta enim ſit uirtus in radice non apparet in hyeme, ſed in futura æſtate apparebit. Et reſplẽduit facies eius ſicut ſol, ut oſtendat eos qui præſunt debere lucere ſicut ſol, qui ſe oĩbus cõmunicat, & terrã fructificare facit. Sed ècõtrario multi poſtquam ſunt in honore, nõ intelligunt, ſed omnia diſſipant ſe cõicantes ſicut ſitula, quæ dum accipit aquam a fonte uertit fundũ uerſus cœlũ, & os ad aquã. Sic cum a populo accipiunt bona ſe cõuertendo ad cõmutabile bonum, auertunt ſe ab incõmutabili. Secundò, ut oſtẽderet hic non eſſe tempus ornandi corpus, ſed in futurum; neque hic quærendi gloriã. Luctator quandiu eſt in lucta non reportat triũphũ, ſed poſt. Gene. 32. Luctabatur cum eo uſque mane, id eſt, ad ortum ſolis iuſtitiæ, ubi gloriam obtinebit.

E
*Retributio. Vtrũ bona opera licitè fieri poſſint pp retributionẽ.*

F
*Gloria paradiſi. Vtrum in paradiſo, p̃damus colorẽ pp corporis claritatẽ.*

Sed quæritur utrũ in illa transfiguratione Chriſtus figuram amiſerit, & ſi in paradiſo perdemus colorẽ album propter claritatem, ſicut & ſol colorem non habet? Dicitur primò, ꝙ corpus Chriſti ſimul erat lucidum, & coloratum, & ſic erũt electi in die reſurrectionis. Squammæ enim piſcium, & uermes, & carbones igniti propter lucem non perdunt colorẽ: licèt non uideatur. Dicitur ſecũdò, ꝙ corpus non erat lucidũ niſi in tranſitu, anima uerò eius ſemper. Sicut Luna faciẽ ſuperiorem uerſus Solẽ ſemper habet illuminatã, non aũt eã quæ eſt uerſus terram.

G
*Gloria paradiſi. Vtrũ in paradiſo erimus ueſti. i.*

Et ueſtimẽta eius facta ſunt alba ſicut nix. Quæritur ſi ueſtiemur in illa gloria, quia angeli poſt reſurrectionẽ, & Chriſtus apparuerunt ueſtiti? Reſpon. Primò, ueſtes induuntur propter alterũ triũ. Aut ad tegẽdũ uerẽda, aut propter frigus, & cauma, aut ad decentiã hoĩs. Propter hoc natura beſtias ſpiſſa pelle, & aues plumis induit, hoĩem uerò, quia ratione decorauit nudum produxit, ueſtimentum rõni derelinquens. Et quia in illa patria non erunt aliqua uerecundia, nec frigus aut calor, & p̃pter decentiam corporis erit lux incorporalis. p̃s. Amictus lumine ſicut ueſtimento, ideo illic non induẽtur ueſtibus corporeis. Apoc. 12. Mulier amicta ſole. i. lumine ſolari. Secundò dicitur, ꝙ Chriſtus in transfiguratione indutus erat, quia illã gloriam non niſi ad horam reſumebat. Angeli uerò non niſi ueſtiti poterant uiſibus humanis oſtendi. In ſecunda parte dicendum eſt de aſſiſtentibus transfigurationi Chriſti.

H
*Transfiguratio. Propter quid cum Deo congregabuntur principes populi Iudaici, & Chriſtiani.*

Primo autem aſtiterunt principes populi Hebraici vnà cũ principibus populi Chriſtiani. pſal. Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraham, ſed utrum ad conſulendum ei, hoc non eſt dicendum quia Eſa. 40. Quis adiuuit ſpiritum domini, aut quis conſiliarius eius fuit? Aſtiterunt tamen ad approbandum conſilium domini ſuper redemptione generis humani, propter quod loquebantur exceſſum, quẽ completurus erat in Hieruſalem, ſed principes populi Chriſtiani congregati ſunt ẽt ad pugnandum. Inde tanquam Dij fortes uehementer eleuati ſunt contra tyrannos, & reges terræ. Quod bellum non gladiis, ſed uerbo Dei, & patientia ſuperandum erat, quod viuacius fiebat, cum membra capiti vniebantur, & cum Deo capite congregabantur.

I
*Transfiguratio. Quadrupli ẽ exceſſum fecit dominus.*

Principes autem populi Iudaici loquebantur exceſſum, quem completurus erat in Hieruſalem. Qui quadrupliciter exceſſit. Primò exceſſit exceſſu naturæ, quandò exinaniuit ſe formam ſerui accipiens, & ut ſeruum inutilem redimeret, utilitatem & crucis ignominiam uoluit ſuſtinere. Legimus membra pro capite ſe expoſuiſſe, nunquam caput pro membris. ſed hic naturam exceſſit, qui ſe caput pro membris obiecit. Secundò exceſſit metas gratiæ, & amoris, quãdo ut te faceret glorioſũ, ſeipſum fecit ignominioſum. Magna quidẽ gr̃a eſt, quando prælatus pro ſuis ouibus, aut aliquis p̃ p̃ximo aſſumit mortem uoluntarie, maior cum pro extraneis, maxima cum pro inimicis. Omnia. n. membra ſua obtulit uictimãda, & ad obſequium noſtrum, ſicut iſti ſaltatores omnia mẽbra ſua ad diaboli obſequium. Sicut. n. cum quis vult amicum honorare, ei ad menſam ſeruit, & oĩa quę habet in domo ſua, ei ſubijcit, lectum in propria perſona ſternit. Tantum certè poſſet facere ꝙ uerecundaretur amicus, & diceret modum excedis. Sic dñs oĩa quæ in mũdo ſunt, homini ſubiecit, in menſa ſacræ ſcripturæ, & altaris ei deſeruit, lectũ in paradiſo nobis ſtrauit, iuxta illud. Vado parare uobis locũ. Io. 14. ſed modũ exceſſit, cũ pati uoluit. Eſa. 38. Laude mea infrenabo te, id eſt, tãta faciam pro te, ut laus mea ne cõmittas illicitum refrenabit te. Tertio exceſſit exceſſu paupertatis, quæ in multis apparuit;

ruit. Primò in pecuniȩ poſſeſſione, quia vnde redimeret vitam non habuit, fortè ſi Pilato dediſſet mortuus non fuiſſet. Secũdò in amicorum amiſſione, quia non habuit qui pro eo coram judice ſtaret. Tertiò, in veſtium nudatione, quia non habuit quo carnem operiret. Quartò, in terræ ſubtractione, quia non habuit vbi pedem terræ figeret. Quinto in cibi, & potus ſublatione, quia non habuit quid biberet, aut comederet. Sextò, pauper fuit à lecto, & domo ſibi deficientibus, quia non habuit vbi caput reclinaret. Lectus enim mortis eius in quē requieuit odorantibus clauis refertus non gaziophili, ſed ferri tã arctus erat, vt vnũ pedem ſuper alium haberet, & tam breuis, vt nullum puluinar haberet in quo reclinaret caput. Septimò, pauper fuit in paſſione à membrorum incolumitate & libertate, quia non habuit membrum à paſſione liberum, de quo iuuare ſe poſſet, niſi linguã ſelle, & aceto ad vltimum impeditam. Octauò, exceſſit exceſſu potentiæ, quando paſſio eius tantæ virtutis fuit, ꝙ omnes homines fuit ſufficiens ſanare à morbo peccati, & ſanauit omnes ſanctos, qui fuerunt ab origine mundi à plaga originalis peccati. Sanauit etiã, & adhuc ſanat oẽs eredentes, & ſanabit vſq; ad finem mundi. Quicunq; enim reſpexerint ſupradictum æneum ſerpentem in palo crucis, ſanantur à morſibus ignitorum ſerpentum, id eſt, dæmonum. Poſt principes veteris teſtamenti, qui loquebantur exceſſum, quē facturus erat dominus, ſubſecuti ſunt principes eccleſiæ, q fugere uolebant exceſſum, quem facturi erant propter Chriſtum. Vnde & vnus eorum ſubdit. Bonum eſt nos hic eſſe. Ad vnũ hauſtum gloriæ clamauit ad modum ebrij neſciens quid diceret, quàm magna igitur multitudo dulcedinis tuæ domine? Temperate loquantur, qui in gloria mundi ſunt, quando in gloria cœli vnum ſolum uerbũ protulit Petrus, & quid diceret neſciebat. inebriati quippe gloria mundi ſemper volunt loqui, & ad inſtar Dei, qui dicit, & facta ſunt, volunt omnia quæ dicunt adimpleri. Sed ſicut ebrius omnium ſuarum miſeriarum obliuiſcitur, ſic Petrus inebriatus ab vbertate domus domini, cum neſciret quid diceret, dixit. Bonum eſt nos hic eſſe, & ſic bonum eſt nos illic eſſe, certe bonum eſt illud audire, ſapere, & procurare. Audire, quia libentius audit miles de ſtipendijs ſuis, quàm de guerra, mercennarius de præmio, quàm de labore, prægnans de nono menſe, quãdo erit in termino, vt pariat, & de patria noſtra libenter audimus, quando exules illuc reuertemur. Pſalm. Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit ĩ valle lachrimarum. Secundò deguſtare, & ſapere, quia qui modicum deguſtauit de fructibus illius, velut ebrius ſe denudat, vt Chriſtum poſſit ſequi nudum. Sic Bernard. dicens. O beata patria video te, ſed intrare non poſſum retentus carne. Videmus enim patriã noſtram, & de longe ſalutamus eam. Sic Augu. Guſtaui (inquit) ad horam, & exarſit ſpiritus meus in pacem eius. Sic canis, cũ ſentit odorem beſtiæ, nihil ſibi difficile eſt ad proſequendum eam. Beatus qui bibit de aquis, quæ ſuper cœlos ſunt, bibit Petrus modicum, & inebriatus neſciebat quid diceret. Tertiò, procurare quando vacat dignitas in cathedrali eccleſia, vel officium in curia laica, quiſque diligenter procurat habere eam. Neſciebat autem quid diceret Petrus, quia putabat regnum electorum haberi in terra. Sic falluntur multi, qui cõgregant, & ædificant ſibi domos, quaſi perpetuò ſint in terra manſuri.

K *Transfiguratio. Quõ Petrus cognouit Moyſen et Heliã.*

Circa hoc quæri poteſt, quomodo Petrus cognouit Moyſen, & Helyam, qui longo tempore ante fuerant, & quomodo anima filij quando exibit corpus, cognoſcet animam patris ſui, quam nunquam vidit? Reſpon. ꝙ poteſt fieri tribus modis, ꝙ aliquis cognoſcat quem nunquam vidit. Primò, per aliquam ſimilitudinem ipſius, vel alicuius effectus ipſius, vel per aliquod accidens, quod audiuit, vel vidit, vel credidit, vt legimus de ſancto Bartholomæo ex traditione dȩmonis, figuram corporis, & veſtium eius deſcribentis. Et ſic potuit diues epulo cognoſcere Abraham, quia credidit in vita ſua eſſe ſinum Abrahæ, & tũc videbat ibi Abraham quaſi principalem, & Lazarum ibi requieſcere. Et ita potuit Petrus cognoſcere Moyſen, & Heliam in maieſtate ſua. Heliam, quia ſuccinctus zona pellicea cum clamide ſua, & Moyſen facie cornuta. Secundò, per ſpecies à Deo ſupernaturaliter influxas. Thomas quodlibeto 3. q. 9. Anima in ſui ſeparatione à corpore recipit influxum ſpecierum intelligibiliũ à natura ſuperiori, ſcilicet diuina, ſecundũ naturalem ordinem, & non ſolum anima, quando ſeparatur, ſed etiam experimur, ꝙ natura humana quanto à ſenſibus corporis abſtrahitur, tanto eſt particeps ſuperioris influxus, ſicut patet in dormientibus, & alienatis. qui etiam quædam præuident futura. Non. n. tunc aĩa multũ intendit corpori, ideo conuertit ſe ad ſuperiores ſubſtantias, à quibus influxum recipit, & ſic vna anima ſeparata puta viri, cognoſcet animã vxoris ſuæ, quam nunquam vidit, & etiam aliarum multarum ſecundum Dei influentiam. Sicut enim corpora inferiora recipiũt influentias à corporibus cȩleſtibus, ſic arbitrandum eſt animas ſeparatas à Deo ſuſcipere influentiam ſpecierum. Sic anima Lazari potuit cognoſcere animam diuitis, & econuerſo. ſic Petrus, Moyſen, & Heliã, quia tunc præ raptu eius anima paucum, aut nihil intendebat corpori, ideo potuit recipere ſimilitudines, aut ſpecies proprias eorum. Quando enim recipiuntur iſtæ impreſſiones ita vehementes, vix anima poteſt intendere corporis regimini, ſicut patet de Paulo, qui neſciebat an in corpore uel extra corpus eſſet. Hoc autem ſecundo modo narrat conformiter Gregorius de quodam monacho ſui monaſterij, qui tempore ſuo ad extrema deductus, cum gaudio exclamauit aliquos ſalutando, quos tamē qui prȩſentes erant non uidebant. Et cum requirerent quos ſalutaret, dixit, quòd Ionam, Ezechielem, & Danielem videbat aſſiſtentes, quo dicto anima eius euolauit. Anima enim tunc quodammodo penetrat ad res alterius ſeculi per parietem corpori. ſui iam imminutnm morbo, ſicut uidemus, quòd pariete multum confoſſo quandoque uidetur ex altera parte. Et hos duos modos ponit beatus Thomas quodlibero. 3. q. 9. artic. 1. Tertiò, poteſt intelligi per diuinum lumen irradians in intellectu ſupernaturaliter. Qui enim dedit intelligentiam alteri plus, alteri minus, poteſt etiam eam ſupernaturaliter augere, vt cognoſcat quæ non uidit. Et ſicut in ſole cognoſcuntur colore, qui nunquam intuitiuè viſi ſunt, ſic in lumine humanitatis Chriſti potuerunt cognoſci Moyſes, & Elias à Petro. Et hoc eſt quod vult Ambroſius dicens, quòd per maieſtatem domini irradiantem ſuper eos cognouerunt Moyſen, & Heliam. In quo datur documẽtum, quòd in hac vita ſufficere debet nobis, vt ſimus boni, & ea, quæ ſunt ſalutis noſtræ cognoſcamus, quia quanto hic meliores erimus, tanto plura in alia vita cognoſcemus. Si enim ſcire eſt homini connaturale, quanto magis aliquid eſſe qđ eſt bonum eſſe, ideo bonitas tunc ſcientiã adaugebit. Poſtquam dictum eſt de aſſiſtẽtia principum tam ſinagogæ, quàm eccleſiæ, dicendum eſt de aſſiſtentia totius trinitatis. Nam filius apparuit in maieſtate, ſpiritus ſanctus in nube lucida, pr̃ in uoce dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bñ cõplacui, ipſum audite. Non magos, non diuinatores, non ariolos, non Moyſen, non Heliam, ex quo aſſumit Martion hæreticus, ut patet ex quarto libro Tertuliani contra Martionem, ꝙ legem antiquam dãnauerat Chriſtus. q. d. Hunc audite, qui doctrinam noui teſtamenti aſſerit, non illos qui legem antiquam. Sed ſicut dicit idem Tertul. non prohibuit eos audiri, ſed quaſi nouum approbaſſet teſtamentum, iuſſit audire filium ſuũ. Quomodo. n. uetuiſſet eos audiri, cũ quibus familiariter loquebatur? Non enim ſanum uidetur hominem cum aliquibus ſuauiter loqui, & ab omnibus eos prohibere audiri, quibus dignatus eſt oſtendere ſuæ maieſtatis gloriam ad maioris familiaritatis iudicium. Quomodo relinquendos doceret, quos ſibi iungit, quomodo deſtrueret, quos de radiis ſuis inſtruit? Cum quo melius Chriſtus, quàm cũ ſuis prædicatoribus eſſe, & cum illis uideri, à quibus in reuelatione erat viſus, cum illis loqui, cum quibus fuerat locutus, cum eis gloriam ſuam communicare, à quibus dominus gloriæ appellabatur, ſcilicet cũ principibus populi ſui, quorum alter informator, alter reformator erat? Petrus autē ad hoc bonum ſuggerit conſilium dicens. Bonum eſt nos hic eſſe, ſcilicet vbi Moyſes, & Helyas, ubi bona ſocietas, bona doctrina, bonum exemplum, bona fama, hæc Tertulianus. Sed quomodo Petrus bonum ſuggerebat conſilium, qui neſciebat quid diceret? Reſpondet idē Petrum tunc fuiſſe in raptu, & in ectaſi, & quaſi per ipſum loqueretur Deus, obumbratus erat ſpiritu virtute diuina, & de diuinis loquens, quæ ſuã virtutem excedebant, magis agebatur quàm ageret. Cũ enim ſtatuas & imagines per legem non haberent, quomodo Moyſen, & Helyam cognouiſſet, niſi virtute diuina

L *Teſtamẽtum. Quia dominus nõ reprobauit uetus teſtamentum, ſed approbauit contra Martionem.*

vina actus, quæ ſic eum immutabat? Neſciebat enim quid diceret, ſed ſciebat diuina virtus quid per eum faceret. Hæc Tertul. vbi ſupra. Audientes autem illam vocem ceciderunt in facies ſuas. Quomodo ergo erimus in paradiſo ſine tremore; qñ audiemus vocem illam terribilem patris, ſi ſancti non potuerunt eam audiendo ſtare. Reſponſio. Dicitur primò, ꝙ in paradiſo non erit timor, neque vox terribilis patris, quando non timore, ſed amore tanti boni ducemur. Ad oſtendendum, ꝙ hic omnis gloria cum timore aſſumenda eſt, & quanto maior gloria, tanto ibi maior timor. Illic autē perfecta charitas foras mittet timorem. Vnde & vox patris in baptiſmo neminem terruit, nec illa, quæ audita eſt à gentibus in domo Matthiæ Ioã. 12. Iō dicitur ſecundò ſecundum Cryſoſt. ꝙ ſolitudo, altitudo montis ingens, transformatio plena horroris, lux fulgentiſſima profunda nubes, & latior, quæ omnia illis inſolita erunt, pauorem ingerebant non in aliis. Tertio dicitur ſm Tho. 3. par. qō 45. artic. 4. Quòd tunc oſtendebatur excellentia gloriæ, quam non poteſt pro nunc fragilitas noſtra ſuſtinere. Exo. 33. Non videbit me homo, & viuet. Ideo non mirum, ſi fuerunt territi, nō in lumine corporis Chriſti, ſed in voce patris, & nube obumbrante. Sanabitur autem talis infirmitas per Chriſtum. In ſignum cuius dixit eis poſtea. Surgite, nolite timere. Et leuantes oculos ſuos neminem viderunt &c. quia anima ſancta in exceſſu mentis virtute occulta diuinæ bonitatis ſuper ſe ipſam eleuata, ſic in ipſum transformatur, vt nihil videat, nihil cogitet, nihil ſapiat, niſi Ieſum. Ieſus. n. totius perfectionis, & cōtemplationis, finis eſt, cui laus & gloria ī ſecula ſeculorū, aīn.

*M Tran ſiguratio. Quō uox patris terruit diſcipulos.*

*N Gloria mundi. Quanto maior gloria mūdi, tanto ibi maior timor.*

*O Tran ſiguratio. Anima in exceſſu mentis nihil uidet, niſi Deū.*

### *Sermo pomeridianus ſextus eiuſdem Dominicæ 2. Quadrageſimæ. & in ordine 44.*

*A Gloria paradiſi. Quare plus deſcribūtur horrenda inferni, ꝙ*

TRansfiguratus eſt ante eos. Matth. 17. Quæritur quare dominus per ſcripturas tam magna, & horrenda reuelauit de pœnis inferni; ſed non tot & tanta de gaudiis paradiſi. Vnde multi dicunt, quis oſtēdit nobis bona, ſ. æterna, quia bona naturæ & fortunæ ſunt ſatis nobis cognita. Reſpōdetur, ꝙ ratio huius eſt multiplex. Prima, quia bonus pater raro oſtēdit filio ſuo theſaurum, quem ei conſeruat, ne forte prodige diſſipet illum; ſed bene virgam. Eſt. n. timor Dei virga directionis, & virga regni dirigens. ſ. ad regnum Dei poſſidendum. Secundo, quia occultus eſt nobis locus inferni, cum in profundo terræ lateat. apertus eſt autem viſibus humanis locus æternæ beatitudinis, cuius ſarpillena occultane merces illius, melior eſt, & precioſior cunctis opibus, quę ſunt in terra. ideo quod minus de inferno apparuit viſibus humanis, ſupplet hoc ſcriptura pro viſibus animę ſpiritalibus informandis. Tertio, vt ex eo, qđ latet nos hæc gloria intra cęlos auidius eã perquiramus. Eſt enim depoſitum iuſtorū apud Deum latenter occultum, ſicut illius qui dixit, ſcio cui credidi, & certus ſum, qa potens eſt depoſitum meum ſeruare, &c. Oculus enim non vidit, nec auris audiuit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. Vnde dicit Ambro. li. 1. de virtutibus. Pulchritudo audita nec viſa plus deſideratur duobus ſtimulis. ſ. cupiditatis amore, & cognitione. Præfata tamen dulcedo ſic abſcondita non omnino latet timentes Deum, imo aliquid dulcedinis prægustant in præſenti. Albert. ſuper 1. Meteororum dicit, quòd manna eſt genus roris multum dulce, oues autem comedentes herbas, ſuper quas cadit ille ros, tãta auiditate comedunt, ꝙ frequēter moriuntur. Sic dulcedo Dei quēadmodum ros diſtillat ſuper cogitationes, & afflictiones iuſtorum. Deute. 32. Fluat vt ros eloquium meum, & talibus cogitationibus, & affectionibus paſcuntur tam auide, ꝙ huic mundo totaliter moriuntur, quia cogitatione, & auiditate in illa patria æterna conuerſantur. Col. 3. Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cū Chriſto in Deo. & hoc eſt quod dicitur Apoca. 3. Vincenti dabo manna abſconditum. Fuit autem quodāmodo abſcondita hęc dulcedo in corpore aſſumpto. Eſa. 55. Vere tu es Deus abſcōditus, nūc autem in altaris ſacramento. Et ad argumentum dicitur, ꝙ Chriſtus venit ad oſtendendum ea. Vnde ſubditur. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui dñe. i. lumen doctrinæ procedens a vultu Dei patris. Vultus enim ſemper videtur, vbi cęteta membra abſcōduntur. Hic eſt Dei filius, ſolus inter tres perſonas viſus in terris, a quo proceſſit lumen vitæ. Operatur. n. hō,

*pulchritudo poſt diſ.*



ſicut homo, & Deus ſicut Deus. Velari ſolent humani artifices vilia, & ſuperponere precioſa. Apud homines auro uel argento nihil ſuperponitur, vt quod melius eſt, oſtendatur. Sic natura verenda tegit, & faciem denudat, ſic tegit cuprum auro, & aurum purum demonſtrat. Econuerſo Deus occultat optima, & minus cara demōſtrat, aurum celat, & plumbum oſtendit. ps. Poſteriora dorſi eius in pallore auri. Dorſum Dei cęleſtis eſt patria, quæ in modū dorſi inuiſibilis eſt, & nos poſtremo expectat occultata, quæ auri pallore tegitur cum tribulationibus obtinetur. Sic obtinuerūt ſancti martyres, ſic Apoſtoli, ſic Beata Virgo, ad quam recurremus dicentes. Aue.

*B Dos. De quatuor dotibus corporis.*

Nunc dicendum eſt de gloria corporis noſtri, in qua licet Anſelmus lib. de ſimilitudinibus multas ponat dotes, cōiter tamē à doctoribus ad quatuor reducuntur. ſ. impaſſibilitatem, agilitatem, ſubtilitatem, & claritatem. Quas aſſignat Apoſt. 1. Corin. 15. Seminatur (inquit) in corruptione, ſurget in incorruptione, ecce impaſſibilitas. Seminatur in ignobilitate, ſurget in gloria, ecce claritas. Seminatur in infirmitate, ſurget in virtute, ecce ſubtilitas. Seminatur animale, ſurget ſpiritale, ecce agilitas. Eſt enim dos ſpiritalis, & dos ciuilis. Dos ſpiritalis eſt ornatus perpetuus animæ, & corporis in æterna beatitudine iugiter perſeuerans. Dos ciuilis eſt illud, quod datur ab his, qui ſunt ex parte mulieris, his, qui ſunt ex parte viri ad ſuſtentanda onera matrimonij. Et in hoc eſt ſimilitudo dotis ſpiritalis ad ciuilem, quia ſicut dos datus à patre ſponſę in proprietatem, uel dominium, & ſponſo in uſum, ſic à tota trinitate dãtur dona in proprietatem ipſi eccleſię, & Chriſto in vſum gloriæ ſuæ, ſicut ornatus mulieris, & decentia eius eſt honor mariti. Secundo ſunt ſimiles paſſiones, quia ſicut in matrimonio corporali dotes non cōferunt ſponſæ, qñ deſponſatur, ſed qñ in domum ſponſi traducitur, vt præſentialiter ſpōſum habeat, ſic dona & dotes non conferuntur quãdiu degimus in hac vita, quia quãdiu hic viuimus peregrinamur à domino. 2. Corin. 5. Eſa. 61. Induit me dñs ueſtimentis ſalutis, quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis. Quas quidē dotes Chriſtus in ſe oſtendit. ſubtilitatem in natiuitate pertranſiens virginis vterum. agilitatem ī ambulatione ſuper mare. impaſſibilitatem in reſurrectione, & claritatem in transfiguratione, quãdo transfiguratus eſt ante eos.

*C Dot. De differentia dotis ciuilis & ſpiritualis.*

*D Dos. Quid ſit dos impaſſibilitatis*

Prima igit̃ gloria corporis, ſeu dos gloriæ erit impaſſibilitas, ibi enim nulla erit infirmitas, nulla mors, nulla percuſſura, nulla ſenectus. Vnde proſa, nec lãguor hic, nec ſenium, nec fraus, nec terror hoſtium, 2. Corin. 15. Nouiſſimè deſtruetur inimica mors, qñ dicent electi, vbi eſt mors victoria tua? Vbi eſt mors ſtimulus tuus? Tunc equus noſter. i. corpus datum in adiutoriū animæ, quia eo bene uſi fuerimus, erit de ſella regis. Heſter 6. quia configuratum eſt ſimilitudini corporis eius, & accipiet diadema. i. cōtinuationem æternitatis. Diadema enim dicitur, quaſi duo demens, ſ. principium, & finem. Eſa. 62. Eris corona gloriæ in manu domini, & diadema regni in manu Dei tui, quia hoc erit per diuinam uoluntatem, quæ hæc omnia operabitur, quia quandiu hic militamus, mobile eſt tabernaculum noſtrum, ſed tunc figetur, qñ mortale hoc induet immortalitatem. Tūc non ueteraſcent amplius ueſtimēta noſtra in deſerto illo, ubi reliquit paſtor nonaginta nouem oues. i. angelicas virtutes, ſicut nec filiorum Iſrael. Nunc eſt terræmotus magnus, qa terreitas noſtra cito mouetur ad mortem, ſed tunc fiet ſtabilitas ps. Terra tremuit primò, & quieuit conſequenter, cum exurgeret in iudicio Deus, in quo abſoluetur terra noſtra ab illa excōicatione, & maledictione, quæ adhuc durat. Maledicta (inquit dominus) terra in opere tuo, puluis es & in puluerem reuerteris.

*E Dos. Vtrū corpora ſanctorum erūt īpaſſibilia.*

Sed quęritur, vtrum corpora ſanctorum erunt impaſſibilia? Et uidetur ꝙ non, quia conſtituuntur ex quatuor elementis, quę illis ſm ſuam naturam erunt, & ſic agent, & patientur ad inuicem. Secundò, in martyribus erunt cicatrices vulnerum, vt patuit in Chriſto, & per conſequens erit aliqua paſſio, & imperfectio. Reſpondetur primo, ꝙ elementa manebunt in corpore glorioſo, ſm ſubſtantiam, qualitates, & operationes. Eorum tñ quadruplex eſt operatio. Vna, quantum ad conſtitutionem, quæ eſt mixtionis. Secunda quantum ad conſeruationem, & hæc eſt miniſterialis delatio caloris vitalis per corpus. Tertia, eſt pugnæ ordinans ad diſſolutionem. Quarta, eſt exterioris impreſſionis, per quã alicuius elementi

renti operatio intēditur, & pugna oritur. Primæ duæ operationes manebunt, ſecundæ duæ nō. Ratio huius eſt triplex. Prima, eſt temperata mixtio confringens contrarietatem. Secunda, eſt elementorum appetituum quietatio. Tertia, eſt animæ influentis conſeruatio. Ratione primi nō pugnāt, ratione ſecundi pugnare non poſſunt, rōne tertij neceſſe habent quieſcere. Hæc Bonauentura in 4. diſt. xlix. Dicitur ſecundò, ſm eundem, ꝙ cicatrices in Chriſto, & ſanctis martyribus remanebunt, inquantum ſunt ſigna cōſtantiſſimæ virtutis, qua paſſi ſunt pro iuſtitia, & ſide, vt ex hoc ipſis, & aliis gaudium creſcat. Aug. 22. de ciuitate Dei. Neſcio quomodo ſic aſficimur amore martyrum beatorum, vt velimus in illo regno in eorum corporibus videre vulnerum cicātrices, quas pro Chriſti nomine pertulerunt, & fortaſſe videbimus. Nō enim deformitas eſt eis, ſed dignitas quædam, nec tamen ſi aliqua martyribus amputata & ablata fuerint, ſine ipſis membris erunt in reſurrectiōe mortuorum, quibus dictum eſt. Capillus de capite ueſtro non peribit. Dicitur tertiò, ꝙ hæc impaſſibilitas procedet ex tribus. Primò ex conſonantia electorum, vt ſupra dictum eſt. Secundò, ex redundantia gloriæ animæ. Eſa. 8. Impleuit ſplēdoribus animam tuam, & oſſa tua liberabit, ſcilicet à corruptione, & eris quaſi ortus irriguus, qui ſemper ſeruatur in virore, & hoc ex repletione animę. Vnde Bonauentura in 4. diſt. 49. Iſtæ diſpoſitiones in corpore dantur à Deo ī reformatione corporis, ſed quātum ad conſummationem, perfectionem, & continuationem ſunt ab anima glorioſa quia ſicut in præſenti anima in corpus influit, & per illam influentiam corpus eſt coloratius, durabilius, virtuoſius, & agilius quàm cum anima ſeparatur, ſic anima glorioſa influens in corpus omnes iſtas dotes, quas habet per ſui reformationem conſummat, & continuat. ps. Omnis gloria eius filiæ regis ab intus. Naturas enim rerum donauit Deus rebus, ſed poſtquam dedit eis illas ſecundum ſuam naturam datum permittit, & vult operari, ſic in anima glorioſa poſt data ſibi dona gloriæ. Tertiò, tamē erit principaliter ex diuina maieſtate hāc impaſſibilitatem influente. Nunc enim terra noſtra inanis eſt, & vacua, iuxta illud Rom. 7. Scio, ꝙ non habitat in me bonum, id eſt, in mea carne. Tunc autem replebitur maieſtate eius omnis terra. ps. Salus iuſtorum à domino. Sicut ei à Deo eſt ex creatione, ꝙ paſſibiles ſumus, ſic ex reparatione, ꝙ impaſſibiles. Prima vox pueri naſcentis indicat quod patitur, deinde incipit eſurire, ſitire, in pannis ſuis ſordeſcere, ſcabioſus, & infirmus, & debilis apparere. Sed tūc erit tanta, talisq́; ſanitas, quam nulla ſurripere ualebit infirmitas. Hinc Apoc. 7. Abſterget Deus omnem lachrymā ab oculis ſanctorum, & iam non erit amplius, neque luctus, neque clamor, ſed nec vllus dolor. Dextera enim ſua Deus, & brachio ſancto ſuo defendet illos. Quid illis nocebit, quibus dextera Dei tegumentum erit? Quartò dicit, ꝙ corpora ſanctorum fore incorruptibilia, & impaſſibilia probari poteſt, ſm Guil. Pariſ. rationibus cōgruitatis. Prima eſt, quia nunquam paterfamilias in pecude ſua, uel armento ſuſtineret plagam mortis, vel morbi, ſi eam ab eis auertere poſſet, quanto fortius creator in genere humano (quod eſt uelut grex, & quaſi amabiliſſima poſſeſſio eius) non ſuſtinebit plagā mortis, uel paſſibilitatis, quin eam curet tēpore ſuo. Secunda, ex vniuerſitate hominū & angelorum, quaſi ex duobus parietibus ædificata eſt domus creatoris. Si autē rueret alter paries per mortem, vel paſſibilitatem, qualiter ruinam iſtam ī domo ſua perpetuò ſuſtinebit, cum eam reædificare poſſit? Nemo enim potens, & diues domos ruinoſas, & iam caſuras ędificaret, ſi eas ſtabiles nunquamq́; ruituras eadem facilitate ædificare poſſet, niſi domos illas vellet eſſe ad tempus tantum, quemadmodum tentoria & tabernacula ad modicum tempus ædificantur. In hoc deficit Petrus volens tabernacula ædificari in gloria. Non. n. ibi ſunt tabernacula, ſed māſiones perpetuæ. Tertio, ſpiritales affectiones cum uehemētes fuerint, mortem corporis inducūt, ſicut amor, odium, triſtitia, dolor, gaudium. Cū ergo incomparabiliter uehementiores, & fortiores ſint amor, & gaudium in ſtatu illo gloriæ, quàm poſſint eſſe hic, & hic ex vehementia ſua extingunt vitam corporis, ergo impoſſibile eſt, ꝙ in illo ſtatu gloriæ illas paſſiones ſuſtineat uita corporis humani, niſi fuerit incomparabiliter fortior quam hic. Non erit ergo morte uincibilis, aut paſſione. Quarto, ſm Aug. Mirrha ſeruat

uat



uat cadauer per centū annos illæſum à corruptione, quare ergo virtus diuina, quę dedit mirrhæ virtutem, illā non præſeruabit, aut mutabit naturam illam in incorruptione? Quinto videmus, ꝙ ex fluida aqua per naturam generatur criſtallus ad tantā ſoliditatē per virtutem frigoris, cur ergo expoſiti hic tribulationibus huius ſæculi non perueniemus ad illā ſtabilitatē? Granum enim, quod ſeminatur, prius exponitur vento, pluuiæ, frigori, ſiccitati, caliditati, & morti naturali, quā creſcat & in horreū recondatur. 1. Cor. 10. Inſipiens tu quod ſeminans nō viuificatur, niſi prius moriatur, & quanto granum nobilius eſt, & maiorem fructum debet facere, tāto diutius in terra exponitur, vt patet de frumēto ī ordine ad aduenā. Sed ecōuerſo lubricorū corpora q̄ ſe voluptati dederunt, oīum elementorum mutationibus ſubdentur. Eſa. 33. Erit terra eius in picem ardentē nocte, & die, non extinguetur in ſempiternū. Aſcendet fumus à generatione in generationē, & deſolabitur in ſæcula ſæculorū. Semper. n. morientē corpora illa, & nunquā mortua erunt. ps. Sicut oues in inferno poſiti ſunt. Apoc. 14. Deſiderabunt mori, & mors fugiet ab eis. Sicut. n. olera vilia ſunt, licet habeāt altā radicē, virent tamē in hyeme, & in æſtate areſcūt, ſic iſti viles in vita, ſed in mundanis ꝓfundati in hyeme præſentis ſæculi viruerunt, ſed in æſtate, in qua iuſti fulgebūt ſicut ſol, decidēt. Hinc ps. Quemadmodū olera herbarum cito decident. Et ſicut cinis reſiduū eſt ignis, & calefieri poteſt, tamen cōburi non pōt, ſic & malorum corpora, & ſi calefieri potuerunt quātū ad pœnā ſenſus, non tamē cōburi quantū ad finiendū ſuppliciū.

F *Dos.* *Qu dicor pora ſanctorū erunt ſubtilia.*

Secunda gloria corporis, ſeu dos gloriæ erit ſubtilitas. Corpora. n. ſanctorum erunt tam ſubtilia, vt nihil eis reſiſtere poſſit, qđ non penetrare poſſint. Scđm veritatē pōt facere Deus, quod ſm apparentiā videtur facere in rebus naturalibus, ſed in rebus naturalibus apparet, ꝙ corpora ſe penetrent, vt patet in ferro ignito, ꝙ vbique penetrare videtur ignis, & in pane vino intincto, quem vbique penetrat vinum, & in cinere, quem vbique penetrat aqua, vt tantum de aqua ſuſtineat, quantum prius erat de cinere. Vnde Anſelm. lib. de ſimilitudinibus. Pręſtabunt virib. quicūq; ſupernis meruerint ciuibus aſſociari, ita vt nullatenus eis quicquā obſiſtere ualeat. Vel ſi mouendo quid, aut euertēdo voluerint à ſuo ſtatu deijcere, qn illico cadat, nec in eo maiori laborabunt conatu, quā nos modo in oculorum noſtrorum motu. Tunc. n. iuſtus tā fortis erit, vt ēt ſi velit, terrā cōmouere poſſit. iniuſtus vero tā imbecillis, vt nec etiam vermes amouere q̄at ab oculis ſuis. Tūc. n. angelis adæquabimur, qui hanc habēt fortitudinē. Sed dices (inquit Anſel.) Quid tūc illa p̄ſtabit fortitudo, cū tūc oīa erunt tam bene diſpoſita, vt nihil mutandū, nihil euertendū, nihil ſtatuēdū, in quo vires ſuas quis exercere poſſit? Sed ad hoc (inquit,) attendendū eſt, ꝙ non ſemper oībus quæ hēmus & q̄ nos non parū habere gaudemus, actu vtimur, vtpote viſu aliquarū rerū, quarum ſcīam habemus. Sic erit de illa fortitudine quā tunc habebimus. Sola nāque poſſeſſio nobis grata erit, & exultatio grandis, licet in actu non ſit nobis neceſſaria, & eadem quæſtio fieret de aliis dotibus, & uelocitati cōuenienter adaptatis. Vnde dicitur de iuſtis. & tanquā ſcintillæ in arundineto diſcurrent. Scintillæ. n. intrant ferrū ſine difficultate. Sic illi arūdinetū i. collegiū reproborū, quia illud per ſimulationē exterius ſplēdidū, interius ueritate uacuū, nullo fructu boni operis obnuſtum, palude carnalis concupiſcentiæ irrigatū, aſſidue à vento ſuperbiæ agitatum, æternæ cōbuſtioni aptū. In quo diſcurrent ſine difficultate eos calcando, & opprimendo, qui ſe oppreſſerūt. Mala. vlti. Calcabitis impios.

G *Dos.* *Vtrū corpus glorioſū poſſit aliud non glorioſū penetrare.*

Quæritur vtrum corpus glorioſum poſſit alium non glorioſum penetrare. Primo dicitur ꝙ ſic, patet in Chriſto, qui ianuis clauſis ad diſcipulos intrauit, & de ſepulchro exiuit, & de uentre matris illibato egreſſus eſt. Secundo, cęlum non poteſt diuidi ſm ſubſtantiam ſperarum. Iob. 37. Cœli velut ære ſolidiſſimi firmati ſunt. Si ergo corpus glorioſum non poſſet eſſe cum alio corpore, iam nec Chriſtus, nec aliquis beatus aſcendiſſet in cœlum. Tertio, corpus glorioſum in ſuo motu retardari non poteſt, & per conſequens, nec impediri, ergo nec aliquid ei reſiſtere poteſt, & per conſequens poteſt omnia penetrare. Et ſi arguatur, quia cum ſubtile, & rarum obuiat duro, non penetrat, ſed penetratur, vt patet de lapide diuidente aerem, & tranſeunte per ipſum. Si ergo corpus glorioſum

P ſum

ſum erit ſubtile,per hoc non conuenit ſibi penetrare,ſed penetrari. Ad hoc dr̃ ẽm Richardum de media villa in 4.diſt.49.ꝙ res triplici de cauſa dr̃ penetratiua. Aut propter quantitatis paruitatem. maxime ſecũdum latum & profundum, vt acus quãuis longa,&profunda,tñ penetratiua eſt. Aut ꝑꝑ raritatẽ,& ſic aer penetratiuus eſt. Aut propter actiuæ virtutis magnitudinem. Et ſic vinum penetratiuum eſt multo magis, quàm quæcunq; ſimplex aqua. Propter qđ aqua cũ modico vino bibita magis ſedat ſitim,quàm ſi ſola bibatur,quia vinum eo ꝙ penetratiuum facit eam ad corporis mẽbra tranſire,quod per ſe non poſſet. Primo mõ non attenditur ſubtilitas corporum beatorum, quia in debita quantitate reſurgunt, nec ſecundo modo,quia ſic eſſet error Euticetis. de quo Gregor.24. Moraliũ verſus finem. Non ſicut Euticius Conſtantinopolitanæ vrbis epiſcopus dicens,ꝙ corpus noſtrum in illa reſurrectionis gloria erit impalpabile ventis, aereq́ue ſubtilius. Tertio modo accipienda eſt penetratio corporum glorioſorum,vt dictum eſt.

H
*Dos. Quòd corpora ſanctorũ erũt agilia.*

Tertia dos corporis erit agilitas. Corpora ſanctorum erunt agilia, ita vt ſimiles angelis de cęlo in ictu oculi dilabentur in terras. Probatur primò, quia teſte ſaluatore erimus ſimiles angelis Dei, ſed Danie.14. Hõ mortalis adhuc morte grauatus mox à Iudæa per Angelum in Chaldęam delatus eſt,iudeq; tradito prandio quod deferebat,ſine mora reportatus eſt. Cũ ergo nobis par iſtis velocitas erit, de tanta agilitate nemo dubitare debet. Secundò Apoſtolus teſtatur.1.Corin.15. Quòd corpora noſtra quãtumcũque locorum intercapedine ſeparata membratim fuerint diuiſa,in ictu oculi in vnũ reſurgent,& reformabuntur. Ex quo apparet ſi pulueres ita citò deducẽtur in vnum corpus, qualem agilitatem habebit illud corpus reformatum. Tertiò,cõſtat aĩas ſanctorũ, quæ iam cœleſtia tenent nondũ plena fœlicitate perfrui, donec incorruptibilitate ſuorum corporum potiantur,quam cum adeptæ fuerint, nõ eſt quod amplius velint. Hæc autẽ corpora ſi ad ſuã fęlicitatem animas ipſas tardiores,aut grauiores efficerent,manifeſtum eſt, ꝙ ipſorũ conſortium magis horrerent, quã appeterẽt. Quarto,ſi uermis res vilis ſe tã precioſam à ſe producit,& tandem dantur ei alæ vt in altum euolet,quid mirum,ſi dñs corpora noſtra (licet in præſenti vilia, & ponderoſa) facit incorruptibilia, & citiſſimè aſcẽdere ad ſuperna? Nec ſolum motu ꝓgreſſiuo mouebuntur, ſed ſi velint tota ſimul non pes ante pedẽ, ſed ad modũ uolatus auiũ,vel aſcenſus læuium, uel deſcẽſus grauium. Et ſicut nunc aĩæ ſequuntur corpora,ita nunc corpora agentur legibus ſpiritus,ita vt quo voluerint moueantur. Malus verò tanto pondere pęnarum punietur vt nec pedẽ quidem vel manus,uel aliquid aliud ſui corporis mouere poſſit. iuxta illud euangelicum. Ligatis pedibus,& manibus mittite enm in tenebras exteriores. tunc meretrix cum lenone ſimul ligabũtur in vno faſce in cibum ignis, quemadmodũ ſimul videmus concathenatos colubros, & ſerpentes. In iuſtis verò corpus plene obediet ſpiritui quantum ad motum, ſicut patet in nube eleuata à terra in aere exiſtente,quæ faciliter mouetur à vento, nec ullũ proprium motum retinet. Sacra ſcriptura cõparat corpus noſtrũ nubi. Eſa.3. Ecce dominus aſcendet ſuper nubem leuem. Quãto ergo iſta nubes magis elongata eſt à terra,id eſt, à terrenorũ cupiditate, & magis eleuatur ad Deũ per deſideriũ,& amorem. tanto minus hẽt de motu proprio concupiſcentiæ, & plus de motibus, & deſideriis ſpũalibus.ad quæ cõſequẽda hortatur Apoſto.1.Cor.14. Sectamini charitatẽ,& emulamini chariſmata meliora. Primò euntes ad lectum veſtes deponũt, quas poſt ſomnum agiliores,& melius diſpoſiti reinduunt. Sic morientes corpora deponunt,quæ in reſurrectione melius diſpoſiti reaſſument. Tunc anima erit ſimilis adamanti mouenti ferrũ graue,& ponderoſum. Eccle.6. Quaſi lapidis virtus probatio erit ĩ illis. Et ſi dicatur, quòd non erunt agilia,quia quod de ſe eſt agile, non indiget aliquo deferente, ſed beati rapiuntur in nubibus obuiã Chriſto in aera.1 Theſſa.4. Secundo, locus cuiuſlibet beati erit in determinata propinquitate ad Chriſtum ẽm meritorum cuiuſlibet exigentiam,ſed nullus beatus poſſit elõgari à Chriſto.igitur. In oppoſitũ arguitur. Eſaiæ 40. Qui ſperant in domino,mutabunt fortitudinem,aſſument pennas vt aquilæ,current,& laborabunt,ambulabunt,& nõ deficient. Ad primum dr̃,ꝙ non deferentur ꝑꝑ indigentiam, ſed ꝑꝑ reuerentiam. Ad ſe-

cundum



cundũ dr̃, ꝙ hoc argumẽtũ procedit,quaſi Chriſtus nunquam ſe moueret. Dr̃ ſecũdo, ꝙ mouebuntur ſancti ad uaria loca vt reficiatur viſus eorum pulchritudine diuinarũ creaturarũ,in quibus Dei potentia, ſapientia,& bonitas eminenter relucebũt. Nec in aliquo diminuetur contẽplatio eorũ, quia Deũ ſemper habebunt ꝑſentẽ, & humanitatem Chriſti in quocũque loco cęli empyrei fuerint,clare videbunt. Dr̃ tertio,ꝙ nõ ſic mutabũt ſancti locũ quin ad eũ poſſint reuerti. Sunt.n.in regno terreno principes habentes determinatos ſitus circa regem, ita ꝙ quilibet ꝓpinqnius,vel remotius iuxta ſuã dignitatẽ ſe ponit iuxta regem,& tñ ſæpe mutant ſua loca,ſaluo ſemper iure vniuſcuiuſque. Sic erit in regno cęleſti.

I
*Dos. Quòd corpora ſanctorũ erũt clariſſima.*

Quarta Dos corporis erit claritas. Nam corpora ſanctorũ fulgebunt ſicut Sol, & erunt clariſſima. Iudi.5. Qui timẽt ſicut ſol ita in ortu ſuo rutilant. Eſaiæ.60. Super te Hieruſalem orietur dñs, & gloria eius ĩ te videbitur. Apoca.22. Deus lux eſt, & lucerna eius eſt agnus Secundo, Moyſes adhuc exiſtẽs in mortali corpore,ex cõſortio ſermonis dñi in monte Synai habuit faciẽ ita ſplendidam, ꝙ ſeniores populi nõ poterãt intẽdere in faciẽ eius,niſi operiretur. Exo. 34. Ergo à fortiori illi qui in corpore mortali viſione beata,& ſtabili inde contemplãtur eſſentiam Dei,maxime lucebũt in ſuis corporibus. Tertio dicunt ſancti,ꝙ tota terra (exceptis partibus inferni) erit lucida tanquam vitrum mundum poſt reſurrectionem. Quid ergo mirũ, ſi ſic fias terrena portio corporis noſtri? Si flores pulcherrimi ſurgunt de terra lutoſa, & uili, & vitrum pulcherrimum ex puluere uili, quid mirum,ſi ex limo noſtro,& vili puluere faciat Deus corpus clariſſimum? Vnde Durãdus in 4.diſt.49. Sicut beatis permittitur æqualitas angelorum quo ad animam Matthę.21. Erunt ſicut Angeli Dei in cęlis, ſic eiſdem permittitur quo ad corpus æqualitas vel ſimilitudo cum corporibus cęleſtibus, iuxta illud. Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorũ. Nc̃.n.poteſt latere glorię animæ quin appareat per corpus, ſicut in uitro, uel per uitrũ cognoſcitur color corporis,quod continetur in eo,vt dicit Greg. ſuper illo Iob. Non adæquabitur ei aurum de Aethiopia, uel uitrum &c. Corpora.n. glorioſa comparantur auro ꝑꝑ claritatẽ, & vitro, quia peruia erunt. Erunt.n.ſimul clara & peruia,& ſimul lucida & colorata. Sicut.n.enſis per multam terſionẽ nõ amittit colorẽ,ſed eius colori additur ſplẽdor, ſic erit in illa claritate. Et ſicut carbo ꝑ ſui naturam alicuius coloris eſt, adueniẽte autem igne efficitur luminoſus, & nihilominus eſt coloratus, quia eſt ibi lux materiæ terreſtri incorporata. Sic erunt etiã naturaliter colorata,& per gloriam lucida. Faciũt.n.Deus & natura uermes,& ſquamas piſcium ſimul habere colorẽ,& lucẽ, quãto magis in corporibus glorioſis? Non tñ per corpus tota manifeſtabitur gloria. Exẽplum in lumine cãdelæ poſitæ intra lucernã,quæ non ſic poteſt latere quin manifeſtetur exterius, nec tñ manifeſtat ſe perfecte,quia multo clarior eſt candela interius quàm lucerna oſtendat exterius. Tantũ tñ gloriæ erit in utroq;,ꝙ vix aliquid naturæ apparebit,ſicut in ferro eſt tm̃ de igne, qđ nihil apparet de colore. Quarto in conuiuiis magnatum ciphi argentei, & uitrei declarantur,& clarificantur, quantomagis in illa ſolẽnitate corpus hoĩs? Sed ecõtra corpora dãnatorum erunt opaca, & tenebroſa,ſicut & animæ eorũ. Tren.4. Denigrata eſt facies eorum ſuper carbones, quemadmodum corpora eorum,qui in patibulis affiguntur poſt vnum, duos,uel tres mẽſes: Eſa.13. Stupebunt alter ad alterum, facies igni combuſtæ vultus eorum. Sed quæritur vtrum corpus glorificatum videri poſſit à non glorificato, & vtrum oculus non glorificatus poſſit illã claritatẽ videre? Et videtur,ꝙ non, quia diſcipuli poſt reſurrectionẽ nõ viderunt illã claritatem corporis Chriſti. In oppoſitũ arguitur,quia tres apoſtoli in trãsfiguratione illã uiderunt. Secũdò impij vidẽtes gloriã iuſtorũ torquebũt. Sap.5. Sed nõ planè uiderẽt gloriã eorũ,ſi nõ uiderẽt claritatẽ.igit. Rñdetur ẽm ꝑpoſitiuũ. Corpus glorificatũ põt uideri à non glorificato oculo, qñ vult, & quando non vult non videri, ſicut dixit dæmon de ſancto Bartholomæo. Si vult uidebitis eum, ſi non vult non videbitis. Secundo aĩa beata non vr̃ eſſe minoris potẽtię reſpectu corporis proprij, q̃ angelus reſpectu corporis alieni,ſed tam bonus quàm malus angelus poteſt facere, ꝙ aliqd corpus viſibile præſens exiſtens oculis hoĩum, & in debita inſtantia,& medio ſufficienter exiſtente illu-

K
*Dos. Quòd à non glorificato oculo uidetur corpus glorioſum, quando uult, & quãdo nõ uult, non uidetur.*


minato

minato, ſm nullam ſuam qualitatẽ mouebit oculos illos, quibus obijcitur, ſic ꝙ ab eis uideatur, ergo & aĩa põt facere, ꝙ qualitas act ua ſui corporis nõ mouebit oculos, quibus obijcitur, ſic ꝙ ab eis uideatur. Minor patet. primo de angelis bonis. Gen. 19. Vbi dicit ꝙ angeli percuſſerunt oẽs cecitate à minimo vſq; ad maximum, ita vt oſtium Loth videre non poſſent. Sic Chriſtus percuſſit iudæos, qñ uoluerunt eũ lapidare, illi enim ſodomitæ non fuerunt ceci ſimpliciter, quia cętera bene uidebant. Sic diſcipuli Chriſtum videbant, & non iudæi, ſicut aliqui magi per artem dæmonũ faciunt ꝙ res q̃ præſens eſt, oculis nõ uideat. vt patet in legenda ſancti Petri de Symone mago, qui ſe inuiſibilem fecit in conſpectu Neronis, & ſicut idem patet. Nero credidit occidere Symonem, & occidit arietem. Et ſimiliter in legenda ſancti Clemẽtis dicit, ꝙ iſte Simõ arte ſua facit, ꝙ quicũq; uidebat patrẽ Clementis credidit uidere Symonem, & tãdiu figura, & color Symonis in facie ipſius apparuit, donec ad Petri imperiũ euanuit. Hoc autem fieri poteſt, uel impediendo, ne ſpecies rei viſibilis perueniat ad viſum, quaſi ſubtraheret radios ſuos, vel interponendo ſpẽm alterius obiecti, vel ĩ diſpõnẽdo organũ uidentis. Dicitur ſecundo ꝙ claritas corporis glorioſi ꝑcedit ex merito uolũtatis, iõ nõ eſt mirũ, ſi eius ĩperio ſubdatur, vt ſcd'm eius ĩperium uideat, vel nõ uideatur. Nõ tñ offendit viſum illa lux, quia Apoc. 20. Cõparat claritati iaſpidis, q de ſui natura nõ offendit uiſum, ſed demulcet. Lux. n. nunquam offendit ui um, niſi in quantum agit in actione naturæ calefaciendo, uel diſſoluendo organũ uiſus, quod nõ facit lux beatorum. Vnde in hoc eſt dñia corporis glorioſi à non glorioſo, quia pulchritudo glorioſi ſemper durat, nec eſt trãſitoria, qa ꝑcedit ab intus, ſicut color lapidis naturalis ꝑcedẽs ab intus ſemꝑ durat, ſed color ſuperinductus ab extrinſeco. ſ. à pictore, parũ durat. Nam ad caſum pluuiæ ſtatim ꝑditur. Sic ſi perſona cõtinue teneat honeſtatẽ ſuã, ſignum eſt ꝙ uenit ab ĩtra. ſ. à corde, ſi uero nõ, ſignum eſt parietis dealbati. Secũdo ſplendor corporis glorioſi nõ grauat oculos, & ita pulchritudo corporis quę oculos lędit, nõ eſt pulchritudo corporis glorioſi, ſed ĩfecti, & uenenoſi. Erit a ſancti viri, qui ſunt ĩ dignitate eccleſiaſtica vel ſplendore mundano nõ lædunt oculos intuentium eos in illa, ſed bene mali viri ibi grauant intuitus uidentium.

*L Dos. Qũo dif fer. ſplẽdor glorioſi corporis à ſplẽdore non glorioſi.*

*Fria ij. poſt ij. dominicam quadrageſimæ. Sermo 1. & in ordine 45.*

QVæretis me, & in peccato ueſtro moriemini. Ioã. 8. Pecccator in peccato moriens quatuor agitatur cogitationibus. Dan. 7. Quatuor vẽti pugnabant in medio mari. i. in medio amaritudinis mortis. Cogitatio aũt dicit uẽtus qa ſicut vẽtus ubiq; facile penetrat, ſic & cogitatio cor hoĩs. Prima cogitatio eſt doloris. Verſatur. n. cogitatio eius penè tota ad dolorẽ ſuũ grauiſſimum, qualis nunquã fuit. Tunc ſiquidem areſcunt mẽbra, cauant oculi, lingua adhæret palato, & quia ille dolor eis eſt inutilis iõ maxime odibilis. ecõuerſo bonis eſt amabilis, cũ mors ſit eis egreſſus de carcere. terminus ꝑſentiũ ærũnarum, quies peregrinationis, grauiſſimi oneris depoſitio, liberatio ægritudinum, euaſio cunctorum periculorum, veri debiti ſolutio, victoria pugnæ, reditus ad patriã, principiũ uitæ, ingreſſus ad gloriã. Scd'o agitatur cogitatione amoris. Primo uxoris & filiorũ, quos carnaliter adamauit. Scd'o, diuitiarũ, honorum, & eorũ quæ in mundo dilexit, quæ cordi ita hærent, ut uix alibi diuertere poſſit. Habitus enim eſt de difficili mobilis à ſubiecto, & tunc cum deberent eſſe in ſubſidium, ſibi ſunt in nocumentum. Poſſunt dicere cum Dauid. Ecce filius meus, qui egreſſus eſt de vtero meo, quærit animam. Tertio agitat̃ cogitatione ſpei. Inter iſta ſemper ſperat redire, nec credit mori. Tanta enim eſt difficultas extrahendi cor à mundanis, quòd ſemper ſperat eſſe cum illis. Ideo nec vult reſtituere, nec confiteri. nec de anima ſua, & rebus diſponere. Et hæc eſt periculoſa agitatio, & huic cogitationi vix ſatisfacere poſſunt eruditi. Cum enim eos teneat mors in dentibus, de vita temporali maxime ſperant. Quarto agitatur timore iudiciorum Dei, & pœnarum inferni. Pſalm. Dum turbabitur terra, ſcilicet in morte, transferentur montes, id eſt ſuperbi in cor maris. Cor autẽ oẽm uirtutem continet. Infernus aũt eſt cor maris, qm̃ omnium amaritudinum excellentiã, & robur continet. Timet inſuper, quia neſcit quo vadat. Criſoſt. Moriẽs

*A Mort. Quòd moriẽs quatuor cogitationibus agitatur.*

cunctos



cunctos ſalutat, donec ſuæ mentis dñs eſt, donec ſua lingua loqui poterit. Valete (inquit) amici mei, & Deũ orate pro me. iter perago extraneũ, & regionẽ longinquam, quã nunquã uidi, vnde nullus reuerſus eſt. vnde neſcio quid mihi cõtingat, & ecce q̃ro adiutorẽ, & non eſt qui me eripiat. Ante iudicem terribilem vado, quæro qui me comitetur, & non eſt compar, nec degentibus eſt vir mecũ. Ideo illã horã mortis ſępius debemus prę oculis habere, & quęrere tũc auxilium à ſanctis, quos hic preci bus & elemoſynis acquirimus, maximè ad illam recurrentes, cui canimus. tu nos ab hoſte protege, & hora mortis ſuſcipe. quam ſalutabimus dicentes. Aue.

Iuxta thema propoſitum duo dicemus. Primo, ſi quærendus eſt Deus. iuxta illud. Quæretis me. Secũdo, quomodo peccator reputatur mortuus. iuxta illud. Et in peccatis ueſtris moriemini. Circa primũ, tria uidenda ſunt. Primo, qũo q̃rẽdus eſt Deus. Secundo, qñ quærendus. Tertio, vbi quærẽdus. Quo ad primũ dicẽdum eſt, ꝙ tribus modis q̃rendus eſt Deus. Primo cũ lachrymis, & deuotione, ſicut paruulus, qui matrẽ amiſit, lachrymãdo quærit, ſic Maria Chriſtum. Pater tuus (inquit) & ego dolẽtes q̃rebamus te. Si ꝑdidiſſemus burſam plenã auro, lugeremus, q̃to magis qui Chriſtũ theſaurũ incõparabilẽ & inæſtimabilẽ ꝑdidimus? Secũdo, ex toto corde bona intẽtiõe cũ bonis operibus. ꝑs. In toto corde exq̃ſiui te. Et iterum. Deũ exquiſiui manibus meis nocte. ſ. aduerſitatis contra eum. i. cõtra ea, quæ operabatur in me, me flagellando, & non ſum deceptus, quia accepi quod quærebam. Deut. 4. Si quæſieris dominum Deũ tuũ ex toto corde tuo, inuenies eũ. Ideo qa Iudæi operibus mandatorum nõ quærebãt eum, propterea dixit eis, ego quæ placita ſunt ei, facio ſemper, quaſi diceret, ꝙ nõ illi. ideo bene dixit. quæretis me, & nõ inuenietis. Tertiò diligenter & ſolicitè eũdo ad prædicatores, & inquirẽdo à ſapiẽtibus de ſalute ſua. Can. 3. ſurgam à peccatis. ſ. & circuibo ciuitatẽ. hoc eſt eccleſiã Dei ꝑ vicos & plateas. i. per bonos ſæculares, & religioſos quærẽs quẽ diligit aĩa mea. Si. n. homo eũ ita diligeret, quęreret ſicut obolum, vel acũ, & fortiã inueniret. Luc. 15. Quę mulier habens dragmã vnã, & ſi perdiderit eã nõne accẽdit lucernã, & euertit domum, & quærit diligenter donec inueniat? Magna quidã hoĩum ſtultitia, qui quærunt cũ ſolicitudine quæ uix inueniri poſſunt, & non quærunt quod cito põt inueniri. Temporalia uix inueniuntur quæſita. Eccl. 11. Si ſecutus fueris, nõ apprehendes. ꝑs. Fili hoĩum vſquequo graui corde, vt quid diligitis uanitatẽ? Deũ uero qui qeærit inuenit. Matt. 7. Oĩs qui quærit inuenit. Itẽ ſtultus deberet teputari infirmus, qui nõ uellet quærere medicinam, aut ſanitatem, & propterea moritur, & ſi quæreret uiueret. Sic Deus debet inquiri, qui eſt ſumma medicina, qua hõ uiuit ſpũaliter. ꝑs. Quærite dominũ, & viuet aĩa ueſtra. Secundo quærendus eſt Deus in uita ꝑſenti. Eſa. 21. Venit mane. venit nox. ſi quæritis quærite, cõuertimini & uenite. venit mane proſperitatis, & nox aduerſitatis. Si quæritis in die proſperitatis, quærite ẽt in nocte aduerſitatis. ꝑs. Quęrite faciẽ eius ſemper. Principaliter tamẽ tribus tꝑibus quærendus eſt. Primo dũ dies eſt, quia uix de nocte mortis aliquid inueniri poteſt. Eſa. 55. Quærite dominũ dũ inueniri põt. Ioãn. 9. Venit nox, quãdo nemo põt operari. ſ. ſalutẽ ſuã Can. 3. Per noctes quæſiui, quẽ diligit aĩa mea, quæſiui illũ, & nõ inueni. Per noctes. ſ. ignorantiæ, culpę, vel mortis. Secundo dũ prope eſt. Eſaię 55. Inuocate eũ, dũ ꝑpe eſt. Pulſat. n. ad oſtiũ cordis. iõ nõ oportet eũ multũ longe quærere. Apocal. 3. Ego ſto ad oſtium, & pulſo. Aperi ergo cito, ne forte declinet, & recedat à te, & non poſſis eum ĩnuenire Can. 5. à ſponſa dicitur. Vox dilecti mei pulſantis. Aperi mihi ſoror mea ſpõſa, & ſequitur, ſurrexi ut aperirem dilecto meo. at ille declinaret atque tranſierat. quæſiui eum, & non inueni. vocaui & non reſpondit mihi. Nec mirum, quia ad oſtiũ ſuum pulſauerat, nec uoluit cito aperire, & fecit eum muſare.

*B Quærere. Quòd tribus modis quærẽdus eſt Deus.*

*C Quærere. Quòd q̃rẽdus eſt Deus in uita præſenti.*

Tertiò quærẽdus eſt Deus, dũ poteſt noſtris negotiis intendere. Qui. n. habet negotium ad regem, obſeruat tẽpus, quo eũ inuenire poſſit placatum. Nunc autem placare eum poſſumus, quia tempus miſerendi eius quia uenit aliud tempus. ſ. iudicandi.

*D Quærere. Non eſt quærẽdus Deus ubi non eſt.*

Tertio quęrendus eſt Deus ubi eſt, nõ ĩ diuitiis, deliciis, & honorib. quia Iob. 28. Non inuenitur in terra ſuauiter uiuentiũ, id eſt in deliciis abyſſus. ſ. diuitiarum, dicit non eſt in me. mare, id eſt tumor honoris dicit, non eſt mecum. Sed primò quærendus



dus

dus eſt in paupertate, ſicut eum inuenerũt magi,& paſtores in ſtabulo Secundo in humilitate.Sap.1.In ſimplicitate cordis quærite illum.Perſona quæri debet in loco, & via,quam plus inhabitat,& diligit.Via iſta eſt ſimplicitas,& humilitas cordis.1.Paralipo.29. Scio Deus meus, ꝙ probes corda, & ſimplicitatẽ diligas.Ideo homines aſtuti,& verſuti non inuenerunt eum, ſed ſimplices.1.Cor.1.In ſimplicitate,& ſinceritate cordis conuerſati ſumus in mundo. Figura.Gen.8.Noe emiſit de arca colũbam, & coruum. Columba inuenit ramũ oliuæ virentis, quem detulit ad veſperam reuertens in arcam,id eſt in morte reuertuntur ad paradiſum portãtes Chriſtũ in ore ſuo pacificum eis. Coruus verò ſtetit ad cadauer,nec rediit.Tertiò in tormento.ſ.in cruce.Iudæi enim Chriſtum ante tormentum non cognouerunt.Inde Ioã.8.Et nõ cognouerunt, quia patrem ſuum dicebat Deum. ſed quando exaltatus eſt in cruce,tunc cognouerunt eum in humilitate, tormento, & paupertate. Ait enim. Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum.Luc.23.Multi reuertebantur percutiẽtes pectora ſua. Sic cognoſcebat Martinus Chriſtum, & Diabolũ diademate renitentem.

E

*Mors. Hõ licet uiuat, pp ſex mortuus reputatur.*

In ſecunda parte tractandum eſt, qualiter homo moritur in peccato. homo enim licet viuat in corpore, tamen propter ſex mortuus reputatur.Primò,qñ anima à corpore ſeparatˉ,ſic quando Deus ab anima.Eſt enim Deus animæ vita, ſicut anima corporis.Vnde ait dñs Iudæis. Ego vado,id eſt a vobis recedo,qui ſum vita,& ſic ĩ peccatis veſtris moriemini.

F

*Mors. Quàm ſit deteſtabilis mors ſpũalis.*

Quàm ſit deteſtabilis hæc mors ſpiritalis, oſtẽdit primò fœtoris corruptio, quia proximum inficit,ſicut morbus contagioſus,vel etiam occidit,ſicut qui venenum comedit. Mortuus.n.ſi nõ ſepeliatur, corrumpit vicinos, ſic peccator,ſi eius peccatum non repellatur,vel abſcondatur.Hierem.16.Mortibus ægrotantium emorientur, ſuam.ſ.infectionem emittendo, ſicut qui ex longa ægritudine moriuntur,aliquotiens plus aliis mortuis fętent. Vnde in lege mortuum tangẽs inquinabatur.Si nemo patrem ſuum in domo ſua per ſeptimanam mortuum dimitteret, quãto magis animam peccato mortuã in domo corporis ſui derelinquere nõ dẽr, alioquin ſibi fœtet,& alijs 2.Reg.20.Populus, qui ſequebatur Sibam filium Bochorl aduerſarium Dauid ſubſiſtebat ad cadauer Amaſę mortui. Hinç vir quidã hoc videns amouit eum de via in agrum,& operuit eũ veſtimento. Quo amoto tranſibat oĩs populus ſequens Ioab. Secundo deteſtabilia eſt pp ſenſuum obturationẽ. Mortuus enim nullius ſenſuum vſum habet. Sic peccator fumum & odorem coquinæ cœleſtis non ſentit. Curret.n.in odorem vnguentorum, vt canis uenaticus, ſed nec aures obediendo audit.guſtus verbi Dei cibum non ſapit.tactus elemoſinam pauperi non porrigit.viſus lumen veræ fidei non recipit. 4. Reg.4.diciturq; famulus Helyſei gyezi poſuit baculum ſuper faciem pueri mortui,& non erat vox,neque ſenſus, p̃s. Os habent, ꝙ non loquentur. Tertiò, propter facilem ſepelitionem. Non eſt ita pauper vetula,q̃ non inueniat ad ſepeliendum mortuũ ſuũ. Sic nec ita bonus,uel malus, quin peccatũ ſuum ſepeliat, vel excuſet; quibus dicitur Luc.9. Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos. Sed peiores ſunt,qui exhumant mortuos,vt comedat,ſicut detractores, de q. bus dicitur Hier.7.ſ̃m aliam tranſlationẽ. Nunquid ſpelunca hyenæ hæreditas mea facta eſt mihi? Hyena enim beſtia eſt corpora mortuorum exhumans, vt carnes putridas comedat. Quarto, propter omnium rerum habitarum, vel habendarum amiſſionem.Mortui enim de rebus ſuis nullum debent habere emolumentum, nec habẽt aliquam acquirendi facultatem. Sic peccãtes bona quæ fecerunt amittunt,& quæ faciunt, uel facturi ſunt quandiu in peccato mortali manent, inutilia redduntur quantum ad vitam æternam.Eccle.9.Melior eſt canis viuus leone mortuo.i.vilis,& pauper in charitate, vno magno, qui multa fecit bona exiſtens in peccato. Secundo reputatur homo mortuus, quãdo eſt in agonia mortis,ſicut Iudæi,qui erant appropinquãtes ad portas mortis inferni. de quibus p̃s. Appropinquauerunt vſque ad portas mortis,anima eorum ĩ malis tabeſcebat. Sicut enim mors trahit corpus ad terram, ſic illa mors ad infernum.Inter peccatorem.& infernum eſt tantummodo vnus paries latitudinis,uel groſſiciei digiti vnius,q ſi ſcindatur,iam in infernum deſcendit. Ad quã propinquitatem oſtendendam dicit dñs in euangelio hodierno. Quo ego vado, vos





non poteſtis venire, quia uos tẽditis ad infernum, ego uero ad cęlum. & ſic vbi ego vado uos uertitis deorſum.Sed quia homo circa mortem cõiter freneſim patitur pp virulentos capitis fumos, & tunc medico iniuriatur.ſic Iudæi medico Chriſto volẽti occurrere morbis eorum iniuriam fecerũt hyronice dicentes. Nunquid interficiet ſe ipſum? quia ait. quo ego vado vos nõ poteſtis uenire. Ipſi uero ſemetipſos ſponte interimebãt.Et mirabile eſt in hoc, ꝙ nullus mortiferum corpori ſcienter biberet, & comederet,& tamen multi auide mortiferum animẽ peccatum hauriunt,ſuggeſtioni peccati conſentiendo. Apocal.8. Multi mortui ſunt de aquis, id eſt,delectationib. mundi,quia amaræ factæ ſunt. ſ.poſt mortem,quamuis dulces primò.Similiter nullus gladium, quo occidendus eſſet, libenter quæreret, uel patibulum.quo ſuſpẽdendus eſſet,fieri ꝓcuraret.& tamen multi peccatum quo anima ſuſpenditur, & patibulo inferni reſeruatur, propriis laboribus, & expenſis ſolicitè quærunt peccata procurando,& cumulando.Sap.1.Iniuſtitia autẽ mortis eſt acquiſitio.impij autem manibus & uerbis accerſierunt illam. Tertio, reputatur quis mortuo æquiualens, quando in magna miſeria uiuit,quærit mortem, & mors ab eo fugit, ita ꝙ potius dicenda ſit uita ſua mors, quàm uita. Ionæ 3. Tolle quæſo, animam meam à me, quia melior eſt mihi mors,quàm uita. Sic impij in hoc ſæculo in magna miſeria uiuunt,ad modũ inferni ſecum habentes tenebras ignorantiæ, & culpæ, & ignem prauæ concupiſcentiæ,& uermẽ remordentis conſcientiæ. Talium enim uita nõ ſolum mors eſt,ſed magis infernus.p̃s.Eripe animam meam ex inferno inferiori. Ideo dominus Iudæis dicebat.vos de deorſum eſtis.i.uos deorſum habitatis mente,& corpore, & ĩ magna huius ſęculi miſeria uiuitis. ego uero de ſuperius ſum mente,non corpore. & ideo dixi uobis quia in peccatis ueſtris moriemini. Quartò reputatur mortuus, qui grauiter infirmus iam facit fardellum ſuum. Sic peccator in hoc mundo onuſtus grauiſſimis peccatis trahentibus in infernum dicitur mortuus.Exo.14. Submerſi ſunt quaſi plumbũ in aquis uehementibus, & deſcenderunt in profundum quaſi lapis. Nauis.n eorum tot onuſta eſt rapinis, ꝙ nauem deſcendere faciunt uſque ad profundum abyſſi. ideo dixit eis dominus. Vos de mundo eſtis.i.delitiis,honoribus,& pompis huius ſeculi de diti eſtis,ego verò non ſum de hoc mundo ideo dixi vobis, in peccatis ueſtris moriemini. Quintò quando ſemper diminuitur homo,nec nutritur, ſicut in quibuſdã morbis ubi ſiccatur homo,vt in æthica. Arbor enim non ferens fructum, ſed in ramis ſicca iam iudicatur mortua. Sic anima ſine fide formata charitate non fructificat, ſed omnia bona ſua perdit, & ſecuris tam ad eius radicẽ poſita eſt. ideo dixit dominus. Si non credideritis, quia egò ſum, moriemini in peccato ueſtro.Super quo Criſoſt. Qui non credit ſapientiæ, dicitur inſipiens. Non autem credit ſapientiæ, qui non facit opera ſapientis. Quando enim homo non fructificat,nihil reputatur. p̃s. Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus. Interrogauerunt ergo Iudæi, Tu quis es,ut credamus in te? Et reſpõdit dominus. Ego principium, qui & loqnor vobis.i.me credite principium creaturæ, qui ex humilitate mea loquor uobis. Hæc Aug. vel ſ̃m Cryſ.ego ſum ille, qui à principio loquor uobis.

G

*Derelinquere. Propter quid mali derelinquuntur à Deo, iuſti uerò ñ niſi ad tẽpus.*

Ex textu huius euangelij colligũtur tres cauſæ,propter quas Deus derelinquit peccatorem. Primo propter incredulitatem, & infidelitatem derelinquit Deus hominem,ſicut uidemus per totum mundũ à Deo derelictos infideles maxime Iudæos qui diſperſi in omnes terras poſtquam cognouerunt Deum, & reuerſi ſunt ad eum, reduxit eos de captiuitate ad terram ſuam. ſed poſtquam cęci facti noluerunt cognoſcere dominum, diſperſi ſunt in omnes nationes vſque in hodiernum diem. Oſeæ 9. Abijciet eos dominus Deos meus, quia nõ audierũt eum,& erunt vagi in nationibus. Propter quod ait dominus illis. Si non credideritis,quia ego ſum, in peccato ueſtro moriemini.p̃s. Et nõ audiuit populus meus uocem meam, ideo dimiſi eos ſ̃m deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionib. ſuis.i.in doctrinis falſis, quas ſibi confixerunt. Secũdò, derelinquit dominus hoĩem propter fœtorem, & abhominationem peccati,ſicut derelinquitur cadauer pp fętorem.Vnde & dñs Iudæis. Ego uado (inqt) ſcilicet à uobis.ideo in peccato ueſtro moriemini.Eſaiæ.1.Derelinquetur Syon,ſicut vmbraculum in uinea, quãdo nihil eſt fructus,

ctus aut foliorũ. Tertiò derelinquitur pp incorrigibilitatem, vt medicus dimittit ægrum, quia non proficit ei medicina. Hiere. 51. Curauimus babilonẽ, & non eſt curata. derelinquam eam. Deſperatus æger voluutati ſuæ, & nauis deſperata vento & mari exponitur. Sed iuſti propter utilitatem ſui derelinquuntur à Deo ad tempus, vt principes nouum militem in bello dimittit, vt nomen acquirat, & lucrum. Eſa. 54. Ad pũctum, & in modico dereliquite, & in miſerationibus magnis cõgregabo te. Furnarius enim panẽ in furno relinquit, donec coctus fit. Non tñ Deus ſic derelinquit iuſtũ eſurientem & famelicum, quin illi neceſſaria prouideat, vt parentes pullos in nido non dimittunt. p̃s. Non uidi iuſtum derelictum &c. nec iuſtũ afflictum, quin illi conſolationem impẽdat. Sap. 10. Deſcendit cũ illo in foueã, & in vinculis non dereliquit eũ. Mater enim nõ ſubtrahit mãmillã puero patiẽti, nec ſufficienter punitum iuſtum derelinquit, quin ipſum loco & tẽpore eripiat. furnarius enim cito extrahit panem de furno quando coctus eſt, & non permittit eũ vri. & figulus vas de fornace p̃s. Dñs amat iudicium ad puniendum, & nõ derelinquet ſanctos ſuos. Agricola enim derelinquit vuam caloribus quouſque matura fit, & non quouſque putrefiat. p̃s. Propter hoc lætatũ eſt cor meũ, & exultauit lingua mea &c. & rationem ſubdit, quia nõ derelinques animã meam in inferno. Sextò, quis reputatur mortuus, quãdo omnia reijcit, nec quicquã capere poteſt alimenti. Sic Iudæi, qui doctrinam Chriſti capere non poterant. vnde dicit, multa habeo de vobis iudicare & loqui, qui doctrinã meã non accipitis, ſed qui me miſit verax eſt, & q̃ audiui ab eo, hęc loquor mundo. Ideo quærebat p̃s. Ne derelinquas me domine Deus meus, quia Deus eſt viuificatiuũ principium. Sicut enim corpus quandiu ſanum eſt, & bene diſpoſitum naturaliter ſumme horret ſeparationem animæ ab ipſo, quia per ipſam viuificatur. quando uerò ſenectute, uel longa infirmitate deficit, quaſi non horret mortem, uel talem ſeparationem. Sic homo malus q̃diu perſeuerat, & ſeneſcit in peccatis, ſeparationem à Deo non horret. Bonus verò horret, quia ſi ceciderit, non niſi recens & iuuenis eſt ĩ peccato. Deus enim eſt animę eius vita. Ioan. 14. Ego ſum via, veritas, & vita. Dicit Philoſophus 18. de animalib. Quod exit à natura modico tẽpore viuit. & quod multum recedit à natura, non viuit. Ille autem à quo receſſit auctor totius naturæ lõgè receſſit à natura. ideo nõ viuit, ſed mortuus eſt. Hiere. 6. Vide ne forte recedat aĩa mea à te, ne fortè ponã te ĩ deſertũ. Oſe. 9. Veh eis, cum receſſero ab eis.

*Eadem feria ij. poſt ij. dominicam quadra. Sermo ij. & in ordine 46.*

IN peccato veſtro moriemini. Ioan. 9. Vulgo dicitur. Stultus nihil credit, donec recipiat. Multis prædicitur periculum, & nihil inde curant. Multis dicitur. in peccato ueſtro moriemini, & nihil inde credũt. Prouerb. 18. Non recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea dixeris, quæ uerſantur in corde eius. Sapiens medicus deſiderans curare infirmum, oſtẽdit ei periculum ſuum, & cum hoc ſanitatem promittit, vt infirmus timens periculum, & ſperans ſanitatẽ, diligentius ſe cuſtodiat, & retrahat à nociuis. Perículoſiſſimus morbus peccatũ eſt, de quo Dauid infectus dicebat. Miſerere mei domine, quoniã infirmus ſum. de quo ſummus medicus iudæos oſtendebat infectos. ſed eorum morbus erat noli me tangere. Oculus enim illo morbo infectus nullum remedium ſuſtinere poteſt. nec tactũ digiti, nec appoſitionem emplaſtri dulcis, vel amari. Verba enim prædicationis, aut conſilij, nec in occulto, nec in aperto uolebant ſuſtinere. ideo dicitur eis. In peccato ueſtro moriemini &c. Inueniuntur tamen aliqui, qui bene uolunt, & gaudent, q̄ tangatur alienus morbus, & pungatur, & tunc commendatur prædicator, quaſi bonus medicus, qui tamen de proprio vitio nihil ſuſtinere poſſunt. Et hoc quia non eſt in eis virtus patiendi, neque mordax emplaſtrũ verbi Dei ſuſcipiendi. Quod quidem nobis ingerit beata Dei genitrix, quia tenet illud in manibus pro vulneribus noſtris medendis, quam ſupplices exorauimus dicentes. Aue.

*A Mors ſpiritualis. Quòd mors ſpiritualis eſt periculoſa.*

Nil mirum, ſi adiudicauerit dominus Iudæos, quas alloquebatur mori in peccatis ſuis propter multa. Primò, quia tales erant obſtinati. Sicut enim mortus nunq̃ ſurgit à fouea in qua ponitur, ſic nec vnquã obſtinatus reſilit à peccato. Eccle. 18. A mortuo quaſi non ſit, perit confeſſio. p̃s. Sicut vulnerati dormientes in ſepulchris, quorum non es memor amplius, quia Deus abijcit eos tanquam ſepulta cadauera. Et ſicut mortuus fœtet viuis, ſed non ſibi, ſic tales abhominabiles erant Chriſto, & diſcipulis eius viris ſanctis, ſed non ſibi.

*B Mors ſpi- ritual- Propter quædam- nus do- nanti- deos ad mortem peccati.*

Secundò, quia tales non tantum erant in fouea, ſed iam ſepulti carminibus adulatorum qui ſepeliunt mortuos ſuos. Magis. n. laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuę, & iniquus benedicitur, quàm collaudetur iuſtus in operibus iuſtis, ſicut magis cantatur à ſacerdotibus circa mortuos, quã circa uiuos, & magis pulſantur claſſica ꝓ eis. Vnde de puella mortua dicitur. Matth. 9. q̄ circa illam erat turba tumultuans, & tibicines, quia circa magnos, & principes ſi ſint peccatores, nũquã deficiunt tibicines, i. ſuorum malorũ actuum laudatores, quales erant iſti. Tertiò, quia cum mortuus eſt in fouea, vel ſepultus, adhuc toleratur, ſed cum extrahitur, & vbique circumducitur, nihil magis abhominandum. Iſti uerò prædicabant ſua peccata Hieroſolymis, & in publico, auaritiam ſuam, ſcilicet & ſuperbiam. Oculis autem naturæ exterioribus, mortuo corporaliter nihil eſt ad vidẽdum formidoloſius, & nullum ſpeculũ horribilius. Sic oculis gratiæ mortuo per peccatum, & ipſa morte peccati nihil magis horrẽdum. Quid ergo dicemus de his, qui de peccatis ſuis hominibus ſpectaculum faciunt? quales iſti, quibus per iudicium dicit dominus. In peccato ueſtro moriemini.

*C Peccatũ. De ſex malis q̃ peccatũ generare ſolet.*

Vt autem cognoſcatur quàm timendũ ſit diuinum iudicium, & quàm fugiendum peccatum, nota quòd ſex ſunt, quæ generat peccatũ. Primò generat odium animæ peccantis. p̃s. Qui diligit iniquitatẽ odit animam ſuam. Nec mirum, quia quicquid eſt animæ damnoſum placet ei, & quicquid expedit, diſplicet. vt qui ieiunia, pœnitentiã, & bona opera abhorrent. p̃s. Tu uerò odiſti diſciplinam, & proiecisti ſermones meos retrorſum. Thob. 12. Qui faciunt peccatũ, & iniquitatem, hoſtes ſunt animæ ſuæ. Secundo, nemo magis odit animam ſuam, q̃ qui crudelis eſt, & immiſericors animæ ſuæ, ſed qui facit peccatum crudelis eſt aĩæ ſuæ, eo q̄ peccatum occidit animam. ideo maximè odit animam ſuam, licet ſe odire neſciat. quia neſcit quanta mala animæ facit peccatum quod diligit. Propter quod triplici ĩtuitu deſtruẽdũ eſt. Primo, intuitu Dei, quia ſibi odioſum. Non. n. quis ardenter & fideliter amat aliũ, q̄ odit quæ illum ſcit amare, & amat quæ illũ ſcit odire. Vñ Tullius. Vera amicitia eſt idẽ uelle, & idẽ nolle. Filius. n. nõ libenter facit pacẽ cũ eo, cum quo pater guerrã habet. Deus autem guerrã hẽt, & habuit cũ peccato. Secundò, intuitu noſtri, quia nobis dãnoſum. Peccatum. n. oẽs parẽtes noſtros iugulauit, & breuiter oẽs ad mortẽ peccatum introduxit, & quicquid pp hoĩem fuit factum deteriorauit, amorem Dei abſtulit, & à cœleſti patria nos exulare fecit. Vnde Ambroſius. Quicquid patimur, peccata noſtra meruerunt. ideo p̃s. Iniquitatem odio habui, & abhominatus ſum. Tertiò, intuitu ipſius peccati. Artificium. n. quod plus expendit, quã acquirit, & quod ſine confuſione maxima exerceri nõ põt odiẽ. Peccatum. n. plus expendi. ſ. aĩam quã acquirat, quia non niſi tẽporalia, ſm illud cuiuſdã pagani. Si ſcirẽ Deos ignoſcituros, & hoĩes ignoraturos, tñ peccare pp vtilitatẽ peccati dedignarer. ideo Amos 5. Odite malum, & diligite bonum, & conſtituite in porta Deum.

*D Laqueus. Quomodo pœna & culpa ſunt laqueus peccatoris, & ſimiliter creatura.*

Secundò, generat laqueos, quibus miſer homo illaqueatur. vnde ſequitur. Pluet ſuper peccatores laqueos. Laquei ſunt tres. ſ. culpæ, pœnæ, & creaturæ. p̃s. Præuenerunt me laquei mortis. Laqueus mortis dicitur quicquid trahit, uel ligat nos ad mortẽ tẽporalẽ, uel æternam. Pœna dr̃ laqueus, q̄a ſicut cõſtringit laqueus, & lędit, ſic & pœna. vt fames, ſitis, morbus, & hmõi. & hic ligat ad mortẽ tẽporalẽ. Vnde ſicut auceps vel uenator, ſic inſtruit laqueos in diuerſis locis, q̄ hic ponit vnum, ibi aliũ, vt ſi euadat primum, in ſecundo uel tertio capiatur. ſic laqueus pęnæ tenditur naſcenti, uiuenti & morienti. ideo dicitur. Præoccupauerunt me laquei mortis. In ipſa conceptione antequã naſcamur ſtringit nos peccati originalis laqueus, & morti obligat, ita quòd naſcimur filij iræ, & cum pęna, & miſeria naſcimur. Sapiẽ. 7. Primam uocem ſimilem omnibus emiſi plorans. Similiter morientem comitatur, quia nemo eſt, q laqueũ illum euadat. ſ. neceſſitatẽ moriẽdi. hinc dicebat quidã. Veh mihi naſcẽti, veh nato, veh morienti. & Apocal. 8. Veh, veh, veh habitantibus in terra. Ecce qualiter

in diuerſis locis in origine, in vita, in morte tenditur nobis laqueus, vt ſi quis euadat primum, incidat in ſecundum, & ſecundum non effugiat tertium. Secundo, culpa dicit laqueus, quia ligat ad mortem æternam. & ſicut qui laqueo tenetur, non tendit quo vult, ſic qui laqueo culpę tenetur, non inde exit quando vult virtute propria. Per peccatum enim peccator deſcendit de cœlo, ſed per ſeipſum in cœlum redire non põt. Iſti laquei deſcendunt à dyabolo ſicut pluuia in multitudine magna. Nam vbique tẽdit laqueos inſidiarum. Primo in capite ſiue principio actionis. Tren. 1. Facti ſunt hoſtes eius in capite in medio, p̃s. Iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi in fine. Gene. 3. Tu inſidiaberis calcaneo eius Similiter tẽdit diuerſos laqueos, vt qui euadit ſuperbiæ vitium, cadat in luxuriam. & qui luxuriam in cupiditatem. Sed in abſcondito tẽditur laqueus. p̃s. In via hac, qua ambulabã abſconderunt ſuperbi laqueum mihi. Qñq; enim ſuperuenit peccatum, quandoque aduerſitas, quandoque paupertas, quandoq; mors &c. p̃s. Veniat illi laqueus, quem ignorat, & captio quam abſcondit. ſ. dyabolus, vel malus homo, apprehendat eum. Vnde ſi eſt peccatum cogitationis, vel voluntatis, laquei, & funes peccatorum illorum vocantur compedes. p̃s. Ad alligandos reges eorum in compedibus. Si locutionis vinculũ eſt colli. Eſa. 52. Solue vincula colli tui captiua filia Syon. Si operationis manicæ ſunt ferreæ, quæ dari ſolent amentibus. p̃s. Et nobiles eorum in manicis ferreis. Si cõſuetudinis, & obſtinationis eſt carcam gallice, & hęc eſt iugum graue, de quo Tre. 1. Vigilauit iugum iniquitatum noſtrarum in manu eius, conuolutæ ſunt, & impoſitæ collo meo, infirmata eſt virtus mea. dedit me dñs in manu, de qua non potero ſurgere. Mirum eſt de nobis, quibus non ſufficiunt compedes, niſi etiam manicę, & iugum imponat. Tertio creatura dr̃ laqus p accidẽs ſ. male vtẽti ea, qa ei amore nimio inhęrmus. Datę ſunt. n. nobis creaturæ, vt eis vtamur, nõ vt eis capiamur. Eccleſ. 9. Cõionẽ mortis ſcito, quoniam in medio laqueorum ingredieris, quia nihil conſpicitur in mundo quód non ſit laqueus. Mulier laqueus eſt. Eccle. 7. Inueni amariorem morte mulierẽ quæ laqueus venatorum eſt. i. dæmonum. Verba eius etiam ſunt laquæus. Prouer. 7. Irretiuit eum ſermonibus, & blanditiis labiorum protraxit illum. Similiter quicqd viſu percipitur laqueus fit concupiſcentiæ in anima noſtra, vnde & dño vt falleret eũ oſtendit dyabolus omnia regna mundi, & gloriam eorum, quaſi eſſent decipula, & laqueus ad capiendum incautos. Sicut enim incautus lecator guloſe comedens piſcem incidit in ariſtam, ſic & nos creaturam inuenimus nobis in laqueum, quæ erat tantũ in vſum. Sapi. 14. Creaturæ Dei factæ ſunt in odium, & in tentationem animæ hominum, & in muſcipulam pedibus inſcipientium. Nil mirum igitur, ſi cuidam hæremitæ oſtenſus eſt mundus laqueis plenus, cũ de creaturis Dei nobis faciamus laqueum, quod & nobiſcum facit dyabolus, vt irretitos laqueo ſuo ducat nos quaſi pecus ſuũ. ſicut carnifices porcum, quẽ tenent in vinculis. 2. Timot. 2. Reſipiſcant à laqueis dyaboli, à quo captiui tenentur ad ipſius uolũtatem, ideo diſcrete, & cautè laqueos iſtos euadere oportet, & hoc quatuor modis. Primo per declinationem. Ex quo enim qs intelligit ibi eſſe laqueos, cautela eſt declinare ab eis. Tre. 1. Expandit rhete pedibus meis, conuertit me retrorſum. i. fecit vt me conuerterem retrorſum. p̃s. Cogitaui uias meas, & cõuerti pedes, &c. Qui ergo peccatum peccato addit, quid eſt, niſi ꝙ ſponte ſe immittit in laqueos? & quid temporalia congregare, niſi laqueos, & diſciplinas ſibi cumulare? Secundo per ſolutionem quam nemo ſibi facere poteſt, quia ligatus eſt. ideo Ioã. 11. dicit dominus de Lazaro. Soluite eum, & ſinite abire. & de pullo aſinæ. Matth. 21. Soluite & adducite mihi. vñ p̃s. Funes peccatorum circumplexi. ſ m. Tertio per ruptionem. Fęlix qui vincula rupit. Iud. 16. Sanſon rupit vincula, quaſi eſſent tela aranearum, ruptio vinculi peccati non põt fieri, niſi virtute ſpiritus ſancti. imo qui virtutem ſuam ſibi credit ſufficere, ſimilis eſt auiculæ, quæ cum tentat eripi à laqueo, magis pes eius conſtringitur uel collum, & ſic ſtrangulatur, quod ſignificatur in Sanſone cuius eum abraſi eſſent 7. crines ſui, raſus non potuit vincula rumpere. Iud. 16. Eccl. 9. Sicut aues comprehenduntur laqueo, ſic capiuntur homines in tempore malo. Auis enim nobilis cuius natura eſt ſurſum volare, nunquam quieſcit in manu dyaboli, niſi conſtringatur laqueo peccati. Sed poſtquã

E *Laqueos quòd quatuor modis laquei dyaboli euadimus.*

laqueo



laqueo conſtrictus diu tenetur, adeo fit ei familiaris & domeſticus, ꝙ dͤ manibus eius exire non poteſt, nec vult. Greg. 10. mora. Sępe nonnulli à prauis exire cupiunt, ſed quia eorundem actuum pondere præmunt̃, in malæ conſuetudinis carcere incluſi, à ſemetipſis exire non poſſunt, imo & ſi caſu de manu dyaboli exierint. i. volauerint, oſtẽſa ſibi modica carne. i. delectatione redeũt ad peccata, uelut ſi auis feſtinet ad laqueum. Prouer. 7. Laqueus tamen periculoſior eſt in gutture, quia auis habens laqueum in pede, poteſt ipſum roſtro frangere, uel clamare, ita vt aliæ accurrentes adiuuent, vt de paſſeribus dicitur, ꝙ capto vno, & clamãte accurrunt alij ad eius adiutorium, ſed habens in gutture nõ ſic, Sic habens laqueũ peccati in manibus, uel in pedibus affectionis poteſt ipſum roſtro confeſſionis rũpere vel aliorum adiutorium inuocare, & ſic euadere. p̃s. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium. Sed quando laqueus eſt in gutture, ꝙ non vult confiteri, uel aliorum preces inuocare, tunc ille vix euadit. Quarto per totalem conſumptionem laquei, quæ quidem fit aliquãdo per inciſionem in minutas partes, quod fit per gladium verbi Dei. Matt. 10. Non veni mittere pacem in terrã, ſed gladium. Non enim ſolum rumpendus eſt laqueus, ſed cõfringendus, quia contritus renodari non poteſt, ruptus vero poteſt. Laqueum rũpũt, ſed non conterunt, qui ad tempus peccata deſerunt, nec habent firmum propoſitum ſemper abſtinendi a peccatis. Poſt renodationem autem fortior eſt laqueus, dũ fiũt poſteriora peiora prioribus. Dicitur tamen ꝙ quando auis laqueo capitur p̃p eſcam, valde indignatur odio habens eſcam, ſic ꝙ fame cruciari ſe permittit, & plerumq; moritur fame, quàm miſeri qui totiens capti per voluptatem, totiens redeunt ad illam, poſtquam laqueum euaſerunt. Tertium, ꝙ conſequitur peccatum eſt inordinata fex concupiſcentiæ, omnia bona hoĩs deuorãs, vnde ſubditur ignis. Ignis enim inter oĩa elementa ſemper hoſpitem ſuum magis pauperem reddit. De lignis enim non niſi cineres relinquit. Eſt enim ignis vſq; ad cõſumptionem deuorans. Iob. 31. Primo nãq; deuorat omnem animæ pulchritudinem. Nam hominem deformat ſicut vermis arborem. Vermis naſcens intra arborẽ primo corrodit eius radicẽ, nec tamen ſtatim apparet exterius, qa adhuc remanet pulchritudo florum, viror foliorum. Sed poſtquã vermis paulatim conſumit arboris nutrimentum & humorem, tunc eo facto arbor areſcit in ramis, & palleſcit in foliis. & ſic tandẽ omnino deficit, & putreſcit. Sic peccatum naſcens in corde per conſenſum, primò conſumit interiorem radicem. ſ. animę pulchritudinem, non dum tamen iſta conſumptio apparet exterius in corpore, imo in corpore adhuc remanet pulchritudo iuuentutis, fortitudo virtutis, finaliter tamen in morte corporis areſcit, palleſcit, & oĩno deficit propter vermẽ peccati. Rom. 8. Corpus mortuum eſt propter peccatum. Secũdò corrumpit, & inficit oẽs viros, & potentias aĩę. Infirmitas enim grauis eſt, cũ vſq; ad oſſa peruenit. i. vſq; ad rationis, & affectionis corruptelam. Vocantur enim iſtæ vires interiores oſſa, quia ſm̃ Alber. li. 16. de animalibus. Si oſſa ſemper creſcerent; animal ſemper creſceret, quia his creſcentibus creſcerent & membra quę ipſis ſuſtẽtantur. Magnitudo enim animalis eſt maxime propter magnitudinem, & longitudinẽ oſſium. Sic & vires interiores creſcũt quãtum ad augmentum, & magnitudinem virtutis. Quãdiu enim vires iſtæ proficiunt in bono, tãdiu & mẽbra. i. ſenſus exteriores corporei, quorum bonitas ab interioribus dependet. Eſa. 66. Oſſa veſtra quaſi herba germinabunt. Tertio, generaliter conſumit oĩa bona. Eccle. 22. Qui mittit lapidem in volatilia. i. peccatũ mortale inter virtutes, & bona opera, deijciet illa. Eccle. 11. A ſcintilla vna augetur ignis. Ideo nec vna ſcintilla ardere permittẽda eſt timentibus incendium eiuſdem. Eccl. 19. Qui ſpernit modica, paulatim decidet. Peccatum enim eſt ſicut putredo in pomo, quæ paulatim inualeſcens aufert decorem, ualorem, colorem, odorem, & ſaporem. Aufert enim animæ decorem, vitæ colorem, & odorem famæ, valorem gratiæ, & bonorum operum, & ſaporem gloriæ. Iob 13. Quaſi putredo conſumendus ſum. Eſt iterum peccatum, ſicut taberna dyaboli, in qua uendit vinum voluptatis pro precio animæ, quo inebriatus illic perdit omnia. Et ſicut tabernarius ponit tres taxillos, quibus occupãtur in ludo ribaldi, ſic dyabolus ĩ taberna peccati tres cõcupiſcentiarũ modos expouit, in quibus

F *Peccatũ. Quòd peccatum deuorat omnia hominis bona.*

omnem

G *Peccatũ. Qui a pecca tum infamat hominem.*

omnem vitam conſumunt. Quartum, ꝙ adducit peccatũ eſt fœtor infamiæ, non ſolum corã hominibus, ſed etiam corã Deo, & angelis eius. Quod notatur in ſulphure. Si enim publicum eſt peccatum, fœtet corã Deo, & hominibus. Carnes enim viuæ non fœtent, mortuæ verò poſtquam corruptæ ſunt, fœtent, & aliorum nares lędunt, & grauant, ita vt quandoque odorantes inficiant. Quod patet in leproſis, quos ſani ꝑꝑ fœtorem & corruptionis periculum fugiũt & abhominantur. quia Eccle. 13. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea, & qui cõicauerit ſuperbo, induet ſuperbiã. & Nu. 19. Quicquid tetigerit immũdus, immundum faciet. Si vero peccatum fuerit occultum, ſoli Deo & angelis ſuis fętet. Inde timet peccator, ne videatur ab hominibus, plus timens hoĩes, q̃ Deum. ſm pſal. Dixit iniuſtus vt delinquat in ſemetipſo. i. per ſemet ipſum in occulto, vbi homo non videt, ſed Deus, de Deo non curans. Ideo nil mirum, ſi Deus nititur deſtruere peccatum, quia cõtinuo nares eius inficit. Rom. 6. Deſtruatur corpus peccati, vt non vltra ſeruiamus peccato. Corpus peccati multitudo eſt peccatorum in vno ſuppoſito. Inde ſtatuæ Nabuchodonoſor caput erat ex auro. ſ. ſuperbia. pectus & brachia ex argento. ſ. auaritia. vẽter & renes ex ære. ſ. luxuria, q a æs niſi tergatur ſępe, trahit rubiginem, & fętorem; ſic membra illa luxuriam, niſi caſtigentur. Inde ſm Gregor. viris luxuria eſt in lũbis, mulieribus in vmbilico. Sed tibiæ erant ex ferro, crudelitate. ſ. & tyrannide. Pars verò inferior partim ex ferro, partim ex terra, quia crudelitas ſtat vtplurimum cum terrena vanitate.

H *Peccatũ. Quia peccatum mordet & turbat conſcientiã.*

Quintum ſequẽs peccatum eſt remorſus, & conturbatio conſcientiæ, quod notatur ĩ ſpiritu procellarum. Super quo glo. Spiritus procellarum monſtruoſa mens eſt. Vnde Sap. 19. Vexationes peccatoribus ſuperueniunt. De natura. n. peccati eſt, ꝙ ſecum vexationem defert, & afflictionem. Auguſt. Iuſſiſti domine, & ſic eſt, vt ſibiipſi pęna ſit omnis inordinatus appetitus, & affectus. Ideo de voluntate Dei procedit, vt peccatum ferat ſecum ſalſam ſuã diſtemperatam felle amaritudinis. Hier. 2. Scito, & vide, quia malum eſt, & amarũ dereliquiſſe te Deum tuũ. Qui ergo poſt peccatum non ſentit dolorem, & amaritudinẽ in anima ſua, ſciat ſe eſſe membrum putridum uel paralyticum. Talia. n. mẽbra ſunt incurabilia, quia non habent virtutem aliquid ſentiẽdi. ideo nec ad ſanitatem reuertendi. Secũdo non ſolum vexat, ſed etiam ſuo pondere grauat, & aggrauat animam. Exod. 15. Submerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus. Zach. 5. Iniquitas ſedet ſuper talentum plumbi, quia quodlibet peccatũ habet de grauitate plumbea. Propter quod ſm gl. Petrus in aqua mergi cępit. Chriſtus autem qui non habuit de iſta grauitate, ſuꝑ aquas liberè ambulauit. Ex quo videtur, ꝙ illi, qui totaliter ſunt plumbum, bene habent timere in hoc mari magno ne ſubmergantur. Cõuenienter autem dicitur iniquitas plumbea, quia (ſicut dicitur lib. de mineralibus) philoſophi conueniunt in hoc, ꝙ omnium corporum plũbũ eſt auro propinquius. Vnde, & Armenides ait. Plumbum non eſt niſi aurum, ſuper qđ introiuit nocumentum in minera ſua, ſicut ingreditur ſuper infantem in utero matris ſuæ. Sic eſt de opere meritorio, & prauo, q̃ frequenter natura ſunt propinquiſſima, q a omnino eiuſdem ſpeciei quantum ad naturam ſuam, & tñ propter nocumentũ in minera. i. in mente degenerat aurum, & efficit plumbum, quaſi eſſet partus monſtruoſus propter defectum in vtero matris. Quod enim vnus facit ex charitate, alius facit ex cupiditate. & quod vnus pia intentione, alius mala. & ita ꝙ in vno eſt aurum, ĩ alio, eſt plumbum. Et ideo non eſt mirum, ſi corda peccatorum ſunt grauia. Eccleſi. 27. Suꝑ plumbum quid grauabitur? Propterea põderet homo peccatum quàm graue ſit. Portitor. n. qui habet aliquid portare, primo ſubleuat, vt probet quantum ponderat. poſtea quærit quandiu vel quàmlonge debet portare, poſtea quid ſibi dabitur pro labore Si ergo te inuitat dyabolus vt portes põdus iſtud, vide quantum ponderat. Non eſt enim ſanctus, uel angelus in cęlo, qui poſſet peccare mortaliter, qui ſtatim in infernum deſcenderet. Vide etiã quamdiu, uel quamlonge portabis, quia ſi oneratus es ĩ morte, nunquam depones. Vide ẽt quid tibi dabitur pro labore, quia ſtipendia peccati mors. ergo vt ſis curſor leuis, depone pondus iſtud. Et iſtæ pęnæ dicuntur pertinere ad calicem peccatorum, quia ſecundũ menſuram culpæ, infligitur menſura pęnæ Eſa. 17. In menſura contra menſuram cum





I *Pœna. Quòd pœna tẽporali. reprobi eſt inchoatio gehenna.*

abiecta fuerit, iudicabit eam. ꝑs. Potum dabis nobis in lachrimis in mẽſura. Sed q a. pœnæ ꝑſentis uitæ non ſunt niſi pars iſtius calicis, eo ꝙ in calice commenſurãte pęnã culpæ non ſolum eſt pœna temporalis, ſed æterna, quæ pęna tẽporalis in reprobis non videtur eſſe, niſi quædam inchoatio pœnæ æternæ. Gregor. 5. mor. Pœna præſentis ſæculi, quæ peccatores, & iniuſtos à prauis deſideriis non immutat, nequaquam eos ab æternis ſuppliciis liberat De qua parte calicis Iob. 24. Maledicta pars eius in terra. Iõ reſiduum calicis quod peccatum propinat eſt damnatio æterna. Inde peccata dicũtur ſpinæ nutritiuæ infernalis incẽdii, quas cõgregant humeris ſuis dementiſſimi peccatores, & quibus onerati currũt ad infernale incendiũ. Non. n. hẽt dyabolus vñ incẽdat, vel nutriat ignẽ inferni, niſi miſerrimi peccatores colligerent, & cõgregarent, & propriis humeris cõportarẽt oĩa genera hmõi incentiuorũ, quibus erunt æternaliter comburendi. Sic patres ꝑ filiis colligunt, & congregãt diuitiarum ſpinas, vt cõburant filios ſuos igne æterno figurati per Abrahã. de quo Gen. 22. Tulit Abrãham ligna holocauſti, & impoſuit ſuper Iſaac filium ſuũ.

*Feria 3. poſt 2. dominicam quadrageſimæ. Sermo 1. & in ordine 47.*

A *Sũpbia. Quare dominus uult extirpare ſupbiam.*

QVi ſe humiliat exaltabitur, & qui ſe exaltat humiliabitur Matth. 23. Cõſuetum eſt apud ortolanos, & agricolas, herbas, & arbores plantare, quas diligunt, & extirpare quas oderunt, & quia diabolus odit virtutes, & diligit vitia. econtrario Deus, quod apparet Matthæ. 13. Simile eſt regnũ cęlorũ hoĩ, qui ſeminauit bonũ ſemen in agro ſuo. Cum aũt dormiret, ſuperuenit inimicus hõ, qui ſuperſeminauit zizania. Propterea quia dñs diligit humilitatẽ, & odit ſuperbiã, non mirum ſi vnã plãtare nititur, & aliã extirpare dicens. Qui ſe humiliat exaltabitabitur. Ideo Dauid imitator eius timẽs de ſuperbia dicebat. Dñe nõ eſt exaltatũ cor meũ, neq; elati ſunt oculi mei. Et ſequitur. Sicut ablactatus ſuper matre ſua. i. ſicut paruulus ſeparatus à matre caret matris vberibus, ita ſi fuerim ſupbus carere debeo diuinis conſolationibus. Et verè ſuperbus matre ſua Maria ablactatus eſt, quia non dat illa lac magnis, ſed paruulis. Pudor. n. eſſet virũ magnum ad mãmillas matris pendere. Propterea ſuperbi ad Mariam noſtram non recurrant, quia cum magni ſint vbera gratiarum, & conſolationum eius ſurgere non poſſunt. Vnde & fonti comparatur Maria. Cant. 4. Fons ortorũ, quia in eo hauriunt paruuli, & puellæ, id eſt, humiles & pauperes peccatores. Ideo hauriamus de fontibus eius inclinãdo nos ad eam dicentes. Aue.

B *Exaltari Probatio quod qui ſe exaltat humiliabitur.*

Qui ſe humiliat exaltabitur. Hoc natura docet, quia res quæ cedit alteri quaſi in hoc ſe illi humiliat, & per hoc exaltatur, vt ſi quis oleo exiſtente in lampade ponat aquam, ſtatim oleũ cedit aquæ dans ei locum, & per hoc oleum exaltatur, & ad fundum vadit aqua. Si per hoc quod cedit homo, alteri exaltatur, & per hoc magis apud Deum reputatur. Hæc eſt mirabilis ſapientia, vt homo deſcendendo aſcendat, & aſcẽdendo deſcendat. Eccle. 11. Sapientia humilitati exaltabit caput. Itẽ vegetabilia prius in terra dilatantur, quàm eleuentur in altum, & de blado dum ſe ſpargit in terram, habetur bona ſpes, & diſcipulus prius in terra ſedet, quàm cathedram magiſtri aſcẽdat. Præterea læuitas ĩ corporibus eſt principium motus ſurſum, & in animabus leuitas humilitatis eſt principium motus ſpiritualis in ſurſum, id eſt, in ſublime beatitudinis, & gloriæ, quod eſt Deus, quod manifeſtum eſt arguendo à contrario, quia initium omnis peccati ſuperbia. Peccatum autem motus eſt in deorſum, id eſt, in infernum. Ideo quaſi diceret dominus. Omne leue ſpirituale aſcendet, & omne graue deſcendet. vera eſt propoſitio eius, qui ſe humiliat exaltabitur, & qui ſe exaltat humiliabitur. Volens igitur dominus in virtute humilitatis erudiri populum.

C *Hypocriſis. De hypocriſi ſcribarum, & phariſeorum.*

Primò allidit, lapidat, & obruit quinque filias ſuperbiæ, videlicet hypocriſim, ſeu mendacium uitæ, crudelitatem, vanam gloriam, ambitionem, & præſumptionem, vt in contrariis ablatis virtutem erigat humilitatis dicens. Qui ſe humiliat exaltabitur, & qui ſe exaltat humiliabitur. Confutatis ſcribis, & phariſeis ſuper tributo Cæſaris, & aliis quæſtionibus, quibus doloſe tentabãt Chriſtum? Tertia feria ante paſſionem ſuã (ne plebs ſine pane doctrinæ diſcederet) locutus eſt ad turbas, id eſt ad ſimplices, & imperfectos, qui ſecundum Chryſoſto. de-

linquentes facilè emendantur, vbi clerici, & literati ſunt immēdabiles. Propterea conuerſus ad populum dixit. Super cathedrā Moyſi ſederunt ſcribæ, & phariſæi docentes quæ docuit Moyſes. Quæ dicunt facite, nō quidem omnia ſimpliciter, ſed quę Moyſi cathedræ, & doctrinæ, & diuinis mādatis conueniunt, ſm̄ opera autem eorum nolite facere. Dicūt.n.& non faciunt. Ac ſi diceret. De auro terram dimitte, & elige purum. Filiam igitur primam ſuperbiæ, ſcilicet præſumptionem elidit. Præſumptuoſum enim eſt ualde aſcendere gradum dignitatis, uel cathedram doctoris in populo & inhoneſtam ducere vitam. Patet primo, quia indignum eſt cœleſtem doctrinā pręſentari in vaſe immundo. p̄s. Peccatori autē dixit Deus, quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamētum meum per os tuum? Qui enim bene docet, & male viuit, quaſi qui defert lucernam ante ſe, qua immundiciam ſuam aliis oſtendit. Nā p̄s. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumē ſemitis meis. Secundo Deum inhonorāt credentes Deum eſſe capram, qui paſcatur foliis. i. verbis. Vnde quantum diſpliceant Deo, oſtendit ipſe. Mat. 21. Cū maledixit ficulneæ habenti folia, non fructus. hoc eſt, verba bona ſine operibus bonis. Sunt.n. ſalices ſine fructu exterius habentes multa folia, intus autem vacue, de quibus Gene. 27. vox quidem vox Iacob eſt. manus autem manus ſunt Eſau. Mōſtruoſa res eſt manus remiſſa, & lingua magniloqua. hoc eſt habere linguam manu maiorem. Tertio tales docent Deum qualiter debeat eos condēnare. Literas.n. ſuæ propriæ mortis, & damnationis ſicut vrias portant, & eas publicant. Rom. 2. in quo alium iudicas, te ipſum condemnas. Criſo. Bene uiuendo, & bene docendo, populum inſtruis quomodo debeat viuere. bene autem docendo, & male uiuēdo Deum inſtruis quomodo debeat te condemnare. Quarto per hoc ſermo diuinus redditur contemptibilis, & ipſa veritas ſuſpecta. Grego. Cuius vita reſpicitur, reſtat vt eius prædicatio contēnatur. Quis enim crederet alicui, qui aliquam uiam latronibus plenam aſſereret, & neminem trāſire poſſe per eam abſq; ſpoliatione, & inſidiis, & poſt illā aſſertionem eādem ei gereret. Tren. 4. Non crediderunt reges terræ, & vniuerſi habitatores regionis, ꝙ ingrederetur hoſtis, & inimicus, qui portas Hieruſalem, propter peccata prophetarum, & iniquitates ſacerdotum eius, qui effuderūt ſanguinem in medio eius ſanguinem iuſtorum. Tales ſunt ſimiles cancro, de quo fabuloſè dicitur, ꝙ mater retrocedēdo dixit filiæ, ꝙ recte incederet. Cui filia, præcede mater, & ſequar. Cui retrocedenti ait filia, Ecce ego ambulo ſicut & tu. Quinto cedūt in malum exemplum. Populus enim facilè ſequitur prælatum. & apud grammaticos, rectus declinat in obliquum & pauca ſunt in grammatica nomina indeclinabilia. Cito enim declinauit populus à via recta, quā oſtendit ei Moyſes. Exod. 32. Et mirum eſt, ꝙ claudus artem ſuſcipit, & officium faciēdi alios rectos. Hi annunciant Chriſtum, ſed non ſincerè. Phil. 7. In hoc tñ meliores ſunt male viuentibus, nec prædicantibus, quia primi hoc habent, ꝙ nolunt ſecum ſocios habere euntes in infernum, alij uerò comitari volūt. Ideo primis quodammodo iubet dominus honorem impendi, cū dicit, quæ dicunt facite, quia audiendi ſunt mali cum eorum doctrina ſana eſt. Theo. Ita botrum quis carpat ꝙ ſpinam non attingat. Qui enim nolunt audire uerbum Dei, niſi à bonis, ſimiles ſunt his, qui cū ſitiant, potū nolunt recipere, niſi in vaſis aureis, aut argenteis, nec frumētum, niſi in ſaccis de ſerico precioſis. Qui autem malè viuunt, & malè docent, non iubet dñs honorari, aut audiri, quia tales ſedent ſuper cathedram, non Moyſi, aut Chriſti, ſed peſtilentiæ, in qua ſedent prælati mali, doctores falſi, iudices iniqui. Et hoc tribus modis, aut errorē docendo, vt faciunt hæretici. Aut ad malum inducendo, vt faciunt falſi Chriſtiani. Aut malum exemplum prębendo, vt faciūt mali prælati. D Secunda filia ſuperbiæ eſt crudelitas. Vnde ſubdit dñs. Alligant enim onera grauia, & importabilia ſuarum traditionum, & imponunt ea ſuper humeros hominum. Nunc enim imponunt excōicationes innumeras, irregularitates, præcepta, ꝙ prohibitiones, caſuum reſtrictiones, ita ut uix quis habere poſſit conſcientiæ ſerenitatem. Digito autem ſuo. i. leui motu, uel tactu nolunt ea mouere. In quo tria demōſtrantur. Primò, ꝙ prælatus, uel prædicator ſibi dēt eſſe auſterus, aliis largus. Criſo. Vis apparere ſanctus? circa tuam uitam eſto auſterus, circa vitam aliorū benignus.

*Crudelitas. De grauibus oneribus inductis in lege Chriſtiana.*

Audiant



Audiant te homines parua mandantē, & videant grandia facientem: E Secundo docemur paucas traditiones, & conſtitutiones humanas ad peccatū obligantes conſtituere. Sicut videmus in multitudine decretorum, & decretalium, & cenſurarum. Qui.n. leues ſunt ad conſtituendum talia præcepta duo mala faciunt. Primò multos faciūt tranſgreſſores, quia nulla eēt tranſgreſſio, ſi nulla eſſet obligatio. Inde p̄s. Declinantes autem in obligationes adducet dñs cū operantibus iniquitatem, quia uidentur eſſe cauſa illius iniquitatis. p̄s. Ipſi obligati ſunt, & ceciderunt & ꝑꝑ talia cōiter perdit ſerenitas conſcientiæ. ideo ſubdit. Pax ſuper Iſrael. In paradiſo non erat niſi vnum lignum uetitum, circa quod cito facta eſt tranſgreſſio, nunc uero quia quaſi ſunt innumera uetita, non eſt mirum, ſi multi ſint tranſgreſſores. Vnde quidam papa Vrbanus nomine (vt dicit venerabilis Gerſon) gaudebat ſe in papam eſſe aſſumptum, maximè ꝙ ſupra iura exiſtens huiuſmodi caſus, & ruinas euaſerat. Vtinam abolendo partem illarum cenſurarum miſertus fuiſſet ſibi ſubiecti populi. Secundum malū eſt ꝙ legem noſtram (quæ lex libertatis eſt) faciunt eſſe legem ſeruitutis. Hinc Auguſt. Ipſam religionem Chriſtianam, quam dominus noſter Ieſus Chriſtus in pauciſſimis ſacramentorū celebrationibus voluit eſſe liberam. quidam ſeruilibus præmunt oneribus, adeò vt tolerabilior ſit conditio iudæorum, qui non humanis præſumptionibus, ſed diuinis ſubijciuntur inſtitutis. Ex quo patet, quòd qui ſtatum eccleſiæ regūt & ſubditos grauibus onerant ſtatutis ſine magna, & euidenti neceſſitate, ſua abutuntur poteſtate, ſicut faciebant ſcribæ, & phariſei. F Tertio edocemur, ꝙ qui legem aliquā inſtituit, licet non ſit ſubditus legi, quātum ad hoc, ꝙ per hominem puniatur, ſi contrarium fecerit. propter quod dicebat p̄s. Tibi ſoli pecccaui, non ſoli ſimpliciter, quia peccauerat in proximum. ſed ſoli Deo qui ſolus poterat eum punire, tñ talis obligatus eſt ad legem implendam, quam protulit, & grauius punietur à Deo, ſi contrarium fecerit propter grauius ſcandalum. Vnde quidam ſapiens ait. Legem patere, quam ipſe tuleris. p̄s. Intellectus bonus omnibus datur. ſupple à Deo, ſed facientibus eum. Tertia filia ſuperbiæ eſt uanagloria. Vnde & ſubdit. Omnia vero opera ſua faciunt vt uideantur ab hominibus. G Circa quod quæritur. Vtrum gloriari de ſuis operibus ſit ſemper mortale peccatum, vel quādoq; veniale. Reſpōdet Gerſon ꝙ uana gloria propter duo dici poteſt peccatum, vel propter finem, quia finis malus eſt. vel propter obiectum, de quo gloriatur, quia malū eſt. De primo dicitur, quòd quadruplex eſt finis, propter quē quæritur gloria. Primo propter falſam infamiam uitandam, vt cum pudica mulier accuſatur de libidine, poteſt gloriari ſe pudicam eſſe. Augu. Propter nosmetipſos conſcientiam debemus habere bonam, propter proximum fama pollere debet in nobis. Sic Paulus fecit ſcribens Corinthiis. Secundo, propter commodum ſpirituale, & ſic prælati licitè vtroq; modo poſſunt eam appetere cōformiter ad ſuā dignitatem, ſic parentes honorari à filiis. Tertiò propter auaritiam, vt cum quis prædicat quærens gloriam vt inde lucrum reportet, vel fauorem principum, vel beneficium: & ſi ſit principalis intentio, peccat mortaliter. Talis enim ſe euiſcerat, ſicut aranea vt muſcas capiat, & vult habere bladum, cū ſeminatur, & comedit bladū ſuum in viridi. Non ſicut Iob, qui dicebat. Cūctis dieb. quibus nūc milito expecto. Si aūt fuerit minus pricipalis, & magis principalis cōmoditas populi, tunc ſolū veniale eſt. Quarto ꝑꝑ aliquam leuem cōplacētiam, quam capit in ſua laude. & tunc non ſemper eſt mortale, ſed ſæpius ueniale, niſi aliud peccatum grauius admiſceatur. Materia uerò vanægloriæ poteſt eſſe triplex. Primo poteſt eſſe opus malum de ſe, & iſtud eſt peſſimum ac ſi quis gloriarotur de hoc ꝙ cecidit in latrinam, uel ſi mulier gloriaretur ꝙ peperit bufonem. uel ſi auis gloriaretur de laqueo, in quo capitur. vel hæres gloriaretur ꝙ hęreditatem, & omnia bona ſua perderet. p̄s. Quid gloriaris in malitia? Eccle. 19. Qui gaudet in iniquitate denotabitur, id eſt de notitia Dei delebitur. Secundo, quando opus eſt de ſe bonū. & hoc pōt fieri tripliciter. Primo, quando ſuperuenit illa gloria ſubito, & ſubito repellitur, & diſplicet, & ſic non eſt niſi tentatio, & ipſa repulſa eſt meritum. Secundo, quando ad opus illud minus principaliter conſequitur. & ſic non eſt mortale. Difficile enim eſt, quin ex bono opere ſequatur gaudium

*Præcepta. Quòd rarò debent eſſe præcepta indicta populo.*

*Lex. Quò princeps eſt ſubditus legi ſuæ.*

*Gloria uana. Vtrū gloriari de ſuis operibus bonis ſit peccatum.*

in

in mente operantis, & quandoque vix diſcernitur inter gaudium illud, & gloriam. Eſt tamen vitanda gloria illa. Eſt enim tinea naſcens in bonis operibus, & ſemper corrodens ea, propter eam tamen ſi ſuperueniat, non eſt dimittendum bonum opus. Vnde beato Bernardo prædicanti occurrit cogitatio, ꝙ bene prædicabat, & ꝙ laudabat eum populus. Ad quã ille. Propter te non incepi, propter te non deſinam. Tertio quãdo facit bonum opus principaliter ꝑꝑ gloriam, & ſic ſemper eſt mortale, ſingulariter in ſpiritualibus viris. Eſt enim uentus mirabilis, qui viros doctos, & ſpiritales paſcit, ſicut gamaleon viuẽs ex aere, ſine qua non facerent opera multa, vt nec molendinum ſine uento, nec dolium uini ſine uẽto emittit vinũ. Videmus enim multos doctos retineri à prædicatione, vel quia non dicerent curioſa, vel quia nõ ita bene ſicut alij prædicarent, vel quia non haberent talem aſſiſtentiam, ſicut deſiderarent. Ventus iſte leuis eſt, ſed timendus. Primò, quia directè ducit ad gehennam. ꝑs. Turbata eſt terra & transferentur montes in cor maris. In magnis montibus magnus ventus, in magnis doctoribus & prælatis magna eſt hæc gloriola. Nec mirum, & bruta, & pauones, & columbæ, imo & pueri cum ad uſum rationis incipiunt peruenire, hanc habent, & appetunt, licet in eis non ſit mala. multo magis cito tranſit in viros doctos. Secũdo, quia tota eis merces ꝓinde redditur. Matt. 5. Attendite ne iuſtitiam ueſtram faciatis coram hominibus. Amen dico uobis, receperunt mercedem ſuam. Stultũ eſt vni merces vendere, & ab alio mercedem quęrere, vt patuit in fatuis virginibus. quę uenditoribus olei opera ſua vendiderunt. & deinde à Deo mercedem petierunt. Iam ille mundo uendidit opera ſua, uel dyabolo, qui ꝓ eis ſoluere nõ poſſent. Soli autem Deo debebamus ea oſtendere. Exo. 28. Moyſes loquens populo velabat faciem ſuam ſplendidam, id eſt bona opera ſua, ſed non in colloquio Dei. Vendunt enim dyabolo vanæ gloriæ denario ſuum opus bonum. Tertio poteſt opus eſſe indifferens. & hoc multis modis. Aliquando de ſapientia gloriatur homo, ſicut Nabuchodonoſor, qui factus eſt beſtialis. De quo Ezec. 18. Eleuatum eſt cor tuum in decore tuo. perdidiſti ſapientiam. Alij de fortitudine, quod eſt gloriari de rubore inimici ſui, cum corpus aduerſetur ſpiritui. Augu. Si de fortitudine gloriaris, ſuperaris à beſtiis. Si fortis es, pulicibus reſiſte ut dormias. Alij in diuitiis ꝑs. Qui confidunt in virtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur. Tales de maiori mola in collo, vt demergantur in abyſſum gloriantur. Alij de pulchritudine & ornatu, qui gloriantur de re accommodata. Eſa. 40. Omnis caro fenum, & omnis gloria eius quaſi flos feni. exſiccatum eſt fenum, & cecidit flos. Timendũ eſt ne fiat eis ſicut Iacob, qui tãtum laborauit ꝓ pulchritudine Rachelis, ne ei ſupponeretur turpitudo lye lippę. Similes imagini de portali, quæ à principio deaurata, & picta, poſtea turpis, & à vento vrente conſumpta apparet. Neque plus laudatur aſinus ſi portet aurum quàm fimum. Vas lacteum ſi ſit diſcoopertum, ibi reſident muſcæ.

H Ambi[...] De du[...]ci am[...]tione [...]teriori[...] interi[...]

Quarta filia ſuperbiæ eſt ambitio omnium malorum terra, mariq; genitrix. Ex hac enim procedunt omnia bella, homicidia, incendia, populationes. Sed duplex eſt ambitio. Quædã eſt aperta, qua quis ambit honorem aperte, & pro ea litigat, aut præliatur. Alia eſt occulta, quæ ſub capa ſimplicitatis, & humilitatis apparet. & hæc fuit ĩ ſcribis, & phariſeis. De qua dominus. Dilatant philateria ſua, & magnificant fimbrias. Amant primos recubitus in cenis, & primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro. Criſo. Non uituperat dominus factum, ſed uoluntatem. Sine enim cã ſe humiliat qui corde ſe præfert. Reliquus enim iactator audiens laudabile eſſe in vltimo loco diſcumbere, diſcumbit poſt omnes, & non ſolum iactantiam cordis nõ dimittit, ſed adhuc aliam iactantiam humilitatis acquirit, vt q vult videri iuſtus, & humilis videatur. Multi enim ſuperbi corpore quidem in nouiſſimo recumbentes, cordis autem elatione videntur ſibi in capite recumbere. Et multi ſunt humiles in capite recumbentes. & conſcientia ſe in vltimo exiſtimant. Quinta filia ſuperbiæ eſt preſumptio, quam dominus perſequitur ĩ ſcribis. & ab his reuocat diſcipulos dicẽs. Vos autem nolite vocari Rabi. Vnus enim eſt magiſter veſter, & patrem nolite uobis uocare ſuper terram. Vnus eſt enim pater ueſter, qui in cœlis eſt. Sed circa hoc quæritur, vtrum ſit malum uocari magiſter, vel





I Magiſter Vtrũ ſit malũ appellari magiſter.

pater, cum ſint plures magiſtri, & patres, & papa uocatur ſanctiſſimus pater, & abbates dicuntur patres. Reſpondetur primo, ꝙ dñs non prohibet magiſterium, neque magiſterij nomen, aut patris. Patet in Paulo, qui ſe doctore, & magiſtrũ gentiũ nominauit. Patet ẽt de ſanctis viris in deſerto, q patres appellabantur. Secundo dicitur, ꝙ licite põt appeti magiſterium ꝑꝑ honorem Dei, vt ſit in teſtimoniũ veritatis, & veritas inde ab audientibus efficacius recipiatur. quo plus probati ſunt in ſcĩa, & virtute. Dicitur tertio, ꝙ indebite appetere nomẽ magiſtri, aut patris eſt à Deo prohibitum. qđ fit tribus modis. Primo, qñ non eſt ad hoc ſufficiens, vt ſi quis ignarus peteret docendi auctoritatem, & qui non eſt in ſcripturis eruditus appeteret magiſteriũ ĩ theologia. vult. n. dñs, ꝙ tales ſint in vtroque teſtamẽto eruditi. Matth. 15. Oĩs ſcriba doctus in regno cęlorum profert de theſauro ſuo noua & uetera. Secundo, qñ hoc quærit ꝑꝑ malũ finẽ, vt propter adulari, vel ꝑꝑ vanã gloriã, vel ꝑꝑ lucrum, ſicut Catus voluit religioſus fieri, vt melius caperet mures. Tertio, qñ credit docere tanquam principalis doctor, non attribuens ſummũ magiſteriũ Deo. vel pater credit ſuos filios facere bonos non attribuens hoc diuinæ bonitati. De Io. Bap. dicitur. Io. 1. Non erat ille lux, ſed ut teſtimonium perhiberet de lumine. quanto magis doctor non eſt lux, ſed portator luminis ſolũmõ, & teſtimonium perhibens de lumine. Vnde cũ quidã magiſter pulcherrimã feciſſet prædicationẽ, & laudaretur à quibuſdã præſentib. rñdit, nõ attribuens Deo gloriã, ꝙ non ſemper dormierat, ſed multũ ad hoc faciẽdum de oleo in craſſibulo cõſumpſerat. Qui ſtatim diuina virtute viſitatus, ſic in cognitione priuatus eſt, vt ẽt ſui noĩs obliuiſceret. Hæc expoſitio tertia maxime cõſona eſt textui. Vñ Hiere. q̃ritur, quare aduerſus hoc præceptũ apoſtolus doctorẽ gẽtiũ eſſe, ſe dixerit, aut quõ vulgato ſermone in monaſteriis ſe patres uocãt. Quod ſic ſoluitur. Aliud eſt eſſe natura patrem, uel magiſtrũ, aliud indulgẽtia. Nos ſi hominem patrẽ vocamus, honorẽ ætati deferimus, non noſtræ auctorẽ oſtẽdimus vitæ. Magiſter. n. dicitur eſt conſortio veri magiſtri. Et ne infinita replicẽ. quõ vnus ꝑ naturã Deus, & vnus ꝑ naturã filius, nõ ꝓiudicat cęteris, ne per adoptionẽ Dij vocantur & filij, ita & vnus pater, & magiſter nõ ꝓiudicat alijs, vt abuſiue uocẽtur, & patres, & magiſtri. Quibus oĩbus filiab. ſuperbiæ ꝑ Xp̃i doctrinã ſublatis cõcludit, ꝙ oĩs qui ſe humiliat exaltabitur, & qui ſe exaltat humiliabitur. Vulgo. n. dicitur Recullat, uel retrocedit hõ, ut melius ſaliat. Vnde Eccle. 3. Tẽpus ſedendi primo, & tp̃s ſurgendi poſtea. Neque. n. quis ſurgere põt, niſi prius ſederit. ꝑs. Vanum eſt uobis ante lucẽ ſurgere, non ante lucem diei corporalẽ. Alioquin male feciſſet qui dicebat, media nocte ſurgebam, & ẽt monachi, qui ſurgunt media nocte, ſed de luce alterius ſęculi loquitur, qua manifeſtabuntur conſilia cordium. Oportet igitur hic ſedere, & humiliari, quamdiu manducamus panem doloris, tribulationis, & pœnitentię. Humilitas. n. nunc facit hoĩem pingueum, vt poſtea faciat eum gigãtem. habet vtiq; Deus ſuos pigmeos. de quibus Matth. 19. Sinite paruulos uenire ad me. Talis erat Zacheus qui erat puſillus ſtatura. talis ẽt erat Hieremias dicens. A. a. a. dñe, ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum. Talis Paulus, qui dicebat. Ego ſum minimus apoſtolorum. non ſum dignus vocari apoſtolus. Similiter & dyabolus ſuos habet gnanos, quos facit ficta humilitas, vt adulatores principum. de quibus Eccleſiaſt. decimonono. Eſt qui nequiter ſe humiliat, & interiora eius plena ſunt dolo.

K Exaltari. Oſtenditur quõ oporteat aliquem exaltari.

*Eadem feria 3. poſt 2. dominicam quadrageſi.*
*Sermo 2. & in ordine 48.*

A Humilitas. De quadruplici humilitate.

QVi ſe humiliat exaltabitur, & qui ſe exaltat humiliabitur. Mat. 23. Quadruplex inuenitur humilitas. Vna eſt ſatis nobis domeſtica, & quaſi cõnaturalis, quę qñque conſiſtit in debilitate intellectus, qñ in hoĩe apparet ſenſus, & rõnis modicitas. & hæc eſt humilitas aſinina. de qua 1. Cor. 14. Nolite paruuli effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote. Qñque ex debilitate affectus, & hæc eſt puſillanimitas eorũ, qui cũ laborẽ, & dolorẽ cõſiderant, potius ſe exinaniunt, quàm aliquod nobile, & arduum opus aggrediantur. Hi ſunt parui cordis, qui ſe ab aduerſitate, & labore auertunt, & auerſio interficiet eos. ſicut interficeretur paruulus ſe auertens ab vbere, quaſi à nutrimento ſuo. Nutrimentum enim pa-

tientiæ, & virtutis eſt labor, & aduerſitas, quæ lacti comparatur. Deute. 33. Inundationes maris, quaſi lac ſugent. Prouer. 1. Auerſio paruulorum interficiet eos, & proſperitas ſtultorũ perdet eos. Boni aũt & paruuli non reſpuunt vbera. vt Iob qui bibebat quaſi aquã ſubſannationem. De hac puſillanimitate dr̃ in p̃s. Eripe me dñe à puſillanimitate ſp̃us, & tẽpeſtate. Secunda humilitas eſt eorum, qui dum bene eis ſuccedit, parati ſunt humiliari, ſed ſi tetigerit eos manus dñi axcandeſcunt, & ſtatim ponunt os ſuum in cęlum. Et hæc humilitas eſt erronea, & uolatilis eorum. ſ. qui murmurant aduerſus Deũ. de quibus p̃s. Confitebitur tibi, cum benefeceris ei. Non erat talis Dauid, qui in ſumma fœlicitatẽ cum ſaltaret ante arcam dñi, valde humiliatus eſt. Rara enim ẽ humilitas honorata. Plus admiror (inquit Greg.) indutum lineis, & ſuccinctum ſaltantem totis viribus pſallentemq; coram arca dñi, quàm hoſtes proſternentem. Bellans, hoſtes, pſallens ſe deuicit. In aduerſitate autem humiliatus Deum laudauit, cum ab Abſalon & Semei perſequeretur. Tertia eſt humilitas eorũ, qui ſe humiliant vt aſcendant, quæ eſt humilitas ſophiſtica vulpium, quæ. ſ. ſe mortuas fingunt, vt melius cornices capiant. Vel vt fabuloſe dicitur. vt in quadriga ubi piſces vehebantur quaſi mortua vt illos comederet ueheretur. Talis erat monachus, qui quotidie demiſſo capite ambulans inuenit claues abbatiæ. Vnde glorioſa res eſt humilitas, qua ſe palliari appetit ſuperbia ne uileſcat. Quarta eſt humilitas ſpecioſa, eorum qui ſe humiliant, ut Deo placeant, & iram eius euadant. Hanc requirit dñs vt ibi ſedeat. Glo. ſuper illo pſal. Parata ſedes tua extunc. Anima trãquilla & humilis eſt ſedes Dei. Auguſtin. 11. confeſſionum. O quàm excelſus es, & humiles corde ſunt domus tuæ. Et ratio eſt, quia humilis in domo ſua ſe reſtringit faciens Deo locum ſpacioſiorem. Nã oĩa bona ſua Deo attribuit, ſibi autem tantummodo mala. Ideo meliorem domus ſuæ partem Deo tribuit deteriorem ſibi, Deo pulchriorem, ſibi inferiorem. Sic ſeipſum dominus reſtrinxit in terris humiliando ſe, vt locum noſtrum ampliaret in cœlis. Vnde in ingreſſu mundi ſibi elegit humile hoſpitium vterum virginis, in progreſſu, præſepe, in egreſſu patibulum. Arborem enim concauam ad mellis ſuſceptionem aptam, ſolũ ſibi quærit apis. Ad hoc hoſpitium diuertamus, vt verbo Dei paſcamur famelici ſalutantes hoſpitam, & dicentes. Aue.

B *Humilitas. Quod hæc ſit regula generalis, qui ſe humiliat exaltabitur.*

Qui ſe humiliat exaltabitur &c. Hęc eſt ĩ doctrina Chri regula gñalis, à qua nulla fit exceptio. Hæc eſt lectio, in qua principaliter vult nos erudiri magiſter legis euangelicæ. Diſcite (inquiens) à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Hæc eſt lex, quã natura docuit, quæ nos de paruulis magnos efficit. Inde dicit Samuel Sauli. 1. Reg. 11. Cum eſſes paruulus in oculis tuis, nõne caput in tribubus Iſrael factus es? hæc eſt lectio, quã ſæpe vult à fidelibus repeti, ne obliuiſcantnr eam. Propter quod dñs ter in euangelio repetit eam. Primo Luc. 14. vbi poſt parabolam de inuitatis ad uuptias, ut recumberent in nouiſſimo loco, parabolã concludit per hanc legẽ. Secundo Luc. 18. ubi parabolam de phariſeo ſuperbo, & publicano bumili cõcludit per eandẽ ſniam. Tertio hic poſt confutationem ſuperborũ ſcribarum, & phariſeorũ. Matth. 23. aduerſus eos concludens dixit. Qui ſe humiliat exaltabitur &c. In hoc euangelio tacite innuit dñs quinque humilitatis opera. Primũ eſt ſe ſubdere ſuis ſuperioribus etiam malis. Secundum benigne, & humiliter tolerare eorũ onera grauia. Tertium eſt ſua opera bona abſcondere, & non gloriari in illis. Quartum eſt ſpernere ſe ipſum. Quintum eſt paruipendere honores.

C *Prædicator. Quibus ſunt ſimiles prædicatores qui dicunt & non faciunt.*

Propter primum dominus ait. Super cathedram Moyſi ſederũt ſcribę, & phariſæi. Oĩa quæcũq; dixerint vobis facite. In quo mandat doctrinæ ſcribarum, quæ ſm̃ Deũ eſt obedire iuxta illud. 1. Pet. 2. Obedite præpoſitis ueſtris etiam diſcolis. Sed ſi ſm̃ Deũ non operantur, arctat p̃ceptũ dicẽs. Quæ dicunt facite, & quæ faciunt, facere nolite. Dicunt enim, & nou faciunt. Tales primo ſunt claudo ſimilis. Imprimis, quia claudus ſæpe pulcher eſt in ſedendo, qui deformis eſt in ambulando. Sic multi placent dum ſedent in cathedra, & docent, ſed in ambulatione, i. in operibus deformes inueniuntur. Secundo quandoque claudi pulchras habent tibias, ſed non proſunt eis ad gradiendum. Prouer 6. Quõ pulchras fruſtra habet claudus tibias, ſic indecens eſt in ore ſtulti parabola. Sic iſti ſunt, qui dicunt & non faciunt. dum doctrinæ diſpar eſt vita. Iſti claudicant vno pede. ſ. dextro. corrupti affectu, licet uigeant intellectu: ſignificati per Miphiboſech, qui cecidit à nutrice ſua, ideo effectus ẽ claudus. 2. Reg. 4. Nutrix noſtra ſancta ſcriptura, à qua quaſi ad tarram cadunt, quãdo illos quaſi in brachiis noui, & ueteris teſtamenti furſum portat, & lacte ſuo nutrit, & nihilominus ad terrena deſcẽdunt. Tales claudi ab ingreſſu tabernaculi & officio domini prohibentur. Vnde & multi aliquando ſunt ſine beneficiis. Nec mirum, quia aliquando neutro pede ambulant, nec uerbum habẽt in ore, nec manum in opere. Sunt autem q̃ amorem Dei habent licet nullam aut modicam cognitionem ſcientiæ, & hi tantum claudicant vno pede. ſ. ſiniſtro. De quibus poteſt dici illud Lu. 14. Exi cito in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, cecos & claudos introduc huc. Habentes em̃ charitatem, propter modicam ſcientiã dominus non excludit. Matth. 18. Bonum eſt tibi ad uitam ingredi debilem, vel claudũ, quàm duas manus vel duos pedes habentem mitti ĩ ignem æternum. Sed de primis dicitur in p̃s. Filij alieni. i. reprobi claudicauerunt à ſemitis ſuis, quas docent multum arctas, & uiuendo teneant eas largas. Secũdo ſunt ſimiles oculo monſtruoſo. Oculus enim debet eſſe ſuo compari ſimillimis, vt nec maior, nec minor, nec aliter coloratus. Duo autem oculi ſunt animæ. ſ. affectus, & intellectus. Quidam autem ſunt, qui oculos habent in colore diſſimiles. vnum docẽtes, & aliud facientes. Alij in magnitudine inæquales. nam multa dicunt, & pauca faciunt. multũ cognoſcunt, & parum diligũt. multũ ſtudentes illuminationi intellectus, & paucum inflammationi affectus. Oculũ intellectus illuminat ueritas. oculum affectus inflammat charitas. Vtrunque petebat Dauid illuminari dicens. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte. Sed in multis oculus ſiniſter illuminatus eſt, cum dexter obſcuratus ſit. Quod Zach. 11. de prælatis dicitur. O paſtor & idolum derelinquens gregem, brachium eius ariditate ſiccabitur, & oculus dexter eius obtenebreſcẽs obſcurabitur. Dextrum oculum priuſquã ſiniſtrum ſtudet dyabolus homini eruere, quia hoĩem quo ad ſpiritualia nititur excecare. Scit enim, q̃ ſi homini oculũ dextrũ eruerit, ipſum ad pugnã ſpiritalẽ inutilẽ reddit. Et hoc figuratum eſt 1. Reg. 11. Naas amonitẽ, qui uoluit violenter fœdus inire cũ viris Iabes Galaad, dũmodo erueret oĩum oculos dextros. Quot ſunt hodie qui clare uidẽt in tpalibus. cęci in diuinis. De quibus Iob. 30. Pauit ſterilẽ quæ non parit, & uiduæ nõ bñfecit. i. paſcit internã partẽ, q̃ nõ meretur, qa oẽ meritũ ĩ uolũtate cõſiſtit, & uidue i. affectiue q̃ in multis eſt uidua, dum ſponſo ſuo cœleſti non eſt per fidẽ & deſideriũ copulata, nõ bñfecit. Similes ſunt hiſtrionibus, q̃ milites animãt, & ipſi inermes remanẽt, & nõ pugnãtes alios ad pugnandũ inuitãt, & velut æs ſonãs & cimbalũ tinniẽs ad intrandũ eccleſiã, & ad diuina percipiẽda uocãt, & ipſa nõ intrãt, ſimiles circulis tabernarũ q̃ uinũ oſtẽdunt, ſed nõ bibũt. Tertio ſunt ſimiles tubicinib. alios exhortãtibus ad p̃liũ cõtra hoſtes, cõtra quos nõ pugnãt, ĩmo primi ſuccumbũt. 1. Eſdræ 9. magr̃atuũ manus ĩ trãſgreſſione hac prima. In exercitu cõtingit, q̃ ſi maiores ſe couertãt ad fugã, offenduntur minores & fugiũt, & ſi clametur ut redeãt, pro nihilo clamatur, ex quo vidẽt primos terga uertere, huius tubę non reputat dyabolus clãgorẽ, ſed irridet. Iob 39. Si audierit ſonitum buccine dicit vach. Quarto ſunt ſimiles hyſtrionibus in tyrocyniis, qui cum nihil probitatis habeãt, ſed ſint degeneres, referendo alijs probitates ſuorũ maiorũ eos reddere conantur animoſos, vt dicit poeta Pirrhus Achileides animoſus imagine patris. Vñ Seneca. Quia animos non habemus, animoſos non facimus. Multi ſunt in populo, qui doceri non poſſunt ſolo uerbo, ſed ſolũ operando, ſicut aquila prouocãs pullos ſuos ad pugnãdũ. Videmus. n. artifices libros non habere, & tñ diſcipulos docẽt operari cum eis operando. Quinto ſimiles ſunt Tantalo, q̃ merſus in aqua vſque ad mentum, non guſtat de ea, vt canalis aliis aquas limpidas mittens, & de eis non bibens, ſicut tabulæ lapideæ legem continentes, & non implentes, cum tñ eorum exemplar dicat. Ro. 15. Non audeo loqui aliquid earum, quæ per me non efficit Chriſtus. 1. Timo. 2. Cura te ipſum exhibere probabilem Deo operariũ inconfuſibilem, recte tractantem verbum veritatis. Sic enim debet recte tractare verbum veritatis doctor, vt non ſtet in ornatu

verborũ, ſed in fructu ſnĩarum. Si quis.n.viderit fructũ,& flores, dimittit flores & currit ad fructũ. Scđm humilitatis opus ẽ benigne & humiliter tolerare ſupiorũ onera grauia. Ait ſiquidẽ dñs. Alligãt.n.eis onera grauia,& importabilia, & imponunt ea ſuper humeros hominum, qui patienter ea portant, quaſi iumẽtum quod ſub pondere quocunque impoſito non murmurat ps. Vt iumentum factus ſum apud te, vel ſimiles camelo, qui genuflectit, ut oneretur, ſed digito ſuo nolunt ea mouere. Gedeon.n.uolens contra madiã pugnare, de decem milibus oẽs pter trecentos reprobauit, qa multitudo illa ſola lingua bibebat aquam, alij uero linqua, & manu, qui recepti ſunt ad pugnã. Iſti aũt habebant tubas, quarũ pars eſt ſtrictior circa tubantem, pars uerò amplior circa populũ, quia eorũ uita, quæ ordinatur vt tuba ad cõuocandũ populum ad dñm, dẽt eſſe ſtrictior apud eos, largior apud populũ. vñ ait Gedeõ dux populi Dei. Iudicũ. 8. Quod me facere uideritis, hoc facite, vt ſicut os primo guſtat cibũ, & ſumit, deinde aliis membris guſtata miniſtrat, ſic ipſi prius guſtent opera pœnitentiæ, & mundiciæ & aliarũ virtutũ, quas aliis faciendas docent. Volens hoĩem, vel aĩal ſm ſuã virtutem onerare, prius manibus onus eleuat, quaſi ponderans & tentãs, ſi aĩal illud portare poſſit. & uolens uinum infirmis limphare & temperare, prius illud guſtat, vt cognita eius fortitudine & cõditione ſciat quantũ aquæ imponere poſſit. Sed mõ clerus deterior eſt populo. Nã ſimilis eſt clerus impoſitori talliarũ, qui allios oneribus aggrauat, & ſe ipſum exonerat. Narrat Plinius de pictore quodã, qui pinxit vnũ puerũ portantem vuas, ad quas cũ aues uolarent credentes vuas eſſe ueras, iratus eſt pictor operi ſuo, eo q vuas melius pinxiſſet, q̃ puerũ. Nã ſi puerũ (inquit) ita bñ pinxiſſem, aues utique fugiſſent. Botrus vuarum populus Xpi eſt in vnũ collectus, & ĩ Chriſto uitæ uera exaratus. Puer, qui vuas portat, clerus eſt, cuius officiũ eſt populi pctã portare. Aues uolãtes ſunt maligni ſpũs, q̃ vuas iſtas nituntur deuorare. & hoc iõ quia melius ſunt pictæ, q̃ puer. Nã ſi clerus in ordine ſuo ita bñ pingeret, & virtutibus ornaretur, magis appareret puer, nec ita libere aues illæ vuas illas deuorarent, imo terrerentur ab eis, mõ aũt contrariũ apparet.

D

*Clerus. Quòd clerus debet primò onera portare, quæ ſubditis imponit.*

Tertiũ humilitatis opus eſt bona abſcondere à latronib. ne furentur, & nõ gloriari in illis, ſicut nũc doctores in altum tolluntur uento inanis gloriæ, ſicut pluuia facile tollitur ſtatu uẽtorũ. Vẽtus fauor eſt audiẽtiũ, & verba laudãtiũ. Iob. 18. Tollet eũ uẽtus vrẽs, & anfert de loco ſuo. vñ in altis locis fortius flatuentus, & iuxta aquã. Hinc genezareth quaſi gñans aurã. qa ſcĩa ĩflat. 1. Cor. 8. Videãt ergo doctores, ne pluuia ſint, uel palea. Si poma vermiculoſa ſint intus, cito cadũt ab arbore, nõ aũt illa quorũ caudæ fortiter cohærẽt, ĩterius integra, uel ſana. Prima porcis dantur, ſana reſeruãtur.

E

*Gloria uana. Quod bonũ eſt abſcondere bona ſua à latronibus.*

Sed q̃ritur, qũo rep̃hendit ſacerdotes publice p̃dicando. & ſi liceat ĩ publicũ coram laicis ſacerdotes rep̃hẽdere? videtur q nõ, qa fit ſinodus, ĩ qua rep̃hẽdi debẽt. Itẽ ps. Nolite tangere Chriſtos meos, & ĩ prophetis meis nolite malignari. & Exod. 21. Diis nõ detrahes. & ſi p̃dicaretur, daret, daret populo occaſio detrahẽdi eis, q leuiter de eis loquit. In oppoſitum. Oĩs Chri actio nña eſt inſtructio, ſed Xps hoc fecit. igitur. Reſponſio. Aut peccata ſacerdotum ſunt occulta, & populo ignota, & ſine ſcandalo populi facta. Vel ſi facta ſunt publica, & apparet, quòd corrigantur in promptu, ita q pctã ſunt cõſuetudinaria ſed ex ſurreptiõe. & hęc nõ multũ dẽt populo prædicari, ne ſcãdalũ nouũ generet ĩ populo, q cito parat maledicere eis. Sed hæc ab epo debent ſecrete corrigi, & ſic pcedunt auctoritates añ oppoſitũ. Si vero iſta pctã ſint publica ſcandaloſa, in malũ populi vergẽtia, nec vr pp cõſuetudinẽ ſpes de correctione, pñt populo publice p̃dicari, dũmõ nõ notet ſingularis pſona. Et ſi dicat q ſit iniuria ordini ſacerdotali ſic publicè ĩ eos ĩpingere. Dicit primo, q hoc argm̃ factũ eſt Chro. Luc. 11. Cũ.n. dicebat. Veh phariſæis. rñdit qdã legisperitus. Etiã hæc dicendo nobis iniuriã facis. Cui Chrs. Veh vobis ẽt legiſperitis. & ſic pp illud argm̃ nõ omiſit in eos inuehere Chrs. Dr ſcđo, q ſi in p̃dicatione publice arguantur peccata populi, & nobiliũ. iuxta illud. Eſa. 58. Annuncia populo meo ſcelera eorũ, & iuxta p̃ceptũ Apoſtoli. Argue, obſecra, increpa, à fortiori rõne p̃dicator dẽt reprehẽdere pctã ſacerdotũ, q̃ ſunt maiora, & maioris ſcãdali inductiua. Ait.n. Ioan. 14. Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. & 1. Pet. 4. Tẽpus eſt, vt iudiciũ incipiat à domo Dei. Ego.n. videbo ignem cupiditatis, & luxuriæ ardentẽ in domo Dei, adeo vt fumus ſuperbiæ aſcendat uſq; in cœlũ, & ego nõ diſcooperiã tegulas. nec clamabo ad ignẽ, ad ignẽ? Eze. 9. Incipite à ſctũario meo. Sic fecit Io. Bapt. vocãs eos genimina viperarũ.

F

*Clerus. Si ſacerdotes p̃cãtes debent ĩ publica p̃dicatiõe reprehẽdi.*



Quartum humilitatis opus eſt ſpernere ſeipm. Vnde reprehendit phariſæos eo q uolebat ſe exaltare dilatando philateria ſua, magnificãdo fimbrias, & uolẽdo ambulare in ſtolis. i. in rochetis ſicut epi. Scribebant.n. in mẽbranis p̃cepta decalogi groſſis literis, & circũ caput quaſi coronã ligabãt in frõte, in ſignũ maioris religionis, & maioris obſeruãtiæ decalogi, & circa fimbrias ſilr illa ligabant cum ſpinis acutiſſimis. vt ſæpe pugnarentur ad recordandum mandatorum Dei. male interpretantes, quod ſcriptum eſt. Deute. 6. Ligabis ea quaſi ſignũ in manu tua, ſcribesq; ea in limine, & oſtiis domus tuæ. Vnde cuidam monacho, de quo refert Greg. 3. dialogor. q ne cellã exiret ad pedẽ bloccũ hẽbat ligatũ cathena ferri. ſcripſit beatus Benedic. Non te teneat ferri, ſed cathena Chriſti.

G

*Scriptura ſacra. Qđ ſẽſus literalis ſcripturæ non ſemp ſequitur cõrã mo cũ loquẽdi, ſed ſignatum p ipſum.*

Sed q̃ritut, quare nõ redarguit ſacerdotes de pctõ luxuriæ, ſicut ſuperbiæ, cũ nũc maxime videantur illo crimine infecti, & cũ Xpi actio nña ſit inſtructio, vr q de illo vitio nõ dẽmus eos redarguere, ſicut nec Xps. Reſpondetur, q illi ad quos loquebatur, nõ erãt illo vitio maculati. Patet, quia lubrici notorij nunquã p̃tendunt ſctĩtatem vitæ, ſed ſolũ q ſint boni ſocij. Iſti uero p̃tendebant ſanctitatẽ vitæ, ita vt populo videretur ieiunare, & alia virtutis opa facere, ut iudicarẽtur à populo boni, & honore digni, & cathedris primis. Lubrici uero ſciunt meritò uitæ ſuæ, ſe indignos eſſe talibus. Scđo qa tũc vnã occaſionẽ hẽbãt ſacerdotes uitãdi lubricitatẽ, quã nõ habent moderni, qa habebant proprias vxores.

H

*Clerus. Quare nõ redarguit dominus ſacerdotes de pctõ luxuriæ.*

Et ſi q̃ratur. quare nõ habẽt nũc ſecerdotes vxores ſicut tunc. Dr primo q licet haberẽt vxores, indictus tñ erat eis qdam caſtitatis modus, vt q nõ poterant nubere cũ vidua, cũ proſtituta, cũ repudiata, & cũ ſcđo nupta. ſed tm̃ cũ virgine. Leuit. 21. & tm̃modo ſemel. Et iterũ cũ miniſtrabãt in tẽplo ordine vicis ſuæ, ſeparati erant ab vxoribus. Nũc aũt ſacerdotiũ Xpi nobilius eſt ſacerdotio leuitico. vt pulchre probat Apoſto. Hebreis à 7. cap. vſq; ad 10. incluſiue. Iõ oportet ſacerdotes modernos eſſe ſanctiores, & caſtiores. Hinc dñs ait apoſtolis, & ſacerdotibus noui teſtamẽti. Niſi abũdauerit iuſtitia vña plusq̃ ſcribarum, & phariſeorũ, nõ intrabitis in regnũ cœlorũ. In lege naturæ Iſaac (qa cõſecratus dño) nõ niſi vnã vxorẽ habuit, vbi plures habuerunt Abrahã, & Iacob, quãto magis ĩ lege grãe cõſecrati Deo ſacerdotes nullã debẽt habere? Si Dauid neceſſitate ſui, & ſuorum habere nõ debuit panes ſanctos, niſi mũdi eſſent à mulieribus, quãto magis ſacerdotes, qui edunt de pane altaris oĩno à muliere debent eſſe alieni? Armacanus lib. 6. de quæſtionib. Armenorũ dicit q ritus & conſuetudo legis antiquæ tollitur Mariæ, & Chriſti facto. Maria enim Chriſtus, & Ioãnes Baptiſta facto hoc aprobauerunt, q ita vixerunt. Deinde Ioãnes euãgeliſta, & oẽs apoſtoli, qui non duxerant vxores. Sic Paulus fecit, & aliis ſuaſit. 1. Cor. 7. Volo oẽs eſſe, ſicut me ipſum. & adiungit ibidẽ 8. c. Bene facit qui matrimonio iungit virginẽ, & qui non iungit, melius facit. Et ſtatim ſequitur. Cum dormierit vir eius liberatus eſt à lege viri. cui vult nubat tantũ in dño. Beatior aũt erit, ſi ſic permanſerit ſm cõſilium meũ. Puto aũt, q & ego ſpiritum Dei habeam. In antiqua.n. lege, matrimonium ſtatum ſummũ tenebat, quia nondũ virginalis ſtatus inuentus erat. qui modo tenet ſtatũ ſupremum, quem inuenit Maria. Hæc Armacanus. Dr ſecũdo, q tũc dominus aliquos acriter reprehendit de hoc vitio. Patet de his, qui adulteram accuſabant. & ille non verbo, ſed ſcripto (quod aſperius erat) reprehendebat, ita vt eorum quiſque peccata ſua clare uideret. In quo oſtenditur quàm ſit reprehenſibile hoc ſcelus in ſacerdotibus. Chriſtus.n. ſolo verbo ſuperbiam exufflat, quia nõ eſt niſi ventus. luxuriam in terra ſcribit. quia permanet in terra corporis noſtri. Verbũ.n. tranſit, & permanet ſcriptum. Vnde nobilior pars corporis Chriſti ſunt ſacerdotes, qui per eccleſiæ faciẽ intelliguntur. Canti. 2. Oſtende mihi faciem tuam. quilibet autem in faciem alterius aſpicit. Magnam igitur iniuriam ei facit, qui eius faciem maculat, & expuit in eam, ſicut Iudæi fecerunt. Secundo, quia committit in fractione voti ſacrilegium. Eccleſiaſt. 28. Non eſt condigna

I

*Clerus. Quare ſacerdotes tunc non iungũtur matrimonio.*

ponderatio continentis animæ. Quid ergo reddet Deo pro eo ꝙ ei abſtulit? ſcilicet, corpus ſuum. Tertio, quia ſcandalizant populũ. Hieronymus. Clericus aut honeſtior cęteris, aut aliis fabula. Modo autem non ſolum in ſecreto libidini uacant, ſed etiam ſigna prodeunt in publicum. Quarto, qa populum decipiunt, qui dat eis elemoſinas vt eorũ peccata deleant orando, & gratiã impetrent ſanctitate vitæ ſuæ. Rom. 8. Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt.

Quinto, quia cum ſint de familia Dei, & eius expenſis viuant, tamẽ de bonis eius nutriunt concubinas, & Deum impugnant ſubuertendo populum. Sexto, quia tractant indigne corpus Chriſti. Si quis ſcienter proijceret in lutum calicẽ peccati, quãtomagis qui corpus ſuum, quod eſt Chriſti repoſitorium? Et ex hoc tales cõiter incurrunt iram Dei. Sunt.n. ſacerdotes iſti Dij, qui miſcentur cum filiabus hominum. Cuſtodiant igitur ne in eos peſtis, aut alia deſeuiat diuina perſecutio, ſicut factũ fuit temporibus Noe his, qui miſcebantur cum filiabus hominum, quos ſubitò merſit diluuium. Gene. 9. Quintũ humilitatis opus eſt paruipendere honores, & magiſtratus, ita vt opus eius ſit deſcendere à terrenis, ſicut ſuperbiæ opus eſt aſcendere. De hac paruipenſione bonorum ſatis videbitur in ſequentibus ſermonibus. Sed circa hoc quæritur, vtrum dñs debuerit iſta p̃dicare phariſeis, cũ ex hoc facti fuerint deteriores videtur ꝙ nõ debuerit. In oppoſitũ. 1. Tim. vlt. Prædica verbum. inſta opportune, ĩportune. ergo importune eſt prædicandũ, nec eſt expectanda opportunitas? Reſponſio. Aut huiuſmodi importunitas eſt partialis, quia ſcilicet aliqui bene accipiunt verbum, ſed in multis ſermo non capit. & dum illud ſcit prædicator, non debet dimittere verbum. & in hoc habet locum illud Apoſtoli allegatum. Inſtat.n. opportune his, qui volunt audire. & importune his, qui nolunt. Augu. Sonet verbum tuũ uolentibus, & nõlẽtibus opportune. importune. inueniet locum, vbi requieſcat, terram vbi germinet. Licet enim terra ſit petroſa, nihilominus ſator optimum fructum ſeminat. Eſt enim ibi terra ſuſcipiens, licet non petra. Si verò nullo modo placeat auditoribus, prodeſſe tñ põt impoſterum. vel probabile eſt, quòd corrigantur, tunc adhuc poteſt prædicare opportune, importune. Importune, quia nõ placet eis. opportune, quia ſpes eſt in futurum de corruptione. Si verò uelint audire, tunc opportunè eis prædicatur. Gloſ. ſuper illo Leuit. 7. Qui patitur fluxum ſeminis. Quid eſt ſermo, niſi ſemen? qui dum ordinate mittitur, audientis mens ſicut uterus impregnatur. Si importune polluit mentẽ, & generandi perdit virtutẽ. Vnde Eccle. 8. Omni negotio tẽpus eſt, & opportunitas. Prouer. 5. Mala aurea in lectis argenteis, q̃ loquitur verbum in tẽpore ſuo. Gloſ. Qui uerbum Dei opportune nouit iuxta audiẽtium capacitatem prædicare, modo exempla, modo literam replicat. modo ſuauiores ſpiritualium ſenſuum flores pandit. Importune tamen talibus prædicatur. quia q̃ audiunt ex aliqua occaſione his, qui non ſunt, & qui nolunt audire uerbum, poſſunt ad aures eorum deportare. Si uerò ſunt incorrigibiles, tunc non eſt eis prædicandũ. Nulla enim tunc eſt opportunitas, ſed eſt tempus tacendi. Eccleſi 10. Homo ſapiens tacebit vſque ad tempus & Matth. 7. Nolite ſanctũ dare canibus, & margaritas nolite ſeminare ante porcos. Per ſanctum verbum Dei intelligitur quòd non debet corrumpi. Corrumpitur autem in his, qui ſunt impugnatores, & cõdemnatores veritatis. Caſſiodorus. Graue peccatum eſt obſtinatis prædicare. Amos 5. Prudens in tempore illo tacebit. Prædicando enim fierẽt deteriores. Grego. Cum aſpiciunt prædicatore, quia uitam auditorum loquendo lucrari non poſſunt, tacendo ſcientiam ſuã abſcondunt. Vnde cum Hærodes interrogaret dominum multis ſermonibus, nihil ei reſpondit. Et quia dominus non ſolũ phariſeis, ſed etiam plebi libenter audienti p̃dicabat, & etiam aliqui de phariſeis, credebant in Chriſtum, ideo dñs eis opportune prædicauit. Et ſi dicatur, ꝙ Ezechiel loquĩ ad domum exaſperantẽ. quæ ideo exaſperans dicitur, quia incorrigibilius, & Petrus ad Symonem magum, quem ſciebat nullã pœnitentiam eſſe acturum. Reſponſio, ꝙ domus exaſperans dicitur, non propter incorrigibilitatem, ſed propter peccatorum multitudinem. Petrus etiam hoc dixit Symoni mago, ne alij fallerentur per malitiã ipſius Symonis. Si uero prędicator ignoret eos eſſe incorrigibiles licet ſint, quouſque illud aperte cognoſcat, poteſt ſuum exercere

*K Prædicare. Si prædicator incorrigibiles reprehendere debet.*



cere officium in prædicando, & tũc ille abſoluitur à talento ſibi credito, ſi nõ multiplicetur. Ceſſare tamẽ debet, cum eos verbum contemnere videt.

*Feria quarta poſt 2. dominicam quadrageſimæ. Sermo primus, & in ordine 49.*

*A Maria. Qđ Maria mediatrix eſt inter nos, & Deum.*

DIc vt ſedant hi duo filij mei, vnus ad dexteram, & alius ad ſiniſtrã. Mat. 20. Summum remedium contra furorem, & indignationem principis eſt ei mittere mulierem ſibi gratam, quæ eum pacificare ualeat. Sexus enim muliebris multũ demulcet, & mouet ad compaſſionem. Et propter hoc Ioab. 2. Reg. 14. Miſit mulierẽ thechuitem ad Dauid, vt pro Abſalon pacem impetraret. Miſſa eſt etiam Heſter ad Aſſuerum ad componendum pacem Iudæorum. Miſſa eſt & hæc mulier ad quærendũ regnum pro filiis ſuis. Propterea nõ immerito ad Mariam accedendum eſt, vt petat à filio. Dic ut ſedeant filij mei in regno tuo. Furibundus autem dum ebrius eſt, facile parcit. Illa autem inebriauit filiũ lacte materno. Eccl. 24. Inebriabo fructus mei partum. Inebriatus igitur obliuiſcetur ſuarum iniuriarum, & noſtrorum peccatorum. Et vt hoc faciat, ad eam accedamus, quæ mediatrix pacis fuit, eam ſalutantes, ac dicentes. Aue.

Ad ſecundum in gloria mundi aduertẽdum eſt primo, quibus modis ad eã peruenitur. Secundo, quid ad eam habitam conſequitur. Circa primum dicitur, ꝙ tres ſunt modi perueniendi ad gloriã, quos in præſenti euãgelio miſticè docet Chriſtus. Primus eſt per munera. Secundus per amicos & parentes. Tertius per laborem proprium. Primum fecit dominus offerens in ara crucis Deo patri munus ſui ſanguinis. Secundum oſtendit in matre filiorum Zebedei petente pro filiis honorem. Tertium voluit in ſuis electis inueniri, dum eos calicem ſuæ paſſionis denunciauit bibituros.

*B Honor. Quòd inſtabilis ſit honor mundanus.*

Primò igitur honorem, & gloriam acquiſiuit dominus per munus oblatũ in ara crucis. Vnde ait in princip. euãgelij. Ecce aſcẽdimus Hieroſolymam, & conſumabuntur omnia, quæ ſcripta ſunt de filio hominis. ecce munus oblatum. & ſequitur. Et tertia die reſurget. ecce gloriam conſecutã. Aſcẽdit itaque dominus ad gloriam ſtabilem & æternam per munus oblatum patri, aſcendunt & mundani ad honorem tranſitoriũ & inſtabilem per munera, & temporales diuitias. qui quidem honor quã periculoſus ſit, oſtendunt multa. Primo, inſtabilitas & ruina. quod ſatis declarat Grammaticus quęrens propoſitioni quot accidunt? Et reſpondet, vnum. quid? caſus tantum, ita ꝙ illis, qui præponuntur, cõiter accidens eſt caſus & ruina. Inde ſubdit grammaticus. quot caſus: duo. qui: accuſatiuus, & ablatiuus, quia ad ruinam eorum cõſurgit aliqua accuſatio criminum, & tunc eſt caſus accuſatiuus, & deinde ablatio à dignitate, vel officio. & ecce ablatiuus. & ſic talibus cõtingunt miſerabilia præcipitia, à ſtatu. ſ. fęlicis fortunæ in miſeriam, à vita gratiæ in vitium, à vita naturæ in infernum. In fabulis legitur de tortuca, ꝙ videns aquilam vbique volitare ſe miſerã dixit, eo ꝙ in ſolo foramine terræ, & circa terram habitaret, & de magnitudine terræ nihil perpenderet, & ſe fore fęlicem, ſi molem terræ videre poſſet. Cui aquila. Si uolueris, te in altum feram, vt omnia videre poſſis. Quã acquieſcentem tulit aquila ſurſum, q̃ deorſum reſpiciens tremula facta propter periculum præcipitij. Vtinam (inquit) eſſem in foramine meo. Cui aquilã. Non tecum cõueni, vt illuc te reducerem. Et ſic tortuca dimiſſa ab aquila præceps ruens in terram tota confracta eſt Sic qui dyabolico inſtinctu ad honores aſcendũt. Et maxime iſte caſus accidit ex multitudine muſcarum. q̃ fructum honoris comedunt. Nam diuitiæ pariunt honorẽ. & honor (vt frequentius) ſepelit diuitias. Vnde ait dñs in hoc euangelio. Ecce aſcendimus Hieroſolymã, & cõſumabuntur omnia, quia ſumptuoſitas ſtatus conſumat, & conſumit omnia. Cõiter dicitur, ꝙ tria ſunt, quæ eijciunt hominẽ à domo ſua. i. à ſtatu ſuo. ſ. fumus, qui cito aſcendit, & cito deſcendit. Hic eſt ſupbia. quæ cito decidit, & propter quam ſuſtentãdam multi uendunt ſuos prouentus. Stillicidia. i. delitiæ, & ſumptus in delicijs, quæ cadunt ſuper lectos in venereis, vel ſuper menſam in crapuloſis. Et mala vxor. i. mala conſcientia, quæ turbat domum non ſolũ interiorem, ſed etiam exteriorem. propter quam oĩa in nihilum decidunt. Vel mala vxor eſt ſtoliditas, ſeu fatuitas, qua in honoribus infatuantur, ita vt ſe penitus ignorent.

*C Honor. Quòd diuitiæ pariũt honorẽ, & honor ſuffocat diuitias.*

*D Honor. Qđ multi ĩfatuãtur honoribus.*

rent. Quòd ſint infatuati patet. Primò, q̄ ſi cāpanile ſit apertū, & ſunt aliqui fatui in ciuitate, cōiter aſcēdūt cāpanile. Sic ad honores huius mundi cōiter anhelant fatui, nō ſapiētes. ps. Hō cū in honore eſſet, non intellexit cōparatus eſt iumētis inſipientibus &c. Nō ītellexit qualis eſt, qualis fuit, & qualis erit quātus in diuitiis, quātus in honorib. nec mēſurā ſuā cognoſcit. Iō ſeq̄t. Hec uia illorū ſcandalū. i. ruina ipſis, quia talis honorata & īfatuata vita eſt eis ruinæ occaſio. ps. Deiecisti eos dū alleuarent. Cōparantur. n. qui tales ſunt arieti, cui paſtor nolā ponit ad collū, qui licet ſit oībus miſerior, tñ pp illā dignitatem & honorē oēs præcedit. & in hoc gloriatur, & ſæpe caput mouet ut nola audiatur. Sic quātūcūq; ſtolidus ſi diuitias & dignitates acquiſierit p fraudes, adulationes, aut alio mō ſe exiſtimat oībus meliorē & honorabiliorē, & dignū qui alios p̄cedat, & caudā magnā poſt ſe hēat. Amos 5. Lætamini ī nihilo q̄ dicitis, Nūquid in fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua? Vnde cū q̄dā iucederet cū multitudine hoīum & ſummariorum, & quis diceret talis incedit honorifice? Reſpōdit Sene. Nō, ſed mel muſcæ ſequuntur, cadauera lupi, p̄dā ſequunt̄, nō hoīem. Sicut muſcæ caput ſcabioſū q̄runt, & canis nō curat de oſſe nudo apud cimiteriū S. Innocentij, nec ſequela illa de hoīe, ſed officiis & diuitiis eius curat. Qui. n. perſonagiū ſtultorū ludūt, in ueſtimētis eius delectantur, in multitudine caudarū vulpiū, quę eis cōſuuntur. Exēplū de cane ſequēte mulierē portantē omaſa, depoſitis. n. omaſis ſcit̄, ſi prius ſequebat̄ mulierē, uel omaſa. Hic notanda eſt dementia cuiuſdā regis dicētis q̄ duo ſuper oīa in hoc mundo ſibi placebant. Turbo magnus ſiue puluerulentia in itinere ſuo, & tumultus magnus ī aula ſua. Tales qui de hmōi tumultu gaudent, & comitiua magna, ſimiles ſunt his, qui de multitudine deuorantium carnes ſuas gauderent, vel ſimiles furibus, qui de magna multitudine ducentium eos ad patibulum gloriantur.

E.
*Honor. Quòd honor inducit ī multitudinē p̄ctōrum.*

Scd̄o hoc periculū oſtendit multitudo peccatorū, quæ ex his honorib. conſequitur. Sicut. n. hō ex immoderato potu nunc ſurgit, nunc cadit, ſic aīa tumēs faſtu ſæculi inebriata. nunc ad cœlos p honorem, nunc ad abyſſos inferni, per peccatorum multitudinem. Iuxta illud ps. Aſcendunt vſque ad celos, & deſcendunt uſq; ad abyſſos. & ſubdit rationē. Aīa eorū in malis tabeſcebat. i. in peccatis tota reſoluebatur. ps. Turbati sūt & moti sūt ſicut ebrius. & oīs ſapientia eorū deuorata eſt in fine. ſ. mundana ſapientia naturalis, & moralis. Eccle. 4. Si diues fueris, non eris immunis à delicto. In hoc periculo legitur fuiſſe beniuolus quæſtor (vt dr̄ lib. 9. hiſto. tripar. c. 9.) Nam cum beatus Ambro. iuberetur exulare, & traheretur populo reſiſtente, indignata Iuſtina Arriana imperatrix iuſſit huic Beniuolo, vt velociter legē proponeret, quæ fidē probatā in concilio Ariminē. iuxta hæreſim Arrianā confirmaret. Cūq; ille declinaret (erat. n. orthodoxus) & illa maioribus eum cingulis inuitaret. Beniuolus diſcingēs baltheū ante pedes Auguſtę proiecit dicens. Neque illū honorē, neque maiorē ſe uelle pro impietate habere mercedē. Cūq; hoc facere ille renuiſſet, inuēti ſunt alij qui nequitiæ miniſtrarunt. Exenia. n. quæ ſiba obtulit Dauid videt̄ inclinaſſe ad cōdemnandū abſentē. 2. Reg. 16.

F.
*Honor. Quòd honor multas inducit ſolicitudines, & contentiones.*

Tertio hoc periculū oſtendunt miſeriæ, ſolicitudines. lites, & cōtentiones, quæ inſeparabiliter ſequunt̄ honores. Nemo. n. uadit in pace in via, in qua eſt preſſura tranſeuntium. Ibi. n. vnus impellit aliū, & fortior præcipitat, & calcat debilē. In honoribus ſæculi eſt preſſura, ibi quilibet vult ſocium ſuum præcedere, inde uenit turbatio maxime in eccleſia Dei. Gene. 25. Rebecca duos habuit filios in vtero bonum, & malum. Collidebant̄. n. in utero eius paruuli, ideo turbabant, & affligebant matrē intantum q̄ neceſſe fuit concipere, & peior finaliter præceſſit. Sic in honoribus mūdi poſt colliſionē, & diſſenſionem peior p̄cedit. In uia ergo mundi nō eſt pax, ſed bene in uia Chriſti. ſ. in humilitate, & obedientia, quia pauci per eam uadunt, & unus ibi bene p mittit alium præcedere. Ioā. 16. In mundo preſſuram habebitis. in ſignū huius hi duo diſcipuli petierunt ſibi diuerſa loca, vnum à dextris, aliū à ſiniſtris. Non. n. ſimul poterant in dignitate ſtare.

*Honor. Q̄d aſcēdere ad honorem eſt aſcēdere ad præcipitium.*

Secundus modus eſt per parentes, & amicos. Sic uoluerunt filij Zebedei medio matris peruenire ad mundanum honorem. Erat. n. dominus appropinquans Hieroſolymā, & acceſſit mater eorum adorans. i. facta reuerentia petēs aliquid ab eo. Sed quid eſt illud aliq̄d?

R.ſpon-



Reſpondetur q̄ eſt aſcēdere ad honorem. quod eſt aſcendere non ad ſtatum, ſed ad præcipitium. ad quod noluit dominus ſuos diſcipulos ducere, quia cōiter dyabolus illuc ſuos conducit. Facit. n. talibus ſicut tortores ſecum ducentes latrones. Iuuāt. n. ad aſcendendū ſcalā, & cum eis aſcendunt. poſtea ligant eos ſic fortiter q̄ non poſſunt euadere. & tūc ſubito proijciunt eos, & moriuntur. Sic quoſdā facit aſcendere ad honores mundi, īmo iuuat eos, & quando tenet eos ſuperius ligat eos cathenis peccatorum, quibus fortiter ligatis uertit ſcalā. i. ſtatū, quo ſuſtinebātur in mundo. & ſic moriuntur ſuſpenſi inferni patibulis. Vnde Eccle. 10. Oīs potentatus uita breuis. Et ſicut ventus plumas, & paleas exaltat, & puluerem, quæ cum parum exaltauerit cito in lutum propinquum proijcit, ſic principes ſæpius malos exaltant, qui fiunt tanquā puluis ante faciem venti, quia ad breue exaltātur, & cito in lutū peccati cadunt. ps. Comminuā eos, ſicut puluerem ante faciē vēti. & lutum platearum delebo eos.

H
*Aſcendere. Cum uia aſcēdēdi ad honores ſit difficilis, & uia humilitatis facilis, quare tanta multitudo ītedit per uiam honoris.*

Qui dixit ei. Quid uis? Ait illi, dic ut ſedeant &c. Quid eſt q̄ uia aſcendendi ad honores eſt ita difficilis, & tamē oēs uolunt per eā ambulare, & aſcendere. Fatui. n. uidentur qui quod facile eſt dimittunt amplectādo difficilius, īmo & qui uidentur iuſti, vt diſcipuli Chriſti eam uidentur arripere. Reſpōſio. Prima ueritas, uia aſcendendi ad honores eſt multū difficilis. Probatur per illud quod dicunt in inferno amatores honorū. Sap. 5. Ambulauimus uias difficiles. Via. n. hmōi montuoſa eſt & grauis. Nunquam autem in montem proceditur directo greſſu, ſed ſemper per obliquum nunc huc, nunc illuc aſcendendo. Sic nunquam itur ad honores recte, ſed per vias obliquas. Nunquā etiam campanile aſcenditur, niſi circueundo, & oblique. ps. In circuitu impij ambulabāt. Præterea honores & temporalia bona ſunt vmbræ hoīs ſimilia, quæ aliquando præcedit, aliquando ſequitur, aliquando comitatur. Illam quæ præcedit nō pōt hō apprehēdere, quę ſequitur nō pōt effugere, & quæ comitatur cito perdit. Sic diuitiæ, & dignitates dū ſunt ante oculos appetētis & quærit eas, fugiunt, nec pōt abſq; magno labore apprehendere. Aliquando ſubſequūtur, & tunc ſe ingerūt & multi boni ſic eas apprehendunt, quia uel ut nolint honor ſequitur virtutem. Honor. n. eſt premium virtutis. 4. Ethi. Non tamen poſſideri poſſunt ſine mentis turbatione, & timore. propter quæ duo dicitur. Eccle. 41. Si ſecurus fueris non apprehendes, & ſi parturieris nō effugies. Aliq̄ñ concomitantur, ſed cito perduntur, nec ſine dolore. Non habitæ. n. req̄runt laborē, habitæ ingerunt mentis turbationē, perditę dolorem adducunt. Eccl. 4. Diuitiæ conſeruatæ in malum dñi ſui. Pereunt enim in afflictione peſſima. Secūda ueritas, licet illa uia ſit difficilis, tamē multitudo eam perambulat. Ratio eſt, q̄a quādiu hoīes ſunt in mundo communiter ſentiunt inordinatum cupiditatū calorem. Apoc. 14 Aeſtuauerūt hoīes æſtu magno. Ceteris enim paribus magis æſtuant hoīes aſcendendo q̄ deſcendendo, uel uiam planā eundo. ideo in via corporali nemo eligit aſcendere, ſed deſcendere, vel planum tenere, in via tñ ſpirituali magis eligit hō aſcendere in mentē honoris, q̄ deſcendere per uiam humilitatis. Rō eſt, quia in montibus cōiter eſt plus de uento. æſtuans autē deſiderat uentū, & libenter currit contra ventū, & pp ventū flantē & refrigerantē, quaſi nō ſentit viæ laborē. Et quia ventus vanæ gloriæ, & vanitatis flat in via honoris, & dignitatis, non humilitatis. ideo multi currunt ad viā honoris calefacti. attendentes gloriæ faſtum non ſpirituale periculū. Tertia veritas. Aſcendere ad montē honoris non eſt aſcendere in ſurſum ueritatis, ſed in ſurſum vanitatis, & falſitatis. quod eſt uere deorſum. Primū patet, quia elōgatio ab altiſſimo deſcēſio eſt, & appropinquatio ad infernū. ps. Qui elongant ſe à te, peribunt, quæ quidē elongatio nō eſt niſi diſſimilitudo ſm̄ ſpm̄. Secundū patet, quia honoris eſſe nō eſt niſi tranſire, & euaneſcere. Vñ & vanitas quaſi vadens in nihilū uocat̄. Nihil. n. eſt honor mundanus, iō aſcēdere ad honorem eſt aſcendere in ſurſum uanitatis. Quarta veritas, ſm̄ Criſoſt. ſuper Matth. Hęc mulier petebat pro filijs honorem cęleſtem, nō terrenū. Nō dicimus (inquit) q̄ recte peteret hæc mulier, ſed hęc dicimus, quia nō terrena, ſed cœleſtia filijs ſuis optabat. Non. n. ſenſit ſicut ceteræ matres, quæ corpora natorum ſuorum amant, aīas aūt contēnunt. Deſiderant autē illos valere in ſæculo illo, & nō curant quid ſint paſſuri in illo, vt oſtendunt, quia

compo-

çorporum ſunt parentes, non animarum. Exiſtimo autem ꝙ hi fratres cum audiſſent dñm de paſſione & reſurrectione ſua prophetantem, ceperunt dicere intra ſe, cũ eſſent fideles. Ecce rex çeleſtis deſcendit ad regna tartarea, vt regem mortis deſtruat, Cum autem uictoria fuerit conſummata, quid aliud reſtat, niſi vt regnũ gloriæ ſubſequatur? Qui.n. ſeipſum donauit hominibus, qũo regni ſui ſocietatem nõ donabit? Petentis negligentia reprehenditur, vbi dantis miſericordia non dubitatur. Si nos rogamus magiſtrum, forſitan çeterorũ fratrum corda concutimus. Sũmittamus ergo matrem noſtram, vt ſuo noĩe deprecetur ꝓ nobis. Si enim reprehenſibilis inuenta fuerit, facile meretur veniam, ipſe.n. ſexus excuſat errorem. Si aũt nõ fuerit importuna, facilius impetrabit mater pro filiis ſuis rogans, ipſe.n. dñs, qui maternos aĩos filiorũ miſeratione ĩpleuit, facilius exaudiet maternum affectum.

*I Honor. Quod honor per laborem acquiritur.*

Tertius modus acquirendi honores eſt, per proprium laborem. Vnde dixit eis dñs. Neſcitis quid petatis. q.d. Scio, ꝙ gloria mea ſanctorũ precibus iuuari poteſt ad obtinendum, ſed haberi non põt, niſi homo de ſe, & pro ſe aliquid faciat. ideo ſubdit. Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum? i. niſi ſequamini me ad paſſionẽ, non poteſtis illam obtinere, nec ad dignitates eccleſiæ aduolare, niſi per labores, & merita. Non tñ debemus reſpondere, poſſumus, ſicut diſcipuli immemores ſuæ fragilitatis, ſed debemus dicere dñe da nobis poſſe.

*K Vinum. Tria ad bonũ uinũ requiruntur.*

Ait illis dñs. Calicẽ quidem meum bibetis. Ad hoc ꝙ vinũ ſit bonum, oportet ꝙ ſit ſanum, clarum, & mũdum. Sic vinum tribulationis ſanũ eſt. p̃s. Calicẽ ſalutaris accipiam. i. ad ſalutẽ æternam operantem. Licet.n. abſcinthium ſit amarum, tñ ſanum eſt, & ſalutem inducit. Sed multi faciunt ut ſimia de nuce, quę dũ ſentit corticẽ, amarum ipſum proijcit, nec nuclei dulcedinem inuenit. Secundo requiritur, ꝙ ſit clarum. In qua clara uidetur facies, non in turbida, ſic in tribulatione hõ videt clare fragilitatem ſuam, & conſcientiam ſuam. p̃s. Imple facies eorum ignominia, & quærant nomen tuum dñe. Tertio requiritur ꝙ ſit mundum, nec fecibus plenum. Mundus.n. eſt tribulationis calix, & aĩam purgat. Fex aũt in tribulatione malorum non eſt exinanita, bibent ex eo omnes peccatores terræ. Sunt.n. mali portatores, qui non bibunt, niſi feces.

*L Honor. Vtrũ licitum ſit appetere honores.*

Sed circa hoc quæritur, vtrum licitum ſit petere honorẽ uel eccleſiaſticam dignitatem, uel aĩarum curam? videtur ꝙ non, quia vel talis ſe reputat dignum. & ſic eſt præſumptuoſus, uel ſuperbus. vel quærit propter lucrum, & ſic reputatur auarus. vel propter laborem, & ſic reputatur ſtultus ſe exponens periculo oneris ſibi importabilis. In oppoſitum arguitur, quia iſti diſcipuli petierunt medio matris dignitatem à Chriſto, vt vnus ſederet à dextris, & alter à ſiniſtris. igitur licet petere. Rñſio. Prima propoſitio. Qui quærit beneficium eccleſiaſticum propter eminentiam ſtatus, aut ut laudetur, & uocetur ab hominibus rabbi, peccat & ſuperbus eſt nec cĩter tales faciunt fructũ in eccleſia, ſed oĩa ad pompam ordinant, ſimiles ydolis, & imaginibus, quæ ſtant ſuper pilaria, quę adorantur, & tñ neque audiunt, neque loquuntur, ſic iſti ſolum laudes & honores affectant, ſed de aĩarum ſalute nihil curãt, & nihil faciunt, niſi occupare locum, niſi forte ſe occupent ad cogitandum qualiter congregabunt ſibi multa beneficia. Videãt ne eis contingat ſicut cuidam, qui ſomniauit ꝙ duos baculos tenebat manibus, quo euigilato ſtatim ſomnum ſuum exponens dixit ꝙ ĩ breui habiturus eſſet duos epiſcopatus. Itaque cum ad procurandum huiuſmodi beneficia equum aſcendiſſet, ſtatim de equo cadẽs fractis tibiis pro duobus baculis ep̃orum, duas in manibus obtinuit potentias claudorum. Secunda propoſitio. Qui quærit beneficium eccleſiaſticũ ut habeat ſufficientiam temporalium, uel ut ditet parentes, uel ut delicate uiuat, peccat, & auarus eſt, uel guloſus, quia ſpirituale ordinat ad temporale lucrum, uel delicias. Tales ſimiles ſunt marmouſetis ĩ eccleſia, qui multa uidẽtur in ea facere & eius onera portare, & res eccleſiæ recuperare, cum tñ oĩa perdantur in eorum manibus. Marmouſeti illi vñr totam eccleſiam portare, & ex eo incuruari, & tñ nihil portant. Antiquitus quærebatur ſanctitas in eccleſia, & ſalus aĩarum, nunc quæritur abundãtia pecuniarum, de ſubditis nihil, de canibus multum ſunt ſolicit. Tertia propoſitio. Vbi homo probabiliter ſe ſentit ſufficiẽtẽ in doctrina & uita ad dirigendum, & docẽdum populum cum Dei auxilio, põt licitè

appetere



appetere prælationem aĩarum. Aliàs periret illa auctoritas Apoſtoli. 1. Tim. 3. Qui epiſcopatum deſiderat, bonũ opus deſiderat. Item damnaretur propheta qui dixit. Eſa. 6. Cum quæreretur ab eo, quem mittã? reſpondit. ecce ego, mitte me. Item dãnaretur illa mulier ſancta, & apoſtoli, ꝗ hic peccaſſent mortaliter, licet fortè hic fuerit aliquis venialis defectus in modo quærendi. Item damnaretur maios pars hominum & notabilium uirorum, qui quærunt, cũ ſe ſentiunt profuturos. Et ſi dicatur. qũo hoc eſt poſſibile, ꝙ aliquis ſe reputet dignum, cum neſciat ſe eſſe in charitate? Vnde cũ dominus Petro tradidit poteſtatem primo petiit ab eo, ſi eum diligeret. Dicitur quòd ſi iſtud argumentum haberet locum. nullus ſe deberet ingerere ad ſacramenta miniſtranda, nec aliquis ad ſacramentum Euchariſtiæ ſuſcipiendum, niſi ſibi eſſet reuelatum à Deo, quia hoc fieri debet in charitate. nemo autem ſcit ſe eſſe ĩ charitate. Dicitur ſecundo, ꝙ in moralibus (ut dicit Ariſtot. 2. Ethicorum) non requiritur acribologia mathematica. i. euidens notitia, iõ ſufficit, ꝙ homo habeat aliquam probabilitatem de amore ad Deum, & de uita ſua quandam probabilem ſecuritatem. Quarta propoſitio. Eſt nihilominus periculoſũ multum iſta petere, quia ſæpe mentita eſt iniquitas ſibi. Multi.n. multa promittunt, quæ non faciunt. Ad hoc facit, ꝙ Gerſon dicit de quodam, cui non ſufficiebat ſtatus ſuus, & pp hoc epiſcopatum adeptus vt ꝑdicaret, & maiora bona faceret, uacans tamen ſumptuoſis ædificiis fabricandis, forte nec vnam prædicationem fecit poſt adeptum epiſcopatum. Ait.n. de lyra ſuper p̃s. Dominus illuminatio. ꝙ eis, quos dominus aſſumit in epiſcopos, uel prælatos dat doctrinam, & cętera neceſſaria ſaluti populi, non ſic mundus eis, quos eligit. Ex quo ſequitur, ꝙ tale onus periculoſum eſt pueris, ubi uix maiores ſe regere poſſunt, & onus eſt angelicis humeris formidandũ. Parentes proinde crudeliſſimi ſunt, qui ſic ſuos onerant iuuenes. Quinta propoſitio. Habita conuenienti modo eminentia talis ſtatus, licite põt per modum ſequelæ appetere quis ſubuenire parentibus in neceſſitate & paupertate, & victum ſuum honeſte hr̃e. etiam à ſuis ſubditis honorari. Hæc enim debet habere prælatus. Sexta propoſitio vt cõius ad beneficia, & dignitates obtinendas debent cõpelli qui refugiunt, effugari qui quærunt. Vnde quidã ſcriba Chriſtum voluit ſequi non inuitatus aut uocatus dicens, Magiſter ſequar te quocunque ieris, quem Chriſtus à ſe reppulit allegans ſuam paupertatẽ. Vulpes (inquit) foueãs habẽt &c. ac ſi dicat. Caue ne ſequaris me, ſi diuitias quæris, quia cum ſim pauper, ipſas mecum habere non poteris. Alius cum inſtantia uocatus à Chriſto legitur, qui cum peteret licentiam ſepeliendi patrem ſuum, non potuit obtinere, ſed dixit. ſequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos ita ꝙ ille, qui ſe ingerebat, repellitur, & ꝗ dilationẽ petiit, vocatur & ĩpellitur. Sic qui ad ſtatum prælationis ſe ingerunt, ut ambitioſi, reſpui debent & expelli, & qui ſe indignos reputant, nec illam ambiunt. ſed circa patrem ſepeliendi. i. circa pietatis opera in ſæculo & ſtatu ſubiectionis uiuere quærũt, ad gradum eccleſiaſticum (ſi ſit neceſſitas) debent cum uiolentia trahi, & à ſepultura patris i. à curis ſæcularibus ſubtrahi. Mali aũt, qui quærunt extolli, cũ putant ſe accepiſſe, vt plurimum fugiat ab eis dignitas. Vnde Abſalon ambiẽs regnũ patris ſui manſit inter cęlum, & terram ſuſpẽſus, quia ambitioſus nec in terra. i. in inferiori ſtatu manere contentus eſt. nec cęlum. i. altitudinem quam appetit, conſequitur, ſed ſemꝑ in uana ſpe, & pẽdulo cõmoratũ.

*M Gloria mundi. Qđ gloria mũdi duas malas filias continue gignit.*

Pro ſecunda parte, quæ eſt de eo quod ſequitur gloriam, ſiue de ſequela, aut filia gloriæ ſubditur. Et indignati ſunt decem diſcipuli de duobus fratribus &c. Gloria enim mundi ſemper duas gignit filias. Prima eſt indignatio. Vnde & dyabolus indignatur de gloria Dei, & damnati de gloria ſanctorum. p̃s. Peccator videbit, & iraſcet. Sic indignati ſunt diſcipuli ex hoc ꝙ dominus conceſſit eis bibere ad ſuum calicem, & prius generatur hæc filia, quàm mater naſcatur. Nondum.n. diſcipuli gloriam habebant, quã quærebant, & tamẽ inde nata eſt indignatio Vnde ſola eſt miſeria, quæ caret inuidia. Cum.n. quidam diſcipulorum Socratis Eſchines noĩe, quæreretur đ multitudine inuidentium ei, & qũo hoc uitare poſſet, reſpondit. Sis vt Terſites, qui erat miſerrimus omnium græcorum. Secunda filia eſt lis, & diſſenſio. Sic inter magnos contingit, ſic in eccleſia, poſtquã pompa excreuit,

creuit,

creuit, ſicut vnus in aliũ impinguat, vnde ſæpe dominus iraſcitur. Sicut & ſub Diocletiani perſecutione, ſic iratus eſt contra ſuã eccleſiã, quia inter rectores eccleſiæ vnus altesum mordebat, & alteri inuidens, alterum effugare tentabat, vt in vna die venerıs ſancta oẽs eccleſiæ per vniuerſum Romanum imperium ſubuerſæ ſint, & deſtructæ, vt habetur lib. hiſto. eccleſiaſticæ. c. 1. & 2. & lib. 10. hiſto. tripar. c. 32.

*Eadem feria 4. poſt 2. dominicam quadrageſi. Sermo 2. & in ordine 50.*

*A Calix. Differũt bibere calicem, & bibere de calice.*

POteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Matth. 20. Aliud eſt bibere calicem, aliud bibere de calice. bibit calicẽ qui totum, vel multũ bibit ſicut ſancti martyres & boni religioſi qui duabus manibus bibunt. de quibus ſcriptum eſt Eſa. 51. Eleuare, eleuare. ſ. vtrãq; manum ad cõſilia. ſ. & præcepta. Quidam tamẽ eorum non calice inebriãtur, quia ebrij obuioſi ſunt, ipſi verò neque iniuriarum ſibi illatarum, neq; mundanorũ operum, aut geſtuum obliuiſcuntur. Qui vero illo calice inebriantur, poſſunt dicere illud pſal. Calix meus inebrians quàm præclarus eſt. præclarus dicitur, qui præcedit claritatem viſionis æternæ, ad quam ducit calix iſte. per multas. n. tribulationes oportet intrare in regnũ cœlorum. Sicut enim virtute cibi euchariſtiæ ambulatur vſque ad montẽ Dei Oreb, ſic & virtute huius potus illuc aſcẽditur. Sed bibunt de calice, qui vna manu bibunt, qui præcepta tantum. & non conſilia obſeruãt, vel qui parum de pœnitentia, & afflictione aſſumunt, vt laici, & ſæculares. Illi. n. vna manu bibunt Io. 4. Nonnne tu maior es patre noſtro Iacob, qui bibit de puteo iſto? ſ. tribulationis, & filij eius peregrini, ſed non puteum exhauſerunt. Sancti uerò martyres & amici Dei totum calicem biberunt, ſicut canit eccleſia. Calicem domini biberunt, & amici Dei facti ſunt. quem calicẽ amaritudinis maxime bibit beata virgo, vt per dulciſſimum eius corpus trãſiens fieret nobis lac, ex cuius vberibus vt ſugamus, ſalutemus eam dicentes. Aue.

*B Religio. Quare religioſi bibunt cum utraque manu.*

*C Calix. De quadruplici calice.*

In euangelio facit dominus mentionem de quatuor calicibus. duobus bonis, & duobus malis. Primus eſt tribulationis, amarus quidem in principio, ſed ĩ ſine ſuauiſſimus, de quo loquitur dominus, cum de paſſione ſua diſcipulis loquitur. Primo. n. enumerat tormenta, ecce amaritudinẽ. ſecundo dicit, tertia die reſurget, ecce ſuauitatem. Secundus eſt calix Babilonis, qui eſt calix honoris, quem petiit mater filiorum Zebedei. Tertius eſt calix Hieruſalem ſuauiſſimus. i. ſupernæ gloriæ. De quo pſ. Dominus pars hæreditatis meæ, & calici &c. pars quidẽ locuples eſt, & calix ſuauiſſimus. Quartus eſt calix dyaboli. calix quidem indignationis ſuperbiæ, & inuidiæ. de quibus calicib. per ordinem infra dicturi ſumus, ſed ſolũmodo de primo interrogat Chriſtus ſuos diſcipulos. poteſtis bibere calicem &c.

*D Honor. De conditionibus honoris.*

Primus calix eſt tribulationis, per quem peruenitur ad calicem æterni honoris, ſi pp Deum bibatur, vel ad honorem mũdanum, ſi pp mundum ſuſcipiatur. primus calix tribulationis fecit, vt dominus exaltetẽ in omni terra; & ſit in memoria æterna, ſic & de martyribus ſuis. propter ſecundũ modum calicis, diffamatus eſt Alexander Macedo in vniuerſa terra cum martyrib. mundi, qui ſe morti exponunt pro tranſitorio honore (male quidem conditionato) acquirendo. Primo, quia efficit hominem ſtultũ, nec ſe, nec ſuos recognoſcentem. Vnde quidam pictor rotã fortunæ ita depinxit. Nã quidam aſcendebat rotam, & pro media parte ſuperiori erat aſinus, & pro inferiori parte erat homo, quia iam incipiebat eſſe aſinus ob ſummam ſtoliditatem tendendi ad honores, aliqualiter tamen adhuc recognoſcens inferiores. Qui uero in ſuprema parte erat, totus aſinus erat, quia totus ſtolidus. Tertius deſcẽdebat à rota capite verſo in terram, & pedibus ſurſum. pro ſuperiori parte erat aſinus, & pro inferiori hõ, quia aliquid de mundano honore obtinẽs, iam ſeipm recognoſcebat. Qui uero ſubtus rotam, totus hõ erat, quia nihil cecitatis fortuna ceca ſibi indixerat. Vnde iuxta rotam Ezechielis erant quatuor animalia. i. viri honorati in mundo, quatuor facies habentia. Faciem quidem leonis, cum aſcendunt ad honores, & ubique depredantur, Deinde faciem aquilæ, cũ obtinuerint pacifice principatum, quia tunc neminem recognoſcunt. Deinde faciem hominis, cum à ſuo ſtatu decidunt, tunc. n. incipiunt eos recognoſcere, quos antea deſpiciebant, & ſic recognoſcunt ſe hoĩes. Cum uero ſuper

cos



eos infortunium graue venit, tunc faciem leonis aut vituli gerũt, cũ eorũ bona in fruſtra diuiduntur, & in oẽm ventum diſpergũtur, ad modũ bouis, quẽ Saul cõcidit in fruſta, & miſit in oẽm Iſrael. 1. Reg. 15. Scđo facit hoĩem cupidũ honoris grãdẽ, & groſſum. Grandem ad modũ mulæ, quæ multo maior eſt, q̃ pater, uel mater eius, quod ſm Iſidorũ prouenit ex carentia cõceptionis. Quia. n. mulæ nõ cõcipiunt, materia cõceptus cõuertitur in corporis augmentũ. Sic iſti nunquã cõcipiunt, nec faciunt fœtũ aliquẽ bonorũ operũ. Hinc eſt ꝙ materia ſuorũ bonorũ temporaliũ per pauperes non emittitur, ſed in eis retinetur, & inde magnitudo diuitiarũ generat̃, & ſic ſtatus eorũ grãdeſcit. Scđo groſſi ſunt ĩpregnati à ſpiritu ſuperbiæ, ſicut ĩ puellis gracillitas, & attenuatio ventris, & demiſſio atteſtantur virginitati corporali, & ecõuerſo, ſic iſti ingroſſant̃ à ſpũ elationis corrupti mẽte, & reprobi, vbi boni à ſpũ diuino ĩpregnati gracilitatẽ humilitatis oſtẽdunt. Tertio faciũt hoĩem coquinũ, ita ut uix põt expelli. Sicut canis ad macellũ inueniẽs bonos bolos, nõ facile ab illo loco remouet̃, ſic tales ad curias aſſueti nõ faciliter reuocant̃ quãtũcũq; aliũde ſatis habeãt, vñ copioſe, & quiete uiuere poſſint, de quo nõnulli frequenter mirantur dicentes, mirũ eſt ꝙ talis qui ſatis hẽt vñ viuat de præbẽda, vel terris & redditibus ſuis, qui quietã in domo vitam ducere poſſet, ſe tali onerat officio, in quo tota die, & nocte tot ſuſtinet labores, & ĩpietates, ſolicitudines, & pericula tã corporalia, q̃ ſpũalia, & tot hoĩum ĩcuritodia, & inimicitias. Sed tñ intantũ ꝑ lucra retinent̃, quæ in officiis ſuis acquirunt. vt nunquã uelint ab eis recedere. Quarto, reddunt hoĩem trementẽ, paraliticũ, & inſatiabilẽ. Via mũdi lubrica eſt, quia ĩ ea ſecurius incedunt pedites, quàm equites, & quàm onera portantes. Sic qui in curru, vel equo honoris ſunt, periculoſius ĩcedũt, quia facilius pñt cadere in peccatũ, & caſus eorũ grauior eſt, quia peccatũ grauius. Figura. 2. Mach 9. De antiocho, quẽ contigit impetu euntẽ de curru cadere, & graui corporis colliſione mẽbra uexari, ſic qui ĩ curru honoris ſunt. Iſidorus. Quãto quis in ſuperiori cõſtitutus eſt loco, tanto in maiori verſat̃ periculo, & quãto ſplẽdoris honore quiſque eſt celſior, tanto ſi delinquat maior eſt peccator, & tñ nõ obſtãte hoc periculo multi volunt eſſe ĩ honore, ſed ĩ morte vellent nunquam fuiſſe. Eques. n. qui intrat paſſum periculoſum, foſſatum, vel paludem, de quo cum difficultate põt exire, vellet nunquã in via aſcendiſſe equũ, licet ante placeret ſibi. Sic honorati huius ſeculi qñ erunt in paſſu mortis, ſed tũc erit nimis tarde. Securius ergo eſt ire peditãdo ꝑ uias lubricas huius ſæculi. Bernardus. Mundus eſt, vbi malitiæ plurimũ, ſapientiæ modicũ, vbi ſunt oĩa viſcoſa, oĩa lubrica. Ideo expedit eum ſequi in hac vita, qui ad tranſeundũ paratus eſt iuuare. Quinto reddit hoĩem obſtinatũ. Corui, & cornices, & nigræ aues in cãpanili nidificant, nec tñ pp ſonitũ cãpanarum inde terrentur vt effugiant. Sic iſti dignitatum ſummitatem libẽter colunt, nec tamẽ à ſuis malis terrentur propter quẽcũq; prædicationis ſonitum. Tales aſcendunt reptando ſicut ſerpens, & circueundo aliquã magnã perſonã, cui innituntur, & tales facile cadunt deficiente illo, cui innituntur, ſed boni, & iuſti in altũ honoris aſcendunt, ſicut corda trahit lapidẽ ſurſum, & hoc per rectam lineam. Corda enim illa eſt regula iuſtitiæ, per quam ſurſum eriguntur.

*E Calix. De calice aureo babilonis.*

Secundus calix eſt calix aureus babilonis. Hic calix, quẽ ſanctus Ioannes euangeliſta iuxta pictores profert plenum ſerpentibus, & veneno. Hic eſt propter quem mater filiorum Zebedei acceſſit ad dominum dicens. Dic vt ſedeant hi duo filij mei &c. Quibus dixit dominus. Neſcitis quid petatis propter quinq; cauſas. Prima eſt, quia indigni eſtis. Indignus autem præcipitur recumbere in nouiſſimo loco. Pro modico enim ſeruitio quod domino fecerant ſequendo eum, quærebant magna, ideo dixit eis dominus. neſcitis q̃d petatis. i. merita veſtra hoc non exigunt. Iõ dixit eis. Poteſtis bibere calicem? In quo apparet curialitas domini, quia curiales hoſpites ſuos inuitant ad bibendum antequã lectum ingrediãtur, & quia quietem honoris requirebãt, & lectum honoris, prius ad bibendũ inuitat, licet enim dominus det bouem, multi tamẽ per cornua. Multi. n. merẽtur ſic promoueri ex cõgruo, non ex condigno, qui nõ propter merita, ſed propter parentes, & diuitias atque familiaritates ad huiuſmodi promouentur, ſicut iſti tum fauore matris, & parentelæ, tũ propter fami-

liarita-

liaritatem. Talibus.n.ſic quærentibus dñs negat beneficium, & obtulit tormentũ dicens. poteſtis bibere calicem &c. Sed multi ecõtrario parẽtes ſuos promouent cęcos, figuratus per Sanſonem, qui cęcatus eſt p mulierem. Per carnalẽ.n.affectionẽ ita excecantur, ꝙ puerum faciunt eccleſiæ, & populi Chriſti ducem. Secundo ad oſtendendum, ꝙ Deus in collatione ſuorum donorum non eſt acceptor perſonarũ. non enim reſpicit carnẽ, ſed opus bonum, his.n. quibus dedit talenta vnicuique dedit ſm propriam virtutem, & non vltra. Cognatio.n. Ioannis, & Iacobi nihil profuerunt ad obtinẽdum petitum beneficium, ſed labor improbus. Ideo impulſores non agnouit dñs ſicut matrẽ Zebedei. Faciunt.n. iſti impulſores vt qui ſunt ante ſint retro, & qui retro debent eſſe, ſint ante, vt qui parum valẽt præſint, & qui multum valent, ſeruiant. Figura eſt de Philiſteis, qui dagon, & idola non habentia motum, nec ſenſum poſuerũt iuxta archã dñi. Sic potentes quos diligũt, qui nec ſenſum, nec motũ bonæ operationis habent, ponunt in excellẽti ſtatu, ſed boni manent inferius. Vilius inter oĩa metalla eſt ferrũ, & tñ oĩbus dominatur, & domat omnia. Danielis 2. Vnde eccleſia. 7. Noli quærere ab hoĩe ducatũ, neq; à principe, neq; à rege cathedram honoris, vt fecerunt Alchimus, Iaſon, & Menelaus, qui ob fauorem, & violentiã ſunt introducti in tẽplum dñi, qui male finierunt. 2. Macha. 4. & vltra. Tales autem, qui eos introducunt, ſimiles ſunt Aaron, qui timore, vel fauore populi fecit vitulũ cõflatilẽ eis, quẽ adorauerunt, quod faciunt, qui inſcium, laſciuũ, & ſuperbum ad eccleſiæ dignitates promouent, uel hoĩes aĩales ſpiritũ Dei habẽtes. Sed tali ſic introducto cathedra fiet ei patibulũ, & qui primus eſt in honore, primus erit in cõfuſione. Tertio, quia non expedit vobis. Nauis parua hñs velũ magnũ expanſum: quandoque tantum de vento colligit, ꝙ ſubmergitur. Sic perſona parui valoris quandoque uoluntatem ſic eleuat, & expãdit ad uoluntates mundi, ꝙ qñq; ſubmergitur in peccatis. Eſt.n. honor vinum bonũ, ſed debilibus capitibus.i. viris, qui portare neſciunt, neque cognoſcunt ſe ipſos, periculoſum. bonum autem viris prudentibus, & induſtriis. Granum ſemper in imo ſuam demonſtrat bonitatem, & nobilitatem, palea ſemper extollitur in altum, quæ tamẽ uacua eſt, & pauci ualoris. Granum aũt deorſum tendit. Sic boni non quærunt loca ſublimia, ſed paleæ.i. nullius valoris hoĩes. Quarto, quia honor non eſt præſentis temporis. vt vulgo dicitur. Hõneur neſt pas de ſaiſon. Qui hic ante horam, & tempus opportunum delicias, & honores habere uolunt, lecatores & pueros ſe oſtendunt, qui fructus ante maturitatẽ comedũt. Non.n. ſunt hic temporis opportuni, ſed in futuro. Eccle. 10. Veh terræ cuius rex puer eſt, & principes mane comedunt. Mane & nõ tempore ſuo comedit, qui hic honores habere contendit. Non enim venimus ad delectandum, aut pompandum, ſed flentes, & viles venimus. Fletus enim paupertas, & vilitas ſunt tẽporis opportuni. Quinto, quia in honoribus non eſt ſecura ſeſſio. Non.n. ſecure quieſcit puluis in via, quia cito proijcitur à facie vẽti.i. mortis, vel iudicij diuini, aut flatus alicuius principis, qui inſolentes in ſede honoris credentes ibi eſſe perpetuò, nec ſibi prouidentes, frequenter deponit Abdiæ. 1. Si exaltatus fueris vt aquila, & inter ſidera poſueris nidum tuum, inde detraham te, dixit dñs. Nidus auis altus eſt, & fragilis modico tẽpore perſeuerans, quia nulla potentia longa eſt, nulla potentia tuta, ſed quanto maior honor, tãto maius cadẽdi periculũ. Et benedixit exaltatus ſicut aquila. Nam aquila fœtus vulpis rapuit, & cum prece nollet reddere, vulpes ſub pede arboris ignẽ accẽdit copioſum, & ſic aquilæ pullos extinxit. Sic multi inſolentes in officiis ſuis multos poſt ſe dimittunt inimicos, qui vltionem de eis in ſuis poſteris accipiunt. Qui ſic ſunt inſolentes maxime, & frequenter cadunt. Et ratio eſt, quia (ſecundum philo. lib. de probleumatibus.) Currentes magis quàm plane ambulantes citius cadunt. Et rationẽ aſſignat, quia currẽtes magis pedem eleuant. Sic, iſti affectus ſuos nimis eleuant per ſuperbiam, ꝙ alij videntes pati nõ poſſunt, ideo facilè offendunt, & cadunt. p̃s. ibi ceciderunt oẽs qui operantur iniquitatem. Simile.n. eſt de honoribus militis, qui in tirocinio eſt ſuper equum, quem aliquando quidam miſer, & pauper proſternit, & ſuper equum ſuũ aſcẽdit, & tunc qui ſurſum erat, deorſum fit, & econuerſo. ſic eſt de honoribus, vbi ludunt à boutchors, in quo ſocius ſocio dat ſubti-



lem ictum, vt à campo ludi deijciat eum. Sexto, quia quærebant lætitiam, & exultationem, vbi nihil niſi triſtitia, quod quidẽ bene ponderabat quidam rex Aſiæ, qui dũ aſſumeretur in regem, & capellum vndiq; refertum gemmis vellet ſubleuare, vt eo uelut dyademate tegeret caput ſuũ, ait. O capellę, capellæ, ſi ſciret homo quantas tecum affers calamitates, & miſerias, quãtas anguſtias, & moleſtias, quãta pericula, & infortunia, vix homo dignaretur te ſubleuare de terra. Circa hoc quæritur, vtrum difficilius ſit ſaluare animã ſuã ĩ ſtatu honoris, quàm in ſtatu humili, & depreſſo, & uidetur quòd ſic, quia quanto ſtatus eſt altior, licet ſit periculoſior, tñ illi plures ſunt adiutores ad ſalutem, ſicut angeli boni, & conſiliarij, quàm ijs, qui ſunt in ſtatu humili. ergo ſaltẽ ita de facili poſſunt ſaluari. In oppoſitum, quia dñs petentibus diſcipulis ſtatum honoris quaſi non eſſet eis ſalubris, eis denegauit dicens. Neſcitis qd petatis. Reſpondetur. Prima veritas. Status honoris plus quàm ſtatus humilis eſt plurimum tentationibus ſubiectus. Sicut.n. arbor facilius redditur à uento tempore floritionis, quàm aliàs, ſic perſona facilius læditur à tentatione florens delitiis, & honoribus, quàm in ſtatu humili. Vnde vineę mamæ imminet periculum, quando nimium cito floret. Quandoq; enim ſequitur vẽtus frigidus totum comburens. Sed qñ in floritione expectat debitum tempus, tunc profert debitum fructum. Modo flat vẽtus adurens tentationis. Ideo nunc non eſt tempus florendi, quęrendo delicias, & honores mundi. propterea expectãdum eſt vſque ad aliam vitam. Tunc.n. erit tẽpus florendi p gloriam. Phil. 2. Saluatorem expectamus dñm Ieſum Chriſtum. & p̃s. Iuſtus vt palma florebit, ſicut cedrus libani &c. Palma non floret ante centum annos, ſed poſt cẽtum annos floret, & fert fructum dulciſſimum. Sic boni, qui toto tempore vitæ ſuæ fuerunt in humilitate, florebunt in æterna beatitudine per gloriam. Secunda ueritas. Difficilior eſt ſtatus honoris, quàm ſtatus humilis ad ſalutem, propter caſus, ruinas, & pericula. Solidam debet habere fantaſiam, qui ſuper domorum, & eccleſiarũ cacumina perambulat. Maculas retis piſciculi facile tranſeunt, vbi groſſi piſces capiuntur. p̃s. Cuſtodiens paruulos dñs, humiliatus ſum, & liberauit me: Ideo in ſtatu ſublimi magna requiritur induſtria, & plures oculi ad multa ſapienter dirigenda. Sãcta quippe animalia quæ erant in conſpectu throni, plena erant oculis ante & retro.

*F Honor. Quod eſt difficilius uel ſaluare animam ſuam in ſtatu honoris, uel in ſtatu humili.*

Tertia ueritas. Si quis ſaluatur in ſtatu honoris cęteris paribus plus meretur, quã alius, pp difficultatẽ, quæ eſt in actu. Illi.n. propter oblices difficilius exeunt in actum bonũ, & ſi habeant plures adiutores, etiam ex aduerſa parte habẽt plures impulſores. Tertius eſt calix Hieruſalem ſuauiſſimus, qui eſt gloriæ potus, quo inebriantur electi ab vbertate domus dñi, ſi tñ de primo calice fuerint repleti. In ingreſſu domus Iouis ſm poetas erant duo dolia, vnũ amarum, alterum ſuaue. qui de amaro prius, poſtea de ſuaue bibebat. propterea dñs dixit. Poteſtis bibere calicem, quem ego biturus ſum? i. petitis aſcendere ad dignitates, ſed non illuc intrabitis, niſi per rigorem examinis bibẽdo calicem meum. Qui enim venerat miniſtrare non miniſtrari, illũ ſuis propinat, in cuius ſignũ calicẽ tenet in manu. p̃s. Calix in manu dñi. Eis autem qui illum nolunt modo recipere, dicet per Hieremiam. Hiere. 49. Non eris innocens bibens, bibes.i. quia modo bibitis calicem delectationum, illũ poſtea bibetis calicẽ. de quo p̃s. Ignis ſulphur, & ſpiritus pcellarum, pars calicis eorum. ac ſi diceret. Vultis modo vinum de cauea frigidum, & tũc bibetis nimis calidum, quia ignis. Vultis habere quod delectet odoratũ, tunc habebitis fętidum, quia ſulphur. Vultis nunc habere clarum, tunc turbidũ, quia ſpiritus procellarum. Si filiis & filiabus Iob bibẽtibus vinũ (quos tñ ſanctificabat) repentinus ſuperuenit interitus, quid de illis erit, qui ſe ingurgitant? Dicunt ei poſſumus. Triplici rõne ſancti multum poſſunt, & potuerunt. Primo, propter amoris magnitudinẽ, quem ad Chriſtum habuerunt. Gene. 29. Videbanẽ dies pauci Iacob, quibus ſeruiebat pro Rachel, præ amoris magnitudine Augu. Omnia ſæua, & immania prorſus facillima, & prope nulla facit amor. Bernar. Qui amat currit velocius, quęrit ardentius & peruenit citius. Ideo in his, quæ ad Deũ pertinent, quidam parum poſſunt, quia parum volunt. Secunda cauſa, quia multum de eo confidunt, ideo a Deo magnum adiutorium recipiunt. Eſaiæ 40. Qui ſperant in

*G Magnanimitas. Qua ratione boni poſſunt in difficilia mali uero uix in facilia.*

in domino mutabunt fortitudinem. Fortitudo domini quodam modo eorum eſt, dũ eorum eſt, dum eos iuuat. Bernar. Nil omnipotentiam verbi clariorem reddit, quàm ꝙ omnipotens facit dominus, qui in ſe ſperant. Ideo ſiducia in Deum martyres fortiſſimos fecit. Tertia, quia à Deo conſolationem recipiunt, quæ eis dulcorat amaritudinis, ideo facilia ſunt eis ad implendum mandata. Bernar. Quid non temperabit dulcedo illa, quæ etiam mortem facit dulciſſimam? Phil. 4. Omnia poſſum ĩ eo qui me confortat. Econtrario multis de cauſis mali non poſſunt, quæ facilima ſunt. Vna eſt ignauia, ſeu vecordia eorum. ſ. qui non ſe opponunt murum pro domo Dei, nec ſtant ex aduerſo in die prælij, ſicut filij Effrem intendentes, & mittentes arcum conuerſi ſunt in die belli. Tanta eſt enim eorũ puſillanimitas, ſicut miluorũ, qui non quærunt pingues aues, ſed mures & uermes. Non. n. quærunt aĩam ut ſaluam faciat, ſed lac, & lanam. Secunda eſt debilitas ex infirmitate peccati relicta. ꝑs. Infirmata eſt in paupertate virtus mea. quod accidit ex onere prauæ conſuetudinis, quod ſibi aſſumpſerunt. ideo onus Chriſti leue portare non poſſunt ſignificati per eum qui emit iuga boũ quinque, & ideo non poterat uenire. Tertia eſt propter præmij æterni vilipenſionem. pſal. Pro nihilo habuerunt terram deſiderabilẽ. Augu. Labor te terret, merces te inuitet. Qui agnoſcunt præmiũ libenter implent præceptum. Gene. 49. Vidit requiẽ ꝙ eſſet optima, & ſuppoſuit humerum ad portandum. Quarta eſt defectus diuini adiutorij, Quod accidit in his, qui ſe fingunt, quorũ fictionem ſpiritus ſanctus non iuuat. Sap. j. Spiritus diſciplinæ effugiet fictum. Quinta cauſa eſt impedimentum irriſionum, & diſſuaſionum mundanarum, quibus puſillanimes homines nimis cedunt, & deijciuntur ab incepta perfectionis via.

*H*
*Puſillanimitas.*
*De cauſis puſillanimitatis.*

Duplex autem cauſa ſolet eſſe huius puſillanimitas. Vna eſt amor placendi mũdo vel timor ei diſplicẽdi, ne perdat quod cupit obtinere. Seneca. Deſines timere, ſi ſperare deſieris. Idem. Ne ſis miſer ante tẽpus, quæ velut eminentia expauiſti, forſitan nũquam uentura ſunt. Secunda eſt error, quo credunt eſſe timendum, quod potius irridendum eſt. Irriſiones malorum contemnendæ ſunt, quando derident bonos. Ridiculum eſt, ꝙ ceci derideãt videntes, & claudi recte incedentes. Seneca. Aequo aĩo audienda ſunt imperitorũ conuitia, & ad honeſta vadendi contemnendus eſt ipſe contemptus. Prouer. 14. Ambulans recto itinere, & timens Deum, deſpicitur ab eo, q̃ infami graditur via. & eiuſdem. 19. Abhominantur impij eos, qui in recta ſunt via, nec ſolum ſunt timendæ deriſiones, ſed etiam appetendæ. Sene. Nec dũ fœlix es, ſi nondum turba deridet te. Idem, Non quã multis, ſed quibus placeas cogites.

*I*
*Indignatio.*
*De [illegible] indignantur [illegible] contra malos.*

Quartus calix eſt calix dæmoniorum. i. indignationis, & inuidiæ. de quo biberunt diſcipuli indignati de duobus fratribus. de tribus indignantur boni contra malos. Primo de aſſecutione temporalis affluentiæ. Noli æmulari in eo, qui proſperatur in via ſua. i. in mundo iſto, qui eſt via peccatorũ. Vel quia ſolum proſperitas durat, dum viatores ſunt. ideo in futurum nihil proſperitatis habebunt. Hiero. ad Iulianum. Difficile, immo impoſſibile eſt, vt præſentibus, & futuris quis perfruatur bonis, ut hic uentrem, & illic mentem impleat, & delicias ad delicias tranſeat, ut in utroque ſæculo primus ſit, vt in cœlo, & in terra appareat glorioſus. Hier. 12. Quare via impiorum proſperatur, bene eſt omnibus, qui præuaricantur? Reſpondet propheta. Congrega eos quaſi gregẽ ad victimã. Secundo indignantur propter proſperitatem quã habent in executiõe propriæ malitiæ aduerſus iuſtos. Greg. 19. mora. Prauorum uitam dominus tolerat, quia eos ad iuſtorum probationem ſeruat. ꝑs. Iniuſti iniquitatem fecerunt in me, ego autem exercebor in mandatis tuis. Tales enim implẽt, quæ cogitant, quia nullam habent obicem. & ſunt ſicut arbor ſilueſtris, quæ nec putatur, nec colitur, quia de ea nullus fructus ad vſum humanũ ſperatur, ſed ſolum ad fomentum ignis. Greg. Homel. 12. ſuper Ezechi. In diuiſione quã inter ſe, & Deum impius facit, libellũ repudij accipit, vt iam velut aliena derelicta faciat aĩa illa mala quæ vult, & zeli Dei flagella non ſentiat. quatenus profundius ad æterna ſupplicia deſcendat. Hiere. 28. Poſt cogitationes noſtras ibimus. Iõ hæc dicit dominus. Faciẽ meam non oſtendam eis in die perditionis eorum. Ideo indignandum eſt de flore malo, qui cadit à fructu. Tertio, indignantur, ꝙ multo tẽpore viuat impius,

cum



cũ tã nihil ſit ad æternitatem. Sicut terra ad cœlum comparata non eſt niſi pũctum, ſic oẽ tẽpus ad æternitatẽ nõ eſt niſi vnum inſtans. ꝑs. Quæres locum eius, & nõ inuenies. Locus naturalis alicuius dr̃, ad quem naturaliter tendit, & quia impius toto niſu mouetur ad proſpera huius vitæ, iõ proſperitas dr̃ eius locus, qui deſinit deſinente locato, qui multum diſcrepat à natura veri loci, qui ex natura ſua immobilis eſt. Non ſic de loco iuſtorum, qui ſemper ad æterna mouentur. de quo Eccle. 16. Oĩs miſericordia faciet locum vnicuique iuxta opera meritorum ſuorum, & ſm intellectũ peregrinationis illius. Propter quam indignationem ait dñs. Reges gentium dominantur eorum. vos autem non ſic, quia cõiter dominantur tyrannico principatu, & ad vtilitatem ſuã. Non aũt miniſtri eccleſiæ, qui principari debent ad vtilitatẽ ſubditorũ. ideo ſæpe male contingit his, qui tyrannicè regunt. Ioſuæ 8. Rex hay audacter progreditur cõtra filios Iſrael, ſed de inſidijs non cogitans, à Ioſue, & à dño cõcluditur, & ciuitas eius ſuccenditur, quia tyranni contra bonorum exercitum audacter progrediuntur. Sed Chriſtus, & eius exercitus nunc fugere diſſimulat, quia peccata eorum vr̃ diſſimulare, & nunc exercitus Chriſti ab eis ſuppeditatur. Sed nõ aduertunt de cauda, neq; cogitãt de inſidiis quæ latitant poſt ſe. ſ. de morte, iudicio, & inferno, quia finaliter Chriſtus ſcutum potentiæ ſuæ contra eos eriget, & dictas inſidias quæ prius eos latuerant, in publicum venire faciet. & magno impetu contra eos proſiliens, æternaliter eos puniet. Et ciuitatem eorum. i. ſtatum, & magnificentiam deſtruet. Contra quos dicere videtur illud Eſaiæ 41. Tacui, ſemper ſilui, patiens fui, ſicut parturiens loquar, ſimul abſorbebo montes excelſos.

*K*
*Certare. Quare mali aduerſus bonos certant, & [illegible]*

*Feria 5. poſt 2. Dominicam Quadrageſimæ*
*Sermo 1. & in ordine 51.*

*A*
*Gloria paradiſi.*
*De diuerſa conſuetudine paradiſi, inferni, & huius mundi.*

FIlli recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala. nunc autem hic conſolatur, tu vero cruciaris. Luc. 16. Si uerum ſit quod dicitur, in ſingulis patriis ſingulę conſuetudines. Vulgo autem. En tous pays toutes guiſes, non eſt mirum, ſi in ciuitate Dei hoc eſt in paradiſo, & in ciuitate dyaboli. i. in inferno, & in mundo ſint diuerſæ conſuetudines. In ciuitate dyaboli conſuetudo eſt, ꝙ familia diaboli. i. peccatores primo cibum. i. delectationẽ peccati comedunt, & poſtea in fine i. in inferno ſymbolum. i. pœnam ſoluunt, vt de illo diuite, qui recepit bona in vita ſua. ecce prandium, & poſtea cruciatur in inferno vbi ſoluit ſymbolum. Simile contigit, dum venitur ad hoſpitium, læta facies oſtenditur, ſed in fine chariſſime computatr̃. Sic & diues epulo, qui Luc. 12. dicebat. Aĩa mea habes multa bona in annos plurimos repoſita, requieſce, comede, bibe, & epulare, ecce conuiuium, ſed ſequitur. Stulte hac nocte repetent à te animam meam. ecce ſymbolum. Iob 21. Ducunt in bonis dies ſuos, ecce menſa. & in puncto ad inferna deſcendunt, ecce ſymbolum. Econtrario in ciuitate Dei, qui de eius familia ſunt, primo ſymbolum ſoluunt, ieiunando, orando & bene agendo, poſtea cibum comedunt gaudiis paradiſi fruendo. De quo in perſona cuiuſlibet ſancti loquitur dicens. Ante quàm comedam, ſuſpiro, &c. id eſt anteq̃ comedam ſymbolum paradiſi, ſymbolum ſoluo ſuſtinendo miſerias in præſenti. Lu. 22. Vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tẽtationibus meis. Ecce ſymbolum ſolutũ. Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, vt ædatis, & bibatis, ecce comeſtionem cibi. Sic iſte Lazarus plenus vlceribus primo ſymbolũ ſoluit, deinde portatus in ſinum Abrahæ cibum conſolationis accepit. In hoc mundo vero ſimul cibus comeditur, & ſymbolum ad vnguem ſoluitur, quia ſimul cum mundana delectatione dolor habetur, & miſeria. Prouerb. 14. Riſus dolori miſcebitur. Ita ꝙ in dolore riſus admiſcetur ſicut aqua vino, vt plus doloris ſit quàm riſus. Hierem. 31. Patres noſtri comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt, quia dum puer comedit vuam acerbam, dentibus aceſcit, & anxiatur, & cum hoc in comeſtione delectatur. Ezech. 3. Comedi volumẽ illud & factum eſt dulce in ore meo, & ſequitur. & amaricatus eſt venter meus, quia ſimul ſtant amaritudo, & dulcedo. A qua cõſuetudine non excipiũtur ſerui Dei, immo nec ipſa ancilla Dei Maria. ad quam &c.

Apud mundanos ita experimur, ꝙ in cõuiuiis qui ſedent ad ignem, poſt conuiuium ſedent ad uentum, & econtra qui ad uentũ poſt conuiuium ad ignẽ ſedẽt. Diues

B
*Diues. malus. De cõparatiõe mali diuitis & Lazari.*

iſte euangelicus primo ſedit ad ignẽ cupiditatum & deliciarũ, vbi Lazarus ſedebat ad ventũ miſeriarum, ideo iuxta ritũ mundanorum iuſtum fuit, vt vnus ex delicijs ad miſerias, alter de miſerijs ad delicias pertranſiret, & hoc eſt quod dicit Abraham. Fili recordare &c. Iuxta thema propoſitum. Primo dicetur de ſtatu vtriuſq; diuitis & Lazari in præſenti ſeculo. In ſecundo ſermone de ſtatu amborum in altero ſeculo. Primo igitur dicetur de ſtatu diuitum. Secundo de ſtatu Lazari in preſenti ſæculo.

C
*Diues. Quo diuites cũ diuitibus: potentes cũ potẽtibus altercantur.*

Circa primum ſciendum eſt q̃ iſte diues euangelicus de quatuor criminibus notatur. Primo de auaritia. cũ dicitur, homo quædam erat diues. Secundo de ſuperbia, quia induebatur purpura & byſſo. Tertio de gula, quia epulabatur quotidie ſplendide. Quarto de crudelitate, quia pauperis Lazari in ianua domus ſuę iacẽtis non miſerebatur. Circa primã notã dicitur quòd diues ille erat diues non tam diuitijs temporalibus, quã amore earum. Non. n. reprehẽditur diues iſte, quia aliena abſtulit, ſed quia ſua non dedit. Vnde ſm̃ Gregorium. hic colligendum eſt qua pena mulctandus eſt qui aliena diripit, ſi inferni damnatione percutitur, qui propria non largitur. Sed quia conſcientia ſepe formatur ſecundũ id ad quod ſepe homo afficit, quia (ſecundum Philoſophũ) affectio trahit ad ſe iudicium rationis. Ideo multi pecunias & tp̃alia nimis diligẽtes, de illicite acquiſitis cõſcientiã non faciunt. Sed ſibi caueant & maxime hoc attendãt dñi terrarũ & potentes, quæ parũ timent terras aliorum vſurpare ſibi, & minus potẽtes, vi vel dolo opprimere, deũ prę oculis nõ habentes. Si arbores ſolũ in altũ & non in latũ creſcerent nec ſe dilatarent, una aliam non impediret. Sed quia creſcunt in latũ & ſe dilatant, una impedit aliã, ita q̃ vna q̃ñq; abſcinditur ꝓpter aliã ſibi vicinam. Sic reges & potentes quæ hñt & quærunt dñium, ſi ſolũ creſcerent in altum verſus cœlum & erigerent ſe ad deũ, vnus non impediret alium, ſed quia dilatans ſe plus debito ad terrena, propter hoc vnus alium impedit, & aliena attrahit, & hæredibus ſuis ſępe derelinquit. Sed non gaudeant de hoc vel glorientur, quia veniet tempus quo ipſi tanquam parrochiani diaboli, cum diuite in inferno ſepultura aſini ſepelientur, & alij per eos iniuſte oppreſſi ad requiem cum Lazaro ſuſcipientur. Audiant hæc terreni quos puluis terræ excecat, quia vexatio tunc intellectum eis dabit. Aug. Audiant iſta diuites quæ nolunt eſſe miſericordes. audiant irrogari ſibi ſupplicia quæ nolunt erogare ſubſidia. Audiant pauperem refrigerantem audiant diuitem penis grauioribus eſtuantem.

D
*Auaritia. An auaritia ſemper ſit peccatũ mortale.*

Sed quæritur an ex eo q̃ iſte diues erat & auarus, eſſet in peccato mortali? Et videtur q̃ ſic. quia Roma. j. apoſtolus inter eos quę digni ſunt morte annumerat eos quæ faciũt auaritiã. In oppoſitũ. quia auaritia eſt eris auiditas, ſed temporalia bona appetere nõ eſt peccatum, quia eſt homini naturale. Tũ ſecundo, quia naturaliter ſunt homini ſubiecta & propter hominem. Tum tertio, quia per ea vita hominis conſeruatur. Reſpondet B. Thom. 2. 2. q. 118. quòd auaritia dupliciter importat quandam immoderantiam circa diuitias. Vno modo circa acceptationem & conſeruationem earum, acquirendo pecuniam vltra debitum aliena quidem ſubripiendo vel retinendo, & ſic opponitur iuſtitiæ, & eſt ex genere mortale peccatum. De quo Ezech. 22. Principes eius in memoria eius quaſi lupi rapientes predam ad effundendum ſanguinẽ, & auare lucra ſectanda. Tales ſuos depredantur ſubditos, putantes eos regere crudelitate & duritia, ſed ſi ſubditorum pellem habeãt non tñ corda. Contingit tñ aliquando propter imperfectionẽ actus illud eſſe veniale. vt in iuſto bello quando quis cupiditate motus & non propter iuſtitiam ſpolia detrahit. Alio modo importat immoderationem circa affectionem interiorem. cum ſcilicet aliquis nimis amat vel deſiderat diuitias, aut nimis delectatur in eis, etiam ſi nolit aliena rapere, & ſic opponitur liberalitati. Sed ſi ille amor inordinatus intantũ creſcat quòd charitati præferatur. vt ſcilicet propter amorem diuitiarum non vereatur facere contra amorem dei vel proximi, ſic talis auaritia iterũ eſt peccatum mortale. Si autem ſic inordinate amet. vt tamen nihil faciat nec velit facere contra amorẽ dei, ſic non eſt mortale. Eſt autem diues, qui diuitias habet, ſed non habetur ab eis, quem non reprobat deus. Iob 36. Deus potentes non abijcit, cum ipſe ſit potens. Gene. 36. Erat Abraham diues ualde, non ſibi ſed pauperi. vnde interpretatur pa





ter multarum gentium. Multo autem plures ſunt pauperes quàm diuites, ideo nomine multarum gentiũ intelliguntur pauperes. Et hoc dicit Iob 29. Pater eram pauperum. hii non ſunt reprobandi. 1. Corint. 7. Qui vtuntur mundo tanquam non utentes.

E
*Diues. Diues quadrupliciter in diuitijs offendit.*

Dicitur ſecundo q̃ diues quadrupliciter in diuitijs offendit. Primo aliena rapiendo. Difficile. n. eſt magnos ſtatus ſuſtinere ſine rapina. Oſee. 7. Factus eſt effraim quaſi columba ſeducta. quæ dum granum alienę ſubſtantiæ rapit, a laqueo. ſ. diaboli rapitur. Secundo nimis auarę retinendo ſua, ſicut fecit iſte diues non dans Lazaro. Dedit. n. deus temporalia diuiti vt procuratori ſuo ad diſpergendum pauperibus. Sed quæritur inter diſpẽſatores vt fidelis quos inueniatur. Et ſi quæratur quare famuli nõ cõpaſſi egeſtati Lazari. Reſpondetur. Prouer. 29. Quia princeps impius omnes habebit miniſtros impios. Tertio prodige exponendo quia quotidie epulabatur ſplendidæ. Mittebat. n. diuitias ſuas in ſaccũ pertuſum, ideo perdebat omnia cum prodigis. Quarto de diuitijs ſuperbiendo. vnde induebatur purpura & biſſo. Dedignantur ei diuites videre pauperes, & eos abominantur.

F
*Diues. De duobus modis diuitum.*

Vnde duplices ſunt diuites. Quidam ſunt diuites opibus terrenis, & iſti facile ſuperbiunt. Alij diuitijs ſpiritualibus, & iſti adhuc facilius. Vere enim diuitię virtutes ſunt. de quibus Prouer. 8. Mecum ſunt diuitię & gloria. i. conſcientię ſecuritas. opes ſuperbe & iuſtitia. Sancta. n. ex hijs procedit ſuperbia, qua contra peccatum indignantur. Mala tamen eſt ſuperbia, quando contra pauperes peccatores indignantur. Quia ſicut nemo de diuitijs terrenis ſupbire debet aut pauperibus inſultare. quia qui modo diues, ſæpe iuſto dei iudicio pauperrimus efficitur, & illum cogitur implorare quem prius contempſit. vt patuit in Lazaro & diuite. Eccleſia. 16. Memento paupertatis in die abundantię ſic ſæpe contigit q̃ qui uirtutibus uidebatur extolli, alios quaſi ſe indignos reputans, occulto dei iudicio cadat in graue peccatum. 1. Corin. 10. Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. Eccleſi. 8. Ne deſpicias hominem auertentem ſe a peccato, neque improperes ei. Memento enim quoniam oẽs in corruptione ſumus. Gall. vl. Si quis præoccupatus fuerit in aliquo delicto, vos qui ſpiritales eſtis huiuſmodi corripite in ſpiritum lenitatis. conſiderans teipſum ne & tu tenteris. Quidam autem ita cadunt quòd nunquam reſurgũt Sicut quidam ad tantam paupertatem deueniunt. q̃ nunquam diuites fiunt, nec redeunt ad priorem fortunam. & tamen alij qui diu peccantes errauerunt ad plenum conuertuntur, ſic q̃ permanent in bono. De quibus 2. Reg. 3. Erat Dauid proficiens, domus autem Saul decreſcebat quotidie.

G
*Supbia. Superbia ex diuitijs naſcitur et uermis conſcientiæ.*

Secundum vitium vnde notatur diues iſte eſt ſuperbia. cum ſubditur. induebatur purpura & byſſo. Bene dicit prius eum diuitem, quia ex diuitijs naſcitur ſuperbia. 1. Time. 16. Diuitibus an omnia pręcipe non altum ſapere. Omne pomum & omnis fructus, & omne lignum ſuum habent propriũ vermen. Vermis autem diuitiarum ſuperbia eſt, immo verius conſcientię remorſus. vnde ſubditur. Induebatur purpura & byſſo. id eſt lino candidiſſimo & tenuiſſimo exterius, & purpura interius. Purpura quidem rudis eſt, & linum dulce. & in hoc diuites huius ſæculi auibus lucis diſſimiles ſunt dupliciter. Primo, quia aues lucis in nidis ſuis ſpinas habent exterius, & interius molliciem, vt ibi ſuauiter requieſcant. Sed illi econtrario extra habent molliciem veſtium cum diuite epulone, & interius ſpinas remorſum. & tamen ſunt, ut ruſtici, quæ neſciunt quieſcere in molli lecto conſcientiæ, ſed in aſperitate eiuſdem, quàmuis propter conſuetudinem & moram in peccato vix ſentiant. Bernardus. Sicut ſpine degenerant quæ non pungunt, ſic diuitiæ quæ non affligunt.

Secundo, quia aues lucis ſe oſtendunt in die & non in nocte. Sed diuites auari lucent in nocte huius ſęculi, vt ligna putrida & vermes nocte lucentes. & ſe oſtendunt non in colore proprio, ſed pompoſe vt aliquid eſſe iudicentur a ſimplicibus, cum tamen nihil ſint. Sed in die iudicij quando orietur ſol iuſtitiæ tunc apparebunt quales ſint, & fuerint in colore proprio. uulgo dicitur, habitus non facit monachum nec ueſtis purperea hominem iuſtum.

H
*Gula. Quia multi cõmẽdãtur ex uoracitate gulæ*

Tertium crimen eſt crimen gulæ. unde ſubditur. & epulabatur quotidie ſplendide. Multi ſunt qui in hoc preconio uſque ad cœlos commendant pręlatos, quòd ſcilicet multa comedant & de

uorent,& pauci ab auſteritate parſimoniæ, ab eminentia ſcientiæ,& à perfectione vitę commendantur hodie. ſed magis à curioſitate veſtium,& ſuperfluitate ciborum. Dicitur enim vulgo, Bonus eſt prælatus, dat ſeruis ſuis plurima. In paradiſo ſuo tot quotidie habet fercula. Hæc eſt laus Dei Belis, qui multa comedebat, & bibebat quotidie. Danie. vltim. Iſtorum laus valet vnum bonum vituperium. Ipſos enim ex talibus commendare, nihil aliud eſt dicere, quàm quòd præmiſſas aſſumpſerunt, ex quibus eis cõcludetur æternum ſuppliciũ. Ex curioſitate ueſtium, & ſuperfluitate ciborum tanquam maiore,& minore, concluſum eſt huic diuiti æternum ſupplicium. Sicut enim iaculatores ſplẽdide comedũt ad menſam alienam,& pauperrime ad ſuã, ſic tales de patrimonio Chriſti quaſi ad alienam menſam laute comedunt. ſed tranſactis temporalibus cum ad propriam, & perpetuam menſam peruenerint, huius diuitis inſtar pauperrime comedent.

*I Gula. Qũo in conuiuijs cõmittitur peccatum.*

Exemplo huius diuitis ſæpe in magnorum, & diuitum conuiuiis grandis culpa committitur. Primo in ſumptuoſitate ferculorum. & hoc propter duo. Quandoque propter cariſtiam, quæ duplex eſt. Vna accidentalis, & cõtingens, vt contigit in obſidione Samariæ. quarto Regum ſeptimo. Alia eſt naturalis eorum, quæ raro inueniuntur, vt ſunt venationes, quæ non ſunt communes. 4. Regum 4. Excepta bubalorum venatione ceruorum, capreolorum, auium,& altilium. Secundo propter nouitatem, quia noua cariora ſunt, & magis appetuntur primitiui pulli, & primi anſeres, & lampidi, ſicut de primitiuis fructibus cõtingit. Eſaiæ 33. Et erit ſicut temporaneum ante maturitatem autumni, quod cum aſpexerit videns vt manu tenuerit, ſtatim vorabit illud. Illi autem qui dediti ſunt gulæ, non attendunt quanti conſtet, dũmodo ſuam expleant ingluuiem. quos tangit Amos. ſexto. Qui comeditis agnum de grege, & uitulum de medio armenti, id eſt vitulum electum Hoc autem uitium viget in miniſtris eccleſiæ & monachis, quos ſiue piſcium, ſiue carnium non effugiunt primitiua, qui cum prius dicebantur primitiui eccleſiæ, quia primi erant in omni bono opere, nunc guloſorum ſunt primi, & in omni huiuſmodi opere. Secundo peccant in diuerſitate ferculorum, quia ſicut conſueuerunt habere mutatoria veſtium, ita mutatoria ferculorum Contra id Eccleſi. 31. Supra menſam magnam ſediſti, noli quærere, ſi multa ſunt, quæ ante eam ſunt, id eſt quot reſtant fercula comedenda. Vñ Bernardus. Qui in diuerſitate vinorum ſobrius eſt, ille eſt terrenus Deus.

Tertio in crapula,& auiditate. Luc. 22. Attendite ne grauentur corda ueſtra crapula,& ebrietate. Prima enim menſa eſt quaſi dieta, quæ imponitur à medico cęleſti. Aliis ad conſeruationem ſanitatis. aliis ad curationem infirmitatis. Delectabilis & multus cibus denegatur infirmo, ſed ei modicus datur cibus, & amara potio Vnde ex hoc procedunt multæ infirmitates corporales. Eccleſia. trigeſimooctauo. In multis eſcis erit ĩfirmitas,& qui ſobrius eſt adiiciet uitam. Quarto delicioſa eſt hæc mẽſa. Sunt enim aliqui ita dangeroſi quòd non reputant epulas niſi delicioſas, quod maxime reprehenditur in clauſtralibus. de quibus dixerunt filij Iſrael in deſerto. Recordamur piſcium &c. & Prouerb. 19. Non decent ſeruum deliciæ, nec principem labium mentiens. Serui dicuntur recte, qui non habent velle, aut nolle. ſed dicuntur principes. quorũ ratio dominatur ſenſualitati. Eſt enim ſenſualitas ſeruus quem non decet nutrire deliciis. Sic ergo menſa huius diuitis erat ſumptuoſa, varia ĩ ferculis, crapuloſa,& delicioſa. Sed quinto erat in omni ægeſtate plena. Primo, q̃a occaſio ægeſtatis æternæ. Prouerb. 21. Qui diligit epulas in egeſtate erit, & qui amat pinguia non locupletabitur. hoc oſtendit Moyſes. Exo 32. Vbi comminuit vitulum aureum conflatilem. vitulus gulæ. laſciuia, aureus propter precioſa, & ſumptuoſa, & recte conflatilis, quia ſicut ad formandum vitulum ornamenta aurea, monilia,& inaures,& huiuſmodi conflata ſunt, & in vitulũ concurrerunt, ita propter gulæ laſciuiam ſumptuoſam omnia bona conflantur,& cõminuuntur,& cõſumunt̃. Scđo nõ ſolũ plena egeſtate bonorũ terrenorũ, ſed ẽt bonorũ hoĩum. Tunc enim oẽs eorum cõmenſales guloſi ſunt. Tales diuites frequentius circundantur hoĩbus infructuoſis,& extra ornatis nihil intus boni habentibus ſimiles ſalicibus. De q̃bus Iob. quadrageſimo. Salices torrentis circundabunt eum. Nec

*K Gula. Qđ ma- ſi crapuloſi eſt multis damna conflat pena.*

ſolum



ſolum ſibi ſunt inutiles, quia nolunt audire ſibi dici talia, ſed & hæc cauda aures obturat principum, ne audiãt verum. Ideo talibus non eſt prædicandum, p̃s. In ſalicibus, id eſt in uoluptatibus & in fructuoſis hominibus, qui ſemper ſunt in aquis deliciarum, ſuſpendimus organa noſtra. Tales enim plantant in paludibus. i. in locis lubricis & abundantibus aquis diuitiarum, ſed ſunt ſine fructu. Tertio, ibi erat egeſtas omnium bonorum ſpiritualium. Prouerb. 23. Cui ve id eſt miſeria, cuius patri ve. i. dolor de filijs, cui rixæ. i. contentiones, & iurgia, cui foueæ id eſt incarcerationes ad literã, cui ſoſſoſiones oculorum, non ſolum corporalium, ſed etiam ſpiritualium, nõne his qui commorantur in uino, & ſtudent calicibus epotandis? Vnde & ſic ordinat apoſtolus iſta vitia. Non in commeſſationibus & ebrietatibus, non in contentione & emulatione. non in cubilibus, & impudicitijs. Vñ Iob. 1. Cum pertranſiſſent conuiuia ſanctificabat filios ſuos, quia vix poſſunt fieri cõuiuia ſine uiciis, vtpote loquacitatis, & voluptatis. Quartum crimen eſt crudelitas, quia pauperi vlceribus pleno neque ipſe, neque aliquis ſuorum reliquias de menſa ſua dabat. In quo apparet magna crudelitas. Ouid. 15. Metamorphoſeos. Dicit quòd eſt fluuius quidam, cuius aqua bibita reddit bibentis uiſcera ſaxea. & quicquid in illa intingitur fit ſaxeum. Ait enim. Flumen habent cithones, quod potum ſaxea reddit viſcera. Hic fluuius eſt inordinata diuitiarum cupiditas, cuius affectiones priuant hominem miſericordia, pietate, & charitate, vt non ſolũ eis in neceſſitate non ſubueniat, ſed etiam eorum bona rapiat. Ambro. Eſurientium panis eſt, quẽ tu detines, nudorum ueſtis eſt, quam tu recludis. miſerorũ redemptio eſt pecunia, quã tu in terra defodis. Luc. 6. Veh vobis diuitibus, qui hic habetis conſolationem ueſtram, nec alios vultis conſolari. Nam de his de quibus conſolamini ſtatim triſtabimini. Et ad hoc eſt exemplum in hyſtoria tartarorum. in ciuitate Baldach, à tartaris captus eſt calippus habens immenſos theſauros. Qui incluſus à tartaris infra ſepta theſauri ſui, cum miſericordiam quæreret, vt cibum haberet à rege tartarorum, ei reſponſum eſt, ꝙ fieret ei iudicium ſine miſericordia, quia miſericordiam non fecerat, quia pro ſuæ ciuitatis tuitione non diſtribuerat pecuniam illã ſtipendiarijs, & quòd theſaurus in quo ſperauerat, adiuuaret eum, & ſic in præſentia theſauri ſui famæ perijt. Sic diuitibus ſiet qui de ſuis opibus, militibus, id eſt pauperibus ſtipendiarijs per elemoſinas non ſibi prouident, vt defendantur à rege tartarorum. i. à Sathana in mortis articulo. Sic. n. eis fiet ſicut fecerunt.

*L Elemoſina. Qđ quidã habẽt uiſcera ſaxea, ut nõ miſereantur pauperibus.*

In ſecunda parte dicendum eſt de ſtatu Lazari in præſenti ſæculo. Lazarus in hoc mundo habebat quatuor miſerias. Primo erat mendicus. Fecit enim dominus pauperes & mendicos non ſine cauſa. Feciſſet enim omnes diuites ſi uoluiſſet. ſed hoc fecit propter quatuor. Primò, vt oſtenderet, quòd illi qui patienter ſuſtinent miſeriam paupertatis, ſignum haberent diuinæ electionis. In his, qui uere pauperes ſunt. de quibus Eſaiæ quadrageſimooctauo. Elegi te in camino paupertatis. Caminus. n. paupertatis dicitur capitulũ Dei, de quo ſuos aſſumit electos. Vnde Gregorius in Homelia. Duo inferius corda. deſuper vnus inſpector, qui & iſtum tentando exercebat ad gloriam, & illum tolerando expectabat ad pęnam. Secundo, vt ſint diuitibus materia exercendæ pietatis, quia vbi non eſt miſeria, non habet locum miſericordia. pſalm. Feneratur domino qui miſeretur pauperis. Vnde Prouerbiorum vigeſimoprimo. Pauper & creditor obuiauerunt ſibi. Pauper Lazarus. & diues ſi voluiſſet creditor eſſet, habebat enim vnde crederet pauperi. Tertio vt haberent homines, in quo Deo proprie aſſimilarentur,& hoc eſt miſereri. Matthæi quinto. Eſtote miſericordes, ſicut & pater ueſter miſericors eſt. & in collecta. Deus cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere. Quarto, quia hæc temporalia diu ſeruari non poſſunt, vt nouus prouideretur modus, quo ſeruarentur. Tunc enim ſeruãtur, immo multiplicantur, cum ſeminãtur. ideo dicitur manus pauperis gazofilacium diuitis. Eccleſiaſt. decimoſeptimo. Elemoſina viri, quaſi ſacculus cum ipſo.

*M Diues. Quare aliquos fecit dominum mendicos, & non oẽs diuites.*

Secundo erat nominatus pauper, vnde ſubditur. cui nomen Lazarus. Erat enim famatus pauper in vniuerſa ciuitate Hieruſalẽ, ꝑ quod non debebat ei denegari elemoſina. ſicut ſolet fieri coquinis, q̃ ſe fingũt pauper. Et ſi q̃ratur, quare tacuit nomẽ diuitis, & expſſit nomen pauperis. Rñdet q̃

*N Diues. Quare dominus non nõiat diuitem.*

triplici de cauſa, propter quas Deus nõ nominat peccatores. Primò in ſignũ prauæ cõverſationis. nullus.n. bñ cognoſcet ex noĩe niſi diu verſetur in aliquo loco. Sancti vero deſiderio mentis, locutione oris, facto operationis in cœlis habitant. Philip.3. Noſtra conuerſatio in cœlis eſt, ideo à ſanctis, & à Deo ex nomine cognoſcuntur. Peccatores vero, quia mente, & deſiderio habitant in terris parũ uel nihil cogitãtes de ſupernis. ideo nomina eorum non ſunt in cœlis cognita, ſed in terris. ps. Vocauerunt nomina ſua in terris ſuis. i ſic fecerunt vocationem ſuam, ꝙ nomina eſſent in terris famoſa, & cognita, non in cœlis. Secundo, in ſignum inimicititiæ. Magnates enim quos odio habent, proprio nomine nominare dedignantur, & ideo quia dñs perfecto odio odit peccatores, eos recuſat nominare proprio nomine. ps. Nec memor ero nominum eorum per labia mea. Tertio in ſignũ æternæ reprobationis. Milites.n. qui dño ſuo fideliter militauerunt, & ſerui, qui fideliter dño ſuo ſeruierunt, & creditores, qui panem & vinum domino ſuo habere fecerunt, in rotulo ponuntur, & inchartulantur, ad ſtipendia, & præmia habenda tempore opportuno. Qui verò nec hoc, nec illud fecerunt, ſed proditioſe ſe habuerunt, de rotulo amouentur. Ideo ſancti fideliter Deo ſeruierunt, & militauerunt, dũ corpora ſua ſeruitio ſuo expenderunt, panem, & vinum & neceſſaria ſibi habere fecerunt, elemoſinas pauperibus largiendo, meritò in rotulo paradiſi ponuntur ad habenda præmia, & debita tempore opportuno. ſm illud qđ dicitur Luc. 10. Gaudete, quia nomina ueſtra ſcripta ſunt in cœlis. Mali uero quia p ſuperbiam dyabolo non domino militauerunt, per delicias carnis mundo, non domino ſeruierunt, per auaritiam ſuam ſibi retinendo, nihil largiti ſunt Deo. in rotulo paradiſi ſcripti non ſunt. vel ſi propter aliqđ bonum ibi ſcripti fuerint, per peccatũ mortale deleti ſunt de libro vitæ. ps. Deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur. Ideo non nominat diuitem.

O
*Vlcus. Qũo ulcus ulcere ſanatur.*

Tertiò paupertati additur infirmitas, q̃a vlceribus plenus. Vlceroſus erat, pauper in corpore, ſed magis diues in mente, ideo miſericors dñs vlcera pauperis diuiti ꝓponit, vt ulcera vlceribus curarentur. Sed diues vnde potuit accipere medicinam, ſuã auxit infirmitatem. Quod ſignificatum eſt. Exo. 4. Quando Moyſes ſparſit cinerem in cœlum, & facta ſunt vlcera in hominibus, & iumentis, ita ꝙ malefici Pharaonis non poterant ſtare coram Pharaone. Moyſes cinerem ſparſit, quando Chriſtus ad ſuperbos diuites humiliandũ, humilitatẽ ſanctorum in exemplum propoſuit. Cinis.n. humilitatẽ ſignificant. Sed quia in hoc nõ emendati ſunt, ſed inde obſtinationem ſuper dolorem vlcerum ſuorum addiderunt.

P
*Diues. De micis, quæ cadunt de menſa minorum, & de micis, quæ ſunt ſuper menſam.*

Quarto adiungitur paupertati, & infirmitati grandis neceſſitatis, quia iacens ad ianuam diuitis, cupiebat neceſſitatem ſuã ſubleuare de minimis reliquiis, quę cadebant de menſa diuitis. i. de micis, & nemo illi dabat, immo beſtiæ ſine ĩtellectu ei compatiebantur. Nã & canes veniebant, & lingebant vlcera eius. Vnde micæ quæ cadunt de menſa diuitum, pereunt, non quæ ſuper menſa accipiuntur. Cadunt de menſa reliquiæ, cum in manus hyſtrionum perueniũt & adulatorum. hi enim ſunt catuli ſubtus menſam diuitum, vt ibi reliquias, quas pñt, accipiant. Micæ uerò quæ ſuper menſem accipiuntur, ſunt quę pauperibus dãtur cõmuniter, nec illæ pereunt, primas comedũt catuli ſubtus menſam, ſecundas pauperes. Plena eſt autem menſa diuitum ferculis. Fragmenta vt micæ ſaltem pauperum. pſal. Sunt reliquiæ homini pacifico. Qui.n. diuites ſunt, ſe ex humilitate debent agnoſcere primogenitos pauperum. Et ratio eſt, quia quanto plus quis accepit, tanto plus tenet. Cui enim plus committitur, plus ab eo exigitur. Bona aũt diuitis ſuis debitis Deo ſatisfacere non poſſunt. Ideo quanto plus qs accepit, tanto plus ſe pauperiorem reputare debet.

*Subſermo per idem thema. & in ord. 52.*

A
*Correctio. Ad pœnitentiam grauitate dolorum, carentiæ ...lij ...*

SI conſideremus quàm grauiter, & ꝓpter quid punitus eſt diues iſte, debemus nos quàm citius emendare. Quoniam quando quis punitur pro delicto aliquo vſque ad miraculum. i. admirationem, neceſſe eſt, q̃ uident hoc trementes ſe corrigere. littera quæ videtur in propria forma gracilis, & minuta apparet groſſior ſi cum ſpeculo legatur. Et peccata noſtra in propria forma nobis videntur parua, quæ tñ ex aliorum grauiſſima punitione apparent perigloſiſ-





ſima, & grauiſſima. Num. 26. Factũ eſt grãde miraculum. vt chore pereunte filij eius non perirent. Eſa. 21. Babilon dilecta mea facta eſt mihi in miraculum. Quando quis videt ſocium combuſtum de cibo, quẽ comedit, non audet cibum illum tangere. Si homo conſideret illos, qui comedentes cibum peccati ſe combuſſerunt igne inferni, vt pote angelum primum, Adã, ſodomitas, & iſtum malum diuitem, tremerent ad iudicia Dei, nec ita ſe ad tentationis ardorẽ comburerent. Conſiderent qualiter Aman poſtquam amicis ſuis expoſuit magnitudinem diuitiarum ſuarum amiſſis omnibus ſuſpenſus eſt patibulo. Prouer. 12. Cogitationes iuſtorum iudicia, quæ licet periculoſa ſint ualde. & terribilis dñs in cõſiliis ſup filios hominũ. propterea de ipſis debemus cogitare, & in eis aduocatum quærere, & maxime beatam virginem dicẽtes ei. Aue.

B
*Diues. Qũo diues, & pauper ſe diuerſimode habent ĩ hoc ſeculo, et in futuro.*

Vulgo dicitur. il neſt chanſe qui ne retourne. Diues euãgelicus cuncta lucrabaẽ, & libere poſſidebat in mundo. ſors mutata eſt, quia omnia perdidit in alio fæculo. Sic pauper Lazarus omnia ecõuerſo perdebat in hoc mundo. ſors immutata eſt, & omnia lucratus eſt in alio ſæculo. Et hoc eſt quod Abraham dicit diuiti. Fili recordare &c.

C
*Diues. Qũo differenter diues, & paup moriuntur.*

Hic dicturi de ſtatu diuitis, & Lazari in futuro ſæculo. Primo dicemus de ſtatu *La*zari. Secundo de ſtatu diuitis. Pro ſtatu Lazari dicitur. factum eſt autem cum moreretur mendicus &c. De diuite mortuus eſt. Vbi ſignificatur peccatũ perfectũ. de mendico dr̃ factum eſt ut moreretur mẽdicus, vbi non habetur perfectum eſt cum loquitur de morte vtriuſque. Ratio huius eſt, quia nihil perfectum habuit in paupere mors, quam moriendo euaſit. Vnde potuit dicere. Aĩa mea ſicut paſſer erepta eſt &c. laqueus contritus eſt &c. laqueus.n. caro, & uita carnalis eſt, & tales videntur mori, ſed magis tranſeunt ad uitam. Sap. 7. Viſi ſunt oculis inſipientium mori. Vnde magis dñr educi de carcere, quàm mori, diuitum autẽ animæ non educuntur, ſed magis extrahũtur ui & extorquentur. Sicut fructus immaturus ab arbore euellitur. Sap. 4, Conſumũtur rami, & fructus eorum acerbi, & inutiles ad manducandum. Immaturi dicuntur, quia non ſunt expoſiti ad ſolẽ, nec intelligentiæ, nec tribulationis, qui maturãt fructus ſpirituales. De ſolæ intelligẽtiæ ſcribitur Sap. 5. Ambulauimus vias difficiles, & ſol intelligentiæ nõ illuxit nobis. De ſole tribulationis de iuſtis dicitur Matth. 20. Portauimus pondus diei, & æſtus. Et portatur in ſinu Abrahæ. Multiplex autem in ſcripturis inuenitur ſinus. Quidam malus, ĩ quo mali fouentur, & eſt quadruplex.

D
*Sinus. De multiplici ſinu*

Quidam eſt omiſſionis, qui pertinet ad prælatos, qui cũ deberent fouere in ſinu ſuo ſubditos ſuos per exemplum, eos potius opprimunt, ſignificati per meretricem, quę in ſinu ſuo oppreſſit quem fouebat filium. Secundus eſt uoluptatis. de quo Prouerb. 5. Quare ſeduceris fili mi ab aliena, & foueris in ſinu alterius? Aliena enim eſt caro, quæ animam, quæ de cœlo eſt, ad terram de qua non eſt ſumpta, inclinat, & alienat à Deo. Tertius eſt cupiditatis de quo Prouer. 17. Munera de ſinu accipit impius, ut peruertat ſemitas iudicij. Quartus eſt uanitatis. de quo Eze. 42. In ſinu eius erat cubitus in latitudine, & diffinitio eius vſque ab labium. Cubitus eſt perfecta menſura. in ſinu eius eſt cubitus, qui opinione ſua ſibi videtur perfectus, ſed cubitus eſt in latitudine nõ charitatis, ſed potius vitæ longę, & diffinitio eius vſque ad labium, quia de ipſo non poteſt continere verba iactantiæ. Hos quatuor ſinus ſequitur quintus. ſ. ĩpęnitẽtiæ, qñ celat quis peccata ſua. dę quo Iob. 14. Si abſcondi quaſi homo peccatum meum, & celaui iniquitatem meam in ſinu meo. Iſti autem fouẽtur nõ in ſinu Abrahę ſed in ſinu ſathanæ. Similiter eſt multiplex ſinus bonus. Quidam eſt ſm literam quædam pars inferni ſuperior, quam dicit Iob eſſe tenebroſam partem propter tędiũ expectandi. ait enim, in tenebris ſtraui lectũ meum, Ibi tamen erat modicum lucis, ibi enim requieſcebant animæ ſanctorũ, quaſi in ſinu. In ſinu enim aliquid ponitur, uel ut abſcõdatur, uel ut foueatur. Sic aĩæ ſanctæ ibi abſcondebantur ne viderentur à dyabolo ad nocendũ, uel ut abſconderentur à tempeſtate. Sicut naues in ſinu ſiue portu abſconduntur à tempeſtate, licet uideant aliquas naues, quæ extra ſunt in tempeſtatis periculo. ſic iſte extra periculum dãnationis erant, videbant tñ tempeſtates, & tormenta malorum, & iudicia Dei. Fouebantur etiam in ſinu illo, quaſi antea ſæculi tribulationibus confracti, tunc autẽ in quietę ſub alis Dei repoſiti. Vnde ſe cõparat dñs

gallinæ, quæ ſub alis fouet pullos ſuos. In hoc ſinu erat Abraham quaſi præcipuus. de quo Petrus Rauennas. Qui ſemper ſuſcepit peregrinos & pauperes, & in Angelis meruit Deum ſuſcipere, adhuc non immerito fungitur diſpenſatoris officio, nec beatum ſe crederet, ſi in ſuperna gloria à pio hoſpitalitatis officio ceſſaret. Secundus ſinus bonus eſt manus pauperis. hic eſt ſinus Abrahæ, vbi quicquid pauper accipit, mox reponit, & ne in terra pereat reponit in cęlũ. Manus pauperis eſt gazophilatiũ Chriſti, quia quicquid pauper accipit, Chriſtus acceptat. Clamat.n. miſericordiam volo, & ſic quicquid vult pauper, dum ſi quis negat, à Deo quod deſiderat vult negari. Humanã enim petit miſericordiã, vt largiatur diuinam. Et quia diues epulo in perſona pauperis negauit Deo, ſibi etiam negatur. In cęlo eſt miſericordia, ad quam per terrenas miſericordias peruenitur. Tertius ſinus Abrahæ eſt ſinus prælatorum, ſiue locus dignitatis. Abraham enim dicitur pater multarum gentium. Sic prælatus, qui animarũ curam ſuſcipit, ſicut & Abrahæ ſinus aĩas. Quartus ſinus eſt pax & tranquillitas conſcientiæ, quæ maxime habetur in clauſtris, quæ ſunt ſinus animæ, in quibus fouentur animæ vſquequo ad præſentiam Dei deducantur. In illum ſinum per bonam inſpirationem ſicut per angelos deportãtur. Poſt enim iuſtificationẽ, nõ ſtatim habetur pax conſcientiæ, quæ eſt perfectorum. Ideo primo neceſſarium eſt, ꝙ portentur ab angelis in ſinu Abrahæ. Angeli ſunt ſacerdotes, vel religioſi boni conſilij, qui iuuant ad excundum de ſeruitute peccati, quorum cõſilium ſępe conſcientiam ſerenat. Vel etia bona opera quæ ſunt nuncij ad Deũ, & inſpirationes quas habent antequam trãſeãt ad frugem melioris vitæ. Vnde cõiter loquendo non poteſt fieri ſinus, niſi duo concurrant. ſ. amplexando ueſtes & cingulum deſuper. ſic non niſi per duas principaliter virtutes habetur pax & concordia conſciẽtiæ. per charitatem, quæ eſt amplitudo ueſtis, & per continentiam quaſi per cingulũ.

*E*
*Sinus.*
*Differentia eſt inter ſinum Moyſi, et ſinum Abrahæ.*

Eſt tamen in ſcripturis duplex ſinus, ſcilicet ſinus Moyſi legiſlatoris, & ſinus Abrahæ hoſpitalitatis. Primus pertinet ad ſcientiæ lucem. ſecundus ad cordis munditiam. Primus ſinus nõ mundat, quia ab eo extrahitur manus leproſa. vnde multi litterati ingrediuntur ſinum illum, & in illo quieſcunt, nec tñ mundantur. Sinus tamen Abrahæ non niſi mundos ſuſcipit. immo qui vlceroſus erat Lazarus, ingreſſus ſinum illum factus eſt ſanus & mundus.

*F*
*Diues. De quadruplici miſeria huius diuitis.*

Secundo videndum eſt de ſtatu diuitis in alio ſæculo. Circa quod duo uidenda ſunt. Primo miſeria huius diuitis diuinam implorantis miſericordiam. Secundo Dei iuſtitia ſibi illam iuſtiſſime denegantis.

Circa primũ notandum eſt, ꝙ mĩa huius diuitis quadruplex apparuit in alio ſæculo, contra quatuor crimina, quibus notatus eſt in euangelio, vt pro menſura delicti ſit & plagarum modus. Deute. 25. Primo fuit iſte diues cupidiſſimus in acquirendo. ideo dr̃. Homo quidam erat diues, contra quod in pœna ſuſtinuit mendicitatis & extremæ pauptatis inopiã. Mẽdicauit.n. guttã aquæ & non obtinuit. Multum fuerunt ſalſæ illę epulæ & multum aridæ, quãdo ſic ſitiebat. nec mirum, quia fuerunt ſine aqua miſericordię, quia ſicut aqua extinguit ignem, ita elemoſina extinguit peccatum. Iob. 27. Diues cum dormierit nihil ſecum affert, aperiet oculos. ſ. in pęna, & nihil inueniet, vt patet in iſto qui eleuans oculos ſuos, cum eſſet in tormentis, vidit Lazarum in ſinu Abrahæ. Pęna enim aperit oculos, quos culpa clauſit. & vide quã bene aperuit iſta pęna oculos. Quem.n. uidere nolueratad portam iacentem, vidit à longe in ſinu qeſcentem. Secundo notandum eſt, ꝙ erat põpoſus, & excedens gallice oultrageux in exponendo. Vnde induebatur purpura, & byſſo. Et ſi dicatur, quia de muliere ſapiente dicitur. Prouer. vlt. Quàm byſſus & purpura indumentum eius, ideo in hoc non debet notari, in quo inuenitur mulier ſapiens laudari. Dicitur, ꝙ verum eſt, ꝙ mulier iſta primo byſſo induebatur. Deinde purpura. Econtra diues primo purpura, deinde byſſo. Byſſus lenis & ſuauis, purpura pungitiua, & aſpera. Indumentum ergo diuitis eſt purpura interius & byſſus exterius, quia interius pungitur in conſcientia, licet exterius corporaliter delectetur. Econtrario, anima ſancta quia interius delectatur in conſcientiæ ſecuritate, licet affligatur exterius auſteritate pęnitentiæ. primum byſſo, deinde purpura induitur. Contra iſtã pompam ſuſtinuit iſte diues extremæ vtilitatis abiectionem. Vnde ſepultus eſt in

inferno



inferno in cimiterio ſuo. Ibi enim elegerat ſuam ſepulturam, ideo iuſtum fuit ut ibi ſepeliretur. Eſaiæ. 24. Pepigimus fędus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Ibi autem non fuit indutus purpura, & byſſo, ſed tinea & uermibus. Eſa. 14. Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua, concidit cãdauer tuum. Subter te ſternetur tinea, & operimẽtum tuum erunt uermes. Ecce cooperimentum. Prius in hoc ſæculo operiebatur minuto verito. gallice de menu uer. modo in inferno de gros uers. Tertio fuit delicioſus in viuendo, vnde dicitur, epulabatur quotidie ſpleudide. Nõ dicit reficiebatur, in quo ſuperfluitas. quotidie continuitas. ſplẽdide lautitas. Contra iſtas delicias in pęna ſuſtinuit tormentorum varietatem, & acerbitatem. Vnde cum eſſet in tormentis, nõ dicit in tormento. Tranſibunt enim ab aquis niuium ad calorem nimium. Acerbitas autem tangitur, cum dicitur, crucior in hac flamma. Apoca. 18. Quantum glorificauit ſe in delicijs ſuis, tantum date ei tormentũ & luctum. Quarto fuit auarus in detinẽdo & crudelis, cum dicitur, & nemo illi dabat. contra quod in pęna ſuſtinuit repulſæ verecundiam. Audiuit enim fili recordare &c.

*G*
*Diues. Quõ diues iſte mortuus eſt mortibus multis.*

Mortuus eſt igitur diues, & ſepultus in inferno. Præterito perfecto vtitur, quia pfecte mortuus eſt mortibus multis. In canonica Iudæ. Arbores autũnales bis mortuæ, immo ter mortuæ, quia morte naturæ, culpæ, & gehennæ. De quo Apocal. 18. Ve. ve. ve. habitantibus in terra. & dicuntur autũnales, quia tunc cadunt folia, id eſt tunc eis excidunt oĩa bona tẽporalia, quibus quaſi arbor folijs ornabantur. ps. Diues cũm interierit nõ ſumet oĩa bona, neq; deſcendet cũ eo gloria eius. Eſa. j. Erit ſicut quercus defluentibus folijs, & quaſi ortus ſine aqua.

*H*
*Quercus. Quõ diuites dicuntur quercus.*

Quercus infructuoſa eſt, & durior inter ligna, quia tales ſunt ſteriles & corde duri. Vulgo dicitur. Cor eorum cor quercinum. Itẽ quercus paſcit porcos, & ipſi ſuos carnales appetitus, uel magis ſuos filios male moratos, uelut porcos qui ſuis bonis gaudent. Aues.n. coquinæ non plumantur, niſi mortuæ, & niſi excalidatæ, ſic nec auari huius diuitis exemplo, niſi ſint iam mortui & in inferno excalidati. Tunc.n. plumantur à parentibus, uermibus, & dæmonibus.

*I*
*Diues. Quõ iſte diues õptime ſepultus eſt in cimiterio inferni.*

Et ſepultus eſt in inferno. Sed nõne ſepultus in cimiterio? Dicitur ꝙ & hoc ſibi impenſum eſt ad aliquod ſolatium, non ſui ſed ſuorum, ſed hoc iniurioſe factum eſt, nec hoc ei debebatur. Repetendus.n. erat ab eo, cuius erat parrochianus. Sepultus enim fuit in nõ parrochia ſua, quia cimiteriũ erat Chr̃i. & ipſe parrochianus dyaboli. Agnoſcitur enim quis parrochianus à quo baptizatur. cui reddit decimas, & primitias à quo horas & miſſas audit. baptiſmus fit in aqua, & ibi recipitur caracter. Sic ſuos baptizat dyabolus in aquis concupiſcentiæ, & hoc eſt quod Pharao præcepit paruulos mergi in flumen Aegypti Characterẽ dyaboli recipit, qui ei conſignatur. i. ſignũ diabolicæ vitæ accipit. Apocal. 16. Factum eſt vulnus ſęuum, & peſſimum in hoĩbus habẽtibus caracterem beſtiæ, id eſt talem baptiſmum. Similiter nec primitias, id eſt initia bonorum operum, nec decimas, id eſt perfectiones, & conſummationẽ eorum Deo dedit, aut etiam malorum operum primitias, & decimas ſacerdoti in cõfeſſione dedit. i. primos motus vitiorũ & eorum conſummationes, ſed magis dyabolo. Ideo cõgruenter ſepultus eſt in inferno. Præterea iuſte ſepultus eſt ibidem, quia uenter iſtius epulonis, uel etiam guttur eius erat ſepulchrum patens, in quo ſepeliebantur morticina pullorum, & aliorem animaliũ, & boni morſelli, & fętores multi, qui ex cibis relinquuntur, vnde generantur morbi. Philippen. tertio. Quorum Deus vẽter eſt. Pſalm. Sepulchrum patens eſt guttur eorum. Illud enim conſequens ſequitur ad iſtud antecedens. Iob. vigeſimoprimo. Ducunt in bonis dies ſuos, ecce antecedens. & in puncto ad inferna deſcendunt, ecce cõſequens. Pręterea erat iterum ſepulchrũ dealbatum exterius indutus purpura, & byſſo, ſed interius plenus omni ſpurcitia. de quo Matthæi vigeſimotertio. Quæ à foris apparent hominibus ſpecioſa, intus autem plena ſunt omni ſpurcitia, & oſſibus mortuorum.

*K*
*Diues. Quõ aperuit oculos ĩ tormentis.*

Cum autem eſſet in tormentis eleuans oculos ſuos vidit Abraham, & Lazarum in ſinu eius, ſecundum Philoſophes ictu fulminis percuſſi, ſi dormiant, inueniuntur habere oculos apertos, ſic iſte fulmine diuinorum iudiciorum percuſſus dũ dormiebat ĩ pctĩs, inueniť ĩ inferno hr̃e oculos aptos. ꝑterea pẽnis colũbę ſimplicis

in

in altum volabat Lazarus. Propterea venit ad columbarium Dei, ſed quia diuitis pennæ erant deargentatæ, non potuit alte uolare, ſed cito decidit in infernum.

*L*
*Diues. Quod iuſtè diuiti euangelico denegata eſt miſericordia.*

Secundo tangitur iuſtitia De iuſtiſſimè ei negantis miſericordiam, & hoc propter quatuor. Primo, qa miſericordiã indebito modo petebat. Ait.n. pater Abraham miſerere mei. Rogo te vt mittas Lazarum, vt intingat extremum digiti in aqua, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. In qua petitione tanguntur quinq; verba, quæ magis merebantur iram, quam miſericordiam, in quibus aperte cognoſcitur, ꝙ erat de inferno. ſ. ad idioma ſuũ. Primum eſt uerbum adulationis cum dicit pater Abraham. Patrem.n. adulando uocat, cuius nunquam voluit eſſe filius, & quẽ ſicut patrem imitari noluit. Petrus Rauennenſis. Qui genitoris opera non facit, negat genus ſuum dicente dño. Si Abrahæ filij eſtis, opera Abrahæ facite, & uere non erat filius Abrahę, ſed gehennæ. Cõſultius fecit filius prodigus, qui dixit. iam nõ ſum dignus vocari filius tuus, ſed hæc erat perturbatæ mentis oratio, quæ quidẽ perturbatio reprobis accidit, vel ex ſubita mutatione, vel ex pœnarum acerbitate, vel ex mẽtis in res varias alienatione. de qua Sap. 5. Videntes turbabuntur timore horribili. Secundum verbum eſt præſumptionis, cum dicit. Mitte Lazarum. Magna præſumptio. Ab illo vult ſeruiri ſibi, cui ſeruire noluit. cum tamen non mereatur ſeruitiũ recipere, qui non vult ſeruire. Non petit vt ducatur ad Lazarum, ſed vt Lazarus ad eũ mittatur. Rauennenſis adhuc diuitẽ iſtum ſua malicia non deſerit, qui non ſe ad Lazarũ deduci petit, ſed ad ſe Lazarum vult deduci; ſ. de gremio patris ad infernum, de ſolio ſublimi ĩ abyſſum, qui tñ minimum ſeruiẽtem ad eum noluit mittere, dum iacebat ad portam. hoc iterum faciebat illa perturbatio diuitis. de qua Sap. 17. Semper pręſumit ſæua perturbata conſcientia. Tertium verbum eſt deſperationis, cum ſubditur. vt intingat extremum digiti ſui in aqua, deſperabat enim (& iuſte) de perfecta miſericordia conſequenda. Ideo quaſi ſtillã miſericordiæ poſtulabat. Criſoſt. Qui in precioſis excelluit in culpa, viliſſima petit in pęna. Iniquitas.n. prævaluit aduerſus innocẽtiã pauperis, qui parua quærebat, & parua ei denegata ſunt. Ideo diues ĩ imo poſitus ab eo, qui iam in apice dignitatis conſtitutus erat, parua petiit, & parua ei denegata ſũt. Aug. Super p̃s. Duos genuit Adam. in vno fuit iniquitas. ſ. in Cayn, & in alio iuſtitia. ſ. in Abel. Præualuiſſe videtur iniquitas ſup iuſtitiã, qa occidit Cayn ĩiuſtus Abel iuſtũ innocentem, ſed veniet mane, qñ donabuntur iuſti in matutino, & tunc videbitur vbi ſit Abel, & vbi Cayn. Quartum uerbum eſt impatiẽtiæ, & murmuris, cum dicit. crucior in hac flamma, ac ſi diceret. dñs me dure & aſpere punit, non recognoſcens humiliter, ꝙ culpæ ſuæ debebatur talis pœna, ſicut & latro, qui dicebat. Luc. 23. Nos quidẽ iuſte digna factis recepimus. Secundo iuſte denegata eſt ei mĩa, quia mĩam receperat. Vnde ſubdit̃ reſponſio. Fili recordare quia recepiſti bona in vita tua. Non eſt iuſtum ſimul habere oua, & obolum quo emuntur. Oſeæ 4. Miſerebor eius, qui fuit abſque miſericordia. De miſericordia quã facit diuitibus ĩ præſenti dicitur Oſeæ 14. Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina, & quaſi ros mane pertranſiens, quia ſicut nubem matutinam ſequitur tempeſtas, ſic mĩam diuitum in hoc ſæculo ſequitur calamitas in alio, & ſicut poſt rorem ſolet vigere magnus calor, ſic poſt præſentem mĩam quæ parum durat ad modũ roris, ſequitur calor gehennalis. propter hoc melius eſt ſentire Deum quaſi crudelem, vt eum ſentiamus in æternũ miſericordem. Aug. Dñe hic vre, hic ſeca, vt in æternum parcas. Propter quod dicebat illa bona mater. 2. Mach. 7. Ne timeas carnificem iſtum, ſed dignus fratribus tuis te recipiam. Tertio denegata eſt ei iuſte, quia mĩam non fecerat. Vulgo dicitur a telle guayne tel couſteau. Iaco. 2. Iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui non fecerit miſericordiam. Vnde nouẽ ſunt quæ reddunt iſtum hoĩem totaliter inexcuſabilem. Potuiſſet forte dicere. o pater Abraham, nullus erat qui indigeret miſericordia, ſed ei dicitur. erat quidam, ſed dicet tot erant pauperes, ꝙ non ſufficiebã ad miſericordiam omnibus faciendam. Cõtra quod dicitur, immo erat quidam, & nõ multi, ſed dicet, dñe nõ petebat. Contra qđ ĩmo erat quidam medicus. Sed iterũ dicet non cognoſcebam eum, immo erat Lazarus nomine omnibus cognitus. O dñe non expectabat, ĩmo iacebat. O dñe erat nimis longe,



lõge, nec habebã p quẽ poſſem ei mittere, immo iacebat ad ianuã tuam. Sed domine trutannus erat, & laborare poterat, immo erat vlceribus plenus. Sed dñe non comediſſet de cibarijs meis, ĩmo ſolum cupiebat ſaturari, vel dñe nimis p̃cioſa petebat, ĩmo de micis, quæ cadebant de menſa tua. Et dñe neminem habebam exemplar, qui me erudiret. ĩmo & canes lingebãt vlcera eius compatientes ei. Quia ergo nullam excuſationem potes prætendere, iuſtiſſimè tibi denegata eſt miſericordia. Eccle. 28. In hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecabitur?

Quarto denegata eſt ei miſericordia, qa tempus miſericordię tranſierat. Tempus.n. miſericordiæ eſt tempus vitæ præſentis. p̃s. Tu exurgens dñe miſereberis Syon, quia tempus miſerendi eius. ſ. in præſenti, quia venit tempus aliud. ſ. iuſtitiæ p̃s. Cum accepero tẽpus, ego iuſtitias iudicabo. Stultus ergo erat diues, qui ad miſericordiã petendam expectauerat vſque ad tempus futuræ vitæ, ſicut qui petit ceraſa in hyeme. Sapiẽs mercator non expectat quouſque moneta cadat, immo antequàm cadat, & dum res inueniuntur uenales, emit quod habet emere, modo burſa miſericordiæ aperta eſt. modo pons demiſſus eſt, qui leuabitur, niſi feſtinemus. Moneta bonorum operũ currit quæ non curret in inferno, quia nec opus nec ratio, nec ſapientia, nec cõſilium apud inferos, quos tu properas Eccleſi. 9. Modo regnum cęlorũ venale eſt, & miſericordia venalis, & ad bonum forum, quæ in foro futuro nullo modo poterit comparari. Stultum eſt ergo expectare vſque in futurum. Eſaiæ 27. Non eſt populus ſapiens, propter hoc non miſerebitur eius, qui fecit illum. ſi enim ſapiens eſſet, utique nouiſſima prouideret. Propter hunc quartum modũ ſubdit Abraham. Et firmatum eſt chaos magnum inter nos, & uos. quod eſt diuina ſententia, vt qui volunt inde tranſire non poſſint.

*M*
*Diues. Qũo diues paſſus eſt repulſam.*

Vidẽs ille miſer, quia repulſam paſſus eſt, ſecundo petiit ab eo. rogo ergo te pater, vt mittas Lazarum in domo patris mei. habeo enim quinque fratres, vt teſtet̃ illis ne veniant in hunc locum tormentorum. In quo habẽtur quatuor documenta. Primum eſt, ꝙ contingit quãdoque ab alio auxilium petere in aduerſis, quẽ homo in proſperis dedignabatur reſpicere. Petit.n. diues Lazarum ſibi in auxilium, quẽ cum canibus gregis ſui dedignabatur uidere. Caueant ſibi in magnis honoribus conſtituti, ne quid eis ſimile contingat. Fortuna enim uitrea eſt (ut dicit Seneca) inſtabilis multum eſt, qui ſuper vitrum pedigus inſidet. Secundum documentum eſt, ꝙ ſemper homo debet curare de amicis, & dolere de eorum damnatione, quin ille qui in tormẽtis poſitus erat, & damnatus, petiit ad hoc Lazarum mitti. Tales enim ſunt damnatis peiores, qui nec patris nec matris miſerentur. Tertium documentum, ꝙ malus diues primum orabat pro ſe. & deinde cũ nõ fuit exauditus, orabat p parentib. ſuis, nec fuit exauditus. In quo oſtẽditur, ꝙ damnati nõ ſunt proximi, ſed alieni, nec poſſunt nos iuuare, nec non eoſipſos. In hoc demum oſtẽditur, ꝙ ſi quis pro ſe ipſo orans indignus ſit audiri, nec pro extraneis. Quartum documentum contra errorem Vualdẽſiũ, ꝙ ſi libertatem orandi non perdidit reprobus diues in inferno orando ſanctum Abrahã pro fratribus ſuis, multo magis nec ſancti qui ſunt in cœlo libertatẽ pro nobis orãdi perdiderant, quam prius habuerũt in terris, licet in cœlo aliter quàm hic orẽt. quia hic orant cum pietate iuncta mĩæ, illic cũ mĩa nihil detrahente gloriæ.

*N*
*Orare. Qũo ſancti orãt p nobis.*

Cõicat hic quodammodo iuſtus aliorum miſeriis, quãdo miſericorditer orat pro miſeris, ſed poſtquã miſeria commutatur in gloriam. non poteſt fundi miſeranda oratio, quã comitatur incõmutabilis beatitudo. Non.n. neceſſe eſt eis genua flectere, nõ lachrymas fundere, non vbera multiplici fundendo laborare. Hoc.n. in illa ciuitate perſpicue uidet̃ abſque huiuſmodi Soli affectus Deo noti & illic præſentati, ſufficiunt ad exaudiendum. propter quod & eccleſiæ conſuetudo eſt illa beata agmina frequentibus litanijs, & alijs orationibus in ſuum auxilium aduocare. Intelligit.n illos, quibus ſupplicat Deo viuere. cum de exodo aſſumat Chriſtus in euangelio teſtimoniũ. Deus (inquit) non eſt mortuorum, ſed uiuorum. Oẽs.n. viuunt ei. vnde & Moyſes peccatum deleri precatur, propter merita ſanctorum patrũ.

*O*
*ſacra ſcriptura. Qũo magis credẽdum eſt ſcripturæ ſacræ, q̃ reſurgentibus mortuis.*

Reſpondit Abraham. Habent Moyſen, & prophetas ipſos audiant. ſm Aug. hoc compulſus eſt dicere poter exempla viuentiũ. vt magis credãt ſcripturæ, quàm etiã mortuis reſurgẽtibus. Legimus.n. multos reſurrexiſſe,

rexiſſe, ſed paucos poſt eorum reſurrectionem, aut ſcripſiſſe, aut alis enarraſſe. Secũdo, primo de lege loquit̃ Abraham, deinde de pphetiis, quia lex moralia prophetę myſteria tradiderunt. Legiſlator docet facere bonum de præſenti prophetia; quæ eſt de futuro docet vitare ſupplicium. Tertio, in hoc ꝙ illa duo coniungit, oſtendit in illis duobus ſufficiens eſt doctrina vnde & eadẽ dñs coniunxit Lucæ vlt. Incipiens à Moyſe & prophetis, interpretabatur eis ſcripturas quæ erant de eo. Quartò oſtendit peccatũ eorum ex contemptu doctrinæ eſſe, cum dicit. Audiant illum. ſ. ſi velint. Prouerb. 21. Vir qui errauerit à via doctrinæ, cum cetu gigantium. i. dæmonum commorabitur. & hoc forte dicit, quia plus peccat qui ſcit. quia eſt malitia ſimilis malitię dæmonum. Nõ pater Abraham, ſed ſi quis ex mortuis ierit credent. Ait illi, ſi Moyſen & prophetas non audiant, neque ſi quis ex mortuis reſurrexiſſet, credent. Sic ſuſurrare conſueuerunt mundani. O ſi quis veniret ex mortuis, & quod illic agitur referret, omnes ei crederẽt. Sed hoc falſum eſt, quia Chriſtus primogenitus mortuorum ſurrexit à mortuis, nec ei crediderunt. Criſoſt. Chriſtus à mortuis reſurrexit, & quę mala erant in inferno nunciauit. deſcendit de cœlo, & quæ bona erant, ibi prædicauit, nec ſic crediderunt ei. Similiter & Lazarum ſuſcitauit à mortuis, qui etiam multa reuelauit de inferno, & tamen non crediderunt ei, ſed cogitauerũt ei occidere. Io. 12. Præterea poſt Moyſen, & prophetas. i. prædicatores, & doctores miſſi ſunt viri mortui mundo. ſ. religioſi, viuentes autem Deo. ſed nec crediderunt. quod ſignificat dñs cum dixit Matth. 11. Venit filius hoĩs manducans & bibens, & dicunt potator eſt, & nihil faciunt ꝓ eo. Venit Ioannes ſicut mortuus non manducans, neq; bibens. & dicũt dæmoniũ habet.

*Sermo 3. eiuſdem feria 5. poſt 2. Dominicam quadrage. per idem thema. & in ord. 53.*

*A*
*Diues euangelicus.*
*Quare iſte diues ieiunauit*

VVlgo dicitur, qui cuſtodit de ſuo prandio, melius habet ad cenandum, quod manifeſte appet in diuite, & Lazaro. Quia enim iſte diues totum in mane comedit, & nihil reſeruauit, ideo in cœna ieiunauit. Si vero Lazaro aliquid de ſuo prandio dediſſet, hoc ad cœnam ſibi reſeruaſſet, Eccl. 11. Mitte panem tuum ſuper tranſeũtes aquas, id eſt, ſuper pauperes de oſtio ad oſtiũ tranſeuntes, & poſt multa tempora inuenies illum. Quia ergo iſte nihil dedit Lazaro, in cęna meruit audire. fili recordare &c. quaſi ibi diceretur: totum mane comediſti in prãdio, nec guttam aquæ reſeruaſti. ideo dicit. Eccleſi. 20. Veh terræ cuius rex puer eſt. i. pueriliter viuens, & cuius principes. i. ſenſus, mediantibus quibus terra corporis noſtri regitur mane comedunt. Lazarus autẽ quia in mane non comedit, immo potius ieiunauit, ideo ĩ cęna futuræ vitæ ſatiari meruit. Matth. 5. Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam &c. Quia ergo iſte diues nihil ad cęnam reſeruauit, ideo mendicare compulſus eſt. Non ergo erubeſcamus diuinũ auxilium mendicare in hoc ſæculo, inſtar villici iniquitatis, qui dicebat mendicare erubeſco. Ne forte mendicemus in futuro, quæramus igitur auxiliũ gratiæ à glorioſa virgine dicentes. Aue.

*in alio calo.*

*B*
*Seda, De du ci ſea Dei ſa ſerua. die, a ſtiua.*

Secundum doctrinam theologorum duplex eſt ſedes Dei. Quædam eſt ſm̃ præſentem iuſtitiã, quæ uocatur ſedes miſericordiæ, in qua miſericorditer præmiantur reprobi, & puniuntur electi. Secũda ſedes eſt ſecundum ſtatum alterius uitæ, in qua ſedet iuſtitia ſecundum æquitatem meritorũ electos præmiãs, & reprobos atrociter crucians. Hæ duæ ſedes per duas virgas, quas vidit Zacharias propheta deſignantur. Zacha. 11. Quarum vna dicitur virga decoris, alia virga funiculi. Virga decoris vſa eſt diuina miſericordia ſuper diuitem, quãdo induebatur purpura, & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide. & virga funiculi ſuper Lazarum, qñ flagellauit eum egeſtate, doloribus, & miſeriis. Econuerſo ſedes iuſtitiæ in futuro ſæculo aliter his duabus virgis uſa eſt. Primo ſuper Lazarum virga decoris, qñ regnum decoris, & dyadema ſpeciei accepit de manu dñi. Super diuitem uero virga funiculi, quando in carcerem inferni truſus, eculeo gehennæ, & tormentis afflictus eſt. & hoc eſt quod dicit Abrahã. Fili recordare, quia recepiſti bona &c.

Primo igitur dicemus, qualiter in ſede miſericordiæ vterq; adiudicatus eſt, deinde qualiter in ſede iuſtitiæ. In prima ſede adiudicatus eſt diues diuicijs, honoribus, & delitiis. Lazarus autem doloribus, & anguſtijs. Econtrario in ſede iuſtitiæ. Primo igit

diues



diues in hoc ſc̃lo adiudicatus eſt diuitiis. vnde dicitur. Homo quidam erat diues.

*C*
*Temporalia bona. Qđ tẽporalia bona afferũt ſe ĩ continuũ laborem & inſtabilitatẽ.*

Multiplicatio bonorum temporaliũ nõ ſolum eſt occaſio peccandi, ſed etiam multa mala penalia inducit. Primum eſt motus continuus repugnans quieti & ſtabilitati, ita ꝙ in tali multiplicatione eſt defectus quietis. Primo hoc probat Criſoſto. in opere imperfecto ſuper illo Mate. 11. Venite ad me omnes. Putas ꝙ diuites mũdi iſtius non laborent, vere maiores labores & ſolicitudines habent q̃ ſerui dei dicente propheta. contritio & infelicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt. hæc Criſoſto. & tamen (quod admirabile eſt) vitam ſeruorum dei abhorrent tanquam laborioſam. Et ratio eſt, quia proprium laborem & dolorem conſiderant. quanto enim plus mouentur & plus laborant, tanto minus percipiunt, quia in circuitu impij ambulant. Eſt autem differentia inter illud quod mouetur in circuitu, & quod mouetur recte, quia quanto aliquid velocius mouetur in circuitu, tanto minus apparet moueri vt patet ĩ troco puerorum, qui quã do mouetur velociſſimè in circuitu videtur quieſcens. Oppoſito modo eſt de recto Sic laborantes in hoc ſęculo vident labores Bonorum qui recte mouentur, ſed non vident ſuos labores. vnde dicebat diues de ſeipſo. Ego dixi in abundantia mea nõ mouebor in ęternum, cum eſſet in motu continuo. Hie. 14. Hæc dixit dominus deus populo huic qui dilexit mouere pedes & non quieuit vt domino placeret. Eccleſi. 1. Multiplicationem greſſus illius quis intellexit. Secundo hoc idem patet, quia refugiũ pauperũ eſt ſtabile & firmum ſ. ipſe deus. pſa. Factus eſt dominus refugium pauperi. Super quo Caſſiodorus. Copioſa res pauperum & magna cogitatio gaudiorum, ipſum habere refugium quem iudicem formidamus. Eſa. 14. Pauperes fiducialiter requieſcent. De refugio diuitum dicitur. prouer. 14. Gloria diuitis vrbs roboris eius, quia totum refugium eorum eſt ad ſubſtantiam ſuam & diuitias, quod eſt refugium valde tepidum. quia diuitię ſunt potius cauſa timoris quam ſecuritatis. primo ethi. Multi propter diuitias perierunt. pſa. Poſuiſti firmamentum eius formidinem. Aug. Pauper in cella, diues in conſcientia, ſecurior dormit in terra q̃ diues in purpura. Secũdum malũ eſt diuiſio a ſeipſo vel infra ſeipſum repugnans cordi ſimplici. vnde Augu. ſup illo verſu. A fructu frumenti vini & olei ſui &c. Aĩa tpaliũ bonorũ deciſiõe vel ſuccisione. i. a fructu frumenti vini & olei ſui innumerabilibus complexa fantaſmatibus ſic multiplicat̃, vt non poſſit agere quod præceptum eſt. Sentire de domino bonitate, & in ſimplicitate cordis quærere illum. Patet hoc in ſimili de ſpeculo. Quandiu enim ſpeculum eſt integrum, non apparet ymago niſi vnius rei. ſed ipſo fracto tot apparent ymagines quot ſunt fractiones. Sic anima (quæ ſpeculum quoddam eſt) q̃diu ſeruat integritatem innocentię. tãdiu relucet in ea vna ymago ſummi boni. ſed iſta integritate perdita, quãdo ſpeculum illud grauiter ad terram alliditur & frangitur, recipit multas ymagines illius ſummi boni, quia tales non q̃runt illum habere ĩ ſe, ſed in ipſius exili & tenui ſimilitudine, dicentes nõ in ſingulari. Quis oſtendit nobis bonum. ſed in plurali. quis oſtendit nobis bona. Et cauſa eſt ſecundum pſa. Quia multiplicata eſt ĩ eis ruina. Cõfracti enim ſunt & ad plura diuiſi & nõ collecti. Sic iſte diues poſtq̃ quietem habuit in diuitijs ſuis in quibus confidebat ſtulte (epulabatur enim in eis ſplendide) ſic a ſe diuiſus eſt, vt ſibi ſuęque ſaluti non intenderet. Exo. 5. Diſperſus eſt populus per vniuerſam terram egypti ad colligendas paleas

*D*
*Tẽporalia bona. Qđ hæc bona multiplicata diuidunt hominẽ à ſe ipſo ĩ plura fantaſmata.*

*E*
*Tẽporalia bona. Q̃uo illa diuidunt hominem diuitẽ cõtra proximum.*

Tertium malum eſt diuiſio a proximo repugnans charitatis. & ex iſto malo infinita oriuntur. Criſo. ſuper mat. Vnde putas inimicitias & altercationes ad inuicem, niſi pp auariciam. pp inuidiam. pp ſuperbiam pp iactantiã, propter vanos honores. Tolle hæc, nulla diſcordia inuenietur in Chriſtianis. Seneca epiſtola. 2. inter homines cõſortium inuiolatum aliquandiu manſit, antequam ſocietatem auaritia deſtruxerit. Conſtat autem bona temporalia, auariciã & cætera mala enumerata generare. Inde diues iſte ſic diuiſus eſt a proximo ſuo, ꝙ in oſtio ſuo iacentem non videbat pauperem. Secundo adiudicatus eſt honoribus. vnde ſubditur. induebatur purpura, & biſſo. Arguitur autem diues de cultu veſtium propter multa. Primo propter ſumptuoſitatem quæ reſpicit precium. Poſſent enim in alijs vſibus poni, de quibus miſer operit cadauer putridum. vt bene poſſit adduci,

*F*
*Veſtimẽtum. Q̃uo pp multa veſtiũ cultus eſt periculoſus*

quod

quod Magdalenę induxit Iudas. vt quid perditio hæc? Potuit.n.iſtud venũdari &c. Iob 20. Gaudiũ hypocritæ ad inſtar pũcti, q eſt ita modica pars ꝙ nõ dr̃ quãtitas, ſed quãtitatis principiũ. vñ geometra. Pũctus eſt, cuius pars nõ eſt. Sic ita parua eſt gloria tẽporalis, ꝙ partẽ nõ habet, & ſic de pũcto, qui ita paruus eſt. protrahitur linea pœnæ æternæ infinita. Eſa. 5. Veh qui trahitis iniqtatẽ ĩ funiculis vanitatis, & quaſi vinculũ plauſtri pcm̃. Licet.n. ĩdulgeatur mulierib. ornatis vt placeãt viris ſuis, hoc tñ eſt cũ ſobrietate. 1. Ti. 2. Mulieres in habitu ornato cũ verecũdia & ſobrietate ornantes ſe nõ intortis crinibus. Scd̃o pp multiplicitatẽ mutatoriorũ, quibus partice onerãtur, & tineis corrodũtur, & paupes nudos dimittũt, quos nudãdo ſe veſtiunt. Iob 24. Nudos dimittũt hoĩes ueſtiméta tollẽtes. Sic de iſto credẽdũ eſt, ꝙ nõ cadẽ ueſte quotidie vtebat̃, ſed multiplici. Iuduebat̃.n. purpura, quę ſanguine tingitur, qa cõiter tales veſtes tinguntur ſanguine, & ſubſtãtia pauperum. Eccle. 34. Panis egẽtiũ vita pauperũ, qui defraudat illum hõ ſanguinis eſt. Sed byſſus cãdida ei adiũgitur (quę cãdorẽ mẽtis ſignificat) quã ad palliãdã ſuã iniqtatẽ ſumũt, & allegãt ꝙ illud qđ faciũt, iuſte faciũt, imponẽtes mirabilia pauperibus qui defenſionẽ nõ hñt Hier. 2. Quid niteris oſtẽdere viã tuã bonã? In alis tuis inuẽtus eſt ſanguis pauperũ. In alis cõiter nõ inuenitur multũ ſanguinis. Alæ.n. portant auẽ in altum. Alæ ſunt diuitię, quibus exaltatur diues, inter quas inuenitur ſubſtãtia pauperis. Sanguis.n. eſt ſubſtãtia corporis. Tertio propter curioſitatem, quæ reſpicit ſtudium. Student n tales vt decori, & nobiles, & diuites appareãt, & vt veſtimenta optime fiant, & ſm̃ nouas inuentiones. Grego. Nemo putet in fluxu, & ſtudio ueſtium deeſſe peccatum. Alioquin de aſperitate veſtium non laudaretur Ioannes à domino. vnde iſte diues induebatur purpura & byſſo, & forte de bonis templi. Nec.n. dicit ſcriptura ſi fuerit ſacerdos, leuita, vł laicus. vñ Exod. 26. Purpura & byſſus iungebãtur in cortinis tabernaculi. Significant.n. bona, q̃ conuertenda ſunt in vſus diuinos, & alimoniam pauperum, & fabricas eccleſiarum, & tamẽ huiuſmodi bona in curioſitatem, fatuitatem, & luxuriam conuertuntur, & nihilominus huiuſmodi vitia palliant dicẽtes (ſicut in Daniele ſcriptum eſt.) Omnia comedit Bel. i. omnia conuertũtur in vſum & cultum Dei, & tamẽ Bel nihil comedit, ſed mulieres, & paruuli eorũ, & cõcubinæ. Hæc byſſus dr̃ retorta, quia cõiter duplicia habẽt bñficia domeſtici prælatorum. Oẽs.n. domeſtici eius induti ſunt duplicibus. Sed nõ cõuenit eis quod ſequitur. Nõ timebit domui ſuæ à frigoribus niuis, quia induentur ſicut diploidæ cõfuſione ſua. Quarto arguitur propter indecẽtiam ſtatum reſpiciẽtẽ. Induebatur.n. iſte ad modũ regis. Soli.n. reges tẽpore antiquo purpura induebãtur, vel quibus cõcedebatur à regibus, ſicut de Ionatha legitur in 1. Macha. 11. Non.n. decet clericum indui ſicut antiſtitem, nec religioſum ſicut clericum, ſed magis pilis camelorum. Vnde veſtem indecentem uocat dominus veſtem peregrinã. Soph 1. Viſitabo ſuper omnes indutos veſte peregrina. Nõ.n. decet virum indui mollibus, ſicut mulieres. Deute. 22. Non induetur mulier ueſte virili, nec ecõuerſo. Quinto propter fallaciam. Quidam enĩm magni putant apparere, eo ꝙ precioſo habitu veſtiuntur, ſed uiſus fallitur, quia apparet ꝙ nõ eſt, & in eo magis illuduntur, ſicut in domo Herodis in byſſo. i. veſte alba illuſum eſt Xp̃o, & ĩ domo Pilati purpura. Sic cũ purpura & byſſo diuitib. huius ſęculi illudit̃. qbus (inſtar diuitis huius) in fine exuũtur, & ſuis induentur. Sua aũt erit purpura. de qua Eſa. 14. Subter te ſternetur tinea. Byſſus etiam ſua conuertetur in abiſſum, byſſus candida in abiſſum tenebroſam, ſed & hominum communi iudicio, quid pſumitur de illo, qui precioſe ueſtitur, niſi ꝙ ſicut carne, ita & corde mollis ſit? Eccle. 14. Amictus corporis & riſus dẽtiũ enunciant de illo. Matthę. 11. Quid exiſtis in deſertum videre? hoĩem mollibus veſtitum? ecce qui mollibus veſtiuntur &c. Vnde Gedeon fecit ephod ex ornamẽtis mulierum, vbi reprehenditur eius pręſumptio, quia q tantam curam habet de corporis ornatu, parum curat de animæ veſtimento, quia frequenter corpore precioſe veſtito nuda remanet anima, cũ tñ dicatur Matt. 11. Nõne aĩa plus eſt, q̃ eſca, & corpus plus quã veſtimentũ? & ẽt de ornatu aĩæ potius eẽt prouidendum, cuius faciem vt ſponſæ ſuæ dñs intuetur. Sexto propter anticipationẽ quę reſpicit futurorum præiudiciũ. Timẽ-





dum eſt ei, qui ſic ornat corpus, ne iã dotes ſuas habeat quãtũ ad corpus. ſicut iſte diues euãgelicus tpe vitæ ſuæ eas habuit, qbus poſtea denudatis, ſepultus eſt ĩ inferno. In hoc fallit illud ruſticanum prouerbiũ. Melius eſt vnũ tene, q̃ duo tu habebis. Talis cito nimium accepit partẽ ſuã, & cũ mortuus eſt, nihil inuenit. Et in hoc ẽt fallit illud aliud prouerbiũ. Qui prius accipit nõ pœnitet. Iſte prius accepit, & pœnituit, Lazarus expectauit, & in loco paſcuæ, & bonorũ collocatur. Diuites.n. hic accipiũt partẽ ſuã dicẽtes illud Sap. 2. Venite fruamur bonis, quæ ſunt, qm̃ hæc eſt pars nr̃a. Paupes vero expectant dicentes illud Tre. 3. Pars mea dñs, propterea expectabo illũ.

G
*Diues. De multiplici diuite.*

Tertio adiudicatus eſt diues in curia miſericordiæ ad delicias. vñ ſequitur. epulabitur quotidie ſplendide. Hinc Augu. ſermo. 50. ad hæremitas. Inter carnem & animã ſuam male iudicabat hic diues, quia cũ ſciret aĩam ſuã multo meliorem eſſe, quã carnem, omnia carni dabat, nihil ſpiritui. Ideo iuſtus inueniri nõ poterat, qui ſibiipſi iudex iniquus erat. Vnde quidã eſt pauper ſibi, qui aliis diues eſt, q multa hẽt, & ſemper in egeſtate viuit, ſed aliis theſaurizat. Diues ſibi, & pauper aliis, qui ſibi videtur diues, qui multa habet ſtercora, & alios depredatur. Diues ſibi & aliis eſt, qui multa bona habet, ſed illa largitur. Sed eſt diues qui ſibi & aliis pauper eſt, qui nec bonis ſuis vtitur, ſed parcus eſt, nec alijs elargit̃.

In ſecunda parte uidendum eſt quomodo in ſede miſericordiæ adiudicatus eſt Lazarus doloribus & anguſtiis. hic tribus adiudicatus eſt. Contra diuitias erat mendicus, contra delitias vlceribus plenus, cõtra honores tam miſer, vt de micis menſæ diuitis deſideraret ſaturari, & nemo illi dabat.

H
*Diues. Propter qđ facit dominus paupere.*

Circa primum dicitur. Erat primo mendicus. Aug. in Homel. Facit dominus pauperes vt probet diuites. facit diuitem vt pauperem adiuuet, pauperem vt diuitẽ probet. Qui enim pauit Helyam per coruum, paſcere per ſe poteſt pauperem, ſed & ipſi Heliæ ſubtraxit coruum vt à vidua paſceretur, & plus præſtitit viduæ conſolationis, quàm Heliæ.

I
*Quare non nominat nomẽ diuitis.*

Sed quæritur, quare Deus non nominauit nomen diuitis, ſed ſolum Lazari? Reſponſio. Quia ſatis eos nominat mundus, & nomen eorum ſatis ſcriptum eſt in libro mundi. p̃s. Vocauerunt nomina ſua in terris ſuis. ideo dñs dedignatur nomẽ eorum nominare. Mũdus.n. ſuorũ noĩa multis modis magnificat. Primo nomẽ quod eſt proprium vni aliis cõicãdo, vt ab vno Cæſare reliqui Cæſares dicti ſunt. Secũdo nomen cõe aliis, alicui mũdano reſtringẽdo, quaſi per anthonomaſiã. vt Virgilius dr̃ poeta, & vrbs Roma. Tertio noĩa propria per nomina dignitatũ abſcõdẽdo. Quidã.n. erubeſcũt proprio noĩe ſuo appellari, ſed faciũt ſe vocari archidyaconos, vel decanos. Tales.n. amant primos accubitus in cęnis, & primas cathedras ĩ ſynagogis. Alij dilatãt nomẽ ſuũ, aggerãdo multiplices dignitatũ titulos. vt ep̃s Remẽſis apoſtolicæ ſedis legatus, titulo ſanctæ Sabinæ cardinalis. q̃ oĩa inuẽta ſunt ad põpã. Tales ſignari pñt per dæmoniacũ, à quo cũ quæreretur, qđ eſt nomen tibi. Reſpondit legio. Alij etiam nominari volunt per ædificia. Cum tamen dicat Seneca. Non debet noĩari dñs à domo, ſed domus à dño. Iſti ſignantur per gigantes. de quibus Gene. 11. Venite faciamus nobis ciuitatem & turrem, & celebremus nomẽ noſtrum antequàm diuidamur. Alij per ſtrenuitatem nominari uoluut. vt Scipio Africanus, quia Africã ſubiecit. Sic illi de quibus Baruch. 3. Vbi fuerunt gigãtes nominati illi, qui ab initio fuerũt ſtaturã magna ſcientes bellum. Dñs non reputat eos, qui hic volunt ſua nomina nominari. Ideo cum loqueretur de diuite nominatiſſimo apud mundum, dedignatus eſt eum nominare. Solum autem nomen Dei debet nominari, & admirari ĩ vniuerſa terra. p̃s. Quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.

K
*Vlcus. Q̃uo vlcera peccatorum tractari debent in cõfeſſione.*

Secundo erat Lazarus vlceribus plenus. Per vlcera autẽ huius Lazari poſſunt intelligi peccata confitentium, miſericordia, & pietate indigentia. Vlcera enim non niſi blanda manu permittunt ſe tractari. Iſta ſunt peccata quæ duram correctionem non recipiunt, ſed vnguentum miſerationis requirunt, & potius lenitate, quàm obiurgatione ſananaur, quod ſignificatur Eſaiæ trigeſimonono. vbi dicitur, quòd Eſaias cathaplaſmum ficus ſuper vlcera Regis appoſuit propter dulcedinem conſolationis. Sic enim tractandi ſunt Reges, ſcilicet leniter. Secundo vlcera ſignificant peccata non occul-

ta, ſed iam per conſenſum prodeuntia. In vlceribus trahitur fex ad cutem exteriorē, quod fit qñ aperiuntur peccata per confeſſionem. Iſtorum enim maxime miſerendū eſt, qui vlcera oſtendunt peccata confitendo, quia iſti curari petunt. Tertio erat miſerrimus, & pauperrimus, quia cupiebat ſaturari de micis quæ cadebant de menſa diuitis, & nemo illi dabat. In hoc autem differunt pauperes, & diuites, quia diuites delicioſi quærunt ſibi famem corporalē, pauperes non habent neceſſe vocare eam ad ſe, quia venit ad eos etiam inuitos, & ideo mendicant vt eam à ſe expellant ſicut hic mendicus. Voluptuoſi vero quia nimis repleti, quærūt famem, & uix uenit ad eos. Quærunt autem eam primo ſpaciādo, & loca delectabilia peragrando. Sic quærebat eam Eſau. Gene. 25. Cum de agro laſſus ueniens, à Iacob lenticulam accepit. Secundo appetitum in ſalſa mentis & ſaporibus acuendo, & excitando. Contra quod Seneca. Fames palatum tuum excitet, non ſapores. Prouerb. 27. Anima ſaturata calcabit fauum, anima vero eſuriens etiam amarum pro dulci ſumet. Tertio guſtando vel guſtare tentando, tunc enim exiſtimāt ſibi adeſſe appetitum. Quarto noua cibaria, & inſueta & mutatoria quærēdo, & in uaſis precioſis apponendo. Sene. Faſtidientis ſtomachi eſt multa deguſtare. Sequitur, ſed & canes veniebant & lingebant vlcera &c. Canis tria habet. in ore latratum, in dentibus morſum, in lingua medicinam. Sic ſpiritualis adminiſtrator debet habere hæc tria. Primo latratum. i. uerbum correctionis. ſecūdo morſum aſperæ increpationis. tertio linguam mitigationis, uel conſolationis. 2. Timot. 4. Inſta opportune, importune quantum ad uerbum obiurgationis, argue, increpa, quantum ad ſecundum obſecra, quantum ad tertium. Et quia Lazarus meliores inuenit canes, quàm diuitē ſignificatur ꝙ infirmus in eccleſia Dei frequenter meliorem & magis miſericordem ſibi inuenit humilem ſacerdotem, quàm auſterum paſtorem. Eccle. 9. Melior eſt canis viuus leone mortuo. i. ſubditus humilis ꝑlato ſuperbo. vnde ſm Petrum Rauen. Mitiores ſunt pauperi canes quàm diues, beſtiæ q̃ hoīes. ait. n. Canes vlcera pauperis curant magiſterio naturæ, diues pauperē negligit accuſante natura.

L *Fames. Qūo diuites quærunt famē, mēdici quātū poſſunt, expellunt eam.*

M *Canis. De tribus quæ cōitey habet canis.*

In iſtis canibus lingentibus vlcera pauperis plura habentur documenta. Primum ſatisfactionis. ſatisfaciebant enim canes Lazaro ſicut poterant lingendo vlcera eius, quia præbendam pauperis frequenter comederant, quia diuites vnde nutriri debēt pauperes, ſepe dant canibus, & impinguāt eos, & ſæpe habent acutos dentes ad mordendum eos dicentes eis improperia, non linguas ad lambendum, & obſequendum, de quibus ꝑs. Perſecutus eſt hominē inopem, & mendicum. Canes autem dulciter lingendo pauperis vlcera, pro ſe & ꝑ magiſtro ſuo ſatisfaciebant. Secundum documentum eſt fraternæ compaſſionis. Si beſtiæ compatiuntur homini miſero, quanto magis homo in felicitate mundana conſtitutus? Ad vulnus vnius membri reſiduum corporis dolet, & patitur 2. Cor. 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? ſed nos ſumus ſicut canes qui vulneratum canē perſequuntur, & ſicut ſues quæ lambunt ſanguinem porcorum interfectorum. Non. n. miſeris compatimur. Tertium documentū eſt manſuetudinis, ꝙ exemplo iſtorum canum vlcera Lazari. i. peccatoris blāda manu debent tractari à prælatis ſuis. Quidam enim duram increpationem non recipiunt ſed miſericordiæ vnguentó melius ſanantur, & lenitate, quàm obiurgatione. Augu. Non debet diſpenſator eſſe auſterus, vbi dominus eſt pius. Quartum documentum eſt diſcretionis. Sicut enim canis aufert putredinem lingendo vlcera, ſic prædicator putrudinem culpæ lingendo lingua ſua vlcera peccatorum, maxime pauperum. ꝑs. Lingua canum tuorum. i. prædicatorum ſit ex inimicis peccato. ſ. ab ipſo Deo. Et notanter dicit pauperū, q̄a maxime diuites nō currūt ad auditū verbi Dei, ſed paupes euāgelizant. Et ſi forte occurrant verbo Dei, lingūtur vlcera ſaliua adulationis, nō lingua medicinali ſalutis. Quintum documentum eſt cautelæ, ꝙ caueat pauper à morſu canum. Sepe. n. Lazarus inter canes, pauper inter raptores, non tamen lingunt eius vlcera, ſed magis mordent & augent. Sunt. n. Helyas inter coruos, & Dauiel inter leones ouis inter lupos. Sextum documentū eſt, ꝙ exemplo canum ſi qua reprehenſibilia videamus in pauperibus, non debemus eos exaſperare, vel mordere. canes enim non mordebant ſed lingebant Lazari vlcera, quia

N [illegible]



ra. quia ſecundum Greg. Plerunque quos morum aſperitas uulnera, medicina paupertatis ſanat. Sunt tamen multi prælati qui ſunt diuites euangelici. habent ad oſtium ſuum pauperes vlceroſas, ſed decurandis ulceribus eorum non curant, ſed bene de ſaturando uentre.

*Subſermo per idem thema. Fili recordare quia recepiſti &c eiuſdem feriæ quintæ quartæ: & in ordine. 54.*

QVeritur quare in hac uita communiter malis bene ē & bonis male. ſicut huic Lazaro bono male fuit, & in corpore & in bonis exterioribus. diuiti vero bene. Reſpōſio. quòd hoc fit occulto dei iudicio. quòd boni quæ hic deliquerunt recipiant in pœna, ut ab æterna damnatione liberentur, & ut in uirtutibus & interioribus donis exerceantur & augeantur, vt probentur in tentatione. iuxta illud Sap. 3. Probauit eos dominus & inuenit illos dignos ſe. Mali uero ex quibuſdam bonis quæ hic faciunt ea ibi inueniunt, vt impoſterum ad ſola tormenta trahātur. Et inde eſt quòd paupertas in hoc ſeculo quaſi incātatrix ludēs de paſſe paſſe, de diuite pauperē facit, & de paupere diuitem. vt patet de Lazaro, qui pauper in hoc mundo, exiuit diues in alio. econtra de diuite. Dr̄ ſecundo. quòd ſi boni bona hic recipiant, hoc eſt vt prouocati ad aliquid melius creſcant. plus tamē timent proſpera quàm aduerſa. quia aduerſa dum pręſumūt ad concupiſcenda cœleſtia mentem impellunt. Si proſpera ſuppetant, tunc mens ad exteriora rapta diminuitur, ut ſic nec ad deum perfecte tendant. & timēt ne hoc pro præmio ſuorum operum computetur. Dicitur tertio ꝙ ſi malis aduerſa ſuccedunt hoc eſt vt inde corrigantur, & minorem incurrant damnationem. uel vt hic pœna incipiat in gehenna complenda. Hi diligūt exilium patriæ. & miſeram fœlicitatem huius ſeculi ſic affectant, vt cum qualibet dei offenſionem, vel proximiorum læſione hanc adipiſci malint, quàm abiecti eſſe in domo Dei. Et vnde meliorari debuerunt ſcilicet a correctione, peiores fiunt, & cadūt uel in deſperationem qua ſe credunt a deo derelictos. vel in murmurationem. dum nō cogitant ꝙ iuſto dei iudicio tribulantur. Vnde & iſta duorum (Lazari. ſ. & diuitis) diſpoſitio, in duobus ſignis gedeonis pulcherrime comprehenditur. Vellus enim fouratum diuites exprimit area dura & nuda pauperes. Ipſi diuites in præſenti rore proſperitatis & diuitiarum ſunt pleni. area i. pauperes ab ipſo rore ſunt ſicci, & per bonorū tenuitatem aridi & macri. Sed dum uenit ſignū ſecūdum. ſ. tp̄s futurū area erit rorida, & uellus ſiccum. i. pauperes erunt bonis omnibus humectati, mali diuites bonis omnibus deſiccati. Tunc enim qui modo ſunt diuites erunt pauperes & econtra. ſicuti dicit Maria in ſuo cantico. Luc. 1. Eſurientes impleuit bonis & diuites dimiſit inanes. ad quam &c. Hæc duo perſona diues ſcilicet euangelicus & pauper Lazarus, falconi & galine maxime aſſimilantur. Nam falco leuiter tractatur, nutritur, capitiatur, perticatur, & ſuper brachia deportatur, per aera volat & ſpaciatur, & ad ultimum ſuauiores aues capit, depredatur, & comedit, ſed cū moritur in ſterquiliniū proiicit. Gallina vero a menſa & camera p̄rfamilias oīno reiicitur, & cōtenta modicis granis nihil rapit aut ꝑdatur, ſed cū moritur, plumata & aſſata corā p̄rfamilias honeſte præſentatur. quam iocundo vultu reſpicit p̄rfamilias & bono vultu cum ea delectatur. Sic iſte malus diues poſtquam fuit in partica honoris indutus purpura & biſſo. epulatus ſplendide, ſepultus eſt in inferno. ubi pauper Lazarus micis quæ cadebant de menſa diuitis contentus, coram deo ab angelis letabundus deportatur. & hoc eſt quod dicit Abrahā fili recordare &c. Mane dictum eſt qūo adiudicati ſunt diues & pauper Lazarus in ſede mīę in præſenti ſeculo. Nunc dicendū eſt quomodo vterq; fuit adiudicatus in ſede iuſticię in futuro. Et primo pauper Lazarus adiudicatus eſt gloriæ, diues uero tormentis & miſeriæ. Vnde factum eſt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinu Abrahæ. Pauperes enim multum honorat dominus & hic in alio ſeculo. hic ſalutis eorum ſolicitudinem gerendo. Pſalm. Ego egenus & pauper ſum, dominus ſolicitus eſt mei. Secundo nomen eorum honorabiliter exprimendo. Pſal. Honorabile nomen eorum coram illo. Sic expreſſit nomen pauperis non diuitis. In alio uero ſeculo eos ꝑ angelos deportādo in cœlum. ut hic. Item iudicium eis tribuendo. Mat. 19. Vos qui reliquiſtis omnia &c. Tertio. quia pro paupertate dat

A *[illegible] Quare bonis male ſit in hac vita & malis bene.*

B *Vellus. Qūo uellus fouratum diuites exprimit.*

C *Diues euangelicus Pauper lazarus. Quibus potiſſimū illi duo aſſimilari poſſunt.*

D *Pauper. Qūo multū deus honorat paupes.*

eis ſalutem & glorioſam quaſi pro nihilo.
ps.Pro nihilo ſaluos facies illos.Non enim
legitur per purgatoriũ tranſire Lazarum.
ſed per patientiam ſtatim in ſinu abrahæ re
poſitum.In uitis patrum quidam ſenex dice
bat. nihil reperimus ſcriptum de Lazaro
paupere quòd aliquam uirtutem fecerit,ni
ſi ꝙ nunquam aduerſus diuitem murmura
uit.cum nullam ei miſericordiam impende-
bat, ſed cum gratiarum actione laborẽ ſu-
ſtinebat paupertatis ſibi a dño inflictũ. con
tra multos medicos murmurantes.

E

*Diues. Quare diuites periculoſius moriũtur*

Mortuus eſt aũt diues.Quàm periculoſe
moriuntur qui diuitiis abundant & auare
obſeruant eas.Alpharabius li.de differẽtia
regionum dicit.quòd in alta regione, ſicut
in montibus,diu ſani ſummus,ſed cum infir
mamur citius morimur.Et ratio eſt(ſecun-
dum Philoſophum in probleumatibus) qa
ſicut ſubtilitas aeris quæ eſt in alta regione
ſubtilem & acutam facti ſanitatem, ſic & a-
cutam infirmitatem facit & languorem.Sic
& in altitudinem mundi huius exiſtentes di
uites & potentes, quamdiu ſunt in hac uita
alti & eleuati, ſani ſunt & abſque defectu,
ſcilicet ſi contingat eos in natura deficere,
periculoſius infirmantur, cum maximis an
guſtijs decedentes Giero.contra iouinianũ.
Quanto altius hic tollimur,tanto utique ci
tius & periculoſius morimur. Claudianus
Tolluntur in altum ut lapſu grauiore ruãt.

F

*Sepulchrum. De fouea ſepulturæ ĩ inferno*

Et ſepultus eſt in inferno.Quattuor con
uenerunt ad ſepulturam huius diuitis. Pri-
mum gula ſepeliuit eum.Iuxta illud poete.
Rationis uile ſepulchrum ebrietas. Secũdũ
luxuria quam ſecutus eſt in carnali uolu-
ptate foueã fecit.de qua prouer.23. Fouea
profunda meretrix. quam qui ingreſſus fue
rit uix ab ea exit. Sed ambitio honoris iſtã
foueam(quia non ſatis profunda)profunda
uit.Vnde Dathã & Abiron ambitioſos ter
ra deglutiuit. Facit ei ſuperbia non ſolum
foueam ſed foucæ profunditatem.De ſuper
bo dicitur. Eſa.14.In infernum detraheris
uſque ad profundum laici.& hoc ideo quia
hic ſe uoluit exaltare, ideo humiliabitur.
Quarto cupiditas infodit & interrauit eum
immergit enim cupiditas animum in terre
nis.ſicut talpa quæ cęca eſt cummulat ter-
ram ſuper ſe, & ſic deturpatores eccleſiæ.
Nihil ei eſt quod magis eccleſiam nunc de
turpet quam aggregatio beneficiorum,quę
fit propter cupiditatem. aut propter titulo-
rum ambitionem. aut propter uoluptatẽ &
gulam.In huius interrogatione diuitis fue
runt multę cruces,multa luminaria, & thu
ris redolẽtia. Pauper nihil aut parum horũ
habuit. ſed pro crucibus diues habet varia
cruciatũ genera. pro luminaribus tenebras
exteriores pro ſuaui odore fœtorem. Cum
autem eſſet in tormentis.Triplex eſt tormẽ
tum Primum maliciæ.ſ. peccatum. Sap.3.
Non tanget illos tormentum maliciæ. &
iſtud affligit animam.Pſalm.Non eſt pax oſ
ſibus meis a facie peccatorum meorum. ps.
Neque urgeat ſuper me puteus os ſuum. Iã
enim de puteo inferni exalta conſcientia fe
rens interius,quæ urget miſerrimum pecca
torem afflictione maxima,ita ut uix eam pa
ti poſſit,& tamen quaſi in inferno in illa cõ
ſcientia detinetur.ita ut etiam interdum af
fligat corpus. 1. Corin. 11. Ideo inter uos
multi infirmi & imbecilles & dormiũt mul
ti.Hinc Zacha.5. Iniquitas ſed ſuper talen
tum plumbi.quia tormentum peccati ſem-
per animam deprimit ad inferiora. ita ut ni
hil poſſit aut uix operari. & hoc tormento
torquetur homo per ſtultitiam ſuam. Pſal.
Putruerunt & corruptę ſunt cicatrices meę
a facie inſipientiæ meæ. Secundum eſt tor-
mentum pœnę temporalis. quæ aliquando
utilis eſt. Sap. 2. Contumelia & tormento
interrogemus eum,ut ſciamus reuerentiam
eius Sap. 16. Propter hoc paſſi ſunt digne
tormenta ſcilicet idolatrie.pro quibus ſcili
cet tormentis bene diſpoſuiſti populum tuũ
& iſtud affligit corpus Pſal. Supra dorſum
meum fabricauerunt peccatores. 2. Corin.
1.Supra modum grauati ſumus ſupra uirtu
tem, ita ut tederet nos etiam uiuere. Hinc
de ſponſa Can.2. Sicut lilium inter ſpinas
quia eccleſia tormentis perſecutionum qua
ſi ſpinis pungitur.& tamen odorem bone cõ
uerſationis emittit. Hoc tormentum in ui-
ta præſenti non habebat ille aut ſaltem mo
dicum, qui epulabatur quotidie ſplendide
ſed bene primum quod erat tormentum in
uiſceribus. quod ſupra modum aggrauatũ
eſt in inferno quia in uita præſenti ueſtie-
batur uerme mortuo gehennæ.de quo dici
tur eleuans oculos in tormentis.& iſtud tor
mentum ſimul affligit animam & corpus.
Hie.17.Duplici cõtritione cõtere eos. Tor
mentum iſtud ex tribus fiet funiculis. Pri-
mo ex conſideratione damni. Tolerabilis
enim fuiſſe diuitem non fuiſſe, quàm cum

tantis

G

*Tormentum. Demiſſio tormento.*



tantis diuitiis cecidiſſe. & ex hoc maior eſt
afflictio.Iob.3. Quare miſero data eſt lux?
Sap.5. Quid nobis profuit ſuperbia aut di-
uitiarum iactantia.Secundus eſt condemna
tio proprii iudicii. Rom. 2. Teſtimonium
reddente illis conſcientia eorum,& inter ſe
inuicem cogitationum accuſantium atque
defendentium. Peccatum in conſcientia eſt
ſicut ſpina in manu. vel ſicut clauus in pe-
de equi. qui communiter affligit donec ex-
trahatur.Eſa.33.Orientur in domibus eorũ
ſpinæ & uepres.Proue.26. Quomodo ſi ſpi
na naſcatur in manu temulenti,ſic parabo-
bola in ore ſtultorum. Temulentus eſt qui
ultra menſuram inebriatus eſt uino uolu-
ptatis. Sicut enim ebrius habens in manu
ſua ſpinam ſe & alios indifferenter pungit
ſic proprio iudicio ſe & alios indifferenter
iudicat & pungit & inuehit, Tertius eſt ti-
mor periculi cõtinui.quia certus eſt de mor
te æterna. quia in peccato deprehenſus Sa.
17.Semper timida eſt nequitia, & tota in
omnium condemnatione. Eleuans ocu-
los ſuos. Per hoc ꝙ eleuauit oculos ſuos di
ues,oſtenditur ſtatus ipſius diuitis permu-
tatio.Primo quantum ad locum.per hoc ꝙ
Lazarus erat ſurſum & diues deorſum,qui
ſolebat ſedere in alta menſa & pauper ad
ianuam.Prouer.29. Superbum ſequitur hu
militas,& humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria
Exo.9.Cinis in cœlum ſpargitur,& inde na
ſcuntur ulcera & ueſice in hominibus & iu
mentis. Cinis in cœlum ſpargitur quando
pauperis Lazari humilitas exaltatur.Sed in
de naſcuntur ulcera & ueſice. quia uiſa La-
zari exaltatiõe diue magis affligitur,& qua
ſi ulceribus moleſtatur. Ideo dñs conſuluit
nobis Lu.14.Cum inuitatus fueris ad nu-
ptias recumbe in nouiſſimo loco,ut cum ue
nerit &c.Petrus rauẽn.Sero diues,ſero ſur-
ſum leuas oculos,quos in terrã ſemper defi
xiſti.Iuxta illud. Pſal. Oculos ſuos ſtatue-
runt &c. Secundo permutatio facta eſt quo
ad delicias.cum dicit,cum eſſet in tormen
tis. Solebat Lazarus eſſe in tormentis, hic
autem in deliciis.nunc econuerſo. Eſa. 65.
Serui mei comedent,& uos eſurietis, ſerui
mei bibent,& uos ſitietis.&c. Tertio quan
tũ ad dignitatem. ſolebant ab eo petere,
nunc autem ab eo cogitur mendicare qui
petebat.Prouer.21. Qui obturat aures ſuas
ad clamorẽ pauperis,tempore quoq; clama
bit & non exaudietur.Poruer.14.Iacebunt
mali ante bonos,& impii ante portas iuſto-
rum. Eſa. 60. Venient ad te curui filii eorũ
qui te humiliauerunt & adorabũt ueſtigia
pedum tuorum. Pater Abraham miſerere
mei mitte Lazarum ut intingat extremum
digiti &c. Cum Lazarus digitum non ha-
beret,quid per Lazari digitum, aut extre-
mum digiti intelligere poterat? Reſponſio
Primo per extremum digiti Lazari quãdoq;
intelligitur extenſio meritorum.Can.5. Di
giti mei pleni mirra.Hos digitos extẽditur
mulier fortis quando manum ſuam miſit
ad fortia,& digiti eius apprehenderunt fu-
ſum.Cupiebat diues meritis ſanctorum pro
tegi.& maxime Lazari. ſed male iſtud pe-
tiit diues.Primo quia parum de merito ſibi
petiit quaſi diſperando. cum tamen omnia
mundi merita non ſufficerent ad dandum
ei ſubuentionẽ. Sic communiter de ſuis uir
tutibus iactantes.& alios ſpernentes,qui di
cunt illud.3.Reg.12.Minimus digitus meus
groſſior eſt dorſo patris mei.i. modica uir-
tus mea excedit uirtutem patrum meorũ.
Tales communiter cadunt in magna pecca
ta & magnas miſerias.Tales quęrunt ſæpæ
minimũ officium in monaſterio qui decti
ſunt per apoſtaſiam.& tunc cõtenti ſunt ex
tremo digiti.i.minimo officio.ſed pater A-
brahã iuſte hoc eis denegat. Secundo quia
petit hoc ſeruitiũ Lazaro uolens Lazarum
laborare pro eo,& pro ſe laborare nõ vult,
& ſignificat eos qui ſunt in peccatis.& alios
orant pro ſeipſis orare,nolunt tamen ſe iu-
uare.Tales ſunt ſimiles fatuis virginibus q̃
nolentes emere oleum petierunt. date no-
bis de oleo ueſtro.Quibus reſpõſum eſt.Ne
forte non ſufficiat nobis & uobis &c. hoc
eſt vobis ipſis laborate ad gratiã impetran
dam. Sic iſte quærebat modicum de oleo,
ſicut fatuo ei denegatum eſt. Secundo per
digitum intelligitur ſpiritus ſanctus qui ha
bitabat in Lazaro,qui oſtendebat uirtutes
& patientiam eius. Extremum ergo digiti
eſt gratia in extremis, quam quærebat in-
tingi in aqua miſericordiæ. Digitus enim
tres habet partes.Prima pars eſt gratia prę
ueniens.Secunda continuans. Tertia finalis
& cõſumans.Fruſtra enim extremam partẽ
digiti petiit qui de prima & ſecunda in uita
ſua nõ curauit. Ideo põt dicere iſtud. Pſal.
Factus ſum tanquã vas perditum. Multi tñ
de primis non curãt,ſed tantum de finali ꝙ
eſt quærere extremum digiti.dicentes. Mo

H

*Digitus. Quid per digitũ Lazari intelligatur.*

I

*Digitus. Extremũ digiti eſt gratia in extremis*

riatur anima mea morte iuſtorum, & fiant nouiſſima mea &c. Sed per hanc voluntatem offendunt deum. Prouer. 13. Vult & nõ vult piger. vult exaudiri ut non peccet, & non vult iuuare ſe nec orantes pro ſe.

*K Pœna. Vtrũ pœnæ ſint ſimiles culpis.*

Quia crucior in hac flamma. Quæritur ſi pœne damnatorum proportionentur culpis, ita ut ſint eis ſimiles. ſicut uidemus in iſto diuite qui fuit epulo, modo nec guttam habet ad bibendum. Reſponſio quòd ſic. Iudicum id eſt de adonibeſech. Sicut feci ita reddidit mihi dominus. Sap. 11. Per q̃ quis peccat per hæc & torquetur. Apo. 13. Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem uadet, & qui gladio occidit, neceſſe eſt eum gladio occidi. Et Sapi. 12. Illis qui in uita ſua iniuſte uixerunt, per hæc quæ coluerũt dediſti eis ſumma tormenta. Secundum quem modum cupidi qui amplas terras & infinita bona mobilia & immobilia habuerunt, in arctiſſimo puteo retrudentur omni bono carentes ſine ſpe conſolationis. lamẽtantes iſtud Sap. 5. Tranſierunt omnia uelut vmbra Pigri qui hic quæſierunt ſuę carnis requiem, tunc nullam habebunt. Hier. 16. Seruientis diis alienis qui non dabunt vobis requiem. Lubrici qui in voluptatibus delectati ſunt, tunc lugebunt. Ibi enim erit fletus & ſtridor dentium, & guloſi eſurient & ſitient. In uitis patrum cuidam ſeni oſtendebãtur ſingulæ pœnæ peccatis debitæ, ita quòd aliena rapientes & de ſic acquiſiti vaſa aurea & argentea componentes, ſemper in ſimilibus torquebantur. ſicut furi oſtẽditur furtum ad confuſionem ſuam. Nam luxurioſi in locis genitalibus ſuſpendebãtur & torquebantur. ſicut epulo aquæ penuria. Cui Abraham. Fili recordare &c.

*L Bona. Quõ triplicibus bonis. ſ. fortunæ, naturæ, & gratiæ nobis datis debemus vti.*

Secundum magiſtrum. lib. 2. diſtin. 26. allegando Auguſtinum eſt reperire triplicem bonorum differentiam ſcilicet minima, media, & magna, fortunæ, naturæ, & gratię. quæ omnia quiſque recordari debet quòd ea a deo accepit & ad quid accepit. Temporalia ãd recte diſtribuendum. Naturalia ad benę exercendum. virtualia ad continue augendũ. Temporalia, vt diuitiæ bona ſunt, quia organicæ deſeruiunt felicitati. Ethi id eſt ſunt inſtrumenta ad virtutem. Qui enim ſibi theſaurizat temporalia, & ea non recte diſtribuit, damnationem incurrit. Vnde cuidam diuiti dicenti ſibi. Anima mea habes multa bona &c. Dictum eſt ſtulte hac nocte &c. ſuper quod Ambroſius. Tu diues ſuſceptis dei muneribus & in ſinum tuum redactis. nil te putas facere iniquum, ſi tam multorum uitæ ſubſidia ſolus obtineas Bona naturæ ſunt potẽtiæ aĩæ interiores & exteriores q̃bus põt aĩa bene male vti. ſicut & bonis temporalibus alias ea in vnum accepit. Pſalm. Qui non accepit in vano animã ſuam, hic ſupple habitabit in tabernaculo tuo.

*M Aranea. Quõ a[...] noſtra [...] beſcere debe[...] cut a[...]nea.*

Bene autem exercet huiuſmodi bona cum pęnitet & ſe mortifica. ẽm illud. Pſ. Tabeſcere feciſti ſicut araneam animam eius. Glo. id eſt. Tu deus feciſti vt anima mea conuerſa ſit tabida id eſt humilitate infirmata ſicut aranea quæ leui tactu manus tabeſcit. id eſt, deficit a vigore ſuo & virtute. Sic anima correpta & pęnitens a contactu manus diuinæ inſpirationis deficit a vigorę ſuperbiæ, & non moritur vitæ priſtinæ. Aranea habet ſubtile corpus, terrena deſerit, alta quærit, emiſſione viſcerum telas texit. Sic conuerſus per pœnitentiam corpus extenuat, mundi infirma contemnit, cœleſtem conuerſationem appetit, ſubtiles operationes ex timore domini facit. Bene autẽ exercet anima potentias. dum intellectum & affectum ad cœlum erigit. Pſal. Anima mea exultabit in domino, & delectabitur in deo ſalutari ſuo. Omnia oſſa mea id eſt omnes potentię meæ dicent. Domine quis ſimilis tui? Bonus autem virtualibus poteſt quis male vti, quando non augentur dum debent augeri. Iuxta illud. Pſalm. Ibunt de virtute in virtutem. Nam qui accepit domum vnius talenti deſignantis gratiam, quia non auxit, ſed infodit: fuit eo priuatus, & confuſus. Ideo recordare, quia recepiſti bona, & ad quid recep. ſti, ne tibi ſicut huic diuiti contingat.

*N Suffragia. Quõ ſuffragia ſanctorum non proſunt ne damnatos.*

Et firmatum eſt magnum chaos inter nos & vos. Clamabat diues non ad fratres ſuos, quos ſciebat non poſſę ſe iuuare, quia mali & complices maliciæ ſuæ, ſed a Lazarum & Abraham quos ſciebat mites. Clamabat enim ad ſuũ refugium, ſed tarde nimis. Clamabat ad ſanctorum ſuffragia & auditoria, ſed non exauditus eſt, quia imprudenter clamabat, quia ſuffragiorum eccleſiæ, & ſanctorum inopiam habebunt damnati, quia radix non mittit humorem vel virtutẽ ad ramos pręcioſos, nec ſol lumẽ ad organũ viſus opertum macula. Peccatum enim quod ſecum portat auarus, impedit ne ſuffragia eccleſię uel



uel orationes ſanctorum ipſum iuuent. Vnde peccatum eſt magnum chaos, firmatum inter nos & ipſos, ut una ex parte peccatum ſit, ex alia iuſtitia diuina, quæ non permittit bonos impiis ſuffragari. Iob. 27. Nocte opprimeret eum tempeſtas. poſitus in maris tẽpeſtate non poteſt ab amicis quibuſcunque qui ſunt in ſicco uel tuto adiuuari. Iob 36. de cupidis dicitur. Morietur in tempeſtate anima eorum. Ideo Eſa. 10. Quid facietis in die calamitatis de longe uenientis? Hierem. 15. Si ſteterit Moyſes & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum. eiice eos a facie mea, & egrediantur ad mortem, ad gladium, famen, & captiuitatem. & infra. Quis miſerebitur tui hieruſalem, aut quis contriſtabitur pro te, aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? Chriſo ſto. Ibi nec ſancti. nec angeli pro hominibus intercedent, quando iam ſunt in inferno. Hiere. 7. Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec aſſumas pro eis laudem aut orationem, aut obſiſtas mihi quia non exaudiam te.

*O Obitus. De fundatione obituum.*

Multi tyranni multas faciunt fundationes, non de ſuo ſed de alieno, credunt iſti ſubueniri ſibi præcibus eorum, quibus aliena prædia donant. utinam non eſſemus tam faciles ad ſuſcipiendum fundationes. Oportet uidere primo de uita hominis, & prædeceſſorum ſuorum, & unde bona illa in tanta multitudine proceſſerunt. & ſic ſuſcipere fundationes. & multi in talibus confidunt, ue tamen eis. & utinam non eſſent tot fundationes. uix enim inueniuntur homines eis digni. propter quod deſtruuntur religiones, quia non eſt qui dirigat, nunc quæruntur diuitię non mores. Videant inſuper canonici uel religioſi qualiter illi qui fundãt cenobia obtinuerunt diuitias, uel prædeceſſores ſui. ſi illis quibus abſtulerunt bona tenentur reſtituere, & ſimiliter qui ab eis fundationes ſuſcipient & obitus.

*P Religio. De religioſis qui compatiũtur infirmis domeſticis nõ extraneis.*

Rogo ergo te pater ut mittas illum in domum patris mei &c. Per diuitem qui rogauit pro fratribus ſuis & Lazaro non eſt miſertus, ſignificantur clauſtrales, qui ſuis domeſticis infirmis compatiuntur. iuxta illud. 1. Timo. 5. Qui ſuorum & maxime domeſticorum curam non habet &c. qui tamen propter hoc non domeſticos non debent negligere. Quibus exhibere ſeruitium maius eſt ſignum charitatis. Hiero. Sola cauſa pietatis eſt, ubi nulla carnis noticia eſt.

*Q Lazarus. Quid per duos Lazaros intelligatur.*

Vnde non ſine cauſa in euangelio leguntur duo Lazari infirmi. Vnus in domo, qui infirmos domeſticos ſignificat. Alius extra domum ante ianuam diuitis. Hic autem diues ita curauit de ſuis domeſticis quod aliorum curam neglexit. Cui multi etiam ſimiles ſunt qui ita aggregant diuitias pro ſuis parẽtibus ſicut iſte diues fecit. quòd nihil deo uolunt in pauperibus elargiri.

*R Mortuus. Quomodo mortui atteſtantur uiuis.*

Vt teſtetur illis ne ueniant in hunc locũ &c. Mortui teſtantur uiuis vanitatem huius ſeculi. Capita enim denudata carne, & cute clamant omnia uana in ſeculo, & pęnę eorum teſtantur dei iudicia.

*S Damnatus. Vtrũ dãnati mallent oẽs eſſe dãnatos quàm quoſdam eẽ & quoſdam non.*

Ad propoſitum quærit ſanctus Bonauentura in 4. ſen. diſt. l. Vtrum damnati mallẽt omnes eſſe damnatos, quàm quoſdam eſſe damnatos & quoſdam nõ. Et uidetur quòd ſic per illud quod ſolet communiter dici. Solatium eſt miſeris ſocios habere pœnarũ. Ratione ſic arguitur. inuidia ſurgit ex defectu charitatis & amore proprii boni, ſed utrunque eſt in damnatis, ergo in eis maxima regnat inuidia, ergo uellent nullum eſſe bonum uel beatum. Secundo. Sancti & dãnati ſunt adinuicem inimici, propter hoc quod damnati ſunt inimici dei. ergo cum damnati non diligant inimicos ſed potiũs odiant & qui odit alium mallet ipſum uidere miſerum quàm beatum. ergo. In oppoſitum arguitur. Luc. 16. de diuite qui rogabat pro fratribus ſuis. ergo cum damnati habeant multos conſanguineos in cœlo, mallent eos eſſe in cœlo quàm in inferno. Secũdo, ſi damnati habeant malam uoluntatem nõ tamen perdiderunt affectionem naturalem quod patet. quia in pręſenti homines diligunt ſibi proximos, ſed in præſenti ſi pater miſer habet filiũ nõ lætatur, ſed magis triſtat̃ de tali ſocietate. ergo & in inferno. Tertio. deſiderium ſi compleatur delectet animam, ergo ſi dãnati aliorum deſiderãt dãnationẽ, ſi creſceret aliorum damnatio, & eorum conſolatio. ergo poſt omniũ illorũ dãnationẽ creſceret eorũ declaratio. cuius tñ oppoſitũ uerũ eſt. immo creſcet eorũ deſolatio. ſicut dr̃ ſup illo. ps. Deſideriũ peccatorũ pibit. Quarto, btũs adiectus multitudini electorũ multiplicat gaudiũ. ergo per oppoſitum damnatus amplificat mœrorem, ſed ſicut beatus deſiderat amplificationem gaudii ſui, ſic damnatus diminutionem ſui mœroris, ergo cum beati, ſemper uelim miſeros

miſeros peruenire ad gloriã, damnati ſemper refugiunt vt aliquo deſcendant ad eorum miſeriam. Reſpondeo primo. ꝙ licèt in damnatis aliquo modo remittantur affectiones libidinoſe, quæ ſcilicet ſecũ habent annexã delectationem, & hoc propter penarum magnitudinem aliæ tamen affectiones in quibus eſt penalitas vigorantur. Ideo quamuis ceſſet actualiter effectus luxuriandi & dominandi, tamen intenditur affectus ſiue furor impatientiæ & liuor inuidiæ. Vnde tunc dentibus ſuis frement & tabeſcent. & quia vigebit in eis odium & inuidia, & vehementer triſtabuntur & tabeſcẽt in electorum gloria, ideo ad ſatiandum ſuam impijſſimam emulationem, vellẽt nullos eſſe beatos ſed omnes miſeros. & quia nec ipſi ad beatitudinẽ poſſunt ꝑtingere, nec alios a ſtatu beatitudinis amouere, ideo in ſemetipſis vehementer tabeſcunt & confunduntur. Ad illud de diuite dicitur ꝙ licèt in generali damnati nolint videre aliquos beatos.. tamen quia ſpecialius habẽt amorem aliquorum naturalem & priuatũ, nollent ipſos damnari aliis exiſtentibus in ſtatu gloriæ. quia ſi illi damnentur, adhuc manet occaſio tabeſcendi & emulatio, ſed non ſic eſſet de omnibus. Attamen nullos ita diligunt naturaliter quin vellent eos eſſe damnatos, hoc pacto ꝙ nulli eſſent beati. Exemplum patet in illis qui habent odium capitale qui deſiderant vitam cõſanguineorum. attamen vellent ꝙ multi ex conſanguineis eſſent mortui, vt poſſent effectum vindicte de inimicis ſuis implere, & per hoc dicitur ad ſecundum. Ad tertium dicitur quòd damnati nõ quorumcumque damnationem deſiderãt, ſed illorũ quibus inuident. propterea quia vident eos eleuatos, maxime illorum ex quorum comparatione confunduntur, & iſti ſunt beati. & quia hoc obtinere non poſſunt, ideo non conſequuntur inde ſolatium, ſed ſupplicium. Ad quartum dicitur quòd ſicut homo ſanus in quo eſt natura bene diſpoſita appetit cibaria ſibi competentia, & infirmus ea quæ ſibi nocent, quia exiſtimat ea ſibi prodeſſe, ſic beati tanq̃ mente ſani appetũt aliorum glorificationem. quę vere eſt eis proficua, & damnati damnationem quam exiſtimant ſibi vtilẽ. & delectantur ſicut inuidus alterius ſubuerſione. Attamen ſi eueniret, non propter hoc eorum miſeria decreſceret. Reſpondit Abraham. habent Moyſem & prophetas &c. Cui diues. Non pater Abraham, ſed ſi quis ex mortuis &c. Poſſent dicere. Si mortui nobiſcum loquerentur eis crederemus. quibus reſpondetur ſecundum Greg. ꝙ quia exempla plus mouẽt quàm verba. ſi prædictis non moueãtur exemplis, quomodo mouebuntur verbis? ſicut patet de illo de quo in libro de apibus fertur, ꝙ ſocius ſuus mortuus in miſerabili ſtatu apparens ſe damnatum aſſeruit, nec cui apparuit viuens ſe correxit, ſed alius malus homo ab eo cui apparuerat audiens ſe correxit. perfecte oſtendens quoniam fides plus eſt ex auditu quàm viſu, & qui auditu non ſe corrigit, neque viſu id faceret.

*T Correctio. Quiſque auditu non corrigitur, etiam neque his viſu apparent.*

*Eadem feria v. Sermo. 5. per idem thema. Fili recordare. & in ordine. lv.*

Circa thema propoſitum quæritur cum Bonauentura in 3. diſtinct. 1. Vtrum in malo diuite & cęteris dãnatis maneat præteritorum memoria. Et videtur ꝙ non, per illud Eccleſi. 11. Malitia vnius hore facit obliuionem luxuriæ maxime. ergo maiorem obliuionem facit pœna æterna. Secũdo, recte obliuiſcitur qui non habet copiã memorandi, ſcilicet damnati non habent illam copiam. Vnde Aug. & habetur in litera magiſtri dicit quod nimio dolore præmuatur, & adeo ſtupeſcunt & terrentur. vt interim mentem in aliam cognitionem non ferant. Tertio erunt ſubiecti tempori & alijs infirmitatibus. Pſalm. Erit tempus eorum in ſæcula. igitur ex longitudine temporis poterunt omnium obliuiſci. ſicut nunc videmus in nobis. In oppoſitum arguitur per illud quod dicit Abraham diuiti Fili recordare &c. quod non dixiſſet niſi potuiſſet recordari. Vnde & damnati illud. Sapien. 5. dicent intra ſe pœnitentiam agentes. Hii ſunt quos aliquando habuimus in deriſum. Et reſpondet ad hoc idem doctor, quod damnati de nullo recordabuntur ad conſolationem. tunc enim nec erit eis memoria de deo vt conuertantur vel reuertantur ad ipſum, vel delectentur. Vigebit tamẽ in eis actus memoriæ ad eorum deſolationem, quia ſemper habebunt memoriam peccatorum quæ commiſerũt, & dei quem offenderunt ad ſuam confuſionem.

*A Damnati. Vtrũ damnati habebũt aliquam præteritorum memoriam.*



nem. & hoc per penas quæ ſemꝑ faciẽt memorari. Pene enim exteriores ducẽt ad cogitandum iuterius ſuum demeritum. & ita recordatio illa non eſt uia lucis ſed tenebrarum. nec ponet hominem in ſtatu bono ut appropinquet deo, ſed potius elongabit ab eo & a uero lumine. Et quamuis ſubiecti ſint mutationi & tempori, non tamen propter hoc obliuiſcentur, quia pœna aſſidua coget memorari. Nunc igitur memoremur nouiſſimorum noſtrorum, ne memoriam bonorum deperdamus. Et quia memoria noſtra fluxa eſt & labilis, lectionem illam nos recordari faciat illa quæ eſt doctrix diſciplina dei & electrix operum illius propter quod ſalutemus eam. Quærit iterũ doctor iſte in eadem diſt. Vtrum ſe mutuo cognoſcant damnati & beati. & uidetur quod ſic Luc. 16. Diues poſitus in tormentis uidit Abraham & Lazarum. & econtra illi diuitem. In oppoſitum arguitur, quia inter eos eſt improportionabilis diſtantia, quia (ut dicit Abraham) In his omnibus inter nos & uos chaos magnum firmatum eſt, ut hi qui uolunt inde ad uos tranſire, non poſſint neque inde tranſire. Item in bonis eſt compaſſio de bonitate naturæ, ergo ſi non tollitur in eis bonitas naturæ, maxime uigebit ĩ eis compaſſio. ergo ſi uideãt tormenta malorum maxime dolebunt, & hoc eſt quod Greg. dicit. & habetur in littera quod uolunt illuc tranſire per affectum miſericordię. Dicitur primo quod reprobis cõſideratio gloriæ beatorum eſt pęna, & conſideratio uel cognitio pænę reproborum electis eſt gaudium, quia illi cõſiderant gloriam ſub ratione amiſſionis, iſti pœnam ſub ratione diuinæ uoluntatis. pſal. Letabitur iuſtus cum uiderit uindictam, & quia gloria electorũ ſemper manet, & poſt iudicium erit copioſior, ideo electi & nunc & tunc uident pęnam reproborum ut dicitur Eſa. ult. Vident enim in deo ſicut in ſpeculo æterno, cum faciat ad eorũ gloriam cumulandam. Reproborum pęna poſt iudicium ſic intẽdetur ut non liceat eis conſiderare gloriam beatorum, nec ab eis auxiliũ petere ſicut diues petiit. quia tormentorũ ſuorũ magnitudinem non poterunt ſuſtinere, ita quod liceat eis uacare. Dicitur ſecũdo de improportionabili diſtantia q̃d non cognoſcunt mali bonos per intuitum præſentię, ſed per conſiderationem intelligentię. Boni autem malos in ſeculo & in ipſo deo. nec uident damnati ipſam eſſentiam glorioſæ ſed conſiderant requiem eorum, quia cognoſcunt quod gaudent & ipſi laborant & dolent, & hoc cognoſcunt ſicut infirmus cognoſcit ſanitatem alterius quam non habet. Dicitur tertio, quod conſideratio bonorum non eſt in pœna quia afflictiua ſed quia iuſta, & optime & digne inflicta, & talis conſideratio amanti generat gaudium. Similiter nec conſideratio malorum ſiſtit in bono glorię quia bonum, ſed quia perditum. & hęc conſideratio generat dolorem. Dicitur quarto, quod eſt de bonitate naturę niſi paſſibilis. Iuſti autem tunc non compatientur reprobis. Non mirum igitur ſi reprobo diuiti pater Abraham tã durum cecinit reſponſorium. Filii recordare &c. Iuxta thema euangelii tanguntur iuxta duas perſonas duo ſtatus, quorum unus eſt tranſitorius & temporalis. ſecũdus eſt perpetuus & finalis. Iuxta quos ſtatus ſunt bona temporalia & mala temporalia. bona & mala ęterna. Primo ſermone de primo dicetur. In textu enim euangelii deſignantur quatuor ſtatus ſcilicet naturę, fortune, culpę, & gchennę. Naturæ cum dicitur homo quaſi ab humo. Ideo cum terra ſit uile elementum debet ſe quilibet uilem reputare, & non ſuperbę eleuare. Eccleſiaſt. 10. Quid ſuperbis terra & ciuis? terra in formatione, & ciuis in reſolutione. Terra de ſe & per ſe deſcendit & tenet locum baſſum niſi per alium eleuetur. Sic homo humiliare ſe debet. tollerabile tamen & laudabile eſt quod per alium eleuetur. Iob. 20. Quid te eleuat cor tuum? quaſi dicens, te eleuas & eleuationem tuam procuras & non alius quod tamen a domino reprobatur dicente. Qui ſe exaltat humiliabitur. Non dicit quẽ alius debito modo exaltat. Vnde utilitates humanæ conditionis maxime, apparent. Nam ſi herbas & arbores inueſtigias, ille de ſe producunt frondes, flores, & fructus & tu de te laudes, pediculos, & publices. Ille de ſe fundum uinum, oleum, & balſamum. Et tu de te ſputum, urinam, & ſtercus. Ille de ſe ſpirant ſuauem odorem, & tu de te abhominationis fœtorem. Homo enim natus eſt ad laborem, non ad honorem. natus de muliere. ideo cum reatu. breui uiuens tempore. ideo cum metu, repletus multis miſeriis. ideo cum fletu.

*B Damnatus. Vtrũ ſe mutuo cognoſcant beati & dãnati.*

*C Homo. de utilitate humanæ conditionis.*

*D Exaltari. Bonũ eſt exaltari per aliũ non per ſeipſum.*

Eſt enim homo ex origine ſperma fetidum in proceſſu ſaccus ſtercorum, in egreſſu cibus vermium. Ideo homo uanitati ſimilis factus eſt.

E

*Diuitiæ. Quare aliter boni aliter mali diuitias poſſidenti, qa mali ad ſuppliciũ*

Secundus ſtatus eſt fortunę. Vnde ſubditur, quòd erat diues. Aliter boni, aliter mali diuitias poſſident. Mali ad ſupplicium ſuum hic & alibi. Primo, quia quanto diuitiæ dic maiores ſunt, tanto magis afferunt ſitim habendi ampliores. Nam uidemus qui paucas habent pecunias paucis lucris lætatos fuiſſe, ſed poſtea cum cęperint abundare copiis auri & argenti, illa parua lucra dedignantur, ſitientes maiora. Maior enim eſt tunc ſitis & afflictio.

Secundò afliguntur timore damnatorũ, periculis in acquirendo, perdendo, & defendendo. Boni uero non ſitiunt, cum eas leto corde diuites per manus pauperum in cœleſtes theſauros tranſmittunt. Ideo diuitia ſunt illorum qui eis bene utuntur. Sunt autem uiri diuitiarum qui eis male utuntur.

Tertio, quia iuſti bene diuidunt diuitias aliis communicando, ſicut nutrimentum recte diuiditur per ſingula membra in corpore bene compoſito ſecundum ſuam proportionem. unde pſ. Diſperſit dedit pauperibus iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Mali uero male diuidunt bona, non ſicut unicuique opus eſt. Ideo in futurum affligentur ſupplicio æterno. Ab eis autem diuiduntur ſicut materia fœtus in gnani formatione. Natura enim habens modicum de materia in formatione gnani nihil omnino ſubtrahit partibus propinquis, ſicut pectori & uentri. Ita enim magnum pectus & magnum uentrem & pinguem habet gnanus, ſicut & quicunque altus, ſed tota ſubtractio & defectus gnani apparet in tibiis & pedibus, qui ſuſtinent totum corporis pondus. Similiter in brachiis & manibus quę operantur pro toto corpore. Iſtis fit diſtractio, quia diſtant corde. licet plus deberent habere, ſicut plus ſuſtinent de labore. Sic licet de bonis temporalibus quilibet uideatur ſibi habere modicum, nihil tamen ſubtrahit propinquis cordi ſui per affectionem carnalem, nec ventri per uoluptatem carnalem. Iſtis datur abunde, immo ſi audeam dicere ſuperfluere, ſed pedibus ideſt pauperibus iacẽtibus in imo, in luto, inſtar pedum morientibus fame. & manibus, ideſt laborantibus. Iſtis denegantur temporalia, quia longe ſunt a corde ideſt affectione. 2. Corint. 10. Vnus quidem eſurit, alius autem ebrius eſt. immo cum plus abundãt in deuitiis, plus eis datur. ſicut Salomoni cum eſſent ditiſſimus omnes ei munera offerebant, & mare cum ſit plenum aquis, omnia tamen flumina ad ipſum fluunt. Tales enim ſimiles ſunt aſino, qui in terra arida, & ſicca retinet urinam & eam effundit in flumine. Sic multi hodie citius darent capam hyſtrioni quàm denarium pauperi famæ morienti.

F

*Diuitiæ. Quare diuitiæ dãtur ppinquis non alienis exẽplo gnani.*

G

*Prodigalitas. Qũo auari p ſuos ſucceſſores prodigos affliguntur.*

Quartò affliguntur mali diuites in ſucceſſoribus ſuis. Vidit enim Pharaoni ripa fluminis primo uaccas pingues. deinde macras quæ omnem pulchritudinem priorum deuorauerunt, quia in ripa huius mundi uidentur homines pingues diuites, & ſibi ſufficientes, qui de huius mundi redditibus hic grandes compleuerunt ſtatus, ſed macre uace ſequuntur eos. ſcilicet mali filij eorũ ſucceſſores infortunati, qui pinguedinem ſuorum prædeceſſorum, & bona per eos acquiſita, conſument & deuorabunt. Ita ut paupertas & tenuitas eorum prædeceſſorum plenitudinem deuoret. quibus poteſt dici illud. Iohan. 4. Alij laborauerunt & uos in labores eorum introiſtis.

H

*Veſtimẽta. Qũo ueſtimẽta præcioſa ſunt cauſa ſuperbiendi.*

Tertius eſt ſtatus culpæ. Vnde notatur primo de ſuperbia cum indueretur purpura & byſſo. decor enim & multiplicitas pennarum pauoni eſt occaſio ſuperbiendi, ſic iſti purpura & byſſus, & multum præcioſitate ueſtium, multiplicatione poſſeſſionum, robore, Pulcherrimorum equorum eleuantur in ſuperbia, & contemnere faciunt pauperes qui nihil habent ſicut & iſte fecit. quibus dicitur Iacob. 4. In diuitiis quæ faciunt uos ſuperbos. exultatis. & tales uix corrigũtur, quia impugnatus & obſeſſus a domino propter inobedientiam uel rebellionem, tardius ſe reddit cum ſentit domum ſuam omnibus neceſſariis munitam. Non exultabat in talibus Dauid qui dicebat. elegi abiectus eſſe in domo dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum, qui ludens corã dño & in publicũ cithara canẽs & ſaltans, ſe uiliorẽ faciebat. 2. Reg. 6. Vñ uir quidam nobilis pompam mundi deſerẽs & uilẽ monachi habitũ ſuſcipiens, ſuis ipſũ extrahere conantibus & quærentibus quare tam uilẽ habitũ ſuſcepiſſet? Rñdit. melius eſſe lucrari in uili panno & groſſo burello



quàm perdere in purpura & ſerico, & ſępe ſub uili ſerpillena latẽt aureæ merces, vbi ſub purpura & byſſo latent vermes. ut patuit in Antiocho, & Herode regibus. Ab æſtu byſſus non defendit (ut dicit Augu.) nec purpura reſiſtit inferno. quia Iob. 26. Non eſt operimentum perditioni. Secundum crimen eſt crapulæ, & prodigalitatis, quæ eſt ignis uſq; ad perditionẽ deuorãs, & oĩa eradicans germina virtutum Iob. 31. Nihil. n. eſt quod cõſumat prodigus, immo ferrum, & æs ſicut ſtrucio comedit. Habet enim uentrẽ de anguilla, qui petit extẽdi, vt ſuſcipiat bonos morſellos, & ſtomacus eius deberet claudi cũ botonibus, vt inde extraherentur boli, vt eſſet locus ad alios bolos recipiendos, quia tali uel deeſt cibus uel ſaccus. Quo notatus eſt ille diues, cum dicitur. Et epulabatur quotidie ſplendide.

Sed quæritur quare dixit, epulabatur ſplẽdide, cum epulatio pertineat ad guſtũ. ſplendor ad uiſum? Dicitur primo. ꝙ duplex eſt epulatio. Vna de menſa bonorum. de qua Luc. 16. Epulari autem & gaudere oportebat, quia filius meus &c. Secunda de menſa malorum de qua hic, & de vtraque ſcribitur. 1. Corin. 5. Itaq; epulemur non in fermento ueteri, neque in fermento maliciæ, & nequitiæ. Ecce menſa malorum, ſed in azimis ſinceritatis, & ueritatis. Ecce mẽſa bonorum. Per epulationem intelligitur epulatio gaudio ſociata. Secũdo dr̃, quòd ſplendor menſæ eſt duplex. Vnus, quẽ ſibi facit luxuria. Alius quem non ſibi ſed alijs ſcilicet pauperibus facit hilaritas, quæ eſt miſericordia. Primus prohibet, quia eſt cõtra naturã. cũ ſol & alia luminaria nõ ſibi luceant. Sic menſa ſplendida diuitis non ſibi ſoli, ſed alijs deberet lucere. Contra illos de quibus Zach. 7. Nunquid non uobis comediſtis, & uobiſmetipſis bibiſtis? Tertio dicitur, ꝙ ideo menſa huius diuitis dicebatur ſplendida, quia non ſolum in ea erat delectatio in guſtu, ſed etiam in uiſu. Prouerb. 8. Ne intuearis uinum cum flaueſcit in uitro. Splendor iſte non ſolum extẽditur ad fercula, ſed etiam ad uaſa argentea, & ſuppellectilia ſplendida. Hinc eſt, ꝙ maxime horis nocturnis ſuperflua, & diuerſa luminaria hunc ſplendorem adiuuãt & uidentur quo ad aliquid reprẹſentare tabernaculum, vbi erat menſa, & candelabrum. Exod. 25. Et quaſi aliud cœlum pingere. Sed tñ domus diuitum malorum, & mundanorum non eſt tabernaculum Dei, ſed dyaboli, quia in tabernaculo Dei erat menſa, candelabrum, & propitiatorium. & cum non ſit ibi propitiatorium, id eſt miſericordia, aut pietas (in illis ſcilicet, qui ſibi tñ uiuunt) nihil ad eos pertinet de tabernaculo domini. Cum iſtis tribus exprimit̃ imago trinitatis, quia menſa quantum ad copiam pertinet ad patrem, candelabrum ad filium, qui eſt uera lux, propitiatorium ad ſpiritus ſancti bonitatem, & pietatem. Vnde de quodam ſancto legimus, quòd cũ non poſſet ieiunare, ſed in aurora exigente ægritudine neceſſe haberet comedere, uocauit ad prandium pauperes dicens. ſi Deus mihi improperat ꝙ nimium mane manducaui. Reſpondebo illi. domine & tu ſimiliter in diluculo mecum manducaſti, & ita eum reconuenire ualebo.

I

*Splẽdor. Qũo menſa diuitũ dicitur ſplendida.*

K

*Mica. De quadruplici mica.*

Tertio notatur de auaritia, & illiberalitate. cum denegauit micas pauperi neceſſario. Micæ quibus cupit pauper ſaturari sũt quatuor. Vna mica eſt affectus compaſſionis. 2. Cor. 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Secunda eſt verbum piæ conſolationis, & conſilij. Iob 30. Cum ſederem quaſi rex circunſtante exercitu, eram tamen merentium conſolator. Tertia eſt opus ſuſtentationis. Iob vigeſimonono. Oculus fui cęco, quo ad ſecundam micam, & pes claudo, quo ad tertiam. Quarta eſt relaxatio rigoris, quæ eſt indulgentia diſpenſationis, contra illud Exod. quinto. Non minuetur uobis de numero laterum, ſed & operamini. Paleæ non dabuntur uobis, id eſt de numero operum nihil minuetur uobis. Vnde relaxatio rigoris quandoque circa nouitios facienda eſt. Exemplum in Iacob, cui Eſau. Gradiamur ſimul, & ero ſocius itineris tui. Cui Iacob. Noſti domine quòd habeam paruulos teneros, id eſt, nouicios. & oues & boues fętas, id eſt, quæ iam cęperunt propoſitum & uiam proficiẽdi in melius. Vnde erat tunc mendicus quidam nomine Lazarus. de quo Cirillus. refert traditio Iudæorum Lazarum quendã tunc fuiſſe Hieroſolymis extrema preſſum inopia & infirmitate, cuius hic meminit dominus. & ideo hæc non eſt parabola, ſed uera hiſtoria. Nam & nomina ibi Lazari, & Abrahæ nominantur. Quæritur quare diuitis nomen tacuit. Reſpõdetur ꝙ pp multa.

L

*Lazarus. Quis erat Lazarus pauper.*

ta. Primo peccatores ſcribi faciunt nomen
ſuum, vel in puluere, vt auari. vel in currēti
flumine, vt lubrici. vel in aere, vt vani, &
ſuperbi. Nomina autem ſcripta in materia
tenui, & fluxibili delentur propter debili-
tatem materiæ, ideo ſimul perit ſcriptor cū
ſcriptura. In materia autem ſolida, & dura
non cito delentur. Ideo ſi uolumus habere
nomē perpetuum, oportet nos habere col
loquium & familiaritatē cū illo. de quo ṗs.
Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcri-
bentis. Ipſe nomen noſtrum ſcribet in ma-
teria ſolida, & firma, ſcilicet in cœlo. Vnde
ſm̄ Hugutium apud Romanos dicebantur
patres conſcripti, quorum nomina ſcripta
erant in tabulis ęneis aureis literis propter
participationem imperij, ſed in æreis tabu
lis ad inſinuandam perpetuitatem. Nā æs
maxime durat. Proſcripti vero dicebantur
damnati, quorum nomina præcipue de hu
iuſmodi tabulis delebātur. ſic nunc aliqui
ſunt ſicut patres conſcripti, vt iuſti quos fa
ciet dn̄s ſecum regnare in cœleſtibus tan-
quam ſui imperij participes. horum nomi-
na ſcripſit ipſe tanquam in tabulis æneis,
quia in cœlis propter ſui perpetuitatem.
Nam Iob. 31. Fabricatus eſt cœlos, qui ſo
lidiſſimi quaſi ære fuſi ſunt. litteræ autem
aureæ ſunt opera bona ex charitate. Tales
erant patres conſcripti. de quib. Lucæ. 14.
Gaudete quia nomina veſtra ſcripta ſunt ī
cœlis. Cętera vero, quorum ſunt opera ma-
la ſunt proſcripti, quia litteræ aureæ. i. bo-
na deleta ſunt in ſignū æternæ damnatio-
nis. Secundo vt oſtendat dn̄s ꝙ contrarius
ſit mundo. Mundani enim non habent niſi
notitiam diuitum, nec niſi diuites reputāt,
Dn̄s autem nouit pauperes, quos mundus
non reputat. Eccle. 13. ſicut execratio eſt ſu
perbo humilitas, ſic abominatio diuiti pau
per. Secundus Adam animantibus terræ. i.
actiuis, & volatilibus cęli. i. contemplatiuis
exemplo primi nomina impoſuit, ſed piſci-
bus. i. vagis, & curioſis, & qui in fluctibus
ſæcularium negotiorum implicantur, & a-
quis luxuriæ inuoluuntur, nomina nō im-
poſuit. Tertio, quia diuites huius ſæculi nō
quærunt modo niſi nomen. & ad boc ten-
dunt, & quia in hoc peccant in eo debēt pu
niri. Ideo tacetur eorum nomen vt indi-
gnorum, & ſignificātur per gigantes qui di
xerunt. Celebremus nomen noſtrum in ter
ra. Tales uelut illi gigantes ædificant tur-

*M*
*Diues euangelicus.*
*Qūo dicebantur patres cū ſcripti, et aliqui proſcripti.*

res & palatia pro ſuis filijs. Abach. 2. Veh q̄
congregat auaritiam in malum domui ſuę,
ut ſit in excelſo nidus eius. Nidus ille non
ſibi, ſed ſuis pullis, quia cōmuniter talibus
completis ædificiis moriuntur. cōcidiſti po
pulos multos. i. derobaſti, & pecccauit aīa
tua. lapis de pariete clamabit. & lignum qđ
eſt inter iūcturas reſpōdit. Abach. 1. Quar-
to ad ſignificandum ꝙ nomē quod habue-
runt in terra putreſcet. Prouerb. 1. Nomen
impiorum putreſcet per infamiam. & ſi nō
in hoc ſæculo, ſaltem in alio. In præſenti. n.
(ut plurimum) non ſencitur fętor eorum
Bernar. Vbi omnes fętent non ſentitur fę-
tor vnius. Hi ſunt, qui uolunt uocari ab ho
minibus rabbi, & innòteſcere, & nominari.
Sed de bono viro vulgo dicitur talis bonæ
memorię. Prouer. 1. Memoria iuſti cū lau-
dibus. Eccle. 41. Memoria oſiæ in compoſi-
tione odoris. &c. Quinto ad innuendum
ꝙ mali, qui de ſuo nomine nobilitatis, aut
virtutis hic gloriati ſunt, non ſolum nomē
quod habent, amittent, ſed nec in futuro
nomen habebunt. ṗs. Nomen eorum dele-
ſti in ſæculum ſæculi. Miſeri enim ſunt, qui
palea ſine grano, umbra nominis ſine ſoli-
ditate ueritatis gloriantur. Non enim qui
ſeipſum commēdat, uel qui ſibi nomē im-
ponit, uel fimbrias magnificat ille proba-
tus eſt, ſed cui uerus Adam nomen impo-
nit, & quem Deus commendat ille proba-
tus eſt. Et in libro uitæ ſcribitur. Exod. 36.
Omnis qui tranſit ad nomen, ut. ſ. dicatur.
filius Dei, uel ueri nominis Chriſtianus, da
bit dimidium ſicli. hoc eſt Deū cognoſcet
dimidie. ſ. per fidem, quæ eſt cognitio im-
perfecta, & dimidia. Vnde ſubditur. diues
nō addet, & pauper non minuet, quia fidei
integritate nec addendum eſt, nec minuen
dum. Sed iuſti nomen in futuro poſſidebūt
Eccle. 40. Aedificatio ciuitatis ſupernæ cō
firmabit nomen. Sexto, quia non agnouit
iſte diues Chriſtum in paupere, Chriſtus
eum ignorauit. dicetque talibus in iudicio
ſicut fatuis uirginibus, neſcio uos. Secūdo
erat ulceribus plenus. Auguſt. ſuper ṗs. 47.
Obturatis auribus diuitis nil erat uox cla-
mantis pauperis ad aperiēdum cor diuitis.
Ideo dn̄s totum corpus pauperis uulneri-
bus aperit, ut ad monendum diuitem tot eſ
ſent pauperis ora, quot uulnera. Tertio ia-
cebat ad ianuam diuitis. Quomodo quære
ret abſentem, ſicut præcipitur. Luc. 13. Exi
per

*N*
*Fides. Qūo ſ. de eſſin perfecti notitia.*



per vicos, & plateas ciuitatis, & cecos, &
claudos compelle intrare, qui non reſpicie
bat ante portam iacentem? Quàm diſſimi-
lis Iob. qui dicebat. Iob. 21. Foris non mā-
ſit peregrinus, & oſtium meum viatori pa-
tuit. Quàm diſſimilis Abrahæ, qui ſtabat
ad oſtium tabernaculi vt reciperet peregri
nos. Forte dicere potuiſſet in angulo erat.
latebat. non vidi eum. immo videbat eum
exiens, & reuertens. Vnde Petrus Rauēnē-
ſis. Purpura, & byſſo mollibus veſtimentis,
& epulis blādis crudelis anima viſcera fer
rea nutriebat, quæ dn̄s ſalutis humanæ aui
dus inquiſitor cupiēs emollire, proiecerat
ante ianuam. nō dico Lazarum, ſed totius
pietatis conflatorium. Sed Hierem. 6. Fru-
ſtra conflauit conflator. Quarto cupie-
bat ſaturari de micis, quæ cadebant de mē
ſa diuitis. Differentia eſt inter reliquias di-
uitum & pauperum. Sedent enim diuites
ad menſam conſolationis, cuius reliquiæ
non ſunt diuitum, ſed pauperū, & has Chri
ſti pauperes expectant, vt Lazarus ad ia-
nuam micas diuitis expectabat. Finita autē
menſa diuitis datum eſt illi de reliquiis il-
lius menſæ. Plus tn̄ fuit de reliquiis infini-
tum quàm fuerat in menſa diuitis. qđ ſi-
gnificatum eſt Ioan. 6. in duodecim cophi-
nis fragmentorum, quæ ſuperfuerunt ex
quinque panibus. Sed nūc electi Dei ſedēt
ad menſam tribulationis, qui manducant
panem doloris. Et quia non eſt conſuetum
ꝙ quis comedat ſuas reliquias, ipſi non co
medent, ſed ſuis pauperib. reſeruantur. &
ſicut fuerūt pauperes diuitū huius mūdi ſic
diuites huius mūdi erunt eorū pauperes, &
hēbunt reliqas de menſa tribulationis. &
plus erit de reliquijs in infinitū, q̄ in mēſa.
vellent ſi poſſent habere reliquias de men-
ſa conſolationis, ſed nō poterunt. vt patuit
de diuite, qui dicebat. Pater Abraham mi-
ſerere mei. Quinto nemo illi dabat. Ele-
moſinarius principum & diuitum vocatur
magiſter nemo. Ille enim eſt qui dat paupe
ribus, & vix alius. Nec enim iſte diues, nec
miniſtri eius reliquias dabant pauperibus.
quibus contrarius erat diues. Iob. 31. Si ne
gaui pauperibus quod volebant, & cor vi-
duæ expectare feci. Ideo Eccl. 4. Aīam eſu
rientem ne deſpexeris, & non pertranſeas
domum anguſtiati. Vnde ſi peteret pauper
delicias non eſſet audiēdus, quia ꝓuer. 19.
Nō decent ſeruū delitiæ. i. humilem. Aug.

*O*
*Reliquie. Differentia reliquiarum menſe diuitis & pauperū.*

*P*
*Diues. Quis cibus pauperi quis diuiti.*

lib. de verbis dn̄i. Nō coguntur diuites pau
perum cibis vti. Vtantur conſuetudine infir
mitatis ſuæ, & doleant ſe aliter non poſſe.
quia ſi conſuetudinem mutant, ægrotant.
edant ſuperflua, & dent pauperibus neceſſa
ria. edant precioſa, dent pauperibus vilia.
& quidam pauperum ſunt reliquiæ, non di
uitiæ, non oblectamenta, ſed fragmenta.
impius eſt pauper, qui non ſuſtentat neceſ
ſitatem, ſed prouocat voluptatem.

Sexto canes lingebant vlcera eius. Aug.
ſuper. ṗs. 47. Nouo modo humanitatis or-
do mutatur. diues pauperem nec cadētibus
de menſa micis paſcit, & pauper quia aliud
non habebat, etiam de carnibus ſuis cani-
bus humanus extitit. Verum illi non ad
eſum, ſed obſequium linguas ſic producūt.
vt in modum ſpongiæ non vexent vulnera
ſed detergāt. Septimo factum eſt ut mo-
reretur mendicus, & portaretur ab ange-
lis in ſinu Abrahæ. Vnde Augu. Pauperem
portant angeli, diuitem deglutit infernus.
Quare ergo ſic exequiarū pompa mētitur?
In obſequium diuitis migrat tota ciuitas,
cum funus effertur, pauper uadit ſolus. pau
perem fert duorum miſeratio baiulorum.
nec quatuor ut mortuo, ſed duo ſub vno
uecte quaſi proijciendo oneri portatores
adduntur inuiti. Merito mox ei officia de-
putantur angelica, cui tam crudeliter nega
ta ſunt ipſa humanitatis extrema. Funus di
uitis antecedit lugubris turba ſeruorum,
feretrum pauperis præcedit angelorū pſal
lentium multitudo. Sed cur Abraham ſic
ambit pauperem, ſic refutat diuitem? nōne
& ipſe diues fuit? Reuera diues fuit, nō ſibi
ſed pauperi. Vnde poſt mortem quidam
deportantur ad exilium inferni. Eſaiæ. 22.
Aſportari te dn̄s faciet ſicut gallus gallina
tius, qui defertur ad forū capite deorſum,
& pedibus erectis, quia reprobi caput ſuum
poſtponūt, & creaturas creatori præponūt.
ſed animarum ſanctarum in cœlum geſta-
tio ab angelis erit delicioſa, & ad patriam.
Eſa. 56. Ad vbera portabimini, & ſuper ge
nua blandietur vobis. Loquitur ſub meta-
phora mulieris portantis paruulum, quem
modo ponit in ſinu ad ſugēdum. modo ſup
genua ad dormiendum. Quos enim geſta-
uit in latere ſuo, modo fouet in ſinu ſuo,
modo ſuis brachijs amplexatur.

*Q*
*Simus. Qūo aīe ſctōrum deportantur in ſinum abrahæ, malorum vero in infernum.*

Conſideret ſe homo inter duas menſas
poſitum. Vna eſt delitioſe uiuētium in hoc
mundo

*R*
*Menſa. Qđ hic ſu*

*mus inter duas mẽſas poſiti.*

mundo. Secunda eſt Chriſti, & omnium cęleſtium in alio ſæculo. Prima eſt euangelici diuitis. Secunda eſt pauperis Lazari. à prima quærebat pauper micam. à ſecunda diues quærebat guttam. Prima eſt Balthaſar. Danie. 5. vbi apparuerunt digiti quaſi hominis ſcribentis mane, techel, phares. Hæc enim comminatio imminet voluptuoſis, vt patet Luc. 12. de diuite, cui comminatum eſt. Stulte hac nocte animam tuam repetent à te. Secunda Ioſeph cum fratribus ſuis in qua Gene. 43. Seorſum Ioſeph cum fratribus ſuis, & ſeorſum Aegyptij. Ab vtraque prohibentur viri ſpirituales maxime clauſtrales. A menſa mũdi vinculo profeſſionis. A menſa Chriſti vinculo corporis. Bernar. Nõne velut inter duas menſas poſiti hinc inde epulantes ſpectamus ieiuni? ſic enim ſumus omnino, ſic ſumus. Vnde igitur ſic poſitis riſus, vnde iocus, vnde ſuperbia, vnde leuitas, vnde extollentia oculorum? Quid ergo reſtat inter hæc, niſi comedere panem doloris, & dicere illud p̃s. Fuerunt mihi lachrimæ meæ panes die ac nocte? Non reſpiciamus ad menſam diuitis, ſicut quidam clauſtrales reſpiciunt ad fœneratores huius ſæculi, quaſi de micis eorum reficiantur, vel aſpirant, vt de teſtamentis & legatis eorũ pauperies locupletẽt. Sed audiant quid Gene. 43. dicitur. Illicitum eſt Aegyptijs comedere cum Hebræis, & prophanum putant huiuſmodi conuiuium. Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis, ſed reſpiciant ad menſam cęleſtem. ſi quis forte cęleſtium conuiuarum miſericordia motus in os latitantis ſub menſa catelli exigua illa deliciarum fragmenta dimittat. Nam & catelli edunt de micis &c.

*Sermo ſextus eiuſdem feriæ quintæ per thema præcedens, & in ordine 56.*

*A Correctio. Viſa correctione aliquorũ malorum cauens debent alij caſtigari.*

SI leonis ferocitas viſa catuli flagellatione edomatur, non eſt mirum, ſi vnus peccator cognita damnatione alterius caſtigatur, ſecundum quod dicitur prou. 19. peſtilentiæ flagellato ſtultus ſapientior erit. Ideo dñs diuitis damnationem recitat, vt alij à peccatis reſiliant, qui eius pœnam attendunt. Cornicula enim viſa alia mortua & ſuſpẽſa auolat ab agro ſeminato. p̃s. Lætabitur iuſtus, cum viderit vindictam, non amore vindictæ, ſed zelo iuſtitiæ. manus ſuas lauabit. i. opera ſua magis iuſtificabit in ſanguine. i. in punitione peccatoris. Econtra oſtenſio præmij multos animat ad prælia, & dura ſuſtinenda. Quẽadmodum Lazarus iſte propter æternũ præmium duram repulſam patienter ſuſtinuit. Gen. 49. Iſachar aſinus fortis vidit requiem, q̃ eſſet bona, & terram q̃ eſſet optima, & ſuppoſuit humeros ad portandum. quod tñ ſine adiutorio Dei facere non poſſumus, ſicut nec iſte Lazarus. Hoc autem adiutorium à beata Virgine imploremus dicentes. Aue.

*B Canta… Quom… do a… hã f… canta… miſer… diam & iudiciũ.*

Abraham huic diuiti canit mirabile carmen. iuxta illud p̃s. Miſericordiam & iudicium cantabo tibi dñe. Mĩam cantat huic diuiti in hoc ſæculo, & iudiciũ in alio. ecõtra pauperi. Ille enim mos eius eſt, q̃ electis in poſterum miſericordiam exhibet, & hic eos per iudicium duris afflictionibus præmit. Econtra de reprobis. Proſperis tñ & aduerſis tam boni, quàm mali vtuntur, ſed differenter, quia mali proſperis extollũtur, & aduerſis franguntur. boni proſperis ſuſtentantur, & aduerſis erudiuntur. Quod quidam ſapiens oſtendens ait. Eccleſi. 39. Neceſſaria ſunt vitæ hominum aqua, ignis & ferrũ, lac, & panis, & mel. Prima propter aduerſa. Secunda propter proſpera. Hæc omnia ſanctis in bona, malis in mala conuertuntur, murmurantibus apud Deum. ſicut vxor Iob in aduerſitate eius murmurauit, & filiis Iſrael qui in deſerto murmurauerunt, dictum eſt popule ſtulte & inſipiẽs, ſicut & vxori Iob dictum eſt. quaſi vna ex ſtultis mulieribus locuta es. Præterea conſilium Dei eſt ſuos electos per temporales afflictiones ad æternum refrigerium introducere. de quo Apoſtolus. Non ſubterfugi, quin omne conſilium Dei annunciarem vobis, pro quo oportuit caput noſtrũ Chriſtum pati, & ita intrare in gloriã ſuã. ſic & membra oportet per multas tribulationes intrare in regnum cœlorum, ſed reprobi non intelligunt quid prætendat dñs, per aduerſa quæ mittit. Ideo murmurant contra eum, aut à bono opere deſiſtũt. p̃s. Non intellexerunt opera dñi, cito defecerunt, & non ſuſtinuerunt conſilium eius. Abraham autem intelligebat iudicium domini, quod expreſſit verbis propoſitis. Fili recordare &c. Determinato in priori ſermone de triplici ſtatu diuitis euangelici. ſ. naturæ, fortunæ, & culpæ. Nunc dicendum eſt de ſtatu, quẽ tenuit in carcere gehennæ. In quo notat quatuor. Primò mortuus eſt non tam morte corporali, quàm ſpirituali. Secundò ſepultus, tertiò cruciatus. Et quartò mendicare compulſus. Mortuus eſt aũt diues. Primò igitur mortuus eſt.

*C Mors. Qũo differenter moriũtur boni, & mali.*

Differenter enim moriuntur boni, & mali. Nam mali in maxima anguſtia, & dolore. tũc. n. ab omnibus, immo bonis, quæ dilexerant, dimittuntur, boni vero cũ lætitia, & exultatione tranſeunt. Quodammodo tamen ſimiliter ſecundum naturas eorum varias tranſeunt. Nam graue violenter eſt ſuperius, & leue violenter eſt inferius. Si enim graue libere poſſet deſcendere, nequaquam quieſceret, donec ad centrũ perueniret, nec leue quouſque ad ignem. Sed nullum violentum perpetuo durat. Nam peccatores ſunt ſicut onus graue. ſicut qui quadam violentia in mundo quieſcunt nõ ſolum ſibi ipſis difficiles, ſed etiam qñque aliis ad portandum, & ſi terra eorum aperiretur, quæ animam grauem ſuſtinet, ſcilicet corpus, anima immediate exiens deſcẽderet in infernum. Similiter multi, quorum eſt cœlum hic violentia detinentur, vt magis mereãtur. Sed cum aperietur terra corporis, non ceſſabit anima, donec euoluet ad regna cœleſtia, & ſic ſatiabitur appetitus, & deſiderium, quo cupiebat diſſolui, & eſſe cum Chriſto. In exitu Iſrael de Aegypto tam populus Iſrael, quàm Pharao cũ Aegyptijs intrauerũt abyſſos maris rubri, ſed Aegyptijs deſcendentibus in profundũ quaſi lapis, filij Iſrael tranſierunt per ſiccum in medio eius. Omnes enim tam bonos, quàm malos oportet tranſire per medias amaritudines mortis, quia vnus eſt interitus hominis, & iumentorum, id eſt, bonorum & malorum. Vnde de malis dicitur in pſal. Aſcendunt vſque ad cœlos per honorum ambitionem, & deſcendũt vſque ad abyſſos malorum per mortis amaritudinẽ, & ſic omnia bona ſua amittunt.

*D Bonum. Quid eſt bonũ hominis.*

Circa quod quærit Augu. de verbis domini, quod eſt hominis bonum? Reſpondet illud quod non poteſt inuitus amittere. Potes aurum, potes domum, potes ipſam carnis ſanitatem amittere, etiam nolens. Bonum verò quo quis bonus eſt, non inuitus accipis, nec inuitus amittis. propterea aduerſum nos inuehit. pſal. Fili hominum vſquequo graui &c. Ideo ſubdit quod eſt verum bonum. Scitote qm̃ mirificauit dominus ſanctum ſuum, quaſi diceret. Iam exaltauit ſanctum ſuum, vt omnibus notum eſſet, qđ eſt verũ bonũ. & ſic ad ipſum anhelarent, quod non faciũt, ideo poſt trienniũ nõ reſtat niſi ſecuris.

*E Mors. Aliud eſt iudicium hoĩum de morientibus, aliud iudicium Dei.*

Mortuus eſt diues. In lectulo ſuo mortuus eſt diues, acta eſt pompa funeris, poſitus eſt in precioſo ſarcofago operoſiſſime fabricato, aromatibus conditus, & forte dicit quis. Sic uellẽ mori. Econtra occurrit aliquis, qui bene vixit & ſecundũ opinionem hominũ male mortuus eſt, puta à ruina, uel naufragio, vel à beſtiis laceratus. Sicut iſte pauper Lazarus vlceribus plenus & fętore. forſitan in vico ſolus, & à nemine viſitatus mortuus eſt. Male ergo moritur qui bene vixit. Rñdet Augu. primo ſm opinionem hominũ ita ſolitũ dici, ſed in iudicio Dei aliter eſt. Nam qui bene vixit, ſemper bene moritur, & q male, male. Hoc oſtendunt hæc duo perſonagia. ſicut enim quod facitis bonũ quantũ ſit nõdũ videtis, ſic qualis eſt vniuſcuiuſq; mors nondũ percipitis. Scit dñs qui merita ponderat, qui diuitem illum male mortuũ aſſerit, & Lazarum bene. Vnde p̃s. Precioſa in cõſpectu domini mors ſanctorũ eius, non dicit in conſpectu mundi. Vnde quidã ſanctus homo inuentus eſt morte ſubita defunctus in cella, in qua ſtudebat. Cum autem de eo loquerentur plurimi, inuẽtus eſt habens digitum ſuper iſtud Sapiẽ. 4. Iuſtus ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit, & tunc bene fuerunt omnes ædificati.

*F Suffragium. Qũo ſæcularis pompa non prodeſt mortuo.*

Secundo dicitur ſecundum eundem, q ſæcularis pompa nihil, aut parum prodeſt mortuo, quia illa exhibetur non ſentienti, ſicut ſi dormientem & non euigilantem ornes in lecto, vel tãquam ſi dominus domus mittatur in exilium, ſ. anima, & tu ornes parietes domus. Ille in exilio eget, fame deficit, vix ſibi vnam cellam inuenit, ubi ſomnũ capiat, & tu dicis felix eſt. Nam ornata eſt domus illius, ornas corpus, & torquetur ſpiritus. da aliquid ſpiritui, & dediſti aliquid mortuo. ſed quid illi dabis, quando vnam guttam deſiderauit, & non accepit? Hic enim contempſit mittere ante ſe aliquid, ſed quare? quia hæc via eorum ſcandalũ eſt ipſis, nõ putauit vitã, niſi præſentẽ. non cogitauit niſi quemadmodũ precioſis

vestibus

G *Mors. Mortem ſpūalem ſeqtur ſecunda ſ. ſepultura gehennæ.*

veſtibus obuolutus ſepeliretur. Secundo ſepultus eſt in inferno. Spiritualem mortē ſequitur mors & ſepultura gehennę, quam ſpiritualem mortem qui vicerit, non lædetur à morte ſecunda. Apoc. 2. quam timere habet quilibet Chriſtianus. Horrendum enim eſt Chriſtiano, q ſequitur mortem magis quàm ipſa mors. Vnde Augu. de ciui. Dei. Aliud eſt, q carnis ſenſus infirmiter pauidus refugit. Aliud eſt quod mentis ratio diligenter enucleata conuincit. Mala mors putanda non eſt, quam bona vita pręceſſerit. Neque enim facit malam mortē, niſi quod ſequitur mortem. Non itaq; multum curādum eſt eis, qui morituri ſunt qd accidat, vt moriantur, ſed quo ire cogantur. Cum ergo Chriſtiani nouerint longe meliorem fuiſſe religioſi pauperis mortē inter lingentium canum linguas, quā impij diuitis in purpura, & byſſo, horrenda illi genera mortium. quid mortuis obfuerunt, qui bene vixerunt? Quod maxime debent perpendere clauſtrales, ne morte illa ſpirituali moriantur, & conſequenter morte ſecunda. Moritur enim religioſus ſpiritualiter, quando deſerit clauſtrum, & exit ad mundum. Deute. 32. Videbit q infirmata ſit manus. i. actus remiſſi ſint, & clauſi quoque defecerunt. i. clauſtrales, & contemplatiui, & exinde ad eorum malū exemplum reſiduiq; conſumpti ſunt. Non eſt mirum, ſi moriuntur, quia ſunt extra locum naturæ ſuæ, ſicut piſcis extra aquam. Eſa. 50. Computreſcent piſces ſine aqua. Abominabile eſt videre mortuos de ſepulchro exire, ſic clauſtralem de clauſtro. qđ ſępe fit per incantationem concupiſcentiæ malæ, quæ ſignificatur per phitoniſſam ſuſcitātem Samuelem. Talis autem ſepultus eſt in inferno. i. in mundo, qui eſt infernus comparatione clauſtri, quod eſt paradiſus. 1 Ioan. vlti. Mundus totus in maligno poſitus eſt. ideſt in malo igne concupiſcentię. Vnde clauſtrales qui iuxta mundanos manent, dicere poſſunt. Vita noſtra inferno appropinquauit. Inferior enim ſtatus īfernus eſt illi, qui de ſuperiori deijcitur, ſicut de Lucifero legitur, qui per ſuperbiam de cęleſti regno ad terram miſeriæ & tenebrarum proſtratus eſt. Tertio cruciatus eſt. vnde ſubditur. Cum autem eſſet in tormētis &c. Sed quæritur, vtrum ita ſubito poſt mortem præmientur, vel puniantur, ſicut hic

H *Religio. Qūo moriuntur clauſtrales dum deſerunt clauſtrū.*

I *Infernus. Vtrum poſt mortem immediate præmientur uel puniantur.*

apparet in præmiatione Lazari, & punitione diuitis. Reſpondetur q ſic. per illud Iob. 21. Ducunt in bonis dies ſuos, & in pūcto ad inferna deſcendunt. & per illud. Hodie mecum eris in paradiſo, & quantum ad vtrūque patet de diuite & Lazaro. Et rōne ſic patet. quia militi & mercennario ſtatim poſt laborem debetur quod meruit uel demeruit, & cum militia ſit vita hominis ſup terrā. Iob. 7. Et ſicut dies mercennarij dies eius. & Deus quod aliis præcipit obſeruat & illud præcepit. Leuit. 19. Non morabitur opus mercennarij apud te uſque mane, & quod dicit Ioelis vlti. Cito uelociter reddam viciſſitudinem uobis ſuper caput ueſtrum. Ideo dńs cito poſt mortem quando vtrorūque labores finiuntur, punit, uel pręmiat eos. Eleuans autem oculos ſuos uidit Abrahā, & Lazarū in ſinu eius, nō eſt ad releuandū dolores diuitis, q Lazarū videt diues. Ecōtrario eſt de viſione Lazari, q vidit eū in tormētis. Greg. Iuſti ī tormētis ſp intuentur malos, vt hinc gaudium creſcat. quia malum conſpiciunt quod miſericorditer euaſerunt. iux. illud Eccl. 43. Qui mare enauigant, enarrant pericula eius, & rōnē huius aſſignat Grego. Nec tantæ (inquit) beatitudinis claritatem apud animos iuſtorum obfuſcat aſpecta pœna reproborum: ſed ſicut in pictura niger color ſubſternit, vt albus vel rubeus clarius uideatur, ſic tāto bonis gaudia ſua excreſcunt, quanto eorum oculis mala eorum ſubiaceant, quæ euaſerunt. Eſa. vlti. Egredientur, & videbūt cadauera virorum, qui præuaricati ſunt in me. Cadauera dicit corpus & animam, quæ tunc dabuntur vermibus corrodēda. Vnde de Aegyptijs dicitur Exod. 14. Aegyptios quos hic videtis nequaquam vltra videbitis. glo. ſ. quales nunc videtis. Viderunt tñ eos ſuper litus mortuos, & lætati ſunt. Sic ſancti videbunt eos, qui perſecuti ſunt eos in tormentis, & lætabuntur. Quarto mēdicare cōpulſus eſt duobus modis. Primo petijt ſuffragia pro ſubleuanda ſua calamitate. Secundo pro tuenda ſuorum amicorū periclitatione. Primo igitur rogat Abrahā q dicens. Pater Abraham miſerere mei, mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti in aqua &c. Ibi manifeſte cognouit diues (quāuis tarde) q diuitiæ huius ſæculi falſę ſunt, & non veræ. Primò, quia uidebat eas, quas multum appreciatus erat nullius eſſe valoris.

K *Infernus. Qūo iuſti uident eos in tormentis, tamen rum dan... tiam.*

L *Diuitiæ Tribu... tur ... tiplices dimi... tia ... nores ... ius ... dimi... uerita... tia.*



valoris. Ille non vere diceretur diues, qui haberet tales diuitias, quæ non acciperentur, neque ad panem, neque ad vinum, nec ad aliquas denariatas. Tales ſunt iſtæ diuitiæ Si quis in die iudicij haberet oēs huius mundi diuitias, non poſſet inde redimere minimum peccatum, quod vnquam fecit, nec pro eis habere vnam guttam vini gloriæ, nec vnum fructum panis angelorum, nec vnam guttam aquæ ad refrigerandum ardorem ſuæ pœnæ. Prouer. 11. Non proderunt diuitiæ in die vltionis, quia diuites eguerunt & eſurierunt, inquirentes autem dńm &c. Iob 27. Diues cum dormierit, nihil ſecum affert, apprehendetq; eum quaſi aquæ inopia. Secundo hoc idem patet per aliud exemplum. Nam qui cras emeret pānum, & exinde faceret veſtem fieri, & dum deberet eam induere cauſa eundi ad feſtū caderet per petias, ſciret q pannus nullius eſſet valoris. Sic quando homines credunt q diuitiæ eis proſint, & credunt ire ad feſtum paradiſi, tūc cadunt per petias in manus vxorum, filiorum, & hæredum, & illi miſeri recedunt nudi, & tunc apparet quòd non ſunt diuites. Secundo cognouit, q honores eius redigebantur in nihilum, quia pro multitudine ſuperborum miniſtrorum quibus utebatur in ſuis conuiuijs, & ornatu ſuperfluo, non potuit habere vnū miniſtrum ulceroſum. ſ. Lazarum, ut ei miniſtraret, non uinum, ſed aquæ guttam. A quibus miniſtris ſe gaudebat abſolutum Dauid dicens. Non habitabit in medio domus meæ qui facit ſuperbiam &c. Pro omnibus uaſis aureis & argenteis, quæ habebat in ſuo ſeruitio, petiit extremū digiti ulceroſi, nec obtinuit. Quanta miſeria? Sufficit ad replēda uaſa uinaria uas ligneum, & ad repiendum corpus noſtrum (quod eſt uas immundıtiæ) oportet habere uas argēteum. Vnde de beato Auguſtino legitur q coclearibus argenteis tantum vtēs, cętera uaſa, quibus menſæ inferebant eſcæ teſtea erant, & marmorea. Sed quæritur, ſi iuxta aquam eſt diues, uel magis infra aquam, quare de ,p-ximo aquam non aſſumit? Dicitur primo, q erat ſimul & in igne, & in aqua & ſimul ſummam caliditatem, & ſummam frigiditatem patiebatur, quemadmodum in damnatis contingit. Vinctæ. n. erāt manus eius. & meritò, quia ſolutis in debilitatem manibus Lazari ſubuenire contempſit. Debet

M *Infernus Qđ dāna ... ſimul patiuntur ſummam caliditatem & frigiditatē.*

enim homo debilibus ſua membra partiri, quæ Iob non dare, ſed reddere ſe dicebat. Iob. 29. Oculus fui ceco, & pes claudo.

N *Diues. Qūo hic pagātur diuites et pauperes in alio ſeculo.*

Cui Abraham. Fili recordare &c. Suauitas huius ſæculi amaritudine terminatur. Prouerb. 14. Extrema gaudij luctus occupat. Sed amaritudo huius ſæculi ſuauitate terminatur. Eccle. 9. Vinum nouum amicus nouus, ueteraſcet, & ſuauiter bibes illud, quia uinum nouum à principio durum eſt, ſed cū ueteraſcit, molleſcit, & ſuaue eſt. Et hoc eſt, q qui modo in ſiniſtra ſunt aduerſitatis, finaliter erūt in dextera ſummę fœlicitatis. Al j econuerſo. Nutrix geſtat puerum in ſiniſtra, vt dextera ipſum nutriat, & paſcat Can. 2. Leua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Illi quorum capiti. i. corpori ſiniſtra aduerſitatis ſuperponitur, finaliter dextera fęlicitatis amplexabuntur. Huius figura eſt Gen. 49. Vbi primogenitus Ioſeph poſitus eſt à dextris, & ſecundus à ſiniſtris, & tandē Iacob cancellatis manibus dexteram poſuit ſuper ſecundum. & ſiniſtram ſuper primū, quia erūt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi. Sic Apoc. 10. dicitur, q angelus poſuit pedem dextrum ſuper mare, & ſiniſtrū ſup terrā, quia pes diuinæ affectionis ſup amaros & pauperes ponitur, pes ſiniſter diuinę vltionis ſuper terram i. terrenos imprimitur. Ideo petebat Iob illam dexteram poſtquam fuerat in ſiniſtra dicens. Operi manuum tuarum porriges dexterā. Hinc eſt, q ſuper crucifixum cōiter ſol & luna depinguntur, ſol à dextris, luna à ſiniſtris, quia dńs electos ſuos ſpiritualibus bonis ſuſtentat (quæ per ſolem, qui non decreſcit, ſignificātur) peruerſos uero temporalibus (quæ per lunam intelliguntur) quæ multū mutabilis eſt. Eccle 27. Sapiens permanet in ſapientia vt Sol, ſtultus ut luna mutatur. Timeant ergo diuites, ne in ſe portent ſignū damnationis æternæ ratione continuæ ,pſperitatis ſuæ, pauperes uerò lætentur, quia in paupertate ſignum ſuæ ſalutis gerūt. vñ diuites hic pagantur, pauperes non. Sicut autem Deus non punit bis in idipſum, ſic nec præmiat. Cū igitur pagatus fuerit hic diues bonis tranſitorijs, iuſtum fuit ut careret æternis. Quinque ſunt aggrauātia tormentum diuitis ex reſpōſione Abrahæ. Primo aggrauat cōſideratio amiſſæ dignitatis, cū dicit. fili recordare &c. Plus dolet

O *Infernus Quinque aggrauant tormenta damnatorum.*

quis

quis de amiſſione regni vel hæreditatis, q̃ ſibi iure hæreditario competebat, quàm de ea quę eſt huiuſmodi. Vita ęterna cuilibet hæreditario iure debetur. p̃s. Ego dixi, Dij eſtis, & filij excelſi oẽs. Sed ad Roma. 8. Si filij & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti, & ſic ad memoriã reducit ei, q regnũ propter quod factus fuit, ſua culpa amiſerat. quod maxime dolorẽ ſuum aggrauabat. p̃s. Super flumina babilonis .i. inferni, illic ſedimus, & fleuimus, dũ recordaremur Syon .i. æternæ hæreditatis perditæ. Secundum aggrauans eſt priſtinæ proſperitatis conſideratio. cum dicitur. qa recepiſti bona in uita tua. Grauius .n. ſuſtinent pęnam, & defectum, qui in deliciis, & honoribus fuerunt enutriti. Sic filij Iſrael in deſerto grauius penuriam ſuſtinuerunt, quando deliciarum Aegypti recordabãtur. Nume. 11. Flebat vulgus deſiderio carniũ. Recordamur (inquiunt) piſcium, quos comedebamus in Aegypto, in mentẽ ueniunt pepones &c. Male ſentiunt hi, qui dicunt, q peius erit eis, qui præſens ſæculum amittunt, & futurum, quàm his, qui futurum tãtum, quia ſi ſcirem me damnandum, mallẽ eſſe in hac vita in miſeriis, quàm ĩ deliciis. Aſſueta enim facilius tolerantur, ſm illud vulgare. A peine porte mal qui aprins ne la. Et ſic poteſt exponi illud. Luc. 10. Tiro & ſidoni remiſſius erit in iudicio, q̃ vobis. Tirus interpretatur anguſtia, & ſidon venatio. Illis ergo, qui nunc in agonia venantur, leuius erit in fine, q̃ illis, contra quos (Luc. 6.) dicitur. Veh uobis diuitibus, qui habetis hic conſolationem veſtram. Tertium eſt conſideratio fœlicitatis alienæ, cũ dicitur hic autem conſolatur. Plus .n. grauatur quis in calamitate in qua non habet ſocium, maxime cum uidet aliquẽ proſperatum, quem aliquando deſpexit. p̃s. Cornu eius exaltabitur in gloria. Peccator uidebit, & iraſcetur, dentibus ſuis fremet, & tabeſcet. Quintũ aggrauans eſt proprie egeſtatis conſideratio. Vnde ſubdit. tu cruciaris fame. ſ. & egeſtate. Non .n. potuit habere vnam guttam aquæ vel micã poſt mortem.

*P*
*Diues euangelicus. Quadruplex rõ,*

Ratio huius eſt multiplex. Primo, qa qui parce ſeminat, parce & metet. & quia iſte dum uiueret, noluit ſeminare in agro bene ſtercorato, quem habebat ad ianuã, ideo nec micam panis, nec guttam aquæ meſſuit poſt mortem. Secũdo, quia ſtultus fuit in uita ſua. vnde de ſimili ſibi dicitur. Lucæ. 12. Stulte animam tuam repetent à te &c. Sed Eccleſi. 22. Cor fatui quaſi uas confractum. ideo non poterat vnam guttã aquæ continere. Sapiens autem erat Abraham, qui nec vnam guttam voluit perdere. Bona erat illa aqua compaſſionis. bonus erat digitus, quem petebat, ſed ſtulte multum. Tertio, quia ualde infirmus erat. Conſilium autem medici eſt nõ comedere, aut bibere vſq; poſt completam digeſtionem. Ille autem quod manducauerat apud ſuperos, hoc digerebat apud inferos. Aug. Mãducabat precioſas epulas ore carnis, ore cordis manducabat iniquitatem, & quod apud ſuperos ore cordis temporaliter mãducauerat, hoc apud inferos in æternũ male digerebat. Fecit .n. feſtum ante vigiliam, feſtum quidem tranſitorium, ſed vigiliam æternam, in qua ieiunabit in æternum. Videant gaſtrimargi qũo illud ieiunium ſuſtinebunt, qui vix vno die ieiunare poſſunt. Ideo quia necdũ facta erat digeſtio, noluit medicus Abraham dare ſibi guttam aquę. Quarto, quia male mẽdicabat. Debebat .n. mendicare ab amicis, in quibus tãquam in Deo confidebat. Deute. 32. Surgant, & opitulentur uobis, & in neceſſitate uos protegant. Augu. Putas quantum inuocatum eſt nomen illius diuitis, poſtea quã ſe inebriabant homines in memoria ipſius & promptuaria ſiue cellaria abundabant uinorum uarietate, nec deſcẽdebat vna gutta ſuper linguam eius ardentem. Ventri ſuo ſeruiũt homines, non ſpiritibus ſuorum. Ad ſpiritus mortuorum nõ peruenit, niſi quod ſecum viui fecerunt. Quintum aggrauans eſt æternę ſentẽtiæ, & irreuocabilis cõſideratio. vnde ſubditur. Et firmatum eſt chaos magnũ &c.

*Q*
*Chaos. De triplici chao.*

Chaos illud primo deſignat diſtantiam meritorum. Secundo locorum, quæ ſumitur ex diſtantia prima, & illud ſignificatur. Exo. 8. Ponam diuiſionem inter populum meum, & populum tuum, quia in terra Ieſſen erat ſemper lux, & ĩ Aegypto ſemper tenebræ & muſcæ .i. conſcientiæ aculei, & materialium pęnarum afflictiones Hoc etiam ex diuino iudicio procedit. vñ hæc eſt diuiſio inter præſcitos, & prædeſtinatos. Iob. 28. Lapidem caliginis, & umbrã mortis diuidit torrens à populo pergrinãte .i. electo. 2. Cor. 5. quãdiu hic ſumus à domino peregrinamur. Lapis caliginis eſt

quicunque



quicunq; corde durus, uel in iuſtitia nimis rigidus, & ideo lapidis caliginis dicitur, qñ nõ p̃uidet ſuã ruinã. 1. Corin. 10. Qui ſtat, uideat ne cadat. Sed vmbra mortis eſt dyabolus, cuius dũ ſequitur iniquitatẽ illius, in ſe imprimit imaginẽ, quę eſt vmbra mortis. Hos diuidit torrens .i. diuinæ gratiæ irrigatio, cuius abundantia iſte perfunditur primo, poſtea vero, nec guttam aquæ ad refrigerium habere põt, quod ſignificatur. Ioſuæ 4. Quòd lapides ſicci poſiti ſunt in aqua, & lapides qui erant in aqua humidi, poſiti ſunt in ſicco, quia qui in ſtatu iuſtitię ſunt, qñq; poſiti ſunt in ſicco gratię merito peccatorum ſuorũ, & ecõuerſo. Tertio dicitur chaos infernaliũ pęnarũ confuſio. Exo. 9. Grando & ignis mixta pariter ferebant. p̃s. Pluet ſuper peccatores laqueos. Sap. 5. A petroſa ira plene mittentur grandines, & candeſcet in illos aqua maris, & flumina cõcurrent duriter. Circa nos quodãmodo nunc uariant ſuas vices mĩa Dei, & iuſtitia Cant. 5. Manus dñi tornatiles. Exo. 12. Dominus tranſiet percutiens Aegyptios, ſed in fine immobilis erit menſura iuſtitiæ, & chaos firmatum. Eſa. 30. Erit tranſitus virgæ fundatus, quem requieſcere faciet dñs ſuper eum, & de bonis dicitur. Io. 16. Gaudium ueſtrum nemo tollet à vobis.

*R*
*Diues. Qualiter male peĩt Lazarũ mitti in domũ patris ſui.*

Secundo compulſus eſt mendicare, pro tuenda ſuorũ amicorũ periclitatione. vnde ſubditur. Rogo ergo te pater vt mittas eũ in domum patris mei &c. In quibus verbis ſex mala notantur in diuite. Primo ĩportunitas reſpectu Abrahæ, quem iterum ſolicitat. Et mirũ eſt q non rñdet ei. iuxta illud Luc. 11. Noli mihi moleſtus eſſe, quia pueri mei mecũ ſunt in cubili. i. Lazarus & alij electi in ſinu Abrahæ, ſed Abraham ſua patientia vtitur. Secundo crudelitas, & iniuſtitia reſpectu Lazari. Petit .n. vt Lazarus mittatur ad fratres ſuos vt accipiant ab eo doctrinã, qui ab eo non potuit accipere micã, & volebat illius turbare quietẽ, qui antea ſemp̃ in laborib. uixerat. Nõ .n. credendũ eſt, q Lazarus vellet ſuſcitari, & ad hãc uitã reduci, cũ ẽt dñs fleuerit ſup̃ alterius Lazari reſuſcitatione. Tertio permanẽtia carnalis effectus, quẽ ſicut prius habebat, nec tamẽ aliquid charitatis ei inerat, quæ ei prius nõ inhæſerat. Nondum .n. exierat de domo patris ſui, qui ibi mẽte erat. Matt. 6. Vbi eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuum, in quo non erat filius Abrahæ, cui dictum eſt. Egredere de terra tua, & de cognatiõe tua, & de oĩ domo patris tui. Iam egreſſus erat corpore, ſed non mente, ideo præcipitur egredi mẽte. Vnde nõ poſſunt dãnati poſt mortẽ illum quem habuerunt mutare affectum, ſicut nec opera. Opera .n. illorum ſequuntur illos. Quarto notat in fratribus diuitis cõformitas culpæ, ſicut & naturæ, habeo (inquit) quinque fratres, qui quinq; ſenſuũ uoluptatibus intendunt. Fratres q̃dẽ nõ tm̃ natura, ſed & culpa. Sicut quinq; uiros ſe dixit habere Samaritana, & alius iuga boum quinq; emiſſe. Quinto, q nõdũ erãt emãcipata malo patre. Vnde ſubdit. in domo patris mei. cui dici põt illud Eze. 16. Pater tuus amor reus, & mater tua cethea. Ad tales nũquam mitteret Abraham ſeruos domini, ſed tantummodo deſertos à patre. ſ. à mundo & à matre. ſ. à carne. p̃s. Pater meus, & mater mea dereliquerũt me dominus aũt aſſumpſit me. Sexto, diuitis fatuitas, qui credebat eos non fore ſocios in pœna, qui fuerãt ſocij & hæredes in culpa. Multum .n. verebaĩ ne ſuſtineret improperium ipſorum. eo q eos ad uitia inuitauerat. Cri. Iuſtũ eſt fratres habitare cũ fratre ſuo. Hæreditas (inquit) tua & fratrum tuorũ infernus eſt.

*S*
*Pater. De paternitate dei & dyaboli.*

Sed cũ diues iſte dicat Abrahã patrẽ ſuũ, qũo aliũ nõĩat patrẽ ſuũ, ad cuius domũ vult mitti Lazarũ? Reſpõdeĩ, q habere patrem Deũ nõ põt, niſi qui facto imitatur illũ. iuxta illud Mat. 5. Eſtote miſericordes ſicut pater ueſter &c. Pater aũt crudeliũ & malorũ eſt diabolus Ioan. 8. Vos ex patre diabolo eſtis. Omnes ergo boni ſunt de domo vnius patris ſpiritualis. ſ. Dei. oẽs mali de duplici domo Dei ſcilicet ſecundum dona naturæ, cuius filij ſunt ſm naturã. Sunt ẽt diaboli, cuius filij ſunt per imitationẽ. Vnde ĩ domo huius patris habebat multos fratres ſibi conſimiles crudeles in pauperes. Ideo ſicut ad uiuitem non eſt miſſus Lazarus, ſic nec ad iſtos erat mittendus Lazarus, id eſt, diuinum auxilium. Non enim proderit eis orationis ſuffragium, niſi prius exeant de ſui peccati domo, ſignificat autem iſtos qui pro ſe, & ſibi ſimilibus uolunt ſuffragia cõparare, & in nullo uolunt laborare ſignificati per Saulem. 1. Reg. 15. qui dixit, peccaui, ſed nunc quæſo, porta peccatum meum. Reſpõdit Abrahã. Habẽt Moyſen, & p̃phetas.

*F Fides. Qđ pauci mũdani fidẽ habent de alio ſæculo.*

Cui diues. Non pater Abraham &c. In his verbis poteſt notari error fratrũ huius diuitis, qui nunc viget in pluribus mundanis & in quo fortaſſe iſte diues deceſſit, ſed modo falſum experitur. Credunt.n.non eſſe futurum ſæculum, & poſt mortem iã interire cum corpore. iuxta illud Sap. 2. Dixerunt impij non eſt refrigeriũ in fine hominis, & non eſt qui agnitus ſit reuerſus ab inferis, quaſi velint modo ad nos mitti Lazarum mortuũ, vt ipſo viſo credant eſſe aliud ſæculũ. Secũdo notatur in hoc ſtultitia mundanorum, quæ ex eorũ incredulitate prouenit. Eo enim ipſo ꝙ nihil credũt de futuro ſæculo videtur eis plus eſſe credendũ mortuis quàm viuis, q̃ ſimiles Sauli per phitoniſſam periit ſuſcitari Samuelem cũ dicat Eſa. 8. Cum dixerint uobis q̃ri e à phitonibus & diuinis &c. Nunqd nõ populus à Deo ſuo requiret viſionẽ pro viuis & mortuis, & nõ magis ad legẽ & teſtm̃ quaſi dicẽs ꝙ hic dr̃, hñt Moyſen & ꝓphetas.

*Feria ſexta poſt 2. dominicam quadrageſimæ.*
*Sermo I & in ordine 57.*

*A Auxiliũ. Qđ malũ non deletur niſi ꝑ diuinum auxiliũ.*

MAlos male perdet, & vineã ſuam locabit alijs agricolis. Matth. 21. Malũ niſi cito ei occurratur & deleatur, inducit & efficit perditionem. iuxta ſñiam allegatam Iudæorum per Saluatorẽ confirmatã. Malos male perdet &c. Deleri aũt nõ põt niſi per diuinũ auxiliũ. Nam in capite ſunt cornua ad defendendum reſidua mẽbra. p̃s. Fortitudo mea, & laus mea dñs. inde Oſeæ 23. Perditio tua ex te Iſrael, tantummodo ex me auxilium tuum. Cum autem periclitamur in flumine ſummum remedium eſt nos firmiter tenere ad aliquid fixum, vtpote terram uel arborem. Hæc terra eſt Maria virgo, quæ in terra germinãs Saluatorẽ, & arbor ſita in medio paradiſi, id eſt eccleſiæ, quæ protulit fructum vitæ, ideo debemus ei firmiter adhærere. Tum quia mulier eſt, & mulieres cõmuniter ſunt miſericordes, vt in obſtetricibus Aegyptiorũ (quãuis idolatris) apparuit. Quanto magis illa quæ eſt benedicta inter mulieres. Secũdo, quia mater noſtra eſt. Puer.n.tunc matrem fortius amplectitur, & quietius ſe recolligit in gremium, qñ quem timet minatur vt capiat. Vel cũ porcus accedit ad eũ, vel canis panẽ de manibus ſuis nititur accipere, quæ cito occurrit, & amplectitur, & ab igne in quem cecidit, ſubtrahit velociter, ſic & Maria nobis occurrit miſericorditer, propter quod ſalutemus eam &c.

*B Mariæ. Qđ Maria miſericorditer nobis auxiliatur.*

In hoc euangelio ponũtur duæ parabolæ. Prima eſt concluſiua verbi aſſumpti ꝑditionis hominum malorum, quę eſt de vinea locata agricolis. Secunda eſt de cemẽtarijs reprobantibus lapidẽ angularẽ, quæ eſt bonorum hoĩum ædificatiua, & malorum totaliter cõſumptiua, vt ſic ex vtraq; concludatur, malos male perdet &c.

*C Plãtat. De triplici plantatione vineæ nouellæ ſ. adulterinæ, & ueteris.*

In prima parte parabolæ primæ ponitur conſtructio, & plantatio vineæ. Vnde homo quidam paterfamilias plantauit vineam. Vinea iſta quam plãtauit fuit ſinagoga, ſicut & vinea præſens dicitur eccleſia, ĩ quarũ vtraque ſunt nouellæ plantationes veteres, & adulterinæ. Nouellæ ſunt in triplici differentia. ſ. in ſcholis, in eccleſijs, & in clauſtris. In ſcholis plantantur propter inſipientiam ante ætatis maturitatem, leuitas.n.comitari ſolet adoleſcentiam, & propter hoc minus habentur iuuenes in reuerentia auctoritatis. p̃s. Adoleſcentulus ſum ego, & contẽptus. quod notat Apoſtolus. j. Thimo. 4. Nemo adoleſcentiam tuam cõtemnat. Aetas autem præſtat auctoritatem loquendi. Eccle. 32. Loquere maior natu. quod notatur. Ioã. 9. Aetatem habet de ſe loquatur. Sunt tñ qui licet habeant ætatẽ, non tñ ſufficienter uiderunt & audierunt, & cito ꝑdicant. Sed ſicut videmus plantas nouellas, quę primo citius debito prorumpunt in fructus & poſt deficiunt. ſic de iſtis Sap. 4. Confringentur rami incõſummati, & fructus eorum inutiles & acerbi ad manducandum. Prouer. 13. Subſtantia feſtinata cito minuetur. Sunt ẽt tales nouelli, qui tranſeunt terminos ſuos vt logici, qui de theologicis diſputant. contra illud Deute. 14. Maledictus, qui transfert terminos proximi ſui. Vnde quæ medicorum ſunt medici, tractant fabrilia fabri. Secundo in eccleſiis ſunt nouellæ plantationes quantum ad ætatem, dum iuuenes præferuntur epiſcopatibus, & parrochiis, ſimiles ſtulto, qui recipit curã infirmi nihil ſciẽs de arte medicinæ, ſignificati per hoc, ꝙ Gen. 28. dixit Iũdas Thamar. Eſto vidua in domo patris tui, donec creſcat ſella filius meus. Quòd ſi dicatur ꝙ talis ahuc iuuenis eſt, & poteſt in ſcholis diſcere phiſicã. dicitur, ꝙ ſimile eſt

ac ſi



ac ſi quis infirmus quærat remedium ab eo qui tenetur ei dare. & propter hoc ſtipendia recipit, & ille reſpondet. Non poſſum modo, ſed uado ad montem peſſulanum, vt illic ſtudeam non in arte medendi, & infra quinq; annos dabo uobis remedium. Secundo in clauſtro ſunt nouellæ plãtationes, qñ in adminiſtrationibus præferuntur iuniores. vñ ſępe contingit murmur, & cõpletur illud Matth. 20. Erunt nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi. Aliæ ſunt plantationes adulterinæ. de quibus Sap. 4. Adulterinæ plãtationes nõ dabũt radices altas, nec ſtabile firmamentum collocabunt. Iſti ſunt mali prælati, qui male ingreſſi ſunt in eccleſiã, & nõ per oſtiũ Chriſtũ. Et quia nõ ſunt in charitate radicati, & fundati. iuxta Apoſtolũ Ephe. 3. Ideo non mittunt radices in populo, & in terra quã dedit eis dñs colere. Quæ ideo dñr adulterinæ, quia per dulterium ſpirituale ſunt filij dyaboli, quales erant principes ſacerdotum. & ſcribæ & phariſei, qui cũ uellent radicari, & radices mittere in populo illo honorificato, ne perderent locũ & gentem, occiderũt Chriſtũ, ſed eos fefellit opinio, quia cito ablata eſt eis gens, & locus. Aliæ ſunt plãtationes ueteres, quæ fructum bonum proferũt. de quibus Eſa. 61. Plantatio dñi ad glorificãdũ. de qua dr̃ in euangelio. auferetur à uobis regnũ, & dabitur genti facienti fructus, ſed iã videtur ẽt quaſi decrepita, & ad corruptionẽ tendere. Ceſſat.n.nũc deuotio in eccleſia, & tranſiuit ad populũ quaſi ſeneſcat eccleſia.

*D Deuotio. Vnde eſt ꝙ à principio eccleſiæ fuit magna deuotio, nũc uerò tabeſcit.*

Circa hoc quæritur, cur nõ ita, & magis deuote ſeruimus Deo, q̃ à principio, viſo ꝙ motus naturalis ſit uelocior ĩ fine, q̃ in principio? Cũ igitur in principio eccleſiæ oẽs ſeruiebãt Deo vſq; ad ſacrificium corporis, quid eſt modo ꝙ uix aures & os præſtare poſſumus ſeruitio Dei? Reſpondetur. Prima propoſitio. Naturale eſt ſeruire Deo, & eũ colere, quia opus artis naturaliter ad obſequium deputatur artificis. Inde eſt, ꝙ cõtra naturã eſſe videtur, ꝙ hõ, qui eſt opus Dei, ad eius ſeruitium nõ deputetur. Prætereà oĩs effectus naturæ in aliquo intendit aſſimilari ſuæ cauſæ. Si.n. uas figulũ intelligeret, ab eo quæreret ſuã perfectionẽ, cũ naturale ſit vnumquodque ad ſuã perfectionẽ tendere, & cũ Deus ſit ultima hoĩs perfectio, naturale eſt vt ad eũ tẽdat, & ei ſeruiat. Secũda propoſitio. Nũc tẽporis nõ eſt tantus feruor colẽdi Deũ, ſicut à principio eccleſiæ. Hoc aũt ex tribus cõtingere põt. Primo ex ſenectute mũdi. Oĩs.n.res in tẽpore ſeneſcit, & debilitatur Cũ igitur mundus ſeneſcat, ſequiter ꝙ ẽt opera eius ſeneſcunt, & debilitantur. Ideo in apocriphis Eſdrę dicitur, ꝙ ſicut mulier qñ ſeneſcit, portat filios debiliores, ſic ſeneſcente mundo debiliores erunt hoĩes in virtute animi. Secũdo ex hoc ꝙ non ita recens eſt ſanguis Chriſti, ſicut erat à principio eccleſiæ. Tunc.n.erat recenter effuſus, & ſic calefaciebat corda ſanctorum virorũ vt parati eſſent ſubire mortẽ. Nunc autem infrigidãtur mẽtes, quia ille ſanguis iã infrigidatus eſt. Tertio ex malis exẽplis pręlatorum, & eorũ mala vita. cum rex quidã Frãcorum miraretur ſuper hoc, ꝙ nõ uidebat milites ita ſtrenuos, ſicut à principio, & multi multas rationes redderent, quidã fatuus illic præſens reſpõdit. da mihi vnũ Carolum regem. et ego tibi dabo plures roulãdos, et oliuerios. Tertia ꝓpoſitio. homines raro ita deuotione feruent in ſenectute, ſicut in iuuentute. propter tria. primo propter uehementiã tentationũ dyaboli, q uehementer tentat de peccatis ſpũalibus, licet tẽtatio carnis ſit remiſſior, quia dyabolus maxime inſidiatur fini hoĩs. Ideo ſicut naturale eſt homini quanto appropinquat fini magis ſeruire Deo, ita dyabolus propter uehementiam malitiæ ſuæ, et iuuidiæ fortius impingit in hoĩem cũ ſeneſcit. Aliæ duæ cauſæ tanguntur. Sap. 9. Corpus quod corrũpitur aggrauat aĩam. ecce ſecundam rationem, quia aĩa in corpore ſene nõ põt ita faciliter uti corpore ſuo tãquã infirmo, ſicut in iuuentute. Aggrauat.n.aĩam ne ſe poſſit in altũ erigere. p̃s. Cõcupiſcit et deficit aĩa mea in atria domini. cõcupiſcit quidẽ ſe erigere in altum, ſed deficit propter graue corporis pondus. et ſubditur. Tertia ratio. et deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitãtẽ. vix.n. inuenitur homo qui propter ſuas neceſſitates q̃rẽdas quaſi infinitis negotiis nõ ĩplicetur, et ſic cor per uaria diſtractum vix poteſt ſe recolligere, et ſic minus feruet ĩ deuotione. Propterea ſi ualeãt ſenes ne totaliter tepidi remaneãt frequenter nitantur orationi, et deuotioni uacare, ut ſm̃ morẽ grãmaticorum regantur ex vi actus conuerſi in habitũ. Sic ſacerdotes Iudæorum iam ætate et moribus in-

*E Deuotio. Qđ hoĩes ſunt magis deuoti in iuuẽtute, q̃ in ſenectute.*

ueterati oĩ deuotione ſubtracta in Deum pupugerunt, & deuotionis ariditate cõſumpti ſunt. Quarta propoſitio. Bonis naturale eſt quanto finis eorum appropinquat, tanto magis debere ſeruire Deo, licet propter ſupradicta rarius hoc fiat. probatur tripliciter. Primo, quia boni viri quodammodo accedunt ad integritaté naturæ, quæ data fuit à principio homini, quæ licet non reparetur per originalẽ iuſtitiã, reparatur tamé per Dei gratiam. Sed ut allegatum eſt motus naturalis velocior eſt ĩ fine, quã in prin. iõ iuſtus quãto appropinquat fini ſuo, tãto venerari debet Deũ, & cogitare de Deo, ſe ad eũ diſponẽdo, elemoſinas faciendo, teſtamẽtũ & familiã ſuã diſponendo. Secũdo Saluator ait. Ego veni vt vitã habeant, & abundantius habeant. habent ſiquidẽ gratiã Dei iuſti in principio uel medio vitæ, ſed quia omni habenti dabitur, ideo abundã:ius habẽt in termino vt inſtãter quærãt, vbi qui nõ hẽt & q̃ vr̃ habere. ſ. intellectus, volũtates, deliciæ, auferetur ab eo. Tertio quia vbi maius bellum ibi de triumpho maior eſt, & laudabilior victoria, ſed quanto hõ ad finem tendit, ſi dyabolũ vincat ſemper ei reſtat maius certamen. ergo & maior victoria. & per conſequens regi cui uixerunt, ſeruiũt, aut ſeruire debent. In ſignũ cuius dyabolus inter tẽtationes Chriſto illatas poſteriores fecit maiores, & infeſtiores, vt de impatientia. & eccleſia quãto magis fini appropinquabit, tunc uehementius impugnabitur.

F. *Lex. Quòd lex eſt torcular.*

Poſtquã dñs dñica ante paſſionem ſuã intrauit Hieruſalẽ cũ triumpho, & eiecit vendentes, & ementes de templo corã principibus ſacerdotum & ſcribis has parabolas edocuit. Vnde ille paterfamilias qui eſt Deus pater plantauit uineam id eſt ſinagogã, & ſepẽ circundedit ei. i. cuſtodiam angelicam, & humanam, & torcular fodit in ea. ſ. legem, quia ſicut ſub torculari purum & mundum effluit, & non remanet niſi groſſum & inutile, ſic lex nõ torquet, aut opprimit bonos, ſed malos, & turrim in ea ſcilicet tẽplum. quod dicitur turris propter altitudinem ædificij, ſecuritaté refugij, & dignitatem priuilegij reſpectu aliarum nationum, & locauit eam agricolis ſcilicet ſacerdotibus, & principibus, qui debebant extirpare vitia tanquã ſpinas, & inſerere virtutes tanquam bona ſemina. Et peregre perfectus eſt, non loci mutatione, quia Deus vbique eſt, ſed quia vinitoribus liberum arbitrium reliquit, per quod cum male coluiſſent vineam, lõge profectus eſt ab eis. In ſecunda parte huius parabolæ ponitur requiſitio huius vineæ. Vnde ſubditur. Cũ aũt tẽpus fructuũ appropinquaſſet, miſit ſeruos ſuos ad agricolas, vt acciperent fructus eius. Agricolæ aũt apprehẽſis ſeruis eius aliũ ceciderunt, aliũ &c. Iterũ miſit alios plures prioribus, & fecerunt eis ſimiliter Rabanus dicit, q̃ primi ſerui qui miſſi fuerunt Moyſes & Aaron & Hur, quorũ duo primi flagello linguæ, & quaſi lapidibus trucidati sũt. Tres vero colaphis alapis, & eorũ ſputis interfecti. Cęteri verò fuerunt chori prophetarum, quorũ vnus. ſ. Eſaias (ſm̃ magiſtrum hyſtoriarũ) ſecutus eſt ſerra lignea, & in principio dũ cruciaretur, petiit aquã ad bibendum, quæ ſibi denegata eſt. & hoc procurãte malitia Manaſſę Regis Iuda. Hieremias à iudæis lapidatus eſt in Aegypto Ezechiel tractus eſt ad caudas equorũ per frutecta, & lapides, & excerebratus eſt. Amos in tẽporibus vecte perforatus obijt, & ſic de alijs.

Nouiſſime uerò miſit ad eos filiũ ſuum dicens. Forſitan verebuntur filium meum. Cũ dñs aliquã per nuncios mãdat, & eis nõ creditur, mittit aliquẽ de propria domo, q̃ ſit notus, & magnæ auctoritatis, qui teſtimonium perhibeat. Miſit Chriſtus prophetas, qui tormenta malis nũciabant, nec eis crediderunt. Si n. crederent, non ea facerent, propter quæ digni eſſent ſupplicio. Credens. n. lucrari in nundinis, ire nõ poſtponit, & credens in platea, vel in taberna iugulari, domi manet. Eſa. 53. Dñe quis credidit auditui noſtro? quaſi diceret, pauci uel nulli. ideo miſit filium ſuum &c.

G. *Cognitio. Vtrũ Iudæi cognouerũt dominũ Ieſum eſſe meſſiã in lege promiſſum.*

Agricolæ aũt uidentes filium dixerunt ĩtra ſe. Hic eſt hæres, venite &c. Circa hoc quærendũ eſt an Iudæi cognouerunt dñm Ieſum eſſe verum Dei filium promiſſum in lege. & videtur q̃ non, quia dicitur. j. Cor. 2. Si cognouiſſent, nũquã dñm gł'iæ crucifixiſſent, & Act. 3. Scio q̃ per ignorantiã feciſtis, ſicut & principes vr̃i. In oppoſitũ arguitur per textũ p̃ſentẽ. videntes eũ dixerunt. Hic eſt hæres &c. Rñdetur, q̃ in populo Iudęorũ erãt aliqui minores ſicut laici, ſubtilitaté ſcripturarũ, & dicta prophetarũ ignorantes, & tales neſcierunt quòd eẽt Deus. Alij erant maiores ſcientes ſcripturas, &



illi potuerunt cognoſcere per ſcripturas, & per miracula vitam & doctrinam Chriſti irreprehenſibiles. Vnde & dñs ait Io. 15. Nunc autem viderunt per omnia ſupradicta, & oderunt me, & patrẽ meum, quia poſtea fuerũt excecati per maliciam, propter auaritiã. ſ. & inuidiã, quia deteſtabatur dominus eorũ auaritiã. Et plura de hoc põt uideri ſuper hoc paſſu in magiſtro Nicolao de Lyra, & in additionibus.

H. *Reprobare. De tribus modis reproborũ.*

Secunda parabola eſt de cementariis, cũ dixit. Nunquã legiſtis? Lapidẽ quem reprobauerunt ædificãtes hic factus eſt &c. Aliquid dicit̃ reprobatũ tribus modis. Primo opinione tm̃, & hoc malorũ. p̃s. Lapidẽ quẽ reprobauerunt &c. 1. Pet. 2. Ab hoĩbus quidẽ reprobatũ, à Deo aũt electũ. Prouer. 13. Deteſtãtur ĩpij eos qui fugiunt mala. Sap. 5. Ecce nũc q̃ſo cõputati ſunt inter filios Dei. Sic reprobabatur Xp̃s cũ diceretur potator uini, & amicus publicanorũ Sic in eũ clamabãt reus eſt mortis, ſed econtra à patre approbatus ẽ, cũ dixit. Hic eſt filius meus &c. Scd̃o dicitur reprobũ veritate. & peccatorũ cõmiſſione. Hebr. 6. Terra proferẽs ſpinas & tribulos reproba eſt, & maledicto p̃xima. Sic reprobi erãt, de quibus dicitur. Rom. . Tradidit Deus in reprobũ ſenſum.

Tertio reprobũ dicitur deputatione æternorum ſuppliciorũ. Sap. 9. Noli me reprobare à pueris tuis, q̃a ſeruus tuus ſum ego. Malach. 1. Iacob dilexi, Eſau aũt odio habui. 1. Reg. 16. Quouſq; oras p̃ Saule, cũ ego abiecerim eũ? ſic Iudas filius perditionis.

I. *Regnũ cælorum. Quòd regnum cælorum tribus modis intelligitur.*

Amen dico uobis, quia auferetur à vobis regnũ Dei, quod poteſt intelligi tripliciter. Primo per regnũ Dei põt intelligi gratia p̃dicationis, & intelligentia ſcripturarũ, q̃ ſępe p̃ meritis vel demeritis populi datur uel aufertur propheris & doctoribus p̃s. Signa noſtra non vidimus. i. merita noſtra non vidimus, quæ ſunt ſigna ſalutis euidentia. ideo iam non eſt propheta. i. prophetiæ uel ſcripturarum intelligentia. In ſignum cuius Moyſes vidit terram promiſſionis, ſed nõ intrauit. Iudæi uiderunt terrã & agrum ſacræ ſcripturæ, ſed nõ ſunt ingreſſi eius intelligentiam olim repromiſſam proculpoſitam. Etiã terram illam demonſtrat. Hebr. 7. Nihil ad perfectum adducit lex. Secundo intelligitur per regnum ab eis auferendum poteſtas iudicialis. Cuius cauſa habetur Amos. 6. Quia cõuertiſtis in amaritudinẽ iudiciũ, & fructum iuſtitiæ in abſinthium. Oĩa. n. bona q̃ eis fecit Chriſtus, in amaritudinem tam ſibi, quã Chriſto cõuerterũt. Si quis bonus princeps inſtitueret p̃poſitum ad iudicium, & perciperet eum male iudicare, ſtatim deſt tueret eũ, & alteri cõmitteret iuriſdõnem, & propter hanc cãm ſępe diminutæ ſunt aut ſuſpenſæ iuriſdões ſacerdotales. Ideo qui eas habent, reſpiciant ne quid committant aduerſus iuſtitiã Dei, vnde debeant omnia perdere. Tertio per regnũ auferẽdũ intelligitur zelus Dei, quo dñs zelabat eos, & ĩ eis regnabat, à q̃bus zelũ mĩæ abſtulit eos totaliter à ſe abijciendo. Vñ Augu. quibus dat, eos appreciatur, quibus aufert, eos deſpicit. Illos p̃cioſos hẽt, quos multiplicibus & magnificis donorũ, & bñficiorũ ſumptibus emit, multis litibus, & crebris exhortationũ & obiurgationum ſtimulis obtinere cõtẽdit, & multis perſecutionibus & tribulationib. vt eos capiat (uel potius eripiat) de manibus inimicorũ ſpũalıũ, inſequitur, & infeſtat. Sed illos deſpicit, p̃ quibus nec ſumptus facit. nec bella mouet, ſed fragmẽta uaſorũ, uel pãnos irreparabiles p̃iicit, & uelut cadauera, uel uelut equos, uel aſinos nulli uſui aptos, feris & auibus dæmonum & uitiorũ comedẽdos derelinquit, quos in ceno diuitiarũ putreſcere permittit, quos nec extra nec ĩtra viſitat, quos ſic à lõge p̃ijcit, vt nec uerbũ eius audiant, nec bñficia ſentiant ut bñficia, ſed ut porci glãdes eſſe glãdes, non autem dona. Iõ ſuo largitori inde gratias nõ agũt. Hæc Augu.

K. *Lapis. Quõ lapis cadit ſuper aliquem, & aliq. ſup lapidem.*

Et qui ceciderũt ſuper lapidẽ iſtũ cõfringetur &c. Aliud eſt lapidẽ cadere ſuper aliquẽ, & aliud hoĩem cadere ſuper lapidẽ, quia quando homo cadit ſuper lapidem, læſio hominis penſatur ex parte hominis, & ponderatur ex eius grauitate, ita quòd ſecundũ magis uel minus ponderat, uel ex alto cadit, ſecundum hoc magis uel minus leditur. Sed quando lapis cadit ſuper hominẽ, tunc lęſio ex lapide menſuratur ſecundum grauitatem lapidis, & ſecundũ q̃ ex altiori cadit. Primo modo cadendo homo ſibi frãgit crus, vel brachium, ſed qñ lapis ſuper eũ cadit, conterit ipſum. Sic quando homo ſuper lapidem Chriſtum peccans mortaliter lęditur ſecundum diuerſum pondus hoĩs ex parte dignitatis ipſius, uel ex grauitate peccati. & de hoc ſanari põt in uita p̃ſenti

 per

per confeſſionem. Sed in die mortis tunc Chriſtus lapis angularis cadet ſuper hominem peccantẽ, & tũc læſio procedit ex pte lapidis, & cũ ipſe ſit infinitus & ęternus, læſio quam facit infinita eſt & æterna.

*E Correctio. De differẽtia correctionis bonorum & malorum.*

Et cognouerunt principes &c. Criſoſt. Hæc eſt differẽtia bonorum hominum, & malorum. Bonus.ſ.comprehenſus in peccato gemit, quia peccauit. Malus autem fremit, non quia peccauit, ſed quia comprehenſus eſt in peccato, & non ſolũ pœnitentiã non agit, ſed magis aduerſus corripiẽtem iraſcitur. vnde & iſti deprehenſi magis ad malitiam ſunt excitati. Beſtia ſilueſtris cum manu tangitur, mordet, non autem domeſtica, ſic ſilueſtres à regno Dei, correctores mordent, non autem ciues ſanctorum, & domeſtici Dei.

*Eadem feria ſexta poſt 2. dominicam quadrag. Sermo 2. & in ordine. 58.*

*A Donum Dei. Gloria uana. Quòd aliqua dona Dei celãda ſunt, aliqua celari non poſſunt.*

FEra peſſima deuorauit filium meum Ioſeph. Gen. 37. In hac epiſtola cõtinetur quõ ſanctus patriarcha Ioſeph vẽditus fuit Hiſmaelitis viginti argenteis à fratribus ſuis per inuidiã, pp interpretationem ſomniorum, quæ uiderat, & fratribus & patri indicauerat, ex quibus habentur tria documenta. Primum eſt, ꝙ iuuenes pp multiloquium debent à parentibus increpari, quia in multiloquio non deeſt peccatum, maxime mendaciũ quo iuuenes ſæpius imbuuntur, & quandoque de ſe glorioſa & ſuperba loquuntur. Periculoſa eſt aũt ſuperbiã ĩ iuuene. vñ & Iacob quãuis rẽ tacitus & à Deo eſſe cõſideraret, increparet tñ Ioſeph ne ſibi fratres ĩuiderẽt, & ille ſomnij interpretatione ſuperbiret. Hinc Sulpitius in dyalogo ſancti Martini refert de quodã iuuene, qui in ſuo gremio aſpides ſine ſui offenſione gerebat, pp quod à patre monaſterij grauiter verberibus cęſus eſt, ne inaniter gloriaretur. Scdm documentum eſt, ꝙ qñ quis habet aliqua dona Dei non debet ea in ventũ explicare, ne forte uento inanis gloriæ exinaniantͣ, vel ne ex ipſis tanq̃ ex bonis habitib. inuidiæ tinea oriatur. Sunt tñ aliqua dona quorũ lumen non poteſt ſe continere ſub modio, quin exterius appareat ut dona ſciæ, ſapientiæ, & cõſilij. Alia ſunt ſecreta. vt virginitas, reuelationes Dei, & huiuſmodi, quæ reuelari nõ debent, niſi in ſecreto confeſſionis. Si enim Ioſeph ſuas tacuiſſet reuelationes ſomniorum, non inde ſecuta fuiſſet eius uenditio.

*B Exaltatio Dei ſemper myſterium inimicorum deprimentium ſuam exaltationem.*

Tertium documentum. Sapientia diuina per ſibi contrarios & iuſtorum inimicos in ſuis electis cõiter implet diſpoſitionem ſuę uoluntatis. Venditio.n. Ioſeph fuit cauſa exaltationis eius. & ꝙ fuerit dñs totius Aegypti, quamuis uendentiũ fratrum eſſet intentio eam impedire. Sic dyabolus quandoque putat diuinam impedire uoluntatẽ, & impedimentum illud occaſio eſt cõplementi eius. ſic miniſtri eius putauerunt exterminare nomen Chriſti per ignominiam mortis eius, & per hoc glorioſior effectus eſt. cum exaltatus à terra omnia traxit ad ſe per amorem. Cuius amoris vt nos participes facit virgo Maria, eam ſalutemus &c.

*C Mors. Fera. Quæ peſſima mors intelligitur.*

Eſt aũt fera mala, peior, & peſſima. Fera mala mors eſt corporalis. Primo, quia beſtia crudelis q̃ licet nihil in animã poſſit, corpus tñ rapit, ut plurimum replens illud ſputis, excreationibus, & multiplici ſordiũ ſqualore. Sed erit tempus quo beſtia illa Ionam euomet, quem in uentre ſuo cõcluſit, qñ vnigenitus filius Dei configurabit illud corpori claritatis ſuæ. Secundo eſt fera mala, quia ex feris parentibus orta, qa eam generauit iniquitas, & ſeductio. Ideo nil mirum ſi ferit ſine diſcretione, quæ venit ex præuaricatione, & mala generatione. Malæ verò beſtiæ ſola pellis bona eſt ad induendum, ſic malæ mortis extrema bona ſunt ad animum cõmouendum. Tertio, quia beſtia illa nemini parcit, iuuenes, & ſenes, ruſticos, & reges occidit. Hęc eſt illa beſtia quam uidit Daniel. Dani. 7. quę erat terribilis nimis, dentes ferreos habẽs, & comminuens omnia regna. Secunda fera eſt peior, ſcilicet mors ſpiritualis, quæ animam occidit, & ad nihilum deducit, niſi cito ſibi occurratur. Tertia fera eſt peſſima, ſcilicet mors gehennæ, quæ occidit corpus. & animam. de qua dominus Matth. 10. Timete eum, qui cum occiderit corpus animam poteſt mittere in gehennam. de quarum qualibet poteſt intelligi uerbum propoſitum. Fera peſſima deuorauit filium meum &c.

*D Mendacium. Vtrũ mendaciũ ſit licitum.*

Hæc uerba præmiſſa falſa quidam protulit ſanctus patriarcha Iacob, ſed deceptus mendacio & falſo teſtimonio filiorum ſuorum, qui Ioſeph uendiderant, ideo in præſenti ſermone primo dicemus de mendacio. Secũdo de falſo teſtimonio.

Circa primum dicemus, an omne mendacium ſit illicitum. Secundo quàm periculoſum, & deteſtabile ſit mendacium. Quãtum igitur ad primum videtur, quòd non omne mẽdacium ſit illicitum, quia oẽ quod eſt eligendum eſt bonum, ſed mendaciũ officioſum quod prodeſt proximo, eſt eligendum, igitur. Quòd ſit eligendum patet, quia (ſm Ariſto. 3. Topicorum.) ad fugiendum maius malum minus eſt eligendum, ſicut paruum mendacium ad fugiendum mortem patris. In oppoſitum arguitͣ, quia mendacium opponitur ueritati, ut habet Ariſto. 4. Ethicor. ſed omnis veritas bona eſt. ergo omne mendacium malum.

*E Mendacium. Quid eſt mẽdaciũ.*

Pro reſponſione dr̃ primo, ꝙ mendaciũ (ſecundũ Aug.) eſt falſa uocis ſignificatio cum intentione fallendi. Ideo ſi quis dicat falſum credens eſſe uerum, non mentitur, quia non intendit fallere. Dicens aũt uerum credens eſſe falſum, mentitur, & ſic ad mendacium non requiritur ꝙ ſit aliqua falſi aſſertio, ſed ſufficit ꝙ credatͣ eẽ à proferente.

*F Mendacium. De duplici mendacio uocis, & operis.*

Eſt enim mendacium (ut dicit Cantor Pariſienſis) ſciſma domeſticũ inter os & cor. Nam mendacium tantum ualet, ſicut dictum contra mentem. Dicitur ſecũdo, ꝙ duplex eſt mendacium, quoddam in opere, & quoddam in uoce Mendacium in opere eſt ſimulatio operis, qua vnum ſimulatur, & aliud intelligitur, quæ duplex eſt.

*G Simulatio. De quadruplici ſimulatione.*

Prima eſt ſimulatio ſignificationis quale fuit in Iacob ſimulante ſe eſſe Eſau. ĩ quo ſignificatͣ ꝙ minor populus. i. Chriſtianus, præferendus eſſet maiori. i. Iudaico. Et ſic figurales locutiones non ſunt mendacia, quamuis in primo ſenſu quem faciunt, uideantur eſſe falſæ, ſicut ꝙ ligna uoluerũt ſibi conſtituere regem. Iudicum 9. & quòd carduus quæſiuit vxorem filiam cedri. 4. Regum 14. quæ tñ ſunt ueræ ad ſenſum, p quo dicuntur & ſic intelligendum eſt de ſimilitudinariis & parabolicis locutionibus.

*H Mendacium. Quòd figurales locutiões non ſunt mẽdacia.*

Secunda eſt ſimulatio cautelæ, & hoc modo quantum ad opera bene poteſt fieri aliquid ad aliam intentionem, q̃ ad eam, ad quam accipiunt uidentes ad celandum ſe in certis caſibus, ſicut faciunt qui inſidias aptant, & faciunt in bellis. Sic ſimulauit ſe Dauid fatuum. 1. Reg. 21. nec in hoc peccauit. Cautela enim fuit. Vnde Catho. Stulticiam ſimulare loco ſumma prudentia eſt. Quod & patuit in Ioſue, qui ſimulauit fugam contra eos de ciuitate hay. Tertia ſimulatio eſt doctrinæ, cum ſit ad inſtruendum alios, ſicut Chriſtus finxit ſe longius ire ad inſtructionem ſuorum diſcipulorũ. Quarta ſimulatio eſt duplicitatis, cũ quis per opera ficta intendit decipere. Iob. 36. Simulatores & callidi prouocant irã Dei. & hæc vltima eſt peccatum, non aliæ priores. Talis fuit ſimulatio Iehu, qua decepit ſacerdotes Baal. 4. Reg. 10. Nec propter eã remuneratus eſt, ſed pro zelo quo deſtruxit cultum Baal.

*I Mendacium. De quadruplici mẽdacio uocali.*

Aliud eſt mendacium uocis, & iſtud eſt quadruplex. Primũ eſt perniciosũm, quo quis intẽdit proximo obeſſe. Secundum ex officioſum, quo quis intendit eidem prodeſſe. Tertium eſt iocoſum, quo quis intẽdit aliquem delectare. Quartum eſt mendoſum, uel ſecundũ alios libidinoſum. cum quis ſibi placet in mendacio nec alicui nocet, aut prodeſt, at aliquẽ delectat. Exẽplũ de primo, vt cũ qs mẽtitͣ ut alterũ diffamet. Exẽplũ de ſcđo, ut cũ quis dicit patrem non eſſe in domo, cũ tñ ſit, ut periculum euadat mortis. Exemplũ de tertio, ut cum quis gratia ludi aliquem dicit eſſe bonũ puerũ, quem tñ ſcit eſſe peſſimũ. Exemplum de quarto, ut cũ quis ſe iactat eſſe quod non eſt, & ſibi complacet in iactantia ſua.

*K Mendacium. Qđ omne mẽdaciũ eſt illicitum.*

Dicitur tertio, ꝙ omne mendacium eſt illicitum, quia ſit abuſus loquelæ, quæ ordinata eſt ad manifeſtandum illud, quod eſt in corde. Vnde Philoſophus. 1. Periarmenias. Quæ ſunt in uoce ſunt earum, quæ ſunt in anima paſſionum notæ, & principaliter propter hoc, ꝙ ſi daretur licentia mentiendi ſine peccato, deſtrueretur tota fiducia ſocietatis humanæ, quia neſciretur quando ueritas diceretur, & quando non, ex quo in aliquo caſu mentiri liceret. Inde eſt, ꝙ diſtricte prohibetur Leuiti. 19. Non loqueris mendacium. Hinc Salomon Prouerb. 6. inter ea quæ odit Deus ponit linguam mendacem.

*L Mendacium. Quando mẽdaciũ eſt peccatũ mortale, & qñ ueniale.*

Mendacium autẽ pernicioſum ſemper eſt peccatum mortale, ſi deliberate fiat ad nocendũ proximo. Quo mendacio vſi ſunt illi duo ſenes, qui falſo accuſauerunt Suſannam, ut occideretur. Vnde vni eorum dixit Daniel. Recte mentitus es in caput tuum. Si tamen ex ſurreptione diceretur tale mendacium, aut per illud paruum nocumentum intenderetur proximo, tunc ſolum eſſet ueniale. Sed mẽdacium

dacium officioſum raro eſt mortale, ſed vt plurimum veniale. Quo mendacio vſus eſt ad vtilitatem ſuã Iacob, ſe dicens Eſau. Nec oportet excuſare illos ſanctos patres quin aliquando peccauerint venialiter, cũ etiam Petrus in ſimulatione. de qua ſcribiť ad Gal. 2. peccauerit venialiter reprehéſus à Paulo, qui tamen maiori gratiarum munere quàm patres plenus erat. Hoc mẽdacio vſæ ſunt obſtetrices Pharaonis ad ſaluandum infantes Hebræorum, quibus dñs benefecit, non propter mendacium, ſed propter opus uonũ, quo ſaluauerunt infantes. Hoc mẽdacio vſa eſt Sara, quæ angelo negauit ſe riſiſſe ob quandam erubeſcentiam vitandam. Gen. 18. Et Michol ſic mentita eſt Sauli de Dauid, ꝙ coacta dimiſerat eũ recedere 1. Reg. 19. Sic mentitus es Chuſi Abſaloni dicens ſe eſſe amicum ſuum, & dans ſibi cõſilium noxium vt reuerteretur regnum ad eum cuius erat. 2. Reg. 15. Dicunt tñ aliqui, ꝙ mendacium iſtud (ſicut & iocoſum) in viris perfectis, ſiue in ſtatu perfectionis conſtitutis (vt prælatis & religioſis) eſt mortale. quod tñ non videtur verum, quia Iudith perfecta erat mulier (ut ſatis hr̃ in eius lib. per totum.) & tñ multotiens mẽtita eſt Oloferni, vt liberaret populũ innocentẽ, & in eo occideret maliciã. Nec eſt dicendũ, ꝙ in hoc peccauerit mortaliter, licet bñ uenialiter. Põt tñ cõcedi ꝙ ratione ſcandali eminentis ex mendacio viri perfecti, quod quidẽ ille tenetur uitare, ꝙ hm̃oi mendaciũ viro perfecto eſſet mortale, q̃a ex contẽptu ueritatis & facilitate mẽtiẽdi in pſonis dignitatũ, aut virtutum exiſtimatarũ, ſimplices potius prouocãtur ad cõtẽptũ veritatis, & facilitatem mẽtiendi, quã ex illis apparẽtibus in perſonis deiectis, & uilibus. Quare ſimplices ſcãdalizantur ex illis, & nõ ex iſtis. & inde contrahiť obſo in illis, & nõ ex iſtis. Põt ẽt mẽdaciũ officioſum eſſe mortale in viris pfectis, qñ ſcienter falſum allegãt, vt ĩ pdicatione, vel doctrina, q̃a falſitas videreť ad laudẽ Dei pertinere, & laudarẽt Deũ de falſitate, ſed nõ indiget Deus mendacio noſtro ad conuertendũ peccatores. Iob. 13. Mendaciũ uerò iocoſum (vt plurimũ) eſt ueniale. quia non videtur alicui nocere, ſed tm̃ delectare, & qui audiunt plerũq; non ſerio, ſed iocoſe dicta intelligunt. ideo per illud nõ falluntur, niſi forte quidã ſimplices & idiotæ qui non habent intellectum eleuatum ad hoc intelligendum. Mendacium autẽ mendoſum, ſeu libidinoſum quando que eſt ueniale, vt quando in eo homo ludendo delectatur, & ſic coincidit cum iocoſo mendacio. Alio modo qñ in eo delectatur ſe iactando, & iſtud frequenter eſt mortale, q̃a complacere ſibi in malo eſt ualde malum, & dyabolicum. Lętantur. n. cum male dixerint, & maxime qñ coloratur illud mendacium. Inuenit enim aliquãdo falſitas, q eã coloret, & approbet. Vnde Tullius in paradoxis. Nihil tã falſum & incredibile, qd̃ nõ dicendo fiat probabile. Talis erat quidã hyſtrio, q more aduocatorũ ita ſciebat falſitates reparare, & mẽdacia ita dealbarẽ & colorare, & diſſuta conſuere, ꝙ cũ diues quidã mendax iactaret ſe in uenando vno ſolo ictu pedem & aurem cerui ſagitta penetraſſe, ita ꝙ pes cerui ab aure dependerẽt. Aliis dicentibus hoc non poſſe tranſire, immo (ait hyſtrio) dominus meus dicit uerum. Ceruus enim pedibus ſcalpebat ſe in genis, & in aure. Vnde perforato pede perforata eſt & auris eius. Secũdo quæritur, quare uitandum eſt mendaciũ maxime pernicioſum. Dicitur ꝙ propter multa. Primò, quia dyabolo eſt amabile. Per mendacium enim efficitur quis filius dyaboli. Filij enim dyaboli ueritatem perſequuntur, & mendacium diligunt, quia mundus, & ea quæ mundi ſunt, acquiruntur p mendacium, & non per ueritatem. Vnde dyabolus mundum iſtum primo acquiſiuit per mendaciũ, quando dixit Euæ. Nequaquã moriemini. qua occaſione mulier peccauit, & vir, & ſic dyabolo ſubiecti fuerunt & per eos totus mundus. Nõne adulatores mendaces magnis prælatis, & principibus aſſiſtentes ad libitum impetrant quod uolunt? homines uero ueritatis (qui pauci ſunt) repelluntur & abhominationi habentur, & hoc ideo, quia equus ſcabioſus bene permittit quòd leniter vngatur, ſed non permittit quòd ſtrilletur. Mendax adulatio vngit, ſed ueritas ſtrillat. Et quia mundani in omni ſtatu in multis ſcabioſi ſunt, id eſt minus ſani in moribus, diligunt adulatores mendaces, quaſi eos vngentes, & tales obtinent quicquid uolunt, ſed ueraces quaſi pungentes odioſi ſunt. Vnde Seneca in quadam Epiſtola. Cum principes omnia habeant, vnum tamen eis deeſt, ſcilicet qui

M Mendacium. Quantum mendacium pernicioſum.

N Varia. De diſferentiis lucri ... qui mendacium ... quantum dyabolus quam mendacium.



qui verum dicat. Si enim in clientelam potentis hominis feliciſque perueneris, aut veritas, aut amicicia perdenda eſt. hæc ſunt facta diaboli primo, & imitatorum eius ſecundo. Quibus poteſt dici illud. Io. 8. Vos ex parte diabolo eſtis & ueritas in uobis non eſt. Cum loquitur mendacium ex proprijs loquitur, quia mendax eſt, & pater eius id eſt adinuentor mendacij. Sed filii dei abhominantur mendacium & veritatẽ diligunt, & inter ſigna & coniecturas quas aliquis poteſt habere de ſalute ſua, hoc eſt unum præcipuum quando ueritati cõgaudet & veritatem tenet in dictis & factis q̃a ſalus noſtra conſiſtit in cognitione veritatis, ſecundum illud. j. Tim. 2. Qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Et ideo quaſi quoddam pignus & arram ſue ſalutis habet qui amator eſt veritatis. Vnde Aug. ſup Io. Sicut Deus pater quaſi filium genuit ueritatem, ſic diabolus lapſus quaſi filium genuit mendaciũ 3. Ioh. 1. Maiorem horum non habeo gratiam quàm ut audiam filios meos in ueritate ambulare. Secundo uitari debet, quia eſt ignominioſum, quia acquirit infamiam homini mendaci. Eccle. 20. Opprobrium nequam eſt in homine mendacium. Sicut. n. leproſitas linguæ porcinę totum porcũ abhominabilem facit, ſic mendacium lingue oĩa membra hoĩs uilia reddit & hoĩem totum inficit, maxime qñ conſuetus eſt mentiri. Eccl. 20. Mors hoĩm mendacium ſine honore, & confuſio illorum cum ipſis ſine intermiſsione. Tertio proximo eſt damnoſum. Mendacium enim detractionis ſæpe proximo famam abſtulit, mendacium periurii & falſi teſtimonii in temporalibus ipſum dãnificauit. Eccl. 20 Potior eſt fur quàm aſsiduitas uiri mendacis, ambo perditionẽ hæreditabunt. Quòd aũt mendacium ſit deterius furto pbat Anſelmus. Adeo eſt (inqt) mendacium ſm ſe malum ꝙ Deus non poteſt diſpenſare ꝙ homo dicat illud ſine peccat. de furto autem diſpenſare poſſet, quia Domini eſt terra & plenitudo eius. & ideo quod poſsidet unus poteſt alteri dare. Vnde Eccl. 7. Noli amare mendacium aduerſus fratrem tuum. Vnum enim membrũ nõ procurat alterius læſionem uel deceptionẽ. Nos autem inuicem proximi membra ſumus. ideo Ephe. 4. Deponentes mendacium loquimini ueritatem unuſquiſque cũ proximo ſuo, qm̃ ſumus inuicem mẽbra. Hinc quidã aduocatus q oẽs quas agebat cauſas lucrabatur ingreſſus eſt clauſtrũ, & factus monachus miſſus eſt ad procurandũ cãs & negocia ſecularia domus. Qui cum oẽs perderet cauſas, requiſitus ab abbate quidnam eſſet ꝙ in ſeculo omnes lucrabatur cauſas & in clauſtro omnes perdebat. Rñdit ꝙ qñ erat in ſeculo egregie mentiebať, iõ tũc oẽs lucrabatur factus aũt monachus exuit mẽdaciũ, & ita oẽs perdebat. Quartò reddit hominẽ deo odioſum. Cũ. n. ſit uerax. Mat. 22. Magiſter ſcimus quia uerax es, imo & ipſa ueritas. Ioh. 14. Non põt non odire mendaciũ quod deſtruit ipſam ueritatem. & intm̃ odioſum eſt ſibi ꝙ a conſortio ſui & ſanctorũ mentientes expellit. Apoc ult Foris canes & uenifici, & oĩs qui amat & facit mendaciũ. ſimiliter aĩam propter mẽdacium derelinquit, ex quo ſequitur mors aĩe cuius deus eſt uita. Ideo Sap. 1. Os quod mẽtitur occidit aĩam. i. xp̃m qui eſt veritas & uita expellit unde ſequitur mors aĩæ Zach. 13. Nõ uiues, quia mẽdaciũ locutus es. Sicut patet de anania & ſaphira uxore eius. Actuum. 5. Cui Petrus dixit. Non es homini mentitus ſed deo, ideo ſtatim uterque a deo occiſus eſt. Et ſi dicatur quòd ſcriptum eſt in Pſal. Omnis homo mendax. & ad Roma. 3. Eſt autem deus uerax, omnis autem homo mendax, & ſic omnis homo odioſus eſt deo Reſpondeo ꝙ illud apoſtoli intelligitur ꝙ ſicut deus eſt uerax. i. immutabiliter uerax iuxta illud. Malach. 3 Ego deus & non mutor, ita omnis homo mendax. i. mutabilis & uariabilis, & defluens per peccata & mendacia. Iob. 14. Qui quaſi flos egreditur & cõteritur. Vel ſecundo omnis homo eſt mendax ex ſe ſed a deo eſt uerax. 2. Cor. 3. Nõ quod ſumus efficientes cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis. Bernardus. Omne uerum a quocunque dicatur, a ſpiritu ſancto eſt. Io. 11. Hoc autem a ſemetipſo non dixit, ſed cum eſſet pontifex anni illius, prophetauit. Vel tertio Dicitur. Oĩs homo eſt mendax nõ a mẽdacio ſed a mẽda. i. macula iuxta illud. i. Ioh. 1. Si dixerimus q̃a peccatũ nõ habemus, ipſi nos ſeducimus. & ueritas in nobis nõ eſt Quinto quia facit hominẽ mõſtruoſum. Pſ. Labia doloſa in corde & corde locuti ſunt. ſuper quo gloſſa. ubi eſt duplex cor, ita quod aliud dicitur aliud intenditur, ibi eſt mendacium. Vbi nõ

O Mendacium. Quia mẽdaciũ ſit peius furto.

P Mendacium. Q̃uo oĩs homo mẽdax.

geminatio

geminatio cordis, ibi non eſt mendacium Hoc autem eſt contra naturam. Nam ꝙ animal habeat duo capita, uel duo pectora ſæpe uiſum eſt. ſed quod duo corda uix legitur, neque minime legiſſe, niſi de perdicibus. de quibus dicit Plinius li. 11. quòd in quadam inſula ſcilicet in paflagonia habēt duo corda, & bene poteſt eis competere qa perdix dr̃ a parēdo. perdes aũt (ait p̃s.) omnes qui loquuntur mendacium. Ideo cauēda eſt iſta monſtruoſitas, maxime iuuenibus & pueris. Nam (ut inquit cantor pariſienſis) cæteris vitiis maturior ętas ſæpe finem impouit, mendacio nequaquam, ſicut nec gulę. Quotidie enim comedimus, quotidie loquimur & ita facile in hæc uitia labimur & difficilius ea dediſcimus. Vnde de quodam magno prælato legitur quod dicere ſolebat ſe malle luxurioſum nepotem habere quàm mendacem, quia illud in ſenectute decreſcit, iſtud econtrario in ſenectute creſcit. Eſt etiam hoc magis monſtruoſum in diuitibus quàm in pauperibus quia aliquando propter paupertatem mentiuntur. Et licet tales in aliquo colorem habeant mentiendi, quia ſuauis eſt huiuſmodi panis mendacij. Prouer. 2. & quia etiā mendacio ſuo aliquid lucrantur. propter q̃ etiam mentientes dicere poſſunt iſtud. Eſa. 28. poſuimus mendacium ſpem noſtram, & mendacio protecti ſumus. tamen male lucrantur quia hic famam, & in fine uitam perdunt æternam, quia qui congregat theſaurum lingua mendacii vanus & excors eſt. Prouer. 3. Ideo ſi talis paup̄ ſit uanus & excors, multomagis diues qui nullum mentiendi habet colorē. De quo Eccl. 25. Tres ſpẽs odiuit anima mea & aggrauor ualde animæ illorum. Pauperem ſuperbum diuitem mendacem, & ſenem fatuum & inſenſatum. Sextò qui facit mendacium filius eſt perditionis. p̃s. Diſperdat dñs uniuerſa labia doloſa ſecundum papiam. dis in Græco ſignificat bis in Latino. ideo diſperdat. id eſt bis perdat ſcilicet in anima & corpore. Hiere. 6. Induc ſuper eos diem afflictionis, & duplici contritione cõtere eos. Filiis enim debetur hæreditas patris ſicut autem dictum eſt, tales ſunt filij diaboli per imitationem qui mendax eſt & pater mendacij. immo filij excedunt patrem, quia non legitur diabolus mendacia ſua iuramentis firmaſſe, vel conſuetudinem mentiēdi habuiſſe ſicuti iſti. Ideo hæreditas eorum eſt hæreditas diaboli. De qua Apoch. 21. Mendacius pars eorum in ſtagno ignis & ſulphuris, nec unquam intrabunt in regnum cœlorum. Secundo dicitur de falſo teſtimonio. Primo dicemus quod modis committitur falſum teſtimonium. Secundo quæ ſunt quæ trahere poſſunt a falſo teſtimonio dicendo. Primo dicendum eſt ꝙ falſum teſtimonium præſtatur multipliciter vel tacendo veritatem agnitam in iniuriam, uel incommodum Chriſti, vel aſſerendo incertam ueritatem tanquam certo agnitā, uel quia pro agnita ueritate non ſtat homo cũ impugnatur, vt in his qui a martyrio deciderunt. Vel quia ueritatem agnitam impugnat cum contra eam teſtatur, quod vltimum pertinet ad peccatum in ſpiritum ſanctum. Hiero. Vterque reus eſt, & qui ueritatem tempore neceſſitatis celat vel occultat & qui mendacium dicit. Ille quia proximo ſuo non vult proficere. Alter quia ei mentiendo vult nocere. Auguſtinus ad caſſulanẽ. Reus eſt qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit quia ille prodeſſe nõ uult iſte obeſſe deſiderat. Criſo. Non ſolum ille reus eſt ueritatis qui tranſgrediens mendacium palam loquitur, ſed etiam ille qui non libere pronunciat ueritatem quando libere pronunciare tenetur, aut qui non libere ueritatem defendit, quando libere defendere conuenit. Prouerb. 19. Falſus teſtis non erit impunitus, & qui mendacia loquitur non effugiet. Gloſa. Qui falſum teſtimonium profert contra proximum, & qui metu peccatorum veritatem celat, irā dei ſupra ſe prouocat. Secundo notandum eſt ꝙ ſex ſunt quæ retrahere poſſunt a perhibendo falſo teſtimonio Primum eſt ſanctorum exempla, tã noui quàm veteris teſtamenti. vt prophetæ, apoſtoli, & martyres. quia aduocati in teſtimonium veritatis maluerunt omnia tormenta ſuſtinere quã ueritati deficere, vel falſum teſtimonium dicere Hebre. 11. Sancti ludibria & uerbera experti, inſuper & uincula & carceres. & ſequitur. Hii omnes teſtimonio fidei probati inuenti ſunt. Actuum. 1. Eritis mihi teſtes in omni iudea & hieruſalem. Vnde rogatus eſt Iacobus minor vt daret teſtimonium aduerſus Chriſtum ꝙ non eſſet deus ut reuocaret populum a fide eius, quia populus multum credulus erat uerbis illius,

Q Teſtimonium. Quot modis præſtat falſum teſtimonium.

R Teſtimonium. Quæ à q̃ retrahere a perhibendo falſo teſtimonio.





eo ꝙ ſanctiſſimum eum reputabat. Ipſe autem licet ei ſupra pinnaculum templi conſtitutio minarentur præcipitium, nihilominus tamen teſtificatus eſt Chriſtum eſſe uerum dei filium, & articulos fidei prædicauit præeligens præcipitari quàm teſtimonio ueritatis deficere. Similiter. Act. 4. Legitur quòd licet apoſtoli fuiſſent incarcerati flagellati, & comminati ne ferrent teſtimonium reſurrectionis domini. Secundum eſt ſcriptura ſacra quæ hoc peccatum prohibet. Exodi. 20. Non falſum teſtimonium dices. & Exodi. 23. Non iungens manum tuā ut pro impio dicas falſum teſtimoniũ. Tertium eſt mors & uita Chriſti. Chriſtus. n. ad hoc uenit. vt teſtimonium prohiberet ueritati. Magis etiam mori uoluit quàm dicere falſitatem, uel celare tempore ſuo veritatem. Vnde falſi teſtes ſimiles ſunt Iudę qui vendidit ueritatem, aut latroni ſiniſtro qui eam irridebat, aut iudæis qui contra eam in paſſione teſtimonium tulerunt in mortem eius. uel ſimiles cuſtodibus ſepulchri, qui pecunia corrupti ueritatem celauerunt. Similiter & mors Chriſti retrahere debet, quem falſum teſtimonium occidit. Ideo hoc peccatum facit Chriſtianos antixp̄os, quia per falſitatem ipſum occidunt qui eſt ueritas. Quartum eſt lex canonis, p̄cipiens vt falſo teſti fiat ſicut ipſe facere intendebat. Deut. 29. Cum diligentiſſime perſcrutantes inuenerint contra proximũ ſuum falſum dixiſſe teſtimonium, reddent ei ſicut fratri ſuo facere cogitauit. Exemplum de duobus ſenibus. Dañ. 13. Contra Suſannam. Quintum eſt lex naturę, Conſcientia aduerſatur talibus. Rom. 2. Teſtimonium prohibente eis conſcientia eorum ꝙ ſunt genitura diaboli & filij eius. Inde eſt ꝙ. 3. Reg. 21. Teſtes producendi contra Naboth. dicuntur filii Belial. & ſequitur. Adductis duobus viris filiis diaboli fecerunt eos ſedere contra Naboth, qui vt vir diabolici dixerunt contra eum falſum teſtimonium. Similes iſtis fuerunt qui dixerunt falſum teſtimonium contra Stephanũ Act. 7. Ad quorum falſum teſtimonium occiſus eſt, ideo & deus maxime eos odit, & morte turpi ſæpe occidit & grauiter punit. Sextum eſt nocumentum quod infert falsũ teſtimonium. Primo enim proximum lædit cui aduerſatur, & per cuius teſtimonium amittit cauſam ſuam & condemnatur. vel in rebus uel in perſona, & tenetur ei reſtituere, & ſatisfacere ei de iniuria, quia aliter non dimittitur ei peccatũ. lædit enim eius conſcientiam iaculo odii & rãcoris vulnerando & occidendo Prouer. 25. Iaculum & gladius & ſagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum ſuum falſum teſtimoniũ, lædit enim affligendo per pœnam, uexando per calumniam, tollendo pecuniam, lædendo aliquando eius famam, auferendo eius poſſeſſiunculam, vulnerando eius conſcientiam, ſcandalizando eius uitam, & occidendo animam. Secundo lædit ſeipſum & eum pro quo fert falſum teſtimonium, & cui adiudicatur ius alienum, occidit & iudicem & omnes eos qui ei indebite credũt, & ſic uerum eſt quod dicitur. Eccl. 28. Lingua teſtificans adducet mortem ſcilicet multiplicem. Hiero. Qui falſum teſtimoniũ profert tribus perſonis noxius eſt. Primo deo, cuius præſentiam contemnit. Secundo iudici, quem mentiendo fallit. Tertio innocenti quem falſo teſtimonio lædit & breuiter omnes fędat qui ei conſentiunt. Eſt enim ſicut incantator, qui omnes inſufflãtes in pixide ſua denigrat. Sic omnes qui conſentiunt praue machinationi cordis ſui contra proximum ſuum. Matt. 5. De corde exeunt cogitationes male. homicidia, adulteria, & ſequit̃ & falſa teſtimonia. Hęc ſunt quæ coinquinant hominem.

*Sabbato poſt ſecundam dominicam quadrageſ.*
*Ser. primus, & in ordine. 59.*

VIdit illum pater & miſericordia motus eſt. Luc. 15. Prodigus in cõditione uidetur appropinquare duo qui omnia dat, ſed non eſt ita, quia deus ſecundum ſuam ſapientiam donat. p̃s. Omnia in ſapientia feciſti, impleta eſt terra poſſeſſione tua. id eſt donis tuis. Prodigus uero dat ſecundum ſuam ſtulticiam. p̃s. Veruntamen in diluuio aquarum multarum. i. diuitiarum multarũ (quæ inſtar aquæ fluunt de uno loco in alterum. de una domo in aliam) ad eum ſcilicet deum non approximabunt. Non tamen memini me legiſſe iuuenem magis prodigũ in diſſipando ſubſtantiam ſuam quam dominum Ieſum vnigenitum patris, qui portionem corporis, & animæ quæ contingebat eum & patrimoniorum (ſi dici debeat) quod contraxit ex matre, diſſipauit & con

*A Prodigus. Q̃uo differunt deus & homo prodigus.*

ſumpſit cum peccatoribus & publicanis in hoc mundo, non luxurioſe, ſed laborioſe uiuendo. ita ut tamen & ſi:i cruciatus & cæteris miſeriis affectus, in temporis defecerit & mortuus eſt. Nec ſolum communicauit nobis ſubſtantiam maternam, ſed etiã nõnullam quam a patre acceperat ſcilicet uerbum dei quod audierat a patre. iuxta illud Ioh. 5. Omnia quæcunque audiui a patre meo nota feci vobis, Quod ut nobis communicaret ad matrẽ uerbi dei recurremus dicentes Aue.

*B Mĩa. Q̃uo mĩa dei magna eſt.*

Miſericordia dñi multũ magna eſt. Primo in altitudine ſicut arbor procera, in cœlis plus debito præmiando. ps̃. Magna eſt ſuper cœlos miſericordia tua, & ratio eſt quia habet domum dei cœleſtem tanquàm ſuam, & in eam introducit quos vult. Nec mirum, quia omnis domus dei ſua eſt. ideo (ſicut dicit Eccl. 16. Miſericordia facit. i. aſſignat unicuique locum. Secundo, quia omnibus pauperibus mĩa oſtium aperuit, quando Chriſtum qui dicit Ioh. 10. Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit ſaluabitur, quod oſtium in paſſione nõ ſolum foraminibus ſpinarum, clauorum, & lanceæ aperuit, ſed etiam in morte confregit, & in duo fruſtra volare fecit, quorum alterum in tumulum, alterum ad inferos ſpoliandos miſit Apoc. 4. Iohannes uidit oſtium apertum in cœlo per quod ingreſſi ſunt publicam, meretrices, & miſeri qui ſunt de familia miſericordiæ. ps. In multitudine miſericordię tuæ introibo in domum tuam. Secundo magna eſt longitudine, peccatores diu ad pœnitentiam expectando. Pſal. Miſerator & miſericors dñs, longanimis & multum miſericors. Tertiò magna in latitudine beneficia conferendo omnibus, habet enim deũ ad ſuam uoluntatem. Pſ. Miſericordia domini plena eſt terra. Quarto magna eſt in profunditate, ſicut puteus aquarum viuentium quæ fluunt impetu de libano, peccatores ab inferis reuocando. Vnde & reuocauit filium prodigũ à periculis inferni ſic ut poſſit dicere illud. Pſalmi. Miſericordia tua magna eſt ſuper me, & eruiſti animam meam ex inferno inferiori, & hoc eſt quod dicit uerbum propoſitum cum adhuc longe eſſet. ſcilicet in profundo malorum oculis miſericordiæ uidit eum benigniſſimus pater & ad eum iuſtificandum & de lacu miſerię extrahendum, miſericordia motus eſt.

In hoc euangelio tria tanguntur. Primo p̃digi pc̃tõris ſtulta a patre diſceſſio. Secũdo pii patris benigna receptio. Tertio fratris contra fratrem falſa indignatio. Circa primum. dñs parabolicæ loquens dixit q̃ homo quidam habuit duos filios, iuſtos ſcilicet & peccatores, qui ambo ſunt filii p̃ naturam gerentes imaginem patris, non tñ per gratiam. Ei dixi patri adoleſcentior ex illis. Da mihi portionem ſubſtãtiæ quę me contingit. ſ. dona naturalis, & fortunæ. In quo apparet multiplex huius drodigi fatuitas. Prima, quia cum ſit ſub tutela optimi patris, uult immunis eſſe a lege eius, & uiuere ad ſuam uoluntatem. Ita quòd accepta portione intellectus & uoluntatis, uult ſe regere, propter quod cito cadit in miſeriam. Stat puer quàndiu tenetur a nutrice, cito cadit cum ſeparatur ab ea. Secunda fatuitas eſt quia cum a pio patre conſeruari debeãt filii bona multiplicando ea & ſuo tempore ſibi diſtribuendo, iſte vult tanquam alienus a patre ea dirigere, qui ſicut pupillus nihil in hæreditate poſſidens, portionem ab eo debuit expectare. Treno. 3. Pars mea dominus dicit anima mea. propterea expectabo eum. Pſal. Expecta dñm & cuſtodi uiam eius, vt hæreditate capias terram. Sed multi ſunt qui cum rubem acceperunt partem citra iordanem, & non habebunt partem in terra promiſſionis. de quibus Eph. quinto. Auari non habent partem in regno Chriſti & dei. Pauperes autem expectant bonum uenturum. Pſal. Ideo non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem. Facit enim dominus ſicut elemoſinarius qui ei cui melius facere uult dicit quòd expectet vſque in finem. Vnde de auaro dicitur in. Pſal. Theſaurizat & ignorat cui congregabit ea. Sed de eo qui expectat dicitur, Et nunc quæ eſt expectatio mea nonne dominus & ſubſtantia mea apud te eſt. Superbus enim contentus eſt uento pro ſua portione. Inuidus aliorum ſtercoribus. Auarus parua gleba terræ. Guloſus fructu ventris. Lubricus putrida carne. Iuſtus autem meliorem portionem ſibi elegit ſolo deo contentus. Tertia fatuitas eſt, quia credebat diuitias ſemp̃ ſibi adeſſe & nunquam illis carere, cum tñ aſſereret eas eſſe contingentes Da mihi (inquit) portionem ſubſtantiæ meæ quæ me contingit, ideſt mihi cõtingenter debetur. Ignorabat autem

*C Pro- gus. De ſa- tate prodi-*



*D Temporalia bona. Quod temporalia bona ſunt cõtingentia ad vtrũlibet.*

autem iſte fatuus q̃ logici docent propoſitiones de contingenti ad utrumlibet conuerti in oppoſitam qualitatẽ. Sunt. n. hæc bona temporalia contingentia ad vtrumlibet, quia indefferenter bonis & malis proponantur. vel ſæpe variantur nihil habentia niſi vanitatis & inſtabilitatis, ideo iſtorum conuerſio ſit per oppoſitas qualitates. nam qui modo diues eſt poſtea ſit miſer, & qui in gaudio poſtea in luctu eſt, vt apparuit in diuite & Lazaro. Bernar. Vidiſti hominem ſcalpere manus & vſque ad ſanguinem confricare. euidenter in eo habes ſimilitudinẽ aĩę peccatricis expreſſam. Cedit q̃ idẽ illa voluptas dolori, & ſuccedit pruritui. Sed circa hoc quærit beatus. Tho. 2. 2. q. lxxxiij. arg. 6. Vtrũ temporalia ſint a deo requirenda. Rñdetur primo, temporalia bona neceſſaria ſunt a deo petenda Prouer. 30. Tñ tribuæ meo neceſſaria. Luce. 11. Panem noſtrũ quotidianũ & cæ. licet enim pauperibus a diuitibus iſta repetere, q̃to magis a deo. Secũdo quærenda ſunt ab eo bona ad ſufficientẽ ſtatũ requiſita. vt ad victum, & veſtitum honeſtum, & inq̃tum ſunt adminicola virtutum, & minus principaliter. Matth. 15. Primum quærite regnum dei & c. Ethicorũ. 1. diuitiæ ſunt organa fęlicitatis. Tertio quærenda ſunt bona temporalia in magna abundantia, & ſuperfluitate, & hoc ad dandũ elemoſynam & alios pios miſericordię vſus exercendos dummodo ſint ad ſalutem conuenientia licet nõ neceſſaria. Auguſtinus. Hoc licet orare quod licet deſiderare. Caute tñ hoc petendum eſt, ne ſit omniũ meritorum remuneratio. Alia vero portio ſcilicet ſpiritualis ſine cõditione quærẽda eſt, ſicut. Pſ. quærit dicens. Portio mea dñe in terra viuentiũ. Alia autem non eſt quærenda ſine illa. Pſal. Portio mea domine dixi i. non aliter quæſiui, cuſtodire legẽ tuã. i. niſi cuſtodiendo mandata tua. Da mihi portionem & c. Eſt autẽ duplex portio. Nam quædam eſt maior, alia minor: bonis dat duplicem portionẽ, tẽporalia ſcilicet ſpiritualia. Temporalia ad ſufficiẽtiam, & ſpiritualia ad ędificationem. Prouer. ultimo. Omnes domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus. Malis uero tantum temporalia tribuit, inter quas portiones eſt multiplex differentia. Prima, quia portio temporalis non permanet, ſed eſt poſſeſſio mobilis. Terra

*E Tẽporalia bona. Q̃uo tẽporalia bona ſunt a deo petenda.*

*F Portio. De publici portione dei.*

enim ſæpe tremit, & de loco in locum mouetur. Alia vero permanentior eſt, quia a nemine poteſt auferri, neque in vita, neque in morte, neque poſt mortem. Luce. 10. Maria optimam partem elegit, quę non auferetur ab ea. Secunda differentia, quia temporalis portio faſtidit hominem, nũquam ſpiritualis. Eccleſiaſti. 24. Qui edunt me adhuc eſurient & cæ. Tertia differentia eſt, quia portio temporalis multis ſolicitudinibus reſperſa eſt. Eſt enim uinum limphatum. Vnde mirãdum eſt q̃ magni viri ſunt illo vino contenti. Sed portio ſpiritualis dulcior eſt & nõ mixta, quia ſcilicet declarationi illi non eſt triſtitia contraria vt dicitur. 7. ethico. Eccleſia. 30. non eſt oblectamentum ſuper cordis gaudium. Vnde hic prodigus viuendo lubricæ in quinque mala incidit quæ cauſa luxuria. Primo in fatuitatem vt iam dictum eſt. Coruus cum inuenit animal mortuum primo eruit ſibi oculos. deinde cerebrum extrahit. Sic mulier primo caput hominem per oculorum aſpectum, poſtea infatuans eum ei aufert ſenſum cuius fatuitas apparuit maximè cum feſtinans portionem ſubſtantiæ petijt. Vulgo dici ſolet Qui nimium feſtinat excalidatur. Ideo paterfamilias diuiſi illi ſubſtantiam ſuam. ita quòd illi temporale, alteri ſpirituale tribuit. vt prodigus dicat illud. Pſal. Subſtantia mea in inferioribus terræ. ( Aurum & enim argentum in inferioribus terræ naſcuntur, & deprehenduntur). Iuſtus vero dicat illud. Pſal. Subſtantia mea apud te eſt Importune enim petenti quandoque dat deus hic ſuam portionem. acſi dicat ſicut mater filio importuno. Accipe & vade, poſſis vtinam ſtrangulari. Secundo mortificat. Vnde congregatis omnibus adoleſcentior filius peregre profectus eſt in regionem longinquam recedendo a Deo. quia longe a peccatoribus ſolus, & ſic mortuus eſt morte culpę. Inuenit enim amariorẽ morte mulierẽ Eccle. 7. Quia mors naturæ trãſitoria ẽ, hæc ad ęterna ducit. Sed q̃rit Hieronimus in homilia. q̃uo receſſit iſte a deo q̃ vbiq; eſt. Itẽ ſi deus cęlũ & terrã palmo cõtinet, q̃ ẽ hęc regio lõginqua a deo, cũ ẽt dicat. Hie. 23. Ego deus de vicino & nõ de lõge? Rñdet primo. Hier. Prima p̃te epiſto. 49. Q̃d iſte nõ receſſit a deo locorũ ſpacijs ſed mẽtis affectu. quos nos oportet eſſe cũ deo

*G Luxuria prodigus. De malis in quæ incidit prodigus lubriceuiuẽdo.*

*H Regio. Q̃uo peccator recedit in regionem longĩquã.*

deo uel adeo diſcere. Sic erant cum deo diſcipuli quibus dicebat. Ecce ego vobiſcum ſum vſq; ad conſumationẽ ſeculi. Ab eo receſſerant quibus dicet. Diſcedite a me, non noui vos. Sic chain egreſſus a facie domini habitabat in terra naith (quod interpretatur fluctuatio.) quia quicunque a deo recedit, ſtatim fluctibus ſeculi huius quatitur, & ad malum mouentur pedes eius. Nam poſtquam moti ſunt homines ab oriente & a deo receſſerunt, tunc aduerſus deũ impietatis ſuæ ædificauerunt turrim. tunc dogmatum ſuperbias confinxerunt, volentes curioſa non licita in ipſius cœli alta penetrare. hæc Hieronymus. Dicitur ſecundo quòd licet impius a deo recedat. nihilominus recedendo ad eum appropinquat. Vnde Anſelmus. lib. Cur deus hõ. Si ea quæ cœli ambitu continent vellẽ nõ eſſe ſub cęlo, aut elõgari a cęlo nullatenus poſſent niſi ſub cęlo eſſent, nec fugere cœlum niſi appropinquãdo cœlo. Nam vnde & quo & qua irent ſemper ſub cœlo eſſent, & quanto magis a qualibet cęli parte elongarentur tanto magis oppoſite parti appropinquarent. Ita quãuis homo vel malus Angelus diuinę voluntati & ordinationi ſubiacere nolit, non tamen eam effugere valet, quia ſi vult fugere de ſub voluntate iubente, currit ſub voluntate puniente. Hæc Anſelmus.

*I Luxuria Qũo luxuria diſſipat oĩa bona.*

Tertiò diſſipat omnia bona ſua. Ideo ſequitur. Et diſſipauit omnem ſubſtantiã ſuã luxurioſe uiuendo. Primo quidem bona naturæ, quia lubrica animalia ſub breuiores vitæ (ut dicit philoſophus libro de longitudine & breuitate uitæ) ut paſſeres, & homines multi coitus. ut de Salomone legitur, ꝙ non erat multum longe ętatis & tamẽ mortuus eſt ſenio confractus. Secundo bona fortunæ. Vulgo dicitur quod gula impinguat, luxuria marceſcit, quod hypocriſis lucratur in fama, luxuria perdit in infamia, quod Chriſtus ſuo ſanguine emit, luxuria modico pretio vendit. Prouer. 6. precium ſcorti vix eſt vnius panis. Tertio bona gratiæ. Iud. 1. Olim præſcripti ſunt impii. domini noſtri gratiam transferentes in luxuriam Vnde cum quidam monachus in lecto iaceret, accedente ad eum meretrice clamauit ad latrones, requiſitus cur ſic clamauerit. Reſpondit. quia volebat (inquit) mihi auferre omnia bona mea. Et propter hanc omnium bonorum deperditionem, frequẽtius quàm de alio uitio tentat diabolus, & quia plures ꝑ illud lucratur, ideo alia peccata dicuntur laqueus diaboli, iſtud autem rhete quo plures capiuntur. Simul enim copulat duos maſtinos uel canem cum liciſſa. ut eodem faſce comburentur in inferno. Secundo. quia cum omne genus peccati per ſe audeat facere, ſolum peccatum carnis ꝑ ſe facere non poteſt. ideo per alium facit, quod per ſe non poteſt. Similis uetulę quæ dum ſe perſtituere non poteſt, alias proſtituit, propter quod pluries legitur corpus aſſumpſiſſe, & hoc modo plures puellas tentaſſe.

*K Luxu[…] Quia […] bolu[…] luxuria plus […] tat qua[…] de alio […] tio.*

Quarto mirabiliter torquet luxuria, ita quod plus habet lubricus miſeriæ poſt peccatum factum, quam habuerit in peccato ſolatium. Ideo ſequitur. Cum diſſipaſſet omnem ſubſtantiam ſuam, facta eſt fames ualida in regione illa, & cępit egere quia tunc uitam ſuam deteſtatur, cum ſe diffamatum cognoſcit apud deum & homines, ideo fameſcit eſſe alterius uitæ, ſed uix poteſt propter conſuetudinem. Et iſta fames eſt quædam uirga dei, per quam vult ad ſe trahere peccatorem, ſicut pater quãdo filius domum illicentiatus exiuit grauiter verberat. Pſalm. Virga directionis uirga regni tui. Illa enim uirga dirigit ad ſceptrum regni ęterni. Quinto deducit in miſerabilem ſeruitutem. Ideo ſequitur Abiit & adhæſit uni ciuium regionis illius. ideſt diaboli qui eſt princeps regionis mortis, & miſit illum in uillam ſuam ut paſceret porcos. Villa iſta eſt carnalis concupiſcentia, porci ſunt ſenſus noſtri, quibus nihil vilius eſt cum ad malorum ordinantur. Tactus ueli ſſimus ad inhoneſte tangendũ. Oculis vilis ad concupiſcendum. Auris ad detractoria audiendum. Os ad loquendum turpia. Guſtus ad ebietates & crapulam. Nares ad ſentiendum lubricos odores. Superbi enim paſcunt uentum. i. uentoſos homines auari carnes. i. detractores. ut patuit in malo diuite. ſed luxurioſi porcos & porcas. Bonus tabernarius diligenter obſtruit oĩa doliorũ uini foramina, ne bonũ uinũ effundatur. Sic per timorem dei quaſi per ianitorẽ obſtruere debemus oẽs ſenſus noſtros, ne pateant luxuriæ.

*L Pecca[…] Qũo […] ſus […] rum […] uiliſ[…] porci.*

*M Luxuria Quia […] plicia diabolus ignem luxuria accedit.*

Tripliciter aũt iſte princeps regionis illius accendit ignẽ luxurię, qui accẽſus oĩa bona incinerat. Primo flatu. i. Suggeſtione. Secundo pinguedine. ut in guloſis. Quidam cuidam ma-





cro improperauit dicens. videtur ꝙ tu venias de inferno, & alter ipſi pingui. & videtur ꝙ tu habeas faciem euntis in infernũ Tertio per follem. i. macquerellos ſeu lenones. qui ſunt velut teſta fracti poti. quę poſt fractionem, ad nihil aliud valet niſi ad protandum ignem per oppidum. Sexto omnem egeſtatem adducit. Inde ſubditur. & cupiebat ſaturari de ſiliquis quas porci manducant. i. de concupiſcenptijs carnalibus. Miſer qui inuitatur ad nuptias vbi bonum vinum biberet, in via bibit lutoſam aquam. & cum venit ad nuptios fetet os eius propter quod turpiter eijcitur.

*N Saturari De qua ſaturantur iuſti, & lubrici.*

Vnde aliter iuſti, aliter liter lubrici cupiunt ſaturari, quia iuſti cupiunt ſaturari de micis quæ cadunt de menſa diuitis Chriſti, vt patuit in lazaro paupere. vel quæ cadũt de menſa dominorum ſuorum. i. angelorum & ſanctorum, vt in chananea. Cupiunt enim habere fragmenta menſæ Chriſti, & ſanctorum, ſcilicet deuotionem conſolationem, & lachrimas. quæ non ſunt niſi micæ reſpectu panũ quos ſancti comedunt in mẽſa Chriſti lubrici vero cupiunt ſaturari de ſiliquis porcorum. i. conſolationibus dyaboli. ſimiles illi de quo ſupra qui inuitatus ad nuptias bibit de borberio.

*O Prodigus Qũo prodigus ad patrem reuertitur.*

In ſecunda parte huius ſermonis dicendum eſt de ſuſceptione benigna patris. & primo qualiter ſe diſponit filius vt veniat ad patrem in qua diſpoſitione quattuor fecit filius. Primo in ſe reuertitur conſiderans ſtatum miſerię in quo erat. Medicina primo debet adhiberi vbi maius eſt periculum, hoc autem primo eſt in corde, ideo ad cor primo reuertitur, bibito veneno non eſt periculum niſi veniat ad cor per conſenſum, poſtq̃ hauſta eſt tentatio. Vnde qui habent venas latas. i. conſcientias, citius veneno moriuntur. Secũdo conſiderauit ſtatum domus paternę, & fęlicitatem comparando eã ſuæ miſeriæ. Quanti mercenarij (inqt) in domo patris mei &c. Pecator ſimilis eſt hinnulo capreæ, qui cũ videt vel ſentit venatorem currit ad matrẽ ſic iſtæ videns ſuper ſe flagellum dei (egeſtatem ſcilicet, & famem tam mentis quam corporis currit ad matrem eccleſiam. Vnde ſibi clamat eccleſia. Cã. ij. Reuertere dilecte mi ſimilis eſto capreę hinnulloquo ceruorum. Ideo conſequenter dicit. Surgam diſponẽs ire ad patrẽ. Tertio ꝓpoſuit quo modo patrem oraret, & quod ei diceret, & dimitteret viam qua pergebat. Surgam (inquit) & ibo ad patrem meum & dicam ei. fames facit lupum exire de ſilua. & caſtrũ affamatum cito redditur. & ſatur accipiter vix redit ad manum aucupis. & gallina in auguſto ſatura non audit vocem ſe proclamantis. Quarto cõfeſſus eſt peccatum ſuum in qua confeſſione multa fecit. Primo recognouit deum benefactorem, creatorem, remuneratorem, benignum. cum eum patrẽ vocat, ideo ſicut cõfitens in malæ geſtis recognouit dyabolum ſe ſubijciens ei, ſic deũ recognoſcat ei ſubiectus per omnia. Secundo peccatum ſuum confitetur dicens peccaui. Hoc verbũ dixit dauid & audiuit. peccatum tuum tranſlatum eſt a te. Tertio aggrauanit factum cum dixit in cælum & coram te. In cœlum. i. coram nubibus cęli ſcilicet angelis coram quibus non crubuit, vbi tamen coram hominib. erubeſcebat, ideo nõ dixit coram terra. Quarto humilitate eam inſignauit cum ſubdit. Iam non ſum dignus vocari filius tuus. Primo quia a te recedẽs te contriſtaui. Secundo quia imaginẽ tuam non honoraui ſed potius inhonoraui. Dedecus eſt patri mala vita filij vt pote ſi dicatur ei filius tuus eſt in bordello, vel ad aleas ludit. Hæbre. 11. Dominus nõ confunditur vocari deus abraham, quia non dedignat vocari deus bonorum ſed bene malorum. Tertio quia ſubſtantię meæ prodigus extra omnem diſciplinã vixi. Quarto, quia ſeruum me alterius ſcilicet dyaboli feci. Quinto quia degenerem in moribus porcos paſcendo me oſtendi. Sexto. quia ingratus te contempſi, in conſpectu tuo faciens q̃ coram hominibus erubeſcerem. Quinto, orationem magnę confidentiæ obtulit. Nõ enim diffidit de miſericordia paterna qui filius eſt. propterea chain diffidit, quia filius non erat ideo ſubdit, ſed fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis. i. ſicut vnũ de operarijs tuis qui tibi ſeruiunt pro mercede ęterna. Ac ſi diceret. Reſpice in me domine: & miſerere mei, quia unicus & pauper ſum ego. Vnicus, quia omni auxilio deſtitutus. Eccl. quarto. Ve ſoli, quia cum ceciderit &c. pauper, quia omnibus bonis nudatus.

*P Prodigus Qũo pater prodigum filiũ recipit.*

Quinq; facit pater in receptione filii. Primo eum præuenit in benedictionibus dulcedinis, cũ propoſitum reuertendi ſibi donauit. Nunq̃ enim propoſitum reuertendi ad patrem habuiſſet niſi reſpectu mĩæ præuentus fuiſſet.

vt vult Ange. Oculi enim domini ſicut flamma ignis. Apoc. 1. Flamma autem liqueſcere facit gelu. ideo oculi domini reſpiciētes in cor eius congelatum commouerunt ad lachrymas compunctionis quæ ipſum liquere fecerunt. Cā. 5. Anima mea liquefacta eſt vt dilectus locutus eſt ſcilicet ad cor. hoc enim eſt proprium domini in pauperes peccatores reſpicere, & eorum miſeri. Sed quæritur quare miſericordia magis dicitur eſſe proprium dei quàm iuſtitia, cum ſit ita iuſtus ſicut & miſericors. Reſpondeo ſecundum Alexandrum de ales parte. i. q a ad completam rationem effectus miſericordiæ non requiritur actus vel meritum noſtrum ſed ſolum quod dei eſt. Ad rōem aūt effectus iuſtitiæ requiritur exigentia meritorum. ideo proprium eius eſt parcere & miſeri. alienum aūt opus ab eo eſt punire Eſa. 28. Vnde & Eſa. 27. dicitur egredi de loco ſuo dum punit. & Tren. 3. Non ex corde ſuo abiecit filios hominum. Patris enim eſt miſeri filiorum, non abnegare aut obiicere, niſi meritis exigentibus. Ipſe enim eſt pater qui fecit, & creauit & poſſedit te. Deutero. 33. Secundo amplexatur ipſum cadens ſuper collum dando gratiam in ſignū reconciliationis. Tertio, quia ille miſer ꝓdigus nec habebat tunicam in dorſo, nec calciamenta in pedibus, nec panem quem poſſet comedere, nec denarium de quo poſſet emere. Ideo clemens pater pro veſte dedit ei ſtolam primam calciamenta dedit ei in pedibus anulum loco pecunię dedit in manibus ad bene operandum, & quia fame moriebatur. Quinto fecit ei grande conuiuium. Cum enim diceret, pater peccaui in cœlum & coram te. clementiſſimus pater talia dicentem non ultra paſſus progredi, interrumpit. parantemque de mercenario addere iam non ſuſtinet, ſed pudori & confuſioni eius conſulens. Cito (inquit) proferte ſtolam primam. i. gratiam & charitatem qua induatur, quia ſine ſtola illa non poteſt quis intrare in conuiuium regni cœleſtis. & ſecundum menſuram illius datur diſcus in conuiuio. Eſt enim penſio quæ datur homini a pio patre, per quam interim ſperatur beneficium triumphantis eccleſię. quàm iuſte ergo in tenebras exteriores detrudendi ſunt qui ad hanc clementiam modo lachrymarum profluuio de peccatis ſuis pœnitentiam agendo non recurrunt, & de venia deſperant. Iſte enim cum nudus eſſet, optimis veſtitur, calciatur, & anulus ei datur. & qui cum mercennariis eſſe magnum æſtimabat, non cum ſeruis & mercenariis communi cibo reficitur ſed pro eo vitulus ſaginatus occiditur. In quo ſunt inſtruendi ipſius pii patris miniſtri ſic excipere pœnitentem benigne ſicut iſte pater filium rediuiuum. Sic enim portam debet exhibere non murum vt per eum penitentes introeant. Vnde patientia patris hunc recipit, paſcit & veſtit, & apud impatientiam irati fratris excuſat, & tu non excuſabis.

Quintò (ſicut dictum eſt) fecit ei grāde conuiuium. Vnde dicitur. & ceperunt omnes epulari. Anima quę iuſtificatur triplices habet cogitationes. Primas, medias, & ultimas. Primę ſolius ſunt doloris & triſtitiæ. Secundæ mixtę gaudio & dolore habet de peccatis. cum peccator ſe accuſat & qua contritione dicitur. 2. Corin. 7. Contriſtati enim eſtis ſecūdum deum. Quæ enim ſecundum deum triſticia, eſt, in ſalutem ſtabilem operatur. Medię vero ſunt cū peccator dolet de peccatis, & nihilominus de dolore concipit ſpem uenie. p̄s. Potū meū cum fletu miſcebam. In fletu dolori, in potu delectatio. Can. 5. Meſſui mirram meā cum aromatibus meis: Hæc mixtio ſignificatur. i. Eſdre. 3. Nec poterat (inquit) quiſque cognoſcere uocem clamoris lętantiū, & uocem fletus populi, & mixti uociferabantur clamore, & uxor audiebatur ꝓcul. Nouiſſime ſunt gaudii quando anima ſentit ſe liberam a peccatorum ſarcina exoneratam & eſt gaudium ſicut mulieris quæ peperit. Hi tres ſtatus deſignantur in illo p̄s. Calix in manu domini quantum ad primum. vini meri quo ad ſecundum. plenus mixto quo ad tertium. Qui tres etiam deſignantur in hoc filio prodigo. Primus cū dicitur, in ſe reuerſus ait. quanti &c. Ecce ꝙ cogitatio hominis confitetur ei. Secundus cum dicitur pater peccaui. ecce dolor, & dicit pater, cito proferte. ecce veſtis virtutum & gaudium dolorem temperans. Tertius puri gaudij, cum dicitur, & cæperunt ſimul omnes epulari. In hac ſecunda parte ponitur fratris contra fratrem falſa indignatio. Audiuit enim ſenior filius ꝙ uitulum ſaginatum pater occidiſſet, quia iuniorem fratrem & prodigum recipiſſet cum choro & ſimphonia, ideo indignatus eſt, nec uolebat

*Iuſti- tio. Aia iuſti- tur. ceſi. cōpe- ne.*

bat



bat intrare, reddit cauſam pie receptionis pius pater. nec tamen legitur inde quòd ingreſſus ſit conuiuium. Senior filius eſt populus iudaicus qui indignatus remanſit ſolus in agro nec habitat in ciuitate eccleſię & adhuc foris manet, neque vult intrare, quia ſcandalum eſt ei paſſio Chriſti & occaſio vituli ſaginati. 1. Cor. 1. Prędicamus Ieſum Chriſtum iudæis quidem ſcandalū. Falſo autem dicebat quòd nunquam mandatum ſuum præterierat. ſimilis multis ꝗ quocunque grandi peccato perpetrato ita ceci ſunt vt iudicent ſe innocentes & omnia dei mandata explere. Ait illi. Fili tu ſemper mecum es &c. Filii legitimi ſemper adherent patri, vt in hæreditate patris ſuccedant. non autem illegitimi. Iohan. 6. Seruus non manet in domo in æternum, filius vero manet in æternum. Modus autem pręcipuus recedendi a patre eſt vxorem ducere, propter quam relinquit homo patrem & matrem. Sic hodie qui ſolebant eſſe filij dei Eccleſiaſtici ſcilicet & religioſi, & qui iam habent arras hæreditatis ſupernæ ſed patrimonium Chriſti fecerunt ſicut olim. Gene. 6. filij dei videntes filias hominum quòd eſſent pulchrè, acceperunt vxores ex omnibus quas elegerunt, & ſic receſſerunt a deo, & factum eſt diluuium. Sic & iſti de filiabus hominum ducunt concubinas, ad litteram, eccleſiam dei maculātes, vt a deo recedant. Ioh. 1. Cum filij dei comparuerunt in conſpectu dei, apparuit & inter illos Sathan. i. aduerſarius dei.

*R Vxor. Modus p̄cipuus recedendi a patre eſt uxorē ducere.*

*Eodem ſabbato poſt ſecundam dominicam.* 40
*Ser. 2. & in ordi. 60.*

*A Obedientia. Quō filij dn̄i obedire parentibus ut conſequātur benedictione.*

DA mihi portionem ſubſtantiæ quæ me contingit. Luc 15. In epiſtola huius diei legitur hiſtoria de duobus fratribus ſicut & in euangelio, quorum alter ſenior, alter iunior. Ex epiſtola iunior ſubripit benedictionem paternam & ſeniorem fraudauit, quia conſilio ſancte matris acquieuit, in quo habentur tria documenta. Primū quòd filii debent prudenti matri obedire, ut filij conſequatur benedictionem patris. vt fuit Rebecca. Habuerat enim ex reuelatione dei ꝙ minor imperaret maiori, & ideo eum diligebat, & quia ex conſilio matris (quę deum diligebat) habitabat in tabernaculis id eſt ſecundum hæbreos in ſcholis Heber & Melchiſedech, ubi diſcebat colere deū, iō promouit eum ad bn̄dictionem patris. Scd̄m documentū eſt, ꝙ inter bonos & malos eſt continua lucta. ſicut iſti luctati ſunt ab vtero matris, iō ipſa deſperans aut timens de partu dum hæc ſentiret iuit ad cōſulendū dn̄m. cui dictū eſt ꝙ duæ gentes collidebantur in vtero eius, & ꝓp luctati ſunt quouſq; vnus benedictionē tēporalē obtineret, alius vtranq;. Tertiū documentum. ſ. ꝙ ad obtinendū bn̄dictionē dei pr̄is debemus obędire matri ſapienti eccleſiæ. ſ. & ſeruare præcepta eius & prælatorum, & indui veſtibus valde bonis virtutū, ita vt dominus ſentiat odorem bonorum operum, quod vt faciamus eccleſiæ matrē imploremus dicentes. Aue.

*B Filius. De differentia filij emācipati & nō emācipati.*

Inter filium emancipatum, & non emancipatum hæc eſt differentia, quia emancipatus nihil plus expectat a patre. Filius vero familias ſucceſſionem expectat, & propterea emancipatus minus curat de patre & pace eius, nec veretur ipſum offendere, nihil plus expectans ab eo. Qui vero munidum habet niſi ſuſtentationem & expectat ſucceſſionem, ſtudet paci, & timet patrem offendere, ne priuetur debita ſucceſſionē. Sic quidam videntur emancipati extra dominiū dei poſiti, quibus dedit tpalia vnde videntur contenti nihil aliud quærētes uel expectantes. Hinc & patrem ſuum cœleſtē non timent nec verentur offendere, iā portione ſibi data. ſ. temporalibus abutendo, & ea inutiliter conſumendo, per prodigū filium figurati. Boni vero econtrario faciunt. Thob. 2. Filij ſanctorum ſumus, & uitam illam expectamus quam deus daturus eſt his qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo. Vnde Eſa. 28. Qui crediderit nō feſtinet. ideſt uerus catholicus expectet portionem ſuam quærere, ſicut ille qui dixit. Expectans expectaui dominum & intendit mihi. Nec feſtinet ſicut ille qui dixit. Da mihi portionem quæ mę contingit. Hoc euangelium trifarie partitur. In prima parte notatur iunioris filii prodigalitas. In ſecunda clementiſſimi patris liberalitas. In tertia ſenioris fratris liuor & tenacitas. Et quia pęccatum quandoque contingit ex abundantia & ſuperfluitate ut peccatum ſodome. Ezech. 16. Hæc fuit iniquitas ſororis tuę ſodome ſuperbia abūdā

*C Pctm̄. Quia peccatūq̄nq; ꝓcedit ex pinguedine quādoque ex penuria.*

tia panis,& ocium. Pſal Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum.i.ex pinguedine.ſicut iſte prodigus, qui primo patrem in abundantia dereliquit. Aliquando ex penuria & paupertate nimia, propter quod Salomon. Prouer.30.orabat.Domine diuitias & paupertatem ne dederis mihi, ſicut iſte poſtea fuit in penuria & paupertate nimia, quia porcis ſeruiebat. Ideo in prima parte huius primę partis dicetur de abundantia huius prod.gi. Secundo de eius calamitate & miſeria.

D

*Portio. Quia portionē naturalē oībus ex equo diuidit deus.*

Quattuor gradibus deſcendit iſte adoleſcens prodigus.Primo per ſuperbiam & præſumptionem.Eccleſiaſt.10. Initium omnis peccati ſuperbia. Præſumpſit enim ſuperbus quòd ſe & ſua ſine patre cœleſti dirigeret. Vnde & ait. Pater da mihi portionem ſubſtantiæ quæ me contingit. Portionem.ſ.ſubſtantiæ naturalem, vt inqt Hiero.epiſtola.138. Omnibus ex equo dedit deus ab initio natiuitatis, ſed in ſubſequenti conuerſatione vnuſquiſque plus aut minus poſſidere inuenitur, dum in ſemetipſis per diſſimilitudinem voluntatum negligentes deſerunt aut diligentes cuſtodiunt. Quidam enim bona ſua ſic cuſtodiunt quaſi non a ſede a deo patre ſumpſerint, & ut ſui patris ea eſſe credentes, quaſi paterna cuſtodiunt. Alij ſua ex ſe ſibi exiſtimantes ſicut proprie poſſeſſionis licentia diſſipandis abutunt. Hæc Hier. Portiones aūt alias ſ.ſcientiæ & ſapientiæ ſalutaris. conſilij & fortitudinis non ex æquo patitur, ſed vnicuiq; largitur ſecūdū propriā virtutē. Huic tñ prodigo quærenti portionē ſubſtātiæ q̃ contingebat eum.reſponderi potuiſſet a patre vt ſe eſtimaret ſi beſtia vel homo eſſet, ut proprio ſecundū naturā ſibi diſtribueretur. Si quis enim poneret diuerſa ciborū genera corā diuerſis animalibus,tūc qđlibet illorum curreret & eligeret cibum ſuæ naturę conuenientem. vt porcus furfur vel ſtercus,bufo terrā, miluus mures, aranea muſcas,canis oſſa, equus auenā, ouis herbam & ſic de alijs. Sic cupidi currunt ad diuitias, voluptuoſi ad delitias, pōpatici ad dignitates. Prodigus iſte ad porcorum ſiliquas. Vir uero bonus deū eligit partē ſuā. Gloſa ſup illo. Dñs pars hæreditatis meæ. Eligant alij quibus fruantur,pars aūt mea & ſanctorū deus eſt. Perpendat igitur unuſquiſq; qualis eſt beſtia vel homo,& videat qualis ſibi portio contingat. Secundo peruenit iſte ad ocium & accidiam. Prou. 28. Qui ſectabitur ocium replebitur egeſtate. & Prouer. 10. Egeſtatem operata eſt manns remiſſa. Sic iſte poſt bona temporalia accepta a patre, vacauit ocio quouſque mitteretur ad villam ad paſcendum porcos iam repletus egeſtate. Sic multi adoleſcentes ſcientes ſe obtinere beneficia vel patrimonia pinguia, neque ſtudio neque bonis operibus vacant. Iam enim habent a parentibus propter quæ vigilare, ſtudere & laborib. inſudare debuiſſent, qui credūt campos ociantes fructum ferre, & ſine eorū cultura fructū carpere, Propter qđ parētes bñ conſiderare debēt qualiter filios exaltant. & princeps qualiter homines humiles eleuant in altum.

E

*Fortuna. Quia ... ti ſui ... nam ſu ... turā ſe ... re nō ... ſum.*

Nam multi ſunt qui non bene poſſunt ſuam fortunam bene portare. de quibus philoſophus. 5. politice. Eligibilius eſt dare paruos honores & moderatos & longo tempore durabiles quàm magnos & breuiter durantes, quia per hoc plures corrumpuntur moribus. Non enim facile eſt moderate ferre bonas fortunas. Hæc Ariſt. Multi enim iuuenes cum ex ſucceſſione parentum grandes habent hæreditates non bene ferunt illā fortunam, ſed aut ludis, aut luxui, aut delicijs incumbentes omnia diſſipant, aut in pompam conuertunt, ideo periculum eſt cito in manu eorum grandia bona reponere, ſed paulatim eis tribuere, ſi forte pauca bene dirigant. Hinc ibi dicit philoſophus ꝙ non omnes ſunt viti.ideſt virtuoſi, propter quod Gre. ait Vir eſt qui contra difformes inſultus fortunæ bonæ ſcilicet & male vniformi conſtantia mentis militat ꝑmunitus. Tales.n. qui ſic de nouo ditantur ( ut dicit Ariſt. 2. rethorice) cōiter ſunt ſuꝑbi & iniurioſi pluſq̃ alij. Ad quod propoſitū ponit qdam poeta exemplum de riuulo, qui aſperior, velocior, rigidior, & ſuperbior eſt pro parua pluuia in eum cadente q̃ grādis fluuius & perpetuus.

F

*Diſciplinam. Quia ... li ſi ... ſciplin ... oſtend ... l ... dign.*

Tertio gradu deſcendit iſte ad egeſtatem per deſertionem diſcipline, qñ iſte deſeruit paternam correctionē, & ſe elongans ab ea profectus eſt in regionē longinquam. Prouer. 13. Egeſtas & ignorantia ei q deſerit diſciplinam. Vnde Guillermus pariſieñ. ſuper eccleſiaſtē. Diſciplina & ſtrenuitas ſeu fortitudo ſpiritualis in mortē omniū vitiorū coniurat. Deſerta igitur diſciplina homo in omne malum





& periculum corruit, & per conſequens in egeſtate. Ecc. 36. Vbi non eſt ſepes diripietur poſſeſſio. Ideo quàm vtilis ſit diſciplina addiſcentibus oſtendit iſte prodigus.

G

*Perdere. Qūo ī tribus caſibus homo ſua ꝑdit*

Quarto gradu ad impietatem & profundum malorum peruenit, qñ omnia diſſipauit uiuendo luxurioſe. Prouer. 3. Egeſtas a dño in domo impij. In tribus autem caſibus videtur homo ſua perdere. Primo qñ pleno vaſi aliquem liquorem infundit, ſicut cum quis dat diuitibus. Bernar. Habentibus dare nihil aliud eſt quàm ſua perdere. Lu. 14. Cum facis conuiuium uoca pauperes, cœcos & claudos, quia tales non habent vnde poſſint tibi reddere. Econtra prodigus paſcit diuites.i.grandes peccatores. Reputat enim honorē qđ eſt dedecus. ſ. paſcere porcos.i.luxurioſos, & dedecus reputat Chriſtū reficere in ſuis pauperibus, & quod ſubtrahit ori dei ponit in ore porci. Reputant honorē maximū ſoluiſſe ſimbolū, in quo hiſtriones potati ebrii facti ſunt. Tales ſunt oues diaboli quas ſingulis annis ſpoliat dando veſtes eorū & lanā membris diaboli. hiſtrionibus. ſ. & peccatoribus Secundo perdit qñ infundit ea vaſi corrupto.i.dat hominibus male famatis. contra illud Eccl. 12. Benefac humili, & ne dederis impio, ſimiles araneę quæ euiſcerat ut nuſcas capiat. Sic prodigus ſua diſſipat vt vanā laudē habeat ꝙ ſit bonus ſocius, Eſa. 59. Telas araneæ texerunt quæ eis no pro fuerunt. Tertio ꝑdit qñ pro nihilo dat, qñ ſed ꝑ vana gloria uel laude humana q̃ nullius eſt valoris. Io. 8. Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt. Sicut aliqs non dr̃ largus, ſi ventus ei palliū ſuū auferat. Nec arbores dñr liberales, ſi ventus fructus ab eis excutiat. Sic nec prodigus largus, qa vētus vanitatis ſibi ſua aufert. Oſeæ. 12. Effraim. i. prodigus paſcit ventū & ſequit̄ eſtū Oſeæ 8. Ventum ſeminant & turbinem metunt, ſcilicet pœnæ ęternæ.

H

*Declinare. Qūo peccator cadit & declinat de uitio in uitium.*

Secundo dicendū eſt qūo per calamitatē & miſeriā cecidit in omnia mala. Quadruplex enim fuit caſus eius & ruina. Primus ab altitudine gratiæ cū conſummaſſet omnia bona ſua. ſ. ſpiritualia & temporalia. Secundus caſus fuit de vitio in vitium, cū famelicus cępit egere & q̃rere delectationes pcti. Si.n. (Proue. 24) Septiens in die cadit iuſtus, multo amplius pctōr. maxime prodigus, in quo diabolus declinationē facit per omnes caſus. ꝑs. Qm̄ declinauerunt in te mala. Caſus.n. dr̃ a cadēdo. Vñ qñ venit puer pariſius adhuc innocēs ſtat in recto. ſed ꝑ malā ſocietatē ſæpę cadit ī obliquū, & primo in pctm̄ luxuriæ quaſi ī genitiuū, & tūc dādo meretricib. cōſumit pecuniā parētū vñ deberet uiuere. ſicut iſte prodigus, & ſic cadit in datiuū. Poſtea vero qa ꝑꝑ vitā ſuā malā diffamatus eſt, inuidet bonis & detrahit eorū fame eos accuſando, & ſic cadit in accuſatiuū. In vocatiuū poſtea cadit alios immaculatos ad ſuā nequitiā trahendo & uocādo. Vltimo uero cadit in ablatiuū, qa tales prodigi poſtea fiūt fures & latrones. vt iſte qui a porcis furabatur ſiliquas. ꝑs. Declinauerunt in me iniquitates.

I

*Senſus. Quia exēplo uiuarii debēt obturari ſenſus.*

Tertio de peccato cadit in fauces uel in uentrē diaboli. Ideo ſubditur, & adheſit uni ciuiū regionis illius ſecūdū Hieronımū. i. regionis aeree: uni. ſ. de principibus qui per iſtum volitant aerem & diuerſorū fraude uitiorum genus hominum ſue ſubiiciunt ſeruituti. Qui miſit illum in uillā ſuam vt paſceret porcos. Porci ſunt ſenſus noſtri. Si uiuarium bene obſtruat̄ ueniente procella nō fluit, ſed in altū cogunt̄ fluctus & proſiliunt. Sic ſi bene obſtruentur meatus ſenſuum ſcilicet os per ſilentium, oculi per aſpectum, & ſic de aliis ueniente procella peccati tunc non fluit ſpiritus, ſed ſuperius ad alta poſtulanda ( diuinum ſcilicet auxilium ) eleuatur. ꝑs. Ad te domine leuaui animam meam. Si vero paruum foramen inueniat aqua exit & omnia deperduntur. & paruo foramine facto magna ſtatim patebit aꝑtura ſeu fractura.

R

*Siliqua. Quæ ſunt ſiliq; porcorum.*

Et cupiebat ſaturari de ſiliquis quas porci manducabant, ſecundum Hieronimum. Silique porcorū demonum cibus eſt carmina poetarum, ſecularis ſapiētia. Rethicorum pompa verborum. quæ cū ſummo labore fuerint perlecta nihil aliud niſi inanem ſonum & ſtrepitum ſermonum ſuis lectoribus tribuunt. Nulla ibi ſaturitas veritatis, nulla iuſtitiæ refectio reperitur. Studioſi earum in fame ueri & virtutum penuria perſeuerant. Huius ſapientiæ tipus in deute. ſub mulieris captiue figura deſcribitur. De qua dominus præcepit. ut ſi quis iſraelitas eam habere voluerit vxorē caluitium ei faciet, vngues proſecet, & pilos auferat & cū munda fuerit, tūc trāſeat in pectoris amplexus. Hæc facere ſolemus qñ in manus noſtras libri ueniunt ſapiētię

ſecularis, ſi quid in eis vtile reperimus ad noſtrum dogma conuertimus. ſi quid ſuperfluum de ydolis, de amore, de cura ſecularium rerum, hæc radimus, his caluitium inducimus. Hec Hiero. vel ſed alios. Siliqua ſignificat delectabilia ſenſuum, quæ ſenſum non reficiunt, quia non ſatiatur oculus viſu, nec auris auditu. Siliqua ſecundum glo. genus eſt leguminis quod vẽtrem magis onerat quàm reficiat. & ſicut ſiliqua cibus eſt porcorum, ſic anima quæ in ipſis delectatur dici debet porca. Magna vilitas eſt quòd ſponſa regis fiat porca vel porcaria. Ideo canti. j. Si ignoras te. id eſt dignitatem tuam paruipendis ò pulcherrima mulierum ideſt quæ debes eſſe pulcherrima inter creaturas, egredere. Durum eſt taliter licentiari a deo: & ibi poſt veſtigia gregum ideſt poſt oblectamenta ſenſuum. Quartus caſus quo cadunt in profundum abyſſi, a quo præſeruatus eſt iſte prodigus per clementiam patris ſui, ne abijceretur ab eo tanquam obiectum cadauer in ſterquilinio. Vnde abijciuntur quidam a mundo ſed non abijciunt eum. Sic abiectus erat iſte filius prodigus, qui poſtquam diſſipauit omnem ſubſtantiam ſuam uiuẽdo luxurioſe, cupiebat ventrem ſuum implere &c. Sic multi moribus diffamati ſtant in medio mundi. Alij abijciunt ſed non abijciuntur, vt ſancti viri religioſi qui mundum fugiunt & mundus poſt eos curſitat. Sic erat Iob qui cum eſſet magnus inter omnes orientales, erat tamen vir ſimplex & rectus ac timens deum, & poſt perditas diuitias retinens innocentiam. Alij abijciunt & abijciuntur. vt multi ſancti viri. De quorum numero erat Paulus De quo Gal. 5 Mihi mundus crucifixus eſt & ego mundo. Pſal. Elegi abiectus eſſe &c. Sic apoſtoli abijciebant. Ecce (inquiũt) reliquimus omnia, & abijciebantur. 1. Corin. 4. Facti ſumus omnium peripſima. Quidam nec abijciunt nec abijciuntur. vel diuites huius ſeculi. In ſecunda parte ponitur pii patris liberalitas faciens miſericordias, & quia miſericordia fieri non poteſt niſi vbi eſt miſeria. ideo primo dicendum qualiter iſte miſer primo venit ad miſericordem patrem. Primo igitur percuſſus ad ſe reuertitur. Adoleſcentia enim ante corruptionem triplicis eſt conditionis Primo prona eſt in malum. Gen. 9. Omnis caro prona eſt in malum &c. Ideo. 1. Petri. 5. Adoleſcentes ſubiecti eſtote. Eccle. 3. Habes filios curua ceruicem eorum a iuuentute ſua. Et quia iſte prodigus voluit ſuo libero arbitrio vti & ſepararari a patre protinus, in omne malum incidit. Secundo ſunt leuis impreſſionis, propter quod ignorat. Salomon viam iuuenis in adoleſcentia. Ideo neceſſaria eſt ei bona eruditio. Treñ. 3. Bonum eſt viro cum portauerit iugum domini ab adoleſcentia ſua. Et quia iſte impreſſionem habuit a lecatoribus ſtatim lecator factus eſt. Tertio quæ imprimunt multum retinent. Iuxta illud. Quod noua teſta capit inueterata ſapit. Ideo neceſſaria eſt boni operis aſſiduitas Prouer. 22. Adoleſcens iuxta uiam ſuam etiam cum ſenuerit non recedet ab ea. ſed ſi fuerit vitiata & corrupta natura eius, iuxta illud Iob 20. Oſſa eius replebuntur vitiis adoleſcentię ſuæ. Tunc non niſi tribus corrigetur. Primo diuino adiutorio. Vnde & mortuo adoleſcenti dicit dominus. Adoleſcens tibi dico ſurge. quaſi ſine adiutorio ſuo ſurrexiſſet. Orent igitur parentes deũ pro filiis ſuis malis. Sic niſi occuriſſet pater iſtius prodigi a longe nunquam ad patrem perueniſſet. Secundo flagello paterno, propter quod huic prodigo miſit flagellum egeſtatis. quo compulſus eſt ad patrẽ uenire. nihil autem pueris corruptis vt ad rectam viam redeant melius eſt quàm egeſtas quæ eos compellat ad laborem, nihil eis deterius quàm opulentia quæ ad ocium prouocet & voluptatem. Quia enim prodigus, primo habuit opulentiam ſe perdidit poſtquam vero egeſtatem, reuerſus eſt. Felix neceſſitas quæ ad meliora cõpellit. Tempeſtas reduxit Ionã fugitiuũ, Ione. 2. Cum anguſtiaretur in me anima mea dñi recordatus ſum. Fatigatus enim querit quietem eger ſanitatem, naufragus ſuſpirat ad portum, famelicus ad cibum. Tertio corrigitur pia obſeruatione mandatorum dei. Pſalm. In quo corrigit adoleſcentior uiam ſuam. Reſpondet, in cuſtodiendo ſermones tuos. Sic iſte cum peruenit ad ſinũ patris. Sed ſi adoleſcentia ſit gratia informata vel informanda. Primum requiritur verecundia præcipue in loquendo. Eccleſiaſt. 33. Adoleſcens loquere in tua cauſa vix. ſecundum Philoſoph. quarto Ethico. Multum laudabilis eſt in iuuene

L *Abijcere. De multis modi; abijciẽdi*

M *Adoleſcẽtia. De tribus quæ cõiter ſequũtur adoleſcentiã.*

N *Adoleſcentia. Quòd uitiata adoleſcentia nõ niſi a tero [...] corrigitur.*

O *Adoleſcentia. Quid requiritur ad dominũ adoleſcentiam gratiis formatam.*





ne verecundia, qua maiorũ facies veretur aut ſi quid mali fecerit verecundatur. Secũdum eſt lætícia mentis in bono cum illud facit. Eccleſiaſt. 11. Lætare iuuenis in adoleſcentia tua, & in bono ſit cor tuum. Facilè iuuenis pronus ad malum lætatur cum male fecerit, ſic iuuenis pronus ad bonum in bonis. Bonum enim de ſe cauſa eſt gaudii cum operatur: nec poteſt quis facere opus virtuoſum quin in eo delectetur. p̃s. Seruite domino in lęticia. Tertium eſt feruor in diligendo & cognoſcendo deum. Pſalm. Ibi Beniamin adoleſcentulus in mẽtis exceſſu. Cantico. 1. Adoleſcentulæ dilexerunt te nimis. Inde correctus & feruidus iſtę prodigus ait. Quanti mercẽnarij abundant panibus in domo patris mei. Ac ſi diceret ſufficit mihi ad reuelandum inediam ſola panis alimonia, & quòd in aliquod humile miniſterium admittar. ideo me vt mercennarium ſuſcipere digneris. Quid vos oneris impone, feram. uerbis obiurga, laboribus attere, flagellis corripere. quoniam ego in flagella paratus ſum. Diſtat autem inter mercennarium ſeruum, & filium, quia ſeruus formidine inſtantis aut futuri ſupplicij maleficia vitat & bona operatur, filius ſolo dei amore ſuccenſus quicquid eſt illi amori contrarium tot ſtudio refugit. Mercennarius ſpe & deſiderio præmii cæleſtis a vitijs ſe temperat & bene operatur. Eſt tamen duplex mercennarius. Vnus pro mercede cœleſti, cui tardum eſt vt ſoluatur merces. Iob. 24. Sicut mercennarij dies eius. Talis erat Paulus dicens. Quis me liberabit &c. Alius eſt qui pro terrena mercede laborat. Ioham. 10. Mercennarius fugit quia mercennarius eſt, & hoc ex mala intentione procedit. Mat. 6. Si oculus tuus fuerit nequàm ideſt intento, totum corpus tuum tenebroſum erit. Et ego hic fame pereo. Mirum eſt quomodo miſera vita iſta ab amatoribus huius mundi tantum commendatur. 4. Reg. 2. Dixerunt habitatores Hierico. i. mundi ad Helyſeu, habitatio huius ciuitatis optima eſt, ſed aquæ peſſimæ. i. tribulationes amarę, & terra ſterilis. i. de ſe nullius boni productiua. Surgam & ibo ad patrem meum. Vnaquequeres naturaliter ad ſuum locum proprium fertur, vt poſſit in eo conſeruari. 4. Phiſico. Nam piſcis quærit aquam, auis aerem, talpa terrã, ſalamandra ignem, puer patrem, ſitibundus fontem. Sic nil mirum ſi peccator in regione calamitatis & miſeriæ procul elongatus a patre, feſtinet ad patrem. qui tantę pietatis eſt quòd nullam ſpernit pœnitentiam ſed omnes ſuſcipit & defendit. Pſal. Quomodo miſeretur pater filiorum miſertus eſt dominus timentibus ſe, & rationem ſubdit. quoniam ipſe cognouit figmentum noſtrum. Nam ſicut naturaliter uidemus vbi eſt maior expreſſio ſimilitudinis ibi experitur maior ratio amoris, ſicut eſt in parentibus ad filios & econuerſo, & inter ciuem & ciuem, & artificem & artificem. Cũ ergo deus ſit pater noſter creando, & recreando & nobis impreſſit ymaginem & ſimilitudinem ſuam, maxime nos amat & diligit, ideo facile miſeretur propter quod dominus patrem ſuum (cuius ſumus filij adoptiui) in neceſſitatibus docuit inuocare. Et dicam ei pater. In ipſo filio difficultas magna erat redeundi ad patrem. Foris erant pugne, quia facta eſt in regione fames valida, quę eum vrgebat ire ad patrẽ. intus timores. Terrebat enim eum reuerẽtia patris & dignitas. Terrebat ſua indignitas & ſua vltrix conſcientia & ſordiſſima vita, de acerba patris aduerſum ſe indignatione merito ſibi formidinem incutiens. Terrebat eum ad patris ingreſſum vię longitudo, quia iam ieiunio multo debilitatus & in tam longo itinere ſibi ſubueniente nemine deficere metuebat. Terrebat uię ipſius ignorantia, qua adoleſcens a paterna domo temere egreſſus fuerat nullo certo itinerum ordine ſeruato. Terrebat ſuper omnia vię aſperitas atque difficultas, qui & ſi per procliuia facilem ſatis deſcenſum habuerat deſcendentes a patre ſuo, ad paternam tamen habitationem in vertice mõtis excelſi conſtructam, per ardua & prærupta (niſi volente patre) redire non poterat. Regnum quippe cœlorum vim patitur, & violẽti rapiunt illud. Terrebat ipſa ad malum promtas & conſuetudo, qua ſe fere deſperabat poſſe in domo patris permanere & perſeuerare. Hanc enim diabolus maxime in iuuenibus talibus ſtringit ne ſibi euadant, præcipue in fine Iob. 40. Stringit caudam quaſi cedrum, ne ſcilicet euadat qui peccare conſueuit obſeruat in finem. Hanc autem cum maxima difficultate præcidit iſte. Tanta enim vitiorum,

P *Mercennarii. De dr̃a ſerui mercennarii, & filii.*

Q *Mũdus. De fuga mundi.*

R *Mũdus. Quare ad patrem mũdũ cõfugiendũ eſt.*

S *Prodigus De difficultate reditus ad patrẽ.*

cohors non niſi excellenti uirtute, immo uirtutum acie, expugnari poteſt.

Y *Pnia. De dupli ci dignitate recupata p præſeniiam.*

Secũdo uidendum eſt qualiter vſus eſt pius pr̃ mĩa in ipm. Quidem vidẽs mĩa motus occurrit illi & cecidit ſuper collum eius, ut tolleret pctũ & pcĩ iugũ graue qđ ĩpoſuerat ei diabolus, nec oppreſſit eum cadendo iniungẽdo pnĩam, quia iugum illud ſuaue eſt. Vñ ſubdit. Date ei ſtolã primã. Vñ ẽm Tho. 3. par. 89. q. ar. vlt. homo per pctũ in ordine ad Deũ perdit duplicem dignitatẽ. vnam principalem. qua computatus erat inter filios dei per gratiã, & hanc dignitatẽ recuperat per pnĩam, quod ſignificatur Luc. 15. de filio prodigo cui pr̃ penitẽti reſtitui iuſſit ſtolam primam & annulũ & calciamenta. Aliã dignitatẽ amittit. ſ. innocentiã, quę eſt quodammodo ſcđaria. De qua ibidem gloriabatũ filius ſenior dicens. Ecce tot annis ſeruio tibi & nunquã mandatũ tuũ præterui. Hanc dignitatẽ penitentes recuperare nõ põt. Recuperat tñ qñq; qđ maius eſt vt dicit Greg. in homelia. de centũ ouibus. Qui erraſſe a deo ſe conſiderat, dãna ſequẽtia lucris ſequentib. recompenſat. Maius ergo gaudiũ ſit de eis in cœlis, quia dux in p̃lio plus eum militẽ commendat qui poſt fugã reuerſus hoſtẽ fortiter p̃mit q̃ illud q nunquã tergũ dedit, & nunquã aliquid fortiter fecit.

Y *Calciamẽtum. De dupli ci calcia mento.*

Et calciamenta in pedib. eius Eſt demonis calciamẽtũ qui ſunt opa mortua. ſ. hominũ mortuorũ qui mali fuerunt, cũ his calciamentis attritis uenerũt gabaonite ad decipiẽdũ filios iſrael. Sic iſtis opibus decipiunt bonos, & his muniunt mali ne imber gr̃æ ad eos introeat. Iſta calciamenta deponenda ſunt & exuenda. Vnde Moyſi & Ioſue dr̃. Solue calciamenta de pedibus tuis, locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt. Ephe. 4. Exuite veterem hominem cum actibus ſuis. Eſt & aliud calciamentorum genus. ſ. exempla bona ſanctorum patruum mortuorũ, quib. muniuntur pedes. i. affectiones fidelis aĩæ ne puluis inſidiantis diaboli calcaneo eorũ inhæreat. Vnde apoſtoli ſandaliis vtebantur. Marci. 6. Tertio ſubditur ſenioris fratris liuor, & tenacitas.

X *Prodigus. Quõ ſenior frater inuidi prodigo.*

Erat enim filius ille ſenior in agro. Quõ ſenior frater inuidet ſuſceptioni fratris minoris cum dicat illi pater. Fili tu ſemper mecũ es? Quõ tanta clemẽtia ſecũ cõpatiẽ inuidentẽ? Itẽ quõ populo iudaico aptari põt. Ecce tot annis ſeruio tibi & nunquam mandatum tuum præterui, cum tñ ſepiſſime iudei immolauerint ydolis? Si aũt ex perſona iuſti hoc dicat, quõ in iuſto cadere põt inuidia. vt foris ſteterit ille rigidus clementiſſimo patri, & inuidiæ cauſa lætitiæ domus ĩtereſſe noluerit? Præterea quõ mandatũ eius nõ præteriuit, ſi alterius ſaluti inuidit? Itẽ quõ ſe iactat q mandatũ præteriuit, cũ nemo mundus ſit a ſorde, ẽt infans vnius dei? Ad qđ rñdet Hieronymus ad Damaſum papam. Primo exponẽdo de populo iudaico, q ille erat in agro occupatus terrenis qui vllã emit & neceſſe habet exire vt videat illã, qui iuga boum emit qñque, qui vxore duxit. i. legis onere depſſus terrenorum ſenſuũ voluptate perfruitur. Iſte foris, quia diſcipulis in eccleſia ſtantibus & audientibus dñm euangeliũ prædicanter, mater eius ſynagoga & fratres ſui ẽm carnẽ foris ſtant. hinc noluit uenire vocatus a Chriſto & apoſtolis. Egreſſus pr̃ cæpit rogare eũ per apoſtolos & p̃dicatores. De quibus Paulus. Præcamur pro Xp̃o, recõſiliamini deo. Ad ille. Ecce tot annis ſeruio tibi &c. põt dici ſecũdũ apoſtolũ q iudaicus populus in iuſta quæ ex lege eſt ſine reprehenſione uerſatus ſit, quãuis nõ ſit aſſecutus iuſtitiã quæ ex fide eſt. Vel melius dr̃ q vr̃ ſe iactare exẽplo illius phariſei qui dicebat. Deus gr̃as ago tibi, qa nõ ſum ſicut cæteri hominũ raptores, iniuſti, adulteri. ſicut & hic publicanus. Nonne iſte uidetur ea dicere de fratre, quæ iſte phariſeus de publicano? Hic comedit omnẽ ſubſtantiã uiuens cum meretricibus. Pręterea cũ dixit. Et nunquã mandatũ tuũ p̃teriui nõ hoc confirmauit pr̃ ſed alia rõne cõpeſcuit iraſcentem dicens. Fili tu ſp mecũ es lege qua ſtringeris. Mecũ es dũ captiuitate erudiris. Mecũ es, non quia p̃cepta mea ſeruaueris, ſed quia te in regionem longinquam abire non paſſus ſum. Iuxta illud dictum ad Dauit. Si dereliquerint filij tui legem meam, & in iudiciis &c. Viſitabo in virga iniquitates eorum &c. Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo, & ſic ſemper erat cum patre, vel virga viſitatur cum peccaret, vel miſericordiam conſecutus, dum bene ageret. Nec eſt mirandum eũ patri fuiſſe mentitum qui fratri potuit inuidere. Sequitur. Omnia mea tua ſunt, non angelos, non thronos, non dominationes intellige, ſed legem, prophetias, & eloquia diuina. Et non dediſti mihi hedum. Ac ſi diceret. Tantus ſanguis in iſrael effuſus eſt & tot milia hominum ceſa. & nullus eorum quaſi redemptor pro nobis immolatus eſt, & tamen pro gentibus tui filij ſanguis fuſus eſt. Si merentibus minora non dediſti: cur immeritis maiora dediſti? Vt cum amicis meis epularer. immo cum patre ſine quo non eſt celebrandum conuiuium qui vult vitulum hedi non hedum quem ſcit ſtare a ſiniſtris. Hic eſt antichriſtus quem ipſe populus immolaturus eſt ſibi cum amicis ſuis ſpiritibus malignus eius carne ſaturandus vt impleat vaticinium. Tu confregiſti capita drachonis, dediſti eum eſcam &c. Si de vero ſancto exponatur dici poteſt quòd in iuſtitia ſua ſæpę iuſti deficiunt, ſicut illi qui hora prima tertia: ſexta: & nona murmurauerunt aduerſus patrem familias. & (vt videtur) iuſte, quia qui plus laborat plus manducaturus eſſe uidetur, ſed defecerunt non conſiderantes ſapientiam patris clementiſſimi, qui quibus voluerit & quantum voluerit dat. ſic ſancti viri quandoque cadunt in iudicio & errant, vt non ſit quis ſecurus in præſenti vita. Iuſtitia enim cuiuſcunque ſancti incorporata iuſtitiæ dei, iniuſtitia ẽ.

*Dominica. 3. 40. Sermo primus, & in ordine. 61. per thema epiſtolæ.*

A *Auaricia. Quia auariciã uoluit apoſtolus ab orto eccleſiæ eradicari.*

AVaricia nec nominetur in vobis, ſicut decet ſctõs. Ad Eph. 5. Qui malã radicem habet in orto ſuo plantatã, nõ ſufficit eam reſcindere ſed oportet eã radicitus extirpare, aliter vaſtaretũ ortus & malis herbis repleretur. Et quia ẽm apoſtolũ qui erat magnus ortolanus in orto eccleſiæ. 2. Cor. 5. Qui radix oĩum malorũ eſt cupiditas. Iõ qui habet radicem illam in orto ſuo põt ibi inſerere quãcunq; malã plantã voluerit Qui. n. auarus eſt in congregando diuitias põt eis oĩ vitiorũ gñe abuti, puta q ſit ſup bus, contẽnens non habentes. Inuidus plus ſe habentibus. Impatiens cum perdit eas. Piger ad eccleſiæ mandata. Impiger ad cumulandum. Lubricus & quotidie epulans ſplendidę. Ideo vidẽs apoſtolus q erat peſſima radix, voluit eã ab eccleſiæ orto euelli dicens. Auaritia nec nominetur in vobis &c. propter quod dominus in euangelio ſecurim ad radicem eius appoſuit. Ait enim Beati pauperes ſpiritu, propter q ille p viã paupertatis ambulauit, & voluit vt quos diligebat ſic ambularẽt. Non pñt enim diuitiarum amore onuſti intrare per foramen arctum in regnum cœlorum. Ideo matrem ſuam etiam hic voluit eſſe pauperrimam. vt alibi eſſet ditiſſima, ad cuius diuitias & arcam. vt ad piam matrem recurramus dicentes Aue.

B *Auaritia. Propter ſeptẽ rões auaricia non debet nominari in nobis.*

Septem rões tangit apoſtolus in epiſtola propter quas nec nominari debet in nobis auaricia, quia vt vult ipſe. Vos viuere debetis ſicut filij dei & eſſe eius imitatores & ambulare in dilectione proximi ſicut & ille dilexit nos. Sed dominus ſummæ liberalis eſt qui non ſolum ſua bona nobis large miniſtrat, ſed ẽt tradit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiã deo in odorẽ ſuauitatis. ergo debemus eſſe ſumme liberales vt ſimus vere filii eius reputati. Nec ſua ſolum nobis tradidit ad miniſterium nr̃m, ſed etiam ad exemplum. Nam quælibet creatura donũ ſibi communicatũ alteri communicat. vt planete lumẽ ſuũ, arbores fructus maturos, nuces ſponte cadunt ex arbore, piſces cum eorum tp̃s venerit, ad capiendũ ſe offerunt. Infernus nihil niſi malum retinet. Auarus autem nunquam ſe cõicat ſed in arca retinet bladum contra neceſſitatem pauperis. In partica veſtem qua deberet veſtire nudum. Argentum in arca incarcerat. Ideo Eccl. 10. Auaro nihil eſt ſceleſtius, nec in cœlo, nec in terra, nec in inferno. Hoc autem maximè complacet patri, qñ ſuam ſimilitudinem videt in filio. vt cum videt eum ad pauperes liberalem & gratioſum ſicuti ipſe eſt. Pſal. Illuminatio vultus tui, quoniam complacuiſti in eis. Creatura enim vna alterius defectum curare cupit. vt patet in vacuo vbi ignis deſcendit & terra aſcendit, & auarus contra naturam nunquam ventri vacuo pauperis occurrit.

C *Amor. Ex quatuor p̃pendit amor Xp̃i.*

Sed quæritũ quõ Xp̃s dilexit nos & in quo perpendere poſſumus eius amorem. Reſpondetur quòd per quattuor perpenditur amor Chriſti primo quando cor plenum eſt amore. & tunc oportet q etiã os abundet ſermone. Luc. 6. Et abundantia cordis os loquitur. Sic & Chriſtus tantum amorẽ habuit ut ſp de ſalute noſtra loquerẽt. Io. 6. Verba quæ ego loquor vobis ſpiritus & uita ſunt. Secundo per collata beneficia, & illud eſt maius quam primum,

quia multi ſunt qui pro amicis bene loquerentur, qui nihil pro eis de bonis ſuis darent. Gregorius. Probatio dilectionis exhibitio eſt operis. ideo opera Chriſti quæ pro nobis fecit teſtimonium perhibent dilectionis ſuæ ad nos. Ioh. 5. Opera quæ ego facio ipſa teſtimonium perhibent de me. Tertio per obſequium perſonale, & iſtud eſt magis q̃ ſecundum, quia multi darẽt amicis de bonis ſuis, qui tñ in propria perſona eis obſequium nõ pſtarent. Xps aũt in perſona propria hoc oñdit. Lu. 22. Ego autẽ in medio vrm ſum ſicut qui miniſtrat. Quarto per mortis tolerãtiam, & iſtud eſt excellentiſſimum, quia Ioh. 15. Maiorem charitatem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.

D

*Ambulare. Quo pede ambulandũ eſt cũ Chriſto.*

Secundo quæritur quo pede cum Chriſto ambulandum eſt. Reſpondetur quòd pede cordis qui eſt dilectio. Ibi enim cor eſt vbi amat. Vnde conſueuit dici. Ille habet cor meum, de perſona quæ multum diligitur. Et quis illuc portauit cor tuum? certè pes eius ſcilicet dilectio. Sicut autem ad ambulandum non ſufficit vnus pes, ſed requiruntur duo, quorum alter figitur in terra, alter eleuatur. ſic ad ambulandum in via domini neceſſarij ſunt duo pedes. ſcilicet dilectio proximi quæ eſt pes in terra, & dei quæ eſt pes a terra eleuatus. Et ſicut principaliter procedit per pedẽ à terra eleuatum & non per depreſſum, ſic principaliter procedimus in via dei per dilectionem dei, per quam debet regulari dilectio proximi. exemplo xpi qui ſic dilexit nos, vt tñ patrem nõ offenderet ſed vt voluntatem prĩs impleret. Non ſic multi qui diligunt filios & parentes ita vt per eos offendant deum. Hi duo pedes debent conclauari ſimul, ita q̧ vnus alteri ſupponatur, ut patet in Chriſto crucifixo.

E

*Scurrilitas. Qđ ſcurrilitas & turpiloqũ maxime periculoſa ſunt in ĩuenibus.*

Secunda ratio turpe eſt & indecens, immo rationi conſonare non poteſt q̧ princeps pius habeat miniſtros impios. Chriſtus autem princeps noſter optimus eſt, nõ fornicator, nõ immundus, non auarus, non ſtultiloquus non ſcurrilis, non ingratus patri, ſed ſemper de oĩbus gratias agens. ergo fornicatio aut omnis immundicia aut auaricia nec nominetur in vobis ſicut decet ſctõs ſeruos dei, nec turpitudo, nec ſtultoloquiũ, nec ſcurrilitas quæ ad rẽ non ptinet, ſed ſp in ore veſtro gratiarũ actio, & in manu promptum dei obſequiũ ad pauperes. Libenter enim ſunt filii de artificio patris ſui. Sic ſi ſumus filij dei, ex moribus cognoſcimur. 1. Ioh. 3. Qui facit peccatum ex diabolo eſt id eſt filius diaboli. Omnis enim qui natus eſt ex deo, non facit peccatum. quoniam ſemẽ ipſius in ipſo manet. In hoc ergo docemur ſtultoloquium & ſcurrilitatem a nobis abijcere. & maxime hoc pueris inhibendum eſt. Propter quòd philoſophus circa finem. 7. Politice. prohibet ne pueri uideant picturas inhoneſtas & uerba ſcripta inhoneſta, & quòd debet princeps cauere ne in ciuitatibus talia honeſta inſculpantur, quia talibus promouentur iuuenes ad turpes cogitationes. Neque ſecundum eum debent iuuenes duci ad colẽdum deos, quibus lex attribuit luxuriam bonam eſſe. Ideo falſo dicebat theodorus tragicus in ludis tragicis a tragos, quod eſt hircus quod eſt uile & putens animal, quod erat præmium illius qui melius exercebat officium tragici, ſicut in normania quibus melius lucratur habet pro præmio arietem. Dicebat enim ille tragicus non debere introduci in illis ludis antiquos ſed iuuenes dicens. Tollite a me villanos illos hypocritas, quaſi talia appropriari debeant primis auditionibus. Inter collocutiones enim ſentimenta & opera omnia prima ſemper plus diligimus & inprimimus ſcilicet quorum primam habemus experiẽtiam. Ideo expedit iuuenibus omnia talia ab eis aliena eſſe quæ mala ſunt & infectionem aut adheſionem cauſare poſſunt.

F

Tertia ratio. Vnuſquiſq; ſapiens fugere debet detrimentum ſuum, ſed (ut inquit Paulus.) Hoc ſcitote intelligẽtes ſcripturas q̃m omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, non habet hæreditatẽ in regno Xpi & dei. Hoc aũt eſt maximum damnũ & erit ẽt dãnatis maxima pena. ergo quſq; fugere dẽt hoc vitium cum fornicatione. Quia auaricia non habeat partem in regno Xpi & dei patet. quia hic quærit ſuã partẽ. q vero dat elemoſinã paupi, alibi iuenit eã.

G

De fornicatione maxime patet hic q̧ prohibetur fornicatio ſimplex. & hoc fecit dominus ad noſtrã vtilitatẽ. Primo. quia tales mulieres quæ ſic ſe ſupponunt viris plurimis & è contra. ſæpe ſunt infecundę. & ita ſicut procurare ſterilitatem eſt contra legem naturę, ſic pluribus ſe exponere vnde tale procreatur malum. Secundo de lege naturæ



turæ educatio prolis ad patrem pertinet, agnoſcere autem non poteſt pater prolem ſuam, niſi eam pater vt propriam habuerit quod non poteſt fieri in fornicatione. Tertio ſequitur aliqñ, q̧ ſi miſera mulier ſit grauida, tunc eſt impotens ad ſibi prouidẽdum, & pro tunc ex grauedine, & pro futuro ex diffamatione neminem habebit, qui ſibi puideat. Ex quo aliqñ ſequitur mors, & prolis interfectio occulta, vel in vtero, uel extra uterum. & ſępe inde ſequitur deſperatio. Quòd ſi dixeris q̧ bene prouidebis. Rñdeo q̧ non ſequitur q̧ ſi bene puideas, q̧ alij ſic faciant, ideo propter te ſicut pter alios facta eſt hæc prohibitio. Quartom ſericorditer egit dñs cum uiris & mulieribus hoc prohibendo, quia eos uoluit habere fidele adiutoriũ. Gene. 2. Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Aliæ autem non ſunt fideles, ſed quicquid poſſunt furantur, & cum moriuntur ſunt proniores ad arcã, quàm diligentes ad conſcientiam. Et quia vidit Deus q̧ mulieres habituræ eſſent laborem in portando prolem in utero, dolorem in parturiendo, ſolicitudinem, occupationem, & laborem in nutriendo, voluit dñs viros ante opus carnale obligari ad iuuandum eas. Vnde Deutero. 23. Ne ſibi de mercede proſtibuli quicquam offerretur, prohibuit, quod non eſſet ſi non eſſet peccatum. Peccatum autem dicitur inquinatio, ſiue immundicia, cuius fœtor eſt ſiniſtræ opinionis infamia. Multum. n. inquinatur, cuius fœtor longe lateq; diſpergitur.

Quanta celeritate debet, qui eiuſmodi eſt recurrere ad lauachrum plenitudinis, maxime antequã ſancta approximet. Qui uero nares infectas habent ſibi fœtere non poſſunt. quibus Hierem. 1. Laua à malicia cor tuum.

H

*Auaritia. Qđ auaritia eſt idolorum ſeruitus.*

Quarta ratio, quia peſſimum eſt hominem eſſe idolatram, ſed auarus eſt idolatra. Eſt enim (inquit Apoſtolus) auaritia idolorum ſeruitus. Primo, quia ſicut idolatra cultum Deo debitum idolo impẽdit, ita auarus nummo. Magis enim diligit nũmum, quàm Deũ, quia decies iurabit Deũ pro nummo. Eccle. 10. Nihil iniquius, quã amare pecuniam. Iudas dilexit triginta argenteos plusquam Deum. Secundo impedit ſibi diuinam obedientiam. Citius enim currit pro nummo, q̃ pro Deo, & ad nundinas, vbi non iret pro Deo, vadit pro nummo. Eccle. 10. Pecuniæ obediunt oĩa. In curijs pro muneribus iuſtificatur impius. pro paupere, & pro Deo nihil fiet. Terram. n. & ſtercora præponunt Deo. Tertio, quia totũ ſuum ſeruitium, & cor offert nummo plus q̃ Deo. Cum. n. uidet uineam ſuam caput cordis inclinat ei, & ſic talem ei reuerentiã facit qualem crucifixo faceret, Hierony. in epiſtola ad ruſticum monachum. Ridiculũ eſt dicere q̧ qui iacit duo grana thuris idolo ſit idolatra, & ille non ſit, qui totũ nummo offert ſeruitium.

I

*Auaritia. Qđ auari diffidunt de Deo.*

Quinta ratio. Auaritia cauſat in hoĩe diffidentiã de Deo, & cõfidẽtiã in nũmo uel in blado, ita q̧ plus in diuitijs quã in Deo cõfidat. ps. Qui cõfidunt in virtute ſua, et in multitudine diuitiarũ ſuarum gloriantur. Sed propter iſtam diffidentiam venit ira Dei in filios diffidẽtiæ, ita vt malos percuteret Deus, & nemo ex eis terrã promiſſionis intraret. Ideo dicit Apoſtolus. Nolite effici participes eorũ ſcilicet pp periculum.

K

*Auaritia. Qđ auari ambulãt ĩ tenebris.*

Sexta ratio, quia in tenebris ambulant auari. Pannifices q̃runt locũ turbidũ ut melius uendãt pannũ, mercator equorũ celat maculã equi, & ſic de aliis, ita, ut cõiter dicatur. In fidelitate modo nihil pcipitur, ſed Chriſtus lux eſt. Io. 11. Sed dilexerunt (inquit) hoĩes magis tenebras, quàm lucem. i. Xpm. Ideo inquit Paulus. Eratis aliqñ tenebræ. i. ambulantes in tenebris auaritiæ. Eſt. n. negotiũ perambulans in tenebris fraudis & nequitiæ. Nũc aũt ſitis lux ĩ dño, vt filij lucis ambulate. i. diligentes lucem.

L

*Auaritia. Qđ auarus pdit fructum ſuorũ bonorũ operum.*

Septima ratio. Magnũ incõmodum eſt perdere fructus ſuorũ bonorum operum. Fructus aũt bonorũ operũ pcedit ex bonitate quo ad ſe ipſum, iuſtitia quo ad pximũ, & ueritate quo ad Deũ. ſed oppoſitũ facit auarus, q nec bonus eſt ſibi, qa ſic tenax eſt q̧ uix aliquid boni hẽt de ſuo, nec iuſtitiam ſeruat ad proximum, ſed magis per munera obliquat eam, nec ueritatẽ ſeruat ad Deum iurando, & periurando, ideo auarus perdit omnem fructum ſuum. ps. Dormierunt ſomnum ſuũ, & nihil inuenerunt viri diuitiarum. i. auari, qui ſeruiunt diuitijs, ideo ſunt viri earum. Sicut dicitur cõiter de ignobilibus et ruſticis, q̧ ſunt hoĩes nobilium. Ideo auaritia nec nominetur ĩ uobis etc. Vnde nociuus eſt ſibi qui amat ſpinas, qbus cõpũgẽdus eſt. puer. 1. De auaris ſapiens loquitur. Inſidiantur cõtra ſanguinẽ ſuum, et molliunt fraudes contra

Contra animas ſuas. & eſt iniquus contra proximum, quia ſibi retinet quod pauperibus erogare debuit, ſicut executor alicuius teſtamenti ſi ea quæ deberet diſtribuere ſibi retineret, iniquus eſſet. & præcipue cum permittitur eum fame perire. Scriptũ eſt. Paſcæ famæ morientem. ſi non pauiſti, occidiſti. Eccleſia. 24. Panis egentium vita pauperum, qui defraudat illum homo ſanguinis eſt. immo eſt iniquus in creaturas inferiores quas recludit in carcere, ita vt eas putreſcere faciat. Iacobi. 5. Diuiteæ veſtre putrefactæ ſunt, & veſtimenta veſtra a tineis comeſta ſunt. aurum & argentum ueſtrum eruginauit, & eruginauit, & erugo eorum erit vobis in teſtimonium, & manducabit carnes veſtras quaſi ignis, impius in deum. quia ſtatera ſuæ æſtimationis nequiſſima eſt. Plus enim ibi ponderatur nũmus quàm deus, & quam anima eius, & regnum eternum ad quod nos perducat qui ſine fine viuit & regnat. Amen.

*Eadem dominica. iij. quadrageſimæ. Sermo ſecundus. & in ordine. 62.*

*A Sequi. Quòd glorioſum eſt ſequi dominum.*

Estote imitatores mei &c. Ad Ephe. 5. Tribus de cauſis, hoc arbitramur a Paulo dictum. Primo vt ad eius exemplar uitam noſtram corrigamus. Neceſſarium eſt ei uerum exemplar qui uult falſum librum corrigere, & neceſſaria eſt ei regula qui uult torta dirigere. Seneca. Non niſi ad regulam praua corriges. Ideo proponit apoſtalus verum exemplar ad quod corrigere nos debemus dicens. Eſtote imitatores mei. Secundo quia glorioſum eſt ſequi dominum. Eccleſi. 23. Magna eſt gloria ſequi dominum quod, non faciunt qui propter iniuriam immediate ſe vindicant, cũ uideant deũ quotidie conuitia, & blaſphemias portantem, & tamen inde differt ſumere vindictam. Aliter enim uiuit filius ruſtici, aliter filius regis. Filius ruſtici ſequitur beſtias quod eſt uile, filius regis. ſequitur patrem quod eſt glorioſum. Tertio quia tutum eſt ſequi eum. Ioh. 11. Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, Sed tamen non competit nobis deum in omnibus imitari. quia (ſecundum Auguſt.) etiam mali vellent deum imitari. vt ſuperbi in altitudine, iracundi in vltione, accidioſi in requie, cupidi in diuitijs, lubrici in delicijs curioſi in ſciẽtia. Sic fatuæ uoluit eum imitari lucifer dicens. Similis ero altiſſimo, cui dictum eſt. Eſa. 14. Veruntamen ad infernum detraheris in profundum laci, ſed imitandus eſt in dilectione, & humilitate, cuius exemplar optimum eſt Maria. ad quã confugiemus dicentes Aue.

*B Finis. Quòd quemodo cognoſcitur eſſe ſui patris filius.*

Multis modis cognoſcitur quis eſſe ſui patris filius. Primo ad formam greſſus. Cõmuniter dicitur. Talis ambulat ſicut pater ſuus, uel incedit rectæ, uel ambulat in ante ſicut pater. Sic dicit apoſtolus. Si uultis eſſe filii dei, ambulate in dilectione ſicut & ille dilexit nos. Dilexit enim nos Chriſtus non propter vtilitatem propriam ut multi, ſed propter noſtram ſalutem. Apoc. 1. Qui dilexit nos & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Oſeæ 14. diligam eos ſpontaneæ. i. gratis & ſine ſpe retributionis. Secundo dilexit realiter, non tamen verbo, & lingua, ſed opere, & veritate Iohan. 15. Maiorem hac dictionem nemo habet, q̃ ut animam ſuam donat quis pro amicis ſuis. immo poſuit pro inimici. Non ſic multis faciunt. de quibus. Pſal. Dilexerunt eum in ore ſuo, & lingua ſua mentiti ſunt ei. Tertio quia ſemper dilexit & nunquam odio habuit, quamuis peccata odio habeat. Hierem. 31. In charitate perpetua dilexi te. Iohan. 13. In finem dilexit eos. Non ſic de multis quorum dilectio eſt ad horam, quos Sapiens Eccleſi. 11. uocat amicos ad tempus.

*C Amor. Quòd Chriſtus dilexit nos.*

*D Amor. Quadruplex, quo Chriſtus dilexit nos.*

Quod autem nos dilexerit tangit apoſtolus quattuor rationes. Prima tangitur ibi, qui tradidit ſemetipſum pro nobis. Primus parens in ſymbolo paradiſi omnium conſumpſit, ita ut nudus remanens non habere unde ſolueret. Hic autem omnis ſoluit. Pſal. Quę non rapui tunc exoluebam, quia tradidit ſemetipſum pro nobis. Et ſi arguatur, quia tunc iudei fuiſſent excuſati de traditione, eo q̧ conformes fuiſſent uoluntati diuinę. Reſpon. conformes fuerunt in facto ſed non intentione faciendi, quia deus pater tradidit ipſum ex ſumma miſericordia. deus filius ex ſumma obedientia. Iudas ex ſumma auaricia, Iudei ex ſumma inuidia, Pylatus ex ſumma iniuſtitia.

*E Tradere. Quòd Chriſtus tradidit ſe ipſum.*

Secunda ibi tangitur & oblationem. Erat enim inter deum & hominem diſſidium ſeu diſcordia. Ipſe autem fecit utraque unum, & poſuit manum in ambobus. Iob. 9. & ſic nos dilexit, q̧ inter patrem

patrem ſuum & nos ſe poſuit, ſicut mater inter patrem iratum, & filium. Eſa. 53. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum. Collo. 1. Per ſanguinem ſuum pacificans quę in cęlo ſunt, & quæ in terra. & ſic illa oblatio ſigna magnæ dilectionis oſtendit. Tertia ratio tangitur ibi, cum dicitur, hoſtiam uiuã, quia hoſtiæ veteris legis non erant ſufficientes ad pacificandum Deum. Erant. n. hoſtiæ mortuæ, hæc hoſtia viua.

*F Odor. Quòd odorem ſuauitatis eſſe ſuit agnus Chriſti in cruce.*

Quarta ratio ibi, in odorem ſuauitatis. Gen. 9. Oĩs quippe caro corruperat viam ſuam, & quia vbique fœtebat peccatum, ideo oportuit eſſe diluuium ad abluendũ ipſum. Nec tamen inde placatus eſt pater quouſq; in cruce aſſatus eſt agnus ille, qui tantum odoris dedit, q̧ ſentiens pater placatus potuit dicere illud Gene. 27. Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni. Senſerũt inferi, qñ ad odorem illius hoſtiæ cucurrerunt oẽs aĩæ exiſtentes in limbo. Senſerunt veri Iudæi hunc odorem, quando holocauſta in figura offerentes, odorabunt illam ſanctam hoſtiam quam Chriſtus de ſe pro nobis obtulit. Senſerunt inferi, quando ad odorem iſtum fugatus eſt dyabolus, ſicut odor vinearum bufones expellit. Ioã. 12. Princeps mundi huius eijcietur foras. Sũt tamen aliqui, qui hunc honorem non ſentiunt, qui ſine dubio ſunt mortui, aut fœtidi. Tripliciter enim reddit aliquid ſuauem odorem, vel in igne poſitum vt thus, uel attritũ, vt ſpecies aromaticæ, uel effuſum vt vnguentum. Quibus modis Chriſtus in cruce ſuauem reddit odorem. Ibi. n. attritus eſt propter ſcelera noſtra. Eſaiæ. 53. Ibi ẽt fuit quaſi in camino dilectionis, & ibi alabaſtrum ſui precioſiſſimi corporis fractum eſt, & effuſum vnguentum ſangninis eius, & domus impleta eſt ex odore vnguẽti. Sed multi tribulationibus attriti, non odorem ſuauitatis, ſed potius horrorẽ reddant, & quando pauperes ab eis petunt eleemoſinas, pro vnctione pietatis exit ab eis lapis obiurgationis duræ. In multis ẽt qui deberent ardere igne amoris eſt potius aqua uoluptatis fœtidæ. Secundo cognoſcitur filius patris, quia ſequitur conditiones patris. Dicitur. n. Talis mundus eſt, & ſibi, (ſicut & pater) vendicat houeſtatem, & liberalis eſt ſicut pater eius, uel prodigus. Cognoſcens itaque apoſtolus conditiones dñi Ieſu, filiis eius mundiciam præcipit. Erat. n. mundus per omnia. Ideo ſubdit. Fornicatio & immunditia, aut auaritia, nec nomineť in uobis, ita q̧ nulla ſuſpicio habeatur de uobis, per quam reddamini in talibus notabiles, ſed potius curam habeatis de bono nomine, ita q̧ nõ ſolum actus, ſed & ſuſpicio fugiatur, ſicut decet ſanctos, & q̧ ſanctum ſanctorum imitantur. Et cauſam ſubdit, quia omnis fornicator &c. Bonus diſcipulus magnam apponit diligentiam facere opus ſimile ei quod oſtẽdit magiſter. qñ latomi vident pulchram fabricam, libẽter reſpiciunt eam, & cogitant facere ſimilem. Sic eſt de pictoribus, qui pulchrã imaginem depingũt in ſuis tabellis, vt poſſint conſimilem facere, & clerici flores autorũ colligunt, ut in eis poſſint proficere. Vtinã reſpiceremus ad magiſtrum noſtrum & ſequaces ſuos, & ad flores morum eorum vt diligenter eos imitaremur.

*G Auaritia. Vtrum auaritia ſit idolatria.*

Et ſi quæratur. Vtrum auaritia ſit idolatria. Dicitur ſecundum Alexand. de Ales 2. parte. q̧ auaritia non eſt idolatria ſimpliciter, ſed bene proportionabiliter, & magis quàm quodcũque aliud vitium. Hoc probat Guil. Pariſ. Primo, quia auarus terram quam pedibus conculcat, adorat inclinato capite. i. corde. Inclinatio. n. cordis amor eſt, vt vult beatus Diony. Ideo ſicut mos eſt fidelibus deuotis, ut uiſo altari capita inclinent, ſic auari uiſo aceruo ſtercorum ſtatim ad illa adoranda ſe inclinant. Ipſi ieiunant pecuniæ, uigilant pecuniæ. & (ut breuiter dicamus) pecuniæ ſe totos immolant & amorẽ & ſpem, quos in Deo habere debuerant, in pecunia totaliter reponunt. Secundo ſm eundem, quia obedientiam quã debet Deo, ſimulachro auri & argenti impedit. Eccle. 10. Pecuniæ obediunt omnia, non dicit oẽs, quia quicquid obedit auaro, obedit pecuniæ. iuxta illud. Quicquid ſubeſt inferiori, ſubeſt neceſſario ſuperiori. Siquidem omnem naturæ ordinem peruertit, quia terram (quæ locũ infimum in rerum natura obtinet) præponit Deo, q. primum tenet, ut terram in ſupremo ſtatuat, & Deum in infimo, terram deificet, & Deũ terrificet. Deum. n. habet talis ſub pedibus id eſt ſub affectionibus, ideo eum calcat. Terram autem non habet ſub illis pedibus ſed ſuper ſe habet, ut diuinã obedientiam quam ſoli Deo debet. & omnium creaturarum ſeruitutẽ, viliſſimæ terræ exhibeat.

Ideo

Ideo Eccle. 10. Auaro nihil eſt ſceleſtius. Quale.n.ſcelus eſt comparabile ei, quo viliſſimè creaturarum diuinus honor impenditur, & Deo rerum omnium nobiliſſimo vilitas, & deſpectio irrogatur? Et nunc ex iſta ſumma obedientia pecuniæ facta contigit tanquam ex maxima peruerſitate, ꝙ tribunalia fiant tabernæ, & non pro tribunali ſedeant iudices, ſed tanquam in taberna venalem offerentes iuſtitiã, immo lupanaria, ubi iudices ſtant in quæſtu pro meretrice pecunia toto applauſu à diuitibus munera recipientes, & pauperes nihil afferentes aſpernati, quemadmodum canis nõ cõgaudet oſſi, ſed carnibus oſſi hærentibus. & meretrix quæ cupiditate ſola fornicat̃, non amatori proprie congratulatur, ſed in amatore muneribus, ideo amatori illudit falſa illa congratulatione. Hanc itaq; infernalem abbatiſſam ſibi præfecerunt cupidi in Dei contumeliam, in iuſtitiæ peruerſionem, in rerum humanarum omnium perturbationem, in ruinam hominum, in eccleſiaſticæ honeſtatis deturpationem, & totius religionis euerſionem ei obediẽtes, aurum & argentum (quæ Deus in eccleſia multiplicauit) rurſum facientes Baal. Oſeę 2. Et ſic idolis, quæ formam nec animalẽ, nec humanam habent, ſacratiſſimũ Dei tẽplum (ſcilicet eccleſiam) prophanant, & ipſorum idolorum materiam.ſ.pecuniam informiſſimam, deificant. & ſicut ad meretrices, niſi cum muneribus non intratur. Eze. 23. Nec aduertunt ſe lapidari de ſtercoribus boum. Eccl. 22. Et non ſentiunt ſe obrui auro, & argento. & per hoc cõfringi in eis quicquid eſt ſpiritualis virtutis. Et ſunt magis ceci quàm idolorum cultores, quibus ipſa forma uel imago oſtendit aliquid adorandum. His vero nihil iſta pecunia ſua informitate oſtendit adorandum, & in ſtatera cordis fallici plus ponderat modicum auri uel argenti, immo ſtercoris, quàm ipſe Deus, quem de lance reiicit, & ſtercus admittit. Tertio, quia ſicut idolatra diligenter idoli cultum amplificat, ſic auarus pecuniæ cumulum libenter augmentat. Ille timet mutilare ſimulachrũ, iſte minuere theſaurum. Et ſicut configunt nonnulli in tabernis ſimulachra depicta.ſ. animalia ſilueſtria, cum extraneis actibus, vt depingitur ſus quæ net, ſimia quæ ſuit, vulpes quæ prædicat, aſinus videns vrinale ut medicus, & hoc ut homines curioſi libenter ad illas tabernas diuertant, & emãt uinum, ſic dyabolus cognoſcens appetitũ humanum promptum ad idolatriam auaritiæ colendam in taberna ſua.ſ.in mundo, ibi depingit ſtatuas auri & argenti, ut uidẽtes declinent ad cellarium dyaboli.i.ad uſuras, & crudelitates, & alia huiuſmodi, q̃ fiebant in templis idolorum. Quarto, quia ſicut idola olim quædam miracula faciebant, ſic & in auaris aurum, & argentum. Mutos.n.faciunt iudices. immo & cecos, & quandoque videre faciunt, & audire, & loqui. Deuter. 16. Munera excecant oculos prudentum, & mutant uerba iuſtorum.i. peruertunt, & mutant etiam.i.muta faciũt. & non ſolum faciunt hæc mirabilia, ſed & ſolicitant, & ſtimulant, immo inſpirant patrem ut exurgat filium uel econtra, uel cõtra proximum. Ezech. 5. Patres comedent filios in medio tui, & filij comedent patres ſuos, Et non ſolum uerum eſt de filiis naturalibus, ſed etiã ſpiritualibus. Comeditur enim ſubditus à pręlato. Danie. 14. Nunq̃d non Bel eſt Deus uiuẽs? Nõne uides quãta bibat, & comedat quotidie? Tertio cognoſcitur filius qñ ſequitur artificium patris. Cõiter ſolẽt filij diſcere artificium patris, & artificium eius exercere. ſic filij Dei ex operibus cognoſcuntur. 1. Io. 3. Qui facit peccatum ex dyabolo eſt. Omnis qui natus eſt ex Deo non facit peccatum, qm̃ ſemen ipſius in ipſo manet.i.bona doctrina & non ſeductiua. In hoc.n. manifeſti ſunt filij Dei, & filij dyaboli. Ioan. 8. Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite.

II Relig. Qđ ſu reli delicatari religionum inſtitu re.

Sed modo in eccleſia non eſt qui imitetur Chriſtum, aut prædeceſſorum ſanctorum patrum ueſtigia. Quem uidebimus p̃latorum amicos Chriſti imitari? Quem abbatem ſui ordinis primos fundatores? Non.n.vidẽtur ſanctorum patrum filij, ſed magis degeneres. pſ. In mari uia tua.i.in mundo, & ſemitæ tuæ in aquis multis.i. rigor religionis (qui per ſemitam intelligitur) in deliciis multis, & ueſtigia tua nõ cognoſcent amplius. In exercitu Xerſis equa peperit vulpem. A principio eccleſia peperit ſanctos prælatos & religioſos, nunc aũt ſpernunt, & de dyabolo vulpes.i. malignos parit. Religioſi enim moderni ſunt prædeceſſoribus diſſimiles in habitu, geſtu, ſcientia, & conſcientia. & hoc quia de adulterio

nati



nati ſunt. Oſeæ 2. Iudicate (inquit) matrẽ ueſtram iudicate, qm̃ nõ ipſa vxor mea eſt & ego vir ſuus. Auferat fornicationes ſuas à facie mea, & adulteria ſua de medio uberum ſuorum, ne forte expoliem eam nudã, & ſtatuam eam ſecundum dies natiuitatis ſuæ, & interficiam eam ſiti, & filiorum eius non miſerebor, qm̃ filij fornicationũ ſunt: qm̃ fornicata eſt mater eorum. Propter qđ oẽs intelligentes admonet apoſtolus nullo modo exercere officiũ dyaboli, ſed Chriſti. Hoc enim (inquit) ſcitote intelligentes. Et rationem ſubdit, quia omnis fornicator aut immundus aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, nõ habet hæreditatem in regno Chriſti, & Dei. Quarto cognoſcitur filius in modo loquẽdi patris. Loquitur.n. ſicut pater. Propterea dicit Apoſtolus, ꝙ non decet ſanctos turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem nõ pertinet, ſed magis gratiarum actio. Propter quod dicit Apoſtolus. Nemo uos ſeducat inanibus verbis. Propter hoc enim uenit ira Dei in filios diffidentiæ. Per loquelam enim cognoſcitur homo. Mat. 26. Loquela tua manifeſtum te facit. & in hoc cognoſcitur differentia filiorum Dei, & dyaboli. Nã filij Dei diligunt veritatem, filij dyaboli perſequuntur eam, & mendacium diligunt.

I Gula. De quinque filiabus gulæ.

Fornicatio autem, & auaritia &c. Hic ponuntur inter ſex quinque filiæ gulæ. Prima eſt auaritia. Nam guloſus cum multa pro ſatietate uentris exponat, non ſolum carne concupiſcit cibaria, ſed mente vnde emantur illa. Licet enim guloſi ſint pauperrimi, quia omnia in fimum & cinerem conuertunt, & diuitias ſuas in ſtercora. Eccle. 19. Operarius ebrioſus non locupletabitur, nec mirum, cum in uentre omnia ſua precioſa reponat, vbi ſcit ea putrefieri, & in ſtercora conuerti, ideo eſt malus meſnagerius. Hoc ſignificatum eſt in Noe, qui inebriatus nudus repertus eſt in tabernaculo ſuo. Venter enim eſt coquorum princeps Nabuzardan, qui deſtruxit muros Hieruſalem & templum, qui ſpecies & aromata conuertit in ſtercora. Bernar. Princeps coquorum deſtruxit muros Hieruſalem, quia dum uenter ingluuiæ diſtenditur, virtutes per luxuriam deſtruuntur. Dicitur tamen, quòd quanto guloſus eſt, tanto appetit fomenta deliciarum, quæ non ſunt ſine concupiſcentia. Vnde ſepulchra concupiſcentiæ ex gula ortũ habuere. & hoc primo ponitur in epiſtola. pſ. Sepulchrum patens eſt guttur eorum, quia ſemper hiat eorũ uoracitas ad bona, vt repleatur. Peior tamen eſt filia matre, quia gula facit hominem porcum, luxuria dyabolum. Secunda eſt fornicatio & immundicia, quæ attenditur ſecundum inordinatam emiſſionẽ ſuperfluitatũ quarũcũq;, ut ſunt uomitus, ructatio, ſpuitio inordinata, & cõſequenter oĩs luxuria. Sicut carnes pinguiores plus emittunt de immundicia ſpumæ, quàm macræ: ſic (ſecundũ Hiero.) Venter mero eſtuans facile deſpumat in libidinẽ. Greg. Periclitatur caſtitas in deliciis. 1. Timo. 5. Vidua quæ in delicis eſt uiuens, mortua eſt. dicit mortua, & non morietur. ſicut medicus videns uenenũ bibentẽ nõ dicit morietur, ſed mortuus eſt. propter impoſſibilitatem euadendi. Et ſi dicatur. Eccle. 31. ſcriptum eſt. Si coactus fueris in edendo multũ, ſurge è medio, & vome, & refrigerabit te. Dicitur, quòd licet talis vomitus ſit utilis poſt ſuperfluitatem, uitioſum eſt tamen, ut tali ſuperfluitati ſe aliquis ſubdat. Poteſt tamen licite vomitus procurari ex conſilio medici in remedium alicuius languoris. Poteſt etiam ſine immundicia pro luxuria, quæ cauſatur ex gula. Rana enim de herbis uirentibus cito ſalit in lutum. Sic guloſus de delitijs in luxuriæ lutum. Tertia eſt ebetudo mentis, quæ eſt turpitudo animi, quando quis in anima quaſi infatuatur. quã ponit Thom. ſecunda ſecundæ qõ. 148. art. 1. quæ contingit propter fumoſitates ciborũ perturbantes caput. ſicut econtrario abſtinentia confert ad ſapientiæ perceptionem, ſecundum illud Eccle 2. Cogitaui in corde meo abſtrahere à uino animam meam, ut transferrem eam ad ſapientiam. Pinguis auis uolare non poteſt, nec pingues & guloſi cœleſtia contemplari. Qui enim in carne ſunt, quæ carnis ſunt ſapiunt. Quadriga exonerata facilius ſurſum trahitur. ſic caro attenuata. Eſaiæ 38. Attenuati ſunt oculi mei, ſcilicet uentris, ſuſpicientes in excelſo. Apes enim & formicæ, quæ ſunt animalia prudentiſſima, ſunt circa uentrem ualde ſtricta Sic prudentes viri plus abundant in pectore, vbi eſt animus, quàm in uẽtre vbi eſt ſtercus. Contra multos qui ſimiles locuſtæ, quæ non habet niſi vnum inteſtinum, totum corpus habẽt in uentre.

Et

Et quia ſopito gubernaculo appetitus multipliciter inordinatur. Primo quantũ ad riſus,& delectationes,& cantus inordinatos, ſic quarta filia eſt inepta lætitia. Quod habetur.2. Eſdræ.3. Vinũ oẽm aĩam cõuertit in ſecuritatem, & iocunditatem.i.lætitiam qua lætantur in Deo ſuo uentre Salit.n.vitulus craſſus, cum paſcua inuenit pinguia. Nõ enim ſufficit guloſo guſtu & tactu,niſi & alijs ſenſiſius delectetur. Tẽpore.n.conuiuij oportet ludos & comedias exercere, & pulchros audire ſonos. Eſa.5. Cithara & lira, & tympanum in conuiuiis veſtris, & opus Dei non reſpicitis. hoc eſt magis ibi delectamini,quàm in diuinis operib. Quinta filia eſt inordinatum verbum, quod dicitur loquacitas, multiloquium ſeu ſtultiloquium,de quo Grego.in paſtorali. Niſi gulæ deditos inordinata loquacitas raperet, diues ille, qui epulatus quotidie ſplendide dicitur,in lingua grauius non arderet. Ibi .n.dicunt ſeruitiũ dyaboli,ex quo ꝓcedunt contentiones, diuiſiones, & multæ malæ loquendi occaſiones. Rom. 13. Non in comeſſationibus & ebrietatibus, in contẽtionibus,& impudicitiis. Sexta filia quantum ad inordinatum actum eſt ſcurilitas.i.iocunditas quædam proueniens ex defectu rationis,quæ ſicut non poteſt cohibere linguam,ita nec geſtus. Vnde ſuper illo. Eph. 5. Aut ſtultiloquium, aut ſcurilitas. dicit glo. quæ à ſtultis curialitas dicitur.i.iocularitas,quæ riſum mouere ſolet. Quamuis vtrunque referri poſſit ad uerba, uel rõne ſuperfluitatis, & ſic eſt ſcurrilitas. Sunt.n. ſicut anas domeſtica q̃ ſemper vult habere roſtrum in luto. Quia tñ dicit Apoſtolus. ſcurrilitatem quæ ad rem non pertinet malam eſſe, credunt aliqui ſcurrilitatem aliquam eſſe bonam. Quod uerum eſt,ſi ſcurra primo quo ad ſe ipſum, ueritatem non mendacium, honeſtatem nõ turpitudinem loquatur. Secundo quo ad Deum,ſi non iuret,aut periuret. Tertio quo ad proximum ꝙ deriſiones, uel detractiones euitet.

*K*

*Opus. Opus eſſe legitimũ. cognoſcitur ex cõſciẽtia cõcipiente illud.*

Quarto, ꝙ ſerioſa & magis principalia ſtudia non per hoc impediantur,ſed magis roborẽtur. Quinto in facie cognoſcitur quis eſſe filius patris, quando ei aſſimilaẗ. Facies autẽ conſcientia eſt, per quam cognoſcitur vere homo Dei eſſe, ſi ſẽm cõſciẽtiam voluntati Dei conformem operetur. De filio ſi ſcit legitimus an non,à ſola matre ſua ſcitur. Non enim per opera exteriora ſciri poteſt, quia corpore ſimilis eſt baſtardus legitimo. Sic opera hypocritæ vel falſi religioſi ſimilia ſunt operibus probi viri. Conſcientia quippe mater eſt noſtrorum operum. Sicut enim mater concipit,& parit filium de extraneo,ſic cõſcientia hypocritæ concipit bona opera propter fauorem populi,nec iſtum conceptum habet à proprio viro.ideo talis partus non participabit in hæreditate. Si autem fiat opus pure propter amorem Chriſti,tunc concipit de ſponſo ſuo, & tunc ei debetur hæreditas. 1.Ioã.1. Charitatem dedit nobis, ut filij Dei nominemur,& ſimus. Ideo ſubditur. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autẽ filij lucis, ut filij lucis ambulate. Ambulat ut filius lucis qui nunquam retrograditur, ſed ſemper de bono in melius tendit. Lux enim vel creſcit, uel decreſcit,& eodem modo ſiſtere neſcit. Sic filius lucis in uia Dei progredi debet non regredi. & nunc per bona opera creſcere, nunc per humilitatem decreſcere. Eze.1. Sancta aĩalia ibant & non reuertebantur. Ideo ſubditur. Fructus enim lucis eſt in omni bonitate,& iuſtitia,& veritate. Quibus tribus concordat. p̃s. Bonitatem (inquit) & diſciplinam,& ſcientiam doce me, quia oportet primo bonum eſſe. Deinde diſciplinam & correctionem ſecundum iuſtitiam pati. Deinde ueritatem & ſcientiam edoceri, quia ſine bonitate & diſciplina ſeu iuſtitia ſcientia non prodeſt, ſed nocet.

*I*

*Eadem dominica 3. qnadrageſima. Sermo 3. et in ord. 63. per thema Euangelij.*

ERat Ieſus eijciens dæmonium, & illud erat mutum. Luc. 11. Supponendo ꝙ de muliere chananea tractetur 2. dominica quadrageſimæ (ſicut fit in quibuſdam locis) ordinatæ ſunt iſtæ tres dñicæ quadrageſimæ, vt ordo reparationis reſpondeat ordini perditionis. Primò dyabolus impugnauit Deum in cœlo. Secundo muliẽrẽ. Tertio virum. Similiter in prima dominica recitaẗ, quomodo uoluit impugnare Deũ per tentationem,& ab eo deuictus eſt. Secundo mulierem chananeam,cuius fide ſuperatus eſt, ſicut Eua infidelitate, quando dixit ne forte moriamur. Tertio virum à quo turpiter deiectus eſt.iuxta uerbũ propoſitum.

*A*



poſitum. Erat Ieſus eijciens &c. Vulgo dicitur,ꝙ bonam dietam facit qui de malo fatuo ſe liberat,multo magis de dyabolo qui eſt malus hoſpes,qui omnẽ egeſtatẽ introducit, & omnem ſufficientiam tollit, deſtruit bonum naturæ, & tollit lumen gratię,reddit debitorem gehennæ,& excludit à regno gloriæ. Prouer.4. Egeſtas à domino, ſcilicet deſerente, uel permittente, in domo impij i. ĩ corde peccatoris,quod eſt domus impij dyaboli. Et quia in corde noſtro Deum uel dyabolum oportet hoſpitari. Cor.n. paruum eſt,nec poteſt ambos continere. Eſaiæ 28. Coanguſtatum eſt ſtratũ eius, ita ut alter decidat & pallium breue vtrunque operire non poteſt. Eijciamus ergo dæmonium, vt introducamus in hoſpitio noſtro Chriſtum opere illius mediante quæ contriuit caput ſerpentis, quam ſalutabimus dicentes Aue.

*B*

*Eijcere. Octo modis eijcitur diabolus.*

Dæmonium eijcitur à corde peccatoris octo modis. Primo dolore ſiue lachrimis cõtritionis, ſicut maſtinus d̃ coquina aqua calida. p̃s. Contribulaſti capita draconum in aquis.ſ.lachrymarum. Idem eiectus eſt à corde Mariæ Magdalenæ,de qua eiecit dominus ſeptem dęmonia. i. ſeptem peccata mortalia. ſicut dicitur Marci 16. & Luc.7. Lachrimis cepit rigare pedes eius. Fuerunt autem illæ lachrimæ calidæ feruore charitatis,ut melius lauarent, quia aqua calida melius lauat. Ideo dicitur Lucæ.7. Dimiſſa ſunt ei peccata multa,quoniã dilexit multum. Secũdo eijcitur ſicut homo de domo ſua tedio litigioſæ mulieris. i. conſcientiæ remordentis,quę non dimittit ipſum quieſcere ſecundum illud Iob. 40. Sub vmbra dormit, in ſecreto calami in locis humentibus. Sed quidam Ita conſueuerunt audire litigium mulieris,ꝙ non reputant. Sic multi non reputant remorſum ſuæ cõſcientię. Tertio eijcitur, ſicut homo de domo ſua ſtillicidio prædicationis. Hæc ſunt ſtillicidia ſtillantia ſuper terram Hæc ſunt ſtillæ cauantes lapidem. Iob 14. Non ui,ſed ſępe cadendo. Propter hoc optimum eſt hominibus duri cordis frequentare ſermones, Sed multorum corda non ſolum ſunt dura ut lapides,ſed vt incus,ſuper quam quãto magis percutitur, tanto magis induraẗ. De iſto modo eijciendi dicitur. Matthæ.8. Obtulerunt ei multos dæmonia habentes, ſequitur. Et eijciebat ſpiritus immundus verbo. Quarto modo eijcitur dęmonium, ſicut homo de domo ſua fumo deuotionis ex conſideratione paſſionis procedentis. Non enim audet dyabolus remanere, ubi uidet uexillũ eius à quo deuictus eſt. Hic eſt ille de quo Thob.6. Cordis eius particulã ſi ſuper carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum. Cordis particulam ſuper carbones ponere, eſt amorem Chriſti ad nos, quẽ in paſſione oſtẽdit,ſuper cogitationes charitate inflammatas non ſup cogitationes tepidas,uel quaſi mortuas (quæ ſunt ſicut carbones mortui) reuoluere, & tunc fumus deuotionis inde exiens ſicut de thuribulo cordis, exterret omne genus dæmoniorum. Et dicitur particula cordis, quia totum cor, id eſt, totam dilectionem Chriſti nullus poſſet cogitare. Quinto modo eijcitur, ſicut ribaldus de hoſpitio, ſiue ſicut hiſtrio virga diſciplinæ.hoc eſt carnis afflictione, & per opera pœnitentiæ. Prouer.21. Stultitia colligata eſt in corde pueri.i.peccatoris, qui ad modum pueri non diligit, niſi puerilia, ſcilicet mundana. virga diſciplinæ fugabit illam.i.dyabolum, qui non ſolum ſtultus, ſed ipſa ſtultitia dicitur,quia ſemper procurat damnum ſuum. Dyabolus.n. virga diſciplinæ Chriſti percuſſus eſt. ſ.virga crucis, immo potius deiectus. Io.12. Nũc princeps mundi huius eijcietur foras,& ſubdit modũ. Ego ſi exaltatus fuero à terra,&c. Hãc eñ timet qua ſemel percuſſus eſt. Eſa. 30. Pauebit aſſur virga percuſſus,ſicut puer qñ oſtenditur ſibi virga qua fuit verberatus. Sexto modo eijcitur ieiunio ſicut lupus de nemoræ famæ. Sic Chriſtus capit ciuitatẽ cordis per famem.per affam.er gallice. Diabolus.n.nõ amat coquinam pauperem, ſed pinguem Abac.1. Incraſſata eſt pars eius, & electus cibus illius. Ambulans.n.per loca arida non inuenit requiem. Propter qđ etiam quando eijcitur ab homine uiuente rationabiliter & ſobrie, petiẗ mitti in porcos.i.in guloſos,vt dicit Mat.8.& Mat.18. dicitur. Hoc genus dæmoniorum nõ eijcitur niſi in orõne,qua ſanantur peſtes mentis, & ieiunio quo ſanantur peſtes corporis. Septimo eijcitur ſicut coluber de cauerna carmine orationis.i.diuini nominis inuocatione. Vnde Marci vltimo. In nomine meo.i.in inuocatione nominis mei dæmonia eijcient. Octauo per poteſtatem eijci-

tur

tur ſicut faciunt ſacerdotes peccatorē abſoluendo. Sic & hodie fecit dñs, qñ erat eijciens dæmonium, & illud erat mutum.

C
*Lupus. Qđ diabolus ē peſſimus lupus.*

Primo igitur dicemus qũo eijcitur dæmonium mutum. Secundo qualiter eijcitur dæmonium loquax, & verboſum. In tertia parte ex his duobus ſubſequitur mulier magnificans Deũ glorioſum. Primo itaq; erat Ieſus eijciens dęmonium, & illud erat mutum, Matthæus dicit, ꝙ etiam erat iſte homo cęcus, & vtranque miſeriam dñs in eo ſanauit. Paſtor enim ab oue lupum eijcit peſſimum, quia non eſt lupus in mundo qui duobus bolis, ſeu morſellis comedat prædam, quã capit, ſed dyabolus ſolũ duos bolos facit, vnum de corpore, alium de aĩa.

D
*Eijcere. Quare diabolus tam cito eijcitur đ aĩa, & de corpore, uix poteſt expelli.*

Et ſi quæratur quare eſt, ꝙ dyabolus ita facilis eſt ad eijciendum de aĩa, ita quòd quaſi omnibus ſacerdotibus datur poteſtas à corpore uerò quod poſſidet, non poteſt auelli. Reſpõſio. Primo huius cauſa eſt malitia eius. Tantum enim odit hoĩem ut plus uelit ipſum torquere, quàm non torqueri. Suſtinent enim dæmones cruciatus, quos ſibi exorciſtæ imprecantur, ſimiles amorreis, de quibus in glo. Ioſuæ 14. dicitur, ꝙ ipſi habitantes cum filiis Iſrael plus uolebant pœnas, & flagella ſuſtinere, quàm ab ipſis recedere. Secunda cauſa, quia ex dictis in euangelio apparet ſatis, ꝙ dæmon exiens mittitur in infernum, ſicut patet de legione dæmonum expulſa, quæ rogauit dominum, ne mitteretur in infernum. & de alio dæmone ab eodem expulſo, qui petijt nę tunc ab eo torqueretur. Et quia uehementer timet locum inferni, tanquam ſuæ naturę altæ per conditionem, & ſuperbæ per corruptionem, vilem & deſpicabilem: ideo non vult ab homine exire, qui ſibi uidetur locus honeſtus; vbi imago ſanctæ trinitatis locata eſt. Tertio in hoc oſtenditur ꝙ dñs nõ uenit ſanare carnem, ſed ſpiritũ: ideo maxime dedit poteſtatem eijciendi dæmones à ſpiritu, paucis autem & amicis ſuis à carne.

E
*Diabolus. Qũo diabolus aufert oẽs sẽſus ſpirituales ab hoĩe.*

Diabolus autem ſolet auferre à peccatore omnes ſenſus ſpirituales. Facit.n.ad modum diuitis, qui vult quieſcere ad nutum ſuum. gallice ſe ayſier. in aliqua domo, & frui uoluptatibus ſuis. Primo quidem ingreſſus domum claudit oſtium poſt ſe, & præcipit familiæ ne dicat ipſum eſſe ibi. Oſtium claudere eſt aĩam mutam reddere, ne ipſum eſſe intus alicui demonſtret. Obſtruit autem dyabolus eos quinq; digitis, qui ſunt pudor confitendi, complacentia peccati, ſpes longioris uitæ, timor perſeuerandi, & deſperatio veniæ. Secũdo, clauſo oſtio extinguit lumen ut quietius dormiat. Sic dyabolus lumen, ſeu uiſum cognitionis, ne homo cognoſcat veritatem, vtilitatem, & damnoſitatem peccati. Sap. 2. Excecauit eos malicia eorum. Bene tñ dimittit dyabolus homini oculum ſiniſtrum, quo conſiderantur temporalia, nõ dextrũ quo cœleſtia, ſicut dicitur de Naas. 1. Reg. 11. Tertio obturat feneſtras propter radios ſolis ne intrent. Sic dyabolus feneſtras aurium, nec radij doctrinæ intrẽt & ipſum inquietent. Iſtas feneſtras habent præcipue clauſas diuites, qui nolunt audire ſermones propter malos rumores, quos ibi audiunt. ſ. ꝙ oportet reddere, & oĩa dimittere. & hoc eſt dæmonium illud de quo dicitur, ꝙ reddiderat hominem ſurdum, & mutum. Matth. 8. quem curauit dñs poſito digito in auricula. i. iudicio Dei in auribus eius. Quarto præcipit familiæ, ꝙ ſint in pace, ne ipſum inquietent. & ſic tollit tactũ bonæ operationis. Vult enim eſſe in domo vacante ocio, vt dicitur in euangelio hodierno. Hoc eſt dæmonium illud. de quo dicitur Luc. 8. ꝙ oportebat ipſum hominẽ, in quo erat vinciri cathenis, & cõpedibus.

Quinto iubet ne quid nimium redolens ſit in domo, ſicut odor pomorum, uel aliquid huiuſmodi, quod impediat quietem ſuam. Aufert.n. olfactum. i. odorem peccati, vt non ſentiat peccator eius fœtorem. vnde fętidi & ebrij non ſentiunt odorẽ ſuũ, ſic nec peccatores inebriati fętore peccati. Hoc eſt dæmonium quod habitat in monumenti. Luc. 8. i. in cordibus fętidis.

F
*Chriſtu[s] Qũo X. non ſu[it] malef[i]cus, ut [dice]bant ... blaſphemi.*

In ſecunda parte videndum eſt quomó dominus eijcit dæmoniũ uerboſum in ſcribis & phariſeis blaſphemantibus & dicentibus, ꝙ in Beelzebub principe dæmoniorum eijceret dæmonia. vbi attribuebãt arti magicæ miracula, quæ Chriſtus faciebat ſua poteſtate. Quam blaſphemiam in ſpiritum ſanctum impugnat quidam doctor Anglicus nomine Brãuordõ in ſua ſumma oſtendens Chriſtum non fuiſſe maleficum ſicut Iudæi dicebãt. Primo, quia quod maleficus ſuo maleficio facit, dyabolico inſtinctu hoc ad nocendum facit. Chriſtus verò Iudæis ſibi inſultantibus oppoſitum oſtendit



dit nunc ſuper eorum ciuitatẽ pietate motus lachrimando, nunc oẽs male habẽtes ſanando, & tandem pro ſalute hoĩum mortẽ patiendo ẜm prophetarum uaticinia.

Secundò, ſi fuiſſet maleficus, quomodo tam ſanctiſſime deceſſiſſet, nullum uerbũ prophanum, aut diabolicum admittẽs, ſed ſanctiſſima uerba oĩ charitate plena eructans. Neq;.n maleficus potuiſſet tunc illa ſigna cœleſtia facere, & mortuos ſuſcitare.

Tertio uſus fuiſſet aliqbus annulis, characteribus, inſtrumentis, aut carminationibus, ſicut utuntur malefici; ſed ſolum vſus eſt imperio, & ſine mora, & ſi qñq; patrem orauit, nunquã tñ dæmonem. Quartò, ſi fuiſſet maleficus ad dilatandã artẽ ſuam, docuiſſet illã diſcipulos. Si quis autẽ inueſtiget diſciplinam Chriſti nihil inueniet, niſi ad puriſſimum cultum Dei, docentẽ in oĩ neceſſitate ad Deum recurrere, ĩmo diſcipuli eius oĩa maleficia tanquam hæretica & doctrinæ eius contraria dãnauerũt. Quomodo inſuper apoſtoli, & eorũ ſucceſſores in ſolo Chriſti noĩe dæmones effugaſſent, & tot miracula feciſſent? Nec eſt dicendum ꝙ ea dęmones gratis ꝓ eis feciſſent, viſo ꝙ ad eorũ aras, & oẽm eorũ cultum diſſipandum ordinarentur.

G
*Regnum. Qđ omne regnũ in ſe diuiſũ deſolabitur multipliciter ꝓbatur.*

Hanc phariſeorũ ſententiam impugnat dñs quadruplici ratione. Prima ratio. Si per dæmonis alicuius familiaris poteſtatẽ ego eijcio dæmones à corporibus obſeſſis, ſequeretur ꝙ dæmones eſſent inter ſe diuiſi, & per conſequens dæmonis regnum ad breue erit deſolatum, & ex conſequenti reſtat Chriſti regnũ oppoſitũ, per quod auferetur poteſtas eius. Conſequentia apparet, quia oẽ regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur, & domus ſupra dumum cadet. Cuius ꝓpoſitionis plures aſſignari poſſunt probationes. Prima eſt, quia Deus in diuiſione non inhabitat. ps. In pace factus eſt locus eius. 1. Cor. 14. Non eſt Deus diſſenſionis, ſed pacis. Quando apes inuicem ſtrepitum & clamorem faciũt, ſignum eſt ꝙ rex vult diſcedere ab alueari, & ad locum alium ſe transferre. Sic Deus alueare cordis & ſocietatis dimittit, vbi diſcordias ſentit, quia cũ viris pacificis habitare ſolet. Deus enim delicatus eſt, in pacifico lecto vult quieſcere. Recedente autem Deo à loco, perditioni ſubiacet locus. Ideo ſignum eſt diminutionis fidei Chriſtianæ quando pugnant inter ſe Chriſtiani. Viam.n. parant infidelibus. Fluuius in plures partes diuiſus facilius tranſmeatur. Secundo hoc idẽ patet in naturalibus. Quandiu elementa ſunt in mixto inuicẽ pacificata, multũ perſeuerãt, vno uero contra alterum diuiſo & præualente mixtũ corrũpitur. Sic de regno ſocietatibus, & collegiis. Quod figuratũ eſt Apoc. 6. vbi dr̃, ꝙ datum eſt ſedẽti in equo rufo ut ſumeret pacem de terra, & vt homines ſe inuicem interficerẽt. Tertio hoc idẽ patet inductiue in oĩbus deſolationibus, quas paſſus eſt mundus. Deſolationem.n. ſemper ꝑceſſit inimica diuiſio. deſolationẽ incurrit Adam à paradiſo expulſus. ſed primo legitur à Deo diuiſus per inobedientiam. deſolatus eſt per diluuium mundus, ſed per filios Adæ in diſſimilitudinæ vitæ (quæ erat inter filios Seth, & Chayn) diuiſus. deſolata eſt Aegyptus in ſubmerſione Aegyptiorum, ſed prius contra filios Iſrael crudeliter diuiſa. Captiuitate Babilonica deſolati ſunt filij Iſrael, ſed prius legũtur decẽ tribus à tribu Iuda, & Beniamin fuiſſe diuiſę. Et ſic oĩa grãdia mala q̃ paſſus eſt mũdus, legĩt diuiſi oꝑ ceſſiſſe. vñ Oroſius de Carthagine ſic inqt. & hoc recitat Grego. Turonenſis lib hyſtoriæ Frãcorũ. Carthago poſt ſeptingentos ſuæ ædificationis annos ſubuerſa eſt. Sed q̃ res eã tãdiu ſeruauit? cõcordia. quæ res eam poſt tanta tẽpora deſtruxit? diſcordia. Hinc Apoſto. Si inuicem mordetis, & comeditis, uidete ne ab inuicem conſumamini. Quòd ſi regem bellum ciuile delectat, illud quod Apoſtolus agi in hoĩem meminit, exerceat ut ſpũs cõcupiſcat aduerſus carnẽ, & uitia virtutibus cedãt. Hæc Oroſius. pſ. Cõturbatæ ſunt gentes, & inclinata ſunt regna.

H
*Diuiſio. Quadruplex põt eſſe diuiſioni; regnorũ occaſio.*

Huius autem diuiſionis quadruplex poteſt eſſe cauſa. Prima defectus iuſtitiæ. Propter iuſtitiã in regno pacificantur homines, propter iniuſtitias diuiduntur. pſalm. Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt, & ſicut iniuſtitia cauſat ruinas, ſic iuſtitia implet eas. pſalm. Iudicabit in nationibus, & ſequitur effectus. implebit ruinas. Iniuſtitia enim eſt res violenta contraria communicationi politicæ. ideo non poteſt diu durare, nec ſuſtineri, niſi à uili & beſtiali multitudine. Secundò cauſatur ex defectu prudentiæ, & conſilij, quando non circumſpectæ reſpicitur ad regimen reipublicæ. Murus.n. niſi à

latomis viſitetur & reparetur, qñ minatur ruinam, cito cadit. Cum enim parantur ſeditiones debet eſſe conſilium ſanũ ad ſopiendum eas. Sic deſolatum eſt regnũ Iſrael pp malum conſilium & imprudentiã Roboam ſequentis conſilium iuuenum. Sic deſolatum eſt imperium romanum, cũ falſo conſilio induceret crudelitatem tributorum. p̃s. Potens es dñe. Rationem huius potentiæ ſubdit, cũ dicit. & ueritas tua in circuitu tuo. Quia enim in circuitu ſuo rex habet qui ueritatem conſulant, perſeuerat in poteſtate. Si uero cedat ueritas, nõ eſt qui fulciat thronum. Prouer. 20. Rex qui ſedet in ſolio, diſſipat omne malum intuitu ſuo. Intuitus autem eius ſunt viri prudentes. Vnde Ezech. 1. Animalia quæ erant in cõſpectu throni erant plena oculis ante & retro. Sed ueritas in conſpectu principũ aliquando ſilet, ita q; non eſt qui ueritatẽ audeat dicere: p̃s. Non eſt in ore eorũ ueritas. Aliqñ dicitur, ſed raro. Aliqñ etiã dr̃, ſed obſcure. p̃s. Veritas tua uſq; ad nubes. ſicut poetæ fingentes veritatẽ inſinuabant tirannis. Sed quando prudentes muti ſunt, oportet fatuos loqui, & quando viri timorati non audent loqui, oportet adulatores loqui. Nunc autem mundus eſt melancolicus, & regitur fantaſijs, ideo magis ſomnijs mendaciorum intendit, quàm ueritati. Tertio ex diſparitate morum habitantium ĩ regno. Sicut enim aqua, & quæ ſunt eiuſdem naturæ cum aqua faciliter coniũguntur, quæ uero contraria ſunt, vix aut nunquam, ut ignis & aqua. Sic qui eiuſdem conditionis ſunt, facile cohabitant. p̃s. Qui habitare facit vnius moris in domo, ſed non qui contrariorum ſunt morum. Sal in aqua poſitum clamorem non facit nec ſtridorem, ſed cum aqua ſe incorporat, in igne poſitum ſtrepit, & cito reſilit. Sic pacificus homo dirigens rempublicam bene populo coniungitur, & pacifice ſe vnit. à malis uero tanquam ab igne abhorrere debet eorum uitando conſortium. p̃s. Non eſt pax oſſibus meis. i. principibus à facie peccatorum meorum i. populi male morati. Sic acetum male miſcetur in oleum calidum, cum magno ſtrepitu. Quarto hoc procedit ex magnitudine regnorum, & principatuum. Magna enim imperia ſicut & magna ædificia magnam minantur diuiſionem, & conſequenter ruinam. Primo enim diuidũtur parietes, & poſtea ruunt. Sic in magnis imperijs prius fiunt ſeditiones, deinde regnorum tranſmutationes. Bene dixerunt antiqui philoſophi, q; principia rerum naturalium erant pax, & diſcordia: quia ex diſcordia aliquarum rerum ſequebatur concordia in alijs. Sicut deſtructio vnius eſt cauſa conſtructionis alterius. ſic ſeditiones & deſtructio vnius imperij eſt cauſa ortus aliorum regnorum. ſicut deſtructio romani imperij fuit cauſa ortus plurium regnorum. Si enim res naturales per diuiſionem corrũpuntur, multo magis ea quæ per uiolentiam vnita ſunt, vt ſunt maxima regna.

Secunda ratio tangitur ibi Si in Beelzebub eijcio dæmonia, filij ueſtri in quo eijciunt? quia ipſi eijciunt dæmonia, & non niſi in nomine meo, neque artem magicam didicerunt. ideo ipſi iudices ueſtri erunt, ſcientes in qua poteſtate hæc faciunt.

Tertia ratio. Quomodo poteſt quis intrare domum fortis, & diripere uaſa eius, niſi prius alligauerit fortem, uel fugaueris & de eo victoriam habuerit? Vaſa diaboli ſunt hoĩes mali, quos ego corripio, & eripio de manibus & poteſtate eius, hoc autẽ non eſſet niſi eſſem fortior eo. ſequitur ergo q; non in poteſtate ſed contra poteſtatem eius ego eos eijcio. Quarta ratio. Qui non eſt mecum contra me eſt. i. q nõ eſt meæ uoluntatis, contra me agit. & qui colligit mecum ad uanitatem fidei diſpergit. i. diuiſionem facit. Si ergo ego colligo ad patrem meum fideles, vt patet in uita, & doctrina mea, non facio hæc in poteſtate dæmonis, qui aduerſarius patris mei eſt. Diaboli enim eſt diſpergere per errorũ uarietates, diſſenſiones, & cõcupiſcentiarum diuerſitates. p̃s. Diſpergentur oẽs qui operantur iniquitatem. Exod. 5. Diſperſus eſt populus per vniuerſam terram Aegypti ad colligendum paleas. Aues prædaces diſperguntur ad prædam, ſic dæmon rapax, & miniſtri eius qui colligunt temporalia, diſperguntur vbique, & oues Chriſti diſpergunt. p̃s. Ipſi vero diſpergentur ad manducandũ.

*I Literatus. Quam hanc mulierẽ, & nõ literatos ſcribas, & phariſeos dominus cõuertit.*

Tertio, ex his duobus ſubſequitur mulier magnificans Deum glorioſum. Vnde extollens quædam mulier vocem de turba dixit ad Ieſum. Beatus venter qui te portauit &c. Cum dominus ſummus medicus ſingulis ægrotis præſens eſſet; cur ſanauit mente hanc pauperem mulierem illiteratam,



& repleuit eam ueritate fidei, diuites autem, ſcribas, & phariſeos dimiſit inanes? Nonne ſane literæ cauſæ ſunt cõuerſionis ad Deum; & aduerſus tentamenta inimici adiutorium, & fidei clariſſimum documentum? Reſponſio. Propter tria non curat medicus ægrum, ſecundum Ariſtot. 1. Top. Primo impedit ignorantia medici, qui non cognoſcit morbum, & circunſtantias morbi. Dominus autem licet notitia ſimplicis apprehenſionis reprobos cognoſcat, & eorum morbos intus ſcilicet & in cute. ignorat tamen eos notitia approbationis, quia nec perſonam. nec opera approbat. Matth. 25. Amen dico uobis. non uoui uos. 1. Cor. 14. Ignorans ignorabitur. Quia igitur non cognoſcunt Deum, ignorantur ab eo. Nouit autem dominus qui ſunt eius, ideo hanc mulierem nouit & ſanauit, reprobos uero illos litteratos non agnouit, nec ſanauit. Multum enim confert ægroto q; medicus eum uiſitet, & tangit. Hæc autem ignorantia dicitur de relicto à Deo, quoniam medicus dimittit ægrum deſperatum. Et ſi dicatur. Nonne litterati uiri quotidie ſtudent cognoſcere Deum? Reſpondetur. Student eum ſpeculatiue cognoſcere, ſed non practice & affectiue. Fruſtra ſtudet ſcire facere calceos qui non facit, & frena qui ea non operatur, uel eis non utitur. Sic multi de frenis peccatorum ſtudent qui talibus frena laxant. Satis nunc eſt theologia ſpeculatiua, nihil de affectiua, ubi ſunt ſingultus ſuſpiria, orationes, & collocutiones ad dominum in ſecreto cubilis. Secundo propter ægroti inobedientiam. Inobedientes erant Deo, nec eius medicamenta ſuſcipere uolebant, ſed potius euomebant contra dicentes eius doctrinæ. Et ratio huius erat quia non eſt in ore eorum ueritas, cor eorum uanum eſt, plenum uentoſitate & ſuperbia. Ideo omnem reijciebant doctrinã, & ueritatem. p̃s. Veritas tua uſque ad nubes, id eſt uentoſos & uento ſuperbiæ agitatos, nec ultra penetrat, ſed ad humilia declinat. p̃s. Veritas de terra orta eſt, id eſt, de humilibus originem duxit. Ideo ſum ſuperbit impius ſcriba, inc enditur pauper muliercula. Vetus ſtipes uix incenditur, ubi gracilis canna cito inflammatur. Secundò, quia tales erant ſcabioſi ſcabie peccati, ideo ueritatem refugiebant, quæ ſcabiem auellit. Scalpentem autem falſitatem recipiebant. Vnde & dominus dicebat eis. Sermo meus non capit in uobis. Ideo conuenienter aquæ benedictæ comparatur ueritas, qua dum aſperguntur diuites, oculos claudando & cachinnando minus quã poſſunt recipiunt. pauperes autem mulieres apertis oculis & ore, & expanſis manibus ad multum de ea recipiendum anhelant. Ideo nil mirum, ſi iſti de hac aqua inobedientes Deo nihil uoluerunt recipere, quæ non niſi uoluntarios occupat. hæc autem mulier hãc recepit. Tertiò propter morbi malitiam. Gutta inoſſata uix ſanatur. Obſtinati enim erant, ideo in eis doctrina Chriſti non poterat proficere, ſed de obſtinatione, & malicia eorum alij proficiebãt. Veritas cum plus impugnatur, plus eluceſcit. Ideo ex impugnatione ueritatis ab inimicis eius phariſeis, plus agnita eſt ueritas ab hac muliere. Dicitur ſecundo, q; ſcribæ non receperunt doctrinam Chriſti, quamuis eſſent ſcioli, quia uas ad recipiendum liquorem triplici ratione indiſponitur. Primo, quia plenum eſt alio liquore uel re ſolida. Ideo iſti quia repleti cupiditate & auaritia, nihil ultra poterant recipere. p̃s. Supercecidit ignis & non uiderunt ſolem. Sic modo ita pleni ſunt noſtri litterati cupiditate beneficiorum, & officiorũ multitudine, q; ad nihil aliud cogitant. Iſti pleni erant diabolo, ideo nihil doctrinæ Chriſti poterat in eos intrare, immo illa doctrina, quam ibi poſuerat Deus, ſe cõtra Deum iuuabat diabolus. Sicut ſi quis caſtrũ plenum victualibus & machinis traderet alicui nobili, & ille proderet caſtrum inimico regis, tunc inimicus regis fortificaretur contra regem illis machinis & victualibus. Secundo, quando uas uel clauſum eſt, uel auerſum. Iſti uero propter odium conceptum contra Chriſtũ claudebant aures cordis doctrinæ Chriſti, tantummodo aperientes aures corporis ad contradicendum. p̃s. Poſuit pluuias eorũ grandinẽ &c. Pluuiæ ſunt doctrinæ bonæ, quæ in grandinem cõuertunt, dum uir eruditus eis abutitur. Tunc enim bona germina & fructus ſuffocat, quando id quod bonum eſt, ex frigiditate mentis induratæ ad defendendum malum, & inducendum conuertunt, ſicut grando pluuia eſt, quæ dum contra calorẽ ſe fortificat, congelatur, dureſcit, & ſata quæ tangit deſtruit. Tertio, quando uas

*K Literatus. Quõ multi ſtudent cognoſcere Deum ſpeculatiue, non practice.*

*L Vas. Qđ uas tripliciť ĩpeditur, ne liquore impleatur.*

longe eſt ab eo, qui liquores infundit. Qui deuiat à principio, quanto plus pergit, tanto deuiat à fine. Cum igitur Deus ſit principium & finis omnium, quia iſti deuiabãt à principio quod debebat eos replere, ſequitur ꝙ ab eo minime repleti ſunt.

### *Eadem dominica tertia Quadrageſimæ. Sermo 4. & in ordine 64.*

*A Diabolus. Qđ diabolus beſtia hoĩes fecit beſtiales.*

REuertar in domum meam vnde exiui. Luc. 11. Non eſt oblitus diabolus ſe, qui naturam beſtiarum, cum ipſe ſit beſtia, ex antiquo naturam beſtialem ſibi aſſumens, vt inde homines faceret (ſicut & fecit) beſtiales. pſalm. Homo comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Natura beſtiarum eſt ſcire reuerti ad latibula ſua, vt uidemus ĩ formicis, ape, leone, & vulpe, & ſic de aliis. Sic diabolus facit. reuertitur enim ad latibulum ſuũ, vbi diu habitauit. Reuertar (inquit) in domum meam vnde exiui. de peccatore enim ludit quaſi de ſua ſimia, uel vrſo, quem permittit quandoque quaſi parum elongari à ſe quo ad ſimilitudinem iuſtitiæ exterioris, ſed ſtatim poſt ad ſe retrahit per cathenã, vel vinculum prauæ uoluntatis, vel per funem carnalis amoris erga ſuos. ſic dicebat Pharao. Exod. 8. Ite, veruntamen longe ne abeatis. & eiuſdem. 10. Quomodo uos dimittam, & paruulos ueſtros? Quaſi diceret, per amorem quem habetis extra paruulos ueſtros retinebo vos in peccato. Et in eodem. Ite, oues tantum ueſtræ & armẽta remaneant. q. d. Per cupiditatem poſſeſſionum ueſtrarum vos auaros iuriſdictione mea retinebo, licet ſimilitudinem recedendi à me prætendatis. Cum enim vulgo dicatur, qui habet ruſticum habet prædã. E conuerſo diabolus dicit, qui habet prędã habet ruſticum, quia ita vnitus eſt auarus rebus ſuis, ꝙ qui habet res ſuas, hẽt ipſum, dicitq; ſibi fieri quicquid fit rebus ſuis. Domo enim ſua combuſta dicit ſe combuſtũ, & vinea ſua ingelata dicit ſe ingelatum. Diſrumpamus igitur vincula eorum, & abijciamus iugum ipſorum, ea mediante cui canit eccleſia. Solue vincla reis, ad eam recurrentes & dicentes. Aue.

Circa uerbum propoſitum. Primò dicemus qualiter eiectum eſt dæmonium à domo ſua. Secundo qualiter reuertitur in domum ſuam. Prima in duas. In prima qualiter eijcitur à domo ſua corporali In ſecunda qualiter à ſpirituali. Secũda in duas partes In prima qualiter reuerſus eſt in domũ Iudæorum, vnde exierat per mentis cecitatem. & hæ tres partes matutino ſermone declarabuntur. In ſecunda parte, qualiter reuertitur in domum malorum Chriſtianorum per reciduum & uolũtatẽ deprauatã, & hęc poſtmeridiano ſermone tractabitur.

*B Diabolus. Quare dæmonia dicuntur muta.*

Circa primum eiecit primo dñs dæmoniũ à corpore obſeſſo, & illud erat cecum, & mutũ. Vnde dæmonia dñr muta, quia pͤ ſunt quibuſdã aĩalibus ut faciant eas mutas qñ opus eſt loqui. ſicut & quidã dæmones præſunt garrulitati, ut faciãt hoĩes garrulos. In quinque aũt facit diabolus animas mutas eſſe. Primò in confeſſione peccatorum Secundo, dum debet increpari ꝓximus. Tertio in prædicatione, dum debet impleri illud. 2. Timo. 4. Inſta opportune, importune. Quarto male tacetur in nõ cõſulendo proximo, dũ indiget. Iob. 9. Oculus fui ceco, & pes claudo. Quinto male tacetur in aduocando in cauſa viduæ, & pupilli. Eſaiæ primo. Cauſa uiduæ non ingreditur ad illos.

*C Taciturnitas. De cauſis taciturnitatis mini.*

Quinque autem motiua taciturnitatis huius peſſimæ ſunt. Primum eſt timor mũdanus quo quis timet tã grandẽ perſonam corripere. Secundum cupiditas, quæ eſt ramunculus proiectus in os canis, faciens eũ obmuteſcere. Tertium eſt pigritia uel negligẽtia. Propter quod Ieſus circuibat per ciuitates & caſtella ꝑdicãs & curãs oẽm languorem ut alijs demõſtraret modũ loquẽdi & curandi de ſuis ouibus. Sic mutus erat Hely cũ peccata ſuorũ filiorũ nõ arguebat.

Quartum eſt quędã ſimplicitas, & quaſi quædam naturalis uerecũdia, ꝑꝑ quã Hiere. ſe excuſãs ait. A, a, a, dñe Deus, ecce neſcio loqui Sapientia tñ aperuit os mutorũ, & linguas infantiũ fecit diſertas. Sapiẽ. 10.

Quintũ eſt ex conſcĩa cauteriata. Matth. 22. Amice, qũo huc intraſti non habes veſtem nuptialẽ? At ille obmutuit, hoc obmuteſcere prouenit ex manifeſtatione culpæ, ꝑꝑ quam ſemper corroditur conſcientia. Et ſic muti erunt dãnati, qñ ab interrogante Chriſto qũo opera miæ fecerũt, dicetur eis. Qđ vni ex minimis meis nõ feciſtis, nec mihi faciſtis. Triplex aũt legitur eiectio. Quædam Dei, alia diaboli, ter-





*D Eijcere. De triplici eiectione Dei ſ. dyaboli, & malorum hominum.*

tia malorum hoĩum. Eiectio Dei fit à peccatoribus. Luc. 4. Surrexerunt & eiecerũt, Ieſum extra ciuitatem, quia arguebat eos. Sicut ſcabioſus manũ cirurgici purgantis apoſtema à ſe eijcit, quod multi magnates faciunt, qui de domo ſua, & ſocietate eijciunt arguentes ſe, & adulatores ſuſtinẽt. Sed quanta eſſet inſania hoſpitarij, qui diuitẽ fidelẽ, & paucis contentum hoſpitem ſuum bonis eum replentem, de domo ſua eijceret, & homicidam, qui eum iugularet, & bona totaliter auferentem ſuſciperet. Sic faciunt peccatores, qui peccando Deũ eijciunt, qui oĩbus bonis hoſpitẽ ſuum replet. Sap. 7. Venerũt mihi oĩa bona pariter cũ illa ſapientia. ſ. Chriſto. Ideo dr̃. Oſe. 8. Proiecit Iſrael omne bonum. Dyabolũ aũt ſuſcipiũt, qui vulnerat naturalia, & ſpoliat gratuita, & furatur, vt dicitur Luc. 10. De deſcendente à Hieruſalem in Hierico. de gratia in pctm̃. quibus dicitur Act. 3. Vos aũt petiiſtis virũ homicidã donari uobis, auctorẽ uero uitæ interfeciſtis. Secũda eiectio eſt diaboli, quẽ tripliciter eiecit deus. Primo de cœlo. Secundo de corde humano. Tertio in fine mundi in infernũ. Eiecit eũ de cęlo ut garſiones & uiles perſonę de tabernis nobiliũ eijciuntur, & ut canes immundi de eccleſia triũphante ſunt expulſi. Ezech. 28. Peccaſti, & eieci te de mõte dei & perdidi te o cherub. Propter quod debẽt multũ timere peccatores. Si enim nobilioribus & familiaribus perſonis male facientibus non parcit, quin eas incarceret, & ſuſpẽdat, multo plus credendũ eſt, ꝙ ignobilioribus & minus notis. Vnde. 2. Pet. 2. dicitur. Si Deus angelis peccantibus nõ pepercit. Glo. Qui digniorisſunt naturæ, multo plus non parcet peccantibus hominibus.

Secundo eijcit eum de corde humano, vt princeps ueniens ad terram ſuam aduerſarium ſuũ de caſtro ſuo. Io. 12. Nunc princeps mundi huius. ſ. diabolus, eijciẽt foras. Ante. n. Chriſti aduentum mundanis quaſi dominabatur, exactiones, & tallias peccatorũ ab eis exigẽs, ut Pharao à filiis Iſrael in Aegypto, ſed poſt eius aduentum gratiæ abundantia, & ſanctorum efficacia ipſum eiecerunt. Duo n. groſſa non poſſunt in eo dẽpoto, & quia diabolus eſt groſſus per ſuperbiã, & Deus eſt groſſus ꝑ potẽtiam non poſſunt habitare ſimul in eodẽ corde, ideo oportet, ꝙ debilior exeat à fortiori eiectus, & quia Deus diabolo fortior eſt, ideo ipſum eijcit. Tertio eijciẽt in iudicio in infernum, vt conuicti adiudicentur perpetuo carceri. Tertia eiectio eſt malorũ hominũ, & hoc dupliciter. in præſenti, & in futuro. in præſenti eijciuntur mali reſpectu Dei, reſpũ ſui, & proximi, & reſpũ diaboli. Reſpectu Dei. Eijcit. n. eos Deus ne habeat curã ipſorũ, vt res uilis, q̃ oĩbus exponitur eijcitur: nec curatur. Gen. 4. dixit Cayn ad dominũ. Ecce eijcis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar. & poſt ſequit̃. Oĩs qui inuenerit me, occidet me. Sicut exponitur periculo nauta ſiue nauis in mari expoſita uẽtis & ꝓcellis, & æger deſpatus qui uoluntati ſuæ relinquitur. pſ. Dimiſi eos ſecundũ deſideria cordis eorũ. Reſpũ ſui eijciuntur, cũ dominus de ſuis incõmodis educit, vt pater filiũ de taberna, & de ludo ad talos, quia damnoſi ſunt ſibi. Gen. 2. Emiſerat dominus Adã de paradiſo uoluptatis ut operaretur terrã. de qua ſumptus eſt. eiecitq; eũ &c. Viderat. n. ꝙ in ocio, & loco uoluptatis nõ fecerat cõmodũ ſuum, ſed dãnũ, iõ extra miſit eũ, & ad laborem eduxit. Reſpũ ꝓximi vult Deus, ꝙ à conſortio bonorũ mali eijciant̃ ne eos inficiãt, vt dens putridus ĩ ore ne corrũpat alios, & pomũ putridũ ne inficiat aceruũ ſuo tactu. Gen. 21. Vidẽs Sara filiũ Agar ludẽtẽ cum Iſaac, & ad idola ꝓuocantẽ, dixit patri, eijce ancillã & filiũ eius, leproſi autem de cõſortio ſanorũ, & mẽſa eijciunt̃. Reſpũ diaboli. Diabolus luxuriæ ad diabolum auaritiæ pctõrẽ eijcit, ut de putello unius peccati ad putellũ alterius, ſicut pila de uno loco ad alium eijcit. Silr̃ eijcient̃ in futurum oẽs peccatores de paradiſo, ut garſiones mali ꝓpter indignitatẽ. Hie. 15. Nõ eſt aĩa mea ad populũ iſtum. eijce eos à facie mea & egrediãtur. Aquila autẽ pullum eijcit de nido, qui ſolẽ nõ põt intueri, quaſi degenerẽ. Sic qui Chriſtum nõ imitantur, ut filij patrẽ. pſ. Eijciantur de habitationibus ſuis. Similiter homicidæ & fures forbaniſantur & ꝓſcribuntur à terra ſua. Secunda pars eſt qualiter dæmonium eiecit ſpiritualiter. Nam per os phariſeorum loquebatur dæmon dicens. In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Beelzebub enim dicitur deus muſcarum, eo ꝙ ad inteſtina animalium quæ coram idolo occidebãtur, aduolabat muſcarum multitudo.

E *Dæmon. Vtrũ ſit in dæmonibus prælatio.*

Sed quæritur circa hoc, vtrum in dæmonibus ſit prælatio? & uidetur ꝙ non, quia inter ſuperbos ſemper ſunt iurgia prouerb. 12. Cum ergo ſint ſuperbiſſimi, uidetur ꝙ refugiant omne dñium. Similiter eadẽ eſt damnatio angelorum, & hominum, ſed in hominibus damnatis non eſt talis ordo, ergo nec in dæmonibus. In oppoſitum arguitur, quia hic dicitur. in principe dæmoniorum eijcit dæmonia &c. Item de eo dicitur. Iob. 41. Ipſe enim rex eſt ſuper omnes filios ſuperbiæ. regnum autem ſonat p̄lationem. Reſpondet Durandus. 2. diſt. 6. Et Richar. ꝙ in dæmonibus eſt ordo prælationis. Primo, quia hoc congruit eorum naturæ, eo ꝙ natura vnius ſubditur naturæ alterius, & ſic actio vnius actioni alterius. Scđo, qa filij tenebrarum quodammodo imitari conantur (licet falſo, & imperfecte) filios lucis. Ideo ſicut uident angelos ſanctos ordinare officia ſua, & exequi ſm imperia ſapiẽtũ, & maiorũ, ſic & illi ad ſua maleficia facienda. Tertio, quia filij tenebrarum prudentiſſimi ſunt in generatione ſua, & quia habent colluctationem aduerſus genus humanum, & regnum eorum, & exercitus ſi eſſet diuiſus, & ſine capite non poſſet ſtare. Plus enim nocet exercitus ordinatus, q̃ non ordinatus. Ideo ſicut hoĩes in exercitu prȩliantes quantumcunque ſint præſumptuoſi, tamen propter odium inimicorum libenter ſubiacent duci imperanti, & ſic credendum eſt eſſe in dæmonibus. Vnde non obſtante diaboli ſuperbia, malitia quam non poteſt exercere ſine adiutore facit eum libenter alij ſubijci. Tum etiam propter appetitum triumphi. Nec eſt ſimile de hominibus, quia homines dãnati non habent aliquam operationem circa nos, ſicut & dæmones. Nec inter homines eſt gradus naturæ, ſicut inter dæmones, ideo dæmonibus congruit ordo prælationis ad inuadendum nos. quod non faciunt homines damnati. Quadruplici autem rõne ostendit dñs ſe non eijcere dæmonia ĩ principe dæmoniorum.

F *Regnum. Quòd pp diuiſiones regnorum deſtruuntur reges & regna.*

Prima eſt, quia (vt dictum eſt) diuiſio eſt inter regnum Chriſti, & dyaboli. Diuiſio autem regnorum & regem & regnum deſtruit. Regem quidem, quia aliquando rex capitur, occiditur, uel fugatur, & ad miſeranda opera deducitur. Vnde Augu. 7. de ciuit. Dei. Ca. 19. dicit ꝙ Saturnus rex Cretæ per bellum & ſeditionem fugatus à filio ſuo Ioue, pingitur tenens falcem, quia de rege tenẽte ſceptrum fit qñq; operarius laborioſus tenens falcẽ. Scđo eſt deſtructio regnorũ. Aug. lib. 2. de ciui. Dei. ca. 21. allegat Tullium. 2. de republica. qui dicebat Scipionẽ ſæpe dicere, ꝙ ſicut in tibijs & fidibus, & ipſo cantu cõcentus eſt tenẽdus ex diſtinctis ſonis, quem diſcrepantẽ aures eruditæ ferre non poſſunt, qui licet ſit ex diſſimilimarum vocũ moderatione, cõcors tñ efficitur delectabilis & conueniens. Hæc armonia concordia in ciuitate dicitur ex diſſimilibus cõdõnibus hoĩum artibus & modis viuendi conſtituta, quȩ ſi diſcrepat nõ põt ferri, ſed inde turpis ſonus generatur, ideo durare non põt.

G *Regna. Qđ magna ſunt ſæpe ce duitionis.*

Tertio dicitur, ꝙ per ſeditiones maiora regna diu durare non poſſunt. Aug. 3. de ci. Dei. ca. 10. In corporibus hoĩum ſatius eſt modicam ſtaturam cum ſanitate habere, q̃ ad molam giganteam perpetuis afflictionibus peruenire, nec cum perueneris quieſcere, ſed quanto grandioribus membris, tanto maiorib. agitari morbis. Itẽ ſicut aquarum congeries quanto maior tanto periculoſior, ſic regna quanto maiora tanto periculoſiora, & ad regendum difficiliora, & quãto maior eſt nauis, tãto plures adhibẽdi ſunt nautæ, & peritiores.

H *Arma. Quidã arma diaboli ſunt praui homines.*

Secunda rõ, & tertia ut ſupra. Circa tñ tertiam rõnem aduertendũ, ꝙ arma dyaboli ſunt praui homines, quibus dyabolus dicitur armatus. Et ſicut cum aliquis inimico gladiũ & claues caſtri tradit hoſtem ſuum cõtra ſe roborat, ſic peccator membris ſuis, & naturalibus potentijs dyabolum armat, & caſtrũ ſui corporis illi reddit. Rom. 6. Non regnet pctm̃ ĩ ueſtro mortali corpore, vt nõ exhibeatis mẽbra ueſtra arma iniquitatis pctõ quia. n. dyabolus per ſe furta & ſimilia ppetrare non audet, pctõrem tanq̃ proprium gladium aſſumit, & per eũ talia cõmittit. Quidã. n. ſunt arma dyaboli per ſuperbiã, arcus per fraudem, ſcutum per peccati defenſionẽ, gladius per nitorem ornatus, uel vanæ gloriæ. Mulier. n. ornata quanto uerbis acutior, tanto pfundius cor miſeri ſubintrat. Ezec. 21. Gladius exacutus, & limatus nõ cedat. Sed dñs ſuperueniens in corde pctõris hæc arma cõfringit. ps. Ibi cõfregit potentias arcũ ſcutũ & gladiũ, & bellũ.

I *Diabolus licet ſit natura fortis, uirtute tamẽ Dei debiliſſimus eſt.*

Sed quæritur, ſi dyabolus ſit fortis, cum per fortem armatum dñs dyabolũ intelligat,



qũo poteſt homo inermis eum debellare? Rñdetur. Licet dyabolus ſit natura potentiſſimus, Dei tñ gratia eſt infirmiſſimus. Primo, quia Dei virtute ligatus ut nõ poſſit nocere, niſi permiſſus, quia ouiculam vnam. ſ. Iob non potuit lædere, nec porcos intrare, niſi licentiatus à dño. Secũdo, quia nullum uiolenter cogere põt ad malũ, ſed ſolum uolentem. Greg. Debilis eſt hoſtis, q non põt lȩdere niſi uolentem. Eſa. 61. Qui dixerunt aĩæ noſtræ incuruare ut tranſeamus. Glo. Niſi te ipſum ſubdideris, dæmon in te poteſtatẽ non habebit. Luc. 4. Si filius Dei es, mitte te deorſum. Glo. hæc uox bñ ei conuenit, qui oẽs præcipitare ſatagit. In quo infirmus oſtenditur. cum nulli poſſit nocere, niſi qui ſe ipſum deorſum demiſerit. Eſt. n. equus infrenatus. Eſa. 38. Ponam circulum in maxillis tuis, & frenum in labiis tuis. Non. n. poteſt comedere niſi ſorbilia. i. hoĩes molles, qui non habent cõſtãtiam. Iob. 40. Abſorbebit fluuium, & non mirabitur. Equus frenatus bene poteſt bibere, ſed non comedere. Tertio, quia impotẽs eſt, virtus. n. eius attrita eſt, & quaſi ad nihilum redacta virtute incarnationis, paſſionis, & crucis Chriſti. Similis. n. eſt Adonibeſech, qui habuit ĩuitus manus & pedes amputatos, ſicut aliis amputauerat, qa mõ non põt dyabolus ad malũ ducere, aut ĩpellere uirtute diuina adiutũ. Criſo. Si te audita fortitudo eius terruerit, ligatura eius nunciata confortet. Quali iam opprobrio dignus eſt aut tormento, qui aduerſarium ſuum ligatum non vincit? Digni. n. ſunt illo opprobrio. de quo Philo. 7. Politic. ꝙ in Macedonia lex fuit militem, qui non interfecerat aliquẽ inimicorũ ſuorũ debere cingi capiſtro in vituperium. Sic iſte vinciri deberet pedibus, & manibus, qui non vincit hoſtem ligatum. Quarto, quia qui ſolebat eſſe armatus, mõ inermis eſt, fortiore eo ſuperueniente, qui arma eius abſtulit, diripuit uaſa eius, & eum ligauit. Hæc arma ſunt diuerſæ malitiȩ, & fallaciȩ, quibus uti ſolebat tempore idolatriæ. Plus ſuſtinet lignũ erectũ, quã tranſuerſum, qa primo mõ tota eius virtus vnitur. Secundo mõ diſpergitur, ſic qñ homo Deo adhæret ſe viriliter tenens in altitudine vitæ, & eminẽtia virtutũ, tũc finita eſt cũ ſuo libero arbitrio virtus diuina, & ſic oẽs tentationes ſuſtinet, nec frangitur. ſeparata uerò à diuina virtute tẽdẽdo in obliquũ leui tẽtationis pondere rũpitur.

K *Diabolus Qũo ſoluetur ſathanas in fine ſæculi, et qũo nunc ligatur, et qũo tũc uincetur.*

Sed iterũ q̃ritur. Si iſte fortis. ſ. dñs alligauerit fortẽ. i. diabolũ vt diripiat uaſa eius, qũo in fine ſæculi poterit ſathanas ſuperari iã ſolutus, qui uix vinci põt ligatus? Apoca. 20. Clauſit & ſignauit ſuper eũ, donec finiãtur anni mille. & ſeqtur. Poſt hoc oportet eũ ſolui breui tpe. Rñdeo. dominus ĩ ſua paſſione ligauit diabolũ, ut non tã ſeuiret ſicut prius. Primo vexãdo corpora, ſicut experimẽto videmus. Scđo aĩam infidelitate & idolatia uexando tanta ſtultitia vt eos crederẽt deos, quos manibus fecerant. Scđo dicitur, ꝙ cũ ſoluetur in fine ſæculi dominus prouidebit hoĩbus ad reſiſtendum ſuæ tyrãnidi. Eſt. n. eccleſia ſicut caſtrorũ acies ordinata, vbi in prima acie ponuntur fortes, in ſecũda debiliores, in tertia fortiſſimi. In ſtatua Danielis pes alter ferreus, alter fictilis erat, licet tũc reprobi facile quaſſentur, erũt tamẽ electi ferrei, qui nulli malleo aduerſitatis cedent. Sic dominus fecit à principio, cum martyres tyrãnidi expoſuit. Deinde doctores hæreſibus, ſic erit in fine utraq; pſecutio. Prima pſecutio Pharaonis infantes occidit. Secũda in luto, & latere, & palleis colligẽdis laborare fecit. Tertia perſequendo manifeſte occidere ẽt maiores q̃rebat. Sic prima pſecutio martyres uelut agnos innocentes occidebat. Secũda laborare fecit in doctrina hæretica, fictili, & lutoſa diſſoluẽda. Tertia fiet ſine mĩa, ubi dominus occurret eis in noĩe ſaluatoris, & hæc erit in fine ſæculi. Quãdo magna eſt pluuia & lõga, plurima creſcunt zizania ſegetes ſuffocantia, ſic quãdo illa tribulatio magna ventura eſt, oportet reprobos cũ iuſtis creſcere ſicut zizania cum frumento.

L *Diabolus Qũo nũc arguit diabolus à ſecũdũ quid ad ſimpliciter; & à poſitione cõſequentis ad poſitionem antecedentis.*

Tertio dicitur, ꝙ in fine ſȩculi dicitur ſolui, quia tunc in aperto & in occulto ſeruiet, nunc autẽ in occulto ut uix apprehendi poſſint eius fallaciȩ. Nunc utitur fallacia ſecundũ quid ad ſimpliciter, quia à bono ſecũdũ quid. ſ. tẽporali, curritur ut quis dignus ſit ſpirituali propter nobilitatem uel pecuniam, & de bono ſecundũ quid multum curatur, de ſpirituali nihil. Item utitur fallacia conſequentis arguendo à poſitione conſequẽtis ad poſitionem antecedentis, quia cum temporalia debeant ad ſpiritualia conſequi, quæruntur tamẽ nũc ſpũalia, ut tẽporalia habeantur. In ſecunda parte dicendũ dſt

qualiter reuerſus eſt in domum Iudæorũ vnde exierat, & hoc per mentis cecitatẽ. Cum n ante initiũ legis eſſent dediti idola triæ, & eos poſt legẽ diabolus deſeruiſſet, veniẽs ĩ corda arida gentiliũ & ꝑ ꝑdicatio nem apoſtolorum requiẽ non inueniret in gentibus ꝑꝑ conuerſionẽ eorũ, reuerſus eſt ad iudæos ĩueniens domũ uacãtẽ, & ornatã, uacantem à bonis operibus, & ornatam cerimoniarũ ritibus. Ocioſitas.n. & ornatus dant occaſionem tentationi. Quæritur ergo, vtrum cerimoniæ eccleſiæ uel religionis reijciendæ ſint, cum, cum reformãtur & reparantur mores eccleſiæ, cum tñ iuxta textum euãgelij redeat dyabolus ad domum ſcopis & cerimonijs mundatam & ornatam, ſicut in exterminio ſinagogæ cõpertum eſt in populo Iudæorum? Reſpondetur. Duplex eſt Dei cultus, vnus interior qui Deo per operationẽ intellectus & uoluntatis exhibetur. Alius exterior, qui per corporis officia, cerimonias, & ſacrificia impẽditur. Interior autem cultus Deo magis placet quàm exterior, quia cum Deus ſit ſpiritus, oportet eos qui adorant eum in ſpiritu & ueritate adorare. Ioã. 4. Exterior uero cultus tantum ſignum eſt interioris. Geſtus.n. & ſacrificia ſigna ſunt interioris deuotionis. Eſt ergo ſignum fallax ſtante exteriore cerimonia, & non ſtante interiore affectione, vel deuotione actuali, uel habituali, ſicut eſt uerax cum talis inuenitur. Et quia Deus odit illud ſignum fallax, & diabolus diligit, ideo accedit domũ uacantem affectione, & ornatam cerimonijs, ſicut fit in multis religionibus. Dicitur tñ ꝙ non inde deſtruendæ ſunt illæ cerimoniæ, quia ex eis populus acquirit deuotionem. Communiter enim populus eſt magis deuotus, quàm eccleſiaſtici. Ex falſo enim quandoque ſequitur verum, dum tamen illæ cerimoniæ non impediant principale, ad quod obligantur, qui in cerimoniis illis exercẽtur. Ornatus enim illi exteriores ſępe per hypocriſim ſunt ſigna fallacia & muſcipulę ad capiẽdos mures, & retiacula ad capiendas muſcas, id eſt temporalia. Tunc aſſumet ſeptem ſpiritus nequiores ſe. Sed quomodo ſathan aſſumet ſeptem ſpiritus nequiores ſe, cum ſit ligatus? Reſpondet Auguſtinus, quòd licet ſolutio eius nõ ſit niſi permiſſio ad tentandum, & fallendũ, non tamen nunc ita ligatur quin ſæuiat occulte confringendo membra eccleſię, tunc enim manifeſte ſæuiẽdo in capita eccleſię.

*M*
*Cerimonia. Religio. Vtrũ cerimoniæ religionis uel eccleſiæ ſint reijciẽda.*

*Subſermo eiuſdem dominicæ tertiæ 5. & in ordine 65. per thema præcedens.*

REuertar in domum meam vnde exiui. Lucæ 11. Hoc uerbum quamuis ſit dyabolicum, poſſumus tamen applicare ad bonum intellectum & doctrinam, & hoc dupliciter. Vno modo poteſt quis illud dicere memorando ſui finis. Reuertar inquiens in domum meam, ſcilicet terram, vnde exiui. ꝑs. Exibit ſpiritus eius & reuertetur in terram ſuam, quòd meditabatur ſanctus Iob dicens. Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Secundo hoc dicere debet peccator reuertens in domum eccleſiæ, & communionẽ fidelium à qua exiuit per peccatum, & hoc multis de cauſis. Primo, quia homo naturaliter diligit locum natiuitatis ſuæ, ſed in eccleſia homo regeneratus eſt per ſacramenta, & ſpiritualiter natus in Chriſto, ergo debet ſummopere diligere, reuerti in domum ſuam ſcilicet eccleſiam. Secundo, quia bruta licet ratione careant, tamen per inſtinctum naturæ reuerti ſciunt ad latibula, & domicilia ſua, quamuis remota, ergo multo fortius homo ratione utens, ſi per peccatum à domo eccleſiæ & communione fidelium receſſerit, & in regionem peccati longinquam abſceſſerit, nunquam debet taliter per obliuionem peruerti, quin illuc ſciat reuerti per pœnitentiam. Tertio quia ad reuertendum nos inuitat dominus multotiens per prophetas. Ezech. decimooctauo. Et quare moriemini domus Iſrael, reuertimini, & uiuete. & Hierem. trigeſimoſexto. Reuertatur vnuſquiſque à uia ſua peſſima, ſi ergo tantus dominus nos ſic inuitat, cito ad eum reuerti debemus, ne forte inter illos ſimus. de quibus Oſeæ quinto. Non dabunt cogitationes ſuas, ut reuertantur ad dominum ſuum. & Hiere. quinto. Indurauerunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reuerti. Quarto, quia ad hoc nos inuitat mater eccleſia. Gene. trigeſimoſecundo. Reuertere in locum natiuitatis tuæ, & bene faciam tibi. Arbor de malo loco in bonum tranſportatur, & plantatur, ſic de mala conuerſatione in bonã terram eccleſiæ debemus nos tranſportari,

*A*
*Reuerti. Quõ debemus reuerti e domũ eccleſiæ egreſſi nus per peccatũ.*



vt fructificemus. ꝑs. Plãtati in domo domini. i. eccleſia, in atrijs domus dei id eſt, in iudicio quod eſt atrium paradiſi, florebunt. Inde eſt conſilium angeli Agar fugienti. Gen. 6. Reuertere ad dominam tuã & humilia te, ſic humiliabimus nos coram domina noſtra Maria dicente Aue.

Mane dictum eſt qualiter diabolus reuerſus eſt in dominum iudæorum nũc dicetur qualiter in domum falſorum Chriſtianorum. Circa quod primo quæritur utrũ peccata ſemel dimiſſa per præſentiam redeant per recidiuum. Secundo an culpa frequenter iterantis peccatum ita aggrauetur quòd deus tandem dedignetur ei indulgere. Tertio ſi recidiuans grauius peccet quàm prius, & quarto quæ remedia inueniuntur contra recidiuum. Ad primũ videtur quod peccata redeant per recidiuũ quia aſſumit ſeptem ſpũs nequiores ſe & habitant ibi. In oppoſitum quia pctã ſunt dimiſſa, nec põt idem redire numero, ergo. Rñdetur prima propõ. ſecundum ſcotũ. in 4. d. 22. q. vnica Bona facta in ſtatu grãe cũ quis recidiuat in peccatum non perdũt, ſed ipſo puniente reuiuiſcunt, quia ex miſericordia dei abundante bona ſemper viuunt in eius acceptatione, & ſemper eſſet eis ꝑmium diſtribuẽdum, niſi eſſet indiſpoſitio ſuſcipientis per nouã. Vñ dicunt iuriſtæ, ꝙ alicui remanet ius cui tñ non competit actio propter aliquod impedimentũ. ut patet in mr̃imonio clandeſtino, ſic hñti bona merita in acceptatione diuina, mortificata tñ per pctm̃ mortale, remanet totũ ius qđ correſpondet illis meritis ad vitã æternã, ſed nõ remanet actio quãdiu eſt inimicus & ſi eſſet perpetuo inimicus perpetuo ceſſaret illa actio. Itẽ bona iſta meritoria uitæ eternæ nõ eſſent digne ꝑmiata præmio tpali immodo, ergo nunquã expirat illud ius quouſq; ſit ſolutum, extinctũ tñ eſt ſæpe per pctm̃ mortale, q̃a tũc nõ competit ſibi executi iuris ſui. Secũda propõ in recidente pctã nõ redeunt ſm̃ ſubſtantiã ſuã aut ẽt ſm̃ obligationẽ debitã illis pctĩs, q̃a deus diſpoſuit pctã pœnitentis poſt pñiam eſſe tecta ſm̃ illud ꝑs. Beati quorũ remiſſe ſunt iniq̃tates, & quorũ tecta ſunt pctã. Et Nau. 1. Nõ iudicabit deus bis ĩ idipſm̃, & ita ꝑ pñiam extinguuntur. ꝙ nec in mente diuina remanent quantũ ad vindictam, & ẽt quia in iuſtitia diuina pœna æterna eis debita iam in temporalem commutata eſt ergo nihil iuris in illo peccato remanẽt. Tertia propoſitio. Remanent peccatum dimiſſum in recidiuante tanquam circunſtantia aggrauans illud peccatum in quod recidiuat. Patet quia ille eſt ingratus de dono dei, & propter quod deus iraſcitur & ſumme contra eum prouocatur. Sicut enim infirmus curatus a medico cum magnis expenſis & labore iterum cum ex culpa ſua recidiuat grauiter contra ſe prouocat medicum, ſic Chriſtus qui cum magno labore paſſionis & beneficiorum ſuorum curauit egrum iuſtum, propter quod Hierem. 15. dicitur. Quis miſerebitur tui hieruſalem, aut quis ibit ad rogandum pro pace tua. Tu enim me reliquiſti dixit dominus, retrorſum abijſti. ac ſi diceret nolo plus medicinam apponere. Quarta propoſitio quæ non eſt ſcoti. Aliud eſt peccatum corde continuare licèt opere parum diſcontinuetur, & aliud eſt recidiuare. quia qui in quadrageſima vel in infirmitate peccata ſua confitentur & ceſſant ab operibus turpibus ad tempus. ſicut lupus cum egrotabat confitebatur vulpi cum intentione redeundi, vel non cum firmo propoſito ſemper a mortalibus abſtinendi, vel uolunt reſtituere aliena, uel ſocietates malas vitare, vel mulieres quas prius tenebant a ſe abigere, vel malas menſuras frangere, uel iram de corde remittere. tales quando ad talia vel ſimilia redeunt, non dicuntur recidiuare. Non enim poſſent dici iterum cadere, qui nunquàm ſurrexerunt ſed continue iacuerunt. Quomodo enim poſſet in carcerem iterum redire qui continuo in carcere fuerunt vno pede vinculati, ſcilicet affectione? Et tales periculoſiſſime ad communionem accedunt credentes de peccatis remiſſionem habere quam habent, & ſic accedunt ad communionem. de quibus tamen peccatis & de quo acceſſu nunquam poſtea confitentur. immo tales poſt Paſcha cito. redibunt ad opera prioribus peiora. Non enim eſt mirabile, ſi talis poſt Paſcha mala oſtendat, qui eorum ſemper in corde habuit radicem. Nonne urtica cito creſcit: vbi radix in terra dimittitur? & plaga male ſanata cito, & periculoſius malum ſuum oſtendit quàm prius ubi ferrum in profundo dimittitur. Ideo ſi ſtabiliter

*B*
*Recidiuũ. Vtrũ cũ quis recidiuat in pctõ redeãt peccata præterita.*

*C*
*Recidiuũ Non eſt idẽ recidiuare et opus peccati diſcõtinuare.*

biliter velimus euadere faciamus quod p̄cipitur. Eſa. 58. Omne onus diſrumpe.

D

*Recidiuũ Qui recidiuat grauius offendit quàm prius.*

Ad ſecundum quæſitum dicitur, ꝙ qui recidiuat grauius offendit quàm prius. Primo quia quantum in ſe eſt iterat Chriſti paſſionem. Hebre. 6. Rurſum crucifigentes in ſemetipſis filium dei. ſuper quo Hugo de ſancto Victore in perſona Chriſti. O homo ſerua animam tuam, ego pro illa mortuus ſum. Si illam amiſeris ego iterum mori nō poſſum, ſed volo ne iniuriam facias mihi, quia ſi animam tuam morte mea reſtitutā voluntarie peccando amiſeris, quantum in te eſt iterum me crucifigis, iterum me mori compellis. Ideo Paulus Roma. 6. dicebat Chriſtus reſurgens ex mortuis iam nō moritur. ſequit̃. Ita & vos exiſtimate vos mortuus eſt. ita & peccato uiuentes autē deo. Gloſa vt ſit ſenſus, ſicut Chriſtus ſemel mortuus eſt ita & peccatum ſemel moriatur in vobis, vt non oporteat iterari, & ſicut Chriſtus ſemper viuit, ita & vos ſemp̄ cum virtutibus viuatis. Secundo per hoc recidiuum homo quaſi ſibi præcludit ſpē ſalutis. Nam ſicut apud quemcunque gratum dn̄m plus poteſt ſeruus confidere in neceſſitate ſua qui ei continue a iuuentute ſua ſeruiuit quàm qui tarde venit, & cito ad omnem voluntatem ſuam ſine licentia ſemper recedit, & ad inimicum contra ipſum vadit ſic, talis recidiuãs moriendo vix erit tante ſpei ſicut qui cōtinuo bonis fuit. Quomodo poſſet eſſe tante ſpei qui verſus regnum cœlorum vix fecit vnam dietam, & verſus infernum plus quàm mille fecit? Nonne tales moriētes propinquiores ſunt inferno quàm cœlo, & plus ad illum locum diſpoſiti ſunt venire? Non ſic de iuſtis de quibus tanquàm de bonis animalibus dicitur Eſa. 1. Non reuertebantur cum inciderent. Hoc etiam oſtenditur in pœuis delinquentium, quorum primum delictum plectitur vna auricula, ſecundum alia tertium vita. Sic periculoſior eſt ſecunda infirmitas quàm prima, & tertia quàm ſecunda. Tertio quia homo omnia bona præcedentia per recidiuum perdit Eze. 18. Si auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua & fecerit iniq̃tatē iuxta omnes abhominationes quas facere ſolet impius nunquid viuet. Omnes iuſtitię quas fecerat non recordabuntur. Eze. 32. Si dixero iuſto quòd vita viuet, & confiſus in iuſtitia ſua iniquitatem fecerit, omnes iuſtitię eius obliuioni tradentur. Quartò hoſpes eſt huiuſmodi demoniorum plus quam ante. micunt enim reuertari in domum meam &c. & tunc aſſumit demon ſeptem ſpiritus nequiores ſe &c. Patet quia ſotulares veteres vel veſtes non tenent ſuturam. ideo vbique in eis ingreditur lutum ſic iſti inueterati dierum malorum cũ omni tentationi cedant, vbique in eis intrat demonium. Pſalm̃. Vt lutum platearum delebo eos. ſcilicet de libro vite. Quomodo nō eos poſſideret demonium, qui vltro ſeſe offerunt ei? Dicitur enim lib. 2. de animalibus. cap. 2. quòd oues plus certis animalibus intellectu carent. quia de domo ardēti vix eijci poſſunt. & ſi eiecti fuerint, niſi vi teneantur, in ignem refugiunt. Sic tales a mala concupiſcentia qua anima ardet, vix eijci poſſunt, & ſi ſemel eiecti fuerint, uix metu aut violentia teneri poſſunt qn redeant ad uomitum. Quid non inſaniunt a demonio, qui redeunt ad carcerem a quo prius euaſerunt, & per viam iterum redeũt in qua ſpoliati ſunt & grauiter vulnerati? brutis inſipientiores, quę dum laqueos euaſerunt nunquam illuc reuertuntur, & dum fuerũt in locis periculoſis, prius ſe permitterent occidi & laniari quàm illuc reuerterentur. Quintò tales cum difficultate ad bene operandum reſurgunt propter malũ habitum acquiſitum ex operibus malis. Hiere. 13. Si poteſt ethiops mutare pellem ſuam, & pardus varietates ſuas, & vos poteritis benefacere cum didiceritis malum quia cum volũt bene operari, pro difficultate habitus mali cum laborem ſentiunt boni operis cito cadunt. Similes cuidam monſtro marino quod luligo appellatur. quod quandoque ſocietatem habet cũ auibus volando. quandoque cum piſcibus. de quo Vincentius in ſpeculo naturali quòd natura in eum luſiſſe dicitur. Nam qñque cum piſcibus profunda maris ſcrutatur, cũ vero aquas faſtidierit, eleuat ſe alis pennigeris & cum auibus ethera ſcandit, ſed qa flatus non poteſt ſuſtinere ventorum, cum ventis concutitur ad aquas reuertitur. Sic aliqui in aquis gulę & luxurię ſe immergunt, ſed cum eis tedia aduerſitates, pœnalitates, & perditiones bonorum inuenerint & difficultates ſenſerint, in altum per ieiunia & orationes ſe egerunt, ſed cum in illis ſenſerint modicam difficultatem & tentationis



tationis impulſum, in priſtinam miſeriam reuertuntur. Pſalm̃. Aſcendunt vſque ad cęlos, & deſcendunt vſque ad abiſſos. Et ratio eſt, quia anima eorum in malis tabeſcebat. Talibus enim deus non cito dat gratiam. ſi enim aliquem iuuiſſem bis vel ter quadrigam ſuam leuare de luto. ſi per negligentiam ſuam caſum frequentius iteraret, de eo iuuando plus quàm a principio fierem tedioſus. Sic deus recidiuum datienti. Amos. 1. ſuper tribus ſceleribus iuda, & ſuper quarto non conuertam eum & tales etiam ignobilius reſurgunt quia calciamēta ſæpius reparata & veſtis de panno veteri & damnoſo iam reſarcita viliora habentur, & mulier quæ ſæpius virum adulterando reliquit tanto minus gloriam & honorem apud virum ſuum & proximos etiam reconciliabat merebitur. Hie. 2. quã vilis facta es nimis iterans uias tuas. Sexto talis ſæpę eijcit Chriſtum a domo ſua, quã tamen cum tanta diligentia reparauerat. Poeta. Turpius eijcitur quàm non admittitur hoſpes. Valde triſtaretur quis ſi expelleretur a domo ſua, ideo iuſto iudicio expellet eum a manſione æterna. Mat. 25. Hoſpes fui & non collegiſtis me. Tapus cum de foſſa egreditur venit vulpes & eam ſtercorat, quod ſentiens tapus dedignatur eã habitare & alibi vadit ſic, Chriſtus cor habitans prius per gratiam poſtea ſtercoratus a vulpina fraude dedignatur habitare Sap. 1. Corripietur a ſuperueniente iniquitate. Glo. 1. expelletur. Exemplum in abſalone qui patre reconciliatus poſtquam in domo eius de menſa & cibis patris comederat, ipſum fugans ad mortem eum quærebat, & a domo ſua expulit, quem etiam perſequentem cupiebat habere pater, ſic iſti per confeſſionem deo reconciliati, in domo eccleſiæ in menſa altaris non tantũ cum ipſo deo ſed etiam ipſum deum comedentes, cito ingratitudinem oſtēdunt eius mandata tranſgredientes, & ipſum ſua peſſima vita vſque ad eiectionem de domo ſua perſequentes.

E

*Recidiuũ Pœnitentia. In hoc ſeculo toties quoties culpa reiteratur patratus eſt deus indulgere ſi pæniteat peccator.*

Ad tertio quæſitum videtur quod culpa frequenter iterantis peccatum intãtum aggrauetur quòd deus tandem ei indulgere dedignetur per miſericordiam dum uenerit ad pœnitentiam, quia Amos. j. dicitur. Super tribus ſceleribus damaſci & ſuper quarto non conuertam eum. Ex quo videtur ꝙ pœnitentia tãtum, poſſit ter iterari. Reſpondetur ſecundum Bonauenturam in 3. ſenten. d. 14. Peſſimus eſt error & crudeliſſimus dicere ꝙ pœnitentia non poſſit terrari, quia claudit viſcera diuinę miſericordiæ, cum ſic fere omnes peccatores cogerentur deſperare. Ideo iterari poteſt quamdiu homo uiuit. Patet Ezech. 18. Si impius egerit pęnitentiam omnium iniquitatum eius non recordabor. Similiter in Dauid qui pluries cecidit, & pluries reſurrexit. Sic in filiis Iſrael qui ſæpiſſime Deum grauiſſimis peccatis infeſtauerunt, ſed pœnitentia ducti miſericorditer indulgentiam meruerunt. Dicitur ultra, quòd uerum eſt ſuper quarto peccato noſtro non indulget Deus, ut primum peccatum ſit conſentire in corde. Secundũ facere in opere. Tertium uertere in conſuetudinem. Quartum finaliter non pœnitere, quia poſt mortem non eſt pœnitentiæ locus, ſed a tribus primis liberat pœnitentē quotiens uoluerit licet in tertio tardius, & hoc patet in ſuſcitatione trium mortuorũ, quorum unum ſuſcitauit in domo, per qđ ſignificatur peccans in cordis domo. Secundum extra portam, qui ſignificat mortuum in opere. Tertium in ſepulchro, qui ſignificat mortuum conſuetudine. Nullibi autem inuenitur quartum mortuum ſuſcitaſſe ſic nec quartum peccatum, ſcilicet finalē impęnitentiam alicubi legimus dimiſſam, qa talis deſperatus eſt.

F

*Recidiuũ De remediis contra recidiuum.*

Ad quartum dicitur quòd contra recidiuum peccati tria ſunt remedia. Primum eſt cogitatio, & hoc quantum ad actum cordis. Primo in quo periculo pro prioribus peccatis fuiſti, quia ſi mortuus fuiſſes in eis antequam ſanguis tuus frigidus eſſet, anima tua in infernum calefacta fuiſſet. Secundo in qua uerecundia fuiſti quãdo in confeſsione peccata tua oſtendiſti, & ſi forte oſtendiſſes ſicut oſtendiſſe debueras maiorem habuiſſes. Tertio in qua miſeria & afflictione fuiſti in cōſciētia, & in quo tremore periculi. Hæc cogitando de quolibet noſtrum eſſe deberet ſicut de illo qui paſſum tranſiens periculoſum vbi propter latrones & alia pericula vix cum vita euaſit, ꝙ ſicut talis non libenter ad locum illum rediret ita nec nos ad peccata redeamus propter pericula quæ incurrimus, ſciētes eadem peccatoribus ſemper eſſe parata. Et ſi cogitaueris quòd viã ſemper tenere mundiciæ magnus eſſet labor,

bor, cogita quòd perſeueranti in illo labore magna debetur merces, & magna pœna deficienti. Secundum remedium pertinet ad actus ſenſuum & membrorum exteriorum. Primo quòd ſit frequens oris confeſſio, quia licet ſic inſtabilis ita ꝙ cito pòſt confeſſionem redeat ad peccatum, tamen propter gratiam infuſam & ſibi dicta in cõfeſſionem pericula cor per aliquod temporis ſpacium poſtea peccatum abhorret. Secundo humilis orõ vt ſicut vaſallus ab inimicis obſeſſus a domino auxilium petit, ſic nos a deo dicentes illud. p̃s. Adiuua nos deus ſalutaris noſter &c. Tertio quantum ad aures frequens auditus verbi dei, quia ſicut conualeſcẽtes de infirmitate indigẽt frequenti cibatione, ſic conualeſcentes de morbo peccati indigent illa cibatione. De qua Mat. 4. Non in ſolo pane viuit hõ &c. Hebre. 11. Conualuerũt de infirmitate, ſed forte adhuc non ſunt fortes facti in bello ideo oportet vt verbo dei fortificentur. Quartò quo ad oculos neceſſaria eſt ſpectaculorum fuga. Claudẽdi enim ſunt ſenſus ad mali occaſiones, ſicut circa conualeſcentes feneſtre claudi ſolent, quia ſi ad aliquem talem locum vadat, vel in illo loco moretur, vel cum perſona aliqua & ſpecialiter cum illa cum qua prius peccauit libenter loquatur, vel ei lætanter occurrat, vel reſpiciat, vel nuncios audiat, de dño diaboli perfecte non fugit, ſed adhuc aliquo modo infra illius moratur limites & periculoſe ſe exponit captioni. Vtilis eſt ẽt ad hoc viſus librorum & vſus utilium laborum. Quintò quantum ad manus largitio elemoſinarum, ſicut quãdo belli inſtat periculum neceſſarij ſunt magis ſtipendiarii, ita nunc pro conſeruatione animæ Eccl. 29. Elemoſina gratiam hominis quaſi pupillam oculi conſeruabit. Tertium auxiliũ quod ad totum coniunctum pertinet. Primo eſt leproſe ſocietatis vitatio. Secundo totius corporis per ieiunium afflictio, ſicut in eſtate oportet carnes quę ſeruari debẽt maxime ſali condiri, quia tempus eſt magis diſpoſitum ad temporalẽ corruptionẽ. ita nunc corpus humanum vel carnem neceſſe eſt maxime ſali condiri ieiunij, abſtinentia & præſentia, quia tamen propter diaboli inſidias quàm propter temporis amenitatem tempus paſchale eſt multum diſpoſitum ad temporalem corruptionem. Continuemus ergo ſicut dicitur. 2. Cor. 6. In multa patientia, in ieiunijs multis per arma iuſtitiæ &c.

*Sermo ſextus eiuſdem dominicæ tertiæ & in ordine. 66. per thema.*

ERunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Luc. 11. Inter fęlicitatem mundanam tranquilitatem & pacem meminiſſe debet homo nouiſſimorum ſuorũ, vt ſuę fœlicitatis vinum temperetur aqua. Eccl. 11. Si multis annis uixerit homo, & in his omnibus lætus fuerit, meminiſſe debet tenebroſi temporis & dierum multorum. quæ cum venerint vanitatis arguẽtur prętẽrita. Non poteſt diu ſanus viueret quæ forti vino abſque aquæ admixtione potatur. Eccle. 18. Memento paupertatis in die abundantiæ. Nec põt recte ambulare, quæ viæ & peregrinationis ſuæ finem non attenderit. Iacob. Pauci uiſi ſunt dies quibus ſeruiuit pro rachele prę amoris magnitudine. Gene. 29. Ita ſenibus & longitudinæ uitæ laſſatis licet multi uideant dies ſenectutis præ malorũ multitudine. (Multa enim ſenem circunuentum incõmoda) tamen pauci debent uideri conſideratione expectati finis æterni cuius debent aſſiduo reminiſci, & ad reminiſcentiam habendam ſæpæ debent habere prædicatores in ore ſuo nouiſſima iſta. Debet enim vnuſquiſq; eorum. Eze. 9. Habere vaſa interitus in manu ſua, vt peccatoribus æternum interitũ comminentur, niſi a peccatis recedant. Nõ enim debent peccata adulando palpare ſed per increpationem aggrauare. Vnde Ezechieli (ut habetur Eze. 8.) præceptum eſt cum appareret foramen vnum in pariete vt foderet parietem, foramen quidem peccatum eſt, quod viſus eſt propheta ampliare, ut inquirat & oſtendat quantum ſit, & circunſtantias eius diligenter aperiat. Vnde ibidem dictum eſt prophetę. Adhuc conuerſus videbis abhominationes, quaſi dicat, ſi tanta ſunt quæ videmus, quanto maiora ſunt quæ noſtros effugiunt uiſus? Maiores enim abhominationes latent, quę diligenter intuentibus & fodientibus parietatem apparet. Vt autem diligenter fodere valeamus in hunc parietem peccatorũ quæ diuidit inter nos & deum. Iuxta illud Eſa. 59. peccata noſtra diuiſerũt inter nos & deũm, ad virginem conuertamnr dicentes. Aue.

A Nouiſſima. Quid memoriæ be... uiſſi... rũ ſunt

1 Mors. Tita in. Quare Diabolus magis tentat & ſeuit in fine hominis quam ante.

Circa hæc primo dicetur, quare diabolus aduenientte termino hominis acrius & fortius hominem tenet. Secundo ſi morientes qñq; videant ſpiritus bonos & malos, quos ſani videre non poterant. Ad primũ quæſitũ rñdet de halis ꝙ ſic. & hoc probat tribus rationib. quibus alias adiungemus. Prima ratio tangitur Apo. 12. ubi dicitur. Ve terræ. i. ſubſiſtentibus in ſecuritate & ſoliditate propter diuitiarum & proſperitatis abundantiam, & mari. i. his qui ꝑpter ſiniſtros euentus anguſtia & amaritudine replentur, quia deſcendit ad vos diabolus habens iram magnam, ſciens quia modicũ tempus habet. Quia. n. tp̃s mortis extremũ eſt hoĩs, fruſtratum ſe ſuis ſentit maleficiis niſi tunc decipiat eum. Hinc multo plus q̃ antea deſeruire ſtudet, iõ dr̃ Eſa. 9. In nouiſſimo aggrauata eſt via maris. i. grauis ẽ ad tranſeundum via amaritudinis mortis. In cuius ſignum dum filii Iſrael tranſierũt mare rubrum, pharao ſe ſentiens fruſtratũ ſeruitute eorũ, durius eſt eos inſecutus. Et q̃uis inſidietur. occulte tñ, nec vult videri ad modum venatoris qui induit ſe veſte viridi quia ſimilis eſt virori arborum, & ſicut auceps qui latet inter frutices, & ſicut venator qui laqueos ſuos abſcondit & in auguſto loco ponit vbi eſt tranſitus beſtie. p̃s. Inhabitabunt & abſcondent, ipſi calcaneum meum obſeruabunt, & tunc anima erepta per dei gratiam dicit. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantiũ. Laqueus contritus &c. Vnde ſtatius. Non parcit populis regnum breue. Secunda rõ accipitur ex debilitate morientis. Nam ubi maius imminet periculum ſi adſit aduerſarius, maiorem occaſionem inſidiandi immo & pugnandi audaciam aſſumit, maxime dum putat hominem auxilio deſtitutũ Sed in morte videt animam iam quaſi ad portum applicantem. vbi ſemper maius imminet periculum. Videt eum infirmitatis pugna abſortum & ſenſu & ratione. Hinc ſæuit fortius & occaſionem pugne ex his accipiens fortius tentat, propter quod Gen. 3. bene dictum eſt ſerpenti. Et tu inſidiaberis calcaneo eius ideſt fini & termino vitæ. Vnde magiſter exponendo illud. Iniquitas calcanei mei circundabit me, ſicut anima (quæ per mulierem deſignantur) conterit caput ſerpentis. ideſt ſuggeſtionẽ inimici, ſic inimicus inſidiatur calcaneo eius. ideſt fini vitæ, ut ſicut illa capiti, ſic iſte calcaneo inſidiettur. Periculoſiſſimnm ſemper in pugna eſt finis pugne, in quo lucrãtur uel perduntur omnia. Apoc. 3. Poteſtas æquorum in ore & in caudis ipſorum. In ore quantum ad principium actionis. In caudis quantum ad finem. Iob. 40. Behemoth ſtringit caudam quaſi cedrum, ideſt animam in fine fortiter aſtringit, ſicut aucupes in anguſta ſemita laqueos feris tendunt, & decani rurales & præpoſiti imminente termino ſibi tradite poteſtatis quęcunque poſſunt emungunt. Sic demon in arcto mortis & anguſtia exrema conſtitutis laqueos ponit & atrocius groſſatur. Pſalm. Me expectauerunt peccatores vt perderent me. Inſidiatur enim calcaneo vt tunicam talarem perſeuerantiæ auferat, quia Eccleſiaſt. 7. Melior eſt finis orationis. quam principium. Multi autem ſunt in hac uita qui de temporalibus optime ſciunt diſponere, qui cum perueniũt ad iſtam extremam neceſſitatem nũquam cogitauerunt de illo prælio, ſed capiũtur quaſi en deſaroy, ſicut aduocati & conſiliarii. Bubo ad lumen lune bene videt, ſed lumine ſolis debilitatur eius lumen, & obfuſcatur Sic mundani in his quæ mundi ſunt bene & acute uident, ſed in ſpiritualibus nihil maxime cum ad mortem perueniunt, ita quod amittunt ſenſum & diſcretionẽ, nec ſciunt de ſuis reb. ordinare. De q̃bus Io. 7. Itẽ nouit decipiẽtẽ & eũ q decipit, & adducit cõſiliarios in ſtultũ finẽ, & iudices ĩ ſtuporẽ. Tertia rõ ſumit̃ ex fine ad quẽ p̃tẽdit hõ. Nã ẜm Haymonẽ q̃to magis diabolus uidet hoĩem in ſuũ locum unde cecidit ſubſtitui, tanto plus inuidet & impugnat, quia ex leuiore & inuidia tẽtat. Tunc. n. appropinquat hõ ad hoc vt impleat ruinas & reſtauret muros hieruſalẽ, quod ſumme nitit̃ impedire aduerſarius p̃ſens & nunq̃ dormiens. Vnde Greg. 6. moral. Antiquus hoſtis ad rapiendum peccatorũ aĩas tp̃e mortis effrenatur crudelitatis uiolentia, & quos uiuentes blandiciis decipit, hos morientes ſeuiens rapit. Pſalm. Inſidiatur ut leo in ſpelunca. Inſidiatur ut rapiat pauperem. ſ. peccatorem omni tunc auxilio deſtitutum. raperem dum attrahit eum per tentationem. Inſidiatur enim ei ut catus muri

muri dum de foramine exit. Vnde Gen. 49.
Diabolus eſt ſicut dã coluber in via ſcilicet
laicorum qui ambulant viam latam man-
datorum, & ſicut ceraſtes in ſemita religio
ſorum qui ambulant ſemitas conſiliorum,
vt mordeat vngulas id eſt extremitates æq
i.corporis noſtri quæ quidem extremitas
eſt mors, vt cadat aſcenſor eius retrorſum
ſ.anima. Prouer. 23. Ingreditur blande, in
vita ſcilicet ſuggerendo peccata, & in no-
uiſſimo mordebit vt coluber, interficiendo
animam hominis. In cauda enim iacet ve-
nenum. i.periculũ mortis æternæ. He tres
rationes ſunt doctoris ſupradicti. Quarta
ratio ſumitur penes locum & tempus ſibi
aptum. Sicut enim cautus bellator, in paſ-
ſu arcto per quem eos quos capere vult ne
ceſſe eſt tranſire, armatos ponit & occur-
rit illis in paſſu illo cum tota potentia, &
ibi mactat & occidit & capit quos capere
poteſt, ſic demones in arcto illo paſſu. Iux-
ta illud Tren. i. Omnes inimici eius appre
henderunt eam inter anguſtias. Hoc figura
tum eſt. Numeri. 22. in Balaam. vbi dici-
tur. quòd cum eſſe ſuper aſinam expecta-
uit eum angelus euaginato gladio in angu
ſtijs duarum maceriarum, vbi neque ad
dexteram neque ad ſiniſtram declinare po
terat. Sic angelus Sathane expectat anima
inter anguſtias duorum parietum corpo-
ris ſcilicet & animæ, vel huius ſeculi & al
terius, vbi non eſt amplius locus diuerten-
di vel fugiendi. & illos principaliter qui ſu
per aſinam carnalitatis æquitant. Multi. n.
ſunt in hoc mundo velut ſæpius qui cum
eſt exterius ita velociter currit vt vix ab
aliquo venatore capi poſſit, ſed cum a ve-
natore rheti capitur tunc ſua mobilitas
retardatur. Sic peccator per nemora huius
ſeculi diſcurrens, vix a deo poteſt capi per
præſentiam vel tribulationes quibus eum
perſequitur, tandem rheti mortis anguſtiſ
ſimo (a quo non poteſt effugere) compre-
henditur, & a canibus inferni deuoratur.
Iob. 15. Vallabit eũ ſicut regem anguſtia
Vnde tunc implebitur illud Tren. 2. Ape-
ruerunt ſuper te os ſuum omnes inimici
tui. ſibilauerunt & fremuerunt dẽtibus ſuis
& dixerunt deuorabimus eum. Iſte eſt quẽ
expectabamus, inuenimus, vidimus. Demo
nes enim qui in præſenti ſunt incentores ui
tiorum, ſicut dracones ſibillabunt & ſicut
leones frement dentibus & dicent. Hanc a-
nimam deuorabimus. Iſte eſt dies in quo
expectabamus prædam noſtram. Et ſicut
guerra exiſtente inter duos dominos, in
paſſu medio inter illorum domina (quæ
vulgo dicuntur les frontiores) ponuntur
exploratores ad explorandum & ſcrutan-
dum tranſeuntes, qui ſunt, vnde ſint, &
quo vadant, qui portent, literas vel amico
rum vel inimicorum, ad amicos vel inimi-
cos, ita in mortis tranſitu veniunt tam bo
ni quàm mali angeli ad perſcrutandũ tran
ſeuntes, qui ſunt vel prælati vel mercenna
rii, rex uel tyrannis, ſacerdos dei vel belis,
miles vel raptor, & cuius ſit in anima ſupra
ſcriptio, dei vel cæſaris. Exemplum de illo
prælato in libro de apibus, cui diabolus in
morte apparens oſtendit paſſum in quo
ſcriptum erat. Mortificabas animas quæ
non moriuntur, & viuificabas animas quæ
non viuunt. Quod cum uideret & viſum di
uertere vellet, ne plus videret dixit quòd
etiam gloſam legeret quæ talis erat. Quõ
reduces animas de inferno, quæ ibi per tuũ
malum exemplum torquentur? Quo audi-
to & viſo & a ſtantibus reuelato, ſtatim de
ſperatus obiit. Quinta ratio ſumitur ex ſi-
militudine. Quemadmodum enim in ma-
iori mundo futurum credimus, ſic in mino
ri fore vel eſſe arbitramur, ſed in fine diabo
lus plus ſeuiet, quando in fine ſuſcitabit fi-
lium perditionis antichriſtum vt extolla-
tur ſuper omne id qđ dicitur deus, & hoc
quia ſemper augetur eius peccatum. licet
forte non demeritum. Aucto vero peccato
malicia, aſtucia. & inuidia ſimul crementũ
accipiunt propter quod crudelius hominẽ
impugnaturus eſt. Tum ſecundo. quia tunc
noticia multam per longi temporis expe-
rientiam habebit, & ſic in nequitia plus ꝑ
ficiet. In cuius ſignum videmus nunc ma-
chinas horribiliores fabricari, ita ut quan-
tomagis appropinquat mundus ſenectuti,
magis circa talia creſcat ingenium. Si ergo
ita acriter cõtra electos pugnabit vt ſi poſ
ſibile ſit moueantur electi, quoniam & mo
uebitur maior mundus, videtur a ſimili ſic
in fine minorem perſequi & in eum toto ſu
rore debachari. Eſt enim diabolus lupus
veſpertinus. De quo Abach, 1. Velociores
facti ſunt lupis veſpertinis; qui in veſpera
mortis inſidiatur incautis, quos nititur im
pugnare per dolores, per diuitias quibus
hærent, per vxores lachrymantes, per fi-
lios



lios & filias eum a deo retrahentes, per ne
potes & neptes aliquod legatum expectan
tes, per amicos corporis & nõ ſpiritus, plus
ſollicitos de diſpoſitione teſtamenti & le-
gatorum quàm de periculo animæ, quos
debent veri amici longe repellere ab ergo,
ut animam ſuam leuare poſſit ad deum,
exemplo cuiuſdam archiepiſcopi Senoneñ.
qui cum laboraret in extremis tunc ibi a-
ſtiterunt parentes vt eis aliquid relinque-
ret, qui accipiens ſtolam dixit. Omnes
uos excõmunico niſi exeatis, quibus egreſ-
ſis libere deo vacauit. Dicitur ſecundo
quòd iuſti qui bene uixerunt in morte non
timent diabolum. Patet primo, quia nihil
reputat eum, & merito. Dicitur enim Eze.
26. Eleuatum eſt cor tuum, & nihil factus,
es: & non eris in perpetuum. Si ergo nihil
eſt quare timetur ꝑs. Ad nihilum deductus
eſt in conſpectu eius malignus. Maior tamẽ
pars hominum inordinate mouentur ad ti
morem. Tenebras enim timent quaſi vnũ
valde terribile, cum tamen tenebre nihil
ſint. Sed qui bene vixerunt non eos timent
ſcientes quia nihil ſunt Hiero. Apud quẽli
bet ſanctum diabolus pro nihilo habetur,
& dum nihil eſt fortiſſimi eum non timẽt.
1. Ioh. 2. Scribo vobis iuuenes quoniã for-
tes eſtis, & viciſtis malignum: Secundo qa
aduocatum tunc habent dominum Ieſum.
Ro. 8. Quis eſt qui condemnet? Ieſus Chri
ſtus qui mortuus eſt, qui etiam interpellat
pro nobis. Legitur lib. de nugis curalium
quòd veteranus quidam miles cum dies ad
reſpondendum ſibi data eſſet & in vita pe-
riclitaretur, cęſarem rogauit vt ſibi in de-
fenſorem adeſſet. Ille vero promptiſſime
aduocatum quem vidit dedit ſibi commẽ-
dans ei illum veteranum. At veteranos ex
clamauit. Te periclitante in bello vitã tuã
vita mea quæſiui, & pro teipſo pugnaui. De
texitq; in bello impreſſas cicatrices, quas
videns erubuit cęſar, venitque & aduocà-
tiam pro eo fecit & liberatus eſt. Miles ue
teranus eſt qui diu contra vitia militauit
pro Chriſto, pugnans & reſiſtens vitiis, &
cicatrices in bello recepit, vt poſſit dicere
cum apoſtolo. Gal. 6. Mihi mundus crucifi
xus eſt &c. ego enim ſtigmata &c. Tali non
ſufficit aduocatus qui eſt conſcientia boni
uiri, quam tribuit ei dominus, qa. 1. Cor. 4.
nihil mihi conſcius ſum, ſed nõ in hoc &c.
Ideo Chriſtus ipſe rogatus in propria per
ſona ſe exhibet aduocatum. 1. Ioh. 1. Aduo
catum habemus dominum Ieſum &c. ideo
non eſt mirum ſi iuſtus ſperans in dño non
deficiet a cauſa. ſicut enim maturi fructus
manu colliguntur & reponuntur in horrea
& ne lædantur ſupponitur aliquid molle,
ſic, dominus quodammodo ſupponit ma-
nũ ſuam animabus ſanctis quaſi maturis
fructus colligendis, quę quidẽ manus mol
lis eſt & fortis. Mollis & ideo non ledun-
tur. ꝑs. Si ceciderit iuſtus non colli detur,
quia dominus ſupponit manum ſuam. For
tis quia Iob. 10. Non eſt qui de manu ſua
poſſit eruere. Vnde conſuetum eſt quòd in
morte anima fidelium domino commendã
tur. Comendamus (inquiunt) tibi domine
animas &c. Propter verbũ quod dixit. Chri
ſtus in cruce. Pater in manus tuas &c. Non
tam intelligens ſpiritum corporis naturalis
quantum ſpiritum corporis miſtici, & hoc
ad arcendos demones qui egrediendi po-
nunt inſidias. Quorundam tamen animæ
a deo non recipiuntur, quia peccatis defor
mantur. Secundum legem rem nõ dicitur
reddere, qui non reddit in ualore. Ideo. ꝑs.
Ipſi de manu tua repulſi ſunt, ſed potius
reddendum erat cum uſuris bonorum ope
rum. Matt. 25. Nonne oportuit te dare pe-
cuniam meam nummulariis &c. Tertio nõ
timent dęmones, quia boni angeli comitan
tur eos in exitu mortis, propter quod ange
lus domini conduxit Petrum uſque ad por
tam ferream. i. durum mortis exitum, quæ
ultro aperta eſt eis. ꝑs. Immittit angelus
domini in circuitu timentium eum. Dici
tur tertio quòd licet diabolus iuſtis nõ poſ
ſit nocere, tamen ſæpe conatur eos de ſpe
cie mali exitus infamare, & procurat ut mo
riantur electi, uel inteſtati, uel ex inſpera-
to, ita quòd aliquando contingit quòd nõ
habent ſolemnitatem exequiarum, qui ta-
men quantum ad Deum feliciter conſum-
mant dies ſuos. Sap. 4. Iuſtus ſi morte præ-
occupatus fuerit &c. Et iterum. Conſum-
matus in breui expleuit tempora multa.
Placita enim erat Deo anima illius, pro-
pterea properauit educere eum de medio
iniquitatis. Diabolus autem omnibus mo-
dis procurat, ut in hoc ſaltem infamet eos
quantum ad uulgi opinionem. Eccleſi. 11.
Bona in mala conuertens inſidiatur, & in
electis ponit maculam. Sed quicquid ma-
chinatur in cõſpectu Dei bonus eſt exitus
iuſtorum.

*C Mo. Tantu in morte. Quod iuſti non timent diabolum in morte.*

*Mors. Qđ diabolus iuſtos in morte ſæpe conatur diffamare.*

iuſtorum. Eccl. 1 Timenti deum bene erit in extremis. Sed quicquid honoris exhibeatur feneratori in extremis, tamen ſecũdum p̃s. Virum iniuſtum mala capienti interitu Hinc afferuntur circa feretrum cruces, luminaria, & thus, ex alia parte occulte parãtur ei tenebre truces, & ſulphura. Vnde & auis quæ euaſit laqueos aucupum canit cum euaſit, ſic anima in morte.

E *Mors Tẽtatio in morte. Vtrum animæ in exitu corporis uideant demones.*

Ad ſecũdo quæſitum in quo quæritur, ſi morientes videant quandoque ſpiritus bonos vel malos quos ſani videre non poterant. Et vtrum ſtante hora mortis ante animæ exitum uideant demones. Ad hæc reſpondetur quòd morientes quandoque vident ſpiritus bonos uel malos, quos ſani videre nõ poterant. vt patet per multa exempla Gregorii. vt de gerontio monacho. 4. dialo. c. 27. Vident etiam futura, vt recitat ibidẽ de aduocato quodam, & de mellito vocato & de puero armentario, & de theophanio, c. 28. & de multis aliis conſequenter. Sed de modo videndi dicitur quòd hoc poteſt fieri dupliciter. Vno modo ex ipſa ſubtilitate ingenij animæ. Nam mors medius punctus eſt inter hoc ſeculum & futurum, & quodammodo finis huius ſæculi & principium futuri, ſicut diluculum vel tempus quandocunque ſignatum inter noctem pręcedentem & diem ſequentem, quando dies in aliquo incipit clareſcere, eſt medium inter diem & noctem. i. finis noctis & principium diei. In quo quis conſtitutus plura videre poſtquam poterat prius in obſcura nocte conſtitutus, vel quam alius in nigra nocte detinetur. Dies autem huius ſæculi reſpectu alterius nox dicitur, quia ſicut de die clare oſtenduntur quæ de nocte abſcõduntur, ſic tunc manifeſta erunt conſilia cordium quæ nunc latent. Ita ſimiliter appropinquans morti & quaſi diem alterius ſæculi videre incipiens multas res illius ſæculi & apparitiones ſpirituum videre incipit, qui prius in obſcura nocte id eſt multum elongatus a die illo uidere non poterat, ſicut & qui illum circunſtant. quia adhuc a die illo elongati ſunt, qui morienti clareſceret, & ſic dies diei eructat uerbũ. i. dies alterius ſeculi oſtendit ſcientiam alterius diei. i. morienti. Secundo hoc poteſt fieri per reuelationem angelorum. Aliquãdo enim (inquit Greg.) exituræ animæ de corpore per reuelationem futura cognoſcunt. vt enim (inquit doctor ſanctus) Anima quandiu eſt in corpore intelligitur conuertendo ſe ad fantaſmata, ſed quando exit corpus intelligit per conuerſionem ad ſubſtantias ſeparatas, a quibus influxũ recipit & ſpecies. Ideo non eſt mirum ſi tunc anima iam quaſi ſeparata, ab huius ſæculi cognitione ad alterius ſæculi influentias ſe conuertat & eas recipiat. Tertio modo ſecundum Greg. quandoque fit vt dum corpus deſerunt, diuinitus afflate in ſecreta cæleſtia incorporeum mẽ is oculum mittãt. Sicut enim videmus quòd quando paries effoditur tantum paulatim effodi poteſt q̃ per eium dies ex alia parte proſpicitur. Sic corporis noſtri paries adeo quandoq; per infirmitatem ſuffoditur & actinuatur, q̃ anima ipſum deſerens per parietem illum diem alterius ſæculi videt, & ibi ſecreta q̃dam rimatur quæ ſæpe aſtantibus refert. Vnde Bonauentura. Morientibus electis quandoque datur pręlibare gaudium, ita ut de corporibus migraturæ animæ in ſecretis cœleſtibus manum mittant, ita ut ſicut deſperat reprobus cum perductus fuerit ad extrema, ſic econtrario ſperat iuſtus in morte ſua, quia ſicut ſpei ſolatium perit apud impios ita ſpes iuſtorum ſolidatur in ſaluantem illos, exemplificat hic de illo de quo Greg. 4. dia. qui vidit nomen ſuum & nomina omnium baptizatorum ſcripta in literis aureis. Sed non omnes electos tangit hæc mortis prælibatio, quia q̃dam mortis horrore deiiciuntur, & ita circa dolores corporis occupantur, ſic quòd ab huiuſmodi cœleſtia eleuari non poſſunt. alii incerti de termino cum terrore expectent diuinã ſententiam quare nec ad iſta ſublimari poſſunt, timor enim quodammodo ebetat intellectum.

Secunda propoſitio animæ exituræ a corpore non ſemper nec regulariter vident demones antequam exeãt a corpore. Probatur primo, quia multi exeunt ab hoc ſeculo. Alii loquentes & nihil iſtorum videntes. Alii videntes Chriſtum. vt Stephanus & plures alii. De quibus recitati Greg. in dial. Qui uidentes angelos, vel ſanctos, uel Chriſtum tradiderunt ſpiritũ vel etiam Stephanus videndo Chriſtũ obdormiuit. Alij qui moriuntur morte ſubita ita vt ſecundum Aug vix poſſit dici quãdo mors eos apprehendit, & manifeſtum eſt q̃ tales non vident ſpiritus malos ante mortem.



te. Præterea non eſt dicendum q̃ deus pius & miſericors in extrema neceſſitate ſuorũ fidelium ita vehementem tentationem immittat ſicut eſt de viſione actuali demonũ inducente hominum in deſperatione. Tertia propoſitio, aliq̃n fit diuino dei iudicio ſed occulto, q̃ aliqui tam boni quàm mali videant demones eos expectantes ante mortis exitum. quandoq; bonis hoc fieri permittitur ad humilitatem eorum ne ſuperbiãt de actibus ſuis & meritis, ſed in domino cõfidant. ut de btã Martha legitur q̃ adueniente morte uidit teterrimos ſpũs demoniorum. Vel ad oñſionem meritorum illius qui decedit, ut in tranſitu beati Martini, q̃ illam beſtiam videns non timuit ſed ſecurus ad dñm migrauit, vel ad noſtri inſtructionem, ut timeamus nos qui peccatores ſumus. Si ad ſanctorum mortem occurrunt demones ut eos rapiant, quid erit de nobis qui continue eorũ malã ſuggeſtionẽ ſecuti ſumus? malis aũt apparet non ad ſuã ſed ad noſtra vtilitatẽ, vt. ſ. terreamur eorũ dãnatione, & ut credamus eſſe malignos ſpũs & inferni tormenta. Vñ Greg. 4. dialogo. Mundi termino appropinquante, quãto certũ eſt in inferno amplius exurendos colligi, tanto & eadem tormentorum loca amplius vidẽtur apparere, q̃d eṗs deus ad correctionem uiuentium in hoc mũdo voluit oſtendi, vt mentes infideliũ quæ inferni tormenta eſſe nõ credũt, tormentorũ loca videãt q̃ audita credere recuſant. Exẽplũ ad hoc de heremita hypocrita, q̃ dixit ſe paulatim abſorberi a dracone. quarto dialogo. Exemplũ ad hoc adducit Ioh. gerſon. Q̃d quidam magiſter habuit quendã iuuenem pudicum & honeſtum, ſed per maliciam cuiuſdã alterius magiſtri ſeductus fuit, pluries tamen, monitus magiſtro ſuo noluit acquieſcere, ſed plus ſecundo magiſtro obediebat in crimine peſſimo quam amicis & deo. Res horrenda nimis. Venerunt amici eius ad eum viſitandum in magna pompa, & poſt cœnam retractis omnibus ad cameras ornatas, cum eſſet in lecto horrendæ cępit clamare & plangere. Venerunt ad eum ſerui ſui & amici, & dum neſcirent cur clamare, nec dicere vellet, appellatus eſt cito decanus eccleſiæ & canonici, qui peruenientes ad lectum hortabantur vt in deum confideret. Hæc cum diceret decanus, tandem puer eum audiens inſpexit terribilibus oculis dicens. Ve illi qui me ſeduxit: Ad quid, ad quid diuinum auxilium inuocabo ſuper me? Ecce iam uideo aptũ infernum, & p̃ſentes demões paratos me rapere. Et cũ hæc diceret auertens oculos cũ diris & miſerabilibus clamoribus miſerã aĩam exaltauit. Criſoſt. Ad terribiles viſiones variari ſolẽt morituri, quorum ſpeciẽ nullo mõ ferentes, & lectulos plerũque ipſos magno iacientes impetu concutiunt. & toruis eos qui adſunt aſpiciũt oculis. Vel quia vi a corpore reſcinditur anima. Vel quia ſpirituum ſpeciem ferre non poſſunt. Si enim terribiles timemus homines, quid faciemus cum minaces angeli reſcindentes animam a corpore nos inuadũt? Tunc anima a corpore tracta mala incaſſum deflet. Sic & diues ille poſt mortem multum plorauit. & nihil ſibi prodeſſe potuit. Hęc Criſoſ. Vidit prædictus, ſed nõ ad vtilitatem ſuam ſed nr̃am. Vident etiã ſancti bonos angelos & ſctõrũ ſpũs, ut patet de p̃sbytero vrſino qui dixit uxori. Tolle igniculũ, adhuc foculus eſt. cui apparuerũt Petrus & Paulus. 4. Dia. c. 12. Et ſic de alijs, & hoc ut dicit Greg. Iuſti aliquando in morte ſua ſanctorum præcedentium uiſiones aſpiciunt, ne ipſam mortis ſuæ pœnalem ſententiam pertimeſcat. & ſine dolore & formidinis fatigatione ſoluantur: Quarta propoſitio. Immędiate q̃ aĩa eſt exuta corpore ſuo obuiat agminibus malorũ ſpirituum, niſi diuina miſeratione repellantur. hoc expreſſe uult Gregorius ſuper euangelio. Homel. 39. ſuper illo. Venient dies in tẽ & circundabunt te inimici vallo. Qui (inquit) ſunt humanæ animę maiores inimici quàm maligni ſpiritus? quæ hanc a corpore exeuntem obſident, quam in carnis amore poſitam deceptoriis delectationibus fouent? Et multa quę ibi habentur ad longum. Item Abac. 3. Ante faciem eius ibit mors, id eſt antequam uideat moriens ſpeciem & faciẽ demonis, præcedet mors Bernar. Nonne oſtium domus noſtræ horribiles illi ſpiritus obſident? Nonne exitum noſtrum laruales illæ facies præſtolantur? Quis erit iſte pauor ò anima mea, cum dimiſſis omnibus quorum tibi, eſt præſentia tam iocunda, tam gratus aſpectus. cohabitatio ipſa, tam familiaris, ſola ingrediens incognitam pœnitus regionem occurrentia tibi catheruatim

tim ruere illa teterrima monſtra uidebis? Quis tibi in die tantę neceſſitatis occurret, quis tuebitur a rugientibus præparatis ad eſcam? quis conſolabitur, quis deducet? Et ſequitur. Felix anima illa quæ ſiducialiter inimicis ſuis loquitur in porta. quid hic aſtas cruenta beſtia? Nihil in me funeſte reperies. ps Beatus vir qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis. ſcilicet ſagittis potentis quæ ſunt ſagittę amoris, non confundetur cum loquetur inimicis ſuis in porta.

*Feria ſecunda poſt tertiam dominicam.* 40. *Ser.* 1. *& in ordine* 67.

*A Propheta. Quod nemo pphe ta acceptus eſt i pria ſua.*

NEmo propheta acceptus eſt in patria ſua. Luc. 4. Iuxta thema propoſitum alicui poteſt aſſignari duplex honor, Vnus tanquam perſonę, alius tanquam prophetę vel dignitati. Honor perſonæ impenditur homini propter res mundanas, ſcilicet propter diuitias uel parentes, & iſte honor magis habetur apud ſuos quam apud extraneos. Sed honor prophetæ qui propter virtutem & ſcientiam impenditur, maior eſt apud extraneos, quia ſui ſemper reſpectum habent ad progenitores, uel ad mores iuuentutis vel infantiæ. Mat. 13. Nonne hic eſt filius fabri? Nonne mater eius dicitur Maria & fratres eius Iacobus, & Ioſeph, & & Simon, & Iudas? Immo nec in patria propria inuenitur Ieſus. Requirebantur enim eum inter cognatos & notos. Luc. 2. nec inueniebatur. Nec religio inter ſuos parētes nutritur. Vndę fugit Iohannes Baptiſta in heremum ſuæ ætatis anno quinto. Nec inter eos ſecretum cœleſte reuelatur. Hinc Moyſi in Madiā, & Abrahā in monte, & nō in domibus eorum factæ ſunt reuelatiōes, nec ibi decor animæ perficitur. Pſal. Audi filia & uide & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui, & concupiſcet rex decorem tuum. Nec ibi propheta honoratur. Mat. 13. Non eſt propheta ſine honore, niſi in patria ſua, & in domo ſua. Cauſa autem huius contemptus eſt cognitio infirmitatis, exhibitio familiaritatis quæ parit contemptum, & appetitus nouitatis. Sua enim cuique naturaliter uileſcunt. immo & dominus in propria uenit, & ſui eum non receperunt, nec cognouerunt. Alii uero ut gentiles, eum receperunt, qui facti iam ſui non tantum prophetam eum habent, ſed etiam uerum filium Dei & Saluatorem mundi, & matrem eius, ut genitricem Dei colunt ad quam ſalutandam nos conuertemus dicentes. Aue.

*B Propheta. Quod ... ma ... conſ ... re.*

Quia nomen prophetæ neceſſariū eſt ſalutari doctrinæ (Famę enim prædicatoris multum cōfert ut eius doctrinæ credatur. Ideo maxime debet ſolicitari prædicator aut propheta de nomine ſuo, ne forte inficiatur detractionibus inuidorum. & in ſermone debet multum cauere a familiaritate & loquacitate, quia ex eo maxime læditur famas a propinquis. Nemo. n. ſine crimine viuit. Cognoſcunt aūt hæc crimina a familiaribus & a notis, pp quæ uerificatur verbum Chriſti. Nemo propheta acceptus eſt in pria ſua. Propter quod in hoc ſermone de reſtitutione famæ & morum dicetur. Tripliciter enim quis pōt dānificari. ſ. in bonis naturæ, in bōis fortunæ, & in bonis grāæ Et adhuc in bonis grāæ dupliciter. Primo in bonis grāæ gratis date, ut in fama. Secūdo in bonis grāæ gratum facientis, vt in bonis moribus. De duorum primorum reſtitutione alibi tractabitur. Hic aūt de reſtitutione duorū poſtremorū. Et primo de reſtōne fame. Vñ quattuor modis poteſt quis dānificari in fama. Primo per contumeliæ illationem & hoc priuatim vel coram aliis in faciem eius, ut cum quis dicit uerba importantia defectum notabilem culpæ, ut vocādo eum latronem, proditorem adulterum & ſic de aliis. Vel etiam cum dicit verba exprimentia defectum naturæ intendens eū iniuriari, ut vocando eum ſtrabonē, uel illegitimum filium & ſic de aliis, quod proprie dicitur conuitium. Si hoc faciat animo iniuriandi tenetur ſatisfacere proximo ſic læſo & placare ipſum quantum pōt petendo ueniam, vel alio modo. & hoc priuatim uel publice ſm q̄ priuatum uel publice cōtumeliam intulit. Et ſi in ipſa contumelia aliquod falſum expreſſit, tenetur coram illis qui audierunt exprimere ſe falſum dixiſſe. Augu. ubi peccatum natum fuerit, ibi moriatur. Si vero prælatus ſubdito, pater filio, uir vxori, magiſter diſcipulo dominus ſeruo dixerit verba contumelioſa, hoc faciens ex correctione, non tenetur petere veniam tali ſm Auguſtinum in regula dicentem prælatis. Si etiam ipſi modum uos exceſſiſſe ſentitis, non a uobis exigitur ut a uobis

*C Reſti... Quaſi... pliciter põt q̄s dānificari ... fa.*



a uobis ſubditis ueniam poſtuletis. Sed ſi hoc facerent multū iniurioſe & liuore uindictæ, tunc tenerent prælati a ſubditis petere ueniam & reconciliari læſis. Atn̄ ſi cōtumeliam recipiens poſtea domeſtice conuerſetur cum contumeliante & familiariter, tunc uidetur oſtēdere remiſiſſe iniuriā & reconciliatus eſſe. & conſequenter iniuriantem non teneri ad alias petendum ueniam. ſecundum Durandum in ſumma. Secundo damnificatur quis per detractionē, & hoc poteſt duobus modis fieri. Primo imponendo falſum crimen uerbo, cantinela, uel famoſo libello. & talis tenetur illis coram quibus detraxit declarare ſe falſum dixiſſe quantuncunq; inſurgat ei erubeſcētia, niſi ex hoc immineret ei magnum vitæ ſuæ periculum, uel aliquod aliud grande inconueniens. Et ſi nouerit q̄ ille cuius famam abſtulit ſciret ipſum detractorem, tenetur detrahens componere cū infamato per eum de iniuria ſibi facta & ueniam poſtulare in propria perſona ſi audet, uel per aliam ſi per ſe apte non pōt. Si aūt ignorat infamatus detrahentē, reconcilietur ei tacito noīe ſuo. Sed dicet detractor. Quid tāti eſt fama eius, ut me propter eum debeam diffamare? Teneor enim magis meam q̄ alienam famā zelare. Retractādo vero uerbum me diffamo.

*D Fama. Q̄ fama eſt maximū bonū tēporale.*

Dicitur primo q̄ fama hois magis eſt appetenda q̄ quodcunque bonū temporale. Præcellit enim diuitias. Prouer. 22. Melius eſt nomē bonum quàm diuitiæ multę. Item delicias. Eccl. 7. Melius eſt nomen bonū, quàm unguēta præcioſa. Item honores. Gen. 11. Gigantes turrim altam uoluerunt ædificare, ut nomē ſuum celebrare poſſent. Et quia propter nomen celebrandum turris eminentiam ædificauerunt, nomen honoris præeminentiæ prętulerunt. Nec idem eſt honor & fama. Multi enim honorantur, qui inter honores diffamantur. licet non ſit bona fama ſine honore. ps. Honorabile nomen eorum coram illo. Et ideo qui perdit famam, perdit inter cætera temporalia maximum.

*E Fama. Quātū malū eſt tollere alicui famā ſuā.*

Secundo dicitur quod nomen bonum ad tria utile eſt huiuſmodi. Primo ad bonorum operum excitationem. Redditur enim homo maxime idoneus ad executionem boni operis in conuerſatione humana ex bona fama. eccleſiaſt. 11. Curam habe de bono nomine. Hoc enim magis permanebit tibi quā theſauri multi magni & præcioſi. Secundo vtile eſt ad peccata uitanda. Propter conſeruationem enim bonę famæ abſtinet homo multotiens a peccatis multis. Cuius ſignum eſt quòd cum uidet homo ſe famam amiſiſſe, pro nihilo habet peccare. Hiere. 2. Frons meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Hieron. ſuper Matthæum. Corripiendus eſt frater ſeorſum, ne ſi ſemel pudorem vel uerecundiam amiſerit, ſemper permaneat in peccato. Tertio utile eſt ad aliorum venerationem. Vir bonæ famę ueneratur ab omnib. Eccle. 45. Dilectus deo & hominibus cuius memoria in benedictione, & ſi non diligitur ab omnibus per operum imitationem, ſaltem diligitur per gloriæ dei manifeſtationē. 2. Pe. 2. dicitur quòd Loth aſpectu & auditu ſanctus erat. habitans tamen apud eos qui de die in diē animam iuſtam iniquis operibus cruciabant. Sed qui audiunt aliquem eſſe male famę, ipſum contemnunt. & quandoque propter eū cęteros ſui ſtatus innocentes. Aug. ſuper illo. ps. Aduerſum me loquebantur qui ſedebant in porta, & hoc in epiſtola ad plebęm hipponenſem. Ad quid aliud ſedēt homines in porta & quid aliud captant, niſi ut cum quis epiſcopus, clericus, uel monachus, uel ſanctimonialis ceciderint, omnes tales eſſe credant? Et ſic diffamatus iniuſte propter primum perdit ſtimulum ad bñ agendum. Apis quæ ſtimulum perdidit non plus mellificat. Propter ſecundum perdit frenum, cuius defectu ruit in oīa malorum præcipitia. Propter tertium perdit hinnitum, ut doctrina ſua paruipendatur a populo. Ex quo apparet quantum malū a iniuſte alteri famam tollere. Diabolus autē cuius non pōt contaminare conſcientiam, attentat corrumpere famam, ut patuit in uxore putipharis, quæ dum non potuit maculare cōſcīam, extinxit famā, & in ſenibus iudæis contra Suſannam, cuius dum nō potuerunt corrumpe corpus, corruperunt famā. Eſt. n. fama multū conſcīæ propinqua, quia ſicut obſeruanda eſt pp nos conſcīa, ita & pp proximū fama. Tertio dico cū doctore ſubtili in 4. Diſt. 15. q̄ licet tenearis ſeruare famā tuā, plus tñ teneris alteri reſtituere famā iuſte q̄ tenere famā tuā iniuſte q̄a teneris bonū aīæ ſuæ pręponere bono famæ tuæ. Nec hoc faciēdo te diffamas ſed amoues falſam tui laudem & reputationem.

tionem. Reputaris enim verax, & tu es peſſimus mendax. F Quarto dicitur quòd te diffamaſti quando mētitus es alteri crimē imponendo. Si quis fornicatur tribus vidētibus, illi poſtea accuſantes non diffamant eum ſed ipſe ſe diffamauit in illo facto publico. Igitur & tu qui mentitus es coram duobus vel tribus, iam te in publico diffamaſti mentiendo. In quo apparet quàm periculoſum eſt iniuſte alium diffamare. Sic enim eſt de verbis diffamantis ſicut de uocibus quæ dicuntur ſonus echo a montibus repercuſſis. Si enim homo clamando ibi aliquid dixerit, ſtatim mons conuacuus eandem vocem reciprocabit. Sic vox infamię prolata, eſt ſuiipſius multiplicatiua, & de vno ad alium tranſmittitur. quia audiētium aures ita repercutit quod vnus ad aliū ipſam libenter trāſmittit. Qui ergo iniuſte diffamatur, quaſi irreuocabiliter læditur, quia quod audientium aures pertrāſit, vix amplius reuocatur. Bernar. in ſermone. Leuis eſt ſermo, quia leuiter volat, ſed grauiter vulnerat. leuiter tranſit, ſed grauiter vrit. leuiter penetrat ſeu profertur, ſed nō leuiter reuocatur. ideo per eum charitas cito violatur. Quid ergo faciet innocens iniuſte diffamatus? Nullum certe remedium eſt niſi ad deum recurrere veritatem implorando, & in ſua innocentia confidendo, quia ſicut nebula in ſolis aduētu delectur, & in aere prius ſublata claritas reparatur ſic clara & certa veritas ſolet finaliter pualere, nubes & nebulas falſarū infamiarū tollere. & aerē obſcuratū. i. hoīem indebite diffamatū, ad claritatē famæ priſtinā reuocare. Sap. 2. Tranſiet ſicut veſtigiū nubis, & ſicut nebula diſſoluetur, q̄ fugata eſt a radiis ſolis. Luc. 12. Nihil opertū qđ non reueletur. Secundo pōt eum diffamare prodendo aliquod crimen ab eo uere perpetratum ſed occultū, infamia tñ ductus non ſeruato ordine iuris in publico ipſum prodendo. Et ſic dicitur primo ꝙ iſte non tenetur retractare verbū ſuū qđ propoſuit in publicū, qa hoc faciendo mētiret̄ qđ non dēt facere pp quodcunq; bonum alteri reddendū. Secundo dr̄, ꝙ quia nō ſeruauit ordinem iuris corrigendo. ſ. per ſe & fraternaliter, vel iudici reuelando, ſed magis ex detractione. peccauit grauiſſime & ideo tenetur ei ad reſtitutionem aliqualem & aliquo licito modo pōt dicere corā aliis. Non credatis illum eſſe talem qualem dixi. Male enim dixi & fatue, quia ſcilicet nō ſeruato ordine iuris propoſui illud in publicum quod non erat publicum. Quilibet enim præſumendus eſt bonus niſi probetur contrarium. Dr̄ tertio ꝙ non teneret̄ ſi ex tali publica recognitione talis infamatus amplius infamaret̄. nec qñ ſibi imminet periculum ex parte aduerſa quā diffamauit. uel ſi crimine qđ prius erat occultū poſt detractionē factū eſt manifeſtū ꝑ aliū modū q̄ per uerba illius. Et ſic qñ nō pōt famā ſic reſtituere, dēt ſi pōt ꝑ aliū modū recōpēſare. Tanta. n. & tā tenax ei infamiæ macula, ꝙ uix inuenitur modus eam delendi. Macula in ſpeculo cōtracta ex aſpectu mulieris menſtruatę, quacunq; ablutione deleri nō pōt. Quarto dr̄ ꝙ ſi quis alterius crimen reuelat non ex odio uel loquacitate, ſed ex charitate, iuſtitia, uel ex neceſſitate. puta dicit eccleſiæ ſcđm ordinē correctionis fraternæ. uel accuſat eum coram iudice, uel cōfeſſori dicit ut oret pro eo & moneat eū, uel prælato. vt melius ꝓuideat ſibi & gregi ſuo, & ſic nō tenetur ad famę reſtitutionē. Hæc de tarētaſia. Tertio pōt qs dānificari in fama detractiones auditas corā aliis recitando, non tñ expreſſe aſſerendo, nec tāquā certū dicendo, ſed pro ut audiuit tale crimē ab aliquo, qđ neſcitur auditoribus ſcđm Scotum. Talis ſic incaute loquens de alio dicendo. Audiui quòd ille fecerit, forte ille hoc fecerit, poteſt eſſe quòd fecerit, niſi ille oſtendat certitudinē maiorē quam ex relatione cō, non aufert ille ex natura actus famam in opinione audientium, quia ſi illi firmiter concipiunt & credet ex hoc illum de quo eſt ſermo criminoſum ēē, leues ſunt quia. Eccl. 19. Qui cito credit, leuis eſt corde. & Cato. Rara fides ideo, quia multi multa loquuntur. Secundo dicitur quòd talibus a ſcandalo puſillorum cauendum eſt. Matt. 18. Qui ſcandalizauerit unum de puſillis iſtis minimis qui in me credunt, expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius &c. Et multi ſunt tales puſilli & leues, ideo periculoſum eſt corām eis talia audita referre, & ſi hoc fiat intentione mala, ſcilicet ledendi famā eius non facile excuſari pōt a mortali. Si autē fiat coram leuibus corde & puſillis ex inconſideratione, durum uidetur, dicere quòd eſſet mortale. Et ſi quis ex talibus in

*Detractio. Qđ periculoſum eſt dicere aliqđ uerbū detractorium.*





curreret notam infamiæ dicitur ab aliquibus quod tenetur famam reſtituere corā illis corā quibus locutus eſt, nō aūt ſi nō eſt ſecuta infamia. Et in talibus maxime cauādum eſt relationibus a mixto inter relatā mendacio. Vix enim ex odio huiuſmodi inferuntur, quin referens adaugeat crimen uel aliquid de ſuo apponat. Lingua enim in lubrico poſita eſt. Quarto damnificatur quis cum accuſatur in iudicio de crimine quod commiſit, ſed occulto nec ſufficiēter probabili, & tunc cum illud crimen negat negās quodammodo vr̄ infamare accuſantem. Nec talis negās (ut dicit Scotus,) tenetur retractare negationem ſuam, quia non tenetur quicunque in iudicio ſtatim confiteri ſe reum nondum conuictus, & alius male proceſſit accuſando & non habendo unde poſſet probare. Si autem ille peccauerit negando crimen coram iudice quod probari non pōt, quia de hoc eſt controuerſia apud doctores, & quicquid ſit iudices nō debent querere de iudicijs occultis, nec niſi de his quæ probari poſſunt vel ſunt vehementer ſuſpecta. Nō. n. læditur reſpublica ſi iudicium diuinū excedat reipublicę iudiciū. Nā aliqua reſeruantur iuri diuino ſup q̄ ferri non pōt iuſtū hoīs iudiciū quia hō videt ea quæ parent, deus aūt intuet̄ Cor. 1. Reg. 4. Siue aūt talis peccet ſiue non qa deſſident inter ſe doctores oēs tñ in hoc concordant ꝙ de negatione illa facta publice corā iudice debet pęnitere, ēt dato ꝙ nulla eſſet ibi culpa, qa ſecūdū Greg Bonarū mentiū eſt ibi agnoſcere culpā ubi culpa nō eſt, & ſibi imputet qui accuſat alium de quo probare nō pōt. Dicitur ſcđo ꝙ ſi quis ui tormentorū ſe uel aliū de crimine falſo accuſauerit, nō peccat mortaliter ſic accuſando, quia violentia excuſat dummō poſtea non ratificet, quia ſi ratificaret peccaret grauiſſime. G Secundo de reſtitutione morū eſt dicendū. Vbi aduertendū eſt ꝙ quatuor modis poteſt quis eſſe cauſa ꝑditionis aīæ alterius quo ad mores, uel ſaltē inferendi dānum moribus eius. Primo q dē verbo inducendo alium peccatū, & hoc ſuadendo, conſulēdo, aut ꝑcipiendo & hoc mortale eſt, ut patet in macquærellis inducentibus ad lupanar, in inducentibus ad ludū aleaꝝ. Aug. Si fratri tuo male ꝑſuades occidis. Exemplum in illis qui dicunt verba luxurioſa ea intentione ut alij moueantur ad peccatum. Tales plus uidentur peccare quàm illi qui comburunt eccleſiam aliquo modo, quia quantum in ſe eſt multa templa ſpiritualia comburunt. Hoc eñ proprie eſt templum dei ubi habitat ſctā trinitas materiale vero nō eſt niſi propter homines. 1. Cor. 3. Neſcitis quia templū dei eſtis uos & ſpiritus ſanctus habitat in uobis? Si quis templum dei violauerit, diſperderet illum deus. Tales enim uocantur foues diaboli. Iob. 41. Halitus eius prunas ardere facit. Et ſecundum Scotum omnes tales tenentur reſtituere damnum modo ſibi poſſibili ſcilicet inducendo eos efficaciter ad pœnitentiam & ad actus uirtuoſos, & ſi ſola inductio per uerba non ſufficit, quia facilius eſt peruertere quàm conuertere, tenetur quantum pōt per orationes ſuas & ab aliis procuratas, & perſuaſiones aliorū efficaces, dū tñ non prodat illorū pctm̄ occultū. Ex quo patet q̄ periculoſum ſit inducere aliū ad peccandū quia vix dignare poteſt hō reſtituere, cum uoluntatem iam ad malam aſſuetam quaſi impoſſibile ſit reducere ad ueritatem, & cū bona uirtutis ſint maxima conſideretur quantū illi dānificātur. Vult. n. Auguſti. ꝙ tales aliquo modo plus peccant q̄ qui Chriſtū crucifixerunt, quia plus amatur quod emitur q̄ quod ꝑeo datur, ſed Xp̄s dedit corpus ad crucifigendum pro aīabus, ergo aīæ plus amant̄ ab ipſo q̄ corpus proprium, ergo plus peccat quæ aīas auferunt, quàm qui eū crucifixerunt. De quibus in canonica iude. Ve qui in uia chayn abierunt, qui interfecit fratrē ſuum. Conſulunt quidam quòd talibus iniungatur in pnīa, quòd ſicut ſubtraxerunt deo aīas, ita ſi cōmode fieri pōt laborēt ut ei reſtituant̄. Deus. n. amplius diligit aīas q̄ denarios. Bern. Totus mundus ad unius aīæ ꝑcium æſtimari nō pōt. Nō. n. pro toto mundo deus aīam ſuā dari uoluit, quā pro aīa humana dedit. Si ergo deus vult reſtitui denarios ablatos, multo plus aīas. Iō Sap. 11. Per quæ qs peccat, per hęc & torquetur. Præterea nullus pōt habere ius in paradiſo, qui non uult tm̄ facere ꝓ deo ſicut ꝓ mundo vel pro diabolo, ſicut laboraſti ſeruiēdo mūdo vel diabolo, ſeducendo mulieres & ſocios trahendo ad malū ergo ita debes ēē ſollicitus de eis trahēdis ad bonū. Hac pnīam īponebat. Paulus Romanis carnalibus quibus prædicabat. Roma. 6.

*Reſtitutio de reſtitutiōe morum.*

Humanum dico propter infirmitatem carnis,veſtre vt ſicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immũdicie,& iniquitati ad iniquitatem , ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ ĩ ſanctificationẽ , quaſi dicens.Compatior vobis,non grauia portare conſueuiſtis, ſed hoc dico vobis ꝙ nunc pro deo tantum faciatis,quantum pro diabolo feciſtis.nec poteſtis minus . Quòd ſi non poſſit ſeductor quem ſeduxit a malo retrahere,debet ad deum recurrere & dicere.Dñe deus feci quod potui,nihil amplius poſſum facere.tuum eſt negocium, ſubueni creaturæ tuæ . Et ſic multotiens accidit ꝙ feruida oĩone impetratur gratia peccatori, quod fieri non poterat exhortatione . Sic Stephanus pro ſe lapidãtibus orauit,& Paulo gratiam impetrauit. Sed dicet quis difficile immo impoſſibile eſt animas deo reddere quas traxi ad peccatum inhoneſte ornando vel choreando . Mille aĩe qñq; eita capiũtur nec poſſum clamare per villas ut pęniteant , nec ſcio qui ſunt vel quot ſunt, vel quos & quas traxi ad peccatũ . & ſi forte irem ad mulierem quã traxi, recidiuarẽ uel me diffamarẽ.cũ tñ dicat. Eccl.11.Curã habe de bono nomine.Reſpondetur primo ſm ꝙ Zacheus dñ. Luc.19. Si quid aliquẽ defraudaui,reddo quadruplum Licet enim mulieres cum quibus peccaſti forte reddere nõ poſſe domino propter pericula,tamẽ ſi potes debes eas trahere.ſi nõ potes,alias trahe.Si enim mutuo accepiſti quinq; ſolidos.nõ oportet eos in eadẽ forma reddere ſufficit in æqualitati Et ꝙ hoc ſit facillimũ Nã ſi eſſet aliquis qui captus eſſet propter furtũ quod feciſſet regi , & pcepiſſet rex ꝙ ſuſpenderetur & duceretur ad patibulum, iã ſibi paratum, ſi quis tibi diceret. Amice do tibi denarios quos furatus es , dũmodo reddas eos regi,nec aliter poteris liberari iocundum eſſet ei & facile accipere denarios & reddere. Sic dico vobis.Furaſti eſtis deo animas propter quas iudicati eſtis ad mortem inferni.Dicit iuſtitia dei.Redde ꝙ debes Mat. 18. Venit ex alia parte miſericordia dei qui nos redemit & adhuc vult redimere de ſuſpendio.Tren.3.Miſericordiæ dñi quia nõ ſumus conſumpti . Luc.1. Per viſcera miſericordia dei qbus viſitauit nos &c.Dicit ergo miſericordia Ecce ego tibi animas quas acquiſiui,quia meę ſunt, per quas poteris te redimere.Nihil enim tibi conſtabunt. Paſcho enim eas. Pro ſolo verbo exhortationis potes eas acquirere & ſaluare,ẽt ipſum verbum dabo tibi.Mat. 10. Non enim vos eſtis qui loquimini , ſed ſpiritus patris ueſtri . Accipite ergo animas & reddite Deo . Sed dices . Si laborarem ad conuertendum animas : perderem laborem meum , quia nihil facerent propter me , vel ſtatim recidiuarent. Contra hoc , quia ſiue conuertantur ſiue non nihil amittis. Deus enim melior eſt & iuſtior omnibus . Sed ſi quis laboraret in agro vel uinea alicuius fodiendo, putando vel fimum portando, & peteret mercedem ſuam a domino vinee vel agri in veſpere, ille non diceret expecta donec veniat fructus,& ſi veniat ſoluam tibi,& ſi non, non ſoluam.ſed ſtatim facta dieta fideliter ſoluit ei . Si ergo laboraſti in vinea domini monendo alios & exhortando ad bonum verbo exemplo , & aliis modis quibus potes,quia fideliter feciſti quod in te eſt, ſiue veniat fructus ſiue non:ideſt ſiue conuertãtur ſiue , non tamen recipies inde mercedem. Ideo bene dicebat Paulus. 1.Cor.15. Plus omnibus laboraui,non dicit plus omnibus profui,aut plus omnibus fructificaui Nouerat enim homo quem docuit deus, quoniam vnuſquiſque ſm laborem accipiet,non ſecundum prouentum Er ob hoc in laboribus potius q̃ in profectu gloriãdũ putauit Poeta . Non eſt in medico ſemper releuetur vt eger. Sed dices vlterius,quãdo ego laboraui & retraxi eos a peccato, ſtatim redeunt ad peccatum.vnde Anxior. Reſpondetur ꝙ nihil amittis, quia vbi maior labor,ibi maius lucrum. ſed plus laboras ſolicitudine & dolore cordis pro illis qui redeunt ad peccata quàm de alijs qui perſeuerant in bono. Auguſtinus. Multum torquet iuſtum iniquitas aliena. Peccata.n. proximorum frixoria ſunt.Bern.Malorum quos corrigere nequeo quaſi ſup impoſitũ onus porto,& ita plus merer q̃ ſi perſeuerarent. Item de illo opere bono de quo in pñti minus habetur honor & gloria , plus habebitur in futuro de mercede. Sed de illis qui recidiuant minus laudaberis in præſenti , quia ſi omnes remanerent , haberes maiorem laudem humanam,& ex hoc forte vanã gloriam, & ita minus de præmio.

Secundo poteſt quis damnificare alium reuocando a meliori bono.ut a religione, uel



*Reſtitutio. Quõ poſſibilis eſt reſtitutio aĩarum pctarum.*

*Rſſi. Quã perdita bonũ reuerſio aĩa dua hiiſ*



uel a facienda pœnitentia aliqua . Contra quos Prouer.3.Noli prohibere benefacere eum qui poteſt,ſi vales & ipſe benefac.Noli ſcilicet prohibere per detractiones vel irriſiones diſſuadendo uel retrahẽdo.Gregorius. 8. moralium . Sæpe lingua a bono opere dum vituperat, reuocat . Tales ſunt ſicut maſtini diaboli cuſtodientes gregem ipſius,quia ſicut canis paſtoris quando videt aliquas oues de grege recedere latrat contra eas, & facit eas iterum redire ad gregem.ſic & iſte contra eos qui uolunt exire de grege diaboli, & faciunt eos redire ad peccata . Et ſicut ille non diceretur uerus Chriſtianus qui Chriſtianos a carcere ſarracenorum liberatos faceret iterum capi & incarcerari , ſic multo fortius illi qui liberatos a carcere diaboli & a uinculis eius per confeſſionem & contritionem, per deriſiones & detractiones ſuas iterum capi faciunt . Tales perſequuntur Chriſtum in corde pœnitentis per gratiam natum. ſecundum quod dicit Bern. Si quid ad ſalutem pertinens,ſi quid religionis oritur.quicunq; reſiſtit.quicunq; repugnat, plane cũ egiptiis paruulos iſraelitici germinis necare conatur. imo cũ Herode naſcẽtẽ perſeqtur ſaluatorẽ.Iõ neceſſarium eſt de talibus verbis malis confiteri & ſatisfacere Vnde qui aliquem a religione reuocat aut reuocatus eſt profeſſus , & tunc debet illum inducere ad iterum ingrediendum, & ſi non uelit tenetur alium eque idoneum procurare.Quod ſi facere non poſſit, tenetur ipſemet intrare . Si autem non fuerit profeſſus, & fuerit perſona idonea & habilis ad intrandum , & hoc fecerit intentione conſulendi ſue vtilitati ſine fraude , tunc non tenetur religioni.Vel quia forte in ea male uiuitur,& tunc nec ſibi nec religioni tenetur . Aut hoc fecit intentione damnificandi religionem , & tunc tenetur uel ipſum uel alium equiualentem inducere ad religionem. Tertio poteſt quis damnificare alios ſuo malo exemplo , ut prælati qui ſubditos ſuos ſcandalizant pompis & laſciuiis & malis moribus ſuis : & mulietes ſuis ſuperfluis ornatibus & tripudiis,& alii manifeſte peccantes,& præcipue quando paruipendunt aliorum ſcandalum,propter quod alii ruunt in diuerſa uitia . tales tenentur ad ſatisfaciendum bonis exemplis manifeſtis. Non autem tenentur propter hoc da aliquam publicam pœnitentiam , ſed ad ædificandum alios bonis moribus manifeſtis, ſicut ſcãdalizauerunt eos per mala exempla manifeſta. ut ſi in ornatu portaſti ſignum diaboli , in pœnitentia ſigna portes humilitatis.& hæc erit mutatio dextere excelſi , & ſic inuenietur gratia & fama perdita . Vnde tres reges propter Herodem , ideſt propter gloriam in pellibus & ornatu , perdiderunt ſtellam. dimiſſo uero eo,ſtellam gratię & famæ inuenerunt . Qui enim eſt alteri occaſio & ſcandalum ruendi in peccatum, tenetur aliquo modo ad reſtitutionem uel ſatisfactionem. Patet primo , quia uita ſpiritualibus dignior eſt temporali, ſed qui procurat aliquo modo mortem temporalem alicuius peccat mortaliter , & tenetur iuxta poſſibile illi reſtituere, ergo multo fortius uitam ſpiritualem qui poteſt procurari per ſe uel per alios reuocando . Secundo, ſi quis propinaret filio regis ciphum veneni mortiferum adhibendum, licet ille refutaret,tamen ſi rex ſciret quacunque intentione faceret, offerentem morte puniret , ſed ſic eſt de illis qui ornatu libidinoſo uel alio modo prouocant ad libidinem , qui quantum in ſe eſt propinant aliis mortiferum potum . Chriſoſt. Si uir uel mulier ſe ornauerit & uultus hominum in ſe prouocauerit,& ſi nullum inde ſequatur damnũ, iudicium tamen patietur æternum . Venenum enim obtulit quanquam qui biberet non fuit. Tertio ſi quis haberet aduerſariũ qui uellet eum occidere, ille qui miniſtraret arma aduerſario & gladium euaginatum,eſſet reus mortis,ſed in ornatu & choreis diabolo aduerſario noſtro offerũt gladium euaginatum,nõ ſolum unum, ſed tot quot ſunt mulieres uel uiri ornati . Cantu enim luxurioſo habitu & geſtu interficiũt aſpicientes.Ideo Bern . Vtinam ſoli impugnarent nos maligni ſpiritus cum ſuggeſtionibus ſuis , & nihil nocerent homines pernicioſis exemplis & aliis mille modis . Quarto ſeducendo & corrumpendo uirginem extra matrimonium.Exo.22. Qui ſeducit uirginem & dormit cum ea , dotabit eam & habebit eam uxorem , & reddet ei iuxta modum dotis quam uirgines ſolent accipere. Damnificauit enim eam in caſtitate uirginali auferendo ei theſaurũ irrecuperabilem,ideo ſaltem tenetur ei ad reſtitutionem

tutionem caſtitatis coniugalis, accipiẽdo eam in uxorem uel dotando, & ſi promiſerit eam etiam ducere in uxorem, tenetur etiam ratione promiſſionis, niſi eſſet nimis diſparis conditionis. Vnde fraus non potuit deprehendi, & tunc ſatisfaciat ei ad arbitrium boni uiri, & multo plus ſi illam uiolentauit.

*Eadem feria ſecunda poſt tertiam dominicam. 40 Ser ſecundu, & in ordine. 68.*

*A Bapiiſmus. Qđ aqs baptiſmi regeneramur.*

LAuate & mundaberis. 4. Reg 5. Anima tripliciter lauatura peccato. Primo ꝑ baptiſmi regenerationem, ſicut aquila quę deſcendens ad fontem plumas ueteres mutat, & iuuentus ipſius renouatur. Pſa. Renouabitur vt aquilę iuuentus tua, quia in fonte baptiſmi plumę ueteres peccatorum dimittuntur, & homo ſpiritualiter renaſcitur & quaſi nouiter generatur. Secundum tamen Plinium. licet plumbum poſſit dealbari & lauari, nunquam tamen poteſt ſua immundicia totaliter ablui propter ſuæ materiæ groſſiciem & impuritatem, quæ eſt argentum uiuum immundum & ſulphur immundum & fœtidum. Sic cũ ſimus creati ex impura materia carnis & ſanguinis. licet per baptiſmum ſpiritus poſſimus ablui; impuritas tamen carnis noſtræ ſcilicet concupiſcentia & uilitas, non potes a nobis pœnitus remoueri, quamuis per baptiſmum habeat temperari. Secundo lauatur anima per confeſſionem, ſicut riuulus qui exit a fonte mundificat loca ꝑ quæ tranſit. Vocalis enim confeſſio quæ exit ab ore eſt omnium criminum purificatiua. ps: Aſperges me domine yſopo quæ eſt humilis herba purificatiua ideſt humili confeſſione, & mundabor. Tertio per cõpunctionem. ps. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum. ideſt cõſcientiam meã.

*B Cõfeſſio. Qđ ꝑ confeſſionem & cõtritionẽ lauamur.*

Sed quamuis prima lotio ſit totaliter perfecta, ita, quòd per baptiſmum omnes culpæ & pœnæ deleãtur. ut homo reſtituatur ſtatui innocentiæ tamen duæ ultimæ latio nes ſunt imperfectę. Vnde in ſcriptura ſæpe dimidium imperfectionem ſignificat. Quod figuratur Exod. 25. in compoſitione archæ. ubi ſemper additur dimidium in mẽſuris. Habebit enim in longitudine duos cubitos & ſemis. in latum cubitum cum dimidio, in altum totidem: ad denotandum

*C Dimidiũ. Qđ dimidiũ ĩ ſcripturis imperfectionẽ ſignificat.*

arche. i. eccleſiæ ſecundum tres virtutes theologales dimenſiones imperfecta. ſ. lõgitudinẽ fidei, altitudinẽ ſpei, & latitudinẽ caritatis pro ſtatu huius uitæ. Semper enim habent aliquid quod non eſt niſi dimidiũ. ideſt imperfectum & imcompletum. Ex parte enim cognoſcimus & ex parte prophetamus. 1. Cor. 13. Iſta imperfectio ſignificatur in Chriſto qui ſolum tribus annis cum dimidio apparuit in populo ſcilicet ꝑ tps. & tpa & dimidiũ tẽporis ad denotãdũ ꝙ nihil eſt in hac uita quod non ſit multũ diminutũ ẽt in uiris ſpũalibus & perfectis. Sicut figuratum eſt in ſeruis dauid quibus rex Amõ dimidiam raſit barbã. 2. Reg. 10. quia ſemper diabolus pro uiribus nititur dimidiare & radere barbam noſtrã: Vt ergo perfecte lauari poſſimus, ad ſignatũ fontẽ accuramus clauſumq; ut aperiat btã uirgo eam ſalutabimus dicentes. Aue.

Iuxta verbũ propoſitũ. Primo dicemus qualiter Naamã ſyrus morbo lepre infectus erat. Secundo qũo ſe diſpoſuit ad ſanitatẽ procurandã Tertio tangit lepre ipſius curatio. Quarto diuinę laudis poſt curationẽ confeſſio. Primo igit dicit textus ꝙ Naamã erat uir diues & fortis ſed leproſus. Vñ in ſcripturis lepra vr multa ſignificare. Primo ſignificat notã ĩfamię quã mali falſo bonis imponunt, ſicut reprobari dicũt de Xpo. Eſa. 53. Nos reputamus eum quaſi leproſum & humiliatũ. Sed hæc lepra in cute i. in ſola falſa opinione quæ euaneſcit ueritatẽ comperta. Hæc lepra videbatur eſſe in ſuſanna qñ quaſi adultera adiudicata eſt morti, ſed hęc euanuit vbi veritas cõperta eſt per iudiciũ Danielis. Hinc Ieſus ſacerdos magnus in ueſtibus ſordidis uiſus eſt, quia de Xpo ſcriptum eſt. Vidimus eũ non habentem ſpeciem neque decorẽ. Hic eſt clipeus ſaul abiectus in mõtib. gelboe.

*D Lepra. Qđ lepra multa in ſcripturis ſignificat.*

Eſt enim fama clipeus & tutamẽ pudicitiæ caſtitatis & bonorũ morum qua abiecta per homines impios qñque ſit hõ effrenis ad uitia. Hæc lepra carnem non maculat, quia ad conſcientiã quæ pura eſt nõ attingit. Deteſtantur. n. impij eos qui fugiũt mala, ſed mentitur iniquitas ſibi, quia cum eis eras rñdebit iuſtitia ſua omnis iniquitas opilabit os ſuũ. Hac lepra infectus eſt ſctũs Ioſeph ab uxore putipharis; ſed ut dr Sap. 10. Mẽdaces oñdit q maculauerũt illũ. Quos maculantes ſæpe grauiſſime punit

*E Fama. Qđ fama ẽ clipeus pudicitiæ & morum.*



Deus. Vnde in duodecima collatione patrum legitur. Cũ beatus Pachonius adhuc eſſet iuuenis gratioſus ſedens in cella ſua, quidam de fratribus motus inuidia librum ſuum abſcondit in lecto dicti ſancti, & accedẽs ad locũ ubi fratres conuenerãt miſſa celebrata aſſeruit ſe librũ perdidiſſe, & illũ fuiſſe ſibi ſublatũ furtiue. Miſſis aũt tribus fratribus qui per cellas ſcrutarẽtur, inuenerũt eũ in lecto beati Pachonij. Qui accuſatus apud patres, licet in nullo ſibi cõſcius voluit humiliter ſuſcipere, & ꝑficere pniam de furto. Quod cũ faceret, ille q librũ ſuũ in lecto ſuo doloſe poſuerat arreptus, & uexatus grauiter à dæmone clamare cœpit dolũ quẽ fecerat in libro occultãdo, & qũo pro infamatione viri ſancti hoc fecerat, & clamabat ꝙ adduceret ad eũ, & precibus eius liberaret à dæmone, quod & factũ eſt. Talis poterat eẽ Naamã decorus uita, ſed leproſus fama. Secundo ſignificat peccatũ, & qñq; illud quod contrahitur ꝑ hæreditariã ſucceſſio ẽ, vt à parẽtibus noſtris cõtraximus duplicem lepram. ſ. culpæ originalis, & pœnæ, & quaſi onus terræ annexum habemus ſenſum. Propter qđ infantes in originali decedentes ad leproſariam extra ciuitatẽ cœli dicuntur deſcendere. Talis erat Naaman decorus imagine Dei ante quã mundatus eſſet in iordane. Quandoq; uero ſignificat peccatũ mortale, qa ſicut lepra deformat hoĩẽm in oĩbus ſenſibus, ſic peccatũ aĩam. Deformat. n. oculos, ne uideant pœnas ęternas, uel præmia. Aures ne audiant uerbũ Dei. Nares ne fętcat eis pctm̃ uel ſulphur inferni, ita ꝙ totus hõ eſt deformatus, il eſt tout defaict, & nihil remanet de imagine Dei ps. imaginẽ ipſorum ad nihilum rediges. Multi ſunt q pulchri apparẽt exterius, ſed ſi interius videri poſſent leproſa apparet aĩa, & talis apparebit quando exuetur corpore. Modo enim manus Moyſi in ſinu eſt, ſed tunc apparebit extra ſinũ leproſa. Exod. 4. Talis ſignificatur ꝑ Naamã, qui diues erat, ſed leproſus. Naaman interpretatur decorus ſibi. Diues euangelicus induebatur purpura & byſſo, & ſibi uidebatur decorus, ſed in morte aĩa leproſa apparuit, Lazari uerò vlceroſi apparuit munda. Secundo lepra aufert uocem & reddit raucam. Sic & peccatum peccatorem, & quaſi raucum non audit Deus. Vnde quia leproſus raucus eſt, petit cũ flabello, & tunc auditur. Sacerdotes & religioſi qui orant pro aliis ſunt flabellum leproſi, ad quos dñs excitatur, quia licet nõ ualeant peccatores clamare, clamat tamen eccleſiæ ſuffragiũ pro eis. Tertio lepra continuã habet ſitum & ardorẽ. Sic peccati cõcupiſcentia vr inſatiabilis. Prouer. 30. Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ dicentes. Affer, affer. Eccle. 23. Aĩa calida quaſi ignis ardens nõ extinguetur. Quarto lepra facit fętidũ anhelitum, & corrumpit aera, ſic & peccatum. Vnde de Lazaro dr. Iã fętet. Quatriduanus. n. eſt. Anhelitus autem fetidus eſt affectus malus & praua uoluntas. Quinto lepra ſeparat hoĩem, ſic & pctm̃. Eijciebat enim extra caſtra. Sic ĩ ſocietate nõ debet ſuſtineri perſona mala & infamis. Sic tñ hominẽ inficit lepra, q nõ ſtatim eũ interficit Eccle. 7. Impius multo uiuit tẽpore in malitia ſua, in fine tñ peſſime ſe detegit. Hiere. 20. Confundentur uehementer, quia nõ intellexerunt opprobriũ ſempiternũ, quod nunquam delebitur. Ex hac lepra ſanies fętoris & corruptionis emanat, quã Iob teſta contritionis radebat ſedens in ſterquilinio. i. conſiderans abiectionem ſuam. De qua lepra iudicant ſacerdotes quando confitentur eis peccata, diſcernentes inter lepram & lepram. Hæc. n. ſunt vlcera Lazari quæ linguntur à canibus. i. ſacerdotibus, vel prædicatoribus. Quæ quidẽ lepra (ut in particulari deſcendamus) quãdoque ſignificat ſimoniã. Hæc eſt lepra Naamã, q adhæſit gyezi, & ſemini eius vſque in ſempiternũ. Hic eſt morbus contagioſus dantẽ & accipientem inficiens, immo quod doloris eſt dicere, nunc principes gregis Chriſti tali morbo laborãt, cũ tamẽ leproſi arcẽdi ſint à miniſterio altaris. In uiſione oſtẽſum ẽ cuidã religioſo ꝙ agebat qõ corã vno põtifice, vñ ꝓcederet tãtæ eccleſiæ ꝑturbatio, & dictũ eſt. Qui ex vobis leproſus eſt, cã eſt tãti mali. Cũq; oẽs ſe mutuo aſpicerent, ſurrexit vnus & euulſit capillum de capite põtificis, & inſufflauit in illũ dicens. Tu es leproſus, & in eadem viſione dicit ꝙ erat ſimoniæ lucrũ, quod ipſum leproſum fecerat. Secundo ſignificat peccatũ hæreſis. Nume. 5. Præcipe filijs Iſrael, ut eijciant de caſtris. ſ. eccleſiæ omnem leproſũ. Hic eſt morbus contagioſus. Sermo enim eorum ſerpit ut cancer. 2. Thimot. 2. Hæc lepra corpus inficit, & uariat, quia in parte

*F Quòd ſimonia eſt lepra.*

*G Hæreſis. Qđ hæreſis eſt lepra peſſima.*

te corrumpit, & in parte ſanum dimittit, dum falſa veris admiſcent. Hinc eſt illud Eſa. Caupones tui miſcent aquam vino. Hinc leproſis dum eijciebantur extra caſtra claudebantur ora, quia prædicatio eis inhibetur donec purgentur Leui. tertiodecimo. Si qs fuerit inuentus maculatus lepra, os habebit veſte contextum, ne fętido anhelitu ſuo alios corrũpat. Hinc prouer. 5. cuilibet iubetur. Bibe aquam de ciſterna tua. i. de doctrina eccleſiæ, & non de aliena. ſ. hæreticorum.

*Auaritia Qđ auaritia eſt lepra.*

Tertio ſignificat peccatum auaritiæ. Vnde & Naamã diues erat ſed leproſus, quia rerum opulentia & potẽtia ſufficiunt ad complendum omne peccatum. Cõiter enim magni diuites lepra auaritiæ, & potentes lepra ſupbiæ infecti ſunt. vnde Eccle. 5. Diuitiæ conſeruatæ in malum dñi ſui, ita ꝙ prolis & patris alia & alia eſt ſpecies lepræ. Nam pater qui bona acquirit, infectus eſt lepra auaritiæ, proles quæ illa diſpergit, lepra prodigalitatis & luxuriæ. Sicut autem lepra conſumit carnẽ ſic auaritia & vſura aliorum ſubſtantiam, & ſicut leproſus leproſum generat, ſic vſurarius uſurarium, quia vſurarius docet filium ſuum quomodo debeat lucrari, dans ſibi cuſtodiam librorum, & obligationum, & moriens omnia ſibi ad extremum relinquit ex uſuris habita. Filius autem non reddit, ſed vſuris vſuras addit.

I

*Luxuria. Qđ luxuria eſt q̃dam lepra.*

Quarto ſignificat luxuriam, & adulterium. Leui. 13. Plaga lepræ orta eſt in vlcere. Vlcus & vulnus computreſcibile, in quo lepra oritur, cũ fornicatio uel adulterium perpetratur. Vnde natus de adulterio habet vt cõis inclinationem ad illicitos coitus, vt dicit Auguſt. ſuper Gene. ad literã, niſi uirtutibus & moribus emundet originis maculam. Hinc in ſcriptura ſacra ex leuitico trahitur, ꝙ lepra multiplex. Quædam in capillis, quædã in parte, quædam in cute, quædam in ueſte quædam in domo. Sic lepra luxuriæ quandoque in capillis eſt i. in cogitatione, quãdoque in carne. i. in delectatione, quãdoq; in cute. i. in exteriori operatione, quãdoq; inficit veſtem. i. exteriorem conuerſationẽ quandoque corrumpit domum i. totam uiciniam & regionem. Tunc. n. lepra in veſte uel in domo eſſe dicitur, quãdo luxuria in exteriori cõuerſatione manifeſtatur, & qñ in domo religionis, uel eccleſiæ per infamiam diuulgatur. Sic & aliis peccatis poſſet applicari hæc lepra, ſicut lepram pſumptionis & ſuperbiæ, quæ per lepram Oziæ deſignatur. 2. Paralip. 26. Aut etiam lepra contentionis & murmuris, quæ per leprã Mariæ ſignificatur. Num. 12. & ſic de alijs.

I

*Latro. Detriplici latrone. mundo, carne, & diabolo.*

Secundo dicendum eſt, qũo Naaman ſe diſpoſuit ad curationẽ lepræ. Primo enim conſiderauit lepræ ſuæ qualitatem, & ſtatus ſui miſeriam. Nam latrũculi Syriæ captiuam duxerant quandam puellam ex filiabus Iſrael, per quam intelligitur ratio, quam latrunculi, caro, mundus, & diabolus decipiunt & captiuam ducunt. Primus latro. ſ. caro ducit eam ad modum latronis qui ſe aſſociat peregrinantibus tranſentib. portantibus theſauros ſecum, & quærit ab eis quo tendunt, & latro ducit eam per uiã dicens ꝙ bene nouit, & cum uenerit in profundum ſyluæ latro tradit eos in manus inimicorum qui ſpoliant, vulnerant, & interficiunt eos. Sic anima puellæ alicuius domus Burgenſis uel abundãtis in opibus inſidias patitur ab amicis, à prauis ſuggerẽtibus vt ſine parentib. thoro matrimoniali iungatur, & ſic decipitur puella, uel à macquerella uel à lecatore. Similiter caro conductum promittit ſub uelamine ſeruiendi Deo ſuggerendo voluptates & delicias dicens. Si non utaris, non poſſes ita fortiter laborare, aut ſeruire Deo. Accipe tales recreationes. Et ſic exponendo voluptatibus cõducit eas in manus inimicorum ſuorum & opus peccati. Micheæ. 7. Noli confidere in duce, & ab ea quæ dormit in ſinu tuo. i. carne, cuſtodi clauſtra oris tui. Secũdus latro eſt mundus, qui ducit per viam auaritiæ, quẽ multi ſequuntur ſimiles cani trutanno, cum alis ei applaudit, ſtatim ſequit̃ eum, & dimittit domum ſuam. Sic multi qñ arridet eis mundus, ſequuntur ipſum. Prouer. 16. Vir iniquus lactat amicum ſuũ & ducit eum per uiam non bonam. Licet enim in principio videatur bona, tñ nouiſſima eius ducunt ad mortem. Tertius latro eſt diabolus, qui per uiam ſuperbiæ ducit animam in montem ut eam præcipitet in infernum. Sic auſus eſt ducere Chriſtũ ſup mõtem excelſum. Iſti latrunculi captiuam duxerunt filiam Iſrael. i. animam fidelem ducendo eam longe à terra ſua. i. à Deo, ut eam præcipitent in infernum. Deutero. 32. Dñs ſolus dux eius fuit. Periculum eſt ſe elongare ab iſto ductore. Vel latrũculi iſti



ſunt primi motus, quia captiuam ducunt animam in obſequium leproſi. i. carnalis concupiſcentiæ, uel ſenſualitatis alicuius mali hominis à iuuentute peccatis luxurię aſſueti, qui fiunt duo in carne una, ratio. ſ. & ſenſualitas, dum ratio quaſi in carnẽ cõuertitur, & quaſi à carne abſorbetur. Dicũtur autem iſti primi motus, latrũculi quia debiles ſunt, licet theſaurum magnum furentur, & paruo pretio uendant.

L

*Ratio. Qũo ratio ſæpe captiuat.*

Secunda præparatio ad curam ipſius Naaman, fuit cogitatio eundi ad eum, qui haberet uirtutem curandi pſum. Vnde aiebat puella. Si dñs meus iret ad prophetam, qui eſt in Iſrael. i ſi pœnitens iret ad ſacerdotẽ humiliter confitens peccata ſua, curaret eum à lepra ſua ſpiritali. ſ. à lepra peccati. Licet iſta puella captiua ſit, ad inſtinctum tamen illius ſanatus eſt Naamã à lepra ſua, quia ſuggerebat ut quæreret Helyſeum. Scintilla enim rationis, ſeu ſinderiſis nunquã extinguitur, ſed ſemper ad bonum nos hortatur. Hic enim eſt ſeruus Iob, qui aliis omnibus interfectis ſolus remanſit, vt ſuo dño periculum nunciaret. Et ſicut vir nobilis vel puella quę eſt in captiuitate, ſemper de ſua nobilitate pdita meditatur, uel de euaſione ſuæ captiuitatis, ſic ratio quæ non eſt extincta cũ uidet mala quibus captiuatur, ſemper in ſe loquitur, ut eat ad medicum, & oſtendat locum lepræ, & ſanetur. Et quãto maior eſt proſperitas, tanto amplius timenda eſt iſta captiuitas. Nam qñ puella bene tractatur à latrunculis non multum curat ab eis recedere, ſed quando ei aduerſitas imminet, tunc nobilitatem ſuam conſiderans ſic uiuere erubeſcit. Pax tñ nõ excludit labores perſecutionum, & tribulationum.

M

*Pax. De duplici pace carni, et ſpiritus.*

Nam ſicut tempore pacis ſunt magis torneamenta, quàm tempore guerræ, ſic diabolus magis tentat tempore pacis q̃ guerræ. Illos enim pulſare negligit quos iure quieto poſſidere ſe ſentit. Tempore. n. pacis ſolent eſſe multi latrones, & minor vigilia, ſeu cuſtodia. Et quia vulgo dicitur, ꝙ melior eſt bona guerra, quàm pax mala. Eſt enim mala pax, ĩ qua ſpiritus totaliter abſorbetur à carne, ſicut in his, qui ex toto dediti ſunt uoluptati, in qua Ioab loquẽs abner verbis pacificis in dolo percuſſit eũ. Eſt bona pax, quæ in perfectis inuenitur, quando caro ſpiritui ſubijcitur. de qua Eccle. 11. Iudex ſapiens iudicabit populũ ſuũ. princeps ſenſatos. i. ſẽſus diſcretos ſtatuet. Sed eſt medius ſtatus inter primam & tertiam pacem, in quo geritur bellum. de quo Rom. 7. Condelector legi Dei ſecundũ interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris, repugnantem legi mentis meæ captiuantem me in lege peccati. Prima pax eſt in regione diſſimilitudinis. de qua Luc. 16. Filius prodigus abijt in regionem longinquam, & profectus diſſipauit bona ſua uiuendo luxurioſe. Eſt autem difficilis tranſitus de prima ad tertiã, quia tranſire de gente in gentem, de regno ad populum alterum, de regione diſſimilitudinis in regionem ſimilitudinis cum Deo, non datur niſi in manu potenti. Non enim peruenitur ad pacem niſi per multa bella, per multas ſtrages, per multam ſanguinis effuſionem. i. carnalis affectus obliuionem. Vnde Dauid manu fortis regnauit ante Salomonem, & ſemper fuit in guerra. Non. n. ceſſat pugna donec caro ſeruiat rationi. Et ſic hoc modo fit pax ꝙ manet iuſtitia cum pace, & Salomon regnat, & ita iuſtitia & pax oſculatæ ſunt.

N

*Lepra. Qđ facili eſt curatio lepra peccati.*

Tertio acceſſit Naamã ad prophetam ut curaretur à lepra ſua, qui dixit ei. Vade lauare ſepties in Iordane, & mũdaberis. Vnde peccator ſeparari debet à conſortio angelorum, ſicut leproſus à cõſortio hominum, & mitti ad leproſariã inferni. Sed huic dicitur lauare & mundaberis. Leuis hæc curatio. Olim parauit Deus temporibus Noe durum balneum, quo ſubmerſus eſt totus mundus, exceptis octo pſonis. Tempore uero Chriſti parauit Deus balneum ſeptem ſacramentorum ad mundandum totum mundum à ſeptem peccatis. Iordanis. n. interpretatur riuus iudicij, quia quidam riuus iudicij eſt in ſacramento confeſſionis, quo exercetur aliqua pars fontalis iudicij Dei. Sed in hac lotione cõfeſſionis multiplex contingit defectus, qa nõ permittit ſe lauari ſcabioſus. i. ſuperbus non recipiens correctionem. Secundo qui lauatur in aqua lutoſa. 2. Pet. 2. Sus lota ĩ uolutabro luti. Ideo. Eſa. 1. Lauamini, mundi eſtote. Tertio, quia non lauatur pars debita. ſ. cor, ſed corpus tantum. Mat. 23. Veh uobis ſcribæ & phariſei, qui mundatis qđ deforis eſt calicis, intus autem pleni eſtis rapina, & immũdicia. Quarto, quia poſt lotionem cito maculatur per reciduum. Cãt. 5. Exui tunicã meã, quomodo induar illa?

Laui

Laui pedes meos,quomõ inquinabo illos? Quinto, quia in modica aqua .ſi. in parua pœnitentia ſe putãt lauare,puta in vna ſtilla,uel gutta aquæ. Philo.2.Phiſicor.Quod parum eſt,tanquam nihil eſſe videtur.

O

*Aqua. Qđ aquæ inferiores id eſt uoluptates carnales reſtringẽdæ ſunt, aquæ uerò ſupiores.i. ſpirituales dilatãdæ ſunt.*

In tertia parte tãgitur lepræ curatio poſt ipſius Naamã ſuſurriũ. Vnde poſtquã audiuit à propheta ſe debere lauari ſepties in iordane ut curaretur, murmurans & quaſi reuerſurus ad patriam ſuam dixit. Nonne meliores ſunt farfar & abanes fluuij Damaſci &c. Iudicio Naamã meliores ſunt aquę Damaſci,q̃ Iſrael, quia carnalium & mundanorum iudicio meliores ſunt aquæ mundanæ uoluptatis,& auaritiæ,q̃ aquæ ſpirituales donorum Dei,& gratię,quod tamẽ non eſt uerum,propter quod de iſtis aquis carnalibus & mundanis dicitur. Gene.1. Congregentur aquæ in locũ vnum. Non autem de aquis ſuperioribus loquitur, qa dilatanda ſunt non reſtringenda ſpiritualia deſideria,terrena autem & carnalia reſtringenda. iuxta illud p̃s. Congregans ſicut in vtre aquas maris. Zach.5. dicitur, q̃ maſſam plumbeam proiecit dominus in os amphorę,ne impietas exeat,quia Chriſtus obijcit difficultatem conceptæ iniquitati, ne ad actũ procedat. Angelus.n. magni cõſilij (ſicut dicitur in Apoc.10.)poſuit vnum pedẽ ſupra mare ut calcet in nobis carnis uoluptatem, & alium ſupra terram ut calcet in nobis mundi uanitatem,& manũ leuat in cęlum vt nos trahat ſurſum.ubi aqs ſuperioribus iungitur mens hominis cuius conuerſatio in cœlis eſt. Aquæ verò iſtæ inferiores conſtringuntur & congregantur, dum dñs vulnera ligat ſauciati vulnus cõcupiſcentiæ reſtringit fundens oleum & uinũ,dũ ita de miſericordia dat ſpem q̃ de iuſtitia incutit timorem. De his autem,qui carnalia deſideria, & terrena non reſtringunt dicitur Iob.40. Fenum ut bos comedent.i. brutales ſequentur appetitus. Vbi enim aquæ inferiores inundant, ſata deſtruuntur,& fit aqua turbida,& uiæ lutoſæ relinquuntur, dum fœda & lutoſa carnalis homo poſt ſe ueſtigia relinquit. Et ſic aquæ Damaſci ſunt aquæ terrenæ,& aquæ Iſrael,aquæ gratiæ,& ſpirituales. Vel Naaman ſignificat gentiles, qui aquã baptiſmi contemnentes, ablutiones Machometi amplectuutur,& præferunt. Vel illos ſignificat qui iordanem.i.ſacram ſcripturam cõtemnentes,ſcientias mundi,& medicinam videntur anteferre.de quibus.1.Cor.3. Animalis homo non pepercit ea,quæ ſunt ſpũs Dei. Vel ſeculares ſignificat, qui iordanem fluuium religionis,deuotionis, & pœnitentiæ contemnentes,aquas Damaſci diuitias & delitias mundi anteponunt. Iob.6. Animæ eſurienti etiam quæ amara ſunt dulcia eſſe uidentur,cum tamẽ iſta ſit,quæ lepras uitiorum mundat, & quæ innocentiam reparat.

P

Et dixerunt ei ſerui eius. Pater & ſi rem grandem dixiſſet tibi propheta &c. Mandata Dei grauia non ſunt, ideo complenda. Quid.n. facilius eſt quàm dicere, lauare & mundaberis? Sed ſicut ramus quãtò groſſior & maior, tãto tardius flectitur. Exemplum in Naamã,qui erat vir magnus, & diues, qui uix flecti potuit pro ſanitate recuperanda ut ſe lauaret in Iordane. Item nulla peior eſt lepra,quàm peccati,quantũ ipſa anima p̃ualet corpori, quia lepra corporis ſolum expellit à ciuitate, lepra uero animæ nec hominem permittit in cęlo aut in terra. Lepra corporis eijcit à conſortio hominum. Lepra animæ à conſortio angelorum. Viſo autem periculo, uideatur remedij facilitas. Audiatur Helyſeus. Lauare ſepties in iordane, & ſanitatem recipiet caro tua. Hic Iordanis fluuius eſt confeſſionis de paradiſo emanans. Merito in ſordibus ſuis ſordeſcit,qui hoc facili modo mũdationis ſe mundare negligit.

Q

Quamuis autem iratus ſit Naamã propter uerba ſancti prophetæ,tñ poſtea pacificatus eſt,ſicut & ſolet ira pacificari. Ignis.n.iræ extinguitur nunc ligna ſubtrahendo, nunc aquã apponendo,nunc cineres opponendo. Vñ ira eius primo cõmota eſt, quia miſſus ad iordanem exiſtimabat fluuios Damaſci maioris eſſe uirtutis,& magis eos poſſe curarę à lepra quàm fluuios Iſrael. Propter quod propheta ut curaretur à lepra ſubtrahẽdo fluuios illos ordinat ei fluuium iordanis ad lauandum ſe. Inde eſt, q̃ ad mitigationem iræ quandoque oportet eum cui iraſcitur alius ſubtrahere ſe perſonaliter, ſicut fecit dñs ſubtrahendo ſe à iudæis uolentibus eũ lapidare. Olla enim feruentiſſime bulliens ſi remoueatur ab igne, ſtatim ceſſat eius ebullitio. Sic qñ ſubtrahit homo ſuam præſentiã à furibũdo,quieſcit ira eius. Prou. o. Honor eſt homini qui ſe ſeparat à contentionibus. Et hoc modo quia ſubtrahitur loquacitas perſonæ præſentis, etiam ſubtrahuntur verba incentiua iræ. Prouerb.16. Cum defecerint ligna, extinguetur ignis, & ſuſurrone ſubtracto iurgia conquieſcũt. Et hoc apparuit Ioan 8. In muliere deprehenſa in adulterio à iudæis furioſis accuſata, quam Ieſus nihil reſpondens abſoluit. In quo debent attendere mulieres,viros,& eos verbis non irritare. Similiter & oportet ſeparari ab eo non ſolum perſonam, ſed fomitem ipſius iræ. Non enim bonũ eſt oleum mittere in ignem. Gen.14. Ne quæſo ſit iurgium inter me & te,& inter paſtores tuos,& meos. Fratres enim ſumus. Ratio autem iræ inter ipſos erat, quia diuites erant,nec poterat terra eos capere vt ſimul habitarent. Ideo dicit Abrahã timens cauſãm huius litigij. Ecce vniuerſa terra corã te eſt,quaſi dicens. Malo quòd pro uoluntate tua accipias terram, quàm quòd litigemus mutuo propter eam. Quod eſt contra illos qui non ſolum litigant ut defendant terram propriam,ſed vt etiam rapiant alienam. Secundo extinguitur ira molli reſponſione,ſicut ignis aquæ proiectione. prouer.5. Mollis reſponſio frangit iram, ſermo durus ſuſcitat furorem, quia ſi ollę bullienti aqua frigida infundatur, ſtatim ceſſat ab ebullitione. Sic ſi verba mollia refrigeratiua iræ proponantur furenti eius ira extinguitur. Non enim debet ignis quem uolumus extinguere exufflari. Sic nec iracundus uerbis duris prouocari. In ſilice enim in qua eſt ignis,non apparet ignis, niſi ferro,uel alio duro tangatur. Qui reſpondet iracundo durum uerbum, mittit ligna, & oleum in ignem eius, qui verò dulciter aquam. Et ſicut ſtultus eſt qui in igne quęrit aquam, ſic qui in prouocatione fratris quærit irę ſuę ſedationem. Prouerbior.15. Os fatuorum ebullit ſtultitiam. Mollis reſponſio mitigat rixas. Ideo quia ignis ardens flabellari non debet, ſic nec iratus uerbis contumelioſis prouocari. Eccle.28. Si ſufflaueris quaſi ignis exardeſcet. in quo defecit Roboam, qui conſilio ſenum non credidit vt placaret populum verbis dulcibus,ſed uerbis duris incitauit eos. Cuius hr̃ exemplum in uitis patrũ de ſacerdote idolorum. Cui dixit quidam frater. Diabole, quo uadis? Qui ſacerdotes excitatus uerbis eius ignominioſis egregie uerberauit eum. Quem inueniens alter frater, quæſiuit quid faciebat bonus ille laborator, & agricola,qui ad uerba eius dulcia compunctus,conuerſus eſt ad fidem. Sic molli reſpõſione temperauerunt Naamã ſerui eius dicentes. Pater & ſi rem grandem dixiſſet tibi propheta &c. Tertio appoſitione cinerum extinguitur ignis, ſic ira mortis recordatione. ira.n. ſurgit ex appetitu vindictæ,uel cuiuſlibet alterius rei quã non hẽt qui iraſcitur,& tñ deſiderat hr̃e. Sed memoria mortis oĩa iſta appetibilia cõtẽnere facit. Hiero.in prologo. Facile cõtẽnit oĩa q ſe ſemper cogitat moriturũ. Hanc cinerũ appoſitionem habuit iſte Naamã,cũ cõſideraſſet infirmitatẽ ſuã, & futurũ eius effectũ, p̃p quẽ ſtatim obediuit dicto prophetæ relicta ſua propria opinione.

R

*Symonia. Qũo helyſeus gratis dedit qđ Gyezi uendidit.*

In quarta parte tangitur diuinæ laudis confeſſio poſt p̃petratũ miraculũ. Poſtquã lotus eſt Naamã,& reſtituta eſt caro eius, ſicut caro pueri, reuerſus eſt ad hominem Dei Helyſeũ,verũ Deũ & ſolũ Deũ Iſrael cõfitẽs,& neminẽ p̃ter ipm̃ de cętero uolẽs adorare, & ſup terrã Iſrael,quã ſup duos burdones ſeu mulos trãſportauit,de cętero cupiẽs eũ genuflexo colere. deinde viro Dei obtulit munera. Cui Helyſeus. Viuit dñs,quia non capiã quicquã &c. Inter corpora luminoſa q̃dã gratis lumẽ effundũt,nec aliquã requirũt remunerationẽ,uel nutritionẽ,ut corpora cœleſtia. Alia multa cõſumũt, expetunt,& requirũt,ut ignis in lignis, & cãdelis. Sic in eccleſia quidã accipiunt Dei dona,ordines,& beneficia,& gratis dant. De quibus Baruch.3. Stellæ dederunt lumẽ in cuſtodijs ſuis,& lætatæ ſunt. Dixit dederũt nõ uendiderunt. Alij ſunt titiones inferni, & mercatores qui ſicut nec gratis acceperũt,nec gratis dare uolunt, qui pauperes à ſacris excludũt. Primi ſunt diſcipuli Helyſei,q gratis Naaman ſanauit. Secundi diſcipuli Gyezi. Sed multo plures ſunt diſcipuli Gyezi,quã Helyſei uel Pauli,qui dicit. Nõ quæro ueſtra,ſed vos. 2.Cor.12. & plures ſunt carbones & candelæ,quã ſtellæ, quia oẽs quæ ſua ſunt q̃runt,non q̃ Chr̃i Ieſu.

### *Feria 3. poſt 3. dominicam quadrageſimæ. Sermo 1. & in ordine 69.*

SI peccauerit in te frater tuus, corripe eum. Matth.18. Peccatum (ut dicunt doctores) eſt à bono incõmutabili auerſio,

& ad

*A* *Peccatū. Qūo peccatū eſt auerſio ab incōmutabili bono.*

& ad bonum commutabile cōuerſio. Ideo ſicut quàm cito auertitur facies à ſole, tam cito deficit ſuper faciem irradiatio ſolis, ſic qñ auertit ſe homo per peccatū à Deo tā cito amittit gratiam Dei. de quo cōqueritur Deus in ps. Vſquequo auertis faciem tuam à me. Si quis autem ab alio auerſus eſt, & percutiatur, ad ſe colaphiſantem ſubito conuertitur, propterea dñs flagellat, & corripit peccatorem per ſe, uel per hominem tanquam per eius uicarium, vt ad ipſum conuertatur, & hoc eſt quod iubet: Si peccauerit (inquiens) in te frater tuus, vade & corripe eum. Vnde philoſophus. 1. œconomicæ dicit, ꝙ matrū eſt nutrire, & patrum caſtigare. Et ita qñ Chriſtus dat proſpera, fouet & nutrit, & gerit vicē matris, quando dat aduerſa tunc caſtigat & tenet uices patris. Ideo ſicut primum eſt ſignū amoris materni, ita ſecūdum paterni. prouerb. 3. Quem enim diligit Deus corripit, & quaſi pater in filio complacet ſibi. Sic enim iraſcitur quando caſtigare contēnit. Nam & vir modeſtus cum iraſcitur corripere diſſimulat. Hinc archita Tarentinus cum ſerui ſui peccaſſent in his quæ ſibi iuſſa fuerāt circa agriculturam, & punitione indigerent iratus eis. Bene ualete (inquit) quia iraſcor. Deus ergo ex amore nos corripit, & corripere mandat. Sed quia grauis eſt manus dñi dum ſecundum iuſtitiā ſuam percutit, manum miſericordię requiramus dicentes illud ps. Fiat manus tua ſuper virum dexteræ tuæ. Hæc. n. eſt bona manus, quā vt habere valeamus, matrē miſericordiarum imploremus dicentes. Aue.

*B* *Correctio Vtrū qlibet teneatur corrigere fratrē ſuū.*

Circa hanc materiam quæritur, vtrum quilibet teneatur corrigere fratrem ſuū cum uidet eum delinquentem. Et ꝙ non, videtur, quia nemo obligatur ad impoſſibile (ut dicit r'la iuris) ſed reprobos īpoſſibile eſt corrigere. Quibus dicitur prouerb. 1. Deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis. Et iterū ibidem. Detraxerunt vniuerſæ corruptioni meæ, quia nemo corrigit quem Deus deſpexit. Eccle. 7. Igitur non quilibet tenetur fratrem ſuum delinquentem corrigere. In oppoſitum eſt dictum ſaluatoris. Si peccauerit in te frater tuus &c. Pro reſponſione ad quæſitum dicitur. Primo, ꝙ triplex inuenitur correctio.

*C* *Correctio Qd corre*

Vna peſſima quę dicitur vindicatiua. de qua Eccle. 19. Ex correctio mendax in ira contumelioſi, & hæc fit infamandi & odij cauſa. Licet enim iraſcendo licite poſſimus corrigere, non tamen ex odio & vltione. Vnde Augu. in ſermone de verbis dñi. Feſtuca ira eſt, trabes odium. Ira initium odij eſt, ſicut feſtuca trabis. Vix damus diſciplinam filijs niſi iraſcendo, ſed non niſi amando. Neque enim omnis qui iraſcitur odit, nec econuerſo. Multum intereſt inter turbatum oculum & extinctum. Feſtuca turbat, trabes extinguit. Non ſit ergo trabes. i. odium in nobis, cum uolumus uidere feſtucam in oculo fratris noſtri ut euellamus eam. Qūo. n. poterit emendare lumen qui perdidit lumen? Qui enim odit fratrē ſuum, in tenebris eſt vſque adhuc. Hęc Aug. Oculus enim habens in ſe diabolico miraculo grandem trabem odij, & vindictæ, non poteſt eijcere iuxta doctrinā Chriſti feſtucam de oculo fratris ſui, niſi prius à ſe trabem abſtulerit. Ideo plus tentandum eſt manſuetudine corrigere, quàm auſteritate vindictę. Sangar qui iudicabat Iſrael, non legitur aliquem gladio occidiſſe, ſed tantum uomere, qui eſt inſtrumentū hebes, & rude, & non acutum, ſex centos homines legitur peremiſſe, quia quandoque corrigendo, vel prædicando plus proficit ad alios corrigendum, uel conuertendum hebes uerborum ruditas, quàm acuta ſcientiarum ſubtilitas. Et plus iuuat benignitas temperata, quàm ſeueritas acuta. Ideo ſępe utilius eſt excommunicationis vel aſperæ correctionis gladium recondere, & uomere dulcis, & blandientis exhortationis hoſtes. i. vitia, demones, & peccatores ipſos impugnare. Ideo Petro eccleſiæ paſtori dictum eſt. Conuerte gladium tuum in uaginam. Per gladium nō eſt uiuificatus puer Sunamitis, ſed per Helyſæi anhelitum, quia peccator melius per manſuetudinē, quàm per ſeueritatem emendatur. Ideo ei qui baculo duræ increpationis vtitur dicere pōt ſubditus. Nunquid ego canis ſum, ꝙ tu uenis ad me cum baculo? Quaſi diceret, contra canes. i. hæreticos, & infideles, & obſtinatos eſt cum ſeueritatis baculo procedendum, ſed contra alios delinquentes cū benignitate, & manſuetudine dimicandum. Vnde & Ioſue corrigendo & uolendo punire Achor ipſum filiū uocat dicēs. Ioſuę 7. Fili mi da gloriam Deo, quia peccatorē non ut inimicum ſed ut amicum, non liuore uin-



dictę ſed amore iuſtitiæ punire debemus. Paterfamilias virgam habet pro familia, gladiū pro fure. Vnde periculoſum eſt, uel qñ eſt nimia manſuetudo, ſic ꝙ correctio intermittitur, uel nimia auſteritas, quæ ī crudelitatem uertitur. Et truncum habere pro rege, ſicut habuerunt ranæ ſecundū fabulas, & ſerpētem pro correctore, utrobiq; periculum eſt, quia primus corrigit, ſecundus occidit. Exemplum de hoc habetur in 4. dial. go. Grego. ca. 37. de quodam milite defuncto, & poſtea reſuſcitato, qui uidit in fluuio inferni Petrum eccleſiaſticę familię maiorem ante quadriennium defunctū magno ibidem ferri pondere depreſſum, & ligatum. Qui dum requireretur cur ibi eſſet, reſponſum eſt hoc ideo eſſe, ꝙ plus ex crudelitatis deſiderio q̄ obedientia ad inferendas plagas correctionis ſeuiebat. Quod & beatus Greg. & habitantes in domo eius dixerunt ſe cognouiſſe.

*D* *Correctio Qd correctio fraterna ſit ſolo uerbo.*

Secunda eſt correctio fraterna, qua quis ſolo uerbo corrigit fratrem ſuum, & hac tenetur quilibet proximum ſuum corrigere, cum uidet delinquentē. Vnde Eccle. 17. Vnicuiq; mandauit Deus de proximo ſuo. Villanus em̄ non uidet lupum inter oues ſuas quin in ipſum clamet. Sic cognoſcens in alio peccatum, debet ipſum increpare. Gene. 42. Ioſeph durius loquebatur fratribus ſuis, cum cognouiſſet eos quaſi ad alienos, vt ſcilicet de præteritis peccatis punirentur, & purgarentur. Pediculum, uel pulicem, uel feſtucam purgarem de capa proximi. multo magis peccatum de anima per correctionem. Sic Chriſtus aſſerit ſe feciſſe. Io. 15. Et uos mundi eſtis propter ſermonem quē locutus ſum uobis. Præterea Eccle. 3. Tempus tacendi, & tempus loquendi: tacendi, cum non videtur vtilis correctio: loquēdi uero cum iudicatur utilis. Nec dicat aliqs ſicut Chayn. Nūquid cuſtos fratris mei ſū ego? Super quo Bernar. ad Eugenium. Nemo fratris uitia palpet, peccata diſſimulet nemo. Nemo dicat cum uiderit ordinē deperire, minui diſciplinam. Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego?

*E* *Correctio Qd correctio paterna nō ſolū uerbo ſed virga ſit.*

Tertia eſt correctio paterna, qua quis ad corrigendum utitur, non ſolū uerbo, ſed virga & baculo, & hæc ſolum pertinet ad ſuperiores. Vnde Hiero. in epiſtola ad amandum presbyterum, & in epiſtola ad matrē & filiam. Putridę carnes ferro indigent, & cauterio, & uenena ſerpentino pelluntur antidoto, & quod ſatis dolet, maiori dolore expellitur. Nec eſt medicinæ culpa, ſed vulneris, ſi crudelitate elementi non parcit medicus ut parcat, ſęuit, & miſereatur. Vnde periculum eſt prælatis, niſi ſubditos corrigant. Virga Moyſi proiecta uerſa eſt in colubrum, prolata eſt virga Aaron, & protulit flores & amigdala. Proiecta correctio in colubrum inferni uertitur, in medium prolata, bonos mores germinat. In oſtijs diuitum ſunt quædam imagines depictę, quæ ſecurim uibrant, ſed neminem percutiunt. Sic quidam prælatorum multum clamant, ſed nullam inferunt pœnam. Qui ſedet ſuper equum vmbroſum non eſt in tuto. Nam ſi hoſtes occurrant, cupiēs eum ad unam partem ducere, fugit ad aliam, etiam uerſus inimicos. & ſi uiderit lignum, illud arbitratur ſerpentem. & ſi aceruum lapidum putat eſſe leonem. Et ad hoc remedium eſt ſemper uirgam tenere erectam ſuper latera ſua, & illum fortiter perducere, ut plus virgam timeat quàm fantaſmata. Sic mundani proni ſunt ad malum, tardi ad bonum. Si uiderint lignū crucis, quod deberent imitari, arbitrantur ſerpentē, ideo fugiunt ad oppoſitum. ſ. ad peccata, & miſeram animam ducunt ad pręcipitium. Teneat igitur prælatus uirgam diſciplinæ ſuper delinquentium latera.

*F* *Silentiū. De quadruplici ſilentio.*

Dicitur ſecundo, ꝙ in correctione fraterna uel paterna poteſt accidere quadruplex ſilentium. Primum eſt, quando quis uidet proximum ſuum peccare mortaliter, quem corripere poteſt, & probabiliter credit, ꝙ propter ipſum dimitteret peccatum, uel totaliter uel ſaltem ad horam, ſi diligentiam adhiberet, & faceret quod in ſe eſt & non facit, & iſtud eſt malum. Ezech. 3. Si nō annunciaueris impio, neq; locutus fueris vt auertatur à uia ſua impia, ipſe in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autē eius de manu tua requiram. Glo. interlinearis. Morti cui non cōtradicis, adiungeris. Qui enim tacet, conſentire uidetur.

*G* *Cōſentire De multiplici conſenſu.*

Eſt tamē multiplex conſenſus. Vnus eſt auctoritatis, quo ille facit cuius auctoritate fit. Alius cooperationis, qñ quis cooperatur alicui actui non tanquam principalis, ſed ſicut minus principalis artifex. Tertius eſt adulationis, quando quis applaudit malo per alium facto. Quartus eſt conſilij, qñ quis alteri conſuluit malum. Quintus eſt ſuffi-

ſufficientiæ, quando quis aliquem actũ facit, alio præſente, cui principaliter ſpectat ille actus, & ille nihilominus tacet, ſicut ſi quis procurator uenderet poſſeſſionẽ Ioannis, Ioanne præſente, & Ioãnes taceret, idẽ conſentiret in venditionẽ. Sextus eſt negligentiæ, & ille dicitur ad propoſitum cõſentire, qui tacet cum poſſit arguere. Vñ Hugo de ſancto Victore Ille reus mortis illius extitit, quem tacendo perire permittit. Sicut enim ille ex opere, ſic iſte damnatur ex taciturnitate. Poteſt enim dicere illud Eſaiæ 6. Veh mihi, quia tacui. Et tales ſunt monachi diaboli ſeruantes ſilentium eius. Vnde contra adulatores nolentes arguere peccantes dicit Ambroſius in quodã ſermone. Quſquis fratrem ſuum non arguit peccantem quodammodo hortatur ut peccet. & de illo qui poteſt auctoritatiue impedire, & nõ impedit. dicit Symachus Error cui nõ reſiſtitur approbatur, nec caret ſcrupulo ſocietatis occulte, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Hinc ad Ezechielẽ dicitur eiuſdem. 2. Fili hominis noli exaſperans eſſe, ſicut domus Iſrael exaſperatrix eſt. Sicut enim mali Deum exacerbãt praua agendo, ſic boni malis quibus proficiuntur bona reticendo. Niſi enim propheta cum mittebatur ad loquendum Dei verba, obediret, ſicut populus de peruerſo opere, ſic de ſilentio ſuo domum exaſperaſſet. Malis itaq; culpa eſt male agere, bonis recta reticere, quia cum peruerſa nõ increpant, eis per ſuum ſilentium proficiendi licentiam præſtant. Nam plerique ſic imprudentes ſunt, vt vel malum non cognoſcãt quod committunt, vel tãto ſuas culpas minus exiſtimant, quanto minor eos inuectio caſtigat, & ita ſi recta non audiant, in ſuis prauitatibus iacentes per ignorantiã ſecuri ſunt, ſicut de ſtulto populo dicitur. Hieremiæ 48. quòd requieuit in fecibus ſuis. Quia enim tales non audiunt uocem domini præcipientis de correctione. Si peccauerit in te frater tuus &c. Ideo continget eis ſicut illi, de quo 3. Regum. 20. cui dicit. Quia non percuſſiſti me, nec audiuiſti uocẽ domini, percutiet te leo de ſylua, id eſt diabolus. Secundum ſilentium, & peius, cũ quis tacet quando videt proximum ſuũ, nec penitus adhærentem bonis, ſed uidet eum quaſi natantem inter duas aquas, & de tali vulgo dicitur, quòd bene vult eſſe de omnibus, & de canibus, & de uenatoribus, de quibus dicit mundus, quòd ſunt ſapientes, & liberales, quia optime ſe ſciunt habere cum omni genere hominum, & q bonum eſſet tales promouere, ſimiles equs illorum, qui à longe ſolent deportare piſces marinos qui ad omnes aquas adaquãtur, & bibunt. ſimiles etiam veſpertilionibus, qui ſunt viliſſimæ, & odioſiſſimæ beſtiæ. de quibus neſcitur, an ſint greſſibilia animalia, uel uolatilia. De veſpertilione narratur, quòd cum eſſet diſcordia magna inter quadrupedia, & uolatilia, aſſignata die ad bellandum abſentauit ſe ueſpertilio cogitans quòd non iret ad bellum, ſed cõpleto bello videret quis, obtineret cũ quo permaneret. Finito bello multis ibi ex vtraque parte mortuis & vulneratis, occurrerunt quadrupedia ueſpertilioni dicentia. Capite, occidite, & ſuſpẽdite inimicum noſtrum. Reſpondit veſpertilio. Quid dicitis amici? ego ſum de parte vr̃a, & oſtẽdit eis quatuor pedes, & ſic euaſit. Siſr & auib. obuiãtib. oſtẽdit alas ſuas, & ſic euaſit. Sic tales qñ ſunt cũ p̃latis & religioſis faciunt Magdalenam, qñ cum mũdanis conuerſantur, mundani ſunt nec eos corripiunt.

Tertium genus ſilentij eſt, quando quis uidens diuitem uel nobilem peccantem, propter fauorem tacet, pauperes vero arguit, & hæc eſt acceptio perſonarum. Talis eſt ſimilis virgæ, quæ quã diu eſt in flore flexibilis eſt, & neminem lędit ſi cum ea percutiatur, ſaltem ſi ſit ueſtitus, qui percutitur, ſed tantum nudus lęditur. Sic quidam virgam correctionis habent floridam, quia cum ea quærunt fauorem, non correctionem. & ideo non lædunt hominem veſtitum amicis & parentibus, ſed nudũ & pauperem, qui nec ueſtem nec parentes habere poteſt obuiantes. Quartum ſilentij genus eſt, cũ quis tacet vidẽs proximũ ſuũ ſeu ſubditum, licet bene agat, & cum bonis habitet, remiſſius tamen & tepidius agere quàm antea ſolebat. de quo Apoc. 3. Quia tepidus es, nec frigidus per timorem nec calidus per amorem, incipiam te euomere de ore meo. Tales enim dulci exhortatione, & boni operis exercitio continuo agitandi ſunt, nec in accidiæ uitium dilabantur. Et de iſtis cura debet eſſe prælatis maxime religioſis. Quintum ſilentij genus eſt, cum quis diſcrete perpendit, quòd





huiuſmodi perſona peccatrix non eſt tunc ad correctionem, aut emendationem diſpoſita, & ſic ſilentiũ eſt bonũ ut tunc p̃termittatur. In p̃latis tñ debet eſſe tanta morum grauitas, ut eis aduenientibus ceſſet ſuæ plebis malignitas. Ezech. 1. Facies hoĩs, & facies leonis. Sicut magiſtro ſuperueniẽte pueri prius clamantes ſilent. p̃s. Venient legati ex Aegypto. i. mittẽtur aliqui propter opera tenebrarũ, vel ex occultis Dei iudicijs, & tunc Aethiopia. i. malitia præueniet manus eius. i. vltionẽ peccatorũ Deo ſcilicet mediante.

H

*Reprobus quò multiplici de cã reprobi nũquã aut uix corrigũt.*

Dr̃ tertio p̃ ſolutione argumẽti, q̃ reprobi uix aut nunquã corrigũtur. Cuius rei multiplex eſt cã. Prima ex parte Dei rõne derelictionis. Derelinquuntur. n. à Deo pp multa. Primo propter eorũ duriciã. Sunt enim ſimiles incudi exiſtẽti prope ignẽ, qui non caleſit interius, ſed ſemper remanet frigidus. & licet ſemper percutiatur, non tñ inde molleſcit, ſed induratur.

I

*Derelinquere. Propter multa reprobi à Deo derelinquuntur.*

Deus autem noſter ignis cõſumẽs eſt. Deute. 4. Conſumit. n. rubiginem peccatorum, & prope iſtum ignẽ maxime ſunt clerici, quorum multi nec iſtum ignẽ tangunt per deuotionẽ, nec ab ipſo caleſiunt per dilectionem Iob. 40. Cor eius indurabitur quaſi lapis, & ſtringetur quaſi malleatoris incus. Facilis. n. domeſticatur & docetur redire ad manũ dñi accipiter ſilueſtris, q̃ gallina quotidie manẽs in domo. Sic facilius reducuntur ad cor ſimplices & rurales, q̃ clerici & religioſi qui quotidie manent in domo dñi. Ideo licet tales tanganẽ à Deo per uermẽ conſciẽtiæ, & ſignatũ lumẽ eius ſuper ipſos, non tñ inde à peccatis reſipiſcunt. Magnates tardius & difficilius cõponũt pacẽ cũ eo, qui eos diutius impugnauit quã cum eo qui rarius & minus. Sic Deus in peccato perſeuerantibus & induratis tardius & rarius dat gratiã reuertendi. Amos. 1. Super tribus ſceleribus Iſrael & ſuper quarto nõ cõuertam Eſa. 65. Puer centũ annorũ maledictus erit. Secũdo ideo derelinquũtur reprobi, quia Deum nolũt audire, nec in ſe inſpirando, nec in ſuis ſeruis prædicãdo. Sunt. n. ſicut Nabal cui nemo poterat loqui, & ſicut Hãnibal cui nemo poterat niſi per interpretem loqui; & propter hoc cito cecidit. Non ſic Petrus, qui ita Pauli reprehenſionẽ ſuſtinuit, vt cũ in epiſtolis eius ſe reprehẽſum didiciſſet, eundem Paulum in ſecunda ſua canonica de ſibi data ſapientia collaudauit. Tertio, quia tales reputant ad ſe non uideri aut puniri à Deo. quod ſi uiderent non in tanta mala laberentur. p̃s. Propter quid irritauit impius Deum. dixit enim in corde ſuo non requiret. Ad quod eis reſponderi poteſt, quòd propter longam impunitatem maxime moueri deberent ad timorem. Iulius Celſus lib. 1. Cõſueuerunt dij immortales quo grauius hoĩes pro ſceleribus ipſorum vlciſci volunt, his fœcundiores interdũ res & diuturnitatem impunitatemq; concedere Greg. in mora. Sicut in arcu quanto longe trahitur corda, tanto de eo exit diſtrictior ſagitta, ſic extremi dies iudicij quãto longe differtur ut ueniat, tanto cũ uenerit ſententia grauior erit. Secundo reprobi uix corriguntur, & hoc à parte ſui ratione incorrigibilitatis. Pellis. n. uetus futuram non tenet, nec de corio ueteri poſſunt fieri boni ſotulares, nec de ſene peccatore fit faciliter bonus homo. Matth. 9. Nemo mittit cõmiſſuram panni rudis in ueſtimẽtum uetus, id eſt ad monitionẽ uitæ nouæ ad corrigendum ueterem. Tertio reprobi vix corriguntur ex parte diaboli rõne detentionis in peccato. Qui. n. diu tenuit aliquã terrã, allegat eam tenere propter præſcriptionẽ, & conſuetudinem, & faciliter non dimittit eam, uel amittit. Sic diabolus peccatorem inueteratũ in peccato propter præſcriptionem & longam conſuetudinem allegat eũ tenere, nec faciliter eum dimittit. Iob. 18. Tenebitur planta eius. i. finis uitæ laqueo ſcilicet peccati. Quarto ex parte ſanctorũ ratione cõtemptus eorũ. Dicunt. n. viri ſancti illud. p̃s. Qũo cantabimus canticũ dñi in terra aliena? Terra reproborũ aliena eſt à terra electorũ. Qũo ergo in aurib. reproborum cantarent electi cãticum dñi, quod eſt correctio? Timent enim, ne eo audito conuertantur in odiũ ſui, & ſic fiant deteriores. Greg. 20. moral. Sancti viri cũ uidẽt quoſdã ſua uerba deſpicere, dum eos diuinitus intelligunt deſeri, gementes conticeſcunt. Vinea. n. ſumptuoſe culta & frequenter, nec tñ fructificãs, maledicitur & extirpatur. Sic à Deo maledictionem recipiũt, & à viris ſanctis derelinquuntur, qui frequenter correcti non emendantur. Heb 5. Terra ſæpe uenientem ſuper ſe bibens imbrem, & proferens ſpinas & tribulos, reproba eſt, & maledicto proxima. Equus

habens genu rigidũ de facili cadit. Sic peccator durus ad correctionem facile cadit in peccatum & in infernum. Dicitur tñ & quarto ꝙ non eſt ceſſandũ à correctione reproborũ pp incorrigibilitaté, quia q̃diu viatores ſumus neſcitur diſtinctio inter electos, & reprobos: quia Eccle. 9. Nemo ſcit an odio uel amore dignus ſit. Mixtæ. n. ſunt paleæ cum granis. Et ꝙ nõ ſit dimittẽda diſciplina reproborum docet Helyſeus. 4. Regum 13. qñ contra Ioas regem, quaſi contra negligentem iraſcitur, eo ꝙ terram. i. peccatorem cui dicitur terra es, non amplius quàm ter percuſſerit. Ait enim. Si percuſſiſſes quinquies, aut ſexies ſiue ſepties, pcuſſiſſes Syriã vſq; ad conſummationé. i. vſq; ad plenam de peccatis victoriam.

*R Reprobus Qđ nõ eſt ceſſandũ à correctione reproborũ.*

*Eadem feria tertia poſt 3. dominicam Quadra. Sermo 3. & in ordine 70.*

*A Latro. Qũo peccator latroni comparatur.*

SI peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum. Mat. 18. Peccator ex ſcripturis ſacris quatuor comparari poteſt. Primo latroni in cuius burſa ſępe inueniũtur dænari, quibus emitur corda uel funiculus, quo ſuſpendendus eſt, quia de peccatis cordã facit qua ſuſpenditur. p̃s. Funes peccatorũ circũplexi ſunt me. Vnde de domo Aman ſublatum eſt lignum in quo ſuſpenſus eſt. Secundo ſimilis eſt araneę, quę de uiſceribus ſuis filiũ extrahit vnde ſe ſuſpendit ſicut auarus qui (Eccle. 10) in uita ſua proiecit intima ſua. Eſa. 59. Telas araneæ texuerunt ab initio. Quaſi enim in primo motu peccatum eſt filium araneæ, qđ poſtea tantum ingroſſatur per conſuetudinem, quod eſt ſicut vinculum plauſtri gallice vng chable, Eſa. 5. Veh qui trahitis reſtem in funiculo uanitatis, & quaſi vinculum clauſtri peccatum. Ideo nil mirum, ſi iubet dominus antequam groſſeſcat illud cõteri dicens. Si peccauerit in te frater tuus corripe &c. Nec ſufficit rumpere, uel incidere, quia multi incidunt uel rumpunt in quadrageſima, qui venientes ad quaſi modo renodant. Ideo cõterendus eſt laqueus peccati, & annihilandus, ita ut non poſſit renodari, vt dicatur illud pſal. Laqueus cõtritus eſt, & nos liberati ſumus. Sed nos ſumus ſimiles alieto: qui dum rumpit retia ſua, remanent tñ circa pedes, & ita per ea pendet ad arborem. Tertio peccatores comparantur ſpinis. de quibus. 2. Regũ. 23. ſcribitur. Præuaricatores quaſi ſpinæ euelluntur vniuerſi, quæ non tolluntur manibus, & ſi quis tangere voluerit eas, armabitur ferro & ligno lanceato. quia cum difficultate peccatores corripiuntur. & ſi corripiantur, ſicut ſpinæ pungunt corripienté. iuxta illud Amos. v. Odio habuerunt corripientem in porta, & ut plurimum nõ ſufficit pro eis correctio fraterna, ſed paterna, cum ligno & lancea vltionis, & flagelli. Quarto comparatur peccator api, quæ habet aculeum in cauda, & mel in ore, quia peccator delectationem habet ante ſe, & poſt ponit aculeum damnationis æternæ. Vt igitur mel delectationis ſpiritualis habeamus in ore ad apem illam recurramus, cuius fauus mel in cera, diuinitas in humanitate, ut dulces faciat ſermones noſtros in auribus ueſtris. Eam itaque ſalutemus, dicentes. Aue.

*B Aranea. Qđ peccator ſimilis eſt aranea.*

*C Spinæ. Qđ pec...*

*D Correctio...*

Ad correctionem quatuor requiruntur. Primo requiritur modeſtia in corrigente. Modus enim corrigendi multum debet cõſiderari. iuxta illud. Omnibus adde modũ. Non enim debet eſſe paſſionatus qui corrigit ne excedat, ſicut Lamech ductus à puero. i. à ſenſualitate pro beſtia hoĩem ſagittauit, & occidit. Gen 4. 3. Reg. 22. Quidam in incertum ſagittam dirigens caſu percuſſit regem Iſrael. Iſtæ ſunt ſagittæ in manu potentis, quibus utuntur filij excuſſorum, id eſt prælati, qui ſunt filij apoſtolorum, qui excuſſi ſunt, & ablati ab arbore ſynagogæ, ſicut fructus excutitur ab arbore, quæ tunc deſerta fructu dimittitur. Hæc autem ſagitta correctionis debet eſſe remiſſa cõtra contritos & humiliatos, quia ſagittæ paruulorum factæ ſunt plagæ eorum. ideſt à pauca & parua correctione vulnerantur, & corriguntur, ſed acrius debet mitti contra proteruos & obſtinatos, quia fortior ſagitta requiritur ad vulnerandum hominẽ armatum, quàm nudum, ſic fortior correctio ad caſtigandum obſtinatos & excuſationibus armatos quàm manſuetos. Tullius. Vndique fulciendi ſunt qui ruunt, erigendi ſunt qui ceciderunt. medicandi qui vulnerati ſunt, non nouo vulnere tráſfigendi. Quid autem aliud facere poteſt, quàm vulnerare qui uenit ad infirmum in ſolo igne & gladio. In igne iracundiæ, & acuto gladio linguæ? Hi ſimilantur refectoribus



ctoribus veterum patellarum, qui dum foramé vnũ nituntur obſtruere vno ictu mallei multa foramina faciunt, vel illud augẽt in duplo, uel ipſam patellã totaliter confringunt. Tales opinantur omnia vaſa eſſe malleabilia, & malleando uelle refici, non attendentes ꝙ fictilia aut uitrea malleationibus potius confringuntur, quàm reficiantur. Correctio enim quam ſolam intendere debet corrigens, non eſt niſi refectio uaſis, ſ. cordis peccatoris. Eccl. 21. Cor fatui quaſi uas confractum. In domo magna nõ ſolum ſunt uaſa aurea, & argentea, ſed & lignea, & fictilia. vt dr̃. 2. Timot. 2. Aurea & argentea ignem fortiſſimum ſuſtinent, fictilia non. Propter hoc intolerabilis eſt inſania huiuſmodi fabrorum ſeu refectorũ, qui nec diuerſitatem uaſorum, nec fortitudinem aut debilitatem attendunt, vno ſolo artificio in opere utentes uel potius abutentes. Eccle. 7. Ne obſtupeſcas, ne impie agas multum. i. ne crudelem dicas ſententiam contra aliena peccata, ne ea ſtupido corde aut uideas, aut audias ita ut non per zelum aut compaſſionem ea ſentias, & ſis inſenſibilis ad ea, ne ſcilicet ſeuere aut rigide multum agas, nedum ſanare intendis, mortifices, extinguendo uitam, id eſt charitatem in eis quibus mederi intendis, vulnus iræ uel odij infligendo. Multi enim vix pungi ſe patiuntur, immo nec vngi, quomõ ergo ſe vri vel ſecari poterunt ſuſtinere?

*E Correctio Qđ corrigẽdus ſit diſciplinæ capax*

Secundò requiritur ꝙ corrigendus ſit ꝓ tunc diſciplinæ capax. propterea Ioannes arguebat Herodem. Libenter enim eum audiebat, & audito eo multa faciebat. Propterea namque Ioannes eum corrigebat, quia proficere aliquid in eo ſperabat. Nõ enim debet homo paſſi natus corrigi. Equus enim calidus non debet adaquari, ceſſante autem calore bibere põt. Eccle. 31. In conuiuio uini ne proximum arguas. Nã nõ ſolet homo ebrius uel iratus obiurgationi acquieſcere, qui tamen refrigeratus ſolet patienter ſuſtinere. Ideo Nabal tumulentus ab uxore tunc redargutus non eſt. 1. Reg. 25. quia dure reſponderat ſeruis Dauid. Aegre enim tuliſſet illam correctionem. Debet nimirum diſſimulari tunc, uel ſupportari peccatum, ſed paſſione ceſſante debet increpari. Aqua enim calida fumũ emittit, frigida non. Sic uxores viros ſuos reprehendere debent non uinolentos, ſed diſciplinæ capaces. Tertio requiritur, ꝙ correctio ipſa (maxime ſi ſit paterna) fiat ſine perſonarum acceptione, ita ꝙ non parcat vni plus quàm alij ipſe ſuperior, niſi certa & rationabili cauſa. Quidam enim vni non parcunt, qui crudeliter parcũt multitudini nolentes eam corrigere, ſed quia ſic aſſueti ſunt in mala eorum conſuetudine pmittũt eos uiuere. Sed multitudini nõ eſt parcendum, ut maiori multitudini ſubſequenti occurratur. Expedit. n. ferro plura abſcindere membra, quæ fomentorum nõ ſentiunt medicinam. Melius ſiquidem eſt, vt cum paucorum damnatione plurimi liberentur, quàm ex eorum abſolutione plures perdantur. Cũ feriunt vnũ, nõ vnũ fulmina terrent. Alij uero in ſimili caſu vnũ corrigunt. & aliũ dimittunt. Qui in medio eſt ab oĩbus æqualiter vr̃. Prælatus in medio ſubditorũ dẽt ab oĩbus æqualis videri in iudicando, ne uideatur perſonarũ acceptor pp familiaritatem uel conditionem, aut cognationé. Exo. 32. Ite per mediũ caſtrorum, & occidat vnuſquiſq; proximum ſuũ, & fratrẽ ſuũ, & amicos. Tales nõ ſunt de familia Chriſti, ſed antichriſti. Chriſtus enim dicit Apo. 3. Ego quos amo arguo, & caſtigo. Põt tñ prælatus in corrigendo cõſiderare complexionem ſubditi corrigendi. Acrius enim percutiendus eſt, qui duræ complexionis eſt quàm qui tenerę, & plus aliqñ quis corrigitur uerbo, quàm ſtimulo uel virga. Matt. 8. Dic tm̃ uerbo, & ſanabit puer meus. In his agendum eſt prælato cũ magna diſcretione. Alij corrigunt inferiores, ſed parcunt magnis & nobilibus. cõtra quod p̃s. Increpa feras arundinis. i. qui ad modũ ferarum ſeuiunt in alios, confidentes in arundine ſuæ nobilitatis uel proſperitatis, quę uelut arundo cito frangitur. Vel feras arundinis. i. qui malicia feroces libertatem habent per mũdum diſcurrere ſicut per arundinetũ. Tales enim (ut cõiter) ſunt congregatio taurorum paratorum contra oẽs dimicare in uaccis populorũ. i. inter meretrices, quæ in modũ vaccarum oeſtro tactarũ ubique diſcurrunt. Quidã uero dimittunt magnos viros corrigere ne ipſos conturbent, cum tñ correctio illuminet intellectum. p̃s. Diſciplina tua ipſa me docebit; & Eſaię 18. Sola uexatio dabit intellectum. Alij corrigunt, ſed ita ſtolide quòd uolunt leui uento groſſam trabẽ euertere. i. groſ-

*F Correctio Qđ in correctione non ſit perſonarum acceptio.*

ſum peccatum leui correctione purgare. Terra enim niſi ferro ſcindatur non generat frumentũ.

*G*

*Correctio Qđ cõſiderãda ẽ pſona, ſi ſit tũc emendabilis.*

Quarto requiritur diſcretio in corrigẽdo, & hoc multis modis. Primo modo conſiderando perſonã quã corrigit ſi ſit pro tunc emendabilis, ne corrigens ex hoc infametur, vt patet in fabro, q vult ſanare equum indomitum, qui ab eo repercutitur. Prouer. 9. Qui erudit deriſorẽ, ipſe ſibi maculã generat. Hiero. ad matrẽ & filiã. Poſtquã arguendo crimina factus ſum criminoſus, tacere didici, rectius arbitratus ponere cuſtodiã ori meo, q̃ in verba malitiæ declinare. Item ne ipſe corrigendus deterioret̃, quia uinũ nouũ poſitũ in utres ueteres ipſos diſrumpit. Et ſcabioſus odit pectinẽ, noctua, lucẽ, puer magiſtrum, freneticus medicamentum, & ſignum eſt mortis, qñ ex medicina deterioratur homo. prouer. 15. Qui odit increpationes moriet̃. Itẽ ne ipſa ueritas cõtẽnat̃, ſicut margaritæ in luto cõtẽnuntur à porcis. Tales. n. relinquendi ſunt iudicio diuino, & ſuo periculo. Quia enim primi parentes correctionem nõ ſuſceperũt, variis miſeriis ſubditũ eſt genus humanum, & qui non crediderunt Noe arguenti ſubmerſi ſunt. Similiter & Pharao cũ exercitu ſuo, quia Moyſi correctionem non ſuſcepit.

*H*

*Correctio Quòd diſcernẽda eſt pſona in corrigendo.*

Secundo, q̧ diſcernat perſonam cuius ætatis, & conditionis, quia ſi ſit ſenex corripiendus eſt cũ magna manſuetudine. 1. Timo. 5. Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra ut patrẽ. Glo. Ne increpaueris ,p ætatis honore, ne indigne ferens ſe à minore correctũ magis exaſperet̃. Vnde Ariſtot. 1. Economice dicit, q̧ correctio eſt quædam farmatia, ſeu medicina laxatiua, quæ fieri debet fortior, aut debilior aut moderatior ſm qualitatem, repletionem, virtutem, debilitatem aut complexionem corporis. Sic ſm uariam conditionem hoĩum variandæ ſunt correctiones, quæ ſunt portiones amarę, non ad nutriẽdũ. ſed ad purgandũ malũ ordinatæ. Aliud. n. eſt purgare malũ, aliud nutrimentum dare de bono, ſicut aliud eſt tollere ſpinas à cãpo, aliud eſt fimum immittere. Ideo bonus medicus infirmitati ſe opponit, non naturę, & agricola loliũ mouet, non frumentum. Et propterea quia primo experitur medicus, ſi leui medicamẽto ſanare poſſit priuſquã ferro, uel igne utat̃, ideo tentandum eſt magis conſuetudine, quàm ſeueritate corripere. Adamas. n. ferri duriciẽ ſuperat, ſed mollicies ſanguinis ipſum ſecat.

*I*

*Correctio Qđ diter corrigẽdi ſunt humiles aliter ſuperbi.*

Tertio cum diſcretione aliter corrigendi ſunt duri & contumaces, aliter puſillanimes. Nam puſillanimes prius conſolatione confirmandi ſunt ut ſurgant poſtea terrore excitandi ſunt ne cadant. Econuerſo contumaces & duri, & ſuperbi prius increpandi ſunt ut timeant, poſtea fouendi conſolatione ne diſperent. Aliter ẽt monendi ſunt humiles, aliter ſuperbi. Primis inſinuandum eſt quàm ſit uera excellentia, quã ſperando tenent. Alijs quàm ſit nulla temporalis gloria, quã etiã amplectentes non tenent. Audiant humiles quàm ſint æterna q̃ appetunt, quã trãſitoria q̃ cõtemnunt. Audiãt elati q̃ ſint trãſitoria quę ambiunt, q̃ æterna q̃ perdũt. Audiãt humiles, oĩs qui ſe humiliat exaltabitur. Audiãt elati, oĩs qui ſe exaltat humiliabitur. Audiãt humiles, gloriã p̄cedit humilitas. Audiant elati, ante ruinam exaltatur cor. Audiãt humiles, beati pauperes ſpũ. Audiãt elati. Increpaſti ſuperbos, maledicti qui declinant &c. Audiant humiles, ad quẽ reſpiciã niſi ad humilẽ & quietũ, & trementẽ ſermones meos. Audiãt elati, q̄d ſuperbis terra & cinis? Audiãt humiles, Deus humilia reſpicit. Audiãt elati, & alta à lõge cognoſcit. Audiant humiles, quia filius hominis nõ uenit miniſtrari, ſed miniſtrare. Audiãt elati, q̄a initiũ oĩs peccati ſuperbia. Audiãt humiles, q̄a dñs ſe ip̄m humiliauit formã ſerui accipiẽs. Audiant elati, de eorũ capite, q̧ ipſe eſt rex ſuper oẽs filios ſuperbiæ. Nihil. n eſt tã correctioni aduerſum, q̃ ſuperbia. Similes. n. ſunt ſuperbi bufoni, qui quãto plus tãgitur, plus inflatur. Hoc ſignificatũ eſt in Pharaone, qui quanto magis à Deo flagellabatur, tanto contra eum inflabatur. Similes morbo, qui dicitur, noli me tangere. quia morbus ille qñ tangitur, homo indignatur. Malunt. n. per adulationẽ palpari, quàm correctione tangi, & ſi tanguntur, indignantur. Aes enim nunquã põt tã modicũ tãgi quin ſonet, nec iſti q̃n murmurẽt. Ideo de talibus cõſulitur. Num. 16. Recedite à tabernaculis impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent. Medicina aũt non ſanat infirmũ, niſi perſonaliter tangat ipſum. Vñ tales à cõitate arceri debent. pſalm. Non ueniat mihi pes ſuperbiæ: & ſequitur cauſa: & manus peccatoris non



non moueat me, ſupple ad iracundiam.

*K*

*Correctio Aliter corrigẽdi ſunt p̄lati, aliter ſubditi.*

Quarto cum diſcretione aliter corrigẽdi ſunt, & monendi ſuperiores, & prælati, aliter inferiores & ſubditi, quia concutiendi ſunt ſubditi abſque circuitione verbis manifeſtis, prælati uero cum magna manſuetudine, & ſub uerbis latentibus & occultis. Prælatus. n. catulus eſt non accipiẽdus ſine mouflis. Abner enim percuſſit Azael auerſa haſta in inguine, & ſtatim mortuus eſt. 2. Regum. 2. Principes enim niſi ex obliquo & indirecte, clam & nõ aperte correctione percutiantur: aggrauantur ſtatim & in furiam cõuertuntur, & ſic nullatenus ſuperantur. Lignum enim & non ferrũ debet ad iſtos uerti, & obtuſa non aſpera correctione percuti. Hac percuſſione percuſſit Dauid cor ſuum, eo q̧ pręſciderat orã clamidis Saul, quaſi nimis dure agendo in eum. Oculus enim eſt pars tenera & delicata, & ſi infirmet̃, vix põt adhiberi remedium, etiam cum leniter tangitur uix pati poteſt. Sapiens enim minutor primo ſcalpit equũ ut ſtet in pace, & poſt percutit, & inde ſanguis exit. Sic cum quadam adulatione benignitatis ſuſcipiendus eſt prælatus, & tunc ex improuiſo ferro medicinali feriendus. Omnis enim homo de theſauro ſuo profert noua & uetera. Noua ſunt conſolationes, uetera ſunt increpationes, quia uetus lex pœnam poſuit qua terreret, noua miſericordiam qua foueret. Ideo pietas primo loquetur quæ palpat, poſtea ſeueritas percutit. Sic fecit Nathan propheta Dauid, qui pergens ad eum dixit. Sermo mihi eſt ad te o rex. Ecce pietas & ſapientia quæ portat gladium ad ſecandum vulnus, & ne abhorreat medicinam abſcondit ſub uelamine cuiuſdam ueritatis. Statim enim cum intrauit non dixit. O inique. O immunde. O homicida, ſed ſermo mihi ad te. Tales enim ſic indiſcrete corrigentes ſuperiores, in principe dæmoniorum eijciunt dæmonia. Multi tamen ita eos timẽt increpare quòd dimittũt eos in omnia mala uerſari, ſimiles auibus, quæ aliter cantãt in caueola, aliter cum non conuerſantur cum hominibus, quia extra cãtant ut aues, in caueola uero fingunt uocem humanam. Sic iſti quando ſunt extra curiam principũ, uel prælatorum loquuntur ut boni, condẽnantes eorum facta, & ſuorum conſiliariorum, ſed quando ſunt intra, loquũtur ſicut homines, cum quibus conuerſantur, & ſicut cęteri adulantur. Non ſicut Paulus, de quo ad Gal. 2. Reſtiti ei in faciem, quia reprehẽſibilis erat. Vnde Daniel diſcrete reprehendit regem inducendo exemplum patris ſui, & tunc eum audiuit, & magnifice honorauit. Dan. 5. Sic qui ueritatem dicũt regibus, & principibus. Subditi uero corripiendi ſunt à ſuperioribus ſuis non cum tãta manſuetudine, ſed uerbis manifeſtis, & moderatis, poſtea conſolandi ſunt. Canis enim prouocatus dentem denudat, & linguam medicinalẽ abſcondit. Sic zelus ſanctus aſperam correctionem monſtrat exterius, & interius reſeruat charitatis conſolationem. p̄s. Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me. Hinc Aug. tracta. 7. ſuper Ioannem. De ſpina procedit flos, ſic de diſciplina aſpera amor, & dilectio. Canis autem rabidus foras ſemper educit linguã uenenoſam, & cum hoc dente mordet improperando. Prouer. 26. Sicut qui apprehendit auribus canem, ſic qui tranſit & impatiẽs commiſcetur rixæ alterius. Sicut enim qui capit canem per aurem prouocat canem contra ſeipſum, ſic qui corripit nimis rigide, impatientiam alterius prouocat. Reus enim eſt medicus mortis infirmi qui per medicinæ uiolẽtiam ipſum interficit.

*L*

*Correctio Vtrũ inferior teneat̃ corrigere ſuperiorem peccãtẽ.*

Circa hoc tamen quæritur, an inferior teneatur corrigere ſuperiorem, quem peccare uidet. Et uidetur quòd nõ, quoniã Dauid præſcidit oram clamidis. Saul ſilenter, & poſt percuſſit cor ſuum in ſignum pęnitudinis. Dauid autem typum gerit boni ſubditi: ſicut Saul mali prælati. vt ait Auguſtinus. Tales etiam ponunt os in cœlum. Secũdo in naturalibus ſemper effluit ſuperius in inferius, & non econuerſo: ſed gratia perficit naturam, ergo ita erit in gratuitis. In oppoſitum eſt in prologo bibliæ Hierony. Sancta quippe ruſticitas ſolum ſibi prodeſt, & quantum ædificat ex vite merito eccleſiam Chriſti, tantum nocet, ſi deſtruentibus non reſiſtat, ſed prælati ad litteram, vt plurimum deſtruunt eccleſiam Dei. ergo ſunt corrigendi. Rñſio. Prima propoſitio. Omnes tenentur corrigere prælatum malum (ſi ſe offerat temporis opportunitas) ſi eum uiderint peccantẽ. Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, id eſt in tui præſentia, & ſi ſpes ſit de eius emendatione, occulte tñ & cũ bona mode-

 ſtia,

ſtia & manſuetudine, & ꝙ exinde non ſcādalizetur nec moleſte ferat. Non enim debet ſuperioris frangi auctoritas, ſed debet reuerentia dignitati & præſidentiæ deferri quia cui honorē, honorē. Glo. ſuper illo. 1. Timot. 5. Seniorē ne increpaueris pro ętatis honore, ne indigne ferens ſe a minore correctum magis exaſperetur quàm proficiat. Ideo non dēt moneri ſuperior niſi leniendo & compatiendo. Et hic adhibenda eſt cautela Auguſtini ut ſi probabilius pſumit ꝙ alias correctionē facilius ſuſcipiat vſq; in illud tp̄s differēda eſt correctio, exēplo ſaulis qui diſſimulabat audire verba virorū iabes. 1. Reg. 31. Si aūt non uideatur corrigibilis, vel ad ſuperiorē recurrēdū eſt ſi notoriū ſit pc̄tū̄ & publicum, ſi aūt non ſit notorium relinquendus eſt diuino iudicio & deus orandus eſt pro eo. Secūdo dr̄ ꝙ triplex eſt reprehēſi. Vna imperialis q̃ ſit imperio poteſtatis, q̃ maioribus cōceditur, & inferioribus īter dr̄. 2. q. 7. Oues quæ ſo paſtori commiſſe ſunt eum reprehēdere (niſi a fide exorbitauerit) nec ullatenus accuſare pn̄t, quia facta paſtoris ouis gladio ferienda non ſunt, & hæc eſt paterna correctio. Alia eſt ſocialis & fraterna, & hæc cōceditur ſubdito, dummodo non in publico fiat, quia aliter eſſet proditor criminis nō corrector. Tertia eſt mordax ex ſuperbia & iniquitate. De qua. p̄s. Poſuerunt in cœlum os ſuum, & lingua eorum tranſiuit in terra quia tales ſanctos prælatos lacerāt uerbis & contumeliis, ubi de terrenis & malis hominibus lingua eorū tranſitoriæ & paucū loquitur. Tertio dr̄ ꝙ non eſt ſimile de gr̄a & natura, licet gratia naturā perficiat, q̄a natura tantum ad unum inclinatur, gratia uero ſicut & liberorum arbitrium ad multa. Inclinat enim ad corrigendum tam ſuperiorem, quàm inferiorē, quàm ēt equalē.

*Eadem feria tertia ſermo tertius. & in ordine. 71.*

A *Correctio virū pronus ad malum p naturam difficilius corrigat*

SI peccauerit in te frater tuus &c. Matt. 18. Sint duo quorū unus pronus eſt ad malum per naturam, alter per conſuetudinem, quæritur vter eorum difficilius corrigitur. Videtur ꝙ primus, quia natura fortior eſt conſuetudine. Reſpondetur ꝙ nec uirtus nec uitiū inſunt nobis ex natura ꝓpria, ſed ex conſuetudine. licet a natura ſimus inclinari ad uirtutem uel uitium. ut dr̄ 2. ethicorum. Ideo iuuenis ad uitium pronus facilius corrigi pōt, q̃ qui a principio inclinatus ad uirtutē malus efficitur per cōſuetudinē. Sicut uirga tortuoſa pōt fieri recta quandiu eſt uiridis, ſed ſi primo fuerit recta & poſtea tortuoſa facta & arida fiat, citius frangitur quam rectificetur. Ideo. 7. ethi. dr̄ ꝙ incontinentia non eſt ſimpliciter malicia & eſt curabilis, ſed uitium intemperantiæ ſimpliciter eſt malicia incurabilis quia perverſi difficile corriguntur: Hiere. 13. Si poteſt ethiops mutare pellem, & uos cum didiceritis malum. i. conſueti fueritis ad malum. Ad hoc eſt exemplum hypocratis, quod recitat Albertus in ſuo commento ſuper centiloquium ptholomæi, qui miſit imaginem ſuæ faciei cuidam magiſtro in phiſionomia, qui quidem magiſter iudicauit eum pronum ad furtum, adulterium, & alia mala. Diſcipuli autem eius irati ꝙ talem ac tantum uirum modeſtum & caſtū ſic iudicaſſet, indignati receſſerunt, qui cū hypocrati hæc narraſſent. Reſpondit. Sum, ſed contineo. Ad hoc etiam eſt exemplū de quodam rege Perſarum cui dixit Aſtrologus quidam. Quomodo poteſt eſſe quod delecteris in rebus honeſtis, cum ab inclinatione natiuitatis turpia & inhoneſta appetas? Reſpondit rex. Vidi talia non eſſe recta nec rege digna, propterea uirtute animi meipſum uinco. ut rebus honeſtis me aſſueſcam. Sic ſancti uiri ab initio eccleſiæ fecerunt uincentes in ſeipſis regna carnis, mundi, & diaboli: facientes ſibiipſis uiolentiam. Iuxta illud Math. 11. Regnum cęlorū uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Quā uiolentiam uix nobis inferre poſſumus, niſi manus nobis porrigat adiutrices beata uirgo Maria, cuius auxilium imploremus dicentes. Aue.

B *Contra De quatuor correctorum genera.*

Circa thema propoſitum dicemus qui & quales debent eſſe correctores quib. præcipit ſaluator ſi peccauerit &c. Scd̄o quomodo intelliguntur dicta ſaluatoris, in q. bus vult ꝙ correctio denūciationē p̄cedat. Ex textu ſcripturæ ſacræ. 3. Reg. 19. colliguntur quattuor correctorū genera, inter quæ ſolū quartū genus deo placet. Primū eſt ſp̄ūs conterens petras, ſed nō in ſpiritu dn̄s. Hi ſūt crudeles & furioſi correctores, qui ſine diſcretione omnia volunt contere re, & ſubuertere, & ſine moderamine punire,



& apud illos non eſt dn̄s. Nunquā enim dn̄o placent crudeles exceſſus, nec exinde ſequitur aliquis vtilitatis fructus, nec emēdationis prouentus. De quibus Amos. 2. Ipſi conterunt ſuper faciē terræ capita pauperū, & viā humiliū declinant. Exo. 22. Si q's voluerit ſpinas cōburere & ignē ibi poſuerit, & egreſſus ignis ſegeres ſeu ſpicas combuſſerit cōprehēderit aceruos frugū, redet dānū q̄ ignē ſuccēderit. Sic q̄ vult cōburere ip n. s. i. peccatores punire, ſūmæ caueat ne ignis correctionis metas iuſtitiæ trāſcēdat, & ne ſegeres cū ſpinis. i. iuſtos cū peccatoribus inuoluat. Melius eſt. n. malis parcere, q̄ iuſtos cū malis inuoluere. Mat. 13. Ne forte colligētes zizania ſimul eradicetis & triticū. Hinc. 4. Reg. 6. Cū filij prophetarum iuiſſent in ſiluam ad ligna cedenda, ferrum ſecuris vnius excidit de manubrio. In ſiluam ad cedenda ligna vadunt, qui ad corrigenda infructuoſorum vitia ſe accingūt. Sed interdum ferrum de manubrio exit, cum ipſa correctio modum excedit. Hi ſunt qui tenent aratrum prælationis, & delectantur in punitionibus ſuorum, cito excommunicationis gladios eos ferientes. Eccle. 38. Qui tenet aratrum & qui gloriatur in iaculo, ſtimulo boues agitat. Eccle. 7. Noli nimium eſſe iuſtus, vt ſ. miſericordiam excludas. Sarculator vehemens malas herbas cum bonis eradicat, & nimius flatus extinguit ignem, leuis accendit.

Illi enim multiplici ſtulticia laborant Prima eſt, dum omnia hic iudicare & vindicare præſumunt, quorum voluntas ſi impleretur, nihil reſtaret niſi vt deſtrueretur infernus & purgatorium, & reuocaretur ſtatutum de iudicandis a domino viuis, & mortuis. Si enim hic omnia iudicarentur, locum diuina iudicia non haberent. Scd̄a eorū ſtulticia eſt, dū omnia in omnib. vindicare laborant, quia ſicut ſe opponunt oīb. ſic oēs ſibi. Quot aūt ſibi opponunt, tot ſibi ſubtrahunt, & diabolo addunt contra ſe, & propter hoc tot aduerſarios & impeditores iuſtitiæ contra ſe erigunt. Vnde fit ut nec etiam pauca uindicent, qui de omnibus ſe intromittunt. Tertia ſtultitia eorum eſt, quia quæ minima ſunt cum tanta ſolēnitate & diſtrictione uindicare uolūt, quę etiam magnis criminibus nimia eſſet, ac ſi pro accipiendo publice quis enſem euaginet, aut ſecurim exacuat, aut tormenta ingentia paret. Leuia. n. quæ ictu unius feſtucę occidi poſſunt, carnificinā illā non requirūt. Quarta ſtultitia, quia ipſam diſciplinæ cirurgiam in carnificinā, & trucidationem conuertunt, & dum putrida reſecare intendunt, ipſa q̃ ſana ſunt atrociter lædunt. Iſti hoīes duobus ſtultorum generibus aſſimilantur. Primo illi ſtulto qui cum audiuiſſet Deum præcepiſſe hominibus recte ambulare, quodcunque ei diſcrimen in uia occurreret, nolebat ab eo diuertere, imò quacunque difficultate, quocunque diſpendio, deſuper murum uel arborem aſcendere, ut ipſum tranſcenderet nitebatur, alioquin a cepto ceſſabat itinere. Talis homo p ciuitates ambulare non poterat, niſi domus diruerentur, & erat intolerabilis. Sic iſti per uiā iuſtitię ſuæ & ſemitas iudiciorū ſuorū, uix toto tp̄e uitæ ſuæ paucos paſſus ambulare ſufficiunt, & ciuitates. i. eccleſias quas perambulant, & in quib. conuerſantur, īnumeris ſcandalis & ꝑturbationib. diruūt & euertunt. Secundo ſimiles ſunt hoīb. ꝓcere ſtaturæ & corporis, qui in mediis turbis infirmorum, paruulorum, & p̄gnantiū adeo rigidi & impetuoſi ꝓcedunt, ut in alios impingant, alios p̄mant, alios deiiciant, alios conculceat, ut eis tranſitis totus locus repleatur fletib. eorum & clamoribus, quaſi quibuſdam ueſtigiis tēpeſtatis tranſeūtis. Prouer. 10. Quaſi tempeſtas tranſiens non erit impius. Aſſimilantur etiam hoībus qui per diuerſa loca tranſeuntes, oēs lapides quoſcunq; non recte poſitos uiderint, ordinare aliter conantur, & quoſcunq; claudos uiderint ad curſum cōpellere, & quoſcūq; extra uiam uiderint ad uiā reuocare & viatores efficere conantur. Secundum genus correctorum eſt commotio, & non eſt in commotione dn̄s, & hoc eſt qn̄ cum māſuetudine uult corrigere, ſed tunc pc̄tōr quaſi beſtia commotus & furibundus non eſt diſciplinę capax. Sine. n. interiori increpatione & inſpiratione diuina nihil ualet exterior. In aīali. n. calor. cordis indiget, frigore ipſum tēperante ad quod non ſufficit frigiditas aeris circunſtātis, niſi per inſpirationem intrinſecus ad cor ingrediatur, q̃ quidē attractio aeris ſi īpediretur ſuffocaretur animal. Et ſic exterior caſtigatio non ſufficit, niſi interior inſpiratio cor tangat. p̄s. Ab increpatione tua fugient, a uoce tonitrui tui formidabunt. Sed nunquàm

C *Correctio De eorum ſtultitia qui uolūt omnia corrigere.*

in commotione habitat Dominus. Pſal. In pace factus eſt locus eius, ideo nullius tũc correctionis eſt capax, & ſic talis qui vult eum corripere, ſine Deo vult bene agere.

Tertium genus eſt ignis, & non in igne dominus. hoc eſt illorum qui corrigunt ex auaritia quærentes quæ ſua ſunt non quæ Chriſti Ieſu: ponentes mala in burſam, effigiantes aaron & filios ſuos qui habebant portare iniquitates filiorum Iſrael, iſti autem in burſa ſua portant. Canis licet ſit iracundus & mordax, faciliter tamen modico fruſtro panis, vel carnis ſibi oblato placatur. Sic prelatus licet ei ex officio cõpetat ſubditorum vitia punire, facile tamen placatur muneribus & ſilet. Vnde galli romam cœperunt præter capitolium, quod aſcendebant canibus tacentibus, ſed anſeribus clamantibus nihil cœperunt. Sic quandoque prelatorum officiariis tacentibus laici zelum Dei habẽtes ſuo clamore hoſtes Chriſti repellunt. Eſa. 56. Speculatores ceci omnes neſciuerunt canes muti non valentes latrare. Iſti enim igne cupiditatis ardent: iõ per exactiones ſubditos incendunt. prouer. 30. Ignis nunquàm dicit ſufficit.

Quartum. eſt ſibilus aure tenuis, & ibi dñs. Iſti ſunt viri dulces, & benigni apud quos eſt dominus. Pſal. Diligens manſuetos dominus, & tunc humilians peccatores vſque ad terram. Hoc autem perpenditur, cum ex amore corrigit. Eſa. 11. Egredietur virga de radice ieſſe. quod interpretatur incendium, quia de radice dilectionis debet procedere virga correctionis. Apo. 3. Quos amo arguo, & caſtigo. Secundo ſi ſit cum modo exequendi correctionem. 2. Ti. 2. Seruum dei litigare nõ oportet, ſed manſuetum eſſe ad omnes, & ſequitur, cum modeſtia corripientem. Pſal. Superuenit manſuetudo, & corripiemur. Gal. 6. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui ſpirituales eſtis corripite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis. Pſal. Corripiet me iuſtus ĩ miſericordia. Dominus enim tulit coſtam adę & repleuit carnem ꝓ ca, quia cum auſteritatem & rigorem ſuperbię aufert deus a prælato ſuperueniẽte manſuetudine, & humilitate formatur eccleſia. Señ. Vitia animi ſicut uitia corporis leniter tractanda ſunt. Minus tamen quàm oportet culpare vitioſum eſt, ſicut fecit hely in filijs ſuis. 1. Reg. 2. Eccl. 20. Quaſi mutus in ore auertit correctioné, vt tabernarius ſi plus de aqua cum vino poneret, minus eſſet pungitiuum. Sunt enim tales ſimiles imaginibus poſitis in oſtiis ſepulcrorũ, quæ ſemper ſecurium vibrant, & neminem percutiunt, ſed poſt hoc aues eas fędant. Sic tales minus correcti deturpant uitam ſuorum ſuperiorum. Similes etiã ſunt iſti merceriis qui gladios portant plurimos, & de eis nullum pulcrum ictum faciunt, niſi forte contra gnanos & homines infimi ſtatus, ſicut milui non inuadentes niſi nullos, & contra pullices gladio pugnantes. 1. Regu. 26. Quem perſequeris rex Iſrael, pulicem vnum. Et hoc forte timentes nequid mali aduerſum ſe dicatur, aut aliquod malum inde patiantur. Hinc Aug. de verbis apoſtoli ſermone. 29. Nulla cauſa eſt quæ magis facit hominem Dei diſpenſatorem pigriorem ad redarguendum contradicentes, quã timor uerbi aſperi, puta detractionum, irriſionum, & cõuitiorum hominum ſuperborum. Pauci enim contradicũt loquendo ſed multi male uiuendo.

*D*

*Correctio Quod minus quã oportet culpare, vitioſum eſt.*

1 Pro ſecũda parte huius ſermonis quæritur cum durando diſt. 19. 4. Vtrum in correctione fraterna debeat ſecreta adminitio præcedere denũciationem. Et videtur quòd non, quia (ſecundum Aug in libro contra mẽdacium) ex factis ſanctorum colligitur qd in ſcripturis ſentire debeamus, ſed Xp̃s denunciauit iudam apoſtolis ante monitionem, ſimiliter petrus damnauit ananiam & ſaphiram ante denũciationem, vt patet Act. 5. Similiter Paulus reprehendit Petrũ nulla monitione præcedente. Item Ioſeph accuſauit fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo nulla admonitione præcedente, igr̃ In oppoſitum eſt quod dicit ſaluator Mat. 18. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipſum. ergo debet præcedere. Pro reſpõſione ad quæſitum dicendum. Primo ſecundũ eũdẽ doctorem, ꝙ peccatum fratris poteſt eſſe uel omnino publicum & notorium, uel occultum, ſic ꝙ nõ poteſt probari nec de eo infamatus eſt uel eſt partim occultum, & partim notoriũ, qđ eſt quando innoteſcit pluribus per quos conuinci poteſt, aut eſt apud graues perſonas diffamatus, quàmuis publica fama non ſit.

*Corre. Vtrũ corre. ne fra na di ſecreta monitio cedere nunci nem.*

His ſuppoſitis conformiter ad prædictũ doctorem ponitur prima ueritas. Secreta correctio, uel admonitio non habet locum



in primo caſu, ſcilicet quando peccatũ eſt omnino publicum & notorium, quia ſicut debet fieri in ſanãdo aliquem corporaliter ſic faciendum eſt in corrigendo aliquẽ ſpiritualiter, cum ſecreta admonitio ſit ad emendationem fratris quæ eſt eius ſanatio ſpiritualis. Sed in ſanatione coporali, medicus ſi poteſt hominem ab infirmitate totaliter liberat. Si autem non poteſt, negligit minus malum ut occurrat maiori, vt puta, quia amputat unum membrum ne totum corpus inficiatur. ergo ſimiliter debet eſſe in correctione quæ eſt ſanatio ſpiritualis. Homo duplex damnum incurrit ſcilicet dãnum innocentiæ quod eſt maximum damnum, & damnum famæ quod magnum eſt licet ſit minus quam primum, qa per amiſſionem famæ patitur homo detrimentum, nõ ſolum in temporalibus, ſed etiam in ſpiritualibus, quia timor infamię multi a peccato retrahuntur. Ideo ſic ſaluãdus eſt peccator per correctionem ſi fieri poteſt quod taliter innocentia reſtituatur, ꝙ fama non perdatur. Si autem debet negligi fama, vt reparetur conſcientia, ergo cum admonitio ſecreta maximè fiat ut conſeruetur fama, & cum peccatum ſit notorium iam ſit perdita fama, ſequitur ꝙ non habet hic locum admonitio ſecreta. Secunda ueritas Si peccatum ſit omnino occultum, nec poſſit probari, nec de eo ſit peccator infamatus ſecreta admonitio habet locum, non tamen denunciatio. Ratio eſt, quia denunciãs exponeret ſe periculo, eo ꝙ ſi peccator neget crimen, poteſt conqueri de eo ſuperiori ꝙ infamauit eum denuncians imponendo crimen coram pluribus quod non commiſit, & ſic alter merito ad pœnam talionis puniretur. Ideo in hoc caſu ſiſtendum eſt in prima correctione, quam iubet ſaluator dicens. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipſum ſolum.

Tertia ueritas. Si peccatum nec ſit omnino occultum nec omnino notum, quod eſt quando pluribus innoteſcit per quos conuinci poteſt reus, uel apud graues perſonas diffamatus eſt, quàmuis publica fama non ſit contra eum, ſic uidetur habere locum proceſſus quem dominus poſuit in euangelio, ut ſcilicet primo in ſecreto admoneatur de correctione, ꝙ ſi non proſit, admoneatur ſecundo coram illis qui factũ ſciũt, ꝙ ſi nec iſtud proſit, tunc demum denunciandum eſt eccleſiæ. Ratio eſt, quia ex charitate ſubueniendum eſt conſcientiæ q̃tum eſt poſſibile abſq; detrimento famę, ſicut ex præcepto charitatis debet quis ſanare fratris conſcientiam non ledẽdo in aliquo eius famam, ſi hoc poteſt fieri per ſolam ſecretam admonitionem. Si autem non poteſt emendari conſcientia. totaliter ſeruando famam quæ iam apud aliquos læſa eſt, ſubueniendum eſt ex charitate emendationi conſcientię abſque ulteriori læſione famæ, quod ſit per admonitionem quę ſit cũ teſtibus qui alias ſciunt factum, & hij inducuntur non ad ſciendum factum cum prius ſcirent, ſed ut coram ipſis efficatior ſit correctio, & vt probetur correctio. ſi cõtingat ad publicam denũciationem procedere, ne denuncians repellatur a denunciatione uel tanquam inimicus vel tanquam ſuſpectus. Et hic proceſſus ſaluatoris in corrigendo ex triplici cauſa agitur. Prima correctio fit ex amore, ꝙ ſi eam audiat qui corrigitur, lucratur corrigens. fratrem ſuum. Nam & dominus talibus facile parcit. Vnde & ipſe in hoc euangelio petro quærenti. Domine ſi peccauerit in me frater meus, dimittam ei vſque ſepties? Reſpondit. Non dico tibi vſque ſepties ſed vſque ſeptuageſies ſepties In quo oſtendit dominus facilitatem remittendi: & prælatus bonitatem prælati, q̃ non quęrit de puniendo, ſed de dimittendo. 3. Reg. 6. Facta ſunt hoſtiola domus domini de lignis oliuarum. In ſignum ꝙ in eccleſia præfici debent homines miſericordes, licèt hodie ponantur oſtiola de rhanno uel rubro. Filij raptorum præficiuntur de rapina nutriti, & a progenitoribus ad rapinam & crudelitatẽ diſpoſiti. Secunda correctio ſit ut pudore confuſus erubeſcat a crimine. Vbi enim eſt dominus ibi lumen doctrinæ & ſalus uitę. Iuxta illud. Pſal. dominus illuminatio mea & ſalus mea. Sed (vt dominus in euangelio dicit) Amen dico uobis vbicunque cõgregati fuerint duo vel tres in nomine meo ibi in medio eorum ſum. ergo cum adhibitione duorum vel trium teſtium qui nouerint factum ſeu crimen fratris, dominus eſt in medio eorũ ad corrigendum fratrem. In fornace regis babilonis vbi tres erant, quartus factus eſt filius Dei. Vbi erant ſoli duo in paradiſo errantes iam in via perditionis venit dominus ad ueſperam deambulans, & quęrens

eos.

eos. Vbi erant octo animæ in archa venit & clauſit oſtium de foris, ne pluuia diluuii eos ſubmergeret. Sic ubi pauci congregati ſunt in nomine eius, ibi ille in medio etiam eos reuocans ſi errarent. Tertius ꝓceſſus fit terrore, ut verberibus & plagis territus crimini cedat. Vnde & ſaluator ait Si autem nec te nec illos audieris. dic eccleſiæ, & ſi eccleſiam non audierit, ſi tibi ſicut ethnicus & publicanus. Talibus enim ſic induratis difficile ſuadetur ueritas. ut dicit Guil. Par ſien. ſuper eccleſiaſ. Somniãtibus (inquit) & mente alienatis ſuadere non poteſt niſi quod ſomniant aut delirãt & facile decipit eos prauitas ſua, quam ſapidam eis efficit corruptio & peruerſitas palati cordis. Tanta enim in eis eſt peruerſitas ꝙ uerbum correctionis, quod erat fruſtrum panis quo paſcenda erat patiẽtia, ꝑ impatientiam conuerrunt in lapidẽ, peiores diaboli qui dixit dño. Dic vt lapides iſti panes fiant. Qui.n.uerbũ bonũ correctionis renuit panẽ in lapidẽ uertit, ſicut q. dicebãt. Durus eſt hic ſermo. Stultus. n. & demoniacus nõ niſi verberibus ſilet. Quarta ueritas huius triplicis correctionis proceſſus ex antiquæ legis expiationibus perpendi põt. In antiqua.n.lege tres erant modi expiandi. Vnctione. ſ. aqua & ſanguine, quia malos oportet primo verbis dulcibus vngere & leuigare. Deinde uerbis aſperis confodere ut pudeãt. Tertio ſanguine uerbũ aut carcere ut terreãtur. Hoc vr̃ ſõniaſſe Seneca lib. de clementia dicens. In corripiendo hæc tria lex ſecuta eſt vt aut eum quẽ punit emendet, aut eius pœna cęteros meliores efficiat, aut ablatis malis cæteri ſecuriores uiuãt. Primũ fit cum amore. Secundũ cũ pudore. Tertiũ cum terrore. Ex amore igitur primo fit correctio ad emendationem correcti. Licet n. Daniel diceret Nabuchodonoſor & Balthaſar malam interpretationem. ſ.ꝙ alter eiiciendus erat a regno, alter occidendus, ex hoc tñ nõ ſunt contra eum moti, ſed eum donis & honoribus ditauerunt. Dan. 4. & 5. Sic prælatis nos corrigentibus & futura mala indicentibus uel pericula non debemus indignari ſed corde humili regratiari, quia prouer. 18. Qui corripit ſapientem gratiam apud eum inuenit. Sed licet illi gratioſe interpretationem Danielis reciperent & eum honorarent, nunquam tamen propter hoc ſe emendauerunt, ideo perierunt. Si multi audiunt correctionem, nec propter hoc emendantur, ideo fine peſſimo terminantur. Inde Ezech. 33. Audiunt ſermones meos, & in cantica oris ſui vertunt illos. Vnde quia corrigi noluit Pharao, uirga verſa eſt in colubrũ, quia diſciplina leui (q̃ per uirgam deſignatur) in drachonem ſibi uerſa, drachoni ſeu diabolo oĩs talis traditur puniendus. Sunt.n.tales ſicut ouis fatua quæ libentius vadit ad carnificẽ q̃ ad paſtorem, cũ tñ paſtor uocet ad gregẽ. carnifex ad occidendum, & hoc ideo, qa ouis in manu paſtoris attendit uirgam & nõ regimen in manu carnificis pabulum non gladium. Sic tales in manu diaboli attẽdunt pabulũ delectationis, non gladiũ dãnationis, & in manu paſtorũ virgã correctionis & non regimen ſalutis. Secundo fit correctio ut cęteri meliores fiant. Præcepit.n. dñs thuribula chore & ſociorũ eius poſt cõſumptionẽ thurificantiũ tolli, & in laminas fabricari & altari olocauſtorũ affigi. vt ſic quicũq; ſacrificantes uidentes laminas terrerẽtur, & punitione dicti criminis a ſimili ambitione retardarentur. Pœna.n.unius dẽt eẽ malorũ terror. Inde ſcelerati in locis publicis ſuſpenduntur, & malorũ hoĩm hiſtorię in publico pingũtur. Eſt n. correctio malicus iniquitati, eã exterminans. imo & ipſũ impiũ ne amplius ſit impius, aut ne plus fiat ipſius q̃ ſit p̃s. Increpaſti gẽtes & periit ipſius. Et iterũ.p̃s. In increpationibus ꝑ iniquitatẽ corripuiſti hoĩem. Tertio corripiũtur ut cæteri melius & ſecurius viuant. Nõ eñ eſt pax impijs dicit dñs. Sũt ergo tollẽdi de medio ut boni pacifice uiuant. Cirurgicus mẽbrum putridũ aut igne ſacro ſuccenſum ſecat, vt cætera mẽbra quieſcant. Quinta ueritas. Xp̃s ut deus nouit uitã Iudę incorrigibilẽ, iõ eam licite reuelauit, licet nõ multitudini. Ei.n.correctio erat inutilis. Similiter ananiã & ſaphirã puniuit Petrus cũ ꝑ ſpũſſancti reuelationẽ ſciret eos incorrigibiles, & Paulus Petrũ publice arguit, quia corã oĩbus peccauit licet ueniali ter. Iux. illud. 1. Thim. 4. Peccantẽ coram omnibus coram omnibus argue. De Ioſeph autem licet non legatur in ſcripturis exiſtimatur tamen monuiſſe fratres. uel peccatum eorum erat publicum eo quòd iuxta texturã ſcripturę plures fratres in illud conuenerunt. Vel ſi defecerit in admo

nitione



nitione fraterna non oportet illos ſanctos patriarchas quin defecerint, in omnibus excuſare.

*Eadem feria tertia. Sermo quartus. & in ordine. 72*

A

*Correctio Demultis modi. hominũque corriguntur e exemplo ꝑgameni, papiri & ferri.*

SI eccleſiã non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. i. ſicut ſarracenus & excommunicatus. Mat. 18. Quidam correctionem audiunt & corriguntur, quidam uero audiunt ſed non inde corrigũtur. quidam nec audiunt nec audire uolunt & ẽt non corriguntur. Ad hoc eſt exemplũ ꝑgameni, papiri, & ferri, quia falſitas in materia quę patitur deletionẽ, ſicut in cera, uel raſurã ſicut in pergameno corrigi põt, ita ꝙ poſtea nihil apparet. Ibi. n. ſcribitur ueritas ubi fuit falſitas, quia qñ hõ ſuſtinet raſuram correctionis ad deletionẽ pc̃tõrũ & defectuum ſuorum, tunc põt ad uiã ueritatis peruenire. Papirus uero non recipit raſuram uel deletionẽ, in qua falſitas ſcripta non põt bñ tolli, & loco falſitatis veritas ſcribi. Falſitas tñ in papiro illa damnari põt per tractum lineæ, ſed non tolli aut deleri qui appareat. Sic qui raſuram correctionis non pñt ſuſtinere, per tractũ pennæ prædicationis dãnantur quam audiunt, & ſic ab eis falſitas tollitur quã gerebãt in peccatore cordis. Sed nec raſuram aut tractum pennę ſuſtinet ferrum. Quandoque enim ſtylo ferreo conſuetudinis imprimũtur peccata, ut neque raſura neque tractus pennę ſufficiat ad ipſa delenda, ſicut dicitur Hierem. 17. Peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo in ungue adamantino. Tales deteriores ſunt brutis. Videmus bruta animalia ſæpę domari a ferocitate ſua & corrigi a brutalitate ſua, ſicut apparet in canibus quorum voracitas temperatur & corrigitur minis & uerberibus, adeo ut mẽſis dominorum ſuorum appropinquare nõ audeant, nec quicquàm ex eis capere, immo magna cum manſuetudine expectant quòd eis detur uel proijciat. Aues etiam erudiuntur uſque ad locutionem humanã & magnatum ſalutationem, & ſolus homo uidetur incorrigibilis beſtiis deterior. Inſtar ergo auium, nos in caueola eccleſiæ poſiti diſcamus formare & cantare canticum non ſolum humanum ſed angelicum. Aue gratia plena &c.

B

*Ligare. De quadruplici alligatura.*

Quadruplex in ſcripturis inuenitur alligationis uinculum. Prima alligatio eſt iniquitatis qua quis ligatur, obligatur, & conſtringitur ipſis peccatis, & hoc conſuetudine peccãdi. De qua.p̃s. Ipſi obligati ſunt & ceciderũt. Et iterũ. Declinantes aũt in obligationes adducet dñs cũ operantibus iniqtatem. Iſti ſunt funiculi deſideriorũ & delectationũ. De quibus.p̃s. Funes pc̃tõrũ circũplexi ſunt me, quibus nõ permittas te ligari, ſed magis declina ſtulticiã Sanſonis, nec te permittas ligari a dalida tua .i. a carne tua quãtuncũq; tibi blãdiatur, licet hoc Sanſon permiſerit. Iudicũ. 16. Sed p̃ſcinde oĩa deſideriorũ iſtorum uincula gladio diſciplinę, & uirtute ſpũs excreantis contra huiõi tẽtationes & cogitationes p̃indignatione conſiderata dignitate tua. Vt aũt nõ timeas fortitudinẽ uinculorũ iſtorũ Audi Eſa. 29. Telas araneę texuerunt. Fila ꝙppe araneorũ ſunt oĩa uincula pc̃tõrum, quę non dicã pulſu aut aliquo diſtractu ſed ſola uoluntate rũpuntur. Qui aũt ſe eis teneri patiuntur, non dubium eſt non eſſe muſculis fortiores. Et ualde erubeſcendum eſt huiuſmodi filis aranearum teneri uinctũ nec de eis ſe explicare, aut ea diſrumpere poſſe. Non enim fortitudine vinculorum tenentur in illis ſed infirmitate & peruerſitate uoluntatis, & tandem ab araneis ſe deuorari tales patiuntur. Iſta ligatio (licet quandoq; cum difficultate) ſoluitur a miniſtris eccleſiæ. Vnde & aſina ligata in Hieruſalẽ a diſcipulis ſoluitur, & ſimiliter Lazarus ligatus quatriduanus & fœtens quẽ ſuſcitauit Ieſus a diſcipulis ſoluitur. Secunda ligatio eſt gehẽnę. De qua prouer. 5. Vnuſquiſq; funibus peccatorũ ſuorũ cõſtringetur, & Mat. 22. Ligatis manibus & pedibus mittite eũ in tenebras exteriores, & Mat. 13. Alligabunt in faſciculos ad comburendum. Et hæc conſtringit hominem immẽſitate & diuerſitate pœnarum ut præ illa dicturi ſint montibus. Cadite ſuper nos, & collibus operite nos, & hæc diſſolubilis, quia in inferno nulla eſt redemptio. Hoc modo ligatus erat diues ſepultus in inferno. Tertia eſt ligatio ſanitatis. De qua. Pſal. Qui alligat contritiones eorum. & iterum. Ad alligandos reges eorũ in cõpedibus. De cuius carentia plangit. Eſaias, eiuſdem. 1. capit. Vulnus & liuor & plaga tumens non eſt circumligata, neque

curata

curata medicamine, neque fota oleo. Et hæc conſtringit vulnera ſatisfactione peccatorum, qua ligata erat Magdalena quando capillos conuertit in terſorium, oculos In lauatorium, os in pedum oſculum. Hac etiam uulnera ſauciati a ſamaritano ligantur, nec aliquis ab hac ſolui poteſt niſi iteratione peccati ſicut canis reuerſus ad uomitũ. Quarta ligatio eſt poteſtatis, de qua hodie in textu euangelij. Amen dico uobis quęcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlis. Hæc eſt excommunicatio qua leproſi extra caſtra ſeparãtur. Nume. 25. Qua ligatus eſt corinthius quẽ paulus tradidit ſathanę. 1. Cor. 5. Nec ab hac ſoluitur quis niſi per debitam ſatisfactionem, hæc eſt de qua thema teſtificatur. Si eccleſiam non audierit &c. Circa materiam excommunicationis quattuor uidenda ſunt. Primo quàm periculoſa ſit excommunicatio. Secundo quomodo peccat cõmunicans cum excommunicato. Tertio cum detur in manus ſathanę quare non occidit eum ſathanas. Quarto, quid uidetur expedire circa multitudinem excommunicationum. Circa primum dicitur quòd excommunicatio multis de cauſis timenda eſt. Primo propter mortem animæ quã inducit, quia excommunicatio gladius eſt ſpiritualis qui plus timẽdum eſt quàm corporalis, quia primus ſeparat a deo ſecũdus a carne. Aug. Grauius ei homini ſeparari a deo quã ſi feriretur gladio, uel ſi a beſtiis deuoretur, ſiue a flammis ureretur, quod fugere monet ſcripta. Iob. 19. Fugite a facie gladii. quia ultor iniquitatis eſt gladius Secundo quia excommunicatus eſt uelut homo captus ab hoſtibus omni auxilio deſtitutus, quia priuatus a communione fidelium & a ſuffragijs eccleſiæ. Non enim influit natura in membrum præciſum. Similis eſt illi qui cadit ſub onere nec eſt qui ſubleuet eum, de quo Eccl. 4. Ve ſoli, quia cum ceciderit non habet ſubleuantem, niſi per manus eorum qui ibi eum intruſerunt ſcilicet prælatorum. Iob. 15. Non credat fruſtra errore deceptus quòd aliquo precio redimendis ſit. 1. Io. 15. Non pro eo dico ut roget quis. Tertio quia excommunicatus eſt ſicut membrũ præciſum a corpore, quod nullius valoris eſt. Et ſicut dum membrum aliquod a corpore præſcinditur cætera membra contremiſcunt, ſic quãdo

C
*Excõicatio. Qđ excõicatio multis de cauſis timenda eſt.*

quis ſeparatur a corpore Chriſti debẽt omnes cõtremiſcere. Au. Nihil debet ſic Xpianus formidare quàm ſeparari a corpore Chriſti. Omne animal maxime timet ſeparationem capitis a corpore ſuo per quã uita priuatur, immo alia membra naturaliter ſe opponunt ne amputetur caput, & ſi quis vult præſcindere caput, manum, aut brachium opponit homo ictui vel aliud ſi poteſt. Serpens etiam totum corpus ſcindendum exponit ne præſcindatur caput & timens capiti ſuo toto ſuo corpore caput inuoluit eo quòd ſine capite non ſit uita membris. Maxime igitur timenda eſt excommunicatio, quæ eſt capitis abſciſſio. Hoc etiam uidemus in vegetabilibus, cum truncus & ramus a radice ſeparantur, aqua quaſi lachrymas emittunt & ſiccantur. Sic qui ſeparatur a radice matris eccleſiæ per excommunicationem, non ſine lachrimis debet hoc ſuſtinere, quia per hoc ſeparatur ab eccleſiæ ſacramentis in quibus miniſtratur humor gratię, & quaſi ramus exiccatus arefactus a gratia, præparatur inferni incendio. Cum Papa Gregorius nouus ante papatum eſſet legatus ſedis apoſtolicę in lombardia, & inueniret in quadam ciuitate quoſdam maiores inuicem pugnantes qui proceſſum eius impendiebant, cum altera pars ſtaret ad arbitrium eius de pace reformanda, & altera nollet contumax conſentire, excommunicauit capitaneum illius diſcenſionis qui ſolus pacem impediebat. Qui dum excommunicationem cõtẽneret, ciconię multæ quæ nidificauerãt ſuper turres & domos eius a domo eius receſſerunt, & nidos ſuos tranſtulerunt ſuper domos alterius capitanei dictæ guerræ parati obedire. Quod uidens contumax humilitauit ſe ad abſolutionem petendam & ad obediendum, quo abſoluto ciconiæ nidos ſuos ad locum priſtinum reportauerunt. Quarto quia excommunicatus eſt uelut canis immundus cui non licet intrare eccleſiam Apo. ul. Foris canes. & eccl. 13. Quæ communicatio ſancti ad canem? Ideo ſicut canis & multomagis quàm canis pellendi ſunt ab eccleſia. Deu. 7. Anathema deteſtaberis & uelut inquinamentũ ac ſordes abhominationi habebis. Quinto quia excommunicatus eſt ſummæ maledictus. Gen. 49. Maledictus furor quia pertinax, & indignatio quia dura. ſimilis ficulneę cui

male-



maledixit dominus, quę ſtatim aruit. Mat. 21. Inde factus eſt ſterilis & aridus. Io. 15. Palmes non põt fructuum facere niſi manſerit in uitæ ſic, nec uos niſi in me manſeritis. Vix. n habitat dñs cum illis ubi ſunt tot excõicati. Ioſue. 7. Dñs offenſus filiis Iſrael fuit ꝑ peccato achor qui ſolus anathema incurrerat. Non ero (inquit) ultra vobiſcũ niſi auferatur qui huius ſceleris reus eſt. Vbi patet ꝙ periculoſum eſt habere in urbe uel in ſocietate aliquem excõicatũ. Sexto per excõicationem multos capit diabolus. Eſt. n. excõicatus colũba diaboli ſeducta, & execrata, quã diabolus ad modũ aucupius ponit in rhetæ ſuum, ad quam alii accedentes cap. ũtur in rhete diaboli. Hoc eſt rhete diaboli quo totũ traxit in ſagena ſua. Abac. 1. Hęc ſagena cum unum capit ſere totã parochiam inuoluit. Vnde cum quidam legatus in teutonia prædicaret uidit arreptum quendam in quo demon loquebatur, qui inter alia dicebat unum eſſe per quod in eccleſia multos lucraretur. Qui compulſus adiurationibus reſpondit ꝙ erat excõicatio, per quam vno capto aliqñ maiores parochię uel oẽs ei cõicant, eccleſiæ ſententiã contemnentes, vel amore, vel timore, vel pudore, vel clauium contemptu. Eſt. n. excõicatio lepra quædã ſpũalis ſignificata. lepram ſororis moyſi. Ideo exra caſtra fidelium abiiciendus eſt excõmunicatus vt leproſus ne alios inficiat. Leui. 5. Omnis morbida ab ouili eiiciẽda eſt, alioquin alias inficeret. Vnde dño recedente & nube maria lepra percutitur & a caſtris eiicitur, qa dñs ab excõicatis recedit, & nubes i. obũbratio grãæ eius, & ſic excõicatus eijcitur & numero & merito a conſortio filiorum eccleſiæ. Vnde cõtra quendã comitẽ tholoſanũ hæreticorũ fautorẽ quidã ſctũs Abbas miſſus ad eum cõmonendũ, ſciens ꝙ cor ſubuerſum non eruditur verbis, ſtatim corã eo excõicauit panẽ, qui factus eſt niger & muſcidus & corruptus, quo abſoluto reſtitutus eſt in priſtinã naturam. Septimo, quia ſummus iudex a quo non licet appellare ratas habet in cœlo ſententias, & uidet & ſcit, & in libro ſuo eas & oẽs dies contumaciæ ſcribit ut dãnet contumaces ſecundum iura curię ſuæ. ps. In libro tuo oẽs ſcribent. Vnde cũ quidam pinguis vſurarius diu extitiſſet excommunicatus pro contumacia oſtendebat aliis parrochianis ſuum uentrem craſſum, quibuſdã pingues genas ſuas deridẽdo dicens. Videtis qũo me deſiccauerunt maledictiones ſacerdotũ, ignorans miſer ꝙ deus eũ impinguaſſet ut porcũ ad victimam mortis æternę. Iob. 15. Cucurrit aduerſus deum erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt, & operuit faciẽ eius craſſitudo. Octauo, quia talis traditur Sathanæ. Eſt. n. diabolus ſicut canis qui expectat ad macellum ut ſi quid extra proiiciat deuoret. Sicut aũt eccleſia hæreticos conuictos relinquit ſeculari poteſtati, ſic excõicatos Sathanæ ptãti. In uita ſcti eligii legitur ꝙ cum quidã presbyter nimis eſſet infamis in eius dyoceſi, & frequenter ab eo monitus ceſſare nollet, ſe ſp excuſans, illum excommunicauit & celebrare prohibuit. Quod paruipendens cum celebrare uellet ſubdito cecidit a diabolo ſuffocatus. Itẽ cũ quidã prædicaſſet in dioceſi matiſconenſi, & concubinariorum aliqui promiſiſſent concubinas dimittere alii eas accipe in uxores. quidã tñ monitus quãdam quæ ſua conſanguinea erat, noluit dimittere. Qui cum ab epo excõicatus receſſiſſet cõtumax patre ſuo ſacerdote & alijs multis in uia eum arguentibus, & de uerbis eorũ riſum faceret, ſubito a diabolo ſuffocatus cecidit mortuus. Nono hęc excõicatio facit inferni incendiũ. Talis. n. inutilis eſt qui a radice ꝑciſus eſt, ut mittatur foras & areſcat, & in ignem mittatˀ & ardeat. Eze. 15. Fili hoĩs quid fiet de ligno uitis, & ſequitur. ecce datũ eſt igni in eſcã. Exẽplũ in dialogo Gregorii de mõiali ſemiuſta. de Valentino. de tinctuario clamantibus exhumatis ab eccleſia a dæmonibus proiectis. In dioceſi eduenſi accidit in parrochia ſancti Leodegarii ꝙ quędam mulier excõicata pro eo ꝙ adhærens adultero ad uirũ redire nolebat, mortua eẽt in ea excõicatione & pertinacia, in vaſe ab amicis fuit ſup arborẽ poſita. Canes aũt totius illius terrę ibi conuenerũt arborem aſcendere nitẽtes nec valebant, ꝑꝑ qđ corticẽ arboris corrodentes maximos latratus emittebant. Qđ uidentes parrochiani foueam profundam facientes remotis canibus eam intus ſepelierunt magnum lapidẽ ſuperponẽdo. Quo facto caues ad eum locum venientes eã exhumauerunt membratim lacerantes. Item in eodẽ loco quidã miles mortuus excõicatus & extra cymiterium poſitus, cũ ab ami

cis

vis ſuis procurata fuiſſet eius abſolutio, & vellent eum ſepellire inuenerunt maximũ ſerpentem qui collum eius cingebat & uẽtrem. Cum autem uellent ſerpentem amouere intrauit per os eius in uentrẽ. Ex quo patet quomodo animæ eorum in inferno ligentur, & a canibus & ſerpentibus inferni deuorentur, ideo excluduntur a regno cœlorum. Apo. 22. Beati per portas intrant ciuitatem foris canes. Ad ſecundo quæſitum eſt ꝙ communicans cum excommunicato primo peccati in ſe non ſibi cauens ab eo qui morbo cõtagioſo laborat in quo uř minus ſe diligere quàm ſuum porcum uel equum quibus caueret a contagio. Secũdo in eum cum quo communicat, quia aufert ei remedium mortis ſcilicet confuſionem per quam corrigi deberet. Eccleſia. 4. Eſt confuſio adducens gloriam. Tertio in eum per quem excommunicatus eſt, quia aufert ei poteſtatem ſuam quando ſe aſſociat excommunicato, auferens ei timorem detinendo in excommunicationis nodo. Quarto in deum quem ſpernit in ſuo miniſterio, potius amans priuari menſa dei quam menſa excommunicati. & ſocietate filiorum dei quàm ſocietate filiorum diaboli, ideo meretur in inferno eſſe perpetuus ſocius diaboli. Duodecim tamen genera perſonarum poſſunt cum eis communicare, dum non ſint particeps criminis ſcilicet vxores & filii qui non ſunt emancipati, ſerui, ancillæ, ruſtici ſeruientes, & alii qui non adeo curiales ſunt ut eorum conſilio perpetrentur ſcelera. Item illi qui ignoranter communicant cum illis uel alijs qui cũ excõmunicatis participiãt, excuſantur. Item quicunque peregrinus in terra excõmunicatorum deuenerit, vbi non poteſt vnde viuat habere, poteſt emere ab excõmunicatis. Item ſi quis excommunicatus non ſuperbię ſed humilitatis cauſa ad ſuſtentationem aliquid dare uoluerit, non prohibetur. Item poteſtatis quis loqui cum excommunicato cauſa correctionis ſuæ. Qui autem communicat cum eo in caſu non conceſſo, peccat mortaliter. & hoc quando nouit. Dicitur autem hoc noſſe, quando audit ſententiam ferri contra eum uel audit presbytero ſuo eum excommunicatum. Maior autem excommunicatio hominem ſeparat ab ingreſſu eccleſiæ & a communione fidelium, minor tantum a communicatione ſacramentorum, & hac excommunicantur qui ſcienter communicant cum excommunicatis, non in criminoſis, ſed in oſculo, ſimplici ſalutatione, loquella, oratione, uel menſa. Verſus Si pro delictis anathema quis efficiatur Os, orare, uale, communio, menſa negatur. Quærebatur tertio cum de Alexandro de hall. Si daretur ædictum a rege quia quilibet de boue ſuo faceret quicquid vellet, tunc talis poſſet ſi uellet bouem ſuum occidere. Cum ergo per miniſtros eccleſiæ detur ædictum a rege cœleſti quòd diabolus exerceat ſuam poteſtatem in ipſo peccatore, quare non tẽtat eum uexare & occidere? Eſt enim excommunicatus ſicut peccus diaboli, qui quaſi leo rugiens circuit quærens quem deuoret? Reſponſio. Licet laxata ſit diabolo poteſtas ad tentandum & uexandum ſeparatum a communione eccleſiæ, non tamẽ eſt omnimodo permiſſio. ſed adhoc ut ſpiritus eius ſaluus fiat. 1. Cor. 5. ad hoc ſcilicet ut per tribulationem in anima uel corpore cognoſcat ſe deliquiſſe, & ſic pæniteat, & ſatisfaciens ad eccleſiæ vnitatem redeat. Dicitur ſecundo quòd licet iuxta edictum regis terreni liceat cuicunque occidere pecus ſuum, non tamen hic eſt ſimile. Si enim aliquando permittat deus tentare uſque ad caſum peccati vlterioris. iuxta illud Apoc. vlt. Qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc. hoc nihilominus eſt ex dei miſericordia, ut peccator ueniens uſq; ad grandem peccati confuſionem, ad eccleſiæ unitatem redeat a qua receſſerat. Micheæ. 4. Veniens in Babilonem & ibi liberaberis. Quandoque tamen contingit ex diuina iuſtitia ut ſi noluerit ad eccleſiæ vnitatẽ redire. hic inchoetur ſua damnatio, & in futuro conſummetur. Tertio dicitur quod diabolus non nocet excommunicatio ſicut a principio eccleſiæ, ſed parcit ei & retrahit manum tẽtationis & uexationis, ut plures ſumant audaciam contumeliæ uel inobedientiæ, & priuentur ab eccleſię communione. Potuit enim in primo eccleſiæ ſtatu percipere quòd quidam per vexationes corrigebantur & timebant incidere in ſententiam excommunicationis, & ita plures per illam vexationem amittebat. Mulctato enim peſtilente ſapiens ſapientior erit. Prouer. 21. Hæc de hall. Eſt enim diabolus ſimilis lupo, qui cum inuenit ouem extra

D Excõicatio. Qũo peccat cõicans cum excommunicato.

E Excõmunicatio. Qđ multa gña ꝑſonarum poſſunt cõicare cũ excõicatis.

I Excõmunicatio. Quem diabolus ... non ... diam ... cidit ex... municatos.



tra ouile in os ſuum eam colligit ſed non ſtatim eam dentes ſentire facit. ſed eam leniter & molliter tractat & defert uſque ad ſiluam, ne ſi forte eam ſtatim lederet, occurrerent canes & paſtores ea clamante, & eam ab eius faucibus eriperent, & alię exire extra ouile timerent. Sed cum diabolus eam duxit uſque ad tutum mortis locum, tunc ſatis poteſt clamare & recalcitrare, ꝙ nec prædicatores canes Chriſti, nec paſtores, ideſt ſacerdotes poſſunt ei ſubuenire.

Ad quartò quęſitum dicitur quòd tria uidentur expedire ſecundum Gerſon. circa materiam excommunicationis. Primo ꝙ nulla talis ferretur niſi pro manifeſta contumacia qua quis oſtendit ſe audire eccleſiam non paratum, quia ſi paratus eſt audire eccleſiam, cur habebitur ſicut ethnicus & publicanus? Et ideo qñ quis ex ignorantia quanquàm culpabili, aut ex infirmitate aut paſſione uitioſa, non tamen contumaci, facit aliquem actum pro quo ſtatutum eſt excommunicare, uideant iuriſtæ ſi talis ſit excommunicatus qui ſemper paratus eſt correctioni eccleſię ſubiici, qui non ex cõtemptu clauium, aut iuriſdictionis hoc fecit. Neque enim quælibet inobedientia cõtumacia reputatur. Secundum expediens ꝙ nullus teneretur alium uitare quantumcũque a iure excommunicatum, niſi poſtquã fuerit denunciatus talis a iudice, quia in omni fere caſu poteſt rationabiliter pręſumi proximum ſuum non eſſe excommunicatum. & oppoſitum faciens pleruncque ſe exponit periculo peccati mortalis, alienum ſeruum temerarię iudicando puta ſi uideo fortem occidere ſacerdotem aut uulnerare ſi iudicio eum eſt communicatũ poſſum errare, quia uel a iudice potuit habere mandatum ut hoc faceret. uel fecit ſe defendẽdo, uel aliquid huiuſmodi. Et neſcio forte a ſuo iudice poſt biduum ſit abſolutus qđ non tenetur mihi uel aliis nunciare. Tertium quòd nulla ſententia excommunicationis ferretur, niſi pro contumacia facta in rebus pure ſpiritualibus; & ubi trangreſſio uergit manifeſte in ſubuerſionem fidei & libertatis eccleſię diſſipationem. ut de hęreticis, ſciſmaticis, & fautoribus eorũ. Primo quia excommunicatio eſt bacthulus pure ſpiritualis. ideo non uidetur aſſumendus ad protectionem rerum temporalium. Secundo quia res temporales non debent repeti uel conſeruari cum maiori detrimẽdo eorum a quibus repetũtur quam ſit aliqua utilitas proueniens apud repetentes. excommunicatio autem maius damnum infert quam ſit aliqua utilitas temporalis. Tertio quia non debet eccleſia grauius punire delinquentes ciuiliter, quam ſecularis poteſtas, cuius oppoſitum facit, cum propter contumaciam cadentem cauſa rerum temporalium iudex eccleſiaſticus incarcerat & ligat animas grauiſſimis excommunicationis uinculis. Iudex uero ſecularis ſola corporum detentione contentus eſt. Si apud ſeculares iudices non pro qualibet contumacia iudicatur quis ad mortem, cur eccleſiaſticus excommunicationem morte duriorem inducit.

G Excõicatio. Qđ tria uidentur expedire circa materiã excommunicationis.

*Eadem feria 3. Sermo. 5. & in ordine. 73. per thema epiſtolæ.*

REdde creditori tuo, tu autem & filii tui uiuite de reliquo. 3. Reg. 3 Ex epiſtola hodierna colligitur ꝙ mulier quædã uxor abdię prophetę qui magnis debitis ſe obligauerat pro conſeruatione & nutritione centum prophetarum. quos quinquagenos & quinquagenos a facie Iezabel in ſpeluncis abſcondehat, clamauit ad helyſeum ut neceſſitati ſuę occurreret, quia creditor repetebat filios ſuos pro debitis in ſeruitio ſuo. Cui hęlyſeus. Quid habes in domo tua? Cui illa parum olei. & ille. Accipe mutuo vaſa, & parum infunde in ſingulis uaſis, quod fecit mulier, & impleta ſunt uaſa ipſo oleo uſq; ad ſummum, & quando non fuerunt amplius uaſa, ſtetit oleum & non fluxit. ex quo oleo reddidit debita creditori, & de reliquo uixit ipſa & filii eius. In quo docemur ſi bene uiuamus & timuerimus deum, quantuncunque fuerit aduerſitas, non deficiet nobis in neceſſariis. quia uel dabit patientiam uel conſolationem. ſi tamen habuerimus parum olei quo ungamur. i. ſi fecerimus opera miſericordiæ. Nã beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Ideo non eſt mirum ſi crudeles homines quandoque miſericordiam non conſequuntur a domino, quia oleum non habent in uaſis ſuis. Ideo ſi aperiamus uaſa cordium noſtrorum deo, obtinebimus ſtatim gratiæ & miſericordiæ abũdantiam. ita ut deo creditori noſtro habeamus

A Helyſeus. Qũo Helyſe' multiplicauit oleum in uaſis uiduæ.

mus unde reddere poſſimus. Hoc autẽ maxime poteſt facere mulier illa quæ pro nobis clamabat ad hæliſeum. Hoc eſt maria quam ſalutabimus dicentes Aue.

Quia ſuperius ſatis dictum eſt de reſtitutione famę & morum, quæ ſunt ſpiritualia bona, nunc dicendum eſt de reſtitutione dãni corporalis, quod ſcilicet ſit in corpore & bonis fortunæ. Primo igitur in hoc ſermone dicendum eſt de reſtitutione dãni corporis. Secundo de reſtitutione rerum temporalium & bonorum fortunæ. ſecundum ꝙ inducimur per thema. Redde creditori tuo &c. Circa primum notandum eſt quòd quadrupliciter quis damnificare poteſt alium in corpore. Primo iniuſte occidendo, & ſic ſecundum Scotum poteſt ſatisfacere ſuſcipiendo pœnam talionis a iudice, non a ſe, nec tenetur iudici ſe offerre. ſed capto non licet ſe defendere aut carcerem infringere, ſed inuenta oportunitate licet fugere. ſecundum Thomam & de gandauo, & damnatus debet mortem patienter ferre. Eſt & alius modus ſibi utilis ſecũdum Scotum. quamuis ad id neceſſario nõ teneatur, ſcilicet ut exponat uitam in cauſa iuſti belli, ut contra inimicos fidei pro reſtitutione fienda illi cuius uitam abſtulit. Quòd ſi nec uult hoc facere, tenetur ad ſatisfactionem ſpecialem pro anima occiſi ut ad faciendum eleemoſynam pro eo, uel aſſumendo aliquam peregrinationem ad limita apoſtolorum, uel ſancti Iacobi, uel procurando aliorum orationes quantum poteſt. Nec hoc ſufficit, quia ſi interfectus ſuſtentabat aliquas perſonas ut patrem, filios, & huiuſmodi, tenetur operibus manuum ſuarum interfector omnibus illis ad tantum quantum illis abſtulit ſubſidii propter occiſionem eius. Tenetur inſuper occiſor placare læſos quantum poteſt. Hęc Scotus. Secundo mutilando, & ſic pro huiuſmodi in eccleſia non eſt ſtatuta pœna niſi pecuniaria, & iſta debet reſpondere non ſolum damno quod quis intulit per mutilationem pro toto tempore futuro quo uſurus eſſet quis membro abſciſſo, ſed etiam expenſis appoſitis in curatione. extra de iniuriis & damnis. c. ſi culpa. Et ultra hoc tenetur ad placationem læſi quantum in ipſo eſt, & conſolationem afflicti cuius afflictio eſt perpetua. Plus autem ponderanda eſt mutilatio pauperis quàm diuitis, ſi magis indigebat parte abſciſſa ad uictum neceſſarium. puta ſi abſciſſa eſt manus dextra ſcriptori qui de illa arte uiuebat, tũc enim magis tenetur. Tertio uulnerando & uerberando citra mortem & mutilationem, & ſic deus optime impoſuit ſatisfactionem talibus. Exodi. 21. Si rixati fuerint uiri & percuſſerit quis proximum ſuum lapide uel pugno, & ille mortuus nõ fuerit ſed iacuerit in lecto. ſi ſurrexerit & ambulauerit ſuper baculum ſuum, innocens erit qui percuſſerit. ſ. a mortis pœna ſuſtinenda. ita tamen quòd operas ſuas quas interim neglexerit impeditus percuſſura, & impenſos ſumptus in medicos reſtituat. Cui pœnæ addenda eſt reconciliatio & placatio læſi quantum in eo eſt. Quarto incarcerando aut uiolenter detinendo, & tunc ultra reconciliationem & ueniam petitam læſo fiet ſatisfactio iniurię prout ſapiens declarabit. & ſi læſus plus uellet exigere quàm deberet, ad illud plus non teneretur lędẽs ut illum reconciliet. Hæc Scotus. Tenetur enim ad intereſſe & damnum quod inde ſecutum eſt. & generaliter ſecundum Tho. in 4. & in ſumma in omnibus damnis, vbi nec in ſe nec in ęquiualenti poteſt fieri reſtitutio, ut in ſtupro & mutilatione membri fiet reſtitutio per recompenſationem ad arbitrium boni uiri.

*B Reſtitũ. De reſtitutione damni in corpore.*

De reſtitutione rerum. Primo dicendum eſt qui ſunt qui damnificant & directe tenentur ad reſtitutionem. Secundo qui indirecte. Directe tenentur ad reſtitutionem, primo omnes qui occupant rem alienam inuito domino, ut fures & raptores. Fur qui de nocte & occulte. Raptor qui de die & manifeſte furatur. Primus ſimilis buboni qui de nocte. Alter miluo qui de die rapit. Hos plurima mala ſequuntur. Primo. ſunt ſemper timidi. Iob. 23. Subito cum apparuerit aurora arbitrantur umbram mortis uel temporalis uel ęternæ quam ſemper timent. Tales ſunt de ſtirpe Cayn. qui (ſecundum Ioſephum lib. 1. antiquitatum) fuit caput, initium, & pater prædonum, qui talia ſuos docuit, qui percuſſus tremore capitis (ut dicit idem Ioſephus) uagus & profugus ſup terram, ad hoc ciuitatem primus murauit, ut eſſet ſui & ſuorum ne occiderentur, refugium. Inde dixit domino. Quicunque inuenerit me occidet me. Sic Alexãder magnus latro regnorum & ciuitatũ dimidio bragmanorum

*C Lat. De malis quæ contingũt raptoribus.*

manorum



manorum magiſtro dicebat ꝙ oẽs timebat, & nullos magis q̃ domeſticos, & qui eum cõſtipabant & conſeruabant, à quorum uno occiſus eſt ueneno. Scd̃m malum eſt ꝙ ſubſtantia talium cito diripitẽ Eccl. 11. Subſtãtiæ impiorum quaſi fluuius ſiccabuntur. i. ſicut torrens qui de pluuialibus aquis cõgregatus raptim tranſit, & ſæpe puniuntur pręſenti paupertate. ſicut aĩalia quæ uiuũt de rapina naturaliter ſunt macilẽta magis q̃ alia quæ ſibi uictũ procurant aliter. ut vulpes, lupi, leones macilentiores ſunt porcis & bobus. & aues venatice, ut mergi, millui, & accipitres ſunt anſeribus & gallinis macilentiores. Prou. 11. Alii diuidunt propria & diuites fiunt, alii rapiunt non ſua & ſemper in egeſtate ſunt. Et merito, quia relicto deo qui eſt fons omnium bonorum uolunt repleri de indigentiis pauperum. ideo iuſto dei iudicio diripiuntur bona eorum. Abac. 1. Quia tu ſpoliaſti gentes multas ſpoliabunt te. Vnde contingit eis ſicut contingit auibus bubonem deplumantibus quæ (ut dicit Philoſo. 8. de animalibus.) Aues deplumant dum volat de die, & propter hoc venatores multas aues propter illum comprehendunt. Sic dum tales iniuſte ſpoliant pauperes, iuſte ſpoliantur ab aliis. Eſaie. 33. Ve qui prædaris, nonne & ipſe prędaberis? Tertium malum eſt quòd tales communiter prolem non habent, uel ſi habent non durat. Contingit enim ſæpe ꝙ ꝑ rapinas uolunt exaltare ſuam progeniem, contra quos Iob exclamabat 31. cap. eiuſdem. Se declinauit pes meus de uia, & ſecutus eſt oculus meus cor meũ, & manibus meis adhæſit macula, ſeram & alius comedet, & progenies mea eradicetur. Vnde arguunt deum magni & potentes de rara prolis procreatione, quia pauperibus & nihil habentibus dat deus prolem multam eis autem nullam vel raram quæ poſt eos poſſideat hæreditatem. Hi cogitare debẽt quòd deus hoc ordinatiſſime facit. Non. n. debet deus eſſe malorum fautor ſed deſtructor. Facit enim ad modum agricolæ qui cauet in agro de malo ſemine, ne forte multiplicata zizania deſtruat triticum & ipſe fruſtretur ſuo labore. Sic ſubtrahit deus quibuſdam potentibus fertilitatem & fœcũditatẽ, ne procreatis multis raptores pauperum & oppreſſores viduarum augeãtur. Nam lupus lupum procreat, nec proles eſt melior patre. Dicit Philoſo. 2. de anima ꝙ unumquodque aptum natum eſt facere aliud tale quale ipſum eſt, ſi raptores & mali quanto plures haberent filios, tanto crudeliores eſſent pauperibus. Et ſi tales raptores habeant prolem, illa cõiter ad mendicitatem deuenit. p̃s. Nutantes transferãtur filii eius & mendicent, & eiiciatur de habitationib. ſuis. uel frequenter mala morte moriuntur. Naum. 3. Leo cæpit prædã catulis ſuis, & impleuit ſpeluncas ſuas. Et ſequitur. Leonculos tuos comedet gladius, & exterminabo de terra prædam tuam. Iob. 22. Si multiplicati fuerint filii uiolentorũ, in gladio erunt, & nepotes eorum non ſaturabuntur pane. Quartum malũ eſt quia reti mortis capti in infernum cito retrudẽtur. Eccl. 30. Fur & mendax aſſidue uterq; perditionem hæreditabit. Ezec. 19. dicitur ꝙ leo quidam homines deuorabat, tandem rheti captus fuit & incarcere poſitus ne audiretur uox ipſius ſupra montes. Sic prædones homines deuorant. p̃s. Qui deuorãt plebem meam ſicut eſcam panis. Sed in rhete mortis inuoluentur, in carcere inferni perpetuo retruſi, nę eorum eminentia mundana audiatur. p̃s. Veteraſcet in inferno a gloria eorum. i. ita antiquabuntur in inferno ſicut uetera allia putrida ꝙ nõ erit amplius memoria illorum. Sicut enim miſericordibus deus benedicet in nouiſſimis Iob. 42. Benedixit dominus nouiſſimis Iob, ſic de his qui auferunt ſubſtãtia pauperũ dicitur Prouer. 20. Nouiſſima eius benedictione carebunt. Tales oppreſſores pauperum & prę_dones (ut dicit Ambr. primo de officiis) alloquitur deus dicens. Diues eras, qua cauſa aliena rapiebas. egeſtas non impullit. Ideo feci te diuitem ut exactionem non faceres. Cur non affuiſti iniuriam patientibus? Ideo te feci potentem vt non inferres violentiam ſed repelleres. Eripite (inquit) egenũ, & pauperem de manu pctõris liberate. Quod. n. iſti iniuſte bona abſtulerũt, tot contra eos lingue clamabunt, quod lachrime pauperum & ſuſpiria quaſi tot legiſte contra eos aduocabunt. Secundo tenentur reſtituere qui rẽ alterius ſibi bona fide cõmendata male tractãt, ut adminiſtrator de mala adminiſtratione, executor de mala executione, tutor de mala tuitione ſatiſfacere debet. Habent etiam actionem contra illum aut cõtra hæredes eius illi cuius

*D Reſtitutione. Qui ſunt qui tenẽtur reſtituere.*

AA ſunt

ſunt adminiſtratores, & hoc ſi acceſſit aĩo depredandi, aut ſi noua negocia & inſolita adduxit. i. noua plebiſcita, aut ſi indigno ſcienter adminiſtrationem commiſit, aut ſi aliter expendit quàm ſciat vel ſcire debeat eſſe uoluntatem eius pro quo adminiſtrat. Inde eſt ꝙ religioſi uel clerici qui dant parentibus ſuis de bonis eccleſiæ qñ parentes non habent neceſſitatem, & maxime ſi debet ea Leonibus & meretricibus, peccãt & ſatisfacere tenentur pro poſſe pauperibus: Quę enim reſtant eis bona, ſunt pauperum. Iſti ſunt ſicut maxilla Samſonis quæ interfecit mille uiros. Iudic. 15. Sic iſti mille pauperes deuorant, cum eorũ ſubſtãtias alienant. Similiter ſi non reſtituat executor tenẽtur hr̃des eius uel ipſius teſtatoris, nec excuſantur ipſi dato ꝙ teſtator deceſſerit impęnitens, ſi fama fuerit ꝙ fecerit malos contractus, vel male acquiſierit, uel ex ſcripturis hoc appareat, vel fide dignorum relatione, dato etiam quòd nullus ſuper hoc querimoniam faciat, uel aliquid ab eis poſtulet ut debitum, ſed debent diligenter inquirere ueritatem, & ſi inueniant ſic, iuxta poſſibilitatem reſtituant, & quamuis non proſit defuncto impęnitẽti, proderit tñ hr̃dibus ad ſalutẽ. Tertio mali bñficiati q habent multa bñficia uideant ſi illa teneant ad vtilitatem eccleſiæ, & qũo faciunt fructus ſuos quos inſtituunt ad propriã utilitatem, non eccleſię. Similiter canonici qui non interſunt horis canonicis & diſtributiones recipiũt, niſi ex rationabili cauſa reſtituere tenentur. Similiter ille qui in bñficio non eſt legitime conſtitutus, ſed p intruſionẽ, uel Simoniã, uel aliqđ impedimẽtũ irregularitatis hẽt. Tenetur ẽt clericus qui male tractat bona eccleſiarũ dilapidãdo, indebite alienãdo, in põpas & laſciuias expẽdendo, conſangnineos ditãdo. 1. q. 2. c. nullus, & bona debita pauperibus, uel clericis, uel reparationi eccleſię ſubtrahendo. Quidã tñ dñt ꝙ clericus prodige exponẽs bona eccleſiæ, nõ tenetur ad reſtitutionẽ, ſed ad ſatisfactionẽ deo. Quarto tenenẽ ad reſtitutionẽ qui defraudãt eccleſiã furãdo decimas quas ſi bñ ſoluerẽt ſequeretur abundãtia fructũ, & ſanitas mẽtis & corporis Mala. 3. In quo uos cõfigitis me dicit dñs, & dixiſtis. In quo cõfigimus te? In decimis & in primitiis, & ĩpenuria uos maledicti eſtis, & me configitis gens tota. Inferte omnẽ decimã in horreũ meũ & ſit cibus in domo mea, & probate me ſup hoc dicit dominus. Si non aperuero vobis catharactas cœli, & effudero uobis benedictionem uſq; ad abundantiam, & increpabo pro uobis deuorantem, & nõ corrumpet fructum terrę vr̃æ. nec erit ſterilis uinea in agro, & beatos dicent uos oẽs gentes. Vnde Augu. in Homelia. Maiores nr̃i iõ pecuniis oĩbus abundabãt, quia deo decimas dabãt, & Cęſari cẽſum reddebant, modo quia diſceſſit deuotio dei, acceſſit indictio fiſci. Noluimus cum deo partiri decimas, modo totũ tollit. hoc tollit fiſcus qđ non accipit xp̃s. Et hoc idem habetur. 15. q. 1. reuertimini, & c. decimæ. Similiter tenenẽ q ſubtrahũt legata facta eccleſiis ſimiliter falſans denarios uel radens uel malos exponens ſaltẽ paupibus tenetur. Quinto tenẽ reſtituere litigãs iniuſtę q hoc cognoſcit, & ſi in principio neſciat, ſed in pceſſu uidet ſe iniuſtę agere, niſi deſiſtat tenetur ad reſtitutionẽ damni dati. Et ſimiliter quicunq; ſcit ſe obtinuiſſe in mala cã coram Iudice. Sexto qui ſupponit falſum hæredem. vt mulier q de adulterio ſuppoſuit filiũ marito ſuo. Si n. in tali caſu mulieri nullũ imminet periculũ, & uniuerſaliter credetur vel põt probare. & ſic tenetur reuelare, uel non põt pbare nec ſibi crederetur, & ſic non tenetur quia induceret ſibi ſcandalum ſine aliqua neceſſitate. Aut imminet ſibi uel alteri periculum, quia in reuelando imminet periculum aĩarum. in non reuelando ſolum periculũ rerum, & de duobus malis minus malum eſt eligendum. Satisfaciat ergo de ſuo quantũ poteſt damnificatis, & doleat ſe non poſſe plene ſatisfacere. Septimo q ſub quadam ſpecie honeſtatis grauant & pdantur ſubditos, ut milites & prælati ut pompatice uiuant & magnam poſt ſe habeant clientelam. licet tales uix aut nunquam reſtituant. Delicati enim equites ſine grauamine aſcendunt, quia non oportet equos dimittere, ſed grauantur deſcendere a mõte, quia oportet ut equos dimitant. Sic aſcẽdo in montem honoris non grauantur, ſed deſcendere uix aut nunquam poſſunt, nec propter percuſſionem a deo, nec propter infirmitatem. Amos. 4. Percuſſi uos uento urente, & ſequitur, & non rediſtis ad me dicit dominus. Inter omnes tamen difficilius clerici & prælati redeunt. Cryſo. ſup

Mat.

E Decimæ. Q̃d quilibẽter ſoluunt decimas, in tpalibus ſolẽt proſperari.

I Adulterium. Qua[ndo] [illegible]



Mat. Quis aliquando uidet clericum cito pœnitentem? Si cito humiliauerit ſe, non dolet quia peccauerit, ſed confunditur. qa gloriam ſuam perdit. Facilius. n. domeſtica tur & docetur redire ad manũ dñi accipiter Silueſtris q̃ gallina domeſtica. Sic redeunt citius ad cor ſimplices & rurales q̃ clerici uel religioſi qui manent in domo dñi. Pro ſecunda parte huius ſermonis ſciendum eſt ꝙ nouem gn̄a perſonarum indirecte tenentur reſtituere. Hi ſunt de quibus. p̃s. Si videbas furem currebas cum eo &c. Hos nouẽ modos ponit Guller. Pariſ. Quarta parte ſummæ quę continentur his verſibus. Iuſſio, conſilium, conſenſus, palpo recurſus. Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans. Et conformiter ſatis ad dominum Anthoninum florentinum.

Primus modus eſt eorum qui iubent aliena auferre, ut qñ aliquis princeps uel ſuperior pręcipit prępoſitis uel miniſtris ſuis ut rapiant ubi poſſunt. Eſa. 1. Principes tui infideles, ſocii furũ. & ſic tenetur ſuperior reddere niſi raptor reddat, quia ille faciat cuius auctoritate res fit. & ſic tenetur reddere qui tallias & exactiones iniuſtas impo nit & exigit, uel qui tallias imponit eccleſiis. Contingit aũt ꝙ partem ſuperior habeat & meliorem. Dicit. n. grammaticus. Iuſſio deficiens capit ex optante ſupremũ. i. melius. & cõiter hñt partem minorẽ, qui furantur. Hoc patet tribus exemplis. Primum eſt. Auis prædalis nobilis de præda ſolum habet cerebrum. Secundum. Licet auis prædalis domeſtica plus prædetur q̃ Silueſtris, quia prædatur Silueſtris ſolũ pro ſe & pro ſuis pullis. domeſtica uero pro ſe & ſuis dñis, tñ paucũ habet auis reſpectu eorũ qui hñt dñi ſui de præda. Tertiũ quia de cadauere maſtini grandes partes accipiunt & uorant, uermes uero reſiduum. Tales aũt tenentur totũ reſtituere, ſi raptor non reddiderit. & ſi totũ reddiderit raptor tenentur raptori de ſua quota. Reſtituere ẽt hoc modo tenẽtur nobiles, qñ inſtituũt noua pedagia ſine licentia principis, uel ſi antiqua ſeruant, & non ſeruant uias tuas cum poſſent. Prouer. 16. Si manus ad manũ fuerit, non erit innocẽs. Qñ una manus nõ ſufficit ad unum opus, alia iuuat, & ſi unus non ſufficit ad rapiendum uel dãnificandũ alter adhibet adiutorium, & iſta eſt manus ad manum coniuncta. Iob. 40. Vmbra protegit umbram. i. malus malum tutatur. Sic lupus ſecundum fabulas in curia leonis ſe purgauit per uulpem ꝙ nunquam ouibus nocuerat, & uulpes rurſus per lupum ꝙ non deuorauerat gallinas. Qui licet nõ ſit principalis raptor, uel ad eum nihil peruenerit de rapina uel dãno, tñ ad illud tenetur qa eſt in cauſa. Cũ enim quis mandat fieri rapinã uel furtũ, & ex hoc ſequitur effectus dãni qui alias non fuiſſet ſecutus, talis tenetur in ſolidũ. & ſi nihil peruenit ad eum. ſicut tutor, curator, procurator, & factor, qui pro pupillis & aliis faciunt cõtractus uſurarios, ſi illi pro quibus fecerunt non ſatisfaciant, tenentur cũ ſint principaliores cauſę. Tales ſunt aucupes p̄latorũ. Hiere. 5. Inuenti ſunt in medio populi mei quaſi aucupes ponẽtes pedicas & laqueos. Sũt ẽt quaſi mergi qui ſp ſunt in inſidiis in flumine. De quibus in uita ſcti Martini. Inſidiantur incautis, incautos deuorãt, & deuoratis nequeũt ſaturari. Sũt tales fuſcinula ſacerdotũ. de qua. 1. Reg. 2. Quicquid leuabat fuſcinula, tollebat ſibi ſacerdotes. Secundus modus currendi cũ fure eſt qñ quis cõſulit aut iſtigat furẽ ut rapiat, & illud alias non eſſet facturus. Idẽ. n. facit qui tenet pellẽ lupi, & qui excoriat. hoc mõ tenẽtur ad uocati qui ſcienter aſſumunt cãm iniuſtã ad defendendũ, obtinẽs ſic uictoriã de i oĩ dãno tenetur aduerſario, ſi cliẽtulus non ſatisfecit. Si non obtinet, cliẽtulo de oĩbus expẽſis tenetur qñ ſibi dixit cãm eſſe iuſtã ubi alias nõ litigaſſet. Si aſſumit cãm iuſtã, & ex craſſa ignorãtia, uel ex negligẽtia notabili pdit, ur̃ teneri clientulo de damno ſuo. Secus eſt ſi eã perdat ppterea quia nõ ſufficienter clientulus vel produxit in cauſa, uel nõ ſufficiẽter inſtruxit eũ. Similiter ſi iuriſconſultus ſcienter p̃ſtat in malũ conſiliũ uel fraudulentũ, vñ ius habens perdit cãm ſiue ſit ille qui conſuluit, ſiue alter tenetur de dãnis inde ſecutis. Si aũt fideliter conſuluit prout ſcit, nõ tenetur. Similiter qui cõſuluit furari parẽtib. ut dẽt proximo niſi ĩ neceſſitate extrema, & alliciũt ad hoc pueros & ancillas. Similiter qui conſulunt principib. imponere pedagia & exactiones ſicut quidã efficiarius, qui uolẽs cuidã principi cõplacere. ait. Dñe pmittatis mihi uẽdere ſolẽ terrę ueſtrę, & ego uobis afferã multa lucra pecuniæ. Cui princeps. Quomodo ſolem uendere poſſes? At ille. Multi



G Clericus. Q̃d clerici diffi. ius conuertuntur ad deum quã laici.

H Reſtituere. Qui ſunt qui indirecte tenentur reſtituere.

I Latro. Quo maiores ſũt maiores Latrones.

K Cõſilium. De his q male conſulũt qũo tenenẽ reſtituere.

ſiccant & dealbant telas ad ſolem per totã terrã vrãm, pro qualibet tela accipiantur quattuor denarij magnam pecuniam acquiretis. Et ſic ille induxit dñm ſuum ut vederet ſolis radios, qui tñ ſunt omnibus communes.

*L Cõſentire. De his q cõſentiũt furi qũo tenent reſtituere.*

Tertius modus eſt cum quis cõſentit vt rapiat alius alias non rapturus. Rom.2. Non ſolum qui faciunt, ſed qui cõſentiunt facientibus digni ſunt morte. 2.q.1. notum ſit. Conſentientem & facientem par pœna conſtringit. Et ſi dicant quòd nichil de re habuerunt. Dicitur ꝙ quia iſti prouocauerunt furem non ſolum peccant in deum & in proximum, ſed etiam in furem, non tamen tenentur reſtituere ſi fur principalis reſtituat, ſed ſi non reſtituat, tenentur. Qui enim occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur.

*M Adulatio. De adulatoribus qũo tenẽtur reſtituere.*

Quartus modus eſt cum quis laudat vel approbat latrocinium faciendum. Nam ſi adulatio eſſet generalis, puta ſi laudaret dominum in uniuerſali, tunc non teneretur, tamen mortaliter peccat. Sed ſi laudaret approbando factum, ita vt valde probabile eſſet quòd alias non raperet. vtputa ſi diceret, uos ſtrenuiſſimus homo oſtendatis vos hominem, niſi iſti ruſtici pungantur, nihil ualebunt nec obedient uobis. Vos eſtis eorum dominus, omnia eorum bona ueſtra ſunt. Iuxta illud poeticum adulatorium, omnia cæſar erat. ps. Laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & tenetur talis ad reſtitutionem inſolidum, ſi principalis fur non eſſet alias facturus, nec reſtituat. Et idem eſt iudicium, ſi ad illud agendum ei detrahendo eum inducat, utputa dicendo. Tu es puſillanimis & nihil ualens & timidus, niſi te uindicaueris, talis reputaberis. Similiter ſi poſt factum ipſi aduletur & laudetur factum, & exinde principalis fur non reſtituat, quia in cauſa eſt ut non reſtituat, & ne exeat peccatum ac ſuum periculum videat. De his dicit ps. Gladii ancipites in manibus eorum. Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Habent enim linguam ancipitem in manu, qua (ſicut legitur de Aioth) ad utranque partem feriunt, nunc ad dexteram, nunc ad ſiniſtram, nunc bonum fouentes, nunc perſequentes, nunc pro uno nunc contra eum loquentes, quia ſcdm ꝙ magis credunt placere loqui ſtudent, & ſic alligãt reges & nobiles quibus adulantur compedibus peccati, ita ut nunquam reſtituant.

*N Iudex. Qñ iudex tenetur reſtituere & qñ non.*

Quintus modus eſt eorũ qui recelant fures & ſpolia eorũ ſcienter, & apud qs latrones latitant. vt ſolent facere freparii & aduocati qui in iniuſta cauſa ſcienter patrocinant, & ſuis cautelis peruertunt uel prolõgant iudiciũ qui ſunt illi apud quos latrones latitant. Similiter iudices q ſcienter & abſq; cã differunt iudicare bona cãm quã ſciũt iuſtã, ut ſp poſſideat latro tenent niſi latro reſtituat. Vñ iudex qcũq; qnq; modis tenẽtur reſtituere. Primo qñ ex certa ſcientia dat iniuſtã ſñiam, quacũq; cã ſiue odio, ſiue amore, ſiue corruptione pecuniȩ, & talis tenẽtur de oĩ intereſſe & damno parti læſæ. Secundo qñ ex ignorantia craſſa profert iniuſtã ſñiam. Non.n. ſe debet exponere ad id qđ ydoneus non eſt cũ periculo alterius. Secus eſt ſi aſſeſſorũ cõſilio deceptus ſit qui putabãtur ydonei, ex ignorãtia craſſa vel malicia male cõſulentiũ, & tũc tenebuntur aſſeſſores. Tertio qñ ex notabili negligentia protulit eã, quia noluit laborare ad legendũ in libris quos potuiſſet inuenire, & ſic vr̃ teneri. Quarto qñ accipit pecuniã pro iudicando vel non iudicando, aut bñ vel male iudicando. Talem pecuniam ſibi retinere non põt, ſed debet pauperibus dare uel reddere danti. Quinto cum non uult dare ſñiam prout põt & debet ne diſpliceat habenti iniuſtitiam, aut uel dãnet ius habentem, & talis tenetur ſi pars poſtea amittat iuſtam cãm.

*O Participãs. De participantibus tenentur reſtituere.*

Sextus modus eſt participantium in furto, ut qui habent partem furti, & ſcienter manducant de uſuris uel reb. ablatis, ſicut quadrigarii & naute qui furantur partem eorum qui uehunt. Poteſt autem quis participare multipliciter. Primo per donationem, & talis cui donatur cum hoc ſcit debet reddere domino eius, donũ autem datum ab uſurario cum omnia bona ſua ſint obnoxia reſtitutioni tenetur reſtituere uel ſibi uel his quibus tenetur uſurarius ſi ſciat. Secundo per uictitationem. Familiã enim uſurarij vel raptoris uel uxor filij, & alij qui non habent niſi de rapinis & uſuris, tenentur facere reſtitutionem de conſumptis, ſi habeant alia bona. Tertio per dotationem, ut filia q̃ dotatur ꝑ eũ q̃ nõ hẽt niſi de uſuris, uel alias male ablatis. Maritus qui hoc nouit nõ põt recipe doré. & receptã tenẽr reſtituere creditorib. ſoceri, & ipſa ẽt filia mortuo marito



marito tenetur reſtituere dotem. Quarto participando per emptionem. Qui.n. emit talia ſcienter vel ignoranter ignorantia facti craſſa, tenetur reſtituere cũ inuenerit dominum rei. uel pauperibus erogare ſi illum ignorat. Si etiam emit, probabiliter exiſtimans eſſe uenditoris, poſtea ſciens ea eſſe ablata. tenetur nihilominus dño reddere ſi cognoſcat. uel pauperibus rem uel precium erogare, ſi non inueniat.

*P Tacere. Qñ qui tacet aliquando reſtituere tenetur.*

Septimus modus eorum qui tacent, cum ſua monitione uel iudiciali auctoritate impedire poſſent, & non faciunt. ſicut indices qui in terris ſubditorum habent auctoritatem, & ex negligentia ſua permittunt prȩdari populum ubi ſciunt ꝙ proficerent. vbi uero probabiliter cognoſcerent ſe non poſſe ꝓficere, non tenentur. Similiter falſus teſtis qui ſcit rei ueritatem, & tamen interrogatus no uult eam dicere prȩce, uel odio, uel amore corruptus, uel qui falſum teſtificatur. & iudices vel commiſſarij qui eos male interrogant ex certa ſcientia, tales tenentur ad reſtitutionem. niſi principalis clientulus reſtituat. Exodi. 23. Ne iungas manum tuam, ut pro impio dicas falſum teſtimonium. Octauus modus eſt cum quis non reſiſtit rapienti cum reſiſtere poſſit. & de tali dicit Auctoritas iuris. Error cui non reſiſtitur approbatur. nec caret ſcrupulo ſocietatis occulte, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Nonus modus eſt cum quis non manifeſtat ueritatem de re occulta, ſicut qui requiſitus in iudicio ſciens aliquid de re proximi & non indicans, nec imminet periculum ſtatus uel perſonæ. uel non manifeſtans deceptionem ſi deceptio ſit occulta qui non cito poſſit perpendi. Item cum quis cuſtodit inſtrumenta alterius per quæ ſuum ius manifeſtatur, uel impediens ne quis acceſſum habeat ad iudicem, tenetur ſaltem de intereſſe & damno pro tunc.

*Eadem feria 3. unde ſupra Sermo. 6. & in ordine. 74.*

*A Helyſeus. Quid ex hiſtoria filio he lyſei debe mus diſcere.*

REdde creditori tuo, tu aũt & filii tui uiuite dereliquo. 4. Re. 4. Ex epiſtola hodierna colligitur ꝙ mulier quedã uxor abdiȩ qui magnis debitis ſe obligauerat ꝓ conſeruatione & nutritione centum ꝓphetarũ quos quinquagenos & quinquagenos a furore Iezabel in ſpeluncis abſconderãt, clamauit ad Helyſeum. &c. ſicut ſermone ꝓcedenti vſq; ad finẽ hyſtoriȩ. In quo habemus documẽtum ꝙ ſicut hȩc uidua ad mandatũ helyſei clauſit oſtiũ & inde abundauit oleũ, & ſic nos ad mũdanas ſolicitudines & exteriores euagationes claudere debeamus oſtiũ cordis, ut oleũ diuinȩ miȩ & gaudii ſpũalis abundet in nobis.

*Claudere oſtiũ cordis rebus huius ſeculi & contẽplatione.*

Grego. Mẽs tanto magis interius ſe ſolidat, quãto exterius non inuenit quo quieſcat. Niſi eñ ſpeculũ aĩæ a ſordibus & puluere terrenorum tergamus, in illo dei imago non reſultabit ut deum cõtemplari ualeamus. Exo. 33. Non uidebit me hõ & uiuet. Viuens uita carnali deum uidere non põt, & ſi vult deũ contẽplari, neceſſe eſt ut moriatur mũdo & ſenſibus corporeis. Ideo Eccl. 11. Ne laudaueris hominẽ in uita ſua. i. in uita carnali. Oleum aũt mĩæ non a uidua, ſed a matre domini imploremus dicentes Aue.

*B Reſtitõ. De multiplici malitia reſtituentium.*

Circa materiam reſtitutionis creditoribus duo uidebuntur in hoc ſermone. Primo de multiplici reſtituentium malicia. Secundo quid qualiter & in qua forma tenetur quis ablatum reſtituere. Multiplex igitur eſt malicia reſtituentium cõformando nos dño. Anthonino. Prima malicia eſt pigriciæ eorum qui reſtituere intendũt aliena, quantum tñ poſſunt reſtitutionẽ illam differunt auctoritate propria ſibi accipientes dilationem. Volunt enim tales abſque mora gratiam ablatam ſibi reddi, & tñ pauperi reſtituere nolunt ideo grã ſunt priuati. Quia.n. pauperem prius ſpoliauerũt temporali ſubſtantia, ideo ſpoliati ſunt gratia. Grauiter.n. tales infirmantur, ita vt nõ poſſint leuare manus ad reſtituendum, & abhominantur oẽm eſcam reſtitutionum. ps. Oẽm eſcam abhoĩata eſt aĩa eorũ. Secunda malicia qui occurrit in reſtituendo eſt ſuperbia. Nam qui pro illicitos contractus & uſuras aliena occupauerunt, ubi de ſua culpa debuerunt humiliari, & de iniuria illata creditoribus ueniam poſtulare, econtrario ipſi debitores quadam inflati arrogantia dum iacent in lecto grauati infirmitate dicunt ipſis creditoribus. Si non fuiſſem periiſſetis uos & familia ueſtra famæ, ſcilicet ſi deo placuerit, cito conualeſcam, quaſi uellent dicere. Si deo meo liberare placuerit faciam quod ei grauiter diſplicebit quia nũquã reſtituã: imò quidã mẽte inſlati

ti ad iniuriam ſibi deputant, quòd creditores eorum in uita uel in morte petūt ſibi reſtitui ſua, quibus agere gr̄as deberent immenſas tanq̄ ad utoribus ſuę ſalutis repetēdo ſua, cū aliter uere pęnitere nō poſſint vt de pęni. di. 5. c. Falſas. Alij uero auferūt a ſubditis ſuis quicquid pn̄t, & opus mercēnarii non reddunt ſed dicunt ꝙ aliqn̄ talibus fecerunt magnū placitū, & ꝙ de multo pluribus apud eos tenent, ſimiles lupo q, vſq; ad mortē cruciabatur oſſe in gutturæ eius infixo rogauitq; gruē ut roſtrum ſuū in os eius mitteret & os de gutture eius extraheret, & eē valde bn̄ remuneraret. Grus mittens roſtrum cum ualde malo labore os extraxit de gutture. Cūq; mercedē peteret lupus ait. Sufficiat tibi ꝙ te permiſſi abire, cum potuiſſem tibi colum abſcidiſſe quod tenebam in ore. Sic multi dicūt quādo arguuntur ꝙ vacca pauperi abſtulerūt. Sufficiat (inquiunt) ruſtico quod ſibi uitulū dimiſſimus, nō fecimus ei enim mali quātum feciſſemus ſi uoluiſſemus, bn̄ tenetur nobis. Tertia malicia eſt cęcitas eorū, qui cum grauiter infirmantur proponunt reſtituere aliena ſi contingat eos mori, non aūt ſi mortem euadant. Hic taliter pacem cū deo uolunt inire, quod ſi eos mori contingat, amplius eum moleſtare non intēdunt, ſecus ſi euadant. Sed tales ſiue moriantur ſiue uiuant, deus minime cum eis facit pacē. Eſa. 48. Non eſt pax impijs dicit dn̄s. Pc̄tā enim te dimiſerunt, nō tu illa. ut dicit Aug. Tales. n. ſudant ſicut ouum quod poſitum iuxta ignē modicū ſudat, elongatū uero ſtatim refrigeſcit & exiccatur, imo qđ prius ſudauerat rebibit. Cum. n. ſunt prope ignē inferni per grauem morbum reſtituere volunt, & q̄ cito vr̄ eis ꝙ ſint elongati, refrigerantur & ceſſant ſuadere, & qđ deterius eſt rebibunt qđ reddere iuſſerant. Tales a deo petunt in morte remiſſionem pc̄tōrū, ſed ſciant ſe a deo non eſſe exaudiendos. Similes. n. ſunt miluo quę frequenter fedauerat deorū ſacrificia & rapuerat de his q̄ ſacrificata erant dijs. Cū aūt infirmaretur vſq; ad mortē, rogauit colūbā ut pro ipſo deos deprecaretur. Cui colūba. Sera eſt & nō ſpontanea pn̄ia, multotiens deos offendiſti cum eſſes ſanus adeo ꝙ pro te fuſas p̄ces non exaudirent. Sciunt. n. ꝙ ſi ſanitatē recuperares, a cōſuetis rapinis nō ceſſares, & ita miluus. i. rapax hō indutias non obtinuit, nec ſanitatē recuperauit. Quarta malicia eſt deceptio & fallacia qua dulcibus uerbis decipiunt creditores. Hi ſunt qui cū deberent aliena reſtituere, creditores pacificant dantes bonas rn̄ſiones, aut per magnos clamores, nihil conſiderantes de clamore interiori conſcientiæ, quia aut q̄runt tp̄s cum poſſint reſtituere, aut dicunt ꝙ cōtractus ſunt palliati, iō oportet ſuper his cōſulere. Aut forte nil repetitur a creditoribus, quia erubeſcunt tā ſępe repetere, & pp̄ hoc non curant reſtituere, quia clamorē conſcientiæ qui eos ſequitur vſq; ad æternū iudiciū non audiunt, uel ſi audiunt aliqua tali quali rn̄ſione ei ſatisfaciunt. De talibus dr̄. Eſa. vl. Vermis eorū nō morietur, qui ſemel cantabunt cantilenā dānatorū. ſ. operari dū licuit uoluntas mihi defuit, nūc uoluntas tribuitur ſed facultas admittitur. Quinta eſt diminutio, qn̄ iuxta poſſe non reddant integraliter creditoribus, ſed certam portionē cū conditione ꝙ remittēt reſiduum quæ conditio nō valet, q̄a coacte fit. Vult. n. creditor potius aliq̄d habere q̄ nihil pp̄ qđ remittit. Nā ſic egit zacheus princeps publicanorum qui dixit. Si aliquē defraudaui reddo quadruplū. Oīa reddam tibi dicit ſeruus dn̄o. Sed dices. Creditor dedit mihi partē eorū quæ accipi. Nō oportet ergo ꝙ ego reddam integre? Rn̄ſio. Aut certum eſt de ſumma debita, aut incertū. Si ſecundum, tunc potes cum creditore cōponere. Si primum tunc aut creditor dat ex mera uoluntate, puta medio ep̄i uel ſacerdotis ipſum deprecantis, & ſic non plus tenetur, quia domū eſt, aut dat, quia aliud hr̄e non pōt. Vulgo aūt dr̄ qđ quis non pōt hr̄e fingit ſe donare, & ſic tenetur de toto, quia non eſt uerū donū, & hoc maxime, ſi metu uel fraude ad hoc cōpelleret, quāuis in foro exteriori non teneretur. In quo debent aduertere qui recipiunt munera & cognoſcunt cauſas pp̄ quas dantur, ſi non intendunt acquieſcere dantibus, in hoc caſu tenentur ad reſtitutionem eorum qui receperunt, quia datio eſt liberalis. Sexta malicia eſt picta hypocriſi qn̄ aliquibus non ſatis eſt ꝙ aliena rapuerint cum multitudine peccatorum, ſed ut ſanctiſſimū & piiſſimum opus arbitrantur, cū illa q̄ ceteris p̄ſonis reſtituere tenentur, uolūt in pias cauſas diſpenſare, utpote erigendo capellanias uel altaria, uel dotando aut fabricando



do eccleſias, uel monaſteria, uel conferendo calices, aut ornamenta eccleſiæ tradendo nuptui puellas, dando pauperibus, ueſtiendo nudos, faciendo hoſpitalia cum appoſitione armorum ſuorum. Hoc. n. nihil aliud eſt quam culpis perpetratis in uita, alias reddere in morte, cū debita certis p̄ſonis diſtribuunt alijs ad pompam & oſtentationē. Nec tales excuſantur dando pauperibus. 1. q. 1. c. non eſt putandū. Sunt. n. ſimiles iude quæ tēplo & non Xp̄o cui iniuriā fecerat pecuniam reſtituit. Nec debent religioſi aut eccleſiaſtici ab eis recipere tales elemoſynas ſi notentur de hmōi Qui. n. a talibus recipiunt (ut dicit Hiero.) ſimiles ſunt illis qui minores piſces iam deuoratos a magis piſcibus oblatos ſibi deuorant, qui potius deberent eſſe abhoīationi q̄ uſui. Tales. n. qui ſic capiūt munera de ſpolijs aliorum quæ deberent reſtitui, ſunt ſagene diaboli indifferenter oīa recipit bonos & malos morſellos in uaſis ſuis, nec malos foras mittit. Aſſimilantur ēt Gedeoni qui de p̄da Madian inaures accepit, & in ueſtes ſacerdotales conuertit, & factum eſt domui eius in ruinā. Iudic. 8. Non ſic Abrahā qui Gen. 14. noluit accipe de ſpoliis quattuor regū, ſed dixit regi Sodomorum offerēti. Leuo manum meam ad deum excelſum, quia a filio ſubtegminis uſque ad corrigiā caligę nō accipiā ex oībus qui tua ſunt. Licet. n. corui. i. pc̄tōres paſcant Helyam. 3. Reg. 17. Dum conferunt religioſis elemoſinas, debent tn̄ quærere cū Thobia. Vide ne ſit furtiuū vel de rapina, aut uſura acquiſitū. uide ne ſit morticinū, vel vide ne carnes iſtæ ſint putridæ. Nam ſi coruus carnes putridas Helye attuliſſet, non manducaſſet ipſe, ut dicere potuiſſet cum Petro. Eze. 4. d. Aīa mea non eſt polluta, & morticinū uel captum a beſtia nō comedi, & oē quod immundū eſt non intrauit in os meū.

C Lect. Res furata quō debet reſtitui.

Ad ſecundo quæſitū dr̄ ꝙ multis modis pōt ſe hr̄e res q̄ dēt reſtitui, q̄a aut illa res eſt furata & in manu furis, aut eſt iam empta ab alio, aut eſt accōmodata vel depoſita, aut eſt inuenta, aut ludo acquiſita, aut præſcripta. Prima propoſitio. Si ſit res furata & in manu furis, tunc illa debet reſtitui in p̄pria ſpecie, immo in indiuiduo ſi ipſa habeatur, nec pōt dari alia pro ea eiuſdem bonitatis contra uoluntatem domini ipſius rei. 3. q. 1. Reintegranda ſunt oīa ſpoliatis Et hoc verum eſt, niſi in caſu cum talis occupatio rei alienę eſſet occulta, & ex reſtitutione eius in ſua ſpecie detegeretur raptor, uel alius inconueniens ſequeretur, & tunc ſufficeret dare p̄cium eius. Si uero ipſa res morte periit ut aīal, tenetur reſtituere ualorem, & ſi uiua debilitata eſt ut bos vel equus, ita ut eſtimetur nūc ualoris q̄nque qui qn̄ raptus eſt erat ualoris decem, reſtituenda ſunt decem & non ſolū quinq; & ſi furatus eſt quis ſextariū Bladi valētē tūc ſolidos. 40. & nunc ualet tm̄modo. 20. reſtituere debet duos ſextarios uel quadraginta ſolidos, & ſi res eſt fructificans, tenetur reſtituere re cū oībus fructibus inde perceptis, & qui percipi potuiſſent a diligēte poſſeſſore, puta agrū quis uſurpauit alterius ex quo non percepit de fructibus niſi viginti ſextarios frumenti quia male cultiuauit ubi triginta percepiſſet diligēs cultor talis reſtituere tenebitur non ſolū uiginti perceptos ſed triginta. Similiter ſi equum furatus eſt cū quo lucratus eſt menſatim vnū florenū cū dimidio, tenebitur ad idem & hoc intelligitur expēſis deductis factis in vtilitatē & cōſeruationē ipſius rei, neceſſariis tn̄ & non ſuperfluis, & ſimiliter expēſis factis cā colligendorū fructuū hmōi. n. deducūtur tā a malę fidei q̄ bonę ſidei poſſeſſore. vt dicit Tho. Similiter & damna q̄ paſſus eſt dn̄s ex carētia rei ſuæ tenetur reſtituere raptor, extra de iniuriis & damnis datis. ſi culpa. & hoc dicit Thomas. Si tn̄ res nō fuerit fructifera, nō tenetur ultra rē ipſam aliquid reddere, quia qui reciperet ultra videtur uſurarius. Et ſi dicatur ꝙ in antiqua legē percipiebatur. Exo. 22. vltra raptum reddi. Qui furatus (inquit ſcriptura) fuerit bouē reddet pro illo quinque, & qui furatus fuerit ouē reddet quattuor. Rn̄ſio ꝙ hoc fuit ad tollendum pronitatē illius populi q̄ erat ad furādū. Vn̄ reſtitutio quattuor pro uno impleta eſt in dauit. qui vnicā ouē uriæ abſtulit, ideo quattuor ex hoc filios amiſit. ſ. filiū Berſabeę paruulū. Amō quę Abſalō interfecit Abſalon quem Ioab occidit. Et Adoniam quem Salomon interemit. Secunda propoſitio. Si mercator rem furatam emerit a latrone, aut emptor emit cum bona fide aut mala. Si primum puta ut ex ea non lucretur, uel vt eam non teneat ſibi, ſed ut ei reſtituat cuius eſt, tūc poteſt licite repetere a ſpoliato id quod de

dit pro emptione & illud quod expendit pro cõſeruatione talis rei, quia vtiliter geſſit negocia ſpoliati. Si vero emit mala fide puta, quia ſciebat de rapina eſſe quod emit tunc reſtituere tenetur, nec quocunq; mõ excuſatur, ſiue uiolenter auferatur ſiue furtim aut aliquo alio mõ ſubtrahatur. Similiter precium quod dedit nõ põt aliquo mõ repetere ab eo cuius res eſt, nec expenſas ſi quas ibi fecit, & oẽm vtilitatem quã ex illa re habuit teneť reſtituere, quia furtũ cõmiſſit contrectãdo rẽ alienã inuito dño Nec vẽdens põt transferre in emẽtẽ ius aliud q̃ qđ habebat, nullũ aũt ius habebat in re uendita latro, iõ nec in aliũ trãsferre

Tertia propoſitio. Si fuerit res impignorata, cõmodata, uel depoſita tenetur reſtituere, & tenetur de utilitate inde habita, & ſi ex culpa ſua amittit tenetur eã reddere, ſecus eſſet ſi cũ ſuis rebus furtim auferretur. Quarta propoſitio. Si fuerit res inuenta. Aut illa res eſt naturaliter iure cõis vt ſi quis gemmã inueniat in littore maris uel piſcẽ & ſic de alijs, & illã nõ tenetur reſtituere, quia qđ nullius eſt iure naturali occupanti conceditur. Si ſit res q̃ alicui debeat appropriari dẽt proclamari, & ſi inueniať cuius ſit tũc dẽt ei reddi, & põt gratioſe accipi pro conſeruatione eius aliquid. Si uero nõ inueniatur cuius ſit. Vel ſcđm leges p̃riæ ordinatas, vel ſcđm arbitriũ boni uiri ordinandũ eſt. Si uero eſſet res q̃ poſſet appropriari, ſed tñ æſtimatione prudentis eſſet illic repoſita ab antiquo, vt nullus hæres æſtimari poſſet illius, vt ſi inueniret in terra theſaurus in quo deſcriberetur forma cęſaris uel inſcriptio eius, tũc ſatis manifeſtũ eſt ꝙ nullius eſſet, & poſſet idẽ dici ſicut de primo mẽbro.

D
*Reſtitõ. Res inuẽta an debeat reſtitui.*

Quinta ꝓpoſitio Si res ſit ludo acquiſita, vt puta alearũ vel aliorũ ludorũ prohibitoriũ, ſecũdũ Richardum de media uilla in quarto, aut in tali ludo luditur propter aliquid modicũ & ꝓpter recreationem tãmodo, & iſtud nõ vř mortale, neque teneri vř ludens ad reſtitutionẽ. ff. de alea. lib. 6. dř. Qđ in conuiuio veſcendi cauſa ponitur in eam rem familia ludere permittitur. Non vř tñ honeſtus ſacerdotibus ludus ille, dato ꝙ nulla alia cauſa eſſet q̃ ꝙ ſaluator nř quem tractant oĩ die eo ludo illuſus eſt. Si uero ludatur ex cupiditate ad acquirendũ quid notabile ꝑ ludũ, tũc eſt grauiſſimũ pctm̃, quia nullus dẽt deponi vel excoĩcari niſi pro pctõ mortali vero vel p̃ſumpto, ſed ludens ad aleas dẽt excõicari vel deponi. d. 25. c. eps. Itẽ in illo ludo magna eſt tpis amiſſio, aliqñ noctẽ coniungunt diei & diẽ nocti, magna cupiditas & auaricia deſtruendi ſe mutuo, inde ſequũtur multę blaſphemiæ creatoris. contumeliæ inuicẽ, cõtẽptus eccleſiæ hoc prohibentis ubi ſupra. ẽt laicis diſſipatio ſubſtantiæ ſuæ, ebrietates in tabernis & homicidia, odiũ mortale inter ludentes, triſticia in eo qui perdit, neglectus famę, cariſtia rerũ in domo ludẽtiũ, depauperatio ludentiũ & familię eorũ, impoſſibilitas ad reſtituendũ q̃ debent, & alia multa ſimilia. In tribus aũt caſibus (ut dicit ſumma Anthonina) tenetur quis reſtituere quod per ludũ alearum acquiſiuit, uel per alium ludũ ẽt ex iure diuino. ita ẽt ꝙ pauperibus erogari non debet niſi cũ neſcirentur, uel non inuenirentur perſonæ. Primus eſt cũ acquirit ab his qui rem ſuam alienare non pñt, vt ſunt furioſi, ꝓdigi, minores uiginti quinque annis, & maxime pupilli & mẽte capti, ſurdi, muti, cęci, & qui perpetuo morbo laborant. Quia. n. tales rebus ſuis ſupereſſe non pñt. i. prouidere, dandi ſunt eis tutores & curatores, & quod dř de prodigis iř intelligendum quibus ratione prodigalitatis dati ſunt curatores a iudice, non de aliis. Serui etiam cum quicquid habent ſit dominorum alienare non poſſunt. Religioſi etiã ſi quæ haberent ad uſum uel ad adminiſtrationem, illa donare uel alienare non poſſunt in ludis, & qui ſuper eos lucrarentur ad reſtitutionem monaſteriis. Clerici etiam quantum ad res eccleſiæ, cum ſint pauperum. Similiter filiifamilias qui non ſunt emancipati a patre, alienare nihil poſſunt per ludum, nec uxores ſi non habent paraſernalia, quæ etiam nihil poſſunt dare de rebus uiri ipſo neſciente. Et hoc intelligendum eſt, niſi ſit quid modicum de quo præſumi poſſet quod eorum ſuperiores ut patres, uiri, tutores, & huiuſmodi non curarent. Secundus modus eſt cum acquirit per fraudem, puta utendo falſis taxillis, uel alium aliter decipiendo, & hoc ei reſtituendum, eſt qui amiſit uel habenti curam eius. Illud enim reputatur furtum. Tertius caſus, eſt cum, quis attraxit alium ad ludum per uim uel nimiam importunitatem, ſiue

E
*Alea. Res ludo alearum acquiſita an dẽat reſtitui.*



in principio ludi, ſiue in medio, cum alius uellet dimittere & non finit, tunc etiam reſtituere tenetur, vt vult Tho. & hoc hř 14. q. 5. non ſane. Quartus caſus, qñ ludit uoluntarius cum voluntario ex cupiditate & non per fraudem, & accepit ab eo, qui poteſt alienare res ſuas. & tunc dimiſſis uariis opinionib. dř ꝙ durãte l. quæ hř. ff. de alea. per totum. in his qui ſubijciũtur legib. illis, reſtituendum eſt ſimpliciter ei à quo acquiſitum eſt, quia iura nõ ſolum prohibent ludum, ſed acquiſitionem per ipſum, & malæ fidei poſſeſſor dř qui contra legem, iuraq; mercatur. Si autem nõ ſubijciatur legibus illis, dicũt quidam de neceſſitate præcepti illud erogandum eſſe pauperibus, ſed magis dicendũ eſſe de honeſtate cõſilij, ne paretur via ludis & turpibus lucris Hæc Antoninus & Ricardus de media villa pro ultimo caſu diſtin. 15. quarti. Sexta & ultima propoſitio. Si res fuerit præſcripta, excuſat præſcriptio, ſi iuſto titulo & bona fide ſemper fuerit res aliena poſſeſſa, non vitio furti aut uiolentiæ affecta, completa p̃ſcriptione iuris auctoritate poteſt tunc licite retineri, quod præſcriptum eſt, aliter non. extra de præſciptionib. c. vigilanti.

*Eadem feria tertia poſt 3. dominicam Quadra. Sermo 7. & in ordine 75.*

A
*Vas. Rex. Qi curia regũ replet uaſa plena, cu ria Chriſti uaſa uacua.*

REdde creditori tuo &c. vt prius. 3. Regũ. 4. Colligitur ex epiſtola hodierna ꝙ mulier quædam vxor Abdiæ, quam obligauerat vir ſuus multis debitis clamauit ad Helyſeum ut liberaret eam à creditoribus ſuis &c. dic ut in duobus ſermonib. præcedentib. vſque ad finem hyſtoriæ. In quo edocemur aliter agi in curiis principũ aliter in curia Chriſti, quia in curia principum vaſa plena miraculo quodam diabolico implentur, ut diuites & pecunia abundantes, & uaſa uacua ut pauperes reijciunť & ligna in ſiluas, & aquæ in maria deferuntur, & aſinus vrinã ſpargit in aquam, & vix in aridã. Deus aũt replet uaſa uacua oleo, & deficientibus uaſis uacuis ſtat oleũ eius. vas. n. vacuum eſt cor humile, nihil ſe reputãs: quod ſi deeſt, oleũ diuinæ grãe nõ infunditur. Hieronymus. Nihil ita à pueritia uitare conatus ſum quàm tumentem animũ, erectamq; ceruicem Deum contra ſe odio prouocantem. Propterea uas uacuum petijt Helyſeus, in quo tñ eſſet ſal ad ſanandas aquas hierico peſſimas. i. uas illud auri ſolidũ ꝓtioſum beatiſſimã virginẽ, in quo eſt ſal diſcretionis ad ſanãda peccata nřa, cuius diſcretionis ſal à uaſe requiramus, ut aliquid ad ſalutem proficiens dicere ualeamus ſalutantes eam, ac dicentes. Aue.

In hoc ſermone circa thema. Primo dicemus cui, ſecundo per cuius manus, tertio qñ reſtituẽdũ eſt. Ad primũ quæſitũ. ſ. cui reſtituenda eſt res. Reſpondetur primo, ꝙ dãnificatio ſi ſciať, & ſi habeať pñs uel hři poſſit, & ſi nõ ſit præſens ſi commode fieri poſſit, ſibi mittatur. Dico tamẽ ꝙ ĩ quatuor caſibus nõ teneť qs ei ad reſtitutionẽ. Primus eſt, quãdo reſtitutio eſſet nociua illi, cui faciẽda eſt, ut gladius furioſo uel ebrio. nõ tamẽ debet ſibi appropriare tale depoſitum ſed dẽt reſeruare ut tẽpore congruo reſtituat uel ei bene diſpoſito vel hęredib. eius. Secũdus caſus eſt, quãdo perſona recipere eſt indigna, ſicut ille q̃ ſimoniace dedit aliquid, qa nõ eſt reſtituẽdũ eo ꝙ indignus eſt, magis hoc eſt erogãdũ paupibus.

B
*Reſtõ. Cui ſiẽda eſt reſtitutio.*

Tertio quãdo reſtõ cederet in p̃iudiciũ boni cõis. Bonum. n. cõe præferendum eſt bono particularis perſonæ, ut ſi alicui deberẽ centũ marcas auri tpe quo pax eſſet firmata inter duo regna, uel inter duas ciuitates, poſtea uero bello ſuperueniente vnus ĩpugnat bonum cõe regni uel ciuitatis alterius, vel ẽt ſi ab eo quandoque furatus fuerit. Et in iſto caſu diligens dẽt eſſe q̃ dãnũ intulit, ut apud ſe uel alium ſeruet fideliter & ſecure quod reſtituendum eſt, ut damnificato uel hęredibus ſuis reſtituatur quando hoc fieri poterit ſine præiudicio boni cõis. Quartus caſus eſt quando res ablata eſt modici ualoris, & ille cui debet reſtitui multũ diſtat à dãnificante, tũc in illo caſu dẽt ablatũ erogari pauperibus, niſi ille cui reſtituẽdũ eſt, uel hæres eius ſit ad locum uenturus, uel aliquis ex parte illius pecuniam recepturus. Quintus caſus eſt, quando neſcit eum, cuius eſt res ablata, uel quando eo mortuo neſciuntur eius hęredes & propinqui, & tunc ſimiliter per cõſilium boni viri reſtituẽda eſt pauperibus. Si uero mittat ablatum abſenti, & illud in itinere deperditur, iterum tenetur.

Sextus caſus eſt, quando eſſet in præiudicium & infamiam reſtituentis, quia creditor deberet magis uelle famam reſtituentis,

tis quàm modicum commodum ſuum in illa modica dilatione reſtitutionis. Septimus eſt, qñ eſt impotens ad reſtituendum, & tunc ſopitur reſtitutio, ſed ſi ueniat ad pinguiorem fortunam, tunc tenetur. debet tñ à creditore remiſſionem petere ſi nõ ſit occultus, & ſi ſit impotens non ſimpliciter ſed ad tempus, debet petere dilationem vſque ad illud tempus in quo poterit eſſe potens. Hæc Thomas. 2.2.q.62.art.8. Octauus caſus eſt, ſi res eſſet notabiliter dãnoſa reſtituenti, ita ꝙ probabiliter eſſet in periculo neceſſitatis, tunc non teneretur reſtituere. Si tñ ille qui dãnum intulit, aliq̃d habet vltra neceſſitatem ſuſtentationis naturæ, quamuis ſibi neceſſarium ad victũ ſecundum decentiam ſuæ perſonæ reſtituere tenetur. Non enim eſt licitum de alieno viuere cum ſæculari honore. Si autem nõ habet niſi neceſſaria ad ſuſtentationem naturæ, tunc non tenetur.

*C Reſtõ. Per cuius manus dẽt fieri reſtitutio.*

Ad ſecũdo quæſitum. ſ. per cuius manus dẽt qs reſtituere. Rñdetur, ꝙ ſi ſit reſtitutio vaga, ita ꝙ ſit incertum cuius ſit per ſe ipſum, & non per alium deberet reſtituere, cum conſilio tñ boni viri. Nullus enim tã tenetur reſtituere, ſicut qui abſtulit: nec alius poteſt ei eſſe ita fidelis. & hoc faciendo aſſueſcit piis operibus, quod non faceret ſi per alium faceret. ſi tñ per alium facit non amplius tenetur. Si autem ſcitur perſona, tũc poteſt per alium ſibi fidelem reſtituere, & caueat cui ſe credet. quia ſi talis non reſtituat, adhuc tenetur, & ſi mittat abſenti & res depereat eũdo, iterum tenetur. Si tñ ſacerdotes ſint imperiti, vbi eſt magna reſtitutio facienda debent ad ſuos ſuperiores remittere, uel ad peritos ad iudicandum de huiuſmodi, vel peritos per ſe interrogare.

*D Reſtõ. Quando tenetur quis reſtituere.*

Ad tertio q̃ſitum reſpondetur per quatuor propoſitiones. Prima eſt. Si damnificans habeat vnde reſtituat & opportunitatem: ante confeſſionem reſtituere debet. Probatur, quia reſtitutio non iniungitur à ſacerdote, ſicut ſatisfactio, ſed à lege diuina. Si quis teneret adulteram, reſtituere eam viro ſuo non eſt niſi ceſſare à peccato uel à tranſgreſſione huius præcepti non mœchaberis, hoc autẽ præcedit omnem partem pœnitentiæ, igitũ dum tenens adulterã non es capax pœnitẽtiæ, ſed irriſor: ita & alienum detinens uoluntate & facto. Sed rari ſunt qui hoc ante confeſſionem faciant. Auaritia enim ita ſtringit cor miſeri peccatoris, & ita vinculat eum amore cum pecunia, ꝙ non põt ab ea ſeparari. Sene. Cũ in nobis alia peccata ſeneſcant, ſola auaritia in ſenibus iuueneſcit. Sed tñ antequam Petrus exiret de carcere, oportuit cathenas cadere de manibus. Sed vincula auaritię neceſſe eſt cadere de manibus auarorum ut manus libere reſtituant. Bene enim affectant reſtituere, ſed non poſſunt de manibus eorum cadere cathenæ, niſi hoc Deus faciat per angelum ſuum. i. bonam inſpirationẽ, & boni ſacerdotis miniſterium hoc iniungentis. Lucæ 13. quàm difficile qui pecuniam habent intrabunt in regnum cœlorum, Luc. 18. Facilius eſt camelum intrare per foramẽ acus, quàm diuitem intrare in regnum cœlorũ. Quadriga enim onerata & equus onuſtus paruum oſtium & ſtrictum non poſſunt intrare, cameli autem venientes ad portas faciliter permittunt ſe exonerari ut intrent, & miſer auarus vix ſe permittet exonerari quando ueniet ad oſtiũ mortis & paradiſi, vt illuc ingrediatur. Ideo facilius eſt camelum intrare portam illam, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. Secunda propoſitio. Nõ licet aliquo tempore alienum retinere inuito domino, ſed quàm citiſſime poteſt bono modo detentor obligatur ad reſtituendum. Probatur primo, quia illud eſt cautum iure diuino. Vnde Aug. Non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatũ. 14.q.6. ſi res: Matth. 16. redde quod debes. Rom. 13. Reddite omnibus debita. Habent enim raptores manus aduncatas. Nã ſicut boni manibus ſanctorum angelorum, id eſt bonis operibus eorum tenentur, ne offendant. Iuxta illud. In manibus ſuis portabũt te, ſic mali manibus dæmonum. i. operibus vſurpationum, quas detinent, portantur ad inferos. Sed de his qui parati ſunt reſtituere, dicit p̃s. Dominus non derelinquet eũ. ſ. electum ſuum in manibus eius. ſ. dæmonis, quia ſi incurrit peccatum furti uel aliud, paratus eſt reſtituere. Hæc Thomas in 4. diſt. 15. Secundo ad idem. Sicut eſt de ſolutione, ita & de reſtitutione. ſed ille qui operarium conducit, non poteſt, nec licitè debet ſolutionem differre. Leuiti. 19. Non morabitur opus mercenarij apud te vſque mane. Gloſ. opus. i. merces, quia forſitan uiuit cum uxore, & filijs, & parentibus, & ſi in craſtino recipiat uim & calumniã pertulit,

lit,



lit, quia interim vnde uiueret non habuit. Secũdo dr̃. ff. de reg. iur. In omnibus obligationibus in quibus dies ponit̃ præſenti die debentur. Item ſicut eſt contra iuſtitiam rem alienam inuito domino accipere, ita & retinere, ergo ſicut pro ſemper tenetur quis nõ accipere, ita & pro ſemper tenetur non retinere. Hæc Richardus de media villa in 4. diſt. 15.

*E Reſtõ. Q̃ nõ uidetur in ſalute, qui infirmus et moriens nõ reſtituit, cum cõmode hoc poſſit, licet p alium reſtitui iubeat.*

Tertia propoſitio. Licet quandoque differre reſtitutionem poſita ſemper intentione reſtituendi, & hoc quando creditor deberet rationabiliter uelle rem ſuam detineri. Hoc aũt fieri poteſt in multis caſibus, ſicut dictum eſt prius.

Quarta propoſitio. Non ſufficit ad ſalutem alteri reſtitutionem committere ei, q̃ poteſt commode facere, & moritur. Primo quia ut dicit Thom. 2.2. qõ. 62. Ille per ſe ad reſtitutionem tenetur, qui intulit damnum Sudare enim debet infirmus ad mortem, non alter pro eo. Si autem diem debitam & creticam tranſeat, & non ſit vniuerſalis, ſudor eum grauat & debilitat. & dicunt medici ꝙ ſudat anguſtiã mortis. Ideo ſi damnificans alterum expectet reſtituere per alterum uſque poſt diem creticã mortis, parum ſibi proderit. Ezec. 23. multo labore ſudatum eſt, & non exiuit de ea rubigo, quia ſudor iſte nimis tarde uenit, nec fit ab eo à quo fieri debebat. Recitat Greg. Turo. lib. 4. hyſtoriæ francorũ de celſo patricio cupidiſſimo res proximorum hinc & inde auferente, ꝙ cum quadam die in eccleſia audiret lectionem Eſaiæ recitari. Ve qui cõiungitis domum domui, & agrũ agro copulatis, exclamaſſe fertur incõgrue, hoc ve mihi & filijs meis, nec tamen conſcientia eius remordente reſtituit, ſed relinquit vnicum filium, qui abſque liberis functus maximam partẽ facultatum eccleſiis quas pater ſpoliauerat dereliquit. Iſte non ſudauit, ſed filius eius pro eo. ideo nec iſti profuit, ſed ſoli eius filio. Secundo propter inutilitatem reſtitutionis, quia cum reſtitutio ad ſatisfactionem præambula ſit, non eſt uere & ſufficienter abſolutus, qui põt eam facere & non facit. Sicut enim qui eſt in feſto aliquo, ubi plura apponuntur uaſa aurea & argentea, ſi certus eſt ꝙ in porta diligenter ſcrutabitur quantumcunque ſit tẽtatus uaſa illa furari, vincet tamen tentationem, & ſi uaſa illa accepiſſet, propter tamẽ prædictam cogitationem illa caute per ſe deponeret, & non per alium reſtitueret antequàm ad portam ueniret, ſciens ꝙ ſi cum illis in porta captus eſſet, ſuſpenderet̃ & ſi nihil ſecum inuenirent ſcrutatores, euaderet. Sic ratio dictat, ꝙ qui certus eſt, ꝙ in porta mortis furtiuũ uel male lucratum ſecum ferre non poteſt, oĩa deponat uel reſtituat ſciẽs ꝙ ſi in illa porta cũ alienis rebus eum capi contigerit, nõ erit inde à periculo abſolutus, ſed ad furcas inferni neceſſe erit ipſum ſuſpendi. Quòd ſi reſtituerit ridebit in die nouiſſimo. prouerb. vlt. Laudent eum in portis opera eius.

Tertio propter tepiditatem, quia quos alteri cõmittit cũ per ſe facere poſſit, hoc procedit aut ex falſa uoluntate reſtituendi aut ex defectu & imperfectione atque uoluntatis tepiditate, quia quando exire põt in actũ ſibi debitum & neceſſarium, tamen non exit. Ideo talis non habet ueram uolũtatem reſtituendi, imo apparet ꝙ ſi plus uiueret, eſſet in habituali propoſito retinẽdi rem illam, aliàs ſtatim ſe expediret. Eſt enim ſimilis illi, qui quando nauis onuſta tangere incipit arenã merces in mari proijcit, ſed ſtatim ſuperato periculo per terrã ambulans nititur colligere quæ prius eiecerat. Qui enim comedit uenenum uix põt ſudare tyriacam, qui alienum rapuit, uix in morte recipit contra hoc remedium. De hoc p̃s. Libera me de aquis multis. i. de diuitiis multis quibus ſubmerguntur raptores, & ſi uellent porrigere manum. i. petere conſilium ab aliquo exiſtẽte extra aquam diuitiarum, poſſent liberari à periculo ſubmerſionis. Sed uel petunt conſilium ab his qui ſimili morbo laborant, & qui ſimiliter pereunt, uel petere nolunt ab his qui ſunt extra aquas illas. & ſi petant non acquieſcunt conſulenti, ſed nituntur ipſum inclinare & trahere ad ſe & ſuam uoluntatem, adinuenientes aliquas rationes ſophiſticas per quas conſulentem inclinant ad ſuum deſiderium, uel quòd non ex toto reſtituãt uel ꝙ nõ reſtituant. Et ideo ſacerdotes debent eſſe in iſtis cauti nec dare conſilium, niſi ſemper onerando conſcientias eorum, ſi uera ſunt quæ dicunt. Quarto propter infidelitatem, quia cõſtat hæredes aut executores eſſe ad hoc cõiter & ut plurimum infideles, nec curant reſtituere propter teſtatoris uolũtatem, imò longe plus zelare proſperitatem prolis uel ſui uel aliorum,

quibus

quibus illa remanere debent, quàm animã defuncti, & ſic talis ſe exponit periculo ꝙ nunquam fiet reſtitutio. Nõ minus diliget executor vel filius eius pecuniã, quàm ipſe in uita dilexit. Si ergo eã ita in uita dilexit ꝙ ab ea noluit in uita ſua ſeparari, nec reſtituere, nec prędicti ſimiliter faciẽt. Sed ſicut cum homo ſubmergitur, quicquid poteſt capere fratrem, filium, & ſic de aliis, ita fortiter tenet quicquid habet in manibus, ꝙ non poteſt ab eo auelli, quod tamen fatuum eſt, quia quanto manus pleniores habet, tanto grauior eſt, & profundius deſcẽdit in aquã. Sic tales trahunt poſt ſe ad dãnationẽ quotquot cathena argenti ſui male acquiſiti poſſunt capere liberos ſuos executores & alios, nec ab eis poſſunt auelli. Sunt iterum ſicut lepra quæ non ſolũ inficit patrem & matrem, ſed ẽt totam prolem à primo gradu vſque ad centeſimum, qui iuſte omnes damnabuntur ſi ſibi conſtet talia eſſe male acquiſita. Exemplum ad hoc de quodam merẽſi qui fuit decimus à quodam vſurario, qui tamen uiſus eſt in inferno propter quædam male acquiſita à parẽtibus, licet non male acquiſiuiſſet. Contingit enim eis ſicut illi qui ſe aſſociat latroni, qui cum eo deprehenſus in eadem damnatione eſt. Iob. 21. Deus ſeruabit filijs illius dolorem patris. Vnde cum dixit Zacheus, ſi quem defraudaui reddo quadruplum. reſpondit dñs. Hodie ſalus huic domui facta eſt. Non dixit huic homini ſed toti familiæ, eo ꝙ non poſſint ſaluari filij male acquiſita retinentes. Quinto propter debilitatem, quia multi ſunt modi doloſitatum, per quos talis aliena male acquiſiuit & iniuſte, & quos nullæ perſonæ probare poſſunt, ſibi ſoli plenius noti, de quibus certus eſt ꝙ per executores aut hæredes nunquam ad elucidationem venient, cum tales quærant teſtificationes & probationes, quas in huiuſmodi fraudibus nõ nunquam impoſſibile eſt dari. ergo talis ſcienter videns hoc periculum, manifeſte contemnit ſalutem animæ ſuæ. Nec.n. credibile eſt ꝙ alius fidelior ſit ei quàm ipſemet. In geſtis Francorũ lib. 4. dicitur, quòd Theodoricus rex cuidam balliuo ſuo, qui male res ſuas tractauerat fabulam propoſuit. Serpens inueniens ampullam vino plenam intrauit per os eius arctum, & auſit, & inflatus exire non potuit, & dominus ampullæ venit & ait. Miſer euome quod hauſiſti, & ſic poteris exire, & mortem euadere. Sic damnificãs oportet uel ꝙ per ſe reddat, & euomat male acquiſita, uel damnationis periculum non euadet. Iob. 20. Diuitias quas deuorauit euomet. Sunt enim naſſa dyaboli uel magis puteus inferni, qui de facili recipiunt, ſed non de facili emittunt. Iac. 5. Ecce merces operariorum ueſtrorũ qui meſſuerunt regiones veſtras quę fraudatæ ſunt à uobis, clamat, & clamor eorũ in aures dñi ſabaoth introiuit, qui quaſi rex ea reddere compellit. Sexto propter cupiditatem, quia executores eorum quandoque ſunt ualde cupidi ad ſibi talia male acquiſita retinenda, uel leuiter aliquo ſuperficiali modo cum his quibus reſtitutio fieri debet, pertranſeunda, uel ſaltem protelanda & differenda, & ad exaſperandum uel refellendum eos qui reſtitutionem petunt, & ideo minus bene faciunt. Faciat igitur quandiu uiuit & non quando non poteſt facere. Inſanus eſt qui ſe mallet in mare demergi, quàm merces proijcere in mare etiam proprijs manibus. ſic qui ſe potius damnari quàm aliena reſtituere. 4 Reg. 7. Syri ſurrexerunt & dereliquerunt tẽtoria ſua equos & aſinos in caſtris, fugeruntque tantum animas ſuas ſaluare cupientes. p̃s. Infixæ ſunt gentes in interitu, quem fecerunt, confixæ ſunt quaſi quibuſdam clauis peccatorum in morte animæ ſuæ, quã ſibi fecerunt. p̃s. In laqueo iſto quem abſconderunt. i. fraude quam tegunt, comprehenſus eſt pes eorum. i. affectus qui ita illaqueantur ꝙ uix ualent abrumpi à diuitiis, quas iniuſte detinent, & à fraudibus quibus eas iniuſte occupauerunt. Septimo, quia ei qui iniuſte aliena detenta reſtituit, per ſe multa reſtituuntur, quando opus habet diuitijs & omnibus denudatur bonis. Primò reſtituitur ei Deus. Ideo diabolicæ ſuggeſtioni non debet credere, quæ ei ſuggerit dicẽs. Si aliena reſtituas eris pauper & mẽdicus. Quomodo pauper eſſe poteſt, cui reſtituitur Deus, uel qui Deum habet? Et vere nimis auarus eſt, cui non ſufficit Deus. Aug. Satis diues eſt chriſtiana religio, quę in poſſeſſione domini omnium omnia poſſidet, quia ſicut ꝓpheta ait. Domini eſt terra & plenitudo eius, qui habet Deũ, habet omnia quæ ſunt Dei. Secundo reſtituitur ſibi anima ſua, imo totus ipſe. Eſt.n. ſeruus mammone.

*I Reſti.*



mammone. Caro. Aeger diues habet nummos, ſed nõ habet ipſum. diues quidem in arca, ſed multum æger in conſcientia, ita ut uix præ confuſione genus morbi medico ſpirituali velit oſtendere. Qui habet manus ſcabioſas non audet eas oſtendere, nec lauare. Quantum dimitteret ſi captus eſſet à ſuis capitalibus inimicis, ut euadere poſſet? Quid ergo meritò non faciet, ut ab vniguliſ dæmoniorũ quibus iam captus erat, eripi poſſit & elabi? Tertio reſtituuntur ſibi merita ſua, quæ ante uſuram vel rapinam lucratus eſt. Bona enim facta ĩ gratiã mortificantur per ſequentem culpam, ſed reuiuiſcunt per recuperatam gratiam. Melius enim eſt ditari bene agendo & merẽdo quàm male agendo. Raptores autem male agendo ditantur. Aiunt enim, nõ mouebor a generatione, ſcilicet pauperum, in generatione diuitum ſine malo. Eccle. 40. Viro tenaci & cupido ſine ratione eſt ſubſtãtia, id eſt non attendit qua ratione acquirat, ſiue per fas, ſiue per nefas. Tendunt enim laqueos, qbus homines defraudent, ſed pluet dñs ſuper illos peccatores laqueos quibus ſuſpendantur. p̃s. In laqueo iſto quẽ abſcõderunt &c. Quartò reſtituuntur ei oẽs fratres ſpirituales, quos amiſerat dum iniuſte detinuit alienum. Eccle. 13. Quæ cõicatio ſancti ad canem? Canis eſt iniuſte rapiens aliena, cũ quo nullus cõicat vir Dei, niſi reſtituerit. Sed bene cõicant cum eo viri diaboli, qui prædatorem depredantur. Eſa. 34. Veh qui prædaris, nonne & ipſe p̃daberis? Sunt enim tales nobiles ſuos deprædantes communiter præda uſurariorũ. Oſeæ 12. Iuxta uias eius, & iuxta adinuentiones eius reddet ei. Nihil autem iuſtius eſt, quàm inſtrumento ſuæ offenſionis puniri. Vnde poeta. Lex non eſt æquior ulla, quàm necis artifices arte perire ſua. Et itẽ. Non habet euentus ſordida præda bonos.

Quinto reſtituũtur ſibi eccleſiaſtica bona, & benedictiones ſanctorum. Particeps enim eſt omnium bonorum, quæ ibi fiunt, vbi prius erat particeps omnium maledictionum & excommunicationum in eccleſia. Vnde aduram qui erat ſuper tributa, quem miſit roboam, lapidauit omnis populus. ſecundo Regum vigeſimo. Tales eñ lapidat populus cunctis maledictionibus. Sunt enim uelut collatorium lactis, quia vt plurimum ſordes in anima retinent, & pecunia quam defraudant ad alios deuoluitur. Sexto reſtituitur ſibi fama quæ ſupra multas diuitias æſtimanda eſt, qui aperta, & clara facie poſtquam reſtituit aliena, abſque rubore non tantum coram Deo, ſed etiam coram hominibus poteſt apparere. Tales autem prius non ſolum diffamantur in vita, ſed etiam in morte. Dicuntur enim porci Dei communiter. Porcus enim dum uiuit nihil ualet, ſed dum moritur, valere incipit: quia nutrit pauperem, qui antea à paupere nutriebatur. Quando enim moriuntur, incipiunt liberales eſſe: dum diuitiæ eos deſerunt. Vnde Lucia aiebat. Moriens enim ideo das, quia tecum ferre non præuales. Sunt enim ſanguiſugæ, quę dum plenæ ſunt ſanguine inter ſpinas poſitæ crepant, & reddunt tunc quod acceperant. Deuorat utique balena alios piſces: ſed dum moritur, alios multos paſcit. Nec ſolum diffamantur in morte, ſed etiam poſt mortem in liberis ſuis, qui male acquiſita diſſipant. Dicitur enim communiter, Male acquiſita ſunt omnia, & male uadunt, & ibunt omnia. Male ſiquidem acquiſita non diu durant. Eccle. vigeſimoprimo. Qui ædificat domum ſuam ſtipendijs alienis, quaſi qui colligit lapides in hyeme, id eſt, ſicut collectio lapidum in hyeme non durat ad ædificium, ſic nec domus ædificata de rebus alienis. Micheæ primo. De mercede meretricis congregatæ ſunt, & uſque ad mercedem meretricis reuertentur. Septimo acquiritur ei, & reſtituitur ius ad regnum cœlorum, ubi aliena rapiendo, & corpus & animam interimit, & infernum acquirit. pſalm. Quouſque irruitis in hominem faciendo ei uiolẽtiam, uel iniuriam in bonis ſuis, & interficitis uosmetipſos, more grandinis, quæ dum frangit, frangitur: & mus eſcam capit, & capiendo capitur. pſalm. Circundederunt me ſicut apes, quæ dum pungunt aculeum & mel perdunt.

*G Rapina. Quòd domus raptorũ nõ diu durant.*

Octauò, quia per hoc bona acquiſita ſunt permanentiora, & domus talium permanentiores. Vix uidemus domos eorum qui ſic ſubito magna per fas & nefas aggregant bona diu durare, ſed ſtatim ruere. Dicunt naturales, quòd penna aquilæ poſita in culcitra cum plumis anſerum, uel aliarum auium, deuorat & incinerat eas. Vnde quia Labã abſtulit mercedem à

Iacob,

Iacob, abſtulit ei dominus ſubſtantiam ſuã & dedit eam Iacob. Gen. 31. Chaldęi & Aſſirij quia abſtulerunt terras & regna aliorum, perdiderunt etiam terram ſuam.

*Feria quarta poſt 3. dominicam quadrageſimæ. Sermo I. & in ordine 76.*

*A Maria. Q̃uo Xp̃s q̃diu uixit, honorauit matrẽ ſuã.*

HOnora patrem tuum & matrem tuã, vt ſis longæuus ſuper terram. Exod. 20. & Matth. 15. Dicunt leges, legem patere quam ipſe tuleris. quia ergo legem dedit dominus de parentibus honorandis, ipſe primus eam tulit, quia in infantia erat ſubditus illis. Luc. 2. & in uirilitate ad honorandum matrem ſuam ad ſupplicationẽ ſuam fecit primum miraculum. Io. 2. & p̃ miracula eius honorificata eſt mater ſua, ita vt diceretur. Beatus uenter qui te portauit. Luc. 11. Sed & in cruce ſollicitus de matre, ſibi de filio prouidit, qui eius curã gereret. Io. 19. Sed & đ honore patris. ego (inquit Io. 8.) glorifico patrem meum, & cum iniurias in ſe factas patienter ferret, patris iniurias cum furore vindicabat & redarguebat. Mar. 1. Immo & ad gloriã eius factus eſt obediens vſque ad mortem. Phil. 2. Vt ergo ad patris honorem per matris medium perueniamus, matrẽ honore pręuenientes ſalutemus dicentes. Aue.

*B Filius. Quæ debẽt parẽtes filijs, & q̃ filij parentibus.*

Quinq; ſuſcipiunt filij à parentibus, pp quod & reciproce debent ſuis filij parentibus aliqua & fere ſimilia. Primo recipiunt filij à parẽtibus eſſe corporale. Propter qđ indidit Deus patri & matri, ſicut & cuilibet animali naturalem amorem ad filios, qui tantus eſt ut nolint parẽtes ante ſe mori filios, ſed potius cupiunt habere poſt ſe ſuperſtites, ideo filij debent parentes magno affectu uenerari amando, & optando eis bonam & diuturnã uitam, & cœtera bona naturæ, fortunæ, & gratiæ, contra eos, qui quærũt mortem eorum ex odio uel ex appetitu hæreditatis obtinendæ.

*C Filius. Q̃ parẽtes magis diligunt filios, q̃ econtra.*

Inde eſt, ꝙ cõiter parentes diligunt magis filios, quàm econtra, & hoc propter quatuor. Primo, quia plura illis conferunt, ea autem magis diligimus, quibus plura conferimus. Sed econtra filij huius cauſa eos magis odiunt. Volunt enim ſoli eſſe qui tẽporalia percipiant. Diligunt autem parentes ſuos, ſicut rabidi canes, qui quandiu de lacte matris uiuunt, diligunt matrem, & ei adhærent, ſed quãcito ſint maiores, & habent acutos dentes, & poſſunt ipſimet oſſa corrodere ſicut pater & mater, ſi os proijciatur ad medium, & illud arripiunt parẽtes eorum, feſtinant, & inſiliunt, nec plus parcunt parentibus quàm alijs, immo parati ſunt pugnare. Sic multi dum ſunt in poteſtate parentum, & uiuunt de bonis eorũ, diligunt eos, & honorant. Sed ſi contingat parentes reſignare bona ad manus filiorũ & filiarũ, contumelia afficiuntur. De q̃bus Mich. 6. Filius contumeliam facit patri ſuo & filia conſurget aduerſus matrem ſuam.

Secundo, quia dilectio parentum eſt diuturnior. Prius enim parentes dilexerunt filios ſuos quàm ab eis diligerentur. Plus calefacit ſol quanto plus immoratus eſt ſup terram. Sed econtra ut plurimi filij deſiderant parentes eſſe mortuos, ut poſſideant hæreditatem. Exemplum ĩ Euilmeradach filio Nabuchodonoſor, quo mortuo (ut tradunt Hebræi) ipſe metuẽs ne pater eius reſurgeret, corpus eius de ſepulchro extraxit, combuſſit & in cinerem redegit. quo in quatuor marſupijs diſpartito, ad quatuor aquilarũ colla illud ligauit, & ad quatuor partes mundi eas uolare fecit. Tertio, q̃a dilectionis mutuæ ipſi parentes ſunt principium. Naturalis autẽ effluxus eſt principij in principiatum, & non ecõtra. ſicut humor à radicibus procedit ad ramos, & non à ramis ad radices. Periculoſum eſt autẽ ne malus humor ſit in radicibus, aut ſit mala planta, quia arbor mala non poteſt fructus bonos facere. Samaritani enim qui ex infidelibus parentibus proceſſerunt, ſimul & deos eorum cum Deo Iſrael coluerunt, quamuis in terram Iſrael tranſlati eſſent. Propter quod malum eſt à malis parentibus originem ducere, quia peccata, quæ ab eis didicerunt, & in iuuentute imbuerunt, vix dimittere poſſunt, etiam dato ꝙ ad religionem tranſeant. Quarto quia vnumquodq; maxime diligit perfectionẽ. vnũquodque autem perfectum eſt eo ꝙ ſibi ſimile generat. Eccle. 30. Mortuus eſt pater, & quaſi non eſt mortuus. Similẽ enim poſt ſe reliquit, licet aliquando ſimilem ſibi nõ relinquat. Vnde (vt ait Herodotus in hiſtorijs Perſarũ) in exercitu Xercis regis Perſarum equa peperit vulpem, quia bonus p̃r quandoque malicioſum filium poſt ſe relinquit, vt ſunt qui patrem contriſtant, &

qui



qui pro ipſis mortuis non orant. Similẽ ſibi ſcilicet Iſaac reliquit Abraham, qui ne patrem contriſtaret, obediuit ei ad mortem. Diſſimilem ſibi. ſ. Abſalon reliquit Dauid qui patrem voluit occidere. Secundo filij à parentibus ſuſcipiunt alimentum. Debent enim parentes nutrire filios, hoc docet natura in omnibus pene beſtiis, & auibus, quę cum magna auiditate nutriunt fętus ſuos. Sed cum beſtiæ vſque ad ſaturitatem procurent dictos fętus ſuos homo in ſobrietate magna poſtquam perueniunt ad adoleſcentiam debet nutrire filios ſuos. Non enim debet eis quærere ſuauia. Sic fecit pater miſericordiarum dilecto filio ſuo paupertatẽ & aduerſitates ei potius eligendo Et ratio eſt, quia debet pater filijs potius in poſterum, quàm in præſenti prouidere, & cauere ne ſit eis crudeliter miſericors, ideo in ſobrietate media debet eis prouidere, & eos nutrire. Et propterea non debent parentes eis eſſe multum familiares. Eccle. 7. Filiæ tibi ſunt, ſerua corpus illarum, & non oſtendas faciem hilarem ad illas Eccle. 7. Melior eſt ira riſu. ira. ſ. patris in filium delinquentem, quàm riſus familiaritatis. Eccle. 30. Lude cum filio, & contriſtabit te, non corrideas illi, neque condoleas. Vnde ira patris filius ſtultus. Non eſt ergo pater iratus, niſi filius eius ſit ſtultus. Qualiter enim credẽdus ille eſt pater, qui uidet filium ſuum iugulari ab hoſtibus. i. dæmonibus, & comedi à beſtiis uitiorũ iugulantibus & deuorantibus, & non iraſcit? Nulla maior ceudelitas exiſtimari poteſt, quàm hoc ſuſtinere in filio, arridere. ſ. iugulationi, & deuorationi filij ſui. Ecce quanta mundi peruerſitas, immo cecitas, quæ hãc crudelitatem benignitatẽ nominat in parẽtibus, & diſciplinam, qua de faucibus dæmonum, & de ungulis beſtiarum infernalium. i. uitiorum eruuntur crudelitatem appellat. Eccl. 30. Qui diligit filium aſſiduat illi flagella, ut lætetur in nouiſſimo ſuo, & non palpet proximorum oſtia. Et ibidem. Equus indomitus euadet durus, & filius indomitus euadit præceps. Et ibidem. tunde latera filiorum tuorum, non dicit caput, ne forte lædantur, ſed latera virgis. Et quia filij à parentibus ſuſcipiunt nutrimentũ, debent eos filij in neceſſitate, aut alia quauis neceſſitate ſuſtẽtare, & prouidere. Sic à facie Saul fugiens Dauid, & in magna neceſſitate exiſtens, curam habuit parentum ſuorum commendans eos Regi Moab. 1. Reg. 22. Sic fecit Ioſeph parentes de terra Chanaam in Aegyptum uocando, vt eos tempore famis paſceret. Sic Chriſtus ĩter mortis diſcrimina de matre ſua curam habuit, ſic ciconiæ (ut dicit Iſidorus lib. de creaturis.) cibum ſibi detrahunt, ut pullis ſuis p̃uideãt, ſed poſtquam pulli uolare poſſunt, & prędam capere, compatientes maciei, & afflictioni parentum, cõpellunt eos in nido morari, quouſque conualuerint, & ipſi ad prædas uolant, & quaſi uices rependendo deportant. Non ſic pulli vulturum, de quibus dicunt naturales, ꝙ poſtquam diu laborauerunt parentes eorum circueundo caſtra & cadauera cum magno periculo & labore, ut eos paſcant ſibi ſubtrahendo cibũ, poſtquam pulli conualuerint, & fortificati ſunt, parentes pro eis afflictos verberant alis, nec aliquid de præda ſua dant eis, ſed eos uerberando roſtro & alis de nido ſuo expellunt. Sic mali filij patres expellunt à propria hæreditate, & ideo non eſt multũ conſulendum patribus, ꝙ filijs ſuis dent poteſtatem ſuper bona ſua. Eccl. 7. Habes filios, non des illis cito poteſtatem in iuuẽtute. Eccle. 33. Filio & mulieri, fratri & amico non des poteſtatem ſuper te in uita tua. & ſequitur. Melius eſt ꝙ filij tui te rogent q̃ te reſpicere in manus filiorũ tuorum. pp qđ non vult Ariſt. 7. Politic. ꝙ filius ducat uxorem niſi triceſimo ſuę ętatis anno, ne ſi forte uiceſimo anno cõtraheret, filius qui ſubſequẽti anno ſibi naſceret, aſpiraret ad hęreditatẽ patris tunc in uirili ætate degẽtis. Vnde Bernar. Habes filium diſpenſatorem bonorum tuorum ne conſtituas. Certe beneficia à parentibus filiis exhibita debẽt eos mouere ad compatiendum parẽtibus. Eccle. 3. Quaſi dñis ſeruiet his, qui ſe genuerunt. Eccle. 7. Honora patrem tuum, & matrem tuam, qm̃ non niſi per eos fuiſſes, & retribue illis q̃uo & illi tibi. hic eſt enim verus honor quo dñs iuſſit honorare parẽtes, & præcipuus. ſ. ſuſtentare eos, & ſubuenire eis in neceſſitatibus. Tertio debent parentes doctrinam, & eruditionem filiis. Debet enim primò pater inſtruere filium à iuuentute ſua amare Deum, ſicut Thobias docuit ab infantia filiũ ſuum timere Deũ, & abſtinere ab omni peccato. Thob. 1. Pater quippe filiũ ſuum ad magis lucratiuũ

artifi-

artificium ordinat, vt uitam ſibi uendicet,
& acquirat. Sic ſollicite curabat Iob de li-
beris ſuis, qui cum ſimul comediſſent offe-
rebat holocauſta per ſingulos ne forte pec
caſſent. Sic docebat bonus ille pater filium
à quo cum mane filius conuiuiolũ quære-
ret hortatu patris genibus flexis cum ora
tione dñica à Deo petebat illud conuiuio
lum, & tunc pater per foramina ſuperioris
ſolarij proijciebat ei poma & pira, & panẽ.
quæ puer cito accipiens interrogatus quis
ei hæc encenia dediſſet. rñdebat ꝙ Deus.
Cui pater. Bonum eſt (inquit) fili orare &
amare Deum, qui ita dat affluenter, & eru-
ditione boni illius patris filius ille euaſit
in magnum virum. Sed multi mali patres
exemplo regis filiorum Amon, qui 4. Reg.
3. ſupra muros ſacrificauit dæmonijs filiũ
ſuum, ſacrificant filios ſuos dæmoniis, &
quantum in ipſis eſt, ordinant eos ad dæ-
monum ſeruitium, informãdo eos quomõ
fraudare, & luxuriari oportet. ps. Immola-
uerunt filios ſuos, & filias ſuas dæmonijs.

Secundo debent eis prouidere ut bonos
mores diſcant, & bene regere & guberna-
re familiã ſuam. Sic Dauid appropinquans
morti diligenter erudiuit Salomonem, qui
poſt eum regnare debebat. 1. Para. 18. Sic
Matathias moriẽs ſalubriter filios ſuos in-
ſtituit, & contra impios animauit. 1. Maca.
2. Sic parentes Saræ vxoris Thobiæ iunio
ris diligenter eam erudierunt monentes ip
ſam honorare ſoceros, diligere maritum,
regere familiam, gubernare domum, & ſe
ipſam irreprehenſibilem exhibere. Thob.
6. Sic dicebat Salomon prouerb. 4. Ego fui
filius patris mei tenellus, & vnigenitus co-
ram matre mea, & docebat me, atque dice-
bat. Suſcipiat verba mea cor tuum, cuſtodi
præcepta mea, & uiues. Illa monita erat da
ta à Dauid Salomoni. Si enim parentes te-
nẽtur cuſtodire filios ſuos ab igne & aqua
materialibus, multomagis à fluxu delecta-
tionis illicite & igne inferni. Et ſi forte q̃-
ratur quare ab infantia doceri debẽt. Dici
tur primo ꝙ hoc ideo eſt, quia infantia eſt
ætas ſicut cera flexibilis, & impreſſionũ fa
ciliter receptibilis. Hinc Quintilianus lib.
de inſtitutione oratoria. Quod durum eſt
citius frangitur q̃ flectatur. Aetas quippe
hominis tunc maxime formanda eſt, cum
ſimulandi neſcia eſt, & præcipientibus facil
lime cedit. Franges enim citius q̃ corrigas

*D Filius. Quare pueri ab infantia doceri debent.*

quæ in prauum durauerint. Bruta nãq; in iu
uenili ætate facilius domantur, aues do-
meſticantur, terra munda facilius aratur q̃
illa quæ lapidibus plena eſt uel ſpinis hor-
reſcit. Sic aues captæ in nido melius gar-
riunt, ligna iuuencula melius ardent, quàm
uetus truncus. Inde Pariſius clamatur car-
bo de iuuene ligno. Eccle. 30. Curua ceruí-
cem eius in iuuentute, & tunde latera eius
dum infans eſt. Hortolanus n. volens face-
re ꝙ arbor proficiat & creſcat, non dimit-
tit eam creſcere ſm ſuam inclinationẽ na-
turalem, ſed ſpeciali modo eam in ſua iuuẽ
tute flectit, curuat & ligat ad aliquid rectũ
& arctũ quouſque rami ſunt indurati, quo
facto arbor ſine ligatione creſcit & profi-
cit. Sic in iuuẽtute non eſt dimittẽdus puer
ſequi ſuas inclinationes naturales, quia cũs
caro ad malum prona eſt ab adoleſcentia,
ſed debet flecti uerberibus & ligari in ſcho
lis cum magiſtro docto, & ibi eſſe quouſq;
ſit aſſuetus ad bonum, & ad oppoſitum ſuę
inclinationis, & tunc per ſe poterit profice
re. Vnde cor humanum ab adoleſcentia fa
cile flectitur ad obedientiam, ſed dum indu
ratur quando debet flecti per obedientiam
frangitur per impatientiam. Præterea ocu
lus maculam, quam recepit in iuuentute,
vix vnquam perdit. Sic qui in iuuentute di-
dicit male uiuere. Figura. Marc. 9. Quidam
attulit ad dñm filium habentem ſpiritum
immundum, qui frequẽter mittebat eũ in
ignem & aquam ut eum perderet, quẽ etiã
diſcipuli non potuerunt curare, & tũc quę-
ſiuit Chriſtus à patre, quantum temporis
eſt quod ei accidit? Qui reſpõdit, ꝙ ab in-
fantia. Dæmon conatur ab infantia perde-
re hominem in ignem auaritiæ & aquã lu-
xuriæ mittẽdo, & qñ occupat hominem ab
infantia, non poteſt à diſcipulis eiici, ſed
oportet ꝙ Chriſtus manum apponat. Ideo
ab infantia uitãda ſunt peccata, vt dicatur
illud Ezec 4. Aĩa mea nõ eſt polluta, mor-
ticinum & laceratum à beſtia non comedi
ab infantia. Tertio debent eis parentes
prouidere de ſcientia, vel arte ad uiuen-
dum. Sic Auguſtus voluit filias in arte la-
nifica inſtrui. Debent enim parentes conſi
derare ad quæ exercitia ex natura ſua incli
nantur filij, quæ ſi bona ſint, plus in eis pfi
ciunt, & debent eis applicari, quam legem
poſuerat Plato in Policia Athenienſi, (ut
dicit Albertus) Aſpicere etiam debent pa-
rentes



rentes ad uerba quæ proferũt filij, quia ta-
lia præambula ſunt ad diſpoſitionẽ ſciẽdã
conuerſationis eorum in futurum, ut dicit
Ariſt. 7. polit. Siĩr ad iocos eorũ, ut ibidem
dicit, qui ſunt ſimilitudines eorũ ad quę ſe
diſponunt in futurum, non tñ expedit (ut
dicit ibidẽ) ꝙ cõuerſentur cũ mangonibus
& ſeruis coquinariis, qui dicunt multa uer
ba inhoneſta, ne per talia vicieť infantia, &
ut erudiant eos arte uel ſcientia, nõ eſt par
cendũ patriæ. Plinius de accipitre dicit, ꝙ
qñ pulli eius ſunt apti ad uolandũ eos ex-
tra nidum proijcit, & alis uerberat, cauens
in ætate tenera ne pigritent & ocio marce
ſcant, ut ẽt aptenť ad prædã. Sic adoleſcen
tes extra proprias domos ad alienas partes
mittanť ad honeſtos & peritos viros, qui
tales iuxta cõdõnẽ ſtatus & naturę inſtru-
ant. Si ad lr̃as diſpoſitus ponatur ad ſtudiũ,
ſi nobilis ad exercitia pugnæ, ſi Burgenſis,
ſm cõdõnẽ paternã habilitetur. Seneca. vir
tutes magiſtro indigent, ſine magiſtro ui-
tia diſcuntur. Vñ Adã & Eua prius pduxe
runt Cayn q̃ Abel, quia caro ex natura ſua
plus eſt inclinata ad malum faciendum, q̃
ad bonum. Spinæ. n. ſpõte naſcuntur in ter
ra. Et pp hanc eruditionem filij debẽnt pa-
rentibus honorem ſigno exteriori eis aſſur
gendo, quemadmodum fecit Haurus phũs
ſtoicus, qui cũ Cretæ conſulatum meruiſ-
ſet, in cõuiuio tñ patrem ſibi præpoſuit di-
cens naturæ leges in conuiuio debere ob-
ſeruari, ſicut & ĩ prætorio ciuiles. Sic ergo
debent eis aſſurgere, & ſupra ſe locare.

Secundo debent eis benedicere, & non
maledicere, contra eos qui parentibus ma-
ledicunt. Exo. 21. Qui maledixerit patri uel
matri, morte moriať, & cõtra eos, qui parẽ
tes irrident, & infamant. Hi ſunt de genere
Cham, qui maledictionem ſuſcepit in filio,
quia uerenda patris nõ operuit. Gen. 9. Cũ
tñ quilibet caput ſuum tignoſum cooperi-
ret. Et tales ſunt infames, nec recipiendi in
accuſatione pontificũ. 3. q. 5. oẽs. Hinc Am
bro. 1. de officijs. ca. 9. dicit ꝙ apud Roma-
nos tantus ad parẽtes urgebat honor, ꝙ ſo-
ceri & generi nunquam cum patribus laua
re præſumerent. Tertio debẽt bñ loqui
de eis uerbis conſolatoriis adhortando. Ec
cle. 3 Fili ſuſcipe ſenectam patris, & ſi defe
cerit ſenſus eius, ueniam da illi. Quarto
debent parentes filiis diſciplinam & corre
ctionẽ, alioquin ducunt eos ad patibulem.

*E Filius. Qui niſi parentes*

Oſeæ 9. Effraym ducit filios ſuos ad inter-
fectorẽ, ſicut de illo patre patuit, cui filius
in patibulo naſum abſtulit. Sic Dauid ui-
dens ꝙ Adonias ſe eleuabat in regem di-
cens. ego regnabo, nec corripuit eũ dicens,
cur ita facis? pp hoc ab alio filio occiſus
eſt. Similiter Dauid audito facinore filij
ſui Amon non corripuit, eo ꝙ primogeni-
tus ſuus erat, nec uoluit eum cõtriſtare, eo
ꝙ ſupra modum diligebat eum, & quia pu-
nire noluit, Deus eum per Abſalon fratrẽ
ſuum interemit, & ſic illũ pater ad interfe-
ctorẽ duxit. Qui aũt ſic ex fatuo amore fi-
liũ dimittit corrigere, tali fatuitate laborat
qualis eſſet ſi uideret eũ periclitari ĩ aqua
profunda, & dimittit eum perire, ideo quia
nõ poſſet eum niſi per capillos extrahere.
Sic qui inordinate diligunt filios ſuos ſunt
cã perditionis ipſorũ, & odiunt filios ſuos.
puer. 13. Qui parcit uirgæ odit filiũ ſuum.
Inde contingit ꝙ patres ex hoc cadunt in
magna infortunia, & in magnas triſtitias.
Hely enim non caſtigans filios, ſimul cum
eis perijt. Propterea non debent eſſe fami-
liares parentes filiis & filiabus. Eccle. ſepti
mo. Melior eſt ira riſu. & Iob. 17. Si ſuſti-
nuero. ſ. filios meos in iniquitate, infernus
domus mea eſt. Eccl. 30. Lacta filiam tuam
& pauentem te faciet, lude cum illa, & con
triſtabit te. Ideo pauor patris debet eſſe ſu
ſtentamentum domus ſuæ. ps. Poſuiſti fir-
mamentum eius formidinem. Firmamen-
tum enim patris quo filios confirmare de-
bet, eſt formido ut timeatur. Eſaiæ vigeſi-
moprimo. Clamabit leo ſuper ſpeculam do
mini, id eſt, prælatus cuſtodiens familiam
ſuam, rugitu increpationis motus, beſtia-
les in ſubditis refrenendo. Non enim legi-
tur Hely de auaritia, aut luxuria notatus,
(alioquin de his dominus conqueſtus fuiſ-
ſet) ſed ſolum de negligentia corrigendi.
Tales ſunt diuite epulone peiores, qui in
inferno poſitus, ſollicitus fuit de corre-
ctione fratrum ſuorum. Abraham con-
tra filium portauit ignem, & gladium.
Quia enim ſperabat magnum hæredem,
ideo circa eum uigilabat. Pueri enim qui
ad aliquod arduum promoueri debent, nu
triuntur ſub uirga. Paſtor ouem in bla-
do primum clamore, deinde cum non
vult exire, baculo afficit proijciendo ter-
ram in eam. Sic pater puerum primo mi-
nis, deinde uerberibus afficiat. Herba

*correxe- rint filios ſuos eorũ uitia illis ĩputanť.*

nociua in blado niſi cito eradicetur frumẽtum ſuffocat, ſic mala iuuenis inclinatio. Si quis enim à tunica vult tollere uermẽ, virga percutit pellem. Prouer. 21. Noli ſubtrahere diſciplinam à puero tuo. ſi percuſſeris eum virga, nõ morietur. Liberatur. n. de malis ſanguinibus, & ſic exaudiťà Deo clamãs, Libera me de ſanguinibus. Ad hoc eſt exemplum de domicella, quæ uerberãs filios audita narratione de illo qui in patibulo momordit naſum patris ſui dicebat. Ego faciam ꝙ nõ mordebitis naſum meũ. Vnde filiorum uitia quandiu ſunt in tutela patris niſi debite correxcrit ea imputantur patri, & ſunt ei in opprobriũ. Hinc Hiero. ad Athleram. Epiſcopus fieri non poteſt q filios habet luxurioſos nõ ſubditos, & ecõtrario de muliere ſcribitur, ꝙ ſaluabitur per filiorum generationem, ſi permãſerint in fide & charitate, & ſanctificatione cũ pudicitia. Si perfecta ætas & ſui iuris imputatur parentibus, quanto magis lactens, & fragilis quæ (iuxta ſnĩam domini) ignorat dexteram & ſiniſtram, boni & mali differentiã. Si ſollicita eſt mater ne filia percutiatur à vipera, cur non eadem prouidet ne feriatur à malleo vniuerſæ terræ? Sed dices. Anima quæ peccauerit ipſa morietur; filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij. hoc de eis dicitur qui poſſunt ſapere, de quibus in euangelio, ætatem habet, de ſe loquať. Sed qui paruulus eſt ſapit ut paruulus, donec ad annos ſapientiæ perueniat, tunc tã bona eius quàm mala parentibus imputantur. Et propter hoc filij tenentur obedire patri. Hoc natura docet. Nam mater ſilueſtris caprioli quãdo egreditur ut quærat uictum, percutit eũ pede, & facit ſignũ, vt non exeat uagando, nec remoueatur de loco, qui ita obediẽs eſt, vt ẽt qñ homines inueniunt eum, non exeat de loco, ſed capi ſe permittit, factus obediens uſq; ad mortem. Sic filij parentibus obedire debent, alioquin lapidandi ſunt. Deuter. 21. Si genuerit homo filium contumacem, ac proteruum, qui non audierit patris ac matris imperium, & coercitus obedire cõtẽpſerit, apprehendent eum &c. Et ſequitur. Lapidibus obruet eum omnis populus, & morietur. Tales ſunt qui manus uiolẽtas pr̃i, aut matri inijciunt. de quibus Matth. 10. Inurgent filij in parẽtes, & morte afficient eos, infamia. ſ. & tribulatione uſq; ad mortem. Prouer. 29. Puer qui dimittitur uoluntati ſuæ cõfundit matrẽ ſuã. Ideo pater qui nõ corripuit illos, diligenter põt dicere illud Eſaiæ 46. Ego feci, ego feram, ego feci ut diſciplinarentur. ego feram rebellionẽ eorum. Iſti ſunt filij, de quibus Prouerb. 30. Oculum qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ, uel ſecundũ aliam tranſlationẽ rugas matris ſuæ, ſuffodiãt eũ corui de torrentibus, & comedãnt eũ filij aquilæ, careat ĩ morte ſepultura, ita quòd cadauer eius relinquatur beſtijs & auibus deuorandũ.

F Filius. Qũo filij tenentur obedire patri.

Vnde ſic eſt de correctione puerorũ, ſicut de flexione virgarũ. Nã quædã ſic recta eſt, ꝙ nec ui, nec tẽperamento plicari põt. Hi ſunt boni qui nec rigore, nec blãdimẽtis flecti poſſunt ad malum. de quo Eccle. 15. Dñs firmabitur in illo, & nõ flectetur. Sic martyres de quibus canitur, mori poſſunt, & flecti nequeunt. Alia ſic torta & cornuta eſt, ꝙ nullo modo rectificari poteſt, ſed citius frangeretur. hæc malos deſignat oĩno beſtiales, qui propter indiſciplinationẽ magis beſtiæ ſunt q̃ populus, nec ſunt auctoritate digni. ideo à Deo confundũtur, ſicut fuit populus hebraicus. de quo dñs. ego ꝓuocabo eos in eo qui nõ eſt populus. Sunt. n. Dei creatura per naturã, ſed non Dei populus per gratiã. Aug. in de verbis apoſto. Qui de paganis naſcũtur à Deo facti ſunt, ſed nõ ſunt populus eius. Cõis. n. eſt oĩbus natura, ſed nõ gratia. Tales ẽt ſũt qui defendũt p̄ctã ſua ſpina defenſionis, dũ pũgunt arguẽtes ſe, ſicut Erinacius qui tractari nõ põt. imo canes ipm̃ refugiunt, ſimiles partice, q̃ ꝓpter ſpinoſitatẽ ſuã à Lucio deuorari non põt. Greg ſuper Ezech. Acetum ſi mittatur in merũ ebullit, ſic peruerſa mẽs qñ per increpationẽ corripitur, fit deterior, & ĩde murmurationis igne ſuccẽditur. vñ debuit ab iniquitate cõpeſci. Scabioſus mitrã vnã plus diligit per quã ſcabiẽ ſuã abſcondit, q̃ quatuor pectines, qui eũ lacerarẽt. Alia ẽ virga medio mõ ſe habẽs, ſed pluribus modis. Nã aliquæ facile rectificari poſſunt, aliæ cũ difficultate, aliæ cũ uiolẽtia, aliȩ cũ tẽperamẽto, aliȩ vtroq; mõ. Nã nimiũ dura flagella pueros indurant, & aliquãdo cõtra pedagogos ſuos, & parẽtes perpetuo male auſpicanť. Inde Ariſto. 5. Politic. recitat ꝙ Adamas receſſit à rege Coty, quia rex fecerat eũ nimis caſtigari

G Virg...



gari qñ erat puer, & ſic fuit contra regem quaſi ei cõtumeliã fecerat, quia in eũ exceſſerat. Similiter ibidẽ dicit, ꝙ Decãnichus fuit cauſa inſurrectionis in Archelaũ fr̃em Philippi pr̃is Alexãdri, eo ꝙ Archelaus dederat eũ verberãdũ Euripidi poetæ, qui iratus eũ extra mẽſurã flagellauerat. Et iſtarũ virgarũ rectificatarũ adhuc aliquæ ſunt, q̃ ſp retinẽt iã acquiſitã rectitudinẽ, aliȩ nõ. ſed cito reuertuntur in tortuoſitatẽ ſuam. Sic. n. eſt de eis, ſicut de uino nouo. Aliqñ uinũ nouũ nõ eſt magnæ durationis in bonitate, aliqñ uero multum durat, & hoc cõtingit ex diuerſitate terreſtris cõplexionis. Sic filiorum aliqui cito ſuã innocentiã perdunt, alij multum conſeruãt. hoc aũt ſȩpe ꝓcedit, aut ex bona parentum diſciplina, & bono exẽplo & bona cuſtodia, aut econtrario ex eorum malitia uel negligentia.

H Filius. Qđ parẽtes diſcrete debẽt theſaurizare filijs.

Quinto à parẽtibus ſuſcipiunt filij bona tp̄alia. 2. Cor. 12. Neque. n. dicunt filij parẽtibus theſaurizare, ſed parentes filiis. Quilibet autem duos habet patres, vnum carnalẽ, & alium cõem. ſ. Deum. Io. 8. Vnum patrẽ habemus Deũ. Quilibet horum ex corde ꝓuidet filijs, ſed talis credit bene facere qui nõ bene facit. Qui daret filio domum cum multis diuitiis, & poneret ignẽ in alia ſui filij domo meliore & ditiore, & cõbureret eã cum oĩbus contentis, nõ multum ꝓdeſſet filio. Sic patres carnales cũ filiis dant domos plenas diuitiis. ꝓuer. 19. Domus & diuitiæ dantur à parẽtibus, ſed ponũt ignẽ cupiditatis in domo cordis qui cõburit oĩa bona. Hiere. 7. Filij colligunt ligna, & patres ſuccẽdunt ignẽ, & mulieres cõſpergũt adipẽ. Vr̃ ꝓpheta attendiſſe illud qđ fit in magnis curiis. Semper. n. ibi eſt ignis in camino, & in hyeme circa prãdium ſupponiť multitudo lignorum, & qñ nõ bñ ardet, ſuperinfundiť oleo uel pinguedine, & tũc accẽditur magnus ignis. Sic qñ pater carnalis dimittit filio ſuo ducẽtas libras, cogitat ꝙ uerecundum eſt ſi minuantur. ſed oportet eis addere, ideo uiuendum eſt ei de lucro vſuræ. ecce ignis ĩ domo cordis. Micheæ 6. Ignis in domo ĩmpij. Et ſic qñ hẽt tres vel quatuor filios cogitat ꝙ tm̃ dimittere dẽt cuilibet quãtũ hẽt pater pro ſe, & ſic multitudo filiorum apponit copiã lignorum ad augmentum ignis. Gene. 22. Pater mi ecce ignis & ligna. Et cũ ſcriptum ſit, cũ defecerint ligna, extĩguetur ignis cupiditatis: tñ augetur in cordibus illorũ, qui carẽt filiis, & filiabus, quia ſiue habeant ſiue non, mulieres quæ uolunt p̄cioſe ornari cõſpergũt adipẽ ſu p iſtum ignẽ, ut fortius accẽdatur. p̄s. Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum. Iſte ignis quaſi oĩa ſpiritualia bona deuorat. Colligunt. n. parentes, & congregant ſpinas. i. diuitias, vnde comburãtur filij ſui igne æterno. Sed eſt alius pater qui nobis dat bona, q̃ uere bona ſunt. Iaco. 1. Oẽ datum optimum, & oẽ donũ ꝑfectũ deſurſum eſt deſcendens à patre luminũ. & cum iſtis bonis ponit ignẽ in domo cordis. Luc. 12. Ignẽ ueni mittere ĩ terrã, & quid uolo niſi vt accendantur? Hic eſt ignis, qui nõ cõſumit bona ſpiritualia, ſed tẽporalia, ſicut primus ignis facit ecõuerſo. Propter iſtud beneficiũ debent filij orare ꝓ parẽtib. & eos ſuſtentare, ẽt de proprio. Hoc. n. natura docet. Nam cornices cum parentes earum ꝑ ſenium plumis carent, pennis protẽtis eos fouent, & collato cibo paſcunt, & alis ſuis ornant, & ad uolãdum exercent, ut in priſtinos uſus diſſueta membra reducant. Sic debent facere filij parentibus in neceſſitate cõſtitutis. 1. Timo. 5. Diſcant primo domum ſuam regere, & mutuam uicem reddere parentibus. vñ cum quidã pater ſtulte filio ſuo oĩa dimiſiſſet, & deinde algeret, petiit ueſtem ꝑ filium filij, mittit filius ꝑ filium duas ulnas pãni vilis & exilis quarum baiulus vnã petiuit à patre, vt (inquit) reſeruem illã pro te ſene, ut tibi ſeruiã ſicut facis patri tuo. Vnde catula prægnans rogauit canem ut apud ipſum in domo ſua parere poſſet, qui egreſſus à domo ſua donec catula liberius peperiſſet, poſtquã peperit & aliquantulum catulos ſuos nutrierat reuerſus canis ait. Ecce peperiſti, redde mihi domum meam. illa nõ ſolum recuſauit, ſed cum catulis ſuis inuaſit canem, & illum à domo ſua eiecit. Fatuus eſt, qui ad pedes ſuos proijcit quod ĩ manu tenet. Similiter qui filijs ſuis & filiabus ſua largitur, & poſtea mendicat ab eis, & nihil accipit. Canes enim cum ad incrementum peruenerint patres eorum non agnoſcunt, ſed mordent & perſequuntur. Pediculi ex carne naſcuntur quaſi filij carnis, ſed cito carnem mordent comedunt, & infeſtant. ſic mali filij matres. Eccle. 30. Pro animabus filiorum pius pater colligabit vulnera ſua, & ſuper omnem vocem turbabuntur uiſcera eius. Sed multi ſunt

ti ſunt qui nolunt eos videre. Iſti ſunt generatio praua, & peruerſa, & infideles filij.

*Eadem feria 4. poſt 3. dominicam Quadra. Sermo 2. & in ordine 77.*

A

*Filius. Qđ natura et gratia docet filios honorare parentes.*

HOnora patrem tuum & matrem tuam &c. Exod. 26. & Matt. 15. Hunc honorem exhiberi debere parentibus, docet natura, & gratia. Natura quidem, quia uidemus omnes ramos inclinari, & pendere uerſus radicem, à qua originale principiũ, ſuſtentamentum, & nutrimentum ſumpſerunt. Sic filius a d radicem paternam inclinari debet. Eſa. 51. Attendite ad petrã vnde exciſi eſtis. Preterea uidemus ꝙ in æſtate à radice rami, folia, flores, & fructus ſuſcipiunt, & conſequenter in hyeme ad pinguedinem & nutrimẽtum radicis folia defluentia tranſmittunt, quanto magis filij cũ in proſperitate à parentibus bona ſuſceperint, in aduerſitate & hyeme ſenectutis eadem debent eis honorando conferre?

Secundò docet hoc gratia, & lucrum, quòd cauſa huius honoris acquiritur. Nã honorando patrem ſi das temporale accipis ſpirituale, ſcilicet meritum uitæ æternæ. iuxta illud. p̃s. Sumite pſalmum, & date tympanum. ſumite ſpirituale & æternum, date temporale & tranſitorium. Et hoc uoluit Ariſtot. primo Ethicorũ, dicens, quòd honor eſt in honorante, non in honorato. Nihil enim aut modicum accedit Beatæ Virgini de honore quem ei impendis, ſed tibi manet bona intentio & uoluntas, & actus bonus & meritorius. Vt igitur cum ea lucremur æternum, demus ei temporalem ſalutem, dicentes. Aue.

In hoc preſenti ſermone iuxta uerba ꝓpoſita duo quærentur. Primo, quomodo corrigetur adoleſcens, qui hoc preceptum honora patrem tuum & matrẽ tuã trãſgreditur querendo cum pſalmiſtrapho, in quo corrigit adoleſcentior uitam ſuam. Secũdo quæ utilitas procedit ex adimpletione huius mandati. iuxta illud, quod ſequitur in in uerbis primo aſſumptis, ut ſis longæuus ſuper terram.

Ad primum quæſitum reſpondetur, quòd triplici propoſitione. Prima propoſitio. Adoleſcens quilibet ex natura corrupta ante correctionem triplicis eſſe conditionis. Prima conditio eſt, ꝙ eſt naturaliter pronus ad malum. Gene. 8. Oĩs caro prona eſt ad malum ab adoleſcentia ſua, ideo cito ſubijcienda. Alioquin cum difficultate corrigetur. Nam quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem teſta diu. Qñ, n. Dei amor in iuuene contrarium ſibi, non de facili occupat ipſum iuuenẽ. Inuenit. n. quod ſibi repugnat, ſicut materia quæ hẽt aquã, difficilius recipit ignẽ, ut in cãdela vel ligno madefãctis patet. Sic latomus uel pictor nõ ita de facili ſculpit in lapide hñte formã côtrariã, ſicut in lapide nudo & plano. Tenera virgula flecti põt, non trabes. Cera mollis & calida recipit ĩpreſſionẽ ſigilli, non dura. Eccl. 30. Curua ceruicẽ filij tui in iuuentute ſua, tunde latera eius dum infans eſt, ne indureſcat, & nõ credat tibi. Prou. 22. Adoleſcẽs iuxta uiam ſuã, ẽt cũ ſenuerit, nõ recedet ab ea. oportet. n. in tenera ætate carnẽ domare, ne ſpũs in ſeruitutẽ eius redigatur. Stultus eſſet qui non equum ſuum domaret in iuuentute, ſed qñ ſenex. Sic qui non domat carnem ſuã in iuuentute, ita ꝙ dũ grandeſcit exemplo equi non poteſt eam côtinere quin proijciat eũ in lutum luxuriæ & gulæ. Prouerb. 20. Qui delicate à pueritia nutrit ſeruũ ſuũ, poſtea ſentiet eum contumacem. Apponendũ eſt ergo ſal carnibus antequã putreſcere uel ſcatere ceperint, & in principio egritudinis medicina quærenda eſt. Eccl. 18. Ante languorem adhibe medicinam. Peccatum cõſuetudinis eſt quaſi languor inueteratus, q difficulter curatur. Lepra inueterata & gutta inoſſata de facili non curantur. Iob. 25. Oſſa eius implebuntur uitiis adoleſcentiæ eius. Beda ſuper Lucam. Diabolus tanto difficilius dimittit hominem, quanto poſſedit diutius, immo vult eum habere iure hæreditario, ſicut ruſticus terram, quamdiu tenuit. Solet vulgo dici. On ne peult faire dung mouſſoir eſpreuier, id eſt, de peccatore inueterato, & ruſticano deuotum Chriſti militem. Sicut nec de ligno putrido bonum ædificium, nec uetus pannus poteſt tenere futuram, nec uetus canis poteſt teneri in vinculis. Fatuus eſſet qui expectaret ignem amoueri de domo ſua, donec eſſet magnus, & domus penè tota cremata, cum beatus Bernardus, & fratres ſui religionẽ intraſſet, ſolus pater remanſit lugens filios ſuos. Quadam die Bernardo exeunte, ut uideret patrem more Burgundiæ



gundię iuſſit pater groſſum truncũ in ignẽ mitti, & cũ ligna ſicca circũquaque truncũ clare arderent, trũcus ille fumabat nec ardere poterat. Cui Bernard. Pater illa ligna clare ardentia ſunt filij tui, tu uero trũcus ſenex terra repletus quẽ filij tui licet exẽplum tibi dederint, non poſſunt accẽdere. Tu enim nihil aliud facis niſi fumare. Quo audito pater cõmotus monaſterium ingreſſus eſt.

B

*Adoleſcens. Qđ adoleſcẽs facilis eſt impreſſionis.*

Secundo adoleſcens cõiter læuis eſt impreſſionis. Propter quod ignorat Salomon viam iuuenis in adoleſcentia. ideo neceſſaria eſt ſibi bona eruditio ab initio. Tren. 3. Bonum eſt viro cum portauerit iugum dñi ab adoleſcẽtia ſua. Propter quod parentes debent omni ſtudio auertere oĩa mala exempla ne uideantur à filijs ſuis, qui ſunt quaſi ſimiæ quæ oĩa effigiant quæ vident. Cera. n. recipit formam quam inuenit in ſigillo, & metallũ qualẽ inuenit in modulo, ſiue tortã, ſiue rectã. Sic iuuenes formã uiuendi accipiunt quã in ſuis parẽtibus inueniunt. Sed multi ſunt ſimiles pueris, q vident gladium fulgentem, & acumen eius non conſiderantes ipſum ſibi applicant, & ſauciant, & cum tales uiderint niſi eis applicentur, lachrimãtur. Ideo cultelli & his ſimilia quæ pungunt, debent à patre remoueri pueris, ne ſint coram eis. Sic in ipſis cupiditatibus & uoluptatibus eſt quidam fulgor alliciens, ſed in fine vulnerat mentem. Iob. 21. ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendũt, & adhuc ante pũctũ iſtũ penetrãtem præcedit aliud acumẽ ledẽs graui punctura. ſ. conſcientia remorſus. Hiero. ad Ruffinũ. flos veneris roſa. ſub purpura eius multi latent aculei. Ideo multi ſunt fatui, qui dum reſpiciunt iſtos inimici gladios ſolum ad ſplẽdorem reſpiciunt, non ad acumen. Ideo ſtatim ſibi uolũt eos applicare ad uitæ & animæ periculũ, quòd ſi cõſiderarent quãta eſt eorum in fine acuties, certe timerẽt. Ro. 6. quem fructum habuiſtis in illis in quibus erubeſcitis? Eccle. 21. in fine illorum inferi & tenebræ, & pœnæ. Ideo parentes à filijs hos gladios, & à cõſpectu filiorum quãtum poſſunt debent auertere, vnde de patre impio conqueruntur filij, qm̃ ꝓpter ipſum ſunt in opprobriũ Eccl. 40. quia dedit eis malum exemplum. Exemplum de uſurario patre & filio, qui uiſi ſunt à fratre ſuo religioſo in puteo ſulphureo in duabus ſitulis aſcendentibus, & deſcendentibus, & cũ ſibi obuiabant, vnus alterum diſcerpebat, & maledicebat dicẽs: quia propter te ſum damnatus. Eccl. 16. melius eſt ſine filijs decedere, quàm relinquere filios impios.

C

*Adoleſcentes. Qđ adoleſcentes q bene ĩprimuntur, multum retinent.*

Tertio, quæ imprimunt multum retinent, iuxta illud ꝙ noua teſta capit inueterata ſapit, & quo ſemel eſt imbuta recẽs ſeruabit odorem teſta diu. Inde eſt ꝙ parentes ſummopere cauere debent, ne eorum filij ſequuntur malas ſocietates. Sic Thobias docuit filium ſuum vt in conuiuio ſuo ſolum timentes Deum haberet. Thob. 4. & uoluit diligenter ſcire cum quo iturus eſſet filius ſuus. Thob. 5. vnde dixit Sara uxor Thobię nunquam miſcui me cũ ludentibus, & Moyſes dixit ad turbã filiorũ Iſrael. Recedite à tabernaculo hoĩum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos ꝑtinẽt, ne inuolamini in peccatis eorum, & factum eſt grande miraculum, ꝙ pereunte chore fiij eius nõ perierũt, qa grãde fuit miraculũ, ꝙ pc̃tis eius nõ ꝯ ſenſerũt. 3. Reg. 22. dicit Micheas ad Ioſaphat. Cũ his qui oderũt dñm amicitia iũgeris, idcirco iram dñi merẽbaris. Periculũ. n. ẽ, cũ pueri frequẽtãt mulieres, & filij uiros. Sicut ſpeculum mũdũ & immaculatũ, & nitidum à muliere mẽſtruoſa inſpectũ, ſtatim inficitur quadã nubecula turpi, & ſi fuerit nouum vix aut nunquam de cętero poterit clarificari, ſic adoleſcẽti aĩam puram habẽti periculoſus eſt aſpectus impudicæ mulieris, ne aĩa eius ab eo capiat & indelebiliter maculet. ideo ꝓuer. 5. Fili lõge fac ab ea uiã tuã, & ne appropinques foribus domus eius. hoc ſuppoſito ſit.

D

*Adoleſcentes. Qđ ſine ſpãli Dei adiutorio adoleſcẽs non corrigit uitam ſuam.*

Secunda ueritas. Si ſit corrupta, & uitiata natura adoleſcentis, tunc nõ niſi tribus corrigi põt. Primo diuino adiutorio: vnde & mortuo adoleſcẽti dixit dñs. Adoleſcens tibi dico ſurge. Sine. n. ſuo adiutorio non ſurrexiſſet. Orent propterea parẽtes ꝓ filiis ſuis, ſicut beata monica orabat pro filio ſuo quæ audire meruit à quodam ep̃o. Filius tantarũ lachrimarum perire nõ põt. Sed modo parentes malunt filios ſuos eſſe mundi uel diaboli, quàm Dei, ſimiles parẽtibus phitoniſſæ. De qua Act. 16. Dum ſanata eſſet à Paulo, & nihil ultra plus lucri aſportaret diuinando, lucro deficiente inuaſeruat parentes eius Paulum, & Barnabam, & traxerunt ad principes, qui ceſos in carcerem detruſerũt. Sic multi ſunt qui non curant de ſuorũ filiorũ ſalute, ſed

 ſolum

ſolum de propria & tẽporali utilitate, nec multum ſoliciti ſunt ſi diabolo & peccato ſubijciantur, dummodo inde aliqua lucra burſæ ſuæ proueniant. Hoc uidemus ſi parẽtes hẽant filiũ ſuũ ſpũ phitonico. i. aduocationis, & ſæculariũ lrarũ ſcientijs eruditũ, vidẽtes q̄ q̄ſtus tẽporalis, honor, & utilitas ex hoc eis cõtingit, nolunt ad hoc ipſum conuerti, ſed plus diligunt in ſæculo cõuerſari. Debent. n. parentes filijs ſuis magis relinquere ſcientiã & ornatũ morum, & hæreditatem virtutum quàm trãſitoriã & temporalẽ. Exẽplo Gedeonis, qui dixit filijs Iſrael. Non dominabor ueſtri, nec dominabitur in uos filius meus, ſed dominabitur in uos dominus. Vñ & Saluator. Qui amat p̃rem aut matrẽ, aut filios plusq̃ me, non eſt me dignus. Nec eorũ perpetua põt eſſe gloria, vbi Chriſtus poſtpoſitus manet inglorius. Secundo corripitur flagello paterno, p p qđ pius pater adoleſcenti p̄ficiſcenti in regionẽ lõginquã per pc̃m miſit dñs flagellũ egeſtatis, propter qđ compulſus eſt ad p̃rem redire. Nihil aũt pueris corruptis melius eſt ut ad uitã redeãt, quã egeſtas, quæ eos cõpellit ad laborẽ. Quia cũ filius prodigus opulẽtiã habuit, ſe perdidit, poſtquã uero egeſtatẽ, reuerſus eſt. In vitis patrũ quidam adoleſcens moriens oſculabatur manus ſenis, qui eum diſcipli nauerat dicens. Gratias ago iſtis manibus, q̃a me introducũt in regnũ cœlorũ. Sũt. n. iuuenes laſciui multũ, & tepidi ad virtutes quia (ut inexperti) fructũ neſciunt & utilitatẽ laboris. Ideo laborare nolũt, ſed ludere cõtinue. Et hoc q̃nq; cõtingit ex incuria uel malicia parẽtũ. Corrigunt. n. parentes q̃nq; filios ſuos ſicut mater cancri cancrũ, q̃ cũ iuberet filiã recte & ante ſe incedere, r̃ndit ſe ambulare inſtar matris ſuæ, immo ſunt multi qui portant eos, & defendũt in iniquitatibus ſuis. De quibus Leuit. 11. qui portabit morticinũ immũdus erit, & extra caſtra. Sic patres qui filios ſuſtinent in iniquitatibus ſuis indigni ſunt conſortio hominum & angelorum. De talibus dicit p̃s. ſemen impiorũ peribit. Semen. n. ordinatur ad perpetuationẽ rei in ſpecie, quod p̄ ſemen prauũ fieri non põt, quia tale ſemen corrũpit antequã germinet. Tertio corrigi põt pia obſeruatione mandatorũ Dei. p̃s. In quo corrigit adoleſcentior viã ſuam in cuſtodiẽdo ſermones tuos. Propterea talibus neceſſaria eſt boni operis aſſiduitas, Eccl. 8. In mandatis domini aſſiduus eſto, & ſubdit rationem, & ipſe dabit tibi cor ad diligendum & concupiſcentiam ſapientiæ dabit tibi. Vnde & Eccl. 38. Aſſiduitas eius variat picturã, & loquitur de fabro uel architecto, qui quia continui ſunt in arte, iõ uariãt figuras, & picturas artis ſuæ. Sic iſti aſſidui in mandatis domini variant in aĩa picturam virtutum per multitudinẽ & aſſiduitatem bonorum operũ. Cuſtodire autẽ non poſſunt ſermones dñi, niſi in ipſis erudiantur à parentibus & maxime in fide. p̃s. Filij qui naſcentur & exurgent, enarrabũt filijs ſuis. p̃s. Dies diei eructat uerbum. i. bonus pater bono filio verbũ Dei ex magno corde prædicat, ſicut nox nocti ĩdicat ſciẽtiam mundanam. Hoc. n. faciunt filij ſæculi huius, qui cum ſint nox non poſſunt niſi noctem in pueris ſuis generare. Fides. n. eſt de mandato Dei p̃s. Quanta mandauit patribus noſtris bona facere ea filiis ſuis. & Eccle. 7. præcipitur. filij tibi ſunt, erudi illos, ſcilicet in fide, & curua illos à pueritia eorũ. Erudi diſcretione, curua à præſumptione. Solet. n. eſſe in pueris imperitia rõnis, propter quod erudi illos in doctrina ueritatis. Solet ẽt eſſe præſumptio uoluntatis, iõ curua eos deprimendo uerticem ſublimitatis. Quæcunque enim in eis ſit pietas intẽtionis, in eis tñ deficit diſcretio rõnis, & iõ per rationem parentum aut magiſtrorum debent eorum opera dirigi, vt ſint eorũ rationi recte & prudentiæ conformia. Sed parentes (ut plurimum) impediũt eos p̄ mala conſilia & exempla, & uerba ab eorum mandatorum, & etiam conſiliorum obſeruatione, propter quod à Deo perduntur. Vnde Exo. 17. quia populus Amalech uoluit impedire filios Iſrael ne irent in terrã promiſſionis. Delebo (inquit) Amalech de ſub cœlo. Et ideo filij contra mandata Dei non debent obedire parentibus. Aug. de verbis dñi. Si patria maior eſt parentibus, vt quicquid iuſſerint contra patriam non audiantur, quanto minus contra Deũ audiendi ſunt parentes à filiis? Vnde Ruth laudatur, quia parentes infideles dimiſit. Ruth. 2. Aug. Amandus eſt genitor, ſed præponendus eſt creator. Tertia ueritas. Si adoleſcentia ſit gratia informata vel de p̄ximo informanda ad continuationẽ ipſius ſanctæ adoleſcentiæ quinque ſunt neceſſaria.

*E Filius. Qđ parẽtes debẽt magis relinquere mores, q̃ hæreditates.*

*F Adoleſcens. Qđ corripitur flagello paterno.*

*G Verecundia.*



*H Adoleſcens. Quid in adoleſcẽtia requiritur in adoleſcẽtia.*

Primo requiritur uerecundia præcipue in loquẽdo. Eccle. 33. Adoleſcens loquere in tua cauſa uix. Priuati. n. hac paſſione ut plurimum ad oẽ malum præcipitantur. Sũt enim uerboſi cõiter & lubrici, à quibus debent iuuenes à parentibus cuſtodiri, quia diabolus maxime iuuenibus ĩſidiatur. Appetit. n. cibos delicatos, carnes teneras, & iuuenes. Pharao pueros maſculos interfici præcepit, & Hærodes innocentes. Qui mordet in pomo non in parte putrida, ſed ſaniori dentes infigit. Sic innocentes & virgines dum uidit diabolus inuerecundas, ſtatim uiam apertam uitiis uidet, & ad prędam ſe p̃parat. Inuerecundũ. n. iuuenem ducit diabolus ad uoluntatem ſuam tãquam proprium iumentum de taberna ad proſtibulum, de proſtibulo ad ludum deciorum, de ludo ad furtum, de furto ad patibulum, de patibulo ad infernum. Eſt etiam ſicut uenator, qui delectabiliora & delicatiora quęrit animalia, quia per iuuenes magis lucratur q̃ñ eos habet ĩ exercitu ſuo. Et hoc ideo primo, quia cũ cadunt in aliquod turpe factum, ſunt uelut arbor expoſita. Quãdiu enim arbor circa ſe fructus habet, diligenter obſeruatur & uiſitatur, ſed fructu ablato negligitur, & exponitur. Sic de vineis, quæ tempore uindemiarum clauduntur, uiſitantur, & cuſtodiuntur: ſed ablato fructu eius exponuntur: ſic de filiabus, quæ cum fructu virginitatis carent, non amplius curantur neque appreciãtur. Vnde propterea quia legiſlatores cõiter non intendunt regimini puerorum, contingit q̄ mutetur policia, eo q̄ ſucceſſores nõ ſunt ſicut prædeceſſores virtuoſi. Propter hoc dñs de iudæis dicebat eos non eſſe populũ eius. Deuter. 32. Et ego prouocabo eos in eo qui non eſt populus. Vidimus. n. quoſdã pueros primo diſcentes ludere cũ vno decio, deinde cum duobus, tandẽ cum tribus & quia à parentibus non caſtigabantur, tandem ex praua conſuetudine ad hoc deuenerunt, q̄ omnibus perditis facti latrones ſuſpendebantur. Prouerb. 29. Puer qui relinquitur voluntati ſuæ confunditur matrem ſuam. Eccl. 22. Confuſio patris eſt de filio indiſciplinato. Secundum eſt lætitia mẽtis, & ioconditas cordis in bene agẽdo. Eccle. 11. Lætare iuuenis in adoleſcentia tua, & in bono ſit cor tuum. Qui uident filios filiorum lætantur in corde. i. præmia bonorum operum & laborum, quæ ſunt filij filiorum. p̃s. Et uideas filios filiorum. Hæc enim iocunditas ſecuritas eſt cõſcientiæ, qua quis carentia uitiorum, abundantia meritorum, & ſpe futuræ retributionis iocundatur. Eccle. 30. Iocunditas cordis hæc eſt uita hominis. Delectat. n. cor hoĩs gratia Dei, vinũ. ſ. iocũditate creatũ. Eccl. 31. Et q̄ oẽm mentem conuertit in ſecuritatem & iocunditatem. 2. Eſdræ 4. Tertium eſt deuotio in deprecando. Iob. 33. Reuertatur ad dies adoleſcentiæ, & deprecabitur dñm, & placabilis erit, & videbit faciẽ eius in iubilo. Sine humore nihil creſcit, ideo ſenes, quia in eis non viget humidum radicale, nõ poſſunt ad maiorem magnitudinem peruenire. Iſte humor rigatio eſt deuotionis, quæ neceſſaria eſt iuuenibus. Aliter ad ea quæ ſunt Dei creſcere nõ poſſunt. Eccle. 19. Fructus eius & frondes creuerunt ex aquis multis. Sterilis eſt terra, & perditur in ea labor culturæ, ſi nõ irrigetur. Propterea ſi ex agro cordis noſtri non ſtillet aqua lachrimarum, germinabit ſpinas & tribulos. Poſtulet igitur cor aridũ lachrymas dicens. Anima noſtra ſicut terra ſine aqua tibi. Quartum eſt feruor in diligendo. Canti. 1. Adoleſcentulæ dilexerunt te nimis. Alius quidem eſt amor adoleſcentulorum, alius iuuenum, alius ſeuũ. Primus feruentior & dulcior, ſecundus fortior, tertius maturior. Quintum eſt cognitio in proficiẽdo. Iob. 29. Ad lumẽ eius ambulabam in tenebris, ſicut ĩ diebus adoleſcentiæ meæ, q̃ñ ſecrete eram in tabernaculo meo. p̃s. Ibi Beniamin adoleſcentulus. Debet enim finem ad quẽ tẽdit, viã in qua ambulat cognoſcere, ſicut ſagittator ſignũ ad quod ſagittat. Ethic. 1. hinc orabat. p̃s. Notum fac mihi dñe finem meum. ſ. ad quẽ tendo, vt ſciam quid deſit mihi ad proficiẽdum. Ad ſecundo quæſitũ dicitur, quòd promiſſio filijs honorantibus patrẽ eſt longæuitas, quæ eſt quadruplex. Prima eſt lõgęuitas vitæ naturalis. vnde ſequitur. Vt ſis longæuus ſuper terrã. Sic Sem (qui & Melchiſedech) quia Noe patrẽ ſuũ honorauit, ſexcentis annis poſt diluuium uixit. Vnde huic præcepto pluſquã alteri mandato p̄mittitur p̃mium ſ̃m Alexand. de Ales multis de cauſis. Primo vt ad ſuſtentationem parentum allicerentur filij ex præmio, ſicut parẽtes alliciuntur ad nutritionem filiorum

*I Lætitia requiritur iocunditas cordis, & ſerenitas mentis.*

*I Deuotiõ. Qđ ĩ adoleſcente requirit̃ deuotio.*

*K Filius. Qđ filij honorantes patrẽ ſunt longæui, & patet tripliciter.*

ſiorum ex natura. Amor enim eſt ſicut imber qui de cęlo deſcendit, nec ultra reuertitur. Eſa.55. Maior.n. amor eſt parentum ad filios, quàm econtra. Amor.n. ſicut imber deſcendit, & vix reaſcendit. Secũdo q̃a congruum eſt ut filij protelantes uitam in parentibus ēt recipiant longitudinem vitę in ſemetipſis. 1. Tit. 4. Pietas ad oĩa ualet promiſſionem habens uitæ, quæ nũc eſt & futuræ, quia qui gratus eſt bñficio ſuſcepto, meretur ut ſibi bñficium cõſeruetur.

Tertio, q̃a ꝑcepta dantur de eis ad q̃ hõ nõ inclinatur aut modicũ, ſed ad ſubueniẽdũ filiis parẽtes multum inclinantur, ſicut econuerſo filij modicum. Sicut uidemus ꝙ trũcus prouidet ramis nõ rami trunco. corpus mẽbris, non mẽbra oĩa corpori, ſol radio, non radius ſoli. fons riuo, nõ riuus fonti. Ideo neceſſe fuit hoc ſub ꝓmij condõne mandari. Et ſi dicatur, ꝙ cõiter boni filij & qui uenerantur parentes, cito moriũtur, & mali diu uiuunt, ut experientia docet. Pro huius rãſione ſit prima propoſitio.

L
*Filius. Quo filij boni ſunt longæui, cũ cõiter cito moriantur.*

Duplices inueniuntur hoĩs dies in quibus uiuit, quidã ſunt pleni, & quidã uacui. p̃s. Cõuertetur populus meus hic, & dies pleni inuenientur in eis. Sunt.n. dies naturę, gratiæ, & gloriæ. Natura hẽt impleri per gr̃am, gr̃a per naturã. Et ideo dies naturæ vacui ſunt niſi impleantur per gr̃am. Primò uacui sũt in nihil agentibus uel negligentibus, ſicut locus dr̃ uacuus vbi nihil inuenitur. & tempus in quo nihil agitur, & quod negligitur amittitur. Negligẽti.n. cui uacui ſunt dies dicitur. Apoc.3. Non inuenio opera tua plena corã Deo. Eccle.7. De negligentia purga te cũ paucis, & bene dr̃ cũ paucis, quia pauci ſunt qui bene dies ĩpleant, ſed multi qui horrea.

M
*Dies. Quo dies uacui ſũt & pleni.*

Secũdo uacuus eſt dies ĩ quo pctm̃ agitur, quia peccatũ nihil eſt. Ioan.1. Sine ipſo factum eſt nihil. i. peccatum ſm̃ Auguſtinum, & cum uacuum ſit in quo nihil eſt, ſequitur ꝙ dies peccatorũ ſunt uacui. p̃s. Dies formabuntur & nemo in eis, ſed bene beſtia. Tertiò, uacui ſunt dies, in quibus terrena quærũtur, ſicut locus uacuus eſt, in quo non eſt niſi aer, quia nihil ibi ſolidũ, terrena aũt nõ implent cor. Eccle.5. Auarus non implebitur pecunia, & ꝙ amat diuitias fructum non capiet ex eis. Aĩam aũt Dei capacem nihil præter Deũ implere põt, & quia terrena nõ implẽt, aũ tp̃s gratiæ, q̃ terrena promittebant nõ dicebatur tp̃s plenitudinis, uel plenitudo temporis. Dr̃ ſecũdo, ꝙ dies gr̃æ nunquã uacui ſunt. Sunt.n. quidã radij bonorum æternorum. Iob.9. Dies noſtri tranſierunt ſicut naues poma portãtes, qui poſt ſe odorem bonæ famæ relinquunt. Eccle.79. Memoria iuſti cũ laudibus, & nomẽ impiorũ putreſcet quia poſteros ſuos exẽplo malæ cõuerſationis corrũpunt. Dies tñ gr̃æ nõ ſunt totaliter meri, ſed ſemipleni. Habẽt.n. aliquã nubẽ uenialis culpæ, uel nubẽ ſacri, uel ſi. dei, vel tẽporalis pœnæ ſiue penuriæ, & ēt quia additionẽ recipiũt gr̃æ, & perficiũtur ĩ gloria. prouer.4. Iuſtorũ ſemita quaſi lux ſplẽdẽs creſcit vſq; ad ꝑfectũ diẽ, ĩ hoc q̃d dicit creſcit, notatĩ ĩperfectio. dies uero gloriæ pleni ſunt, & meri pleni, quia ſup gloriã nihil addi põt, meri q̃a oĩs nubes exterminabiť, quos dies facit Chr̃s uerus ſol, q nõ occidit. Dr̃ tertio, ꝙ filiorũ q̃dã moriunť in Aegypto, q̃dã in deſerto, q̃dã ĩ terra ꝓmiſſionis. In Aegypto qui uſq; in finẽ uitæ in tenebris uiciorũ moranť. In deſerto q ꝑ pniam à deſerti exeũt, ſed eã nõ impleuerũt Tertij ĩ terra promiſſionis, q ſi lapſũ fecerint, ꝑ pniam tamẽ oĩno purgantur. primi cãtant veh in inferno. Secũdi lamẽtũ in purgatorio. Tertij carmen in gloria. Primi dies bonæ uitæ non incipiunt. Secundi dimittãt. Eſa.33. dũ adhuc ordirer. ſ. bene uiuere, ſuccidit me. Tertij vero perficiũt. Primi uiuunt in nocte. Tertij in die. Scđi mediant. Nã uita malorũ eſt nox, ſicut uita bonorum eſt dies. Perfecti plus ponunt in diem quàm in noctem. ideo uita eorũ eſt æſtas. Pauci aũt ſunt q̃ in uita ſua plus habeant diei, q̃ noctis, uel tm̃ diei, quãtũ noctis, ĩmo oẽs ferè plus noctis. quã diei hñt, ĩmo aliqui ſunt, quorum tota uita eſt nox. Qui.n. male agit tenebras quærit, & nõ lucẽ. Dr̃ quarto ꝙ ſi breuientur dies bonorũ, hoc eſt ꝑꝑ ſalutẽ filiorũ. Sap.4. Raptus eſt ne malicia mutaret intellectũ illius. Quod patuit in filio Hieroboam. 3. Regũ. 14. Qui mortuus eſt in adoleſcẽtia eo ꝙ bona opera inuenta ſunt in eo, ne forte vltra uiuens per idolatriam patris deprauaretur. Vel dr̃ ꝙ ſatis viuit & multum, qui bene uiuit, ut patet in mercatore, qui plus lucratĩ in paruo tẽpore, quã alius in magno. Ideo dicuntur tales mori pleni dierũ, quia multos hñt dies bonos. i. magnis meritis refertos. Sed puer centum annorũ morietur. Eſaiæ vlt.

quia



quia malus quantumcunq; vixerit, nullos ſecum affert dies, quia oẽs ꝑdidit. Hinc imperator Titius die quo nihil dederat dicebat ſe diẽ perdidiſſe. p̃s. Viri ſanguinum & doloſi nõ dimidiabunt dies ſuos, ēt ſi vixerint centenarij, quia dies dimidiare eſt tp̃s vitæ male in voluptatibus ductum ad pniæ lamenta diuidere, atq; hoc ad bonũ vſum partiendo reparare Sed iniqui dies ſuos nequaq̃ dimidiant quia peruerſam mẽtẽ nec in extremo tp̃e mutant.

Q
*Filius. Qui honorat patrẽ in filii benedicetur.*

Secunda longęuitas eſt in filijs. Quia cũ pr̃ in indiuiduo continuari non põt, in ſpecie ſua continuari appetit & ideo qui patrẽ bonorat bñdicitur in filijs. Eccl.3. Qui honorat patrem ſuum iocundabitur in filijs. Quia.n. Iſaac obediuit prĩ ſuo vſque ad mortẽ, de eius ſe nunc dictum eſt Abrahę in Iſaac vocabitur tibi ſemen. Econtra filij qui contriſtant patrem. prou.3. Qui affligit patrem aut matrem erit ignominioſus & infęlix. ut patuit Luc.11. de filio prodigo, & de cham cuius ſemen maledictũ eſt, & in ſeruitutẽ redactũ & ius primogenituræ amiſit. & ſimiliter de Abſalon patet. Ira.n. dei ſæpe talis occidit. Mat.3. Progenies viperarũ quis vos docebit fugere a ventura ira? Frangunt enim & rumpuntur hmõi filij latera materna H.e. In te nõ ſit quod contriſtet Moyſen. i. prẽm noli eſſe aqua amara quã poſt mare rubrũ non potuit populus bibere. plane hoſtẽ itineri tuo habebis Amalech. i. qui te contriſtet. Vñ anno dñi mileſimo 250. in dioceſi aduẽn. apud vergiacũ. caſtrũ Burgundię accidit ꝙ quidam ꝑꝑ bona materna q̃ exponebat in tabernis & lupanaribus & iocis ſolito more quodam mane offendit mr̃em ſuã, q̃ cõmota ſic ei eſt imꝑcata. Rogo deũ ꝙ añquam reuertaris & añquã dies tranſeat deporteris niſi tuę frigidũ exitium in ferctro mortuus & malo gladio laceratus Alius ēt iuuenis de circuniacentibus oppidis impius in parẽtes & infeſtus ipſo die cũ eũ corrigerent parẽtes ſui, manu dextera ꝑcuſſit prẽm ſuũ. Cui pr̃ iratus imprecatus eſt dicens. Manus qua me percuſſiſti rogo deũ vt hodie malo gladio amputetur, & tu infra triduũ tali patibulo ſuſpendaris. Accidit vt illi duo iuuenes poſt prædicatas imprecationes ſibi obuiarent, & vnus aliũ inuitaret ad tabernã, quã cum ingreſſi biberent & luderent cœperunt litigare & ludere, ille contra quem pr̃ eſt imprecatus ꝑcuſſit alium gladio, & multis vulneribus afficiens occidit. Cum autem clamore contracum moto ad ſiluam fugeret, & illi de oppido ipſum inſequerentur, cum ſe gladio ſuo tutaretur, vnus de inſequentibus manũ qua tenebat gladium, & qua prẽm offenderat amputauit, & captus infra triduum eſt in illo patibulo ſuſpenſus. Alius vero deportatus fuit ad domũ matris multis vulneribus confeſſus ut fuerat imprecata. Quę mulier cũ multis lachrymis poſt hęc actori de bonis crimen & rem oẽm per ordinẽ cõfeſſa eſt pniam poſtulans.

R
*Benedictio. Ad quid ualet benedictio patris in filios.*

Tertia lõgęuitas eſt longęuitas domus in bñdictione tpaliũ. Eccl.3. bñdictio pr̃is firmat domos filiorũ, maledictio aũt m̃ris eradicat fundamenta. Patres.n. imminente morte ſolebãt filijs benedicere, vt patet de Iſac, Iacob, & Ioſeph. Vnde Ambroſius lib. de bñdictionibus Patriarcharum. Si pr̃ eſt pauper nõ habet diuitiarum copias quas relinquat filiis ſuis habet tñ ultimę bñdictionis hæreditatẽ, quã, in ſanctificationis ope ſuis ſucceſſoribus largiatur. Pr̃.n. quodammodo legiſlator eſt ſuorum filiorum quia inſtruit eos in fide. Iõ. p̃s. Benedictionem dabit legiſlator & ſequitur effectus, ibunt de uirtute in uirtutem. Illa enim benedictio aliquem effectum habet imprecatiue, quia ex amore charitatiuo & etiam naturali quodammodo iuuante & perſiciente amorem charitatiuum procedit, & hoc maxime a patribus bonæ uitæ, quæ ſi habeat effectum etiam pręſupponit benedictionem filiorum. Non enim ſufficit patri benedicere niſi filius incipiat benefacere. Si vero parentes fuerint diuites, benedicendo eis benedictione temporali non prouideant eis ex lachrymis pauperum, quia hoc eſſet eis maledicere & non benedicere, & ſecundum Auguſtinum in Homelia. hoc eſt potius filios necare, quàm amare. Item hoc eſt patrem diffamare, quia quod in radice celatur, in ramis poſtea declaratur, & quod latet in folijs, poſtea eniteſcit in pomo. Peccatum etiam quod celatur in diuitijs male acquiſitis poſtea apparet in filijs male & prodige viuentibus. Præterea Cur rapis (inquit Auguſtinus) vt filios exaltes, cum tibi perpetuam pœnam & eis dolorem & laborem ad ea cuſtodienda induci? Hinc Salomon Qui congregat aliena relinquit filiis dolorem. In hoc enim deſideras eos miſeros

eſſe.

eſſe, ſicut & tu. Hinc abyſſus cupiditatum in hoc ſæculo, inuocat abyſſum miſeriarum in alio ſæculo. Præterea (inquit Augu.) qa dei eſt pauperē facere de diuite, & de pauperem diuitem. cur ita deſipis ut filios ex alieno uelis facere diuites, cum hoc ſit proprium dei, cuius poteſtas eſt ſubito honeſtare pauperem. Quarta longęuitas eſt longęuitas uitæ ſpiritualis, Eccl. 3. Honora patrem tuum ut ſuperueniat tibi benedictio a Deo, & benedictio illius in nouiſſimo manet. Sicut enim ſeptem micantes plyades circa polum circuire nō ceſſant, & ſic ſunt aliis ſtelis lucidiores, ſic boni filij qui non ceſſant circuire miniſtrādo parētibus, ſunt cæteris moribus & uita clariores. ps. Filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu mēſæ tuæ, adminiſtrandum. Sicut enim nouella oliua tenera eſt, quæ ad mutum ſe inclinat volentis, ſic filij a iuuentute flecti debēt ad imperium patris. Quòd ſi pater eos minime flectat, ipſi teneritudini & ętati cōpatiens ſed crudelis in filios, ſentiet eos cōtumaces: Non enim poteſt agi crudelius cum paruulo quàm ſi voluntati ſue dimittatur, nec miſericordius quàm ſi cuſtodiatur a ſeipſo. ps. Eripe me ab homine malo idest. a meipſo homine malo. Quicquid.n. lucet ſiue ignis ſiue gladius tota auiditate ab ipſo paruulo arripitur; donec vulneratū ſe ſentiat aut exuſtum. Sic frenetico nulla maiori miſericoria fieri poteſt, quam ſi ligetur arctiſſime, & flagelletur aſſidue, ſic cum tignoſo ſi per dolorem breuem & vehementem auellatur a capite eius tinea miſericordiſſime agitur, crudeliſſime autē ſi tinea permittatur frontem eius occupare & oculos & totum conſumere corpus. Sic & cum ſcabioſo & cum lentoſo ſi cum lixiuio aſpero lauetur caput eius, & acutiſſimo pectine pectinetur, quantuncunque ſe exagitet vel obnitatur. Nec minor eſt ſeruitia dimittere eum comedendum pediculis & lendibus quàm vrſis & leonibus.

S
*dictio Qđ bene dictione ſpūali di ..tur qui patres honorant.*

T
*Benedictio. Qui honorāt patres benedicuntur eterna benedictione.*

Quinta longęuitas eſt longęuitas vitæ ęternæ, quam conſequuntur filij honorantes patrem ſicut filij rechab. Hiere. 35. quia obedierunt voci patris ſui Ionadab ne biberent vinum, meruerunt audire a deo, nō deficiet vir de ſtirpe Ionadab filij rechab ſtans in conſpectu meo cunctis diebus. Recitat ſolinus lib. de mirabilibus mundi. & Ariſtoteles. Brauardon quoque doctor angelicus. Fuit (inquiunt) dudum circa ſiracuſas terremotus, quæ euertit multas ciuitates, atque cum imbribus maximis, rabieq; ventorum in quibuſdam locis mare cōuertit in aridam, aridamque in mare. factaque ſunt tanta incendia vt omnia conflagrarēt. Nam erumpens ignis de terra quaſi ruptis ethnæ carceribus ferebatur in modū fluminis ſuper terram, vbi dum quidam iuuenes parentes ſuos iam ſenes baiulantes in humeris fuiſſent ab igne comprehenſi, appropinquaretque eis terribiliter, flumen ignis diuiſum eſt, flumen quoque incendij. Hoc quidem huc, hoc autem illuc ſe diuertit, atque iuuenes cum ſuis parentibus ſeruauit illęſos. Horum memoriam ita poſteritas admirata eſt: ut ſepulchri locus nominaretur locus priorum. Si propter honorem parentum deus ſic paganos & infideles liberauit ab incendijs ethne quæ ſunt æterna, quantomagis chriſtianos fideles liberabit ab ignibus gehennę eos uitę reſeruans æternę? Amen.

*Eadem feria. 4. Ser. 3. & in ordine. 78. per thema euangelii.*

A
*Plantatio. De quatuor plantationibus quas fecit.*

OMnis plantatio quam non plātauit pater meus cœleſtis eradicabitur. Math. 15. Quatuor ex ſcripturis legitur dominus plantaſſe. Primo Paradiſum voluptatis a principio, in quo poſuit hominem quaſi in clauſtro. Sed quia non bene ſeruauit regulam ſibi traditam a patre abbate, ideo inde eiectus eſt. Quæ quidē Paradiſus (ſecundum Hieronymum) ſpiritualiter loquēdo dicitur clauſtrum religionis quæ eſt paradiſus voluptatis animæ non corporis, in quo eſt ſerenitas conſcientiæ, rigatio quattuor fluuiorum id eſt. doctrinę quattuor euangeliorum, uel diſciplinę caſtitatis paupertatis & obedientiæ, & in quo ſunt ligna pulchra viſu. exemplo ſcilicet & conuerſatione. Sed multi de hoc paradiſo faciunt paradiſum machometi. de nihilo deſeruientes in clauſtro niſi vt ſpacientur, bibant, & comedant, & illud ſua fœda vita ſtercoriſent. In paradiſo enim machometi cacat. Secundo plantauit abyſſum. De qua Eccle. 43. Plantauit abyſſum dominus Ieſus, iſta eſt populus communis quæ in abyſſo miſeriarum & ſolicitudinum conſtituitur, undique enim ſuper eam concurrunt flamina aduer-



ſitatum & miſeriarum. Iſta abyſſus miſeriarum ſępe inuocat abyſſum miſericordiarum, & ſæpe fluit abūdanter lachrymis & deuotione, & ne huiuſmodi abyſſus cōtemneretur voluit abyſſus gloriæ in hāc abyſſum demergi. & omnibus fluctib. eius conquaſſari. ps. Omnia excelſa tua & fluctus tui ſuper me tranſierunt. Tertio plantauit vineam ſorech Hiere. 2. Plantaui te vineam ſorech. vbi habemus in tranſlatione noſtra, vineam electam, omne ſemen verum. Iſta eſt vinea eccleſiæ quam plantauit verus Noe, qui bibens de vino eius inebriatus factus tanquam potens crapulatus a vino, & non ſolum inebriatus per amorem, ſed etiam nudatus per paupertatis electionem, & a filijs ſuis illuſus propter vehementem amoris oſtenſionem, tandem mortuus eſt propter ipſius vineę redemptionē & confirmationem. ideo ſignatur per Naboth, qui ne vineam amitteret pro ea ſaluanda mortuus eſt. Quarto plantauit dn̄s cædros libani. de quibus. ps. Cædri libani quas plantauit. Iſti ſunt qui laborant in eccleſia fortiter pro iuſtitia. de quibus Eſa. 61. Vocabuntur omnes fortes iuſtitiæ plantatio domini. Iſta eſt planta rariſſima, quę ſolius dei ert. de quibus Hiere. 12. Plantaſti eos & radicem miſerunt. Et iterum. Eſa. 51. In vmbra manus meæ protexit te, vt plantes cœlos id eſt homines contemplatiuos, ſine cuius manu plantari non poſſunt. Inter quos fortis mulier inuenitur Maria de qua prouer. vl. dicitur. Mulierem fortē quis inueniet? ad quam recurremus &c.

In hoc euangelio iuxta thema propoſitum primo dicemus de mala plantatione iudaica & eius auulſione. Secundo de plantatione euāgelica & eius inſertione. Circa primum notandum eſt q̄ ſcribę qui ſe putabant habere perfectionem doctrinæ, & phariſęi qui ſe ſimulabant habere perfectionem vitæ, cum dominū ī templo reprehendere non potuiſſent, a hieroſolymis in Galilęam eum perſequūtur vt eum caperēt in ſermone, vita, & doctrina. & cum uidiſſent diſcipulos manducare manibus non lotis dixerunt ad dominum. Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? Non enim manus lauant cum panem manducant. Hoc peccatum eſt iudaicum, quorum gerunt typum qui plus zelant trāſgreſſionem humanarum traditionum quā dei præceptum, plus decretalium quàm euangeliorum, plus conſuetudinum quàm vtilitatū, plus cęremoniarum quàm conſiliorū. inſtar hypocritarum qui multum ſolliciti de mundicia exteriori parum curant de interiori. colantes culicem & glutientes camelum. volentes eiicere feſtucam de oculo fratris, habentes trabem in oculis ꝓpriis.

Sed dominus clauum clauo retundens eos arguit de præuaricatione legis dicens. Quare tranſgredimini mandatum dei propter traditionem veſtram, quaſi diceret ſecundum Glo. Si vos ſic contemnitis mādata dei pro traditionibus hominum, quare arguitis diſcipulos meos eo q̄ mādata hominum contemnunt ut præcepta dei cuſtodiant? Cum enim videt homo feram ore aperto ſuper ſe venientem, debet ſi pōt a diſtantia eam percutere lancea vel ſagitta. ſicut faciunt ſagittarii qui ex eorum induſtria propter hoc arcum & pharetram portant. Sic detractor vel contumelioſus eſt fera, quia lingua aperta ad proximorū famam deuorandam & lacerandas carnes habet dentes. Caſſiodorus. ſupra illud. ps. Dētes eorum arma &c. dentes dicti ſunt a demendo, quia ſicut dentes ciborum partem demunt, ſic iſti partem famę hominum corrodunt. ideo remedium ſummum eſt in talibus occurrere cum ſagittis potentis acutis id eſt per multiplicationem increpationum aut per induſtriam ps. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam, ſcilicet ſagittandam? Reſpondet. Sagitte potentis acute. Cum enim detractor cupit aures boni viri replere proximorum peccatis, debet audiens illum dura reprehenſione repercutere, ſicut legimus hic Chriſtum feciſſe phariſęis cum detraherēt ſanctitati diſcipulorum Chriſti, q̄ non lauarent manus cum comedere debeant, & Chriſtus percuſſit illos grauiori ſagitta cū illos de tranſgeſſione mandati dei increpabat. Sic ſæpe contingit q̄ multi mordaces ſi videant feſtucam contigiſſe monaſterio, puta defectum in cęrimonia quadam uel in aliquo leuit facto, diffamant quantum poſſunt viros dei & non vident trabem in oculis eorum. Deinde probat dn̄s quod dicit. Nam dominus præcipit, honora patrem & matrem. & qui maledixit patri vel matri morte moriatur, & vos dicitis &c. quia per hoc præceptum phariſæi ut ſuæ auariciæ conſu-

B
*Detractor. Q̄ño arcu & ſagitta repellēdus eſt detractor.*

conſulerent per ſuam falſam doctrinã ſub nomine pietatis impietatem ducentes, ſubuertebant filios dicentes ꝙ melius erat bona parentibus adminiſtranda deo offerre & vouere. Tum quia ipſe eſt pater principalis. Tum quia licet per temporalem oblationem parentes ſuſtinerent detrimentũ corporale, conſequerentur tamen bonum ſpirituale, vt ita parentibus ſuis neceſſaria exigentibus ea negare poſſent, & oblatio filiorum ſub prætextu religionis in lucra cederet ſacerdotum, cum tñ bona filiorum ſint iam parentibus debita in neceſſitate, conſtitutis. De alieno autem nullus poteſt facere deo ſacrificium, quia ſecundum Bernardinum. Nihil placet deo quicunq; obtuleris neglecto eo ad quod teneris.

*C Indulgẽtiæ. De prædicatorib. indulgen.*

Iſtis phariſeis aſſimilantur moderni prædicatores indulgentiarum, qui pauperibus prædicant ea quæ neceſſaria ſunt ſubſtentamento uitę pro indulgentia conſequenda tribuere. Deinde ſubdit hypocritę bene de uobis prophetauit Eſaias. Populus hic labiis me honorat cor, autem eorum longe eſt a me. Superiores ſunt oculi ad nares, & nares præcedunt linguam & labia, quia cognitio de deo anticipat ſentimenta & dulcedines profluentes ab eo. & deinde effluit lingua in laudem, inde eſt ꝙ pſ. qui incipit Dilexi, & qui incipit. Credidi, immediate præcedunt. Laudate & Confitemini. Oportet enim primo credere deo, deinde diligere. tertio laudare & confiteri, & quia iſti necdum amabant. nec ſibi credebant ſolum labijs & non corde honorabant. Sed multi ſunt qui nec corde nec ore honorãt deũ, ſed dum ſeruiunt ei dicunt patroloquium ſimię mouentes labia nihil habentes in corde uel ſi pſalmum dicant principiũ & fine verſus dicentes & medium præſcindunt, in hoc veri latrones piſcium qui nunquam caput aut caudam eorum furantur eo ꝙ cito perciperetur, ſed bene medios truncos.

*D Plãtatio. De triplici platione.*

Accedẽtes diſcipuli dixerunt. Scis quia phariſei audito hoc verbo ſcãdalizati ſunt Ad quod dñs. Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœleſtis eradicabitur. Sunt & nouellę plantationes, ſunt & veteres. Nouellę plantationes ſunt in ſcolis, in eccleſiis, in clauſtris. in ſcolis propter inſipientiam ante ætatis maturitatem. Læuitas enim comitare ſolet adoleſcentiam, & propter hoc non habentur iuuenes in reuerentia auctoritatis, quod notat apoſtolus. 1. Timo. 4. Nemo adoleſcentiam tuam contemnat. Etas enim præſtat auctoritatẽ loquendi. Eccl. 32. Loquere maior natu qđ notatur Ioh. 9. Etatem habet de ſe loquatur. Sunt tamen qui licet habeant auctoritatem, non tamen ſufficienter audierunt & prædicant cito. Vnde ſicut uidemus plãtas nouellas quæ primo citius debito prorumpuntur in fructus & poſtea deficiunt. ita de iſtis. Sap. 4. Confringentur rami inconſummati, & fructus eorum inutiles & accerbi ad manducandum. Prouer. 13. Subſtantia feſtinata minuetur. Sunt etiam tales nouelli qui tranſeunt terminos ſuos. cõtra illud Deuter. 27. Maledictus qui transfert terminos proximi ſui. ut logici qui de theologicis diſputant. Vnde quæ medicorum ſunt medici, tractant fabrilia fabri. Secũdo ſunt nouellę plantationes in eccleſiis quantum ad ętatem dum iuuenes in dignitatibus & parrochijs præferuntur. ſimiles ſtulto quæ recipit cura infirmi, & non audiuit phiſicã. ſignificatio per hoc quod Gen. 38. dicit Iudas Thomar. Eſto uidua in domo patris tui, donec creſcat ſella filius meus. Tertio in clauſtro ſunt nouellę plantationes quãdo in adminiſtrationibus præferuntur iuniores. vnde ſępe contingit murmur inter eos. Matth. 21. Erunt nouiſſimi primi &c. vel quando plantantur nouicij inter uepres. i. inter malos religioſos, & tunc ab eis ſuffocantur. Mat. 13. Semen cecidit inter ſpinas, & ſpinę ſimul exorte ſuffocauerunt illud. Iſte plantationes nõ ſunt a deo, ideo eradicabuntur. Alię ſunt ueteres quæ iam diu plantate ſunt in clauſtris uel in eccleſiis, ſicut cum plantantur accidioſi & inutiles. de quibus Eſa. 18. In die plantationes tuę labruſca orietur, uel quando plantantur hęretici & infideles & lubrici. Iſti vix explantantur, tamen aliquando euellentur quia Sap. 4. Plantationes adulterinæ non dabunt radices altas. Iſti plantantur a diabolo in orto eccleſię. Similiter uiri inconſtantes & religioſi quos facile tranſplantat ventus tentationis. de quibus pſ. Nõ ſic impij non ſic ſcilicet plantati ſunt, ſed tanquã puluis quem proiicit ventus &c. Non enim conualeſcit planta quę ſæpe transfertur. Sed ſunt plantationes quas plantauit pater cœleſtis. ſ. viri iuſti in clauſtris & in eccleſiis. de quibus pſ. Plantati in domo dñi &c.

&



& ſicut uineã de Egypto. i. de mundo tranſtuliſti & plantaſti eã & radicaſt, qa miſit radices & impleuit terrã, & hoc in charitate q̃ eſt radix oĩs bone plantationis. Ideo apoſtolus in charitate radicati & fundati, hæc plantatio delectabilis eſt, quaſi plãtatio roſe in hierico quæ ſp eſt delectabilis. quia uita religioſorũ ſanctorũ omnibus delectationẽ affert. Oportet ergo ꝙ nouellę plantationes eorũ inſerantur in oliuã bonã i. inter bonos religioſos, & ſic non eradicabiť. quia cœleſtis pr̃ plantauit eã. Erit enim ſicut lignũ plantatũ ſecus decurſus aquarũ, doctrinæ. ſ. & diſciplinæ.

*E Plãtatio. Qđ diuinę plãtationes ſũt ſolide.*

Et ſi dicatũ deo plantatus eſt hõ in paradiſo, & ſtatim eradicatus. non igitur ur̃ꝙ diuinę plantationes ſint ſolidę. R̃nſio. multis de cauſis ortolanus bonus explantat ſuas plantationes, aliqñ quia in terra in qua plantantur moriuntur, nec poſſunt fructificare, & ideo uidens dñs quia planta illa in paradiſo uoluptatis mortua erat, poſuit eã in ualle miæ ſi forte reuiuiſceret, & ita factũ eſt. Multæ enim arbores in montibus uix creſcunt q̃ plantate in uallibus proficiunt. Scđo explãtat in aliũ ortum plantet eradicatis uepribus. Sic dñs ſuos diſcipulos plantauit in eccleſia Hieroſolymitana ſed poſtea per uniuerſum mundum trãſmiſit, ubi ortũ eccleſiæ ſuæ complantauit. Tertio explanat qa licet ibi proficiant, tranſplãtate tñ melius fructificabunt. Sic contingit ſæpe unum in uno ſtatu plantatum paucũ proficeret, qui in alio ſtatu uel loco multũ ꝓficiet. Quarto explantantur nõ ab ortolano ſed inimico eius diabolo, qui bñ plantatos a deo ſæpe ſua inſtabilitate (quia radicẽ nõ habẽt) cito euellit. Hi ſunt reprobi, quia de ouib. Xpi dř. Ioh. 10. Nemo põt eas rapere de manu pr̃is mei.

*F Cœcitas. Qđ nunc q̃rit conſilium a cœcis.*

Vñ dñs ſubdit. Sinite eos, cœci ſunt & duces cœcorũ. Ignominioſa res eſt ꝙ cœci ducant uidentes qđ hodie fit in eccleſia dei: in qua uidentibus prouidetur de cœcis. Eſa. 56. Speculatores cœci oẽs neſcierunt uniuerſi &c. Oẽs enim ſolebant quærere uidentem & dicere ubi eſt domus uidentis. 1. Reg. 9. Olim in Iſrael loquebatur unuſquiſq; uadens conſulere deũ. Venite eamus ad uidentem. Qui enim propheta hodie dř uocabatur olim uidens, ſed hodie cœci promouentur in duces. Et ideo cũ quis quęrit conſulere ſuper conſcĩa ſua cœcorum quęrat domum non uidentium. Rarus. n. eſt ſermo dñi & p̃cioſus, quia nõ eſt qui illũ effundat. Vñ tres inueniuñt duces cœcorum puer, canis, & bachulus.

*G Cœcitas. Tres inueniuntur duces cœcorum.*

Dicũtur eñ quidã pueri, ut qui nimiũ diligunt nepotulos & eos onerant p̃bendis & bñficiis. Contra quos Mich. 3. Ve qui ędificatis ſyon in ſanguinibus. Iſtos trahunt pueri, quia ſuper pueros înituntur pedes eorum i. affectus, ut ſecum ducant eos pueri quocunque uadant.

*H Canis. Qđ canes dicuntur adulatores.*

Alij ducuntur a canibus qui multotiens propter oſſa. i. temporalia quæ diligunt trahunt eos in lutum peccati & dicuntur canes procuratores aduocati & adulatores qui pro modico oſſe fiunt hoſtes amico, & indifferenter latrant contra bonos & malos. & nõ ſinunt homines tranſire per uiam mandatorum dei mordentes eos & trahentes per ueſtes. i. inquietantes eos pro temporalibus. de quibus Mich. 3. Si quis non dederit in ore eorum quippiã ſanctificant ſuper eum pręlium. de quibus Math. 15. Non eſt bonum ſumere panem filiorum &c. Habent enim iſti canes oẽm panem quæ debẽt comedere filii dei ſcilicet pauperes. Blandimentis ẽt caudarũ ſuarũ dñis applaudũt, & in pauperes & ſimplices latrantes & eos mordẽtes, oĩa in p̃dã dñorũ ſuorũ conuertunt. de quibus Apo. vl. Foris canes, qa foris remanebũt. nec in ſupnę fœlicitatis ſilentiũ latrabunt, ſed cũ uenatoribus ſuis prę dolore ſupplicii cũ lupis inferni vlulabunt. Alii ducunť baculo. ſ. poteſtatis & plãtationis, nihil oĩno uidentes ſed tñ baculo indifferenter bonos & malos ꝑcutiẽtes, & ſic oĩa ſubuertũt. Sicut. n. æquus cœcus ſe & quadrigã trahit q̃ ſubuertit, ſic p̃latus ſe & totũ collegiũ cui p̃eſt trahit in profundũ, figuratus in Sampſone cœco, qui tenens columnas domus. i. regimẽ eccleſię ſe & alios occidit, & ĩ Lamech cœco qui tenens arcũ iudiciarię ꝑtãtis & credens ſagittare beſtiam occidit hominẽ: & in Sedechia rege iſrael qui cœcatus ductus eſt in Babylonẽ. i. in infernũ cũ ſubditis. Vnde cœci in eccleſiam intrare non debent. 2. Reg. 5. Cœcus & claudus non intrabunt in templum, cuius tñ fit oppoſitũ mõ quia magis ignorantes & cœci ſunt in eccleſia promoti, ita ut uideantur dicere ſuis familiaribus illud Luc. 14. Exi cito ꝑ uicos & plantes, & quoſcunque inueneris cœcos & claudos introduc huc. Deinde adiunxit dominus, ſi cœcus cœco ducatum

præſtet

*K Cæcitas. Qd cæc⁹ & ille quẽ ducit in triplicẽ foueã cadunt.*

præſtet, ambo in foueam cadunt. Primo in foueam erroris, ſic ducit hæreticus omne ſuos ſequaces, & hæc fouea prima eſt in quam incidit. Ethi. 3. Omnis malus ignoramus. Nullus enim ſe traderet cœco portandum vt per mediam villam eum duceret, quantomagis inſanus eſt, qui animas cœco & ignoranti committit vt à terra per ducat in cœlum? cum via ſit longiſſima & laquei & hoſtes innumerabiles. Et ideo cũ multi per vias huius ſęculi ſint cęci, frequenter ſuper ſe inuicem cadunt aut ſeſe ꝑcutiunt. Sæpe enim ad idem oſtium mendicant. ſ. ad oſtium parlamẽti vt idem capiãt beneficium, ut cęci ſint duces cœcorũ. Vnde quidam unum porcum multis cęcis interficiẽdum exhibuit, qui cum huc & illuc diſcurreret cęci uiolentes illum interficere ſe mutuo inordinatę percuſſerunt. Sic cęci prælati cum credunt peccatum interficere, quia vt plurimum ignorant, ſeipſos interimunt. Secundo cadunt in foueam bituminis. Vnde in ualle Silueſtri. i. in mundo erãt multi putei bituminis. i. peccati. quod ſicut bitumen olens eſt & maculans animã Iſta eſt fouea profunda, de qua quis uix poteſt exire. Tertio in foueam damnationis æternæ. Hæc eſt ſpelunca latronum. i. demonũ & qui prius cadit ſcilicet ductor grauius læditur, ſicut vſurarius pater omnes filios cœcos gignit. Omne enim animal guloſum gñat filios cœcos, ut exemplificat Plinius de lupo quod eſt animal crudeliſſimum. & cane quod eſt animal uoraciſſimum, & de uulpe quod eſt aĩal falaciſſimum. ſic guloſi, auari, vulpini, vſurarii communiter gñant omnes filios cęcos ideſt prauos & peruerſos. Volunt enim ꝙ ſibi aſſimilentur, & ad hoc ipſos inſtruunt, informant, & ducunt. & ſi non ſunt eis ſimiles eos reprobant. Sic cœcus cœco ducatũ præſtant, ſed grauius præcipitatur qui ductor eſt. Primi enim in inferno corruent, & poſtea ſubditi in pœnam eorum ſuper eos pręcipitabuntur.

*k Infernus De his q nõ putãt eſſe infernum.*

In ſecunda parte quę eſt de plantatione euangelica & eius inſertione. Petrus Vicarius Chriſti, non dum intelligens ueritatem euangelicam, ſuper dicto Chriſto quærit ampliorem inſtructionem dicens. Ediſſere nobis parabolam iſtam. Cui dominus, adhuc & vos ſine intellectu eſtis, & hoc ideo, quia veritatẽ puram & manifeſtam putabat eſſe parabolam, ſicut plurimi dicere uidentur de igne in gehenna inferni quòd talium dicta ſunt parabolę & non veritates: Hij ſunt ſine intellectu ſeu intelligentia ſcripturarum uiuere uidentur, & tamen non uiuunt. Hinc ꝑs. ait. Intellectum da mihi & viuam. Deinde ſubdit dominus, non intelligitis quia omne quod in os intrat in uentrem uadit & in ſeceſſum emittitur, quæ autem procedunt de ore de corde exeunt & ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes male, homicidia &c. Et ſi dicatur quòd vinum exceſſiue ſumptum intrãs in os coinqninat hominem, quia inebriat. dicitur ꝙ vinum nihil agit, quod ex ſua natura non debeat agere. Suis enim fumis obſtruit meatus ſenſuum interiorum propter quod tunc homo non põt uti ratione. Sed affectus ex interiori procedens principaliter inebriat & inquinat.

*l Vinum ... Similiter coinquinat hominem.*

Circa quod quęritur quare dñs primo nominat de corde exire cogitationes quàm homicidia & adulteria quæ ſunt deteriora cogitationibus. Videtur ꝙ prius in ea tanquam in deteriora debuiſſet inuehere. Reſpondetur primo ꝙ propter plura hoc fecit. Primo q̃a qui fecit cor & præ omnibus alijs inſtrumentis hominis cor deſiderat operationes ipſius primo poſtulat. Vnde & Leui. 3. Adipes uoluit dominus de omni ſacrificio ſibi dari, & inde ignem ſuum in altari nutriri. Renes & ilia & ſanguinem ſibi retinuit & hæc omnia conſeruari mandauit, cuncta alia alijs derelinquit. Et ſic patet ꝙ deus in ſacrificio eligebat hoſtiarum interiora, & alijs dimittebat exteriora. Sic deus in homine interiora. eligit exteriora faciliter ꝑtermittit, quia ſi interiora noſtra dño concedimus, ſatis de exterioribus noſtris volũtatem noſtram facere poſſumus. Nec indignatur dñs ſi exterius recipimus aliquã cõſolationem, dum tamẽ ordinemus ad deũ totam interiorem affectionem. Ideo nil mirum ſi dominus maculã interiorem diiudicet, eo ꝙ interiorem faciem maxime quærat.

*k Cor. Qd ... q̃rit ... & in ...*

Secundo quia cogitatio mala fundamentum eſt omni viciorum. Vnde Aug. in omelijs. Facta de cogitatione procedunt. Neque enim põt aliquis aliquid facere aut ad faciendum membra mouere, niſi primo proceſſerit iuſſio cogitationis. Sicut de interiori palatio quicquid iuſſerit per Imperium Romanum emanat, quantus motus

*l Cogitatio. Qd cogitationes ... omnium malorum.*

fit ad



fit ad vnam iuſſionem imperatoris intus ſedentis. Mouet ille labia cũ loquitur, & mouetur omnis prouincia cum fit quod loquitur. Sic in uno quoque noſtrum eſt Imperator intus in corde, ſed & ſi bonus bona iubet, bona fiunt, ſi mala, mala. Vnde dicit iuſtus. Eructauit cor meum uerbum bonũ. Ructus proprie dicitur ex indigeſtione cibi, & concretarum eſcarum in uentum efflatio. vt dicit Hiero. Vt ſicut iuxta qualitatem ciborum de ſtomacho ructus erumpit & boni uel mali odoris flatus indicium eſt ita interioris hominis cogitationes verba pręferuntur, & ex abundantia cordis os loquitur, adeo ut iuſtus cum ſacris doctrinis fuerit ſaciatus de bono cordis theſauro ꝓferat ea quæ bona ſunt, & cum apoſtolo loquitur. An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus. Malus uero de malo theſauro inutilem & ſacrilegam profert monetam.

*o Cogitatio Qd periculum eſt ne cogitationes male dominentur in nobis*

Tertio hoc idem facit dominus, ne cogitationes dominentur in nobis, quia ſi cogitationes dominẽtur, trãſeunt in uerba. deinde in opera. Quarto in conſuetudinem. ꝑs. ſi mei non fuerint damnati (ſcilicet cogitatus mei) tunc immaculatus ero & emundabor a delicto maximo ſcilicet conſuetudinis. Viſitat enim dominus peccata uſque in tertiam & quartam generationem. Non enim ſtatim punit cogitationes noſtras ſed reddit in malis operibus & delictorum perſeuerãtiam. Et hoc eſt quod per amos loquitur. Super tribus ſceleribus hieruſalem, & ſuper quarto non conuertam, quia facile dominus parcit peccato cogitationis uerbi & operis. ſed quarto ſcilicet peccato conſuetudinario uix parcit, quia uix dimittitur.

*Eadem feria quarta: Sermo. 4. & in ordine. 79. per thema.*

*A Cor. De dupli i corde. carnis, & ſpũs.*

De corde exeunt cogitationes. Mat. 15. Quomodo de corde exeunt cogitationes, cum in ipſo corde permaneant, & eas ſolus deus uideat qui ſcrutaẽ renes & corda. Dicitur primo quòd duplex eſt cor, ſcilicet cor carnis, & cor ſpiritus. Cor enim carnis noſtræ non eſt cor noſtrum ſed equi noſtri. Nam & ꝑs. ait. Cor meum dereliq̃t me, cum tamen cor carnis ſuæ ſibi remanſiſſet. & Ozee. 4. Fornicatio & ebrietas auferunt cor, nõ utique carneum ſed ſenſum uel effectum. & iterum Oſee. 7. Factus eſt effraim quaſi columba ſeducta non habẽs cor. i. ſapientiam ſecundum gloſam interlinearem, & ſic hic loquimur de corde ſpiritus, non de corde carnis. Inde eſt ꝙ homines magni cordis carnei quantitatem molis ſunt parui cordis. i. parui animi; quia uirtus in magno corde diſperſa eſt, in paruulo recolligitur. Virtus autem unita fortior eſt ſeipſa diſperſa, ut dicit. 1. Metheo.

*B Cogitatio Qũo cogitationes originant & exeunt a corde.*

Dicitur ſecundo ꝙ aliter origantur cogitationes aliter exeunt. Originantur enim a corde, q̃a cor eas in ſemetipſo operatur. quia ſicut molendinum uelociter uoluitur & quicquid apponitur molit, ſic cor noſtrũ ſemper eſt in motu & nunquam quieſcit. ſemper vel ſomniant uel cogitat quicquid illi occurrit. Exeunt autem de corde ſicut fumus de igne ad opus exercendum. Eſt enim cogitatio principium omnis operationis, ſiue bonę ſiue malę. Vnde ſicut a radice arboris uniuerſa arbor dependet & inde procedit ſtipes folium, fructus, & flos ſic a cogitatione tanquam ab origine procedunt uerba, opera, & operum circunſtantiæ. Et hoc modo dicit ſaluator de corde exire cogitationes, quæ cum exeũt cognoſcuntur ab hominibus, ſed primo modo ſolum a deo cognoſcuntur, qui concurrit ad illas maxime ſi bonæ ſint & ſanctæ. de quibus diuina ſapientia dicit. Prouer. 8. Erudit is interſum cogitationibus. Sic interfuit cogitationi Mariæ quando cogitauit qualis eſſet iſta ſalutatio, quam ei præſentabimus dicentes Aue.

*C Cor. Quod cor repleri nõ põt niſi a Deo.*

Circa thema propoſitum. Primo dicetur de qualitate cordis quale debet eſſe a quo exeant cogitationes bene. Secundo ſi ille ſint peccata uel non. Tertio ſi facile ſit ab huiuſmodi malis cogitationibus ſe expedire. Ad primum dicitur ꝙ cor bonũ debet eſſe profundum & altum, rectum & mundum, collectum & non diſperſum. Primo debet cor eſſe profundum ita ut deũ capere poſſit. Nam cor hominis nihil replere poteſt niſi ille cuius repręſentat imaginem. Sigillata cera non adaptatur niſi ꝓprio ſigillo. Si enim alteri applicetur, alteram neceſſario format imaginem. Nihil n. põt replere ſpeculum niſi multum excedat ſpeculi quantitatem, ſed quando ſpeculum eſt paruum & oppoſitum ſibi eſt incomparabiliter maius, tunc terminatur capacitas ſpeculi.

ſpeculi. Cor humanum eſt ſpeculum corporaliter paruum, tamen capacitas eius toto mundo repleri non põt. Hugo. Cor paruũ eſt magna capit. Vix ſufficere poſſet ad refectionem vnius milui, & tñ totus mũdus non ſufficit ſibi. Verum eſt tñ ꝙ parua res ſpeculo nimis propinqua ipſum ſpeculum excedens nec ſpeculum replet, impedit tñ ne res magna ſpeculum repleat. vel in ipſo perfecte appareat: Sicut digitus appoſitus oculo impedit ipſum ne cœlum videat, ſic creatura animæ nimis propinqua per affectionem inter deum & animam interpoſita per cogitationem, bene impedit ne deus in anima appareat per meditationem. Solus autem deus eſt intantum excedẽs, quòd ſolus põt animam replere.

D
*Cor. Qđ cor ē locus habitatiõis diuinæ.*

Præterea cor eſt locus habitationis diuinæ. Ephe. 3. Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris. Profundetur igitur cor noſtrum ut inhabitet illud alta profunditas. de qua. Eccl. 7. Alta profunditas quis inueniet eã. Locus enim habet virtutem non ſolum recipiendi & conſeruandi, ſed etiam attrahẽdi, potiſſime quando locus & locatum ſunt prope. Inde eſt ꝙ corpus appropinquans loco naturali intenſius mouetur non ſolum propter inclinationem propriam, ſed propter virtutem loci attractiuam. Si cor hominis habet uirtutem non ſolum recipiendi & conſeruandi deum per gratiam, imò etiam attrahendi per pęnitentiam. Ideo dato ꝙ Chriſtum amiſerit per culpam, poteſt tamen attrahere per pœnitentiam, & recuperare. maxime tenendo ſe prope deum in miſſis ſermonibus. Propterea cor ſuperius debet eſſe apertum & dilatatum, & inferius clauſum. ut illud diuinę bonitatis vnguentum contineat & non effluat, quãuis multorum cor tranſpoſitum ſit a diſpoſitione naturali, quia ſuperioribus clauſum & inferioribus apertũ. Tren. 1. Subuerſum eſt cor meum in memetipſo, quoniã amaritudine plena ſum. Res enim terrenę amaritudines ſunt quæ cum labore acquiruntur & amaritudine deperduntur. Daniel. 10. Concupiſcentiam ſubuertit cor tuum.

Secundo oportet cor eſſe altum. Sunt enim duo cordis anguli, humile & altum. Cor humile iuxta profunditatem eſt, cum quis ſe nihil reputans cum omnia fecerit dicit ſe ſeruum inutilem. Cor autem altum eſt, cum quis mente rapitur ut deum & cœleſtia velut prædam comprehendat. Dicẽs illud. p̃s. Mihi adhęrere deo bonum eſt.

A corde humili ad altum fit progreſſus quando homo de ſe humilia ſentiens & nihil ſe eſſe profeſſus, poſtmodum de donis dei ſe magnum exiſtimans in hoc glorificat deum. p̃s. accedet homo ad cor altum & exaltabitur deus. Sic Maria qñ concepit deum cor profundum & humile habuit, de ſe ſentiens humilia & dicens, quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuę. Cor uero altum cum ſubdit. Quia fecit mihi magna qui potens eſt. Si ergo ſit cor altum terrenis non apponatur ne putreſiat, uel ne ſicut miluus aut coruus cadaueribus inſideat, uel ſicut hupana in ſtercoribus nidificet. p̃s. diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere.

Habet enim cor humanum naturã ſpeculi in hoc ꝙ ſimilitudinem rei obiecte repreſentat & effigiat. Ideo ſi terrenis applicetur, terrenũ efficitur, ſi cœleſtibus, cœleſte. Hiero. Si peccatoribus dicit deus terras es, & in terram ibis eam mercando & quęrendo, cur non potius dicitur iuſto, cœlum eos & in cœlum ibis? Inde eſt ꝙ cor hominis altum põt dici cœlum, quia in planiciæ eius debet depingi ſol iuſticiæ Chriſtus. Luna. i. beata uirgo, & ſtellę. i. uitæ ſanctorum, ſicut fieri ſolet in parietibus lapideis uel ligneis. licet in parietibus quorundam cordium depingantur uaria genera monſtrorum. ſ. renardi. idola, domus dedali, & reptilia immundarum cogitationum. Vnde Albertus lib. 1. de animalibus dicit. ꝙ pitagorici uoluerũt dicere quòd ſol eẽt cor cœli uidemus autem ꝙ ſol ea quæ ſunt grauia ex ſui natura ſurſum trahit. ſicut uapores aquarum & terreſtres. nunquam uero ab aliquo eorum quantumlibet ponderoſitatis deorſum trahitur. immo ſi ſic fieret accideret maxima deordinatio in uniuerſo. Cor uero noſtrum ſolis conditiones habere debet, quaſi totus homo cœlum eſſet. Iuxta illud. p̃s. Cœli enarrant gloriam &c. & cor ſit vice ſolis cuius virtus tanta ſit ut motus & paſſiones corporis ſurſum trahat faciens eos ſeruire ſpiritui, ipſum vero trahi non poſſit ne accidant in toto homine deordinatio maxima. p̃s. Cor meum & caro mea exaltauerunt &c.

Tertio requiritur ꝙ cor ſit mundum. Sicut enim in arte pictorum color albus eſt quaſi fundamentum & habitatio omnium aliorum colorũ &



& picturarum, ſic mundicia in arte bñ agẽdi eſt fundamentum oĩum virtutum. Sicut ẽt tabula albo colore diſpoſita facilius recipit alios colores & diutius retinet, ſi cor mundum doctrinas & virtutes, & gratias facilius recipit q̃ immundũ. de quo Sap. 1. in maliuolam aĩam non introibit ſapiẽtia nec, in cor ſubitũ pc̃tĩs. Eſt enim inter cor mundum & immundum differentia ſicut pergameni & lapidis, quia facilius ſcribũt in pgameno diſpoſitio q̃ lr̃e in lapide ſculpantur, quia impreſſio literarũ in pergameno non requirit niſi vnũ laborẽ. ſ. literarũ impreſſionẽ. Impreſſio vero lr̃arũ in lapide duplicẽ requirit laborẽ, ſui vc; contrarij ablationẽ, & lr̃arũ impreſſionẽ. Primo eñ requiritur ꝙ aliquid a lapide auferatur ſic de cordibus immundis oportet ꝙ multa auferantur pc̃tã & male conſuetudines, antequã virtutes & gr̃æ imprimantur q̃ in cordibus immundis facile imprimuntur.

H
*Cor. Qđ oportet cor eſſe rectũ.*

Quarto requiritur ꝙ cor ſit rectũ in illo bonitatẽ Dei percipiamus. p̃s. q̃ bonis iſrael Deus his qui recto ſunt corde. Inueniet. n. tũ hoĩem ſcđm cor ſuũ. Sphericum qppe poſitũ ſuper planũ, ſcđm regulã geometrie nõ tangit niſi in puncto, & qa dñs nr̃ eſt rectus. iux. illud. rectus dñs nr̃ & nõ eſt iniquitas in eo, iõ cor ſphericum non tangit niſi in puncto quo deſcẽdit ad infernũ. Ipſe. n. ſecundũ. p̃s. ſolum ſaluos facit rectos corde.

I
*Cor. Quõ cor ſimul eſt circulare & rectum.*

Et ſi dicatur ꝙ eſt repugnãtia in adiecto, qa cum cor ſit rotundum & circulare ut experientia docet. non igitur rectũ? Rñdetur ꝙ apud geometrũ eſſe impoſſibile eandẽ figurã eſſe rectã & circulare, quia eius intentio eſt ſolũ ſecundũ imaginẽ quæ non reperitur niſi in corporibus, ſed apud ariſmeticũ hoc eſt neceſſariũ ꝙ oĩs numerus circularis eſt apud eũ ẽt quadratus. & oĩs numerus ſphericus eſt cubus & hoc iõ, quia numerus de quo conſiderat ariſmeticus abſtractior eſt quàm magnitudo. nec ad ſola corpora limitatur, & hoc mõ cor humanum quod ſolum carnalia & corporalia attendit (cum ſit circulare iuxta illud. p̃s. In circuitu impii ambulant & ſic huic mundo conformatur & eius figuram imitatur) nullo modo põt eſſe rectũ. Propter quod de talibus Rom. 12. Nolite conformari huic ſęculo. & talẽ cõformitatem uerificat illud. p̃s. Cor aũt eorum non erat rectum cum eo, ſed cor cuius intẽtio ad his abſtrahitur eſt etiam circulare, quia in ipſo eſt idem principiũ & finis, & ex hoc ipſo neceſſarie rectũ eſt quia Deus cui cõformat̃ eſt quaſi circularis vel ſpherice figurę propter ſuam infinitam perfectionẽ. de qua dicebat philoſophus quidã. Deus eſt ſphera infinita. cuius centrum ubiq; eſt, circũferentia nuſquã, & tñ rectus eſt. Deut. 32. Fidelis & abſq; ulla iniquitate rectus &c.

K
*Cor. Qđ cor noſtrum debet eſſe recollectũ & unitum.*

Quintò oportet cor illud eſſe recollectum & unitum. Nihil enim eſt cor de fugacius. Fugit enim per quædam foramina quæ ſunt in homine ſcilicet per oculos & aures. ideo obſtruenda ſunt illa foramina ne per illa exeat, uel per fures inde aſportetur. Si enim fugerit non inueniet Deus hoſpitium ſuum. Cor enim ſedes dei eſt, quod ſi aſportetur, non habet deus in tabernaculo ſuo ubi caput reclinet. Per oculos fugit cor dauid, quando Berſabeæ reſpexit & in eam exarſit. Sed cor inuenit quando de peccato pęnituit, unde ait. inuenit ſeruus tuus cor ſuum ut oret ad te orationẽ hac. Si uis ergo inuenire cor tuũ, ſi amiſiſti, quære ipſum ubi amiſiſti, quia ubi theſaurus tuus, ibi eſt cor tuum. Nichil enim uolubilibus eſt corde hominis. Plura enim machinatur in uno momento quam omnes homines perficere poſſent in uno anno. Ideo cordi humano (cum ſit ſatis per ſe uagum & mobile) non debemus cooperari illi nec materiam uagandi præbere. Nouit enim ex modica occaſione quaſi ex modica ſtupa magna fila nere, & uarias cogitationes multiplicare. Vnde homo quidam habens ferrum ſine manubrio rogauit ſiluam ut modicum ligni ſibi commodaret, cum multis lignis abundaret. Silua uero paruipendens nec attendens, quòd homo materiam ſuæ deſtructionis peteret modicum lignum illi dedit, ex quo facto manubrio totam poſtmodum ſiluam ſcidit & deſtruxit. cũ ſine manubrio prius illi nocere non poſſet. Ita parua ſcintilla cogitationis uage & ocioſe ſuccidit omnem bonam cogitationem & utilem. Ideo oportet cor collectum eſſe & unitum & ad ſe redire ut deus ipſum inueniat in domo ſua. Ad ſecundo quæſitum dicitur ꝙ cogitatio de peccatis fit multis de cauſis. Primo ad ſolum cognoſcendum ea, ſicut cum quis vult prædicare uel diſputare de peccato, oportet enim ꝙ de ipſo præco-

L

*Cogitatio De multiplici differētia cogitationū meritoriarū & demeritoriarum.*

gitet ad prędicandum, uel ad diſputandum, & hoc poteſt eſſe meritorium. Secundo ad deteſtandum commiſſum & cauendum futurum, & talis cogitatio eſt meritoria. Eſa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animę meę. Cauere tamen debet homo ne dum perſequitur peccatum de cogitando vt doleat, diabolus percutiat eum in inguine auerſa haſta, ſicut fecit Azael Abner. 3. Reg. 2. quod fit cum diabolus inuertit ei per delectationem carnalem, vt in peccato delectetur pro quo proponebat dolere, Soph. 3. Corruperunt omnes cogitationes ſuas. Tertio poteſt venire illa cogitatio mala cum ſurreptione per immiſſionem malorum ſpirituum. vel etiam ex mala inclinatione, cogitantis, qui ſi reſiſtat immediate abſque delectatiōe, tūc eſt ſola tentatio, & debet accipi pro magno meritò. Sed multi non reſiſtunt, quia cor non habent bene agendi, & inde ſe exponunt inferni periculo. Vnde fabuloſe dicitur quod leo grauiter infirmus conſilium a medicis accepit quòd deberet pro recuperanda ſanitate comedere cor cerui. Exiit ergo ab eo edictum ut omnes cerui ad eum accederent, ſed timentes cerui non acceſſerunt neque obedierunt pręter quendam miſerum ceruum qui comparuit, qui bn̄dictione accepta a pede leonis ſtatim occiſus eſt. Qui quidem leo iuſſit vulpi ipſum excoriare & extentare, & deinde ſibi afferre cor ut comederet, quo pacto uulpes inuenit cor cerui pingue & ſapidum, & comedit illud. Deinde veniens ad leonem dixit in ceruo non inueniſſe cor ad leoni non valenti cadere uulpi, dixit vulpes q̄ ſi habuiſſet cor nnuquam ueniſſet. Quarto poteſt contingere quòd illa cogitatio feſtinanter, curſorie, & raptim mentem ingreditur, nec ſubeſt libero arbitrio. ſicut contingit qn̄ homo ſe dat deuotioni uel orationi aut contemplationi, & tunc diabolus ei immittit urpes cogitationes de ſacramento altaris, de virgine glorioſa de articulis fidei, de quibus homo quāto magis acem mentis nititur auertere tāto magis circa talia occupatur. Si his cogitationibus homo reluctetur, licet ſint peſſime, nō tn̄ ſunt ad mortem animæ, nec nocent mortaliter aut uenialiter, immo ſunt meritoriæ propter laborem pugnæ. Quinto contingit cogitationes eſſe uagas & inutiles & ocioſas, q̄ licet de ſe non ſint male tn̄ pp tps quod in eis expenditur, ubi hō obligaret ad aliqđ bonū opus faciēdū ſunt uicioſe, qn̄que nenialiter qn̄q; mortaliter.

Sexto pōt prouenire cogitatio ad delectandū, & hoc dupliciter. vel eſt cogitatio pct̄i uenialis ſolū, & talis cogitatio eſt peccatum ueniale, uel ad delectandū de re aut de pct̄ō cogitato, & talis cogitatio pct̄i eſt qn̄q; venialis, qn̄q; mortalis. Septimo cogitatio pct̄i fit ad perpetrandū pct̄m, & tunc ſi eſt mortale cogitatio eſt mortalis. Vn̄ ſuper illo uerbo Leui. 15. Mulier q̄ patitur fluxum ſanguinis. glo. ſic dicit. Cogitationes & uoluntates quamuis ope nō cōpellātur apud deū pro factis habentur & puniuntur: Hoc pro parte dicit Thomas in quarto, & Alexander de hal. in ſecūda parte ſummę. q. 25. Octauò contingunt iſte male cogitationes quattuor modis ſecūdū quattuor gn̄a earum. Primū eſt curioſarū, qn̄ ſtudet homo qūo ſciat & cognoſcat ea quæ non pertinent ad ſalutē, uel qn̄ nimis implicat ſe mente circa uana & inutilia. ut philoſophi de quibus Ro. 1. euanuerunt in cogitatiōibus ſuis & obſcuratū eſt inſipiēs cor eorum. Econtra. Prou. 12. Cogitationes iuſtorū iudicia qđ fit qn̄ homo ſe implicat cogitationibus quæ in recto iudicio ſunt rerum magis utilium. Secundum genus eſt quando ſunt libidinoſe & moroſe, quando. ſ. homo delectatur in malis cogitationibus & immoratur in eiſdem. In collationibus patrū dicit quidā ſenex. Aīa eſt ad modū Aquilę quę cum deſcendit de alto contemplationis inſidet cadaueri delectationis carnalis. Itē in uitis patrū quidā ſenex cuidā quęrenti cām cogitationum ſuarum reſpondit. Ideo te infeſtāt cogitationes quaſa earum intra te ſunt. ſ. cogitationes & imaginationes carnales morā ibi faciēdo quando eas non eiicis uiriliter & uelociter Bern. Pręterite cogitationes dum in aīo ludunt, illudūt. Hie. 14. Laua a malicia cor tuum, uſquequo murabuntur in te cogitationes noxię? Tertium genus eſt cogitationum quæ ſunt multotiens pernicioſe, q̄ ueniūt uſq; cōſenſum pct̄i mortalis, & iſte cōiter ſunt mortales. Quartū genus eſt earū q̄ ſunt plus q̄ malicioſe, quādo culpa in corde tegitur uel defenditur. Cū. n. ouēs plus puniatur q̄ cōſentiēs plus peccat. Sap. 1. Spūs diſciplinę effugiet fictum, & auferet



feret ſe cogitationibus q̄ ſunt ſine intellectu. Deut. 15. Caue ne ſurrepta impia cogitatio &c. Eſt. n. impia qn̄ cōtra deum excuſat qđ debuit accuſare. Contra tn̄ has cogitationes eſt ocium fugere & laborare. Veſtis enim complicita citius a uermibus comeditur, & piger qui nihil uult facere citius conſcientię uermibus repletur. Piſcis in aqua currente melior eſt q̄ qui in lacu, & piſcis marinus minus putreſcit propter uentoſitates & motus aquarum, Sic homo laborioſus minus cogitationibus agitatur.

M

*Cogitatio Quod ex magna dei diſpēſatione ē q impugnamur a cogitationibus noſtris.*

Ad tertium quæſitum dicitur, quòd hęc cogitationes ſuperuenientes cum difficultate repelluntur. Nullus tn̄ deſperet ſi talium inſultus cogitationum a ſe ſtatim nō ualeat expellere. Ex magna enim Dei diſpenſatione permittuntur fideles hmōi fluctibus impugnari & in aliquo ſuperari, & ad ſuam ſi ſapiant commoditatem. Hæc. n. pugna reddit eos magis humiles, quia dū uident huiuſmodi conflictum per ſe ſuperare non poſſe, magis de ſe deſperant ex toto in Deum ſperant. Secundo magis ſunt uigiles, quia hoſtis uigil ad impugnādum facit nos magis uigiles ad reſiſtendū. Tertio magis cautos facit, quia dum hoſtis caute non impugnat, uerſutias ſuas experiētia nobis notas facit. Quarto magis fortes, quia magis fortis eſt qui in aſſiduo eſt certamine quàm qui in deliciarum mollicie conſuetus eſt. Vn̄ quidam frater nouē annis impugnatus eſt a cogitationibus ſuis ut exiret a congregatione fratrum, & quotidie tollebat pelliculam ſuam in qua ſolitus erat iacere ut exiret, & qn̄ erat ueſper dicebat apud ſe. Cras hinc diſcedam, & mane iterum dicebat. Extorque aīę tuę mane. hic pp Deum, qui cum compleſſet nouem annos abſtulit ei dominus oēm tentationē & ſic fortis factus eſt ex illa. Quinto facit magis exercitatos quia per pugnandi conſuetudinem & uſum proni ſumus & parati magis ad pugnandum. Sexto magis uictorioſos, qm̄ p maiora certamina maiora meremur & præmia. Propter hoc dimiſit dn̄s Chananeos in terra ſancta, ut exercitarentur filii Iſrael in eis. Sic quidam diſcipulus quia ſepties reſtitit cogitationibus ne ſenē dimitteret iuxta conſuetudinem, ſeptē coronas ei donauit Deus. Bonum. n. eſt homini ſi ſeipſum cogat. Violenti. n. rapiunt cœlum. Abbas paſtor dicebat de Abbate Iohanne, qm̄ rogauit Deum & abſtulit ab eo omnes paſſiones, & factus ſecurus dixit cuidam ſeni, uideo me quietum & nullam pugnam habentem, & ideo minus proficientem, quia pugnando proficit aīa, & cum reuerſa eſſet pugna ulterius nō orabat ut auferetur ab eo ſed dicebat. Dn̄e da mihi tolerantiam ſuſtinendi has pugnas. Abbatiſſa Sara 13. annis tentata fuit a ſpū fornicationis, nec orauit ut diſcederet ab ea hæc pugna, & qn̄ tentabatur fortius ieiūnabat & orabat, tandem apparuit ſpiritus fornicationis dicens, tu me uiciſti, quæ ait. nō ego ſed dominus meus Ieſus.

*Feria v. poſt tertiam dominicam quadrag.*
*Sermo 1. & in ordine 80. per thema.*

INcrepans dæmonia non ſinebat ea loq. Luc. 4. Propter quattuor cōmuniter nō permittitur perſona loqui. Primo quia odioſa eſt: ideo ſcribæ & phariſæi non libenter Chriſtum audiebant, & ſæpe obſeruabant os ſuum, quia iam de parte diaboli erant, nec Chriſtus libenter dæmones audit cum ſint ſibi odioſi tanquam inimici ſui & ſuorum. Vnde & frequenter ex ſua reſponſione phariſæis indicebat ſilentium. Scd̄o qn̄ neſcit quid dicit. Et quia diaboli cum dubio loquebantur (Neſciebant. n. & dubitabant, an eſſet filius Dei) ideo increpabat eos ne loquerentur. Tertio qn̄ eſt perſona uilis conditionis quæ de rebus arduis non eſt digna loqui ſicut ruſticum nō decet de gemmis diſputare. Et quia diabolus uilis erat conditionis, non decebat per os eius tm̄ myſterium (ſicut incarnationis) annunciari. Quarto qn̄ illa perſona uenit in iudicium ad accuſandum amicos regis & iudicis. Talis eſt dæmon de quo Apo. 12. Proiectus eſt ille magnus accuſator fratrum noſtrorum. Propter quæ non libenter dæmonia audit Chriſtus, ideo etiam nec nos ea nec miniſtros eorum debemus libenter audire. Sed libenter audit Mariam magnificantem Deum & pro peccatoribus intercedentem, & ideo ad eam accedamus ſalutantes & dicentes. Aue.

A

*Superſtitio. Qđ abnegant fidē de carbone*

Nō ſine cauſa dominus increpat dęmonia & non ſinit ea loqui: quia quicunque eorum auxilium procurāt in multa & magna inconuenientia decidūt. Primo negāt fidem catholicam, quia auxilium a dæmone

*licã qui de futuris & neceſſariis ĩterrogãt magos & diuinos,*

ne non quęritur niſi propter alteram triũ cauſarũ aut quia credunt eum eſſe potẽtiorem quã deũ eo ꝙ magis ab eo quærunt auxiliũ, & ſic tacite (licet nõ explicite) credũt eũ eſſe ſaluatorem & oĩpotentẽ ad liberãdũ de defectu & miſeria in qua iacent. Ro. 10. Quõ inuocabunt eũ in quem non crediderunt? Credunt enim tale inuocatum a nullo poſſe impediri quin adiutorium ferat inuocatus, quia ſi crederet eũ inuocãs poſſe impediri ne præſtaret auxilium, nec in præſtando auxilium liberorum eſſe, ſed in poteſtate alterius potius inuocaret illũ quẽ credit non poſſe impediri, & ſic credit illũ ita eſſe potentẽ ꝙ impediri non poſſit. Greg. in homelia de regulo. Qui.n. q̃rebat ſalutẽ filio, proculdubio credebat. Nec enĩ ab eo q̃reret ſalutẽ quẽ non crederet ſaluatorẽ. Sic contra oĩpotentiã pr̃is blaſphemant qui inuocatores & diuinos pro liberorum ſalute adeunt, ſed ſi nõ credunt ipſum eſſe potentiorem quàm deum, ſaltem magis credunt eſſe ſcientem & cognoſcentem noſtras neceſſitates & miſerias quàm deum. Et ſic peccant contra ſapientiã filii, aut reputant dęmonem plus diligentẽ naturã humanã quàm deũ, & ſic blaſphemãt in bonitate ſpiritus ſancti. Quòd aũt tales negauerint fidem patet per Aug. & recitatur. 26. q. 7. c. Nõ obſeruetis. Qui (inquit) proſpera uel aduerſa futura inquirunt, ſiue qui attẽdunt ſomnialia ſcripta & falſo Danielis noĩe intitulata, & ſortes quæ dicuntur ſctõrum apoſtolorũ, & auguria auium & aliqua pro domo facienda, aut propter coniugia copulanda, aut in collectionibus herbarũ carmina dicunt, aut fitaciolas pro quauis infirmitate ſcriptas ſuper hoĩes aut aĩalia ponunt, præter ſymbolũ & orationẽ dominicam aut magicis falſitatibus in grãdinariis tempeſtatibus credunt, qui aũt talibus credunt, aut in eorum domũ euntes aut ſuis domibus introducunt aut interrogant, ſciant ſe fidem chriſtianam & baptiſmum pręuaricaſſe, & paganos & apoſtatas & dei inimicos iram dei in æternum grauiter incurriſſe, niſi eccleſiaſtica pœnitẽtia emendati deo reconcilientur. Vnde initiũ negationis fidei a Iuliano apoſtata (ut refert hiſtoria tripartita) fuit adhæſio cuidã diuinatori & magico. Sed ſancti per fidem uicerunt regna. Anthonius enim & ſancti heremitæ non ad dæmonem ſed ad deum cucurrerunt, & in hoc ſaluati ſunt. Quis enim ſaluant Noe tempore diluuii niſi firma fides? Quis dedit uictoriam Ioſue, Machabeis, & aliis multis; ut Conſtantino magno, Theodoſio magno, Carolo magno, niſi firma fides? Quis in ſuper ſanauit innumeram multitudinem ęgrotorum tpe Xp̃i, ut patet ex contextu euangelii ni ſi firma fides, quæ non ſolũ ſanabat infirmos ſed & uirtutem medẽdi dabat eis vñ. Marci ultimo poſtquã dixit dñs. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit, ſtatim ſubdit. Super ęgros manus imponent & bñ habebunt. Sed nunc inſurgit quędã uetularũ ſuperſtitio, quæ ſuper ęgros ligaturas, papiros, orationes, & breueta q̃dam ponunt, in quibus aliq̃n cum bonis uerbis ponuntur ignota noĩa quorundã dęmonũ. Tales non confidunt in dño, quia nunquã quis habuit in domo firmã credentiã & nõ eſt ei in ſua neceſſitate ſubuentum, uel in morte, uel in uita, uel per miraculũ, uel aliter. Vnde Eccl. 2. reſpicite filii nationes hominũ & ſcitote quia nullus ſperauit in dño & confuſus eſt. Qui.n. permanſit in mandatis eius & derelictus eſt? aut quis inuocauit eum & deſpexit illum? Secundũ malum eſt ꝙ tales a Deo derelinquuntur. & ſub diaboli protectione uiuunt. Qui enim portat filium ſuũ ad quęrendũ ſanitatẽ a diuino, fugit dñm ſuũ pium & miſericordem & in manus tortoris ſe & filium tradit; ſicut bidens quæ ſe tradit lupo, ut fugiat paſtorẽ, uel ſicut puer qui fugit matrẽ & ſuã uirgã, ut ſe proiiciat inter enſes ſuorũ hoſtiũ. Et inde contingit ꝙ infantes ſic ab eo protecti, ex defectu gratiæ Dei mali ſunt per totã uitã Deo inobedientes & parentibus. De ſuo enim perſecutore faciunt protectorem, & de ſuo naturali dño & protectore faciunt perſecutorem. Vnde (ſicut ait Gerſon) multum triſtaretur rex & diſpliceret ei ſi miles eius cui multa bona fecit ſugeret ad uexillũ ſui hoſtis & eius arma portaret. Propter qđ rep̃henſibiles ſunt q ſtatim uolunt ſibi a deo ſubueniri in ſuis tribulationibus, uel blaſphemãt aut murmurãt in deũ reputantes eũ iniuſtum aut immiſericordem quia non cito occurrit eis propter quod ad diuinos carminatores & dęmonẽ auxilium recurrunt, cum debeamus expectare cum humilitate ſicut pauperes ad oſtium. Si enĩ non pepercit filio ſuo ſed

*Superſtitio. Qui ... ſanitatẽ a diuino ... dæmonem ...* (margin partly cut off)

pro



pro nobis omnibus tradidit illum. Rom. 8. ita nec nobis parcet quin pro peccatis noſtris puniamur, vel vi per damnationẽ vel ſpõte per tribulationem, aut pñiam. Sed dices. ego ſum in bello conſtitutus, nec habeo mihi cirurgicum propitium, quare ergo non accipiam carminatores mihi adhærentes qui per bona verba me cito curent? Rñdetur primo ꝙ carminatores ſunt medici diaboli quorum maledictio eſt cum lucifero. Nam ſicut aĩa habet medicos ſuos uiros ſpirituales, natura ſuos. ſ. corporales, deus ſuos. ſ. ſanctos, ita diabolus ſuos medicos & prophetas a quo ſalarium accipient. Volunt enim ei diuinitatis iura tribuere. Nam ſanitatem cito præſtare & futura præſcire ſolius dei eſt. Differentia tñ eſt inter medicos mundi & diaboli, quia medici mũdi iudicant de infirmis non reſpiciendo intra ſaccum. diabolus aũt (ſi permittatur a deo) videt humores noxios & põt eos ſua virtute naturali tollere ſi deus ſinat, quod qñq; permittitur vt licentius fallat eos q meruerunt decipi. Dr̃ ſecundo ꝙ non perfecte ſanantur, quia ſi per ſanitatem eorum ſanarentur virtus ſanatiua ſpecialiter cum reliquiis & oſſibus eorum poſt mortẽ remaneret. ſicut de aliis ſanctitatis cõiter leguntur miracula per reliquias eorũ poſt mortẽ facta, & plures leguntur ſanaſſe mortui q̃ viui, quod nunquã de iſtis legit. Miſeri tñ hoĩes & vetulæ potius talibus credunt q̃ theologo, qui per totã vitam ſuam ſtuduit ad iſta rñdere, in quo tñ errãt quãtũ errarẽt ſi an ixp̃s tpe illorum veniret. Ex ope.n. carminatorio p̃cedenti, oñdunt qũo antixp̃o cito crederent qui maiora oſtendet eis mirabilia. Dr̃ tertio ꝙ miracula quæ faciũt iſti carminatores ſunt oĩno cultas ſuperſtitioſi & argumenta ſophiſtica contra fidem, quia ſic calumniarentur miracula facta per ſanctos per quæ reprobata eſt fides. Vnde ſecundũ Auguſtinũ quarto de ciuitate dei, Supſtitio dr̃ oĩs cultus quocunq; mõ ſuperfluus, ſiue ex ſuperfluitatibus eorũ q̃ coluntur, ſiue eorũ q̃ in cultu aſſumunt, ſiue ex modo aſſumendi. Vñ qñq; hæc miracula peccant in forma. vt qñ verba quæ dicuntur vel ſignacula quæ ita fiũt non fiunt ſecundum eccleſiæ ritum, qñq; in materia qñ verba vident habere peccatũ tacitũ cum dęmone, uel qñ ſunt ignota vel riſu digna, vel non ad propoſitũ qñq; vero in utroq;. Pręterea qa difficilius eſt uidere in talib. aſtutias Sathanę, periculũ eſt hoĩbus ignaris talibus fidem adhibere. Sed dicunt carminatores. Nos non niſi bona uerba dicimus in carminibus nr̃is. Sed ad hoc dr̃ ꝙ uerbis illis bonis tanq̃ cũ melle fellita uerba & mendoſa adiungunt, aut etiam ignota tanquam qui vult alium intoxicare. Non enim dat ueneficus uenenũ purum ſed mixtum cũ cibo vel potu. Aut inducunt uerba indifferentia & nihil ad p̃poſitum ſubſeruientia aut riſu digna, in q̃bus vĩ eſſe tacitum pactũ cum dęmone. Aut dant eis phitatiolas aut papiros in quibus hmõi uerba ſcribantur. aut aliquid aliud ſimile ut ſuper ſe gerant. Omnia enim talia ſuſpecta ſunt de pacto & errore. Non tamen dicimus quin crucem aut euangelia ſuper ſe portare liceat, ita tamen quòd nõ credant diuina verba aut crucem minorẽ habere efficaciam ſi uerba alio tempore ſcribantur quam dum euangelium in eccleſia legitur, uel ꝙ crux minus habeat efficacie quàm illa quæ fit dum paſſio legitur, uel aliquid aliud tale ultra formam eccleſiæ. Simili modo nec malum eſt ſuper ſe portare panem uel aliquid aliud benedictum a ſacerdote, ut eulogia ſummi ſacerdotis ſcilicet pontificis. puta agnus dei. niſi aliquid aliud inſolitum ab eccleſia huic rei addatur. Recitat Gregorius Turonenſis. in 3. lib. de confeſſionibus. Quidam ruſticus mane ſurgens a ſacerdote panem benedictum accepit, qui ut ligna ſcinderet & domum adduceret ante lucanum ad amnem ueniens, impoſito plauſtro cũ bobus in ponte qui ſuper naues locatus erat alio tranſmeare cępit in littore. At ubi in medio annis deuenit audiuit uocem dicentem. Perge. Perge ne moreris. Cui reſpondit uox alia. Sine tua admonitione quæ proclamas feciſſem, ſi res ſacra meis conatibus non obſtaret. Eſt enim ſacerdotis eulogiis munitus, ideo ei nocere nõ poſſum. At ille uoces audiens & nullius perſonam cernens & de ſe uerba iactari cognoſcens, conſignans ſe, ſigno crucis gratias egit quòd ei pars aduerſa nocere non potuit. Tertium malum, quod eis contingit eſt miſeria quæ eos ubique ſequitur. Nec mirum, quia miſer eſt qui miſero ſeruit, ſeruiunt autem domini qui omnium creaturarum dei miſerrimus eſt.

*C Superſtitio. Quo carminatores ſunt medici diaboli.*

*D Superſtitio. Qũ miracula q̃ faciunt iſti carminatores ſunt argumenta ſophiſtica contra fidẽ.*

*E Superſtitio. Quare deus non patit[ur] iſt...*

 &

*ſupſtitioſos et qui reuelant theſauros eſſe diuites.*

& ideo mirabile eſt quomodo vadunt ad illos homines ad recuperãda perdita aut theſauros inueniendos. Si enim ſcirent inuenire deberent eſſe maxime diuites cuius tñ oppoſitum videtur cum ſint homines viliſſimi, pauperrimi, & uultu horribiles. Nec eos ditari patitur deus propter multa. Primo ut eos retrahat a ſua ſuperſtitioſa uita. ut ſcilicet conſiderent quam malum ſit adherere diabolo & deſerere dñm deum, qñ cum diabolo ſe uident nihil hr̃e. Similiter ad retrahendum hoĩes qui eos conſulunt qui cum vident tantam eorum miſeriã ex hoc iudicent ꝙ non ſint hoĩes prudentes aut ſcientes aut potentes auxilium ferre. Inde eſt ſecundum Guill. pariſien. lib. de fide & legibus. ꝙ deus nunquam permittit iſtis maleficis & inuocatoribus demonum niſi in turpi ſpecie apparere ſcilicet corui, catti nigri, hirci uel bubonis, & ſic de alijs ut horreant eius auxilium inuocare, ſicut nec demonem permiſit apparere. Eue in ſpecie ſerpentis. Secundo hoc non permittit deus quia auertunt ſe a deo qui eſt omne bonum. ideo non mirum ſi cadant in ꝓfundum miſerię. Quæſiuit quidam a quodam ſapiente quæ eſſet maior aduerſitas & miſeria in hoc mundo? Rñdit inimicum adire ut ſubueniat. In quanta ergo miſeria ſunt iſti qui ab inimico ſuo implacabili ſic quærunt ſubſidium, q nec fidem nec legẽ nec amicitiam habeat ad creaturam humanam, ſed eam odit ad mortem. Præterea tertio quia hæredes ſucceſſionem expectãt a patre, & quia tales ſunt filij diaboli non poſſunt niſi diuitijs eius ſuccedere q̃ ſunt miſeriæ & calamitates hic & in alio ſæculo. Quòd aũt ſint filij diaboli patet. quia ſicut qui ex deo eſt uerba dei audit, ita ex patre diabolo ſunt qui verba diabolica & eius nomini conſecrata non ſolum audiunt ſed etiam eis utuntur, & ſicut dedit dominus p̃tãtem filios dei fieri his qui credunt in noĩe eius ſic, ſunt filij diaboli qui credunt in noĩe eius & ſuis miniſtris & actibus eorum exhibent reuerentiam. Vnde & tales (ut plurimũ) portant ſignum patris ſui. Refert enim Guil. pariſien. ꝙ iuuenes uirgines qui introducuntur ad uidendum ſpecularia in arte inuocandi demones, ex horrenda imaginem & laruis demonum quas ibi uident, per totam uitam degunt quaſi perterita facie galice effroiem. Sicut enim ſpecula munda & noua cito inficiuntur, ſic iuuenilis etas & uirginitas faciliter talibus fœdatur. Quarto quia nondum uenit ultima fidei perſecutio quæ erit tempore antichriſti, quando diſcipuli eius per magicas artes theſauros occultos reuelabũt & tunc ditabuntur. qua occaſione multi auertentur a fide. Quartum malum eſt finalis deceptio. Ludunt enim cum hominibus in eis ſperantibus ad locum falſe ſocietatis. Nullus enim unquam coniunctus ei eſt quem non in fine deceperit. Si in lege naturæ, conſidera Zoraeſtem inuentorem harum artium magicarum qui tandem a Nino turpiter interfectus eſt. Similiter Pharao in lege naturæ per incantationes deceptus, ad extremum uitam perdidit & regnum & innumerabilem populum. Exodi. 12. Similiter propter ſuperſtitiones has deſtructe ſunt ſeptem nationes maiores populo iſrael eiecte a terra promiſſionis in egreſſu populi iſrael. in ſignum ꝙ eas obſeruans eiectus erit a terra promiſſionis paradiſi. Deut. 18. Cum ingreſſus fueris terram quam dominus deus tuus dabit tibi, caue ne imitari uelis abhominationes illarum gentium, ne inueniatur in te qui ariolos ſciſcitetur & obſeruet ſomnia atq; auguria ne ſit maleficus neque incantator, nec Phitones conſulat aut diuinos & quærat a mortuis ueritatem. Omnia enim hæc abhoĩatur dñs, & ꝓp huiuſcemodi ſcelera delebit eos in introitu tuo. perfectus eris & abſq; macula dño deo tuo. Gentes iſte quarũ poſſidebis terrã augeres & diuinos audiunt. Si in lege ſcripta hoc uolueris ꝑpendere. uide hyſtoriam Achab quõ mentitus eſt diabolus in ore diuinorũ & contra propheta ta per diuinos in bello uulnus accepit. unde eadem die interiit. 3. Reg. 22. Si in lege gratiæ. uide de Iuliano apoſtata, qui quærens a demone auxilium audiuit a demone propoſitione amphibologicam Nũc oẽs aggredimur dei uictoriæ trophea referentes circa fluuium titanis. horũ ego dux ero belligerator mars, & eadem profectionem turpiter occiſus eſt, quod uidẽs Balaam bñdicebat filijs iſrael. Nume. 23. cuius benedictionis cauſam aſſignabat. Non eſt augurium in Iacob nec diuinator in iſrael. Quòd ſi uoluerimus hmõi benedictiones in regno iſto obtinere, oportet qui eiuſmodi ſunt a regno extirpare, ne ſimul





*I Supſtitio. Qd ſup ter... perſti... ſi adm... ne ... pumiu*

*G Superſtitio. Qd ſupſtitioſi multiplici morte ple. ſunt*

cum eis pereamus exemplo Balaam diuinatoris, qui periit una die cum balach. rege Moab & populo ſuo, & ſic uitam, regnũ & populum perdidit. Numeri. 31. Etiam Saul qui Phitoniſſam ſciſcitatus eſt & cũ hoc impunitatem promiſit, die una & regnum & uitam & fere totam prolem ſuã perdidit. 1. Paralipo 10. Quintũm malũ ꝙ tales multiplici morte afficiuntur. Primo morte ſpirituali quo ad deum per horribile peccatum. Vnde Augu. de ciui. dei. & recitatur in decretis 26. q. 2. c. qui ſine ſaluatore. Sequitur. Omnis inquiſitio & omnis curatio quæ a diuinis & magicis artibus, uel ab ipſis demoniis in idolorum cultura expetitur, mors potius dicenda eſt q̃ uita, & qui ea ſectantur ſi ſe non correxerint ad æternam perditionem tendunt. Et ſequitur. hæc uanitas magicarum artium ex traditione malorum angelorum in toto orbe terrarum plurimis ſæculis inualuit Secundo mulctantur morte ſpirituali quo ad eccleſiam. Vnde excommunicant. 26. q. 5. ca. Si quis (inquit) ariolos aut aruſpices aut incantatores obſeruauerit, aut philateriis eorum uſus fuerit, anathema ſit. Gloſa ibidem. philateria ſunt charte in quibus continentur incantationes, & ibidẽ ex enchiritano concilio. Qui diuinatores expetunt & morem gentilium ſubſequuntur & huiuſmodi homines in domos ſuas introducunt exquirendi aliquid arte magica uel expiandi cauſa, ſub regula quinquenii iaceant ſecundum gradus pœnitentiæ diffinitos. Nec mirum ſi excommunicantur, cum ſe aſſocient illi qui excommunicatus eſt a deo contra prohibitionem eius & minas uſque ad mortem, & ſępe tales in excõmunicationem ſua moriuntur. De quadã muliere ſuperſtiticioſa legitur quæ mane ſurgendo audiuit auem quæ dicitur cuculus (coucou gallicæ) quinquies garriiſſe, q̃ uetula ſtatim dixit ꝙ ſignificabat ſe adhuc quinq; annis uicturam, ipſa vero poſt octauum diem in lectulo mortis decidit, quæ cum a ſacerdote & ſuis requireretur de cõfeſſione. Reſpondit nondum eſſe tps confitendi, ſed ſeipſam adhuc per quinq; annos victuram. Superuenit tandem ultima dies in qua plus loqui non poterat, & tamen ad huc illi ſuperſtitioni adherens a demone decepta per quinque ſuos digitos (quia loqui non poterat) ſeſe per quinque annos uicturam demonſtrabat. Et hoc modo miſerrima ſpm̃ ſuum maligno reddit. Quidam dicunt Democritum Philoſophum ſibimet eruiſſe oculos, quia mulieres ſine concupiſcentia uidere non poterat, ſed melius ſecundũ alios ꝙ magicas tenebras humanis oculis induxit. Ideo & ipſo nolente ſuis orbatus eſt luminibus. Tertio ſepiſſime (& quaſi ſemper) quo ad mundum morte turpiſſima moriuntur. De hoc iam exẽplificatum eſt de Pharaone, Balach. Balaã Saule, Achab, & Balthaſar. ſimiliter exemplificari poteſt de Ochozia, qui infirmus miſit militem ſuum ad deum Accharon cõſulendum ſuper infirmitate ſua. Cui ſtatim obuiam miſit dñs Helyam prophetam ut diceret. Quia conſuluiſti diuinos & me dereliquiſti, de lecto ſuper quem aſcendiſti nunquam deſcendens. 4. Reg. 1. Vnde policraticus lib. 2. c. 26. Plurimos (iquit) diuinantium audiui, noui multos, ſed neminẽ in hoc errore diutius fuiſſe recolo, in quo manus dñi condignam non exercuerit ultionem. Vnde Greg. Turoñ. in primo lib. hyſtoriarum francorum ſic ait. Primogenitus Cham Chus totius artis magice imbuente diabolo primo idolatriæ inuento fuit. Hic primus ſtaticulum adorandum inſtituit, qui & ſtellas & ignem de cœlo cadere falſa uirtute hoĩbus oſtendebat, & ꝓp hoc appellatus eſt Zoroaſtes. i. uiuens ſtella. hic perſas tranſiit, propter quod ignem adorare didicerunt, quem ẽt Zoroaſtem diuinitus ignem cõſumptum ut deum colũt. hęc Greg. Turoñ. De quodã fure dr̃ ꝙ familiarẽ habebat demonẽ, qui comitabatur eũ furando & pluries eũ liberauit de carcere. hinc latro quaſi ſecurus factus & in diaboli auxilio cõfidens, multa mala faciebat & quaſi aperte furari & inregulare hoĩes nõ timebat, tandẽ captus & ad ſuſpendium ductus, expectabat ut more ſolito diabolus ueniẽs ipſum liberaret. Ipſo aũt iuxta furcas exiſtenti & iã nõ poteñti euadere apparuit ei diabolus cũ multis calciamẽtis attritis & ſubtus perforatis. Cũq; latro gaudẽs in eius aduentu diceret ei. Quare tãtã mora feciſti & me liberare diſtuliſti, oñdit ei diabolus multa paria calciamẽtorũ ꝑforata dicẽs. Oĩa hæc calciamẽta cõſumpſi tecũ eũdo & frequẽter te liberãdo, ut te ſecurũ reddere & ad hãc horã te adducerẽ. Nũc reſtat ſolutio peregrinationũ mearũ.

Iam enim te amittere non ualeo, ideo amplius non libero. Sicut enim homo habens cor in domino ab eo dirigitur, iuxta illud: Pſalm. Iacta cogitatum tuum in domino & ipſe te enutriet, ſic per oppoſitum iacta cogitatum tuum in diabolum, & ipſe te interficiet. Sunt enim inimicitiæ naturales inter hominem & dęmonem. Valido enim odio debemus eos perſequi qui patres noſtros occiderunt, & fratres noſtros non ceſſant occidere, & noſipſos quotidie interficere ſtudet. Abach. 1. Non ceſſat interficere homines. Sicut inter hominem & ſerpentem naturale eſt odium, uenenum ſerpentis hominem & ſputum ieiuni hominis ſerpentem interimit, ſed, & quia nudi erant parentes antequam peccauerint. ſerpens uſque hodie expaueſcit hominem nudum & in ueſtitum exilit. Pręterea prohibitę ſunt artes iſte magicę ſub interminatione mortis, non ſolum quia in eis dęmones adorantur, ſed etiam quia fides ſalubris his artibus quaſi ſophiſticis argumentis impugnatur, quæ apparentiam uerorum miraculorum gerunt, exiſtentiam uero aut nullam habent aut falſam, aut ſi uera ſunt non illam exiſtentiam quam prætendunt, quia a probatione ſua deficiunt. Vnde debēt iſti diuini expelli & exterminari propter duo. Primo propter pręceptum dei. Deutero. 23. Propheta ille interficietur, quia auertit a deo ſuo. Et amos. 5. Qui conuertitis iudicium in abſinthium & relinquitis facientem arcturum & Orionem, ſcilicet impunitum. Et ſi magni principes noluerint eos euertere, ſaltem parui uociferentur vt hæc faciant, more paruorum canum (qui braqueti dicuntur) qui cum non poſſunt accipere beſtiam, latratu tamen ſuo iuxta uires eam perſequuntur, ut manica nes apprehendant. Secundo propter decus regni francorum. Vnde Gregorius in regiſtro. epiſtola. 7. quantum chriſtiani ſuperant infideles in ſua credulitate, & religione, intantum ſuperat cæteros chriſtianos regnum francorum. Et epiſtola. 5. Non immerito contingit ut cætera regna gentium præcelleret regnum franciæ. Quippe qui earum gentium creatorem & pure colit & ueraciter confitetur. Magna laus a ſancto & alienigena homine & pan to pręlato digna, ſed timendum eſt ne propter has uarias credentias nomen tantum chriſtianitatis amiſerit, & hoc debent abhorrere reges & princeps, ſicut abhorruit Philippus francorum rex cui cum ſuggeſſiſſent aliqui circa eum carminationes fieri, non paſſus eſt dicens. auertat deus quòd circa me aliquid fiat quòd ſit contra honorem dei & fidei, malo ſuſtinere mortem ſi dei uoluntas fuerit, ſemel enim oportet mori. Nec mirum ſi chriſtianiſſimi reges hæc abhorruerint, quando etiam infideles & Pagani ea deriſerunt. De Cathone enim recitat Auguſtinus de doctrina Chriſtiana. quòd cum quidam famulorum ſuorum ſibi dixiſſet caligam ſuã corroſam eſſe a mure, & hoc eſſe omnem peſſimum ſubripiendo reſpondit non eſſe hoc mirabile, ſed fuiſſe terribile monſtrũ & formidandum omen ſi caliga corroſiſſet mure, quamuis multi circa talia ridicula nimis creduli ſint, utpote malum eſſe omẽ ſi lepori coram ſe tranſeunti quis obuiet uel ſi peregrinando religioſo obuiet dicunt malum eſſe omen. Bonum uero ſi meretrici obuiet, & ſic de aliis infinitis. Talis erat cæſar auguſtus qui inter maxima reputabat immoda, ſi ſotular ſiniſter ſibi a calceante pro dextro miniſtraretur. Similiter ſi ſalinum expendatur ſi per menſam malum eſt omnem, bonum uero ſi uinum & ſic de alijs.

*Eadem feria quinta. unde ſupra. Sermo tertius, & in ordine octogeſimoprimo, per thema.*

SVrgens Ieſus de Sinagoga introiuit in domum Symonis. Luc. 4. Derelicta Sinagoga cum ſuis cerimoniis Dominus introiuit in domum Symonis Petri id eſt in eccleſiam, ut eam inhabitet, ſed cum plurima mala nunc faciant Chriſtiani quàm tunc Iudæi dempta Chriſti crucifixione, quare deus non nos derelinquit ſicut & illos? Reſpondeo non eſt ſimile, quia Deus ab eis receſſit & nobiſcum habitat ex pacto firmato. Math. vltim. Eccce ego uobiſcum ſum uſq; ad conſummationem ſæculi, & quandiu erunt aliqui ſancti in eccleſia (qui ſunt anima mundi & quibus tanquam columnis ſuſtentatur mundus) tandiu erit nobiſcum. ps. liquefacta eſt terra & omnes, qui habitant in ea a fermore concupiſcentiæ & libidinis, ego confirmaui colũnas eius, ſcilicet iuſtos, & bonos in quibus habito, qui autem erant in iudaiſmo iuſti in eccleſiam tranſierunt, & ſic non remanſerunt in eis, niſi feces: Deus autem feces non inhabitat. Dicitur ſecondo, quòd ſi maiora faciant nunc Chriſtiani, q̃ Iudæi, hoc eſt ut maiorem damnationem percipiant Chriſtiani, qui Deo ſuo præſente & ſecum habitante tam grãdia mala perpetrant, & ille tam patiens eſt expectanda eos ad pœnitentiam. Quod uidens Iudæus quidam. ſ. tam grandia mala Chriſtianorum, & Dei patientiam ad fidẽ conuerſus eſt dicens argumentum eſſe maximum aduentus Chriſti immenſam eius miſericordiam quę tunc apparebat in Chriſtianis, cuius miſericordiæ mater eſt Maria, ad quam recurramus offerentes ei illud dulce uerbum. Aue.

In hoc ſermone primò dicẽdum eſt, quõ dñs intrauit domum Symonis Petri. ſcdò dicendum eſt, quõ intrauit domum Simonis magi. Nam primam intrauit ſanãdo & ædificando: ſecundam diſſipãdo, & deſtruẽdo. In prima igitur ſanauit ſocrum. i. matrem vxoris Symonis Petri à magnis febribus. Peccatum n. eſt febris, quæ eſt tertiana pp triplicem concupiſcentiam diuitiarũ, deliciarũ, & honorũ. Quartana propter quadruplicem peccati gradũ. ſ. cordis, oris, operis, & cõſuetudinis. Quotidiana pp peccatum ſuperbiæ, quod quotidie in oĩ actione uel peccato inuenitur. Cõtinua, quæ aufert uitã non ſolũ tpalẽ ſed & ſpiritualem, qua continue laborant uſurarij, & aleatores nocte & die uel uſuris uel ludo uacantes, pro quibus non debet cantare ſacerdos Requiem æternam, quia nunquam habuerunt requiem, nec hic nec in futuro hẽbũt ceteris miſerabiliores. Illa ſurgens miniſtrabat eis, quia non niſi ſurgens de peccato miniſtrare debet Chriſto. Poſt hæc ad veſperum eijciebat dñs dæmonia clamãtia quia hic eſt Chrs. pp enim potentiã miraculorũ ſuſpicabantur, nõ tñ pro certo ſciebãt, quia (ſicut dicit apoſtolus) Myſteriũ hoc abſconditũ à ſæculis nemo principum huius ſæculi cognouit. Si eñi cognouiſſent nunquam dñm gloriæ crucifixiſſent. Nec tñ ſinebat ea loqui, ne homines audientes dæmonem prædicare mundo ueritatẽ, deinceps acquieſcerent ſibi prædicanti falſitatem. Vnde Auguſti. contra quinque hæreſes. Vtinam quomodo dæmones iudicem, ſic homines agnoſcerent ſaluatorem. Dæmones uiderunt & tremuerunt, homines uiderunt & occiderunt. Dæmones confeſſi ſunt, & homines perſecuti ſunt.

B *Dæmonium. De duplici dæmonio. ſ. meridiano, & ueſpertino clamante, & muto ſeu tacito.*

Secunda doctrina ex hoc habetur, quòd duplicia ſunt dæmonia. Quædam meridiana quaſi inſtar iſtorum clamantia in aperto, & aperte tentantia homines, & in eis perſequentia Deum. Quo fit vt homines à dæmonijs huiuſmodi poſſeſſi in meridie, & in aperto dominum etiam ſuis operibus infeſtent, qui infideles Deo nec mandatis eius credunt. Si enim crederent aliam uitam eſſe, ea quæ operantur non facerent. Si crederent dominum potentem punire malos, nunquam mala facerent, quæ palam faciunt ut blaſphemias Dei, rapinas pauperum, maledictiones, exactiones, & fraudes, quaſi non credatur iudicium futurum, nec eſſe ſuperiorem in cœlo curiã, in qua omnes cauſæ iſtæ iudicabuntur. latrones uidentes patibulum, & ſi non occultè ſaltẽ manifeſtè ſe abſtinent à malis ſuis propter timorem patibuli, & ecce patibulum inferni nobis comminatur Deus, & nullus timet, quia non credit. Abac. primo. Velociores ſunt lupis veſpertinis, velociores enim ſunt ad malum quàm diaboli ueſpertini, qui in occulto malum procurant, iſti in publico, dæmones credunt, & contremiſcunt. Iacobi tertio: Iſti nec credunt, nec contremiſcunt. Si enim iudicium Dei crederent, contremiſcerent. De his conqueritur dominus. Eſaiæ quinquageſimoſecundo. Dominatores tui inique agũt, cauſam ſubdit iugiter nomen meum blaſphematur. Quot ſunt modo, qui fidei myſterium abnegarent, quando propter vnũ ſolum uerbum palam & publice periurãt, blaſphemant, & abnegant? Et hoc plus magni & nobiles, quàm parui & debiles.

C *Superſtitioſi. Qđ fides magis adhibetur iſti ſuperſtitioſis q̃ his q̃ ſũt fideles.*

Secundum dæmonium eſt ueſpertinum quod tacite occulte, & in inſidijs tentat, & non in aperto. pſalm. Inſidiatur in abſcondito, quaſi leo in ſpelunca ſua, vt non percipiatur tentatio, donec homo capiatur in ea. inſidiatur ut rapiat pauperem, vere pauper eſt, qui à Deo derelictus eſt: ſicut iſti, qui ſic ab eis ſeducti poſtea ſunt ſeminatores hæreſum, & malæ doctrinæ. Iſti ſunt qui ſecreto fidem impugnant.

gnant curioſi ſciendi occulta & futura, uel per ſortilegia, uel per ſuperſtitiones, uel ꝑ incantationes, diuinationes, aut dęmonum inuocationes. Abhominatio.n. eſt nunc videre ſtultas crudelitates, quæ regnant non ſolum inter uetulas, ſed etiã inter nobiles. Si enim accedat inuocator dyaboli qui dicat ſe ſcire perdita, uel occulta, uel uetera reuelare, citius ei credetur, q̃ credibilibus fidei Chriſtianæ etiam in ratione fundatis exemplo Euæ, quæ citius credidit ſerpenti pronuncianti ſibi de futuris, quàm Deo. Hoc autem occulte fit, quia ſm ps. Dixit inſipiens in corde ſuo nõ eſt Deus. Si enim palam diceret, vindicans errorem talẽ operuiſſet. Sed licet modo non pateat hęc hęreſis, aut propter timorem mũdanum aut ignis, tñ per fumum camini cognoſcitur ignis intraneus, & per fructum arbor, & ꝑ ueſtigium ceruus, iuxta illud Matthæ. 7. A fructibus eorũ cognoſcetis eo. Ariſtote. 3. Ethi. dicit. Talis eſt vnuſquiſque qualia dicit, & operatur. Ideo dñs vult tales increpari, & ꝙ non ſinantur doctrinaliter loqui propter periculum infectionis, propter qđ dicit euangeliſta in uerbis propoſitis, increpat dæmonia, & non ſinebat ea loqui.

Secundo dicendum eſt quomodo intrauit in domum Symonis magi. Intrauit eñ ſicut Iehu rex Iſrael in domum Baalim, ut deſtrueret eam & familiam eius, & ſicut Iudas Machabeus templũ intrauit ut deſtrueret aras idolorum. Deſtruitur autem cum fallaciæ & illuſiones eius palam demonſtrantur. Propter quod quatuor quærimonias Symonis Magi & ſuorum ſequacium reſpondebimus formando quatuor quæſtiones, quas ipſi perquirunt. Prima eſt, ſi tanta ſunt iſta mala qualia dicta ſunt in ſermone ſuperiori, quare Deus illa permittit. Secunda eſt, quòd dicunt bona uerba in ſuis inuocationibus, & ſanitatibus, quas ſe dicunt facere. Tertia eſt, quod ſæpius dicunt ueritatem. Quarta eſt de Archiepiſcopo Bizuntino Antidio, qui ſanctus erat, & tamen dicitur diabolum aduocaſſe, & ipſum Romam portaſſe, ex quo videtur non eſſe malum habere pactum cum diabolo.

*D Subſtõ. Quare Deus tales ſubſti*

Ad primam reſpõdet Auguſtinus, quòd Deus talia permittit, vt illi qui talia uidẽt, & audiunt, probentur in fide. 36. qõ. 5. nec mirum, & ibi adducitur illud Deutero. 13. Si ſurrexerit ĩ medio tui prophetas, aut qui ſomnium ſe uidiſſe dicat, & prædixerit ſignum atq; portentum, & euenerit quod locutus eſt &c. Sequitur. non audies verba prophetæ illius aut ſomniatoris, quia tẽtat vos dñs Deus ueſter, vt palam ſciat vtrum diligatis eum in toto corde ueſtro, an nõ. Aliqñ uerò talia permittit fieri ad tempus, ut exemplificat Aug. de Magis Pharaonis decimo de ciui. c. 8. & hoc ut mirabilius poſtea uincantur, & Deus excellentius glorificetur, ut patuit in Simone mago, cuius mirabilis fuit aſcẽſus, vt eius deſcẽſu Deus oſtenderetur glorioſior. Non tñ cõiter ꝑmittit dñs ut eos adiuuet diabolus, immo ipſa malitia diaboli hoc frequenter efficit, ut non ſubueniat, & hoc ut plures oblationes ſupplicaiones, & homagia à ſuis cultoribus habeat, ſicut patuit 3. Regum. 18. in ſacerdotibus Baal, qui ſe lãceolis & cultris inciderũt, ita ut ſanguine perfunderentur, & tamen nec eis affuit Baal. Aliquando uero Deus hoc permittit propter taliũ demerita, quia curioſi ad curioſa & futura ſcienda (quæ ſolius Dei ſunt. iuxta illud Eſa. 4. Annunciate nobis quæ uentura ſunt & dicemus quia dij eſtis uos) ſe totis viribus conuertunt. Ideo cum ſtudent aſtrologic (maxime illi parti, quæ indicatiua dr) nimium cupientes eſſe ſcioli taliũ, nec potentes ſatisfacere. iuxta illud prouerb. 25. Scrutator maieſtatis opprimetur à gloria, ad magiam & diuinationes ſe conuertunt. Sunt enim aſtrologia iudicatiua, & magia confines, & limitrophæ artes, & facile de confinibus ad confinia fit tranſitus. Sunt.n. communiter limitrophi quodammodo, & moribus, & idiomate communicantes.

*E Aſtrologia. Qd aſtrologia magica ſunt termini.*

Ad ſecũdam dicitur, quòd propter multa diabolus vult ſuos in ſuis inuocationibus uerbis bonis uti, & quãto meliora ſunt illa, tanto in iſtis magis offenditur Chriſtus. Primo ut recipiat honorem & ſacrificium Deo debitum. Non enim adhuc extra illam præſumptionem fatuam, qua voluit eſſe ſimilis altiſſimo, & qua ferè per quatuor millia annorum fuit honoratus à paganis in lignis & lapidibus, qa adhuc vult honorari talibus uerbis, ſacrificiis, & ieiuniis, quibus deprecatur & honoratur Deus. Cum enim requirũt à dæmone futura uel perdita, uel archana aliqua, nõ ſe extendit diabolus corruptis, ſed ſolis virginibus cũ pſalmis & canticis. Inde eſt etiam, quòd volen-

*I Supplem. Qd ſuppſitum primu habere tantum magis pecati ſinul.*



volentibus reuerti à ſua ſuperſtitione ſępe mittunt magnas aduerſitates, ut ſtatim reuertantur ad eos, & ab eis reuereantur, vt habetur in legenda ſancti Bartholomæi, immo etiam talem habent errorem, quòd uolunt impugnare Deum, & oẽs ſibi ſeruiẽtes in deſpectu Dei, quia non colunt eos. Nec mirum, ſi à talibus corruptis viris petat dęmon adorari, qñ hoc à dño præſumpſit. Matth. 4. Secundo hoc facit ut facilius teneret, quia ſub ſpecie boni. Si enim transfigurat in angelum lucis, ideo ſibi facilius creditur. Semper tamen aut quaſi ſemper admiſcent verba incognita, aut ſigna, aut figuras extraneas. Tertio ut magis Deum ad iracundiam prouocent contra huiuſmodi homines, eo quòd grauius offendũt, quia de directo in Deum peccant attribuendo hoſti Dei, quod Deo deberent attribuere. Quanto enim ibi uidentur maiora bona tanto abuſus eſt maior.

*G Superſti. Qũo demon ſub ſpẽ ueritatis decipit.*

Ad tertiam dicitur primo, quòd poſſibile eſt eis aliquando dicere ueritatem, ſed tamen quia ſapienter eos interrogaret, nõ inueniret hoc eſſe verum de centũ vicibus vna, quia ſi ſcirent ſecreta, & theſauros occultos, & ſanare morbos deberẽt eſſe aliis ditiores & honorabiliores, ſicut ſupra oſtẽſum eſt. Sed opera eorum vtplurimum mẽdoſa ſunt. Imitantur enim magiſtrum ſuũ, qui mendax eſt, & pater eius. ſ. magicæ artis. Nec ſolum uerbis ſunt mendaces, ſed & operibus fallunt. Nam non homines, uel quadrupedes, vel uolucres, ſed falſas imagines hominum, uolucrum, aut quadrupedum, aut reptilium, humanos ſenſus fallentes exhibent. In his enim emulatur Sathanas more ſuo, & inuidia ſuperba auctorem naturæ, ut ſicut ille & noua quæ uult creat & iam creata in alias quas vult ſubſtantias commutat, ſic iſte fallendi artifex quia ueraciter creare non poteſt, ſaltem creaturarum falſa ſimulachra ad ſtultos homines decipiendos confingit, & ſi aliquando per naturæ miniſterium in quædã naturæ groſſiora poſſint, non tamen ſubtiliora facere permittuntur, ut in Magis Pharaonis apparuit, qui muſcas maiores fecerunt, & minores non potuerunt. ſed digitus Dei illic erat, quia ſoli diuinæ potentiæ reſeruatum. Nec eſt uerum quod dicũt hæc per Dei nomen facere, quia dæmones ab illis coniurati (etiam per nomen Dei) non illis obediũt vt patet Act. 19. Vbi legitur, quòd quidam exorciſtæ dæmonem adiurauerunt per Ieſum, quẽ Paulus prædicabat ut ab obſeſſo exiret, quibus reſpõdit. Ieſum noui, & Paulum ſcio, vos autem qui eſtis? Et inſiliens in eos verberauit eos egregiæ, & incuſſus eſt timor omnibus exorciſtis, ut non auderent amplius dæmones in hunc modũ adiurare. Dicitur ſecundo, quòd ſi dicant ueritatem, hæc ueritas licet ſit à Deo principaliter, tamen eſt à dæmone immediate, & miniſterialiter. Et ideo quandoque dæmon in huiuſmodi loquitur ipſis ignorantibus, quia fantaſiam hominis mouere poteſt Deo ꝑmittẽte. Vnde Phitoniſſa à Paulo ſanata Epheſi, quæ magnum quæſtum præſtabat dominis ſuis diuinando. Actuum 16. Verum dicebat, cum de Paulo & Barnaba clamabat. Iſti homines ſerui Dei excelſi ſunt, qui annunciant uobis viam ſalutis, ſed hoc à ſpiritu malo, ideo iuſſit dæmonem exire Paulus. Vnde Auguſti. 6. de ciui. Dei. cap. 3. Maligni ſpiritus noxias opiniones (quibus anima humana magis magiſque uaneſcat, & incommutabili, atq; æternæ ueritati coaptari atque inhærere non poſſit) inuidentia mirabili & occulte inſerunt cogitationibs impiorum. Hęc Auguſti. Ait enim dominus Ioanni & Iacobo uolentibus ut ignis deſcenderet ad comburendos ſamaritanos. Neſcitis cuius ſpiritus eſtis, id eſt quis ſpiritus per uos loquitur. Sic & ille ſpiritus, qui dixit. Ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum, qui cum crederẽt Deum loqui per eos, dæmon in ore eorum loquebatur. Sicut enim dominus loquitur per ſanctos ſuos (iuxta illud ps. Audiam quid loquatur in me dominus Deus) ſic diabolus per ſanctos ſuos carminibus & incantationibus curantes hominẽs. ps. Immiſſiones per angelos malos. Dicitur tertio, quòd dato quòd dæmones aliqua uera pronuncient, hoc tamen eſt, ut licentius fallant, ut dictum eſt. & ideo dominus non ſinebat eos loqui. Luc. 4. & Mar. 1. Multa enim falſa & ambigua & amphibologica & perplexa miſcent veris, vt in oraculis Phitij Apollinis ait contigiſſe Cicero vt eſt illud. Credo te eacidẽ Troianos vincere poſſe. Ideo homines futura ſcire cupientes per eos miſerabiliter decipiuntur. Iuſtiſſime quidem quia hoſti fallaciſſimo, & patri ſocius mendacij ſe commiſerunt, relin-

*H Diabolus Qd dæmõ ſæpenũero loquitur in magis & incãtatoribus, & ipſis magis hoc ignorantibus, phæ tio multĩ plex.*

relinquentes omnipotentiſſimum, & miſericordiſſimum Deum, quaſi minus poſſit, & uelit iouare, quàm dæmones, quaſi præterea non ſapientiores ſunt angeli ſancti, & ad hominum inſtructionem proniores, non quidem curioſam aut ſacrilegam, ſed ſalubrem & virtuoſam. Non ergo ſcrutetur homo futura aut ſecreta Dei quærens à dæmonibus ueritatem, ſed dicat Deo illud. ps. Vt iumentum factus ſum apud te. vt ſicut prælatus es iumento tuo, ſic Deus tibi. Eſto ergo Deo quod iumentum tuum tibi, quod non nititur ſcrutari ſecreta tua. Neſcit enim quomodo diſponas iter, neq; bellum ordines, aut rei familiari prouideas quo tempore ſemina ſeminari aut meti debeant Non quærit lunæ, & mercurij, & veneris motus, ſed abſque horum quæſtione domino ſuo obtemperat. Serua ergo domine Deo tuo quod uis tibi ſeruari à iumento, & altiora te ne quæſieris, ſed quæ præcepit Deus cogita ſemper.

I *Diabolus Quõ ſcitur diabolo, quõ mali abutunt.*

Ad quartum dicitur, q causa delationis Archiepiſcopi Bizuntini Romam erat ad aduiſandum papam ne committeret fornicationis peccatum, cui iam dederat conſenſum per ſuggeſtionem diaboli, ſicut fuerat ei in illa nocte reuelatum. Dicitur ſecundo, q cogere dæmonem poteſt duobus modis fieri. Vno modo per poteſtatem à Deo datam & uitæ ſanctitatem, iuxta illud Luc. 10. Ecce dedi uobis poteſtatem calcãdi ſupra ſerpentes & ſcorpiones, & ſupra omnẽ poteſtatem inimici, ſicut fecit Antidius, & btũs Ilidius Aruernenſis eps. & hoc fit cõiter in eccleſia per exorciſmos. Alio modo fit per uiam ſuperſtitionum & obſeruãtiarum prohibitarum, non ſolum in lege nr̃a, ſed ẽt in omni lege ẽt paganorum, vt ad lõgum declarat Aug. in lib. de ciui. dei. & hoc eſt illicitum. Dr̃ tertio, q abſurdum eſt credere, (ut quidam credunt) q inimici cogãtur ab inuocantibus eos ui precum & ſacrificiorum ſuorum, aut q vi detineantur in lapidibus, aut annulis tanquam in carceribus, aut q ibi ceciderunt in lapſu tanquam in carcere, cum ſint liberæ uoluntatis, nec ab alio quàm à Deo cogi poſſint, quamuis ſic eſſe fingant ut decipiant populũ. Sciunt enim q talibus operibus maxime iraſcitur Deus, & q ibi frãgitur fides promiſſa in baptiſmo. Propter quod ſæpius deſtruuntur regna, ut iam dictum eſt de regno Saulis, Balach, & Pharaonis. & ſuo modo dicendum eſt de Balthaſar. Dan. 5. Qui poſtquã quæſiuit ab aruſpicibus de manu ſcribente ad parietem, eadẽ nocte regnum perdidit, & uitam & populum. & facta fuit Babylon habitatio ſerpentium, & tranſlatum eſt regnum Caldeorũ ad Medos. Propter hanc cãm & alias deſtructa eſt Hieruſalẽ, & quę erat plena populo redacta eſt in pomeriũ, & Syon quæ erat pars eius maxime habitata, quaſi ager arata eſt. Hierem. 26. Prophetæ tui in pecunia diuinabant, & ſuper dominũ requieſcebant dicentes. Nõne dñs eſt in nobis? Non uenient ſuper uos mala Propterea hæc dicit dñs. Syon quaſi ager arabitur, & Hieruſalem ut cuſtodia pomerij erit. Econtra firma fide ſtabilitum eſt regnum Dauid. Sic erit de regno Francorum quandiu reges fidem Dei cuſtodient, iuxta prophetiam beati Remigij, quam baptizãdo Clodoueum regem prædixit, q quãdiu fides durabit in rege & regno, Francorum rex erit victorioſus & regnum.

*Feria ſexta poſt 3. dominicam quadrageſimæ. Sermo 1. & in ordine 82.*

A *Aqua Dicitur contradictionis ſapientiæ.*

QVi biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet iterum. Io. 4. Hodie eccleſia de duabus aquarum driјs mentionẽ facit. in epiſtola de aquis contradictionis, in euangelio de aqua ſapientiæ ſalutaris. In epiſtola de aqua multum ſalſa, in euangelio de multum dulci. Cum enim filij Iſrael in deſerto fecerint 42. manſiones, in 33 in deſerto cades barue, cum populus decies murmurauerit cõtra Moyſen in nona murmuratione propter defectũ aquæ murmurauit, & ex iuſſu dñi ad ſedãdum murmur Moyſes percuſſit virga bis contra ſilicem, unde abundanter refecti ſunt ipſi & pecora eorum. Sed quia Moyſes, & Aaron aliqualiter dubitauerunt de opere Dei, ſi fieri poſſet trahere tantam aquarum abundantiam ex ſilice, iratus dominus contra eos, non permiſit intrare in terram promiſſionis. Ex quibus habentur quinq; documenta. Primum, q peccata ſubditorum ſunt ſæpe occaſio peccandi prælatis, ut patet in Moyſe, qui dubitauit de miſericordia Dei propter murmurationem populi. Secundũ eſt, q nõ credere uerbo Dei & de ſuis pmiſſis deſperare, eſt maxima pena dignũ, intantũ quòd Moyſes propter hoc nõ ingreſſus eſt terram promiſſionis, per quod in ſenſu allegorico intelligitur carentia viſionis diuinæ. Tertium eſt, q nullus in ſe cõfidere debet, nec ſe reputare ſecurũ quãdiu manet in hac uita, qñ tales perſonæ in vltimo ſtatu uitæ ſuæ ceciderunt in peccatũ. Sed nec deſperare debemus de gratia, quia & ſi fuerint puniti tẽporaliter, q non ingreſſi ſunt terrã promiſſionis, quam tñ uiderunt, non tñ æternaliter. Eodẽ. n. anno Maria, Aarõ, & Moyſes mortui ſunt. Maria in cades mẽſe primo anni 40. Aaron menſe quinto in monte Hor. Moyſes menſe 11. in mõte Melo. Quartum documentum, q populus vix pati poteſt bonũ principẽ, ſed cõiter ei rebellat. tyranno vero (ut plurimum) colla ſubdit. Quintum documentum, q diuitiæ tẽporales ſunt aquæ cõtradictiõis, propter quas inter ſe iurgantur populi. Sic ſcientiæ iuriſtarum ſunt aquæ cõtradictiõis, & iam quaſi vbique fluunt aquarũ iſtarũ grandia flumina. Cõiter dr̃, qui terrã poſſidet, guerram habet. Iſtæ non ſunt aquæ uiuæ, quas debemus à Deo petere. Iſtæ aquæ quæ ſup cœlos ſunt, & benedicunt dño, aquæ gratiarum, quas Mariæ medio à Deo petamus dicentes. Aue.

In hoc euangelio fit mentio primò de potu quem quærit Chriſtus. Secundo de cibo, quẽ eſurit. Primo quærit à muliere potũ. Sed hęc mulier à ſummo magiſtro gradatim aſcendẽs didicit quatuor lectiones. Primo didicit, q vir ſanctus erat de ſancta prole, quia iudæus. ſecundo quia uir potẽs & magnus, & ab eo confidẽter petiit aquã viuã. Tertio q propheta. quarto q meſſias.

B *Religio. Quõ nunc religionis nomẽ corruptum eſt.*

Pro primo aduertendũ eſt q dñs dimittens Iudæã receſſit in galileã, & trãſiens p Samariã appropiquauit oppidò fichar, qđ eſt nomẽ corruptũ à chaldeis, quos ibi introduxerat rex Aſſyriorũ. Iſraele captiuato. hebraica aũt lingua dicebat ſichẽ, in quo pro dina exercuerunt homicidium Simon & Leui. Sic nomẽ religionis corruptũ eſt, q̃ tunc dicebat religio, cũ ueri Iſraelitæ habitabãt in ea viri deuoti & ſanctitate pleni; nunc regio dr̃. cũ in ea habitant mũdani; prius religio quaſi religata à mũdo, nũc regio, quia in ea mundus regnat. Eius nomen corruptũ eſt, quia fama pdita eſt. ibi prius fuit archa domini, nunc archa mundi.

Sed uidetur q fecerit hic dñs cõtra præceptum ſuum. Matth. 10. In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates ſamaritanorum nẽ intraueritis. & 15. Non ſum miſſus niſi ad oues &c. Itẽ recedebat ne phariſeos prouocaret, magis autem prouocabat eos declinando ad ſamaritanos. Reſpondetur nõ uenit ad eos ex intẽtione, ſed ex neceſſitate ĩcidẽti, vnde dr̃ in textu. Oportebat aũt eum tranſire per mediam ſamariã. Nec eñ veniebat apud eos manſurus, ſed tranſiturus. Sic tranſit dñs, & non manet per religiones deformatas. Manet ſimbolum tantummodo ſoluendo. ſ. tpalia. ſed nihil de ſpũalibus & deuotione relinquendo, quia ibi male tractatur. ideo non diu ibi moratur, ſeu hoſpitatur. Sic per domos ſæcularium in quibus lites & diſſenſiones inueniũtur, tranſit, ſed nõ permanet. Aliqñ. n. circa paſcha conſcientiã faciunt, & tantum dominus phaſe facit cum eis, ſed non permanet. Sic per Samariã. i. cuſtodiam eccleſiæ trãſit ut uideat uigiles qui cuſtodiunt ciuitatem, & inuenit de eis verum, q dormitauerunt omnes, & dormierunt. ideo pertranſit eos. Non eſt ibi cuſtodia matutina ſuper iuuenes, neque meridiana ſuper viros, neq; ueſpertina ſuper ſenes.

C *Religio. Quõ dr̃ tranſit p religiões deformatar, et nõ pmanet ibi.*

D *Fatigari. Quare dominus uoluit fatigari.*

Ieſus aũt fatigatus ex itinere ſedit ſic ſup fontem. Ecce miraculum euangelicum. via fatigatur, panis eſurit, & fons ſitit. Et nil mirum, quia præda fatigata tanto ſuauior, ſapidior, & tenerior: & quia dñs uenit in mũdum ut eſſet cibus noſter, ideo ut ſuauior eſſet, voluit fatigari. Cuius exemplo ad tria monemur. Primo ad laborem quia fatigatus, & hoc primo ne ab originis humanæ terminis recedamus. de qua Gene. 3. In ſudore vultus tui &c. Per nos ipſos igitur laboremus nõ quærentes nobis ſuperflua adiutoria, quia ſi ſine labore vixerimus, multã rubiginem contrahemus. Aqua. n. non mota multam contrahit corruptionem, & corpus in ocio eſt ſicut ferrum in fimo. Sed quia ſæpe poſt laborem queri ſolet abundantia alimenti. Secundo monet ad parcitatem, quia aquã petit non uinum. Vnde ſubditur. ſedit ſup fontem. Et ne forte laborantes & parũ expendentes ſuperbiamus, ſuadet humilitatẽ cum etiam dicitur. ſedit ſuper fontem.

E *Fons De quadruplici fonte.*

Eſt autem quadruplex fons. Quidam putealis, de quo hauritur aqua naturalis, ut ad ſenſum literam. Secundus eſt abyſſalis. ſ. Deus, de quo Hierem. 3. Me dereliquerunt fontem

fontem aquæ uiuæ. de quo hauritur aqua gratiæ. Tertius eſt fons doctrinæ. de quo hauritur aqua ſapientiæ. Eſa. 10. Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris. Quartus fons humani intellectus. de quo uritur aqua perſpicacis intelligentiæ. de quo dicitur hic, ſedit Ieſus iuxta fontem quia in uoluntate reſedit, quæ ſemper eſt iuxta intellectum. i. cōſcientiam. Niſi enim uolūtas cum conſcientia & ratione cōſtet, non ibi ſedet Deus.

*F*
*Meretrix Qūo cum ſola meretrice loq̄batur.*

Venit autem mulier de Samaria &c. Quæritur, cū Chriſti actio ſit noſtra inſtructio, iſta mulier meretrix erat. Quomodo ergo Chriſtus relinquens nobis exemplum cū ea ſolus loquebatur? Reſponſio. non eſt ſimile de Chriſto & nobis, quia Chriſtus qui pp. peccatores ſaluādos uenerat, & cuius anima & corpus totaliter regimini rationis ſubdebantur, poterat ſolus cū ſola meretrice loqui. Nos autem non ſic, quia licet murus à cādela nō comburatur, denigratur tamen & inquinatur. Colloquium enim mulieris ignis eſt. Eccle. 9. Colloquiū illius quaſi ignis exardeſcit. In hoc tñ datur documentum, quòd aliis ſpectantibus & in loco patenti, meretricibus poſſumus dare ſalubre conſilium. Dicitur ſecundo q̃ remanſit ſolus. Primo, vt mulieri illi loquendi ſecurius locum daret, cum neminem uideret adeſſe. verecundum enim eſt mulieris genus, & maximè ī turba ueretur loqui.

*G*
*Sòlitudo. Qđ ſolitudo melior eſt, q̃ ſollicitudo.*

Secundo ad oſtendendum, q̃ melior eſt ſolitudo, q̃ ſollicitudo ad hauriendum aquam deuotionis de fonte cordis. Nam ſolitudo animum colligit, quem ſolicitudo diſpergit. In ſolitudine enim animus ſe magis colligit ad exprimendum aquam lachrimarum, q̃ ubi ſolicitudo oīa turbat.

*H*
*Gentiles. Qūo dñs cōicabat cū gentilibus.*

Dixit ei mulier. Quid à me poſcis bibere &c. Sed quid ad illā mulierem, ſi frangebat legem ſuam? Qūo ēt dñs cum illa cōmunicabat, cum eſſet legalis obſeruantia nō cōmunicare gentilibus? Dicitur primo ſecundum Criſo. q̃ habere uolebat mulier quod ei improperaret. Semper enim inuicem odioſi erant iudæi, & ſamaritani, non tñ cōtentioſe cum eo loquit̃ refellens ipſum, ſicut iudæi gentem ſuam refellebant, ſed temperabat modum locutionis ſuæ, & hoc forte quia aſpectu & dulci uerbo Ieſu iam quodāmodo illecta erat. In quo culpantur iudæi qui ad tot facta & dicta non ſunt emolliti: hæc autem ad primum verbum. Secundo dicitur, q̃ iam dñs incipiebat tales obſeruātias paulatim euacuare, non tñ omnino. quia aliquando eas ſeruabat ut oſtenderet omnia cum moderamine fieri debere, nec eſſe tranſeundum de extremo ad extremum, niſi per medium quod participat de extremis, ut oſtenderet dñs inimicos ad inuicem quādoq; debere communicare. Per hoc enim pax inuenit̃, quæ ſine communicatione nunquam habetur. ipſe enim medicus fuit faciens utraque vnum, populum gentilem. ſ. & iudæum. Et in hoc cognouit mulier q̃ vir iſte erat ſanctus, & de ſancta prole. ſ. iudæus, & hoc potuit eſſe ex habitu eius.

*I*
*Hom. Qđ li[illegible] ſe [illegible] repu[illegible] dei, [illegible] ſcdm [illegible] na Dei [illegible] co eri[illegible] tia [illegible] maris.*

Sed quia multi ſunt viri ſancti, qui non ſunt ad magna opera multum potentes, propter hoc ſecundo cognouit hæc mulier q̃ vir iſte rat potentiſſimus opere. Vnde ait dñs: ſi ſcires donum Dei i. gratiam mūdo his temporibus factam, & quis eſt qui dixit: i. illum per quē facta eſt & fiet. tu forſitan (in hoc innuens arbitrij libertatem) petiiſſes ab eo. & ideo ſępe non petimus ex miſeria noſtra, cum ille ſit ſemper paratus dare ex miſericordia ſua, homo enim libenter quæreret vnde alicuius precij reputaretur. Nemo autem appreciatur dolium propter ſe, ſed propter precioſum uinum quod continet, nec ſarpilenam uilem propter ſe, ſed propter precioſas merces quas inuoluit. Nec homo cuiuſquam precij eſt de ſe, cum ſit vile figmentum. ps. homo ſicut figmentum, ſed pp Dei dona quæ habet. Nō ergo ea petit, qa neſcit precium eorum, vel ſi ſciat ſicut fatuus mollem caſeum quærit, & non cibum precioſum. vel ſicut ruſticus qui præelegit cenum uino, vel ſicut paruulus qui præelegit pomum auro.

*K*
*Puteus. De [illegible] ci pu[illegible] unde [illegible] rii aqua.*

Cui mulier iam ex eius puteo hauriens aquam ſapientiæ, inquit. Domine neque in quo haurias habes &c. Patres noſtri &c. Nō mirum ſi hanc aquā non intelligebat, cum nec ipſe Nichodemus legis magiſter intelligeret. Puteus eſt ſacra ſcriptura. aqua ſapientiæ, hauritorium humile, & deuotum ſtudium. idria fides quæ debet eſſe magna, ut ab ea multum gratiæ capiatur. Timor eſt operculū, ne ſordibus inanis gloriæ aqua ſapientiæ inquinetur: Sed aqua mala in puteo malo, uoluptas eſt in ſæculo, funiculus vanitas. ſicut in priori aqua funiculus humilitas. idria cupiditas. Eſa. 5. Veh qui trahitis



tis iniquitatem in funiculis vanitatis. Hęc aqua extrahitur inclinatis & ſubmiſſis ad eam hominibus. Qui itaque prius haurit de puteo huius ſæculi, petat à domino ut hauriat de puteo ſuo. De hac aqua ſapientiæ hauriunt filij, id eſt ſancti viri, qui ea bene utuntur, & aliquando pecora, id eſt mali, uel bibunt maiores, id eſt, intelligentes, & ſimplices. Vnde ſecundum Hieronimum ibi elephas natat. & agnus perditat. hic eſt fluuius. Ezech. quadrageſimoſeptimo. qui primo vſque ad talos prophetæ attigit. Deinde ad genua. Tertio ad renes, & tandem non potuit tranſuaderi.

*L*
*Sitis. Qūo ſitis aliqñ ſonat in affectū, aliquādo in defectū.*

Reſpondit dominus. Qui biberit ex hac aqua ſitiet iterum: qui autem biberit &c. Sed contra. Eccle. vigeſimoquarto. Qui bibunt me adhuc ſitient? Reſpondeo, quòd ſitis aliquando ſonat in affectum, & deſiderium eius quod habetur iam, & ſic accipitur in eccleſiaſtico. Aliter capitur in defectum, & hoc dupliciter. quia qui biberit ex aqua gratiæ non ſitiet amplius gratiam, & ſic non intelligit dominus, quia ut dixit, abundans abundabit, aut nō ſitiet amplius bona temporalia, & ſic uerum eſt, quia guſtato ſpiritu deſipit omnis caro. Quare autem non ſitiet amplius qui hanc aquam biberit, dicit Criſoſtomus, quia gratia in corde eſt ſicut fons, qui ſemper fluit, niſi obicem inueniat. Sicut ergo non poteſt abſumi à ſiti, qui fontem habet interius: ſic nec poteſt qui gratiam habet.

*M*
*Sitis. Qūo hæc mulier aquā ſpiritualem ſitiebat.*

Hæc mulier iam cognoſcens eum potentem dare aquam ſupernaturalem, & iam proficiens in doctrina Chriſti ſapienter petijt ab eo dicens. Domine da mihi hanc aquam vt non ſitiam amplius &cęt. Super quo Criſoſtomus. Multo ſapientior fuit hæc mulier Nichodemo, qui tot quæſtiones replicabat nec aquam petebat baptiſmatis, & multo ſanctior iudæis, qui in ſimilia loquentem inſilierunt. Ioan. octauo. Sed quomodo uerum eſt, ſi aquam ſpiritualem credebat, quomodo adiungebat, neque ueniam huc haurire? Reſponſio. bene credebat, quòd ſpiritualis eſſet hæc aqua, quæ in æternum flueret, & perpetuo ſitim ſedaret, ſed & ulterius credebat, quòd per illam aquam ſpiritualem ſedaretur ſitis corporalis, & ſic adhuc erat minus inſtructa. Tangit enim duplicem ſuæ petitionis cauſam. Vna eſt amotio ſitis, cum dixit: ut non ſitiam. ſecunda eſt amotio, uel ceſſatio laboris, cum dixit: neque ueniam huc haurire. Hæc enim duo ſunt, quæ recuſat humana infirmitas, defectus ſcilicet, & labor. Ad quam dominus. voca virum tuum. Sed quid ad hæc reſponſio iſta? Nunquid & poterit dominus dare dona ſua abſque viro ſuo?

*N*
*Donū Dei Qđ dona Dei ſp ſe cōicant.*

Dicitur primò, quòd iſtud donum, de quo hic agitur, oportebat communicari, & quia caput mulieris vir. primo Corin. vndecimo. Ideo maxime oportebat communicari proximo ſuo, ut oſtendat dominus uxorem nihil habere boni, & ſi temporalis maxime ſpiritualis, quin illud ſit communicandum viro, & econtrario. Noluit autem dare primum dominus huic mulieri donum gratiæ, niſi uocato viro. Secūdo hoc fecit dominus, vt occaſionem haberet prophetandi. Prouerbiorum nono. Da occaſionem ſapienti, & ſapientior erit, id eſt ſapientior apparebit. Sic dominus in hac re occaſionem ſanandi eam quæſiuit. Tertio, vt per hoc mulier ſuam aduertens turpitudinem, pœniteret. & uas cordis ad ſuſceptionem huius aquæ ppræpararet. Vnde dixit. virum tuum, id eſt, quo abuteris ut tuo. Quarto allegorice, voca virum tuum, id eſt intellectum mihi para ad intelligendum hanc aquam, & ſtatim eam effundam. Prærequiritur enim cognitio ad meritum.

*O*
*Sentire. Qđ qnq; ſēſus corporei ſūt quinque uiri.*

Ad quem mulier. Domine, non habeo virum. Cui dominus. bene dixiſti. Quod dixit ut oſtendat ſe approbare confeſſionem peccatoris: & in futurum per peccatorum confeſſionem ex ore proprio eorum iudicabit eos. Et ſubdit: Quinque enim viros habuiſti. hic autem nō eſt tuus vir. Quinque viros habet anima, id eſt, quinque ſenſus, quibus in primis annis regitur: & qui uiri ſunt dum bene eis utitur anima, ſed cum in ætate prouecta accipit ſibi intellectum erroneum, hic non eſt vir ſuus, ſed ſolum intellectus ueritate informatus. Tunc enim cum loquebatur dominus, vir ſuus, id eſt intellectus non erat legitimus, quia à principio cum errore loquebatur. Vnde quinta die factæ ſunt aues, & uolatilia ſuper terram, quia qui ſenſibus corporis bene utuntur, ſe à fluctibus pennis contemplationis ſuſtollunt

ſtollunt in altum. Hinc in ualle ſodomorũ fuerunt quinque ciuitates ſubuerſæ, quia male fuerant ſenſibus corporis vſæ.

P

*Correctio Qđ ſimilis eſt diabolo, qui non uult ſuſcipere correctionem.*

Quem mulier vt audiuit, cognouit eum eſſe prophetã. Ait.n. Dñe ut uideo propheta es tu. Ex quo uerbo mulieris monemur libenter recipere correctionem. Criſoſtomus. quanta eſt huius mulieris philoſophia, qũo humiliter redargutionem ſuſcipit. Non eſt anxiata, neq; dimittens fugit neque contumeliã hanc eſſe exiſtimat, ſed magis admiratur eum, & minoratur, & humiliatur. Nõ erat de illis, de quibus Amos 5. Odio habuerunt corripientẽ in porta. Eſt.n. quilibet talis ſimilis diabolo, qui corrigi noluit. Prouer. 21. Qui odit correptionem veſtigiũ eſt peccatoris. ſ. diaboli. Occaſione huius mulier interrogat dñm de conſcientia ſua, videlicet an debeat adorare in Hierſem, uel in mõte, in quo pr̃es Iacob & Iſaac adorauerant. Vnde ſubdit. Patres noſtri in monte hoc adorauerunt &c. In quo poſt humilitatem & patientiã hæc mulier oſtendit ſapientiã ſuam, quia nõ de ſanitate corporis, aut diuitijs aut rebus mũdanis inquirit (ut faciunt multi, qui ad diuinos recurrunt) ſed de ſua ſalute & cõſcĩa interrogat. Propter quod habentes cõſciẽtiã ſcrupuloſam viris doctis & bonis debẽt aperire mentem ſuam, & de ea percontari ab eis.

Q

*Literatus Qđ ſimplices & illiterati cognouerũt dominũ ubi literati defecerunt.*

Ex uerbis domini Ieſu, quartam lectionem didicit hæc mulier cognoſcẽdo ipſum eſſe meſſiam. Vnde ſubdit. Scio quia meſſias uenit &c. Sed qũo hoc ſcire poterat. Non.n. niſi per prophetas, aut iudæos. Non primum, quia ſamaritani prophetas non receperãt, ſed tantummodo legẽ. Nec per iudæos quia non cognouerunt tempus uiſitationis ſuæ. Reſpõdeo, ꝙ licet prophetas non receperint, tamẽ legales libros recipiebant, ubi multa de aduentu Chriſti ꝑ Iacob, Balaam, & Moyſen dicebantur. Dr̃ ſecũdo, ꝙ tũc tp̃is inter iudęos magna de Chriſti aduẽtu aduerſabatur qõ, & ſimplices huius qõnis determinationem experiẽtia cognouerunt, ubi uiri literati de ea diſputantes, ceci facti ſunt. Cõiter ruſtici uel ſerui teſtam nucis frangunt, ut nuclei dulcedinem domini comedant, hic ecõtrario litterati uiri & apud mundum reputati nucleum aperuerunt, & ſimplices ipſum guſtauerunt. Nunc ſimile eſt. Nã ſi quis apud ſimplices prædicat paruam uſuram eſſe cõprimendam, ſtatim ſimplex populus audit, & conuertitur. Si quis uero de incõpatibilitate beneficiorum apud magnos prędicet nõ capitur, ſed irridetur. Sicut mulier hęc ſimplex ſtatim concepit ſalutem ſuam, ſic ſimplices uiri non literati.

R

Ad quã dominus ait. Ego ſum qui loquor tecum, ſed qr̃itur quare à principio cum cepit cũ ea loq, non iſtud dixerit: quare non ita aperte iudæis quærentibus. Si tu es Chriſtus dic nobis. quouſq; animas noſtras tollis. iſtud dixit: & quare tantum ſecretum huic pauperi meretrici reuelauit. Reſpondeo primo ſm Criſo. Optimus modus doctrinæ, quando ex notioribus diſcenti procedimus. ideo paulatim per ſenſibilia eam traxit. Si.n. prima facie hoc dixiſſet, uiſus fuiſſet delirare, & pro inani gloria loqui. Per ſimilitudinẽ aquæ & ſecretorum reuelationem eam duxit ad cognoſcendum in eo eſſe aliquid diuinum. Et ſicut non repente oſtendit ſe eſſe illum ſummum uirum, qui expectabatur in lege, ſic nec expectet homo ſe eſſe repẽte ſummum in aliqua arte, ſed paulatim creſcere in ſingulis artibus & virtutibus. vnde Deutero. 32. Concreſcat vt pluia doctrina mea, fluat ut ros eloquium meum quaſi imber ſuper herbam, & quaſi ſtillæ ſuper gramina. Talia.n. guttatim deſcendunt, & non ſimul iniqtas autem & malicia cito & abũdanter accedunt quaſi torrentes inundantes. Cito enim diſcitur malicia. vnde in p̃s. Torrentis iniquitatis dicuntur. Secũdo dicitur, ꝙ iudæi non quærebant de Chriſto ut diſcerent, ſed ut iniuriarẽt eum. Hæc aũt mulier ex ſimplici & deuota mente. Abſcõdiſti (inquit) hæc à ſapientibus &c. Vas.n. plenum non poteſt amplius liquorem ſuſcipere, ſed uas uacuum ideo diuites ſuperbi nihil à Deo recipiũt, ſed bene pauperes humiles. & hæc de prima parte. Conſequẽter in ſecunda parte euangelij dominus loquitur de cibo ſpirituali. Nam reuerſi ſunt apoſtoli apportantes corporales cibos, ut reficerẽtur, quia iam erat hora ſexta, & tũc reliquit mulier hidriam ſuam, & uenit in ciuitatem, & dixit ciuibus. Venite & uidete hominem &c. Primo hæc mulier ad uidendum inuitat. Non auſa inuitare ad credendum, hoc enim leuius attrahebat, ſciẽs eos alici debere affatu, & aſpectu Chriſti. Criſoſto. Manifeſte cognouerat, quoniam guſtantes de fonte illo eadem paterentur,

quæ



quæ & illa paſſa erat. Secundo cum hominem dixit non prophetam, non Chriſtum regem uolens paulatim ad altiora prouehere, ſicut à Chriſto erudita erat, & tali condeſcenſione qua Chriſtus eã piſcatus erat, cęteros piſcari deſiderat. Apoca. vlti. Qui audit dicat veni. Exod. 26. Cortina cortinã trahit, & licet non permiſſum ſit mulieribus prædicare. 1. Cor. 14. Mulieres in eccleſijs taceant, tamen hoc eſt publice & auctoritatiue, & nondum illud præceptũ traditum erat. Tertio uero caſu eſt ſuã turpitudinem declarare. Charitas enim ipſam vergebat, & deſideriũ ſaluandi alios. Criſo. Vide charitatem mulieris, propter aliorum ſalutem non erubeſcit vitam ſuam diuulgare. Cum enim ignita fuerit anima ad nihil eorũ, quæ ſunt in tera de reliquo aſpicit, non ad gloriam, non ad verecundiam, ſed vnius fit ſolius eius, quæ detinet eam flammæ.

S

*Cibus. Qũo peccatores cõuerſi ſũt cibus Chriſti.*

Aſportantes aũt diſcipuli cibos dixerunt ei Rabbi manduca. Quibus ille. Ego alium cibum habeo manducare, quem uos neſcitis. Exiſtimabant aũt apoſtoli, ꝙ alius quidã attuliſſet ei cibũ. Ideo non mirum ſi mulier non intellexit aquam, qñ diſcipuli non intelligunt cibum. Cibus Chriſti ſalus hominũ. Sicut.n. nobis eſt concupiſcibile manducare, ſic ei ſaluare ſm Criſoſto. 1. Thi. 4. Qui vult omnes homines ſaluos fieri. Secundo, ſicut cibus cõuertitur, & fit vnum cum eo quod nutritur, ſic cõuerſus ad Chriſtum ei vnitur, & vnum cum illo ſpiritualiter efficitur. 1. Cor. 6. Qui adhæret Deo vnus ſpiritus eſt cum eo. Huius comeſtionis dentes ſunt apoſtoli & prædicatores cibum molentes. Act. 10. Dictum eſt Petro, macta & manduca. Exierunt ergo Samaritani, & uenerunt obuiam domino, & rogauerunt ut maneret cum eis. Can. 3. Inueni quem diligit anima mea, tenui eum nec dimittam. Rogant eum manere, quia eius præſentia erat gratiſſima, precio fructuoſa, exigui ſumptus, & nullius queſtus. Moderni vero prælati non coguntur, quia multum metunt, & parum ſeminant, multũ expendunt & parum prædicant. Et manſit ibi duos dies, ne eos à deſiderio ſuo penitus fraudaret, ut à ſcandalo iudæorũ parceret, quia ſcilicet cum alienigenis immundus factus fuiſſet, & vt demonſtraret quòd illos illuminauerat in credendis, & in operandis. Oſeæ ſexto. Suſcitabit nos poſt duos dies. Vnde & ſuccendit eos ſermone ſuo. Erat enim dominus olla ſuccẽſa, quam uidit Hieremias.

*Eadem feria 6. Sermo 2. & in ordine 83. per idem thema.*

A

*Aqua. De duplici aqua. ſ. ſapientiæ ſalutaris et ſapientiæ ſæcularis.*

QVi biberit ex aqua quam ego dabo ei non ſitiat in æternum. Io. 4. Eſt aqua, quam dat mundus, & eſt aqua, quam dat Deus. Aqua quam dat mundus ſunt ſæculi dignitates, eminentiæ, & ſapientiæ ſæculares. quas qui bibit, amplius ſitit. Iſtæ ſunt aquæ maledictæ & amaræ, de quibus vxor hebrea de adulterio ſuſpecta bibebat, & ibi miſcebatur puluis pauimenti, & ſcriptura diuini nõĩs delebatur, & vẽter eius intumeſcebat, & femur eius putreſcebat, & tunc adulterium ipſius clarum erat, ſed ſi adulterij rea non erat. tunc ipſæ aquæ ei nõ nocebant. Sic aĩa à Deo per pctm̃ recedens, ſi bibat aquas proſperitatis. ſ. mundi eminentias, tẽporales diuitias, & ſapientias ſæculares, qa eis vti neſcit, per eas ſpũaliter occiditur, quia per hoc uentres ſuorũ cordiũ ſpiritualiter intumeſcunt & femora eorum per luxuriã faciliter corrumpuntur, & faciliter præceptorum Dei obliuiſcuntur. ꝓuerb. 1. Proſperitas ſtultorum perdet eos. Pulueri.n. auaritiæ commixta eſt illa ſapientia. iuxta illud p̃s. Adhæſit pauimento aĩa mea. Sed ſanctæ perſonæ ex mundi ꝓſperis non leduntur, eo ꝙ ipſis diſcrete, & tẽperate vtantur. Cant. 8. Aquæ multæ nõ potuerũt extinquere charitatẽ. Sũt.n. aquæ iſtæ, quibus boni & mali probantur, quia mali ibidẽ pereunt, boni immunes, & liberi abire permittuntur. Iudi. 7. Duc populũ ad aquas, & ibi probabo illos. Aqua uerò quã dat Deus eſt aqua ſapientiæ ſalutaris, de qua Eccle. 15. Cibabit illũ dñs pane vitæ, & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illũ. Hic cibus præcedit potum, quia cognitio Dei & fides de eo maſticatio quædã eſt cibi æterni, quã ſequit̃ amor Dei, qui eſt ſapor & potus, & aqua ſapientiæ ſalutaris, quã à Deo virgine media poſtulauimus dicẽtes Aue. In hoc euãgelio primo potat̃ mulier aqua ſapiẽtiæ ſalutaris. Scd̃o diſcipuli Chriſti. Et qa hæc aqua non datur niſi petentibus eam. iuxta illud. Lucæ vndecimo. Pater veſter dabit ſpiritũ bonum petentibus ſe: ideo primo hæc mu-



lier

lier petit hanc aquam Secundo ea potatur. Ieſus itaq; volens hanc erudire mulierem venit in quandam Samariȩ ciuitatem, quæ dicit̃ ſichar, & ibi fatigatus ex itinere mittens diſcipulos in ciuitatem ut emerent cibos, ſedit ſuper fontem.i. ſuper puteum.

B *Fatigari. Qualiter fatigant iuſti, aliter mali.*

Aliter autem fatigantur iuſti, aliter mali. Nam iuſti fatigantur ſicut Chriſtus ex itinere, cum pp̄ pericula ſibi imminētia ad rumpendū laqueos, & tendiculas tentationum laborant, quorum alter dicebat. In uia hac qua ambulabam abſconderunt ſuperbi laqueum mihi, quia in quocunque gradu, ordine vel ſtatu, ſit iuſtus, ſemper inuenit ſibi paratas tendiculas ſecūdū ſtatū ſuum. Aliqn̄ uero fatigantur pp̄ malos, cū quibus habitant, quorū alter dicebat. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt Rationē ſubdit. Habitaui cum habitātibus cedar: qui erat filius hiſmael peſſimus. & iterum. Multū incola fuit anima mea. Subdit cauſam. Cum his qui oderunt pacē erā pacificus. Graue eſt cum eis eſſe pacificum cum quibus pax eſſe non poteſt. Eſa. 57. Nō eſt pax impiis dicit dn̄s. Mali vero fatigantur in temporalibus acquirēdis, de quibus Sapientiæ. 5. Laſſati ſumus in via iniquitatis: ambulauimus uias difficiles, ſimiles pueris, qui tota die currūt poſt papiliones aut continuo ludunt ſero uehementer laſſati, ſic tales poſt honores, diuitias, & uoluptates currentes. facilius tn̄ fatigantur homines labore bene quàm male agēdi, q̄a vbi tota nocte hazardo uacant, vix vna hora ſeruitio Dei vacare poſſunt.

*Aqua e[illegible] Qd ſitiēti Xp̄o, et petēti aquā p̄lati nō dāt bibere.*

Venit mulier de Samaria ad hauriendū aquam. Cui dominus. Mulier da mihi bibere. Sed quid eſt q̄ dn̄s à muliere petebat qui nunc à prælatis petit, & non dant ei bibere? Ait enim in cruce. ſitio.ſ. ſalutē animarum. Hoc autem petit à prælatis vt ſatietur ſitis eius. Reſpōdeo. Myſtice hæc mulier eccleſiam deſignat, quȩ non à terra Iſrael, ſed à finibus terræ illius venit ad audiendam ſapientiam ueri Salomonis. Hæc mulier Samaritanos. i. omnes Chriſtianos adducit ad Chriſtum, & cum ſit optima operaria in negotiis domus Dei, ſȩpe ſponſos habet otioſos, & malos menagerios, qui de ſalute animarum non curant, & ſitim Chriſti aqua non ſatiant: Dicitur ſecūdo, q̄ populus eſt aquā fluens & deficiens. Labitur enim omnis populus in mortem. 2. Reg. 14. Omnes dilabuntur quaſi aquæ, quæ non reuertuntur. Apoc 20. Aquæ multæ populi multi. Et hoc primo propter refluxū originis. Gen. 4. Puluis es & in puluerem ibis. Secundo propter ſucceſſionē propaginis. Eccle. 1. Generatio præterit, & generatio aduenit. Tertio propter cōtinuam mutationem. Iob. 13. Quaſi flos egreditur & conteritur &c. Quarto propter uilitatem abiectionis, vilis enim precij eſt aqua. Eſa. 40. Ecce gentes quaſi ſtilla ſitulæ, & quaſi nihil & inane reputatæ ſunt ei.

D *Do[illegible] De[illegible]*

Cui mulier. Quomodo bibere à me poſcis &c. Ad quem dominus. Si ſcires donū Dei &c. In hoc tangit Chriſtus tria requiſita ad habendum donum Dei. Primū oportet cognoſcere donum illud quantæ bonitatis, quantæ utilitatis & neceſſitatis, vt diligentius quæratur, & cautius obſeruetur. Ait enim, ſi ſcires donum Dei. Non dixit. ſi ſcires dona pluraliter, ſed donum ſingulariter, quia licet ſint multa dona Dei, nō tn̄ ſingulis omnia dat, ſed ſingulis ſingula ſm̄ capacitatem eorum. 1. Cor. 12. Diuiſiones gratiarum ſunt. Et hoc (ut dicit Gregorius Homelia 10. ſuper Ezechielē) duplici ex cauſa. Prima propter exhibitionem mutuȩ charitatis, & exemplificat de regionibus, quorum aliqua vno abundat, alia altero, vt vna communicet alteri quod nō habet. Secundo ad fomentum humilitatis, ut cum videmus in alio bonum quod non hēmus, & admiramur, inde humiliemur. Mulier aūt hæc non erat magnæ capacitatis, nec magnorum donorum capax. & ſic ei de dono tantum loquitur in ſingulari Secundo oportet cognoſcere unde procedit donum Vnde ſubdit: & ſi ſcires quis eſt qui tibi dicit. Da mihi bibere. Vnde illius ſolius eſt dare donum, dat enim donum ſermonis. Oſe. 1. Principium loquendi in Oſee. & ēt operum. 4. Reg. 10. Iuxta uerbum domini quod factum eſt in manu Heliæ. ps. Obmutui, & non aperui os meum, qm̄ tu feciſti. ſ. ſilentium illud & patientiam meam. Auicēna dicit, q̄ ad bonam ſanitatem in domo conſeruandam, oportet quòd feneſtræ aperiantur uerſus orientem, ita ut venti orientales illuc facile ingrediantur. Iſta uerò uerſus orientem. de qua Zach. 6. Ecce oriēs nomen eius, aperuit feneſtras ſenſuum, & ille in eam miſit uentos de theſauris ſuis, qui in ea ſanitatē conſcientiæ operati ſunt. Multi



Multi tn̄ ſciunt donum Dei, qui neſciunt, neque audiunt quis eſt qui dicit da mihi bibere, quia in populo ſuo ſitit, & querit à litteratis viris ut populo prædicent, & prædicare nolunt. Tertio requiritur q̄ petatur illud donum. Tantum enim bonum bene valet vnum petere. Vnde ſubdit, tu forſitan petiſſes ab eo, & ille dediſſet tibi aquā uiuā. Abſque enim dilatione peteret homo donum illud, ſi ſciret quantum diſtat à terrenis in bonitate, q̄ tn̄ uehemēter q̄rūtur.

E *Donū Dei dif-ferentia [illegible] donorum Dei ſpiri-tualiū à terrenis.*

Vnde hic tanguntur duæ differentiæ donorum cȩleſtium à terrenis & tranſitoriis, quia bona tp̄alia cū difficultate acquiruntur ſp̄ualia ſola petitione hn̄r. vn̄ ait. petiſſes ab eo, & ille dediſſet tibi. Eſa. 55. Qui non habetis argentum emite abſque ulla commutatione uinum & lac, quia nihil de noſtro damus Deo. Nam operum noſtrorum bonorum vtilitas, & meritū apud nos manent, & ſic nulla fit commutatio. Secūda dr̄ia, quia ſpiritualia bona ſemper, & de facili augentur, & lucrantur, vt fecit hæc mulier quȩ ſemper cū Chr̄o ꝓfecit. Eſt. n. iuſtus ager qui frumentū ſuſcipit ad uſurā, modium vnum recipit, & decē reddit. Luc. 19. Mna tua dn̄e decē mnas acq̄ſiuit. Hinc Ariſto. 1. Ethi. dicit q̄ uirtutes permanentiores ſunt diſciplinis, non quin diſciplinæ magis adhæreant intellectui, qui quaſi naturaliter operatur, & naturas rerum ſequitur, q̄ virtutes uolūtati, quæ libera eſt, ſed virtutes permanentiores ſunt in effectu, q̄a qui hn̄t ſciam, ſed nō uirtutē paucū proſperant, qui uerò econuerſo facile aſcendunt in altum. Tēporalia uerò non niſi difficultate augentur, imo cum creduntur augeri, ſæpe diminuūtur. Sicut patet de illo fatuo qui ſtagnum fecit per quod tranſibat riparia, quā uoluit arreſtare ut ſibi ſoli eſſet, illa uero oīa diſrupit, & quæ magno precio cōpoſuerat, vno inſtanti perdidit. Sic ī morte rupta calciata hoīs oīa mundana q̄ magno labore parta ſunt, perduntur. Exēplū ī Alexādro magno, cuius regnū poſt mortē in quatuor diuiſum eſt, & poſtea in oēm ventū diſperſum.

F *Aqua. Quæ aq[illegible] p[illegible] [illegible] in-[illegible] in aqua gratiæ.*

Ad quem mulier. dn̄e, neq; ī quo haurias habes &c. Cui dn̄s. Qui biberit ex hac aqua ſitiet iterū &c. Bona gratiæ multas habent condōnes, quas non habent bona fortunæ. Primò, quia aqua gratiæ eſt ſitis extinctiua. Qui enim hanc aquā ſpiritus ſancti habet, bona tēporalia indebite non ſitiet, nec de eorum carentia murmurabit. Catuli. n. delicati cū ceperint comedere carnes panem reſpuunt, & delicati hoīes cum bonum uinum guſtauerint, de peiori non curant, ſic guſtata ſpirituali dulcedine reſpuuntur, & vilipenduntur terrena. Nume. 30. Aperi eis dn̄e theſaurum tuum fontem aquæ uiuæ, vt ſatiati ceſſet eorum murmuratio. Et bene dicit ſatiati, quia mundanorum delectatio ſitim non extinguit cupiditatis, ſed potius auget. Secundo, quia illa aqua non faſtidit uſu, quāto magis habetur, tanto magis appetitur. Eccl. 24. Qui edunt me adhuc eſurient. vn̄ & hæc mulier, quæ iam illam guſtauerat aquam digna ſaluatoris allocutione iterū quȩrebat, dn̄e da mihi hanc aquam bibere. Sed de aqua mundanorum vulgo dr̄, tȩdio habetur vnius panis comeſtio. Nō enim eſt cibus ita delicatus, quin frequenti uſu generat faſtidium. Vnde manna habens in ſe omnis ſaporis ſuauitatem longo vſu filiis Iſrael faſtidiū generauit. Tertio, quia hæc aqua ad ſui originem eſt reuerſura. Ad locum enim vnde exeunt flumina reuertunt̃, & iterū fluant. Fiet utique in eo fons aquæ ſalientis in uitam æternam, quia qui ipſam habent, eos in præſenti uehit ſurſum per deſiderium cœleſtium, & in futuro ꝑ poſſeſſionem futurorum, uel hic in præſenti omnia ſua in Deum à quo procedunt referendo. Tantum enim riuus aſcendit quātū altus eſt fons in quo deſcendit. Quarto, q̄a hæc aqua cauſa eſt ſanitatis & longæ uitæ.

Qui enim guſtauerit de ea fiet ī eo fons aquæ ſalientis &c. Sed aqua mundi incutit infirmitates & morbos, & tremorem, & pericula. Non enim ſine timore bona mundi poſſideatur. Si enim quis pecuniam hēt latrones timet, ſi vinum corruptionem, ſi pannos tineam, & ſic de alijs.

G *Aqua. Qd iſta eſt extinctiua oīs ſitis.*

Ad quem mulier, dn̄e da mihi hanc aquā bibere &c. Auguſt. Qui biberit de fluuio paradiſi, cuius vna gutta maior Oceano, reſtat ut in eo omnis ſitis huius mundi penitus extincta ſit. Cuius fluuij perceperat Paulus vna guttam, & ſtatim extinxit in eo omnem ſuperbiam, ita quòd ferocem lupum mutauit ī agnum. Perceperat Matthæus, & mox extinxit in eo omnem auaritiam. Nam qui prius rapiebat aliena, poſtmodum contemꝑſit propria. Perceperat & Magdalena, & mox extinxit in ea omnem luxuriam, ita

quòd corniculam nigram conuertit in columbam candidam. Ad quam dn̄s. voca virum tuum. i. animi conſtantiam, quæ requiritur ad virtutem, quãuis multi poſſint dicere ſicut illa. Dn̄e virum non habeo. quia Prouerbiorum ſeptimo. Nõ eſt vir in domo ſua. Cui illa, dn̄e virum non habeo. Cui dn̄s. bene dixiſti, quia quinq; viros habuiſti &c. Sed q̃ritur, q̃uo dn̄s viros eos uocat, cum tñ infideles non uideantur inter ſe hr̄e vera matrimonia, nec uera ſacr̄a. Rn̄deo matrimoniũ eſt de lege naturæ, & ita in omni lege ſemper fuerunt uera matrimonia, hoc apparet in Romanorum hiſtoriis, quia adulteria maxime puniebant, imo ſemper apud eos fuerunt aliqua ſigna data in ſignum matrimonij. Et in hoc uidetur dn̄s dãnaſſe ſimplicem fornicationem, quia iſta non erat alligata viro, licet aliqñ fuiſſet, & forſitã nec ille cũ quo habitabat. Ad quem mulier: dn̄e vt uideo propheta es tu, patres noſtri adorauerunt in mõte hoc, ſcilicet in monte garizim antequã tẽplum Hieruſalẽ fieret, & vos dicitis, quia in Hieroſolimis oportet adorare. Hæc multis curialibus ſimilis eſt, qui de curioſis, & de minimis, quæ in conſcientia ſua uerſantur interrogant, & de magnis, nec os aperiunt, ſicut hæc de adorando in Hieruſalem, vel in monte, & non de fornicatione ſua.

*H Fornicatio. Q̃uo dn̄s dãnauit fornicationem.*

Ad quam dn̄s. Crede mihi mulier. Non mirum ſi mulieri dixit, crede mihi: quia citius credit muliebris ſexus diuinis & ſortilegis, q̃ Chriſto, vel eius miniſtro, ſic Eua citius credidit ſerpenti q̃ Deo. pp quod in communi prouerbio dicuntur vielles ſortieres. Deinde mulier ad dominum. Scio, quia meſſias uenit &c. Hęc enim mulier non potuit cognoſcere dominum eſſe meſſiam, uel Chriſtum, donec confiteretur, & deleretur peccatum ſuum. Regnante. n. peccato in homine, nec deuotionem habet homo, & uix ſe erigere poteſt ad Deum. Vnde Hiero. ad Damaſum. Viuente leproſo rege Ozia, Eſaias viſionem videre non potuit, nec propheta oculos leuauit ad cęlum, nec ei reuelata ſunt cęleſtia. Sed dum mortuus eſt, hæc omnia aperto ſe lumine prodiderunt. ſic in Exodo, dum Pharao uixit, populus Iſrael ex luti & lateris palearumq; opere preſſus non ſuſpirauit ad dn̄m, & nemo eorum quęſiuit Deum Abraham. Sed quãdo mortuus eſt, ſuſpirauerunt, & aſcendit clamor eorum ad dominum, cum iuxta hiſtoriam tũnc magis gemiſcere debuerunt, & ſuſpirare, dum viueret Pharao. Ezechiele prophetãte. Pheltias filius Banaiæ occubuit, & poſt peſſimi ducis interitum. Concidi (inquit) ſuper faciem meam, & clamaui uoce magna, & dixi. heu, heu, heu domine Deus. conſumationẽ tu facis reliquiarũ Iſrael. Ezech. 11. Non regnet (inquit apoſtolus) pc̄tm̄ ĩ mortali veſtro corpore. Regnante pc̄tõ Aegyptijs extruimus ciuitates, pro frumento paleas, & pro ſolida petra luti opa ſectamur. Hæc Hiero. Ad quã dn̄s. Ego ſum qui loquor tecũ, ſed nunqd dn̄s ſemper loquebatur, qui ſemper & vbique loquitur. p̃s. Deus noſter. & nõ ſilebit? Rn̄ſio. Deus ſemper tacet, & ſemper loquitur, tacet diſſimulando peccata. Eſaiæ. 42. Tacui, ſemper ſilui, patiens fui. ſemper ad oẽs loquitur per ſcripturas, & expoſitores earũ. Ezech. 3. Populus ille nõ vult audire te qa nõ vult audire me. Dr̃ ſcd̄o, q̧ ſp Samaritanæ locutus eſt in ſpiratiue, cum eius cõſcientia mordebat eam ſuper fornicatione. Vnde & dn̄s Luc. 8. Qui habet aures audiendi audiat, nõn autem audiebat, quia fidem non habebat. Nunc aũt credidit, ideo audiuit, & deinde Samaritanis de fide locuta eſt. p̃s. Credidi pp quod locutus ſum.

*I Fides. Qđ mulieres sũt modicæ fidei.*

*K Deuotio. Qđ nõ p̃t hẽri deuotio ad Chriſtum niſi extincto pc̄tõ.*

Venerunt autẽ diſcipuli, & mirabantur talem ac tantum magiſtrum ita humiliari, vt cum muliere haberet ſermonem. Secundum philoſophos ignis ex vna parte tangit cœlum, nec ex hoc cęlum corrumpitur aut maculatur, ant denigratur, quia ignis non cõicat in materia cum cęlo. Sed ex ea parte q̃ tangit aerẽ, maculat, & corrumpit ipſum, qa cũ eo cõicat ĩ materia. ppea cũ Xp̃s huic mulieri locutus eſt non inde maculatus eſt, quia vir cœleſtis erat. nec cum ea cõicabat in turpi materia, ſicut & nos ſolemus cõicare, propterea nec cũ apoſtolis periculum fuit mulieres cõicare, quia viri cęleſtes erãt. In hoc ẽc docent̃ p̃dicatores, vt nõ indignent̃, ſi paucos hẽant auditores, qñ corã vna muliere tã pulchrũ ſermonẽ dignatus eſt dn̄s pferre. Reliqt mulier hydriã ſuã, qa aqua ſp̃ualis quam biberat, extinxerat ĩ ea ſitim corporalẽ. Hydria eſt ſolicitudo corporalis, quam debet prædicator relinquere. 2. Timo. 2. Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſæcularibus. Moyſęs compulſus eſt vxorem dimittere.

*L [illegible]*



re. Ioſeph pallium, adoleſcens ſindonem. & Petrus nauem & rete, & hęc mulier multo plus vr̃ inflammata fuiſſe, q̃ Petrus, uel Andreas, vel filij Zebedei, qui uocati & inuitati reliquerunt ſua. Hæc nullo inuitãte reliquit hydriam, & cucurrit prædicare. itẽ Andreas vnum ſolum adduxit, ſcilicet Petrum, & Philippus alium. ſ. Nathanael. Hęc vnam totam incitat ciuitatem, & hæc de prima parte. In ſecunda parte euangelij Primo inſtruit dn̄s diſcipulos. ſecundo ſamaritanos. Accedũt igitur diſcipuli ad eũ deferentes cibos, & dicunt ei rabbi mãduca. In ſignum cuius doctores & p̃dicatores inuitãdi ſunt ad recreationẽ & refectionẽ. Quibus dn̄s reſpondit. Meus cibus eſt, ut faciam uoluntatem eius qui miſit me. Io. 6. Hæc eſt uoluntas patris mei, qui miſit me vt omnis qui vidit ſilium, & credit in eum, habeat uitam æternam. Superius autẽ mulierem ſitiebat nunc eſurit plebem. Maius deſideriũ eſt ſitis, q̃ famis, in quo forte notat̃ maior dilectio ad Deum, q̃ virorum ſi bonæ ſint. Cibus Chr̄i conuerſio eſt pc̄tõrum. Habeo (inquit) cibũ manducare, quẽ uos neſcitis. Non quæro cibũ materialem, ſed ſp̃ualem. Vnde cum aliquẽ nobilẽ inuitamus, placentia ſibi quærere ſtudemus, ſic ſi Chr̄m ad libitũ ſuũ hoſpitari & gratãter refici deſideras, cõuerſionẽ tui, & aliorum diligẽter procurare ſtudeas. Gen. 27. Affer mihi duos hędos optimos, vt faciam ex eis eſcas patri tuo, quibus libenter ueſcitur, quos cũ comederit bn̄dicat tibi aĩa eius. Hędi fętẽtes ſunt pc̄tõres, ſed optimi ſunt qñ correctione & auſteritate pniæ ſunt p̃parati, ſic obtinebis bn̄dictionẽ. ſic legimus ipſum eſuriiſſe, dũ vidit arborem fici ſecus uiam, in qua non inuenit niſi folia. Eſuriẽs nullũ genus panis reſpuit, ſic Chr̄s nullum genus pc̄tõrum iuuenem, aut ſenem, diuitẽ aut pauperẽ, homicidã aut latronẽ. Act. 10. dũ eſuriret Petrus cecidit ſuper eum mentis exceſſus, & uidit cęlum apertũ, & uas in quo erant quadrupedia ſerpentia terræ, & uolatilia cęli, & dum ſe ueller excuſare pp immundiciam, dictum eſt ei. Quod Deus purificauit, tu ne cõe dixeris, quaſi dicens. Nullũ genus pc̄tõrum reſpue, quia nullum reſpuit Deus. Præterea, magnam eſuriem pateretur nobilis ſi cibum peteret oſtiatim Sic Chriſtus ad oſtiũ cordis cuiuſlibet uenit quærere cibum ſuum. Apoca. 3. Ego ſto ad oſtium, & pulſo. &c. & pagabo ſimbolũ gratiam conferendo. Deus ergo ſibi quęrit elemoſinam. ſ. noſmetipſos, ſed ſępe eũ permittimus abire ieiunum. vnde plangit p̃s. Operui in ieiunio aĩam meã. Venit. n. ad ficum. i. ad hoĩem, qui debet abũdare fructu boni operis, ſicut ficus dr̃ à fructus fęcunditate, quia uix eſt tẽpus in quo non habeat fructũ, ſic nec tempus in quo hõ non faciat uel loquatur, uel cogitet bonũ, & non inuenit ibi niſi folia. i. uerba. Multi dicunt uerbo, q̧ Chr̄iani ſunt, ſed cõtrariũ facto oſtẽdunt, ut ſalices quæ foris ſe mẽtiuntur eſſe fructuoſas, cũ tñ ſint ſine fructu. Ad Tit. 1. Cõfitent̃ ſe noſſe Deũ, factis autẽ negant. Si Deus eſſet capra bñ inueniret ad comedendũ in eis. Folia. n. multa hñt. i. verba. iõ eis maledicit. Si quis diu ſumptuoſe arborẽ coluiſſet, & nõ fructificaſſet, abſcinderet eam, & in ignem proijceret. Sic de malis in iudicio, quos laborioſe prædicãdo monuit & ſumptuoſe ſibi ſua cõmunicãdo coluit.

*K Cibus. Quid cibus Chri ſit eſt cõuerſio pcc atorum.*

Nonne uos dicitis, q̧ adhuc quatuor mẽſes ſunt & meſſis venit? id eſt licet tp̃s meſſis corpalis adhuc diſtet, tñ meſſis ſp̃ualis iã inſtat. Nã ſicut meſſis corporalis dr̃ collectio frugum, ſic meſſis ſpiritualis dicitur uocatio hoĩum ad fidem per quam congregantur in horreum dn̄i, uel allegorice loquẽdo, quatuor menſes ſunt uſq; meſſem. i. iam inſtat tempus ſerotinæ pluuiæ. i. prædicationis euangelicæ. Imber matutinus dicitur imber primi temporis. i. ſationis. ſerotinus uero qui fruges matureſcere facit. q̃ tribus menſibus ſolebat ante meſſem deſcẽdere. Amos 4. Ego prohibui imbrem, cum adhuc tres menſes eſſent vſq; ad meſſem. Imbrem autem matutinum miſit dominus cum ſeminauit doctrinam legis & prophetarum. ſerotinum quando doctrinam euangelicam. Vel myſtice loquendo. quatuor menſes uſque ad meſſem ſunt contritio, cõfeſſio, ſatisfactio, & perſeuerantia in bono, & tunc colligẽt Angeli bonos in uaſa ſua. Et ſequitur. Leuate oculos ueſtros, & uidete regiones, quia iam albæ ſunt ad meſſem quod dicebat propter ſamaritanos uenientes ad ipſum diſpoſitos ad credendum, non tamen dixit, ecce ſamaritani parati ſunt, ſed ecce meſſes iam ſunt albę &c. Quia ſm̄ Criſoſt. dulcoratur narratio, et eorũ q̃ dn̄r memoria permanentior efficitur, qñ exempla congruentia proponunt̃. In hoc. n. eſt

*O Pluuia. Quòd imber ſerotinus ẽ doctrina euãgelica.*

*P Metere. Qũo itel ligitur q alius ſeminat & alius metit.*

verbum verum: quia alius eſt qui ſeminat & alius qui metit. Sed contra. ad Gala. 6. Quæ ſeminauerit homo hæc & metet, igitur idẽ eſt quæ ſeminat & qui metit. Reſpondeo, dr̃ primo q in ſpiritualibus idẽ eſt aliqñ qui ſeminat & qui metit. In caſu enim Chriſti hoc tenet ſed nõ vbiq;. Vnde prophetæ laborauerunt prædicãdo regẽ venturũ & corda præparando ad eius ſuſceptionem, & apoſtoli fructus, qui de eorum pædicationibus orti ſunt, meſſuerunt. Ideo dicit dñs in hoc. i. in hac re apparet eſſe uerum quod cõiter dicitur. Eſt. n. huic ſimile prouerbium, q aliqui dumos excutiunt & uerberant, & alij auiculas captant. Augu. tñ aliter legit. In hoc apparet uerbũ euangelicum uerum, quia alius eſt qui ſeminat antecedendo, & teſtimonium perhibendo, & alius qui metit, qui conſequenter teſtimonium ſuum adiũgit, & ſic ſermo firmior fit. Vnde Apoſtoli in ſua doctrina ꝓphetarum dicta interſerebant, prophetæ n. ſeminauerunt populum præparando, ſed nec vnum manipulum. i. vnam animam in cœli horreum repoſuerunt, nec ipſi mercedem laboris ſtatim ſuſceperunt, ſed ad limbum deſcenderunt, & in terra ualde dura, & ad excolendum peſſima, ſcil cet, Iudaica ſeminauerunt. Actuum ſeptimo. dura ceruice, & incircuncisi corde & cęt. ſed apoſtoli in labores eorum introierunt, animas in Chriſti horreum ſtatim colligẽtes, & mercedem immediate euolando recipientes. Eſa. 9. Lætabũtur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe. Dicitur ſecũdo, q prouerbium illud frequenter ueritatem habet i rebus huius ſæculi, q alius eſt qui ſeminat, & alius qui metit. Magna inſania eſt, q homo libentius laboret & ſeminet in terra guerræ quàm pacis, laborans pro lucro terreno recte ſeminat in terra guerræ. Sicut enim in terra guerræ, quando eſt tẽpus metendi ſubito venit hoſtis totum rapiens, & perdit homo quicquid in terra ꝓiecerat, & fructum quem expectabat, ſic laborans pro lucro mũdano, qñ debet lucrũ metere ſubito venit mors, & perdit corpus quod in ſeruitio mundi conſumpſit, & hoſtis ſuus accipit honorem & lucrum, quod expectabat. Et ita in hoc mundo alius eſt, qui ſeminat & alius qui metit. Parẽtes uel etiam prælati multum laborant ad lucra, & theſauros includendos, ſuperuenit alienigena, & totum accipit. Sed ager cœli eſt ager pacis & iuſtitię. Ro. 3. Fructus iuſtitię in pace ſeminantur. Qui. n. in agro cœli ſeminat, pro regno cœleſti laborat, & non ſolum recuperat ſemen. i. corpus ſuũ, ſed metit etiam multiplicem fructum. Et ideo ꝓ illo fructu ſeminandum & laborandũ eſt, quem laborãs nec poteſt amittere, nec inimicus auferre. Ego miſi uos metere quod non ſeminaſtis. Duplex eſt meſſis una ab apoſtolis deſtruenda, & iſta eſt meſſis peccatorum, de qua Eccle. 7. Ne ſemines malũ i ſulcis iuſtitiæ Oſe. 10. Araſtis ĩpietatẽ & iniqtatẽ meſſuiſtis. Ad hanc meſſem deſtruendam mittuntur meſſores. 2. Reg. 14. Serui Abſalon. i. Chriſti cõbuſſerunt agrũ Ioab habentem meſſem ordei. Iſta eſt meſſis cardonum pungentium pro aſinis, qui ſenſualitatem ſequuntur non rationem.

*Q Quadruplex meſſ.*

Alia eſt conſtruenda, quæ eſt meſſis hominum iuſtorum, quorũ prędicatores meſſores ſunt, vt hĩ hic in textu, vnde & Bethſamitę qui interpretantur illuminati. i. apoſtolici viri metebant triticum. i. ſanctos homines in ualle. i. humilitatis. 1. Regum. 6.

*R Meſ. Quare apoſto. dicunt meſſ.*

Quæritur quare dicuntur apoſtoli meſſores non ſeminatores, & econuerſo de ꝓphetis. Nonne apoſtolorum uerba fuerunt ſemina? & paulo dictum eſt. Actuum 27. Quid ſibi vult iſte ſeminator uerborum? Reſpondeo. ſemen proprie dr̃ in diſtantia à meſſe. prædicatio autem prophetarũ lõge fuit à fructu veræ fidei, & perfectorum operum. Sed apoſtolorũ prædicatio ſtatim recepta fuit vbiq; p̃s. In omnem terram exiuit ſonus eorum, & alibi in auditu auris obediuit &c. Præterea fructus quaſi totius prædicationis prophetarum fuit Chriſtus, quem non ſunt conſecuti, vt eius corporali præſentia fruerentur, quo apoſtoli potiti ſunt, quare & ſimul gaudere poſſunt, & iſti & illi, quia utriq; non in agro proprio ſeminauerũt ſed in alieno, & etiam meſſuerunt, quærentes non quæ ſua ſunt ſed quæ Chriſti Ieſu. Vnde & primi non metũt nihilominus non fruſtrãtur mercede glorioſa. Vnde niſi parati fuiſſent ſamaritani per prophetas qui pronunciabant de Chriſto, non audiſſent ſuper hoc apoſtolos.

*S Lab. Quare ligati meſſ.*

Alij laborauerunt, & uos in labores eorum introiſtis. Pauperes ruſtici laborauerunt, & uſurarij in labores eorum introierunt. p̃s. In labore hominum nõ ſunt, & cũ hominibus nec hic, nec in purgatorio flagellabũtur, ſed perpetuo in inferno. p̃s. Laborabunt in æternum, & viuent adhuc in finem. i. viuent ut moriantur, morientur ut iterum uiuant. Similiter in beneficiorum redditib. collatis clericis & religioſis, nec ipſi nec eorum parentes laborauerũt. Ideo põt eis dici. Ego miſi uos metere quod nõ laboraſtis. Alij laborauerũt &c. quia hi qui dederunt bona & ſancti primitiuæ eccleſiæ laborauerunt, & uita ſancta religioſorum primorum. ꝓp quorum merita data ſunt q ſuſtinuerunt pondus diei & æſtus, ſed Moderni ſine labore iſta poſſident. Et ideo licet oẽs teneãtur ad laudandũ Deũ, ſpãliter tñ monachi quorũ multi breuiſſimo cantu ſe de horis expediunt, ſimiles mimis magnorũ dñorũ, qui magnas expenſas habẽt à dño, ueſtes. ſ. & cibos, & tñ raro operant̃ de arte ſua. Aliqñ poſt prandiũ viellant, & per totum temporis reſiduum nihil faciũt. Sic eccleſiæ miniſtri magnas expenſas hñt à Chr̃o, & tñ inde parum laudant & prædicant Deũ, ideo timere debent illam maledictionẽ. Hierem. 48. Maledictus qui opus Dei facit frauduléter, fraudem faciunt qui mercedẽ recipiunt, & opus quod debent, non perficiunt, ut canonici qui ponũt culũ ad bancã, imo corũ multi laborantes impediunt, & uolentes continue eſſe in eccleſia papellardos appellant, figurati per Saul, de quo. 1. Regũ. 19. dr̃, q cum Dauid pſalleret corã eo voluit eum lãcea perfodere ad parietem, uellent enim tales bonos extinguere ſi poſſent.

*uſurarij multo bo na habẽt & parũ laborãt.*

Cõſequenter dñs erudit ſamaritanos, qui exierunt obuiam ei de ciuitate illa propter teſtimonium mulieris, & ad preces eorum manſit ibi per duos dies erudiens eos, & multi crediderũt in eũ &c.

*T Fide. Qũo ſamaritani eũ receperũt, & ſi propter ſi: a eorum di meſſ.*

Sed quæritur, qũo ſamaritani eũ receperunt, & in eum crediderunt, qui tam cito eũ poſtea à ſua ciuitate expulerũt. Luc. 9. itaut diſcipuli eius Ioannes & Iacobus dicerent dño. Vis dicamus ut ignis deſcendat de cœlo, & conſumat eos? Reſponſio. Dr̃ primo, q ſamaritani erant inimici iudæorum, quia prohibuerant ædificare muros Hieruſalem, & quia uoluerant eam cũ Iudæis ædificare templum quod Iudæi noluerunt, ideo Iudęi Chr̃o improperauerũt q ſamaritanus eſſet. Ex quo colligitur, q non eſt peius odium, nec deterius ſciſma, q̃ inter eos, qui ſunt diuerſarum ſectarum, ſicut erant Iudæi & ſamaritani. Propter qđ Agareni nouam inuenerunt Mahumeti ſectam, ut per eã ſubditæ nationes perpetuo uiuerẽt cum odio Romanorum, ideo ſicut Iudæi aliqñ crediderunt in Chriſto, ſed nõ permanſerunt, ſic ſamaritani in odium huius quod habebat faciem euntis in Hieruſalem eũ expulerunt. Dr̃ ſecundo ſm̃ Hiero. ad fabiolã, q hoĩes facillimè mutantur, in primitiua eccl̃ia faciliter ſequebant̃ Chriſtum, nunc autem non ita faciliter in quadrageſima Chr̃m facile recipiunt multi, & poſt paſcha multi eijciunt. In principio religionis faciliter in religione ſuſcipiebatur Chr̃s, nunc eijcitur. Primo ſuſceperunt eũ, quia ad eos tranſibat & nõ in Hierũſalẽ ad inimicos Samaritanorum, poſtea eiecerũt quia faciem habebat eũtis in Hieruſalẽ ad inimicos eorum. Nihil. n. uariabilius eſt humana uoluntate. Nec mirum, cum cerebrũ hominis, in quo eſt ſedes ſapientiæ eius ad lunæ motum, crementum & decrementũ uarietur. Eccle. 27. Stultus ut luna mutat̃. Omnis homo aut ſtultus eſt apud Deum, aut ſtultus apud mundum. Tertio dici põt, q illi de prædio ſichar crediderunt dño per teſtimonium mulieris, non illi de Samaria, qui uero fuerunt de Samaria expulerunt eum non illi de prædio ſichar. & hęc de præſenti ſermone.

### *Eadem feria 6. poſt 3. dominicam Quadra. Sermo 2. & in ordine 84.*

*A Aqua. Quòd aquam ſalſam dat mundus bonã, & dulcem dat deus*

OMnis qui biberit ex hac aqua, ſitiet iterũ. Io 4. Sicut aquã ſalſam & amarã dat ad ſitim mundus, ſic & bonã & dulcem dat Deus. Si quis enim ualde ſitiret, & quis daret ei aquã bonam, affectuoſe eam bibens diceret, hæc aqua mihi uitam præſtitit. Ante aduẽtũ Chr̃i humanũ genus aureo calice babylonis. i. terrenis deſideriis potabat̃. Vidit Ioannes dãnationẽ meretricis magnæ, quæ ſedebat ſuper aquas magnas, quæ eſt mundi uanitas; ex cuius calice abhominationis, fornicationis, & uariarum immunditiarum biberũt oẽs gẽtes terræ, ita quòd ex illo calice in uarios morbos ceciderunt. Alij in dyſenteriam luxuriæ, alij afflicti boliſmo gulæ, alij æſtuãtes hydropiſi auaritiæ, alij inciderunt in freneſim ſuperbiæ, & tandem inebriati ceciderũt in gehennam. Eſaiæ 28. Abſorpti ſunt à vino,

no, errauerunt præ ebrietate, abſorpti quidem quia ſicut oſſa imbuta tendit in fundũ cibi, ſic imbuti mundi deliciis uaduntin infernum. Et quia nullus aquam bonã inuenire poterat, neceſſarius fuit bonus nunciu de terra lõginqua dñs Ieſus, qui aquas euangelicæ doctrinæ, quæ à fonte paradiſi id eſt, ore Chriſti largiter effluxerunt. Sicut.n. fons ebullit, & arenã ſurſum proijcit, ſic aqua Chriſti ſurſum aſcendit, & ſe bibentes in cœlum ſalire facit, & fit in eis fons aquæ ſalientis in uitam æternã, quã quidem aquam vt haurire poſſimus auxiliũ à btã virgine requramus dicẽtes. Aue.

B

*Aqua. De triplici aqua. ſ. terreſtri celeſti & infernali.*

Sũt aquæ cœleſtes, ſunt aquæ terreſtres ſunt aquæ infernales. Aquæ cœleſtes ſunt duplices. Quædam ſunt, quæ ſuper cœlos ſunt, neq; huc deſcendunt, ſicut gloria, & merces iuſtorum, de quibus p̃s. Gloria & diuitiæ in domo eius. Aliæ ſunt aquæ cęleſtes, de quibus p̃s. Aquæ q̃ ſuper cœlos ſũt laudẽt nomẽ dñi. Et iſtę ſunt dona gratiarum, quæ deſcendunt deſurſum ad irrigandũ torrentẽ ſapientiarum. i. iſtum mundũ. Sed diuitiæ terreſtres ſunt duplices, quędã ſunt pœnæ huius ſæculi, quas pro peccatis patimur, & his diuitijs multũ abundant homine terreni, immo & cœleſtes. 1. Timo. 3. Omnes qui pię uolunt uiuere in Chriſto &c. Aliæ ſunt aquæ diuitiarum temporalium, quas pluit dñs ſuper bonos, & malos. Tertiæ ſunt aquæ infernales, & iſtæ ſunt duplices. Quædam ſunt penales, quas poſſident damnati in multitudine & menſura; aliæ aquæ fluentes, q̃ ſunt diuitiæ diaboli, & ſunt mali & impij, quos decipiendo iniuſte congregat. Hiere. 17. Clama, perdix congregauit quæ nõ peperit, fecit diuitias non in iudicio, ideo diabolus tales plene poſſidet. Primæ aquę ſunt dulciſſimæ. Secundæ amariſſimæ. Tertiæ intolerabiles, de quarum ſecunda & tertia dicitur in p̃s. Torrentem pertrãſiuit anima noſtra q̃ ad ſecundam; forſitã pertranſiſſet aĩa noſtra aquã intolerabilem quo ad tertiam. Prima aqua quo ad primam partem datur in termino, ſecunda in uia, tertia in inferno. Primam qui biberit non ſitiet vnquam, quia ſicut dicit dñs fiet in eo fons. Qui aũt hẽt intra ſe fontem, nunquam ſitiet. qui uero ad ſecundam aquam bibit, ſemper ſitiet, donec ad fontem perueniat, iuxta illud p̃s. Sitiuit anima mea &c. Tertiam qui biberit, ſitiet in ęternum, ut patuit in diuite epulone, ideo bene dicit Saluator. Omnis qui biberit ex hac aqua ſitiet iterum. Aqua igitur diuitiarũ q biberit ſitiet iterũ, quia Eccle. 5. Auarus nunquam implebitur pecunia, ut probat Guilelmus Pariſienſis ſuper Eccleſiaſtem ſeptẽ rationibus, quibus & duas ſuperaddemus. Prima eſt, quia pecunia finita eſt, & ſaccus infinitus. Senec. Ex hoc cognoſcuntur hominum deſideria an naturalia, an innaturalia ſint, quia naturalia ſunt finita, non naturalia infinita. Prouerb. 13. Iuſtus comedit & replet animam ſuam, venter autem impiorum inſatiabilis. Filiam forſan habet auarus, pecunia (inqt Tullius) opus eſt ut nuptui tradatur, duas habet filias, dupla opus eſt. Si ergo infinitas habet cupiditates, uelut filias, quæ infinitas pecunias exhaurire ſufficiant, infinita pecunia opus eſt. Quia ergo impoſſibile eſt habere infinitam pecuniam, manifeſte inutilis eſt labor, & ſpes auarorum. Secũdo quia ſaccus ille pertuſus & perforatus ſolicitudinibus. Aggei. 1. qui cõgregauit merces miſit eas in ſaccum pertuſum, ideo cupiditas quæ perforat mentem comparatur ſanguiſugæ. Prouerb. 30. Sanguiſugæ duæ filiæ ſunt, quæ dicunt ſemper affer affer. ſ. cupiditas, & ſolicitudo. Semper enim cogitant ad horrea uel cellaria implenda, uel ad alia concernentia pecuniam multiplicãdam, & in hoc patet curialitas Dei, qui cum ſciret q̀ via cupiditatis ad malum hoſpitiũ duceret. ſ. in infernum, cogitauit ſi dimitteret eam planã, q̀ multi incederent per eã, ideo poſuit in ea anguſtias in acquirendo, ſolicitudines & timores in conſeruãdo, & dolores in amittendo, ſicut bonus agricola, qui uiam quam neminẽ tranſire cupit, circundat ſpinis, & circa eam foſſatũ facit. Oſeæ. 1. ſepiam uiam tuam ſpinis. Secundo quia pecunia eſt uanitas quæ nihil replet, quod patet ex ipſo effectu pecuniæ, qa euacuat poſſidentes. Luc. 1. Eſurientes impleuit bo. &c. Eſuriens enim ex ſola uanitate eſt. Senec. Si uis te diuitem facere non eſt diuitiis addendum, ſed cupiditati ſubtrahendũ. Hieremiæ quarto. Aſpexi terram & ecce uacua erat & nihili. Vnde uanitas (vt dicit Guilel. Pariſien. ſuper Eccleſiaſtẽ) eſt quæ nec confert plenitudinem continenti, nec fulcimentum innitenti, nec fructũ laboranti. Non. n. diuitiæ dant plenitudinem continenti

C



D

*Vanitas. Quid ſit diuitias, & q bona mũdi ...s nõ ſunt niſi uanitas.*

nenti, ſicut nec ventus vaſi. Non. n. implent ſed inflant, ſicut ſi famelicum hominem apertis faucibus inflatis buccis aciem haurire cernas ut quaſi fami conſulat, nonne crederes inſanire? Sic nõ minoris inſanię ẽ ſpm̃ rõnalẽ rebus pure corporalibus magis inflari q̃ ſatiari. Eccl. 4. Subſtantiæ iniuſtorum quaſi fluuius ſiccabuntur, & ſicut tonitruũ magnum in pluuia perſonabunt, fluuius cum impetu fluit in hieme, ſiccat in æſtate, ſic impij in pñti abundant, in futuro mendicabũt. Et ſicut tonitruũ magnũ ſtrepitũ facit ſed in pluuia cito deficit, ſic põpa diuitiũ cito euaneſcit. Prou. 10. Quaſi tempeſtas trãſiens nõ erit impius. Gen. 19. de Abrahã legit̃ q̀ reſpiciẽs Sodomã uidit aſcendere fauillã de terra quaſi fornacis fumũ. Qui. n. bñ reſpicit mundũ iuſtũ, non uidet niſi fumũ ſupbię & uanitatis, & ignẽ cupiditatis ex fornace eius egredientẽ. Vt quid ergo diligitis vanitatẽ quaſi dicat. p̃s. Propter quid irritat impius Deũ p nihilo. ſ. p tpalibus quę ſunt nullius momenti? Secundo nõ dant fulcimentũ innitenti. Pu. 15. Qui cõfidit in diuitiis ſuis corruet. 1. Tim. 5. Diuitibus huius ſæculi p̃cipe nõ altũ ſapere neq; ſperare in incerto diuitiarũ. Extremæ. n. dementię eſt ſpinis inniti. Secundo quia bona mundi ſunt amici infideliſſimi. & hoc iõ, qa in illa extrema neceſſitate ſuos amatores deſerunt, inſtar dãnatorũ iã patibulo tradendorũ qui expoliant eis & denudant. Et hoc iõ. Primo qa mors eſt calcatoriũ iõ eius ĩgreſſu neceſſe eſt feces diuitiarũ relĩquere & relinq. Eſt. n. torcular vbi uinacea & amurcas deponi neceſſe eſt. Scđo qa ẽ ſicut auguſtũ foramẽ, & iõ cũ illa attenuatione p illud exire neceſſe eſt, ſicut eſt uulpi; macrã cauũ repetes arcũ quem macra ſubiſti. Tertio qa mors eſt amotio a uillicatione & adminiſtratione talentorũ oĩum tã ſpiritualiũ q̃ tpaliũ, iõ in morte neceſſe eſt relinq̃re iſta. Quarto q̀ ipſa tpalia bona ſunt mũdi, & iõ tãq̃ recognoſcẽtes mũdũ dñm ſuũ, nunq̃ ab ipſo deſcendẽtes ſp ei adhęrent, inſtar canis q vnunquẽq; ſequitur quandiu ambulat cũ dño ſuo, ſtatim aũt ut a dño diſceſſerit, illum relinquit, & dño ſuo adhęret. Sic iſta ſequitur mundum tanquam dñm ſuum. Et nos niſi uiolenter retinuerimus deſerit. Quinto mors eſt exitus de mari ſeu naui, & ideo in ea armamenta neceſſario relinquuntur. Temporalia enim ſunt armamenta quibus temporalis uitę nauigatio adiuuatur. Et ad hoc eſt exẽplũ notabile Salhadini ſolidani egypti, qui erecto ſudario in haſta proclamari fecit, Cũ eſſem rex. 6. regnorũ, hodie pro omnibus regnis nihil aufero niſi ſudarium illud. Vnde beatus Andreas dicit, q̀ exeunt de corporibus ſuis nudi & cœci nihil ſecum præter pc̃tã portãtes. Et p hoc neceſſe eſt iſta p manus pauperum in cœleſtes theſauros deportare ad pręparandũ iocundiſſime manſionis hoſpitiũ. Non enim deſiderat habere bonum hoſpitium, qui huius mundi nuncios ad pręparandum non præmittit. Eccl. 6. Oĩs miã faciet unicuiq; locum ſecundum meritum operum illius; & ſecundum intellectũ peregrinationis ipſius. Exẽplũ de illo qui cũ necesſitatis articulo a diuitiis q̃reret ſubuẽtionẽ dicens. Succurrite ò diuitiæ, & cum nihil ei rñderent ait. Velitis nolitis p uos habeo auxiliũ; quibus dictis, oĩa dedit pauperibus. Quidã uero ita imbeciles ſunt ut añ mortẽ eq̃ ſpolientur diuitiis ſpũalibus ſicut & tpalibus, aut timore mortis, aut deſolatione, aut deſperatione ſubuerſi. Btũs aũt qui cuſtodit ueſtimenta ſua ne tũc nudus ambulet. Apoc. 16. Stultus eſſet ualde q ad nũdinas pergeret ut emeret merces quibus ſpoliaretur cũ eſſet extra forũ. p̃s. Cũ interierit nõ ſumet oĩa, neq; deſcendet cũ eo gloria eius. De his dr̃. Iob 1. Nudus egreſſus ſum de vtero mr̃is, & nudus reuertar illuc. Rota ẽt molẽdini tota die circuit & ſero ſe inuenit ubi mane. Sic toto tempore uitæ ſuæ laborant pro diuitiis, ſed in morte pauperes recedunt ſicut pauperes naſcuntur. Tertio quia non dant fructũ poſſidenti & in eis laboranti, ſicut eſt opus uel labor ſomnii. Eccleſiaſ. 5. Qui amat diuitias fructum non capiet ex eis. Dan. 2. Vidit Nabuchdonoſor ſomnium & fugit ab eo ſomnus. Viderat enim ſomnium ſtatuę cuius prima ps aurea. 2. argẽtea. 3. cuprea. 4. ferrea. 5. fictilis. Sic ſunt auaro diuitiæ. Nam omnibus pręponit aurum. 2. argentum. 3. Cuprum. 4. ferrum. vltima pars ſtatuę fictilis eſt quæ cito morte frangitur, & ſic euaneſcit ſtatua. & fugit ab eo ſomnium auri & argenti. Diuitię enim ſunt ſicut ſomnium, quia dum putantur haberi deſinunt & decipiunt. Vnde Petrus Alfonſus. Diuitiæ huius ſęculi tranſitorię ſunt

ſunt ut ſomnia. Vnde accidit diuitibus in morte vt cuidam opilioni qui ut videbatur ei in ſomnio habebat mille oues, quas cum vellet vendere & quidam emptor vellet emere uolens ei dare pro eis duo milia ſolidorum. & cum ipſe venditor nollet dare, niſi pro qualibet oue denarium ſuper adderet, & emptor aſſereret nummum vltra duos ſolidos non daturum, dum ſuper hoc litigarent excitatus venditor dum vidit ſomnium euaneſcere, & ſe oues dictas amittere clamauit. Accipe quamlibet pro duobus ſolidis & nihil ei valuit ouibus euaneſcentibus & emptore. Sic diuites qui in vita nolunt dimittere pauperibus, vel deo temporalia pro ęternis niſi aſſit lucrum temporale, in morte amittunt ſimul temporalia, & æterna. Ita eſt enim de diuite ſicut de paupere dormiẽte, qui ſe ſomniat eſſe diuitem bene comedere & bibere, ſed cum excitatur nihil inuenit niſi ſeruitutem & miſeriã. Pſal. Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis. Viri (inquit) diuitiarum, quia diuitiis ſeruiunt ſicut homines earum non diuitiæ illis. Eſa. 29. Sicut ſomniat eſuriẽs, & concedit cum autem fuerit experge factus uacua facta eſt anima eius, ſic erit multitudo gentium. Vnde quidam Nigromanticus habebat quendam diſcipulum qui promittebat ei multa bona. Cunque uellet experiri an ita faceret, fecit ei per incantationẽ videri, quòd eligerent eum in imperatorẽ. Cunque multæ terre obedirent ei quæ non habebant dominos rogabat eum magiſtraliter ſuus vt recordaret̃ ſui & daret ei terram aliquam, ſtatim ille reſpondit ſe neſcire quis eſſet. Tunc ait. Ego ſum ille qui hæc oĩa dedi uobis, & ecce aufero a vobis omnia, & exufflata incantatione inuenit ſe pauperem. Sic dicunt multi ſi haberem multas diuitias multa facerem pro deo. Sed quando habent eccleſias vel præbẽdas nihil uolunt pro eo facere, & tunc aufert ab eis totum in fine & frequenter in vita. Tertio nõ impletur pecunia, quia pars magna pecuniæ cadit in uentrem auari. Horrea enim granaria, cællaria, ſtabula, domus & granchiæ ſunt ventres auarorum, & cum ſint repoſitorium pecunia ipſorum creſcente pecunia creſcunt ventres eorum. ideo impoſſibile eſt ventres eorum impleri. Sunt enim diuitiæ ſicut emplaſtrum quod facit plagã creſcere, quia quanto magis habent tanto plus volunt. Propter quod deus ſępe frangit ventrem auari vt diſpergat diuitias. Si quis enim habet panem vel theſaurorum in arca. & indigere eo, ſi non poteſt aliter habere frangit arcam & facit clauem regis. Sic ſunt auari pleni diuitijs, & cum nõ poſſunt ab eis aliquid abſtrahere indigentes, tandem frangit eos deus malleo mortis. & ſic diſperguntur quæ poſſidebãt. Eſa. 30. Subito dum non ſperatur veniet contritio illius. Sunt enim ſicut porci qui nõ faciunt niſi malum dum viuunt quia neq; lana eorum eſt vtilis ſicut ouis, neque portant onus ſicut equus, neque arant ſicut bos. ſed poſt mortem boni ſunt, quia carnes eorum comeduntur. Sic auarus in uita non facit niſi rapere & impinguari, in morte vero diuiduntur eius diuitiæ. Quarto q̃a cupiditas ignis eſt &, pecunia ligna, ideo creſcente pecunia creſcit cupiditas. ideo auarus non poteſt impleri pecunia, ſicut nec ignis lignis. Poeta. Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit. Eccl. 28. Secundũ ligna ſilue exardeſcit igni. Prou. 33. Ignis. ſ. cupiditatis nunquàm dicit ſufficit. Quidam ſtultus cum domus ſua accenderetur paleam & ligna appoſuit, & ſic ipſe cum domo combuſtus eſt. Sic cupidi qui igni auariciæ inceſſanter temporalia ſupponunt, ad quem deſtruendum dicunt ligna temporalia diſpergere & aquis lachrymarum ſuperinfundere. Si autem non habes aquam, quantum potes clama ad aquã ſicut fieri ſolet in combuſtione domus, & venient vicini tui. ſ. angeli, & deferent tibi aquam paradiſi Sed praui vicini. ſ. demones, quia domus eorum iam combuſta eſt afferunt paleam. boni angeli aquam compaſſionis, & contritionis. & illo non obſtãte recipiunt paleam ardentem. i. pecuniã, quia ſemper diuitias multiplicant. Tales ſunt ſimiles phęnici qui congregat modo ligna & materiam qua credamus eſt, ſic iſti materiam incendii futuri. Vñ in gallia fuit quædam vetula quæ ſub ſpecie religionis acquiſierat multas pecunias & nomine ſanctitatis multi dabant ei ad diſpenſandum de bonis ſuis. Ipſa aũt replebat ollas ſubterraneas quas morte ſubita præuenta intactas reliquit. Cum autem inuente eſſent & innotuiſſet epo noluit dictam pecuniam retinere dicens. pecunia tua tecum ſit in

ditione.



ditione. De nocte autem uox de tumulo eius audita eſt. Ardeo, ardeo quo aperto de licentia ſacerdotis inuenerunt de ore uetulę quaſi metallum ebullire & flamma fętidiſſimam inde exire. Illa auté recooperta & oratione facta tam a ſacerdote quàm a populo non eſt ulterius uox eius audita.

Quintò, quia quęlibet pars diuitiarum ſecum affert aliquid uacui uel paupertatis ſiue defectus ut cum auro & argento venit defectu cuſtodię arcarum, ſerarum clauium, & oſtiorum, & tunc incumbit neceſſitas talia requirendi, & poſtea neceſſitas talia implendi. deinde timor cuſtodiendi, vltimo dolor. dimittendi & admittendi venit tandẽ neceſſitas expendẽdi. Et hoc ideo quia Eccl. 5. Vbi multæ ſunt opes ibi multi qui comedunt eas. Cuius multiplex eſt ratio. Prima eſt propria eorum corruptibilitas. Omnes enim diuitiæ aut erugini ut aurum & argentum, aut tineis & putredini vt veſtes, aut erugini ſiue aurugini & alijs pellibus aeris. ut arbores, & ſata, aut ruinę & conſumptioni, ut domus, aut putrefactioni ut victualia obnoxię ſunt, & ſic multi ſunt qui comedunt eas. Secundum eſt noſtra neceſſitas, hñti enim magna prædia neceſſaria eſt magna familia. ideo iuſti qui poſſident diuitias multas. licet eas abhorreant, tamen neceſſitas incũbit eis multam habere familiam. ſicut qui tenet pillulas ſemper abhorret, eas quia tamen ſibi ſunt neceſſarię, retinet. ita uir ſanctus diuitias tanquam amaram medicinam horret, ſed propter neceſſitatẽ p̃ſentis miſeriæ, neceſſario multam familiam habet. Et hoc quia arbor ad ſui & ramorũ nutrimentum accipit, ſic bona temporalia boni non ad ſui perniciem aut ſuperfluitatem accipiunt, ſed ad ſui & ſuorum pauperum adiumentum accipiunt. Rom. 8. Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Tertium eſt aliena rapacitas quæ circa diuitias occurrit. Quarta eſt ipſa ſuperbia quam pariunt diuitiæ, ubi enim cadauera ibi multi uermes comedentes. 1. Tim. ult. Diuitibus huius ſæculi præcipe non altum ſapere. ubi Auguſtinus. Nõ expauit apoſtolus diuitias ſed morbum illarum. Vermis enim diuitum ſuperbia. De quo Eccl. 21. Domus quæ nimium locuples eſt annullabitur ſuperbia, unde ubi multę ſunt opes ibi multę familiæ. quas ipſe opes requirunt, ad quas conſumendas unuſquiſque familiarum fauces aperit apponitque proprios dentes & pauperes uelut ſimbola ad conſumendas ipſas diuitias. Conueniunt enim circa domum diuitum quemadmodum ad exhauriendum lacum & quemadmodum ubi cadauera multa uel multe carnes in uno cadauere, ibi multitudo uolucrum & coruorum, aut canum nõ columbarũ aut turturum, & ubi multitudo ſegetum ibi multitudo auium, & generaliter ubi eſt copia paſtus, ibi conuenit multitudo ferrarum. Et mirabile eſt q̃uo tã multi currunt ad comedendũ opes diuitis mũdi, & nulli etiam inuitati currere uolunt ad guſtandum etiã modicum delicias dei, ubi infinite ſunt opes. Can. 5. Comedite amici, bibite & inebriamini Chariſſimi. Sed forte quia ſoli amici inuitantur, & chariſſimi & tales de amicis ſe non reputant, iõ delicias illas guſtare nolunt. Sexto quia pecunia non eſt impletiua cordis humani ſicut nec ſapientia, uel gratia burſe. Quod autem eſt capax maximi non poteſt impleri minimo. Solus enim deus & nihil aliud põt animãm implere cuius reprę́ſentat imaginem, ſicut cera ſigillata non niſi proprio ſigillo impletur. Si uero alteri applicetur alterius recipit imaginem, & prior figura deletur. Sic. n. imagines rerũ recipit quib applicatur, q̃ uix ab imaginatiua delent. Fames. n. auaricie ĩ corde eſt cuius cibus eſt pecunia quæ non in corde ſed in arca mittitur, ideo fames eius non extinguitur, ſicut ſi quis cibum quem uenter eſurit non in uentrem ſed in cophinum mitteret, nunquam famem uentris ſedaret. Ideo omnis auarus ſtultisſimus eſt mittens pecuniam unde putat implere uentrem. Vnde Iob. 16. de auaro dicitur. Effudit in terra uiſcera ſua, glo. antiquus hoſtis ad ſecularia negocia pertrahit uiſcera, ut mentem in terra fundat non ut ad deum erigat. In quo ſimilis eſt auarus mulieri quæ cor ſuũ & amorem ſubtrahit uiro legitimo, qui ſibi omnia neceſſaria tribuit, & ipſum leccatori dat, qui plus nocet quam proficit. Similis etiam ſeruo iniurianti domino ſuo quia depoſitum quod emit dominus cariſſimo precio uiliſſimo precio dat filii ad uidendum & paterfamiliae qui incurialiter agit dum nobiliorem de domo in loco ſtatuit uiliori. Sic auarus primo cor ſuum Deo

ſubtrahit

E Diuitiæ. Proba õ quod ubi multæ ſũt diuitiæ ibi multi ſunt qui comedũt eas.

F Diuitiæ. Qđ ſolus deus non diuitiæ ĩplent hominis mẽtem.

ſubtrahit, & dat pecuniæ ſæpius plus de ea cogitando, quàm de Deo, ſolicitius eã cuſtodiendo ne furetur, quàm Deum ne ꝑ peccatum amittatur, pro ea acquirẽda multa mala contra Dominum faciendo. Secundò animam ſuam quam Deus emit maximo precio diabo vendit pro modico precio, periuria, furta, rapinas, & huiuſmodi, pro earum acquiſitione committendo.

Tertio cor ſuum quod eſt nobiliſſimũ in uiliſſimo ſtatuit loco, ſcilicet in terrenis quæ lutum & ſtercus ab apoſtolo reputantur quæ tria habentur. Ecc. 10. Nihil eſt iniquius quàm amare pecuniam, ecce primũ Non enim poteſt ſimul amare Deum & pecuniam, quia ad Gal. 1. Amicus huius mundi inimicus Dei conſtituitur, ſequitur, hic enim aĩam ſuam uenalem habet. Ecce ſecũdum. ꝑs. vendidiſti. i. uendi permiſiſti populum tuum. i. bona opera ſine precio, quia peccatum nõ eſt precium reſpectu animę. Et ſequitur. Proiicit in terra intima ſua. Ecce. Tertium uiliter ſtatuit animam ſuam qua nihil intimius ei in terra, in ſtercoribus diuitiarum, res enim proiecta uilis reputatur. Septimo ideo auarus non implètur pecunia, quia nullum corpus ſimul & ſemel poteſt duo loca diuerſa implere. Diuerſa loca ſunt cor auari & burſa eius, iõ cum pecunia burſam impleat nõ põt aĩam implere, hoc prouenit ex oculis inſatiabilibus de quib. Eccle. 1. Non ſatiatur oculus uiſu, ideo bonum eſſet auaris non habere oculos. Vnde Albertus 26. de animalib. dicit ꝙ proprium eſt falconis cito moueri ad prædam & nõ diſcernere, inſuper & temere & attentare omne quod obuiat, ideo oportet ipſum habere mitrã oculos eius tegentem qñ portatur. Sic auari diuites uidentur eſſe diaboli falcones quos in manu ſua tenet ligatos, & quibus utitur ad uenãdum aues dei, innocentes, qui cito & abſq; diſcretione mouentur ad prædam, quia nõ diſcernunt inter licitum & illicitum inter proprium & alienum ſed omnia temere aggrediuntur quæ oculos occurrunt, ideo expediret eis quòd haberent mitram tegentem oculos, uel ſaltem ꝙ auerterent oculos ſuos ne viderent uanitatem immo expediret eos omnino carere oculis. Señ. lib. de remediis fortunæ. Oculos ꝑdidi. quàm multis cupiditatibus uia inciſa eſt, hinc oculi adulterium monſtrant, hinc inceſtũ hinc domum quam concupiſcant, hinc urbem irritamenta ſunt uiciorum, duces ſcelerum. Greg. 22. Moral. Non licet intueri quod non licet concupiſci. Sunt enim a laſciuia uoluptatis ſuę deprimendi oculi, tãquam quidam raptores ad culpam. Tren. 3. Oculus meus depredatus eſt animã meã.

*G Diuitiæ. Quod diuitiæ implẽt arcã nõ uẽtrẽ.*

*H Diuitiæ. Qd diuitiæ ne ſat aquæ ſa.*

Octauò quia bono temporalia ſunt quæ falſæ, ideo quanto magis potantur, tanto magis augent ſitim. Poeta. Quo plus ſunt pote plus ſitiuntur aquæ. Salſantur enim ſolicitudinibus & uexationibus & turbationibus. Turbant enim domum eccleſiæ. Prou. 15. Qua ſectatur auaritiam conturbat domum ſuam. Erat enim turbatio inter paſtores Loth & Abraham, quia poſſeſſio eorũ nimia inter ſeculares & eccleſiaſticos quia eorum poſſeſſio eſt nimia. Non enim quibant habitare communiter. Sicut coſtę pineæ bene ſtricte & iunctæ ſi ſuper ignẽ ponantur ſtatim diſiunguntur ab inuicem, ſic qui inter ſe debent eſſe coniuncti, unanimes & concordes. ſi igne auariciæ fuerint calefacti, ſtatim per rixas & diſcordias diuidentur. Ardor enim acquirendi terrenorum ſæpe generat diſcordiam & odia. Dicitur cõiter ꝙ taurus indomitus aqua madefactus hinc inde ſaltat & omnia ferire uult & percutere, ſic auarus cuius cor indomitum eſt. i. induratum erga Deum proximum & ſeipſum. Innocentius Papa de uilitate humanę conditionis. Auarus offendit Deum, proximum, & ſeipſum. Nam Deo detinet debita, proximo denegat neceſſaria, ſibi ſubtrahit optima, ideo qñ madefactus eſt aqua quando cor plenum eſt cupiditatibus omnia percutit. quia nullus eſt modus acquirendi tam prauus quando ipſum tentet auarus. Vnde auaricia quondã diuiſit mundum auaris, ſicut ruſticus ſolã pirum quam habebat in orto ſuo filiis ſuis. Primogenito dixit. Lego tibi de piro quod in ea eſt viuum & mortuum. Secundo dixit & tibi lego de piro quod in ea eſt uiride & ſiccum, & tertio dixit. Lego tibi quod in ea eſt rectum & tortum, & quarto legauit quod gracile & groſſum, quorum quilibet poſt mortem patris totam uolebat habere quia cuilibet totam legauerat, ideo ſicut dixit. ꝑs. Turbati ſunt omnes inſipientes corde. Sic auaricia partitur mundum ſimoniaci hñt de mundo uiuos & mortuos a quibus & pro quibus recipiunt ſimoniacas



*I Diuitiæ. Qd diuitiæ faciũt auaros miſeri ſiti.*

cas extorſiones. Secundi. ſ. prędones & tyranni accipiunt exactiones ab arentibus pauperibus & uirentibus locupletibus. Tertii. ſ. aduocati & iudices iniqui a recto & torto munera accipiunt. Quarti. ſ. uſurarii accipiunt & paruis groſſis & gracilibus clericis & laicis, ruſticis & militibus. Nono qa cor hoĩs eſt ſicut terra. Vñ dr̃ Gen. 3. Terra es & in terram ibis. Terra autem non ſatiatur aqua. Prou. 30. Sicut hydropicus q̃ato plus bibit tãto plus ſitit. Duxit dñs filios iſrael per terram in qua erat dipſas paruus ſerpens latens in puluere & eũ quẽ pungit ſitire facit & mori. Et ſignificat auariciam quæ latet in puluere terrenorũ, q̃ mori facit morte Rolandi. Sicut. n. acetũ prouocat appetitũ comedẽdi, ſic iſta ſitim hñdi. Iob. 18. Tenebitur planta eius laqueo & exardeſcit cõtra eũ ſitis. Diuitię. n. ſunt laqueus ꝓp multa. Primo, qa corda dũ tenuis eſt facile rumpit, ſi groſſa rõ, ſic diuitiæ tenues facile relinquunt, nõ magnę. Inde eſt ꝙ pauperes largius dant q̃ diuites. Secũdo quia ſicut auceps ad capiẽdum aues operit rete paleis vel ſtramine ponendo deſuper granũ ad attrahendum auem q̃ non uidẽs laqueum capitur, ſic diabolus velat homini diuicias oñdens illi delectationẽ in illis & non periculũ damnationis quod latet in eis. Iob. 16. Aſcõdita eſt in terra pedica eius. ꝑs. Narrauerunt ut abſconderẽt laqos. Iob. 6. Qui volunt diuites fieri incidunt in laqueum & tẽtationem diaboli. Tertio quia ſicut auis capta cadit de laqueo in laqueum, ſic diuites ſaltant de diuitijs ad diuitias de pc̃tis ad pc̃tã, & quanto plus accumulat, tanto plus inuoluũt pectinis. Et tũc diabolus venit in morte & capit eos ꝑ pedes, & ponit eis pondus in colo, ita ꝙ vix poſſunt confiteri loqui. Vñ aranea paruũ caput habet groſſum ventrem & multos & magnos pedes. ꝑs. Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur. Anni enim auarorum meditantur ab eruditis ſicut anni araneæ, quia multum de ventre habent ad congregandas diuitias, multos & magnos pedes habent id eſt multas affectiones & magnas ſollicitudines timores, & pericula ad coaceruandum, acquirendum, conſeruandum, & cuſtodiendum diuitias, parum autem habent, de capite, quia parum de Deo cogitant.

*K Laqueus Diuitiæ. Qd diuitiæ ſunt laqueus.*

*L Aranea. Qd auari comparantur araneæ.*

*Sabbato poſt 3. dominicam. 40. de adultera. Sermo primus. & in ordine. 85.*

IEſus aũt inclinans ſe deorſum digito ſcribebat in terra. Ioh. 8. Antiqui p̃res deſiderantes redemptionẽ clamabãt illud ꝑs. Dñe inclina cœlos tuos. i. maieſtatem tuam (ſecundum Caſſiodorum) & deſcende, qd̃ fecit dñs inclinans ſe in uterum uirginis & digito ſpũſſancti in ea ſcripſit oĩa dona & excellentias uirtutum. Et ſicut illa terra ĩ qua hodie ſcripſit quodãmodo mulierem adiuuit, ita de terra Mariæ ſcriptũ eſt. Apoc. 12. Et adiuuit terra, i. Maria mulierem. i. fidelem aĩam. Vnde orat eccleſia. Succurre cadenti ſurgere qui curat populo quia ſicut cadentem ſuſtinet terra ne in abyſſum deſcendat, ſic & Maria peccatorẽ. Ipſa enim eſt in qua digito Dei impreſſa eſt imago Dei, a qua tractatum eſt aurum redemptionis uas corporis dñici. in quo uaſe nobis a patre tranſmiſſum eſt illud electuarium quo ſanatum eſt genus humanũ. Illa eſt terra quæ interponitur inter nos & abyſſum, ne ſicut Chore Datham & Abirõ deſcendamus in infernũ uiuentes. Ad quã recurramus dicentes Aue.

*A Maria. Qd maria eſt terra ſuccurrens cadẽti populo*

Iuxta thema euangelium in tres partes diuidit ſcd̃m ꝙ dñs in triplici codice ſcripſiſſe vr̃. Primo in papyro. Secundo in puluere. Tertio in pergameno. In papyro ſcripſit quę componit ex veteribus & vilibus pannis rotatis in molendino, poſtea deſiccatis ut aptentur ſcripturæ. Nos uero ex ueteribus pannis, Adę cõpoſiti poſtea rotati tribulationibus & anguſtiis, feruoris amore ſiccati, apti ſumus ad ſuſcipiendum doctrinã ſpũſſancti. Primo ergo ſcripſit dominus in papyro. i. in aĩa plebis veniẽtis ad eũ, quæ eſt papyrus in qua dẽt ſcribi ſumma ſapientia q̃ ex ore altiſſimi procedit. Nam in feſto ſcenophegiæ. i. tabernaculorum dñs aſcendit in templum diluculo & ſic oĩs populus venit ad eũ, & hoc adqnq;. Primo venit vt famelicus ad cibũ pro ſatietate. De loco penurioſo uenitur ad locum oĩbus bonis repletum. Mundus habitatores ſuos nõ ſatiat qd̃ facit dñs. ſicut pueri mane ſurgunt ut comedant. Plus ſufficit pauperi iuſto ſua penuria, quã cupido & tenaci ſua abundantia, ſic accidioſus canis eſt famelicus cuius omnes ſenſus eſuriunt, aures rumores, uiſus uanitates, guſtus

*B Scribere. Qũo dominus ſcribit in papyro. i. in anima noſtra.*

*C Venire. Qũo populus ad dominũ ueniebat*

D *Accidia. Qũo accidioſus eſt ſicut oſtium in cardine.*

guſtus ſapores. Nec tamen mane aut veſpere mouetur ut conuertatur ad dominũ. Prou. 27. Sicut oſtium uertitur in cardine ſuo, ſic piger in lectulo ſuo. Oſtium murmurat cum mouetur, ſic piger cum mouetur ad bene agendum conſcientia remurmurat. Secundo monetur oſtium in cardine & non mutat locum, quia licet ſi mutet locum ſecundum propoſitum, manus tamẽ nec pes mouentur ad opus. Tertio mouetur oſtium ſuper cardinem ſemicirculariter & non perfecte, quia Prouer. 13. uult & non uult piger. Vult quidem operari ſed non vult exequi. Secundo ut laſſi ad refrigerium ueniunt populi ad chriſtum ut quieſcerent. Communiter dicitur quòd nulla eſt ſuauior quies quàm mane, ideo quia uolebant in domino ſuauiter quieſcere. mane ueniebant ad eum. Oſeæ. 6. In iubilatione ſua mane uenient ad me. Seruus dominum illum qui eum affligit die ac nocte libenter dimitti & ad eum uadit qui eũ pacifice tractat. Sic eſt de mundo & Chriſto. Ioh. 15. In mundo præſſuram habebitis, in me autem pacem. Tertio ut cupidus ad lucrum, ut quis recedit de uilla minus lucratiua ad uillam plus lucratiuam. Mundus enim eſt ſicut venator qui corpus ſuũ affligit, equum occidit, ſata diſpergit, tempus perdit, & ex hoc quaſi nihilum acquirit. Sic mundani corpus affligunt, animam occidunt, tempus perdunt, & nihil lucrantur, quia temporalia æternis comparata nihil ſunt, unde Mat. 4. Vidit Ieſus Petrum & Andream retia mittentes in mare, & dixit. Iſta ars non eſt ſatis lucratiua, quia ſolum lucratur pro die præſentis uitæ & nõ ad ſufficientiam, & nihil pro futuro, immo grauia debita contrahit. Ad quod attendẽs Eccel. 2. dicebat deteſtatus ſum omnẽ induſtriam meã qua ſub ſole ſtudioſe laboraui. ideo dixit eis dñs. Mat. 4. Venite poſt me faciam uos fieri piſcatores hominum. Ars enim ordinata ad ſalutem parum habet de labore. Prouer. 1. In opere tuo exiguum laboris eſt, & ibi lucrantur pro pñti & futuro. Eccl. 29. Fiducialiter age cum illo, & in tempore inuenies quod neceſſarium eſt tibi. Et ſicut mercatores & mercenarij mane ſurgunt ad opera & negocia ſua, ſic nos ad bene operandum mane iuuentutis. Canti. 6. Mane ſurgamus ad uineas. Sunt tamẽ qui per totam uitam impugnant Deum, & in ſenectute debilitati uolunt ei ſeruire, qñ non poſſunt ei ſeruire niſi de excreando & tuſſiendo. Quarto ut ęgri ad medicum ut ſanentur. Infirmitates ſanabiles leuiores ſunt mane. Veniunt ergo ad Chriſtum mane gratiæ quo alleuiantur infirmitates ſpirituales. Eſa. 38. Sperabam uſque ad mane i. uſque ad gratię infuſionem, quaſi leo diabolus ſic contriuit. i. abſtulit omnia oſſa mea. i. fortitudinem meam, ſed adueniente mane fugantur beſtię & latrones. Sed in latronum manus incidunt pigri, qui nec mane nec ueſpere uolunt operari. Vnde philoſopho. lib. de animalibus dicit, quòd omnis auis aut habet bonas alas, aut bonos pedes, hyrundo bonas habet alas, perdix bonos pedes, ſic omnis homo debet habere bonos pedes opationis, aut bonas alas contemplationis, quia ſicut auis carẽs iſtis cito capitur, ſic homo per peccatum a dæmone ſi iſtis caruerit cito ſuffocatur. Exẽplũ in Dauid qui occioſus cito fuit captus aſpectu Berſabeę. Mat. 12. Immundus ſpũs aſſumit ſeptem ſpiritus nequiores ſe & intrat domum uacantem. Quinto ut diſcipuli ad magiſtrum ut doceantur. Scholares enim de minoribus ſcholis tranſierunt ad maiores. Mundus non docet niſi perditionem animę & corporis, litteras & elementa quę ſunt diuitiæ & honores. ideo tranſibat iſte ad ſcolas ueri magiſtri qui dicit in pſal. Venite filii au dite me, timorem domini docebo uos, & oportet ſurgere mane ad doctrinam iſtam ut tunc poſſit per cancellarium paradiſi dominum Ieſum irrotulari in libro uitę. Vnde ait. ps. Notam fac mihi mane miſericordiam tuam. Vnde Guilermus Pariſien. ſuper Eccleſia. Mane ſemina ſemen tuum. Mane incipe offerre primitias uitæ tuę Domino. Mane incipe bene uiuere, ne tunc uelis incipere cum deſinendum eſt, quia quidam incipiunt bene uiuere cum deſinendum eſſet. Mane incipe operari, quia grande opus tibi reſtat. Mane incipe iter agere, quia grandis tibi reſtat via. Iſta acceleratio eſt in curandis ęgritudinibus. Vnde principiis obſta &c. & ĩ edomãdis ęquis & tauris & etiam hominibus obſeruanda. Vnde curua ceruicem eius in iuuentute, & tũde latera eius dum infans eſt. Eccl. 3. Non ſuſtinet equus frenum, nec taurus iugum quibus pulli aſſueti non fuerint. nec ſuſtinet diſciplinam patris uir quẽ

puer



puer non ſuſceperit, & æquus qui uſq; ad ſenectam trotauerit, ad ambulationẽ erudiri non poteſt. Sicut plantas dum adhuc tenere ſunt tranſplantamus, ſed cum radices dilatauerint & profundauerint & in magnas arbores excreuerint, auelli ſe uel trãſplantari non patiuntur.

E *Scribe. Quo dñs ſcripſit ĩ puluere.*

Secundo dominus ſcripſit in puluere. Nam cum prædicaſſet adducunt ei mulierem in adulterio deprehenſam tentare eum uolentes, & quærẽtes quid de ea eſſet faciendum, ut ſi eam lapidandam diceret, eum crudelem & non habentem miſericordiam quam populo ꝑdicabat irriderent. Si autem eam dimitti decerneret quaſi pręuaricatorem legis iudicarent. Sed utranque calumniam prudẽter euitans. & iuſtum iudicium ſalua mĩa præferens, ſic ſuum ſermonem temperauit ut & legi non contradiceret & pietatem non amitteret. ſed prius humiliter ſe inclinans digito ſcribebat in terra, tanquam deſignans (ſecundum Aug.) illos ſcribas & Phariſeos in terra eſſe ſcribendos non in cœlo. iuxta illud. Hie. 17. Recedentes a te in terra ſcribentur. Ac ſi per hoc factum diceret. Vos legis teſtimonia mihi affertis qui legem ipſam non intelligitis. Præcepit enim lex mulierem huiuſmodi lapidare, ſed non a talibus quales uos æſtis. Vel dicetur quòd iſti ſcribę proprie erant puluis in quo Chriſtus ſcribebat propter duo.

Primo quia puluis non multum retinet impreſſionem, & hoc ſi ſit in imo quia ſi ſit in aeris ſupremo interſtitio non deletur eo quod non cadit ibi pluuia nec flat uentus, ut dicit Ariſto. 2. Metheo. de monte Olympo, & ſimiliter Plinius in quo litterę ſcriptę in pulueribus nunquam delentur, quia mons ille adeo altus eſt quòd nec uẽtus nec pluuia illic effunduntur, econtra eſt in terra deorſum. Et ſic quando dominus inſpirat homini fugam peccati, ſcribit in puluere cordis eius, & quandoque ſcribit ibi propoſitum caſtitatis & mundiciæ, ſed uentus carnalis tentationis totum delet qñq; propoſitum pietatis & miſericordiæ, ſed deletur uento cupiditatis & auariciæ. quando uero ſurſum erimus cũ Deo, nihil ea delere poterit. Hiere. 5. Apponentur ad dominum fędere ſempiterno quod nulla obliuione delebitur. Iſti autem Phariſei puluis erant doctrinam Chriſtiani audientes, ſed eam paruipendentes. Tantum enim (ut uulgo dicitur) auferebat uentus, ideo quicquid in eis ſcribebat Chriſtus, in puluere ſcribebat. Secundo ideo dicuntur puluis. quia ſicut puluis flatu oris diſpergitur, ita flatu oris Chriſti confuſi ſunt. ps. Comminuam eos ut puluerem ante faciẽ uenti.

F *Scribere. Quare in ueteri teſtamẽto ſcripſit dñs in lapide, nũc ĩ puluere*

Sed quæri poſſet cur in ueteri teſtamento ſcripſit in lapide nunc in puluere, in ueteri teſtamento non ſe inclinauit, nunc uero ſe inclinat cum ſcribit. Reſponſio. hoc ideo eſt. quia ante Chriſti aduentum peccata memoriter retinebat Deus & grauiſſime puniebat, nec de facili delebãtur. ut patet in manaſſe cuius peccata aut ſaltem pœna eorum (quanquàm mutauerit uitam) etiam propter ioſiæ merita non ſunt deleta, ſed propter ea deſtructa eſt hieruſalem templum & populus captiuus, & Dauit licet dixit peccaui pœna tamen inde tranſlata eſt & per filium punitus eſt. Hie. 17 Peccatũ inde ſcriptum eſt ſtylo ferreo in ungue adamantino. Nec tunc dominus ſe inclinabat ad liberandum eos, nunc uero inclinauit ſe & deſcendit & caligo ſub pedibus eius ad calcandum ſcilicet caliginem peccatorum noſtrorum, & iam peccata noſtra ſcripſit in puluere, & quod in puluere ſcribitur ſtatim ad flatum uenti deletur. Si enim flet uentus Spiritus Sancti in corde peccatoris, ſtatim fluent aquę contritionis. ps. Flabit Spiritus eius & fluent aquę. ſed oportet iterum ꝙ flet uentus oris confitentis. Tertius uentus oris abſoluentis, & ſic delebitur ſcriptura peccatorum, quæ ſi non deleatur quouſque cor noſtrũ nunc puluereum tunc fiat lapideum ꝑ obſtinationem, non delebitur in ęternum. Primus flatus eſt ab oriente, ſecundus ab aquilone. tertius ab auſtro. Ab oriente. i. a ſpiritu ſancto oriente, in cordibus peccatorum. ſecundus eſt a ſpiritu confitentis infrigidato peccatis. tertius a ſpiritu abſoluentis ex calore charitatis operantis. Dominus autẽ erectus ſententiam protulit dicens. Qui ſine peccato eſt ueſtrum primus in illam lapidem mittat.

G *Iudicare. Vtrũ exiſtẽs ĩ peccato poſſit aliũ rite iudicare de ſimili pcõ.*

Circa quod quæri poteſt. utrum homo in peccato exiſtens poſſit alios reprehendere uel iudicare. Et uidetur ꝙ non, quia ad Ro. 1. dicitur in quo alium iudicas, teipſum condemnas. Reſpondetur per tres propoſitiones. Prima. Iudex irretitus peccatis leuibus & communibus nõ eſt impeditus ad corripiendum, quia ſine

huiuſmodi

hmõi pctīs vix tranſiri pōt humana vita. Eccl. 7. Nō eſt homo iuſtus in terra q faciat bonū & non peccet. Prou. 20. Quis pōt dicere mundum eſt cor meum? Vix.n. pñt eſſe actus nři ſine puluere venialis peccati, tñ quantum pōt homo debet illa a ſe excutere, quia diſponunt ad mortale. Inde præcipitur. Mat. 10. Excutite puluerem de pedibus veſtris. Secunda propoſitio. Si iudex ſit notatus & maior peccato aut ſimili quali accuſatus eſt reus, & hoc ſi manifeſtum, inutilis eſt ad iudicandum. Primo quia auctoritatem alios corrigendi perdit ne dicat ei medice cura teipſum. Chriſoſ. Si te magis diligis quàm proximum quare ipſum pcuras teipſo ſpreto? Sicut ſi hydropicus corripiat eum cui digitus tumet immemor vteri ſui. Tales volunt reprehendere ſed nolunt reprehendi. Similes vermi q cum tangitur crepat. Scđo qa perdit efficaciam corrigendi. Eccl. 34. Ab immundo quis mundabitur Greg. Sordes manus tergere non ualent quę lutum tenent. ſimiles carcerato qui tenet incarceratos vt non exeant ſed qñ vult exit. Greg. Nō pure cōſiderat maculam in oculo, oculus quē puluis grauat. Mat. 7. Hipocrita. ſcilicet ſumēs formam corripiendi quam non habes eiice primum trabē .i. peccatum grauius quā ſub diti, de oculo tuo. Plus nocet puluis in oculo quàm ſpina in pede, & tunc poteris eijcere feſtucam de oculo fratris tui. Tineoſus ſemel reprehendit luſcum eo ꝙ obliq; reſpiceret, non conſiderans ꝙ tinea quaſi excęcabat oculos eius. Tertio contra ſe fert ſententiam. Ro. 2. in quo aliū iudicas, teipſum condemnas, eandem.n. agis quæ iudicas vt ſuperius allegatum eſt. unde Eccle. 21. dr. Dum maledicit impius diabolū, maledicit aīam ſuam. i. dum impium iudicat diabolum eſſe iuſte a deo punitum & damnatum, quia tñ eſt diaboli imitator denunciat ſe ſimiliter debere damnari. Si tñ neceſſitas immineat iudicandi propter officiū quod exercet, pōt cū humilitate uel timore arguere vel iudicare. unde Aug. de verbis dñi. Si vos inuenerimus in eodem vicio eſſe congemiſcamus & ad pariter conandū inuitemus. Nec tamen propter hoc homo ſic ſeipſum condemnat vt nouum condēnationis meritum ſibi acquirat, ſed quia condemnas alium oſtendit ſe ſimiliter condēnabilem eſſe propter ſimile peccatum. Hec Tho. 2.2.q. 60. ar. 2. Tertia veritas. Si peccatum graue ſit & occultum iudicare pōt ſi penitet. ſi non. non debet iudicare & hoc habet. 3. q. 7. Qui ſine peccato eſt, qa ſi talis alios reprehenderet aut corriget, talis correctio non procederet ex charitate. vel vicij deteſtatione. Alias enim prius deteſtaretur in ſe quàm in alijs, nec hō plus debet diligere proximum q̃ ſe ipſum, ideo quia voluit iſrael uindicare in beniamin. Iudi. 20. Et non erant uindicantes mūdati a peccato, iō cū multitudine occiſorū bina vice terga dederunt. Tales qui ſic iudicāt, aliorum pctā ad magnū pondus ponderāt & ſua ad paruum. Exemplum de heremita qui in collo portabat biſſaccum plenum multa arena retro & pauca in ante, qui requiſitus cur hoc faceret reſpondit. ſe portare pctā aliorū ante ſe, & ea grauiter iudicare. ſua aūt quæ maiora eſſent retro ponere nec de eis curare. Tertio ſcripſit dñs in pergameno, quia in pelle pauperis meretricis ſcripſit miſericordiam. Sicut.n. pgamenum pellis eſt aīalis mortui, ſic corpus peccatoris pellis eſt aīam mortuam cooperiens. Cum igitur dñs ſcripſiſſet in terra receſſerunt oēs unus poſt alium. & ſic remanſit ſolus Ieſus cum mulier. In quo deſignatur ꝙ ad hoc ꝙ peccator ſit iuſtificatus oportet ꝙ diabolus vel diabolicum officiū exeat. & Ieſus ſolus in domo remaneat & mulier ſtet in medio. i. anima exerceatur in operibus virtutum, q̃ ſecundū Ariſto. ſecundo ethi. conſiſtunt in medio. Erigēs aūt ſe Ieſus. &c. dixit. Nemo te cōdēnauit mulier. In hoc datur documētū ꝙ ſi aliqua mulier adulterando uiolauerit matrimonium. & ſit ſpes & apparentia de conuerſione eius & fidelitate impoſterū, debet eam clementer ſuſcipere maritus eius: Patet p decretum Auguſtini ad pollentiū. 32. q. 1. Quod aūt tibi durum, & hoc ibi probatur ratione, quia forte peccatum eius deletum eſt lachrymis pœnitentiæ. Si aūt dñs dimiſerit, debet & ſeruus dimittere cauendo illam dñicam ſentētiam. Serue nequam omne debitum dimiſit tibi. Secundo hoc probat duobus exemplis. Primo Dauid recipientis Michol. qui propterea non eſt reputatus infamis. Secundo Xpi parcentis adulteræ. Et ſi dicatur quòd in antiqua lege nūquam parcebatur adulteræ: dicitur quòd uerum eſt ꝙ nunquam legali expiatione mundabatur



illud crimine, ſed modo bene quando Chriſtus adulteræ dedit abſolutionem. Inde eſt ꝙ nunc adulterium cōiter morte non mulctatur ſicut olim q̃uis furtum quod minus eſt adulterio morte puniatur. Et in hoc culpandi ſunt aliqui, qui in indulgētia facta huic peccatrici fundare volunt plenarias indulgencias à culpa & pœna, cum tamen Chriſti facta in talibus nō ſunt ad cōſequentiā trahēda, ſed magis doctrina eius. Ioannis Baptiſtæ, & Petri Apoſtoli, qui nobis vnanimes iubēt dicentes pęnitentiam agite.

*Sermo ij. vnde ſupra per idem the. Ieſus autem inclinans ſe &c. & in ordine. 86.*

*A Incarnatio. Qđ exemplo geometriæ ꝑ incarnatione qđ prius docuerat verbo, docuit exemplo.*

SIcut geometriæ doctor videns ſcholares non proficere, nec intelligere, qđ loquitur, quod dicit verbo declarat exemplo protrahendo figuras in terra, & tunc ſcholares intelligūt & proficiūt. Sic Deus pater aliquando loquens patribus in prophetis de virtutibus de humilitate, paupertate, charitate & ſic de aliis nihil horū ꝑ ſe tunc oſtendebat, nec tunc multum proficiebat mūdus. Nouiſſime vero in terra filij ſui ſcripſit hoc & oſtēdit in exemplo ꝙ prius oſtenderat verbo, exemplum humilitatis cum rex factus eſt paruulus, paupertatis in præſepio, charitatis cum pro inimicis natus, mortuus, & ſepultus eſt, eruditionis cum viam veritatis oſtendit, pietatis cum huic peccatrici indulſit, caſtitatis, cum de virgine natus eſt, in qua gratiā & cæteras virtutes non tam inſcripſit quā realiter poſuit, vt etiam dicatur gratia plena ad quam hauriēdam ore teneamus hauritorium. Aue &c.

Dominus digito ſcribit quod nunquā legitur alibi ſcripſiſſe. i. ad digitum, & manifeſtæ oſtendit veritatem. Primo plebanis & audiunt. Secundo maioribus natu, vt ſcribis, & phariſeis & fugiūt. Tertio infirmis & debilibus vt peccatoribus, & ſani euadunt. Primo ergo digito ſcribit oſtēdit ueritatem plebanis qui ad eum veniebunt diluculo vt audirent verbum eius, in quo notatur feruor deuotionis plebis, q̃ ſpreto cubili & negociis ſuæ ſalutis memores ad dominum veniebunt. Non enim erant tepidi ſicut multi qa deuotionis feruore tepeſcunt. Tepiditas enim eſt receſſus a feruore inchoato, quæ tria hominiaſfert incommoda. Primo eum facit Deo exoſum & quaſi abhominabilem, & cibū corruptum. Pſal. Corrupti ſunt & abhominabiles facti ſunt. Prouocāt enim Deū ſicut aqua tepida quaſi ad vomitum, vt tales à ſe cum dolore eijciat canibus infernalibus, qui canes in re euomita paſcuntur & delectantur. Talis erat angelus laudicie, de quo Apo. 3. Vtinam calidus eſſes aut frigidus, ſed quia tepidus es incipiam te euomere de ore meo talis erat deſidioſus monachus quia feruore tepeſcens panem ſibi a Deo miſſum inueniebat magis ac magis ſordidum. Ber. Cauēdum eſt nobis frigore aquilonis, qui ſi ſemel in ſinū mentis lapſus fuerit deferueſcit nouicius, feruor mentis extinguitur, & bona intima moriuntur. Secundo tepiditas fiduciam tētandi dyabolo præſtat. De multis enim tentat tepidum de quibus non audet tentare feruentem. Olle enim feruenti muſce non inſident. Si enim prouocat Deum, vt habeat deus aduerſus eum pauca, ſathanas habebit aduerſus eum multa. Hiero. ad creſiphontem. Tepidum diſcipulum nō amat Chriſtus Angelus epheſi qui & epiſcopus erat & poſt multa paſſionum merita feruore tepuerat, ſi ad pęnitentiam reuocatur dicendo, habeo aduerſus te pauca, quia charitatem tuam primam reliquiſti memento vnde excideris, & age pęnitentiam quam damnationem credimus excepturos indeuotos, cum tantam reprobationem deuotus exceperit? Tertio reddit hominem impotentem & contractum, vt patet in quibuſdam, qui cum robuſti ſint corpore, tamen vix poſſunt ſextam partem pęnitentiæ facere quam facit vna debilis vetula, quod accidit ex ſua tepiditate, quia paruum aut nullum habent deſiderium bene agendi. Ber. Forſitan non poſſumus quia non multum volumus. Secundo digito ſcribit. i. oſtendit veritatem maioribus natu ſcilicet ſcribis & phariſeis & fugiunt. Adducunt enim ad tentandum Chriſtum mulierē deprehenſam in adulterio. Iſti erant iudices populi legē dñi ſciētes & allegātes, ſed nō faciētes in quo reꝑhēdunt iudices inerudití, q ſi eſſent ſtudioſi ī lege diuina & humana, ſicut ī ſcaccis & aleis, & ſe & alios diligere poſſunt. Et ſi dicat quare ad iudiciū corā domino

*B Tepiditas Qđ tria mala affert hōi tepiditas.*

venerunt. Quid illa mulier ad eum aliqñ pertinuit, ut tentantes per eam accuſarent eum? Rñſio ꝙ aīa aduertebant prophetam dixiſſe, procede & regna propter veritatẽ & manſuetudinem & iuſticiam. Hæc.n.ſunt tria lilia quibus armatus eſt francorū rex. Et quia cū loquebatur Xp̄s veritas agnoſcebatur, & cum aduerſus inimicos nō moueretur manſuetudo laudabatur, ið in 3.ſ. iuſtitia ſcandalum propoſuerunt. De manſuetudine inquiunt manifeſte laudatur, q̄a verax eſt & viam Dei in veritate docet. de iuſticia quærenda calūnia eſt. Ieſus aūt inclinans ſe digito ſcribebat in terra. Tutabatur dn̄s paruam adulteram contra magnos adulteros ſicut bonus iudex tuetur paruum latronem contra magnos. Erāt.n. magni adulteri, & illa forſitan ſemel peccarat quod alii multipliciter. Nunc iudices diſſimulant in magnos latrones & potentes, in paruos uero vindicantur. Legitur de bubone ꝙ a laude eum ſibi præfecerūt, ut eas ab importunis auibus defenderet, eo ꝙ fortis & proceri corporis eſſe videretur. Cum aūt quadam die uolarent, capta eſt alauda quæ in extremitate exercitus alias ſequebatur, delata eſt querimonia ad regem qui rn̄dit. Quare in extremo & periculoſo loco ibat? poſtmodū capta eſt alia q̄ in primo loco volabat, & rn̄dit bubo. quare in primo loco ſe poſuit tam præſumptuoſa tandem capta eſt alia quę in medio uolabat, rn̄dit bubo quare inquietatis me, quid vultis vt faciam vobis? Semper conſuetudo fuit ꝙ a niſis & accipitribus caperent alaudę. In hoc etiam ꝙ ſcribebat in terra digito priuſquam iudicaret, noſmetipſos examinare voluit priuſquam alios iudicemus. Cum res volumus cognoſcere digito attē tamus & eas inueſtigamus. Vnde dicit dn̄s Thomæ. Infer digitum tuum huc & noli eſſe incredulus. Sic qui in Spū Sancto viuit ſolicite ſemetipſum inueſtiget ſi ſit aliq̄d in eo arguendum, maxime qui alios habēt iudicare & caſtigare. Inde dn̄s daturus ſententiam de adultera digito ſcribebat in terra, & poſt ſententiauit, docens nos prius inueſtigare quàm alios corrigere. Sed quæritur quid eſt quod dn̄s ſcribebat in terra? Reſpondit Ambroſius ꝙ ſcribebat terra: terra: abſorbe iſtos abdicatos. Vere tales abſorbet terra: quæ eos ſuſtinet ſicut terra quæ ſuſtinebat Dathan & Abiron deuorauit eos, quia terra ſuſtinet ſtatum eorum, deuorat eos inquantum damnationis materiam adminiſtrat. Videmus enim multos qui eſſent boni, niſi terrena proſperitas & fluctus negociorum ipſos per vitia deuoraret, & ſenſum eorum & ingenium abſorberet. Sen. in epiſtola. 19. Ingenioſus fuit mecenas magnum exemplum eloquii daturus, niſi eum fœlicitas inuoluiſſet. Sic & terra meretricum abſorbet ingenium & ſenſum lecatorum, ut uideantur etiam litterati uiri per illud vitium ebetes. Vel dici poteſt ꝙ ſcribebat eorum peccata quę in Xp̄i lumine comprehendebantur. Ioh. 1. Lux in tenebris lucet, ita ut tenebre peccatorū quæ creduntur latere in lumine iſto appareant & uideantur. Nec illud eſt mirabile ſi in paruis ſignis oīa eorum pc̄tā cognoſcerent cum ex uigintiduabus litteris latinis tot vocabula differentia & pœne infinita in ſingulis idiomatibus conſtituantur. Cum etiam unum vocabulum multas res ſignificet, quare non potuit rerū creator inſinuare uariam & grandem pc̄torum multitudinē in paruis characteribus. Scripta ſunt aūt peccata Phariſeorū & nr̄a duplici ſtylo. Primo ſtylo hoīs in cōſcientia noſtra iuxta illud Eſa. 8. Sume tibi librū grādem & ſcribe in eo ſtylo hoīs. Eſt enim cōſcientia liber grandis in quo ſcribunt omnes actus & cogitatus. Sed q̄a radi poſſunt ſcapulo linguę, & deleri aqua contritionis ſed poſtea ſcribuntur manu Dei qui eſt ſtilus ferreus ut nunquam deleantur ſed inęternum puniantur. 1. Re. 5. Nō eſt deus ut homo ut pęniteat. Hiere. 17. peccatum Iuda ſcriptum eſt in ſtylo ferreo in ungue adamantino. Iſtis autem phariſeis iam manu dei ſcriptis in terra dedit ſpacium ab eo recedendi & hic conſulendi verecundiæ ſuæ ubi debebant ad eum accedere tanquam ad deum miſericordem & ſecreta eorum cognoſcentem, ſed ab eo receſſerunt quaſi filius qui recedit a patre quia uerbo corripit eum. Circa hoc queritur quare Chriſtus non ſcripſit doctrinam euangelicam pro ſalute totius populi fidelis, ſicut ſcripſit in terra pro ſalute huius meretricis? Reſponſio ſecundum Thom. 3. parte. q. 42. ar. 4. Quòd conueniens fuit Chriſtum doctrinam ſuam nō ſcripſiſſe. Primo propter dignitatem ipſius. Excellentiori enim doctori excellentiori modus doctrine debetur, & ideo Chriſto tanquam excellentiſſimo doctori hic modus competebat, ut doctrinam ſuam auditorum cordibus imprimeret, propter quod dicitur Mat. 7. quòd erat docens ſicut poteſtatem habens. unde etiam apud gentiles Pythagoras & Socrates (qui fuerunt excellentiſſimi doctores) nihil ſcribere uoluerunt. Vnde & hoc conſonat ſcripturæ. Hier. 31, Poſt dies illos dicit dominus, dabo legem meam in uiſceribus eorum & in corde ſcribam eam. Doctor enim exterior ſolum pulſat aures corporis, ſolus Deus aures mentis. Secundo propter excellentiam doctrinæ Chriſti q̄ litteris comprehendi non poteſt ſecundū illud Ioh. ult. Sunt & alia multa quę fecit Ieſus. quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere eos qui ſcribendi ſunt libros, quos (ſicut dicit Aug.) non ſpacio locorum credendum eſt mundum capere non poſſe, ſed capacitate legētium comprehendi non poſſe. Si aūt Xp̄s doctrinam ſuam ſcripto mandaſſet, nihil altius de eius doctrina homines exiſtimarent quàm quod ſcriptura contineret. Tertio ut ordine quodam ab ipſo doctrina ad omnes perueniret, dum ipſe ſuos diſcipulos immediate docuit qui poſtmodū alios uerbo & ſcripto docuerunt. Si autem ipſemet ſcripſiſſet, eius doctrina immediate ad omnes perueniſſet. Vnde & de ſapientia dicitur. Prouer. 9. Quòd miſit ancillas ſuas uocare ad arcem. Dicitur ſecundo ꝙ ſcriptura quā ſcripſit dominus in terra ad nullius peruenit notitiam, neque de ſcriptura illa quicquam aſſertiue. ſed opinatiue tm̄ æſtimatur, quia illa ut æſtimatur loquebatur de reprobatione phariſeorum quā prę uerecundia uidentes a Chriſto receſſerūt. Iudicia autem diuinę reprobationis nemo nouit niſi Deus. Vnde & Apo. 10. Iohanni dictum eſt. ſigna quæ locuta ſunt 7. tonitrua & noli ea ſcribere. Erigens ſe Ieſus dixit, ubi ſunt qui te accuſant? Dn̄s erectus protulit ſententiam iuſtitiæ ubi ſcribens proceſſum reſpiciebat in terram, quia iudex ad neminem debet inclinari, & reſpicere quando profert ſententiam, licet qui proceſſum faciunt ad fauorem partis reſpiciant pro ea loquentes. Leu. 19. Non cōſideres perſonā pauperis nec honores uultum potētis ſed iuſte iudica proximo tuo. Nume. 19. Via publica gradiemur, non declinabimus ad dextram nec ad ſiniſtram. Pſal. Reges eos in uirga ferrea. i. iuſtitia inflexibili. pſ. Iuſtitia tua ſicut montes dei qui non poſſunt moueri. Qui ſine peccato eſt ueſtrum primus &c. Multi uolunt alios corrigere, qui nec ſe corrigere uolūt nec aliorum correctionem audire, ſimiles uermi qui ſignum durum penetrat & corrodit. ſi uero modicum tangatur crepat & inquinat tangentem. Amos 5. Odio habuerunt corripientem in porta & loquentem perfectæ abominati ſunt, immo eos a ſuo ſeruitio eiiciunt. ſicut cibus quamuis ſit bonus & ſanus abominabilis eſt infirmo & eum reiicit, ideo tales aperire debēt cor ad correctionem ſicut feneſtra domus aperitur ad lumen ſuſcipiendum, & oculus ad collirium infundendum licet ſit graue ad horam. Tertio oſtendit dominus ueritatē digito īfirmis & debilibus, & ſani euadūt. Vnde hanc mulierem peccatricem uoluit abſoluere. Nam ſe erigens poſtquam ſecūdo ſcribebat in terra dixit. Vbi ſunt qui te accuſant? uolebat dn̄s iudicibus formam iudicii imponere, ut ſcilicet teſtibus auditis iudiciū proferrent, & quia nulli fuerunt teſtes adducti, abſoluit eam. Sicut.n. ſagittarius non poteſt recte ſagittare niſi clare uideat ſignum ad quod tendit, ſic nec iudex recte iudicare, niſi ueritate debite informetur. Sed hodie ſub ſpecie iuſtitię imponuntur hominibus multa flagella, ut inde poſſit aliquid extorquere, ſimiles lupo de quo narratur in fabulis, ꝙ cum uidiſſet ſemel ſe diffamatum de nimio eſu carniū iurauit de cætero non comedere carnes, ſed tandem arctatus fame inuenit mutonē pinguem in prato, quem propter iur̄m uerius comedere impoſuit ſibi ꝙ erat ſalmo, & non obſtantib. allegationib. & negationib. ex parte mutonis factis, deuorauit eū loco ſalmonis. Tales ſunt qui uidentes ruſticum imponunt ei tranſgreſſionē mandati regii uel aliquid hmōi & ſic comedunt eū loco ſalmonis. i. latronis uel homicidę. Sic Iezabel impoſuerat Naboth ꝙ maledixerat Deo & regi, ut hēret uineā eius. Scd̄o dat dominus formam iudicib. in iudicando, quia in iudicio hoīm alius debet eſſe iudex, alius actor, alius reus, alius teſtis, & tunc poterit eſſe iuſtum iudiciū. Et licet in hoc iudicio eſſet ibi actor. ſ. qui eā accuſauerant & perſona rea. ſ. adultera, &

*C Iudicare. Qd iudices tutantur magnos latrones et ſuſpēdūt paruos.*

*D Scribere. Quid dominus ſcribebat in terra.*

*G Iudicare. Qd iudex ad neminē debet reſpicere ſed …*

*H Correctio. Qd multi nolunt audire correctorem.*

*I Teſtimonium. Qd aliquādo requirūtur teſtes in iudicio.*

iudex ſcilicet Chriſtus,quia tamen defuit teſtis interrogauit dñs nemo te condemnauit mulier.Si enim fuiſſet teſtis iam per teſtes damnata eſſet iõ dñs ꝑuenit teſtimonium eã abſoluendo.Et hic ordo obſeruari dẽt.Ait.n.Gen.16.Deſcendã & videbo vtrũ o.pe impleuerunt &c.niſi forte ſit notorius exceſſus,vbi hęc nõ ſunt neceſſaria ſicut patuit.Gen.4. Vox ſanguinis fratris, tui clamat ad me &c.Notoriũ eſt quod feciſti,quia cũ ibi nõ fuit teſtis dñs eã abſoluit.Mulier nemo te condemnauit. Tertia.n.fuerat mulier ex verbo dñi dicẽtis.q̃ ſine peccato eſt &c.Dereliquerãt eã puniendam qui erãt peccatores ei q erat ſine peccato.Et iõ periculũ eſt cadere in manus iudiciũ malæ cõſcientiæ.nullũ uero aut rarum ꝑiculũ in eorũ manus q recte uiuũt, nec ego te cõdẽnabo.Quid ẽ dñe Ieſu an peccatis faueas ut ſine punitione eã dimittas.Sed audi quid ſequit̃. Vade & iã amplius noli peccare.Nõ dicit vade uiue, ut uis de mea liberatione eſto ſecura q̃tumcunq; peccaueris. Dãnauit itaq; peccatũ, ſed hominẽ liberauit.Pſ.Dulcis & rectus corde. Dulcis vt parcat. rectus ut puniat.

K
*Lex. Quõ dñs mutauit graue iugum legis antique.*

Præterea hic dñs mutauit iugũ legis antique.Nã in voce terribili iugum huis legis datũ eſt.Exo.19.Cunctus populus audiebat uoces & lãpades.Inde dixerũt moyſi. Loq̃re tu nobis & non loquatur nobis dominus,ne forte moriamur. Iugũ aũt legis noue datũ eſt in uoce leni & dulci.Vñ aperiens os ſuũ dñs docebat eos. Terribilis enim erat illa vox ut mulier in adulterio deprehenſa lapidaretur, & etiam mulier, aut uir ligna colligens ſabbato. Nunc iugum domini ſuaue quando audit mulier nemo te cõdemnauit,nec ego te cõdẽnabo. Aquas.n.marath filii Iſrael nõ poterant deguſtare,quouſq; lignũ in aquas miſſum dulcorauit eas. Adulteriũ.n. gentiles horrende puniebant,quorũ ſententiam reuocauit theodoſius magnus.

L
*Lex. Qđ nõ ſp ſecundũ ſeueritatem iuriũ iudicãdũ eſt.*

Sed quæritur cum lex adulterã iudicaret eſſet lapidandã,qũo tam cito dñs legẽ illã fregit. Nonne iudicibus ſuo exẽplo ſimilẽ facultatem præbuit.Secundo qũo dñs legiſperitos ſcribas & phariſeos dãnat in pluribus locis dãs eis ue maledictionis,huic aũt adulterę bñdictionẽ abſolutionis tribuit?

M
*Iudicare Qđ iudex*

Rñſio.Prima ueritas.Nõ ſp ſm canones, aut iura iudicãdũ eſt, neq; ſp ſequẽda eſt ſeueritas.dũmodo ſpes appareat correctionis Moyſes enim noluit cũ tabellis.i. cum rigore legis uenire ad populum delinquẽtem,ſed tabulas fregit, legem euacuauit, & populo delinquenti pepercit. Si tabulas non fregiſſet populo non peperciſſet. Lex enim dicit. Qui immolat præterquã Deo ſoli occidetur.Quotiens enim eps intuitu pietatis alicui miſeretur & timẽs ne in peius ruat,& nõ ſm canones miſericorditer iudicat,totiẽs tabulas frangit & legis aſperitatẽ relinquit, nec hoc eſt peccatum.Vnde moyſes ꝑ fratris tabulis nunquàm à domine rep̃hendit̃,ſed vitulũ cõtriuit & cõbuſſit,in quo cui iraſceret̃ oſtẽdit uitulo ſcilicet qa peccatum oĩa conabatur auferre. Hoc bruno. Dr̃ ſcđo q dominus legiſperitos dãnat & adulteram abſoluit ut inſtruat iudices habere virtutem fortitudinis ad ꝑdiandũ & faciẽdum iuſticiã de magnis & potentibus tyrannis Mat.Eſtote fortes in bello &c.Sed multi ſunt ſimiles miluo qui audax eſt ad pugnãdũ cõtra pullos;timidus cõtra grues & ardeas.In magnos.n.uſurarios,& ſeculi potẽtes nõ auderẽt exercere iudicia, ſed bene pauperes ſolent citare & moleſtare.In li.de natura rerũ dr̃ q hærodius eſt auis prædalis non multum magna corpore,ſed uirtute maxima, q̃ multo maiores ſeipſa aues inuadit, intantum q aquilam quandoque capit,& ſi ad grues uolauerit,non prius deſcendit quàm duas uel tres ad terram proſtrauerit.Tũc.n maius eſt gaudiũ iudici,cũ perſonã non reſpicit potentis, & miſerrimo parcit breuiter eum in iuſticia expediendo Dicitur tertio q dominus oſtendit q ſicut in ream criminis uſus eſt mĩa,ſic in reos,iudices iuſticiam temperare debent miſericordia.vnde. Pſal. Mĩa & ueritas obuiauerũt ſibi,iuſticia in faciẽdo proceſſum in audiẽdo accuſatores. & ſcribendo ea quæ proceſſui deſeruiebant.ſed miſericordia inuenta eſt in ſententiã proferendo. Abies enim inter cæteras arbores eſt rectiſſimũ ſed tamẽ inter eas moliſſima & gũmi & liquore abundãtiſſima.Solet.n.liquorẽ tenacẽ & odoriferũ emittere,qui morbis ſolet ſuffragari. Sic per iuſtitiam rectiſſimus eſt, iudex qui cum iuſtitia pietatis moliciem debet habere.

Vade & noli amplius peccare.Non dãnauit eã dñs licet damnanda eſſet. Accu-

ſato-



atores quamuis nõ eſſent receptibiles, tamen non comparebant nec erant teſtes ꝓbantes factum,ideo dominus iuridice abſoluit eã.In hoc debemus intelligere ſp iudicia eſſe in meliorem partem interpretãda,niſi conſtet de appoſito. Conſtat.n.iſtã pęnituiſſe, & ſic tanquam bonã a domino abſolutionem reportaſſe.

N
*Iudicare. Quõ ĩter ta ſunt in meliorẽ partẽ interpretãda et quõ non.*

Sed q̃rit Alex. 2.parte. Vtrum iudicia ſint ſemper in meliorẽ partẽ interpretanda. Et uĩ q non qa iudicium magis debet eſſe de eo quod in plurib.accidit,ſed in plurib.accidit q male agant hoĩes iuxta illud.Eccle.1. Stultorum infinitus eſt numerus & 2.topicorũ. Plures ſunt mali quàm boni. Et hoc modo interpretando,homo ut ſæpius falleretur iudicando malũ bonũ, contra illud Eſa.5.Ve qui dicunt bonum malum &c. In oppoſitum per glo.ſuper illud Ro.13.Qui non manducat manducantẽ non iudicet, dubia (inquit) ſunt in meliorem partẽ interpretanda.Reſponſio.Prima ueritas. Facta propria dubia ſunt in deteriorem partem interpretanda,ſicut cum aliquis confitetur de dubio ĩter mortale & ueniale tã confeſſor quàm qui confitet̃, debet illud interpretari iniungendo pñiam tanquam ſi eſſet mortale. Greg.Bonarum mẽtium eſt ibi agnoſcere culpam ubi culpa non eſt, & hoc propter timorem ad cautelam Iob.9. Verebar oĩa opera mea ſciens q non parceres deliquenti,hoc eſt cum timore condemnabam. Vnde hoc modo interpretãti non eſt proprie affirmare uel iudicare,ſed ſe ſecurum contra dubium facere ac ſi deterius contigiſſet. Secunda ueritas. In factis proximi cum ſunt dubia non debemus ad deteriorem ſed in meliorem partẽ interpretari. Hoc oſtendit doctor ſanctus, quia ex hoc q aliquis hẽt de alio opinionem malam abſq; ſufficienti cauſa,iniuriatur ei & eum contemnit nullus aũt debet alium contemnere,aut nocumentũ quodcunq; inferre ſine cauſa cogente.Ideo ubi non apparerẽt manifeſta indicia alicuius, debemus eum ut bonum habere ad meliorem partẽ interpretando. Hoc.n.eſt in laudẽ liberalitatis diuinæ, quæ põt inclinare in bonum cum uult, poteſt tamen contingere q ille qui in meliorẽ partẽ interpretatur ſæpius fallitur, ſed melius eſt q aliquis frequentius fallatur habens opinionẽ bonam de aliquo malo homine quòd ſit bonus,quàm rarius fallatur habẽs opinionẽ malã de aliquo bono q ſit malus, quia ex hoc iniuriatur alicui,nõ aũt ex primo.

*Dominica quarta 40. Sermo primus & in ordine 87. per thema. Lætate Hieruſalem, & conuentum facite omnes qui diligitis eam. Eſaiæ.66.*

A
*Lætari. De dñia lætitiæ ĩ ſeruitio Dei & in ſeruitio mundi.*

QVomodo eccleſia hodie ꝑcipit lætari cum in principio 40. oppoſitum iuſſerit? Conuertimini ad me (inquit) in ieiunio & fletu & planctu,& uocauit ad caluitium & cingulum ſacci.Præterea in ꝑs.dr̃. In medio eius ſuſpẽdimus organa nr̃a, ſed mõ eſt mediũ 40. deberemus ergo ſuſpendere gaudium & lætitiã. Præterea muſica in luctu importuna narratio. Eccl.32. Cũ ergo ſit tp̃s luctus, vr̃ non eſſe conueniens nunc lætari.Reſponſio.Prima ueritas.Duplex eſt lætitia,una in ſeruitio mundi,alia in ſeruitio dei.Prima breuis & tranſitoria, inanis & uacua,ſecunda permanẽs ſincera & meritoria. Prima non eſt uera lætitia. Probat̃ primo nõ eſt uera lætitia cuius extrema ſunt luctus & miſeria. ſic de lætitia mundi Baruch.4.Nutriui eos cũ iocunditate,& emiſi eos cũ fletu & luctu. Mulier.n. concipit cũ delectatione, ſed paulopoſt dũ parturit,eiulat & in dolore parit. Sicut ebrii & in quib.paſſio lunatica dominat̃ ſine cã ſæpiſſime ſunt iocũdi ſed ceſſante nouilunio & ebrietate triſtes & melancolici & infirmi inueniunt̃, ſic qui uino mũdanæ lætitiæ ebrii ſunt & imbuti & mũdanæ mutabilitati dediti,dũ durat talis ebrietas iocundantur,ea ceſſant e æternis triſtitiis deſolãtur. Sic Olofernes iocundiſſimus effectus dormiẽs occiſus eſt.Iud.11.& 13.Sic Antiochus.2.Mach.6.dicebat moriens, iocundus erã & quietus in domo mea,& ecce pereo in triſtitia magna ĩ terra aliena. Non ſic Moyſes de quo Heb.11.Elegit cũ populo dei affligi magis q̃ hr̃e pcĩ iocũditatẽ.Secundo ubi non eſt lux ibi nõ eſt uera lætitia.Thob.5. Quale mihi gaudiũ eſt qui in tenebris ſedeo, & lumen cœli nõ uideo? Iõ ubi eſt lux,ibi initiũ lætitiæ.Inde. ꝑs.Lux orta eſt iuſto,ſequitur & rectis corde lætitia.Sic uidemus in hac luce corporali q̃ nõ eſt niſi umbra primæ lucis. Inde Philoſophi q auſerũt ſciam a creaturis auferunt lucem ab umbris. Sola lux uera eſt

 filius

filius Dei, qui dicit Io. 9. Quamdiu ſum in mundo lux ſum mundi, quam lucem apud ſe tenebat pater ante incarnationẽ ſed in incarnatione fudit eam. Io. 1. Erat lux uera quæ illuminat oẽm hoĩem. Quia igitur in creaturis huius ſeculi non eſt lux vera ſed umbra lucis, in his non eſt quærenda uera lætitia ſed in filio lucis. Et quia in illo ſolo lętandũ eſt & in donis ſuis. ideo Scđa ueritas: Non ab re eccleſia monet filios ſuos lętari lętitia ſpirituali in hac media dñica 40. Primo ad oſtendendum ꝙ dñs uult ſibi ſeruiri in lætitia cordis non in triſtitia uel accidia. 2. Cor. 9. Hylarem datorem diligit deus. p̃s. Seruite dño in lętitia. Qui cum triſtitia bona opa facit (cũ bonis operibus Deus paſcatur) quaſi cum falſa fellis cibum domino apponit. iuxta illud. p̃s. Dederunt in eſcam meam fel, cũ falſa uero mellis qui cũ lętitia facit. Ideo eccleſia uult nos habere (ſicut uulgo dr̃) inter duas uirides maturam unam. i. in medio afflictionis & pęnitentiæ aliquid lætitiæ & conſolationis. Secundo ut oſtendat ꝙ dolor de peccatis non debet eſſe continuus quin lætitia de ſpe præmii admiſceatur. Miſcendum eſt mel Abſinthio, aliter potari non poteſt. Vnde inter laborem matutinum & ſerotinum eſt prandii refectio, ita ut hodie uideatur eccleſia ponere menſam filiis ſuis, ut in medio laboris pęnitentialis reficiantur. Tertio ut oſtendatur ꝙ illi qui falſam lætitiam ſeculi relinquunt & Deo ſeruire incipiunt, non ex toto lætitiam amittunt, ſed potius eam mutãt. Qđ figuratum eſt Geñ. 20. Vbi Abraham credidit filium ſuum occidendum, & tñ non fuit occiſus ſed aries pro ipſo. Iſaac riſus interpretatur qui amicis dei remanet, ſed carnalis lætitia (quæ per arietem intelligitur) in eis deſtruitur. In cuſtodiendis eñ mandatis Dei eſt retributio multa & gaudium multum, de quo gaudio ut participemus ad eam quæ gaudium uniuerſo mundo attulit recurramus dicentes. Aue.

B
*Lætari. Q̃uo differenter ciues Babylonis & ciues Hieruſalẽ Lætant.*

Hodie ciues Babylonis non inuitantur ad lætandum, quia non eſt uerum gaudiũ, neq; locus ſacrificii extra Hieruſalem. Si ciues Babylonis more iocantium habent inanem lętitiam dum funduntur exterius: ſed qñ reuertuntur domum propriã. ſ. conſcientiam non inueniunt gaudium. licet. n. lætentur cum malefecerint & exultent in rebus peſſimis, riſus tamen eorum dolori miſcetur. Gaudent. n. in tpalibus quib. os dilatatur & uenter inflatur ſed non impletur, quia ſiliquas comedunt quib. non ſaturantur, lætantur aũt ciues Hieruſalẽ ꝓ gaudio quod expectant, quod maius erit in re quàm ſit in intellectu uel cogitatione & maius in cogitatione ꝙ ſit in prolatiõe, & plus erit quàm ſentiri poſſit, & plus ſentietur q̃ inde dici poſſit. Ideo nil mirũ ſi iubentur illi ciues Hieruſalem lætari ꝑ thema propoſitum. Lætare Hieruſalẽ &c. Propter multa lætari debet eccleſia. Primo de profectu & doctrina filiorum. Lætatur quis cum inuenit docentem doctrinam facilem uberem, & optime promouẽtem uitam hoĩs. Sic Chriſtus hodie eſt in eccleſia ſuper uetus condens nouũ teſtm̃. Cant. 1. Exultabimus & lætabimur in te memores uberum tuorum ſuper uinũ. per uinum doctrinam ueteris teſtamenti, aſperam pungitiuam, & difficilem ad implendum intellige, per ubera doctrinam noui teſtamenti facilem & ſuauem. Hinc Paulus ait ſub typo Abrahæ. Scriptum eſt ꝙ Abraham duos filios habuit unum de ancilla, & alium de libera, ſed qui de ancilla ſecundum carnem natus eſt, qui de libera per repromiſſionem quę ſunt ſecundũ allegoriam dicta. Allegoria põt eſſe ꝙ nunc magis quàm temporibus aliis erudimur, eo ꝙ nunc magis uiget ſchola domini per quam generantur filij ſecundum doctrinã noui hominis ut noua ſint oĩa, ubi præcedentib. temporib generabantur ſecundum doctrinam ueteris. Ideo ſequitur, hæc eñ ſunt duo teſtamenta. i. de doctrina duorũ teſtamentorum duos filios generans, quoſdam carnaliter & pueriliter, & hi ſunt ſapientes de ueteri teſtamento, ſed in nouo Chriſtianos magis ſpiritualiter edoctos.

C

D

Teſtm̃ uero quod docuit Xp̃s nouum dr̃ ꝑꝑ quattuor. Primo propter nouas ordinationes & noua ꝓcepta q̃ in eo continentur. In priori teſtamento ſcriptũ erat, dentem pro dente, oculum pro oculo. In nouo ſi quis te percuſſerit in unam maxillã, præbe ei & aliam. In priori ſcriptum erat, diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum. in nouo diligite inimicos ueſtros. In primo dabantur præcepta ſeueritatis, in ſecundo charitatis. Io. 13. Mandatum nouũ do uobis &c. De quo teſtamento. Heb. 10.

Hoc



Hoc eſt teſtm̃ quod teſtabor ad illos dabo leges meas, legem meã. ſ. clementiæ & charitatis in corda eorum, & non in lapidibus. ſ. in cordibus lapideis, & in mentes eorum ſcribam eas. Secundo dicit nouum ꝓpter noua teſtimonia & etiam quaſi noua ſigilla quibus hoc teſtamentum confirmatur. Confirmatum enim fuit morte Chriſti & martyrũ & apoſtolorum. Actnum. 1. Vos eritis mihi teſtes &c. Conſueuerunt enim hoĩes alicuius ualoris ante mortem ſani de rebus ſuis ordinare & teſtm̃ condere, & appropinquante morte teſtm̃ primo factum corrigere & reuocare. Sic dñs ante incarnationem. i. ante mortalis naturæ aſſumptionem. teſtm̃ vetus condidit, cuius teſtamenti Moyſen executorem & miniſtrum conſtituit. Sed poſt naturę mortalis aſſumptionem, quaſi iam appropinquante morte ſua teſtamentum renouauit. Heb. 8. Conſummabo ſuper domum iſrael & ſuper domum Iuda teſtamentum nouum, non ſecundum teſtamentum quod dedi patribus eorum, & ſcribit, dicendo autẽ nouum inueteratur primum. Cuius teſtamenti noui executores & miniſtros apoſtolos inſtituit, quibus claues cœlorum tradidit. Teſtamẽtum autem primum quod nõ fuit morte confirmatum eſt mutabile. Heb. 9. Vbi eſt teſtamentum mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. Teſtamentum. n. morte confirmatur, alioquin non ualet dum uiuit qui teſtatus eſt. Eccl. 41. In carne eius ſtare fecit teſtamentum id eſt ſtabile & æternum. Mat. 26. Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti. i. ad confirmationem noui teſtamenti. Tertio propter hæreditatẽ quæ in eo promittitur. In veteri quidem uetera promittẽbantur ſcilicet tẽporalia. Eſa. 1. Si uolueritis & audieritis me, bona terrę comedetis, in hoc uero noua ſcilicet cœleſtis hæreditas. Heb. 9. Ideo noui teſtamenti mediator eſt ut morte intercedente in redemptione earum præuaricationum quæ erant ſub priori teſtamento repromiſſionem accipiant qui uocati ſunt æternæ hæreditatis. Heb. 8. Melioris teſtamenti mediator eſt quod in melioribus repromiſſionibus ſanctificatum eſt. Et mirabile eſt ꝙ in teſtamento hoc & ipſe qui promittit hæreditas noſtra eſt, & nos ſumus hæreditas eius Aug. de verbis domini ſermone. 32. Magna res fratres & hæreditas ſumus & ipſe eſt hæreditas noſtra, quia & colimus & colit nos, quia ſi colimus eum ut deũm noſtrum, colit nos ut agrum ſuum, gl. ſuper. p̃s. 5. Deus dicitur noſtra hæreditas, quia ipſe nos paſcit & continet, noſq; hæreditas dei dicimur. qa nos adminiſtrat & regit. Quarto propter illos quibus illud teſtamentum diſponitur In priori teſtamento pauperes nihil percipiebant, ſed in iſto primi ſunt. Mat. 5. Beati pauperes &c. p̃s. Non in finem obliuio erit pauperis. Sicut qui uult alicui benefacere iubet expectare uſque ad finem largitionis. p̃s. Animas pauperum tuorũ ne obliuiſcaris in finem reſpice in teſtamentum tuum. i. reſpice litteram patentem quam habent de hæreditate regni. Iaco. 2. Nõne deus elegit pauperes in hoc mundo hæredes regni &c. Neque ad iuſtitiã petineret ſi diuites qui comederunt pauperes, in regno illo reciperẽtur. quia. p̃s. Repleti ſunt qui obſcurati ſunt ter. &c. Pręterea primum teſtamentum non ſe extendebat niſi ad exiſtentes in hoc mundo, iſtud autẽ ſe extendit ad exiſtens in lymbo. Zach. 9. Tu autem in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos de lacu in quo non erat aqua. In primo teſtamento electi & reprobi participabant & plus mali qui temporalibus abundabant, in iſto ſoli electi. p̃s Diſpoſui teſtamentum electis meis.

E
*Matrimonium. Vtrum licitũ fuerit Abrahę habere plures uxores.*

Quæritur quomodo potuit habere Abraham duas uxores cum legantur. Gene. 4. fuiſſe eius concubinę, cum etiam Lamech antea rep̃henſus fuit de bigamia. Prima veritas. Secundum ius diuinum ante euangelium nõ fuit prohibitum habere plures vxores ſed magis conceſſum. Deuter. 21. Si habuerit homo vxorem unam dilectam & aliam odioſam &c. & in pluribus locis ſacræ ſcripturæ fit mẽtio de ſanctis uiris qui plures habuerunt vxores, ut Abraham. Iacob, Iudas, Helcana, & Dauid & ſic de aliis. Item Deutero. 25. Vxor fratris defuncti accipiebatur cum propria ad ei ſuſcitandum ſemen. Et hoc erat expediens ad multiplicationem fidelium. Non enim hoc legitur factum ante diluuium ſed poſt, quando fere omnes erant idolatre. Vnde Guillermus Pariſien. Non ignorabant ſancti patres filios ad imitationem patrum pronos eſſe, & ad eorum doctrinam capiendam faciliores & difficile auertibiles ab eiſdem. No-

 uerant

uerant autem quid virtutis & efficaciȩ habebat cognationis amor. Cæteri autem hominum, quemadmodum quercus ſiluarū porcis infernalibus fructificabant, & de ipſis ventribus fructus liberorum nullo præſidio pietatis protecti, in fauces porcorum infernalium cadebant. Et ideo hoc non faciebant cauſa libidinis implendȩ ſicut Lamech. nec vocabantur concubinȩ eo quòd non eſſent matrimonio iunctȩ, ſed quia non erant æque principales in regimine domus, & cum hoc erant ancillæ principalium vxorum, ſicut Agar & Cæthura dictæ ſunt concubinæ Abraham, & Balla & Zelpha ancillæ Rachel & Lye. Vnde Augu. contra Fauſtum. O virum viriliter vtētem fœminis, coniuge temperāter ancilla obtemperanter, nulla intemperanter. Nam cum Sara conqueſta eſſet de ea quòd ſuperbiret & eam contemneret, aggreſſa uirum, dixit ei Abraham. Ecce ancilla tua in manibus tuis eſt, vtere ea quo modo tibi placuerit. Similiter ſecundum Guil. pariſien. potuit hoc eſſe quòd aliquo tempore maior eſſet multitudo mulierem q̄ virorum propter quod neceſſe fuit unū uirum multas ducere, ut cum mulieres ipſe continere non poſſent nec vellent nec legem adhoc haberent, idolatris ſe nō copularent. Potuit etiam tunc eſſe q́ emularentur in idolatris multitudinem uxorum. Secundo dr̄ q́ intelligi pōt dupliciter aliquid eē de iure naturȩ, vno mō quia ſic inſtitutum erat tpe legis naturæ in ſtatu naturæ integre. & tunc vnicam hr̄e uxorem erat de lege natūrȩ. Nō enim añ Abrahā legitur quis præter Lamech duas habuiſſe vxores. Alio mō capitur ius naturæ ſecūdū Tulliū, quod non pōt opiniones gigni ſed quod uis innata inſeruit. Illud enim eſt cōtra ius naturȩ quod debitum finem tollit naturæ & notabiliter impedit ipſum, & ſic habere duas uxores non eſt contra ius naturȩ, quia hoc non impedit procreationē prolis, nec cōicationē niſi forte de peraccidens ubi mulier litigioſa eſſet, quia ita bene contraheretur cum una ſola litigioſa. Lex. n. naturalis non eſt ſcripta in codice ſed in mente. Contra. n. mentē nunquā feciſſet ſanctus Abraham qui legitur habuiſſe concubinas. Tertio dico q́ in lege naturæ non fuit licitum pp primam inſtitutionem hr̄e plures vxores, niſi ex conſenſu primæ. & hoc ideo quia duobus contrahentibus inter ſe, quilibet ſimpliciter trāſfert totam ptātem corporis ſui in alterū. ideo ſine conſenſu alterius non pōt alteri obligare corpus ſuum. Potuit tñ de conſenſu eius & ex cauſa. ſ. ſi uxor fuerit ſterilis, uel propter paucitatem humani generis, ſicut fuit in Abraham. Gene. 16. & Recitatur. 33. q. 2. dixit Sara ad Abraham. Ecce concluſit me dominus ne parerem, ingredere ad ancillam meam ſi forte ſaltem ex illa ſuſcipiam filios. Ecce q́ de uoluntate uxoris propter ſterilitatem accepit ſecundam. Sic Iacob plures habuit, quia de uoluntate Rachel creditur q́ Lya ſe ſuppoſuerit. Voluit enim Rachel parcere uerecundiæ ſororis ſuȩ antiquioris, cum eſſet apud eos conſuetudo q́ antiquiores prius traderentur ad nuptias, & de uoluntate illarum duarum ingreſſus eſt ad ancillas. Proceſſu uero tēporis mos inoleuit apud alios plures habere uxores de uoluntate primæ tacita uel expreſſa uel conſuetudine ſuper hoc obtenta. Augu. & Recitatur 33. q. 3. obiiciuntur. Qñ mos erat peccatū non erat, ideo antiquis ſanctis patribus nō fuit peccatum q́ ſic vtebantur fœminis ꝓpter prolem, quia nec contra præceptum diuinum nec contra legem naturȩ. Et hoc etiam quodammodo habuerunt primi ex reuelatione diuina uel ex inſpiratione ſpiritus ſancti. Quarto dr̄ q́ in lege euangelicam a Chriſto expreſſe prohibitum eſt plures habere uxores. Patet Mat. 19. Quicunque dimiſerit uxorem ſuam niſi ob fornicationis cauſam, & aliam duxerit mœchatur. Si ergo dimiſſa uxore non licet aliam ducere, a fortiori non licet aliam ducere priori retenta. Et uirtus rationis ſic habetur. Vxor dimiſſa non tantum propter fornicationem ſed ex aliis cauſis ꝑ Chriſtum reprobatis, uere erat ut prius uxor. Si ergo ex tūc licuiſſet plures habere uxores non apparet quare ſic repudians uxorem non poſſet aliam ducere, non obſtante q́ repudiata remaneret uera uxor. Item Xp̄s ſtatū n̄ rimonij ad modum ſuæ primȩ inſtitutionis reduxit contra primam inſtitutionem eſt pluralitas uxorum, cum a principio una coſta uiri in fœminam unā ſit conuerſa, & ſcriptura dicat. propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adherebit uxori ſuȩ. Non dixit uxoribus





& erunt duo in carne una. non dixit tres uel quattuor. Ideo in hoc non cadit diſpēſatio. In principio enim inſtitutionis fuit matrimonium in ſtatu ſuo perfectiſſimo, a quo tamen ſi deficeret. non propterea eſſet malum ſi ex rationalibus cauſis hoc fieret.

F Lætari. Qđ eccleſia lætat de nobilitate filio rū ſuorū

Secundo lȩtatur eccleſia de filiorum ſuorum nobilitate, quia hoc tempore nobilius uiuunt quam alio. quia alijs temporibus ſeruiunt peccatis quibus uacant nunc autem bonis operibus unde fiunt filij Dei, ideo ſubdit apoſtolus unum quidem teſtamentum in monte ſyna in ſeruitutem generās quȩ eſt Agar, gignit filios ſeruos & ancillantes. Syna enim mons eſt in arabia. id eſt afflictione & humiliatione, uel ſyna mons eſt in arabia id eſt dignitas & eminentia in eccleſia quæ in humilitate fundatur. iuxta illud Mat. 20. Qui uoluerit inter uos fieri maior, ſit ueſter miniſter. Sed ſicut eſt mons in arabia ita & onus in arabia. Eſaie. 21. Modo uero ibi eſt mons ſed non onus, quia oēs ad dignitates anhelāt ſed onus ſubterfugiunt. Qui coniunctus eſt id eſt per omnia ſimilis huic, ſcilicet ſynagoge id eſt populo qui præſentia diligit, & ſeruit cum filiis ſuis id eſt in ſeruitute perdurat peccati, uel ſi ſeruiat hoc eſt timore ſeruili. Nunc autem illa quæ ſurſum eſt, iſtam excedēs. Hieruſalem libera eſt quæ eſt mater noſtra id eſt filij eccleſiæ liberi ſunt a ſeruitute peccati. Partus enim ſequitur uentrem. Si enim mater libera & nobilis eſt, & filii eius liberi. ideo gaudet hac libertate qua liberauit nos Chriſtus. Gaudet eñ quis de bono domino qui liberat eum ab omnibus inimicis ſuis, p̄s. Cum conuerterit dominus captiuitatem plebis ſuæ exultabit Iacob &c. Peccatores autem ſemper ſunt in captiuitate peccati fore per unum uel duos annos captiui. Ioh. 8. Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati, ideo non mirum ſi non lætantur.

G Hieruſalem De quattuor conditionibus Hieruſalem.

In hoc epiſtolȩ textu tangitur Hieruſalem id eſt eccleſia militans quattuor habere conditiones notabiles. Prima eſt quòd uocatur Hieruſalem. i. uiſio pacis. Debet enim eſſe pacifica, & miniſtri eius pacifici, licet ibi non ſit perfecta pax, quia de malis dicitur Eſa. 48. Non eſt pax impijs dicit dominus. De bonis uero licet aliqua intrinſecus appareat ſecundum illud p̄s. Pax multa diligentibus legem tuam, ſecundum tñ ueritatem nō eſt ibi perfecta pax ſed ſolum treugȩ. Quō haberet quis pacem in domo ſua, ubi eſt mala uxor & quinque filij garruloſi qui nunquam ſatiantur? Mala uxor eſt caro quæ ſemper habet litem contra ſpiritum. Gal. 6. Caro concupiſcit aduerſus ſpm̄. Quinq; filij quinque ſenſus ſunt. Eccl. 1. Non ſatiatur oculus uiſu nec auris auditu. Ad proximum autem non perfecte habemus pacem cum uideamus in proximis multa unde turbemur, neque cum deo, quia frequēter eum offendimus. Secūdo, ſurſum eſt, quia conuerſari dñt chriſtiani maxime eccleſiaſtici in cœlo. Phil. 3. Noſtra cōuerſatio in cœlis eſt. Conuerſabatur. n. ibi meditatione deſiderio & ſpū. 1. Cor. 3. Non contemplantibus nobis ea quȩ uidentur, ſed q̄ nō uidentur. Hoc aūt pp multa. Primo ut nos cœleſtibus q̄ ſurſum ſunt cōformemur.

H Eccleſia. Qđ dñt eccleſiaſtici uiri ſurſum cōuerſari

Sicut. n. cœlū multū diſtat a terra, ſic uoluit dñs eccleſiam ſuam multū elongari a terrenis. Eſa. 55. Sicut exaltantur cœli a terra ſic exaltate ſunt uiȩ meȩ a uijs urīs quas. ſ. tenebant ſcribȩ & pharisȩi, ideo primum fundamentum eccleſiȩ poſuit paupertatē dicens. Beati pauperes ſpū. Primo ponens ſecurim ad radicem malitiȩ quæ eſt cupiditatis. 1. Timoth 9. Radix omnium malorum cupiditas, uidebat tunc in eccleſia ex ea mala oīa procedere debere, nec corrigendam eccleſiam niſi cupiditatis extirpationi intenderetur. Secūdo propter dignitatem filiorum eccleſiæ.

I Aquila. Qđ exemplo aquile debemus uolare ſurſū & deorſum.

Situs eminentia allicit ad habitandum. Auis uolatilis nidificat ſurſum in locis arduis, ut legitur de aquila quæ eſt Regina auium. Iob. 39. Eleuabitur aquila, in arduis ponet nidum ſuum. Aquila differenter uolat ad cibum deorſum & ad nidum ſurſum. Ad cibum propter neceſſitatem, ideo nō ſiſtit ibi, ſed ad nidum cito uolat propter ſecuritatem & ibi manet. Sic homo cæteris creaturis nobilior cognitione & affectiōe, debet habitare & nidificare ſurſum cum Chriſto. Col. 3. Quȩ ſurſum ſunt quærite ubi Xp̄s eſt. Ad mundum uero deſcendens non debet niſi quātum exigit neceſſitas uictus & ueſtitus, ſicut Paulus. 1. Timo. 6. Habentes alimenta & quibus tegamur &c. qui uolauit uſque ad tertium cœlum. Talis erat diſpoſitio habitantium in arca Noe, bruta erant deorſum aues ſurſum, ſic bru-

tales homines habitãt in mũdo deorſum, ſpirituales cum Deo ſurſum. Sed quoſdã decipit mundus: ſicut domeſticare uolens columbas præparat eis cibum & facit eis domum, & nidum non ſibi ſed alteri qui pullos rapit & deuorat. Nec uolunt inde fugere ſuſtinentes magnum damnum pro modico lucro. Sic mundus uolens quoſdam attrahere præparat eis nidum honoris & cibum uoluptatis, & parat eis domũ grandem quo facto ipſi tanquam fatui laborant: ſeipſos occidunt, & euiſcerãt amore loci & cibi quem offert mundus. Oſeæ. 7. Factus eſt Effrayn quaſi columba ſeducta, & ſequitur. non habẽs cor. Sicut enim columba exponit ſe labori cum periculo amiſſionis pullorum, ſic iſti labori mundano cum periculo animarum. Tertio quia loca alta ſunt magis illuminata. Voluit.n. dominus eccleſiam ſuam eſſe locum luminis habentem cœleſtis ſapientiæ claritatẽ, & honeſtatis ſplendorem. Propter quod a principio eius poſuit homines in ea ſplendentes lumine doctrinæ & boni exempli. Phil. 2. Inter quos lucetis uelut ſtellæ in firmamento uerbum uitæ continentes. & Mat. 5. Vos eſtis lux mundi: hodie uero ꝑ lumine ſapientiæ cœleſtis ponitur ibi lumen ſapiẽtiæ terrenæ quod aſſimilatur lumini ligni putridi quod non niſi de nocte huius ſeculi uidetur ſed apparente ſole iuſtitiæ apparebit quòd eorum ſapientia ſtultitia eſt. Tertia conditio ꝙ eſt libera. Multiplex eſt libertas quædam culpæ quæ eſt impudentia quodcunq; facinus perpetrandi, Rom. 6. Cum ſerui eſſetis peccati liberi facti eſtis iuſtitiæ. Per hanc homo abſque rubore peccat. Hier. 2. Frons meretricis facta eſt tibi. Eſa. 3. Peccatum ſuum ſicut ſodoma prædicauerunt. Sic peccauit Abſalon qñ de conſilio Architofel in publico intrauit ad concubinas patris ſui. Et iſta libertas ſimul eſt cum ſeruitute Io. 8. Qui facit peccatũ ſeruus eſt peccati: & ducit ad ſupplicium, quia potentes potenter tormẽta patientur, hac libertate uſus eſt zãri, qñ in conſpectu omnium intrauit ad corbi filiam principis medianitarum. Et hac libertate non eſt libera mater noſtra, quia non eſt uera libertas ſed ſeruitus. Secunda eſt libertas a tyrannorum ſeruitute & hęc nõ habetur hic perfectæ. Eſt enim hæc libertas confidentia ſecure habitandi. Signum

*K Libe Libertas eſt multiplex.*

eſt quòd ciuitas ſit libera & ab hoſte ſecura, quando non indiget portarum clauſione, ſed quæ indiget non eſt ſecura qualis eſt eccleſia militans. Propterea in eccleſia ponuntur oſtiarii & ianitores, licet nunc ſit de ianitoribus eccleſiæ, ſicut de ianitoribus ciuitatis obſeſſe, in qua dominus ciuitatis ponit quoſdam qui amicos introducant & inimicos repellant aduerſarium econtra. Sic intra eccleſiam a Chriſto poſiti ſunt quidam numero & merito ꝗ bonos introducant, & malos arceant, alii uero a dyabolo & mundo inſtituti ꝓhibent & impediunt bonos, quibus loquitur Chriſtus. Mat. 11. Ve vobis legiſperitis qui tuliſtis clauem ſcientiæ ipſi non introiſtis, & eos qui introibant prohibuiſtis, ideo hæc eccleſia nõ eſt penitus libera ab hoſte. Tertia eſt libertas a ſeruitute per gratiã quæ eſt quædam confidentia in trepide bene agendi. 2. Cor. 2. Vbi ſpiritus domini ibi libertas, qua libertate libere homo bene agit & intrepide loquitur & operatur, ſicut Paulus. 2. Ti. 2. Sed uerbum Dei non eſt alligatum, & hæc libertas ſimul eſt cum perſecutione. Ro. 7. Inuenio aliam legẽ in mẽbris meis repugnantem legi mentis meæ, ducit tñ ad præmium. 1. Cor. 9. Sic curro non quaſi in incertum. Hac utebatur Iohãnes Bap. libere arguens Herodem, hac libertate liberauit nos Chriſtus, hac utitur eccleſia præſens, quia quod tenet in manu mortua tenet, quia ſicut mortuus reb. exẽptus humanis nulli præſtat obſequium, ſic & eccleſia de rebus quas tenet eſt immunis ab omni præſtatione. Sic uiri ſpirituales quod habent tenent in manu mortua in comparatione carnis & mundi quib. nullum debent obſequium exhibere, iuxta illud Ro. 8. Debitores ſumus fratres nõ carni ut ſecundum carnem uiuamus. Et licet frequenter ab hac libertate decidamus, habemus tamen a Chriſto remedia. id eſt ſacramenta quibus ad illã facile redeamus. Quarta libertas eſt a ſeruitute corruptionis ab huius exilii miſeriis, & a carcere mortis huius qui eſt carcer ita ſordidus vt per feneſtras lutum exeat. Rom. 6. Quis me liberabit de corpore mortis huius. ps. Educ de carcere animam meam. hæc libertas non expectatur hic, ſed in alia uita, qñ ſecundum apoſtolum. Rom. 8. Ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis in li-



bertatem filiorum Dei in qua homo libere abſque dolore quieſcet. Hoc erit in eccleſia triumphante. Quinta libertas eſt a ſeruitute ueteris legis quando per legẽ euangelicam quæ eſt lex perfectæ libertatis abolite ſunt cerimonię & ſacramenta, & iudicialia ueteris legis quæ tot erant ꝙ uix portari poterant, & de hac litteraliter hic apoſtolus loquitur. Quarta cõditio ꝙ eſt mater noſtra. Sicut mater concipit puerum, deinde ex ea naſcitur. Tertio alitur. Quarto ablactatur ut ad ſolidum cibũ accedat, ſic eccleſia per exorciſmum & catechiſmum concipit fideles, deinde per baptiſmum & aliorum ſacramẽtorum ſuſceptionem & intelligentiam quaſi ad lucem generantur uel naſcuntur, & poſtea aluñt doctrina fidei catholicę & ultimo ablactã tur, qñ a lacte ſimplicis ſenſus accedũt ad maiora intelligenda, & ad menſam patris ubi ſolido angelorum cibo paſcũtur. Tertio lętatur eccleſia de fœcunditate filiorum, eo ꝙ eius ſterilitas ceſſauit. Vnde ait Lętare ſterilis quæ non paris. i. non pariebas, erumpe. i. lætitiam exterius oſtende, & clama. i. gaudium tuum alteri prædica.

*L Letari. Qd eccleſia letatur de fœcunditate ſua.*

In aliis temporibus eccleſia ualde ſterilis erat paucos uel nullos Deo generans, modo plures generat. Vnde cũ Heliſabeth peperit Iohannẽ. i filios gratiæ, uicini congratulabantur ei. Magnum eſt gaudiũ inter angelos de conuerſione peccatorum, quantomagis inter homines? Si gaudium eſt magnum quando filius regis terreni naſcitur, quantum debet eſſe gaudium quando filius regis æterni naſcitur? In cõuerſione peccatoris eſt feſtũ natiuitatis, quia per gratiam naſcitur ad uitam ſpiritualẽ. Secundo reſurrectionis, quia a morte culpæ reſurgit, & feſtum miſſionis Spiritusſancti qui in eum dum conuertitur per gratiam deſcendit. Modo eſt de eccleſia ſicut de uinea in hyeme quæ nihil gignit, nunc bona propoſita præ frigiditate, & indeuotione congelantur. Quòd ſi dicatur, quòd uentus Aquilonis & frigiditas conſtituunt ciuitatem Dei & ædificant. iuxta illud: Latera Aquilonis ciuitas regis magni hoc eſt latera aquilonis conſtituunt ciuitatem regis magni: non ergo frigiditas deſtruit.

*M Aquilo. De lat.*

Reſpondeo duplicia ſunt aquilonis latera, quadam frigida caritate ſed accenſa igne auaritiæ, & hæc latera peſſima deſtruunt omnem ciuitatem munitam. Ariſtoteles Elẽchorum 2. Aquilo affligit pauperem. Alia ſunt frigida ſapientia & ætate, ſed ſenſu & intelligentia calida, ut uiri ſenſati & ſenes experti, & hæc latera conſtituunt ciuitatem cuiuſlibet regis magni. Inde eſt ꝙ 24. ſeniores erant in conſpectu throni, uiri ſenes ætate & ſapientia 5. Vna die quinque millia hominũ conuerſi ſunt. Eſa. ultimo. Antequam parturiret peperit, in medio martyres cum dolore parturiẽs. Apoc. 12. Mulier clamabat & cruciabatur in partu, modo dolet & nihil parit, modo anguſtiæ ſunt undique in eccleſia, nec eſt uirtus pariendi filios. Eſaie. 37. Venerunt filii uſque ad partum, & non eſt uirtus pariendi. Ratio eſt, quia in eccleſia qui modo deberent eſſe prælati & officiarii caſtrati ſunt & ſpadones. Ridiculum eſt deſponſare & neſcire fœcundare. Concipiunt tamẽ prothdolor multa mala propoſita, & exinde pariunt peſſimos actus & exempla. ps. Cõcepit dolorem & peperit iniquitatem. Antiquitus ad aſpectum eorum ſolebant oues parere, iuxta illud. Eſa. 26. A ſpiritu tuo concepimus bonum propoſitũ, & parturiuimus cum dolore pęnitentiæ ſpiritũ ſalutis. Nunc ubique peſſima uigent exẽpla, nam plures filii generantur ex concubina. i. uiolẽtia, aut ſymonia introducti regum precibus aut potentia nullis aliis meritis intercedentibus in monte ſyna, in eccleſia. Generantur enim in dignitate eccleſiæ, ſed tñ in ſeruitute, quia qui ſic intrant ita ſerui facti ſunt ꝙ præter preces & decreta principum nihil agere poſſunt, ſibi ſimilibus præbendas & beneficia conferentes. Tales non poſſunt dicere quod Paulus gratia dei ſum id quod ſum, ſed gratia hominum Ideo non erubeſcunt modo dicere principibus, uos me talem feciſtis ſicut ego ſum, & quod trinitati attribuendum eſt, nunc ſimulachris principum conceditur, & multi ſunt tales in eccleſia Dei. Plures enim gignit porca quàm elephas. Fęcunda erat eccleſia cum præficiebantur ꝑſonæ utiles, hodie inutiles ponuntur, utinam nõ noxiæ, quia ad damnationem ſufficeret inutilitas. Matth. 25. Seruum inutilem proiicite in tenebras exteriores. Non uult dominus habere accipitrem qui comedat gallinam & capiat alaudam. Tales multa bona ab eccleſia accipiunt, & nihil

*cib. lateribus aquilonis.*

aut

*N Lætari. Qđ lætat̄ eccleſia de ceſſatione peſtis filiorū̃ ſuorū̃.*

aut parum boni faciunt. Quarto gaudet eccleſia ꝙ nunc ceſſat filiorū ſuorū peſtilentia. In aliis temporib. tanta eſt mortalitas filiorum eccleſiæ ꝙ qñq; inter centū non remanent ſex uiui. alios occidit inuidia, alios luxuria, alios rapina &c. Si quis uideret quanta ſtrages eſſet poſſet dicere illud Hier. 9. Quis dabit capiti meo aquā, & oculis meis fontē lachrymarū, & plorabo interfectos populi mei? Hæc peſtilētia modo ceſſat in parte, imò plures mortui reſurgunt, ideo eccleſia debet multū gaudere. Luc. 15. Epulari & gaudere oportebat, quia frater tuus mortuus fuerat & reuixit &c. Sed textus uidetur dicere oppoſitū quia dicit. Sed qūo tunc qui ſecundū carnē natus fuerat perſequebatur eū qui ſecundum ſpm̄, ita & nunc. non ergo nunc ceſſat perſecutio a uitiis. Rñſio. uerū eſt, quia tñ maior eſt oportunitas uincendi & medendi contra pſecutiones q̃ alio tpe, qa nunc magis militant ieiunia, oratiões, abſtinentiæ & hmōi peregrinationes & elemoſyne & uigilię q̃ alio tpe, ideo maior eſt occaſio uincēdi pſecutionem carnis & mundi &c.

*O Lætari. Qđ lætat̄ eccleſia de liberatione filiorū̃ ab inimicis ſuis.*

Quinto lætatur de liberatione ab inimicis ſuis, qui tpe hoc amittūt quos ab eccleſia prius abſtulerunt. Caro.n. aduerſabatur ſpiritui, nunc aūt cogitur ſeruire. Agar ancilla ſe concepiſſe uidens deſpexit dñam ſuam. Agar interpretatur ſuſcitans. i. ſomnians feſtum, & ſignificat carnē q̃ non ſomniat niſi feſta & reuelatiões. Caro recreata habens uentrem plenū, deſpicit rōnem rebellans contra eā. & tunc Abrahā. i. homo uel Vicarius Xp̄i imponit ſcapulæ Agar pro pnīa panem & utrem aquæ. licet Abrahā eēt ualde diues. In quo notatur ꝙ tpe 40. debemus ſobrię uiuere. Greg. Caro nos leta traxit ad culpam, afflicta redit ad ueniā. Ideo nos oportet facere qđ docet Apoſtolus. Ro. 6. Non regnet peccatum in ueſtro mortali corpore. neq; obediatis concupiſcentiis uřis. Vř.n. hæc obedientia uiliſſima, ut aīa ad imaginem Dei facta obediat carni de tam uili ſpmate factæ. & ubi dña ancillæ obedit. Eiice ergo ancillam & filiū eius. i. carnalē concupiſcentiā & opus eius. Non.n. erit hęres filius ancillæ cum filio liberę. i. non hæreditabunt opera carnalia cum ſpiritualibus quia caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt.

*Eiuſdem dominicæ quartæ. Sermo 2. ſ per thema præcedens. Lætare Hieruſalem & conuentum facite omnes qui diligitis eam &c. & in ordine 88.*

*B Ordo. Q[illegible]*

AB exordio mundi dñs duos ordines inſtituit. unum hoīm in paradiſo terreſtri, aliū angelorū in cęlo empyreo. a quo apoſtatauit primus angelus q̃ primo pulſus a clauſtro cœli in carcerē inferni truſus eſt. hō uero apoſtatauit fugiens a clauſtro innocentiæ deſcendendo ab Hieruſalē in Hierico. ideo uoluit dñs hoīem ad altiorē ordinē reuocare, non ad clauſtrū de quo exierat, ne caſu iterū apoſtataret, ſed ad ordinē angelorū in quo finaliter pſeueraret. Plerunq;.n. contingit ꝙ qui male ſe habet in uno ordine, ſtrenue ſe gerat ī altero. Huius ordinis Deus pr̄ Abbas eſt in quo clamamus abba pr̄. Ro. 8. Ille eſt cui oēs obedientiam dñt. p̄s. In conueniendo populos in unum & reges ut ſeruiant dño, nec permittit quantū pōt electos ad aliud clauſtrū migrare. ſ. ad conuentū malignantiū, de quo. p̄s. Protexiſti me a conuentu malignātiū. ipſe.n. miſit priorem illius ordinis angelorum, ſ. filium ſuum ad hoīem. Eccl. 1. Prior oīm creata eſt ſapientia. i. ante oīa genita, ut hoīem ad amorē illius ordinis alliceret & ad illū conuentū traheret Oſeæ. 11. In uinculis charitatis trahā eos. Luc. 11. Qui non colligit mecum, diſpgit. Collegit.n. cōuentū apoſtolorū & peccatorum & publicanorum. Vnde Mat. 15. Hic pcōres recipit, & ut eos erudiat tandē magrm̄ nouiciorū ſpm̄ ſctm̄ q docerer oēs partes regulæ xp̄ianæ & cerimonias obſeruandas miſit. Io. 16. Ille uos docebit oēm ueritatem. Ille uero prior ut noſtræ religioni ſe conformaret, aſſumpſit ueſtiméta illius religionis habitū. ſ. hoīs Phil. 2. In ſimilitudinē hoīm factus, & habitu īuētus ut hō, cōplens ſtatuta illius religionis, qa Act. 1 Cępit Ieſus facere & docere, quē habitū ſumpſit ī veſtiario uirginis. ex quo dr̄ tēplū Dei ſacrariū ſpūſſancti, ad quā &c.

*I Conuentus. De [illegible]*

Duplex eſt conuentus. Vnus eccleſiæ militantis qui eſt nouiciorum. Quamdiu ſumus in hac uita nouicii ſumus facientes annum probationis poſt quem æterna benedictione benedicentur habitus nři. Qđ ſi qs tranſacto tpe iueniat̄ ſine illo habitu cha-



charitatis, inter apoſtatas iudicabit̄, quēadmodū ille expulſus eſt qui veſtē nō habebat nuptialē. Alius eſt cōuētus ſupernę hieruſalem. de qua Gal. 4. Hieruſalē quæ ſurſum eſt mr̄ noſtra, ad quē intēdimus recipi.

*C Conuentus. Qđ tria ualēt ad hoc ut qs recipiat in conuētu ſupno.*

Et ad hoc tria valēt. Primū nobilitas potētis & dignitas. Magis.n. de facili recipi ſolent nobiles q̃ ruſtici, & maxime qñ in illo ordine aliquos hñt de parētela ſua q in eo cōuētu bñ ſe geſſerunt. Hoc facit uirginalis caſtitas. Virgines enim cognati ſunt angelis. Hieroñ. Angelis eſt cognata uirginitas. iō virgines & caſtæ facile recipiūtur. Pſal. Me aūt pp innocentiā ſuſcepiſti. Secundū eſt impenſio ſeruitii qñ quis alicui cœnobio diu ſeruiuit & ex hoc acquiſiuit monachorū familiaritatē, & amorē, facilius recipitur. alioquin poſſet cōquari cū illo qui dicebat. Luc. 15. Ecce tot annis ſeruio tibi, & nunq̃ mādatū tuū præteriui, & nūquàm dediſti mihi hædū. Propterea dicit eis Chriſtus ſicut hælyſeus ſunamiti. Ecce in omnibus ſedule miniſtraſti nobis, quid vis vt faciā tibi? Seruitium aūt per quod maxime acquiritur amor illius cōuentus eſt elemoſynas facere. Lucæ 14. Facite uobis amicos de mā mona iniquitatis, vt cum defeceritis recipiant uos &c. qđ facere poſſunt pauperes, quouiā ipſorū eſt regnū cęlorū. Tertium eſt inſtantia orōnis. Aliqñ enim propter improbitatem recipitur quis. Luc. 11. Petite & accipietis, quærite &c. Eccl. 4. Suſcipit exquirentes ſe. i. ex toto corde & conatu quærentes ſe. Inde Dauid. Suſcipe me ſm eloquium tuum, & uiuā &c. qa iam diu expectaui & expectando pſeueraui, & q̃to quis altius clamat, tanto plus auditur a dño. & q̃to quis maioris charitatis eſt, tanto altius clamat. Aues enim quāto maiores ſunt, tanto maioris vocis. Et quia ad hunc conuentum peruenire nō poſſumus, niſi annum probationis noſtræ perfecerimus cum pace conſcientiæ noſtræ, alias nunq̃ ibi recipiemur. Pſal. Non congregabo cōuenticula eorū de ſanguinibus. i. de peccatis & peccatoribus, iō nos admonet

*D Conuētus. De ſecūdo conuētu eccleſiæ.*

eccleſia vt cū iocūditate cordis letātes cōuentū bonorū faciamus dicens. Lætare hieruſalem & conuentū &c. De ſecūdo cōuentu ſatis iā dictū eſt in primo ſermone ſup epiſtola. De primo vero cōuētu fit mētio in euāgelio cū dr̄. Conuenit ad Ieſum maxima multitudo plebis. Ad quē cōuentum fundandū primo requiritur platea ad ædificādū, iſta eſt charitatis latitudo hieruſalem.n. ædifidat̄ vt ciuitas q̃ eſt ciuiū vnitas. Itē & hieroſolymis eſt locus religionis. Act. 2. Erāt in hieruſalē viri religioſi. Eſt & ibi locus orōnis. Io. 4. Hieroſolymis locus eſt vbi adorare oportet locus vbi quærēdus eſt Xp̄s, qa ſcola eſt amoris vbi q̃renda eſt veritas doctrinæ. Inde magi ab oriente uenerūt hieroſolymā quærētes. Vbi eſt q natus eſt? De qua latitudine Apo. 21. Plateę ciuitatis aurū mūdū. i. charitas & puritas. Sūt.n. fundaméta chriſtianę religionis. Ephe. 3. In charitate radicati & fundati. Propter qđ mens deuota dicebat. Adheſit pauiméto aīa mea. Sed nūc plateæ hieruſalem p auariciā coanguſtantur. Luc. 19. Videns ciuitatē hieruſalē fleuit ſup illā dicēs. Coanguſtabūt te inimici tui vallo. Nulla maior in eccleſia peſtis auaricia & ſimonia, nec ī ea eſt aliqua mūdicia. qa Tre. 1. Facta eſt hieruſalem quaſi polluta menſtruis inter eos. Vnde ciuitas hæc primo fuit in moute ſita & fundata. Pſal. Fundaméta eius in montibus ſanctis. Vnde ſubijcit Ieſus in montē. Secundo fundata eſt ſuper mare vel circa mare aduerſitatis, & tribulationis & ſuper flumina dulcedinis. Pſal. Quia ipſe ſuper maria fundauit eā, & ſuper flumina pparauit eā. Maximū aūt opulētiæ ciuitatis ſignum eſt quando ſuper maria fundatur, & fluminibus irrigatur. Nullo aūt magis creuit eccleſia quā aduerſitatibus. Quanto.n. magis affligebant̄ Iſraelitæ ab ægyptiis. tāto plus creſcebant, & quanto magis intumeſcebant aquæ tanto magis eleuabatur arca Noe in ſublime.

*E Oculus. De duplici oculo Dei. ſ. ſapientiæ, et miſericordiæ.*

Vnde abiit Ieſus trās mare galileæ, vnde ſubleuauit oculos ſcilicet vt uideret maximam multitudinem ad ſe uenientem. In quo notatur, ꝙ Deus duos habet oculos. ſ. oculū ſapientiæ. Eccle. 33. Omnia vider oculus eius, & oculū miſericordiæ. Sa. 4. Gratia Dei & miſericordia eius in ſanctos eius, & reſpectus eius in electos illius. Iſtos olim Deus clauſos tenebat, oculum ſapientiæ, quia nulli viam eundi ad patriam oſtendebat, oculum miſericordię, quia nullum ſibi reconciliare volebat. Iob. 30. Sto & nō reſpicis me oculo ſcilicet ſapiētiæ, mutatus es mihi ī crudelē, qa nō vides me oculo mīe.

Tandem

Tandem deus aperuit oculum ſapientiæ quando iudeis legem dedit, & oculum miſericordię clauſum tenebat, quia nullum ad ſe recipiebat, modo ambos ſubleuauit Chriſtus quando familiariter loquitur cũ ſuis diſcipulis & cum Philippo. Modo enim inter ſuos diſcipulos ſe exhibebat ſuperiorem Ioh. 14. Vos uocatis me magiſter &c. modo inferiorẽ. Lu. 22. Ego autẽ in medio veſtrũ ſum ſicut q miniſtrat, mõ æqualem Io. 14. Iã non dicam uos ſeruos ſed amicos meos. In hoc dat exemplũ ꝑlatis ꝙ inter ſuos ſubditos qñq; ſe debent exhibere ſuperiores, & hoc in correctione 2. Ti. 2. Arguæ cũ omni imperio. aliquando ut inferiores & hoc in humili ſui reputatione. 1. Theſ. 2. Facti ſumus paruuli in medio uṙm, aliqñ tanq̃ æquales. Eccl. 32. Rectorem te poſuerũt nolli extolli, æſto in illis quaſi unus ex illis. Secũdo requiritur cõſumatio ędificij iſtud eſt multitudo populi. Vnde uidit dñs ꝙ maxima multitudo uenit ad eũ. 1. Cor. 3. Dei ædificatio eſtis, quod q̄dem ædificiũ ſtatuitur ex uiuis lapidibus cõtra regẽ ſuperbiæ. 1. Re. 4. Si ciuitas hierl̃m edificata fuerit nõ habebit amplius rex poteſtatẽ trãs flumen. Clauſtrũ autem habet, quia Apo. 21. Ciuitas in quadro poſita eſt. Clauſtrũ in quo detinetur populus Xp̃i eſt in præceptis & regulis, ibi capitulũ cõfeſſio tenet, dormitoriũ regit charitas, & amor, clauſtrũ dirigit pax & ſilentiũ conſcientiæ à murmure peccati, oratoriũ tenet deuota oratio, & proſtrationes facit humilitas. Tũc dixit eis. Miſereor ſuꝑ turbã iſtã, q̄a triduo me ſuſtinẽt. Circa ꝙ quærit̃ vtrũ diuina mĩa procedat ex mera gratia an ex meritis. Et vr̃ ꝙ ex meritis, q̄a iſtius turbe miſertus eſt dñs eo ꝙ triduo ſuſtinuit eũ, igitur ex merito præcedenti. Oppoſitũ dicit apoſtolus Ro. 11. Si aũt gratia iam nõ ex operibus, alioquin gratia iam non eſt gratia.

Reſponſio. Triplex eſt gratia ſeu miſericordia Dei. Quædã eſt preueniens de qua Pſal. Miſericordia eius ꝑueniet me. & hãc nullus meretur, ſed ex ſolo diuino pẽdet arbitrio. Ioh. 3. Nemo põt venire ad me, niſi pater meus traxerit. Et iterum. Ioh. 15. Sine me nihil poteſtis facere. & Ex. 33 Miſerebor cuius uoluero, & clemẽs ero ĩ quẽ mihi placuerit. Qđ ſi q̃rat̃ quare huius miſereat̃ nõ illius. Hũc trahit, & nõ illũ. Rñſio. quæſiuit quidẽ a quodam principe hoc ſciſcitante, ſi ſemper uocaretur ad ſtrictum & ſecretum regis conſilium, & qñ non erat ſi ſciret quid in eo actum eſſet, reſpondit ꝙ non, & tunc alius ad eum. Hæc materia de qua quæris eſt de ſecretiſſimo regis æterni conſilio, in quo ſolum comparent tres perſonæ, ſ. pater, angelus magni cõſilij, & ſpiritus ſanctus. Si autem uocatus eſſem ad illud conſilium, facile tibi huius negotij dicerem cauſas. Sed quia non uocatus ſum, quę in eo fiunt prorſus ignoro, nec ipſe apoſtolus ſecretarius eius, qui uidit archana Dei ad illud conſilium euocatus eſt qui de hac materia narrans in ſolam admirationem prorupit dicens. O altitudo ſapientiæ & ſcientiæ Dei quã incõprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ ipſius. Dicitur tñ ſecundo, ꝙ ſi quem non trahat, non tamẽ ipſi imponit malę agendi neceſſitatem, eo ꝙ liberum habeat arbitrium, & Deum paratũ ſecum agere ſi uoluerit. ꝑs. Tecũ principium. ſ. bene agendi, quia Actuũ 13. in ipſo viuimus, mouemur, & ſumus. Propter hoc non oportet Deum accuſare, ſi non bene agas. Oſeæ. 14. Perditio tua ex te Iſrael, tantummodo in me auxilium tuum, & hoc in die virtutis tuæ, nõ in nocte mortis, qñ nemo poteſt operari, in ſplendoribus ſanctorum. i. iuxta doctrinam mores, & vitã ſanctorum virorum, & ſi ſic facias, ex utero ante luciferum genui te. i. ab æterno prædeſtinaui te. Sicut enim in corpore per naturã diſpoſito & organizato infunditur à Deo anima, ſic gratia homini diſpoſito. Et ſicut deficiente natura in organizatione non infunditur aĩa, ſic hoĩ indiſpoſito denegatur gratia. Dr̃ tñ tertio ꝙ illa gratia præueniens põt iuuari precibus ſanctorum. Sic oratio Stephani meruit Paulum præueniri, ſic oratio matris Auguſtini, immo & orationes ipſam prædeſtinationem iuuant. Grego. 1. dialogo. c. 8. dicit ꝙ licet Deus prædeſtinaſſet ſemẽ Abrahæ multiplicari ſicut ſtellas cœli, tñ deprecatus eſt Iſaac dñm pro vxore ſua, eo ꝙ eſſet ſterilis. & ſic cõpleta eſt prædeſtinatio ipſa per preces Iſaac exauditas. Secunda gratia dicit̃ concomitans, de qua. ꝑs. Veritas mea & miſericordia mea cum ipſo. ſ. operante, & hæc requirit aliquem diſpoſitionem ex meritis præcedentibus vnde dicitur primo veritas. ſ. vitæ, & deinde miſericordia mea

cum

F Prælatus qualiter ſe debet exhibere ꝑlatus.

G Cõuẽtus. De ædificijs huius cõuẽtus.

H Gratia. De triplici gratia Dei.



cum ipſo. Tertia gratia dicitur ſubſequens ſiue perſeuerans, de qua. ꝑs. Et miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ, & hæc ſimiliter requirit opera ꝑcedentia. Perſeuerantia. n. requirit conatũ.

Tertio requiritur pitantia. ideo quærit dñs à Philippo. vnde ememus panes ut mãducent hi. In quo docentur principes in rebus arduis debere uti conſilio, & à minoribus ſe illud mendicare, maxime in regimine & paſtura populi, & compati ac condeſcendere miſeriæ ſubditorum reſpiciendõ eos oculo pietatis, ſolicitiq; eſſe debere, quomodo ſub eis commode viuant.

Reſpondet Andreas. Eſt puer vnus hic, qui habet quinque panes &c. Sunt multi uere pueri, qui habent quinq; panes, multas hæreditates à parentibus, ſed à Chriſto non multiplicãtur, quia ſocietatem Chriſto nõ tenent, ſed cũ prodigis, aleatoribus, & guloſis ambulant. Tales oppoſitum faciũt miraculo Chriſti, quia ille multiplicauit, iſti uero oĩa diſſipant, & ad nihilum redigunt, ita ut vulgo dicatur, ꝙ de centum ſolidis faciunt quatuor libras. ꝑs. Ad nihilum redactus ſum, & neſciui, quia cum prodige viuunt, ignorant miſeriam ad quam peruenerunt. Dicit eis Ieſus. Facite hoĩes diſcũbere. In curia bene ordinata maior diſcretio requiritur in illo, cui incumbit fercula apponere. Debet enim cognoſcere numerum perſonarum, & perſonas domino gratas, & merita, & dignitates perſonarum, vt ſm̃ hoc magis uel minus apponat. In curia eccleſiæ officium ſpeciale eſt fercula apponere. Iubet enim dñs, facite homines diſcumbere. Et huius ratio eſt, quia qui apponit fercula non laborat parando, nec apportãdo, immo ſunt coci qui parant, & alij qui portant & ponunt in manibus ſuis ut diſtribuant, & apponant. Sic clerici habent bona eccleſiæ ſine labore, tã ſpiritualia, q̃ Chriſtus inſtituit & parauit, ut ſacramẽta, quæ Chriſtus proprio ſanguine dedicauit, q̃ bona temporalia, quæ merito Chriſti, & ſanctorum collata ſunt eccleſiæ. Oĩa iſta ponuntur in manibus clericorũ. Nihil plus requiritur ab eis, niſi ꝙ fideliter apponant, diſtribuant & diſpenſent. 1. Cor. 4. Hic iam quæritur inter diſpenſatores &c. Apoſtolus quærit ſaltem vnum qui fideliter apponat & diſpẽſet bona Chriſti, quia ſeruitor qui debet fercula apponere põt cõmittere infidelitatem cõtra dominum ſuum tribus modis. Primo, qñ bona quæ recipit nõ apponit diſcumbentibus, ſed pro ſeipſo abſcõdit, & reponit. Sic qui bona diſtribuenda pauperibus abſcondit & reponit, infidelitatem contra dñm cõmittit. Iſte eſt qui talentum domini ſui abſcondit in terra. Contra iſtos Bernardus ait. Facultates eccleſiarum patrimonia ſunt pauperum, & ſacrilega eis crudelitate ſurripitur, quicquid miniſtri, & diſpenſatores (non vtique domini) vltra victum & veſtitum accipiunt. Secundo apponens fercula eſt infidelis, quando portiones duplicat & triplicat notis ſuis, & amicis. ex hoc enim ſequitur cõfuſio, vnus quidem eſurit, alius ebrius eſt, ſic ꝙ vnus eccleſiæ beneficia habeat duplicata uel triplicata, & alius maioris ſcientię, & melioris vitæ non habet beneficium. Gene. 42. Iuſſit Ioſeph fratribus apponi panes, poſtea ſequitur, ꝙ fratres eius mirabantur nimis ſumptis partibus, quas ab eo acceperant, ꝙ maior pars eueniſſet Beniamin, ſic vt quinque partibus excederet. Beniamin erat minimus, ſed frater vterinus. Mirabantur enim, ꝙ minori ætate & ſcientia accederet melior promotio, ſed nunc nõ oportet mirari, quia hæc res iam conſueta eſt. Tertio apponens eſt infidelis, quando apponit meliora uilibus perſonis, & indignis, & dño ſuo non acceptis. Sic qui bona dñi expendunt in viles vſus, & perſonis infamibus. Iſti ſunt ſacerdotes Bel, de quibus Daniel. 14. ꝙ habebant oſtiola abſcondita, ꝑ quæ ingrediebantur mulieres, & paruuli bona quæ in templo erant comedentes & conſumentes. De quibus Bernard. in vſus ſuperbiæ & luxuriæ bona pauperum expendere non verentur duplici profecto iniquitate peccantes, quia vi aliena diripiunt, & ſacris rebus in ſuis turpitudinibus abutunt̃.

Diſcubuerunt ergo viri quaſi quinque millia exceptis mulieribus & paruulis per centenos & quinquagenos, & hæc fuit prima refectio & maior, q̄a poſtea pauit quatuor milia hominum ex ſeptem panibus, & paucis piſciculis, & non remanſerunt, niſi ſeptem ſportæ. Accepit ergo Ieſus panes. Primo accepit, deinde dedit, contra illos qui alios correctionibus paſcunt, & ſe ipſos non. Eſa. 58. Frange eſurienti panem tuum. q. d. non totum da, ſed partem retine tibi. Sunt enim multi, ſicut galli, qui totum ſal

linis

I [illegible]

K [illegible]

L Diſcumbere. [illegible]

linis tribuunt, ideo ſemper ſunt macilenti.
p̃s. Aruit cor meum, quia oblitus ſum comedere panem meum. Et intuens in cęlum gratias agit, vt ſm̃ Criſo. oſtendat nobis antequàm menſam aggrediamur ſemp Deo gratias referre, quod eſt contra ingratos ſimiles porcis comedentibus glandes, quæ nunquã leuãt oculos ad conſiderandum vnde veniãt. Quod ſumme Deo diſplicet. Nec mirum, quia ſi quis ab aliquo ad comedendum inuitatur, recedens gratias agit, & quandoque eum reinuitat. Dñs aũt non ſolum in anno ſemel, ſed continue dat nobis paſtum. Bernar. Ingratitudo eſt uentus vrens ſiccans fontem miſericordię, rorem gratiæ, fluenta pietatis. Et accepit quiſq; quantum uolebat. Sed quid ſi dominus dederit eis quantum uolebãt? videtur ꝙ ad crapulam, cum tñ det nobis dominus potum cum lachrimis in menſura. Reſpondetur primo. Viuere laute cõtingit multis modis. Primò, cum quis laxat appetitũ gulæ cum non indiget. Tales capit diabolus per gulam, ſicut piſces capiuntur hamo, & aues laqueo, ſimiles hiſtrionibus, qui præ nimia feſtinatione vrunt ſe morſello nimis calido. Poteſt tamen quis accedere añ tempus, aut propter neceſſitatem itineris, aut ex conſilio medici propter infirmitaté. Secundo, quando ex crapula lautiores cibos quærit. Sicut ianitor magnatũ magnates bene recipit, & uiles repellit, ſic iſti bonos cibos glutiunt, & viles non curant. Patuit in Philoxeno, de quo Ariſto. 3. Ethic. Iſrael in heremo occubuit, quia deſpecto manna carnes petijt quas lautiores putauit Tertio quando accuratius cibos parare iubet, aut precioſiores, quàm ſuo ſtatui competat. Hæc filiorum hely prima culpa fuit, quia ex uoto eorum puer ſacerdotis nõ de more volebat carnes de ſacrificio accipere, ſed coquendas quærebat quas accuratius præpararet. Dr̃ ſecundo, ꝙ malis nunquã dominus dat de bonis quantum volũt. prouer. 30. Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ. ſ. ſuperbia quo ad honores, & auaritia quantũ ad diuitias, quæ dicunt ſemper affer affer. Eccle. 1. Non ſatiatur oculus viſu concupiſcentiarum, nec auris auditu adulatorum. Nunquam enim ignis dicit ſufficit, quanto plus habent, tanto plus ſitiunt. Dr̃ tertio, ꝙ dat Deus huiuſmodi bonis viris quantũ volunt, quia omnia iſta reputant uanitaté, & quaſi nihilum. Vanitates enim ſunt, quia cito tranſeunt, & ſicut fumus euaneſcunt. Vanitas. n. dr̃, quia uadens in nihilum, uel quaſi ualens nihilũ, ĩmo dat eis ſæpe plus quã uolunt. Nauſeat (inquiunt) aĩa noſtra ſuper cibo iſto leniſſimo, dat. n. eis ad menſuram, quia ad ſufficientiam. Et collegerunt 12. cophinos fragmentorum. Ex reliquiis iſtorum ciborum colliguntur multa documenta Primum, ꝙ prælatus debet eſſe talis ꝙ inferiores ab eo colligant fragmenta veritatis & doctrinæ. Sicut piſcator ponit lucernam ardentem in ſtagno ut capiat piſces, ſic prælatus vitam ardenté charitate, & lucidam doctrina, in qua comprehendat oues. Secundum documentum, quia de malo debitore accipit creditor qđ poteſt. Si præteritam vitã noſtram in operibus malis expendimus, oportet ſalté colligere fragmenta. i. reſiduum vitæ noſtræ. Solent. n. fragmenta dari pro Deo, ſed multi ſunt ſicut ille prædo, qui dum moreret, & diceretur ei, ꝙ de aĩa ſua cogitaret, & ꝙ moriebatur, reſpondit. Deus mihi aufert corpus, & ego ei auferam aĩam. Et voluerunt eum conſtituere in regem, ſed ipſe fugit ab eis. Moderni ſunt ſimiles lepori, qui optimè currit aſcendendo, difficulter auté deſcendit ad uallẽ, quia pedes eius anteriores poſterioribus ſunt breuiores. Sic multi ſp uolunt aſcendere ad dignitates & excellentias, & optime ſciunt currere contra mõtem, ſed ad uallem humilitatis, & ad opera laborioſa meritoria & oneroſa nõ currunt quia licet habeant pedes affectionum ante & retro, ſcilicet ad bona paradiſi, ad quæ nos oportet trahere, & ad bona mundi, de quibus oportet nos viuere, pedes tamen poſteriores ad temporaila lõgiores ſunt, quã ad ſpiritualia, & plus diligunt huius ſæculi uanitatem, quàm deſcendere per virtutem, & humilitatem.

*M Gulæ. Qđ uiuere laute contingit multis modis.*

*Eiuſdem dominicæ 4. Sermo 3. & in ordi. 89. Eijce ancillam &c. Ad Gala. 4.*

VVlgo dicitur. Bonã dietam facit, qui de ſtulto ſe expedit, ideo monet apoſtolus eijcere ancillam & filium eius extra noſtrum hoſpitium. Ancilla eſt mala uolũtas quæ vult ancillari carni, filius eius mala operatio, oportet ergo illam eijcere per ianitoré domus noſtræ. ſ. timoré, qui clauã



*A Anc[illegible]*



de inferno facit. Eccl. 1. Timor domini expellit peccatum, quia ſi non expellamus, ſequuntur multa inconueniẽtia. Primo, quia non erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ. Cum ergo ancillæ filium nutriant, & filium liberæ eiiciant, eijcientur iuxta thema propoſitũ ipſi cum filio ancillę. Secũdo quia irritant Deũ eo ꝙ eius uolũtati bonæ malã præponunt uoluntaté, ideo in p̃s. dr̃, ſm multitudiné impietatũ eorum expelle eos, qñ irritauerũt te dñe. Eſt tñ vna ancilla bona, quæ ſe uocat ancillã. Lu. j. Ecce ancilla dñi. Illa mr̃ eſt eccl̃iæ, & ancilla Dei. Miniſtrat ergo nobis pané vitæ ſicut ancilla liberis. ideo eã vt hoc faciat ſalutemus.

Iuxta thema præſens ſermo in duo diuidetur. Primo oſtendetur qũo ancilla eiici debet ut hæreditet ſponſa libera, & à ſponſo fœcundetur. In ſecõda parte tractabitur de paſtu & alimento filiorum ut in Chriſto nutriãtur. Primam partem explicat epiſtola. Secundam euangelium. Prima pars videtur tangi in illo verſu Pſalmi. Vxor tua ſicut uitis abũdãs in lateribus domus tuæ. Secunda pars in verſu ſequenti. Filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ. Itaque iuxta epiſtolam eiiciẽda eſt ancilla quadruplici exemplo. Primo, exẽplo patris Abrahæ. Secundo exemplo triumphantis eccleſiæ. Tertio exemplo militantis eccleſię. Quarto exemplo & figura ſacræ ſcripturæ. Pro primo dicit epiſtola quòd Abraham duos filios habuit, vnum de libera, & vnum de ancilla. in quo debet attendere prælatus, quales filios introducit & generat in hæreditate eccleſiæ. habuit enim Abrahã duos filios, ſed optime cauit ne ſpurio daret hæreditatem, ſed legitimo tantum. Prælatus autem duo genera filiorum habet, ſcilicet legitimos, & ſufficientes, & qui de ancilla ſunt, inſufficientes ſcilicet, & ex carnis affectione genitos. Promoueat autem in hæreditate eccleſiæ liberos: nunc tamen fit oppoſitum, ideo hæreditas eccleſiæ nunc tranſit ad alienos. Hieremiæ octauo. Verbum domini proiecerunt, & ſapientia nulla eſt in eis. propter hoc dabo mulieres, id eſt eccleſias eorum exteris, & agros eorum alienis, ſcilicet hæredibus. Et ideo ſicut animalia munda dicuntur habitationem immundam relinquere, & exinde fugere, vt patet de apibus & formicis, quæ domos ſuas deſerũt qñ fumo uel aliquo malo odore ipſas reſperſas inueniũt, ſic Deus qa uidet eccleſiã & hereditaté ſuã hodie multis uitiis infectã, & a ſuis malis poſſeſſoribus deturpatam, ipſam ur̃ hodie reliquiſſe & in manibus principum ſeculariũ uelut extraneam dimiſiſſe. Ibi. n. tantus eſt fumus ſuperbiæ, tantus fętor luxuriæ, tãtus ardor auaritiæ, ꝙ ipſam uelut extraneam abominatur & deſerit. iuxta illud. p̃s. Iratus eſt furore dñs in populum ſuum, & abominatus eſt hæreditaté ſuã, & tradidit eos in manus gétium, & dominati ſunt eorum qui oderunt eos. Dñs aũt dat ſuam eccleſiam timentib. ſe. p̃s. Dediſti hęreditatem timentib. nomen tuum Iſti degeneres intrant eccleſiam, ſicut bubo qui eã intrat ut oleum bibat, & eccleſiam ſuis maculet ſtercoribus. Sed qui de ancilla ſecũdum carnem natus eſt, qui aũt de libera ſcđm repromiſſionem. hic eſt de quo. Io. 1. Qui non ex ſanguinib. neq; ex uolũtate carnis ſed ſecundum Deũ natus eſt. ideo q eccleſiam intrat ex uoluntate carnis uel ex ſanguinib. caro & ſanguis ei reuelat & annunciat quicquid agit. & talé exẽplo Abrahæ Deus exhæredat & merito, quia caro eſt ancilla. ideo filii eius exhęredandi ſunt nõ qui ex Deo nati ſunt. Sen. 6. uel 8. declamatione talem ponit caſum. Lex erat in quadam ciuitate ꝙ filius ſenior oẽ patrimonium diuidebat & minor eligebat. Cõtigit aũt ꝙ quidam duos habuit filios unũ de uxore libera, aliũ de ancilla, decedẽte pr̃e filius liberę cum eſſet ſenior ſic diuiſit patrimoniũ ut ancillã poneret ex una parte & reſiduum ex altera. Minor uero. ſ. filius ancillę mr̃em elegit, & accuſat fratrẽ de circumuentione. i. ablatione partis hęreditatis ſibi debite, rñdit ſenior. ego nihil aliud feci niſi diuidere & in tua dimittere electione. tu aũt elegiſti ancillã, ſufficiat tibi. Sic Deus pr̃ duos habet filios unũ ex libera ſua ſubſtantia genitũ. cuius membra ſunt oẽs electi, aliũ natum de ancilla, ſ. de carne, q̃ naturaliter eſt ancilla. Sed Deus pr̃ reliquit oẽ pr̃imoniũ ſeniori ſilio. ſ. xp̃o diuidendum qui eſt primogenitus in multis fratribus. Ro. 8. & minori eligendum. Chriſtus ſic diuiſit. ut ex una parte eſſet tota hæreditas cęleſtis, ex alia parte caro, ut patet. Mat. 19. Oĩs qui reliquerit pr̃em aut matrem centuplum accipiet &c. Nec poſ-

*1 Prælatus. Qđ placuit uidere quales filios introducit i eccleſiã.*

*C Hæres. Qui ex ſanguinibus nati ſunt eccleſiam Dei hæreditare nõ poſſunt.*

ſumus fratrem noſtrum Chriſtum accuſare quaſi nos priuauerit, quia non facit niſi diuidere, & nobis electionem concedit, & non eſt circũuentio in diuiſione, ſed in æſtimatione. ideo non eſt ipſi imputandum ſed nobis. quod ſatis conſtat per illud apoſtoli Rom. 8. Non ſimus debitores carni, vt ſm̃ carnem uiuamus. Si enim ſm̃ carnem vixeritis moriemini. Ideo filij ancillæ. i. carnis exhæredantur. Abraham enim filijs concubinarum largitus eſt munera. Iſaac autem reſeruauit hæreditatẽ. Bona enim mobilia huius mundi dantur cõiter peccatoribus, & carnalia concupiſcentibus, qui ſunt baſtardi, in ſignum ꝙ nihil habent in ſuperna hæreditate. Caro enim & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt Dicit philoſophus. 3. de animalib. ꝙ quantum in corpore augetur pinguedo tm̃ minuitur ſanguis, & omne corpus abundans ſanguine maxime circa oſſa cito putreſcit. In eccleſia pinguedo eſt amor charitatis. ps. Sicut adipe & pinguedine repleatᷣ aĩa mea. Sanguis eſt amor carnalis. Synagoga, quæ fuit ex ſanguinibus cito putrefacta eſt, & maxime quia ꝓpe oſſa, id eſt ſacerdotes, & q̃ ſunt oſſa eccleſiæ, omnia putreſiunt nimio amore ſanguinis proprij. ps. Interfecta eſt terra ĩ ſanguinibus. Sic inuenitur modo in eccleſia Dei. Quæ ſunt per allegoriã dicta. Hęc enim ſunt duo teſtamenta. Duplex enim eſt ſenſus ſacræ ſcripturæ. Vnus litteralis, & alius myſticus, & hic triplex eſt. Quidã docet quid agendum, & ille eſt moralis, quidam quid credendum, & ille eſt allegoricus: quidam quid ſperãdum, & ille eſt anagogicus. Comparatur. n. ſcriptura ſacra lucernæ. ps. Lucerna pedibus meis uerbum tuum &c. In qua lucerna eſt teſta litteræ omnia continens, uidelicet oleum, liciniũ, & ignem, ſic litteralis ſenſus omnes myſticos continet, oleum moralitatis, quæ mentis faciem magis exhilarat. ps. Vt exhilaret faciem in oleo. Ibi. n. inuenitur dulcedo mentis, quaſi licinium eſt allegoria quæ aliquantulum aſpera eſt ſicut licinium. Durum namque uidetur vt per Dauid qui abſtulit vxorem Vriæ intelligatur Deus, & p Vriam qui in illo innocens fuit intelligatur diabolus. Tanquam ignis anagogicus ſenſus eſt, quia ignis ſemper alta petit, & anagogia ſemper ad eccleſiam triũphantẽ refertur, vt per hoc ꝙ arca Noe requieuit

D
*Sacra ſcriptura De ſenſu ſacræ ſcripturæ multiplici.*

in montibus Armeniæ poſt diluuium deſignatur ꝙ eccleſia poſt fluctus præſentis vitæ requieſcet in montibus æternitatis. In hac lucerna Moyſes appoſuit teſtam, qui legis litterã dedit, quæ neminẽ ad perfectũ adducit. Ioan. j. lex per Moyſen data eſt. ꝓphetæ appoſuerunt oleum qui hominibus prædicabant arguendo, & inſtruendo, & ſcripturas ad mores inflectendo. Licinium appoſuit Chriſtus, quando uenit ad oues quæ perierunt domus Iſrael, & de ſe prædicta cõpleuit Ignẽ poſtea appoſuerunt apoſtoli, & expoſitores, qui ad triumphantem eccleſiam oĩa huiuſmodi referunt, vt quęramus quæ ſurſum ſunt, non quæ ſuper terram. Secundo docet eiicere ancillam exemplo eccleſiæ triumphãtis, quæ à ſe abijcit omnem ſeruitutem. Eiecta eſt enim Agar, quæ ſeruit cum filiis ſuis, & manſit Sara in libertate, quæ illam eccleſiã triũphantem repræſentat, de qua dr̃ Hieruſalẽ quæ ſurſum eſt, libera eſt quę eſt mater noſtra. Primo quidem libera, deinde quia ſurſum eſt ſecura. vñ dr̃ia eſt inter Hieruſalem ſupremam & inferiorem, quia de ſuperna Hieruſalem ad ſenſum anagogicum dicit. 1. Maca. 10. Hieruſalem ſit ſancta & libera cũ finibus ſuis, & decimæ & tributa ipſius ſint. Inferior aũt nõ eſt libera. Libertas. n. erit in ſuprema ĩ duobus, in quibus homo in præſenti uita ſeruus detinetur. ſ. à tributo culpæ, & exactione pœnæ. Per primum detinetur homo in ſeruitute diaboli, quod quidem tributum nihil aliud eſt, quàm remorſus conſcientiæ, quæ nunquam ad plenum ceſſat in hac uita, quia nunquã ceſſat peccatum. Non. n. eſt homo qui nõ peccet. In Hieruſalem autẽ ſuprema, ſicut nec peccatum, ita nec remorſus conſcientiæ erit. Per exactionem pœnæ detinetur in ſubiectione carnis, cui cũ tm̃ debeantur neceſſaria, ipſa tñ exigit ſuperflua, & quaſi uiolenter extorquet à ſpiritu. Sapiẽ. 9. Corpus qđ corrumpitur aggrauat animam, ſed tunc ceſſabit iſta exactio, quando caro plene ſubijcietur ſpiritui. Creatura. n. liberabitur à ſeruitute corruptionis ĩ libertatẽ glorię filiorum Dei. Ro. 8. Tertio eijcienda eſt ancilla carnalitatis exemplo eccleſiæ militantis, quæ ſecundum allegoriam dicitur Hieruſalem, quæ ſurſum eſt eleuãs cor ad ſpõſum ſuum. Illa enim eſt mater filiorum Dei condiſtincta Babylonis, quæ eſt mater

E
*Hieruſalem.*

I
*Hieruſalem. De libera Hieruſalem & Babylonis.*



filiorum diaboli. Spes enim viſionis illius pacis quæ ſurſum eſt cum meritis præcedẽtibus generat filios eccleſiæ, confuſio uerò in iſtis terrenis rebus, dum ibi ſpes & deſiderium occupatur, generat filios miſeriæ, quia ſicut magnæ dignitatis eſt tã benigni patris ut Dei filium eſſe, ſic extremæ miſeriæ filium eſſe iniquitatis & diaboli, quia qui ex Deo naſcitur, naſcitur ad iuſtitiam & uitam, qui ex diabolo eſt ad iniquitatẽ & mortem. Ro. 6. Sicut exhibuiſtis mẽbra uřa ſeruire iniq̃tati ad iniquitatẽ, ita & nũc exhibite membra ueſtra ſeruire iuſtitię in ſanctificationem. Filij Dei naſcuntur ex patre Chr̃o, & matre Hieruſalem, filij diaboli ex patre diabolo & matre babylonia. Si ergo filia babylonis miſera, quid aliud præſtare poteſt miſera, q̃ miſeriam. Secundo filij Dei delectãtur in vberibus conſolationis mřis ſuæ Hieruſalẽ. Eſa. 66. Repleamur ab uberibus cõſolationis eius: homines. n. nobiles & delicati delectantur in ueris delicijs, quia nutriti ſunt in illis, nõ in groſſis cibis. Puer. n. inuenit delicias in mãmillis matris. Sic filij Dei amoroſi eius ſugũt delitias pleno ore cordis, meditantes ad Dei beneficia & præmia, imo & tribulationes quaſi lac ſugunt, ita ꝙ nec ſinapio, aut aliquo alio auſtero ſeparari poſſunt ab vberibus eius. Ideo mater diligens puerum reſeruat ſemper illi delicioſum morſellum, ſic Chr̃s paradiſum. Sed filij diaboli groſſi ruſtici rurales ſunt nutriti cibariis groſſis, & in illis ſaporem inueniunt. Et ſicut aſini delectantur in cardonibus edẽdis, vbi ſunt punctiones, & quibus ꝓmittitur grauis pũctura. Apoca 18. Quantum glorificauit ſe, & in deliciis fuit, tantum date ei tormentum &c. Et merito, quia non decent ſtultũ deliciæ. Hæc ſunt ubera filiæ babylonis, quæ quandoque etiam ex Deo natũ ſubtrahit propriæ matri, & ſuis apponit vberibus, quaſi proprium filium, & ſuarum lenocinijs voluptatum lactat ad opus diaboli. Sed beatus qui retribuet ei tributionem ſuam. i. paruulos eius antequam in robur maliciæ creſcant, rapit, ablactat, & allidit ad petram Chriſtum. Sed quæritur quõ matrem noſtram eccleſiam militantẽ, quę ſurſum eſt ſequi poterimus, cum graues ſimus mente, & corpore? Reſponſio de uita hoĩs in hoc mundo cenſendum eſt ſicut de naue in aqua, q̃ ſi ſibi relinquatur, ſemper tendit deorſũ ſm̃ motũ aquæ, ſed per ſpiritũ corporeũ. i. per uentũ mouetur in cõtrariũ. Sic uita carnaliũ ſp tẽdit in corruptionem culpæ ſequens fluxũ uoluptatũ carnalium. Tendet aũt in contrarium, ſi ſequatᷣ inſtinctũ ſpũs ſancti. Gal. 5. Spiritu ambulate, & deſideria carnis non ꝑficietis, & hoc ideo, quia ſpũs Dei habitat in uobis. ps. Spiritus tuus bonus deducet me ĩ terrã rectã. Et ſi dicatᷣ, ſi ſpũs Dei habitat in nobis, cur nos apprehenderunt tot mala? Impugnatur veritas, deridetur paupertas, & tanquã purgamẽta huius mundi facti ſumus. Reſpõdet Apoſtolus Gal. 4. Quõ is qui ſm̃ carnẽ ꝑſequebatur eũ, qui ſm̃ ſpiritũ ita & nunc.

G
*Hieruſalem. Quõ ſurſum gra[ues] ſimus [li]bera*

*ſalẽ, quæ ſurſum ẽ cõtingere poterimus.*

Et quia ex libera læticia ꝓcedit, iõ ſubditur illud Eſa. 54. Lætare ſterilis, quæ nõ paris, erumpe & clama quę nõ parturis &c. Iſta ſterilis ſm̃ allegoriã eſt gentilis eccleſia olim ſterilis, ſed ꝑꝑ adoleſcentiã, quæ nõ conuenit partui. Synagogæ uero uterus velut Saræ iam erat emortuus, & amiſerat vim pariendi 1. Reg. 2. Donec ſterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat &c. Sterilitas aũt uel ex defectu ætatis, uel ex infirmitate, uel ex impotẽtia uiri procedit. Lex aũt ſterilis eſt ꝑꝑ ætatẽ. ſ. ſenectutem. Heb. 8. Omne quod antiquatur, & ſeneſcit, prope interitum eſt. Ex infirmitate, quia Heb. 7. Neminem ad perfectũ adducit lex. Ro. 8. In qua re infirma erat lex, & ꝑꝑ defectũ uiri. i. eorum quibus cõiuncta erat, & data, q̃ tñ eã portare non poterãt. Act. 15. Quid tẽtatis imponere iugũ, quod neque nos, neq; pr̃es nr̃i portare potuimus? Vnde filij Iſrael ſi non ualebant portare qđ dicebatur in mõte Sinay, quõ portare poterant q̃ ſm̃ legẽ agere debebãt? Inde Apoſtolus euangelicã ſuauitatẽ legali aſperitati pręferens aiebat. Nõ acceſſiſtis ad caliginẽ & uocẽ verborũ, q̃ qui audierũt excuſauerũt ſe, ne fieret eis verbũ. Non. n. portabãt qđ dicebatur. ideo dicebant Moyſi, loquere tu nobis, ne loquatur nobis dñs, ne forte moriamur. Lætatur aũt iſta ſterilis. Primo de libertate. Secundo de multitudine filiorũ. Tertio de multitudine bonorũ operũ ſicut mater lætatur de filijs bene operantibus.

FF
*Sterilitas. Quõ ſinagoga facta eſt ſterilis, eccleſia uerò fœcunda.*

Circa hoc quęritur, vtrũ quis gaudere debeat de bono opere per eũ facto. videtur ꝙ non, quia nemo dẽt ſe exponere periculo, ſed in tali gaudio cũ ſuper boni operis cõſideratione reflectitur, vix põt inueniri

F
*Opus. Lætari. Vtrũ lætandũ ſit de bono opē à nobis factō.*

 diſtantia

diſtantia huius gaudij à uana gloria, ergo non eſt gaudendum In oppoſitum arguitur quia hic iubetur, lætare ſterilis quæ nõ paris, & hoc propter partum filiorum.i.bonorũ operũ. Rñſio. Prima ueritas. Hõ lętari & gaudere põt ĩ operibus bonis. Hoc docet irrationalis creatura. Si gallina naturaliter gaudet qñ dedit fructũ ſuum.ſ.ouum verisimile eſt, ꝙ aĩa naturaliter gaudeat, qñ fecit debitum fructum.ſ.opus bonũ, cũ etiam naturaliter triſtetur, cum ſe videt fructum dediſſe contra naturam.ſ.malum opus, ſicut mulier doleret ſi uideret ſe buffonem peperiſſe. Eſt enim ĩ bono opere vñ naturaliter ſit gaudendum, ſicut in malo vnde triſtandum. Eſt enim opus bonum cõueniens ſicut malum diſconueniens. Ex apprehenſione aũt conuenientis quis gaudet ſicut reſtatur ex apprehenſione diſcõueniẽtis, quod uocat Apoſtolus gaudium in ſpiritu ſctõ. ṗs. Flumina plaudent in manu.i. viri ſancti abundantes in flumine doctrinę ex bono opere, ſicut mulier ex partu maſculi, & pauo ex pennarum pulchritudine. Cũ ẽt quis naturaliter gaudeat de bono opere alterius ṗs. Exultent & lætentur qui uolunt iuſtitiã meã, quãto magis delectabitur in proprio opere? cũ ſignum virtutis (vt dicit Ariſt. 2. Ethi.) ſit delectabiliter operari. & 10. Ethi. delectatio firmat operãtem in opere. Secunda ueritas, ſecure gaudere põt de ſuo bono opere qui in dño gaudet, ipſi attribuendo quicquid boni eſt in opere, & quicquid imperfectionis operãti, nec inde tollitur gaudiũ de opere cũ gaudiũ magnũ ſit cooperari deo. Dei.n. adiutores ſumus. Quis.n. nõ gauderet de inuentione theſauri? quis maior theſaurus quã bonorũ operũ? Dum tñ in timore Dei oĩa fiant. Eſa. 33. Timor dñi ipſe eſt theſaurus eius. vnde cum Abrahã voluit interficere Iſaac.i. riſum, ſeu gaudium, interfecit pro eo arietẽ cornutũ.i. gloriã uanã. Tertia ueritas: Aliud eſt lætari hoĩem ĩ opere, aliud lętari de ope ſuo, quia nõ eſt poſſibile hominẽ bene facere, & nõ lætari in faciendo opus, cũ hoc ſit naturale, ſed de ope lętari eſt ſuper opus fctm̃ cõſiderando reflecti, & dũmõ nõ exeat extra limites gaudij illius, ſp eſt de illo gaudendũ cõgaudẽdo ei, qui præcipue fecit illud.

K *De quadruplici ancilla.*

Quarto eiici debet ancilla à monitione ſacræ ſcripturæ. vnde ſubditur. Sed qd dicit ſcriptura? Eijce ancillã & filiũ eius. Quadruplex in ſcripturis ancilla inuenitur. vna ꝑ ſubiectiõnẽ & illa eſt eccleſia ut filius eccleſiæ dicat, ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ. ṗs. Sicut oculi ancillæ in manibus dñæ ſuæ, ita oculi nr̃i.i. totius ecclĩæ ad dñm Deũ &c. Scda eſt ꝑ humiliationẽ, & illa eſt Maria, quæ dicit Lu. j. Ecce ancilla dñi. &c. Tertia eſt ꝑ adminiſtrationẽ, & illa fuerũt ſcti apoſtoli, de q̃bus ꝓuer. 9. Miſit ancillas ſuas ut uocarẽt ad arcẽ ciuitatis.i. inuitarẽt. Quarta eſt per ſuilẽ timorẽ, & illa eſt ſynagoga. Gen. 21. Eijce ancillã & filiũ eius. Prima eſt vxor & libera, quia Hieruſalẽ quę ſurſum eſt mr̃ nr̃a libera eſt. Secunda eſt mater & liberãs Lu. 2. vñ hoc mihi ut ueniat mr̃ dñi mei ad me? Tertia libera & liberata. Ioã. 8. Si uos liberauerit filius vere liberi eritis. Quarta nouerca & repudiata. Io. 5. Seruus nõ manet in domo in æternũ.

I

Subditur rõ, quia nõ erit hæres filius ancillæ cũ filio liberæ. Eijciendus enim eſt qui per ancillam, id eſt carnem intrat eccleſiam, propter duo. Primo, quia quod natum eſt ex carne caro eſt. Ex carne naſcitur, qui ꝑꝑ gulam, luxuriam, & parentelam eccleſiam ingredit, vel qui carnali affectione in prælatione inſtituitur. Filius ancillæ eſt quem cętus carnalium ſuo conſenſu diligẽtia uel electione inſtituit, ac congregatio carnaliũ Agar eſt (quæ aduena interpretatur) quę de domo veri Abrahæ.i. Dei patris eijcienda eſt. Ea ergo eiicienda eſt cũ filio, & hic carnaliter ingrediens eijciendus eſt. Tales.n. non ſunt de domo Dei, non ciues, nõ domeſtici, ſed aduenæ & hoſpites. Secundo, quia eijciẽdus eſt ſeruus. Seruus eſt peccati qui facit peccatum. Ioan. 8. Seruus non debet eſſe rex in eccleſia, ſicut nec decet ſeruum dominari principibus. j. Reg. 3. Abſit hoc à me, ſed quicunque glorificauerit me glorificabo eũ. Qui aũt me cõtemnũt, erũt ignobiles. De ſtirpe.n. regia & ſacerdotali eſſe debet, cui adeo nobilis filia ut eccleſia, matrimonio iungenda eſt, & de illis dicũt eſſe qui dicunt. Apoc. primo. Feciſti nos Deo noſtro regnum, & ſacerdotes. Expaueſcendum enim eſt ignobili fieri generum regis cœlorum, ſicut Dauid expauit, & admiratus eſt dicens. primo Regũ. decimooctauo. Quis ego ſum, aut quæ eſt uita mea, aut cognatio patris mei in Iſrael, ut fiam gener regis? Sed veh nobis, quia carduus libani



non veretur hodie petere filiam Cedri filio ſuo. 3. Reg. 14. Certe error iſte conditionis in filiis dyaboli, ſufficeret ad diuortiũ infauſtiſſimorũ matrimoniorũ ne nuberentur nobiliſſimę filiæ dei. Ideo nũc datur populus dñi in direptionem & prædam, quia viri iſti. i. moderni prælati non ſunt de ſemine virorũ illorũ per quos ſalus facta eſt in Iſrael. 1. Mach. 5. Hæc Gui. Pariſien.

M *Heres. Qui e-ſt heres hereditatis æternæ filius ancillæ.*

Vel ſm̃ anagogiam. Non erit hæres filius ancillæ cũ filio libere. Hæres quidem hæreditatis æternæ. Eſa. 54. Hæc eſt hæreditas ſeruorum Dei. Primo quia hęc hæreditas ſolum debetur filiis ſicut & hæreditas terrena. Pſ. Ecce hæreditas domini filij merces, nec amittitur niſi per crimen læſæ maieſtatis i. per mortale. Pſ. Nouit dñs dies immaculatorum, & hæreditas eorum in æternum erit. Eccl. 44. Cum ſemine illorũ ſ. operum miſericordiæ, perſeuerabit hæreditas, mali vero hæredes eſſe non poſſunt, ſignificati per Iepte qui hæres non potuit eſſe in domo patris ſui, eo q̇ de adultera natus eſſet. Eccl. 41. Filiorũ peccatorum periet hæreditas, maxime eorum qui de ſua præſumunt bonitate. Prouer. 20. Hæreditas ad quam feſtinatur in principio, in fine benedictione carebit. Secundo, quia ſicut hæreditas prouenit per mortem patris, & nihil conſtat hæredi, ſic gloria per mortem Chriſti, & ſic pro nihilo eam hebemus, quia licet grauia multa pro ipſa obtinenda ſuſtineamus merita tamen noſtra reſpectu illius nihil ſunt. Si regnum franciæ obtineret, quis pro panno mẽſtruate, pro nihilo ſe diceret illud habere. Eſa. 64. Omnes inſtitiæ noſtræ quaſi pãnus menſtruate, immo illa modica bone q̃ agimus, non ipſi ſoli agimus, ſed nobiſcum Deus. Pſal. Deus virtutum nobiſcum.i. nobiſcum ad operandum virtuoſe, & pluſquã nos agit, quia omnis cauſa primaria plus influit in ſuum effectum quàm ſecundaria & adhuc etiam vix ſufficimus ad id quod ei debemus. Factus enim de nihilo quicquid poteſt debet factori ſuo. Item cum bene operatur nihil ſui tribuit. Omnia enim bona opera pertinent ad eum tanquam bona ſua, nihil Deus de eis habet. Vnde Eſa. 55. Qui non habetis argentum properate, emite, comedite abſque ulla commutatione. Hæc hæreditas multi preci eſt. Pſal. Etenim hæreditas mea præclara eſt mihi. Dicitur hæreditas mea præclara bonorum reputatione, ad differentiam malorum q̃bus nõ uidetur hæc hęreditas præclara. i. præ alijs clara, quia plus appreciantur hæreditatem tranſitoriam, quia ſecundũ Grego. mentes bona penſare non ualent niſi q̃ carnaliter vident. Pſal. Pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem. & inde eſt, ꝙ hanc hæreditatem cuius deberent eſſe hæredes, pro nihilo vendunt.

N *Hæres. Qđ nullus debet uendere hæreditatem cœleſtem.*

Dixit Philoſophus. 2. Politicæ ꝙ in ciuitate locris olim fuit lex ꝙ nullus venderit hæreditatẽ uel poſſeſſionem ſuam, niſi monſtraretur, ꝙ ei accidiſſet aliquod infortunium magnum, vt ſic quaſi neceſſitate compulſus uenderet eam. Nullum autem infortuniũ cogit nos uendere hanc hæreditatem, ſed ſicut fatui pro nihilo eam uendimus, ſcilicet pro hæreditate terrena qui nihil eſt. Plinius lib. 17. Terram amaram & macrã ſi quis probare voluerit, denotant eã herbe acres & degeneres. Tales producit hæreditas temporalis, quia ſolicitudines & curas animum pungentes. Gen. 3. Maledicta terra in opere tuo &c. Ideo talem hæreditatem habenti dicitur Mat. 19. Vade & uende omnia &c. Sed habẽti poſſeſſionem ſpiritualem hoc non licet, quia nullo infortunio ad hoc cogi poteſt. Ideo. 3. Reg. 23. Propitius ſit mihi Deus ne dem hæreditatem patrum meorum. Sed tamen nonnulli reputant eam nullius precii, quia nihil tolerare, aut loborare uolunt pro eã, cum tamen ſcriptum ſit. Suſtinentes autem dominum ipſi hæreditabunt terram, ſcilicet uiuentium. Suſtinentes dñm. ſ. punientem qui patienter ferẽdo eius flagella filios dei ſe oſtendũt, qa flagellat oẽm filiũ quẽ recipit. Si aũt filij & hæredes.

O *Seruitus. Qđ omnis ſeruitus ex pctõ ꝓceſſit.*

Nos aũt filii libere ſumus qua libertate liberauit nos Chriſtus. Omnis.n. ſeruitus ex peccato ꝓceſſit. Vnde Aug. 19. de ciuita. Dei ca. 15. Primi iuſti paſtores pecorum magis quam reges hominum conſtituti ſunt. Conditio ſeruitutis pro peccato intelligitur poſita, & ideo nullibi in ſcriptura de ſeruitute legitur quouſq; Noe vindicaret filij peccatum, ita ꝙ nomen iſtud culpa inuenis non natura. In latina lingua ſeruus a ſeruo ſeruas dr̃, quia belli victores quos occidere poterãt ſeruabãt. Hæc Aug. Solus autem Deus liberum facit hominem a peccato, qa ſolus Deus meritum hominis acceptat

ad præmiũ,homo aũt liber operando meretur p̃mium,ſed ſeruus nihil. Eſt.n. de bono opere ſicut de ſaphyro, qui ſitus in auro uel argento magnæ virtutis eſt, ſitus in ferro perdit ſuã uirtutẽ. Sic opus bonũ ſitũ in perſona aurea vel argẽtea per puritatẽ, magnæ virtutis eſt. in perſona ferrea per duritiam peccati,nullius valoris.

*Sequitur ſubſermo de euangelio quartus eiuſdẽ dominicæ per the. præcedens. et in ord. 90.*

*A Quadrageſima. Quare in media quadrageſima legitur euangeliũ de panibus.*

QVæritur quare in media quadrageſima legitur euãgelium de panibus. Cũ enim eccleſia nos deberet incitare ad ieiuniũ: quare nos excitat ad refectionẽ pannum? Reſpondetur primo. In media quadrageſima, & in media ſeptuageſima, & in media dñica legitur iſtud euangeliũ,ut tota quadrageſima ſit vna dies, & ſic media dominica ſit quaſi meridies. Primo quia lecatores comedunt mane, ſed hora comedendi eſt in meridie. Eccle. 9. Veh terræ cuius rex puer eſt,& principes mane comedunt. Vñ non debet comedere quis niſi laboret, nec laborare niſi comedat. comeſtio igĩ debet eſſe media inter laborem præcedentem, & inter ſubſequẽtẽ. Mar. 8. Si dimiſero eos ieiunos deficient in via. Ideo Cant. 3. Indica mihi vbi paſcas, ubi cubes in meridie. Qñ enim paſcit dñs, tũc et paſcitur. Tunc.n in hoĩe iuſto facit uoluntatẽ pr̃is ſui. Ioan. 4. Meus cibus eſt vt faciã uoluntatẽ &c. & recte ſequitur. Vbi cubes, quia cibũ meridianũ ſequitur ſomnus uel exercitatio. Cubatio dñi dormitio in cruce. Inde eſt, ꝙ poſt mediã ſeptimanã incipit paſſio dñi uel exercitatio, vel lucta in cruce cũ diabolo. vñ tunc vexilla regis prodeunt. Secũda rõ, vt per hoc ipſum in oĩ refectione & opere medietas tẽperantiæ ſeruanda oſtenderet, ideo lignum uitæ in medio paradiſi erat, vt per hoc ſignificaretur, ꝙ qui tẽperantiã & mediũ ſeruat, bene regit uitam naturæ, acquirit uitam gratiæ & meretur vitã gloriæ. Plures enim uidemus mori ſuperfluitate, quã tenuitate, & nihil eſt ignominioſius quàm ea quæ conuertere in occaſionẽ mortis, quibus uita conſeruari debet. Eccl. 31. Sanitas corporis & animæ ſobrius potus. Tertia ratio, ut doceret rectitudinem in omnibus eſſe ſeruam. rectum enim eſt, cuius medium non exit ab extremis. Principium animę noſtrę à quo procedit, Deus eſt, & etiam finis ad quem, & ideo qui exit ab eo rectus non eſt. Ait.n. ego ſum alpha & o. Exit ab eo tanquam à principio, qui ſibi quodcunque bonum aſcribit, qui non dicit cum Eſaia. omnia opera noſtra operatus es in nobis, & mendacem Deum dicit qui ait. Sine me nihil poteſtis facere. Sed exit ab eo tanquam à fine, qui de bono opere fauorem & emolumẽtum, uel aliquid aliud quærit: vel qui declinat à dextris, vel à ſiniſtris ad ſuperabundãtiam uel defectum. Et quia difficile eſt tenere mediũ, & facile deuiare à medio (ut dicit Ariſto. 2. Ethicorũ.) ne deuiemus ab illo dat nobis dñs conſolationem, & refectionem in medio, quam quidem refectionem à virgine Maria repetamus, quia ſecundum formam eccleſiæ panem. ſ. Chriſtum tenet in manibus ſingulis petentibus parata dare, Igitur petamus ab ea dicentes. Aue.

Nunc enim dicendum eſt de alimento filiorum eccleſiæ. & primo de paſtu ſpirituali. Secundo de paſtu corporali. Abijt igitur dominus trans mare galileæ. Aliud autem eſt ſedere circa mare, & aliud abire trans mare. Aliud per mare nauigare. Nauigat per mare, qui in tribulationibus eſt. circa mare eſt, qui aliorum tribulationes videt & compatitur, ſed non eas patitur, abit trans mare, qui tribulationem fugit. Ideo hic oſtendit dominus ꝙ fugienda eſt perſecutio non expectanda, ſed ſi ueniat patienter ferenda. Fugienda quidem conſilio, quia lente itur in malo paſſu. fugienda etiam greſſu, quia melior eſt bona fuga, q̃ mala expectatio. Pugnant enim doctores, milites & ruſtici. Doctores capitibus diſputando, milites brachijs & manibus decertãdo, ruſtici talis & pedibus fugiendo. Pugnandum igitur eſt nobis ad modũ ruſticorum fugiendo. Aliquando tamen inuenitur tribulatio uel perſecutio, quando non quæritur, cuius remedium eſt ad ſacras ſcripturas ſe conuertere, ut per conſolationẽ ſcripturarum ſpem habeamus. Rom. 15. pſ. Tribulatio & anguſtia inuenerunt me, qñ non quærebam eas, & ſubditur remedium. Mandata tua meditatio mea eſt. Aliquando uero quæruntur & inueniuntur. Quæruntur enim aliquando ex intentione, ut cum quis quærit locum pœnitentię, vel religionis arctum. tribulationem quærit, & ſi difficilis uideatur ad ſuſtinẽdum, ad nomẽ dñi recurrat. quia prouer. 18. Turris fortiſſima nomen dñi. pſ. Tribulationẽ & dolorem inueni, quem quærebam, & nomen domini inuocaui. Vel tribulationem quærit in aliis, quando ipſe non habet eam in ſe, & illa eſt via per quã itur in regnum cœleſte. quia Luc. vlt. Oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriã ſuam. Hoc aũt facit quando uiſitat domos uiduarum, qñ uidet miſerias orphanorũ ſeu pupillorum & oppreſſorum. pſ. Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperẽ. glo. magiſtri qui intelligit. i. intus legit. Mare hoc dr̃ galileæ ꝑ locum in quo ſituatur. Tyberias dicĩ à tyberia ciuitate, quã ędificauit Herodes in honorẽ Tyberij Cæſaris, ſicut ceraſum ceraſunto ciuitate Armeniæ. Lucullus aũt hoc genus pomi ponto & Armenia ſubiugatis, primus Romam pertulit. Vnde & de patria nomen accepit (ut inquit Hieronymus ad Marcellã de muneribus acceptis.) Similiter ſicut pergamenum dictum eſt à Pergamo, in quo loco Rex Attalus primo Pergameni uſum adinuenit (vt inquit Hieronymus in epiſtola ad Nitiam diaconũ.)

*C Quare modo non ſequitur Chriſtum magna multitudo, ſicut olim.*

Et ſequebatur eum multitudo magna. Modo parua ſequitur. Sed quomodo parua? Si quis alicui beſtiæ aliquid in eſcam daret conſuetudinarie, ſtatim illud animal efficitur illi domeſticum, & facile ſequitur eum. Cum ergo dñs ſit aſſuetus dare nobis neceſſaria noſtra, iuxta illud quod precaĩ. pſ. De neceſſitatibus meis erue me, quare non eum ſequimur? Cum etiam omnes domeſtici eius ueſtiti ſunt duplicibus, temporalibus. ſ. & ſpiritualibus, quomodo parua multitudo eum ſequitur? Reſponſio. Dicitur primo, ꝙ non põt quis ſimul ſequi dñm & concupiſcentiam ſuã, quia per diuerſas uias uadunt, concupiſcentia per terram repitat, Chriſtus in crucem aſcendit, & inde in cœlũ. & hæc eſt uia eius, ideo ſpõſa quęrit eum ſequi dicẽs. Trahe me poſt te. Sed qui ſequitur concupiſcentias ſuas, ſequi nõ poteſt Chr̃m. licet enim natura ignis ſit ferri ſurſum, ſequitur tñ materiam in qua eſt, ut patet in candela, quæ quanto plus conſumitur ignis magis demittitur & deſcendit. Sic amor qui eſt ignis aſcendit, ſi cęleſtia ſint quæ amamus: ſi terrena, in terrena demergitur. Et quia omnes pœnæ ſequuntur ſuas concupiſcentias. Hiere. 8. A minimo vſq; ad maximum omnes auaritiæ ſtudent. Et iterum. Eſa. 1. Oẽs diligunt munera, ſequuntur retributiones, ideo nõ mirum ſi pauci modo ſequuntur Chriſtum. vnde & Paulus Phil. 3. Sequar ſi quo modo cõprehendam, quæ quidẽ retro ſunt, & poſteriora obliuiſcẽs, & quaſi ponens à tergo, ad ea uero, quæ in ante ſunt. i. cœleſtia me extendens. Fere aũt oĩs mundus nunc à Deo apoſtatauit, nullus ſequitur hodie eũ, diabolus magam habet abbatiã, & magnũ conuentũ, videat quiſque de cuius abbatia eſt. Rom. 8. Neſcitis cui exhibetis uos ſeruos ad obediẽdum, ſerui eſtis eius cui obedistis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam. Et non mirũ, ſi magnã abbatiam habeat, quia Abac. 1. Cibus eius electus, quia magnos in mundo uorat, & deglutit. humiles autem comedere nequit. Dicitur ſecundo, ꝙ ideo eum ſequebatur multitudo magna, quia uidebant ſigna, & prodigia quæ faciebat, nũc uero pauci ſequuntur, quia nulla apparent ſigna veritatis vitæ, aut doctrinæ, immo abhominabile eſt nunc ſi quis faciat opus Chriſti, ꝑꝑ qđ miſſus eſt in mundum, de quo Ioã. 19. Ego enim in hoc natus ſum, & ad hoc ueni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati. Si paſcant oues abhominãtur eos Aegyptij. Tertio hoc ideo eſt, quia ibi perfectio eſt vbi multitudo magna ſequiĩ. Perfectus enim magiſter multos ſcholares habet. & quia iſte erat optimus magiſter potens opere & ſermone. ideo nil mirum, ſi multitudo magna ſequebatur eum. Modo vero pauci ſequuntur, quia pauci ſunt veri magiſtri, quia uel oẽs auaritiæ ſtudent, vel docent doctrinas & mandata hominum, vt dirigant ad finem politicũ, & non ad Chriſtum. ideo pauci ſequuntur eos, quibus dicebat dñs. Luc. 11. Vide ne lumen quod in te eſt tenebræ ſint, hoc eſt ne lumen doctrinæ tuæ in te, & in alios conuertatur in tenebras culpæ.

*D Feſtum. Qđ circa feſta curati dẽnt facere miracula.*

Erat autem proximum paſcha dies feſtus Iudæorum. Circa feſta libenter dñs miracula faciebat, ſic & curati circa feſta mirabilia magna debent facere de impiis faciendo pios. Si enim circa feſtũ parietes ornantur tapetis, quanto magis animæ propter quas feſtum ordinatur parari debent doctrinis & uirtutibus? Modo verò circa feſta fiunt inſolentiæ maiores, quia aperiuntur libri ſcacorum, iniuriarũ,

FF 4 &blaſphe-

*E Oculus. Quare oculi dñi ſunt ſup iuſtos, et uultus ſu-p malos.*

& blaſphemiarum Dei. Cũ ergo ſubleuaſſet oculos Ieſus miſertus eſt eorum. p̃s. Oculi domini ſuper iuſtos, quia uidet qđ ei placet. Vultus autem domini ſuper faciẽ tes mala, quia à tranſuerſo ac ſi nõ uideat uidet eos, quia in tempore alio erit reſpectus eorum quando perdet de terra memoriam eorum. Ad cuius inſtar prædicatores videntes multitudinem populi conuenire ad uerbum Dei, non habent vnde paſcant tantam multitudinem, oculos debent leuare ad cœlum vnde pluat manna ad manducandum. p̃s. Leuaui oculos meos in montes &c.

*F Ouis. Quadruplicitèr pôt intelligi q̃ omnis errãt ſine paſtore.*

Et ſubdit duas cauſas quare miſertus eſt eorum. Vnam, quia non habebãt quid manducarent in ſolitudine. Secundã, quia erant ſicut oues errãtes ſine paſtore. Quod poteſt intelligi quadrupliciter. Primo vel quia non habent paſtorem, ſed mercenarium, qui non quærit ouem, ſed lanã. de quo dñs Io. 10. Mercenarius fugit, quia ad eũ nõ pertinet de ouibus, & uenit lupus & rapit oues, & tales ſunt in periculo luporum. Secundo poteſt intelligi q̃ errant ſine paſtore. i. ex negligentia paſtoris, qui non ducit eos per viam bonã oſtendendo bonũ exemplum, & ſic via quæ ducit ad uitam, contemnitur: quia prouer. 14. Eſt uia quæ videtur homini recta, & nouiſſima eius ducunt ad mortem. Si enim curſor uiam contrariam tenet, nunquam uenit ad terminũ quo tendebat. Sic paſtor qui uitam aliter ducit quàm debet, à rectitudine uiæ deuiat ipſe & oues eius, neq; ad paradiſum perueniit, quia Ioan. 10. Paſtor ante eas uadit, & oues illum ſequuntur. p̃s. Errauerunt in ſolitudine in inaquoſo, viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Tertio poteſt intelligi q̃ erant oues errantes ſine paſtore, qui doceret eos. Facile enim nocte erratur, cũ lumen deficit, ſic in nocte huius ſæculi, qñ deficit doctrina. p̃s. Errraui ſicut ouis quæ periit. Sap. 5. Errauimus à uia ueritatis, & lumen intelligentiæ non ortum eſt nobis. Quarto erant oues errantes ſine paſtore, quia paſtorem bonum habent, ſed non ſequuntur eum, & iſtæ oues ſunt deſperatæ, quia in languoribus ſuis medicum non audiunt.

*G Panis. Vnde debẽt emere panes doctores, et prælati.*

Secundo dicendum eſt de alimento corporali filiorum eccleſiæ. Hinc ait dominus ad Philippum. Vnde ememus panes &c. Ad hanc quæſtionem debent reſpõdere doctores & prælati, ex duobus denariis quos à te habemus, vita. ſ. & doctrina. Et mirum eſt q̃ñ qui neutrum habent, q̃runt populi multitudinem magnam paſcere, & non habent vnde uiuere. Pauperes uerò ad hanc q̃õnem reſpondere debent quòd ement denario quem quilibet eorum hẽt plusquam uelit. ſ. ex denario tribulationis. Ad hæc tñ reſpondet Philippus. ducentorum denariorum panes non ſufficiunt, vt vnusquiſque modicum quid accipiat. Andræas verò eo doctior ait. Eſt puer unus hic, qui habet quinq; panes &c. Verba dñi ſunt panes frumenti, uerba autem prædicatoris panes ſunt ordeacei duri & inſipidi, niſi in ſinũ pietatis dñi eos proijciat ut ille ſaporem apponat. Credendum. n. eſt ut ſicut vinum ex aqua faciens optimũ vinum confecit, ſic & panes iſtos multiplicãs optimi eos ſaporis edidit. In quo oſtenditur, q̃ dñs dedit exemplum ut homines ſæculares non uiuerent ita auſtere ſicut & religioſi. Pro apoſtolis enim non fecit panes melioris ſaporis qñ comedebant, ſed pro ſæculariter uiuẽtibus. Ideo moderari dẽnt prædicatores, qui prædicant ſæculares debere uiuere cibis regularium. Vnde quidã homo prædicauit de auſteritate ciborum, & potuum, & abſtinẽtia apoſtolorum. Quẽ audiens quędam dña ualde deuota multũ mota ĩ ſermone illius fecit parare cibos bonos pro ſe & pro familia ſua. Credebat aũt q̃ prædicator nollet comedere niſi panem ordeaceum & cibum auſterum, ſicut dixerat q̃ fecerant apoſtoli, & appoſuit huiuſmodi cibos prędicatori. Prædicator autem comedere non potuit. Interrogatus cur nõ comederet, reſpondit ego non ſum dignus comedere talẽ cibum apoſtolorum, & tũc cognito q̃ eſſent alia cibaria comedit ex eis. Vnde in purgatorio comedunt aĩæ panem ordeaceum ſine piſce, quia nullam ibi recipiunt conſolationem, ſed continue torquent ut ſe acquittent, pc̃tores uerò in hoc mũdo panem ordeaceum cum piſce comedunt, quia cum pœnitentia diuinam conſolationem recipiunt aut humanã.

*I Pa[...] Di[...] pai[...] dun[...] di ſſ[...] & [...]*

Eſt puer vnus hic, qui habet quinq; panes. Quinque panes quinq; libri Moyſi ſunt, & duo piſces ſunt euangelium, & prophetæ, de eis plus remanſit quàm diſtributum ſit, quia cibus ſacræ ſcripturæ quãto plus auditoribus diſtribuitur, tanto eius doctrina augetur. Diuerſis autẽ panibus vtuntur hoĩes, qñque ordeaceis,



quandoque ſiligineis, quãdoq; triticeis. Sic in eccleſia uariis ſcripturæ diuinæ locis hoĩes reficiũtur tanquam oues Chriſti. Panis ordeaceus eſt qñ hiſtoria texitur, ſiligineus qñ ad mores trahitur, triticeus qñ verũ illud triticum in ara crucis contritũ redolet. Vel melius cũ clarus eſt ſenſus, ordeaceus eſt. cũ partim latet, partim patet ſiligineus, ſed cum carus eſt ſenſus & difficilis tunc triticeus eſt. Cęteris. n. ſpeciebus carius eſt triticum. Hos panes emit Philippus. i. prædicator, qui ſpei merito, & fide trinitatis, & zelo aĩarum arcana diuinæ penetrat ſcripturæ dicitq; Deo. vñ ememus panes. i. gr̃am explanandæ ſcripturę ut oues ſibi cõmiſſas reficiat. Vnuſq̃ſq; aũt modicũ quid accipit, quia de multis, q̃ prædicat, pauca memoriæ tradit. Sequitur. Tũc dixit eis Ieſus Facite hoĩes diſcũbere. Erat aũt fenũ multũ &c.

*I Fenum. De tripl. fenu. ſ. agri tecti & horti.*

Erat aũt fenum in loco. Eſt fenum tectorũ, eſt fenũ agri, & eſt fenũ horti. Fenum agri reprobi ſunt in ſæculari uita & humili, de quo Matth. 6. Si fenum quod hodie eſt in agro & cras in clibanũ mittitur. hodie aũt uitã hanc, cras futurã deſignant. Fenum igitur in agro Deus ueſtit floribus, & cras in clibanũ mittit, q. a carnales florere Deus permittit ĩ hac uita, ſed eos in infernũ mergit in futura. 3. Reg. 16. Deme tã poſteriora baaſa & poſteriora domus eius. Priora ſunt uita pręſens, poſteriora vita futura. Priora in flore, poſteriora in igne. hic per abundantiã florent in ſæculo, poſtea in ultionem peccatorum ardebunt in inferno. Fenum enim eſt herba, quæ pro paſtura beſtiarum colligitur, & ſiccatur: & eodem anno quo naſcitur, ex terra euellitur, & cum ardorem ſolis ſuſtinere non poſſit, virore & humore faciliter ſpoliatur. Sic homines iſti uireſcunt proſperitate, ſed cito euelluntur à terra, quia Eccle. 10. Omnis potentatus vita breuis, & cũ euelluntur à terra paſtura ſunt hoĩum beſtialium & inutilium. p̃s. Producens fenum iumentis & herbam ſeruituti hominum. Fenum in tecto reprobi ſunt in eminentia dignitatis uel religionis, quam aperte ſignificat tecti ſublimitas & anguſtia, hoc fenũ prius floret, ſed prius quàm euellatur exaruit, quia per uitæ claritatem ſplendet, ſed quia laudem ab hominibus quærit, prius quàm euellatur per mortem intus areſcit. Ideo non intrat in ſinum meſſoris, id eſt Chriſti. Iſti ſunt nobiles moderni, qui exarent, & ſiccantur priuſquàm euellantur, de quo nõ implebit manum ſuam qui metet, quia cum moriuntur, maximis debitis obligantur, & ab eis recedunt omnes etiam debitores uacui. Sed fenum horti ſunt electi, de quibus Pſalm. Florebunt de ciuitate ſicut fenum terræ, ueſtitum floribus uariis, uariiſque coloribus, id eſt uariis virtutibus & donis, quod primo vireſcit ſanitate & virtute, deinde ſucciſum areſcit in mortis infirmitate. Sed poſt mortem in puluerem uertitur, & à ſummo artifice Deo poſtmodum in corpus lucidum ſicut puluis in uitrum reparabitur. Et ideo non mirum ſi erat multum fenum in loco, in quo dominus pauit eos, quia multi ſunt reprobi, & multi electi, quos carnaliter reficit. Accepit ergo Ieſus panes, deditque & cętera. Sic ſanctæ perſonæ debent multiplicare panes ſuos ut amplius diſtribuant pauperibus, quia diſtribuendo panes benedictionem accipiebant panes ab eo, qui ab exordio mundi, benedictionem dedit omni creaturæ ad multiplicandum, & vſque in hodiernum diem per illam benedictionem multiplicantur. Diſcubuerunt ergo viri numero quaſi quinque milia, & accepit vnuſquiſque quantum volebat. Raro multiplicauit dominus panes, vnde tot relinquerentur fragmenta, quia raro multiplicantur in mundo viri iuſti poſt ſe relinquentes bona exempta, & doctrinam. Multum enim creſcunt mali, & proſperantur. Pſalm. Cum exorti fuerint peccatores ſicut fenum &c.

*K Flos. Q̃uo differenter florent iuſti & iniuſti.*

Fenum enim facile multiplicatur, & quadrigata parum ualet aut nihil, ſic impiorum quadrigata. De iuſtis autem in eodem pſalm. ſcribitur. Iuſtus ut palma florebit, quæ uix inuenitur, & ſi inueniatur, uix floret niſi poſt diuturnum tempus. Sic de iuſtis. Dicitur ſecundo quòd impiorum fragmenta poſtea non remanent. Eſaiæ quarto. Nõ inuenietur de fragmentis eius teſta, in qua portetur igniculus, de incendio iuſtorum autem remanent fragmenta. Ecclefi. quadrageſimoquarto. Cum ſemine eorũ permanent bona. Vt autem impleti ſunt hoc ſignificat cœleſtem refectionem in qua ſancti plene ſatiantur, in inferno autem eſt fames omnimoda, & tanta, quòd præ nimia fame tantum pellis in eis remanebit.

*L Saturitas De differentia*

*ſaturitatis in cœlo in inferno & in mundo.*

bit Tren. 4. Adhæſit cutis eorum oſſibus,
aruit & facta eſt quaſi lignum. & tanta ꝙ
linguas ſuas manducabunt. Apoc. 16. Cō-
manducauerunt linguas ſuas, & ꝙ ſua bra
chia deuorabūt Eſa. 60. Vnuſquiſque ca r
nem brachii proximi ſui vorabit manaſſes
effraym, & effraym manaſſem. In cęlo aūt
erit ſatietas plena. Pſal. Satiabor cū appa
ruerit gloria tua. Sed in mundo eſt ſatie-
tas ſemiplena. Pſal. Calix in manu domini
vini meri, ecce ſatietatē cœli. plenus mix
to ecce ſatietatē mūdi, fex eius nō eſt exi
nanita, ecce ſatietatē inferni. Dixit illis

*M*

*Sacra ſcriptura Quare plura sūt fragmēta ſcripturę quàm ſit ipſe textus ſcripturę.*

Ieſus. Colligite quæ ſuperauerunt frag-
menta ne pereant. plura ſunt fragmenta q̃
panes, quia plures & maiores expoſitio-
nes q̃ ſit ſcripturę ſacrę textus. iſte autem
expoſitiones ſunt fragmēta. i. ſubtiles ſen
ſus vel ſnīæ, q̃ pereunt cum a minoribus
nō intellectæ derelinquuntur. propterea
à magis intelligētibus recolligi dn̄t ne ꝑ-
dantur & abſcōdi ne mittant margaritas
ante porcos. Pſal. In corde meo abſcondi
eloquia tua. Ideo p̄latus talis eſſe dēt, ꝙ
inferiores ab eo colligāt fragmēta doctri
næ & morū. 1. Tim. 4. Eſto exēplū fideliū
in verbo, in conuerſatione, in charitate, in
fide, in caſtitate. Nam ſicut expertus piſca
tor volens colligere multos piſces ponit
lucernam ardentem vel vermen lucētem
vel quærcineum lignū putridum in uas vi
treum in aquam, & tunc cōueniunt ibi pi-
ſces qui capiuntur. ſic prælatus uitam ſan
ctam & lucidā cōuerſationem & doctrinā
in ſtabilitate huius mundi proponens plu
res colligit lubricos & laſciuos ad beati-
tudinem ſicut qui ſunt in honoribus hu-
ius mundi conſtituti per luciditatem ho-
norum ipſorum colligunt multos ad mul
ta mala facienda qui perduntur per oſten
tionem honorum. Oē. n. velut piſces ad lu
men honoris currunt. Vel aliter colligen
da ſunt fragmēta quæ ſuperauerunt, reſi-
duum vitæ tuæ ſi antea malæ cōſumpſiſti
eam. Scđo in multiplicatione horum pa-
num datur documētum ꝙ licet pauca do
ctrina à nobis ſeminetur, tn̄ inde orit̄ ma-
gnus fructus. & ſi opera noſtra parua ſint
magna tn̄ inde ſequuntur p̄mia, ſicut ma-

*N*

*Cophinus De multiplici cophino.*

lorū licet mala ſint opera peiora tn̄ inde
ſubſequunt̄ tormēta. Eſa. 40. Suſcepit de
manu dn̄i duplicia pro omnibus peccatis
ſuis. Et impleuerūt. 12. cophinos fragmen
torū. Sunt cophini lutū, & paleas continē-
tes. de q̄bus. Pſ. diuertit ab oneribus dor-
ſum eius &c. q̄a reprobi dorſum ſuū à iu
go dn̄i leui diuertunt, & manus eorū luto
& paleis luxuriæ repletis cophinis deſer-
uiunt. Secundi ſunt fimū extra caſtra por-
tantes. de quibus in Leuitico, & iſti ſunt ſa
cerdotes qui fimū. i. peccata extra caſtra
eccleſiæ portare debent. Exo. 29. Portabit
Aaron iniquitates eorū qui obtulerūt &c.
Vnde Saul ad Samuelē, portat quæſo pec
catū meū. 1. Reg. 15. Tertij ſunt fragmēta
ciborum recipientes. Iſti ſunt apoſtoli, &
uiri apoſtolici. Reprobi potius ſordiū fra
menta & mundi uanitatem quæ ſunt ſili-
que porcorū recolligunt. Vnde hic hō in-
ter duas menſas poſitus eſt. Vna eſt deli-

*O*

*Menſa Qui hoc de duas poſita tum bono.*

cioſe viuentium in hoc mundo. Scđa eſt
Chriſti & ciuiū cœleſtium in alio. Prima
euangelici diuitis. Scđa quōdā pauperis
Chriſti. In vtraque autem mēſa plus eſt
reliquiarum & fragmentorū q̃ eius qđ ap
poſitū eſt. Dyabolus enim in conuiuio pri
mi hominis ſolum pomum appoſuit ex
qua menſa infinitas homo reliquias pro
ſe & pro ſuis poſteris collegit ſcilicet mi-
ſerias, calamitates, ęgritudines, ſolicitudi
nes, infortunia, inclinationem & prōpti-
tudinem ad malum, rebellionem carnis
aduerſus ſpiritum. ignorantiam, & ad ex-
tremum mortem. Pſal. Saturati ſunt filiis,
quia ſuperabundanter genuerunt primi pa
rentes filios inutiles, q. multo plures ſunt
quàm utiles, quia multo plures ſunt re-
probi quàm electi. Et ſequitur. Dimiſe-
runt reliquias ſuas paruulis ſuis. Propter
quod dominus in ſua menſa ſimiliter vo-
luit facere vt in menſa ſua plures eſſent re
liquię, vt tribulationes in infinitum exce-
derat gloria & præmium multo plus eſſet
merito. Deinde poſt conuiuium iſtud ſe
quuntur gratiarum actiones quas popu-
lus egit laudando factum. Illi enim homi
nes ut viderunt ſignum quod fecerat Ie-
ſus dixerunt, quia hic eſt vere propheta
qui venturus eſt in mundum. occaſione
cuius voluerunt eum conſtituere regem,
ſed ille fugit in montem. In quo docemur
fugere gloriam mundi propter tria. Pri-
mo ad exemplum Chriſti qui in præſen-
ti voluit in nubilo humilitatis latere. Act.

*P*

*Gloria mana Qui hic non quæſiuit gloriam.*

8. In humilitate iudiciū eius ſublatum eſt.
Tantę enim humilitatis fuit vt quis eſſet
non agnoſceretur, nec mundanam glo-
riam quæſiuit. Io. 6. Ego gloriam meam

non



non quæro. Et Ioh. 5. Ego claritatem ab
hominibus non accipio. Per nubilū tn̄ hu
militatis ad gloriam venit. Phil. 2. Exina-
niuit ſemetipſum formam ſerui accipiens,
propter quod & Deus exaltauit illum &c.
Magna proinde abuſio eſt, ꝙ vilis pecca-
tor velit apparere, vbi dei maieſtas voluit
laterę, & ꝙ uilis vermiculus uelit lucere,
ubi ſol in nubilo uoluit eſſe. Sunt enim no
cti lucæ in noctæ ſeculi lucentes, quorum
lex cum uerus ſol clarum fecerit diem nō
apparebit. Et tales ſic lucere volentes ma
gis ſunt luciferiani quā chriſtiani, quæren
tes potius lucere quā ardere, plus amātes
mundanæ gloriæ claritatem quā charita-
tem quia plus pro illa expēdunt. Bernar.
de lucifero. Vtinam magis ignifer quā lu
cifer fuiſſes. Voluit lucifer eſſe ſimilis al-
tiſſimo, iſti ſuperiores eo, dum volunt uo
luntatem ſuam in eccleſia fieri ſiue ſit iu-
ſta ſiue iniuſta. cum Deus ſolam ſuam vo
luntatem iuſtam velit fieri, & uolunt ha-
bere dominium, vbi ſolum habēt miniſte
rium. Secundo ſanctorū exēplo qui Chri
ſti opprobrium mundanæ gloriæ prætu-
lerunt, ut Paulus dicēs. Mihi abſit gloria-
ri &c. Et Bernar. ſuper cantica. Spōſa Chri
ſti nihil ſibi glorioſius putat, quàm ferre
Chriſti opprobriū. Et idem. Grata eſt igno
minia, crucis ei qui crucifixo ingratus
nō eſt. Et de Moyſe dr̄. Heb. 12. Maiores
diuitias æſtimauit improperiū Chriſti the
ſauro ęgyptiorum. Glorioſius eſt militi
cum rege eſſe in exercitu. quam cum regi
na ſedere ad ignem Bern. Quiſquis hic li-
uorem & plagas nō ſuſceperit, in futuro
iudicio miles inglorius apparebit. Tertio
quia hæc gloria non congruit huic tempo
ri loco, & rei, quia nūc eſt tēpus merendi
nō gloriandi. Pſa. Tempus faciendi domi
ne. Ideo nunc debemus humiliari in mini-
ſterio vt poſtea gloriemur in præmio. Iob.
22. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria
& Prouerb. 15. Gloriam præcedit humili-
tas, & eiuſdem. 26. Quomodo nix in ęſta
te, & pluuia in meſſe, ſic indecēs eſt ſtulto
gloria. Nix in æſtate terrę naſcētia exurit
pluuia in meſſe ſegetes ad terram proſter
nit. Nec loco congruit, qui eſt locus igno
minię & exilij, ideo gloria hæc in confu
ſionem mutabitur. Oſeæ. 4. Gloriam eo-
rum in ignominiam commutabo. Nec
rei cōgruit, quia de eo gloriam quærunt
vnde confundi debuerunt, ſcilicet de perti
nentibus ad corpus. 1. Machabeo. 2. Glo
ria impij ſtercus & uermis. Corpus enim
de quo gloriatur eſt ſperma fętidum, ſac
cus ſtercorum, cibus vermium. Bernar.
Qui de ueſtæ gloriatur ſimilis eſt furi q
gloriamur de cauterio, quia propter pec
catum Adę introductus eſt uſus ueſtium.
Phil. 3. Gloria eorum in confuſione qui
terrena ſapiunt.

*Eiuſdem dominicæ quartæ ſermo. v. & in ordine. xci. per thema. Eſt puer unus hic qui habet quinque panes ordeaceos & duos piſces. Ioh. 6.*

*A*

*Panis. De triplici pane quotidiano.*

DIcitur Gene. 2. quod poſuit dominus
hominem in paradiſo uoluptatis, ut
operaretur & cuſtodiret illum. & quia nō
debite cuſtodiuit a latronibus, quia a ſe
metipſo latrone non cuſtodit eum quia ip
ſemet fur furtum operatus eſt, & iuit ad
menſam ante tempus. ideo expulſus eſt a
deo dicente. non amplius hic ſedebis, ſed
ī ſudore uultus tui ueſceris pane tuo. Pro
pter hoc nos filij eius in tali miſeria poſi
ti habemus panem noſtrum mendicare,
triplicem quidem panē quotidianum ter
reſtrē panē cœleſtē & panē doctrinæ. Illū
autem a beatiſſima uirgine poſtulabimus
dicentes. Aue.

*B*

*Labor. Qđ laborantibus hic ſtipēdia & in futuro merces datur.*

Sicut operariis huius ſeculi ſolet cibus
in opere, merces in fine dari. ſic nobis ope
rariis in hoc mundo & pro Chriſto militā
tibus ſtipendia miniſtrantur pro neceſſi
tate corporis & animę, & nouiſſime dona
tiuum maius erogatur pro quantitate la
boris. Hinc filij Iſrael manna laboranti
bus in deſerto datum eſt uſquequo terrā
promiſſionis intrarent, in aqua abundan
ter paſti ſunt fructibus eius. Quod paucis
abſoluit dn̄s Matt. 19. Cētuplum accipiet
hic in uia, & uitam ęternam poſſidebit in
patria. Si ſciremus nūdinā in qua centum
denarios pro uno haberemus, non dubiū
quin ad illam properaremus. Si ergo pro
una bona operatione centuplū hic accipi
mus, cur non pro panibus operamur. Pſa.
Labores manuum tuarū, quia manduca
bis beatus es ī præſenti, & bene tibi erit in
futuro. Sic puer unus hic quinque panes
habuit, quos poſtea in immenſum dn̄s mul
tiplicauit. Laboremus igitur in hoc ſeculo

& non

& nõ deerit nobis refectio, quia eſt puer
vnus hic habẽs quinq; panes ordeaceos &
duos piſces. Secundũ ſenſum moralem
Primo dicemus q ſunt hi quinq; panes or
deacei. Scđo qui duo piſces. Quinq; pani
bus ordeaceis aĩa reficitur in præſenti, ſi-
cut in domo patrisfamilias ſolet eſſe mul
tiplex panis ſcilicet pauperũ, famulorũ, fi-
liorum amicorum, & dñorum. Primus eſt
panis pauperũ, & iſte eſt panis naturæ, de
quo Gene. 3. In ſudore vultus tui veſceris
pane tuo. Ex quo pane recolligũtur quat
tuor fragmẽta. Primo ꝙ nõ ocioſe come
datur: vnde dr̃ in ſudore. Aſinũ, vel æquũ
non teneres in domo tua, nec paſceres, ni-
ſi aliquid operaretur, nec ſeruũ qui de ni
hilo deſeruiret, quomodo ergo placebit
deo, ꝙ panem ſuũ comedas qui de nihilo
ipſi ſuis nec onera eius portas ſcilicet mã
datorum. prouer. vlti. Panẽ ocioſa nõ co-
medit, & qđ deterius eſt, multi de pane
ſuo nõ ſolum Deo non ſeruiũt, ſed & ip-
ſum impugnãt, ſicut æquus retiuus de lar
ga ꝑbenda ſæpè dñm ſuũ repercutit. Eſa.
2. Filios enutriui & exaltaui, ipſi aũt ſpre
uerunt me. Pſa. Homo pacis meæ qui æde
bat panes meos &c. Secundũ fragmẽtum
huius panis dari debet ꝑſumptuoſis, q nõ
laborant, ſed alios faciunt laborare ſicut
magiſtri latomorũ qui de nihilo ſeruiunt
niſi de ꝑcipiendo, & tñ plus alijs lucran-
tur de pane, contra quos dicitur. In ſudore
vultus tui, tui non alieni. Talis erat hære-
mita quidam qui ſemper volebat orare &
nunquam laborare, qui quidem famæ cõ
ſumebatur expetans vt Deus pro eo labo-
raret. Tertium fragmentum in os gulo
ſorum prohijcitur, qui multa volunt ha-
bere fercula & ſuperfluis vti cibis, contra
quos dicitur, veſceris pane hæredes enim
terrenarum poſſeſſionum, in villis, & ter-
ra non debẽt petere niſi ius ꝙ anteceſſo-
res ſui ibi habuerũt. antiqui vero anteceſ-
ſores noſtri in mundo niſi panẽ & aquam
accipere ſolebãt. Eccle. 39. Initium uitæ
hoĩs panis & aqua. Ideo Iacob. Gen. 28 Si
dederit mihi dñs panẽ ad comedẽdum, &
veſtimentũ ad induendum, erit mihi dñs
in deum quaſi dicens, ego ſeruiam ipſi, &
non peto niſi ſubſtentationem & non ſup
fluitatem. Luc. 7. Rogabat quidam phari-
ſeus dñm, vt manducaret cum eo panem.
Nec eſſet curialis qui cum aliquo nobili
comedẽs peteret ab eo pluſquam ei offer-
retur. Chriſtus aũt cum docuit nos orare
noluit ꝙ niſi panem peteremus, & tñ dñs
dat multis ad voluptatẽ, ſed ad dãnũ ſuũ
ſicut aliquis ſeruo uel filio improbe petẽ
ti cum diſplicentia dicens Tene nunq̃ ti-
bi bonũ faciat. Superfluitas enim ciborum
damnũ reddit animę & corpori. Eccl. 37.
Ne te effundas ſuper omnem eſcã. In mul
tis enim eſcis erit infirmitas. Vnde cũ dñs
inuitauit Heliã non dedit ipſi niſi panẽ &
aquam. 3. Reg. 19. Quartum fragmentũ
in os rapaciũ proijci debet cum dicitur pa
ne tuo. Iſti non ſuũ panem comedunt ſed
alienũ Iob. 34. Vigilantes ad prædam pa-
nem ꝑparant liberis & agrũ non ſuum de
metunt. ſicut lupus circuit, uel explorat
quomodo oues poſſit rapere & ad pullos
ſuos portare. Sic canis de manu pueri pa-
nem arripit & propter hoc eijcitur de do
mo. Sic tales a paradiſo. Pſal. Q̃uo dicitis
animæ meæ tranſmigra in montem ſicut
paſſer. Paſſer enim migrando in mõte cã
tat pilleri, pilleri, pilleri, ita & prædando
aſcendunt ſicut paſſer in montem hono-
ris. Sed lucius poſtq̃ diutius comederit par
uos piſces ad ultimũ comedit. Eſa. 33. Ve
qui prædaris &c. Hic panis dicitur paupe-
rum quia pauperimus eſt qui hoc ſolo pa
ne fruitur. Vel poteſt dici ꝙ panis paupe-
rum. i. peccatorum eſt timor diuinæ iuſti-
ciæ, qui tam neceſſarius eſt peccatoribus
propter eorum debilitatem, ꝙ niſi iſto pa
ne reficerentur deficerent in via. Eccl. 31.
Niſi in timore dñi inſtanter te tenueris,
cito ſubuertetur domus tua, iſte eſt panis
ordeaceus, quia ſuſtẽtat peccatores ne de
peccato in peccatum labantur, ordeaceus
propter eius aſperitatem, quia plus ibi eſt
de palea quam de grano, plus de aſperita
te quam de dulcedine, quia tunc panis ſp
integer nihil prodeſt, debet iſte frangi in
tria fragmenta ſm̃ triplices conſideratio
nes ex quibus timor orit̃, ſcilicet ex con-
ſideratione mortis, iudicij, & infernalis
ſupplicii. Pſal. A iudiciis enim tuis timui.
Mat. 10. Timete eũ q poſtq̃ occiderit cor
pus, poteſtatẽ hẽt aĩam mittere in gehen-
nã. Scđs panis ẽ panis famulorũ ſeu ope
rariorũ, & iſte eſt panis bonorũ operũ. de
quo puer. 12. Qui operat̃. ſ. terram ſuã du
plicẽ ſ. cordis & corporis ſaturabit̃ pani
bus. Iſtũ panẽ nõ habebat filius ꝓdigus q
dicebat.

C
Panis.
*De pane corporali & eius quinque fruſtis.*

D
Panis.
Quar[tum]...

E
Pan[is]...



dicebat. Luc. 15. Quanti mercenarii in do-
mo patris mei abundant panibus, quia do
minus ſuos reficit negotiatores & opera-
rios. mundus aũt nõ. Vnde ſubdit, ego aũt
hic fame pereo. Pſ. Non uidi iuſtũ dereli-
ctum, nec ſemen eius quærens panem. Iſte
panis frangi debent in tres partes ſm̃ tria
q̃ in bona operatione requiruntur, ſcilicet
diſcretio ex parte operantis, honeſtas ex
parte operis, recta intentio ex parte finis.
Ad Titum. 2. ſob rie quo ad primum, iuſte
quo ad ſecũ dũ, pie quo ad tertiũ viuamus
in hoc ſeculo. Micheæ. 6. Indicabo tibi o
homo quid ſit bonum, & quid dominus re
q̃rat à te. Vtiq; facere iudiciũ quo ad teip-
ſum, diligere miſericordiam, quo ad pro-
ximum, & ſolicite ambulare cum Deo tuo
quo ad Deum. Vel poteſt dici, ꝙ panis iſte
famulorũ (galice de la meſgnee) eſt pa-
nis pœnitentiæ. Iſte eſt ſubcineritius, quẽ
filii Iſrael hoc eſt pœnitentes fecerũt ſibi
de farina quã tulerãt de egypto, hoc eſt de
cõſideratione peccati. Pſal. Cinerem tanq̃
panem manducabam. Eſt. n. panis cinereus
piſtus in lixiuio lachrimarũ. Iſte eſt ordea
ceus. Habet enim paleã doloris exterius,
ſed interius latet dulcedo refectionis. Cor
enim quod cognouit amaritudinẽ animæ
ſuæ in gaudio illius nõ miſcebitur extrane
us. prouer. 14. Iſtius panis paleã quidã vi-
dentes exterius, renuunt iſtũ panẽ comede
re ignorantes dulcedinem latentem. Sicut
ſimia reperta amaritudine corticis nucis,
ſtatim proijcit, ignorans dulcedinem nu-
clei intus exiſtentis. Heb. 12. Omnis diſci-
plina in præſenti uidetur non eſſe gau-
dij, ſed mœroris, poſtea uero fructum pa-
catiſſimum exercitatis per eam reddet iu-
ſticię. Debet hic panis frangi in tres par-
tes ſecundum tria quę dolorem incutiunt
pœnitenti. Debet enim flere pro commiſ-
ſis ad culpę abſolutionem. Pſal. Lauabo ꝑ
ſingulas &c. Debet autem eſſe calida chari
tate vt de Magdalena &c. Secundo flere
pro commiſſis ad terrę prius infructuoſę
irrigationẽ, ſicut Anna pro ſterilitate ſua
orabat dñm. 1. Regũ. 1. Tertio pro amiſſis
ad dãni ſui reparationem Quælibet vetu-
la dãnũ ſuum plangit, etiam qñ per plãctũ
nihil recuperare poteſt. Multo ergo ma
gis flendum eſt pro dãno qđ recuperatur
fletu. Pſal. Cibabis nos pane lachrimarum
& potũ dabis nobis in lacrimis in menſura
In quo comendatur iſte panis a quinque.
Primo quia delectabilis & iocundus, q̃a
ſicut panis comeſtio delectat comedentẽ,
ſic uerę pœnitentiæ affectio pœnitentem.
Pſal. Fuerunt mihi lachrimæ meæ panes.
Nam ſicut mulier delicioſa cõtemnens vi
lia appetit, ſic pœnitentiam agens. Iob. 6.
Quæ prius nolebat tãgere anima mea, nũc
præ anguſtia ſpũs ſunt. Scđo commẽdatur
quia eſt ſordium ablutius, cum dicitur la-
chrimarũ. Tren. 3. Deduc quaſi torrentem
lachrimas per diem & noctem. Torrens
enim vicos abluit & mundat. Tertio quia
facilis & tranſitorius. Vnde dicitur & po-
tum. Potus enim faciliter recipitur & tran
ſit, ſic potus pœnitentiæ, ſicut vulgo dr̃, bi-
bit omnia ad ſuam ſanitatẽ Iob. 24. Quis
eſt uir ut Iob. i. dolens & penitens, qui bi-
bit ſubſannationem quaſi aquam. Prius ta-
men hic pœnitentia vocatur panis, poſtea
potus, quia primo videtur dura & difficilis
poſtea facilis & leuis. ut chiratheca & ſo-
tulares primo ſunt ſtricti poſtea largi. pro-
uer. 4. Ducã te per ſemitã æquitatis quã cũ
ingreſſus fueris nõ arctabũtur greſſus tui.
Quarto quia gratis collata, cũ ſubditur da-
bis. Sunt enim multi qui dicunt pñiam a-
gerem, ſed nõ poſſum, ſed dñs paratus eſt
tibi dare poteſtatem ſi uelis. In domo diui
tum ſunt uina limphata quæ ſatis cito dan
tur, non uina optima. Pſal. Potaſti nos vĩ
no compunctionis, non uino æternæ dul
cedinis uel contemplationis, ſed uino lim
phato. Pſal. Potũ meũ cũ fletu miſcebam.
Quinto quia ſatisfatiua cũ ſubditur, ĩ mẽ-
ſura. Quod enim ad acquittationem tra-
ditur certo numero menſuratur. Tanta. n.
uia reuertit̃ cor ad Deũ, quantũ elongatũ
eſt ab eo. Tãta eſt uia de pariſio ad ſanctũ
Dionyſiũ quanta ecõtra. Tertius eſt pa
nis amicorũ. ſ. panis tribulationis. Hi ſunt
panes duri quos gabaonitę portauerũt ſe
cum ob uiaticũ. Ioſuæ. 9. Hic eſt panis bis
coctus ad potandũ in mari huius ſeculi. Eſ.
2. Dabit tibi dñs panem arctum & aquam
breuem. 4. Reg. 22. Mittite hunc uirum in
carcerem & ſuſtentate eum pane tribula-
tionis & aqua anguſtiæ. Hic eſt panis re-
gius quo rex noſter toto tẽpore vitæ ſuę
in mundo vſus eſt, qui nõ debet refutari.
Iſte eſt panis quo pater nos ablectat ab v-
beribus huius ſeculi, ſicut nutrix ablactat
puerum ungendo vbera ſinapio. Hic eſt
panis

F
Panis.
*De pane pœnitentiæ, & eius fruſtis ...*

G
Panis.
...

H
Panis.
*De pane tribulationis.*

panis amicorũ quo Deus experitur omnes amicos ſuos. 2. Ti. 3. Omnes qui pie uolũt uiuere in Chriſto &c. Hic panis frangi dẽt in tres partes eſibiles, q̃ ſunt breuitas, leuitas, & vtilitas. de quibus. 2. Cor. 4. id quod in præſenti momentaneũ eſt quo ad primum & leuę tribulationis noſtræ quo ad ſ̃m ſupramodum æternæ gloriæ pondus operatur in nobis quo ad tertiũ. Vel huius panis recipe tria alia fruſta. Primo recipe in eo delectationem. Actu. 5. Ibant apoſtoli gaudentes &c. Pſal. In tribulatione dilataſti mihi. Scd̃m impinguationis ut vrſus impinguatur ictibus. Pſal. Paraſti in conſpectu meo menſam &c. Tertium ſatietatis, quia ſuper omnem eſcam facile ſatiatur homo iſto cibo. Pſa. Saturabitur opprobiis. Vel hic panis amicorum eſt panis diuinę conſolationis quo reficitur ſponſa cũ ſpõſo in talamo conſcientiæ, qui confertus eſt ex manna cęleſti quod colligit anima in contemplatione. Eſt tñ ordeaceus in præſenti, quia habet dolorem admixtũ ſicut paleã de dilatione perfectæ fruitionis, Debet autem frangi in tres partes ſ̃m tria in quibus anima contemplatiua delectetur, ſcilicet in puriate conſcientiæ. prouer. 15 Secura mens quaſi iuge conuiuium in cõſideratione diuinorũ beneficiorũ. Pſ. Memor fui Dei & delectatus, ſum tertio ex certa ſpe gloriæ. Rom. 5. Gloriamur in ſpe gloriæ filiorũ Dei. Quartus panis eſt filiorum qui eſt panis charitatis & gratiæ. Mat. 7. Quis ex uobis homo quẽ ſi petierit filius eius panẽ, nũquid lapidẽ porriget ei, quaſi dicat nõ. Et dr̃ panis (ſ̃m glo.) q̃a ſicut omnis menſa dr̃ inops quantumcunque diuerſis ferculis repleatur ſi panis deficiat. ſic quantumcunq; deſeruiat hõ Deo in oratione, ieiunio, elemoſina, & cæteris bonis nõ ſufficit ſi charitatẽ nõ habet, immo perdit oĩa quantũ ad meritũ vitæ ęternę. 1. Cor. 13. Si linguis hoĩm loquar &c. Et ſi diſtribuero oẽs facultates meas &cę. Sic ergo charitas dicitur panis & duricia cordis lapis. Lapides enim nequaq̃ molleſcunt nec fractum faciunt quantumcunq; excollantur, ſic non habentes charitatẽ miſeriæ alienę non compatiuntur. 1. Reg. 25. De nabal qui noluit ſubuenire dauit dr̃, ꝙ emortuũ eſt cor eius intrinſecus, & factus eſt quaſi lapis. Dñs enim nõ dat lapidẽ petenti panẽ ſed bene dyabolus. Eze. 11. Auferam a vobis cor lapideũ, & dabo vobis cor carneum. Vel panis filiorum eſt panis doctrinæ. de quo Mat. 15. Non eſt bonum ſumere panem filiorũ & mittere canibus. i. detrahentibus ſacræ doctrinæ, uel hæreticis & ſciſmaticis, & deriſoribus. vnde hic panis reficit animam Mat. 4. Non ex ſolo pane viuit homo ſed ex oĩ verbo &c. Eſt tamen ordeaceus, quia aſpera eſt indoctis diſciplina. Diuites enim de iſto pane nolunt commedere propter rumores malos quos audiunt ſermone Eccl. 15. Cibabit illum dñs pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſaluraris &c. In quo cõmendatur panis iſte a quattuor. Primo à ſanitate cum dr̃ pane uitæ. Conſeruat. n. vitã aĩæ & dat vitam manducantibus, i. conſeruantibus mandata dñi. Sicut. n. qui ſano cibo vtitur infirmitatẽ non incurrit, ſic qui uerbo Dei in peccata non incidit. Exo. 15. Si audieris uocem dñi Dei tui, & cuſtodieris oĩa præcepta eius inducã ſuper te omnẽ languorẽ quẽ iuduxi in egyptum. Secũdo a diſcretione ibi & ĩtellectus. Eſt enim quidam panis qui inebriat & dormire facit, vt panis lolij. hic aũt illuminat ad cognoſcendum quid agendum & quid non, quo eundum, & quo nõ, à quo cauendum, & à quo non, vt candela in manu, nõ in ore vel in aure. Pſal. Declaratio ſermonum tuorũ illuminat. Tertio à mundicia cum dicitur & aqua. Quidam cibi inquinant manducantis manus. Vnde oportet lauare poſt prandiũ. Iſte aũt abluit ſordes accipientis, ut aquæ ſordes corporũ. Io. 15. vos mundi æſtis propter ſermonem quẽ locutus ſum uobis. Quarto à ſaporoſitate, cum dr̃ ſapientiæ. i. ſapidæ ſcientiæ. Nõ eſt morſellus in ſacra ſcriptura qui non ſit dulciſſimus, ſi bene maſticeť. Pſal. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Sed multi habent palatũ infectum peccatis. Nu. 21. Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. Cũ quis bonum cibũ nõ appetit, uel nõ retinet quod recipit, ſed reiicit, ſignũ eſt infirmitatis mortalis. Sic cui verbũ dei dulce nõ ſentit uel qui ipſum acceptũ reijcit nõ operãdo vel obliuiſcendo, ſignũ eſt ꝙ aĩa mortaliter infirmatur. Pſal. Omnẽ eſcam abhominata eſt anima eorũ, & appropinquauerũt vſq; ad portas mortis. Pueri tñ ſimplices & rudes qui nõ poſſunt hũc panẽ frangere. i. ſcripturas intelligere

I Panis: Quõ charitas eſt panis.



re non poſſunt comedere hunc panem niſi eis maſticetur & frangatur. Non enim ab illis cognoſcitur dñs niſi in fractione panis. Luc. 24. Et huius panis tria ſunt fragmenta. 2. Cor. 3. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendũ indoctos, ad arguendum inquietos, ad corripiẽdum obſtinatos. Pauci tñ ſciunt iſtum panẽ frangere. Quintus eſt panis dñorum. ſ. aucharistiæ quæ eſt panis perfectorum quorum eſt ſolidus cibus Io. 6. Ego ſum panis uiuus q̃ de cœlo deſcẽdi. Hic enim panis datus eſt ad ſuſtentationẽ. Ioh. 6. Niſi manducaueritis carnẽ &c Et iterũ. Io. 6. Hic panis qui de cœlo deſcendit, & dat vitã mundo. Et licet in ſe ſit triticeus, quia de puriſſimis ſanguinibus beatæ viginis, tñ nobis eſt ordeaceus. Tum quia nõ ſentiť in dulcedinis ſuę puritate. Tum quia ꝑcipitur cum palea accidentium. Tũ quia dẽt ſumi cũ dolore pœnitẽtiæ. Hic panis ſacerdotũ ſcilicet panis propoſitionis qui tñ ſumi põt à pueris. i. à fidelibus ſi fuerint vaſa puerorũ ſancta. Debet aũt quotidie ſumi ſpũaliter in miſſa. Et ideo ſicut qui parata menſa & poſitis ferculis deberet comedere, & recederet ſtultus reputaretur, ſic ſtulti ſunt q̃ priuſq̃ ſacerdos ſumpſerit corpus Chriſti de miſſa recedunt, qui vt videtur ſolo viſu paſcũtur. Frangitur aũt iſte panis in tres partes in miſſa. Vna pars offertur pro exiſtentibus in mundo. Alia pro afflictis in purgatorio. Tertia pro his qui ſunt in cœlo, ſcilicet in gratiarũ actione & eorum commemoratione, quẽ panem ſacerdos pro tota eccleſia comedit. ideo ibi eſt quaſi os eccleſiæ. Vel panis dominorũ eſt panis gloriæ. Gen. 49. Pinguis eſt panis aſer, & prębebit delicias regibus. In quo panis iſte a tribus commendatur. A gloria miniſtrandi cum dicitur præbebit. Magna eſt gloria habere nobilem miniſtrantem. Luc. 12. Faciet illos diſcumbere & tranſiens miniſtrabit illis. Secundo à nobilitate ſocietatis cum dicitur regibus. Magnum eſt collocari ad menſam ubi reges & principes comedunt, & ueſci regalibus cibis. Apo. 22. Foris canes & impudici &c. Tertio à delicioſitate comedendi ibi delicias. Propter tria delectatur homo in cibo. Primo quando habet magnum appetitum. Quantumcunque enim comedat homo habens panem nunquam faſtidietur. Vnde Proſa. Fruuntur nec faſtidiunt quo frui magis ſitiunt. Secũdo quando exiſtimat cibum ſanum. Si quis cibum comedit quem exiſtimat nociuum non delectatur nec audeurer comedir illum. Qui autem ex hoc guſtauerit mortem cordis uel corporis amplius non habebit. Io. 6. Ego ſum panis vitæ, ſi quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum. Tertio, quia inuenit ipſum ſaporoſum. Non enim erit aliquod genus ſaporis quod non in ipſo inueniatur. Sap. 16. Præſtitiſti eis panem de cœlo habentem in ſe omne delectamentum, & omnis ſaporis ſuauitatem Et ſequitur, Deſeruiens vniuſcuiuſque uoluntati ad quod quiſque dolebat conuertebatur. O ſi quis talem panem inueniret ad uendendum qui nunquam faſtidiret, q̃ omnem genus doloris & infirmitatis auferret, qui omnem ſaporem ſuauiſſimum ĩ ſe haberet. nihil eſt quod pro ipſo habendo non daret. Ideo dicebant iudæi domino. Ioh. 6. Domine ſemper da nobis panem hunc. Nunc dicendum eſt de duobus piſcibus. Duo piſces ſunt duæ animæ delectationes. Primus piſcis eſt experientia cõſolationum ſpiritualium in præſenti, qui piſcatur in aqua dulci ſpiritualis contemplationis ſeu deuotionis. Secũdus eſt ſpes futurorum bonorum, qui piſcatur in aqua marina tribulationum. Tribulatio enim patientiam operatur, patientia probationem, probatio uero ſpem. Et ſic bonus piſcator Chriſtus ad conuiuium affert duos piſces, unum in manu dextra proſperitatis alterum in manu ſiniſtra aduerſitatis. iuxta illud Pſal. Ponam in mari manum eius ſcilicet ſiniſtram, & in fluminibus dextrã eius. Vel duo piſces ſunt fides, & ſpes, q̃bus reficiuntur opera dum in eis fiunt. Oĩa. n. facienda ſunt in fide, & ſpe æternorum. Fides eſt piſcis qui naſcitur & nutritur in aquis dulcibus, in aquis iordanis. i. baptiſmatis. Spes eſt piſcis qui naſcitur in aquis amaris. i. tribulationis. Spes autem non cõfundit, & dulces habet carnes, quia non amittitur ſpes tribulationibus, ſed cõgaudet. Rom. 12. Spe gaudentes in tribulatione patientes. Non ueniunt autem piſces iſti in loco ſicco extra aquam, quia nec fides extra aquam iordanis in contemptu baptiſmatis, nec ſpes extra aquam tribulationis. Item piſces oculos habent in latere, & fides habet oculos in latere dum intuetur

agnos

L

M

N Piſcis. Qui ſunt duo piſces quos dedit dñs ĩ eſcam.

agnos à dextris & hædos à ſiniſtris. Spes oculos habet à latere dum a dextra non ſeducitur proſperis, nec à ſiniſtra frangitur aduerſis. Item caudat quaſi gubernaculo ſe regunt piſces & fides, & ſpes contemplatione ęternorum quæ finis ſunt. Iſti auté piſces ſquamoſi ſunt, ſed exſquamabuntur, quia ſicut dicitur primo. Corintiorum decimotertio. Fides & ſpes euacuabuntur. Vnde plus eſt in fragmentis quam in menſa, quia merito præmium ſuperabũdabit. Vel duorum piſcium. Primus eſt ſapientia quam neceſſe eſt habere circa hæreſum errores. Secundus patientia circa perſecutiones. Primus piſcis eſt aquæ dulcis quæ nutritur in aquis ſcripturarum. Secundus marinus quæ nutritur in fluctibus tribulationum, & piſcantur ambo in aqua turbida enigmatis, & tribulationis. Vel piſces iſti ſunt duo, ſcilicet miſericordia, & iuſtitia. Piſcis motum habet ad vtrumque latus, quia ſententia iudicis reddit vnicuiq; quod ſuum eſt. Piſces marini faciebus diuerſificantur, raro caudis, ſic iudices debent, eſſe communes partibus quantum ad ſubſtantiam iudicij, ſed quantum ad ius non, licet tamen, quandoque ex cauſa, aliquam oſtendere ſpecialitatem, vt honorem vel reuerentiam. Romanorum dicimotertio. Cui honorem. cui uectigal, vectigal. non tamen in vultu iudicem conſideres, ſed in cauda uere iudicem inuenies. Vel duo piſces ſunt amor, Dei & proximi, ſed amor proximi eſt piſcis ouatus, & amor Dei piſcis lacteus quaſi maſculus. Piſcis ouatus nihil retinet pinguedinis, ſed totum proximo effundit, oua tamen illa nunquam viuificarentur, niſi piſcis lacteus infunderet, lac ſuum ſuper illa. Sic omnia opera quę facit aliquis ſine charitate Dei non uiuificantur. Amor enim Dei viuificat amorem proximi. Vel duo piſces ſunt donum ſapientiæ & intellectus. Piſces in profundis aquarum ſe immergunt & pinnullis ſuper aquas exiliunt. Aquæ quæ ſunt labiles & mutabiles ſunt philoſoficæ rationes quarum profunditas non latet intellectum, & quando intellectus naturalia ſcrutatur, tunc in profundũ aquarum ſe immergit. 2 Corin. 1. Spiritus omnia ſcrutatur etiam profunda Dei. Qñ vero quæ Dei ſunt ſcrutatur, ſuper aquas. i. rationes naturales aſcendit.

*Feria ſecunda poſt 4. dominicã quadrageſimæ. Sermo 1. & in ordine 92. Cum feciſſet Ieſus quaſi flagellum de funiculis omnes eiecit de templo. Io. 2.*

DE capharnaum metropoli ciuitate galileæ aſcendit Ieſus hieroſolimã, quia erat paſca iudęorũ. Et inuenit in tẽplo vẽdentes oues & boues & colũbas & nũmularios &c. Et flagello de funiculis facto eiecit omnes & nũmulariorũ es effudit, ac mẽſas eorũ quæ erant quaſi vaſa denariorum euertit, & his qui vendebãt colũbas dixit. Auferte iſta hinc. i. de loco iſto, & nolite facere domũ patris mei domũ negociationis & mercationis. Bis aũt legimus hoc feciſſe, ſed in ſcđo durius locutus eſt. Vnde (ſm Aug.) fecit flagellum de funiculis noſtris. i. de peccatis nr̃is ſumit materiã vnde nos puniat. Ipſa. n. prolatio peccatorum ſecundum quã peccata peccatis addunt, quidam funiculi dicuntur. Vnde in prouerbiis dr̃, ꝙ impius funiculis peccatorum ſuorũ cõſtringitur. Vt aũt protegamur a flagello diuino obuiabit ei mater ſua, ad quã recuperamus ſalutando dicentes. Aue.

Quia dominus mercatores eiecit de tẽplo, ideo quæri põt. Vtrum negociatio mercatorum fieri poſſit ſine peccato. Et videtur ꝙ non, quia dr̃ in Pſa. Qm̃ non cognoui litteraturam introhibo in potẽtias domini. Alia tranſlatio habet, quoniã nõ cognoui negociationẽ. Secundo dicit philoſophus. 7. politicæ, ꝙ in ciuitate bñ inſtituta nõ conuenit quærere ciues qui uitam ducant negociatorũ, quia talis eſt uis, & ſub cõtraria ueritati, ergo nõ videtur eſſe licita. Præterea vt hic patet, dñs eiecit vendẽtes & ementes de templo ergo apparet, ꝙ non liceat eam exercere. In oppoſitum arguitur, quia ſacra ſcriptura laudat eorum partem & terras quæ conuenientes ſunt negociationi. Gen. 49. Benedicitur zabulon quia habitabit in littore maris & in ſtatione nauium, quæ benedictio non cedit in utile niſi propter negociationes q̃ ibi fiũt. igitur. Reſpondetur ꝙ ſm Tho. 2. 2. q. 77. & ſecundum ſcotum. in 4. diſtin. 15. duplex eſt commutatio. Vna economica, quã do commutans intendit recipere rẽ nõ ut mercetur in ea ſed ut ea vtat̃. Alia eſt commutatio negociatiua in qua cõmutans intẽdit lucrari de re q̃ acquirit. Emit. n. rem





non ut ea utatur ſed ut carius uẽdat, & utraq; fieri põt licite ſeptem conditionib. obſeruatis. Prima eſt ꝙ ſit libera uolũtas in utroq;. ſ. uendendi in uno & emendi in altero. i. ꝙ dans uelit transferre, & recipiens uelit accipere rém transferendam. Et ſic uitiatur emptio, cum quis cogitur ĩuitus uẽdere hęreditatem uel librum uel equum, uel cogitur uendere ad taxationẽ alicuius ad quem non ſpectat in republica. Secunda conditio ꝙ ſit in utroq; libertas ita ꝙ neuter eorũ lege ſuperioris prohibeatur, nec per uctum alterius a quo dependeat. Et propter defectum huius nõ põt monachus qui caret adminiſtratione ſine licentia ſuperioris nec filius familias ſine licentia patris emere uel uendere. In quo culpantur mulieres q̃ recelãt res furtiuas filiorum familias & ancillarũ & ſeruorũ, qui nihil poſſunt alienare. Sic nõ põt emere mercator bladi ante certam horã inſtitutam a legiſlatore bladum, licet uenditor poſſit uendere alteri. Sic ẽt non põt negociari clericus ſiue eccleſiaſtica perſona. Hier. Negociatorem clericum ex inope diuitem, ex ignobili glorioſum, quaſi peſtẽ fuge. Aduertendũ eſt tamen ꝙ quadruplex intelligi poteſt negociatio, una quæ fit ex bonis naturalib. uendendo bona naturalia quæ creſcunt in fundo ſuo, & ſic omni clerico licet. Secunda eſt qua quis uẽdit rem per ſuum artificiolum factam, cuius tamen ualor totus eſt ex artificio non ex materia, ut ſporte quæ fiunt ex iuncis & uiminib & iſta eſt conceſſa clerico & monacho (ut dicit Hiero. ad ruſticum monachum.) Tertia eſt in qua uenditur res meliorata per artificiũ, cuius ualor nõ eſt totaliter ex artificio ſed partim ex artificio, partim ex materia, ut ſi quis emat pergamenum ut libros cõponat, uel tabulas ut inde faciat ſcrinium. & hæc ẽt conceſſa eſt clerico & monacho. Hier. ad ruſticũ. Scribãtur libri ut manus operetur cibos & anima lectione ſaturetur. Texentur ẽt lina pro capiendis piſcib. ægyptiorum monaſteria hunc morem tenent, ut nullum abſque labore ſuſcipiant. Non tamen licet eis per hoc ſubtrahi ab eccleſiaſticis officiis, maxime ſi ſint beneficiati & hẽant aliũde unde uiuant. Et hæc eſt apoſtolica doctrina, ut laborent manibus & operẽtur. Quarta negociatio eſt rei cuius ualor eſt ex ſeipſa non ex artificio ꝙ uendẽs ſuperaddat, & tunc aut emitur ut uendatur, aut non emitur ſed donata aut alio mõ acquiſita uẽditur. Si ſecundo mõ licet clerico ẽt ſi emerit & non uideatur poſtea res ſibi expedire, põt uendere. Si uero primo mõ, tũc illa negociatio interdicta eſt eccleſiaſticis. Primo quia illa ordinatur ad lucrũ, cuius clerici debent eſſe cõtemptores. Dominus. n. tales flagellatos de templo eiecit. Secũdo propter frequentia negociatorum uitia, quia difficile exuitur negociator a peccatis labiorum. Eccl. 26. Tertio quia negociatio nimis implicat aĩum ſæcularib. curis, & ſic a ſpiritalibus retrahit. 1. Timo. 2. Nemo militãs Deo implicat ſe ſecularib. negociis. Et Gelaſius dicit in canone eccleſiaſticos ceſſare debere a negociatione, ne domus orationis fiat ſpelunca latronũ.

*D Negociatio. De quadruplici negociatione.*

Tertio requiritur ꝙ fiat commutatio ſine fraude interueniente bona fide. 1. Tim. 4. Hæc eſt uoluntas Dei ne quis ſupergrediatur neq; circumueniat in negocio fratrem ſuum, ſupergrediatur quidem æqualitatem iuſti precii & circũueniat per fraudẽ. Cõmittitur aũt fraus (ſecundum Tho. 2. 2. q. 77.) tripliciter. Primo in ſubſtantia rei uenditæ, cũ quis unã ſpẽm pro alia uendĩt magis p̃cioſa, ut auricalcum pro auro, aquam pro uino, mixtum pro puro, denarium cupreum ꝓ aureo, ut tabernarii qui clamãt bonum uinum & uẽdunt malum. Eſa. 1. Argentum tuum uerſum eſt in ſcoriam, uinum tuum mixtum eſt aqua. Vnde Beda li. 3. de geſtis anglorum dicit ꝙ cum ſanctus forſeus eſſet a corpore raptus iuſſus eſt ab angelo in mundum uidere, quod cum feciſſet uidit uallẽ tenebroſam ĩ imò poſitam habentem tres ignes grandes incendentes uallem. Et interrogatus angelus quid hoc eſſet, reſpondit. Tres ignes ſunt tres iniquitates quibus negociatores accendunt & cõſumunt totum mundum. Primus ignis eſt mendacium & periurium quod frequenter in illa cõmittitur. Secundus eſt auaritia & cupiditas lucri. Tertius impietas fraudis & doli. Ibi peccant aurifabri miſcentes ſtannum argento, apothecarii qui unum pro alio uendunt, & apotheca eorum ſpelunca eſt latronum, quia auaritia ad modum latronis oĩa ponit in ſacco ſuo, ſicut fur quando nocte ĩtrat domum. Tales fraudibus ſuis diabolo ſunt

*E Negociatio. Quomõ fraus cõmittitur in mercimoniis.*

ſimiles,qui tota die ſtudet fraudibus . p̃s.
Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua,
ſicut nouacula acuta ( quæ radit pilos ſic
ꝙ non ſentitur) feciſti dolum, quia q̀s cre
dit habere optimam mercẽ,& habet peſſi
mam.Sc̃do fraus committitur in quantita
te quæ ꝑ menſuram cognoſcitur , ſiue res
menſuretur per pondus ſiue per aliã men-
ſuram ut eſt modius uel ſextarius, ſiue ſit
in liquidis,ſiue in aridis, & ſimiliter in li-
bra & pondere. Oportet aũt oẽm hãc mẽ
ſuram in uendendo & emendo iuſtã eſſe,
alias fit iniuſtitia.Deut.25.Nõ habebis in
ſacculo diuerſa pondera maius & minus,
nec erit in domo tua modius maior & mi-
nor,ut multo uiuas tp̃e ſuper terrã Abho
minatur.n. dñs omnem qui facit hæc , &
auerſatur omnem iniuſtitiam. Sic peccant
oẽs qui decurrant nummiſmata ut nõ ſint
iuſti ponderis,pannorum uenditores cum
ulnis decurtatis, ementes ad menſuram
grandem & uendentes ad paruam . Prou.
11. Statera doloſa abhominatio eſt apud
Deum,& pondus equum uolũtas eius. Et
ſicut dicit Leo Papa . Difficile eſt inter uẽ
dentes ementisq́; commertium non inter-
uenire peccatum,ſed cõiter infidelitas in-
uenitur. Vnde mulier quædam ad quendã
chirurgicum uenit gratia ſanandi percuſ-
ſuram quandam in digito,qui dixit ad hu
iuſmodi ſanationem ſufficere unam dena
riatam unguenti qđ dr̃ la deaulte,ipſa ue-
ro loco d.intellexit.l.& venit ad apotheca
rium quærens ſi haberet pro digito unam
denariatam de la leaulte.deinde ad barbe
rium,deinde ad mercerium & ſic de aliis:
illi uero non intelligẽtes quid hoc eſſet, ſ.
leaulte dixerunt ſe non habere de illo un
guento in domo ſua, quia uix inuenitur ali
quid fidelitatis in negotiis eorum.Ad hoc
reducuntur qui ſcienter male computant
& defraudant,ſiue ex parte uendentis ſit ſi
ue ex parte ementis. Qui uero hoc faciũt,
communiter & ipſi defraudantur,quia nõ
multum gaudent talibus fraudulenter ac-
quiſitis.Mich.6. Nunquid iuſtificabo ſtate
ram impiam,& ſaccelli pondera doloſa?
Tu ſeminabis & non metes, calcabis oli-
uam,& non ungeris oleo,muſtum, & non
bibes uinum . Quia.n.per quæ quis peccat
ꝑ hæc & torquet,& in ſtatera impia pecca
uerunt,iuſtum eſt ut ꝑ diuinam ſtateram
oĩa ad iuſtitiam reducantur,q̃ cõiter male
acquiſitum tp̃e male acquirentis uel hære
dum iuſte aufert . Sc̃do quia in tali lucro
diabolus eſt particeps. Mos.n.eſt ꝙ qñ u-
nus negociator merces emit & facit forũ,
ſuperueniens alius mittit vnum denarium
dicens uolo eſſe particeps. Ita diabolus u-
num nummum male acquiſitum mittit in
ter alios negociatorum denarios , & dicit
ſe partem habere in illa negociatione. Re
fert Greg. Turo. ꝙ quidam diues habuit
ſummam quandã iuſte acquiſitam , & imi
ſcuit duos denarios quos receperat de fœ
nore,& incluſit totã illã maſſam in arca,
ſequenti die cum aperuit arcam inuenit
diabolum ſedentem ſuper denarios, & pro
hibuit ne ad eos extẽderet manum niſi ad
uoluntatem eius uellet expendere. Vñ cũ
quidam peregrinus transfretaret ſimia q̃
erat in naui furata eſt burſam eius,q̃ aſcẽ-
dens ſuper malũ nauis & aperiens burſam
accipiebat denarios , & quoſdam in mare
proiiciebat alios reponebat in burſam , &
conſiderans poſtea peregrinus burſam re-
cuperatam inuenit ꝙ oẽs male acquiſitos
proiecerat,alios non . Tales aſſimilantur
Chain,de quo Ioſephus lib. 1. antiquitatũ
dicit , ꝙ mercatorum proprietates Chain
plus habuiſſe uidetur, qui ſimplicitatẽ ui-
tæ hoĩm adinuentione menſurarũ & pon-
derum permutauit,atq; ad calliditatem &
corruptionẽ perduxit. Terminos terræ pri
mus poſuit,& rapinis ac uiolentia opes cõ
gregans,ſuos ad latrocinia inuitauit. Ter
tio fraus cõmittitur ĩ qualitate , puta quis
aĩal infirmum uendit quaſi ſanũ, uinũ mi-
xtum uel impurũ aut corruptũ quaſi ſanũ
& purũ,crocũ mixtũ cũ re viliori,lanã ma
defactam ut plus ponderet, uel qñ res ſo-
phiſticant ut carius uendant, ut carnifices
uendũt carnes infectas,apothecarii ex pra
uis ſpeciebus electuaria cõponentes , & qui
piſces uendunt putridos, & couretarii qui
equos uendunt macilẽtos, & poſtq̃ duob.
dieb. non biberunt ſitientes ad aquas du-
cunt,q̃ tñ inde replent̃ ut pingues & groſ
ſi inde uideant̃,uel anguillas uiuas indu-
cunt per os,ut inde uentris dolorẽ ſentiẽ-
tes fortes videantur ſe agitantes,qui tñ de
biles ſunt & infirmi. Similiter qui oſtẽdũt
bona & uendunt mala & corrupta pro ſa-
nis,ut qui fructus meliores ſuperponũt &
in fundo ſacci corruptiores. Similiter pan
norum uenditores qui caput melius ante
ponunt,



ponunt,& ſic caudã ęqualiter uendũt. uel
pannos ſuos nolunt oſtendere niſi in loco
obſcuro,& lucem transferunt ne pãni ma-
licia cognoſcat̃,luce æterna carituri. Qui
enim male agit, odit lucẽ , quod maxime
deberet eis diſſuadere lex naturæ q̃ dicit .
Quod tibi non uis fieri aliis ne feceris. Ta
les diuina ultione cõiter in fine deſtruun-
tur. p̃s. Tota die iniuſtitiam cogitauit lin
gua tua. ſicut nouacula acuta pulchris uer
bis & mendoſis feciſti dolum , & ſequitur
Propterea Deus deſtruet te in finem, euel
let te & emigrabit te de tabernaculo tuo,
& radicem tuam de terra uiuentium. Ra-
dix autem quam mittimus in terrã uiuen,
tium,eſt bona intẽtio q̃ totaliter aufertur
a talibus fraudatoribus , & mittitur in in-
fernum . ubi perpetuo lugebunt fraudes
ſuas,qñ totum laborem ſuũ perdiderint ,
& ultra negociari nõ poterunt. Apoca.18.
Negociatores terræ lugebunt, qm̃ merces
eorum nemo emet amplius. Negotiatores
terræ ſunt qui animas ſuas uenales facien
tes , non metuunt eas perdere ut diuitias
acquirant,& uitam æternam dant pro ſpi
nis in quib. comburantur pro laqueis qui
bus ſuſpendantur, pro flammis quib. incẽ-
dantur. Iudas mercator peſſimus pro 30.
denariis uendidit Chriſtum , iſti pro uno
denario.Contingit tamen mercatorẽ ali-
quando uendere & in re uendita aliquem
prædictorum defectuum eſſe ipſo ignoran
te,& tunc non peccat, tenetur tamen cum
ad eius notitiam peruenerit ueraciter. ſal
tem damnum recompenſare emptori . Et
quod dicitur de uenditore ſimiliter intel-
ligendum eſt ex parte emptoris . Contin-
git.n.q̃ñque uenditorem credere rem mi-
nus eſſe precioſam quantum ad ſpẽm,pu-
ta ſi quis aurum loco auricalci uendat,em
ptor ſi illud cognoſcat iniuſte emit & ad
reſtitutionem tenetur , ut dicat illud . p̃s.
Qm̃ non cognoui negociationem. i. igno-
raui illam malitiam , introibo in potẽtias
F dñi. Et ſequitur. Dñe memorabor iuſtitię
Negocia tuę ſolius reſtituendo ſi quem ignorantẽ
tio. defraudaui . Sed quęritur vtrũ venditor
Vtrũ uen teneatur dicere uitium rei vendendæ. Re-
ditor te. ſpondit Tho. quodli. 2. q. 10. & 2. 2. q. 77.
neatur di ar. 3. Si res uendẽda propter vitium quod
cere ui- habet redditur minoris ualoris, uel eius
tium rei uſus redditur impeditus uel noxius . ſ. cũ
uendẽdæ. equus claudicat , uel domus eſt ruinoſa,
aũt cibus corruptus vel venenatus . Si hu-
iuſmodi vitium eſt occultum & uenditor
non detegit,& ſi tam care uendit ac ſi nõ
eſſet res uitioſa,uenditio doloſa eſt. & te-
netur venditor ad damni recompenſatio-
nem. ſi vitium ſit manifeſtum puta cum
ęquus eſt monoculus,vel cum uſus rei ( li
cet non conueniat uni,poteſt tñ conuenire
alteri) & ſi tunc uenditor ſubtrahat de p̃-
cio quantum oportet tunc non tenetur ad
manifeſtandum vitium rei, quia forte hu-
iuſmodi emptor plus uellet de precio ſub
trahere quàm eſſet ſubtrahendũ. ideo põt
licite uenditor indemnitati ſuæ conſulere
uitium rei reticendo. Exemplificant ĩ hoc
doctores aliqui . Tu vendis mihi ęquum
oĩno malum & nihil ualentem ad ęquitã-
dum,& das mihi pro tanto quantum ſola
cutis ualet,nihil iniuſtum facis mihi ꝙ ę-
quus non ualet ad ęquitandum , niſi ego
in contractu interrogarem an ęquus uale
ret ad ęquitandum . & tu diceres ꝙ ſic tũc
contractus iniuſtus eſt & frandulentus . Si
aũt ex ſimplicitate & inaduertentia non
conſiderarem illum defectum nec inquire
rem,& tñ bene ſcires ꝙ principaliter eum
ad æquitandum emerem, tu peccas cõtra
me. non iniuſte ad extra uendendo ſed mi
nus fideliter & charitatiue circa me agen
do. Hæc eſt ſententia Tullii. Quarto re
quiritur æqualitas ualoris inter res com-
mutatas aut inter rem emptam vel vendi
tam & pretium. Nam rem carius uendere
aut vilius emere q̃ ualeat in ſe uel ęſtima
tione hominum eſt contra iuſtitiã ſm̃ Phi
loſ. 1. polit. Vnde Mat. 7. Omnia quæcũq;
uultis ut faciant uobis homines, & uos fa-
cite illis. nullus aũt eſt qui ſibi uellet rem
uendi carius q̃ ualeat, quia ſic damnifica-
retur. Aug. 13. de ciui. Dei. Velle uili eme-
re & carius uendere re uera uitium eſt. Di
citur aũt ꝙ non licet rem carius uendere
uel uilius emere q̃ ualeat in ſe uel in æſti-
matione hominum. In trib. n. caſib. licet rẽ G
uendere carius q̃ empta ſit . Primo quan- Negocia-
do res meliorata eſt in ſe , & hoc poteſt tio.
fieri in multis modis . Aliquando natura- In quib.
liter,ut quando fit de impuro uino purũ . caſib. li-
de gracili lino forte,de ęquo trium anno- cet uẽde-
rum octennis. ſecundo artificialiter fit me re rẽ ca-
lioratio rei emptę , ut melior eſt pannus rius quã
in tunica formatus quàm ſimplex pannus. empta
tertio naturaliter & artificialiter ut me- ſit.

ſius ualent ad ignē ligna ſicca.q̃ humida. Secundo principaliter res empta pōt meliorari nō in ſe ſed in opinione hoīm, aut quia ueſciebatur prius quā bona eſſet,aut quia eius eſt indigentia q̃ prius non fuit. Et his duob. modis pōt uendi res carius q̃ empta ſit Sed cōtra hoc peccauit q̃ uulgo dñr regratieres,q̃ priuſquā populus emat ad ſuā neceſſitatē emunt ut īmediate carius uendāt,& nullus hēat niſi ad earū ꝑtiū. Tertio pōt id fieri principaliter ex parte uendentis uidelicet rōne ſeruitii qđ circa eā fecit,uel officii qđ circa eā habet. Et hac rōne pñt mercatores rē ēt nullo mō mutatam nec in ſe nec in æſtimatione hominū uendere carius q̃ emerunt, & hoc ꝓpter ſumptus,labores,induſtrias,curas,pericula.& alias occupationes rōnabiles, & multo plus qui adducunt ex longinquo merces, quia 1.Cor.3. Vnuſquiſq; recipit mercedem ſm ſuum proprium laborē. Ea dē.n.eſt rō de mercatore ſicut de alio quolibet laboratore,q̄ ſibi merces debetur ꝓ ſuis labore,cura,induſtria, & ſimilib. Dicit.n.Sco.4.diſt.15.q̄ neceſſe eſt eſſe in republica conſeruatores rerum uenalium,ut prompte emi poſſint a requirentib.& indigentib.& qui res afferant de extraneis partibus ad patriā in qua tales non abūdant, & licite poſſunt uendere laborem ſuum, induſtriam,diligentiam ſumptus, conſeruationem,pericula,& iacturas recompenſare,ſolicitudines,curas,& alias rōnabiles occupationes. Magnus labor & magnum periculum imminet his qui terra & mari ſolicitantur uehere eas. Magna induſtria comparare merces bonas nec decipi & ſcire quomodo abundet,& quō indigeat patria.Magna diligentia ad exequendum & emēdum tempore oportuno. Si legiſlator in republica uideret neceſſitatem pro indigentia tollēda nummos mitteret, & quos mitteret præmiaret, quantomagis mercatores qui id faciunt in republica? De iuſto uero pretio mercium dicitur q̄ non eſt punctualiter determinatum ſed magis conſiſtit in quadam determinata æſtimatione, ita q̄ modica additio uel diminutio non uitiat ęqualitatem iuſtitiæ, ut dicit Tho.& addit Scotus q̄ ſi modicū quid deficit ab indiuiduali æquitate non erit iniuſtitia reputanda, & quando in tali æſtimatione de datione & receptione æquiualentis mutuo ſunt contenti,tunc uerisimiliter mutuo ſibi uolunt remittere ſi in aliquo deficiunt ab illa iuſtitia requiſita. Et ſic iſtorum contractuum quemlibet concomitatur aliqua donatio conditionalis, ut ſi aliquid ſit amplius in re empta ultra iuſtum precium. Si tamen quis indigeret re aliqua & alius lædatur ſi ea careat, & per magnam inſtantiam ille inducitur ad uendendum rem ſuam uel permutandum pro re alterius, tunc cum poſſit ſe indēnē conſeruare erit in tali caſu iuſtum pretiū non reſpiciendo ad rem quæ uēditur ſed etiam ad damnum quod uenditor ex uenditione īcurrit. Et ſic poteſt licite aliquid carius uendi quàm ualeat ſecundum ſe, quāuis non uendatur pluſquam ualeat habenti. Si uero aliquis multum iuuetur ex re alterius quam accepit, ille uero qui uendidit non dānificetur carendo re iſta, non debet eam ſuperuendere, quia utilitas q̄ alteri accreſcit non eſt ex uenditione ſed ex conditione ementis. Nullus aūt debet alteri uendere quod non eſt ſuū, licet poſſet ei uendere damnum quod patitur. Eſt itaque iuſtum precium ſecundum q̄ res uendibiles ualent ad uſum hominum plus uel minus ſecundum neceſſitatem rerum: interdum ſecundum deſiderium hoīm qđ habent ad res. Nec de ualore rerū gñalis regula pōt dari, in hoc ſequenda eſt mēſa rō non affectata. Quidam tñ uoluerūt dicere iuſtum pretium eſſe, dumodo nō decipiatur uendens uel emens ultra medietatem iuſti pretii, ſed licet hoc ualeat in foro exteriori & contentioſo non tamen in foro Dei. Tripliciter tñ ſolent mercatores committere uitium in ſuperexcedēdo de pretio. Primo quando uident hominem ſimplicem & inexpertum circa mercium ualorem. Et quia inexpertus homo rem æſtimare neſcit, ideo tota æſtimatio uēditori incumbit. ideo niſi fideliter ei iuſto uendit ꝑtio non eſt ſine pc̄tō. Scdō qñ uenditor uel emptor eſt arctatus neceſſitate, uel inordinata affectione impulſus, tūc ex illa arctatione aliquando carius emit quàm alias faceret emptor, uel uenditor uendit remiſſius, & hoc non eſt ſine peccato. Videt enim q̄ talis uendens uel emens neceſſario indiget re, ideo ei carius uēdit uel remiſſius emit, quia arctatur tranſire per manus eius. Tertio quando uenditor

aliqua

H

*Negociatio:*

*Eſt iuſtū preciū in mercib.*

I

*Negocia-*



aliqua arte uel cautela uerborum (etiam ſi uera ſint & non falſa) inducit emptorē ad emendum carius quàm alias emeret, ut ſi uenditor rem quæ uix ualet unum denarium ſciēter exhibeat pro quattuor & emptor ex uerecundia uel quia non credit ſuperexhiberi rem in quadruplum & exhibeat & det pluſquam unum, uenditor coram Deo tenetur ad reſtitutionē eius qđ plus uno recepit. Quarto quando plus uendunt extraneis & tranſeuntibus Exo. 12. Eadem lex erit indigene & colono qui peregrinatur apud uos. Quinto requiritur q̄ talis commutatio ſit reipublice utilis. Sunt enim utiles reipublicę mercatores, qui merces afferunt de patria ubi abūdāt ad patriam ubi deficiunt, quarum tamē uſus eſt ibi neceſſarius, & qui res emptas conſeruant ut prompte inueniantur uenales. Propter defectum huius conditionis uituperantur negociatores qui nec trāsferunt nec conſeruant, nec eorum īduſtria res uenalis melioratur, qui emunt modo ut ſtatim uendant ſine omnibus iā dictis conditionibus. Talis mercator uenit exterminandus ā republica tanquā nociuus communitati, eo q̄ prohibet immediate commutationem uolētium economice cōmutare. Et ſic tales faciunt quodlibet uenale uſuale carius ementi quàm deberet eſſe & uilius uendenti, & ſic dānificant vtranq; partem. Secundo deficiunt qui congregant frumenta & alia neceſſaria cōitati ut inducant cariſtiā eā expectando, ſolū lucrum intendentes. Bernar. in quadā epiſtola. Qui celat frumentum ut carius uendatur, cupit eſſe pauperū homicida. Quilibet in cōitate uiuens ratione charitatis ꝓximi & ratione emolumenti, utpote ſolatii & defenſionis & ſimilium. debet maxime cōmunitati utilis eſſe & non nociuus. Turpis eſt pars quæ ſuo non congruit toti. Qui autem congregant frumenta, ut nō deſint ciuitati uel patriæ, uel alia bona intentione, & dum uiderint neceſſitatē pauperum uendere intendunt iuxta cōem & rationabilem æſtimationem tales merentur, & aliquando cariſtiam impediūt. Cognoſcitur autem q̄ non ita faciunt quādo dolent de frumenti copioſo prouentu, & alias quando contenti ſunt & non triſtes, cognoſcitur bona intētio. Tertio deficiūt qui uendunt uenena, taxillos, & chartas, & quæ mulierib. ſunt ad laſciuiam, & quib. ſe ungūt & fardant & facies ſuas ſophiſticāt ut hominibus placeant. Similiter tabernarii, qui ut uendant uinum afferunt taxillos & ſimilia ut alii ludant & conſumāt multa. Oīa aūt periuria blaſphemię, & alia q̃ hæc agendo male faciunt, talibus imputantur. Sexto requiritur q̄ non uitietur periuriis mendaciis & blaſphemiis dei. Eccl.12. Difficile exuitur negociator a negligentia ſua, & non iuſtificabitur caupo a peccatis labiorum ſuorum. Pro una. n. uenditione quandoq; committunt ſex uel ſeptem periuria, nunc laudando merces ſuas multo pluſquam debeant laudari, nunc aſſerēdo eas fideles eſſe quę tamen non ſunt. ꝑs. Nō eſt in ore eorum ueritas, cor eorum uanū eſt. Et ſequitur, linguis ſuis doloſe agebāt, iudica illos Deus. Iudicium illorum ſcribitur. Apoc.14. Qui acceperit characterē beſtiæ, ſine quo nemo poteſt uendere uel emere, hic eſt fallacia uerborum & fraus rerum, ſine quib. (ut dicunt) non poſſunt lucrari aut negociari, pœna ſubiungitur, hic bibet de uino ire Dei. Sed dicunt quòd niſi periurent non poſſunt inde lucrari. Certe uolatilia non mendacium dicūt nec fraudem faciunt non uſuram, ut habeant neceſſaria, & tamen habēt uictum, quid ergo de hmōi cupidis qui dicunt niſi mentirer uel fraudem facerē fame perirem? Si quis prudens largus eſt uiliorib. perſonis & minus charis, præſumēdū eſt q̄ largior erit nobiliorib. & magis amatis. Nobilior aūt eſt creatura hō q̃ uolucris, & ſi uno uerbo dicerent, hoc tm̄ ualet, tm̄ uobis cōſtabit. magis lucrarentur, & ſine periculo aīæ & famæ. Septimo requiritur q̄ negociationem ſuā ordinet ad bonū uirtutis nō ad lucrum principaliter ne incidat ī auaritiā. Ait.n Saluator. Si oculus tuus nequā fuerit, totū corpus tuum tenebroſum erit, oculus. i. intētio q̃ debet eſſe recta. Erit aūt recta ſi negociationē ſuam prudenter ordinet ad domus ſuæ ſuſtentationē, ad filiorum ſuorum educationem & prouiſionē, uel ad ſubueniendū indigentib. uel ꝓpter publicā vtilitatē ne res patriæ deſint, & lucrū q̄ratur non quaſi finis, ſed quaſi ſtipēdium laboris. Tales.n. qui ſic prudenter ordinant ad lucrū, cōiter non niſi de lucro meditant̄, & propter hoc ſæpe perdūt ſeruitiū dei, & qñ ſūt ī eccleſia ad nihil aliud

cogitant niſi ad lucrum.& experimento di
ſcitur ꝙ nec in morte,propter quod ſuccin
cte & quaſi ſub compendio regulam mer-
catoribus ſtatuit magiſter Iohan. Gerſon.
Regula,inquit,mercatorum eſt , ut nõ in
die dñica mercentur nec periurent, ab illi
cito ſibi caueant lucro,nec ad diẽ uẽdant
uel carius propter dilationem,ut debitum
ſuum tpe promiſſo ſoluãt,nec ſcientes mẽ
tiantur,equã ſtaterã habeant. equa ponde
ra,& equam menſurã.Regula tabernario-
rum eſt ne permittant ludere ad taxillos
ĩ taberna ſua nec Deum blaſphemare,nec
meretrices de nocte recipiant,plenã men-
ſuram debet oĩb. uinum cum aqua ad uen
dendum non miſceant, nec aliqua pocula
aut fercula aliquomodo ad uendẽdum de
fraudent.Regula ad hoſpites eſt quòd ma-
los in hoſpitio ſuo non permittant uel re-
cipiant nec hoſpitibus ſuis furentur auenã
uel fœnum,nec ſuſtineant ꝙ hoſpites ſciẽ
ter fornicentur in hoſpitio ſuo,iuſtam bo-
nam & rationabilem computationẽ cum
hoſpitibus ſuis faciant.

*Sermo ſecundus eiuſdem feriæ ſecundæ, & in ordine 93. per thema. zelus domus tuæ comedit me. pſ.89. & Ioh.2.*

*A*
*Zelus. Qđ ſicut ĩn antiqs ita & in iuuenib. inuenitur zelus.*

NOnnulli uoluerunt dicere uerum Dei
zelum ſolum eſſe in antiquis cũ in an-
tiquis ſit ſapientia & in canis prudẽtia Iob
12.Quod non uř uerum, quia ẽt ſcriptura
dicit infantes zelum habuiſſe , ut patet in
Ioſia.4.Reg.22.Qui octo annorũ & ab in-
fantia zelatus eſt legem dñi.Sic Phinees ĩ
iuuentute,imò & hodierna die lectio epi-
ſtolæ teſtatur Salomonẽ ab adoleſcentia
habuiſſe zelũ æquitatis & iuſtitiæ,qñ do-
no Dei ueram matris condõnẽ inueſtiga-
uit,ita ut uere matri filium uiuũ traderet.

*B*
*Iudiciũ humanũ. Qũo iudicium Salomõis fuit uerũ.*

Quod ſi dicatur nõ fuiſſe æquum Salomo
nis iudicium, quia mulier cuius filius erat
mortuus poſſidebat uiuũ,nec poterat vera
mater ꝓbare illũ eſſe ſuum.debebatur er-
go ei poſſeſſio per leges aſſuetas. Tum ẽt,
quia uerbum regis irreuocabile eſt.iudica
uit autem rex infantem uiuum diuidi non
ergo poſtea debuit reuocari. Tum ẽt,quia
uidetur Salomon præcipitaſſe iudiciũ, qa
immediate & cito iudicauit? Reſponſio.
Prima propoſitio.Præter ſcientiam acqui
ſitam iudicib. ad iudicãdum neceſſaria eſt
naturalis æquitas.pſ.Omnia mandata tua
æquitas,quia ad omnia mandata requirit
æquitas diſcernens an lex in caſu teneri de
beat an non.Vnde Ariſtot.5.Ethic. Iudex
eſt ius animatum. Ideo ſi ſm legem caſus
diſcerni non poſſit,recurrendum eſt ad iu
dicium naturale , & ſi iudicium naturale
deficiat ad legem recurrendum eſt.Vna.n.
manus alteram iuuat, & neutra ſine altera
recte operari poteſt.Et quia caſus iſte du-
bius erat , nil mirum ſi ad naturæ iudiciũ
recurrit Salomon.Secunda propoſitio. Li
cet Salomon cito iudicauerit , an iuit tñ
partes abſque maligno conſilio quæcunq;
uoluerint dicere,quod debet iudex facere
expectando. ſ.donec clarum ſit quod de-
bet iudicare. Pſal.Educet iudicium tuum
tanquam meridiem.Grego.19.moralium.
Ad proferendum ſententiam nunquã pręcipites
eſſe debemus ne indiſcuſſa iudice-
mus,ne quęlibet male audita nos moueãt
nec paſſim dicta ſine probatione creda-
mus.Ideo Græci (ſicut dicitur in libro de
nugis curialium ) cum urgerentur ad ſen-
tentiãdum antequam plene deliberaſſent,
reſponderunt patres ſuos ſolem apud an-
tipodes non uidiſſe ſed ſemper expectaſſe
donec & ipſis oriretur,dicunt etiam ꝓſpe-
rum uiatorem non eſſe, qui antequam lu-
cifer oriatur craſſis adhuc tenebris luceq;
remota dictam aggreditur. Hinc Eccl.18.
Ante iudicium para iuſtitiam. Et quia Sa-
lomon audiuit utraſq; partes , non eſt ar-
guendus cito iudicaſſe. Sunt enim iudices
aures reipublicę quas poſuit natura tan-
quam organa in medio capitis rotundi, eo
ꝙ circumquaque habeant audire.i.indiffe
renter utramque partem audire, ideo na-
tura unam aurem ex uno latere aliam ex
aduerſo ordinauit.Tertia propoſitio. Stat
iudicium bonum eſſe ſecundum leges &
iure fori,& tamen non eſſe rectum iure po
li. ut patet in illo cui adiudicatur res quæ
non eſt ſua,& hoc ſecũdum leges poſitas.
Nec tamen propterea ille cui adiudicatur
in foro Dei habet ius,quia contra conſciẽ
tiam ſuam agit. Quarta propoſitio. Salo-
mon hoc iudiciũ habuit ex ſibi infuſa ſciẽ
tia & ex animi quietatione extra paſſionẽ
cum pace audientis. Audito.n.proceſſu ea
rum ad longum ſolerter media pacis inue
nit. In quo debent iudices quieti & frigidi
eſſe,& ſi quid ſuſpectum habeant quod ra
tione



probari non poſſit cauto medio de-
prehendere.Quinta propoſitio. Salomon
adiudicauit diuidi infantem non ut ita fie-
ret, ſed ut ex illis uerbis ſcrutaretur ma-
ternam naturam . Nam & beſtiæ pro par-
uulis ſuis naturaliter pugnant , ideo quia
cõmota uidit uiſcera unius & alteram de-
ſiderantem mortem infantis uiui,rationa-
biliter ex illo iudicauit infantẽ eſſe illius
quæ eũ deſiderabat uiuere. Et quia ſumus
in continuo iudicio ueri Salomonis Xp̃i,
ad matrem noſtram Mariam quæ nos de-
ſiderat uiuere conuertamur, quia procul-
dubio apud filium hoc obtinebit ſicut &
hæc meretrix obtinuit . Salutemus igitur
eam dicentes. Aue.

*C*
*Zelus,& zelotypia. Quid eſt zelus. De differentia zeli et zelotypię.*

De zelo dicturi primo declarabimus
quid ſit zelus. Secundo qũo intelligitur il
lud,zelus domus tuæ comedit me. Tertio
ad quæ ſe extendit zelus. Ad primũ dici-
tur ꝙ zelus ſm Guil.Pariſ.eſt quędam re-
ctitudinis affectio qua Dei cõtumeliã quis
perſequitur,& ita zelare deum ſoli dicun-
tur qui eius contumeliam ferre non pñt .
Et ideo in hoc conueniunt zelus & zeloti
pia,quia utrunque non poteſt ferre contu
meliã,zelus deo,zelotypia zelotypo. Sed
in hoc differunt quia zelotypia uitium eſt
habens duo uitia concomitantia. i.ſuſpitio
nem & furorem concitatum ex ſuſpitione
quo oẽm nutum,oẽm aſpectum,oẽm greſ
ſum uxoris,oẽ colloquium alterius ad ip-
ſam,oẽm attactum,oẽm frequentationem
domus ſuæ ſuſpectam habet quòd militet
uel ſeruiat adulterio uxoris. Vnde frequẽ
ter accidit ꝙ zelotypus de domo propria
exire non audet, ac ſi captus ibi detinere-
tur timens uxorem uel ad momentum di
mittere,ne eo abſente pateat adultero. Fu
ror uero zelotypi adeo pręceps eſt,ut nũc
in uxorem licet innocentem,nunc ſic in ſu
ſpectos ſi tñ audeat ſæuiat.Sed hoc longe
eſt a zelo.

*D*
*Zelus. Quid zelus in quo diligit Deus ſimilis ẽ zelotypię.*

Nemo.n.ſic deum diligit, ut nõ
patiatur alios diligere illum,& ẽt obtine-
re,imò qui eum diligit quantum in eo eſt
ad hoc ipſum alios inducere nititur ut ip-
ſum diligant,zelus tamen quo deus zelã-
tẽ ſe diligit ſimilis eſt zelotypie qua oẽm
occaſionẽ,oẽm acceſſum, & oĩo quicquid
dare põt occaſionem adulterãdi cum ido-
lis uel cũ dæmonib.ipſi animæ per legẽ ſi-
bi deſponſatę penitus interdixit.iõ Exo.2.
Se zelotem appellat.Sap.1. Auris zeli au-
diuit oĩa. Timeant iõ aĩæ ille deſponſatæ
annulo ſidei oĩa verba ſua ſiue ſint ſpũalia
ſiue corporalia miſcere cum adulteris , ẽt
ab ipſis ſuis cogitationib.timere debẽt, ne
forte ſint allocutiones diabolice, aut cum
ipſo diabolo,de qua re. Prouer.3.Terr bi-
liter loquitur dominus,zelus & furori ui-
ri non parcet in die uindictæ &c. Ad ſecũ
dũ dicitur ꝙ illud zelus domus tuæ come-
dit me quattuor modis exponi põt de capi
te Xp̃o & uno modo de membris eius.Pri
mo igitur ſic exponitur.i.zelus domus tuę
dedit occaſionem inimicis meis me come-
dere.i.deuorare vel comedere.i.deſtruere.
iuxta illud,quia comederunt Iacob . i.de-
ſtruxerunt . zelando.n.legem & mandata
dei dñs acquiſiuit ſibi inimicos ſacerdotes
& phariſæos,ut ſ. quaſi lupi deuorarẽt eũ .
& quaſi canes obſiderent & morderẽt.Sed
licet miniſtri dei zelando contra iniquos
plures acquirant inimicos,non tñ illi ſunt
tam inimici eorũ ꝗ ueritatis,ideo ipſa ue-
ritas ad Abraham inimicus ero inimicis
tuis. Et ſi forte eos contemnant prædican
tes, dñs eos conſolatur quia cũ prophetã
Ezechielẽ ad filios Iſrael mitteret ſermo-
ni ſuo frequenter interpoſuit ſi forte au-
diant,& ſi forte quieſcant . In quo aduer-
bio dubitandi innuitur, ꝙ tacere nõ debet
is qui officium prædicandi ſuſcepit,nec ꝓ
auditorum duritia contriſtari. Si.n.Deus
uerba ſua difficile ꝑmittat audiri, cur do-
ctor contriſtetur ſi in admonitione ſua cõ
temnitur? Scđo zelus domus tuæ come-
dit me.i. eſibilem me fecit.Vt.n.nõ deeſſet
ſuæ eccleſiæ nutrimentũ, ſeipſum fecit ci-
bum ꝑp eius amorem, ut zelando animã
propter quam paſſus eſt ſic falleret quòd
dum eum comedit ipſe eam ꝑ amorẽ de-
glutit. Tertio,zelus domus tuæ comedit
me.i.incorporari me fecit. Vt.n.ſe uiſibilẽ
præberet ei quã zelabat . ſ.eccleſiæ ſuæ in
humanitate aſſumpta ĩcorporatus ẽ deus.
Eſa.9.zelus domini exercituũ faciet hoc?
Quarto,zelus domus tuæ comedit me ſi-
cut ignis qui comedit ſpecioſa deſerti. Eſt
enim zelator ſicut phenix qui ex aromati-
cis lignis ignem conſtituit in quo ſe exu-
rit,ut de cineribus eius naſcatur phenix a-
lius.i.de cruce dñi & aliis lignis beneficio
rum ſeipſum incendit ut inde alius ſimilis
ei naſcatur.Non.n.de ſpinis aut tribulis e-
ſcarum accenſo igne ardet ut faciunt glu

*E*
*Quinque modis exponitur illud zelus domus &c.*

tones,ſed magis deſuper igne dato cõtra huiuſmodi ſpinas & tribulos ſuccenditur. Ipſe.n.diuinus homo qui deſurſum eſt in cordibus ſanctorum zelum accendit. Procedit enim ignis de fornace ſpũſſancti, & de camino qui eſt in Hieruſalem cœleſti. Eſt.n.zelus carbo quẽ tulit unus de Seraphin de altari ſupercœleſti & tetigit labia Eſa. de quorũ pollutione prius cauſabat. Eſa.6. Nec.n.digna ſunt labia prædicare q̃ non tetigerit carbo iſte. Ideo in p̃s.ſecundum aliquam literã ubi habet gladius dr̃ mors in labiis eorum. Verba.n.q̃ ſpũs & uita ſunt in labiis quorũdam p̃dicatorum quantum ad uirtutem & efficaciam moriũtur. Adeo.n.tepidæ & remiſſæ uerba Dei annunciant,ut quaſi extincta in labiis eorũ uideantur, ut ſicut ipſi frigidi ſunt & extincti,ſic frigidos & extinctos relinquant auditores. Quidam ſecundum Guillermũ pp hoc de Pariſio aufugit dicens ſe prædicationibus & lectionibus Pariſius de die in diẽ amplius infrigidari, & timere ſi moram diuturniorem traheret ne tandẽ ſpirituali gelicidio extingueretur. Propter qđ tranſtulit ſe ad uiros religioſos charitate feruentes uelut ad carbones uiuos & ardẽtes,ut inter eos conuerſans,ardorem quẽ inter alios timebat amittere,inter eos nutriret & augeret. Eſt enim zelus ignis quo ignitum eſt eloquium Dei uehementer.de quo Hier.23.Nũquid uerba mea ſunt quaſi ignis & quaſi malleus conterens petras. Propter prædicatorẽ uerba Dei ignis ſunt propter auditores duros mallei. Seneca. Quorundam uitia frangenda ſunt, quorundam emendanda. In cuius autem labiis non eſt zelus iſte, lingua eius eſt uelut colus mulieris lana molli, aut ſtupa circumuoluta,cuius ictum non ſolum non timet diabolus ſed etiam irridet. Propter hoc manet illæſus ĩuno auditore per 20. uel 30. annos Behemoth non ſolum non uulneratus,ſed nec punctus dum nec una gutta ſanguinis effunditur dum huiuſmodi auditor plenitudine per huiuſmodi doctrinam aut prædicationem non compungitur nec una lachryma fluit ex oculis eius. Lachrymæ enim (ut uult Hieronymus) ſunt uelut ſanguis animarum. Quinto exponit zelus domus tuæ comedit me, i.in perſona peccatorum conuerſorum,zelus domus tuæ, id eſt eorum qui ſunt in domo tua comedit me,id eſt incorporauit me inter membra tua,& qui prius erã de corpore diaboli factus ſum de membris Chriſti,hoc faciunt uiri zelatores in medio malorum poſiti. Deuorant enim eos deuoratione qua præceptum eſt Petro.Actuum.10.Occide & manduca. p̃s. Dediſti eum eſcam populis Aethyopum. Nihil.n. ſunt peccatores niſi ligna arida ad æternę combuſtionis incendium præparata. Omnis enim caro fęnum. Eſa.4.& Zacha.12. Erunt duces Iuda ſicut caminus ignis in lignis,& ſicut faſces ignis in fęno. Ad tertium dicitur ꝙ zelus ſanctorum uirorum primo ſe extendit in Chriſti ſponſam ne eam uideat adulterantem. In matrona.n. ornatus meretricius fornicationis eſt indicium ſicut in religioſis ſecularis habitus. Interrogati.n.quare ſic laſciue ſe gerant, reſpondent ꝙ propter mundum ut ei placeant,uel ſaltem non diſpliceant. Ex qua reſponſione confitentur meretricium qđ cum mundo committunt,& ipſum mundũ lecatorem & corruptorem ſuum eo ipſo recognoſcunt, dum ut ipſi placeant ſe ſic ornare & parare fatentur.Mos enim meretricum eſt ut placeant amatoribus ſuis ſe comporere & ornare, & propter hoc uir zelatores animarum huiuſmodi compoſitiones ſtudioſiſſime perſequuntur. Scđo ſe extendit zelus iſte non ſolum ad Chri ſponſam ſed etiam in legem,in loca ſancta & in omnia Deo ſacrata. De lege patet in Matathia.1.Mach.2.De locis ſanctis patet in Chriſto eiiciente hodie uendentes & ementes.Ex quo patet ꝙ in locis ſanctis nõ debent permitti nundine & forenſes contractus fieri. Quòd ſi quis dicat ꝙ hoc fit in cimiteriis adiacentib.& dñs eiecit uendentes, quia faciebant domum patris ſui domum negociationis aut ſpeluncam latronum,cimiterium autem non eſt domus Dei. Ad quod dicimus ꝙ cimiterium eſt ſpaciamentum domus Dei in quo ſpaciantur corpora ſanctorum uſque in diem iudicij. In domo dei habitat Chriſtus in cimiterio membra Chriſti. Item cimiteriũ eſt conſecratum domino,ſic ꝙ nullũ opus ibi fieri debeat quod non ad cultum Dei pertineat. Illicitum eſt ergo ibi negocia mundi pertractare. Nihil autem eſt magis quod perpetuet beneficia, dignitates, aut officia,quàm animarum zelus & locorum ſa-



ſacrorum.Inde Phinees propter zelũ quo confecit gladio quendam filiorum Iſrael cum meretrice, meruit ſibi & ſuis ſacerdotium ſempiternum. Tertio ſe extendit zelus ad bona temporalia Chriſto oblata. Propter quod zelatores cum ea uident exponi in luxuriis clericorum: uel regulariũ uel in aliis dei contumeliis,zelo ardentiſſimo ſuccenduntur. Si auaritia Iudæ proditoris & ſacrilegium quo ea quæ mittebantur in loculos(cum diſtribuere ea deberet egenis)uxori & filiis dabat damnanda eſt; quanto magis ſacrilega impietas eccleſiaſticorũ qui huiuſmodi bona dare hyſtrionibus & meretricibus non uerentur, & in oẽs execrabiles turpitudines, & dei contumelias dare non formidant? Præcepit dominus ut oblata ſibi & ſanctificatis comederentur in loco ſancto non in lenocinio. Leuit.10. Quarto ſe extendit zelus ad æmulationem glorię dei & exterminationem iniuriæ eius. pp quod p̃dicatores & Chriſtiani ſignati ſunt ſigno Thau. i. crucis. Signum.n.eſt regis inuictiſſimi quod quaſi uexillum portant in frontib.in manifeſta confeſſione bonitatis diuinæ, in quo bellatores pro ea & defenſores ſe oſtendunt manifeſte. Ezech.9.Signa ſigno thau frontes uirorum gemẽtium & dolentium ſuper cũctis abominationib.domus Iſrael. Eſt enim zelus ignis.de quo Eccl.48. Surrexit Helyas propheta quaſi ignis, & uerbũ eius ſicut facula ardebat. Propter hoc non ſtabant ante eum paleæ peccatorum. Eſt.n.ignis cuius carbones deſolatorii, deſolationes palearum peccatorum & eorũ exterminium faciens. Eſt ĩſuper ignis quo fulgebunt iuſti,& iam fulſerunt tanquàm ſcintillæ in arundineto huius mũdi diſcurrentes,& arundines cordiũ carnalium uelut incendium depaſcentes, ſicut factũ eſt tp̃e apoſtolorum & martyrum qui uelut ſcintille igneæ ardentes mundi arundinetum non tam ſpiritualiter depauerunt q̃ igne ſimili incenderunt. Sicut.n.mundus. primo contra eos exarſit zelo idolatrię, ſic poſtmodum contra idolatriam p eoſdem ſuccenſus eſt. Eſt tñ ignis iſte ignis Græcus qui in ſuperficio aquæ accẽditur, &(qđ eſt mirabilius) quanto eſt aquę maior ſuperinfuſio,tanto magis accenditur. In aqua.n miſericordiæ ardet. Quidã tñ ita indiſcrete zelant, ut aliqñ aduerſus Deum uideantur indignari ꝙ non ſtatim eos punit,cum diuina expectatio declaratio ſit magnitudinis diuinæ clementiæ & infallibile ſignum ꝙ talis ſic dedignãs nõ accenditur ad peccata propria. Hier.ſuper Mat.10. Audientes decem indignati ſunt. Rari ſunt qui ita uelint ſuam uitam reprehenſibilem deteſtari ſicut affectuoſe aliorum uitia reprehendunt. & eſt tanta huius uitii libido, ut qui ab aliis procul receſſerunt,in illud quaſi in laqueum repentinæ incidant. hæc Hier. Sunt tamen alii multo peiores,qui cum ſint mali ſic indignantur contra aliorum peccata ꝙ graue eſt eis ꝙ non uident ultionem. Quinto ſe extendit zelus ad ſeipſum, cum quis bonum quod in alio uidet zelat in ſeipſo. Tam.n.zelus quàm inuidia naſcuntur ex alterius bono ſed inuidus dolet de bono alterius q̃a ipſum bonum uidet in altero, zelans aũt dolet quia non habet illud in ſeipſo.

*Eiuſdem feriæ ſecundæ. Sermo tertius per idem thema. zelus domus tuæ &c. & in ordine, 94.*

A

DOminus uice bina de tẽplo eiecit uendentes & ementes. Primo in anno primo p̃dicationis ſuę in Paſcha. Scđo ultimo anno paulo ante Paſcha, qñ cũ ramis palmarũ ſuper aſinũ uenit Hieruſalẽ. In prima iuſſit auferri colũbas & alia hm̃oi. In ſecunda oĩa ſubuertit, & ſic ſecũda fuit auſterior prima eo ꝙ recidiuũ peccati grauius ſit. In hoc habemus tria documenta. Primum ꝙ dñs optime cępit eiicere uendentes & ementes, quia nondum perfecte eos eiecit. Multi.n.in eccleſia remanſerũt ſymoniaci & mercatores, de quib. dicitur Dan.14.ſ.de ſacerdotibus Bel quòd fecerant ſub menſa abſconditum introitũ, & per illum ingrediebantur, & deuorabant quæ erant ſuper menſam. Sic iſti occulte per ſymoniam quaſi per abſconditum introitum ingrediuntur in eccleſiam & non per oſtium Chriſtum, ideo ſunt fures & latrones. Symonia autem (quia multũ odioſa eſt) ſemper abſconditur & occultatur. Dominus itaque primo negociatores & ſymoniacos ab eccleſia pepulit. poſtea uero Paulus ab ea deiecit comeſtores. 1. Cor. 11. Nunquid non domos habetis ad comedendum vt comedatis in eccleſia? Nũc uero

*Symonia. De ſymoniacis & cõmẽdatariis quõ olim pulſi ſũt ab eccleſia.*

vero auctoritate Petri & Pauli & ſymoniaci in eccleſiam introducuntur. ſymoniaci occulte cum magnis præcijs beneficia impetrauerũt. comeſtores vero publicè vt commendatarij ad comedendum. Hi vero ſcilicet comeſtores & ſymoniaci qa adulteri ſunt & male cum ea copulati, dũ de ſola ſponſa debuerint concipere filios & filias in Chriſto, ipſi faciunt eam concipere de ſpiritu maligno, quia faciunt Deũ ſponſum nutrire filios alienos & adulterinos, & filios dei expellunt a patris hæreditate. Secundum documentum eſt quòd dominus diſgregat malos & colligit bonos. Colligit enim bonos ſicut gallina pullos ſub alis ſuis quos fouet. Quos ſi ſæpe in anguſtijs ſed non toto pedis põdere calcat & paululum diſgregat, non tamen deſinis eſſe mater. Reprobos aũt eijcit extra templum materiale, vt ſuos reducet ad ſpirituale, diſpergit malum vt colligat bonũ, miluos abigit ut pullos protegat. Tertiũ documentum, in hoc ꝙ dñs effudit nummulariorum es, oſtenditur ꝙ poſt talium mortem diuitiæ ipſorum vbique effundun tur. rapiuntur enim partim a parentibus, partim a familiaribus, partim a latronibus, partim a clientibus & officiarijs, partim cauſa diſſidij ab aduocatis. ita quod de animalibus eorum de quibus dum uiuerent nihil cogitauerunt nec miſſe celebrãtur nec dantur elemoſinæ. Qui poteſt capere capiat. Quartum documentũ, quòd domus dei debet eſſe honeſta & locus orationis. Modo epiſcopi & ſacerdotes faciũt illam ſpeluncam latronum. Videmus eñ indies ꝙ ex ſpelunca indulgentiarum procedunt latrones, qui multa falſa prædicãt populo ut inde hauriant pecuniam, & ſuo ſubtili ingenio rete faciunt ad capiendum muſcas. i. nummos, quibus poſſet reſponderi ſicut reſponſum eſt cuidam magno prælato, qui ſomnolenter inſiſtens officio cuiuſdam dedicationis cum ad illum ſpectaret dicere verſiculum quendam ſcilicet domus mea, & chorus debuiſſet reſpõdere domus orationis vocabitur, ipſe tam ſuã quã partem chori dixit. Cum autẽ chorus nil aliud reſpondere poſſet quàm verbũ quod ſequitur reſpondit prompte, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Nos aũt non ſic, ſed in ea oremus deum & genitricem ſuam ut ipſa pro nobis imploret auxilium dicendo Aue.

B Circa hanc materiam zeli nunc uidenda ſunt quattuor. Primum eſt qui motus eſt zelo procedunt. Secundũ eſt unde oritur indiſcretus zelus. Tertium eſt in quibus inhibetur zelus. Quartum eſt quomodo temperetur. Ad primum dicitur ꝙ ex affectione zeli conſurgunt tres motus. Primus eſt ira qua excandeſcunt zelatores in uindictam diuinę iniurię. de quo nume. 25. De phinees dicitur ꝙ auertit iram meam a filijs iſrael, quia zelo meo commotus eſt contra illos. Sicut econtrario quia hely in zelo iram non habuit, eandẽ contra ſe inextinguibiliter accendit. zelator enim eſt uelut mare quod (ut dicitur) ſuſtinere non põt cadauera mortuorum. Sed ſunt quidam zelatores furibundi ſeruientes in pctõres faucibus & dentibus, dũ probris & contumelijs eos inſaniſſime deprauant & dehoneſtant, & in facie hominũ confunduntur confuſione quæ ſolum adducit pctm̃. Eccl. 4. Quorum illa fatuitas eſt ꝙ cum medicos ſpũales ſe exhibere deberẽt, hoſtes atrociſſimos & inexorabiles perſecutores ſe exhibent, quantum in eis eſt futurum dei iudicium euacuantes, dũ omnia hic uindicare nituntur & periculũ eſt in talibus ne gladius ſit in manu furentis, dum ſemper in eorum faucibus uox ſonat dyabolica, crucientur confundantur, damnentur, deponantur, euellantur & uix de ore eorum auditur, emendentur, corrigantur. Iſti cum medicos animarum ſe profiteantur, non pro uarietate uulnerum adhibent medicinam, ſolummodo urere norunt & ſecare, & quacunq; ęgritudine quis laboret ſtatim ferrum & ignem adhibere conãtur, cum tñ dicat Aug. Non ſanat oculum quod ſanat calcaneum. Nihil autem adhibent de unctionibus, aut cataplaſmatibus aut portionibus, niſi forte de potione abſinthij amariſſimi. cuius ſumptio tormẽtum eſt non medicina. Et ignorant iſti ꝙ omnium medicinarum fortiſſima eſt ſapientia & ſaluberrima. Sap. 9. Et enim per ſapientiam ſanati ſunt quicunque tibi placuerunt ab initio, & hæc ſapientia eſt ſermo dei, de quo eiuſdem. 16. Neque herba neq; malagma ſanauit eos ſed ſermo tuus domine qui ſanat oĩa. ps. Miſit uerbũ ſuũ, & ſanauit eos. Pctõres enim (ut dicit Dionyſius) tanquam cœci manu ducendi ſunt &

Zelus. Qui motus e zelo ... ſurgunt.



& Tullius. Vndiq; fulciendi ſunt qui ruũt, ideo erigendi ſunt qui ceciderunt medicandi qui uulnerati ſunt, non nouo unlnere transfigendi. Quid autem aliud facere poteſt quàm uulnerare, qui uenit ad infirmum in ſolo igne & gladio, in igne iracũdiæ, & acuto gladio linguæ? Secundus motus eſt doloris, uulgo deul. Eſt enim dolor iſtæ uelut ſciſſura, quem interdum indicat ſciſſura veſtium, ut fecit matathias. 1. Mac. 2. ubi dicitur ꝙ quidam iudęus acceſſit in omnium oculis ſacrificare, & doluit Mathatias & contremuerunt renes eius, & ſequitur de præcedenti motu: Et accenſus eſt furor eius ſecundum iudicium legis, & inſiliens trucidauit ipſum ſuper aram. Iſte dolor uocatur tabeſcentia cum uehementior ac diuturnior fuerit, de quo ps. Super inimicos tuos tabeſcebam, ſicut de contrario dolore. ps. Peccator uidebit & tabeſcet. Tertius eſt motus odii differẽs a primo ſicut odium ab ira. Ira enim cauſatur ex prouocatione iniuriæ, odium uero ſæpe fit abſque huiuſmodi prouocatione. Propter enim amorem ſui uel alterius ſæpe procedit, ex eo. ſ. ꝙ contrariatur amicitiæ ſuæ uel alterius amici de quo. ps. Nõne qui odierunt te oderam? Et iterum. Perfecto odio oderam illos. Perſequuntur eñ ſerui dei inimicos eius quandiu ſunt inimici, nec cum eis pacem habẽt donec funditus inimicitias dei deleuerint. Sunt eñ ipſi cauti zelatores qui quaſi medici perſequuntur & ideo habent ęgritudines ut ęgros non occidant ſicut chirurgici qui ſic odiunt & reſecãt putrida ut ſana relinquãt illęſa, ſic ferrum adhibent ut uulnus non infligant patienti ſic ignem adhibent ut non incẽdium ſed conſumptionem & purgationem ſuperflui faciant. Eſt etiam talis ſicut agricola prudiſſimus qui ſic herbas euellit peſtiferas, ut ſalutares non lędat. ſic zizania extirpat ut tritico non ſolum læſionem non inferat ſed ſuffocationem auertat. Meminimus (inquit Guil. Pariſi.) nos uidiſſe quibuſdam furibundos prælatos hortos duarum Abbatiarum nobilium ſic ſarculo ſuæ inſaniæ purgaſſe a fructuoſis arboribus, ut nec unam ibi relinquerẽt ſolas ibi ſpinas & tribulos dimittentes, qui uere erant hortulani diabolici. Verus hortulanus omnia fructifera conſeruat & tribulos auellit, ut ne quidem aliquid dimittat uel parum. Ad ſecundo quęſitum dicitur, ꝙ tribus de cauſis zeli indiſcreti peſtilentia oritur. Prima eſt in experiẽtia correctionis & diſciplinę in ſemetipſis. Sanctã enim zeli affectionem ſemper concomitatur proprie infirmitatis iugis meditatio, ut in ſeipſo diſcat quid alii portare poſſunt, & quid eis & quantum imponendum ſit. Non enim ita excandeſcit in alios niſi qui proprie infirmitatis immemor eſt. Iõ dictum eſt. Sciant gentes quoniam homines ſunt. Ari. Vnuſquiſque de alio ſecundum ſeipſum iudicat. Iſti autem uidentur ſe ignorare ſaltem quandoque homines fuiſſe. Hi ſunt qui non conſueuerunt pati correctionem aut diſciplinam, & quia agendi & patiendi tanquam contrariorum eſt eadem diſciplina, neſciunt eam in aliis exercere quia in ſe noluerunt eam pati. Iõ Sa. 1. Diligite iuſtitiam quia iudicatis terrã hoc eſt diligite uos pati & facere prius ut alij ſimiliter faciatis. Quidam enim in alios iuſtiſſimi ſunt, in ſe miſericordiſſimi & cum in nullo alijs parcant, ſibiipſis parcunt. Sicut faciebat meuius poeta, qui cũ aliorum uitia uitioſus ipſe attrociter perſequeretur ſua diligebat & nutriebat, ſup quo cũ interrogaretur. Mihi ignoſco meuius inquit. Hi impatientiſſimi ſunt obiurgationum, & quod deterius eſt exhortationum, quanto magis diſciplinalium flagellorum? ita ut omnis eorum morbus ſit noli me tangere. Vnde & quidam religioſi noſtro tempore attentauerũt mederi morbo ſui abbatis, qui cũ eſſet in omnes alios carnifex crudeliſſimus uidentes quòd omnino ignarus eſſet & diſciplinę inexpertus cum eam exercere putabat in eos coegerunt eum per menſem integrum ſedere inter fratres & ſe gerere tanquam ſimplicem monachum quem quotidie egregie uerberantes, tandem reſtituerunt ſedi ſuę dicentes. Ecce per menſem iſtum fuiſti in ſcola diſciplinę & non ſolum eam audiuiſti ſed etiam eam ſenſiſti. Non eſt mirum ſi eam exercere neſciebas in ſubditos cum eã nõ didiciſſes, & ſic iſte didicit ex his quæ paſſus eſt diſciplinam. Secunda cauſa eſt ignorantia proprie infirmitatis & alienę. Medicus enim & ſeipſum & ſuum patientem cognoſcit. Menſurare enim debet qui zelat, & ſe & alios in quos zelat. Non enim ſequi debet ueritatem meritorum eorũ qui pec-

C *Zelus Qd tribus de cauſis zeli idiſcreti peſtis oritur.*

peccauerunt ut feriat quantum merita re
quirunt,ſicut nec ſuper ſe ferit. Non.n. ze
lator ad hoc punit ut uindicet, ſed ut emē
det,nec aſſumit tortoris officium, illud re
linquens miniſtris infernalibus,ſed magis
medici.Cum enim parcere & punire con-
traria ſint & contrariorum ſit eadem diſci
plina,qui neſcit parcere, neſcit punire, &
ſic zelatorum eſt parcere ſicut & punire,
& qui punire ſolum ſciunt non debent eſ-
ſe niſi in inferno, ut ſint adiutores mini-
ſtris tormentorum,ibi.n.pro uoto ſuo ſuū
officium exercerent.Tertia cauſa eſt ex a-
more dementiſſimo inanis glorię propter
qdem accidit ut quod uerum eſt aut rectū
uidere non poſſit, ſicut accidit de illo qui
ut iudex iuſtus & bonus iuſtitiarius repu-
taretur,proprium filium pro leuiſſimo de
licto decollauit. Inſaniſſimus mercator q
uaniſſimam iuſtitiæ laudem morte ꝓprii
filii ſui uoluit comparare. Ad tertium di
citur ꝙ nimietas iuſtitiæ quę ĩ zelo nimio
intelligitur in quattuor inhibetur. Primū
ſi illa miſericordiam abſorbeat Prou.12.
Nouit iuſtus iumētorum ſuorum animas,
uiſcera aūt impiorum crudelia. zelatoris
enim ira non in homines eſt, ſed in homi-
num mortem quæ eſt peccatū, miſericor-
dia autem eius non in hominum mortem
ſed in homines. Aug. Duo ſunt noīa pec-
catorum, quia peccator eſt corripe, quia
homo eſt,miſerere. Eccleſ.7. Noli eſſe iu-
ſtus nimium.Culpa.n.eſt (ut dicit Sen.) to
tam perſequi culpam. & iuriſperitus dicit
ꝙ ſummum ius iniuria eſt. Multum enim
intereſt inter uirgam erudientis patris, &
gladium in ſubditos furentis. Sunt enim
ueri zelatores ſimiles medicis, qui mor-
bos & uulnera perſequuntur,non patien-
tes,imò ſalutem eorum tantis ſtudiis quæ
runt,& quantumcumque morbos corpo-
rum perſequuntur,tota dulcedine patien-
tes conſolantur & ſuauitate blandiuntur,
& quibus poſſunt non ſolum medicamen-
tis,ſed etiam alimentis eoſdem confortāt
& adiuuant ad tolerandam amaritudinem
medicinæ & ſufferendum dolorem ſectio-
nis aut uſtionis, & aliquando ipſi priores
de medicinis bibunt,ut horrorem illarum
tollant a patiētibus. Quod fecit dominus
(ut teſtatur Aug.) qui prior calicem paſ-
ſionis bibit ne illum abhorreret ægrotus.
Indiſcreti tamen non medicinam dare,ſed

D

*Zelus. Qū o inhibet nimius zelus.*

carnificinam quærunt exercere uerbis a-
trocibus perſequentes infirmum, & poſt
huiuſmodi debacchationem tanquam de
nobili uictoria & triumpho inſolēter ſe ia
ctant. Secundum eſt ſi poſſibilitatem exce
dit. Eccl.4. Noli reſiſtere contra faciē po-
tentis,nec coneris contra ictum fulminis.
Potentes enim multa ſæpe committunt e-
normia,quæ impoſſibile eſt a zelatoribus
impediri,in tempore illo prudens tacebit.
Hoc enim eſt niti contra curſum fluuii. p̄s.
Noli æmulari in malignantibus, neque ze
laueris &c. Nam deus eos in præſenti flo
rere permittit iuſto iudicio ſuo,ut uel per
beneficia ad bene facientis dilectionem al
liciantur, uel ut eo grauius & iuſtius pu-
niantur. Tertium ſi modum & menſuram
exceſſerit. Deut.16. Quod iuſtum eſt iuſte
exequeris. Apud quoſdam mors animarū
nullius eſt momenti,& cum ſuper hoc ad-
monentur.Reſpondent, feci quod meū eſt
ſibi imputent mortem ſuam, quaſi non per
tineat ad eos fratrum periculis occurrere,
cum nulla ſit periculoſior freneſis quā illa
quæ ſit cordis,& propterea ſi tam ſtudioſe
cauetur freneſis corporalis non ſolum li-
gando ſed etiam omnem aliam occaſio-
nem ſęuiendi uel in ſe uel in aliis ſubtra-
hendo,unde nec ferrum nec aliud quo ſe
lædere poſſunt dimittitur iuxta eos neque
ante,nec igni appropinquare permittūtur.
ſed neque iuxta feneſtram eſſe a qua ſe p̄-
cipitare poſſint, in quib. manifeſtum eſt q̄
difficile occaſiones mortis darent eis qui
tanta ſolicitudine illas eis auferre conant
quanto minus dandæ ſunt freneticis ſpiri
tualibus? Si tales frenetici eſſent ut uide-
rentur incurabiles,eſſent magis in loco ab
dito quàm in carcere recludendi, & quàm
in publicum dimittēdi. Quarto exceditur
quando non fertur zelus in illud in quo
debet zelari,ut quando ſuper uulnus cata
plaſma diſciplinæ non apponitur, ſed po-
tius uulnere ſuper uulnus conciditur. Iob.
16. Concidit me uulnere ſuper uulnus.
Ad quartum dicitur ꝙ temperatur zelus
quattuor modis. Primo ut ad ea quę emē
dare non poſſumus ne conemur ſicut nec
prudens medicus ad uulnera deſperata.
Sufficere enim debet zelantibus ut de om
nium talium uulnerib. ſaucientur in cor
de,& tunc ſanentur cum illorum uulnera
curabuntur,cum tamen de mortibus eorū
non

a *Zelus. Quattuor modis temperatur zelus.*



non moriantur. Vnde Apoſtolus. Quis in-
firmatur & ego non infirmor? quis ſcādali
zatur non dicit & ego non ſcādalizor ſed
& ego non vror? Scđo ut illa diſſimulādo
tranſeamus, quorū aggreſſio & cura a ma
iorum delictorū & magis neceſſariorum
emendatione auerteret & impediret. Non
eſſet bonus mercator qui pro obolo lucrā
do aureū perderet. Tertius modus eſt, ut
morte uitiorū & morborū curatione con-
tenti ea medicamenta adhibere ſufficiat q̄
uitia mortificare p̄ualeant,fortiora uel a-
criora nullatenus inquirendo. Non ſicut q
dam qui in Beelzebub eiiciunt dæmonia,
& in Sathana Sathanā expellūt, ſi tñ expel
lunt imò magis introducunt, dū in ſpū fu
roris zelum mentiētis, ſpm̄ luxuriæ ſe cre
dunt eiicere,& tñ non eiiciunt ſed latita-
re compellunt,& plerūq; odii uel ire mor
talis ſpm̄ in eos quos credūt corripere in-
troducunt. Quartus eſt ut in eis quæ iuſte
ſunt ira uel turbulentia nihil ſibi uēdicet,
ſed totus zelus diſtrictionis de miſericor-
diæ uirtute ardeat & clareſcat. Sancti.n.ui
ri hmōi ſcintillā turbationis ſentientes in
ſe,tunc cedunt uindictæ, donec eis tranql
litas cordis & pax aduenerit,ut cum tran-
quillitate iudicent ſubditos, ſicut Deus fa
cere dicitur. Sap.12. Tu autem dñator uir
tutis cum tranquillitate iudicas. Iac.1. Ira
enim uiri iuſtitiam Dei nō operatur. Dio-
genes cum iratus eſſet ſeruo ſuo. Iam te
(inquit) niſi iratus eſſem,uerberibus ene-
caſſem.

*Feria tertia poſt dominicam quartam. 40. Sermo primo, & in ordine 95. Deſcende quia peccauit populus tuus. Exo. 32.*

A *Deſcēdente Moſi . . . pro deſcenſu.*

DEſcenſus hominis inuenitur ex ſcriptu
ris multiplex. Quidam eſt deſcenſus
a gratia per culpam. Eſa.52. In ægyptum
deſcendit populus meus in principio in te
nebras culpæ,ut colonus eſſet ibi & Aſſur
i.diabolus abſque ulla cauſa calumniatus
eſt eum. Sic deſcendit ille ab Hieruſalem
in Hierico qui incidit in latrones. de tali-
bus. p̄s. Deſcendant in infernum uiuētes,
corpore quidem ſed aīa mortui. Peccatū
enim infernus eſt. A quo deſcenſu diſſua-
det dñs eos qui iam ſupra tecta uirtutum
ſunt conſtituti dicens. Mat.24. Qui ſupra
tecta eſt non deſcendat tollere tunicam
de domo. Secundus eſt a præſente uita in

infernalem pœnam. Nume 15. Deſcende
runtq; uiui in infernum. ſ. Chore, Dathan,
& Abiron. Eſa.5. Propterea dilatauit in-
fernus animam ſuam, & deglutiuit eos ſi-
ne termino, & deſcenderunt fortes ſubli-
meſq; & glorioſi ad eum. Tertius eſt a cul
pa in pœnitentiam. Hier.4. Deſcende in
Babylonem,attende confuſionem tuam &
pœnitendo de ipſa & ibi liberaberis. Sic
deſcendit Rebecca de chamelo ut ſe orna
ret poſtquam conſpexerat Iſaac. Sic deſcē
dit rex Niniue de ſolio ſuo poſt commina
tionem Ionę,& indutus ſacco ſedit in ci-
nere. Sic Zacheo iubet dñs ut feſtinans de
ſcendat ab arbore. Sic deſcendit publica-
nus in domum ſuam iuſtificatus a Phari-
ſæo. Quartus deſcenſus eſt a contēplatio-
ne in actionem, & a profunda prædicatiōe
in facilem doctrinam. Io.1. Videbitis cœ-
lum apertum & angelos aſcendentes & de
ſcendentes ſuper filium hominis. p̄s. Aſcē
dunt montes in altitudinē doctrinæ,& de
ſcendunt campi ad fœcunditatem populi.
Deſcendit.n. dñs in rubo ardenti in flam-
ma ignis,& rubus ardebat & non cōbure-
bat. Sic more dñi in uehemēti calore cha
ritatis debet deſcendere prælatus ad po-
pulum,q̄ eſt quaſi rubus plenus aculeis tē
tationū & ſolicitudinū ardens per ignitū
eloquium p̄lati in eo deſcendentis, ſed nō
inde conſumptus aut īminutus ſed magis
multiplicatus in bonis tam t̄palib. q̄ ſpiri-
tualibus. Hoc.n. eſt prælati officiū ad po-
pulum ipſum condeſcendere, & verbo dei
inflammare. Sic deſcendit Moyſes ad po-
pulum peccatorem ut eum illuminaret ꝙ
lumen a Mariæ manibus (quæ illud ge-
ſtant) requiramus dicentes. Aue.

B *Prælatus. Periculoſum eſt p̄latū longe eſſe ab ouibus ſuis.*

Circa thema dicemus. Primo de occa-
ſione huius deſcenſus, ſcilicet de peccato
filiorum Iſrael propter quod iratus eſt do
minus. Secundo de duplici placatione ip-
ſius domini in deſcenſu ipſius montis.
Poſtquam igitur Moyſes aſcendit in mō-
tem cum Deo 40. diebus, & 40. noctibus,
& Ioſue miniſter eius in aliqua parte mō-
tis,populus acceſſit circa montem ibi in-
ueniens ueſtigia ferarum,propter quod di
cebant Moyſen comeſtum a feris. Alii di-
cebant eum philoſophari cum domino,&
quòd neſciebat tantā populi regere multi
tudinem propter hoc ipſum confugiſſe ad
dominū. Venientes aūt ad Hur ſponſum
Mariæ

Mariæ & ad Aaron dixerunt. Fac nobis Deos qui præcedant nos &c. Volumus.n. habere deitatem q̄ nos dirigat ſicut ægyptii. Reſtitit Hur, & ſputis & colaphis interfectus eſt ab eis. Timens autem uidens Aaron ꝙ opprimerēt eum, ſubita ſolertia eos iuſſit afferre paramenta aurea, ſ. inaures & annulos & torques colli mulierum ſuarum quæ non libenter talia tradunt, & nihilominus tradiderunt uicte furia ſuorũ maritorum. In quo notatur quàm periculoſum eſt paſtorem lōge eſſe a grege ſuo. Forſitan non peccaſſet populus, ſi Moyſes præſens fuiſſet. Ideo bonũ eſt prælato contemplatione dimiſſa ad laborem actionis accedere. Dormiente Ieſu in naui apoſtoli tempeſtate turbantur, in Bethſaide porticibus hominem non habens aquam piſcinę ſalutaris ignorat.

C
*Vitulus. Quadruplex inuenitur uitulus in ſcripturis.*

Quadruplex aũt inuenitur uitulus in ſcripturis. Primo uitulus tenerrimus de armento. Iſte eſt bonus religioſus uel deuotus eccleſiaſticus, qui præparatur angelis in eſcam. In eius deuotione delectantur angeli, ſicut & angeli comederunt huiuſmodi uitulum in domo religioſa Abrahæ. Iſte.n. tener eſt cordis teneritudine. Iſte præcipiebatur offerri Deo. Secundus eſt uitulus ſaginatus, q̃ pp filium prodigum reuertentem iubetur occidi. Iſte eſt religioſus diſcretus craſſitudine ſcientiæ & diſcretionis pinguis & abundans, qui iubetur mortificari propter ſuperuenientes in ſeculo, ut quod ip ſe eos docet iuxta uires ipſe primus īpleat. Tertius eſt uitulus cornua producens & ungulas. Iſte eſt religioſus propriam uoluntatē ſectatus qui aduerſus ſuperiores cornua erigit murmurando & rebellando, & ungulas proprii ſenſus producit, uolendo ut q̃ſque ſecundum ſuam uoluntatem ſe dirigat. Exemplum de illo qui monaſteria circuibat, & cũ multa circuiſſet dixit ſe nullum inueniſſe quod ſecundum ſuam uoluntatem bene ordinaretur. Quartus eſt uitulus conflatilis. Iſte eſt proprietarius q̃ totus funditur in auro & pecunia, qui adoratur & colitur præ multitudine beneficiorum uel diuitiarũ, & iſte eſt peſſimus. Nã ſicut propter hunc uitulum pene deletus eſt populus Iſrael, maxime niſi Moyſes interceſſiſſet, ſic propter huiuſmodi proprietarios pene deleta eſt religio. Talem.n. ut plurimum ſequuntur & eligunt ſibi religioſi, eo ꝙ multis per pecuniam ſuam aut beneficia prouidere poteſt. Vel aliter, uitulus tenerrimus eſt iudex qui cito precio aut prece obliquatur a rectitudine iuſtitiæ. Ita.n. tener eſt ad ſubuertendum iudicium, ꝙ quaſi aranee tela frangitur, & tũc deus non acceptat ſacrificium iuſtitiæ, cũ ſuper altare.i. dignitates iudicaturæ imponuntur huiuſmodi uituli. p̃s. Tunc acceptabis ſacrificium &c. Secundus eſt ſaginatus iudex litteratus & bonus, qui uſq; ad mortem certat pro iuſtitia, qui iubetur occidi id eſt perſecutionem pati pro iuſtitia, nec inde flectitur. Tertius eſt cornua producēs & ungulas, qui nullius faciem ueretur fortis ad omnia, qui nec propter minas aut fauores trepidat ſemꝑ ęquanimis exiſtēs. Quartus eſt uitulus aureus & conflatilis inanimatus. Iſte eſt homo ignarus ferens honores & dignitates, nihil in ſe habēs unde honore dignus ſit, niſi forte ꝙ aureus eſt diues, & potens, & amicorum fauorib. abundans, & talis deo diſplicet. nec cũ imponitur ſuper altare iuſtitię a deo acceptatur ſacrificium eius.

D

Sed quæritur quare filii Iſrael fecerunt uitulum pluſquã aliud animal cum illud ſit ualde ſtolidũ, & quare dixerunt de uno uitulo, iſti ſunt dii, & quomodo credere potuerũt ꝙ eduxit eos de terra ægypti. Reſponſio primo pōt dici ꝙ fecerunt uitulum pluſquam aliud aĩal arte dęmonis. Dum.n. arte fuſoria fieret exiuit (inquit ſcriptura) uitulus iſte, q̃d magno miraculo aſcripſerunt, nec a deo permiſſus eſt dęmon in ſpecie nobiliori illud idolum facere, ut haberent unde reſipiſcerent a peccato. Secundo quia Ioſeph Patriarcha in bobus diuinauerat exponēdo ſomnium Pharaonis, & quia in ſic diuinando cuncta ei proſpere ſucceſſerãt, credebant etiam poſt aduerſitates & tranſitũ maris rubri, uirtute illius uituli proſpere ſibi cuncta ſuccedere. qui quidem uitulus bos fuiſſet ſi auri copia ſatis fuiſſet, ſed q̃a defecit auri quantitas non bos ſed uitulus acceſſit. In quo notantur ſomniorum diuinatores qui uoluerunt ſomnia interpretari ſecundum qualitates aut contrarietates rerum ſomniatarum, quod tamen periculoſum eſt. Nam ſæpe una res diuerſa ſignificat. ſicut apparet in ſcriptura de ſerpente, qui Gen. 3. Significat dæmonem in lib. Numerorum ſignificat Chriſtum. In acti-

bus



bus Apoſtolorum dum Petro dictum eſt manduca. ſignificabat homines immundos. Mat. 10. Dum dicit Chriſtus diſcipulis eſtote prudentes ſicut ſerpentes, ſignificabat apoſtolos. Ideo cauendum eſt ab expoſitione & credulitate talium ſomniorũ. Sicut enim non poſſunt ſciri ſomnia niſi reuelentur a Deo, ſic nec eorum interpretatio niſi a Deo debito modo requiratur, ſicut Nabuchodonoſor in Daniele fecit ne falleretur. Lex enim edicta a principe ſi in ea ſit terminus æquiuocus requirenda eſt æquitas quomodo intelligatur. Tertio poteſt dici ꝙ fecerunt uitulum, quia cum ægyptiis uixerant qui colebant bouē tanquàm Deum. iuxta illud. p̃s. Cōmixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & ſeruierunt ſculptilibus eorum. Ideo attribuebant ei uirtutem educendi eos de ægypto, in quo notantur qui creaturæ attribuũt quod ſolius eſt creatoris, ſicut Moderni recipientes beneficia a beneficio dicunt ſe eſſe creaturam eius. Quod ſi dicat̃ hoc licere, quia tranſumptiue hoc dicitur. Reſpondetur quòd per hunc tranſumptionis modum omnis idolatria facile excuſaretur, quia ſic facile poſſet excuſari modus loquendi idolatrarum. Secundo ĩ hoc notantur qui malam doctrinam & ſocietatem ſectati ſunt, & cum in huiuſmodi diu uixerunt, ſicut ſunt moderni religioſi qui propter hoc nullo modo poſſunt ad rectũ uiuendi tramitem conuerti. Quarto populus Iſrael uitulum fecit licet taurum crederet facere, & hoc propter auri penuriã, quia ſecundum doctrinam Aſtrologorum credebant oĩa regi fato aſtrorum, & quia tranſierunt mare rubrum ſub ſigno tauri attribuebant tauro liberationem ſuam ex ægypto. Videtur tamen ꝙ ſub ſigno arietis & non tauri factum ſit phaſe illud. Dicitur ſecundo ꝙ exiſtimandum eſt ꝙ per illum uitulum arte dæmonis uel alio modo compoſitum dæmones populum alloquebantur, ſicut & Deus per mediatorem angelum populum alloquebatur. Eſt.n. diabolus ſimia Dei uolens facere quæ viderit Deum facientem ut populũ decipiat, ſicut deceptus eſt achas dæmone loquente per os falſorum prophetarum. Et quia in iſto uitulo dæmon uarios ſonitus & uoces emittebat, ideo credebant ibi eſſe multos Deos, quare dixerunt iſti ſunt dii qui eduxerunt te &c. In ſecunda parte dicendũ eſt de duplici plantatione ipſius domini. Prima fuit verbo. Secunda facto. Vnde dñs dixit. vade deſcende pecauit filius tuus &c.

E
*Prælatus. Qũo p̄latus ſe debet hr̃e a populũ bonũ & malum.*

Differenter ſe debet habere prælatus quando populus peccat, & quando virtutibus creſcit, quia quando uirtutibus creſcit, debet prælatus aſcendere de virtute in virtutem, ut ſicut præcedit greſſibus & dignitate officij, ſic & morum nobilitate, & ſit ſicut ſpeculum virtutum alte poſitum, in quo omnes ſuam ſpeculentur uitam. Si uerò peccat populus, debet eis condeſcendere non ad mores eorum imitandos, ſed ad compatiendum & ſuccurrendum, ſicut medicus deſcendit ad infirmi domum. Feceruntque ſibi vitulum conflatilem & cęt. Tripliciter peccauit populus. Primo, quia Hur interfecit. Secundo, quia ſe ſpolians viliſſimum ſculptile fecit. Tertio quia ipſũ adorauit coram eo manducando, bibendo ſaltando, immolando, & luxuriando. Propter primum ait. p̃s. Interfecta eſt terra in ſanguinibus. propter ſecundum contaminata eſt in operibus eorum. propter tertium fornicati ſunt in adinuentionibus ſuis.

F
*Ceruix. De triplici ceruice triplici iugo ſuppoſita.*

Rurſumque ait dominus. Cerno ꝙ populus iſte duræ ceruicis ſit. Triplex eſt ceruix Quædam libertatis bene operandi. Iob. 26. Tenuit ceruicem meam, & confregit me. Hæc ſupponitur iugo Chriſti, de quo Tre. 3. Bonum eſt viro cum portauerit iugũ dñi Nec hoc iugo oneratur, quia Matth. 11. Iugum meum ſuaue eſt. 2. Cor. 9. Non ex triſtitia, aut ex neceſſitate hilarem enim datorē diligit Deus. Huic iugo (remoto grauiori onere) monebat Petrus ceruicē ſupponere, cum diceret. Quid tētatis imponere onus, quod neque nos, neque patres nr̃i portare potuimus. Secũda ceruix eſt elationis. Iob 15. Cucurrit aduerſus Deũ erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt. Hæc ſupponitur iugo diaboli. 2. Cor. 6. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Hoc iugũ grauat & deprimit hanc ceruicem. p̃s. Iniquitates ſupergreſſæ ſunt caput meum. Hoc iugum grauabat ceruicē mulieris illius, quã Zacharias vidit in medio amphoræ, & dictum eſt ei, hæc eſt impietas. Tertia eſt ceruix obſtinationis, de qua hic, cerno ꝙ populus iſte &c p̃s. Dñs concidet ceruices peccatorum. Hęc ſupponitur iugo prauæ conſuetudinis. prou. 18. Impius cum in profun-

dum

dum venerit pctõrum cõtemnit. Hier. 13. Si poteſt ethiops mutare pellem &c. Hoc iugum adeo deprimit & grauat hanc ceruicem, ut nullo modo poſſit erigi. Prouer. 22. Adoleſcens iuxta uiam ſuam, etiã cum ſenuerit non recedet ab ea. Hoc iugo inclinata & depreſſa erat ceruix illius mulieris quam incuruauerat Sathanas. 18. ann. ita quòd ſurſum aſpicere non poterat. Sed quæritur cum inter omnia hominis membra caput ſit maxime oſſeũ, & ſic oĩs ceruix ſit dura, quomodo huic populo improperatur ꝙ ſit dure ceruicis. Reſponſio ꝙ ceruix proprie non pro craneo capitis ſed pro cerebro in craneo contento uulgo accipitur. Vnde communiter dicitur, il a la ceruelle dure. Et rationabiliter craneum durum eſt & ceruix mollis, quia craneum inſtitutum eſt ad tuitionem cerebri. Ideo conſtantiam repræſentat qua quis ſtabilire debet bonum propoſitum ſuum, & obſtare tentationib. ſuperuenientib. ut inde pars interior aĩæ requieſcat. Tenera ſiquidem pars hominis eſt ipſum cerebrũ, ideo in homine debet eſſe craneum durum & ceruix mollis. Alioquin contra naturã eſſet ut cerebrum eſſet durum, quare incõicabiles & innaturales ſunt hoĩs obſtinati & duri capitis, & nihil nequius illis eſſe poteſt in communitate aliqua. Primo quia ſicut dicitur. Eccl. 15. Nõ eſt caput nequius ſuper caput colubri. Quantomagis flagellatur coluber, tanto amplius colligit uenenum in gutture & capite ad euomendum. Ita iſti pertinaces quantomagis erudiunt ab aliis, tanto abundantius euomunt malitiam uenenatæ doctrinæ & morũ. Scđo quia cum caput habeat multa foramina per quæ haurit rerũ ſenſibiliũ ſpẽs, & per ea ad intra iudicat, iſti clauſerunt oĩa eorum foramina, ut ſit eorũ furor ſuper furorem aſpidis q̃ obturat aures ſuas. Sic iſti ne audiant uerbum Dei aut bonorũ morum documenta, non ſolũ aures obturant ſed & foramina oculorum, ne horrorẽ uideant inferni & pulchritudinem Dei, & narium ne odorem ſentiant infernaliũ pęnarum, & os ne guſtent æterna ꝑmia. Tertio quia tales ſunt dęmonium meridianũ, qui in meridie dæmones apparẽt more dæmonum obſtinati ſunt tempore quo uiatores ſunt, imò nec indiget dæmone tẽtãte, quia ipſi ſunt dæmon. Secundo tamen dr̃ ꝙ tripliciter ceruix põt dici dura. Vno modo propter naturalem complexionem, ſicut uidemus in ruſticis qui ita dure ceruicis ſunt, ꝙ nihil poſſunt intelligere, ſicut ferrũ obtuſum nihil poteſt penetrare. Et iſta duritia quandoq; eſt increpanda, quando ſ. nihil eorum poſſunt recipere q̃ tenentur agere & credere, in aliis aũt non eſt culpãda. Non. n. culpandum eſt ferrum, ſi ſigilli formã non recipiat. Secundo propter obſtinationem quando ceruix illa capax eſt doctrinæ, & tamen propter ceruicoſitatẽ eius nõ uult illã recipere, quia ceruix illa iã imbuta alia doctrina mala non poteſt aliã recipere, ut hæretici & male moratĩ religioſi a iuuentute, ſicut uas cum plenũ eſt aqua turpida non põt uinum recipere. Hac ceruice dura pollebat Nabal uir ſtultus mõ hac populus Iſrael uitulo ſacrificans. Tertio dr̃ dura ex certa malitia, quãdo quis ueritatẽ concipit & intelligit, & tamen eã obſtinate ĩpugnat, & hæc dr̃ ĩpugnatio ueritatis agnitę. Hanc habuit iſte populus, qui per ſigna & ꝓdigia q̃ fecerat dominus, intelligebat eũ, & tamen attrociter ei reſiſtebat. Hoc eſt ſignũ æternæ dãnationis, & inuenitur in multis religioſis, qui dũ cognoſcunt uiã bonã religionis, eã uiriliter impugnant. Vere infirmus eſt uſq; ad mortẽ qui cibũ bonũ & per os & per inferiora emittit indigeſtũ, ita qui nec amore nec timore Dei ueritatẽ recipit, ſed ĩpugnat, hoc aũt ꝓcedit, aut ex amaritudine doctrinæ q̃ auſterã vitã ꝓponit, ſicut mare facit cibũ acceptũ euomere, aut ex ſuperbia quando quis uinci non uult, ſicut ex indignatione ſtomachi cib. eiicitur. Inde dominus dixit ad Moyſen. Deſcẽde, quia peccauit populus tuus, nõ meus. Ac ſi diceret qui in tali peccato ex certa malitia lapſus eſt, iã meus non eſt. Et ſequitur. Dimitte me ut iraſcatur furor meus. Sed q̃ritur cũ Deus ſit oĩps, nec nõ niſi ab oĩpotẽte teneri poſſit, quõ ſe dicit detentũ eſſe a Moyſe? Rñſio. Sicut Deus oĩps eſt in iuſtitia, ſic oĩps eſt in mĩa iuxta collectã. Deus qui oĩpotentiã tuã parcẽdo maxime & miſerẽdo manifeſtas. Cũ ergo per oĩpotẽtiã iuſtitię ſuę ferire uult pctõres, ipſi adiuti oĩpotentia mĩæ detinent ipſum ne feriat. Preterea cũ Deus ſit oĩps in iuſtificando, ẽt oĩps eſt in pietatis effectu, cũ ergo ĩmenſus ſit ĩiuſtitia, ĩmẽſus eſt ẽt in pietate & mĩa, ut ſit infir-

Ceruix. Cũ oẽ caput ſit oſſeum uñ ꝙ oĩs ceruix ſit dura.



infirmus ĩfirmis, paruus paruis, & magnis magnus. Sed ſi Apoſtolus dicebat ex pietate. Quis infirmať & ego non infirmor, quãtomagis abyſſus pietatis cum infirmis infirmatur cõdeſcendẽdo? Vñ appellãdũ eſt Deo oĩpotenti irato, ad Deũ oĩpotentem miſericordẽ & pacatũ. Sicut. n. oĩps eſt vlciſcẽdo, ita & miſerendo, ſicut quidã appellauit à quodã rege irato ad ſemetipſm pacatum. Dr̃ ſcđo ꝙ quattuor modis tenetur Xp̃s ne feriat. Primo ꝑ bonam operationẽ, ut diues à paupere tenetur vt ab eo leuamẽ recipiat, & ſic Iacob tenuit Angelum vt ab eo beneditionẽ ſurriperet. Fleuit Iacob & plorando retinuit Angelũ, q̃a lachrima retinet & cogit Deũ Oſeæ. 12. Inualuit ad Angelũ, & confortatus eſt, fleuit & rogauit Deũ, & quia fortiter tenuit Iacob Angelũ, mutatum eſt nomẽ Iacob in nomen Iſrael, quia poſtq̃ tenuit hõ Deũ, ꝑmãſit cũ eo in variis tẽtationibus, de ſupplãtatore ſit vidẽs Deũ Luc. 22. Vos eſtis qui ꝑmãſiſtis mecũ in tentationibus, ecce Iacob, & ego diſpono vobis ſicut &c. ecce Iſrael. Secundo cordis amore, vt tenet amicus amicum ne percutiat vel ne exeat. Vnde ait Apoſtolus. 2. Theſſ. 2. Qui tenet teneat donec demedio fiat ita vt dilectio iſta tã chara ſit ut pro nullo alio dimittatur. Tertio per bonorum operum cõtinuationem, quibus ſancti uiri Deũ offenſum placant. Pſal. Mittat tibi auxilium de ſancto. i. de ſanctitate bonorũ, & de ſyon. i. de ſcientia & cõtemplatione eorũ tueať te. Vtrunque. n. reqritur ad tuitionẽ eccleſiæ. Quarto ꝑ orationẽ. Pſal. In ſeruis ſuis deꝑcabitur. Iob. 6. Nec cõtradicã ſermonibus ſcti. Deinde quattuor rõnes aſſignat Moyſes, ꝙ dñs dẽt populo delere hoc peccatũ. Primo ne perdat tã excellentia bona q̃ fecit populo. Scđo ad claudendum ora egyptiorum blãſphemãtiũ Deũ. Ne quæſo (inqt) dicant egyptii. Tertio propter merita patriarcharũ. Quarto propter ſnum iuramentũ. Et in hoc ꝙ permiſit dñs allegare moyſem ꝓ populo. oñditur ꝙ principes nõ debent cito contra populum iraſci, ſed debent audire allegationes populi antequã ad ultionem procedant. Scđo placauit Moyſes dñm facto & opere uindicãdo in populum. Deſcendit. n. Moyſes de monte, & præ ira & furore tabulas lapideas ſcriptas digito Dei fregit, uitulum comminuit in fruſtra, & populi multitudinem q̃ hæc fecerat gladio interemit. Vñ propter quattuor deſcẽdere debet prælatus ad populum dimittendo cõtemplationem. Primo ad erudiendum populum & ꝑdicandũ. Sic Moyſes audita lege ex ore domini ad populum cauſa doctrinę deſcendebat. In quo primo ſe habet conformare capacitati populi. Non enim idem cibus datur paruulis & magnis. 1. Corintior. 3. Lac potum dedi uobis non eſcam, ſimiliter ſtatui. Non enim idem loquendum eſt maritatis & virginibus, laicis & religioſis. Nõ enim idem inſtrumentum fabricat faber latomo & corriario. Sic deſcendebat Paulus dicens, omnibus omnia factus ſum, vt omnes lucrifacerem Chriſto, factus ſuum infirmis infirmus &c. Ioculator in ſuo ludo multorum perſonagiorum formam induit, ut lucretur in eis & iocundet populũ. Pſal. Domine inclina cœlos tuos, & deſcẽde. Cęlos intellige prædicatores. Niſi. n. ſancti prædicatores ab illa immẽſitate cõtemplationis internę quam cupiunt ad infirmitatem noſtrã ꝑ prædicationem quaſi quadam inclinatione deſcenderent, nunquam filios in fide gignerent. Nihil enim populo prodeſſe poſſent ſi in ſuæ altitudĩnis erectione permanerent. Cũ igitur ſic inclinantur cœli, deſcendit dominus, q̃a niſi ĩfirmitati nr̃ę cõdeſcederẽt, nos ad dei celſitudinem nunquã leuarent. Sic pr̃ ſe ꝑuulo inclinat, ut eũ ſuper ſe exaltet. Secundo ad inquirendum & interrogandum. Ad inſtar Dei tanquam miniſtri eius dñt perpendere & percontari de uita populi ſui. Sic dux exercitus vigil eſt, & circa excubias intendit. Vnde ait dñs Gen. 18. deſcendam & uidebo ſi clamorem qui uenit ad me opere compleuerint. Sic ſacerdos interrogare debet de conſcientiis, ſed quidam male rñdent ad interrogata nõ ſ͠m cõſciẽtiã, ſed ad teſtes recurrẽdũ eſt ſcilicet ad cõſcientiæ vermem latitat. Vermis enim ille accuſat omnia & mordet niſi ueritatem reſpondeat. Tertio ad miſerendum & cõpatiendum. De ceruis dicitur Iob. 39. Incuruantur ad fętus & pariunt & rugitus emittunt, maximè ad illos qui peccant nõ per maliciam ſed per ꝓccupationem, negligentiam, aut ignorantiam. Gal 6. Fratres ſi occupatus fuerit quis, glo. i. imprudenter lapſus in aliquo delicto, quaſi non

Quatuor modis tenetur Deus.

Propter placatur

deſcẽdere debet prælatus ad populum.

uſũ quotidiano peccans, corripite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis. Quõ ergo parcet his q̃ frequẽter admonẽtur & quaſi incorrigibiles iterare nõ ceſſant. Sic moyſes deſcendit cõpatiens populo. & pp hoc deſcẽdẽdo tabulas fregit. i. rigorẽ legis qua debebãt mulctari morte, & iratus ẽ vitulo. i. pcõ & cõminuit eũ. Pſ. Cõminuet eos vt uitulũ libani, q̃ diuidebãt vſq; in fruſta, vſq; ad minutas circũſtãtias pc̃ti ipſum cõminuendo, extinguẽdo pc̃m nõ pſonã. Quarto ad vindicãdũ & puniẽdũ. pp hoc Moyſes cõminutũ puluerẽ uituli dedit ad potãdũ ſingulis de populo, qa reliquias pc̃ti q̃ sũt pena dat ſacerdos populo ad incorporandum & faciẽdũ. Vñ ſic puniẽdo facit mĩam impijs, & ẽt iuſtis, qa magna eſt mĩa ciuibus de medio ciuitatis hoſtes abijcere. Si enim nõ uindicarent̃ in hoĩe pc̃ã, nõ vigeret ĩ terra eius iuſtitia. Eſa. 26 Miſeramur impio, & nõ diſcet facere iuſtitiã. Propter quod & Moyſes uindicat dñm de populo, interficiẽdo gladio populũ vſq; ad 23. milia. Cõminuendo. n. uitulũ aureum minutias eius proiecit in aquã quam dedit uniuerſo populo bibere. & oĩbus barbis eorũ qui cũ fuerant, aut cõſenſerãt præfatę idolatriæ, adhæſerũt inſeparabiliter minutię illius auri, & ſic oĩs ille populus ſic cognitus interfectus eſt. Et placatus eſt dñs &c. Quãdo Moyſes iratus eſt populo, placatus eſt dominus. quia ſic peccatis iraſcimur & eo occidimus, non iraſcitur deus nobis. Si enim iraſceris publici te mordenti & occidis: quantomagis vitijs quæ ad interitũ ducunt. Pſ. Iraſcimini & nolite peccare q̃ dicitis. i. his quæ dicitis &c. Et ſic dicatur. Si placatus eſt dñs ab ira quã cogitauit exercere in populus ſuum, ergo mutabilis eſt. cum tñ dicat ego dñs & nõ mutor. Reſponſio ſm̃ Guillermum pariſiẽ: duplex eſt orator. Vnius ſecularis qui per ſuam orõnem intẽdit flectere iudicem uel principem ad ſuam partem vt ſententiet pro ſua parte. Alius eſt orator diuinus & ſpiritualis, qui non intendit mouere Deum quem ſcit indubitanter immobiliſſimum, ſed intendit ſeipſum facere idoneũ per orõnem ad hoc quod impetrare intẽdit, & ſe exhibere deo miſerabilem, ut pater miſericordiarum ei nimium nõ valeat denegare, qua in ſua ęternitate diſpoſuit & ordinauit dare omni pœnitenti ſe pro ſe & bene diſpoſito.

*M Ira Dei: Quõ põt placari Deu. q̃uis ſit ĩmutabilis.*

*Eadem feria. 3. unde ſupra ſermo. 2. & in ordine. 96. per thema. Totum hominem ſanum feci in ſabbato. Ioan. 7.*

MIrabantur iudei q̧ Christus hominẽ ſanum feciſſet in ſabbato & non mirantur xpiani q̧ diabolus totũ hoĩem lędit ĩ ſabbato. Et hoc quidẽ rõnabiliter vr̃, quia q̧ Deus totũ hoĩem ſanet in ſabbato, eſt de cõtingentibus raro, Quod aũt diabolus hominem lędãt in ſabbato cõtingit ut in pluribus. Propterea non dicit dominus q̧ plures homines ſanos fecerit in ſabbato, ſed totum hominẽ corpus ſcilicet & animam. Sed & ipſe dominus (ſicut hodierna die in euangelio recollitur) in feſto ſcenophegię q̃ erat tabernaculorũ pdicauit, ita ut Iudæi de tribus admirarentur. Primo ſup doctrinam eius, qñ admirantes dicebant. Quõ hic litteras ſcit cũ nõ didicerit Nec mirũ, quia ſolũ legebãt extra librum & nõ intus uidebãt foris humanitatem, ſed nõ intus latentẽ diuinitatẽ. Ait ergo. Mea doctrina nõ ẽ mea. i. à mea humanitate procedẽs, ſed eius qui miſit me patris, qui ſimul mecum docet & operatur. Sc̃do mirabãtur ſup libera & dura reprehenſione ſcribarum & phariſeorũ qui quærebant eum interficere. Rari. n. ſunt qui ſuperiores durę increpare audeant ſuper delictis ſuis. Vñ ait. Nonne Moyſes dedit uobis legem? & nemo ex vobis facit legem. Quid me q̃ritis interficere? Et turba reſpõdit admirando. Nonne hic eſt quẽ q̃runt interficere. Ecce pala loquit̃ & nihil ei dicũt. Nõne uere cognouerunt principes, qa hic eſt Xp̃s. Non. n. poterat ipſa ueritas tacere, vbi vitæ falſitas contradicebat, ſicut calidũ cũ obuiauerit frigido, neceſſario ipſum deſtruit. Tertio admirabantur iudæi ſuper ſolutione ſabbati. Dicebant. n. Non eſt hic homo à Deo qui ſabbatũ nõ cuſtodit. Dñs autem qui ſabbatum inſtituit qui poteſt & præcipere, & transmutare, & annullare ſabbatum, ex ſua humilitate rationem reddidit quod ſabbatum non ſoluit, quia ſi circuncisionẽ accipit homo in ſabbato vt nõ ſoluatur lex Moyſi, quia natus in ſabbato octauo die circũcidebatur. quãtomagis abſq; ſolutione legis totum hominem (in corpore ſcilicet & anima) dominus ſanum facere poterat? Et quia ex omni parte infirmi ſumus, & Eccle. 36. Vbi non



non eſt mulier ingemiſcit eger, mulierem illam quæ omnium infirmorum id peccatorum cuſtos eſt. & propter quos facta eſt mater dei, & quæ apothecam gerit omniũ chariſmatum, ad nobis ſubueniendum imploremus dicentes Aue.

Circa qd̃ thema dicemus tria. Primo, ſi licitũ ſit feſta celebrare. Secundo, ſi in die feſto plura debeant fieri opera bona q̃ in die feriali. Tertio, ſi in ſabbato, id eſt in feſto aliquando liceat uti ſeruilibus operibus. Ad primum dr̃ q̧ ex diuino præcepto feſta celebrari debent. patet primo, qa cum homo ex duabus naturis cõponatur & vtriq; debitã debeat ſuſtẽtationẽ, oportet pro illa prouiſione certa tempora ordinari, ſed ſunt certi dies deputati ad prouidendum corpori in quibus mane ſurgũt ſerui & ancillę, & iumenta negocijs applicantur, & in his expendunt totũ diem. Debent igitur eſſe dies in quibus tã dñi q̃ ſerui & ancillę ab huiuſmodi quieſcant, & diligentius mane ſurgant ad ſeruitium Dei & prouideant animarum ſuarum ſaluti, in quanto anima præcioſior eſt corpore Inde dñs Ioh. 6. Operamini non cibum qui petit ſcilicet ita ſolicite ſicut mundani, ſed qui permanet in uitam æternam. Sed modo non eſt aliquis dies ſolemnis in anno q̃n in eo fiãt nundine, nec illis diebus miſſam mercatores audiunt, & plus illis diebus impediuntur quam alijs. quod deberet à dominis locorum illorum, & iudicibus prohiberi. Si enim regis edictum ab eis fixe tenetur in populo, quanto magis debet, & præceptum Dei. Nec enim eſt modo ſolennis dies in qua non fiant mũdanę propter auariam & lucrum. Et hoc forte contingit principio, quia multi conueniebant ad diẽ feſtum alicuius oppidi, & tũc propter multitudinem neceſſe erat cibaria aſportari & vendi, & hoc fortaſſe propter neceſſitatem excuſabatur. Et propter hoc continuo inducti ſunt mercatus, & contractus forenſes in omnibus negocijs ſeculi, ita vt die feſto ſit maior negociatio quam alio die, cum hoc ſit omnino extirpare diem ſabbati. Ideo viderentur condemnandę, & omnes ille nundinæ, & eorum negociatores. Secundo quia qui tenent feſta ſeculi prouident ſibi neceſſaria pro feſtis illis, q̧ & videtur voluiſſe obſeruare Chriſtus ſecũdum opinionẽ ſuorum diſcipulorum credentium. Iohan. 13. Quod dixiſſet iudæ: eme quæ nobis opus ſunt ad diẽ feſtũ. Et tales ſe ornant, veſtiunt, & præparant. Si hoc fiat in feſtis ſeculi, quantomagis in feſtis dei & amicorũ eius, in quibus tñ quidã ſeruiũt deo, quidã ventri, quidã diabolo. Qui deo orõnibus & ſc̃tis vacãt opibus. Pſ. Vacate & videte qa ego ſum deus. Qui ventri ebrietatibus: & comeſſationibus, & ludis illis diebus pluſq̃ aliis vocãt, quorũ deus uẽter eſt. Phil. 2. Qui diabolo hi ſunt q̃ peregrinationes & feſta faciũt ut liberius peccent, vt qui peregrinãtur pp fatuũ amorẽ & cõcupiſcentiã. Tales pñt dicere qd̃. 2. Cor. 5. peregrinamur a dño. Similiter & diabolo peregrinantur & feſta eius celebrãt, qui illis diebus choreis indebitis ſpectaculis & pugnis illicitis tp̃s expendũt quę ſe ornãt vt uane videãt, & uanius videãtur, ut cõcupiſcãt, & cõcupiſcãtur. Qui ẽt dũ ad eccleſiã peregrinãtur loquacitate & uanis narrationibus ſe occupãt, cum tñ dixerit dñs. Domus mea domus orõnis uocabitur. Tertio quia qui feſta dei & ſcõrũ ſuorũ nõ celebrat, vr̃ ingratiſſimus. Si quis n. ſolum habere ſeptẽ uinas panni & ſex tibi daret ad vtilitatẽ tuam, ſeptimam ſibi reſeruãs, ſi illã ſeptimã iterũ cõmodo tuo attribueres, latro eſſes oĩm ingratiſſimus. Deus aũt tibi ſex dies in ſeptimana ad operandum pro neceſſitatibus tuis dedit, ſeptimam ſibi reſeruans vt ei ſeruias, & de illo tibi & non ſibi ſeruis. Ideo fur es. & tp̃s tibi datum iuſte aufert. In quo multũ peccant qui ſeruos à dei ſeruitio in die feſto retrahunt Multum enim offenderetur dominus, ab eo qui ſibi ſubditum a ſuo ſeruitio ſubtraheret, & ad mercatũ uel aliud negocium ſuum mitteret. Offendunt, & qui ſabbatum violant in eo faciẽtes opera ſeruilia, qui ſunt peiores iudæis ſua feſta optime ſeruantibus, qui etiam Xp̃m q̃uis eis odioſiſſimũ in die feſto crucifigere noluerũt, dicẽtes nõ in die feſto. Qd̃ tñ faciũt chriſtiani die feſto ad tabernas pperantes & blaſphemãtes nomen dei. Hæb. 6. Rurſum crucifigentes in ſemetipſis filiũ dei, & q̃ illo die operantur uel vẽdũt, vbi nihil lucrantur, perdunt aĩam ſuam, ſicut ille fecit quæ ut inueniret acum currendo ſibi tibiam. Amos. 8. Conuertam feſtiuitates uniuerſales in luctum, & omnia cãtica vr̃a in planctum. Quarto ut aĩa ſoli deo intendat.

dat.ut poſtq̃. quinq; uel ſex diebus ſe ſecu li cogitationibus immiſcuit, ſaltē uno dei uel duobus de ſuo creatore, & redēptore cogitet. ps. Reliquię cogitationis diem feſtum agēt tibi, feſtū quidem intrinſecum. Et hoc qñ anima non uexatur intrinſecus operibus ſeruilibus peccati, nec extrinſecus opibus ſeruilibus ſeculi. Et iſtud feſtū eſt uigilia feſti æterni. Eſa. 66. Fecerūt ſabbatum de ſabbato, qa de ſabbato intrinſeco ſancti peruenerunt ad æternū. Nō enim niſi per uigiliā peruenitur ad magnū feſtū Vigilia.n. cōiter præcedit feſtū temporale ut per ieiunia & pœnitentias pro feſto celebrando ſe dignos faciant chriſtiani. Propter quod ſi tranſmutetur feſtum & alio die quam ſuo celebretur, debet etiam tranſmutari vigilia & ieiunium, quia ordinant ad dignius celebrādū illud feſtū. Sed multi ſunt qui faciunt feſtum añ uigiliā, q̃ hic ducūt in bonis dies ſuos, iō vigilabūt inæternū, & dū uenerint ad portā paradiſi dicētes, dñe dñe aperi nobis, andiēt neſcio uos, Spes enim boni feſti in craſtino, facit hoīes hilarius ieiunare vigiliā, & pomum puero oſtenſum, facit eū uenire ridētē, & præda canibus oſtenſa, facit ꝙ nec propter ſpinas aut tribulos eā perſequi dimittant, & ſpes lucri facit mercatores oīa tā terrę quā maris pericula cōtinnere. Sic ſpes æterni cōuiuii ſire feſti. Ad ſ̃m dr̃ ꝙ in die feſto plura debēt fieri opera bona quā die feriali. Quod ſic oñditur figura legis ueteris, quia cum in ueteri lege fieret iuge ſacrificiū, tñ diebus ſolēnibus plura & maiora ſacrificia fiebāt quā diebus cōmunibus. Offerebantur.n. duo agni, aliis diebus tm̃ unus. Vnde & dñs multo plura fecit miracula in diebus feſtis & ſabbato, quam in aliis diebus, ut daret intelligere, ꝙ non ab omni opere illo die ceſſandū eſt, ſed tm̃ ab opere ſeruili. Et hoc maxime, quia diebus feſtis diabolus inſanit cōtra bonos, & malos quos uidet tunc uagos & ocioſos, & leticijs mundialibus intendentes. ſicut tempore machabeorum maximè in diebus ſabbatorum impugnabantur iudęi. ita etiam ut mulieris pro diaboli parte ad arma ſua tunc capienda prouocentur, cum in ornatu non cōpetenti ſe produnt propter quod Pſal. Conſtituite diem ſolennē in cōdēſis. Dies ſolennis celebratur quaſi duplex feſtum in aīa qñ ſunt pure cogitationes, & mundæ affectiones. Eſa. 1. Lauamini mundi eſtote, quantum ad mundiciam affectionem, auferte malum cogitationum ueſtrarum, quātum ad puritatem cogitationum. Duplex feſtum facit qui habet ſapientiam contra errorū, & ſeductiones, & patientiā contra tribulationes. Hæc ſunt duæ alæ data mulieri. Apo. 12. Ideo.n. Pſal. bis dicitur paratū cor meū deus cōtra errores, paratū cor meū cōtra tribulationes. Sed quia pauci hoc faciūt recte dicitur Tren. 1. uię ſyō lugent eo, ꝙ non ſit qui ueniat ad ſolennitatem. unde ſubditur in condenſis, ut nō ſint rara opera. Sicut paucitas capillorum deturpat caput, & raritas plantarum ortum, & raritas monachorum clauſtrum, ſit animam raritas bonarum cogitationum affectionum & operum. Denſitas capillorum pulchritudinem & decorem operatur. hinc laudatur abſalon in Cæſarie pulchra. 2. Regū. 14. Sed econuerſo multi colliguntur ligna. i. peccata in ſabbatis, dū magis uacant potibus & deſiderijs carnis, & deterius aguntin die feſto quā in alijs diebus. ſicut tunc peius eſt urſo, quia plus lubrio habetur. Ideo Hier. 17. Non inferatis onera per portas in die ſabbati, onera ſcilicet peccatorum per portas ſenſuum. Tunc enim libentius faciunt feſtum uētris quam mentis. Eze. 3. qui quieſcit quieſcat, qui quieſcit à labore corporis in die feſto quieſcat à peccatis. Tales colligunt ligna in ſabbato quibus ardebunt in inferno. & qui hæc faciūt lapidari dicunt. i. duris obiurgationibus increpari. Maxime autem turbat ſabbatum cordis auaricia, quia in multiplici cogitatione fructuum, magna eſt congregatio muſcarum & immundarū cogitationum, quæ pacem cordis tollunt & perdunt ſuauitatem unguēti Oſeæ. octauo. Iſrael factus eſt in nationibus quaſi uas immūdum ideſt ſtercoratorium. Nam per malos diues effluunt abundanter ſtercora temporalium. Animæ uero pes ſcilicet affectus claudicat, quando habet in pede ſpinam. ideſt de temporalibus ſolicitudinem. Multi enim ſunt ſimiles iudæis qui in die feſto Chriſtum crucifixerunt, & hærodi qui in die feſto ſuo decollauit Iohannem. Numeri. quinto. Odiui & proieci feſtiuitates uniuerſales. Multi etiam uidentur iudaizare facientes feſtum clāgoris, in quo cū cornibus pecorū buccinabāt

C Feſtum. Debēt fieri plura bona opa in die feſto q̃ feriali.



in principio menſis ſeptimi, quia die feſto non ceſſant clangere, ꝙ cū cāticis, & inſtrumentis mundi lætitiā frequentare quēadmodū uenatores, qui tubis, & clamoribus vtuntur. Alij faciunt feſtum tabernaculorū qui in nullo beneficio, uel officio figūt pedē, immo omni beneficio tanquā in tabernaculis habitant ambientes ſp & anhelantes ad aliud. Ad tertium dr̃ primo, ꝙ in ſabbato vti licet ſeruilibus operibus, quibus colitur Deus ī diuino cultu, vt licebat in ſabbato circūcidere, hoſtias mactare, & offerre, arcā circūferre, ut ī Hierico. & hoc ī antiqua lege. Sic in noua licet baptizare, pulſare cāpanas, luminaria accēdere & docere populum verbo, & ſcripto. Secūdo loquēdo de operibus ſeruilibus, quibus ſeruit homo ſibi ipſi quæ ex mente procedūt, & ad ſalutē aliorū, nō oportet à talibus abſtinere in ſabbato, qa talia ſunt ſpūalia ēt ſi ipſi operāti inde lucrū proueniat, ut aduocatus die feſto ſtudet his, quæ in craſtino proponere dēt pp tpale lucrū, & ruſticus cogitare pōt de aratione terræ ſuæ, & qūo poterit arare. Talia ſ̃m Tho. 2. 2. q. 122. nō ſunt ꝓprie ſeruilia. & Rich. de media villa. 3. diſt. 3. dicit ꝙ hō ꝓ executione hmōi actuū nō incurrit peccatum mortale ī ſabbō, niſi pp eorū exercitiū excludat illa uacatio, quā tūc debēt cultui diuino ex neceſſitate. Tertio dr̃ ꝙ in die feſto ſeruus vacare pōt quibuſdam ſeruilibus operibus ad quę teneť dño ſuo, ut his quę neceſſaria ſunt ad cibū & potū quotidianū, licet talia ꝓhibita eſſent in lege antiqua. Ea uero, q̃ cōia ſunt ſeruis & liberis nō pñt ſine pctō facere, vt agros colere, & alia opera mechanica facere, niſi urgeat neceſſitas, aut ſuadeat pietas. Pñt aūt excuſari à peccato ſi uacent hmōi operibus pp quatuor. Primo pp neceſſitatē ut qñ imminet uitæ periculū pp incurſum hoſtiū aut alio modo, qa licitū eſt pugnare vt fecerūt Machabei. 1. Machab. 2. Licet ēt facere foſſata colligere blada contra tempeſtatē imminentē, reedificare muros. Matth. 22. Quis ex vobi hō, qui habuerit ouē & ceciderit ſabbato in foueā, nonne tenebit & leuabit eam? Et ſimili caſu ꝑterquā dñicis diebus & maioribus feſtiuitatibus cōceſſum eſt aleca piſcari. extra. de feriis. c. licet. Secundo ſi pp defectionē neceſſariorū hō eſſet in periculo famis poſſet laborare, ideo dñs Mat. 22. Excuſat diſcipulos q ſabbato cōfricabant ſpicas. & ſic licet ēt diebus dñicis in certis locis (vbi non eſt abundantia molendinorū) die dñico molere & piſtoribus panes coquere, & ſic de alijs. Tertio ſi imminet hoī neceſſitas corporalis ægritudinis pōt ea operari die dñico, quæ ad ſalutē corporis pertinēt, vt apothecarij & medici. Io. 7. Mihi indignamini, quia totū hoīem ſanum feci in ſabbato. Sicut.n. mādiucamus & bibimus in feſto pp ſalutē corporis, ſic etiam propter eādem cauſam licet corporis medicinam accipere. Quarto quando res eſt parua ſicut facere modicam ſuturam in tunica ſua uel claudere in tranſitu modicum ſepis ſuæ, & huiuſmodi.

D Feſtum. Que opa licit poſſunt in feſto.

E Feſtum. Propter quatuor excuſant à pctō ſeruilia opera facere in feſto.

*Feria quarta poſt dominicā 4. Quadrageſimæ. Sermo 1. & in ordine 97. per thema.*

*Abij, & laui, & ueni uidens. Io. 9.*

HIc cecus abijt & lauit ſe in natatoria Siloe, & inde uenit uidens. Siloe autē fons quidam eſt, cuius aquæ non fluunt iugiter, ſed ꝑ aliquas horas, quod factum eſt ad præces Eſaiæ, vt rege Aſſiriorum obſidente Hieruſalem cum eius exercitus ueniret ad hauriendum aquam ſiccaretur fons. Sic Maria fons gratię iugiter irrigat populum ſibi deuotum, ſuperbos non irrogans, ſed dimittens inanes. Secundo, quia ſicut dicitur. Eſa. 8. Aquæ ſiloę fluunt cum ſilentio, ſic cum manſuetudine & ſine murmure Maria oībus ſe cōicat. Tertio ad eam miſſus eſt cecus, qui & ibidem illuminatus eſt, ſic Maria meritis & exemplis illuminat peccatores īteriorē cordis viſum reſtituēs. Ad quam recurramus dicentes. Aue.

*A Maria. Qđ Maria dicit fons Siloæ.*

In hoc ſermone primo dicemus quomodo cecus natus illuminatus eſt. Secundo, quomodo videntes phariſei de eius illuminatione ceci facti ſunt. Pro primi expeditione poſtquam Iudæi tulerunt lapides vt iacerent in Ieſum, ipſe exiuit de templo: & præteriens circa templum inuenit hominem cecum à natiuitate, qui ſedebat mendicans elemoſinam ab ingredientibus templum. Tunc temporis ceci erant ad oſtium templi mendicantes, nunc vero ceci & ignorantes vſq; ad altare perueniūt, nec amplius ſedent ad portam templi, cum tamen 2. Reg. 5. iubeatur. Cecus & claudus

*B Cecus. Ceci, qui quondam ſtabāt ad oſtiū templi, nunc intrant uſque ad altare.*

non intrabunt in tẽplum. Vnde & prælati
moderni vident̃ dicere ſuis familiaribus il
lud Luc. 14. Exi cito per vicos & plateas,
& quoſcũque inueneris cecos & claudos
introduc huc, cum tamen dauit hieruſa-
lem intrare uolenti fuerit dictum. 2. Reg.
5. Non intrabis huc niſi abſtuleris cecos,
& claudos. Et interrogauerunt eum diſci-
puli eius. Rabbi quis peccauit. hic aut pa-
rentes eius vt cecus naſceretur. Circa ꝙ
quæritur, vtrum filij pro peccato parentũ
puniantur. Et videtur ꝙ non, quia dicitur
Ezec. 18. Filius non portabit iniquitatem
patris, & pater non portabit iniquitatem
filij. In oppoſitum arguitur, quia patre cõ
mitente crimen læſæ maieſtatis filij exhæ
redantur. Similiter paruuli de gentes poſt
baptiſmum nullum peccatum habent, &
tamen ſentiunt pęnam ſcilicet famem ſi-
tim, & frigus, & paruuli ſodomorum pro-
pter peccata parentum igne ſulphureo ex
tincti ſunt. Reſpondetur ẽm Rich. de me
dia villa, ꝙ filii puniuntur pro parentibus
multis de cauſis. Primo puniuntur pro pa-
rentibus. vt inde parẽtes emẽduntur, vt pa-
tuit in paruulo Berſabeæ. 2. Reg. 11. Qui
obiit propter peccatum patris, vt inde cor
rigeretur. Cum enim parentes laboraue-
rint vt paruuli habeant eſſe, quid iniuſtum
eſt ſi paruuli temporaliter laborant vt pa-
rentes habeant bene eſſe æternum. Vnde
Augu. Non in futurum ſed in præſens ma-
la parentum filio inueniunt. In quo oſten-
ditur qũo filij dicunt ſuccurrere parenti-
bus, quando ẽt ipſi rõnem non habentes
in ſuis infirmitatibus Deo volente occur-
rũt eis. Et hoc mõ filii non portant pœnã
pro iniquitate patris punienda, ſed emen-
danda. Secundo puniuntur ne paruuli imi
tentur parentum, peccata, quod factum
eſt in paruulis ſodomorum Augu. 18. ſup
Gen. Nonne prouiſum eſt pueris ſodomo-
rum ne Diu viuentes ſequerẽtur exempla
patrum. Sap̃. 4. Raptus eſt ne malicia mu-
taret intellectum illius. Sic raptus eſt fi-
lius Hieroboam qui inuenta ſunt bona
opera in eo, ne forte ſequeretur maliciam
patris peſſimi idolatre. 3. Regũ. 14. Tertio
puniuntur, quia peccata parentum imitan
tur, ideo pro peccatis ſuis & ſuorum pu-
niuntur, ſicut filii iudæorum qui crucifixe
rũt Xp̃m, p̃ hoc homicidio tũc puniti ſunt
in captiuitate hieruſalem. Exo. 20. Ego do

*C*
*Filius. Vtrũ filij pro peccato parẽtũ puniunt̃.*

minus fortis zelotes viſitãs iniquitatẽ pa-
trum in filios vſq; in tertiã & quartã gene
rationẽ his qui oderũt me. i. imitatoribus
parentũ qui odiunt deum. Seueritas tamẽ
Dei qñq; punit peccata patrũ ĩ filios vltra
quartam generationẽ, vt patet in moder-
na captiuitate iudeorũ Trãſierant ẽt plus
q̃ quattuor generationes ex quo patres
amalechitarũ nocuerant filiis Iſrael in de
ſerto, quorum tamen nequitiam filij eorũ
poſt magna tp̃a planxerũt. Tren 4. Patres
noſtri peccauerant & non ſunt, & nos ini-
quitates eorũ portauimus. Iſti tñ filij fue-
runt imitatores nequitiæ patrum, ut patet
de rege eorũ agag cui dixit Samuel. Sicut
fecit gladius tuus matres abſque liberis,
ita fiet ſine liberis mater tua. Quarto in
deteſtationem criminis paterni, ne alii ſi-
milia faciant. Sic exhæredantur filii pro
peccatis parentum, ſic aliquando uoluit
Deus paruulos propter peccata parentum
interimi, ut patuit in paruulis chananeorũ
Nec tali filio fit iniuria cum ſic punitur,
quia iuſte ab aliquo membro exigi poteſt
pœna temporalis, vt conſocia membra e-
ius in Chriſto euadant pœnam æternam.
Secũdũ enim legẽ charitatis quod minus
eſt in me pro eo qđ magis eſt in proximo
dare debeo, & quod dare debeo a me exi-
gi poteſt ſine iniuria. Si enim oculus tuus
infirmus vſq; ad excecationem curari ne-
queat niſi per modicum ſanguinis de mi-
nimo digito tuo extracti, ſi ledatur mini-
mus digitus ut eius ſanguine curetur ocu
lus, nunquid conqueri poteſt minimus di-
gitus de iniuria. Et patet ꝙ nõ. Plus enim
vult hoc digitus, & magis expedit ei ſani-
tas oculi, quam noceat modica lęſio ſui.
Nec tamen hoc eſt trahendum iudicibus
in conſequentiam ut ſcilicet pro peccatis
patrum filios non conſentientes interimãt
quia Deus auctor uitæ & mortis cui quili-
bet quantũcunque iuſtus mortis debitor,
eſt poteſt repetere ſibi debitum cum ſibi
placuerit. Nec hoc ſemper fecit immo ali
quando pereuntibus in ſcelere ſuo reſer-
uauit miraculoſe filios vt patet in filiis co
re qui ſuſpenſi ſuper abyſſum baratri man
ſerunt in aere, dum patrem deglutiret ter
ra. Quinto puniuntur filii pro maledi-
ctione parentum, vt Chain propter male-
dictionem patris punitus eſt in ſuo primo
genito chanaam, licet illa patris maledi-





ctio magis uideretur prophetia quàm im-
precatio, ſic abirãt & ſegus filiis ahiel mor
tui, ſunt quia eorum pater ædificauit hie-
rico contempta maledictione Ioſuæ, 3. Re.
15. Sexto puniũtur filii pro peccato ſuo
ſed à parentibus contractu ſcilicet. pro o-
riginali peccato. Et hoc modo puniuntur
omnes deſçendentes ab adam. Dicitur
ſecundo quod raro pro filiis puniuntur pa
rentes, pro malo tamen regimine filiorũ,
aut ignominia eis exhibita triſtantur pa-
rentes, & magis cum ex eorum negligen-
tia aut malo exemplo in iniquitate ſua pe
reunt. Sicut Dauid in filiis ſuis Amon &
Abſalon. Dicitur tertio quod nunquam
filij pro peccato parentum puniuntur pœ-
na æterna, ſed in ea unuſquiſque portabit
peccatum ſuum Pſal. Qui malignantur ex
terminabuntur. Et enim quædam pęna
ſanatiua, & medicinabilis qua puniuntur
propter delicta ſua filii, ſerui & ciues a deo
quidem citra demerita licet in omni ope-
re bono remuneret ſupra merita. Eſa. 40.
Qui menſus eſt pugillo aquas, & palmo
cęlos ponderauit. Metitur pugillo clauſo
aquas. i. peccatores, quando citra merita
punit, ſed palmo aperto ponderat cęlos,
quando ultra merita ſanctorum uirorum
remunerationem extendit. Alia eſt pœna
exterminatiua, qua puniuntur hoſtes, qui
ſcilicet malignãtur ex habitu malitiæ, nec
ſe habent ad Deum ſicut ſerui, filii, uel ci-
ues, ſed potius ſicut reipublice hoſtes. Ta-
les exterminabuntur, quia extra terminos
cęleſtis hieruſalem expellentur. Et reſpõ
dit Ieſus. Nec hic peccauit nec parentes e-
ius, ſcilicet ut cecus naſceretur, ſed ut ma
nifeſtetur gloria Dei per eum Sed contra
Si iſte cecus propter Dei gloriam factus
eſt cecus, ergo propter gloriã Dei paſſus
eſt, non propter aliquod peccatum, & ſic
pœna ſenſus præceſſit peccatum. Reſpon-
dit Guillermus Pariſien.. Primo quod non
cecus natus eſſet niſi originale a parenti-
bus contraxiſſet. Sunt enim hæ infirmita-
tes & defectus corporales reliquię origi-
nalis peccatis. Secundo dicit quod illa cõ-
iunctio ut non ibi ſignificat cauſam, ſed
euentum. Sicut illud Roman. 5. Lex ſubin
trauit ut abundaret delictum, & Iohan. 9.
Ego in iudicium ueni, ut qui uident non
uideãt ideſt illud ex hoc ſecutum eſt. Ideo
uult dicere quod ſic natus eſt cecus, quod

*D*
*Pœna. De dupli ci pœna, in hoc & in alio ſeculo.*

inde ſecuta eſt Dei gloria. Vel tertio dici
poteſt quod quis pati poteſt, & ſi non ex
culpa tamẽ ex cauſa. Præceſſit itaq; actua
lis culpa non ſua, ſed iudæorum, qui ob-
ſtinati ſigna petebant. Propter quod iſte in
ſignum natus eſt cecus ut illuminarentur
& ideo in hoc cauſa præceſſit & culpa. Et
ſequitur. Me oportet operari opera eius
qui miſit me donec dies eſt. O opera autem
patris ſunt infirma ſaluare, debilia robo-
rare, & homines illuminare. Venit enim
nox mortis, quando nemo poteſt opera-
ri. Quamdiu ſum in mundo, lux ſum mun
di. Neque enim oportet expectare ad fa-
ciendum diectam ſero quando nox incipit
& oportet eam finire. Multi expectant be
ne agere quando nihil poſſunt facere. Ha-
bemus vſque ad mortem lucem, quæ ni-
hil nobis conſtat ſi uelimus operari. Lux
enim mouet operarios ad operandum, &
fures ad fugiendum. Pſal. Ortus eſt ſol &
congregati ſunt in cubilibus ſuis. Exhibit
homo ad opus ſuum, & ad operationem
ſuam uſque ad ueſperam. Aues enim no-
biles diligunt diem, & per diem volitant
non per noctem. Aues ignobiles dici cla-
ritatem deteſtantur, & in nocte delectan-
tur. Pſalm. Poſuiſti tenebras per defectum
luminis gratię, & facta eſt nox, in ipſa per
tranſibunt omnes beſtiæ ſiluæ. i. omnes be
ſtialiter viuẽtes. Hæc cum dixiſſet, expuit
in terram & fecit lutum ex ſputo, & lini-
uit lutum ſuper oculos eius. Multi raro il
luminantur, donec expuat dominus in fa-
cies eorum immittendo tribulationem,
& uerecundiam, uel donec lutum poni de
beat ſuper oculos eorum in ſepulchro.
Tunc enim ſe recognoſcunt licet tarde, ſi
cunt Clotarius francorum rex qui moriẽs
admirando dicebat. Quis eſt rex iſte ter
ribilis, qui ſic aufert animas regum, & po
tentes ſua uita priuat.

*E*
*Lux. Qđ ĩ luce oportet operari.*

Et dixit. Vade & laua in natatoria ſi
loæ. Eſt enim ſiloæ fons ad pedem montis
ſyon, de quo aquæ fluunt non iugiter. de
quibus quaſi ſtagnũ non longe à fonte cõ
ſtructum erat, quã collectionẽ aquarũ mo
do piſcinã, mõ natatoriã ſcriptura vocat.
Miſit aũt dñs hunc cecum ad aquas Siloæ,
ut ibi illuminaretur. i. ad doctrinas theo
logicas. Licet quidam omiſſis aquis ſi
loæ quæ uadunt cum ſilentio, ad aquas flu
minis ęgypti, ideſt huius ſeculi turbidas, ut

*F*
*Doctrina duplex.*

ad canones & leges diſcurrant. & omiſſo
calice aquæ frigidæ, deſiderent aquas ca-
lidas quas inuenit Anã in ſolitudine Ge.
36. Pro varietate enim guſtus (ut dicit,
Hieronymus ad Fabiolam) variorum con
dimentorum alimenta delectãt. Aliis dul
cia placent, nonnullis amara. Horum ſto-
machum acida renouant, illorum ſalſa ſu
ſtentant. Abijt ergo & lauit & venit vi
dens. Vnde tripliciter ceci leguntur illu-
minati à Deo. primo ſermone ſolo, cum
curauit cecũ in introitu hierico. Iſti ſunt
ſimplices & indocti, qui ad ſimplex prædi
catoris verbum cito illuminantur, & de te
nebris peccati ad verum lumen conuertũ
tur. Nihil enim in eis obſtat quin lumẽ. i.
verbũ Dei corda eorum pertranſeat. Se-
cundo liniendo vt cecum iſtum. Iſti ſunt
principes & magni, quos duris verbis non
oportet aggredi, ſed leuibus verbis. Ocu-
lus enim dum infirmus eſt, vix cum maxi-
ma lenitate tangi poteſt vt curetur. Sic Na
tham per parabolam peregrini oculos a-
peruit Dauid non videntis peccatum ſuũ.
Et cõiter iſti ſunt ceci nati qui naſcuntur
in dignitatibus & de generis nobilitate ſu
perbiũt. De quibus Oſeæ. 11. Effraym qua
ſi auis auolauit. ſ. per ſuperbiam, gloria eo
rum ab ortu, & ab vtero, & a conceptu, qđ
eſt dictum ironice quaſi diceret. Si conſi-
derarent quando concepti ſunt, & quali-
ter in utero obuoluti, & ex vtero nati, non
haberent vnde gloriarentur. Sed alienati
ſunt peccatores à vulua, à recta. ſ. ſui con-
ſideratione, errauerũt ab vtero, locuti ſunt
falſa. Tales curantur appoſitione luti ſu-
per oculos ſcilicet in morte quando terra
ſuperponitur oculis. Vix enim in morte
ſe cognoſcunt. Mundus enim eſt ſicut ca-
nis quę ſuos filios parit cecos, quia tales
qui in mundi dignitatibus & eminẽtiis na
ſcuntur, cõiter promouentur ignorantes,
& ceci. Tertio, tangendo oculos ceci. vt
Mat. 20. Iſti ſunt literati mali qui vix illu
minantur, quia lumen quod in eis eſt tene
bræ ſunt. Quomodo ad doctrinam illu-
minarentur quando de doctrina excecantᷣ?
Iſti ſunt præſumptuoſi & arrogantes, &
auari. Auaricia. n. excecat oculos ſapientũ
vt patet de illis qui dicũt ſe oculos habuiſ
ſe apertos ad cognoſcendum quid ſit de
beneficiorum multitudine quando multi-
tudinem illam habuerunt, vbi prius prædi

*G*
*Cecus.*
*De tripli ci ceco il luminato a Xp̄s.*

cabant oppoſitum qñ nulla obtinebãt. Et
mirũ eſt quomodo multa officia regia nõ
dantur vni, & multa Dei beneficia confe-
runtur vni. In ſecunda parte tractandũ
eſt de excecatione iudęorum. Vnde vicini
qui viderant eum prius, quia mendicus e-
rat, dicebãt quia hic eſt. alii autem nequa
quam ſed ſimilis eius eſt. Cecus in honori
bus ꝑꝑ cecitatẽ nemine cõſiderat, ſed vbi
que baculum in via. i. potentiam & manũ
ſuã apponit rapiendo & falſę iudicãdo &
mendicãdo bona tꝑalia ꝓ ſe, vt truãni pe-
tias, ita ꝙ eius veſtimenta ex petiis ſunt.
Vnus vnã petiã apponit ut ocreas, alius pi
leum, alius tunicam, alius birrum & ſic de
aliis. Sed in fine deridebitur, qui propter
amorẽ prĩcipũ nihil de Deo curauit ſpans
in eis nõ in Deo. Pſa. Videbũt iuſti & time
bunt, & ſuꝑ eũ ridebũt dicentes. Nõne hic
eſt ꝙ ſedebat & mẽdicabat. Alij deriſoriæ
dicunt, non eſt ille ſed alius pro eo, muta
tus eſt. Vnde phariſei ad eũ. Quid fecit
tibi ut qũo aperuit oculos tuos. Dixit eis,
dixi vobis. Iam & audiſtis. nunquid & vos
vultis diſcipuli eius fieri. Sunt enim diſci
puli Moyſi & ſu t diſcipuli Chriſti. Moyſi
exercitia ſunt rigoris & auſteritatis & plu
rimarum cerimoniarum. Talium diſcipli-
narum magiſtri erant ſcribæ & phariſei, ꝙ
imponebant onera grauia & importabilia
docebãt, & nihil iñ faciebant. Hi ſunt ꝙ in
clauſtris regulis patrũ ſuas præferunt ob-
ſeruãtias. Hi diſcipuli ſunt Moyſi qui ex
ſolo timore pęnę ſeruilia impendunt ope
ra, quia lex data eſt in timorẽ, vel ꝙ ĩpen-
dunt intuitu uel amore terrenorũ quæ lex
promittebat. Diſcipuli Ieſu exercentur in
ſtudijs veritatis & pietatis. Veritas ſuper-
ſtitutionem, pietas auſteritatem excludit.
Cognoſcuntur enim diſcipuli illi per man
ſuetudinem, & humilitatem. Mat. 11. Diſci
te a me quia mitis ſum &c. per paupertatẽ
ſpũs. Luc. 14. Niſi quis renunciauerit om-
nibus &c. vel per vnitatis amorem Io. 14.
In hoc cognoſcent omnes &c. ſi dilectio-
nem habueritis ad inuicem, vel per patien-
tiam. Io. 11. Nõ eſt diſcipulus ſuper magi-
ſtrũ. Et quia Moyſes promittebat vberta-
tem & Xp̄s p̄dicabat paupertatẽ, ideo in ec
cleſia ſunt plures diſcipuli Moyſi ꝙ Xp̄i. di
xerunt iudæi. In peccatis natus es totus
& tu doces nos? Iſti ſpũaliter ceci huic ce-
co improperabant cecitatẽ corporis, quæ
qui-

*H*
*I*



quidẽ ſi ꝓueniat ex crapula, aut ebrietate
culpãda ẽ, ſi vero à natura caſu vł infortu
nio, patienter tolerãda eſt ꝙa ad multa de
ſeruit. Primo quidẽ ad ſapientiã haurien-
dam. Hinc democritus phyloſophus (q̃uis
indiſcrete) eruit ſibi oculos vt quidã dicit
ut liberius ſapientiæ vacaret. Et beatus an
tonius cũ Alexandriam occaſione hære-
ſis arrianæ confutãdæ deueniſſet, videns
Didimũ doctorẽ grecũ anno quarto ſuæ
ætatis excecatũ, dixit ad eũ Beatus es Di
dime ꝙ nõ habes oculos quibus vident̃ ſer
pentes & lacerte, ſed oculos quibus viden
tur Angeli Dei. Sic & homerus poetarum
maximus ab adoleſcentia cecus (vt refert
plutarchus) in poemate ſuper omnes pro-
fecit. Secđo ad tentationẽ carnis fugiendã
valet. hinc Petrus abbas monoculus cum
vnũ oculũ perdidiſſet, & ſui amici compa
terentur, ſubridens dicere ſolebat. Vnũ de
inimicis meis ꝑdidi. Et vere. vnũ de latro-
nibus qui furant̃ aĩa. Tren. 4. Oculus meus
deprædatur eſt aĩam meã in cũctis filiabus
populi mei. Tertio valet ad pietatẽ & cõ-
paſſione. Cum enim Diocletianus multo-
rũ ſanctorũ ep̄orũ iuſſiſſet vnũ effodere o-
culũ, & multi taliũ cõueniſſent in Nicenã
ſynodũ. Cõſtãtinus magnus ſingulorũ ef-
foſſos oculos pro Chriſti nomine deoſcu
labatur. Hinc quidam ſanctus ep̄s (vt re-
fert hiſtoria eccleſiaſtica) cũ ei impropera-
raret. Iulianus apoſtata cecitatẽ plane re-
ſpondit ei. Hanc cecitatem dominus meus
Ieſus mihi miſericorditer contulit, ne te
videam pietate nudatum.

*Eadem fer. 4. poſt dominicam 4. quadrageſimæ. Sermo 2. & in ordine 98. Præteriens Ieſus uidit hominem cecum à natiuitate. Ioan. 4.*

*A*
*Cecus.*

LOquẽdo de cecitate ſpirituali duo ho
minũ gña uident̃ a natiuitate ceci. Qui
dam ſunt paruuli & impotentes, alii ma-
gni & potentes. Paruuli naſcuntur ceci, ꝙa
omnes naſcimur ignorantes ita tenaci, &
adhærente ignorantia ꝙ uis virgis & ver
beribus, & timoris cõpulſione curatu, hęc
cecitas nõ cito ſed paulatim ab aĩa expel-
litur, & cõtrahitur hæc cecitas ex primorũ
parentum peccato. Secundo naſcuntur ce-
ci magni & potentes huius ſeculi qui in
errorẽ & ignorãtiã ſui ceciderũt. iux. illud
Pſal. Errauerũt ab vtero luti ſunt falſa. Sic
n. ceci ſũt, ꝙ ſeipſos nõ cognoſcũt nec ſub
ditos q̃bus tãq̃ leones & feras ſe exhibẽt,
cũ tñ ſe ſcire hoĩes deberent & tanq̃ hoĩes
cũ mãſuetudine inter ipſos cõuerſari. His
ad tollẽdã hanc cecitatẽ & errorẽ imp̄ca-
batur. Pſal. cõſtitue dñe legiſlatorẽ ſuper
eos. i. doctorẽ qui eos erudiat, vt ſciãt gen
tes qm̃ hoĩes ſunt, & nõ fere vel belue, &
hæc cecitas eſt vtero ꝓcedit à lumine glo
riæ & nobilitatis. Sicut. n. coruſcatio lumi-
nis ſubito excecat uiſum, ſic & lumẽ clari
tatis mundanę. Vnde Oſeæ. 11. Gloria eo
rum ab utero & partu & cõceptu. Solus aũt
Xp̄s inter ꝑuulos natus eſt uidẽs oĩa ſciẽs
& nihil ignorãs. Erat. n. lux vera quã tene-
brę ignorãtiæ cõprehendere nõ potuerũt
ꝙ oculus mẽtis & corporis illuminat. Lu-
men proinde intelligentiæ ab eo requira-
mus & hoc medio Mariæ cui dicamꝰ. Aue.

Ex uiſione qua vidit dñs cecũ à natiui-
tate proſpere ſatis huic ceco contigit, ꝙa
Apoc. 19. Oculi dñi ſicut flãma ignis quæ
illuminat & incẽdit. Illuminauit itaq; ui-
ſione ſua cecũ oculis mẽtis & corporis, &
incẽdi igne charitatis. Primo itaq; dice
mus qũo eũ illuminauit. Scđo qũo incẽdit
eũ igne charitatis. Prætereũte itaq; Ieſu ſu
ꝑ ceco ĩterrogãt diſcipuli rabbi ꝙs pecca
uit hic &c. Circa qđ q̃ritur, cũ deus ſit pro
nior ad benefaciendum generi humano &
miſerendum eiuſdem, cui peccata paren-
tum transferantur in filios, & puniantur
pro eis quare meritum & ſanctitas eorum
non transfertur in eos ita ut p̄mientur ꝓ
eis. Reſpõdetur ſcđm Guil. pariſi. ꝙ paren
tes nõ per meritũ aut ſanctitatem generãt
ſed ꝑ carnẽ, ideo qđ carnis eſt transfundi-
tur in filios ſcilicet illa infectio originalis
& pœnalitas. Sed in generatione ſpũali ſe
cus eſt, ꝙa Io. 3. Qđ natum eſt ex carne ca
ro eſt, & quod natum eſt ex ſpũs, ſpũs eſt.
Ideo in gñatione ſpũali merito trãsfertur
quod ſpũs eſt, ſcilicet doctrina & grã in
ſpiritualiter genitos, ꝑ p̄dicationẽ doctri-
na, ꝑ ſacramẽtũ gratia, & ſic parentes qđ
ſuũ eſt, ſcilicet peccatũ & pęnã in genera-
tione carnali poſſunt dare, nũ aũt Dei gra
tiã aut ſanctitatẽ ꝙ nõ ab ipſis, ſed à Deo
ꝓcedit. Rñdit Ieſus. Neq; hic peccauit ne-
que parẽtes eius ſed ut manifeſtent̃ opera
Dei in illo. Scđm magiſtrũ. ſeñ. 4. d. 15. qñ
que modis à Deo mittit̃ tribulatio. Primo
iuſtis ad ꝓbationẽ & augmẽtũ meritorũ,
ut patuit in Iob Thobia, & cę. martiribus.
Secun-

*B*
*Originale.*
*Quare parentes in filios transfundunt peccatum, et non meritum.*

*C* *Tribulatio. Propter quinque immittit Deus tribulationem.*

Secundo ad cuſtodiam virtutum ut Paulo
datus eſt ſtimulus carnis. Mouet.n.mulier
poretam ne poto adhæreat. Tertiò ad cor-
rigēda peccata, vt Mariæ ſorori Moyſi. Nu.
12. Immiſſa eſt plaga lepræ, & Dauid per-
ſecutio Saulis, & Abſalonis. Facit.n. Deus
ſicut bonus eques, qui flagellat equum ut
ambulet. ps. Cum occideret eos quærebant
eum, & reuertebant. Quartò mittitur ma-
lis ad initiū pœnæ paternæ. Deut. 32. Ignis
ſuccēſus eſt in furore meo. ſ. hic, & ardebit
vſque ad inferni nouiſſima. Sic Elimas ma
gus excęcatus eſt. Act. 13. Sic Antiochus,
& Herodes à vermibus comeſti ſunt. 2. Ma
ca. 9. & Act. 10. Quinto ad gloriā Dei ma-
nifeſtandam, ut hic de cęco nato. Septē

*D* *Cecus. Septē modis excecatur hō ſpiritualiter.*

ad litteram hominem excęcāt oculis capi-
tis, quæ hominem excęcant oculis cordis.
Primū eſt ſenectus nimia. Gene. 28. Senuit
Iſaac, & caligauerunt oculi eius, & uidere
non poterat. Per quam intelligitur nimia
immoratio in peccatis, qua excecantur ut
neſciant quid faciant. Io. 12. Qui ambulat
in tenebris neſcit quo uadat. Sic ceci ſunt
religioſi moderni allegantes ſuas conſue-
tudines antiquas, & pdeceſſorum ſuorum:
intelliguntur enim per cecitatem Iſaac, q
interpretatur riſus. Secundum eſt lux ma-
xima. Act. 9. De Paulo legitur, q circūful-
ſit eum lux de cœlo &c. & ſequitur, aper-
tiſq; oculis nihil uidebat, hæc lux magna
abundātia eſt bonorum operum proximo-
rum, quam videntes inuidi de luce illa ex-
cecantur. Grego. Mens inuidi tā de alieno
bono affligitur, quā de radio ſolis excecat.
Sunt enim noctuæ lucem bonorū operum
odientes, & tenebras malorum diligentes
ad modum Hely, qui uidere nō poterat lu-
men donec extingueretur. Hoc etiam ſigni
ficatur in ciuitate Lamech, qui interfecit
virum in liuore ſuo ſæpe detrahendo famę
ſuæ. Tertium eſt lutum, ſiue ſimus hyrūdi-
nū, ut in Thobia. Per hyrundinē (quæ eſt
auis inſtabilis & garrula) ſignificantur lu-
xurioſi, qui inſtabiles modo iſtuc, modo il
luc pro fatuo amore diſcurrentes, & garru
læ ſunt, quia de muliere fatua dicitur. pu.
7. Quòd garrula eſt & uaga & quietis impa
tiens, non ualens in domo conſiſtere pedi-
bus ſuis nunc foris, nunc in plateis. Per fi-
mum intelligitur peccatum luxuriæ, quia
fœtet illud peccatum coram Deo & Ange-
lis. Grego. Ardor luxuriæ deſcendit vſque
ad infernum; fœtor aſcendit uſq; ad cœlū.
Exēplū in vitis patrū de angelo q obtura-
uit nares ad fœtorem cuiuſdam luxurioſi.
Sed q illud peccatum excecet homines pa
tet. Gene. 19. De angelis quos hoſpitatus
fuerat Loth, qui clauſo oſtio cecitate pcuſ
ſerunt ſodomitas à minimo uſq; ad maxi-
mū, ita ut oſtium inuenire non poſſent. Ta
les ſic ceci ſunt, vt non poſſent inuenire
oſtium Chriſtum, & pro modica delecta-
tione tranſitoria amittunt æterna. Tollit
enim lumen ſicut mentis ita & corporis.
Ambro. ſuper Lucam. Vehementior eſt ani
mi quàm corporis febris, & ideo pro ani-
mi uoluptate quandoque ſalus corporis cō
temnitur, quemadmodum ſi quis graui o-
culorum morbo laboraret, & amaret uxo
rem, interdicta ſibi facultate coeūdi à me-
dico, cupiditatis impatiens, & ſciens q ocu
los eſſet amiſſurus poſtquam conueniret
uxor cum eo, in ipſo æſtu feruentis cupidi
tatis uale (inquit) amicum lumen. Cōſtat
iſtum prius amiſiſſe lumē interiorum ocu-
lorum, quàm exteriorum. hæc ſignificatur
etiam per cecitatem Sāſonis, qui propter
Dalidam excecatus eſt. Multi autem ſic ce-
ci ſunt, vt dicant, q Deus non uidet pecca-
ta eorum. ps. Dixerunt nō uidebit dominus
nec intelliget &c. Ratio ſm Criſoſto. quia
omnis homo ſecūdum ſe æſtimat alterum.
Quia igitur talis obliuiſcitur malorū ſuo-
rum, & auertit faciem ſuā ne uideat in finē
illorum, ideo credit, q eodem modo ſit de
Deo, quia abſcōdit ſe à Deo, iam credit ſe
abſconditum à Deo. Quia enim claudit ſi-
bi oculos tam fatuus eſt ut credat ſe nō ui
deri, ut coturnix dum caput habet in terra
credit ſe non uideri. Hiere. 23. Si occulta-
bitur vir in abſcondito, & ego non uidebo
eum. ps. Dixit enim ī corde ſuo oblitus eſt
Deus, auertit faciem ſuam, ne uideat in fi-
nem. Nituntur enim Deo diuinam prouidē
tiam & notitiam auferre. Ideo dominus ta
les ſtultos & ignaros reddit, ab eis auferēs
omnem veritatem & prudentiā, ut ī morte
dicant illud ps. Lumen oculorum meorum
& ipſum non eſt mecum. Quartum eſt fu-
mus. i honor mundanus. Hiero. Honor mū
danus eſt ſpuma, fumus, & ſomnus. Spuma
quia inflat, ſomnus quia dormire facit in
peccatis, fumus quia oculos diuitum ita
excecat ut non niſi de cauda oculorū ſuo-
rum reſpicere uelint pauperes, & tales ci o
deficiunt.



deficiunt. ps. Mox exaltati & eleuati ſicut
fumus deficiēt. Hæc cecitas per cecitatem
ceci nati ſignificatur. Dicit Plinius, q om-
ne animal guloſum generat filios cecos.
Nihil uoracius quàm honoris ambitioſus,
qui cōiter generat filios cecos & ignaros
neſcientes cuſtodire bona quæ ſibi à paren
tibus acquiſita ſunt. Quintum eſt puluis, p
quem ſignificatur inanis gloria. Matth. 10.
Excutite puluerē de pedibus ueſtris, id eſt
inanem gloriam de affectibus ueſtris. Ex-
cecat enim hoīem & leuiter uolat in cor-
da eius. Bernar. Leuiter uolat, leuiter pene
trat, ſed non leue vulnus infligit inanis glo
ria. Ex gratiis enim à Deo datis cōiter hęc
cęcitas accidit. Apoc. 4. tu dicis, quia diues
ſum & nullius egeo, & neſcis quia miſer es
& miſerabilis. Sextum eſt ſanguinis in ocu
lo nimia abundantia. In quo ſignificatur
carnalitas, & nimius amor propriæ carnis
uel parētum ſuorum. Quo ſanguine hodie
multi cecantur epiſcopi, qui ſuis nepotibus
magna committunt beneficia, & aliquādo
quinque milia animarum quibus non com
mitterent quinq; pira. Bernar. Mira res epi
ſcopi habent cui credunt animas, cui autē
credant facultates ſuas nō inueniunt. Hęc
perſonarum acceptio ſignificatur in ceci-
tate Iacob, qui poſuit manum dexterā ſup
Effraim. i. ſuper mundi diuites, & ſiniſtram
ſuper Manaſſem. i. ſuper obliuiſcentes mun
dum & pauperes. Septimum eſt macula in
oculo, per quam ſignificatur magna rerū
abundantia, quæ excecant quando eas ma
le acquirunt, uel nimis diligunt, uel male
expendūt. Et mirabile eſt, q nemo vult ma
culā iſtā tolli ab oculo ſuo (maille gallice)
hæc deſignatur per cecitatem Pauli, q tri
duo poſtquam cecidit in terram ceciderūt
quaſi ſquamæ de oculis eius, & ſic uiſum
recuperauit. Me oportet operari donec

*E* *Opus. Quo opus meritoriū ſolum fit de die.*

dies eſt &c. Venit nox qn̄ nemo poteſt ope
rari &c. Sed contra de nocte ſurgunt opera
rij, ut fabri ad operandū. In nocte ergo quis
operari poteſt. Reſpōſio. duplicia ſunt ope-
ra. quoddam precioſum ſubtile & curioſū,
quod fit ſolicite cauendo defectum, & iſtud
ſolum fit de die ad lumen ſolis. ſicut panni
ſericei, & ſubtiles picturæ, nec ad talia ſuffi
cit lumen candelæ uel lunæ, quod ſufficit
ad opera groſſiora. Opus autem meritoriū
vitæ æternæ ſubtile eſt & precioſum, ideo
non poteſt fieri in nocte peccatorum, uel ī
nocte mortis, de quo dicit Saluator venit
nox qn̄ &c. Nec ad hoc ſufficit lumē cande
lę id eſt induſtria, uel rō naturalis. Philoſō
phus. 8. de animalibus dicit q tela araneæ
ſubtilis eſt, & qn̄ propter muſcam incidētē
rūpitur, incipit aranea eam à medio repara
re, nec niſi de die operatur, maxime circa
occaſum ſolis. Sic perſona cuius uita diſſi-
pata eſt propter incidentem muſcam pecca
ti, debet reparationem ſpiritualem incipe
re à corde. Colo. 3. Quodcunque facitis ex
animo operamini, & maxime de die circa
ſolis occaſum ante mortē, quia neſcimus
qn̄ ſol præſentis uitę nobis occidet. Amos
8. Occidet ſol in meridie, ideo de die ſolici
te operandum eſt. Opera autem peccatorū
fiunt in tenebris, ideo fugiēda. Ro. 13. Ab-
ijciamus opera tenebrarum. Hæc cum di
xiſſet expuit in terram & fecit lutum &cę.
& liniuit lutum ſuper oculos eius. Sed

*F* *Cecus. Quare dn̄s po-nit lutū ſuper oculos ceci.*

quare dominus liniuit lutum ſuper oculos
ceci, cum uideatur lutum contrarium eſſe
lumini? Reſpondetur. Primo, ut curaret
ignorantiam ſui. Cecus enim natus ſe non
uidet. Iſte eſt ſuperbus qui ſe non cogno-
ſcit. Homo enim dicitur ab humo. Si autē
de humo ſe eſſe cognoſceret, inſtar terræ
(quæ elementorum eſt infima) infimum lo
cum tenere contenderet, & ſe humiliando
infirmum iudicaret, ideo petebat. ps. Sciāt
gentes quoniam homines ſunt, propterea
dn̄s qn̄ oculos huius ceci aperuit, eos luto
liniuit. Cecus enim natus eſt qui de ſua ori
gine uel bonis naturalib. inaniter glorians
excecatur, qui ſi lutum. i. vilitatem huma
næ originis & ſui, mentis ſuæ oculis ſuper-
poſuerit, depreſſo tumore excecantis ſup
biæ humiliabitur & uidebit. Secundo ut
tolleret in nobis ignorantiam Dei. Incurri
mus ignorantiam diuinorum per peccatū,
ita ut ī his quaſi cecus fieret homo ad ido
la Deo derelicto recurrens. Sed dominus
ſaliuam terra mixtam fecit. i. diuinitatem ī
humanitate poſuit, & ī ea doctrinam, & lu
men euāgelicum nobis attulit, & ſic ſuper
oculos ignorantiæ noſtræ poſuit, & eos ſic
aperuit. In ſecunda parte tractādum eſt

*G* *Zelus. Qd zelus niſi exeat in actum ſuffocat.*

quomodo cecus iſte ſuccenſus eſt igne cha
ritatis. Et quia flammam neceſſe eſt perire
niſi per caminum exeat, qn̄ zelus & feruor
in aliquo accendit, neceſſe eſt ut per rimas
& caminū oris exeat ne ſuffocetur, alioqn
periret zelus & ardor. pſal. Incenſa igni, &
ſuffoſſa

ſuffoſſa ab increpatione vultus tui peribũt Ideo zelus huius ceci iam illuminati cepit incendere. Primo domos proximorũ, dein de inimicorũ & longe diſtantiũ. Vicinorũ quidem, quia uicini qui cognoſcebant eũ dicebãt, quia nõ erat ille qui mendicabat, ipſe aũt ſe eſſe aſſerebat. Alij uerò dicebãt non, ſed ſimilis eius eſt. De hypocritis.n. uanis infidel bus, & fraudulentis hoĩbus nõ ppriе dr̃ hic eſt ille qui prius, immo uerius hic non eſt, quia iſti proprie non ſunt, ſed ſolum prætendunt apparentiam, ita ꝙ de his põt dici illud quod hic hr̃. Alij dicebãt quia hic eſt, alij non, ſed ſimilis eius eſt. Sed de viro iuſto dr̃. Hic eſt indeficiens & permanſiuus, non uanus, non defectiuus, & ad omnia paratus, tã in moribus q̃ in amicitia duratiuus. ps. Tu aũt idem ipſe es. Sed modo iſtæ ueritates nõ inueniuntur in hominibus. quia ps. Diminutæ ſunt ueritates à filiis hoĩum, ita ꝙ ſimiles uident̃ Mercurio, qui eſt planeta uarius & mutabilis, in tantum ꝙ nunc eſt bonus, nunc malus, nũc fœmineus, nunc maſculus ſm̃ aſtrologos, ſic iſti nullam in moribus firmitatem habent Secundo voluit incendere domos, & corda phariſeorum ad amorem Dei, ſed illi reſtiterunt. Ipſi.n. fuerunt rebelles lumini. Iob. 24. Vnde poſt multam diſputationẽ ceci cum eis dixerunt ei. Da gloriam Deo. Scimus quia hic homo peccator eſt. Ad quos cecus. Si peccator eſt neſcio &cete. Scimus quia peccatores Deus non audit.

H
*Amicitia*
*Qđ pauci ſunt in amicitia pdurãtes*

I
*Oratio.*
*Vtrum Deus peccatore exaudiat.*

Circa quod quæritur an Deus peccatores exaudiat. Et uidetur ꝙ non per dictum huius ceci. Oppoſitum canit eccleſia dicẽs Peccatores te rogamus audi nos. Reſpõſio Dicitur primo ꝙ peccatores qui non reuertuntur ad Deum de corde bono & conſcĩa non ficta, non exaudiuntur à Deo. Beniuolentiam enim declaramus erga bonos, & amicos duobus indicijs, plauſu.ſ. & auditu. Libenter.n. videmus & audimus quos diligimus, econtrario de his quos odimus. Sic eſt de Deo. Peccatores.n. odit. ps. Iniquos odio habui, & bonos diligit, videt, & libenter audit. pſal. Oculi dñi ſuper iuſtos, ecce primum, & aures eius ad preces eorum, ecce ſecundum. Quòd autem peccatores nec audiat nec uideat, habetur in libro de uita philoſophorum, ꝙ cum quidam de ſeptem ſapientibus Grecię quadam uice cum quibuſdam nautis impiis nauigaret, & periclitante naui cum ipſi Deos eis propitios inuocarent ait. Silete, ne dum uos hic ſentiũt nauigantes vos potius ſubmergãt propter impietatem veſtram. Hiere. 9. Cum ieiunauerint non exaudiã preces eorum. Dicitur ſecundo ſecũdum Auguſtinum, ꝙ ſi Deus peccatores non audiret, non eſt qui roget Deũ, quia nemo ſine crimine uiuit Nec eſt qui diſcutere poſſit imperfectos à pfectis, iniuſtos à iuſtis. Quare non eſt dicendum quin peccatores audiat, ſed illos qui conuertuntur ad cor. Vnde dicit filius ad patrem imperfectum meum (quod eſt in corpore meo) uiderũt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur. Si peccatores nõ exaudiuntur, cur orabat publicanus. Deus meus propitius eſto mihi peccatori? Si peccator nõ erat mẽtiebat̃, ſi uero peccator, exauditus eſt. quia deſcendit in domum iuſtificatus à phariſeo. Similiter & in ueteri lege ſacerdotes offerebant primo pro peccatis ſuis, deinde pro populo, ergo peccatores erant, qui pro ſe & pro populo exaudiebantur, ideo exaudiuntur, ſed qui conuertũtur ad cor. Et eiecerunt eum foras. Dũ cecus illuminatus eſt phariſei ceci facti ſunt, qa ſimplices ſępe magis illuminãtur, q̃ docti ſupbi, & glorioſi. Mat. 10. Amen dico vobis publicani & meretrices præcedent uos in regno cęlorum. Hoc Iacob agnouit ponẽs dextram ſuper minorem, & ſiniſtram ſup maiorem, & Ioſeph ignorauit, & tñ Iacob caligauerat oculis corporis, ſed non ſpiritu ut non uidentes uideant, & qui uident ceci fiant. De illuminatione itaque ceci iudæi ceci facti ſunt & de radio ſolis cecati, ut dicere poſſent, factus ſum ſicut nycticorax, quæ lumen uidere non poteſt. Audiuit Ieſus quia eiecerunt eum foras, & cum inueniſſet eum dixit ei. Tu credis in filium Dei &c. Sed quæritur quomodo dominus hunc cecum ſanauit, cum ſanus factus non dum crederet in eum. Ait enim ei dñs. Credis in filium Dei, neminem autem Chriſtus ſine fide ſanauit. Reſponſio. Primo non ſemper dominus curauit infirmos quęrens ab eis fidem. Patet, quia dominus (ſm̃ Criſoſtomum) fecit ſicut medicus, qui cum uenit in aliquam ciuitatem, priuſquã cognoſcatur non multam quærit pecuniam, ſed cognitus ab ægrotis requirit. Sic dominus à principio non quærebat ab eis quos ſanabat, fidem: quam poſtea requiſiuit. Secũdo dicitur

I
*Cecit[as]*
*Q[uare]...*

L
*Fide.*
*An fid[es]...*



dicitur, ꝙ ſimplices & idiotas non eſt neceſſe ſcire multa credibilia, ad quæ tenent̃ eruditi. Ideo cum iſte cecus fuerit ſimplex hõ, nõ tenebatur ſcire particulariter multa de Deo, quæ ſcribæ & phariſei tenebantur cognoſcere. Tertio dicitur, ꝙ iſte dum ſanatus eſt nõ habebat fidẽ explicitã de xp̃o ꝙ eſſet filius Dei, ſed bene ꝙ erat ſanctus hõ, & propheta, nec hoc adhuc ſufficienter ei promulgatum erat ut ad hoc teneretur. ideo cum Chriſtus eum ſanauit, tunc fidelis fuit. Tunc dñs ait ceco. In iudicium ego ueni in hunc mundum vt qui nõ uidẽt uideant, & qui uident ceci fiant. Cui quidã phariſeorum ait. ergo ceci ſumus. Quibus dñs. Si ceci eſſetis non habetis peccatũ &c.

K
*Cecitas.*
*Vtrũ cecitas mẽtis ſit peccatum.*

Circa quod quæritur. An cecitas mẽtis ſit peccatum. Et uidetur ꝙ non, quia hic dicit dñs. Si ceci eſſetis nõ haberetis peccatum. In oppoſitum arguitur, quia 1. Cor. 14. dr̃. Si quis ignorat ignorabitur. Reſponſio. cecitas mentis cõtingit multipliciter. Primo ex ruditate & indiſpoſitione naturali, quãdo homo rudis eſt, & ingenio hebes, & de hac loquitur hic Chriſtus, ut ſupra allegatum eſt, & hæc nõ eſt culpabilis ſaltem in vicis plebanis, & ruſticanis, ſed maxime vituperabilis in eccleſiaſticis & pręlatis, qui ex officio alios tenentur docere. Hinc Deutero. 15. animal quod oculos non habebat Deo immolari non debebat. & Leuitic. 21. A ſacerdotali miniſterio repellebatur qui cecus uel habens albuginem in oculo reperiebatur. Secundo modo cauſabatur hæc cecitas mentis ex uehementi paſſione cauſata ex infirmitate, quę non permittit rõnẽ ferri ſupra ea quæ tenetur ſcire, & agere, quãuis hoc facile poſſit cognoſcere, ſicut delectatio lubrica & uehemens nõ permittit iuuenem meditari ad ea quę recte ſunt, ſed ſenſualitatẽ imitari facit. Iſti ſunt ſicut cecus faciem habens immundam, qui in ſpeculo rationis ſordes nõ uidet ut tergat, & ſicut latro excecatus vel uelatus oculis, qui ducitur ad ignem, uel patibulum, uel præcipitium inferni. & tamen qui ducunt eum dicunt ſe ducere eum ad bonum feſtũ uel bonum locũ, ſcilicet dæmones uel malæ ſocietates. Putãt enim duci ad diuitias, delicias, & honores, & ducuntur in infernum, & donec illic ardeant non cognoſcũt ſuum periculum. Si cecati ſunt ſodomitæ, qui oſtiũ domus inuenire neſcierũt. Greg. Pœna oculos aperit, quos culpa claudit. Sic malus diues cum eſſet in tormentis vidit Lazarum. Sic aperti ſunt oculi Syrorũ quando fuerunt in medio inimicorum ſuorum.ſ. in medio Samariæ. 4. Reg. 6. Sępe.n. accidit ꝙ cecus dum latere putat ab omnibus uideatur, & dum ſe putat eſſe ſub tecto iacet in publico. Sic tales tam ceci ſunt in deliciis ſuis, ꝙ ab hominibus credunt uideri eſſe ſub tecto charitatis, & ſunt nudi fama, uita, & moribus. Sicut enim vrſus primo excecatur, & tunc coram dño ſuo ludere docetur, ſic diabolus peccatorẽ ne peccatum uideat, & periculum eius excecat, & ſic ad libitũ ſuum ad mala opera ludit & ſaltat. In cuius figura Samſon primo cecatus eſt. Deinde coram Philiſteis ad ludendũ collocatus eſt. Qui enim ſunt in aere nebuloſo, non uident ſe ibi eſſe, qui uero extra uident illos. Tertio procedit hæc cecitas mentis ex certa malicia, quando quis paſſione odii uel inuidiæ ductus, quamuis ſciat ſe male agere, tamen ex affectu deprauato peruertitur, ita ut talis nec Deũ, nec infernum videat. de quo ps. Noluit intelligere ut bene ageret. Tales erant phariſei, de quibus hic loquitur dñs, qui nõ poterãt Chriſtum uidere præ odio. ps. Comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt uiderem. Tales ſunt viri litterati, qui cũ cognoſcant dñm, lumen conuertunt in tenebras, & ceci facti in impietates dilabunt̃ quib. dñs. Luc. 11. Vide ne lumen qđ in te eſt, tenebræ ſint. Radio.n. ſolis ipſis pſentato non illuminãtur. Tales ſunt ſimiles Herodi, qui multum deſiderabat Ieſum uidere, ſed eo uiſo illuſit eum in ueſte alba. Tales nunc cecantur, ſed in die iudicij illuminabuntur, quando peccator uidebit, & iraſcetur. 4. Reg. 7. Videbis oculis tuis, & inde non comedes. Et iſti non ſolum ſunt ceci, ſed ſimplices ſibi ſubditos cecos faciunt. Similis.n. ſimilem ſibi generat (ut dicunt philoſophi.) Tales enim ſicut cecus credunt ire ad orientem.i. ad paradiſum, & tendunt ad occidentem, ſcilicet ad infernum, quia ſi cecus ceco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. Si enim oculis apertis uiderẽt infernum, ſicut Hieremias Hieremiæ, id eſt ollam ſuccenſam ego uideo, fugerent à facie eius. Tales ſicut cecus denarium cupreum pro aureo recipiunt, doctrinam ſcilicet falſam pro ſana.

Feria

*Feria quinta poſt 4. dominicã Quadrageſimæ. Sermo 1. & in ordine 99. per the. Reſedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Lucæ. 7.*

DE duplici mortuo hodie mentionẽ facit eccleſia. In epiſtola de illo quẽ Helyſeus ſuſcitauit, qui erat filius mulieris Sunamitis, vt habetur 4. Reg. 4. Et pro cuius fœcunditate rogauerat Deum. Mulier aũt pro filio mortuo Helyſeum deprecabatur ad pedes eius, propter quod dedit baculũ ſuum giezi vt poneret ſuper faciem pueri, quod fecit, & ſuſcitatus non eſt, deinde acceſſit Helyſeus & expandit ſe ſuper puerũ mortuum os ſuper os, manus ſuper manus, & pedes ſuper pedes, & tũc ſuſcitatus puer oſcitauit ſepties. In quo habemus tria documenta. Primum ꝙ afflicto non eſt danda afflictio ſed conſolatio, inde giezi audiuit ab Helyſeo, dimitte illam, quia anima eius in amaritudine eſt. Vt plurimũ enim abyſſus abyſſum inuocat. i. malum malo ſuccedit, & canis in luto vi merſus ab alio mordetur. Secundum documentum, ꝙ periculoſa eſt iactãtia de bonis operibus. inde eſt ꝙ giezi ſe iactans de pueri ſuſcitatione nihil fecit. Non. n. dñs libenter ponit liquorẽ bonum in uaſe fracto, ſic nec in hoĩe arrogante cuius omnia bona per os loquax effluunt. Eccle. 10. Gratiæ fatuorum effundẽtur. Vix per inferiora liquorem contineret quando per ſuperiora vaſis cuncta effluũt. Gallina cũ emiſit ouum tacere non poteſt, & ſic ouum perdit. Tertium documentum eſt, ꝙ benefactoribus ſꝑ in his quæ Deum non offendunt ſuccurrendum eſt ſalua cõſcientia, proptèrea ad hanc uiduã cum labore magno perrexit propheta orauit, & ſe pluries ſuper puerum deiecit. Quartum documentum, ꝙ ſicut mortuus non ſentit percuſſus, non erubeſcit nudatus, non reſpondet uocatus, ſic exiſtentes in mortali læſionem ſuam non ſentiunt, uilitatem ſuã non erubeſcunt, monitionem ſalutiferam non audiunt. 4. Reg. 4. Gezi ſeruus Helyſei poſuit baculum ſuper faciem pueri mortui, & non erat uox neq; ſenſus. Quintum documentum ꝙ oportet confeſſorem miniſtraliter mortuum ſuſcitantem ponere os ſuũ ſuper os eius, & oculos ſuper oculos eius. i. tangere in quibuſcunq; membris offenderit Deum, & de his interrogare, & puer ſtatim oſcitabit ſepties. i. ſeptem mortalia confitebitur. Sextum documentum, ꝙ anima peccatrix ad pedes ſacerdotis iacere debet in amaritudine cordis ſui, & tunc verus Helyſeus reſtituet ipſi filiũ ſuum Chriſtum, uel gratiam quam amiſit. Sed obijcitur, quia cum mortuus fuit Helyſeus, faciliter cadauer proiectum ſuſcitauit, & tñ cum viueret difficulter puerum excitauit. Dicitur primo, ꝙ hoc factum eſt ad oſtendendum virtutem miraculi non eſſe ab homine, ſed à Deo. Mortui enim nihil habent virtutis niſi ab extrinſeco, ideo ſępe uoluit dñs per corpora ſanctorum mortua facere miracula potius quàm per ipſos viuentes. Secundo ad oſtendendum, quòd animæ ſanctorũ ſunt Deo proximiores ſeparatæ à corpore, q̃ in corpore, ideo facilius impetrant. Ideo beata Virgo cum nullũ ſignum fecerit in hoc mundo defuncta uſq; in hodiernum diem vbiq; miraculis coruſcat, & pauperes pctõres adiuuat, vt ergo experiri poſſimus manum eius adiutricem recurremus ad eam dicentes. Aue.

*Conſolatio. Qd afflictis dãda eſt conſolatio.*

Circa thema ꝓpoſitũ dicetur qũo efferebatur mortuus cũ matris lamẽto. Scđo qũo ſuſcitatũ à Chro. Tertio qũo cepit loq Deũ glorificando. Pro primi expeditione cũ appropinquaret dñs ad portã ciuitatis Nayn ecce filius vnicus matri ſuę defunctus efferebatur, & hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa. In quo ſeptem notantur aggrauantia dolorẽ uiduæ. Primum eſt præſentia defuncti. Plus. n. dolet mater de filio quem corporaliter reſpicit mortuum, q̃ ſi mortuũ nõ uideret. Secundũ quia defunctus quãdiu ĩfirmatur quis ſpes eſt de eo, non qñ mortuus. ꝑs. Hõ ſpiritus vadens & non rediens, uadẽs ad mortẽ, & inde nõ rediens. Tertiũ eſt deportatio, qñ dũ de domo effertur mortuus ad tumulũ, ſolet dolor plãgẽtiũ renouari. Quartum, ſexus, & conditio defuncti, quia filius. Mares enim magis plangi ſolent. Quintũ, ſingularitas defuncti. Erat. n. vnicus. Quæ aũt multos habet, cũ vnus moritur in aliis conſolatur. Sextũ, quia fœmina erat & mater. Matres aũt & mulieres ſolẽt magis plangere. Septimũ, quia viri ſolatio deſtituta, nec erat ei ſpes vltra filios hrẽ, & hæc vidua erat. Sed q̃ritur cũ tũc eſſent plures mortui in Iſrael, quare magis ſuſcitauit filiũ mulieris uiduæ, q̃ aliorũ? Rñſio in vita Chri tñ legitur ipſum tres mortuos ſuſcitaſſe. In principio puellam ad requeſtam patris archiſynagogi matrimonio iuncti Lazarum in fine uitæ ſuæ ad preces Martæ virginis. Tertium ſine requeſta cõpatiendo viduæ. voluit ergo dñs honorare tres eccleſię ſtatus in his tribus, & qđ fecit ꝓ duobus rogatus, ꝓ uidua non rogatus fecit, vt diſcamus ẽt nõ rogati viduis ſubuenire. In cuius ſignũ dñs natus de virgine ſuſcipitur à vidua, & deinde ad nuptias inuitatus primũ ibi miraculũ fecit. In ſecũda parte oſtẽditur qũo ſuſcitauit dñs mortuum. vñ dñs uidẽs uiduã miſericordia motus dixit ei. Noli flere. Circa quod quæritur an lugẽdi ſunt amici noſtri defuncti, ſeu mortui. Et apparet ꝙ nõ, cũ illud hic prohibere videatur dñs viduæ dicens ei. Noli flere. cuius tñ filius vnicus erat mortuus. In oppoſitum dr̃ Eccle. 38. In mortuum produc lachrimas, & quaſi dira paſſus incipe plorare. Rñſio. Prima ueritas, verbũ Chriſti ad viduã non eſt præceptiuum, ſed conſolatiuũ. Conceditur. n. pro mortuis amicis moderatus luctus. Et hoc ꝑꝑ multo. Primo ne videamur gaudere de mortuo. Vnde Sen. Nec ſicci ſint oculi amico amiſſo, nec fluãt ĩmoderate. Mihi. n. defunctorũ amicorum recordatio dulcis eſt. habui illos tanquam amiſſurus, amiſi tanquam habeam. Vñ Eccle. 22. Super mortuum plora deficit enim lux eius. Vnde & Dauid non ſolũ mortem ſibi dilectiſſimi Ionatæ defleuit, ſed & mortem Saulis ſibi inimiciſſimi, qui eum perſequebatur. Super morte eius ieiunauit. 2. Reg. 1. Secũdo cũ uideatur natura compatieis. Vnde Ouidius. Quis niſi mẽtis inops matrem de funere nati flere uetat. Hinc de beato Ambro. legitur, ꝙ cũ audiebat mortẽ alicuius ſancti viri compatiens ei amare flebat. Tum quia præceſſerat ei ad pręmium. Tum quia ſubtractũ erat à fidelibus tale auxilium, cũ pauciſſimi boni reperiantur. Vnde Eccle. 22. Modicum plora ſuper mortuum. Secunda ueritas, de morte bona amici qui bene uixit magis eſt gaudendũ, q̃ flẽdũ quia 2. Reg. 3. Scribitur. Princeps & magnus cecidit hodie in Iſrael quãtũ ad corpus tñ, ideo non eſt de caſu dolẽdum, ſed gaudendum de probitate, quia equus in bello cecidit, & de hoſtibus viriliter triumphauit. In factis. n. bellicis uerecũdum eſt militi & etiam amicis eius, ꝙ equo non cadẽte deijciatur miles, ſed non eſt uerecundum ſi equus ſub eo occidatur, & cadat eo uincente & euadente, ĩmo iocundũ eſt. Sic aĩa quæ deberet corpus regere (ſicut miles equum) ſi peccando cadat, uerecũdum eſt, ſed ꝙ caro moriatur, & ſub aĩa cadat, & aĩa inimicis inſidiantibus in paſſu mortis potenter victis euadat, non eſt uerecundum, ſed laudabile, quia tũc uiuit in patria cũ Chro. Io. 11. Qui credit in me etiã ſi mortuus fuerit uiuet. ſufficeret. n. ſolatiũ illud amicis dictũ ab amico moriente, uel quaſi ab eo prolatũ, quod dixit Chrs diſcipulis. Si diligeretis me gauderetis utique, quia uado ad patrẽ. Vnde, & de beato Martino canit eccleſia, ꝙ de morte eius magis eſſet gaudendum, ſi vis doloris rationẽ admitteret. Vnde & dñs in morte Lazari fecit feſtũ dicẽs. Lazarus mortuus eſt, & gaudeo, ſed in ſuſcitatione eius lachrimatus eſt per compaſſionẽ, quia eũ reuocabat ad miſerias huius uitæ. Dicitur. n. Eccle. 2. Cũcti Dies eius laboribus & ærũnis pleni ſunt. Vnde Aug. lib. de viſitatione infirmorum. O mors deſiderabilis, o mors omniũ ꝑſentium malorum finis, o mors laborum clauſura, & quietis initium. Quis poſſet cogitare tuarum utilitates beatitudinum? Nam male mori non eſt Chriſtianorũ, quorum mors eſt viuere in Chriſto. & hoc ideo. quia dicit. ꝑs. Apud te eſt fons vitæ. Secundo lætandũ eſt de eis, quorũ aĩæ cũ gaudio exierunt, ſicut nauta gaudet exire de naufragio, peregrinus de exilio in quo via lõga. Vnde ait. ꝑs. Heu me, quia incolatus meus prolongatus eſt, in quo tenebroſa domus corporis. Vnde ſubditur. Habitaui cum habitantibus cedar, qui interpretatur tenebrę & via nimis aſpera, ideo dicitur, multũ incola fuit anima mea. tertio, ſicut habitator de domo ruinoſa. ꝑs. Tãquam parieti inclinato & macerię depulſæ. Heb. 8. Quod antiquatur & ſeneſcit prope interitum eſt. Habitaculum enim corporis noſtri eſt inclinatum, depulſum, & antiquatũ. Quia. n. de terra eſt ad terram inclinatur, & cito caſurum eſt, quia ex elementis compoſitum, & nullo temperamento bituminis colligatum, ideo tãquam maceria depulſa cito caſurũ. Illi verò condolent ſorti noſtræ, quos adhuc ſæculi carcer includit, quos quotidie in acie prælia͂tes, nunc ira, nunc auaritia, nunc varia viciorum incentiua pertrahunt ad ruinam. Tertiò lætandum eſt de eis,

*Defuncti. An lugẽdi ſint amici defuncti.*



quia

quia eos habemus potẽtes patronos apud
Deum Qui ſi cum eſſent nobiſcum doctri-
nis & orationibus nos ad Deum impelle-
bant, quanto magis tunc cum ore pleno
charitatem hauriunt? Super eos enim nõ
eſt flendum dñi exemplo, qui dixit, nolite
flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas flete, q̃a
uix tales adiutores inueniuntur in mun-
do. Quarto eis congratulandum eſt, qui
primo liberi ſunt à peccato. Secundo à pœ
nitentiæ luctu. Tertio à lapſu. p̃s. Eripuit
aĩam meã de morte .ſ. peccati, oculos meos
à lachrimis pniæ, pedes meos à lapſu pec-
cati. Helias vir ſanctus depoſuit palliũ cor
poris ſui, nõ eſt quòd timeat iezabel, id eſt
carnem. Aſcendit enim in curru angelorũ,
Non eſt iam q̃ de lapſu timeat. Tertia
veritas. Mors amicorum non eſt immode-
rate lugenda. Patet primo per Criſoſtom.
13.q.2. Vbicũque ſepeliamur dñi eſt terra
& plenitudo eius, ſcilicet q̃ oportet fieri ef
ficiatur. lugere autem & deplorare, & lamẽ
tari eos qui de hac uita decedunt, ex puſil-
lanimitate contingit. Secundo hoc patet p
apoſtolum hũc fletum prohibentem. primo
Theſſa. 4. Non contriſtemini de dormienti
bus .i. mortuis, ſicut & cęteri qui ſpem non
habent. Vnde & Hiero. ad Theodorum. In
breui es mortuum tuum uiſurus, quare er-
go plangis? Nõ eſt mortua puella, ſed dor
mit, in ſignum cuius Chriſtus (cuius oĩs
actio noſtra eſt inſtructio) qñ uoluit illam
puellam ſuſcitare extra domũ eiecit tibici
nes, qui doloroſis & lachrimoſis rithmis,
& cantilenis ſuper mortuos populum ad
fletum prouocabant, quẽadmodum faciũt
infideles, qui ſpem reſurrectionis non ha-
bent. Tertio, quia tales ſic plorantes in ua-
num laborant, quia rem irrecuperabilem
plangunt, quibus poteſt dici illud p̃s. Nun-
quid mortuis facies mirabilia .ſ. lachrimis
tuis, aut medici ſuſcitabunt tibi compatiẽ-
tes clamoribus tuis? Fatuus enim eſſet qui
aquę curſum defleret, ſed omnes morimur
& quaſi aqua in terram dilabimur. 2. Reg.
14. Ergo mors noſtra eſt uelut fluxuxus a-
quæ. Fatuus ergo qui ſic inordinate mortẽ
mortalium deflet. Vnde Seneca epiſto. 71.
Si quis in mortem ante primos annos dela
tus eſt, non magis conqueri debet, quàm
q̃ cito nauigauit. Venit enim charrus ſuus
cito ad portum. 2. Regũ. 12. Dicitur quòd
Dauid donec filius ſuus infirmaretur, ſta-
bat in triſtitia & planctu; nec uoluit quaſi
per triduum comedere, poſt mortem uero
filij à ſe cepit excludere triſtitiam, & fletũ,
& petijt ad comedendum. Interrogatus au
tem à ſeruis quare hoc feciſſet, reſpondit
quia forte ante mortem potuiſſet impetra-
re à Deo per planctum ſuum ſanitatem fi-
lij, non autem poſt mortem, immo ut dixit
ego magis uadam ad eum. Vnde Guillel-
mus Pariſienſis ſuper Eccleſiaſten. Inſania
eſt plangentum mortuos, eo q̃ uadunt in
domum æternitatis ſuæ, & relinquunt te-
terrimum carcerem mortalitatis & tempo
ralium domum in qua nihil iuris habent.
Quarto, aut ſentit mortuus dolorem tuũ,
aut non. Si non ſentit, torquere te nõ vult
cũ amicus tuus ſit, & dolor immoderatus
ſuperuacuus ſit. Si uero ſentit, ingratus es
cum deberes ei amore ſeruire & non tor-
mento. Vnde Eccle. 38. Repelle triſtitiam
à carne tua. Neq; enim erit reuerſio illius,
& te peſſimabis. Triſtitia enim maxime no-
cet homini, & cum hoc dum homo tanta
triſtitia abſorbetur, non habet animum li-
berum ad orandum pro eo, & ſic nocet lu-
genti, nec pro defuncto. Vnde quædam mu
lier inconſolabiliter lugebat filium ſuum
adoleſcentem nuper defunctum, quadam
nocte in extaſi exiſtens vidit quandã mul-
titudinem adoleſcentum optime ornatorũ
& vultu lucidorum exiſtentium in gaudio
magno ante ſe prætereuntium. Illa autem
attente reſpiciebat ſi in ea turba videret fi-
lium ſuum, & non erat, pauliſper uero ex-
pectans ſequebatur à longe filius ſuus tri-
ſtis & merẽs & madidus ut ipſi uidebatur,
qui admiranti matri cur nõ eſſet cum prę-
cedentibus ſociis reſpondit. O pulchra ma
ter, o pulchra mater, ſi tantum fleuiſſes ſu-
per peccata mea ſicut fleuiſti ſuper mortẽ
fletu inutili, ego iam eſſem in illa pulcher
rima ſocietate quam uidiſti. Deſine à tali
luctu, & fac planctum ſuper peccata mea,
& protinus aſſociabor illis. Quinto, quia
in hoc non diligere te oſtendis eos, eo q̃
non uis ea quæ uolũt. Qui enim bene mor
tui ſunt non uellent huc redire, vt patet de
Marcello, quem ſuſcitauit beatus Fortuna
tus. 1. dialogorum. capit. 12. Qui dixit
beato Fortunato poſtquam ſuſcitauit eum,
O quid feciſti, & quòd nolebat inde re-
dire. Similiter de beato Germano qui uo
cauit diaconum ſuum, qui defunctus inhu-
matus



matus erat & petijt ab eo ſi uellet redire
ad ſeculum, quod reſpuit, ſed quieſcere pe
tijt. Dolemus enim quia mundum relique
runt, ſed magis cõdolent nobis in hac ual
le miſeriæ conſtitutis. Vñ Sen. lib. de cõtẽ-
ptu mortis. Multa commodata mortuum
ſequũtur. Ait enim, deſinam ęgrotare poſ
ſe, deſinam alligari poſſe, deſinam mori
poſſe. Talis enim mors eſt exilij ſui. & pe-
regrinationis finis, portus nauigationis de
poſitio veteris veſtis, & grauis fœderis, de
ſtructio carceris & ſolutio debiti natura-
lis. Vnde & in legenda beatę Agnetis dr̃,
q̃ ipſa mortua parentes eius nullam triſti-
tiam habuerunt ſed cum gaudio corpus e-
ius ſepelierunt. Sexto qui amat defunctũ
ad deum vel in deo debet gaudere cum ip
ſe bene moritur, quia poſt mortem melius
erit ei in deo quàm in ſeculo quia per glo
riam qui prius erat in eo per gratiã. Apo.
14. Beati mortui qui in Dño moriuntur,
& qui amat eum ad Deum gaudere debet
cum uadit ad eũ, cum impleatur eius deſi-
derium. Aug. lib. confeſſionũ. Beatus qui
amat te & amicum in te, & inimicũ ꝓpter
te. Solus talis nullum charum amittit, cui
in illo omnes chari ſunt. Te nemo amittit
niſi qui dimittit. Vnde & mors bonorum
potius eſt natiuitas q̃ mors, cum ſit inchoa
tio vitę btẽ & finis miſere uitę. Inde mors
ſanctorum natalis dr̃. Septimo ſi deus vult
defunctum tuum accipere quare uis eius
contradicere uoluntati? Tu petis in orõne
dñica fiat voluntas tua & tamen non uis
eam impleri. Nonne quilibet creatura eſt
ipſius Dei? Iuxta illud Rom. 14. Siue uiui-
mus ſiue morimur dñi ſumus, ideo ſicut
nos debes triſtari ſi is qui mutuauit aliq̃d
illud repetit, ſic nec de morte proximi tui
vel amici. Vnde Hierony. Nil abſtulit tuũ
qui dignatus eſt recipere propriũ. Nemo
lugere debet cum reddit alienum, nec ali
quid aliud decet q̃ creatori ſuo grãs age-
re mutuante. Tales. n. qui ſic lugent cõiter
ſunt uelut campanelle de horologio. Quã
do enim horologium cadit tunc ſonant &
poſt caſum ſtatim ſilent, ſic quando p mor
tem cadit amicum eorum, tunc corã cor-
pore flent, ſed ſtatim poſt fletum iſtum ca
dit amici memoria. p̃s Perijt memoria eo-
rum cum ſonitu. Quarta ueritas. Mors pue
rorum & innocentum non eſt inordinate
lugenda propter multa. Primo, quia ſicut
dicitur Sap. 4. Raptus eſt ne malitia mu-
taret intellectum eius aut ne fictio decipe
ret aĩam illius; ſicut patet de puero in uita
Iohannis elemoſynarij, cuius pater prædi
ctum Iohannem præcibus & elemoſynis
inducit ut pro ſe & ſuis oraret, qui cũ cito
poſt in mari ſubmerſus fuiſſet patri de
hoc malancolico inuehenti contra prædi
ctum Iohannem reuelatum fuit q̃ propter
orationes Iohannis ſubtractus fuit ante-
quã mala faceret quæ facturus erat ſi diu
vixiſſet propter quod pręceptum fuit ei ne
beatum uirũ amplius infeſtaret ſed ei gra
tias agere. Vnde amicus uidens amicum
volentem de nocte ludere ad taxillos ubi
omnia amitteret, bene & amicabiliter a-
git cum eo cito extinguendo lumen ne lu
dat. Sic deus amicus noſter uidens talem
iuuenem impoſterum plura mala facturũ,
gratioſe agit cum eo cito extinguendo lu
men uitę eius, antequam cum mundo lu-
dat & damna incurrat corporalia & ſpiri-
tualia & finaliter animam amittat. Inimici
uero non extinguunt lumen, ſic deus hoc
non facit malis, & hæc eſt cauſa quare im
pij ſunt longeui, & quare uita eorum pro
ſperatur. Hiere. 12. Et quare impius multo
uiuit tempore. Eccle. 7. Secundo, hoc facit
deus agendo miſericorditer cum amicis
& parentibus, uel quia eos temporaliter
punit ad modum domini terreni. quia de-
linquentes contra ſuam legem quandoq;
in corporibus quandoq; in rebus ſuis, pu-
nit, ut patet in morte filij Dauid quem p
adulterium ex Berſabeæ genuit, uel quia
eos admonet. ut ſemper ſint ad mortem
parati, uel q̃a amorẽ illorũ & delectatio-
nes ad diuerſa diuiſas ad ſe colligere ni-
titur & in altũ aſcẽdere facit, & ideo ami
corũ & filiorũ pſcindit ramuſculos. Sicut
patet per confeſſionẽ mulieris nobilis Ro
manę Melanię noĩe, de qua ſcribit. Hieró
nimus q̃ mortuo marito anteq̃ ſepeliret,
mors utriuſq; filii ei nũciabatur. Illa uero
quaſi fortius in bello ait. Scio Chriſte ſcio
quid quęris totum .ſ. amorem Magnam. n.
partẽ dederã marito, magnam filiis, ſed
ex quo totum uis habere iuſtum eſt ut to-
tum habeas. Vnde Ezechieli prophetę di-
ctum eſt & omnibus noĩe dicti prophetæ.
Eze. 24. Fili hominis ecce ego tollo a te
deſiderabile oculorum tuorum & nõ plan
ges neque mortuorum luctum facies. & lo

cutus ſum ad populũ mane & mortua eſt vxor mea veſpere. Ecce qui habebat videre myſteria Dei paſſus eſt ablationem deſiderati ſui ſcilicet vxoris. Tertio, hoc deus fecit quia depoſitum ſuum requirit? Non enim debemus dolere ſed magis gratias agere, cum quod mutuauit quis illud repetit. Vnde de Cathone dicitur nuncianti bus ei quibuſdã q̃ filius ſuus mortuus eſſet, reſpondit. Memini me genuiſſe mortalem. Ad hoc enim intrauit ut exiret. Simile de Anaxagora refert. Valerius lib. 5. unde Sen. ad Lucilium. Non affligitur ſapiẽs liberorum amiſſione nec amicorum. Eodẽ enim animo fert illorum mortem, quo ſuã expectat Sua autem mors ſibi magis triſtabilis eſſe debet, quam tamen debet ferre patienter. vnde ad quendam dolentem de morte filii vel nepotis fertur quidam veniſſe & pulchrum iocale cuſtodiendũ tradidiſſe uſquequo illud repeteret, qui annuit. Poſt paucos autem dies illud repetijt, alius ſine dolore triſtitia aut murmure reddit. Cui alius: Miror (inquit) multum de vna re Deus & ego apud te quo ad aliquid ſumus eiuſdem conditionis, in hoc quòd vtrique tibi tradidimus pulchrũ iocale cuſtodiendum pro tradentis voluntatem. ipſe ſcilicet pulchrum puerum, & ego aurum, & Deo depoſitum ſuum petente murmuras, & me repetente depoſitũ meũ non contradicis. In quo facto tu contra rationem agis. Sed debes dicere cum Iob. 2. Dñs dedit dñs abſtulit &c. Quarto hoc poteſt facere deus propter utilitatem parentum Multi enim damnantur propter filiorum & amicorum amorem, quia ſecundum Auguſtinum ſuper Gen. ad literam. Sæpe offenditur deus ne offendatur amicus. Multi enim damnantur propter filios vel vxores. Ideo cum hoc ſit tibi incertum an ſi vixiſſet filius tuus fuiſſet cauſa damnationis tuæ, ideo non debes triſtari.

Quinta veritas. Minus in tpe noui teſtamenti lugendi ſunt mortui q̃ in tpe veteris. In veteri n. teſtõ oẽs deſcendebant in infernũ. Vñ dicebat Iacob. Gen. 37. Deſcẽdam ad filiũ meum lugens in infernũ non aũt in nouo, eo q̃ iã aperta ſit ianua cœli. Inde eſt q̃ Moyſes moriens plangitur, Ieſus aũt naui. ſine lachrymis & funere in morte ſepelitur. Ideo Moyſes tenet typum morientium in antiquo teſtamento, Ieſus in nouo. Nam ut dicitur. 26. q. 1. Multa permittebantur in ueteri teſtamento illis tã quam imperfectis, quæ tempore perfectionis, ſcilicet gratiæ eliminata ſunt. Tunc. n. imperfectorum ſtatum repręſentabãt nũc aũt perfectũ ſtatum oſtendit dñs viduę, cũ clariorẽ noticiã de bonis alterius ſæculi demonſtrauit. Ideo conſolans viduam non eſſe lugendum ſaltem in moderate concluſit, cum dixit ei noli flere. Sexta veritas Mors malorum qui male decedunt maxime lugenda eſt. Hie. 22. Noli flere mortuum, plangite eum qui egreditur nec videbit terram natiuitatis ſuę. q. d. plangendus eſt impius qui ab hac uita ſic egreditur q̃ nec ad regionem ſpiritum bonorum nec ad Deum reuertitur, immò uadit ubi erit fletus & ſtridor dentium. Vnde Eccl. 22. Mortui locutus ſeptem dies, fatui aũt & impij oẽs dies uitæ illorũ. In cuius rei ſignum (vt dicit Ambroſius) Dauid mortem Abſalonis lachrymatus eſt dicens. Abſalõ fili mi. Quis mihi tribuat vt pro te moriar Abſalon fili mi, non autem filij innocentis, quia ſciuit unum peccatorem & impiũ & alium innocentem mortuum. In hoc autem moderari poteſt luctus, quia quàm cito moriuntur tam cito terminantur eorũ nequitia. Vnde Chriſoſt. ſuper Ioh. Omel. 62. Non debemus peccatorem mortuum multum lugere, quia abſciſa eſt eius malicia. nec iuſtum, quia exutus eſt de incertitudine. nec iuuenem quia cito liberatur. nec ſenẽ quia ſatiatus liberatur. In tertia parte quomodo mortuus cœpit loqui deũ glorificando ſic dicitur, reſedit mortuus & cœpit loqui vt putatur deum laudando & glorificando & narrando mirabilia de profundo inferni. In qua re deſtruũtur aut deſtrui debent ſophiſtica miracula quæ dicuntur fieri in quibuſdam eccleſijs merito aliquorum ſanctorum qui ibi deprecantur ita vt dicant infantes abortiuos ſine baptiſmo decedentes reſuſcitari, & ſic baptizant eos, utpote ſi ſentiatur anhelitus uel ventus aliquis ex ore mortui procedẽs, vel ſi cauto vetularum artificio moueantur labia, tunc dicunt eos viuere, poſtea ſubito mori: quod falſum eſt. Dei. n. perfecta ſunt opera. Nec enim quẽquã ſuſcitat Deus qui non loquatur, ambulet, bibat, & comedat ſicut reſurrectionẽ ſuam his omnibus modis approbauit, ſicut & hunc ſuſcitauit qui



qui reſedit in loculo, loquebatur & ambulantem dedit matri ſuæ vt aleret eum. & ſic omnibus populus dedit laudem Deo. Hæc autem quæ fiunt vetulis iſtis, gratia quæſtus & luci fiunt. Nec credendam eſt Deum lucris earum condeſcẽdere vt mortuos ſuſcitet.

*Eiuſdem feria quintæ unde ſupra. Sermo. 2. & in ordine.* 100.

A Cceſſit Ieſus & tetigit loculũ. Luc. 7. Loculus paruus eſt locus in quo reponuntur corpora defunctorum. vt quibus non ſufficiebant magna palacia, nunc ſufficiat loculus. Alexandro non ſufficiebat tota terra, cui mortuo ſatis fuit ille loculus. Sic cœlum & terram implebat ego (inquit) cœlum & terram impleo, ſic abbreuiauit ſe & decurtauit. ut cum voluit propter nos mortalis fieri, in loculo beatę virginis ſe compoſuit. Eſa. 10. Abbreuiationem faciet dñs in medio omnis terrę. In illo loculo reconditę ſunt præcioſiſſime reliquię. Ad illum ergo loculũ recurramus, vt de eius theſauro accipiamus dicentes Aue.

Circa thema duo dicẽtur. Primo qũo acceſſit dñs Ieſus impediens ne mortuus deferretur ad ſepulchrum. In ſecunda parte qũo tetigit loculum ſuſcitando eum. In trãte itaq; dño portam ciuitatis naym obuiauit mortuo qui deferebat ad ſepulchrũ quem m ia motus ſuſcitauit. Quintuplex aũt ex ſcripturis legimus ſepulchrũ. Vnũ clauſum & non apertum, vt eſt occultus peccator, hypocrita, & ſimulator, & iſte ſecreto corrigendus eſt & reſuſcitandus nec detegendus ſed ſepeliendus ſi ſuſcitari nõ poſſit Nec enim ſecreto corrigit qui detegit. Nam præcipit dominus. Si peccauerit in te. i. te præſente frater tuus, corripe ipſum inter te & ipſum ſolum. Hoc docet natura delphinorum qui ſe mutuo intumulant in arena Male propterea agunt qui ſi quid nouerint ſiniſtrum de fratre ſuo, non ceſſant eum publice infamare cõtra quos Eccl. 19. Audiſti aliquid aduerſus fratrem tuum, commoriatur in te fidens q̃m non te diſrumpet. Tales comparantur hyene qui ſecundum Ariſtotelem lupus eſt africanus, qui cadauera extrahit de ſepulchris Hier. 12. Facta eſt mihi hereditas mea quaſi hyena ſecundum aliam tranſlationem. Et hoc eſt graue peccatũ, quia multi ſunt in peccato, qui quaſi electi Dei poſtea reſurgunt. ps. Poſuerunt morticina ſeruorũ tuorum eſcas volatilibus cœli. Hiere. 8. Tollent oſſa regum Iuda & ſacerdotum & prophetarum de ſepulchris ſuis, & pandent ea ad Solem & Lunam. Tales violatores ſunt cimiteriorum. Diſcrete tamen intelligendum eſt peccatum fratris eſſe ſepeliendum non ad fouendum in peccato ſicut qui tegunt eorum crimina quibus ſocij ſunt in criminibus & alter alterum tegit & defendit. Iob. 40. Protegunt umbre umbram. Mat. 8. Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Greg. Mortuus mortuum ſepelit, quando alter alterum aggere adulationis præmit. Sed bona intentione ſpe correctionis faciendum eſt, maxime ſi confiteatur, quia confeſſoris officium eſt ſepelire mortuos, exemplo Thob. cui cum nũciatum eſſet unum ex filijs iſrael iugulatũ iacere in platea, ſtatim exiliens de accubitu ſuo & relinquens prandium ieiunus abijt ad corpus & tulit illud occulte & caute ſepeliuit ipſum. Iugulatus in platea ſignificat illum qui peccat aperte. Inde eſt magna perfectio confeſſoris cum non ſolum ſatagit peccatum occultum tegere, ſed ſi poſſit ei quod manifeſtum eſt infamiam ſubtrahere. Secundum eſt ſepulchrum patens & non clauſum qui eſt manifeſtus peccator qui corrumpit alios ſuo fœtore. Ideo dicitur ſedere in cathedra peſtilentiæ, quia magiſter eſt erroris & peccati. Eze. 14. Sanguis eius in medio eius, ſuper limpidiſſimam petram effudit illum non autem ſuper petram vt poſſet operi puluere. Item iſtud ſepulchrum eſt detractor qui explorat omnia cadauera vt ſibi incorporet. ſicut canis qui cadaueribus paſcitur, ſicut vultur de quo legitur lib. de naturalis animalium quòd ſequitur exercitus propter cadauera, & a longe uidet ea & ſentit & dolet quando videt pullos ſuos impinguari. Sic inuiduis & detractor aliorum facta perquirit ſi inueniat in quo poſſit detrahere, & tabeſcit quãdo uidet eos proficere quos deberet quaſi filios enutrire. Vnde eius os quaſi porta ſtercoris eſt quia alienum ſtercus portat in ore ſuo. 1. Eſdre. 7. Melchias (qui interpretatur chorus domino,) filius Rechab qui interpretatur mollis pater ędificauit portam ſtercoris.

*D Detractor. Quod detractor ẽ ſepulchrũ patens & nõ clauſum.*

ris. Sic qui faciunt chorum & ſocietate dominis ſuis qui ſunt molles in corrigendo uerba detrahentium ędificant detractiones. Remiſſio enim auditorum multitudinem generat detractorum, quia ſi deeſt auditor deeſt & detractor. Ideo de uiro iuſto dicit. p̃s. Ad nihilũ deductus eſt in conſpectu eius malignus. Prouer. 15. Ventus aquilo diſſipat pluuias, & facies triſtis labia detrahentia, ideo dicitur Eccl. 11. Nõ omnem hominem inducas in domum tuã id eſt non omni homini aperias conſcientiam tuam. Tertium ſepulchrum eſt patẽs & clauſum, ut qui confitetur pec cata patẽter confeſſori ſuo & Deo. Mat. 27. Monumenta aperta ſunt, ſed clauſum mundo & diabolo quia nullum peccatũ in libro. conſcientię eius uidet diabolus. p̃s. Beati quorum remiſſę ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Iſtud eſt ſecretum conſcientię, de quo Iob. 3. Gaudentq́; uehemẽter cum inuenerint ſepulchrum. i. quietẽ conſciẽtiæ ad quam ſequitur quies & ſepulchrum glorię. de quo Gen. 49. Sepelite me cũ patrib. meis in ſpelũca duplici. Qui non ſepelit in primo ſepulchro nõ ſepelietur in ſecundo, quia qui nõ hẽt pacẽ conſciæ, non ſepelietur in ſepulchro gloriæ. Quartum ſepulchrum. ſ. mundi eſt ẽt patẽs & clauſum. clauſum uiris ſp̃ualibus apertum mundanis, quia ibi ſepeliunt, de quo Gen. 23. In electis ſepulchris noſtris ſepeli mortuum tuum. Habet mundus ſepulchra eos. ſ. quos elationis faſtigiũ perſpicuos reddit. Vnde tota egyptus ſepulchris plena eſt. Nec enim erat domus in qua non iaceret mortuus, q̃ ſepulchra cõcupierunt filii Iſrael in deſerto cum dicerent. forte deerant nobis ſepulchra in egypto. In talibus ſepulchris noluit Abrahã mortuum ſuum ſepeliri, ſed in ſpelunca duplici ubi ſpes bonorum operum & amor cõtẽplatiue deuotionis requieſcit. Quintum ſepulchrum eſt inferni, ubi mortuus diues ſepultus eſt. quod ſimiliter eſt patẽs & clauſum, patens reprobis ut ab eo deglutiantur & perpetuo maneant. Ibi enim ibit Homo reprobus in domũ ęternitatis ſuæ. Eccl. 12. Clauſum eſt autem eis ne exeant. Sap. 2. Non eſt agnitus qui reuerſu ſit ab inferis. Efferabatur autem mortuus iſte extra ciuitatem ſepeliendus. In quo apparet tunc temporis ſepulchra fuiſſe extra

ciuitates propter horrorem & periculum 1
fœtoris, & nec dum fuiſſe ciniteria publica ſed unuſquiſque in prædio ſuo ſepeliebat mortuos ſuos, ſicut patuit in Abrahã qui propter hoc emit agrũ in quo erat ſpelunca duplex. Nunc autem in ciuitatibus & extra ciuitates fiunt ſepulturę circa eccleſias, & in locis dedicatis ut qui in amore Chriſti & proximi deceſſerunt, ſimul corpore requieſcant. Circa hoc quæritur an liceat homini curare de ſuo cadauere. ut honorifice ſepeliatur. Et uidetur quòd non, quia cum ſit cibus uermium & ſaccus ſtercorum de tali nullus ſapiens curaret, ſic quòd ſibi magnificam domum componeret? Reſponſio. Prima ueritas. Sepulturę uel ſepulchra mortuorum parentum uel amicorum uel eorum qui bene uixerunt etiam magnifica & ſumptuoſa non ſunt contemnenda ſed quandoque
licite fieri poſſunt. Probat Auguſtin. mul- 1
tipliciter. primo de ciui. dei. c. 12. & 13. Primo quia corporibus talium uſus eſt ſp̃us ſanctus ad bona opera facienda tanq̃ organo. Si autem organa malorum quibus operati ſunt malũ in Chriſtum & martyres honorifice recondita ſint. puta crux, lancea, claui &c. ſequitur q a fortiori organa ſpiritus ſancti corpora ſanctorum debent magnifice recondi. Sapiens enim artifex vult q ſua inſtrumenta ſaluo loco recondantur. Secundo hoc idem probat annulus aureus uel gemmatus, & diuitiæ relictæ a prędeceſſoribus, a ſucceſſoribus ipſorum honeſte tractantur, cuſtodiuntur, & reponuntur. Si ergo diuitię ita cuſtodiuntur a ſucceſſoribus, dignum eſt & iuſtũ ut corpora quibus debent maiori amore affici, in loco ſacro & honeſto, honeſte & magnifice recondantur, cum etiam ipſi aliquando ſint de eorum ſubſtantia ut pote corũ liberi. Tertio hoc probat, quia antiqui patres ſiue patriarchę multum fuerunt ſoliciti de ſepultura ſua magnifica. Vnde & Iacob fecit ſe ab egypto in terram Chanaam deportari & ibidem ſepeliri. licet hoc multis expenſis propter itineris longitudinem compararetur. Si ergo hoc ſancti patres fecerunt nec in hoc reprehenduntur, non eſt magnifica ſepultura paruipendenda. Vnde & Ioſephus recitat libro. 13. De antiquitatibus. capitul. 15. Quòd Salomon rex in ſepulchro Da-





uid cum corpore patris ſui repoſuit pecuniam multam cuius thecam primo hircanus apparuit. & de uno loculo extrahit tria millia talentorum eo tempore quo rex antiochus obſidebat ciuitatem hieruſalem. & poſtea Herodes alium loculum extrahit Quarto probat, quia laudantur Ioſeph & Nichodemus, quia honorifice ſepelierunt Chriſtum. & etiam dominus Magdalena laudauit ex eo quòd effudit vnguẽtum præcioſum in ſepulturam eius ſignum eſt ergo hoc non eſſe uilipendendam. Quinto hoc idem probatur a doctore ſancto in 4. di. 45. q. 2. ar. 3. q. 2. quia naturaliter ineſt uiuenti quædam ſolicitudo ſuę carnis. Eſt enim caro pars naturæ hominis, ideo naturaliter homo ad carnem ſuam afficitur. Ephe. 6. Nemo unquam carnem ſuam odio habuit. Ideo ſecundũ iſtũ naturalem affectum ineſt uiuenti quidam ſolicitudo quid etiam de corpore ſuo poſt mortem futurum ſit, ſed qui natura dedit non ſint omnino contemnenda, igitur. Sexto aliunde probatur. quia ſecundum Ariſ. 7. polit. In Hyſpania antiquitus mos erat & lex, ut quicunque ſtrenus pugil. in p̃lio, cum ſepeliebatur ad magnificandum eum in ſepulchro ſuo tot proponebantur imagines ſculpte & eleuate quot hoĩes ſuperauerat, aut in bello occiderat. Si ergo hęc faciebant Pagani & infideles ſuis qui certabant pro terre, q̃tomagis hoc faciendum eſt ſanctis qui per fidem uicerunt regna & adepti ſunt ęternas repromiſſiones.

6 Secunda ueritas. Fidelis quilibet curare habet de ſepultura proximi ſui. Nam primo adhoc nos mouere debet naturalis pietas. Quos enim in uita dileximus nec in morte ut poſt obliuiſci debemus, quin ſicut eis ſeruiuimus & obſequioſi fuimus in uita, & in morte inueniamur. Ad exemplũ Chriſti. Io. 13. Qui cum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, etiam in finem dilexit eos. Hoc enim eſt ultimum beneficium quod eorum corporibus exhiberi poteſt. In ſignum huius reputati ſunt crudeles & tyranni qui corpora hominum inhumata iacere præceperunt. p̃s. Poſuerunt morticina ſeruorum tuorum eſcas uolatilibus Cœli. Secundo adhoc nos monere debet exemplum angelorum qui ita curam habent de natura animæ ſibi cõſimili ut quomodo deducant eam ad locum quietis ſuę ſe præparent. Lucę. 16. Lazarus mortuus portatur ab angelis in ſinu Abrahæ. Ita ſimiliter nos debemus curare quomodo natura corporis fragilitate noſtrę ſimilis honorifice ſepeliatur, imo angeli (quando alii non ſunt qui ſepeliant) curam habent de ſepeliendo, ut patet in corpore beatæ Katherinæ, & in Paſſione Agathæ cuius ſepulchro angeli titulum impoſuerũt. Tertio ad hoc nos debent mouere exempla ſanctorum patrum antiquorum. ut patet de Thobia qui propter ſepulturas prandiũ dimittebat. nec propter mortis periculum hoc facere commitebat. Vnde & propter hoc promeruit Deum. Quarto, quia hoc opus a malo præſeruat. 4. Reg. 23. de pſeudo propheta qui quia ſepeliuit occiſum a Leone prophetam ſeruatur Ioſiæ tempore a combuſtione oſſium ſuorum. Ad hoc recitat. Valerius exemplum li. 1. c. 5. de ſimonide pocratico cum nauigando per mare ad portum quendam applicuiſſet, inuenit quendam mortuũ hoĩem in arena a mari proiectum & cum oẽs eũ dimiſiſſent, cõpaſſus mortuo eum ſepelire mandauit. Nocte ſequenti apparuit ei mortuus ille quaſi gr̃as agens & mandans ei ne cras ſe nauigio committeret. Monitus ſomnio in craſtinum non ſe cõmiſit naui, & in cõſpectu eius tẽpeſtate maris ſocii ſui obrupti ſunt. Hoc aũt ei contingit ex mĩa quam mortuo ſepeliendo fecerat. Quinto ad hoc debet mouere meritũ. Ex hoc enim conſequtur hõ benedictioné a dño. 2. Reg. 1. Dixit Dauid uiris Iabes. Benedicti uos a dño qui feciſtis hãc mĩam ſepeliẽdo ſcilicet Saul. & non ſolum ſp̃ualem benedictionem ſed & temporalem merẽtur. Nam (ut dr̃ li. 12. hyſto. tripar. c. 12) Maximianus monachus p̃byter uiri idiota ſermone, quia tamen reuerendi uiri opinionẽ habebat. quia propriis ſumptibus monumenta fabricabat ut in eis religioſorũ corpora ſepelirentur, ordinatur poſt Neſtorium conſtantinopolinus epiſcopus. Sexto quia hoc opus ſumme Deo & Angelis placet. deo quidẽ quia uendi non recuſauit, ut uenditionis ſuæ p̃cium in emptionẽ agri figuli tranſiret, ubi peregrini ſepelirent̃. Angelus uero q̃a hoc opus ſp̃aliter coram dño tanquã ſibi gratiſſimũ rep̃ſentat. Ita dixit angelus. Thob. 12. Quando abſcondebas mortuos in domum tuam, &c. Tertia ueritas ſepul-

H *Sepulchrum. Sepultura magnifica utilis eſt uiuis & defunctis.*

chrum vel ſepultura magnifica utiſli eſt viuis & defunctis tribus obſeruatis. Primo quòd hæc ſepultura de alieno nõ fiat, quia Abac. 2. Lapis de pariete clamabit. & ideo vix quieſcerent in talibus ſepulchris. Secundo ꝙ hæc ſumptuoſitas uel magnificentia ſepulchri non fiat propter pompam & gloriam, quia licet forte poſſet prodeſſe uiuis per accidens inquantum corda aſſiſtentium mouent ad compaſſionem, tamen his qui hæc facerent, noceret. Sępe enim ædificatur æquo. i. corpori eius magnum ſtabulum & magnus apparatus, cuius anima ſepelitur in inferno. Tertio quod propter hoc bonum magis neceſſarium non omittatur, ut ſi propter ſumptuoſitatem ſepulchri non ſubleuaretur pauperum neceſſitas. Plus enim ordine charitati uo penſare debes de corpore & anima fratris tui viuentis, quam de cadauere corporis tui. Sic etiam interueniret cõfeſſio nominis Chriſti, ut patuit de martyrib. lugduni dimittẽda eſſet ſolicitudo ſepulchri. Vnde & plures martyres pro Chriſti nomine contempſerunt ſepulturam, ut patet in eccleſiaſtica hyſto. lib. 5. c. 1. 2. & 3. de martyribus lugduni ſub Seuero Imperatore. p̃s. Effuderunt ſanguinem innocentẽ in circuitu hieruſalem, & non erat qui ſepeliret. Vnde Aug. lib. de cura pro mortuis agenda dicit de corporibus martyrũ expoſitis canibus, quòd non ob aliud credendũ eſt diuinitus fuiſſe permiſſum, niſi ut diſcerent chriſtiani in confitendo Chriſtum dum contemnunt hanc uitam, multomagis contemnere ſepulchrum. His conditionibus oſeruatis ſepultura magnifica utilis eſt uiuis & defunctis. Primo uiuis ad quattuor. Primum quidem ad uiuorum ſolatiũ. Vnde Aug. lib. de cura pro mortuis circa prin. Cura funeris, conditio ſepulturę, põpa exequiarum magis ſunt uiuorum ſolatia quam ſubſidia mortuorum. Vtile enim eſt triſtibus aliquid ſolatij accipere, quod fit cum omnia circa amicos facta ſunt honeſtæ & magnificę. Secundo quia talis ſepultura erudit uiuos. Vnde Aug. 1. de ci. c. 12. Thobias ſepeliendo mortuos Deum ꝓmeruit, ut illud ſalubriter diſcatur quãta poſſit eſſe remuneratio per elemoſynis quas uiuentibus exhibemus, ſi nec hoc apud Deum perit quod ex animis corporũ membris exhibetur. Tertio aſtruit fidem reſurrectioni. Multum enim debet honorari corpus quandoque ita glorioſum apparebit in cœlis. Si enim in tali corpore reſurrectionem non expectaremus pro tam uili cadauere & eſcam uermium, tantas expenſas non niſi fatuæ faceremus. Vnde Glo. Heb. 11. dicit quòd ſancti Patriarche voluerunt in terra promiſſionis ſepeliri, quia in ea terra præuiderunt Chriſtum naſciturum, moriturum, & reſurrecturum ut cum eo reſurgerent. & idem dicit Nico. de lyra in fine li. Gen. Quarto mouet mentem ad ſuæ fragillitatis conſiderationem & ad pœnitentiam peragendã, & ad uitam mutandam in melius. Inde dicitur monumentum quaſi mouens mentem. Vnde & malis & incorrigibilibus apud expertos confeſſores ſummum remedium eſt iniungere ſi uelint acceptare ut ſæpe ſepelliant mortuos, uel aſſiſtant ſepulturæ eorum. Per hoc enim facile redeunt in ſeipſos ad conſiderandum quales ſunt & quales erunt. Secundo utilis eſt mortuis in quattuor. Primo quia cum quis uidet monumentum mouetur ad compaſſionem, & tunc orat pro ſepulto. Secundo quia quĩ diſponit de huiuſmodi ſepultura in aliquo loco ſacro, conſtituit ſanctum illius eccleſiæ quodammodo patronum ſepulti ideo quodammodo iuuatur ab eo. Tertio quia in loco ſacro ſacerdotibus orationes fiunt ſpiritualius pro defunctis in eccleſia ſepultis ideo peculiaribus orationibus quodammodo magis iuuantur. Quarto quia ornatus ſepulturę pauperibus ꝓdeſt quia ex hoc aliquem fructum accipiunt, & ſic pro defunctis orant, quia elemoſyna quodammodo orat pro defuncto. Quarta ueritas. Et ſi ſepultura proſit mortuis in Chriſto, non tamen his, qui damnati ſunt ſcilicet quod in loco ſacro ſepelliantur. Hoc multipliciter oſtendit Greg. in 4. dia. c. 51. de ſanctimonialia cõtinente ſed procacis linguæ, quæ in eccleſia ſepulti ſequẽti nocte uiſa eſt a cuſtode eccleſiæ deducta ante ſacrum altare, & per medium ſecabatur. pars una igne cremabatur, pars altera intacta remanebat. & flammecyſtio in eodem loco marmoribus inhęrens apparuit. Secundo hoc idem patet. c. 52. de Valeriano Patricio qui in eccleſia ab epiſcopo ſepultus eſt. uir quidem uſque ad decrepitam ætatem lubricus & leuis, ſed eadem

I *Sepulchrum. Sepultura …*



dem nocte qua ſepultus eſt beatus Fauſtinus martyr in cuius eccleſia fuerat humatum corpus cuſtodi ſuo apparuit dicens. vade & dic epiſcopo ut proijciat hinc fętẽtes carnes quas hic poſuit, quod ſi non fecerit die triceſimo morientur. Quam uiſionem cuſtos epiſcopo timuit confiteri, & admonitus epiſcopus nihil inde fecit. Vnde die triceſimo in lectum ſanus ingrediens ſubita morte functus eſt. Tertio de Valentino eccleſiæ Mediolan. defenſore uiro lubrico & cunctis lęuitatibus occupato. Nocte enim media in eccleſia ſancti Siri factę ſunt voces, ac ſi quis uiolenter ex ea repelleretur & traheretur foras, ad quas uoces cucurrerunt cuſtodes, & uiderunt duos teterrimos ſpiritus qui eiuſdẽ Valentini pedes quadam ligatura ſtrinxerant & eum ab eccleſia clamantem & uociferantem foras trahebant, qui territi ad ſua ſtrata reuerſi ſunt. Mane facto ſepulchrum aperientes non inuenerunt, & extra eccleſiam perquirentes in alio ſepulchro poſitum ligatum adhuc pedibus ſicut uiderant ab eccleſia abſtractum inuenerunt. hæc. c. 5. Quarto de tinctore urbis Romæ ſepulto in eccleſia beati Ianuarij martyris, qui ſequenti nocte uel ſpiritus eius auditus eſt clamare ardeo, ardeo. Hoc uxori relatum eſt, quæ miſit ut aperiretur ſepulchrum & ueſtimenta eius intacta reperierunt, ſed corpus, non inuenerunt. hęc c. 54. Eſt enim de ſepulturæ loco ſicut de habitu religionis. Primo quia ſicut habitus monachum non ſanctificat, ſed potius homo habitum. ita ſanctus locus cadauer peſſimum non ſanctificat. licet bonus ſit uiris pœnitentibus & deum in extremis recognoſcentibus ſepeliri ubi ſancti ſepulti ſunt. ut cum Ioſias rex Chriſtus in iudicio iniquorum oſſa. i. principes combure͏t, ſaltem propter ſanctorum ſocietatem & pręces poſſit eis parci. Si enim mortuus tangens oſſa. Helyſei illuc proiectus ſurrrexi, quantomagis in locis ſanctis uiri mali poterunt a peccatis reſurgere, vel eis parci propter merita defunctorum. Secundo ꝗa ſicut religioſi cum tali habitu ſepeliuntur cum quali uiuunt, ſic mortui cum tali habitu uirtutum uel uitiorum ſepelientur cũ quali uixerunt. Tertio, quia ſicut habitus religioſus in morte illum iuuat qui prius religioſe uixit & non alium, ſic ſepultura illum qui bene uixit & non alium iuuat. Tales enim fuerunt organum ſpiritus ſancti ideo in locis ſanctis ſepeliendi. Alijs ſufficere debet cum ſocrate aſinina ſepultura ſicut recitat Greg. Turon. lib. de martyribus. quòd apud tholoſam uir nequiſſimus Anthoninus in Baſalica ſancti Vincẽtij ſepelitur ubi ſibi fecerat ſepulchrũ, ſed cum ſinguli dormirent ſarcofagus ille per feneſtram a ſancta Baſilica proijcitur in medio atrij. Quo comperto propinqui illius non intelligentes uirtutem Dei, nec ſancti iniuriam in cuius templo indignũ temere ſepelierant, in loco priori altius ipſum effodientes ſepelierunt. Altera uero die uident ipſum eiectum iterum in medio atrij. & ſic intellexerunt opera domini. Nunc ergo qui peiorem ducunt uitam hij ſunt qui in honorabiliori loco ſepeliũtur quod plangit ſcriptura dicens. Eccleſ. 8. Vidi impios ſepultos qui etiã dũ adhuc uiuerent in loco ſancto erant, & laudabãtur in ciuitate quaſi iuſtorum operum, ſed & hoc vanitas eſt. Quinta ueritas. Conueniens eſt decens & honeſtum uirum & mulierem in eodem ſepulchro reponi, & cum hoc filios eorundem, licet hoc non ſit neceſſarium, primũ patet 13. q. 2. ebrõ. &. c. ſe. ubi expreſſe hoc dicitur, & multipliciter probatur. primo quia Abraham emit ſpeluncam duplicem ab emor. Gen. 23. Quæ ideo dicebatur duplex, quia in ca erant duę partes. una ꝑ uiris, alia pro mulieribus, in qua ſpelunca ſepulti fuerunt Adam & Eua, Abraham & Sara, Iſaac & Rebecca, Iacob & Lya. Thobias etiam dixit ad filium. Tho: vl. Cum acceperit deus animam, corpus meum ſepelies, & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus & cum ipſa compleuerunt tempus ſuum ſepelies eam iuxta me in uno ſepulhcro. Et Grego. in dialo. dicit quod ſoror beati benedicti ſepulta eſt in ſepulchro quod ipſe ſibi præparauerat, ut quorum mens ſemper una fuit in domino, eorum quoq; corpora ſepultura non ſepararet. Itẽ beatus Philippus diaconus unus de ſeptem legitur edificaſſe ſibi ſepulchrum in quo ipſę & filię eius quieuerunt: Et beatus Seuerus rauennatum archiepiſcopus tumulum fieri iuſſit, in quo ſe & uxorem & filiam collocauit. Item Hiere. Quos coniunxit unumconiugium, coniungat unicum ſe-

K *Sepulchrum. Qđ decẽs eſt uirum & uxorẽ recõdi in eodem ſepulchro.*

pulchrū, quia vna caro ſunt, & quos Deus coniunxit homo non ſeparet. Secundum patet, quia Adam in ciuitate Arbeæ tumulatus eſt. Non fuiſſet autem poſſibile omnes filios Adæ ibi ſepeliri, & ideo liberū eſt filijs & vxoribus eligere vbi voluerint ſepulchrum, iuxta tamē eccleſiæ formam & conſuetudinē. Decentius tamen eſt ꝙ ī ſepulchro patrum ſuorum recondantur.

*I. Surgere a peccato. Propter tria ſurgendū eſt a peccato*

In ſecunda parte dicendum qūo tetigit dominus loculum ſuſcitando puerum. Vñ dominus miſericordia motus acceſſit, & tetigit loculum dicens. Adoleſcens tibi dico ſurge. In quibus uerbis tria notantur, propter quæ debet homo à peccato reſurgere. ſ. amor, timor, & honor. Primo amor adiuuantis. Iacens enim ſub onere uel in luto citius nititur ad reſurgendum cum ſe ſentit habere fortem adiutorem, & miles hoſtem audacius impugnat, cum ſcit regē adiuuare partem ſuam, & ille cui iniuria fit, libentius trahit in cām aduerſarium, cum præſumit iudicem hr̄e in ſua cauſa ꝓpitium & benignum. Sic Deus tantū amat hominem & odit peccatum, ꝙ ſi vult ſurgere à peccato per ipſius derelictionem, & ipſum impugnare per ieiunium & elemoſinam, & orationē, & ipſum in foro ſuo accuſare per confeſſionem coram ſacerdote Deum inueniet adiutorem, & dicet illud. Inimicus ero inimicis tuis. Et hoc innuitur cum dicitur ꝙ miſericordia motus acceſſit per amorem ſuum ad ipſum adiuuandū ſicut medicus ad ægrum, vt naturam cuſtodiat & morbum pellat, & pia mater ad filium muſcis expoſitū, ut muſcas abigat, & paruulum defendat, & hoc eſt quod dr̄. Mala. vlti. Accedam ad uos in iudicio. i. ꝓ uobis contra hoſtes ueſtros. ſm glo. Secūdo timor comminātis. Aues enim timore lapidis & baculi granum uel cibum deſerunt, & lupus ouem timore canum. Multo plus rationalis homo peccatum debet dimittere timore Dei cōminantis ei ſupplicium æternum. p̄s. A uoce tonitrui tui formidabunt. Hoc tangitur ibi ſm gloſſ. quia tetigit loculum. i. pęnam videre fecit, qua manu ſua percutit peccatores. Can. 5. Venter meus. i. mens vbi feces peccatorum cōtinentur, contremuit ad tactū eius, id eſt timuit. Hæc gloſſ. Tangit enim dominus loculum. i. corpus in quo requieſcat anima, quandoque locuples, quandoque miſera. Quandoque enim tangit ut ſanet aut corrigat, qñq; ut probet ſi dolium plenum ſit Iob. 2. Mitte manum tuam & tāge os eius & carnem, niſi in faciem benedixerit tibi, id eſt maledixerit. Tertio honor imperantis. Non enim eſt creatura (excepto homine) quæ non honoret Deum mādata eius ſeruando. p̄s. Ignis grando, nix glacies ſpiritus procellarum &c. Si ergo hominem Deus non amaret. ſi peccantem dn̄s nō puniret, tn̄ propter honorem & reuerentiam eius à peccato reſurgere deberet, qa deus hoc imperat, & hoc innuitur cum dicitur. Adoleſcēs tibi dico ſurge. Bruta enim ad vocē, & ad imperium dominorum ſuorū ſurgūt, & ſerui principum ad eorum imperium currunt. Et reſedit qui erat mortuus & cępit loqui &c. Perſona ideo non poteſt ſurgere, aut quia mortua, aut quia debilis, aut quia infirma, aut quia nimis onuſta. Vnde perſona quæ non poteſt bñ ſurgere non dicitur bene curata. Vndę in uita beati Petri legitur ꝙ Simon magus iactauit ſe de ſuſcitatiōe mortuorū. Veniēs ergo ad iuuenem mortuū tm̄ fecit ſuis incantationibus ꝙ mortuus viſus eſt agitare caput unde populus putauit eum tunc ſuſcitatum. Tunc Petrus ait. Si vere uiuit, ſurgat, ambulet, & loquatur. ſi nō ſcietur. fantaſmata eſſe. Sic ſpiritualiter qñq; tantū facit prædicator ꝙ perſona audiens ſermonem agitat caput, mouetur cor ad pœnitētiam, & vr̄ ſuſcitatus, non eſt tn̄ in veritate. Ad veram. n. ſuſcitationem requirūtur tria, ꝙ loquatur peccatum integre confitendo, ꝙ ambulet operādo, & ſurgat lectū peccati omnino dimittendo. Vnde licet uſurarius loquatur confitendo, teſtamentū ordinando, niſi relinquat loculos vſurę, nequaquam ſurgit a peccato.

*Feria ſexta poſt quartam Dominicam 40. Sermo I. & in ordine 101.*

LAzarus amicus noſter dormit, Ioh. 11. Quæritur cum hoc miraculum tam grande fuerit & tam prouocatiuū inuidiæ Iudæorum contra Chriſtum, quare hoc alij euangeliſtę a Iohanne tacuerunt. Reſponſio. ſecundum Guiller. Pariſien. apoſtoli & Euangeliſtæ propter tanti miraculi euidentiam crediderunt quòd Illud nunquam poſſet a memoria hominum excidere



re, propter quod non curauerūt illud ſcribere. Iohannes autem qui vltimus ſcripſit attendens labilitatem memoriæ hominū ab alijs omiſſa deſcripſit. Secundo quia Eze. 1. de animalibus ſanctis. i. de euangeliſtis dicitur quod vbi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur cum ambularent, & quia impetus ſpiritus ſancti non ad hoc miraculum ſcribendum alios direxit, ideo non ſcripſerūt. Diuiſiones enim gratiarum ſunt, idem aūt dn̄s. Ideo ſingulis euangeliſtis diuiſit certas & grandes materias. Inter quas hanc reſeruauit aquilę. Tertio quia quattuor libri euangeliſtarum ſunt vnus liber vitæ Chriſti diuiſus in quattuor capita, ſicut fons qui egrediebatur de paradiſo diuidebatur in quattuor flumina, non autem omnia oportuit neq; primo neque ſecundo neq; tertio flumine, i. volumine ſcribi. ſed magis reſeruata ſunt maiora in quarto. Et hoc ideo quia priores euāgeliſtę ſcripſerunt ea quæ maxime ad Chriſti humanitatē ſpectabant quaſi inſtruentes infantiam eccleſiæ. nouiſſimus venit Iohannes inſtruens eam quaſi iam prouectā de his quæ ſunt diuinitatis. Et quia iſtud miraculum maxime diuinitatem eius extulit & manifeſtauit, nil mirum ſi ei reſeruatum eſt ſcribere. Hæc autem ſcripta ſunt (vt inquit ipſe) vt vitam habeatis, quam vitam requiramus ab ea quæ mater eſt vitæ dicentes Aue.

Quòd Chriſtus fuerit amicus Lazari oſtendit corde, verbo, & opere. Corde cum excitauit parentes eius ad quærendum medicum. Verbo cum diſcipulos erudiuit vt accederent ad eum excitandum. Opere, cū manifeſte ſuſcitauit eum. Pro primi expeditione ait euangeliſta. Erat quidam languens Lazarus de domo Marthæ & mariæ. Languor tripliciter cauſatur. Aliquando ex multitudine medicamentorum. Medici enim aliquando tot dant medicamina ꝙ grauant ſtomachum, & ſic homo per totam vitam efficitur languidus vtens medicinis & nunquam ſanus. Sic multitudo copioſa ſtatutorū & præceptorū, eſt cauſa lāguoris in religione & alijs ſtatibus. Quidam enim faciunt tot pręceptiones, tot feſta ꝙ redeunt ad onera antiquę legis quibus pōt dici illud Petri Actu. 15. Quid tētatis iugum imponere, quod neq; nos, neq; patres noſtri portare potuimus? Sic lāguebant qui venerant vt conſolarentur Mariam Iudæi ſcilicet ſicut ſit in multis religionibus. Secundo languidus fit aliquis propter multitudinem & magnitudinem morborum. i. peccatorum ipſum aggrauātium. p̄s. Iniquitates meæ ſicut onus graue grauatæ ſunt. Sic paraliticus propter talem multitudinem peccatorum nullo mēbro id eſt merito ſe iuuare poterat, propter quod dictum eſt ei. Iam amplius noli peccare. Tertio fit aliquis languidus debilitate complexionis, & iſti ſunt imperfecti qui licet habeant bonam voluntatem. non tamen habent intellectum & virtutem motiuam ad aliquid perficiendum. Iſti ſunt viri in religione aut alijs communitatibus imperfecti, qui nec ad actiuam nec ad cōtemplatiuam ſunt apti, & vix aliquid aut paucum poſſunt operari, & ſunt oneri eis cum quibus conuerſantur, & iſti ſupportādi ſunt tanquam languentes quòd ſi non miniſtrent præ infirmitate ſua, ſunt excuſandi. Et ſignificantur per Lazarum qui erat languens Bethania ideſt a domo obedientiæ, in qua non ſolum erat Maria & Martha id eſt contemplatiui & actiui, ſed etiam Lazarus languens, & tamen dominus illam domum in qua erant illi tres ſtatus diligebat, & eorum ſingulos. Vbi eñ ſe exerceret pietas, & charitas. ſi in ea domo non eſſent infirmi? Sic ergo dominus in domo quam frequentat ordinauit ſapiētiam contemplationis quæ ad Mariam iuſticiam actionis, quæ ad Martham pertinet, ſic pietatem compaſſionis, quæ ad Lazarum. Erat autem a Bethania quia etiam a domo religionis & obedientiæ ſępe procedunt infirmi & languidi, ſed in ea pluſquàm alibi viuificantur & ſuſcitantur. Diligebat autem Ieſus Martham & Mariam &c. Chriſoſtomus oſtendit nos non debere ſcandalizari ſi uiderimus amicos Dei infirmari & turbari. Multi enim cum viderint ex his qui Deo placent pati aduerſa. (vt infirmitatem vel inopiam, vel aliquid tale) ſcandalizantur, neſcientes quòd eorum qui Dei ſunt amici maxime eſt pati. horum autem Lazarus erat unus. Miſerunt ergo ſorores, &c. Quare non acceſſerunt perſonaliter ſicut centurio pro ſeruo: Regulus pro filio, Chananea pro filia? Reſponſio ſecundum Chriſoſtomum. Vna ratio fuit fides

*languoris & deſtructionis eius.*

*D. Scandalizari. Qđ nō debemus ſcandalizari ſi uiderimus hic amicos Dei turbari.*

fides & fiducia quam habebant in domino. Secunda naturalis infirmitas quæ eas excuſabat, quia mulieres erant. Tertia qa luctu nimio abſorpte detinebantur. Ait enim ſic. Familiaritatem habebant mulieres, erant & infirme & a luctu detinebantur. Vel poteſt dici quòd non itur ad Deũ greſſu corporis ſed mentis. Iam enim præcibus & ſuſpirijs cum eo loquebantur. Nõ opus eſt corporis greſſum ad eum alloquendum qui ab eodem uidetur & auditur. Pſalm. Oculi domini ſuper iuſtos. & aures eius ad præces eorum. In quo deſignatur quòd uiris religioſis deſignatis per Mariam & Martham non ſunt imponenda pro ſatisfactione exercitia corporalia ut peregrinationes & alij labores, ſed magis ſpiritualia, quæ ſecularibus debent imponi. qui rudiores ſunt ad inſtar centurionis & reguli. Domine ecce quem amas infirmatur, quaſi dicerent. Non deſeris quem amas, ſufficit amanti nunciare qui non deſerit quem amat. Sed cum dominus eum ita amaret, quare non iuit antequam vocaretur, cum ſit opus miſericordiæ. Matt. 25. Infirmus fui & uiſitaſtis me. Prouer. 3. Ne differas in craſtinũ cum poſſis hodie dare. Reſponſio. Quod dominus uere amabat Lazarum. Duę. n. ſunt cauſæ quare pueri a patribus maxime diliguntur, ſcilicet ſimilitudo & ultimitas. Lazarus aũt ſimilis erat Chriſto ſimilitudine charitatis, quia hoſpitalitatẽ exercebat & etiam ultimitate humilitatis quia cum miles eſſet & ualde nobilis & multitudine prædiorũ locupletatus, Chriſtum & pauperem eius comitatum non dedignabatur in domo ſua ſuſcipere.

*E Religio. Qđ religioſis im penenda ſunt pro pnia onera ſpiritualia.*

Sed quæritur quare non rogauerunt vt curaret eum, cum eſſent ei ſatis familiares ut dicerent ei cura eum domine, cum & liceret ſeu licitum eſſet eis hoc temporale petere. Dicitur primo quòd ſpiritualia petenda ſunc ſine conditione. ṗs. Gratia & gloriam dabit dñs. Nemini enim dant dũ habentur offenſionẽ. Si enim vnus multum habeat de huiuſmodi, non præiudicat alteri quin totidem habeat. Secundo dicitur quòd temporalia tam bona quàm mala licet a deo quærere. Patet, qa hoc licet quod licet deſiderare, ſed licet deſiderare tpalia ergo licet illa petere. Ideo licebat eis petere temporalem ſanitatem fratris. Non tñ deus ſp exaudit, uel quia uult ſuos punire, uel ne malũ faciant præuenire, ut patuit in filio Hieroboã & matre eius. 3. Reg. 14. quia non ſunt digni exaudiri. Tertio dicitur ꝙ ſatis per uerba illa innuebant quòd hoc quærebant cum dicebãt. Ecce quem amas infirmatur. Qui enim uerus amicus eſt, in neceſſitate comprobatur. Ac ſi dicerent. Amas eum ita ut non deſeras. Non enim quem amas deſeris.

*F Tpalia. Qũo tpalia et quõ ſpiritualia petenda ſunt.*

Dixit eis Ieſus. Infirmitas hæc non eſt ad mortem. Hic dominus multas uidetur aſſignare cauſas propter quas amittit infirmitates. Primo ad ſoluendum tributum naturæ. Ideo dicit. Infirmitas hæc nõ eſt ad mortem. i. ſoluendum ius naturæ, quia iterum ſoluet illud. Accepimus enim terram corporis noſtri ad ſoluendum cẽſum mortis, qñ repetetur a dño naturæ, & ſi plus quàm ſemel ſoluamus hoc ſupererogationis eſt. Inde eſt quòd Lazarus bis moriendo ſupererogauit, & maxime quia tanta eſt difficultas in auulſione animæ a corpore, ut etiam ipſe Lazarus ſuſcitatus fleret dum recordaretur. Lachrymabatur enim primo, quia uitæ huius erũnis quas euaſerat redditus fuerat. Secũdo propter dilationem uitæ illius quam amabat, propter quod eum tedebat iſtius. Tertio qa miſeriarum noſtrarum cecitatem deplorabat. Viderat enim inferni pœnas quę nos expectant nec uidemus eas. Quarta propter ſeparationem animæ quæ difficilima eſt. Si ſeparatio uiri ab uxore lachrimoſa eſt, quanto magis animę a corpore? Secũdo mittit dominus infirmitatem propter gloriam Dei manifeſtandam. Ideo dicit dominus. Hæc infirmitas non eſt ad mortem ſed ut glorificetur Deus per eã. Omnes enim reprobi quotquot moriuntur quantum eſt ex parte ſua ad ignominiam dei moriuntur blaſphemantes Deũ Apoca. 16. Commanducauerunt linguas ſuas & Blaſphemauerunt Deum uiuentẽ &c. Quantũ uero eſt ex parte Dei ad gloriam ſuam eſt, qui interrogat præmijs & tormentis iuſtum & impium. Tertio mittit propter amorẽ. Inde ſubditur. Diligebat autem Ieſus Martham &c. Amicis enim ſuis Deus encenia mittit. Medicus diligens patientem timens de acuta, quantũ poteſt ut acuta uitetur, inducit tertianã. Sed (ut dicit Hugo de ſancto Vitore) præſciens

*G H*



Deus multos mula poſſe peccare, flagellat eos ne peccent, quia utilius eſt nos frangi languoribus ad ſalutem quàm remanere incolumes ad damnationem. Deinde manſit illic duobus diebus, aut ut clarius eſſet miraculum ne letargia uel ſimilis morbus uideretur, uel quia ſe plangebat mundus dicendo illud Sapien. ſecundo. Non eſt agnitus qui redeat ab inferis, propterea permiſit dominus ut ibidem longius moraretur ut certiora de infernis noua preferret. In ſecunda parte dominus uerbo erudiuit. Primo diſcipulos. Secundo ſorores defuncti uerbo conſolando. Quo ad primum. Dicit dominus ad diſcipulos. Eamus in Iudæam iterum, huius magni angeli conſilio frequentãda eſt Iudęa. i. confeſſio. ṗs. Confitebimur tibi deus, confitebimur iterũ ſcilicet. Dixerũt diſcipuli. Rabbi nũc q̃rebant de Iudęi &c. Rñdit Ieſus. Nonne duodecim ſunt hore diei? hore ſequuntur diem, non dies horas ſecundum Aug. Ego ſum dies, uos hore. quia in parte lux eſtis, ergo non debetis mihi dare conſilium. ſed ego uobis Chriſtus enim lux erat, & apoſtoli ab ipſo lumen recipiebant. Sed dices. Si hore erant apoſtoli, ut quid ibi Iudas? Si lucebat quomodo diem ad mortem tradebat? Reſponſio. In hoc uerbo non Iudam ſed eius ſucceſſorem Mathiam præuidebat. Vnde apoſtoli erant duodecim hore, duodecim fontes Helym. Numeri. 33. Duodecim boues mare ſuſtinentes. 2. Reg. 7. Quia ipſum baptiſmum per totum mũdũ portauerunt, duodecim portę ciuitatis quas uidit Iohannes Apoc. 21. Quia per ipſos patet ingreſſus in regnum. Vel põt dici ꝙ tunc dies ecclipſatus eſt in Iuda qñ tradidit Chriſtum. Vnde ſicut Petrus laudatur de alieno cum dicitur ei. Beatus es Symon Baronia, quia caro & ſanguinis non reuelabit tibi, & culpatur de ſuo cum dicitur ei. Vade retro Sathana. ſic corripit eos dominus ut diem ſequãtur in quo non offendant, non ſeipſos, aut ſui uoluntatem. In quo notantur religioſi ſequentes capita ſua. Hæc Guliermus Pariſieu.

*I*

Poſt hoc dixit eis. Lazarus amicus noſter dormit &c. Voluit enim dominus Lazarum amicum ſuum mori. Primo, ut in firmitatis morbo ueniali ſi qua in eo eſſent purgarentur. Dicit Ariſt. 2. de generatione quod motus ſolis in obliquo circulo eſt cauſa generationis & corruptionis, quia ſi directe luceret ſuper hemiſperium noſtrum, ita deſiccaret terrã ꝙ ſterilis eſſet. Ideo ad uiuentium conſeruationem neceſſe eſt ut ſol quandoque oblique reſpiciat. Sic ſol iuſtitiæ ſi ſp lumen ꝓſperitatis emitteret multis eſſet cauſa ſterilitatis & infructuoſitatis, adeo ut uirtuoſa opera non faceremus. Ideo iuſtos quãdoq; per ſubtractionem proſperitatis oblique reſpicit, & in tenebris aduerſitatis ſtare ꝑmittit. ut ſi mortalia non habeant, uenialia tñ abluantur, ſi aũt tepidi ſint, excitentur, & ad deum ire compellantur. Vñ & ꝑꝑ hoc iſte ſorores aduerſitate uigẽte ad Chriſtum compulſe ſunt mittere. ṗs. Multiplicate ſunt infirmitates eorũ, poſtea accelerauerunt. Secundo ut purgatus fructũ plurimũ afferret. Præſentes. n. afflictiones licet ſint infirmitates carnis, ſunt tñ ſtabilitatis mentis. quia uirtus in infirmitate perficitur. Plinius lib. 17. Tempeſtiua frigora plurimũ conferunt arboris firmitati & germinationi. Si aũt blandiuntur tempeſtiui auſtri deficiunt. Sic huiuſmodi tribulationes quæ ſunt tempeſtiua frigora multum conferunt ad firmitatem in bono propoſito ad germinandum & proficiendum. Frigora aũt ſerotina ſunt tribulationes futurę uitæ. De quibus Iob. 24. A frigore niuium tranſibunt ad calorem niuium. Auſtri uero blãdimenta ſunt huius uitæ deliciæ, quæ faciunt has arbores deficere a debito fructu. Dixerunt ei, ſi dormit ſaluus erit. Illi aũt putauerũt &c. Criſoſtomus. Amentia uidebatur ſi putarent illum ſtadia quindecim ire ut illum excitaret. Sed ſic uoluit loqui dñs ut quod ad laudem ſuam pertinebat, occultaret ſub ſimilitudine, ne diceret uolo eum ſuſcitare. Secundo, quia illi qui malos rumores portant libenter uerba temperant. Malos aũt rumores portabat dominus qui eos hortabatur ire hieruſalem ubi uolebant eum lapidare. Tunc dixit eis manifeſte. Lazarus mortuus eſt, & gaudeo propter uos &c.

*Cit aliqñ obliq; im mittendo infirmitates.*

Circa quod quæritur. Vtrum gaudendum ſit de morte bonorum. Et uidetur quòd non, quia dicitur Eſaiæ. 57. Iuſtus aperit & non eſt qui recogitet, & uiri miſericordiæ colliguntur & non eſt qui intelligat. A facie enim mali collectus eſt iuſtus.

*K Mors. Vtrũ gaudẽdũ ſit qui flẽdũ de morte iuſtorũ.*

iuſtus. In oppoſitũ arguitur, quia de morte Lazari dixit dñs. Lazarus mortuus eſt & gaudeo propter vos. Dicitur primò q in morte iuſti plangendum eſt, & gaudendum eſt. Vnde canit eccleſia. Piũ eſt gaudere Martino, & pium eſt flere martinum. Primò plangendũ eſt, quia iuſti quaſi mediatores ſe obiiciebãt furori domini. Ideo iactura grandis eſt cõmunitati in qua vir iuſtus moritur, quia uix inuenitur q ſe murum opponat pro domo Iſrael. Secundo quia ſignum eſt futuri mali, quia (ut nuper allegatũ) eſt a facie mali collectus eſt iuſtus, ſicut a facie tempeſtatis diligenter colligitur triticum & in horrea recondit. Tertio quia uix inuenitur ſimilis illis qui ſic populum in uia domini miſericorditer dirigat. Quarto, quia pręcedunt nos ad gloriam. Similiter in eorum morte gaudendum eſt. Primo, quia diligimus eos, & ipſi tunc ſterquilinio ſæculi transferũtur ad regnum cœli. Gauderemus enim de amico noſtro ſi ad regnum temporalem ſublimaretur. Secundo, quia eos habemus interceſſores in curia cœli. Tertio. quia mors eorum nobis cedit in exemplũ & in leticiam cum bene mortui ſunt. Eſt.n. parẽtum talium iuſtorum exultatio. Ideo ſummum remedium uidetur pueros male inclinatos & quaſi perditionis filios ad intuendum morientes ſiue bonos ſiue malos ducere. Hoc enim terrorem incutit eis. Dixit eis Thomas. Eamus nos & moriamur cum illo. Voluerunt diſcipuli magiſtrum retinere ne iret in Iudæã. Primo propter odientium perſecutionem cum dixerunt. Rabbi nunc Iudæi q̃rebãt te lapidare &c. Secundo proponentes curationis facilitatem dicentes, ſi dormit ſaluus erit. Tertio proponentes ei ſui amoris inſeparabilem unionem dicente Thoma. Eamus nos & moriamur cum illo, quaſi diceret. Si de tua morte non curas, ſaltem de noſtra curare debes, quia potius uolumus mori tecum quam uiuere ſine te. Interlinearis gloſa. Ecce uerus amantium affectus, uel cum eo uiuere uel cum eo mori. Criſoſtomus tñ dicit hoc ironice dictum & ex timore ut aliis diſſuaderet, ſed non eſt increpatus. Supportabat.n. adhuc Chriſtus eius infirmitatem. Et inuenit eum quattuor dies in monumento habentem, quattuor dies quattuor ſunt ætates quas quis conſumit in peccato adoleſcentia, iuuentus, uirilis ętas. & ſenectus. Eſa. 43. Vſq; ad ſeniũ ego ipſe, & uſq; ad canos ego portabo. Scđo conſolatᷓ dñs ſorores ſup morte fratris ſui. Erat aũt Bethania &c. Domus obedientiæ tm̃modo diſtat a ſuperna hieruſalẽ ſtadiis. 15. Virtutes.n. & dona ſũt ſtadia quibus de domo obediẽtię currĩt ad illã. Tria prima ſtadia tres uirtutes Theologicæ, quattuor uirtutes Cardinales & ſeptem dona quibus humilitas eſt addenda. & ſic habent. 15. ſtadia. Multi aũt ex Iudęis nenerãt ad Marthã & Mariã ut cõſolarentur eas. Sed quõ auſi ſunt ad illas uenire, cũ ſcirẽt eas Xp̃o familiares & p hoc iã extra Synagogã factas? Rñdet Criſoſtomus q forte de credentibus erant, nec de illis prohibitionibus curabant, uel poterat eſſe neceſſitas gñris & parentelę, uel ideo quia ſp Iudęi fuerunt perſonarũ acceptores. Ideo illis quia nobiles erant nihil auſi ſunt facere, aut prohibere aliquem ab ipſarum familiaritate. Martha ut audiuit. Quare prius ſciuit Martha q̃ maria? Rñſio exterioribus uocabat. ideo prius ſciuit illũ aduenifſe q̃ Maria quę domi ſedebat. Actiue ẽt eſt occurrere per mĩam pauperi, & ſic impletum fuit illud. p̃s. Miſericordia in Martha, & ueritas in Maria obuiauerunt ſibi. Item Mariæ (per quam contemplatiua ſignificatur) eſt ſedere in quiete. Actiua uero eſt quaſi domus Ancilla quæ procurat negocia, cõtemplatiua uero tanquã domicella de camera. Iõ illius erat prius occurrere & circa eum fide & charitate negociari. Domine ſi fuiſſet hic &c. Hoc eſt ſi fuiſſes hic per gratiam frater meus ideſt, ſpiritus meus non fuiſſet per peccatũ mortuus. Eſt enim præſentia gratiæ pręſeruatio culpæ. Sicut præſentia radij ſolaris conſeruatio caloris & expulſio frigiditatis. Philo. 2. Metheororum. Sol propter elongationem & approximationem ſuam, eſt cauſa generationis & corruptionis eorum quæ fiunt & corrumpuntur hic naturaliter. Sic abſente Chriſto & eius gratia anima peccatis marceſcit & moritur, eo adueniente peccatorum tenebrę expelluntur. Ego ſum reſurrectio. id eſt reſurrectionis cauſa quantum ad corpora, & uita quantum ad animas, ergo manifeſtum eſt quòd ſi cauſa ſum poſſum reddere uitam & redditã conſeruare, nec ali-
quo



qui indigeo. Et in hoc apparet, quòd multi reſurgent miraculoſe in fine mundi, qui tamen vitam gratię non habebunt Erit enim illis reſurrectio ſed non uita. Vnde ſicut adam mors omnibus & caſus exitit, ſic Chriſtus omnibus reſurrectio & uita quibuſdam. ut ſicut in adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes uiuificabuntur. Cum uidiſſent Mariam quia cito &c. Credebant hoc fieri impetu doloris quod fiebat amoris impetu. Eze. 1. Vbi erat impetus ſpiritus illuc gradiebantur. Poeta amor uidet omnia lumine cœco, Amor enim clare diſcernit, ſed tamen nõ omnia impedientia accedere ad amatum reſpicit Ob turbam enim non eſt uerecundata ad pedes eius cadere. Iudæi ergo qui erant cum ea in domo & conſolabantur eam &c. ſecuti ſunt eam dicentes, quia uadit ad monumentum. Monumentum dicitur quaſi mouens mentem ut præparet ſibi homo locum & habitationem futurã. In uitis patrum. Abbas paſtor cuidam fratri quærenti quid agere deberet. Reſpondit. Illud quod agebat Abraham quando venit in terram promiſſionis. Hoſpes enim emit ſibi ſepulchrum & poſtea terram in hæreditate accepit, ſic & nos debemus facere. Et cum quæreret frater quomodo hoc? Ait ſenex. Sepulchrum eſt locus luctus. Qui vult hæreditatem cœli percipere, primo debet hic lugere. Et certè occaſionem habet ſi ſe ſepeliendum conſideret, vbi erit cibus uermium. Inde ſepulchrum dicitur quaſi ſemi pulchrum, quia exterius marmoreo lapide ornatum, interius vero uermibus & ſpurcitia plenum. Iuſti enim cum uident monumentum de ultima tribulatione cogitant. ſcilicet mortis qualiter peruenient ad bonam habitationem nõ temporalem ſed eternam.

Inde iuſtis dicitur Iob. 6. in ſex tribulationibus liberaberis, & in ſeptima non tanget te malum. id eſt in ſex miſerijs quæ hominem propter originalem culpã infeſtant. Septima uero eſt mors quę non ledet licet ueniat. Cum enim moritur iuſtus eſt ſicut puer hæbreus qui ſex annis ſeruiens in hoc mundo, in ſeptimo liber egreditur. Mali uero quia in ſex hidrijs illis non purificantur ut puri exhibeantur in nuptijs ſponſi, ideo in ſeptima tribulatione quæ eſt mors tanget eos malum triplex. ſcilcet horror in exitu, cum uidebunt agmina dęmonum eos parata deglutire. dolor in exitu, & pudor in Dei conſpectu. Si fugiebat adam ut abſconderetur a Deo poſt unius pomi uetiti guſtum qualiter poſt tanta flagitia apparebimus coram eo? Certe ſicut fluit cera a facie ignis, ſic peribunt peccatores a facie dei.

Ingrediatur ergo putredo in oſſibus meis. id eſt, humiliatio & horror ex peccatis meis in memoria & uoluntate, quæ ſunt oſſa animæ, & ſubter me ſcateat, ut requieſcam in die tribulationis huius ſeptime. Ieſus autem ut uidit eam plorantem &c. Infremuit ſpiritu & turbauit ſeipſum &c. quem nemo turbare poterat.

*Q. Turbatio. Vtrũ fremitur & turbatio cadant in Chriſtum.*

Sed quæritur utrum fremitus ire & turbatio cadant in Chriſtum. Et uidetur, quod non, quia ſunt paſſiones de ratione diminuentes & culpabiles. Reſponſio ſecundum Durandum. 3. diſtinct. 15. Paſſiones iſte aliter fuerunt in Chriſto, aliter in nobis. Et hoc tripliciter. Primo, quia in nobis huiuſmodi paſſiones frequẽter tendunt ad illicita, in Chriſto nunquam. Secundo, quia he paſſiones frequenter in nobis præueniunt rationis iudicium, in Chriſto nunquam, ſed fuerunt uoluntariæ aſſumptæ. Tertio, quia in nobis paſſiones iſte turbant iudicium, & retrahunt uoluntatem a ſua rectitudine, in Chriſto vero ſiſtebant infra limites rationis. Secundo dicitur quòd turbatio illa & fremitus ex multis potuit procedere. Primo ex conſideratione miſerię conditionis humanę & compaſſione Lazari & ſororum eius, quia ut uerus homo ex quadam compaſſione flebat cum flentibus, ut nos inſtrueret aliorum miſerijs compati. Secundo hoc potuit eſſe ex præuiſione ſuę mortis. Videbat enim quòd reſuſcitatio Lazari eſſet cauſa mortis ſuæ. Ideo nil mirum ſi ex eius apprehenſione turbabatur ſecundum naturam humanam. Tertio hoc potuit fieri, quia magnum miraculum facturus quod declaratiuum erat ſuę diuinitatis teſtes adducit has paſſiones ſuę vere humanitatis. Quarto potuit infremere ſpiritu. id eſt ſomnum diſplicentis & irati emittere, quaſi procederet ex indignatione contra diabolum cuius inuidia mors intrauerat in orbem terrarum, quem cito debellaturus erat, uel
contra

contra maliciam Iudęorum de factis ſuis murmurantium, quaſi diceret. Iſti ſemper calumniãtur mea facta quãtuncunq; meæ diuinitatis manifeſte declaratiua. Et lachrymatus eſt Ieſus. Non fleuit dñs Lazarum mortuum ſed ſuſcitandum quia eum reuocabat ad ſæculi miſerias. Hiero. Lazarum dñs fleuit quia laboribus reddebat quem dilexerat, & nos amando vt dicimus lugemus eos quib. adhuc laborum reſtare volumus tormenta. Hac enim ſola cauſa commotus eſt ad fletum, quia ad hoſtilem hanc vitam reuocaret. Etiam propter aliquos credulos confirmandos & propter etiam quibuſdam incredulos confundentes. Ait enim ut credant pater quia tu me miſiſti. Hæc Hiero Plorat autem materia plorant Iudæi, plorat & Chriſtus ſed non ſimiliter. Plorat Maria quia fratrem retinere non potuit nec morti obuiare, quæ licet eſſet de reſurrectione ſecura, deſtitutionem tamen ſolam & longe fratris abſentiæ moras non potuit nõ deflere. Iudæ. flebant ſuæ conditionis memores. Mortuum quotiens quis viderit, totiens ſe morti eiulat deſtinatum. De morte enim non poteſt non dolere mortalis. Chriſtus vero (ſecundum Aug.) ex humana compaſſione lachrymatur, vt oſtenderet quantũ homo pro ſeipſo plorare debet ſi Chriſtus pro illo. Vnde fleuit ſuper hieruſalem noſtram ignorantiam: Si (inquit) cognouiſſes & tu ſuper Lazarum noſtram pœnalitatem, in cruce noſtram culpam. Hebreorum. 4. Cum clamore valido & lachrymis exauditus eſt pro ſua reuerentia. In tertia parte dominus conſolatur eas opere, ſuſcitando Lazarum. Vnde & Ieſus rurſum fremens venit ad monumẽtum & ait. Tollite lapidem. Sed quid eſt quod inter diuinas uirtutes dominus humanum requirit auxilium? Non ſufficit amouere lapidem qui mortem ſufficit effugare, & ſepulchrum reſerare non valet, qui portas tartari præualet aperire? Reſponſio miſtica. Qui per prophetam dixerat auferam ab eis cor lapideum & dabo eis cor carneum, præcepit Iudęis vt cor lapideum & perfidie ſaxum tollant ex ſe, vt non tam ſurrexiſſe Lazarum quàm Lazaro ſe conſurrexiſſe gauderent. Tollite lapidẽ id eſt miſere humanitatis obſequium vt diuinitatis opera nunc clareſcant. Vel tollite lapidem quem poſuiſtis vos, vt hominem quem ego depoſui nunc reponam id eſt deponite obſtinationis lapidem vt hominẽ mortuum peccato reſuſcitem. Clamauit ergo Ieſus voce magna. Dominus tanquam ſapiens medicus iuuenes facilius in curam miſericordiæ ſuæ recipit, quia facilius curabiles. Ideo iuuenes quos curauit facilius curauit ſicut adoleſcentẽ & puellam. In Lazaro vero ſene & quatriduano vel ſene etatę vel inueterato in malicia oportuit quinque facere. Primo fremuit ſpiritu, ſic peccator fremere debet ex indignatione pro vilitate culpæ. Magna enim vilitas eſt ſponſam Chriſti redigi in ſeruitutem diaboli, de filio regis fieri ſeruum tortoris. Hie. 2. quàm vilis facta es nimis iterãs vias tuas. Sap. 12. Luto vilior eſt uita. Ex conſideratione tantæ vilitatis debet peccator intra ſe indignari & fremere. Prouer. 19. Sicut fremitus Leonis id eſt uirilis hominis contra ſe propter peccatum indignantis, ita & regis ira. Quando leo fremit ſiſtunt omnia animalia, ſic quando homo ex indignatione peccati contra ſe fremit, ſiſtere debent omnes motus carnales & animales. Sed ſicut ebrius non timet diſcooperiri, ſic multi ĩebriati amore peccati non curant de vilitate peccati. Secundo turbauit ſemetipſum. Sic peccator timore pęnę turbari debet, & hęc turbatio eſt ſalubris quia Iohan. 5. Cum turbabatur aqua ſanabatur vnus. Pſalm. Ipſi vidẽtes (ſcilicet patientiam dñi) ſic admirati ſunt de miſericordia Dei tandiu expectante, conturbati ſunt per contritionem, commoti ſunt ad ſatisfactionem. & hoc ideo quia tremor de pœna & damnatione apprehendit eos. Per hanc turbationem euadit homo illam qua turbabuntur mali in iudicio. Sap. 5. Videntes iudicem iratum & plagas quas ſuſtinuit pro peccatis eorum oſtendentem turbabuntur timore horribili. Tertio lachrymatus eſt. Sic magnitudo doloris pro damno maximo quod incurrit ex culpa debet peccatorem apprehendere. Vulgo dicitur. Quælibet vetula plangit damnum ſuum. Ferrum in homine profundatum & diu commoratum non extrahitur ſine graui anguſtia patientis. Vnde Gloſa ſuper illud. Lachrymatus eſt Ieſus. O peccator ſi pro tuo damno ploro, & tu magis debes flere pro teipſo. Quarto clamauit

R. Lachryma. Quare dñs lacrymatus ē ſuper Lazarum.



mauit voce magna, hoc exigitur ad reſurrectionem peccatoris iam aſſueti & indurati. magnitudo ſcilicet gratiæ a parte dei & clamoris a parte peccatoris. Magnã enim & uirtuoſam oportet eſſe medicinã, quæ magnam & diuturnam expellit infirmitatem. Roma. 6. Vbi abundauit delictũ ſuperabundauit & gratia. Multum enim elongati & profunde dormientes parua voce non excitantur. Apoca. 8. Audiui vocem vnius aquilæ id eſt Chriſti uolantis per medium cœli. id eſt eccleſiæ & clamauit voce magna ve, ve, ve, habitantibus in terra id eſt peccatoribus corde, opere, & cõſuetudine. Quinto iuſſit tollere lapidem & eum abſoluere. Sic ex parte eccleſiæ requiritur ad peccatorem magnitudo adiutorij, & a parte proximi. Quadriga onerata in luto cum multis æquis vix extrahitur, quæ cum uno leuigata poſſet extrahi. ps. Infixus ſum in limo profundi & nõ eſt ſubſtantia id eſt poteſtas exeundi. Et hoc innuitur cum dicitur ſoluite &c. Funiculus enim ſimplex vel duplex facile rumpitur, qui cum triplicatur non poteſt frangi ſine adiutorio alieno. Sic peccatum ſimplex in corde, duplicatum in opere, triplicatum in conſuetudine. Soluite eum & ſinite abire. Prius a Chriſto ſuſcitatur. Secũdo a ſepulchro egreditur. Tertio a diſcipulis ſoluitur. Viuificat eum dominus per contritionem egreditur foras per confeſſionem. Vnde non dicitur Lazaro. Reuiuiſce ſed veni foras. Venit enim foras mortuus quando nequitias ſuas confitetur. Sed ſoluitur a diſcipulis cum per ſatisfactionem pedes & manus ad opera laxantur virtuoſa, quæ prius agere non poterat. Poſt confeſſionem enim adhuc manent pedes & manus ligati. Pedes quo ad difficultatem in volendo bonum manus per difficultatem in operando, & facie inuoluta erat per difficultatem in cognoſcẽdo quod bonum eſt.

*Iuſdem feriæ ſextæ. ſermo ſecundus, & in ordine 102.*

A [illegible]

LAzarus amicus noſter dormit, ſed uado ut a ſomno excitem illum 10. 12. Si Chriſtus amicus erat Lazari, cur tam diu pauſauit ad ei ſubueniendum? Cũ amicus amico occurrat in neceſſitate, cur ad denunciationem Marthę & aliorũ Chriſtus non mouit de ſe loco in quo erat, nec venit ad ſepulchrum ſed tantum ad denũciationem Mariæ? Reſponſio. Primo quia ei quem magis diligit dominus maiori dilectionis ſigna oſtendit. Ideo Iudæis ſigna petentibus pauca oſtendit de cœlo iuxta eorum deſiderium, quia odioſi erant, diſcipulis vero plura & maiora. Mariam vero magis diligebat cum eſſet ex peccatrice iuſtificata, ſicut nobilis uenationem ſilueſtrioris & ſeruioris beſtię pl.[9] diligit. Ideo propter eam lachrymatur & ad monumẽtum vadit. Secundo quia per Marthã quæ ſolicita eſt & turbatur erga plurima, intelliguntur omnes ſanctæ mulieres & deuotæ de ſua ſalute ſolicite & per peccata ſæpe turbate, per Mariam uero beatiſſima uirgo. Omnes enim alie (quamuis dilecte) filium Dei de ſuo loco cœleſti vt ad mortuum hominem deſcenderet, facere minime potuerunt. Hæc autem ſic ſe preparant ut in eam ſilius deſcenderet, & ad hominem ſaluandum ueniret, ad quam recurremus ſalutantes & dicentes Aue.

Primo igitur dicẽdum eſt de dormitione Lazari. Secundo qualiter excitatus eſt a ſomno. In prima parte tangitur triplex occaſio huius dormitionis. Prima fuit infirmitas propter quam ſorores miſerunt ad Chriſtum. Secunda fuit gloria Dei propter quam manifeſtandam venit cum diſcipulis Chriſtus ad Lazarum. Tertia fuit mulieris peccatum propter quam mors venit in mundum. Prima igitur occaſio fuit infirmitas corporalis. Vnde erat quidam languens Lazarus nomine. Cum languor ſit morbus diutinus & uſque ad mortem perſeuerans & deſperatus, cum dominus frequentaret domum Marthæ & Mariæ & eas diligere qui modo ſecundum humanitatem videbatur ignorare? Reſpõdet Guillermus Pariſien. quòd ſciebat eum dñs lãguentem non magna infirmitate, propter quod non curauerunt eum (cum propinquus eis eſſet) pro eo rogare. Sed ſuperuenit illi languori infirmitas noua quæ cum duxit ad mortem. Et ideo periculum eſt ſanctis uiris parua crimina non curaret, quia illa ſæpe ducunt ad maiora præter eorum intentionem. & ideo in ſeipſis & in aliis ne parua obrepant debent prouidere. Eſt enim multiplex languor, quidam ignorantię.

B Languor. De multiplici languore.

rantiæ. De quo .1. Tim. 1. Languentes circa pugnas verborum & nihil ſciẽtes, ſicut in vniuerſitate multi in continuis diſputationibus laborantes nunquàm ad veritatẽ vtilem perueniũt. Alius eſt pigritiæ, quo quis tedio conſumptus nihil vult aut poteſt operari. Eſa. 1. Omne caput languidũ & omne cor merens. Tertius eſt culpæ. Ioh. 5. Erat multitudo languẽtium, & iſtæ languor aliquando durat per viginti vel triginta annos, quando quis non vult confiteri, & iſte eſt languor fortiſſimus. Quartus eſt admirationis, ſicut Daniel e languit viſis viſiõibus. Quintus eſt amoris ſupernorum. de quo Cantico. 5. Nunciate dilecto &c.

*C Amor. Qđ inter ſctõs ẽ amor feruẽtior.*

Pro qua infirmitate miſerunt ad eum ſorores. Sed cur non iuerunt ad eum ſicut multotiens ſecute fuerant eum? & cur non mittebant ad medicum corporalem? Dicitur quòd ideo quia diligebant fratrem ſuum. Ideo non dimittebant eum in neceſſitate. Sanctæ enim mulieres erãt in quibus eſt dilectio feruentior. Nunquã enim bona eſt dilectio neque ſolida, niſi inter eos qui bone ſunt conſcientię. Quomodo enim alios bene diligerent, qui ſeipſos non diligunt? p̃s. Qui diligit iniquitatem odit animam ſuam. Et ſi uirga mortua interdum viue coniungatur, tandem tamen ſic areſcit quòd a uiua cadit & ſeparatur. non ſic viua viue coniuncta. Dicitur ſecundo erant vere parentes Lazari, non tantum corporis & bonorum temporalium ſed animę. Ideo non ad medicum corporis ſed ad medicum animæ miſerũt. Modo econuerſo timetur mitti ad ſacerdotem ne terreantur languidi. maxime qui non conſueuerũt mederi animalibus ſuis.

*D Prædeſtinatio. Qũo dr̃ Lazarus amicus Dei cum nemo ſcit an amore uel odio dignus ſit.*

Domine ecce qui amas infirmatur. Quomodo auſe erant dicere domine ecce quẽ amas, cum nemo ſciat an odio vel amore dignus ſit? Iterum neq; ſeruus ſe audet ꝑfiteri amicum regis, hoc enim eſſet arrogãtię ſignum, multomagis creaturam ſe dicere amicam creatoris. Reſponſio. Primo dr̃ ꝙ nemo ſcit an odio vel amore dignus ſit prædeſtinationis electione, niſi deus reuelet. Satis aũt Deus hoc reuelauerat Lazaro hoſpitando in domo ſua familiariter cum eis. Non enim accipiebat ab aliquo temporalia ita familiariter, quin intenderet retribuere ęterna. p̃s. Sumite pſalmum & date tympanum. Oſtẽderat enim eis dominus multa ſigna familiaritatis & amoris, cum apud eos hoſpitaretur. Dominus enim diligit hoſpitalitatem. & Lazarus erat amicus pauperum. Dicitur ſecundo, ꝙ Lazarus erat miles & nobilis. pauci tñ milites ſunt miſericordes & tales quales Lazarus erat. & quia cum hoc erat ditiſſimus, ne diuities & milites deſperent de ſalute, dominus vnum dilexit. & hoc in textu euangelij annotatur ad oſtendendum quòd ſi huiuſmodi ſint miſericordes, deus erit eorum amicus. Fuit enim Lazarus primo in ſtatu nobilitatis. Secundo in ſtatu eccleſiaſtico.

Secunda occaſio dormitionis Lazari fuit manifeſtatio glorię dei. Vnde ait dominus. Infirmitas hęc non eſt ad mortem, ſed vt glorificetur filius Dei per eam. Triplex eſt infirmitas. Quedam eſt infirmitas ad mortem, nec manifeſtatur gloria Dei per eam. ſicut infirmitas blaſphematorum & eorum qui cum culpa ſua exeunt ab hoc mundo abſq; cõmunione ſacramentorũ. Tales .n. moriuntur blaſphemando uel occaſionẽ dando blaſphemandi. de quibus. p̃s. Infirmabuntur & peribunt a facie tua. Secunda infirmitas eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei, ſicut antiochi. herodis, & infinitorũ aliorum. Pſ. Intendit arcum ſuum, ſcilicet ad emittendum ſagittas ardentes febrium & infirmitatum donec infirmentur. Sicut cera que fluit auferenť, quia ſicut cera cum fluit effigiatur in ſigillum, in teſtimonium oĩbus nationibus, nec amplius de illa cera fit mentio. ſic tales poſtquam moriuntur efficiuntur teſtimoniũ iuſtitiæ & iuſti iudicij de omnibus nationibus ꝙ ſub celo ſunt. & nulla eorũ amplius reſtat memoria. Huic morti ſuccedit mors ſecunda de qua Apo. 2. Qui uicerit nõ lædetur a morte ſecũda. Tertia infirmitas nõ eſt ad mortem & tñ gloriam Dei. ut mors cuiuſlibet boni chriſtiani, & iſtos amat & perficit deus. p̃s. Infirmata eſt, ut uero perfeciſti eam. Pſal. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum, nec hæreditas dñi. Poſt ſomnũ mortis uenit in ſic dormientibus hæreditas maxima. & ſic fit ꝙ qui obdormiuit paup, euigilans efficitur ditiſſimus. Boni enim in infirmitatibus ſuis gloriantur, quia per ipſas Deus glorificatur. Nec enim ſuam ſed dei gloriam quærunt. 2. Cor. 12. Libẽter gloriabor in infirmitatibus meis.

Sed



*F Mors. Quare morituris non dicimus ſpẽ uiuendi ſed mortem ...*

Sed cũ oĩs Xp̃i actio noſtra ſit inſtructio, cur ergo morituris nõ ſp dicimus ꝙ de Lazaro infirmãte dixit dominus. hæc infirmitas nõ eſt ad mortẽ ſed ut glorificetur &c. Siue .n. reprobus morit̃ ſiue prædeſtinatus moriatur, ad gloriã Dei morit̃. Cur eis nõ damus ſpem viuendi, ſicut quę runt eorũ parentes & amici dicẽtes. Hęc infirmitas nõ eſt ad mortẽ. Rñſio. Dicitur primo ꝙ peſſimũ eſt homini dare ſpẽ magnã viuendi, ſicut qui daret ſpem retinendi ripariã ſecanę ligeris, uel padi. 2. Reg. 14. Oẽs enim ſicut aquæ in mare dilabimur. Et ſi ſint particulares riuuli aliquando detinẽtur per aliquod tp̃s. lapſu tamẽ temporis fluunt ex littora ſua, vel rũpunt calciatas ſuas tantomagis quanto fuerit aquæ abundantia maior intercluſa. Sic q̃tomagis effluũt hoĩes diuitiis & deliciis tanto cito obeũt & moriũtur. Scđo dr̃ ꝙ hoĩn mors ẽ vt breuitatẽ dierũ ſuorũ nolint audire. cõtra illud. p̃s. Paucitatem dierum meorũ nuncia mihi. Ideo bene pinxit quidam hoĩem in ſimilitudinem cancri coram figurata imagine mortis, quia oẽs velut cãcer à morte reculamus uel retrocedimus. Tertio dr̃ ꝙ ad ſenſum quem dominus intelligebat poſſunt dici illa verba cuilibet infirmo. Intelligebat dominus quòd hęc infirmitas nõ detineret eũ in mortem tp̃alia. Sic poſſunt aĩari moriẽtes ꝙ illa infirmitas non detinebit eos in mortẽ æternã, ſed magis faciãt per illam de neceſſitate virtutẽ & ſatisfaciant Deo vt quod eis neceſſariũ eſt ſoluere, ꝑ patiẽtiam ſoluant ad meritum ſuũ.

*G Mors. Qđ mors ſctõrum ...*

Tunc dixit diſcipulis ſuis. Lazarus amicus nr̃ dormit &c. Mors .n. ſctõrũ dicitur ſomnus ꝑꝑ tria. Primo, quia dormitio eſt quies poſt laborẽ ſumme recreãs laborantẽ. Sic ſancti poſt laborẽ pœnitentiæ tranſeũt ad requiem paradiſi. p̃s. cũ dederit delectis ſuis ſomnũ. Sicut aĩalia quæ laborãt in æſtate q̃rendo cibũ in hyeme qñ nemo põt opari quieſcunt & nutriuntur cibo prius congregato. Quæ vero in æſtate nihil aliud quam ludere & cantare ſciunt, in hyeme famæ pereunt. Mali vero dormiũt in hoc mundo, ita quod auris clauſa eſt uerbo Dei, oculus viæ cęleſti, os laudi diuinę, & orationi, naſus coquinę cęleſti, tactus elemoſinę, nec excitantur graui infirmitate, nec etiam ad puncturam clauorum, ſpinarum, lanceæ, crucis, & flagellorũ ſaluatoris. nec ad horrendum pœnarum inferni tonitruum quæ maxime eos debuiſſent a peccatis excitare. ideo mortui reputãtur In morte tñ tunc poſt ſomnũ incipient vigilare & laborare. p̃s Laborabunt in æternum, & uiuent adhuc in finem. Et ſimiliter tunc incipient excitari. Horologiũ añquã cadat multos facit ictus paruos, nec inde excitantur homines, in termino vero horę cum pondera eius deciduntur, ſuper uenit magnus ictus mortis qui omnes excitat dormientes. Iuſti vero non dormiunt quia hic ſemper laborant. Quomodo dormirent qui ſuper ſe arcum extenſum uident? Secundo dicitur ſomnus, quia ſomnus medius eſt inter mortẽ & vitam. Dormiens exterius videtur corpore mortuus quia non videt, nec audit, nec ſentit. Interius tamẽ in anima uiuit & nutritur multo melius quam uigilando. tunc totus calor interius reuertitur ad cibi digeſtionẽ. Sic ſancti in morte licet perdant viſum, auditum, & omnem corporis ſenſum animę tamen ipſorum viuũt cum Chriſto & moriuntur. Ideo mors eorum dicitur ſomnus. Tertio dicitur ſomnus in comparatione ad Chriſtũ ſcđm ꝙ dicit Auguſtinus. Domino dormiebat Lazarus, ſed hominibus mortuus erat qui eum ſuſcitare non poterant. Nam Deus tanta facilitate de ſepulchro eũ excitabat, quanta tu excitas dormientem de lecto. Tunc dixit eis manifeſte. Lazarus mortuus eſt & gaudeo propter uos. Quare ꝑꝑ uos? Ideo quia dixerat diſcipulis. Ecce aſcendimus hieroſolymam, & filius hominis crucifigetur & die tertia reſurget. Nouerat enim iam eos pondere ſuæ paſſionis opprimi, vt nihil in eis ex fide, nihil ex luce remaneret. Ideo mortem Lazari vſque ad quartum diem & uſque ad fętorem protendit, vt diſcipuli dubium non haberent poſſe dominum poſt triduum adhuc recentem reſurgere, qui vidiſſent ſeruum poſt quatriduum iam fœtentem excitari.

*H Pctõr. Triplici rõne dñs differt ſuſcitare pctõrem.*

Et manſit illic duobus diebus. Triplici ratione differt Dominus peccatorum ſuſcitare & in peccator exiſtentem viſitare. Primo ut benignitatem ſuæ patientiæ oſtendat. Rom. 2. An ignoras quia benignitas, & patientia Dei ad pęnitentiam te adducit. Secundo ut ipſum peccatorem magis confundat

dat. Baruch. ſecundo. In terra captiuitatis ſuæ redibunt ad cor ſuum. Tertio ad maiorem damnationem peccatoris ſi iudæ non reſurgat. Eſaiæ. 26. Miſeremur impio ſcilicet expectando. & nõ diſcet facere iuſtitiam. Similiter triplici de cauſa dñs. Lazarũ tandiu expectaui ſuſcitare. Primo propter diuinum honorem, vt miraculum clarius eſſet. Secundo propter Lazarum, ut probata conditione alterius vitæ reuocatus ad uitam magis proficeret in contemptu mundi, in deſiderio præmii cęleſtis, ĩ timore futuri iudicii & amore Xp̃s. Tertio propter populi ſalutem, ut viſo tam claro miraculo infideles crederent, & fideles firmarentur. Dixit eis Ieſus. Eamus in iudeam iterum. Dixerunt diſcipuli. Rabbi nunc quærebant te iudæi lapidare. Reſpondit Ieſus. Nonne. 12. ſunt hore diei &c. In quo oſtendit quattuor eos debere excitare ut in iudæam eant. Primum eſt mutabilitas iudæorum. Solet. n. dicĩ q duodecim ſunt hore diei infra quas [illegible] mutantur & uariantur a ſuis volun[illegible]tibus. Ideo erant adhuc duodecim hore die[illegible] in q[illegible]ibus de facto mutauerunt uoluntates ſua[illegible], quia volebant eum lapidare iudæi & po[illegible]tea voluerunt crucifigere, [illegible]curationem. Non-

Secundo propter ali[illegible] ne (inquit) duode[illegible]im ſunt hore diei; Eſto enim ſum dies, vos hor[illegible]e. quia ſicut diei artificialis calor, & lumen partitur in duodecim horas, ſic gratia Chriſtus poteſtas & doctrina diſcipulis duodecim partita eſt & diſtributa. Ideo me ſequimini, ſi vultis non offendere. Si quis ambulauerit in luce non offendit. ſi quis in nocte offendit. Ac ſi diceret. Si nihil mali geſſimus, nihil patiemur verſutię. Qui autem mala agit patietur: Vel aliter. Si quis lucem mundi huius videt, ſecurus eſt, quantomagis vos qui me videtis lucem mundi? Tertio amor debebat eos excitare. Dicebat enim Lazarus amicus noſter dormit &c. Ac ſi diceret. Non rurſus vado diſputaturus cõtra iudæos, ſed amicũ iam excitaturus. Quarto ad illuc eundũ mouere debebat eorũ vtilitas. Ideo dicũt diſcipuli. Si dormit ſaluus erit: quaſi dicerent. Stultũ eſſet tã longe proficiſci inter tanta per[illegible]cula ad excitandum eũ, cũ ſomnus ſit ſignum ſalutis. Tunc dixit eis manifeſte. Lazarus mortuus eſt, & gaudeo propter vos. i. propter vtile veſtrum ad cõfirmandam fidẽ ueſtram, quia ſi ibi fuiſſe corporaliter ſicut ſpiritualiter erã p hoc q cognoſco eius mortẽ ſanaſſem eum, qđ eſſet modicũ ſignũ ad meæ virtutis indicium. Tertia occaſio dormitionis Lazari fuit mulieris peccatũ per quã mors uenit in mundũ. Venit itaq; Ieſus inuenit eum iam quattuor dies in monumento habentem. vbi occurrit mulier ut uitã impetraret mortuo q̃ prius mortem attulit mundo. Multi aũt ex iudæis venerãt ut conſolarentur eas ſup fratre ſuo. Aliter dñs, aliter mundus conſolatur, quia mundus ſolo verbo, ſed facto nihil. Illi. n. ſolũ uerbo poterant eos cõſolari. Sed dñs potens eſt ope & ſermone, q facto cõſolat ſicut hic ſuſcitãdo Lazarũ. Bern. De uerbis magna eſt copia amicorũ. Tales nõ facerent unũ paſſum p amico, nec exponerẽt unũ denariũ pro eo in neceſſitate ei ſuuenirent. In quo oñditur dñs fuiſſe amicus Lazari, q primo de loco in quo erat uenit in Bethaniã. Scđo poſt cõſolationẽ Marthæ & Mariæ lachrimas fudit. Tertio q amicũ ſuũ a uinculis mortis ad uitã reuocauit. Cõſolãtẽ aũt deſolatũ tria oportet facere. Primo oportet ipſum cõdeſcendere quantũ põt deſolato, ut ſic emolliatur animus cõſolãtis q cõgruat afflicto, & cõgruẽs ipſum trahat. Nec. n. ferrũ ferro iungiť, niſi ũtrumq; exuſtione ignis liquetur, nec durũ molli niſi prius eius duritia tẽperata molleſcat, nec hominẽ leuamus à puluere, niſi à rectitudine qua ſtamus ei cõdeſcendamus. Scđo oportet ipſum cõſolantem ſimul cũ ipſo laborare. Grego. 5. moralium. Laborantem cõſolari eſt pariter in labore ſubſiſtere, q ſubleuatio eſt laboris, uiſio ipſa collaborantis, ſicut cũ in itinere iungitur comes, uia quidem non aufertur, ſed tñ de ſocietate comitis leuať labor itineris. Tertio oportet conſolantẽ erudere deſolatũ maxime q cãæ aduerſitatis ex Dei iuſtitia procedant. Vnde Grego. 2. moralium. Iob in tribulatione cõſolatus dicebat. Dominus dedit, dominus abſtulit non dyabolus abſtulit. Si enim dyabolus abſtuliſſet, quod dominus dedit, iam materiam deſolationis habuiſſet. Sic enim ſua recipit, non noſtra abſtulit. Sic conſolator dñs cõdeſcendit iſtis ſororib. deſolatis, lachrymando, cum

I Con[illegible] Aliter [illegible] Le[illegible] ter [illegible] dns [illegible] ſolat[illegible]

K Con[illegible] Qi [illegible] lici [illegible] cum [illegible] oporte[illegible] cens.



eis, laborat fratrem ſuſcitãdo, & tertio erudit eas archana fidei reuelãdo. Nã & occurrit ei Martha dicẽs. Dñe ſi fuiſſes hic frater meus nõ fuiſſet mortuus &c. Immo ſi in paradiſo mulier non fuiſſet, non fuiſſet mortuus hõ lachrimas. n. gemitus, dolorẽ, & mortẽ inuenit mulier. Ideo voluit dñs ut mulier quæ prima cucurrit ad mortẽ prima quærat illius uitam, & quæ prima feſtinauit ad culpam, prima currat ad ueniam, & quæ quæſiuit ruinã, quærat reſurrectionem, & quæ mortem uiro attulit, primo uitam uero referat. Et ſicut fuit dyalogus inter euam & ſerpentem, ſic hic uoluit eſſe inter Deum & mulierem. Primus dyalogus fuit de morte. Secũdus dyalogus de uita. Ait enim. Domine ſi fuiſſes hic per gratiam, frater meus non fuiſſet mortuus per culpam. Dixit ei Ieſus. Ego ſum reſurrectio & uita. Qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit uiuet. Sed nonne etiam mali tunc uiuent?ps. Et uiuent adhuc in finem. Reſponſio. Duplex eſt uita. Quædam corporalis qua uiuunt mali, ſed ad aliam uitã, ſcilicet gratiæ non reſurgent. Pſal. Non reſurgent impii in iudicio, id eſt in ſacramento confeſſionis in quo iudicatur pro peccatore, uel in iudicio ultimo ad uitam æternam, neq; peccatores in conſilio iuſtorum. id eſt ut irigãt uoluntatem ſuam ſecundum conſilium iuſtorum. Ipſa tamẽ eorum corporalis uita mors erit & labor æternus. Pſal. Laborabunt in æternum & uiuent in finem. Adhuc erat in loco ubi occurrerat ei Martha. In hoc q ambę occurrerunt ei docemur primo occurrere Chriſto per pęnitentiam antequam ueniat ad nos per uindictam. Ambroſius. Ceſſat uindicta, ſi confeſſio præcurrat humana. Secundo erudimur quantum boni uiri uel mulieres pro ſuis morientibus uel mortuis. & quam efficax eſt eorum oratio. Si enim uox male operantium clamat ad dominum uindictam, iuxta illud Gene. 4. Vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Sic uox bene operantium clamat ſalutem & patre miſericordiarũ plus auditur quã uos uindictę. Pſal. Vox exultationis & ſalutis in tabernaculis iuſtorum. Maria autem procedit ad pedes eius dicens. Domine ſi fuiſſes hic. Non dixit quia credere plus poſſe præſentem quam abſentem, cum ſtatim ipſum adoraret tanq̃ Deum. Sed hoc dixit quia ſi pſens ibi fuiſſet, orõnem pro fratre ſuo ad eum fuiſſet, & eum ad ſanandũ cõmouiſſet. Vnde eadem uerba dixit Maria quæ & Martha. quia eadem debet eſſe compasſio in actiuis, & cõtemplatiuis. Actiuus erat Dauid qui dicebat. 2. Reg. 1. Doleo ſuper te frater mi Ionatha, & contemplatiuus Helyſeus dolebat ſuper mortuo filio ſunamitis. 4. Reg. 4. Sed quęritur quare nõ interraguit Mariam de fide ſicut & martham. Reſponſio. Multa turba aſtabat & magis opus erat factis quam uerbis. Criſoſto. Nichil ei loquitur neque dixit quæ ad ſororem eius. Turba enim aderat multa & non erat tẽpus illorũ uerborum. Sed cõdeſcendit & humilitatur humanam naturam denudãs lachrimando. ẽm tñ ſenſum ſpũalem notatur q cõtemplatiua clare uidet in his q̃ ſunt fidei. Gene. 30. Rachel erat pulchra facie & decora aſpectu. Vt ergo uidit Ieſus Mariam plorantem, & iudæos turbauit ſemetipſum. Primo quia ſolum tũc Lazarum non oẽs mortuus ſuſcitabat, cum non ſolum uictoriam mortis partialẽ faciens, generalẽ facere deſideraret. Pſalm. Honor regis iudiciũ diligit, & Dei perfecta ſunt opa. Et ẽm Hierony. ad terentiã. hoc fecit dominus ut uidentes nõ uiderẽt & qui nõ uident uideant. Fons enim cum excitatur puritatem liquidi elementi denſat & turbat limus ita ut non uideať fundus. Sic humanitate turbata diuinitas iudæorum oculis non proditur, ut dum a cecis uidetur, a uidentibus non uideatur. Secundo condeſcendit compatiendo. Et lachrymatus eſt Ieſus &c. Sed quomodo Chriſtus plorat qui dixerat. Lazarus mortuus eſt, & gaudeo.

Quid eſt gaudet de ipſo mortuo, & tamen cum ipſum reſuſcitat ipſum lamentatur, & quem amittit non flet. cum recuperat plorat? Reſponſio. Hoc habet natura corporis humani ut lachrymas producat uis gaudii & uis mœroris. Quotiens enim uiſcera aut lætitiæ aut triſtitiæ nimio arctantur impulſu, oculi in lachrymas mox erumpunt. Hinc eſt quòd Chriſtus non dolore mortis, ſed illius lætitiæ recordatione lachrymatus eſt. Non ergo ex humana infirmitate exiſtimet homo hic fleuiſſe Chriſtum, cum cœleſtis pa-

L Reſurrectio. Qui mali nõ reſurgent ad uitam.

M [illegible]

N Turbatio Quare Xp̃s turbauit ſemetipſm.

O Lazarus Quare Xp̃s lachrimatus eſt, dũ ſuſcitat Lazarũ, et gaudet, dum mortuus eſt.

ter luxurioſum filium non quando abiit, ſed quando recepit deplorat. Sic Chriſtus recipiens fleuit Lazarum nõ amittens. Sic ergo fleuit dominus declarans pii patris lętitiam, & effectum cũ peccator per peccatum mortuus redit ad uitam gratiæ. Secundo uiſus eſt fleuiſſe lubricitatem populi pro declinatione ad infidelitatem. Nõ enim quando plorantes videt tunc plorat ſed cum interrogat, & in reſpondentibus videt fidei nil manere. Dixerat v bi poſuiſtis eum. At illi dixerunt. Veni & uide. Putauerunt eum neſcire ubi poſitus eſſet interra, qui ſciebat vbi eum tartara retinerent. Ille ſic interrogans exigebat fidem. Vel tertio plorat dñs Lazarum ad vitam ſeculi reuerſurum, quem non plorauerat moriturum, quia gaudendum eſt cum mũdo moritur. Optimam enim parté elegit. Plorãdũ uero eſt cũ ad ſeculũ reuertit cupit, cui magis expediret mori. Sene. Maius eſt periculũ male uiuẽdi quã cito moriendi. In ſcđa parte principali dicendũ eſt quõ Xp̃s excitauit Lazarum à ſomnio. Vñ quæſiuit ubi poſuiſtis eum. Sed q̃ ſciebat eũ mortuũ à longa diſtantia nõne ſciebat ſepultũ. Dr̃ ꝙ utrunq; ſciebat, ſed ad noſtrã inſtructionem quærebat, qa mortuũ in pc̃tis neſcit Deus. Hinc dñs ad Adã poſt peccatum. Adam ubi es? Et reprobis dicet neſcio vos. Vel hoc inueſtigauit à mulieribus ut ſcirent aſtantes ꝙ mors, ſepulchrum, corruptio, putredo, fœtor, non ex conditione Dei, ſed ex hominis delicto omnibus accediſſet. Inde cum dicitur. vbi poſuiſtis eum mulieres uidetur increpare dicens. Quem ego poſui in regione paradiſi & in regione vitæ, uos ubi poſuiſtis, eum? Dixerunt ergo iudæi. Non poterat hic qui aperuit oculos ceci nati &c. Apparent corda iudeorũ inferis duriora, quãdo uos quæ patefecit eorum archana, & quę ſuſcitauit mortuum, non ſuſcitauit mentes eorum. Canticorum. 8. Dura ſicut infernus ęmulatio. i. inuidia. Erat autem ubi ſpeluncę. Quare euangeliſta ſpeluncam commemorat cum dixiſſet ſuffeciſſet Chriſtum ueniſſe ad monumentum. Reſponſio. Vt oſtenderet ſepulchrum eſſe ſpeluncam in qua quaſi dyaboli latrocinium homo collocatur. Spelunca vbi uirũ fraus condidit mulieris, ſpelunca vbi Dei collocatur plaſma. mortis rapacitas includebat, & illi erat lapis ſuperpoſitus. Dure mortis, Durat ianua. & certe lapide durior qui frangi non poteſt mortis memoria. Dixit eis Ieſus. Tollite lapidem. Sed quare ſuſcitauit eum lapide manente, ſicut & Chriſtus ſuſcitatus eſt? Reſponſio. Suſcitabatur adhuc reuerſurus ad ſepulchrum. Vnde uiam oportuit illi patere. Chriſtus uero ſuſcitabatur iam non moriturus. Roma. 8. Chriſtus reſurgens iam non moritur & cæte. Chriſtus etiam corpus glorioſum reſumpſit quod poteſt omnia ſine difficultate penetrare, quod eſt ꝓprie reſurgere, Lazarus corpus mortale, ideo uia indiguit. Volebat etiam ut iudæi qui litigauerunt de ceco illuminato, non litigarent de ſuſcitato. ſed ipſimet uiderent & iacentem, & ſine lumine fętentem. Spiritualiter etiam onus legis ab ipſis erat amouendum antequam ad ueritatem fidei eſſent ſuſcitandi. & quod neceſſe eſt quòd omnis perueniſſe obſtinationis lapis à cordibus ſuſcitandorum amoueatur. Dixit ei Martha. Domine iam fętet. Fętet mulieri quæ hominem ad illum fętorem perduxit, ſed non creatori. Quod enim horret alicui operis innaſor, amator ſui operis non abhorret. Ad horrorem deducit deformator, vbi artifex ad perfectionem reduxit. Et eleuatis oculis ſurſum. Cur ſurſum reſpicit, qui ſemper ſurſum eſt cum patre? Sed hoc ut nobis formam ſupplicandi tribuat, non ut ſibi uiam præparet impetrandi. Pater gratias ago tibi. In hoc nos inſtruit non ſolum in fine operis, ſed etiam in principio gratias agere. ut ſic primitias Deo reddamus cum gratia, quoniam ſemper me audis, non ſic alios ſanctos, ut credant, quia tu me miſiſti. Sed contra. Quidam iudæus (ut ait Hierony. in epiſtola ad Chreſifontem) aduerſus Chriſtianos inuehebat. Maius eſt mortuum ſuſcitare mortuum, quàm viuum ſuſcitare mortuum. Sed Helyſeus mortuus mortuum ſuſcitauit. quarto Regun. decimotertio. Nec propter hoc creditus eſt helyſeus miſſus eſſe Chriſtus. ergo nec propter iſtud miraculum. Reſponſio. Quod fecit Helyſeus mortuus non fecit imperando, q̃ iordanis aquas diuidere nõ potuit, niſi dei noĩe inuocato. Xp̃s aũt hoc ꝓprio imperio & propria uirtute fecit. qđ ſolus Dei

P. Mortuus. Qđ mortuum in peccatis neſcit Deus.

Q. Sepulchrum. Qđ ſepulchrũ eſt ſpelunca ĩ qua dyaboli latrociniũ collocatur.



Dei eſt. Dicitur ſcđo ꝙ maius eſt mortuũ ſeipſum ſuſcitare, quã mortuũ aliũ mortuũ. Heliſeus aũt ſeipſum ſuſcitare nõ potuit. Xp̃s uero ſeipſum ſuſcitauit ſublatis lapidibus cum terremotu & territis cuſtodibus. Tunc clamauit uoce magna. Lazare ueni foras. Sed quõ uocauit eum qui ſurdus erat. Sed nõ tanquã mortuũ, ſed dormienté uocabat. Surgit Et ambulat, & pręſentibus cũctis gratias agit redẽptori Hierony. Ego in ſepulchro ſcelerum meorum iacens, & peccatorum uinculis colligatus, dominicum de euangelio expecto clamorem. Hieronimæ ueni foras. Hoc ẽt fecit dominus vt conditionẽ mortis noua reſurrectionis lege turbaret, Auguſtinus de uerbis domini. Quia mors contra hominem poſſeſſionem acceperat incinerandi eum Lazari ſuſcitatione turbata eſt eius poſſeſſio. ut homo diſceret ſemel naſci & bis mori. Et ſurrexit, qui erat mortuus ligatus &c. Dixit eis Ieſus. Soluite & ſinite abire. Vt aliis hoc miraculum innoteſcat & noſtra humilitas appareat, quia nolumus nobiſcum eum circunducere. Criſoſto. Vides inglorationem non ducit eum, nec iubet ſecum ambulare ut monſtretur. Aliter autem ſuſcitatur Lazarus à domino, aliter alii duo. Suſcitauit dominus filiam Iairi, necdum elato funere ſed corpore adhuc præſente & calẽte, ſuſcitauit filium uiduæ retinendo feretrum, anticipãdo ſepulchrũ Sed in Lazaro totum impletum eſt mortis officium, ut peccator iam in extremo mortis diſcrimine conſtitutus non deſperet, ſed uideat proprie reſurrectionis exẽplum, ideo enim Lazarus moritur, ſepelitur, lapide clauditur, reſoluitur in putredinem, ſed nõdum in cinerem ut in hoc opere glorificet peccator Deum qui de lapidibus facit filios Abrahe, dum lapis ſine manibus humanis abſcinditur & ferri duricia conteritur. quia qđ facere non ualet humana induſtria fit de facili ſola uoluntate diuina, & quẽ flagella nõ p̃nt corrigere, interna conuertit inſpiratione & audit intrinſecus uocis illis ſuauitas. Lazare ueni foras. Hæc Guil. Per præſentiã aũt ſuã ſuſcitauit dñs Lazarum nõ per ꝓcuratoré aut uicarium, cõtra ſacerdotes q̃ ſuper gregẽ nõ reſident. Nunquã legiť dñm curaſſe per mediã perſonã, ſed propria p̃ſentia. Qui. n. lazarum abſens ſuſcitare poterat, p̃ſens ſuſcitare uoluit. Sic a Centurione rogatus in propria deſcendit, ſic manu propria leproſum tangens ſanauit. Sic Luc 4. Singulis manus imponens curabat eos, exemplum dans ſtabulario ſuo. i. curato uel prę lato cui committit ſpoliatum & ſauciatũ curandum dicens. Luc. 10. Curã illius habe, offerẽs illi pro mercede duos denarios uictum ſcilicet & ueſtitum de proprio Xp̃i patrimonio & uitã æternã. Stultus & medicus qui pro tam magna mercede nõ ſollicitatur ipſum uiſitãdo, alloquẽdo, & manu propria tãgendo exẽplo ſummi paſtoris dicẽtis. Eze. 34. Ego uiſitabo oues meas ſicut uiſitat paſtor gregẽ ſuum exẽplo medicorũ corporalium qui tangunt uenã exẽplo Helyſei. 4. Reg. 4 Qui deſcendit ut filium Sunamitis ſuſcitaret, poſtquã Giezi ad hoc miſſus ſuo baculo ſuſcitare non potuit. Sic multa quæ uicarii nõ poſſunt circa ſpiritualium ſuſcitationem, ipſi præſentes paſtores facere poſſunt. Et ideo ſicut mulier illa ſapienter poſtulauit pręſentiã Helyſei, ſic ſubditi p̃ſentiam ſuorum curatorum. Sic Iacob reddens rationem quomodo oues Labam cuſtodierat. Geneſis 30. dicit. Noctu dinque urgebat gelu, & ſomnus fugiebat ab oculis meis. Ecce dum dixit ſe oues cuſtodiſſe non dixit ſe habitaſſe in aula regia uel palatio papali, nec delicias, & ſomnos delicatos quæſiiſſe, nec dixit ſe per medias perſonas cuſtodiuiſſe oues quia tunc ſomnus a ſuis oculis non receſſiſſeet. De talibus n. põt dici illud Io. 10. Et nõ audierũt eos oues, qa nimis diſtabant ab ouibus. Creditur aũt hoc miraculũ factũ fuiſſe feria ſexta per 15. dies antequam dominus pateretur. Et quia hoc miraculo facto aliqui crediderunt, alij ad ſacerdotes & phariſeos acceſſerunt indicãtes quod factum fuerat, ideo in craſtino huius diei colligerunt pontifices & pharisei conſilium, in quo determinauerunt eum occidere, mãdantes populo ut ſi quis eum ſciret, indicaret principibus ut eum tenere poſſent. Propter quod dominus ſe tranſtulit iuxta deſertum in ciuitatem, quæ dicitur Effrem vſque in diem ſabbati ante ramos palmarum. Hinc eccleſia in craſtinũ huius diei erigit vexilla paſſionis Chriſti ueſtimenta gaudij depouit, & mœrore induitur, quia ſponſum ſuũ cognoſcit iam ad mortem eſſe perendum.

*Sabbato poſt 4. dominicam Quadrageſimæ.*
*Sermo 1. & in ordine 102 per the.*

A *Lux. Qđ Deus maxime diligit lucem.*

EGo ſum lux mundi. Ioan. 8. Qui male agit odit lucem, ergo à cõtrario ſenſu qui optime oĩa agit maxime diligit lucẽ. ideo dñs qui oĩa bene fecit primo creauit lucem dicens. Fiat Lux. ex qua ſm multos expoſitores formatũ eſt corpus ſolis. Sic in reparatione ſæculi primo voluit in firmamento eccleſiæ lucẽ fieri.i. Mariã, ex qua formatũ eſt corpus ueri ſolis iuſtitiæ, qui inſtar radij ſolaris pertranſijt vterũ eius, ut ſit porta lucis fulgida, qa ante eã tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.i. aĩæ nr̃æ, quæ iã erat ĩmerſa pc̃tõrum abyſſis. Qui ergo ĩ tenebris ſunt pc̃tõrum accedant ad illã lucẽ, ut illuminentur, & nos ſilr̃ dicentes. Aue.

B *Lux. De 7. condõnibus lucis.*

Septẽ ſunt lucis condõnes. Prima eſt, ꝙ illuminat, ſic dñs qui eſt lux mũdi portat lucernam ante nos. Vnde ait. Qui ſequitur me non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen uitæ. Lumen vitæ eſt lumen fidei per quod ambulamus in ſpe. Nã ſm Apoſtolũ. 2. Corin. 5. Per fidem ambulamus. Quod duobus exemplis deducitur. Primũ eſt, quia non poteſt viator ire de nocte ſine lumine ſalubri nec ſecure, quia homo uadens ſine lumine qñq; credit ponere pedẽ in bono loco, & ponit in fouea ſiue in luto qñq; ẽt impingit in aliquod impediens, & nociuum ſm Auguſt. Vita præſens non eſt niſi via quædã & curſus ad mortem. Vnde ſcriptura comparat eam viæ curſoris & uolatui auis prędantis. Iob. 9. Dies mei vltiores fuerũt curſore, & ſicut aquila uolans ad eſcam. Signanter dicit aquila, quia differentia eſt inter aues diurnas ſicut aquila, & accipiter, & nocturnas ſicut veſpertilio, & vpupa, quia aues nocturnæ ſequuntur p̃dam uilem, ut muſcas & uermes, ideo diriguntur lumine noctis, & quodam lumine ab eorũ oculis naturaliter prodeunte, & non lumine ſolis aut diei, immo tũc parum aut nihil vident. Sed aues nobiles alte uolantes, & capientes prædam indigent lumine ſolis, ideo in lumine ſolis ſolum uenantur, & uolant. Sic pc̃tores non eleuati à terra per deſiderium ſolum prædantes infima & caduca, non diriguntur lumine cœli. Ideo ſolum vtuntur paruo lumine prudentiæ & aſtutiæ naturalis. Sed ſancti alte uolantes deſiderio ſequentes prædam nobilem Chriſtum indigent lumine ſpirituali, ſcilicet fide, qua immediate eam ſequãtur. Ephe. 1. Occurramus oẽs in vnitatẽ fidei, & agnitionis filij Dei. Secundum exẽplum eſt, quia nauis non tẽdit recte, niſi habeat certũ & determinatũ portũ, & oporteat ꝙ uideat nauta portum, aut conſideret, aliter periculoſiſſimũ eſſet regere nauẽ. Ad hoc ẽt ꝙ vita nr̃a recta ſit oportet ꝙ ratio portũ uideat ad ipſum oĩa ordinans. Ratio autem portũ ſalutis videre non põt niſi in lumine fidei. Sicut enim nauta de nocte neſcit ſtatum nauis, nec videt portum in marĩ, niſi per lumen ſtellæ maris, ſic in mari mundano, quia ſumus in nocte cognitionis obſcuræ, non poſſumus portum ſalutis agnoſcere, niſi per lumen fidei oſtendatur.

C

Hoc lumen prælatus & curatus dẽt portare corã populo. Vñ ait dñs. Matth. 5. Vos eſtis lux mundi. Sed per tria impediuntur, quibus impeditur candela, ne illuminet. Primo qñ nimis remota eſt. Sic prælati dimittẽtes gregẽ. De quibus Zach. 11. O paſtor & idolũ derelinquens gregẽ. ps. Lumẽ oculorũ meorũ, & ipm nõ eſt mecũ. Scđo p humectationẽ. Sic cũ deliciarũ aquis humectant̃. Tertio, p groſſi corporis interpoſitionem. Sic nec illuminant qui vitiis uacant, & diuitiis cõgregandis. Luna non lucet pp terrã interiectã Sap. 5. Lumen iuſtitiæ nõ illuxit nobis. Vñ ſequi illum debẽt & magni & parui die pſperitatis & nocte aduerſitatis, quia ipſe eſt colũna nubis per diem, & colũna ignis per noctẽ. Secũda conditio, quia lux eſt odioſa ægris oculis, propterea Iudæi non potentes ſuſtinere lucẽ illã dixerunt ei. Tu de te ipſo teſtimonium perhibes &c. Sic inuidis odioſum eſt lumẽ bonæ famæ. Ideo 1. Reg. 1. Hely non poterat videre lucernã donec extingueret̃, ſimiles noctuæ, q̃ diẽ odiens nocte tm̃ uolat. Et ſi dicatur ꝙ ſol iſte iudæis præſens erat, eos ergo illuſtrabat. Reſponſio. Sol illuſtrat faciẽ ceci & uidentis, ſed ſolus uidẽs uidet, non cecus. Et hoc ideo eſt, quia macula eſt in oculo ceci, quam attingit lumen ſolis, quæ ſic ſe obijcit lumini ut non poſſit lumẽ penetrare organũ illius. Sic iudæi excecati macula auaritiæ & inuidiæ, non potuerunt ſuſcipere lumẽ iſtud fidei. Sine fide enim impoſſibile eſt placere Deo Heb. 11. Immo nec plene cognoſcere Deũ. Sicut.n. oriẽte ſole naturaliter inchoatur

D

dies,



dies, ſic oriente luce gratiæ & fidei in aĩa incipit cognitio diuina. ps. Illuminet vultũ ſuũ ſuper nos & miſereatur noſtri, ut cognoſcamus in terra uiã tuã in oĩbus gentibus &c. Si enim in camera aliqua parũ gratioſa pingantur, pulchræ figuræ uel imagines decorant ipſam. Sic aĩa illuminata vultu Dei.i. fide, gratioſa eſt, & lætitiæ plena. Vnde pater videns ſimilitudinẽ in filio cõplacet ei. iuxta illud. ps. Illuminatio vultus tui, qm̃ cõplacuiſti in eis. Multi tamen ſunt ſignati vultu diaboli, qui fere decolorati combuſti ſunt igne cupiditatis, ſicut erãt iudæi. Ideo Deus non cognoſcit eos. Non.n. ſunt de 12. milibus ſignatis. Apoc. 7. Tertia conditio ꝙ eſt ſui cõicatiua fidelibus.ſ. & infidelibus, ideo ſequitur. Ait Ieſus. Et ſi ego teſtimoniũ perhibeo de me ipſo, teſtimonium meum uerum eſt, quia ſcio vnde venio, aut quo uado. vos autẽ neſcitis &c. ideo infideles eſtis. Erat.n. tunc lux uera non mixta, quia tenebræ eam nõ comprehenderunt ſicut & nos. de quibus Ephe. 5. Eratis aliqñ tenebræ, nunc autem lux in domino. Hæc lux in tenebris lucebat, cum ſuper Iudæos irradiabat, & ſe cõmunicabat. Nam ſol ille oriebatur ſuper iuſtos & iniuſtos, cecos & uidentes, ſed nõ erat eius defectus ſi non viderent. Ioan. 1. Erat lux uera quę illuminat omem hominem &c. Iudæi tñ licet audierint, non crediderunt. ſimiles illi duci Samariæ, ſup cuius manu rex incumbebat, qui non credidit Helyſeo dicenti. Cras erit modius ſimilę ſtatere vno &c. Hic uidit bonum & non guſtauit. 4. Reg. 7. Sic iudæi qui non crediderunt Deo ſemel videbunt filium hominis, ſed de bono eius non guſtabunt. Communicabat enim eis dominus lumen ſuum ſicut & bonis.i. doctrinam fidei, ſed ipſi nõ receperunt, & nos ſimiliter omnibus lumẽ vitæ, & doctrinæ cõicare debemus, ſicut candela accenſa, quæ non minuitur, cum cõicatur. Sunt tñ aliqui qui comprehẽdũt hoc lumen, ſed comprehenſum incarcerãt nolentes vti gratia ſibi data, cum tñ ex illa gratia præceperit dñs negociari dicens, Luc. 19. Negociamini dum uenio. Sunt alij qui gratiam illam comprehenſam decollant, qui ſibi gratiã ex ea attribuunt, quæ capiti Chriſto debetur. Sed ſunt alij qui & ſi ſint doctores, qui fidem prædicent, non tamen eis credunt plurimi, niſi ſub bona cautione iniuriarum facientes Deo, quia eius uerbo nõ credunt. Glorioſum eſt principi, ſi ei ſimplici uerbo credatur abſque cautione pignoris, uel fideiuſſoris, uel iuramenti, ſic ignominioſum eſt, ſi ei ſimplici verbo non credatur, ĩmo hoc moleſtũ eſt cuilibet viro notæ bonitatis, & ſufficiẽtis facultatis, quanto magis regi gloriæ eſt hoc exoſum, qui neſcit fallere nec falli, ſi non credatur uerbis eius ſine cautione naturalium rationum, quam Græci quærunt, aut miraculorũ quã quęrunt Iudæi. 1. Corin. 1. Iudæi ſigna petunt, & græci ſapientiam.

E *Fides. Qđ ĩ omnibus agẽdis et naturalibus requirit̃ fides.*

Quarta condõ ꝙ lux eſt morborũ alleuiatiua in his, qui ſanabiles ſunt. De nocte.n. grauius habent ęgri, leuius mane. Econuerſo eſt de his qui ad mortem tendunt. Grauius.n. tunc infirmantur, ſicut illi quibus dicebat dñs luce præſente. Vos iudicatis ſm carnem.i. carnis infirmitatem, quã in me conſideratis, nec ulterius pro infirmitate ueſtra poteſtis. Apparente.n. eis luce quæ illuminat oẽm mũdũ, deteriores inde facti ſunt. Vnde ſm tranſlationem ſeptuaginta. Eſa. 7. dr̃. Niſi credideritis non intelligetis.i. niſi credideritis non ſanabimini intellectu. Rufinus Aquilegienſis in expoſitione ſimboli ad Laurentium papam ſic ait. Nec mari quis ſe committit niſi credant ſe poſſe ſaluari, nec agricola ſemina ſpargit in terram, niſi crediderit venturos imbres & ſolis calores affuturos, quibus terra ſegetes producat, & multiplicet, nec aliquid eſt in uita quod geri poſſit, niſi credulitas pręceſſerit. Ideo accedentem ad Deum oportet credere. Matrimonia enim contrahuntur, quia creditur futura poſteritas, & pueri diſcendis artibus traduntur, quia creditur p magr̃os in eis trãsfundi diſciplina. Niſi.n. quis talia crediderit, illa nõ aggredit̃. Sic niſi qs crediderit ad Dei cognitionem nõ perueniet. hæc Ruffinus.

F *Fides. Quã periculoſa ſit fidei ignorantia.*

Ignorantia.n. Dei adeo ledit aĩam, ut nec radicẽ aliquã boni in ea relinquat. Sic iudæi quia ignorauerunt Chr̃m, & fouebãt cõtra Chr̃m maliciã diaboli, ſicut aduocati malã cãm, propterea in oĩa mala deuenerunt. Ioab.n. quia fouebat cauſam Adoniæ malã, exinde male contigit ei. Tales ex teſtõ Dauid.i. ex ordinatione Dei pr̃is, per Salomonẽ Chr̃m æterna damnatione perimuntur. Ignorantia.n. alphabeti maior eſt & grauior quàm totius aſtronomiæ, qa igno-

ignorantia aſtronomiæ ſolam aſtronomiã tollit ab ignorante illã, ignorantia uerò alphabeti & illã & oẽm aliã ſcientiã litteralem. Sic defectus fidei oẽm tollit virtutẽ. Qñ ſcinduntur rami circa arborẽ, non pp hoc moritur arbor, ſed magis creſcit in altũ, ſed qñ euellũtur radices neceſſario moritur. Sic qñ tolluntur bona tpalia amici, & filij, & filiæ, non pp hoc moritur homo ſi fides ſit bona, ſed pciſa illa radice neceſſario moritur. Quinta condõ, q lux fœcundatiua eſt. Multũ n confert rebus inferioribus ad multiplicandũ. Vnde arbor nõ proficit in domo uel loco ubi lux nõ attingit, quantumcunq; irrigetur uel colatur. iõ lux dominica fœcundare volebat iudæos dicens. Ego aũt nõ iudico quẽquã. i. nõ huc acceſſi ad faciẽdũ iudiciũ condẽnationis. Et ſi ego iudico, iudicium meum uerum eſt. Oſtendo. n. vobis doctrinam meã uerã ẽẽ. Sed ſermo meus non capit in uobis, ſicut in terra ſterili lux cadens nihil fœcundat. Eſt enim de talibus ſicut de luce ſolis vitrea, quia nec ipſam viuificat, nec fœcundat, ſed ſolũ tranſit per eã, imo ex ea quãdoq; lux cõtrahit obſcuritatẽ uel colorẽ obſcurum, quãdo uitrea eſt nigra, uel immunda. Sic lux ſapientię diuinæ per malorum aures & ora tranſit, quos non uiuificat per gratiam nec fœcundat per bonorum operũ frequentiam, ſed q peius eſt aut propter eorũ mala opera uituperatur doctrina, & fit obſcurior, uel eos qui doctrinam Chriſti gerunt inde vituperãt. Iob 21. In manibus ſuis abſcondunt lucem. In manibus lucẽ abſcõdit q lucẽ doctrinæ operibus malis extinguit. Sicut. n. (ſcdm philoſophos) argentũ uiuum principium eſt oĩum metallorũ, & albedo oĩum colorũ, ſic fides, & Dei cognitio omniũ virtutũ & donorũ. ideo ubi non penetrat lux illa cũ ardore ſuo, oĩo ſteriles permanẽt. Vnde quorundam uerba ardent & lucent, ut uerba Chri ſanctorum doctorũ qui ex zelo prouidentia incendunt hoĩum pectora, niſi (vt iudæi) ponant obicẽ. Aliorum uerba lucent ſed non ardent, qui ex frigido pectore ea proferunt. Aliorũ uerba ardent ſed non lucent, ut uerba lubrica & iracundiæ. Aliorũ uerba nec ardent nec lucent, ut uerba blaſphemiæ. Sexta conditio eſt, q inuiſibilia manifeſtat. Res. n. ſine luce non videtur. Res aũt vna quæ plures eſt (ſcilicet trinitas ſancta) ſine luce diuina non vr̃, quod uolẽs eis manifeſtare dicebat. Et ſi ego iudico iudicium meũ uerum eſt, quia nõ ſum ego ſolus ſed qui miſit me pater, & in lege ueſtra ſcriptum eſt, q in ore duorũ teſtimoniũ eſt uerũ. Ego ſũ qui teſtimoniũ perhibeo de me ipſo, & teſtimoniũ perhibet de me, q miſit me pater. Manifeſtat. n. lux iſta credibilia & abſentia q̃ in futurũ demõſtrabit præſentia. Omnia enim (inquit apoſtolus) q̃ arguuntur à lumine manifeſtantur. Ephe. 5. Arguebat. n. ibi maiores nõ minores, contra eos qui arguunt pauperũ nõ diuitũ peccata, licet coram diuitibus ſemper maior candela accẽdatur. Ephe. 5. Omne quod manifeſtatur lumen eſt. Lux. n. latere põt quin appareat. prouerb. 14. Vbi ſegetes ſunt plurimæ, ibi manifeſta eſt fortitudo bouis, id eſt ubi virtutes plurimæ ẽt & plurima opera bona. Septima condõ, q lumẽ quando nimiũ eſt offuſcat oculos. Inde dicebant iudæi. Vbi eſt pr tuus? non potentes uidere in lumine lumen quod eis promiſſum erat per ps. In lumine tuo videbimus lumen. i. in filio enim patrem non poterant uidere. Venit autem lumen iſtud obumbratum nube carnis, & non poterunt illud ſuſtinere. Quid facient quãdo ueniet ſicut fulgur obcecans corda eorum? Vnde ſubditur. Si me ſciretis. i. videretis forſitã & patrẽ meum ſciretis, ſed neque ſcitis me, neq; patrẽ meũ. Sap. 2. Cogitauerunt & errauerunt, excecauit. n. eos malicia eorũ. ps. Super cecidit ignis cupiditatis, & auaritiæ, & nõ viderũt ſolẽ irradiantem ſuper eos. Octaua condõ q lux eſt mundiſſima qualitas, quæ licet ſe diffundat ſuper immunda, nullã tamẽ inde cõtrahit maculã, & ſi tãgat immunda, uel purificat, vel inde plus fœtent. Sic Chriſtus lumẽ ſuę doctrinę effundebat ſuper iudęos immundiſſimos, nec tamẽ inde maculã cõtraxit docens eos gazophilatio. Licet aũt tangeret aures eorũ, non tamẽ corda. ideo non purgabat eos. Act. 10. Fide purificans corda eorum. Hiere. 5. Circuite uias Hieruſalẽ, & ſi inueneritis quærentẽ fidẽ propitius ero ei. Ionæ. 3. Viri Niniuitæ crediderunt domino, & ſic miſericordiã obtinuerunt. Actuum 10. Omnes pphetę perhibẽt teſtimoniũ remiſſionẽ peccatorum accipere, qui credunt in nomine eius. Et quia iudæi non crediderunt, ideo nec mundati ſunt, ſed magis de vitio in uitium ceciderunt.

G — *Fides.* — *Qd fides eſt oĩum uirtutum & donorum principium.*

H — *Prædicator.* — *Qd ĩ pdi...*



runt. Tren. 1. Peccatum peccauit Hieruſalem recedendo à fide, quod eſt ſuper omnia graue peccatum, propterea inſtabilis facta eſt ruendo de uitio in uitium.

Nona conditio quòd lumẽ non eſt qualitas paſſiua. Neque enim poteſt gladio, aut lancea penetrari. Sapien. 7. Inextinguibile eſt lumen illius. ideo ſequitur in textu Nemo apprehendit eum. Differentia enim eſt inter lumen ſtellarum & candelæ, quia lumen ſtellarum nunquam conſumitur, ſic nec lumen iuſtorum à peccato, ideo ſunt impaſſibiles à peccato. Candelæ verò lumen ſe conſumit, quia terrenæ ſapientiæ cultores à peccatis maxime conſumuntur.

*Eodem ſabbato unde ſupra. Sermo 2. & in ordine 104. per thema.*

A — *Lux.* — *De duplici lumine uitæ & mortis.*

QVi ſequitur me non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen uitæ. Io. 8. Eſt lumen uitæ & eſt lumen mortis. Lumẽ vitæ eſt doctrina ducens ad uitã, doctrina docens uiã rectã. Lux mortis eſt doctrina ducẽs ad tenebras & mortẽ. Prima eſt lucerna ardẽs & lucẽs. Scda taliter qualiter lucet ſed nõ ardet. Hæc eſt lux uermis uel ligni putridi. Iſta eſt ſapientia carnis quæ mors eſt, uel mũdi q̃ ſtultitia eſt. Talis lux adueniente die non apparet q̃ de nocte apparebat. Sole aũt intelligentiæ apparente, manifeſtũ erit q ſapientia illa ſtultitia erat. Lux aũt uitæ dr̃ eſſe ſapientia diuina, q̃ ſolebat eſſe in eccleſia ſicut cęlũ ſtellatum in ſanctis doctoribus q illuminabant noctẽ huius ſeculi. de qb. Dañ. 12. Qui ad iuſtitiã erudiunt multos, erunt quaſi ſtellæ in ppetuas æternitates. Nunc aũt eccleſia potius ur̃ terra q̃ cœlũ, quia loco ſtellarũ ponunt in ea talpe q uaſtãt ortos eccleſiæ. Hi ſunt q terrã ſciũt effodere ſicut talpæ terrena diſcutere & dirigere, de cœleſtib. nihil omnino ſcientes. Hoc lumen diuinę ſapientiæ tenet Maria in manib. ſuis, & ut candelam paruam noſtri intellectus eo lumine accendat, eam poſtulabimus dicentes. Aue.

B — *Lux.* — *Quatuor modis Deus illuminat mundum.*

Circa thema propoſitũ duo dicemus. Primo qũo dñs lumen cœleſtis ſapientiæ ex amore infundebat. Scdo qũo iudæus lumen illud odio pſequebatur & extinguere cupiebat. Dixit ergo dñs. Ego ſum lux mundi. Quattuor aũt modis creator illuminat creaturas. Primo ex rebus creatis. ut inuiſibilia Dei p ea q̃ facta ſunt intellecta conſpiciantur. Ro. 1. Scdo p uiſibiles figuras ut in rubo & igne, in colũna & nube. Tertio in carne qua uiſus eſt hoĩbus & ſic illuminauit nos oriens ex alto. In incarnatione. n. fuit Xp̃s quaſi lux in teſta, ſed in paſſione fracta eſt teſta. & tũc lux quæ ſolã iudęã illuminabat, tranſiit ad oẽs gẽtes. Quarto in contẽplatione & diuinis reuelationib. dum uerbũ Dei ſe ſpũaliter intus manifeſtat non ſonans ſed penetrans, non loquax ſed efficax, non aurib. obſtrepens, ſed affectib. blandiens. Triplex aũt lux apparet in mundo. Quædã infundens & non infuſa ut in Sole. Quædam infundens & infuſa ut in Luna. Quædã infuſa, ſed non infundens ut in aere uel ſuperficiæ terræ. Sic in eccleſia triplex lux ſpiritualis ſapientiæ ordinatur. ſecundum primum modum in Deo. ſecundum ſcdm in Doctorib. ſecũdum tertium in ſimplicib. De prima luce dr̃ Ioh. 1. Erat lux uera, nihil in ſe habens de tenebris. 1. Ioh. 1. Deus lux eſt & tenebrę in eo non ſunt ullæ. Primo aũt lux hæc fontalis eſt puriſſima in fonte, non ſicut hypocritarum lux q̃ lucet ſicut lignum putridum in nocte. qui cũ in die iudicii uidebuntur ſub proprio colore fœtentes & putridi inuenientur, ubi lucerna impiorum extinguetur, extincta monſtrabitur. Prou. 14. Scdo hæc lux fœcũda eſt quia illuminat. Deus. n. ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos. Sed ſicut cecus non illuminatur a ſole, ita nec pctõr, quia eſt in contraria diſpoſitione. Lathomus non ita facile imprimit uel ſculpit in lapide aliã hñte impreſſionẽ, ſicut in lapide nudo. Ideo Eph. 5. Exurge a mortuis & illuminabit te Xp̃s. Multi. n. (ut infirmi) inter ſe & lucernam obſtaculum ponunt, ad amorem temporalium cor ſuum uertentes, tantum de mundanis cogitantes, & ideo non poſſunt credere in multis quòd peccent, quia luminis radiũ propter amorem temporalium non recipiunt, ut luna non lucet propter terræ interiectũ. Multa enim in tenebris credũtur eſſe cara & bona, quæ in luce deprehenſa aliter apparẽt, ſic in luce diuina aliter apparebunt. Vnde hymnus Ambroſianus. Sunt multa fucis illita, quæ luce purgentur tua, illita. i. illicita. Sic meretrix in luce deprehendit

C — *Lux.* — *De triplici luce apparẽte in mundo.*

non

nō eſſe ſuū infantē quē antea putabat, ſic
ad lucē diuinā & doctrinā eius deprehen-
duntur multi fetus eſſe dyaboli, qui prius
credebātur eſſe Dei. Hoc indicant dānati
dicētes. Sap. 5. Lumen iuſtitiæ nō illuxit
nobis, & ſol ītelligētiæ nō eſt ortus nobis.
Tertio hæc lux neceſſaria eſt pp omnē ho
minem uenientē in hunc mundū. Oīs.n. ta
lis intra locū obſcurū. iō mundus eget lu-
mine. Obſcuratus.n. eſt fumo uanitatis, pul
uere cupiditatis, & nebula carnalitatis. 1.
Io.2. Omne qđ in mundo eſt &c. Sed lux
infuſa tm̄ eſt ſimpliciū. De qua Prouer. 4.
Seminat iuſtorū quaſi lux ſplēdens creſcit
vſq; in pfectū diē. Primo hæc lux matutina
eſt q̄ ſp procedit creſcendo canticorū. 6.
Quæ eſt iſta quæ progredit̄ quaſi aurora
cōſurgens? Sed malorū uita eſt ſicut lux
ueſpertina, quē q̄tū procedit tm̄ decreſcit,
& ſole recedente minuitur, & nigreſcit.
Hiere. 5. Ve uobis quia declinauit dies, &
plixiores factę ſunt umbræ veſperi. Vnde
decreſcente vmbra creſcit calor, & decre-
ſcente temporalitate creſcet ſpūalitas. Se-
cūdo deſcribitur uſque ad cōſumationē cū
dr̄ vſq; ad perfectū diem. Vita iuſtorum in
ſui cōſumatione eſt ſicut meridies. De quo
Eccl. 43. In meridiano ſol exurit terrā, &
tunc locū habet illud. Fecerat exiguas ſol
tunc altiſſimus umbras. Vnde calor meri-
dionalis cogit uiros perfectos ſpoliari, &
tunc aliqn̄ feruore dilectionis emittunt ſu
dore lachrimarum & deuotionis. Eſaiæ.
18. Sicut meridiana lux clara eſt, & ſicut
nubes roris in die meſſis. Sed lux quæ eſt
infundens & infuſa eſt p̄dicatorū. De qua
Iob. 37. Nubes ſpargunt lumen, luſtrātq;
cuncta per circuitū quocunq; eas volūtas
gubernantis duxerit. Nubes deuotionis in
aere cōtemplatione ſuſpenſe, feruore ſpūs
agitate p̄dicatores ſunt. De quibus primo
notatur liberalitas in doctrina cū dr̄. Spar-
gunt lumen ſuum. Auarus eſt qui candela
accenſam habens non vult alias accende-
re. Nō enim minuitur eius lumen ex aliorū
accenſione, & contra naturā lucis, eſt late
re. Scđo notatur latitudo charitatis cū dr̄
luſtrans oīa per circuitū, contra illos qui
non luſtrāt loca niſi ubi bene procurātur.
p̄s. Ipſi diſpergentur ad manducandū. ſi ve
ro &c. Sed Ieſus circuibat caſtella. Ma. 14.
Tertio humilitas obedientiæ cū dicit quo
cunq; eas &c. qđ eſt contra illos quos du-
cit uolūtas propria & nō gubernātis. Hie.
23. Nō mittebā illos & ipſi currebant. Ro.
10. Qūo prædicabunt niſi mittantur.

Qui ſequit̄ me nō ambulat in tenebris
ſed habebit lumen vitæ. Aliter miniſtri
eccleſiæ, aliter ſubditi habēt lumen vitæ,
quia ſubditi vt carbono, miniſtri vt flāma.
Caro ardet & nō lucet, flāma ardet & lu-
cet. In ſubditis ſufficit ardere p charitatē,
ſed in miniſtris illud ardere quo ad ſeip
ſos requiritur, ſed lucere, pp alios. Pſ. Qui
facis miniſtros tuos flāma ignis. Figura. E
xo. 3. Apparuit dn̄s in flāma de medio ru-
bi. & rubus ardebat & cōburebatur. Tunc
enim dn̄s in flamma apparet, qn̄ per mini-
ſtrorū doctrinā inferioribus lucet. Sed mi
ratus eſt Moyſes qūo flāma ſubiectū ſuum
nō urebat aut cōſumebat. Flāma.n. nō con
ſumit nec cōburit niſi ſuū cōtrarium, uel
diuerſum. Cū ergo ignis in propria ſphe-
ra nō inuenit cōtrariū uel ab eo diuerſum
non cōſumit ſubiectū nec deuaſtat. Sed dū
inuenit deſtruit, vt in ligno vel candela.
Sic doctrinę flamma, qn̄ in proprio ſubie-
cto in propria perſona docente nihil inue
nit contrarium ei quod docet uel hortat̄,
talis lucere pōs ſine combuſtione. Eccleſi.
28. Flamma ſua non comburet iuſtos. Ecō
tra eſt quando contrarium inuenit. Pſ. Flā
ma combuſſit peccatores. Sed qūo ha-
bebit lumen vitæ, cū tn̄ lux vitæ ſit inac-
ceſſibilis. Quomodo accendimus candela
brum animæ noſtræ ad lucem illam quæ
inacceſſibilis eſt. Rn̄ſio. Nullā doctrinam,
nullum donum comprehēdere poſſumus
ſine deo illuminante, & tamen illud lumē
non cōprehendimus, ſicut non niſi per ae-
rem videmus colores & tn̄ aerem non vi-
demus. Similiter per ſpecies viſibiles res
exteriores cognoſcimus, & tn̄ illas ſpecies
nobis intraneas ſentire non poſſumus. Va
de Alſelmus. c. 16. in pro. ſolo. Vere hanc
non video lucem, quia nimia eſt mihi, &
tn̄ quicquid uideo per illam video. Sicut
infirmus oculus. q̄ uidet p lucē ſolis uidet
q̄ in ipſo ſole nequid aſpicere. Non pōt in-
tellectus meus ad illā. nimis fulget. nō ca-
pit illā, nec ſuffert oculus aīæ meæ diu in-
tendere ad illā. Reuerberat̄ fulgore, vinci
tur amplitudine, obruitur immenſitate cō-
funditur capacitate. O beata veritas quam
lōge es a me, qui tam prope tibi ſum, quā
remota es a conſpectu meo qui ſic pręſens
ſum



conſpectui tuo. Vbiq; es tota p̄ſens &
nō te video. In te moueor & ī te ſum, & ad
te non poſſum accedere. Intra me & circa
me es, & nō te ſentio. Hæc Anſelmus. In
ſcđa parte uidendū eſt qūo iudæus lumē
ipm diuinū odio perſequebatur, & extin-
guere moliebatur. Lux. n. de ſe cōicatiua
eſt. Eccl. 42. Sol illuminās omnia reſpicit.
reſpicit quidē bonos q bona ſua ī paupe
ribus ſibi cōicauerunt. iō lucē ſuā eis cōi-
cauit. Curialis in loco caliginoſo nō ſuſci
pit hoſpitē ſuū bonū, neq; ipm accūbere fa
cit ſine luce, ſic nec deus eos q ipm in ſuis
pauperibus refecerūt dimittit ſine luce do
ctrinæ hic, uel gloriæ in alio ſeculo. Scđo
reſpicit malos, ſicut iudæos qui lumē ſuſti
nere potuerūt ſed eiecerūt. Io. 1. In ppria
uenit & ſui eū nō receperūt. Vn̄ dixerūt ei
phariſei ex odio repellētes lumē. Tu de te
ipſo teſtimoniū dicis, teſtimoniū tuum nō
eſt verū. In aqua turbida nec uultū nec fun
dum nec ea q̄ ſunt in aqua videre pōt hō iō
qa iſti turbati erāt inuidia, nec ſe, nec deū,
nec ea q̄ ī deo ſunt videre poſſunt. 1. Io. 2.
Qui odit fratrē ſuū in tenebris eſt, & ne-
ſcit quo vadat, qm̄ tenebre obcecauerunt
oculos eius. Turbabat ēt eos odium cōtra
dn̄m. Ignis. n. ī ſtupis nō diu latet, qn ex-
eat fumus, flāma, & ſcintilla, ſic odiū non
diu latet in corde qn ex eo exeāt conuitia
& rixe. Vn̄ quaſi contradicēdo verbis dn̄i
& quaſi fallacē eū reputātes dixerūt. Teſti
moniū tuū nō ē uerū. Sed dn̄s ad hæc mo
deſte, rn̄dit. Et ſi ego teſtimoniū phibeo đ
meipſo &c. Sed tāta erat iniquitas & odiū,
vt ēt Xp̄i flactus magis accenderet quā ex
tingueret ignē odii. Qđ apparet ex duob.
Primo ex aperta impugnatione eius. Aper
tū.n. demōſtrauerūt qn̄ ſermonibus chari-
tatiuis & māſuetis manifeſte & corā popu
lo cōtradixerūt. pſ. Poſuerūt aduerſum me
mala p bonis odiū pro dilectione mea. Se
cūdo hoc apparet ex īproba eorū locutio
ne. Qui.n. ex diſplicētia alicui corā ipo ſci
enter & irreuerenter loquit̄ eū odire vr̄.
Pſ. Sermonibus odii circūdederūt me &c.
Vn̄ quaſi deridendo dixerunt. Vbi eſt pa-
ter tuus? quaſi dicentes. Scimus patrē tuū,
& matrem, & ſcimus cuius gn̄ris es quam
uis ſatis intelligerēt eū loqui de patre cę
leſti. Vn̄ & ad tēperādū odiū dn̄s modeſte
locutus eſt eis dicens ſi me ſciretis forſitā
&c. Ac ſi diceret. Me exterius ſm̄ carnē iu
dicantes hoīem eſſe dicitis, ſed q̄ latet in-
terius diuinitatē nō cognoſcitis. Circa  *G*
q quærit̄ vtrū odiū ſit pc̄tm̄ mortale, & qn̄  *Odium.*
eſt pc̄tm̄ & qn̄ nō. Ad q rn̄detur per tres  *Qn̄ odiū*
propoſitiones. Prima eſt q odire ſuū pro-  *eſt pecca*
ximū deſiderando ei malū ex deliberatio-  *tū morta*
ne, uel in ſua pſona, uel in ſua fama, uel in  *le, et qn̄*
aliis bonis, & hoc notabiliter eſt pc̄tm̄ mor-  *non.*
tale, niſi hoc faciat his trib. modis. Vel qa
talis impedit bonos & eos cruciat & tor-
quet, & veriſimile, eſt q niſi ſuper eū ue-
niant flagella dei nō corrigetur, iō appe-
tis ei malū. Aut ne addat peccata peccatis,
iō quæris finē pc̄tōrū illorū. Aut quia uel-
les q ſatisfaceret de iniuria facta cōtra le
gem dei. Aliter appetis uindictā & morta
liter peccas. Scđo propoſitio. Odiū pfecto
quo ſc̄tī nō malos, ſed eorū uitia odiunt,
ſanctum eſt & meritoriū. pſ. Perfecto odio
oderā illos inimici facti ſunt mihi. Et ite-
rū. iniquos odio habuit, legē aūt tuā dile-
xi, quæ perſequitur eos, ſicut medicus per-
ſeqtur morbū ut curet lāguidū. Sic Petrus
Ananiā & ſaphirā & ſimonē magū. Act. 5.
& 8. Sic Paulus fornicatorē perſeqbat̄ dās
interitui carnē ut ſpūs ſaluus fieret. 1. Co.
5. Tertia propoſitio. Peccare pōt hō odien
do proximū. 7. modis. Primo qn̄ pſonā ſic
odit ut eā nō reſpicere poſſit, nec cū ea cō
municare velit pp aliquā iniuriā ſibi factā
& ſi hoc ſit cōtra eos qui ſibi attinent, gra
uiſſimū eſt pc̄tm̄, puta cōtra fratrē, filios,
uel gn̄eros, quia ibi ur̄ rancor in corde, &
cū hoc ſcādalizas illos qui te vidēt ſepara
ri ab amicis tuis uita, cōuerſatione, doctri-
na, & correctione, quā poſſes in eos uerbo
& exēplo exercere. Si tn̄ hoc faceres cor-
rectionis & humiliationis gr̄a, ita ut eſſet
in corde diſplicentia de offenſa, & q ſi ui-
deres in eis correctionē libenter cū eis cō
municares, tūc nō eēt pc̄tm̄, imo forte me
ritoriū, neq; eſſet odiū in corde, ſed tm̄mo
do ſubtractio familiaritatis. Si uero ſit cū
aliis ad te nō attinētibus, ita q rancorē ha
bes in corde, qa tibi iniuriā fecerūt & ſub
trahis eos ab orōnibus, uel eis bonū nō fa
ceres & bn̄ficia retraheres ſi tp̄s requiret,
tunc peccas ēt qn̄q; mortaliter, niſi illam
ſubtractionē correctionis cā faceres. Vnde
Eccl. 31. Cor fatui quaſi uas cōfractū, om-
nem ſapiē iā nō tenebit. Vas cōfractū non
retinet bonū uinū uel oleū, ſed tn̄ paleas
& plumas nulius ualoris. Sic iras & diſcor
dias,

dias,& diſſoluta verba nõ ædificatore retinent iracundi. Eccl.21. Sicut in percuſura cribri puluis, ſic ſcoria in cogitatu illius. Cribrum enim emittit farinã retinés groſſa ſordes. Scd̃o peccat quotiens ad memoriã reducitur iniuria facta, & iterũ odium in mẽte cõcipis,& quotiés eã habes in mẽte totiens peccas, & de hmõi pſeuerantia in pc̃tõ neceſſe eſt cõfiteri,& de tpe q̃tum fuiſti ĩ odio illo debes cõfiteri, nõ tñ quærere debes veniã illi cui voluiſti malũ ſi tãtummodo voluiſti & nihil mali ei intuliſti. Inuidia n. odioſo corde ita radicatur ſicut fex in dolio vel in partibus dolii. quæ ita radicatur ꝙ uix auelli põt. Tertio peccatur ſi iniurians à te petiit ueniã & ei denegaſti, nec es patris imitator qui te ad pœnitẽtiam expectat, nec filii qui pro ſuis ꝑſecutoribus exorauit, nec bonitatis ſpiritus ſancti. Ideo grauiſſime peccas. Quarto peccatur ſi hmõi odii cã aliquod malũ cõtra eum perpetraſti,& illud eſt grauius, puta reuelaueris ſecretũ proximi, leſeris eũ in fama detrahendo ſibi tenueris eũ in proceſſu,& ẽt comminationes de talibus ſunt peccata. Et ſi forte aliqñ ex cã ſubita fiant & videantur venialia, ſecurius eſt tamẽ de talibus cõfiteri. Quinto peccatur qñ oditur ratione paupertatis non ꝑꝑ malũ ſibi factum, ſicut aliqui odiunt parentes ſuos, quia pauperes. prouer. 14. Etiam proximo ſuo pauper odioſus erit. prou. 19. Fratres hoĩs pauperis oderũt illũ & odiũ iſtud oſtenditur tam in oculis, quia nõ poſſunt eũ videre, quã in auribus, quia non poſſunt de eo audire loqui, tã in ore, quia nõ poſſunt bene de eis loqui. Sexto peccatur qñ quis cõſiderat alterius conuerſationẽ bonam & propterea odit eũ ut oculi infirmi lucem odiunt. Gen. 37. Videntes fratres Ioſeph ꝙ a patre cunctis fratribus plus amaretur, oderant eum, nec poterant ei quicquam pacifice loqui. Muſcę q̃rũt extinguere lucem & ſe cõburũt. Septimo peccatur cum odis aliquem quia tibi veritatem dixit. Terẽtius. obſequiũ amicos, veritas odiũ parit. & de hoc dicetur amplius in ſequentibus. Si tamẽ oĩa iſta fierent indeliberate & ſubito, uel nõ eſſet peccatum, ſed tentatio, uel ueniale peccatum, de hoc tamen ſecurius eſſet cõfiteri. Quicquid ſit, qui fel rãcoris gerit in corde, vix diuinę cuiuſpiã cõſolationis capax eſt in mẽte. Aug. ſuper Io. Putas quia melle te vult implere Deus? ſi aceto plenus es ubi mel pones. Fundendum eſt ergo quod portat uas & mundandum, ut repleatur euacuatum. Scd̃o lux eſt manifeſtatiua, quæ oĩa uiſibilia indifferenter manifeſtat. Sed lux diuina ſuper excedit, attingens à fine vſq; ad finẽ fortiter & diſponés oĩa ſuauiter, à uiſibilibus oſtẽſis ad inuiſibilia: à cognitis ad incognita procedens, manifeſtans patentem malicã iudæorum, & deinde perueniens ad reuelanda archana diuinorũ. Ephe. 5. Oĩa quæ arguuntur à luce manifeſtantur. Hæc autẽ locutus eſt Ieſus in gazophilatio, vt in theſauro eccleſiæ verba hæc repoſita tanq̃ theſauri, poſtea à viris ſanctis populo Dei manifeſtentur. Hoc aũt factũ eſt tripliciter, ſcilicet verbis factis, & ſignis. Verbis quando prædicauerunt per mundũ, quãta ſint eius mala indifferenter oſtendentes. Secundo factis. Mat. 5. Sic luceat lux ueſtra coram hominibus &c. Lux enim non põt non uideri. Eſt n. lux doctrinæ ſicut lux ſcintillę emicantis de fornace, quę quandoq; incendit domum vicinam: Sic feruens prædicatio. Vnde in ſanctis animalibus viſe ſunt ſcintille quaſi ęris candentis. Eze. 1. Et uerba Helyæ quaſi facula ignis ardebãt. Lux enim boni doctoris & prælati ſemper ſeipſam opibus manifeſtat. Quanto enim plus præcipiebat dñs ne cui dicerẽt facta ſua, tanto plus eum prædicabant. Tertio ſignis & hæc lux fuit ſpecialis in apoſtolis. pſal. Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis, id eſt ab æterno præuiſis. quos dominus mirabiliter & ſuper omnes illuminauit, quia ſicut lux per montes ad ualles deſcendit, ſic lux doctrinæ per eos deſcendit ad nos. Hæc fuit lux choruſcationis q̃ terret eos qui ſunt in tartaro, quia ſigna ſanctorum dęmones fugabant, & terrebãt eos qui erant in peccato. Pſal. Illuxerunt choruſcationes tuæ orbi terrę. Eze. 1. animalia ibant & reuertebantur in ſimilitudinem fulguris choruſcantis.

FINIS PRIMAE PARTIS
Sermonum quadrageſimalium
Magiſtri noſtri Ioannis
Raulin. Cluñ.



# INCIPIT SECVNDA PARS
## SERMONVM QVADRAGESIMALIVM
Eximij diuinæ Theologiæ profeſſoris inter ſacri ordinis Cluniacenſis patres fama vulgatiſſimi Magiſtri
## IOANNIS RAVLIN.

*Dominica in Paßione. Sermo primus. & in ordine 105. per thema.*

A

PER Proprium ſanguinẽ introiuit ſemel in ſancta, æterna redéptione inuẽta. Heb. 9. Et ſi omni tẽpore de ſalute penſandũ ſit. (Omnia enim tẽpus habent præter malum quod tempus non habet) maxime tñ iſto tempore quærenda eſt ſalus animæ propter multa. Primo, quia omnia hoc verno tempore florere,& fructificare incipiunt vt arbores & herbę, quanto magis homo propter quẽ hæc oĩa ad eius obſequium, & eruditionem facta ſunt. Et tñ cõiter vltimus eſt ad laudãdũ Deum. Vnde & in hymno benedictionum poſtquam omnia particulatim benedixerunt Deo dicitur. Benedicite filij hominũ dño. Secũdo quia eccleſia ad hoc nos hortatur in primo reſponſorio matutinarum. Iſti ſunt (inquit) dies quos obſeruare debetis. Induit enim hodie eccleſia veſtimẽta ſua luctus & bellum indidit vitiis eleuans vexillum ſponſi ſui Chriſti, carmine lugubri decantando. Vexilla regis ꝓdeũt. Tertio, quia hoc tempore dominus multũ laborauit pro nobis etiam vſque ad ſudorem ſanguineum, & vſq; ad mortem crudeliſſimam. pſ. Laboraui clamans ſed raucæ factæ ſunt fauces meæ. Clamat. n. poſt nos vt ad eum veniamus, & facimus ſurdam aurem. clamat in prædicatione plus quàm alio tempore. clamat de cruce: clamat crux,& clamant claui,& clamant ſpinæ. & ad clamorem tantum auis ſatur nõ vult accedere, cum tñ carnem oſtẽdat ſanguineam. Pro labore ſuo mercedem quærit,& fruſtramur eum mercede. dicit enim illud Zach. 11. Appendite mihi mercedem meam. Merces eius eſt anima tua, pro qua ſanguinem fudit in precium. Quantam doloris materiam operario miniſtraret, qui mercedem eius non vereretur auferre, cũ tñ fideliſſime laboraſſet? Propterea dicit. Laboraui clamans & defeci ferre non ſuſtinens ingratitudinem noſtram. Quarto, quia ſancti tunc temporis multum laborauerũt pro ſalute noſtra,& adhuc laborãt. & mirabile eſt, ꝙ homo tot pulſibus motus & occaſionibus non accedit & ſe præparat ad Deum nec vult laborare pro ſalute ſua, maxime cum hoc tempore multũ laborauerit pijſſima Chři mater, ꝓ cuius laboribus multum deberemus eam venerari. Iuxta præceptum Apoſtoli. Rom. 16. Salutate Mariã, quę multum laborauit in nobis. Salutemus igitur eã dicẽtes. Aue.

In bello ſolent pugiles ictibus iaculorum & tormentorum à longe primum pugnare. deinde de propinquo gladiorũ ictibus ſanguinem fundere. In euangelio igit̃ certamen Chriſti demonſtratur, cum iaciuntur lapides & linguæ blaſphemantis ictus. In epiſtola verò sãguis effuſus Chři oſtenditur noſtræ redemptionis precium. Præſens autem ſermo ſecundam partem, & ſubſequens primam declarabit. In epiſtola igitur iuxta tres epiſtolæ clauſulas deſcribuntur tres noſtri pontificis cõditiones. In prima ꝙ mediante ſanguine ſuo eſt redẽptor à pœna. In ſecunda quod eſt ſanctificator à culpa. In tertia ꝙ mediator pro pace fiẽda. Primo igitur noſter pontifex redemptor eſt Chriſtus (inquit) aſſiſtens pontifex futurorum bonorum ꝑ proprium ſanguinem &c. Quæſita eſt iſta redẽptio in omnibus legalibus & figuris, in prophetis & patriarchis, ſed ſola in ſanguine Chriſti inuenta eſt. Licet enim aliter potuiſſet nos redimere, voluit tamen ita dure hoc facere, & ita care nos emere ut maiori dilectione & precio ꝺ reempta volũtatem ſuam faceret. Poſuit enim nos

B *Sanguis Chriſti. Quo ĩ ſanguine xp̃i ĩuẽta eſt redẽptio noſtra.*

in

ān tā alto precio, ꝙ nullus plus potuiſſet
dare. Omnia enim dedit pro redemptio-
ne animæ. Non ergo mirum ſi offenditur
Deus, qn̄ cum tanto labore vſq; ad ſudo-
rem ſanguineū laborauit, ita ut mors ſua
ſit ſalus noſtra. Zacha. 11. Si bonum eſt in
oculis ueſtris, afferte mihi mercedē meā.
Magis ſolet affligere mercenarium abla-
tio mercedis, quàm labor diurnus. ex quo
patet quantum Deum affligunt qui eiani
mas ſuas ſubtrahunt. Exinde conſurgunt
in nobis duæ conſiderationes. Prima eſt,
ꝙ attendamus quàm care Deus nos eme-
rit, ne nos vili precio uendamus. Secundo
ꝙ nō ſit graue nobis ſi care emamus Deū
cum ipſe tam care nos emerit, & in infini
tum plus quā nos appreciari debuerit.

*E Pōtifex. Q̄uo Xp̄s dicitur pontifex futurorū bonorum.*

Sed qualis erat iſte pōtifex? R̄ndit Apoſt.
ad Hebr. 9. Quòd eſt pontifex futurorum
bonorum. Et iterum ad Heb. 8. Talis dece
bat, vt nobis eſſet pontifex ſanctus, inno-
cens, impollutus, ſegregatus à peccatori-
bus, & excelſior cœlis factus. Primo igitur
eſt pontifex futurorum bonorum. i. pontē
faciens ad hoc vt de temporalibus trāſea-
mus ad æterna bona. Triplicem autē no-
bis pontem fecit.

*D Pons. De triplici ponte, quē fecit Deus.*

Primo fecit pontem cru
cis ut per paſſionē quæ in cruce facta eſt
reconciliati, ad Deum patrem ſecuri trāſi
remus. Pro huiuſmodi reconciliatione
multi laborauerunt, ſed perfecta reconci
liatio non fuit facta uſque ad paſſionem
Chriſti, in qua ſacrificium obtulit ſacer-
dos magnus, qui ī diebus ſuis placuit Deo
& in tempore iracundiæ factus eſt recon-
ciliatio, quia ſacrificium ſuum fuit magis
Deo acceptum. Alij ſua Deo obtulerunt,
ipſe uerò ſe ipſum. & alij habuerunt ſuffi-
ciens precium redemptionis noſtræ, ipſe
uero habuit. Oratio etiam ipſius fuit effi-
catior, qui exauditus eſt pro reuerentia
ſua. Heb. 5. Secundo fecit pontem pœnitē-
tiæ. Qui autē fecit pontem ſumptuoſum,
ponit ibi pedagium quod tenentur omnes
tranſeuntes ſoluere. Expenſæ pōtis huius
fuerunt Chriſti paſſiones, ideo pedagium
poſuit. ſ. pœnitentiam, nec adhuc trāſiuit
aliquis, niſi pedagium iſtud ſolueret. Iud.
8. Omnes qui placuerūt Deo per multas
tribulationes tranſierunt fideles. pſalm.
Tota die contriſtatus ingrediebar. Bene
dicit tota die non expectās finem mortis.
quia pons pœnitentiæ non eſt perpetuus,
aut ſtabilis, ſed cito leuabilis. ſ. in morte,
propter quod non tranſiens quando po-
teſt, non tranſit quando vult. Apoca. 3. de
Iezabel meretrice dicitur. Dedi illi tem-
pus pœnitentiæ, & non vult pœnitere à for
nicatione ſuā. Et ſequitur. Ecce ego mittā
eam in lectum, ſcilicet mortis. Propter
quinque autem debet peccator cito recon
ciliari Deo. Primum eſt temporis opportu
nitas. Eccleſ. 3. Tempus belli, & tempus pa
cis. Tempus faciēdæ pacis cum Deo eſt in
tempore præſenti, propterea Deo eſt irre
conciliabilis diabolus, quia quod nobis
mors, hoc illi caſus eſt. ps. Ex tunc ira tua.
Secundo, quia peccator ex ſua cōſcientia
ſe iudicat culpabilem, & qui ſe culpabilē
credit, facilius honorabili paci conſentit.
Pax autem quam vult Deus cum peccato-
re facere, valde honorabilis eſt. Cū enim
peccator habeat totam culpā & Deus nul
lam, Deus eſt ei paratus omnem culpam
remittere ſi uerè pœniteat, & pacem ſui
regno cęlorum emere. Tertio propter im
potentiam peccatoris, qui nec Deo poteſt
reſiſtere, nec manus eius effugere. Pſalm.
Quo ibo à ſpū tuo &c. Si aſcendero &c.
Si quis haberet caſtrum in rupe alta inex-
pugnabile, non eſt mirum ſi ſuperbiat, &
contra potentem ſe eleuet. vt fecit diabo-
lus. Sed mirum eſt, quòd miſer homo cu-
ius habitatio ad calorem febris deſtruit,
& in puluerem redigitur, quomodo con-
tra omnipotentem ſe audet erigere. Quar
tum eſt requirentis humilitas. Greg. De-
bemus Dei miſericordiam erubeſcere, ſi
nolumus iuſtitiam formidare. quæ tanto
ampliori improbitate contemnitur, quan
to contemptus vocare non dedignatur.
Hiere. 3. Tu fornicata es cum amatoribus
multis, veruntamen reuertere & ego ſu-
ſcipiam te. Quinto recipientis benignitas,
quæ nobis oſtenditur in filio prodigo be-
nigne à patre recepto. Ideo nobis oſtendi
tur in forma crucifixi habentis brachia ex
tenſa parata ad amplectēdum peccatores,
Bernardus. Miſericorditer & plene redit
tit Deus. Nō enim damnat vlciſcendo, nec
confundit imperando, nec minus amat im
putando. Tertio facit pontem ſanguinis,
quia per proprium ſanguinem introiuit
in ſancta. Si filius Regis captus à Sarrace-
nis in fœtore & tenebris incarceratus, da
to precio redemptionis nollet exire, inſa-
nus



nus reputaretur. Sic & nos filij ſummi Re-
gis in carcere mundi captiuati, ubi fœtor
peccatorum, tenebræ ignorātiæ, & vermis
conſcientiæ remordentis affligunt, detine
mur. Quòd ſi precium redēptionis noſtræ
ſanguis Chriſti ſolutus eſt, ſumma inſania
eſt, ex quo à tali carcere Chr̄o nobis ma
num porrigente non eximus, & in illā re-
quiem ingredi non feſtinamus. Sc̄do erat
innocens & impollutus. Impollutus in in-
carnatione & natiuitate, cum per uterum
virginis tranſiuit. ps. Deus meus impollu-
ta uia eius. Innocens in paſſione, ex quo
ſanguis eius iniuſte fuſus eſt teſtimonio
Pilati qui dixit, Innocens ego ſum à ſan-
guine iuſti huius. Tēpore autem antiquo
innocentes ſolebant accedere ad benedi-
ctionem epalem. ps. Innocens manibus, &
mundo corde, hic accipiet benedictionem
à domino, modo vero non. Sed dicunt im
pij illud. Amos 6. In fortudine noſtra aſ-
ſumpſimus nobis cornua. Tertio ſegrega-
tus erat vita à peccatoribus, quia vita e-
ius tam excellens erat, vt hodie diceret.
Quis ex vobis arguet me de peccato? ſi
veritatem dico &c. Sic Paulus ſegregatus
erat. Rom. j. Paulus apoſtolus ſegregatus
in euangelium Dei. Sic Act. 13. Segrega-
te mihi Saulum & Barnabam &c. Sic præ
lati debent eſſe. Quarto excelſior cœlis
factus eſt. Heb. 4. Habemus pontificē ma-
gnum Ieſum, qui penetrauit cœlos, & hoc
ad dandas præbendas cœli, non mundi,
quia prębendæ mundi non ſunt niſi ſemi-
præbendæ. Sunt enim præbendæ corporis
non animæ, immo ſunt præbendæ equi
noſtri. Eſa. 31. Equi eorum caro. Illæ ue-
ro quas dat pontifex noſter Ieſus ſunt p̄-
bendæ duplices. corporis ſcilicet & animę
Prouerb. vlt. Omnes domeſtici eius veſti
ti ſunt duplicibus, nec dantur niſi prius ꝓ
batis & examinatis tentationibus & tribu
lationibus. Gen. 13. Accede fili mi ut tan
gam te, & probem te, vtrum tu ſis filius
meus an non. In oſtio enim paradiſi erat
murus igneus & gladius flammeus tribu-
latiōis. Sed riparia ſanguinis Chriſti ignē
illum extinxit, vt iam aperta ſit porta pa-
radiſi omnibus intrare cupientibus. Vnde
per proprium ſanguinem ſemel introiuit
in ſancta ſanctorum æterna redemptione
inuenta, quia ſanguis Chriſti effuſus men
te deuota conſideratus omnem tribula-
tionem mitigat, & dulcem facit. Triplex

*F Redēptio. Quòd triplex eſt redētio.*

eſt autem redemptio ſacramentalis. ſ. ſpiri
tualis & æterna. Sacramentali redimimur
à pœna. ps. Et redemit nos ab inimicis no
ſtris, qui dat eſcam omni carni. Spirituali
redimimur à culpa. ps. Et ipſe redimet Iſ-
rael ex omnibus iniquitatibus eius. Aeter
na uero redimemur in futurum ab omni
corruptione & pęna. Roma. 8. Expectan-
tes redēptionem corporis noſtri. Per pri-
mam redimimur quotidie effectum ſacra
mentali baptiſmi. Oſeæ 7. Ego redemi eos
& ipſi locuti ſunt contra me mendacia,
qui in ſacramento baptiſmi promiſerunt
abrenunciare diabolo & pompis eius, &
filij alieni mentiti ſunt mihi. Per ſecundā
redempti ſumus in natiuitate Chriſti, qn̄
precium donans redemptionem miſit do-
minus populo ſuo, ſed magis proprie in
paſſione. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus au-
ro & argento redempti eſtis, ſed precioſo
ſanguine agni immaculati. Magnus enim
erat qui captiuus tenebāt, quia homo for-
matus ad imaginem Dei. ideo magnum o-
portuit eſſe precium quo redimeretur.
Tertia redimemur in iudicio. Philip. 3. Sal
uatorem expectamus Ieſum Chriſtū, qui
reformabit corpus humilitatis noſtrę &c.
Prima redēptione hō ab hoſtibus inuiſibi
libus liberatur. ps. Quos redemit de manu
inimici. Per ſecundam liber à criminū ſer-
uitute efficitur. ps. Ex uſuris & iniquitate
redimet animas eorum. Per tertiā hære-
ditati reſtituitur. ps. Qui redimit de inte-
ritu uitam tuam, qui coronat te &c. Per
primam redemptus fuit populus iudaicus
tranſeundo mare rubrum. Exo. 3. Vidi af-
flictionem populi mei in Aegypto, & de-
ſcendi ut liberem eum. Per ſecundam re-
demptus eſt præcipue populus gentilis.
Rom. 11. Cecitas ex parte contigit in Iſ-
rael vt plenitudo gentium intraret, & ſic
omnis Iſrael ſalus fieret. Tertia redimere
tur vterq;. 1. Theſſa. 4. Mortui qui in Chri
ſto ſunt reſurgent primi. deinde nos qui
uiuimus, qui reſidui ſumus. Secundo fuit
noſter pontifex ſanctificator à culpa. Si
ſanguis (inquit apoſtolus) hircorū & tau
rorum, & cinis uitulæ aſperſus inquinatos
ſanctificat ad emundationem carnis, quan
to magis ſanguis Chriſti qui ꝑ ſpiritū ſan-
ctū ſemetipſum obtulit immaculatū Deo
emūdabit cōſciam nr̄am ab opib. mortuis.
ad.

ad ſeruiendum Deo viuẽti. Ideo nos oportet facere conſiliũ. pſ. Intingatur pes tuus in ſanguine. ſ. Chriſti. pes enim eſt affectio quæ nos portat quo volumus ire, quæ dẽt intingi in ſanguine Chriſti, vt ſic emundẽtur conſcientiæ noſtræ. Sed q̃ritur vtrũ ſacrificia veteris legis vt hircorum aut vitulorum ſanctificarent, & conferrent gratiam. et videtur ꝙ ſic, quia aſperſio ſanguinis aliquid expurgabat, nõ corpus aut carnem, ſed magis maculabat. vnde Leui. 19. Sacerdos qui vitulum immolauerat efficiebatur immundus, ergo ſaltem animam ſanctificabat. Ad oppoſitum arguitur, qa illa nõ placebant Deo. Eſa. 1. Sanguinem hircorum nolui pſ. Sacrificium & oblationem noluiſti. Et iterum. Qm̃ ſi uoluiſſes ſacrificium dediſſem &c. Reſponſio. Prima propoſitio. Sacrificia veteris legis ſanctificabant hominem carnaliter, ita ꝙ per ea fiebat quædam idoneitas ad ſacros vſus tẽpli, & in uaſis & in populo. Fiebant enim tales digni accedere ad templum portare vaſa tabernaculi. Hõ enim tãgẽs morticinium erat immundus, non in anima uel in carne, ſed ex hoc aliquam irregularitatem contrahebat, propter quam non licebat ſibi templum ingredi. Secunda propoſitio, iſta ſacrificia non conferebant gratiam quantũ eſt ex virtute ſacrificij. Heb. 10. Impoſſibile eſt in ſanguine hircorum, aut taurorum auferri peccata, ita ꝙ ex pacto diuino daretnr gratia quotiẽs ea offerebant. vſus tamen illorum ſacrificiorum ex deuotione & in charitate factus erat æternæ vitæ meritorius. pſ. Olocauſta aũt tua in conſpectu meo ſunt ſemper. Tertia propoſitio. Iſta ſacrificia erant quodãmodo Deo accepta, & nõ accepta. Non accepta propter abuſum offerẽtium ea idolis, accepta uero propter ſignificationem, & deuotionem offerentium. Erant enim (ut tangitur in glo. Ro. 5.) occaſiones huiuſmodi animalium datæ propter quattuor vtilitates. Primo ad domandum populum ſuperbum vt Deo potius illa offerret, quã idolis. Secundo ad flagellandũ durum populum ad ſatisfactionem. Numa Põpilius quàm innumera ſacrificia Romanis ordinauit, vt illis intenti ceſſarent ab homicidiis. Tertio ad inſtruendũ inſipientem ratione ſignificationis. Quarto ad oſtenſionem delictæ & humanæ infirmitatis. hæc enim erant paruulis in pedagogum, perfectis in ſignum. Quarta propoſitio. Sacerdotes erant immundi propter tria. Primò ad oſtendendum ꝙ erant ſub onere legis, ſicut ceteri. Secundo ad tollendum ſuperbiam ſacerdotum in hoc ꝙ alios ſanctificabant. Tertio ad oſtẽdendum ꝙ ſacerdos noui teſtamenti ſemper ſe in idoneum reputare debet propter maximam ſanctitatẽ ſacrificij, ſi ſacerdos ueteris legis prius mundabatur per ablutionem manuum & ueſtimentorum, ne cum manibus cineribus & ſanguine opertis cetera ſacra tangeret, quia ſacrorũ ad cõia nõ debet eſſe commixtio. vnde & vncti cri mate manus lauant & abſtergũt. Hæc Tho. 4. di. 1 ar.

G
*Sanctificare. Vtrũ ſacrificia veteris legis ſanctificabant hominẽ.*

Quinta propoſitio. Sanguis Chriſti carnalem emundationem non facit ſed ſpiritualem purgando aĩam à peccatis. Apoc. 1. Qui dilexit nos & lauit nos &c. Abel q ecclesiam incepit ſanguinem obtulit, ſed non ſubijciebat niſi ad ſe purgandum. Clamabat enim vindictam de terra, non ſanguis Chriſti, qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum. Hic enim clamat miſericordiam. Inde eſt ꝙ ſacrificia noui teſtamenti ſunt ſupra uetus. pſ. Congregate illi ſanctos eius qui ordinant teſtamentum eius ſuper ſacrificia. Tertiò fuit mediator, & hoc tangit tertia clauſula in qua dicitur. Et ideo noui teſtamenti mediator eſt, vt morte intercedente in redemptionem earum præuaricationum, q̃ erant ſub priori teſtamento repromiſſionem accipiant, qui uocati ſunt æternæ hæreditatis. Eſt enim mediator omnis cõtrouerſiæ inter nos & Deum, ſicut pons ſolet duo littora coniungere, & inter duo medium eſſe, & communem participationem vnius cum altero facere, & uiam tutã ſup fluuium miniſtrare. Sic dominus utramq; partem ſuſtinuit ſuper ipſum, & inter peccata noſtra & patrem mediauit. Sic prælatus medius debet eſſe inter populum, & Deum, ad Deum pro populo intercedendo, ad populum pro Dei iuſtitia allegando. Mediator enim q̃n vni parti loquitur, ſemper debet allegare excuſationem, uel iuſtitiam alterius partis, & econuerſo q̃n loquitur alteri parti. Sic prelatus q̃n cum Deo loquitur ꝓ populo, ſemper debet allegare populi infirmitatem, & cauſam prętendere miſericordiæ. Sed q̃n loquit̃ ꝓ Deo in prædi-

B
*Prælatus ...*



catione, ſemper debet cãm Dei. i. eius offenſam & iuſtitiam allegare, & ipſam per correctionem apud eos exẽplariter demonſtrare. Hinc Gregorius. 20. moralium. Poſt adorationem vituli conflatilis Moyſes fuit vtrinque legatus fortis & admirabilis mediator, quia cauſam populi apud Deũ precibus, cauſam uero Dei populum gladijs allegauit. Et ſi ſic fecerit ambo littora Deum ſcilicet & populum coniuncta, populus faciliter ad Deũ tranſibit, & huius pontis auxilio ſe ſaluabit. Heb. 5. Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in his quæ ſunt ad Deum.

*Eiuſdem dominicæ in paſſione. Sermo ſecundus. & in ord. 106.*

A
*Animæ. Quãm ... ...*

PEr proprium ſanguinem introiuit ſemel &c. Filius Dei circumſpiciens in cæli palatio, & nuſquam uidens ibi aĩas hominum, vidit in cœlo magnam earum caritiam, & neſciebat homo precium earum, ideo uenit ad forum mũdi ubi ita bonum forum animarum inuenit, quòd meretrix uendebat animam ſuam diabolo ꝓ nihilo. ſimiliter auarus. de quo Eccl. 10. Auaro nihil eſt ſceleſtius. Animam enim ſuam uenalẽ habet. Venit propterea Chriſtus iuſto precio animas noſtras æſtimaturus, non auro, non argento, ſed aureo illo denario, qui ex vna parte crucem habet, ex alia regis imaginem. hoc eſt ex ſe ipſo crucifixo homine Deo. Sic enim animas noſtras comparauit. Eſaiæ. 40. Et merces eius cum illo. 1 Pet. 1. Scientes q̃m nõ corruptibilibus auro uel argento redempti eſtis de uana ueſtra cõuerſatione paternæ traditionis, ſed precioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti. ideo per propriũ ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, vt poſt eum ingrederemur æterna redẽptione inuenta in quo appareret quantum offendunt qui tantum precium ſuæ remptionis abijciunt. Nam ſi pater magnum precium dediſſet pro redemptione incarcerati filij, & ipſe nollet exire amore ancillæ, grauiter ferret. ideo magis iraſcitur chriſtianis quàm paganis, aut iudæis, quia poſt lauachrum regenerationis, & alia beneficia ipſum ignorant. Vnde cum quidam homo ſententiam lapidationis excepiſſet, & publico edicto fuiſſet proclamatum ut quilibet de ciuitate in ipſum lapidẽ proijceret, multis lapides proijcientibus, & grauiter lædentibus ipſe tacebat. Tandem unus timore iudicis lapidem proiecit in eũ, nec multum læſit reſpectu aliorum. At ille cepit conqueri & fortiter clamare. iudex autem ualde admiratus quæſiuit ab eo cur ita fortiter clamaret, cũ ad maiores ictus & magis læſus ab alijs tacuiſſet. Cui ille homo reſpondit. Iſte plus omnibus alijs mihi moleſtiam intulit, & non ſolum corpus meum, ſed ſpiritum afflixit. Iſte enim ſemper amicus meus fuerat, & multa beneficia à me recepit, aliis autem nihil boni feci. Sic de Chriſtiano populo in ordine ad alios. Eccle. 9. Ciuitas parua eſt, & pauci in ea uiri: Parua eſt ciuitas Hieruſalem ĩ comparatione ciuitatis Babilonicæ, & pauci in ea viri electi in comparatione uocatorũ, inuentus eſt in ea uir paup, & ſapiens Chriſtus dominus. & liberauit vrbem per ſapientiam ſuam, & nullus deinceps recordatus eſt hominis illius. interrogatus quidam philoſophus quid facilius inter homines ſeneſceret? Reſpondit. beneficium. Vt ergo beneficij illius in hoc ſacro tempore paſſionis memoremur, eam ſalutabimus, quæ beneficium illud tenet in manu, dicentes. Aue.

Mane diximus de ſanguine fuſo in bello contra iudæos, cuius fructus & utilitatis extiterit. Nunc dicemus de ictibus linguæ & lapidum iudæorum contra Chriſtum Primo dicendo tres ictus linguæ, ſicut mos eſt obiurgantium, primò lingua, deinde manu percutere. Primo itaque dominus arguit iudæos de duobus ſcilicet de perſecutione quam faciebant in eum, & quia omnis perſecutio iuſta eſt propter peccatum. Non enim perſona perſequẽda eſt, ſed peccatum. ideo dñs ad eos. Quis ex uobis arguet me de peccato? quaſi diceret nullus. Salomon ait ꝓuer 30. ꝙ ſerpentis ueſtigia non inueniũtur in petra. Petra autem erat Chriſtus, qui ait. Ioã. 12. Ecce uenit princeps mundi huius, & in me non habet quicquã veſtigij aut operis ſui. Solus ille abſque peccato fuit, ut alios peccato ligatos ſolueret. Nõ enim quis alios ſoluere poteſt (niſi ſolutus) principaliter quod dico propter malos ſacerdotes, qui licet abſoluant alios ligati peccato, nõ tñ niſi in virtute illius, qui ab omni ſolutus eſt peccato, nec fecit vnquam peccatum.

B
*Chriſtus. Q̃uo ĩ petra Chriſto nullũ fuit ſerpentis ueſtigium.*

ipſe enim eſt via, veritas, & vita. via quidẽ in qua nulla creſcit herba aut radix peccati. ideo ſi nondum es in via, ſed iuxta uiam, caue tibi, quia iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi. Pone igitur te in uia, ut à te non diſcedat ueritas, & vita, ſed abſcedat à te falſitas & mors peccati. Si enim non dedignatus eſt qui ſine peccato erat, coram multis etiam inimicis ſe purgare dicens. Quis ex uobis arguet me de peccato? non debet differre peccator coram amico ſuo ſacerdote ſe purgare. Scđo arguebat eos, quia ſermonem ſuum audire non poterant dicendo. Si veritatem dico uobis, quare uos nõ creditis mihi? Qui ex Deo eſt, verba dei audit. Propterea uos non auditis, quia ex Deo non eſtis. Magni nolunt audire ueritatẽ, ſed ſunt magis hoſtes veritatis. Achior cõmmẽdauit filios Iſrael coram Oloferne ueritatem dicẽs. ſed contra eum irati ſunt omnes magiſtratus Aſſyriorum. Qui enim faſtu mundi ſuperbiunt, præconia ueritatis audire non poſſunt. Non eñ recipit ſtultus uerba prudentiæ, niſi ea dixeris quæ uerſantur in corde eius. 3. Regũ. 22. Micheas corã Achab veritatem locutus eſt ſolus inter ꝓphetas, & dure afflictus eſt, & pane tribulationis ſuſtentatus. Hieronymus contra Iouinianum lib. 2. Hieremias captiuitatẽ nũcians lapidatur à populo. Ananias filius Azor frangebat ad pſens ligneos torques & in futurum ferreos præparabat. Hiere. 28. Semper pſeudo prophetæ dulcia pollicentur, & ad modicum placent. Amara eſt ueritas, & qui eam prædicant replẽtur amaritudine. In azimis enim ſinceritatis & ueritatis domini paſcha celebratur, & cum amaritudinibus comeditur. Hęc Hieronymus. Vnde & Aug. 6. de ciuitate Dei. c. 9. Iupiter ſemper habebat vnum vnctorem ſibi prçſentem, & princeps vnum adulatorem. inde Paulus qui non adulabatur. Galat. 4. Ergo inimicus factus ſum uobis uerum dicens. Hinc & idem Auguſtinus ait. Quãdiu blanditur iniquitas, amara eſt ueritas. Obſtupeſcit dentes iniquitas, vt aceſcat veritas. Prouer. 10. Sicut vua acerba dentibus noxia eſt, & fumus oculis, ſic iniquitas vtẽtibus ea. In templo quodam erant duo idola, per quæ dæmones omnia furta reuelabant, propterea illic multa bona ad ſecuritatem recondebantur.

C

Veritas. Qđ ueritas ferè ĩ oĩbus exoſa eſt.

Contigit autem iuuenem quendam theſaurum in fano illo furari, à dæmone reuelatus eſt. tũc iuuenis clam fregit caput illius idoli. Cumq; alius quidam quæreretur ſimiliter de furto facto in tẽplo poſt multas imprecationes nihil aliud audiuit ab alio idolo, niſi ꝙ tempora mala ſunt, & homines deteriorantur, ſed & ſi quis loquatur ueritatem caput ei frangitur ut patet (inquit) in ſocio meo. Vnde Senec. in quadam epiſtola. Omne genus rei in curia magnorũ inueniri poteſt veritate excepta. Sic beatus Ioannes Baptiſta quia ueritatem dixit capite plexus eſt. Ad hoc eſt exemplum de veraci & mendace, quibus uenientibus ad curiam ſimiarum verax interrogatus dixit ꝙ nunquam uiderat tam turpem curiã, propter quod cum vnguibus eiectus eſt de curia. Sed cum mendax diceret oppoſitum, vt magnus homo inter ſimias collocatus eſt. Vnde cum quidã quæreretur ꝙ non poterat habere licentiam à domino ſuo vt recederet à ſeruitio ſuo, & poſſet cum ſua familia habitare Quidam dixit ſibi. Dic veritatem domino tuo, & cito licentiabit te, quod fecit. & infra 15. dies à domo eiectus eſt. Sic quidã alter dum propter frequentes veritates, quas dicebat vbique vagaretur eiectus cõtigit quendam audire infortunium ſuum, quod ſcilicet propter ueritatem dicendã uagabundus eſſet, propter quod eum benigne recepit in domum ſuam. Cum autẽ quçreret hoſpes à uerace vt ſibi diceret aliquam veritatem, vidẽs ille uerax, quòd hoſpes, & vxor, & catus eorum non haberent niſi vnum oculum quilibet dixit, ꝙ ipſe, & uxor, & catus eorum non haberent niſi tres oculos, qui hanc veritatem ægre ferens quaſi eſſet deriſus ab eo ipſum ueracem cum cõtumelia protinus eiecit. Vnde ignis, uentus, aqua, & ueritas ſe mutuo interrogauerunt, ubi quieſcerent ut ſaltem ibi poſſent inueniri. Dixit ignis, ꝙ in ſilice quieſcit, & ibi cũ percuſſione inueniretur ſi quis eo indigeat. Dixit aqua, ꝙ in pede iunci viridis. Dixit uentus ꝙ in foliis tremuli. Veritas uerò dixit ſe nullibi inuenire ubi quieſcat. Nemo enim vult profiteri veritatem. Vnde quidam finxerunt eã eſſe infirmã nec poſſe quieſcere, & neceſſe fuit eã mori ſine confeſſione, quia nullũ cõfeſſorẽ potuit inuenire. Põt tñ dici ꝙ ueri-

tas



tas quieſcit in nubibus, ubi ad plenũ tempore generalis iudicij inuenietur. Pſalm. Veritas tua vſque ad nubes, id eſt non requieſcet niſi in nubibus.

D

Veritas. Quare iudæi exoſum habebant Chriſtum pp. ueritatem.

Sed quæri poſſet, quare iudæi exoſum habebant Chriſtum propter veritatem, quam prædicabat? Veritas enim (ſecundum logicos) eſt vnum tranſcendens, ſi ergo ſit tam excellẽs bonum quare propter illud exoſum habebant? Reſpondet Hieronymus in epiſtola ad Marcellam de Onaſo, ꝙ cirurgici crudeles reputantur, ꝙ vulneribus dolorum addunt, & mortuas carnes inclementi ferro ſecant, nec horret curans ꝙ horret ipſe qui patitur. Iudęi uerò peccati vlcere vulnerati, & curiales homines ueritatem tanquã ferrum in vulnere horrebant. Nam (ut ibi ait Hieroymus) ita ſe natura habet vt amara ſit ueritas, blãda uitia exiſtimentur. Propterea nõ corporales ſed ſpirituales cirurgici odiuntur dicẽtes ueritatem, propter hoc Amos de Samaria pellitur. Et quia ſaluatoris dura videbantur eloquia plurimi abierunt retrorſum. ideo non eſt mirum, ſi uitiis detrahentes offendunt plurimos. Tum ſecundo, quia de peregrinis & extraneis à terra ſua non multum curatur. Sed (ut dicit Tertullianus in Apologetico) ſcit ſeueritas peregrinam in terris, agere inter extraneos, facile inuenire inimicos, cęterũ genus ſedem, ſpem, gratiam, dignitatem ĩ cœlis habere, propterea cum mendacibus hominibus periculum eſt loqui & uerſari, ne doctrina ſua inficiant eos, ſicut per ſimiles infecti ſunt Iudæi. Propter quod cũ Eunomius hæreticus aſtutus eſſet calidus & eloquens, cuius fama uolante cũ Theodoſius magnus voluiſſet cum eo habere ſermonẽ, prohibitus eſt ab auguſta placilla, quę fideliſſima timuit ne (ut aſſolet) eloquio viri calidi captus imperator facile in eius ſectam incurreret. libr. nono. capitu. nono hiſtoiræ tripartitæ.

I

Veritas. De multiplici ueritate dicenda, & non dicenda.

Vt autem ſciatur quibus ueritatibus adhibenda ſit fides, notandum eſt, quòd quadruplices ſunt ueritates. Quædã ſunt ſuperfluæ & nullius vtilitatis, & quæ ad Deũ de per ſe non ducunt. ſicut ſcire quare Deus muſcæ, vermi, & araneæ dedit plures pedes. homini vero nobili animali ſolum duos, quæ quæſtio a philoſophis facta eſt Romæ beato Barnabæ, & ſimiliter multæ ueritates geometriæ, vt ꝙ triangulus habet tres angulos, & ſubtilitates quędam in quibuſdam ſcientiis ut rhetorica, & logica. Seneca. Nihil moleſtius ueritati, quàm nimia ſubtilitas. Eſaiæ. 19. Ve vobis texentibus ſubtilia. Qui nimis emungit candelam, extinguit eã. ſic modo propter nimias ſubtilitates, quæ in agibilibus humanis omne ſuperfluum eradicare uolũt, ſæpe extinguitur lumen ueritatis, ut patet in aduocatis. Secundæ ſunt veritates, quæ audiendæ ſunt, ſed non imitandæ, ſicut veritas eſt, ꝙ qui vult in curiis principũ diu morari, oportet adulari, mentiri, diſſimulare, & uerum abnegare. Et qui vult cito diues fieri, oportet ꝙ rapiat, furetur, & ad uſuras tradat, & qui vult potens fieri per fas & nefas illud faciat. Hæc ſunt uera, ſed non imitanda. Potentes enim ſunt qui libenter ueritatem audiunt & ſequuntur, non uiolentias ſeu malas conſuetudines. p̃s. Potens es domine. & rationem ſubdit. Et ueritas tua in circuitu tuo. Cum enim ſequuntur malas conſuetudines à Chriſto recedunt, qui dicit. Ego ſum veritas, non ego ſum conſuetudo. & ſi non dicatur hic ueritas dicetur alibi. p̃s. Dominus cuſtodit veritatem in ſæculum. ſ. aliud reſerãdam. Et ſequitur. Tunc faciet iudicium iniuriã patientibus. Tertiæ ſunt ueritates dicẽdæ audiendæ, & imitandę, ſed non niſi tẽpore & loco dicendæ, propterea ſtulti aliquando proferunt parabolam in tempore non ſuo. Eccle. 2. Poeta, & quandoq; nocet oĩa uera loqui. Sed hæ ueritates debent cum diſcretione dici, & taceri quandoque pp imminens uitæ periculum, ſicut tyrannorum tempore. Amos. 5. In tẽpore illo prudens tacebit, quia tempus malum eſt, & ſi dicatur eis veritas oportet ꝙ dicatur eis uerbis coopertis, uel multum lente, & cũ magna cautela. Sicut enim catuli leonum habentes ungues uncinos, qui non capiuntur ſine mouſlis. Similiter mulieres cum uident uiros ſuos ebrios exeuntes de tabernis, non debent eis tunc dicere ueritatem, ſed expectare, donec refrigerentur à uino. Aliter darent equis ſuis calefactis aquam frigidã ueritatis, quod eſt magnũ exitium. Quare ueritates ſunt ſalubres, quæ ſi generaliter dicantur, ſemper & omni die dici poſſunt. Pſalm. Annunciate de die in diem ſalutare eius. Hæc eſt ueri-

LL 2 tas

tas quæ ducit ad portum ſalutis per tenebras huius ſæculi.pſal. Emitte lucem tuã & ueritatem tuam,ipſa me deduxerũt &c. Hunc ueritatẽ dominus iudæis offerebat, ſed noluerunt recipere eam, quamuis clare & cum teſtimonijs vitæ, doctrinæ, & miraculorũ eis offerret. Difficiles tamen & occultæ ueritates non ſunt populo propter periculum multum demonſtrandæ, quia mergitur puer ubi tranſit homo perfectus,& ubi tranſit gigas emergitur gnanus. Iudæi uero tum primo lingua percuſſerunt dicentes. Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu,& dæmonium habes? quaſi dicere uolentes, ꝙ propter doctrinam ſuam quæ videbatur eis à doctrina Moyſi quodãmodo aliena, iam eſſet quaſi Samaritanus & alienus à populo Iſrael, & ratione miraculorum ꝙ dæmonium haberet familiare, virtute cuius hęc faceret. Ad quæ dominus ait, Ego dæmonium non habeo. Hoc manſuete dicit non eos dementiendo, ſed blaſphemiam pr̃is ſui repellẽdo, quemadmodum pius pater ſi ad filium freneticum accedat, & ille iſdem filius eum percutiat in ſua freneſi pater non eundem repercutit, ſed compatiẽdo lachrimatur. vnde ſubdit. Sed honorifico patrẽ meum vita, doctrina, & miraculis, & uos inhonoraſtis me attribuẽdo dæmonibus. Qui autem talia agunt quærunt gloriam ſuam, ego autem non quæro gloriam meam ſm̃ hominem, eſt qui quærat, & iudicet. ſ. Deus pater. Ex ſecũdo uerbo Chriſti ſequitur ſecundus ictus linguę. Ait enim dominus. Amen dico uobis. Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortẽ non uidebit in æternum. Sed contra. iuſti uidebunt æternam mortem impiorũ. Eſa. 66. Videbunt cadauera viuorum, qui præuaricati ſunt in me. Reſpõſio. Minus timet ire ad curiam Regis quando citatur qui mandatis eius ſemper obediuit. Eccle. 8. Qui cuſtodierit pręceptũ non experietur quicquam mali. ideo beatus qui in morte ſua dicere poterit. Vide quoniam mandata tua dilexi domine, in via tua uiuifica me. Promittit enim ueritas ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non uidebit in æternum, ſcilicet ad eius damnũm. Et certe ſermo ille ſeruãdus eſt. Si cuiuſlibet cogitatio ſecreta dictat ꝙ ſi eſſet ĩ magno ſtatu uellet ſua ſeruari mãdata, à fortiori mandata Dei cogitet eſſe ſeruanda. Sic reſpondiſſe legitur quidam in uitijs patrum cuidam quærẽti quomodo Deo placeret. Cogita (inquit) te eſſe Deum,& qđ velles tibi fieri in illo ſtatu fac ei,& quod nolles tibi fieri non fac ei. Secundo dicit, ꝙ iuſti uidebunt pœnas damnatorum non ſentiendo, ſed diuinæ iuſtitiæ applaudando. Ex his uerbis ſecundo ictu linguæ eũ feriunt dicentes. Nunc cognouimus quoniam dæmonium habes. Ad quod dominus. Si ego glorifico me ipſum, & uideat expoſitio textus. Tertius ictus linguæ ex verbo Chriſti proceſſit dicẽtis. Abraham exultauit ut uideret diẽ meũ &c. Abrahã diem vidit temporalem, qñ ſeruum adiurauit manu ſub fœmore poſita. Gene. 24. Diem æternitatis quando ſedens ad oſtiũ tres uidit. Gene. 18. Nec dixit ut falſo ſibi imponunt ꝙ ipſe uiderit Abraham, ſed ꝙ Abraham uidit diem eius. Ad quem dixerũt, quinquaginta annos &c. Et ad eos dominus. Anteq̃ Abraham fieret, ego ſum.

*Conuitiũ Q̃uo Xp̃s benigne loquit̃ ad iudæos ſibi conuitiantes.*

*Præceptum. Qui ſeruauerit p̃cepta dei mortem æternam non uidebit.*

In ſecunda parte oſtendit euangelium ꝙ ad ictus lapidum deuenerunt iudæi. Ieſus propterea abſcondit ſe, & exiuit de tẽplo. Abſcondit enim ſe à ſtatu eccleſiæ propter tria. Primo propter ſymoniam. Vnde in principio prędicationis ingreſſus in templum eiecit uendentes columbas, modo uendentes columbas ideſt eccleſias pp̃ eijciunt eum de tẽplo. Propterea ſe abſcõdit, quia uolunt eũ uendere ſimoniaci, qui uendunt gratiam ſpiritus ſancti. Indignaretur pauper, ſi quis duceret eum ad forum uenalem ſicut iumentum ſuum. Dedit enĩ dominus hæreditatem ſuam prælatis liberam & fructiferam, modo ueditur ad plus offerentem. Malunt bonos ducatos, quàm bonos prælatos. Tren. primo. Domina gentium princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo. Solebat dominus olim ſeruare oſtium eccleſię, propter quod ſe dixit oſtium. Ioã. 10. Sicut cum aliquis ponit ſe in medio oſtij ne quis ingrediatur niſi per ipſum, & de uolũtate eius. ideo oſtẽdit dominus quòd vim ei facit, qui aliter quàm per ipſum ingreditur. ideo Exo. 12. Iuſſit dominus poſtes oſtij ſanguine agni intingi, quaſi diceret. Oſtium Eccleſiæ quam emi proprio ſanguine habere uolo, & ita intrauit ad diſcipulos ianuis clauſis. Sed mõ argẽto & auro portæ





eius aperiuntur. & ideo ſicut tẽpore guerræ cum hoſtes ingrediũtur ciuitatem, qui poteſt ſe ſaluum facere ſaluet ſe, & qui poteſt fugere fugiat, & qui abſcondere abſcondat ſic cum hoſtes eccleſiæ intrant in eam, uel Deus abſcondit ſe non audiẽdo eos nec pro ſe nec pro populo, aut exit de templo non ſacramentaliter ſed per abnegationem adiutorij ſpecialis. Vnde inuenitur Simon Bariona, & Simon ſathana. Primo dedit dominus claues eccleſiæ, cui dictum eſt. Beatus es Simon Bariona, nũc creditur eſſe Simon ſathana quaſi aduerſans Deo. Sic bene pingitur eccleſia in ordine ad ſinagogam, quæ pingitur ceca, & eccleſia videns. Sinagoga enim in comparatione eccleſiæ bene dicitur ceca, quia ſolum capiebat colũbas paruas, & aues paruulas, eccleſia uerò ducatos ad miliaria.

Secundo abſcondit ſe à ſtatu eccleſiæ propter carnalem amorem miniſtrorũ eccleſiæ, qui ædificant Sion in ſanguinibus. Abacuc. 2. Ve qui ædificant ciuitatem in ſanguinibus. Conferunt enim beneficia cõſanguineis, iuuenibus, fatuis, & malæ conditionis, derelinquentes homines doctos & utiles populo. Iob. 26. Ecce gigantes gemunt ſub aquis. i. perfectiſſimi viri ſub populis. Hinc Numeri. 11. Gemebat Moiſes. Cur impoſuiſti (inquit) pondus vniuerſi populi huius ſuper me? Fortem oportet eſſe columnam ſuper quam ſuſtẽtatur domus vna, quanto magis fatuũ eſt ſuper virgulam arundineam ponere vnam ciuitatem? Vnde Papa Alexander. Deus abſtulit nobis filios. ſed diabolus dedit nobis nepotes. Hebreorum octauo. Melchiſedech ſacerdos Dei ſummi ſine patre ſine matre, ſine genealogia. Hinc Apoſtoli Actuum primo. Statuerũt duos Ioſeph & Mathiam, ut alter eorum apoſtolatum Iudæ ſuſciperet, & tamen Ioſeph cum iuſtus eſſet, & haberet tres fratres apoſtolos Iacobum minorem, Simonem, & Iudam, & duos cognatos, Iacobum maiorem, & Ioannem, & ipſe dominus cognatus eius eſſet, tamen Mathias ei prælatus eſt. Sed ſicut dictum eſt Mathei. 16. Petro. Beatus es Simon Bariona, quia caro &c. ſic contrarium dici poteſt prælato carnali. Ve tibi Simon ſathana, quia caro & ſanguis reuelauit tibi, non pater meus, qui eſt in cœlis. iſte ſanguis ſic grauat eccleſiam, quòd quaſi macula oculum eccleſiæ operit, ita quòd eccleſia aliquando tantum uidet de oculo ſicut de calcaneo. Oculus eſt clerus calcaneum uetulæ, ut uideatur illud impletum. Et erit ſicut populus ſic ſacerdos. Ridiculum eſt tales deſponſare eccleſiã, nec poſſe eam fœcundare. Cum enĩm non poſſumus huiuſmodi directo oculo videre, quomodo Deus ad quem magis ſpectat, poterit eos videre? Nil mirum ergo ſi abſcondat ab eis. Tertio propter fornicationes, & turpem vitam miniſtrorum ſuorum. Quis non abſconderet vultum ſuum, ſi uideret quenquam peccantem cõtra naturam? Contra naturam autem eſt angelum cum muliere fornicari, ſicut dicitur quòd dæmones fuerũt incubi ad mulieres. Sacerdotes autem ſunt angeli, & angelica uita uiuere debent. Malach. 2. Angelus enim domini exercituum eſt, immo maiorem dignitatem habent quàm angeli, tam in remiſſione peccatorum, quã in tranſubſtantiatione corporis Chriſti. ideo dominus uocat eos deos dicens. Dijs non detrahes. ideo occaſio ſunt peccandi populo, qui de vita eorum prouerbium faciunt. Non ergo mirum ſi Deus abſcondat faciem ſuam ab eis, & exeat ab illa immundicia, ne qui paſcitur inter lilia. Cantic. 2. Paſcatur inter porcos. Hæc tria continentur in duobus uerſibus. Pſal. Infecta eſt terra in ſanguinibus, quo ad ſecundum, contaminata eſt in operibus ſuis quo ad primum: & fornicati ſunt in adinuentionibus ſuis quo ad tertium, & ſequitur, & iratus eſt furore dominus in populum ſuum, & abhominatus eſt hæreditatem ſuam.

*Sermo tertius eiuſdem dominicæ in paſſione. & in ordine 107. per thema.*

SI veritatem dico, quare non creditis mihi. Ioannis octauo. Si Chriſtus imperator & rex noſter eſt, duplici ratione debemus nunc temporis militare aduerſus hoſtem ſuum. Primo, quia ipſe nos antecedit ad prælium. Turpe eſt ut fugiat miles, & rex præcedit ad bellum. Secundò, quia vexilla regis prodeunt in prælium, & hoc clamatur quaſi bannus. Si non cum eo exierimus, ſaiſire poterit feudum noſtrum. Recipimus enim ab eo tẽporalia

*A. Paſſio Chriſti. Qđ tẽpore paſſionis Xp̃i multum debemus militare Chriſto.*

poralia tanquam quotidiana ſtipendia, & ſpiritualia dona tanquam torquem & monilia recepturi poſt victoriam æternam remunerationem tāquam præclara prædia. Sed (proh dolor) diabolus ĩ cordibus multorum per multos annos habitat pacifice, & requieſcit. nec eſt qui ei moleſtiam inferat, & Chriſtus qui tot & tanta pro nobis tulit, & tot & tanta nobis beneficia cōtulit, non poteſt in nobis requiem inuenire vna ſola hora, ſed ſtatim expellitur. de quibus p̃s. Qm̃ quem tu percuſſiſti perſecuti ſunt &c. Dum enim deberemus vngere vulnera, quæ pro nobis ſuſtinuit, dolores vulnerum augemus, cum fruſtra ĩpẽſi laboris dolorem addimus. Contra quos Eſa. 49. In vacuum laboraui, fruſtra fortitudinem meam cōſumpſi. Tanto eñ grauius fert ingratitudinem noſtrā poſt redemptionem, quanto in redimendo, q̃ in creando plus laborauit. Vnde Zacha. 13. Quid. i. ad quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum? quaſi dicat fruſtra. Nā licet paſſio tua ſit ſufficiens omnium peccata tergere, pauciſſimi ſunt qui uolũt mũdari ĩmo oēs auariciæ ſtudent, & immundiciæ, ſicut prius à propheta vſq; ad ſacerdotē oēs faciunt dolum. Hiere. 6. Chriſti ergo vulnera hoc ſacro tēpore liniamus, & accedamus ad matrē pietatis, quæ ſinum eccleſiæ iacentem in cremio ſuſtinet vulneratum, lanceatum, & vndiq; ſanguine rubricatũ, ut in vulneribus eius ſtudentes. Iuxta illud prouer. 8. Beati qui uigilant ad fores oſtij mei. in eis diſcamus vulnera noſtra quanta ſint, eam ſalutando dicentes. Aue.

*B. Veritas. De quadruplici ueritate.*

Quadruplicem veritatem in hoc euangelio dicit Chriſtus, ſ. veritatem uitæ, ueritatem doctrinæ, veritatem humanitatis à natura diuina aſſumptæ, veritatem iuſtitiæ. Circa quæ quatuor inueniuntur ſigna dānationis æternæ. Primum eſt impugnatio ueritatis agnitæ. Secundũ eſt odium & nauſea uerbi Dei. Tertium eſt inuidentia fraternæ gratiæ. & quartum eſt incorrigibilitas ſeu obſtinatio.

*C. Veritas. Quinque mōis cauſat impugnatio ueritatis agnitæ.*

Primo igitur docuit veritatē vitæ. Quis ex uobis (inquit) arguet me de peccato? Arguebant enim dñm de iniquitate, cũ ſcirent ipſum iuſtũ & veracem, & dñs arguebat eos tanquam fallaces & iniquos dicendo. Vos ex patre diabolo eſtis &c. & hoc in ſe ſic eſſe cognoſcebant, ideo impugnabant ueritatē agnitam. Vnde ait dñs paulo ante euangeliũ. Quia nō poteſtis audire ſermonē meum, vos ex p̄re diabolo eſtis &c. Impugnatio aũt veritatis agnitæ ex quinq; cōſurgere pōt. Primo ex auaritia, qñ q̄ ſpe lucri impugnant veritatem ſibi notā, vt ſunt aduocati mali. Tales. n. cuprũ, quod ſciunt eſſe cuprũ, dicunt aurũ, & aurũ quod ſciũt eſſe aurũ, dicunt cuprũ. Peſſima certe auaricia q̃ plus ſibi quærit cumulare cuprũ, q̃ aurũ q̄ ſcit eſſe aurũ. Talibus Eſaias ĩprecat ve dānationis. Eſa. 5. Ve qui dicunt bonũ malũ, & malũ bonũ. ſi enim talibus videat veritas dubia, vel à principio veriſimilis, p̄nt licite aduocati dirigere cāmillā, ſed cognita veritate nō debent eam accipere in directione ſua. Et ſicut tales conſulũt cōtra veritatem, ſic in fine cōſilio & ſui & alterius priuantur, & qui ueritatē fugauerũt, ab eis recedit ueritas, quia cōiter moriuntur inſenſati. Iob. 12. Adducet conſiliarios in ſtultum finē, & iudices in ſtuporem. Secundo cauſatur ex praua conſuetudine, vel loquendi falſa, vel faciendi mala, ſicut ſunt religioſi mali, qui ex conſuetudine male uiuendi, & male audiendi cōtraria regulæ ſuæ, ſemper impugnant eos aut qui bene viuunt, aut qui ad bene viuēdũ eos inducunt. Inde Ariſto. 2. Metaphiſ. dicit q̄ cōſuetudo audiendi falſa magnũ eſt erroris principium. p̃s. Odiſti oēs qui operantur iniquitatem, perdes oēs qui loquuntur mendacium. Vbi notantur duo gradus peccatorũ. Primus eſt facere iniqtatē. Secundus eſt eam mendacio roborare. Pœna primi eſt ſolũmodo odium. Pęna ſecundi eſt perditio, quæ odium includit, & maximum effectũ odij ſuperaddit. Perditio. n. mors finalis eſt. Tertio cauſat ex arrogantia & ſuperbia, ſicut ſunt qui nolunt vinci, ſed loco veritatis falſitatem tuentur, & iſti ſunt peſſimi. Tales erāt ſcribæ & phariſei veritatē doctrinæ Chriſti, & uitæ eiuſdem attribuentes dæmonio. Quibus beatus Stepha. Act. 7. Dura ceruice & incircũc ſi corde, vos ſemper ſpiritui ſācto reſtitiſtis. Et mirabile eſt quomō tanta proteruia reſiſtere poſſunt, qñ & ueritas docentis & conſcientia ipſa veritati conſentiens contra tales pugnant. Quarto cauſatur ex verecũdia, ſicut cum quis maliciæ arguitur, & ſcit illud verum eſſe, ſed excu-



excuſat factum, & iſtud eſt minus malum. Periculoſum eſt tamen in confeſſione cũ quis in ſuo proceſſu veritatem negat, aut excuſat. p̃s. Scuta comburet igni, id eſt defenſiones maliciæ, poteſt tamen contingere q̄ quis tueatur cōtra veritatem in ſpecularibus, ut famā ſuam cuſtodiat, & iſtud non eſt niſi veniale, aut agibilibus humanis, & tunc aliquando eſt mortale, aliquādo veniale. Quinto cauſatur hæc impugnatio ex inuidia, qua quis impugnat qđ ſcit verum eſſe ex odio, ita quòd non poteſt audire de his quos audit laudare, etiā quæ vera cognoſcit, ſed ea denigrat, & decolorat quantum poteſt, contraueniendo ueritati quā cognoſcit. Hinc aiebat quidā illorum qui ſic impugnabatur in p̃s. Qui retribuunt mihi mala pro bonis detrahebant mihi, qm̃ ſequebar bonitatem. Graue peccatum eſt detrahere inimico, grauius detrahere amico, eo quòd cum uitio detractionis ſit vitium ingratitudinis. Sed peſſimum eſt detrahere amico, quia ſequitur ueritatem, uel bonitatem, quam cognoſcit. Iſte induit pelles diaboli i mores & conſuetudinem, quæ uix excoriantur. Et tales peccant de directo in ſpiritũ ſanctum. Quomodo poſſunt ad ueritatem accedere, qui ueritatem uidere nō poſſunt ſed expugnant? ſimiles noctuæ, quæ diē uidere non poteſt. Rex Hay impugnauit filios Iſrael, & exiuit contra eos, ſed ad caudam ſuam non reſpexit, nec ad inſidias, quas parauerat ei Deus, qui omnia uidet. Hæc autem impugnatio contra Deũ eſt, qui eſt ſumma ueritas. Cum diabolo equitat, qui eſt pater mendacij. ideo non mirũ ſi eſt ſignum uadentis in infernum, & ſi Deus in fine parat ei mortem æternam, quam non quærit.

*D. Verbum Dei. Qui Deũ [illegible] verba Dei.*

Secũdo erudiuit dominus Iudæos veritate doctrinæ, & hoc tripliciter. Primo oſtendit eis qui ſunt filij Dei, cum ait, Qui ex Deo eſt, uerba dei audit. Hoc eſt ſignum dilectionis ad alterum, libenter eius laudes audire, & de ipſis lætari, immo nihil eſt delectabilius fortiter amanti. Dicit enim Boetius. primo muſicę, q̄ cauſa delectationis in audiendo armoniam eſt ſimilitudo proportionum, ex quibus ſenſus & corpus quaſi componitur ad proportiones illas, ex quibus cōponitur armonia. Sic qñ amans audit laudes amati, ibi eſt maxima conformitas affectus audientis ad illud quod auditur. Qualem enim vult amicum eſſe talem eũ audit eſſe quando laudatur. p̃s. Audiant manſueti & lætentur. Et iterum. Qui audit libenter de amico cito ſe conformat ei quod audit & uult obedire ei. Boetius primo muſicæ. Cum aliquis cantilenam libētius auribus atque animo capit, ad illud etiam ita conuertitur, ut motum aliquem ſimilem auditæ cātilenæ in corpus fingat ut patet in choreis. Sic qui diuinas laudes & uerba libenter audit, ſimilia his quæ audit debet effingere. i. ſimilia opera producere. Econuerſo maximum odij ſignũ eſt, cum quis non libenter audit laudes alterius, uel de eo loqui. ideo ſubditur.

*E. Verbum Dei. Qđ nolle audire uerbum Dei eſt ſignũ mortis æternæ.*

Propterea uos non auditis, quia ex Deo non eſtis. Si enim in infirmo aures frigidas, & cōtractas perpenderis, ſignum eſt mortis. Talis eſt, qui nec uerbi dominici mollitur dulcedine, nec obliuiſcitur iniuriæ ſibi factæ. in libro de proprietatibus rerum de lupo dicitur, q̄ qñ fugit ſubmittit aures ſuas ne audiat clamorem canum, & uenatorum, & ſic minus timeat. Sic reprobi intrinſecus lupi rapaces clamorem prædicatorum & fugiunt & timent audire. Multi aũt alii ſunt, qui non intelligunt Chriſtũ loquentem, quia loquitur eis hebraica lingua. Dum enim eis loquitur de reſtitutione uel de tranſitu ad alterius uitę regionē uel de conuerſione ad pęnitentiam, poteſt eis dicere Chriſtus. Loquelam meam nō cognoſcitis, quia ex Deo non eſtis. Quòd ſi quis (inquit dominus) ſermonem meum ſeruauerit mortem non uidebit. ergo per oppoſitum, ſi ſermonem meum non ſeruauerit interibit. Non dicit non peribit abſolute, ſed mortem non uidebit in æternum promittens per hoc q̄ de morte trāſibit ad uitam.

*F. Doctrina. Si xp̃s reprehēſibilis erat ĩ doctrina.*

Reſponderunt iudæi. Nōne bene dicimus nos, quia ſamaritanus es? Cum igitur iſti reprehēderunt Chriſtum in doctrina ſua quæritur ſi reprehēſibilis erat? Reſponſio q̄ non, quia ſi reprehenſibilis fuiſſet, hoc fuiſſet propter quinque, uel alterum eorum. Primo propter falſitatē doctrinæ, ſed hoc non, quia uera fuit eius doctrina. Pſalm. Principium omnium uerborum tuorum ueritas. Et iterum. Pſalm. Veritas domini manet in æternum. Secundo quia aliter doceret & aliter faceret. Sed hoc non, quia cepit Ieſus facere & doce-

re.ps Omnes uiæ tuæ ueritas Pſal. Dominus cuſtodit ueritatem in ſæculum. Tertiò, quia doctrina illa duceret ad perditionem. Sed hoc non, quia verba eius ducunt ad uitam. Io. 6. Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. Pſal. Scuto circundabit te veritas eius, non timebis &c. pſal. Emitte lucem tuam & ueritatem tuã ipſa me deduxerunt. Quarto quia doceret aliquam crudelitatem facere. Sed hoc non, quia Pſal. Miſericordia & ueritas prę cedunt faciem tuam. Vnde ait. Diſcite quid eſt miſericordiam uolo & nõ ſacrificium, & unde Reges ſui exemplo cum ueritate miſericordiam habeant. Inde populus qui ſcit iubilationem illam, & ſi ſequatur ex ea correctio benedicet Regem non murmurando inquiens illud. Pſal. In ueritate tua humiliaſti me.

G Veritas. Qd ueritas ſemp ... ſtare...

Quinto, quia forte doctrina illa non eſt ſtabilis, modo dicit vnum modo aliud. Et hoc non quia Pſal. In generatione & generationem veritas tua. Sed doctrina diaboli non eſt ſtabilis. quia Ioan. 8. In ueritate non ſtetit. Vnde veritatis multæ ſunt conditiones Vna eſt quòd eam inimicitiæ perſequuntur, ſicut per adulatorem pernicioſæ amicitiæ acquiruntur. Libenter enim quod delectat audimus, & offẽdit omne quod nolumus, ideo imperfecti & debiles ab ea diuertunt, nõ audentes loqui aut operari ſecundum ueritatem. Timent enim impelli contumelijs & iniurijs. Pſal. Diminutæ ſunt veritates à filijs hominum. Sed viri & virtuoſi q nihil timent, ſed vitam æternam nihil ſperant, veritatem non deſerunt. Quomodo autem ſcietur ꝙ quis maneat in veritate? Dicitur ꝙ veritas denarij in duobus cognoſcitur, in ſono, & in pondere, & ſi in vno iſtorum patitur defectum, reputatur falſa moneta. Sic veritas cordis in põdere morum & ſono uerborum. Quando .n. perſona habet verba debita & pondus ſufficiens morum, tunc reputatur uera apud Deum, ſed quãdo habet defectum in vno iſtorum maxime in pondere morum iudicatur falſa. Hoc pondus cognoſcetur in ſtatera diuinæ iuſtitiæ. Vbi oſtendetur ꝙ aliqui nunc magni ponderis, tunc erunt parui. Dani. 5. Exemplum de Balthaſar q appenſus in ſtatera inuẽtus eſt minus habens, nec tales denarij inter bonos computabuntur. De quibus. Sap. 5. Computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt.

H Veritas. Q...

Secunda conditio ueritatis ꝙ nũquam pleno ore dicitur. Canis enim habens os in ore ſuo, nunquam aut parum latrat. Pſal. Non eſt in ore eorum veritas. Rationem ſubdit, quia cor eorum uanum eſt. i. plenum vanitate. Obſtruitur .n. os eorum aliquo commodo. ps. Os habent, & non loquentur. Eſa. 59 Corruit in plateis veritas. In plateis. i. in perſonis publicis. Vnde narrat quidam quòd iuxta quędam paſcua maritima erat quædam auis etiam maritima, quæ continue certis indicijs fluxum & refluxum maris prædicere conſueuerat. Clamorem ergo auis oues iuxta paſcentes cognoſcẽtes certis horis ad huius auis clamorẽ ad loca propinqua ſolida declinabant fluxu maris adueniente. Accidit aũt ꝙ dicta auis iuxta littus oſtream teſta aperta reperiret, quã cum veſci appeteret oſtrea teſtam ſuam claudens roſtrũ auis intercipit. Vnde nec gregem more ſolito præmonuit. Mare autem non immemor ſui curſus aues oẽs ſubmerſit, ſic de multis ad quorũ clamorẽ, reprehenſionem & expreſſionẽ veritatis oues periculũ deuitant. Sed ſi capiãtur alicuius commodi temporalis amore quod timent perdere, obſtruitur os eorũ, ne amplius eorũ ſalutẽ procurent. Ignis .n. charitatis in corde plenum q̃rit ueritatis exitum in ore. Vnde (ſm philoſophum libro de probleumatib.) Ignis ſi ſpiraculum non habuerit, extinguitur. Spiramen autẽ ignis charitatis eſt veritas quæ niſi foris per os erumpat etiã q̃nque cum violẽtia cito extinguitur intus ignis charitatis. Hierem. 20. Factus eſt in corde meo quaſi ignis exeſtuans clauſusq; in oſſibus meis, & defeci ferre non ſuſtinens. Prouerb. 1. En proferam uobis ſpiritum meũ, & oſtendam verba mea, quos Pſal. petijt dicens. Ne auferas de ore meo uerbũ ueritatis vſquequaque.

I Veritas. Q...

Tertia conditio veritatis ꝙ quanquã veritas multũ ſupprimatur, tñ finaliter p̃ualet, & inuitis aduerſarijs dominatur. Eſt enim ſimilis oleo quod ſub aqua poteſt aliquãdiu deprimi, tñ ibi non poteſt diu detineri. Lux enim ſolis licet quandoque ſupprimatur à ſpiſſis nubibus & obſcuris, ita ꝙ aperte radiare non poſſit, finaliter tñ diſpergit nubes, conſumit & euacuat, & ſe clarum manifeſtat. Nec in ipſo actu nubis obſcuritate lux taliter obtunditur,



obtunditur, quin aliqualiter nubem penetret, & quin exterius demonſtretur. Sic veritas nunq errorum, fallaciarum, aut violentiarum nube taliter offuſcatur, quin aliqualiter refulgeat, & quin ſatis appareat ꝙ in illo negocio de quo agitur aliqua latet veritas quę celatur. Finaliter vero (quicquid tardet) nubes errorum, & fallaciarum & violentiarum virtute veritatis euaneſcit, & ueritas q̃ latuit declaratur. imo quomodocũq; opprimatur, finaliter dat uictoriam poſſeſſorio ſuo in iudicijs, & cauſis & alijs huiuſmodi. 2. Eſdr. 3 Fortis eſt rex, fortiores ſunt mulieres, ſuper oĩa aũt uincit veritas. Licet modo cõtingat quod ſcribitur. Dañ. 8. Proſternet̃ ueritas in terra.

K Veritas ...

Quarta conditio veritatis eſt ꝙ veritas ſuos pugiles liberat, & protegit, aduerſarios vero diſſipat & confundit. Io. 8 Cognoſcite veritatem & ueritas ipſa liberabit uos. Vnde Augu. in homilia. Veritas uel ſi nolis aduerſaria tibi eſt, in qua non inuenis quid accuſes illam fac amicam ſi potes. Aduerſarius tuus ſermo Dei eſt, ſiue à iuſto ſiue ab iniuſto proferatur inculpabilis eſt, concorda cũ eo dum es in via. i. in uita iſta. Cum enim finieris viam, non erit ubi cum aduerſario concorderis. Iudex tantũ reſtat miniſter & carcer. Hæc Augu. Sapientes enim mundi ut plurimum reſiſtunt ei, & ideo confunduntur, ſicut iammes & membres (ut uult Apoſtolus) Magi pharaonis reſtiterunt moyſi, & in fine confuſi abierũt. ſecundo ad Thimoth. 3. Sic dereliquerat ſaul ſpiritus domini. id eſt ueritas & exagitabat eum ſpiritus mendacii. Torquet enim falſitas ſuum ſubiectum. Martyres autem qui pro ea viriliter vſque ad mortem pugnauerunt coronauit. Aug. ad hieronimum. Incomparabiliter pulchrior eſt veritas chriſtianorum q̃ Helena Græcorum. Pro iſta fortius noſtri martyres aduerſus hanc ſodomam quam pro illa heroes aduerſus troiam dimicauerunt. Secũdo erudiuit eos gloriam vanam non quærere Cum reſpondit eis Ieſus Ego dęmonium non habeo, ſed honorifico patrem meum, & vos inhonoraſtis.

L Angelus ... Angelus ...

Dupliciter primus Angelus inhonorauit Deũ. Primo recipiendo eius honorem & ſibi attribuendo. Secundo alios ſuæ hęreſi attrahendo. Sic iſti filii dyaboli honorem debitum Deo (doctrinæ ſcilicet & miraculorũ) patri ſuo dyaboli attribuẽdo quaſi qui regnũ eius ſibi auferret & in hoſtẽ transferret, & alijs dando malum exemplũ & doctrinam.

Iudæi dupliciter inhonorauerunt Deum.

Grandis .n. arbor terrã ſubtus ſe reddit omnino ſterilem, & radijs ſolis priuatam. Sic ſuperbi dum dominantur ſibi ſubditos omni uirtute ſteriles reddunt. Ego gloriam meam non quęro. Voluit enim in præſenti latere in nubilo humilitatis. Actuũ 8. in humilitate iudicium eius ſublatum eſt. Tantę .n. humilitatis fuit ut quis eſſet nõ agnoſceretur. Mundanam gloriam non quæſiuit, ſed cum ad eam quæreretur vt rex eſſet fugit. Iohã. 6. Per nubilum autẽ humilitatis ad gloriã venit iuxta illud Phil. 2 Exinaniuit ſemet ipſum &c. Tertio erudiuit eos præcepta Dei ſeruare, cum dixit. Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non uidebit in æternum. Ad quem iudæi. Nunc cognouimus, quia dæmonium habes &c. Sicut accepta contumelia bonus melior fit, ita mali de beneficio ſunt peiores. Roman. 8. iuſtis oĩa cooperantur in bonum Gloſa. Ex beneficio .n. doctrinę mali deteriores fiũt quia ei aduerſantur, aut opinione aut vita

M Veritas. Duo impedimenta ne ueritas audiatur.

Vnde ſecundum Augu. 2. de ciuita. Dei. cap. 1. Duo ſunt impedimenta ne ueritas audiatur. Vnum eſt nimia cecitas qua nec aperta cernũtur. quemadmodum narrat Aug. 6. de ciuita. Dei. ca. 5. de uarrone qui in libro ſuo de natura deorũ adiudicauit falſitatem eſſẽ propalandam & ueritatem inter parietes eſſe claudendam. Nam cũ tractaſſet de pluralitate deorum, & duo genera inquirendi diſtinxiſſet. Vnum miticon. id eſt fabuloſum, quod reprobat tanquam falſum. dicit tamen ipſum inter populares, & ciuitatum rectores eſſe proclamandum. alterum uero phiſicon. id eſt ſapiens. dicit inter doctos eſſe diſputandum. & ſic inter ſcholarum parietes eſſe claudendam & non prędicandam. Secundo modo ſecundum Auguſtinus. Non auditur veritas ex obſtinatiſſima pernicatia qua ea quæ cernuntur non feruntur, ſed tanquam eſſet ratio & veritas, veritati contraria defenduntur. Et hoc mõ Phariſei contra dominum aduerſati ſunt veritati volũtarię incurrẽtes ſurditatem. De qua ſurditate yſidor. in ethimologiis. Surdus dicitur à ſordidis humoribus.

bus in auribus conceptis, & quamuis ex multis cauſis accidat, nomen tamen ęgritudinis ex prædicto uitio retinet. Sic multi propter ſordidos humores. i. iniqtates cōſueti audire vana & inutilia, ſurdi ſunt ad uerbum Dei. Vnde eſt illud apoſtema. de quo dicit. Ariſto. in problematus quod accidit in auriculis porci quondo craſſus eſt. Sic homines impinguati tēporalibus bonis uel non audiunt uel non obediunt verbo Dei. Et creſcit hæc infirmitas vſq; ad mortem, quia & iſti ſic indurantur, ut deducantur ad mortem. ꝑs. Et nō audiuit populus meus uocem meā. Et ſequitur. dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorū ibunt &c. Quē teipſum facis? Nō ſe faciebat qui ab ęterno genitus erat, ſed illū exiſtimabāt ſe facere filiū Dei. Potuiſſet tñ eis dicere. Non maiorem me facio quā me Abraham fecit, qui in ſignum ꝙ de lūbis eius egreſſurus eram, poſita manu ſerui ſub femore eius ſeruum ipſum iurare fecit. Reſpōdit Ieſus. Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt. ſi illa quæratur præter regulam veritatis diuinę ſicut mihi īponitis. Sed eſt pr̄ meus qui glorificat me, quem uos dicitis &c. Si philoſophi pithagore ꝓceptis credat̄ dicentis. poſt deū ueritas colēda eſt, quæ ſola homines deo ꝓximos facit, veritatem dicēdo honorabat patrē. Ideo pythagoras iubet per uiā publicā non ambulare. i. non multorū ſequi errores quē admodū iſtorū phariſeorum quos dñs a ſe reiicit gladio veritatis. Ait inſuper Hirundinem in domo non ſuſcipias. i. garruloſos & verboſos tecū non habeas, quia ut plurimū mētiunt̄. ſicut & iſti phariſei qbus dicit dñs. Et ſi dixero, quia non noui eum, ero ſimilis vobis mēdax. Tertio erudiuit eos dñs de ueritate humanitatis aſſumpte cum ait. Abraham exultauit vt videret diem meum, id eſt diem incarnationis. & vidit & gauiſus eſt. Sed inuidia cecati non potuerunt tantum fidei lumen percipere. Vñ aiūt. Quinquaginta annos nondum habes & Abraham uidiſti? Ad quos dñs. Amen dico uobis, anteq̄ Abraham fieret ego ſum. Ibi apparuit inuidentia fraternę gratiæ iudæorum quæ ſignum eſt damnationis ęternę. Ex odio enim inuidus reſpicere nō poteſt lumē, ideo a regione lucis declinat. Ioh. 13. In hoc cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei ęſtis ſi dilectionem habueritis adinuicem ergo ex oppoſito diaboli diſcipuli eritis, ſi inuicē inuidetis. Vnde poeta diſcribens domum inuidi ait. Abdita ſole carens. Sic Cayn reprobus factus eſt, ſic Eſau, ſic Saul inuidēs Dauid. ſic Amā inuidens Mardocheo. ſic iudæi inuidētes Chriſto. præterea talis plenus eſt veneno Nihil autem inquinatum intrabit in illam ciuitatem. Vnde frater eſt draconum ideo locum habet cū draconibus. De medicina. n. id eſt de bono aliorum exemplo deterioratur. ideo ſignum eſt mortis.

N. *Inuidia. Qđ inuidē. ia fraternæ gratiæ eſt dā nationis æternæ ſignum.*

*Sermo quartus eiuſdē dominicæ in paſſione, & ordine.* 108.

SI ueritatem dico, quare uos non creditis mihi Io. 8. Secundum Philoſo. 2. politicę in princ. tria ſunt quæ faciunt dictum alicuius credibile quamuis non demonſtratiue loquatur prudētia, virtus, & beniuolentia. Cuius ratio eſt ſecundū eum, quia propter oppoſita illorum diſcredimus alicui non demonſtratiue loquenti. videlicet aut propter imprudentiā, qa reputamus eū ignarū, aut propter maliciā quia q̄uis verum dicat, qa tñ non eſt ueritatis & iuſtitiæ cultor ei non creditur, aut propter defectum beniuolentiæ, quia in caſu licet ſit prudens & uirtuoſus, non tamen reputamus eum nobis beniuolum ſic ꝙ uelit conſulere id quod nobis cōuenien s eſt. Sed quando illa tria concurrunt in aliquo, ꝙ ſcilicet reputamus eum prudentem & virtuoſum & nobis beniuolum, tunc abſq; dubio credimus dictis eius, quamuis ea non demonſtret. Sic doctor noſter Chriſtus veniens in hunc mūdum prædicare & fidem docere, dicto ſua ſcientificæ non demonſtrauit. ideo doctrina ſua non uocatur ſcientia ſed fide. Sūt tñ nihilominus dicta ſua credibilia ꝑpter tres prædictas rationes. Tum quia in eo viguit prudentia cum eſſet ſapientia Dei patris. Luc. 2. Mirabantur ſuper prudētia & reſponſis eius. Virtus, quia doctrina eius in moralibus virtutibus, tranſcendit omnem aliam ſectam, & dato ꝙ aliqua alia ſecta contineat aliquid honeſtatis, fides tamen noſtra hoc idem continet, & amplius. & quod docuit fecit. Act. 1. Ideo Marc 7. Bene omnia fecit. Beniuolentia ad nos



ad nos quia dilexit nos & lauit nos peccatis noſtris &c. Apo 1. Ideo teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis. Vt ergo valeamus ei credere, & ſicut ſponſa ſponſo adhærere per fidem. Iuxta illud Oſeæ. 2. Deſponſabo te mihi in fide in qua primo cōplecet ſponſus. Hier. 5. Domine oculi tui reſpiciunt fidem. ad eam conuertemur a qua primo fides ſumpſit, exordium dicentes. Aue.

In hoc ſermone de ictu lapidum agendum eſt, & conformiter ad lapides de lapidea obſtinatione iudæorum. Vnde ſubditur. Tulerunt ergo lapides vt iacerent in Ieſum. Durus ad duriciam, lapis ad lapidem recurrit. Obſtinatio enim omnia clauſerat interiora eorum, vt nō uiderēt ſolem i. Dei voluntatem. Sed ſicut iudæi Chriſtum uoluerunt lapidare, ſic & modo mali bonos. Antiquitus lapidauit Golyam 1. Reg. 17. Nunc Golyas dyabolus per ſuos miniſtros vult lapidare Dauit, immo prælati noſtri cum iudæis lapides nunc iaciunt in ſuos, ſed quaſi immiſericordes grandibus lapidibus obruunt parentes ſuos. alios uero paruis lapidibus modicum afficiūt: Similes illi qui ſtat ſup acerunm lapidem qui paruos lapides longe a ſe proijcit, magnos uero non poteſt niſi prope ſe. Sic illi ſunt ſuper aceruum beneficiorum ad ea ſecundum iuſtitiā diſtributiuam conferenda, ſed paruos lapillos doctoribus & magnis viris longe a ſe proijciendo, magna beneficia (velut grādes lapidęs) prope ſe. i. ad ſuos nepotulos proijciunt. Propter obſtinationem autem & incorrigibilitatem eorum Ieſus ſe abſcondit ab illis & exiuit de tēplo. Hoc enim eſt quartum ſignū dānationis æternæ. In hoc habemus exemplum ꝙ dum infirmos nos ſentimus tribulationes non appetere ſed fugere debemus, ſicut apes in hyemæ laritant in cauernis. quia propter uirium paruitatem ventis & pluuiis & pruinis obruerentur. & pp hoc latent tēporis ſerenitatem expectantes. Sic infirmi aſperitatem tribulationis fugiāt, & ne ſuccumbant donec tranſeat ad tempus debent latitare. exemplo Chriſti qui gerens perſonam infirmorum. Io. 8. Iudæis ipſum lapidare uolentibus ſe non oppoſuit, ſed ſe abſcondit. ꝑs. Exaudiui te in abſcondito tempeſtatis. Sic faciebant ſancti qui ſicut apes dum ſentiunt diem ſerenum uolant ad paſtum, poſtea in ergaſtulo ſuo manentes. Sic antiquitus viri ſancti dum ſerenitas pacis ſe offerebat, ad prædicandum currebant. dum vero tyrannorum rabies ſeuiebat, ſe in latibus abſcondebant. Opus tamen quo ſe abſcondit erat opus perfectionis. Non enim eſt perfecti pictoris opus ſemper idem & eodem modo pingere, ſic in operibus perfectionis oportet aliquando laborare, aliquando fingere, aliquando diſſimulare, aliquando proficere & ſic de aliis. Vulgo dicitur. Na fol bayr, na fol tencier. hoc eſt cū ſtulto nec debet homo cōmunicare nec ligare. Stulti enim erant, & verba Chriſti licet eis neceſſaria non recipiebant. ſicut furioſus nō acquieſcit, monitionibus quantumcunq; ſalubribus, ſed ſolum ſecundum ꝙ capitæ ſuo comprehendit ducitur. Ideo dominus omiſſis contentionibus ſe, ſapienter ſubtraxit. Prouer. 20. Honor eſt homini qui ſe ſeparat a contentionibus. De incorrigibilitate autem, & de obſtinatione dicturi. Primo, oſtendemus quōd obſtinatio ſit ſignum damnationis æternę: deinde ex quibus procedit. Primum patet Eccle. 4. Cor durum male habebit in nouiſſimo. Dicitur enim naturaliter res dura quę nō cedit tactui, ſicut lapis. Sic cor durum eſt quod nō cedit digito dei tangenti ipſum. tactu diuinę inſpirationis. Sed ut ait ꝑs. Hodie ſi uocem eius audieritis, nolite obdurare corda ueſtra. Loqtur. enim nobis Deus quadrupliciter. Primo per inſpirationes. ſecundum illud. Pſa. Audiam quid loquatur in me dominus Deus. Secundo per ſcripturas. Io. 33. Semel loquit̄ Deus, ſcilicet in ſcipturis & idipſum ſecundario non repetit. quia non oportet cum omnia in ſcripturis plēne contineanrur. Tertio per proprium filium. Heb. 1. Nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio, non ſolum per verba, ſed etiā per opera, & facta quæ debemus imitari. Quarto per tribulationes. Iob. 4. Quandò ſopor, ſcilicet peccati irruit in homines, & dormiunt in lectulo ſuo. ſ. delectationis mundi, tunc operit aures virorum & erudiens inſtruit eos diſciplina Hōdie ergo. i. ī uita præſenti ſi uocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra. ſicut Hebræi in deſerto, quibus iurauit Deus ſi introibunt. i. non introi-

D *Obſtinatio. Qđ obſtinatio eſt ſignum æternæ dānationis.*

introibunt in requiem meam. Sicut & ille de quo Apoſtolus. Rom. 2. Tu autem ſecundum duriciam tuam & cor impęnitẽs theſaurizas tibi iram in dię ire & reuelationis iuſti iudicii Dei. Sicut & illi de quibus Stephanus. Act. 7. Dura ceruice & incircuncisi corde uos ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis. Exemplum de illo de quo in lib. de dono fortitudinis legitur qui cũ diuitiis plenus (quas male acqſierat) moreretur, & ad pœnitentiam prius moneret̃ nec uellet. tandem in fine cum acrius moneretur dixit ſe amplius non poſſe pęnitere, quia ipſe ibat in infernum cum celeri curſu dicẽdo uerbis gallicis. Ie men uoys en enfer le grand pas, le grand pas. & cũ non poſſet uirtute deficiente amplius totum dicere, dicebat uirtute qua poterat le grand pas, le grand pas. Tales enim obdurati communiter improuiſi aut ſubita morte moriuntur. Apo. 2. Dedi illi tempus vt pœnitentiam ageret, & nõ vult pęnitere. Ecce ego ponam eam in lectũ ſcilicet mortis ſubite, & omnes qui męchãtur cũ ea. Et ꝙ hoc ſit iuſtum patet, quia ſicut artifex inueniens ferrum durum fornacem ſuccedit & martellus parat ad domandum ipſum, ſic Deus ignem & tormẽta & torentes pęnarum parauit ad contundendam duriciam ſuperbiæ & inobedientiæ & obſtinationis. Deute. 32. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima. Secundo dicendũ eſt de cauſis obſtinationis & obdurationis quæ ſunt multę. Prima eſt humoris extractio uel expreſſio. Sicut enim carnes fiunt durę cum liquor exprimitur & humor eliquatur, ſic homo per extractionẽ gratiæ & humoris deuotionis. Et hoc maxime facit ſolicitudo ſecularis, q̃ ad modum ventoſe ſanguinem uoluntariæ pœnitentię ſeu deuotionis ſubtrahit, & inde quaſi fit homo inſenſibilis ad diuina. Vnde Bernar. ad eugenium. Prudentius te abſtrahas à curis huius ſeculi quam traharis ab illis, ne paulatim ducaris ad cor durum. Sicut enim frigus ſolet aquam conſtringere, & in frigidis regionibus ita perdurare quòd in criſtallum induratur. Eccle. 43. Frigidus uẽtus aquilo flabit, & gelabit criſtallus ab aqua. ſic ſi frigus indeuotionis diu permaneat in homine, ita ꝙ per multa tempora, peruagatur in curis huius ſeculi, nec reuertitur ad cor ſuum per contrictionem, nec ad Deum per deuotionem, tunc ſæpè uoluntas ſua ita induratur, quòd vix ſe ad bonum ordinare poteſt. Io. 38. In ſimilitudinem lapidis durãtur aquæ, ſuperficies abyſſi. i. cordis peccatoris conſtringitur. Si enim non ſtantes aquæ faciliter cõgelantur Sic ſtans & occupatus nimium ſecularibus negociis, niſi per interpellationem ſe ad Deum conuertat, cito efficitur durus & pœnæ indeuotus & aridus. Sæpè enim cõtingit ꝙ homines, quando recedunt à terra propria ita radicantur in patria aliena, ꝙ ad propriam redire dedignãtur. vt apparuit de filiis Iſrael qui in babiloniam, captiuati poſtea in Hieruſalem (paucis exceptis) redire noluerunt. ut patet Eſdre. 1. Sic homo quandoque ita longe recedit a Deo conuertendo ſuam intentionem ad ſecularia negocia & per iniquitatẽ & obſtinationem, ꝙ ad ipſum rediret contemnit, immo captiuitatem & peregrinationem pro patria eligit. De quibus conqueritur dominus per Iob. Iob. 33. In eorum canticũ verſus ſum, & factus ſum illis in prouerbium. abhominantur me & longe fugiunt à me. Et Hiere. 2. Qui inuenerunt patres veſtri in me, quia elongauerunt ſe à me? cum tamen deberent aduertere illud. Pſ. Qui elongant ſe à te peribunt. Secunda cauſa eſt frequens concuſſio ſeu flagellatio ſine emendatione. ſicut incus ferrea ex frequenti malleatione magis induratur. Iob. 41. Cor eius indurabitur quaſi lapis & quaſi malleatoris incus. Sicut etiam uia quantomagis teritur pedibus ambulãtium, tantomagis ſic aliqui quantomagis atteruntur ſeu percutiuntur tribulationibus, tanto fiunt deteriores. Hiere. 5. Percuſſi eos & non doluerunt. ſcilicet contritione. attriui eos & noluerunt accipere diſciplinam, ſcilicet ſe emendando. Inde imprecatur eis dyabolus illud Deute 28. Sic cęlum quod ſupra te eſt ęneum. id eſt Deus ereus & durus, & ſiccus per ſuę gratiæ ſubtractionem. ſit terra quam calcas ferrea. id eſt caro in qua uiator es & ambulas in hoc ſeculo, ſit dura & obſtinata. Sicut enim paſta humida ex commixtione induratur, ita cor hominis humidum prius per deuotionẽ ex aggregatione terrenorum & eorum frequenti cogitatione

II *Obſtinatio. De cauſis obſtinationis & indurationis cordis.*

ſiccatur



ſiccatur & induratur, ita ut ex corda auari & diuitis fiat quaſi cementum indiſſolubile, & ita durum & ĩpenetrabile, ꝙ uix gladio diuini iudicii frangi poſſit. Aliter enim in re molli, aliter in re dura percutit gladius. Nam rem mollem cito penetrat, durum uero minime. Sic molle cor ꝑ ſui & aliorum pietatem facile penetrat diuinorum iudiciorum gladius. non autem cor durum & obſtinatum quandoque tamen percutit Deus cor durum & obſtinatum flagellis ſuis, & tunc videtur lachrymari & emittere aquam contritionis. licet hoc ſit apparenter, ſicut videmus, ꝙ tempore nubilo ſudant lapides & videntur flere, ſed hoc non eſt verũ, ſed ab extrinſeco prouenit, non ab interiori humiditate lapides. Sic multi tempore peſtis, guerræ, vel famis uidentur lachrymari, pro peccatis, ſed hoc nõ ex interiori cordis. Ideo recedente nubiloſo tempore nõ amplius ſudant lapides, ſic nec illi recedẽte gladio Dei. Quidam vero uſque ad interiora penetrantur. ſicut legitur in libe. Nume. 20. Quod petra bis uirga percuſſa protulit aquas largiſſimas. Pſal. Quoniã percuſſit petram & fluxerunt aquæ & torrentes inundauerunt. Et iterum. Conuertit petram in ſtagna aquarum, & rupem in fontes aquarum. Contingit itaque quãdoque quòd magni peccatores & obſtinati quando à Deo ut ſitantur ad magnas lachrymas & pœnitentiam faciendam ſe cõuertunt. Tertia cauſa uel inducens ad obſtinationem eſt ex aduerſitate in proſperitatem migratio. Sicut metallum per ignẽ liquefit, ſed amoto igne magis induratur. ſic aliqui dũ ſunt in igne paupertatis & tribulationis liquefiunt per compũctionem & deuotionem. Sed ſi perueniant ad proſperitatem & ad diuitias, & duri efficiuntur & crudeles. Sic Pharao inter flagella liqu. factus & compunctus, ſe diſponebat ad bonum recommẽdans ſe Moyſi. ſed habita quiete & remotis flagellis induruit. Exodi. 18. Exemplũm de hoc in uitis patrum de quodam fabro qui erat valde deuotus, & liberalis ad pauperes, ſed per orationem cuiuſdam ſancti reperto theſauro effectus eſt durus & crudelis ad pauperes Sed Deo diſpẽſante omnia ſibi fuerunt ablata, & pauper effectus reuerſus eſt ad deuotionem priſtinam. Sed ſunt aliqui qui ſicut, nec franguntur timore, ita nec moliuntur amore, ſed ſicut flagellis, ita & beneficiis indurantur. De quibus Prouerb. 17. Impius procaciter obfirmat vultum ſuum. Ideo & dominus etiam ecõtra firmat ſuum, vt non habeant quod capiuntur, ſcilicet regnum æternum. Sicut enim in nemore clauſo dominus nemoris habet ſub ſua poteſtate diuerſa genera animalium. quædam indiſciplinabilia, nec domeſticabilia vt ſunt leo, & aper. & iſta non capiuntur niſi ad uinculandum, vel occidendum. Leo enim captus uinculatur & includitur aper occiditur & mactatur. Alia ſunt domeſticabilia & diſciplinabilia & hæc capiuntur ad domini ſolatium. vt ſimia & Cyrogrilus. Sic homines qui ſunt in carcere huius mundi (quod eſt nemus clauſum) quando indomabiles capiuntur in fine uitæ & uinculantur uinculis inferni. Sed domabiles per correctionem quando capiuntur eliguntur dei ſolatium & ſeruitium. Huius figura eſt. Da. 1. Quod rex iuſſit, introduci pueros doctos diſciplina qui poſſent ſtare in palatio regis. Si ergo talis eſt diſciplina ꝙ per eam uenitur in regnum, ſequitur ꝙ diſciplinabiles nec amore nec flagellis extra regnum vinculis retrudentur. Deſtruit. n. artifex materiam de qua non poteſt facere quod intendit. Exod 32. Scio ꝙ populus iſte duræ ceruicis ſit. dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos & diſperdã eos. Arbor enim quæ nec fimi appoſitione, nec ſuperfluorum præciſione fructificat, ab agricola iubetur præcidi & ĩ ignẽ mitti. Sic qui nec terroribus nec beneficiis ad bene agendũm conuertuntur.

Quarta cauſa eſt exſiccatio, ſicut lutũ per exſiccationem induratur, & hoc quia calor acris conſumit interiorem humiditatem. ſic cor induratur per furoris, & ire incenſionem. Ira enim eſt accenſio ſanguinis circa cor quæ conſũmit humorẽ gratiæ. Gen. 48. Symeon & leui uaſa iniquitatis bellantia. Maledictus furor eorum, quia partinax, & indignatio eorum quia dura. Symeon interpretatur quaſi audiens męrorem, & ſignificat iracundos qui ſemper habent aurem erectam ſi quid male de eis dicatur, ut ſe defendant & in alios inſurgant, & deo uas bellicoſum dicitur. Leui interpretatur additus. & ſignificat eos

qui.

qui ſemper furori addũt, & quaſi pro uno maledicto reddũt duo vel tria. De quibus prouer. 16. Sermo durus ſuſcitat furorẽ. ſicut Nabal carmelus dicebatur durus. 1. Reg. 16. Quicũq;.n. talibus ſe alliſerit uel affricuerit, quaſi a lapide duriſſimo nõ ſine vulnere uel liuore ab eis abſcedet. Eccle. 13. Quid cõicabit cacabus ad ollã. nõne ſi ſe colliſerint confringentur? Oĩ. n. aliorum hoĩm corda uelut cacabi ſunt ad corda hmõi, quæ ſunt olle eneæ cõfringẽtes fictilia. Quinta cauſa ſeu inducens eſt mala aſſuefactio ſeu prauorũ imitatio. Cõſuetudo enim eſt quaſi altera natura, & facit habitũ mentis. Habitus autem eſt de difficili mobilis a ſuo ſubiecto. Ideo peccatum cõſuetudinariũm difficile tollitur, & tanto grauius quanto conſuetudo mali prolixior eſt. Vnde & Lazarus, qui ſepultus erat & ſuper eũ lapis ſignificans duritiam cũ difficultate fuit reſuſcitatus, quia concurrentibus multis. ſcilicet clamore Xp̃i, flectu. & oratione &c. Hie. 7. Indurauerũt ceruicẽ ſuã, & peius fecerũt patres eorum. Si enim nauis ubi eſt ferrum caſu ab adamãte trahitur, vix aut nunq̃ poteſt recedere ab adamante. Sic in naui mentis humane per conſuetudinẽ peccandi ſi ferrum dure obſtinationis inueniatur, ita à peccatis, & cõſuetudine trahit̃ vt nunquã recedat ab eis. prouer. 27. Adoleſcens iuxta viã ẽt cum ſenuerit non recedet ab ea. cum ſenuerit. i. cum in peccatis antiquatus fuerit. Et taliter aliquãdo indurantur ꝙ ẽt quantomagis cum bonis ambulant, tanto deteriores fiunt, ſicut luna quantomagis ſoli coniũgitur, tanto plus lumen perdit. immo qñq; ita tales coniũgunt̃ ꝙ boni inde deteriores efficiuntur, ſicut cũ luna immediate coniungitur ſoli non ſolum eclipſatur, ſed etiam eclipſat ſolẽ. Eccle. 13. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. & qui communicauerit ſuperbo induit ſuperbiam. Sexta cauſa eſt negligentia & ſui prælatorum. Multi enim ſeipſos negligunt nec ad ſe cogitant, & ideo indeuoti & aridi permanẽt, quemadmodum multi literati qui ſunt quemadmodum lapides in aquis. qui licet continue aquis rigẽtur, non tamen inde molleſcũt ſed duriores fiunt. Sic multi licet ſint continue in aquis ſcripturarum, & ſcientiarum natantes & ſtudentes, remanet tamẽ duri ſicci & indeuoti. Similiter eſt prælatorum negligentia circa ſubditos quæ eſt obdurationis eorum quandoque cauſa, quia eos non docet quaſi non pertineant ad eos. ſicut deſtrutione ꝙ induratur ad filios ſuos ſeu oua ſua vnde naſcũtur quaſi non ſint ſua. Iob. 39. Induratur ad filios quaſi non ſint ſui. Et ſi aliquando doceant, aut corrigant, hoc non eſt ſufficienter ad emolliendum cor durum. Non enim ſufficit vna & leuis percuſſio ad ſcindendum uel eradicandum quercum, nec una ſola gutta cauat lapidem. Sic nec vna mollis correctio emollit cor durum, aut duriciam eradicat a corde. Septima cauſa eſt imprudentia, quãdo quis nõ erubeſcit peccare. Tunc enim magis induratur & fruſtra corrigitur & admonetur. Eze. tertio. Domus Iſrael attrita eſt fronte & indomabili corde. Hierem. 4. Frons meretricis facta eſt tibi noluiſti erubeſcere. Hoc autem poteſt multipliciter contingere. Aliquando quia talis derelinquitur à Deo & ſubtrahitur diuinæ gratię auxilium, vt medicus ęgrum dimittit quando non proficit. Exodi. 32. Non aſcendam tecum, quia populus dure ceruicis eſt. & Eccleſiaſti. 7. Nemo corrigit quem ille deſpexerit. Aliquando hoc procedit ex multitudine peccatorum. Prouerbio. decimooctauo. Impius cum in profundum peccatorum uenerit contemnit. Sicut enim in torculari videmus, ꝙ per immenſitatem ponderis deſuper poſiti vinum effluit, & racemorum maſſa ſiccatur & induratur, ſic quando multitudinis peccatorum pondus in corde ponderat, totus humor ſpei & gratię a tali per deſperationem abducitur, & ſic obſtinationis duriciam incurrit cor. Iob. 15. Non credit quod reuerti poſſit de tenebris ad lucem circunſpectãs undique gladium, & ſic dum aufertur verecundia, impudenter & effronte, & obſtinate peccat Ideo ſi habeamus cor durũ, clamemus ad deum, vt auferat a nobis. Iuxta illud Ezech. 36. Auferam à uobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneũ. Bernar. Nemo vnquam duri cordis ſalutem adeptus eſt, niſi a quo Deus abſtulit cor lapideum & dedit cor carneum. Ipſum enim cor durum eſt quod nec compunctione ſcinditur, nec deuotione emollitur, nec mouetur precibus, nec minis cedit,



dit, induratur ad flagella, ingratum eſt ad beneficia, infidum ad conſilia. Vnde ſicut ludens ad tallos cũ calefactus & incẽnſus fuerit ad ludendũ, damnum & incommoda vilipẽdit. ſed ſequitur eum ignominia & opprobriũ. Qui enim perdit ad tallos veſtes & alia hmõi abit confuſus, & ignominioſus. Ramus enim in principio ortus ſui tener eſt, qui per temporis proceſſum induratur. Sic & iſtos ſequitur extremum malum, quia ſicut derelinquũt Deum, ita derelinquuntur à Deo. 2. Reg. 1. Montes gelboe. id eſt obſtinati, nec ros deuotionis, nec pluuia miſericordiæ aut compaſſionis ueniant ſuper uos. immo ſicci maneant & indeuoti cęteris exuberantibus copiis uirtutum & omnium bonorum Et hoc ideo, qa à deo non viſitantur. Oſe. 4. Non uiſitabo ſuper filias veſtras cum fuerint fornicate. Summum remediũ contra obſtinationem eſt frequens auditus uerbi Dei. Pſal. Emittet uerbum ſuũ, liquefaciet, flabit &c. Vnde populus Iſrael quamuis eſſet dure ceruicis, fleuit tamen cũ audiret verba legis. Neemiæ. 8. & Mat. 26. Fleuit Petrus gallo cantante. Vnde in uitis patrum cum quereret quidam ab abbate Ioanne de duricia cordis Reſpondit Quid durius lapide? quid mollius aqua & tamen gutta ſæpè cadendo lapidem penetrat. Sic uerbum Dei cor durum aperit ad timorem Dei. Secundum remedium eſt tribulatio Chriſti uel ſuimet. Moyſes enim percuſſit uirga bis ſilicem & illa largiſſimas dedit aquas. Sed multi ſunt duriores petrat qui virga crucis uel tribulationis percuſſi, non inde eijciunt lachrymas compunctionis uel deuotionis.

*1 Obſtinatio. Quod uerbũ dei eſt ſummũ remediũ contra obſtinationem.* [illegible]

*Sermo quintus dominicæ in paſſione. & in ordine. 109.*

*A Verbum Dei. Quare ſcribis et phariſeis amarum erat uerbum dei.* [illegible]

QVi ex Deo ẽſt, verba dei audit, propterea uos non auditis. quia ex Deo non eſtis. Iohan. 8. Non eſt mirabile ſi ſcribis & phariſeis quibus loquebatur dominus amarum erat verbum Dei. quia (ſecundum quòd vulgo dicitur) ſaturo columbo ceraſa ſunt amara. A coulon ſaoul ceriſes ameres. Prouerb. 27. Anima ſatiata. id eſt amore temporalium repleta, calcabit fauum id eſt uerbum Dei. Anima autem eſuriens etiam amarum pro dulci accipiet, quia cupidi ſicut phariſei nolebant audire uerbum Dei propter ſuam auariciam. Secundo uerbum Dei à ſe repellebant, non ſolum, quia cupiditate infirmati, ſed etiam quia cupiditate illa curari non uolebãt. iõ medicinam uerbi dei nauſeabãt. Eſa. 24 Amara erit potio bibẽtibus illam. Ezec. 3. Spũs dñi leuabit me & aſſumpſit me, & abii amarus in indignatione ſpiritus mei. Nunquã vidimus egrũ qui nollet ſanari, multi autem ad omne propoſitum ſine ſumptum hñt medicinã uerbi dei. De qua. Pſal. miſit verbum ſuũ & ſanauit eos & tñ nõ curant, quibus poteſt dici thema propoſitum, Qui ex deo eſt &c. propterea vos nõ &c. Vnđ ſi qs haberet de ueſte dñi, uel de ſudore qui exiuit de corpe eius, vel lachrymã q̃ exiuit đ oculo eius, uel ſtillam ſanguis q̃ exiuit de carne eius, diligenter ſeruare. multo fortius uerbũ qđ non ſolũ egreditur de ore dñi, ſed de intimis cordis eius. Pſa. Eructauit cor meũ uerbum bonũ, & tñ maiores noluerunt audire quia repleti iniquitate, q̃ cor iniquum vas iniquitatis non uult exire, niſi uerbo dei & virga illa ieſſe percutiatur. de qua p̃s. Virgam virtutis tuæ emittet dñs ex ſyon, dominare in medio inimicorum tuorum. Vt ergo virga illa ieſſe utamur ad tollendas iniquitates noſtras dicemus. Aue.

Iuxta verba propoſita oſtendemus, ꝙ ex deó non eſt, uerba dei non audit, & ꝑꝑ hoc uerbũ dei deſpicere ſignũ eſſe damnationis æternę. Primo quidem hoc oñditur etiã ex alia domini auctoritate. Io. 10. dicentis. Oues meæ uocẽ meã audiũt & ſequũtur me, & ego uitam æternam do eis, propterea uos non anditis, quia non æſtis ex ouibus meis. Si enim ipſius teſtimonio beati ſunt qui audiũt verbũ dei & cuſtodiunt illud, cõſequẽs eſt maledictos eſſe qui nec audiunt nec cuſtodiũt. Pſalm. Maledicti qui declinant à mandatis tuis. Qũo enim ſanari poterit, q medicum cõtennit ſine quo ſanari non poteſt? De quo p̃s. Miſit uerbũ ſuum, & ſanauit eos, & eripuit eos omnibus ĩteritionibus eorũ. i. de oĩbus mortibus, qa tot mortes in eis ſunt quot mortalia peccata. Si enim eſſet vnus medicus, qui ſolo verbo ſanare poſſet cum quanta multitudine confluerent ad eum malæ habentes? & tamen ad audiendum uerbũ dei & ad eundũ ad medicũ animarum qui ſolo uerbo ſanat, pauci aut

*B Verbum Dei. Quod reſpuere uerbum dei eſt ſignũ dãnatiõis æternæ.*

aut nulli confluunt. Sap. 16. Neque herba neque malagma ſanauit eos, ſed ſermo tuus domine qui ſanat omnia. Eſt enim verbum dei (ut inquit Bernardus) potio medicinę vehemens ſcrutans corda & renes. Si eſſet unus medicus qui ſolo uerbo illuminaret, omnes ceci ad eum currerēt, quantomagis ad Chriſtum uel prædicatorem eius qui uerbo illuminat mentes hominum. pſal. Declaratio ſermonū tuorum illuminat & intellectū &c. Hinc clamat idem. Pſ. Accedite ad eū & illuminamini, & facies vrę non confundentur confuſione æterna. qua confundentur facies conſcientiarum quæ dei uerbum nolunt audire. Audientes enim uerbum dei, deus audiet. & nolentēs audire, deus non exaudiet. Narrat Iacobus de uitriaco ꝙ ruſticus quidam nolens unquam audire uerbū dei mortuus eſt. Cum autem ad eccleſiā delatum eſſet corpus eius, & ſacerdos & clerici officium cantando circa corpus facerēt, imago crucifixi cepit obturare ſuas aures a cruce manibus ſeparatis. Quod cū circunſtantes aſpiciendo mirarētur ait ſacerdos ad populum. Scitis quale hoc ſignum eſt? Iſte qui hic iacet nunquam uoluit audire uerbum dei, & ideo modo eſt in manu dyaboli. Idcirco ſic obturauit aures ſuas Deus, ne audiat præces quas pro eo nunc fundimus. Prouerb. 28. Qui obturat aures ſuas ne audiat legē, oratio eius erit execrabilis. Ad uerba autem (vt uult hic ſaluator) cognoſcuntur damnati, & electi, quia ex electis ſemper bona uerba procedunt. Verbum enim prodiens à corde (ſicut effectus demonſtrat cauſam & opus opificem) electum uel reprobum demonſtrat. Boni enim de bonis ſemper loquuntur. Hierem. 20. Cum uellet Hieremias in ſe retinere verbum. Factum eſt (inquit) in eo de meo quaſi ignis exeſtuans & defeci ferre non ſuſtinens. Sic redundabat in Petro Actu. 4. dicente. non poſſumus quæ uidemus & audiuimus nō loqui. Repleti enim erant ſpiritu ſancto. Fons enim fluuius arctari non poteſt qui ſemper effluat. Pſal. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & ſequitur. Et labiis exultationis laudabit os meum. Peruerſi vero peruerſa loquuntur & audiunt, communiter bene dicta interpretantur in malam partem, quod eſt ſecundum medicos peſſimum ſignum, quando infirmus cibum quantumcunque bonum in materiā morbi conuertit, quia uirtus morbi, prædominatur virtuti naturæ. Et tales non ſolum non audiunt, ſed etiam uilipendunt uerba dei. & tamen uerba magnatum timent, & magnifaciunt. Oſeæ. 13. Loquente effraym horror inuaſit Iſrael. adeo ēt ut tremant & formident præterire vnum de uerbis principum. Secundo hoc idem probat Apoſtolus. Roma. 2. Loquens de Romanis. Sicut (inquit) non probauerunt Deum habere in noticia. i. non curauerūt habere noticiam de Deo, tradidit illos deus in reprobum ſenſum ut faciant eaq́ non conueniunt. Si enim Romani gentiles reprobati ſunt quia non curauerunt de deo cognoſcendo cum nec haberēt copiam uerbis dei & doctrinam eius, quātomagis chriſtiani qui quotidie habent uerbum dei ad ualuas ſuas, & nolunt audire, nec de ſua ſalute conſulunt niſi morbis & uerberibus à Deo cogantur. Similes Nabuchodonoſor qui noluit credere conſilio Dañ. quouſque percuſſus eſt. pſ. Diſciplina tua correxit me in finem, & diſciplina tua ipſa me docebit. Orat enim ſæpe eccleſia pro talibus qui nolunt aperire aures ad uerbum dei. i. os ad cibum animæ, quia auris eſt os cordis quo incorporatur cibus iſte dicendo illud. 2. Mach. 1. Adaperiat dominus cor veſtrum in lege ſua. Mater enim habens filium languidum & nolentem ſumere cibum os eius aperit ut intrudat cibum. Sic qui faſtidiunt cibum dei mater eccleſia pro eis orat vt os & aures aperiat deus. Et ſæpe deus eam exaudit remouens aurium ſurditatē, ſicut demoniaco fecit iubens illud Mar. 7. Effeta quod eſt adaperire. Hi ſunt de quibus Act. 6. Quod continuerunt aures cum prædicaret eis. Stephanus ueritatem quibus ablata eſt intelligentia ſcripturarum. quia audire noluerunt eos qui a ſpiritu ſancto erant edocti declarare myſteria eius. Vnde multis de cauſis prohibetur hæc intelligētia, uel uerbi dei prædicatio & declaratio. Primo propter obſtinationem auditorum, & propter hoc à iudæis ſubtractum eſt uerbum dei. Actu. 8. Quia uos indignos iudicaſtis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes. Secundo propter eorum indignitatem quibus prædicandū erat.



erat. Ezech. 3. Adhęrere faciam linguam tuam palato tuo, & eris quaſi uir mutus, quia domus exaſperans eſt. Vnde Mat. 7. Nolite mittere margaritas ante porcos. Ideo qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc, quia illo Dei uerbo indignus eſt. Tertio ex iuſto Dei iudicio, & ſed nobis ignoto. pp qđ his qui erāt in Aſia prohibiti ſunt Paulus & Barnabas a ſpiritu ſancto prædicare uerbum Dei. Actu. 16. Tertio hoc idem pſ. teſtatur. Probaui (inquit) te apud aquā contradictionis. i. ad uerbum prędicationis quæ uitiis contradicit. ubi probat Deus qui ſunt eius. Et non audiuit populus meus uocē meā & Iſrael non intendit mihi, ideo dimiſi eos ſm̄ deſideria cordis eorum. ibunt in adinuentionibus ſuis, qa non me audierunt, dimittam eos ſecundū deſideria eorū incidere de peccato in peccatum, de laqueo in laqueum, de damnatione in dānationem. ut inueniant multas & nouas adinuentiones ad ſe perdēdum. ut communiter faciūt nobiles & pręſides qui habent dirigere populū. Tales. n. communiter non audiunt uerbū Dei, ideo infinita mala procurant populo, & imponunt ceruicibus eorum, quod non facerent ſi in timore audirent uerbū Dei. Sunt n iſti nobiles ſicut ſunt nobiles canes qui habent aures uerſus terram pendentes, ita ꝙ operiunt foramē per qđ intrant uox & ſonus. Sic iſti libenter audiunt loqui de terrenis uanis & truffis & nunquam uolunt audire de ſupernis, cum deſuper habeant obturatas & clauſas aures. Et hoc multiplici de cauſa. Primo quia in ſermonibus quādoq; tangitur eorū uita, & putant ꝙ quicquid ibi eo dicitur propter eos dicatur. Tignoſus enim timet pectinem & fugit, & propter hoc nolunt audire quia ſcandalizarentur. Vnde phariſei audito domino ſcandalizati ſunt, & eo audito unus poſt alium recedebat. Mat. 15. & Ioh. 8. Vnde Ioh. 15. Sermo meus non capit in uobis. Non enim capit hamus piſcem niſi capiatur a piſce. Sic nec peccator a uerbo Dei, niſi uerbum Dei per ueram fidem & affectionē capiat. Et ideo prædicatores ſunt nūc ſicut piſcatores qui piſcantur ad lineam, quia ad lineam raro capiuntur magni piſces ſed bene parui. Hieremiæ. 5. Magnificati ſunt ditati ſunt, pręterierunt ſermones meos peſſime. Secundo hoc contingit quandoq; ex eorū certa malicia, quia bonos abhorrent eorum bonam doctrinam irridentes. Buſo enim ſuſtinere non poteſt odorem uineæ florentis, nec noctua diei lucem. Similes regi Ioachim. Hierem. 26. Qui prædicationem Hieremię contempſit audire & librum eius combuſſit, ideo uenit ſuper eum gladius regis Babilonis & perdidit regnum ductus captiuus in Babilonem Quem non ſecutus Carolus magnus etiam in menſa ſua legi faciebat ſacram ſcripturam ut ſimul cū corpore anima reficeretur. Sicut enim uerbum Dei eternū eſt pabulum angelorum in cœlo, ſic uerbum Dei eſt pabulum animarū ſanctarum in hoc mūdo. Ideo dixit dominus Dyabolo qui ieiunus erat hoc cibo. Non in ſolo pane uiuit homo &c. Tertio uero ideo nolunt audire, quia morbum ſuum non cognoſcūt. ideo ad medicum accedere non curant. Sicut frenetici quia nō ſentiunt dolorem ſuum, non curant de medico. immo rident cum ſunt in maiori periculo conſtituti. Tales enim ab infantia nutriti ſunt in malicia uel nunquā correcti ſunt, ideo malum ſuum (crudelitatem uidelicet blaſphemias & animum elatū) credūt eſſe uirtutē, & tales nunq̄ uel uix ſanant etiam per uerbum dei. Sicut. n. ille dæmoniacus & mutus ab infantia cū diſcipulis offertur non ſanatur nec dæmō eijcitur, ſed ſolum per dominum Ieſum, ſic tales ab infantia repleti dyabolica uita ꝑ prædicatores aut quoſcunq; alios correctores non poterunt emendari, niſi dominus Ieſus apponat manū. Quarto uero iō nolunt audire, quia nolunt a ſua beſtialitate immutari, immo eos derident qui ad uerbum dei audiendū uadunt dicētes eos uelle fieri hæremitas & papellardos. Verbum enim dei uirtutem habet immutandi. pſ. Dedit uocem ſuam & mota eſt terra Vnde miniſtri pylati miſſi ad capiendū Chriſtum capti fuerunt in ſermone eius, quando dixerunt. Nunquā ſic locutus eſt hō, & Saul audiens prophetas mutatus eſt in uirum alterum. 1. Reg. 10. Quinto hoc contingit ſecūdū Chryſo. quia talibus nō ſapit uerbum dei: Non enim poſſibile eſt inter tantas amaritudines ſeculi huius guſtui eorū ſapere uerbum dei. Sicut enim acerbitas multi aceti propter inmixtam guttam mellis non mutatur, ſic eſt in ho-

mine malo ꝙ ꝑꝑ modicam dulcedinem verbi dei quæ a p̄dicatore propinatur, nihil in tali mutabitur de multitudine amaritudinis maliciæ eius. Similiter ſi oſtenderis leoni vel cani uiridē herbam aut cāpum bene florentem, non excitas eum ad concupiſcentiā, quia non habet hoc a natura, & econtra ſi boui oſtēdas carnes nō concupiſcit, quia nō eſt bouis natura. Sic homini carnali ſi de bono cęleſti loquaris, non inde excitatur in concupiſcentiā boni, quemadmodum lapidem humectat aqua cadens deſuper, abintus autem ſiccus remanet, quia nō deſcendit humor in eum. Sic tantūmodo ſonus verbis dei deſuper percutit aures talium, in cor autem eorum nihil deſcendit. Hæc Chriſoſtomus. Quarto hoc idem teſtimoniū regis Ezechie confirmat in ſuo cantico. Eſa. 38. Non expectabunt (inquit) quæ deſcendunt in lacum veritatem tuam. Degenerem enim ſe probat & paterna hæreditate indignum, qui vocem patris audire dedignatur. Vnde & ibidē ſubdit. Pater ſilijs notā faciet veritatem tuam, non alienis ab eo. Aues enim paſcunt & nutriunt filios ſuos non alienos cibo quem ex ore ſuo emittunt. Sic verbo dei quod ex ore ſuo proceſſit dominus cibat electos ſuos non alienos a menſa ſua, ad quam uocati uenire contemnunt. Auis enim ſilueſtris ſi euadit fruſtra clamatur poſt ipſam, & fruſtra ſibi cibus oſtenditur, quia non veniet ad manum domini ſui, ſed potius elōgabitur & perdet eam. Non ſic de domeſticatis auibus. Sic reprobi ſilueſtres a domo dei poſtquàm in pctm̄ ceciderunt, uix aut nūquàm ad cibum prædicationis aut ad manum abſoluentis ſacerdotis deuotę veniunt. Nō ſic illi qui ſunt de domo dei qui ad cibum iſtum ueniunt cum appetitu. Honor enim loquentis & ſapor cibi huius inuitant audiētem. Deus enim eſt qui loquitur. iuxta illud. Matth 10. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Ideo honorare oportet loquētem, ſi ab eo in futurum expectemus honorem. Qui autem non vult ipſum audire, beſtialior eſt beſtijs. quę (vt legitur in paſſionibus beati Blaſij & Mamerti) ad eos conueniebant & quaſi manſuetę ab eis uerba dei audiebant. Non enim reputātur homines, quæ non curant niſi de cibo corporis, quaſi animā non habeant & pecora ſint, in quibus non eſt niſi corpus depaſcēdū. Habet enim homo duo depaſcere, corpus & animā. In domo aūt religioſa ſeruatur ordo ut prius comedāt Abbas & conuentus, & poſtea ſerui. Corpus uero ſeruus eſt animæ. ideo primum reficiatur anima uerbo dei, uel orone, uel aliquo alio bono, q̄ corpus depaſcat. Iō prius auditur miſſa quā comedat corpus, & in religionibus canit in menſa, ut habeat aīa unde ſimul reficiatur cū corpore. Quinto hoc idē perſuaderi pōt aliquibus rōnibus, quia ſcriptum eſt 1. Corin. 14. Si quis ignorat ignorabitur. cū ergo tales nō uenientes ad ſermonē ignorent deū, ignorabuntur. Quō enim cognoſcerent quē nō uiderunt, niſi ꝑ auditū? & quō audiēt ſine p̄dicante? Ro. 10. Iō talibus cū ingredi uoluerint gloriā dei dicetur. neſcio uos. Sed iō multi fugiunt ſermonē, quia ibi putāt audire malos rumores. Vellent. n. ꝙ cibus corporis melior & utilior pro eis pararetur, & cū inter plures diuiditur, libēter pro ſe partē meliorē accipiūt Sed nō ſic faciūt de aiæ cibo, quia qđ eſt alteri utilius q̄ qđ ſibi, libentius accipiūt. Plus. n. cupiūt audire de pctīs alienis q̄ ſuis, & cū hæc audiunt, iudicant in corde ſuo, hoc non eſt pro me, ſed pro tali uel tali, & pro ſe minus quàm poſſunt de cibo illo accipiunt: in quo magna fatuitas iudicatur. Alij ad ſermonem ueniunt & pro tpe cōpunguntur, ſed ſtatim oīm obliuiſcuntur, uelut ſus in piſaria, q̄ qn̄ comedit piſa ad clamorem hoīs caput erigit, ſed eo tacente ad uorāda piſa redit. Sic tales audiūt prædicatores clamātes & increpātes uitia, & tūc euigilant & leuant mentem ad deū, ſed ſtatim finito ſermone redeūt & oīm obliuiſcuntur. Sicut calatus quandiu eſt in aqua retinet aquam, ſed extra nihil. Sic quādiu ſunt in ſermone cōpunctionem habent, ſed extra ſermonem nihil. Et iſtud periculoſiſſimū eſt ſi ſæpe verbum dei habeant. Nam Hæbre. 6. Terra ſuper ſe uenientem bibēs imbrem, proferēs autem ſpinas & tribulos, reproba eſt & maledicto proxima, cuius conſummatio in combuſtione. Super quo Chriſoſto. Si non eſſet terra exculta, ſi non potata umbribus, non eſſet tantū malum. Si non ueniſſem (inquit dominus) & locutus



locutus eis non fuiſſem, peccatum nō haberent. Si uero ſępius bibiſti & excepiſti, qua rōne alia pro fructibus protuliſti? Expectaui (inquit) ut faceret uuas & fecit ſpinas. Alij deteriores ſunt qui ad ſermonem ueniunt, ſed nihil inde intelligentes ad fabulandū conuertunt, ut ſermonē & ſermocinantem impediāt, ſimiles hirundini; licet in eccleſia faciat nidum nihil tn̄ aliud facit ibi q̄ garriēdo impedire diuinū ſeruitium, ſic tales ſe habent ſedentes in eccleſia, ſed alios ab auditu diuini uerbi diſturbantes & impedientes.

A Sunt. [illegible]

*Feria ſecunda poſt dominicam in paſſione Dn̄i. Sermo* I. & *in ordine.* 110.

ADhuc quadraginta dies & niniue ſubuertetur. Ione. 3. Qn̄ uenator uidet canes ſuos ſequi prædam nullius ualoris ad quam ſequendam multum uexari poſſunt & paucum lucrari retrahit eos. Vidit dn̄s ꝙ multi ſequūtur delicias carnis, diuitias, & honores quæ nihil ſunt. ſicut teſtatur Salomon qui de his multa expertus eſt. Eccle. 2. Cum me conuertiſſem ad omnia opera quæ fecerant manus meæ, & ad labores in quibus fruſtra ſudauerā, uidi in oībus uanitatem & afflictionē animi & nihil permanere ſub ſole. Et ad hoc nos admonet in euangelio hodierno dominus. Ioh. 7. Si quis ſitit honores. ſ. diuitias, & delicias ueniat ad me & bibat, & flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Audierunt niniuitę & ad hunc fontē uenerunt, & ex eo hauſerunt miſericordiā. Fugit Ionas & bibit mare amaritudinis, & cęte peccati deglutiuit eum. Audierūt phariſei & maiores iudeorū, & abhorruerunt tabernā xpi. Audierunt ſimplices, & hauſerunt aquam de ciſterna Chriſti. Et hoc ideo, quia lata eſt differentia inter piſcari & potare, quia qui piſcantur quęrūt aquā turbidā, potantes uero clarā. Et qa maiores iudęorum non quærebant niſi piſcari honores & diuitias cum ſuperbi eſſent & auari, ideo aquam Chriſti claram. id eſt doctrinam non quærebant ſed magis ſecularem & mundanam quæ turbida eſt. Simplex uero populus ſuam ſalutem appetebat, ideo facile de fontibus ſaluatoris hauriebat. Facilius in ſuper domeſticatur ad manum auis peregrina ut accipiter quàm domeſtica ut gallina vel gallus. Sic facilius domeſticantur qui non ſunt miniſtri domus dei (ut ſimplex populus) ad opus dei faciendū quàm phariſei miniſtri & domeſtici dei. Vt ergo facile hauriamus de fontibus eius, inclinemus nos ad canale per qđ tranſiuit fons ille. Illud eſt mater dei quā ſalutabimus dicentes Aue.

Circa thema propoſitum dicemus primo qualiter Ionas miſſus eſt in niniuem & fugit a Deo. Secundo quomodo miſſus eſt in mare, & deglutitus a piſce marino. Tertio qualiter populus niniue pœnitentiam egit & miſericordiam accepit a Deo. Pro primi expeditione. Factum eſt uerbum domini ad Ionam filium amathi. i. filium ueritatis. Filius autem ueritatis multos ſemper habet aduerſarios, qa quaſi oēs ueritati aduerſantur, quæ licet ad tempus opprimatur, in fine tn̄ triumphat. In ſignum cuius Ionas fuit multipliciter tribulatus, ſed multipliciter liberatus. Vix de alio legimus tot euaſiſſe pericula. Primo enim fuit filius uiduæ sareptane qui mediāte Helya cum matre ſua euaſerat periculum famis. Secundo fortiſſimo languore elanguit ita ꝙ mortuus eſt, ſed ab Helya ſuſcitatus. Tertio miſſus ad prædicandum contra niniuitas ueritatem in periculo maximo uitæ ſuæ, qa contra regem & ciuitatem. Quarto poſtquàm fuit in tempeſtate maxima proiectus eſt in mare, & fuit in uentre cęti tribus diebus & tribus noctibus uiuēs. Quinto aduſtus tāto calore ſolis ꝙ peteret animę ſuæ ut moreretur. Ecce quid ſuſtinuit filius ueritatis in ſignum ꝙ qui ueritatem loquitur multas tribulationes ſuſtinebit, ſed in fine liberabitur. Iohan. 8. Si manſeritis in ſermone meo cognoſcetis ueritatem, & ueritas ipſa liberabit uos. Surge uade in niniuem ciuitatem grandem, & prædica ibi. Ionas interpretatur columba, quia ſimplices ut columbæ olim mittebantur ad ciuitates grandes ſubuertendas a malicia eorum. Vnde & dominus mittens diſcipulos ad prædicandum iuſſit ut eſſent ſimplices ſicut columbæ. Nūc uero aſtutis prudentia mundana dantur grandes ciuitates & magna beneficia, ſimplices autem mittuntur ad parua. Sed Ionas fugiebat onus, quia periculoſum ualde. Iſti uero onus acceptant ſed exercitium eius fugiunt, quia non eſt eis dele-

B *Veritas. Qui ſuſtinet ueritatē multa patietur.*

C *Simplicitas. Qđ olim ſimplicibus dabātur beneficia nunc aſtutis.*

D

*Fugere. Quod qui fugit a Deo ad deum accedit.*

ctabile. Aſcendit enim malicia eorum coram me. Et fugit Ionas a facie domini. Nemo poteſt fugere a deo peccando vel inobediendo quin ad ipſum deum fugiat a Deo placato ad Deum iratum. ps̄. Si aſcendero in cœlum tu illic es, ſi deſcendero in infernũ ades. Ionã tñ fugitiuũ queſiuit mare, & ad Deum reduxit, quod fit quotidie cum illi qui a Deo receſſerunt, per præſſuras & tribulationes ad Deũ reuertuntur. Mali enim quandoq; fugiunt a Deo fuga uani timoris, quia pericula timent, ut mercennarius & cuius non ſunt oues uidens lupum uenientem fugit, quia mercennarius eſt. Sic fugit Ionas: ſic fugit adoleſcens relicta ſindone nudus. Marc. 18. Cum tñ non eſſet periculum eſſe cum Xp̄o. Sed hæc fuga perijt a Dauid. ps̄. Periit fuga a me. Non enim fugit a Golya, ſed audacter eum aggreſſus eſt. Præſentiam etiam Dei ſe credunt fugere fornicarii & qui latenter peccant, qui dicũt. Non uidebit Dñs nec intelliget Deus Iacob. Sic uiſus eſt credere Adam cum fugit & aſcondit ſe in medio lignorum paradiſi.

E

*Nauis. Quattuor alleuiant nauẽ animæ.*

In ſecunda parte uidendum eſt quomodo Ionas miſſus eſt in mare, & deglutiuit eum piſcis marinus. Dominus autem miſit uentum magnum in mare, & facta eſt tempeſtas magna in mari & timuerunt naute, & miſerunt uaſa quæ erant in naui in mare ut alleuiaretur nauis contra periculum. Alleuiant nauem paupertas ſpiritus & charitas. A temporalibus paupertas renunciando, & charitas largiendo. Seneca. Nemo bene cum ſarcinis enatat. Sufficit periclitanti ſi ſaluet animã ſuam de ſpoliis non cũrat. Hiere. 21. Qui egreſſus fuerit uiuet, & erit ei anima ſua quaſi ſpolium. 1. Macha. 4. Non concupiſcatis ſpolia, quia bellum contra nos eſt. Secundo confeſſio & timor Dei nauem cordis ab aqua peccatorum recepta euacuant & foramina obſtruunt ne intret. Quid enim eſt confiteri & flere peccata, niſi concupiſcentiarum aquam eiicere? Treñ. 2. Effunde ſicut aquam cor tuum. Timor etiam ad hoc iuuat. Eccl. 1. Timor domini expellit peccatum. Obſtruit etiam timor foramina ſenſuum ne intret aqua concupiſcẽtiarum. Sicut enim aqua excludit aerem, eſt ſic concupiſcentia Dei gratiã. Dormiebat autem ſopore graui, quia ſæpe qui a ſtatu bono cadunt cum uanis ſeculi curis inuoluuntur longe peiores ſunt & grauius dormiunt, quàm qui ſemper fuerunt mali. Qui enim non conſueuerunt bibere uinum poſtquàm ſemel bibere cęperũt communiter melius, quàm alii qui ſemper uinum biberunt, bibunt. Et acceſſit gubernator dicens. Quid tu ſopore deprimeris? Quia qui caput aliquando extitit malorum: quandoq; prælatum malum redarguit tanquàm peiorem ſe. Hoc eſt quòd aſina Balaam allocuta eſt. Hoc eſt etiam quòd Egyptii filios Iſrael exire de Egypto compulerunt. Eſaiæ. 23. Erubeſce Sidon ait mare. Et miſerunt ſortes. Mala ſors ſemper cadit ſuper peccatorem, modo uidetur multum lucrari ſed in fine perdet ludum. Quid faciemus tibi: quia mare intumeſcit, &c. Inobedientem neque terra neque mari pati poſſunt. Ionas quoque ibi inuenit laborem, ubi fugiendo ſe requiem habere credebat, quia ei qui Deo aduerſatur omnia in contrarium cedunt. Tulerunt Ionam & proiecerunt in mare, & mare ceſſauit a feruore ſuo. Proiectus eſt Chriſtus in amaritudinem pęnę, & ſic ceſſauit tribulatio a nobis, quia nihil ſunt pœnæ noſtræ in comparatione ad ſuam. Ideo in ps̄. dicitur. In diluuio aquarum multarum ad eum non approximabunt. Sicut aquæ currentes reſpectu maris nihil reputantur, ſic nec pœna noſtra reſpectu pœnæ Chriſti. Item Iona miſſo in mare ſtat mare a feruore ſuo, quia quod prius homini uidebatur importabile Chriſti exemplo fit leue, qui ſe exinaniuit formam ſerui accipiens proiectus in mare mundi. Sicut tigris rapido curſu inſequitur uenatorem, & tanto affectu proſequitur fœtum ut ſe mittat in uenatoris ſpiculum, ſic Chriſtus ut nos eriperet de manu uenatoris Dyaboli, in ſpiculum & mare mortis ſe miſit. Ideo (teſte Auguſtino) cum Chriſtus per alia beneficia ad amorem ſuum nos incitauerit, per mortis beneficium nos coegit. Hic eſt uir de quo Ezech 10. dicitur quòd manus ſuas impleuit de igne & ſuper ciuitatem proiecit. Omnia enim opera eius ſunt plena charitatis igne, & maxime quando manus ſuas in cruce extendit, & tunc proiecit ignem ſuper ciuitatẽ eccleſiæ & eam charitate inflamma-

F G H



I

K

uit. Secundo in mari abſconſus eſt Ionas: quia in amaritudine conſcientiæ ſuæ proiiciuntur qui celant peccata ſua. Sicut.n. mari aſſueti non ſentiunt eius fœtorem, ſic qui aſſueti ſunt cum mala conſcientia uiuere fœtorem peccati non ſentiunt. Tertio. Sicut Ionas dicebat quamdiu eſſet in mari nõ ceſſaturam tempeſtatem, ideo proiecerũt eum in mare, ſic quã diu uiuunt mali & brigoſi hoĩes non põt eſſe pax in patria, ſed ſemper tribulatio & tempeſtas. Et ideo neceſſe eſt ꝙ ſors fortunæ ſuper tales qñq; finaliter cadat, & ipſos ſua iniquitas comprehendat, & quòd naute. i. prælati regentes nauem de ſtatu & fœlicitate ſua eos proiiciant & in mare paupertatis deponant. tradãtq; ceto. i. auſteris hoĩb. qui eos deuorent, & deinde ad littus paupertatis euomant. Prouerb. 22. Eiice deriſorem & exibit cum eo iurgiũ, ceſſabuntq; cauſæ & contumeliæ. Fuit Ionas tribus diebus in uentre ceti Cete primo deglutiuit Ionam. cete. i. peccatum. Tho. 6. Piſcis in manis exiuit ad deuorandum Thobiam. Cete habet fimũ delectabilem & ſuauem quem emittit cũ eſurit, & eo piſces attrahit, q ſtatim attracti deuorantur ab eo. Sic peccator habet modicum fimum. i. breuem delectationem, quę hoĩes attrahit & deglutit. Mare in quod proiicitur pœnitentia eſt. Sicut aũt mare corpus mortuum non ſuſtinet ſed abiicit. Apoc. 20. Mare dedit mortuos qui in ipſo erant, ſic uera pœnitentia omne peccati cadauer abiicit Exo. 14. Filii Iſrael tranſeuntes mare uiderunt egyptios mortuos ſuper littus maris. Tribus dieb. fuit Ionas in uentre ceti priuſquam liberaretur, quia tres ſunt dietę pœnitentię ſecundum tres proprietates maris. Primo aqua maris eſt ſalſa & amara, & ſic contritio. Eſa. 25. Recogitabo tibi oẽs annos meos in amaritudine animæ meæ. Et per hanc amaritudinem tollitur amaritudo peccati & eiicitur cadauer. Tren. 4. Conſolabor te filia Syõ, magna eſt uelut mare contritio tua. Secũdo aqua maris eſt calidior ſecundum Galienum. ideo non congelatur. Per quod ſignificatur confeſſio, quia debet frontem calefacere pro confuſione & uerecundia. Iob. 41. Ferueſcere faciet quaſi ollam profundum maris. i. cor ueri pœnitentis. Sicut olla feruens muſcam ſuper ſe remanere non permittit, immũditiam ſpume abiicit, & quod in fundo latebat calor extra exilire facit. ut patet in piſis & fabis olle bullientis, ſic cor feruens in confeſſione peccatorum nec retinet muſcas cogitationum, & omne quod latebat interius ꝓdire facit exterius. Tertio aqua maris eſt grauior propter terram admixtam? Inde eſt ꝙ ibi ouum non ſubmergitur ſicut in aqua dulci. Sic ſatisfactio grauis eſt & dura. Eſa. 9. Aggrauata eſt uia maris trans Iordanem Galileæ. Iordanis riuus eſt iudicii Galilea tranſmigratio. Qui uolũt trãſmigrare. i. tranſire in Deum abſq; ſubmerſione in infernum debent ire per uiã grãdem ſatisfactionis. Et clamauit Ionas ad dñm de profundo maris. i. de ꝓfundo culpe, & cete euomuit Ionam. Minor eſt culpa cum ſolum conſentitur, profundior cũ ad opus peruenitur, profunda magis cum in conſuetudinem uertitur. ſed profundiſſima cum culpa excuſatur & coloratur. Iſte uero de fuga ſua iam ſe excuſabat dicens. Quis ſcit ſi conuertatur & ignoſcat Deus? Iam itaque abſorptum in uentre ceti dominus exaudiuit, ut non deſperet peccator. Tunc enim dominus quærebat eum, quando fugiebat ab eo. Vnde poterat dicere illud. ps̄. Errauí ſicut ouis q̃ periit, quere ſeruum tuum domine.

L

*Pnĩa. Qđ dñs non memi nit pcõrũ eius q ue re pœnitet.*

In tertia parte uidendum eſt quomodo populus niniue pœnitentiam egit. & miſericordiam accepit a domino. Vnde ait dominus Ione. Surge uade in Niniuẽ ciuitatem. Poſtquàm euomitus eſt Ionas non improperatur ei fuga præcedẽs, quia quacunque hora liberatur homo de uoragine peccati, omnium iniquitatum eius dominus non recordatur. Vnde dixit ei dominus. Prædica in Niniue prædicationem quam ego loquor ad te, quia nõ ſufficit prædicatori ꝙ prędicet uerbum Dei, niſi fiat ſecundum uoluntatẽ eius. Adhuc 40. dies &c. Quærit Altiſſiodoren. ſecunda parte, cum Deuter. 13. habeatur Propheta qui corruptus nomine meo uel aliorum deorum falſum dixerit interficiatur. & non poteſt dici quòd quis falſum dixerit niſi per illius dictum ſecundum ſignificationem uocis propriam ſecundum quã Ionas dixit falſum. Debuerunt igitur niniuite cum uiderent Niniue non fuiſſe uerſi in tẽpore determinato a Iona cum ſecundũ

M

*Ionas propheta. i Ionas falſum dixit: quare nõ fuit lapidatus.*

legem lapidare. Reſponſio. Naturale eſt homini ſemp ſperare de miſericordia dei immo etiam omni animali. Vnde quod dictum eſt a Iona intellexerunt niniuitę ſecundum merita niſi pœniterent. Et ideo nō debuerunt ipſum interficere, cum a ſpiritu ſancto intellexerunt ſenſum prophetiæ intentum ſcilicet q opera eorum exigebant ſubuerſionem ciuitatis Ideo uoluerunt mutare merita, ut deus comminatoria mutaret iudicia. Rex niniue ſurrexit de ſolio rex niniue.i. Chriſtus ſurrexit de ſolio paternæ gloriæ & indutus ſacco humanitatis noſtrę, ſedit in cinere mortalitatis noſtrę ut ſuos ad pœnitentiam ſuo exēplo prouocaret. Vel rex niniue.i. prælatus peccator ſurrexit, quia niſi ire Dei cito obuiet per pœnitentiam & morum conuerſionem cito grandeſcit & quæ prius erat ſemita ire.i. parua uia ire ad peccatorem uel ciuitatem peccātē, poſtmodum fit uia grādis & lata. ps. Viam fecit ſemite ire ſuæ, & non pepercit a morte animarum eorum. Stagnalis aqua inueniens foramen per qd̄ tranſeat niſi cito occurratur, uiam facit p quam tota cito defluit. Semita erat ire dei in comminatione, ſed ei cito occurritur in niniuitarum conuerſione. Semita erat in primis plagis Pharaonis, ſed uia facta eſt in ultimis & ſubmerſione. Semita eſt cum gladio peſtis aliquos percutit. uia cum totam ciuitatem inficit, uel ſemita eſt cum Deus uno tantum ſuo gladio percutit. uia cum pluribus in omnes graſſatur. Vnde cōmuniter præcedit quod ante dicitur immiſſiones per angelos malos, quæ communiter fiunt per ſomnia terribilia, quæ dum fiunt, ſigna ſunt poſteriorum malorum & tribulationum Sap. 18. Viſus ſomniorum malorum turbauerunt illos, & timores ſuperuenerunt inſpirati. Et ſequitur. Viſiones enim illorum quæ eos turbauerūt hęc promouebant ne inſcij quare mala paterētur, perirent. Secundo ſurrexit de ſolio ſuo ſe humiliando. Non ſic multi coram ſacerdote, qui non ſequuntur conſilium ſapientis dicentis. Presbytero humilia animam tuam, quia tales cum faſtu accedunt ad ſacerdotem non ſe humilitantes ad pedes eius, ſed iuxta eum ſedentes tanquam uenerint cum eo litigare. Tales nō ſurgūt de ſolio ſuo. ſed in eo reſident Iona prædicante. Et ita ſurrexit rex per compunctionem, & abiecit ueſtimentum peccati per confeſſionem, indutus eſt ſacco ſedens in cinere per humilem ſatisfactionem. Et ita rex primus hanc pœnitentiam fecit, qui eam præcepit, quia hic eſt rectus ordo, ut qui iubet incipiat a ſeipſo. Verſus. Si cenſura agitur, & ſic exempla parentur. Cū iudex alios quod monet ipſe facit. Tertio prędicauit ieiunium. Ionas enim non prædicauit ieiunium, ſed ſolum conuerſionē Non autem ſuffecit niniuitis ut conuertantur, ſed alijs prædicant ieiunium. & ita facti ſunt doctores qui prius erant auditores. Et hoc eſt quod Dauid in perſona pœnitentis ait. Redde mihi leticiam ſalutaris tui & ſpiritu principali cōfirma me. & ego docebo iniquos uias tuas. Et Ezechias ueniam petens ait. Domine ſaluum me fac, & ſequitur. & ego & alij conuerſi per me pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus uitæ noſtræ. Quarto indutus eſt ſacco, immo omnes niniuite a minori uſque ad maximum induti ſunt ſaccis. Hoc enim ſuperaddiderunt, & hoc oportet fieri, ut ſi ſacerdos tibi iniungat ſextam feriam ieiunare, ſuperaddas & quartam. Potes enim per te aggrauare pœnitentiam, ſed nō per te alleuiare. ſicut faciunt quibus iniunctū eſt feria ſexta a uino abſtinere, qui optime bibunt. Eſa. 54. Dilata locum tentorij tui & pelles tabernaculorum tuorum extende ne pereas. Dilata locum habitationis tuæ uſque ad elemoſinarum largitionem peregrinationes, & huiuſmodi. & pelles tabernaculorum tuorum. i. carnis tuæ extēde per ieiunia & uigilias, ſicut fecit qui dicebat. Anticipauerunt uigilias oculi mei, & hoc nec pereas. Ionas itaque pœnitentiam prædicauit. ſed qui crediderunt ei ieiunium indixerunt. deinde non ſolum ieiunauerunt, ſed etiam induti ſunt omnes ſaccis. Quinto uero non ſolum rex prędicta fecit, ſed in cinere ſedit, quia ſemper augenda eſt pro peccatis pœnitentiam, & maiores qui grauiora peccata committunt, ſunt qui plus pęnitere debent. Contra. n. exceſſum in cibis & potib. ieiunauit, cōtra exceſſum ueſtimentorū indutus eſt ſacco. contra laſciuiarum exceſſum clamauit ad dominum. contra ſuperbiam ſedit in cinere. Veſtiri autem ſacco & cinere erat quaſi quoddam ſacramentum tunc tēporis pœnitentiæ indicatiuum. Vnde Ale in 4.

*N Ira Dei. Quō ſemita ire dei qnq; conuertit in grandem uiam.*



parte tract. de pęni. Licet ante legem ſcriptam nullum fuerit inſtitutum ſacramentum, erant tamen quædam ſigna in modum ſacramentorum quæ gerebantur in ſignum pœnitentię quæ habebant ex inſtinctu naturæ non ex inſtitutione. ut patet in hoc regis facto. Super quo dicit gl. quia Deum luxu & ambitione offenderāt, eorum condemnatione placant per quæ prius offenderant. Prius quidem ieiunium quod in occulto offertur, deinde ſaccus q exterius adhibetur. ut ſcilicet pro peccatis occultis & manifeſtis pęniterent. Sic & Iob pro filiorum peccatis offerebat olocauſta. Sextò præcepit rex ſuis ſubditis cito pœnitentiam agere dicens. Homines & iumenta non guſtent. Aliter ieiunant homines ut homines, aliter ut beſtię. Ieiunantur homines, dum ſicut homines ieiunant ieiunando a cibis q peccatis. Ieiunāt ut beſtiæ, qui ieiunant a cibis ſed nō a uitijs. Primi ut homines merentur: Secundi ut beſtię merito carent. Sed ſi non guſtēt quicquam peccati ſicut nec cibi, tūc uerū erit quod dicit. ps. Homines & iumenta ſaluabis domine. Et pepercit dn̄s ciuitati niniue. Et hoc ideo, quia uelociter pœnitētiam egerūt. Nam ſi per quadraginta dies pœnitentiam diſtuliſſent, fuiſſent ſubuerſi. Quorum exemplo per multos dies aut annos non eſt differenda conuerſio aut pœnitentia. Si enim iſtis periculum fuiſſet expectare per quadraginta dies, quale periculū chriſtianis imminet qui maiorem de deo habent cognitionem quàm Pagani illi, & tamen ad pœnitendum expectant per multos dies & annos? Vulneribus corporis cito medicinam apponunt, nec quadrageſimam expectant, & mirabile eſt quòd peccator audet in aliquo ſtatu uiuere in quo non uellet mori. Sed quæritur. Si deus eſt mutabilis nunc uolens ſubuertere ciuitatem, nunc nolens. Aug. 22. de ciui. Dei uidetur dicere q hęc mutatio non eſt in Deo ſed in creaturis. ſ. in hoībus nunc bonis, nunc malis. Eſt enim illis lenis quibus antea iratus erat, ſicut ſol mutari non dicitur ſi nunc lenis ſit oculis ſanis, qui prius aſper & moleſtus erat oculis ſauciatis. Secūdo dicitur quod hic dominus ſuā non mutauit ſententiam. Euertere enim dicitur duobus modis peccatores. Aut ſicut ſodomitas puniendo pro peccatis, aut ſicut niniuitas ipſa peccata per pœnitentiam euertendo, & ſic factum eſt quod prędixit Deus. Euerſa eſt niniue quæ mala erat, & bona ædificata quę non erat. Stantibus enim mœnibus & domibus, euerſa eſt ciuitas in perditis moribus. Vnde ſecundū Alex. in prima parte ſententia dicitur mutabilis non conſilium, quia conſilium notat æternam diſpoſitionem, ſententia uero temporalem rerum executionem. Executio igitur temporalis mutatur, non diuina uoluntas, ſententia non conſilium. ps. Conſilium dn̄i manet in æternum. Hęc de halis. Quia tamē niniue redijt ad uomitū ideo poſtea ex ira Dei ſubuerſa eſt, ut dicit decretum ſumptum ex uerbis Hieronimi de pę. diſt. 3. §. niniuite. De niniuitis autem in principio ſuper Ionam ſcribit Hieronimus. Sicut ait Herodotus. Niniue a rege medorum ſubuerſa eſt regnante apud hębreos Ioſia. Similiter & Naum propheta per totum eius vaticinium, quia poſt pdicationem Ione & indulgentiam conſecutam grauioribus ſe criminibus implicuerunt, prædixit eſſe ſubuertendam.

*Eadem feria ſecunda poſt dominicam in paſſione Dn̄i. Sermo 2. & in ordine. 111.*

TOllite me & mittite me in mare & ceſſabit mare a uobis. Ione. 3. In Iona allegorice loquendo deſignatur aduentus filii Dei in mundum. Nam (ſicut uult beatus Bernardus) poſtquam primus angelus creatus eſt excellentiſſime naturæ & ingenii, cognouit naturam ſe multo inferiorem ſcilicet humanam exaltandam ſuper ſolium ipſius. Vnde inuidens ſuperbiuit dicens illud non eſſe equum & iuſtum Propter cuius ſuperbiam factus eſt diabolus & cecidit a ueritate. deinde hominem impugnans lętaliter uulnerauerit. Hinc factum eſt prælium magnum & tempeſtas magna quam tempeſtatem perſpiciens angelus magni conſilii in conſilio ſanctæ Trinitatis potuit dicere quod Ionas. Tollite me & mittite me in mare & ceſſabit mare a uobis. Propter me enim orta eſt hæc tempeſtas. Propterea miſſus eſt in mare huius ſeculi filius Dei & per triduum deglutitus a morte tandem ſua doctrina niniue ſaluauit. i. eccleſiam. Bibit igitur uerus Ionas de amaritudine huius ſeculi, ut ſui biberent de amenſſimis fontibus paradiſi.

*A Angelus Propter qd̄ angelus malus cecidit.*

radiſi. Vnde ait in euangelio. Si quis ſitit, ueniat ad me & bibat & fiet in eo fons aquæ ſalientis in uitam æternam. Quatuor autem genera hominum libenter in fonte & de fonte bibunt, ſcilicet febricitãtes. i. qui feruore uitiorum ardent. Secundi pauperes. i. qui deuotione carent. Tertii agricultores. i. qui mandata Dei libenter exeolunt. Quarti uiatores, qui per tribulationes ſeculũ iſtud perambulant. Hi fonte mĩæ indigent. Ad fontem igitur Marię currentes ut bibamus dicamus. Aue.

B — *Veritas. Cũ Ionas ueritatẽ fugeret quõ dicit filius ueritatis.*

Circa thema propoſitum. Primo dicemus qualiter Ionas fugiens miſſus eſt in mare, & rurſus a mari deiectus. Secundo qualiter iratus eſt, quia iuxta prædicationem ſuam nõ eſt Niniue ſubuerſa. Primo igitur factum eſt uerbum domini ad Ionã filium Amathi. i. ueritatis, ut pergeret ad prædicandum in Niniue ciuitatẽ grandẽ. Sed quomodo dicitur filius ueritatis qui ueritatem fugiebat & ueritati aduerſabatur? Dr̃ ad hoc. Primo ſecundum Hier. ꝙ ideo dictus eſt filius ueritatis quia dũ Helyſeus eum ſuſcitauit dixit uidua mr̃ ſua. In hoc cognoui qm̃ uir Dei æs, & uerbũ Dei uerum in ore tuo. Ideo dr̃ filius ueritatis quaſi ſecundo natus per eum qui ueritatem prædicabat. Dicitur ſecundo ꝙ multi ſunt qui ueritatem habent qui ea non utuntur, qualis erat tunc Ionas, & nihilominus dicũtur doctores ueritatis. Hii ſunt qui gladiũ ueritatis habent, & tñ nec ſe nec alios defendunt ſignati ꝑ Golyã, qui gladio ſuo non ſe defendit, ſed eo occiſus eſt. Nec mirum, quia 1. Reg. 21. legitur ꝙ gladius Golye erat inuolutus pallio. Cum gladio aũt inuoluto non fit bonus ictus. Sic multi gladium ueritatis habent, ſed non ſe defendunt, quia pallio molli diuitiarum & delitiarum inuoluuntur. Inde gladius in loco humido rubiginatur, & in ſicco ſplendorem retinet. Tertio dici põt ꝙ gentiles & idolatrę filii erant falſitatis, quia in falſa deorũ doctrina enutriti. Iſte uero licet fuerit filius gentilis, mater tñ

C — *Malum. Malicia. Cũo malicia aſcẽdit & deſcendit.*

ſua fuit ſancta uidua & uere in Deũ credens, ideo per hoc potuit dici filius ueritatis. Aſcẽdit. n. malitia eius coram me. Sed uidetur potius ꝙ deſcendit quaſi talentũ plũbi. ps. Super uerticem ipſius iniquitas eius deſcendet. Et iterum. Iniquitates meę ſicut onus graue grauate ſunt ſuper me. Reſpõſio. Iniquitas aſcendit tripliciter coram dño. Primo per dominationem. Vſurpant. n. impii dominationes ſuper iuſtos. Hie. 12. Iuſtus es domine ſi diſputem tecum, quare uia impiorum proſperatur. bene eſt omnibus qui præuaricantur & inique agunt. Talis erat Nemroth robuſtus uenator coram domino. Gene. 10. Secundo per clamorem. Gen. 18. Clamor ſodomorum & gomorreorum aſcendit coram me. Contra hunc clamorem & accuſationem dęmonum, oportet ita alte clamare per prædicationem, per orationem, & per compunctionem ꝙ Deus non audiat illũ. Tertio per fœtorẽ in nares Dei. ps. Aſcendunt uſque ad cœlos ſequitur anima eorũ in malis tabeſcebat. i. erat putredine & fętore peccati plena. Ideo ad oppoſitum neceſſe eſt thus & orationem quaſi ſanctorũ incenſum habere. Quarto per conſiderationem diuinæ bonitatis & accuſationem diabolice iniquitatis ut uindictam ſortiatur a domino. In magnis ciuitatib. magna mala fiunt, ſed abundantia thuris euaneſcere facit fœtorem iniquitatis. Dicitur ſecundo ꝙ quattuor ſunt peccata ex ſcripturis, quæ propter ſui enormitatem clamãt ad dominum uindictam, quibus forte omnibus infecti erant iſti niniuite. Primo homicidium. Ge. 4. Vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Vnde & niniuite multos occiderant innocentes de iudæis. Tho. 1. & 2. Secundo afflictio orphanorum. Exo. 22. Viduæ & pupillo non nocebis. Si læſeris eos, clamabunt ad me, & ego exaudiam eos. Sic niniuite ꝑpter occiſos patres iudæos, uiduas deſolatas & orphanos ĩprouiſos derelĩquebãt. Tertio fraudulenta retentio laborũ. Iac. 5. Ecce merces operariorũ ueſtrorũ qui meſſuerunt regiones ueſtras quæ fraudata eſt a uobis clamat, & clamor eorum in aures domini ſabaoth intrauit. Sic & niniuite iniuſta opprimebant iudæos ſeruitute, & bona eorum rapiebant. Quarto uitium ſodomiticum. Gen. 18 Clamor ſodomorum & gomorreorum multiplicatus eſt. Forſitan propter hoc Niniuite fecerunt ieiunare beſtias & iumenta, quia cum eis beſtialiter uixerant. Sed paulopoſt deſtructa eſt ciuitas illa. Nam præcepit Thobias filio ſuo. Thob. 14. ut egrederetur ab ea. Video (inquit) quia iniquitas finem dabit ei. Vix

D — *Ma... De qu... tur ... catis ... rum ... mor ... nibus ... a dño.*



Vix paucum durant magnæ ciuitates & magna regna propter ea quæ in illis regnant peccata. Fugit igitur Ionas in Tharus, quæ (ſecundum Auguſtinum) dicitur carthago, & dedit naulum ut iret in Tharſis. Sed quo modo fugit Ionas, cum ſciret Deum ubiq; præſentem eſſe? Si aſcẽdero (inquit ps.) in cœlum tu illic es, ſi deſcendero in infernum, ades. Dicitur primo ꝙ occaſio fuge ipſius Ione erat, quia prædicatio ſua erat de ſubuerſione Niniue cathegorica. Sciebat autem Deum clemẽtiſſimum eſſe & facile parciturum ſi pnĩam agerent, & exinde falſus propheta diceretur, quia quod uaticinatus eſt nõ accidit. & hoc eſt qđ poſtea dicit in tertio capitulo aſſignans cauſam fuge ſuæ. Dr̃ ſecũdo ꝙ ideo fugit Ionas quamuis ſciret Deum ubiq; præſentem, quia exiſtimabat ꝙ ſpũs prophetiæ ipſum non tangeret extra terrã promiſſionis, ſicut nec Saul prophetabat niſi quando erat cum choro prophetarũ, & propter hoc fugit. Et hoc ideo permiſit dominus, ut eſſet figura paſſionis & reſurrectionis dominicæ. Dominus autẽ miſit uentum magnum in mare &c. Quod periculoſa eſt inobedientia patuit in Adam. Ezech. 13. Adam exemplum meũ, in uxore Loth, in Pharaone, in Saul, in Chore, in Achor. & ſic de aliis. Et ferme omnes tempeſtates ſeculi procedunt ex inobediẽtia ad Deum & prælatos. Et timuerunt naute & miſerunt uaſa &c. Sic faciũt qui extremo periculo periclitantur mittẽtes bona ſua uel partem pauperibus ad alleuiandum onus eorum uel etiam ad reſtituendum. Poſitus enim in maris periculo ſua proiicit ut ſaluetur, non autem ſe ꝓiicit ut ſua ſaluentur. Luce. 9. Quid prodeſt homini ſi lucretur uniuerſum mundum, ſeipſum autem perdat? Se proiicit in mare ut ſua ſaluentur, qui peccato conſentit ut corpus delectetur. econtra corpus exponit quis ut anima ſaluetur. 4. Regum 7. Syri omnia reliquerunt, tantummodo animas ſaluare cupientes. Multi ſunt parati perdere animam, ut lucrentur temporalia. Vnde natura docente cum uidemus ictum uenientem ad caput brachium opponimus, quia caput ſine brachio bene uiuit, non brachium ſine capite. Sic anima ſine temporalibus & corpore bene uiuit, uita gratiæ & naturæ. Corpus autem & temporalia animæ mortuæ non ꝓficiunt. Et Ionas deſcendit &c. & dormiebat ſopore graui. Sic dormiunt tranſgreſſores mandatorum Dei, ut concubinarii & aleatores. qui non niſi uſque ad ignem inferni excitabuntur. Sæpe tamen accedit ad tales gubernator. i. ratio uel conſcientia dicens. Quid tu ſopore deprimeris? Et tulerunt Ionam & miſerunt in mare. Nemo fuit qui comes eius fieret, ſed ſolus in tribulationem proceſſit, quamuis cognoſceretur uir iuſtus. Eſaiæ. 63. Torcular calcaui ſolus, & de gentibus nõ eſt uir mecum dominus ſolus dux eius fuit, qui duxit eũ per mare & aridam & piſcem præparauit, ut eum inde educeret. Ideo dominus ſolus eſt amicus defunctorum, qui eos a beſtia inferni ſeparat & introducit in regnũ cœlorum. Cete autem euomuit Ionam. Cete grandia in mari ſunt occupationes magnæ in actiua uita, quę abſorbent Ionam, quia intellectus ad plura diſtractus ſepelit animi trãquillitatem, ſed poſt tres dies euomit. i. poſt tria quæ ſunt in actiua uita. ſ. turbatio, damnum & periculum. De turbatione Luc. 10. Martha martha ſollicita es & turbaris erga plurima. Dãnũ, quia ĩpedit ab exercitio meliori. qm̃ qui uacat aliorum negociis, non ſufficit uacare ſibi. Periculum, quia uix agitur ſollicitudo uitę actiuę ſine peccato. & frequenter dum nituntur alios iuuare, ut fieri ſolet cum naufrago pereũte pariter naufragantur. Vnde legimus quendã fratrem in heremo conuerſantẽ cũ ad eum ſecularis frater aduentaſſet, reſpondiſſe ut adiret alium fratrẽ qui iã obierat. & cũ ille miraretur & diceret ꝙ iã mortuus eſſet, ſe quoque mortuum eſſe reſpondit. Ideo ita dure reſpondit dñs matri ſuæ. Iohã. 2. Quid mihi & tibi mulier, ut doceret clauſtrales nõ eſſe ſollicitos ſuper propinquos carnis ſuæ. Similiter & aliis caueant conſulere in ſecretis conſcientiæ, ne cum aliis improuide conſulunt & ſibi & conſulto parent naufragium. In ſecunda parte dicendum eſt qualiter iratus eſt Ionas ꝙ ſm̃ ꝓdicationem ſuam non eſt Niniue ſubuerſa. Vnde ꝓdicatione finita rex cũ populo pniam egit, & dñs pepercit eis. Sed quõ rex Niniue cũ eſſet idolatra & populus eius gentilis, quare tam cito ſine miraculis uerbo prophetę in re tam grandi crediderunt?

E — *Ionas fu... ...*

F — *... De periculo inobedientiæ.*

G — *... Qui ... ...*

H — *Cete. Qđ Cete grandia ſunt actiue uita occupationes.*

I — *Ionas. Quõ rex niniue tã cito credidit Ione: cũ idolatra eſſet.*

runt? Reſponſio. Primo quia uidebant propter peccata populi iſrael uindictam quã deus de eis fecerat in terra tribuum decẽ trans flumen. Timetur enim ignis, qñ ardet proxima domus. Secũdo quia aliquas prophetias & reuelationes ſup hoc hẽbãt, propterea timebant illud impleri tpe ſuo.

Et ieiunauerunt niniuite, & pepercit eis dñs propter ieiunium. Auguſtinus ad fratres in heremo. Ante legem Moyſes ſanctus ieiunium obſeruauit, & legem accepit. Eua quandiu abſtinuit in paradiſo permanſit, ſed dum ieiunium uiolauit, in miſeriam corruit. Moyſes poſt ieiunium cũ deo facie ad faciem locutus eſt, qui ante ieiunium deum nec uidere nec ad eum accedere auſus fuerat. Hieroſolyma a ſennacherib per ieiunium liberatur. Tempore Ione prædicantis per illud niniue ueniam impetrauit. Sic Ieſus filius naue ieiunauit plus q̃ per diem, & curſum ſolis & lune hoſtes ſuperans temperauit. O ieiunium con uiuium animarum, beatus qui te amat, ſed beatior qui te frequentat. Hæc Auguſtinus. Poſtquam autem pepercit dñs niniue iratus eſt Ionas eo ꝙ non eſt ſubuerſa ciuitas, ita ut mortem deſiderare, & egreſſus de ciuitate præparauit ſibi extra ciuitatem ad orientem umbraculum, & ibi ſedebat donec uideret quid accideret ciuitati, & præparauit ibi dominus hederam & aſcendit ſuper caput Ione ut eſſet umbra eius & protegeret eum. Vnde hedera ſterilis eſt arbor quæ cito in murum uel domum aſcendit, etiam uſque ad ſummum, & quandoq; citius & altius quàm in orto fructuoſe arbores, non quidem per ſe, quia uirtutem non habet, ſed innitendo aliene uirtuti. ſ. muro uel parieti, & ſic aſcendit ſuper eccleſias. Sic inutiles & ſteriles homines in orto eccleſiæ citius & altius aſcẽdunt quàm boni & utiles, non propria uirtute, quia nullam habent, ſed innitendo alieno parieti, id eſt prælato uel principi. propter cuius potentiam iniuſte ſuper alios aſcendunt. Muro autem & parieti ſic inutilem ſuſtentanti & ſupportanti dicitur in. ps. Nunquid adheret tibi ſedes iniquitatis? Sic crapuloſi, macquerelli & adulatores promouentur. Sed forte quæreretur quõ permittunt tales inutiles ſibi adhęrere. Rñſio ſm philoſophos, ſub folijs hedere latitant muſce, & ibi quieſcunt uermes putridi & abhominabiles. Similiter hedera nunquàm adhęret muro uel parieti nouo aut nouis lapidibus, ſed muro ueteri & putrido pleno uermium corruptione. Sic in eccleſia lapides noui per gratiã & bonam uitam non ſuſtinent quòd hedera. i. inutilis perſona ſibi adhęreat, uel ipſorum ſuſtentatione aut adiutorio aſcẽdat, ſed corrupti & putridi pleni uermibus peccatorum ſupportãt hederam id eſt inutilem perſonam, ut uermes peccatorum ſuorũ ſub umbra eius lateant. Vnde & Ionas multum iraſcebatur pp hederã quæ aſcendit ſuper caput eius & protegebat eum umbra ſua, cum tamen ſub radice in ea eſſet uermis. Si autem caret hedera adminiculo ſtatim ſerpit in terram nec plus augetur. Sic tales cũ perdiderunt appodiamentum ſuũ ſtatim ab oĩbus deijciunt tãquã inutiles & uiles perſonæ. Et parauit deus vermẽ in craſtinũ & percuſſit hederam & exaruit. In hoc hẽmus duo documenta. Primũ eſt ꝙ peccatum deformat hoĩem ſicut uermis hederam. Vermis naſcens in arbore, primo corrodit eius radicẽ, nec ſtatim apparet exterius. q a adhuc remanet pulchritudo florũ, uiror foliorũ. ſed poſtmodũ uermis paulatim conſumit arboris nutrimentum & humorẽ, quo facto arbor areſcit in ramis & palleſcit in folijs. & ſic tãdẽ oĩno deficit & putreſcit. Sic pctm̃ naſcens in corde per cõſenſum primo conſumit interiorẽ aĩę pulchritudinẽ nondũ tñ iſta conſumptio apparet in corpore, immo adhuc remanet iuuẽtutis pulchritudo & robur corporis. finaliter tñ in morte palleſcit & deficit pp uermẽ pcti. Rom. 8. Corpus mortuum eſt pp peccatũ. Figura eſt in hedera Ione ſuper qua primo lętatus tãdẽ cũ aruit turbatus eſt uſq; ad mortẽ. Homo. n. ſedet & quieſcit in umbra hedere uiridis, cum confidit in uirore pulchritudine, & fortitudine corporis. & in hac lætatur non cogitãs quia corpus ſuũ propter uermen peccati licet forte & uiride ſubito areſcit & putreſcit. Cõtra quos Bernardus in ſermone quodam. Miſer homo quare ſemper omni hora te non diſponis? Cogita te iam mortuum, quem ſcis de neceſſitate moriturum. Secundum documentum eſt ꝙ ſicut parum durauit hedera Ione quæ præparata erat ſuper caput eius contra ſolis ardorem, ſed cum ſol ſuperuenit aruit, nec ei præſtitit umbram. ſic facit mundus in maiori neceſſitate hominẽ derelinquens. Sicut quædam arbores quę in uere & æſtate optime ueſtiunt & pulcherrime, in hyeme cum plus indigerent totaliter denudantur. Sic tpe proſperitatis mundus ſubuenit hoĩ in uictu & ueſtitu, ſed tpe neceſſitatis dum plus indiget eum nudum relinquit. Iſta eſt hędera Ione, quæ dum viruit ſuper eum maxime lætatus eſt dum uero aruit ſupra modum contriſtatus. In maiori enim dolore hæc hominem relinquit in morte quàm fuerit læticia magna in poſſidendo eam. Et cum ortus fuiſſet ſol præcepit dñs uento calido & urẽti, & percuſſit ſol ſuper caput Ione. Eccleſia hodie ſimilis eſt eolie regioni quæ dicitur eſſe regio uentorum. Ibi enim hodie flant omnes uenti. ſ. uentus ambitionis, præſumptionis, turbationis, inuidiæ, ſuperbiæ arrogantiæ, inanis gloriæ. iactantiæ, vanitatis, pompoſitatis, & præſumptuoſe nobilitatis. Ideo Iob. 1. Ventus uehemens irruit a regione deſerti ſuper angulos domus & oppreſſit filios Iob. Sic a deſerto gratiæ id eſt diabolo procedit iſte uentus qui ſubuertit domum eccleſiæ, & per varia mala exempla & uicia ſubditos. ſ. qui ſunt prælatorum filij interimit. Iſte uentus urens ſiccauit hederam Ione, quia hodie tales uenit ſiccant & deſtruũt quicquid in eccleſia uiride & uirtuoſum inueniunt immo omnia temporalia bona deſtruunt. De huiuſmodi uentis Matth 7. Flauerunt uenti & irruerunt ſuper domũ illam & cecidit. Ex uento iſto ſequitur uermis rodens hederam & percutiens unde exaruit, quia ex his ſequitur remordens uermis conſcientiæ, qui dum conſcientiã mordet præ tedio nihil proficit, & ſic areſcit. Tales enim ſunt turbati in conſcientijs & indeuoti, & multa bona dimittunt agere propter turbationem ſuæ conſcientiæ. Et cœpit Ionas eſtuare. Mali ardent imperfecti eſtuant, perfecti refrigerantur. Mali ardent in conſcientiis ſuis. Rom. 1. Exarſerunt in deſideriis ſuis. Imperfecti eſtuant tentationis eſtum ſuſtinendo. Duo enim ſunt quæ hominem redire faciunt a peccato, & ad perfectionem tendere. Vnũ eſt perſecutio tanquam ſtimulus urgẽs, & gratia Dei tanquam funiculus trahẽs. Hæc educunt iſrael de egypto. ſ. Pharao qui eſt ſtimulus vrgens, & Moyſes funiculus trahens. Propterea Ionas ęſtuabat eſtu tentationis, percuſſus tñ eſt a ſole grę. Vnde emplaſtrum de tormentina cum modico de gr̃a Dei impoſitum ſuper uulnus peccati ſtatim ſanat ipſum. Perfecti uero cogitantes Chr̃i paſſionẽ & ſub illa ſedentes, refrigerium inueniunt. ut Helyas ſub umbra iuniperi, & Nathanael ſub ficu. Iſti ſunt q non quærunt umbrã hedere. i. dignitates huius ſeculi quæ ſunt umbra bonorum alterius ſeculi: & tñ ſubito aliqñ coguntur ea ſuſcipere. Ionas. n. non quæſiuit hederã ſed ſubito monſtrata eſt ei, paucum tñ durauit, quia iſta ſeculi refrigeria parum durant. In hoc ẽt oñditur ꝙ pdicatori poſt laborem ſp dñs per ſeruos miniſtrat neceſſaria, ſicut Ione poſt laborẽ prædicationis in niniue hederã dñs tradidit tanquã donum in qua refrigeraretur. Et dixit dñs ad Ionam. Putas ne bene iraſceris tu ſuper hederam & dixit. Bene iraſcor ego uſque ad mortẽ. Interrogatus Ionas utrũ bene iraſcetur ſuper conuerſionem niniuitarum & excecatione Iudæorum, non reſpondit, interrogatus utrum bene iraſceretur ſuper hederam, reſpondit ſe iraſci uſq; ad mortem. In quo ſignificatur quòd longe maior eſt ira cum temporalia amittuntur, quàm cum ſpiritualia. ſicut plus lætantur de collatione temporalium quàm ſpiritualium quemadmodum puer plus gaudet de pomo ſibi dato, quod cito putreſcit q̃ de lapide præcioſo. quia uirtutem eius neſcit. Sicut plus lætatus eſt Ionas ſub una arbore quæ ſub una nocte creuit, & ſub alia periit. Sub umbra foliorum ſe abſcondit Adam, quæ folia ad tempus nitent & contra eſtum aliquod refrigerium præſtant licet breue. Sic temporalia quæ in modum foliorum & hedere Ionæ cito caſura ſunt aliquam conſolationem prȩſtãt. Qui enim in umbra foliorum confidit, areſcentibus foliis ei deficeret umbra, & tunc exponetur ardori. Et ſicut deſiccata hedera percuſſit Sol ſuper caput Ionę & æſtuabat, ſic cedentibus temporalibus bonis æſtuant ardore ſempiterno, & poſt talis umbræ refrigerium magis torquentur ab æſtu. Secundo ad oſtendendum quòd homines paſſionati & affectati non bene iudicant: quia ſecundum affectionem & paſſionem qua afficitur homo iudicat. Homo

K *Hedera. Qũo ſlati inutiles ad inſtar hedere aſcendũt ad dignitates eccleſiæ.*

L

N

O

M

P *Tpale. Magis iraſcimur cũ tpalia perdimus quam cũ ſpũalia.*

mo n. amans aliquid terrenum plus dolet de amiſſione illius q̃ cœleſtium, q̃ nihil aut paucum diligit. Ideo mites & mãſueti boni ſunt in iudicio, quia extra paſſionẽ. p̃s. Diriget manſuetos in iudicio. Vñ plus dolent moderni prælati de amiſſione temporalium, quàm de ſubuerſione morum ſubditorum. Hier. 12. Paſtores demoliti ſunt uineam meam, conculcauerunt partem meam. i. ſpiritualia & animarum ſalutem. Partem autem ſuam. i. decimas & oblationes non negligunt, & de eis quæ ſua ſunt ſolliciti. quæ Chriſti ſunt non q̃rũt. Econtra qñ nunciatum eſt Iob ꝙ poſſeſſiones eius perierant, quaſi non doluit ſed ait. Dñs dedit, dñs abſtulit. Cum autem nunciatum eſt de filiis, ſcidit ueſtimenta & cinere caput conſperſit. Econtra noſtri prælati cum eis nunciatur de ſubditis ꝙ pereunt, parum aut nihil curant. ſi uero nuncietur ꝙ ablate ſunt capræ uel oues, ualde dolent. Dicitur ꝙ dęmones q̃buſdã prælatis Siciliæ negligentibus quondã litteras miſerunt in hũc modum. Principes tenebrarum principibus eccleſiarum ſalutem. Gratias uobis referimus: quia quot uobis commiſſi: tot ſunt nobis miſſi. Et dixit dñs. Tu doles ſuper hedera &c. & ego non parcam niniue ciuitati magnæ &c.

Q. *Paruul⁹. Qũo pp paruulorum multitudinẽ pepercit dominus niniue & non ſodomis.*

Sed quæritur cur dñs pepercit niniue ciuitati magnæ ꝓpter pluſquam centũ uiginti milia eorum qui neſciunt diſcernere inter iumenta & hoĩes. i. ꝓpter multitudinẽ paruulorum. Nonne ſic parcere debuit dominus ſodomis ꝓpter paruulos? Præterea nonne feruentiores ſunt orões & preces magnorũ q̃ paruulorum, ſicut & cognitio maior eſt? Quanto. n. bonum plus cognoſcitur eſſe bonum, tanto plus diligitur & appetitur. Magis aũt ætate prouecti, plus cognoſcunt Deum, ergo uidetur ꝙ Deus plus debuit parcere propter prouectos q̃ propter paruulos. Reſponſio ꝙ dñs ꝓpter quattuor pepercit niniue. Primo propter miĩam ſuam quam ex mera liberalitate uni dat & alteri negat. p̃s. Hunc humiliat & hunc exaltat, quia calix in manu domini ad dandum niniuitis. Propterea niniuitis pepercit, qui ſodomitas fulgurauit. Secundo propter pœnitentiam & morũ cõuerſionem ut plene deducit in textu. Tertio propter iudęorum & populi iſrael partem q̃ tunc exul habitat in niniue. Hii n. erant boni diligentes Deum & ibi prædicantes eum. Vnde & Thobias ſanctus & filius eius in niniue habitauerunt. de quo Thobia p̃re legitur. Thob. 12. ꝙ p̃cepit filio ſuo ut poſtq̃ eũ ſepeliſſet & matrẽ ſuã cum eo fceleriter de illa ciuitate peregrinaretur, quia eius iniquitas finem daret ei. Poſtq̃. n. ecerũt hanc pœnitentiã iterum redierunt ad uomitum propter quod ſubuerſa eſt. Si fuiſſent decem iuſti in ſodomis, non utique ſubuerſę fuiſſent quinque ciuitates ille, ſed nec Loth ſtante poterat angelus facere quicquam. Quarto ꝓpter paruulos innocẽtes quorum dominus miſerebatur. Licet. n. prouectę ętatis hoĩum orationes feruentiores ſint & maioris meriti, quanto a maiori charitate procedũt, tñ paruulorum orationes qui ſunt a patribus edocti ſic & ſic orare, ſunt puriores & mundiores, quanto pueri minus ſunt mũdanis immixti. Vnde p̃s. Cuſtodi animam meã & erue me, & hoc ideo quia innocẽtes. i. pueri & erecti. ſ. iudæi adhæſerũt mihi ſimiliter quia ſuſtinui te pœnitentiam & ieiunia perficiendo. Paruuli quippe cũ magnis ieiunauerũt & ſaccis ĩduti pñiam egerunt, non q̃a peccauerint, ſed ne ꝓ parentũ peccato tp̃aliter punirent̃. Propter quod & dñs eis magis quã paruulis ſodomorum pepercit.

*Feria 3. poſt dominicam in paſſione. Sermo primus. & in ordine. 112.*

FEr prandium quod habes in Babilonẽ. Danie. ult. Per Babilonem intelligitur uſurarius propter multa. Primo quia in babilone adorabat̃ Bel ſiue Baal ſiue Baalim cui ſacrificabantur filii & filiæ, quos ſectabantur filii Iſrael, de quib. 4. Reg. 17. Seruierunt Baal & cõſecrabant filios ſuos & filias ſuas per ignem. Sic in domo uſurarii nihil adoratur niſi aurũ & argentũ, & relicto deo ipſi argento famulantur uſurarii, & filios ſuos & filias ſuas immolãt dæmoniis, quia lucris illicitis & uariis peccatis filios & filias implicãt & adaptãt, nec aliter uellent ipſos adaptari. Secundo q̃a in babilone pueri in fornacẽ proiiciunt̃, ſtatura aurea exaltat̃, & hoĩes ipſam adorare cõpelluntur. Sic in fornace concupiſcentię uſurariorũ detinẽtur pueri. i. pauperes & coguntur adorare ſtatuã aureã. i. uſurarium mutuando ab eo neceſſaria.



Tertio quia ſicut Babilõ repleta ẽ ſpolijs omniũ nationũ & poſtmodum deſtructa eſt, ita vt ibi requieſcerent beſtię, dracones, ſtrutiones & piloſi. vt habetur Eſa. 13. Sic domus vſurariorũ repletur ſpolijs pauperũ & poſtmodũ & cito deſtruitur & ſit habitatio tyrannorũ, clientũ, ſatraparũ, latronũ, & aliorũ qui diligunt ſpolia eius. Inde eſt ꝙ prandiũ Abachuc iuſti delatũ eſt in Babilonẽ ad lacũ Leonũ, quia prandiũ pauperũ ad vſurarios defertur, ſicut ad ſpeluncam latronũ. Naũ. 2. Leo. 1. vſurarius cœpit ſufficienter ſibi & impleuit ſpeluncas ſuas ſpolijs, & cubilę ſuum rapina. Quarto quia ſicut Babilon oppoſita eſt Hieruſalẽ, ſic vſurarius aduerſus eſt illi ciuitati cœleſti, quia hęc cõicat lumen ſuum, ille vero abſcondit bonum ſuum & aliorum ne alijs communicet. Iõ a ciuitate illa excludetur & excommunicabitur in qua Deus & ſancti pauperibus lumen gratiæ & miſericordiæ cõmunicant. Quod lumen impetrabimus a Maria ſtella maris dicentes Aue.

3 *Vſura. Quid ſit* [illegible]

Quia prandium. i. bona pauperũ cõiter ferantur in Babilonem. i. in domum vſurarij. ideo hic dicamus de vſurario. Et primo qui ſit contractus uſurarius, & q̃o cõtrahitur vſura. Secundo ſi ſit prohibita & quo iure. Tertio ſi contractus cenſualis & reddituũ ſit vſurarius. Quarto quid & qualiter tenetur reſtituere vſurarius. Quintò qualiter deteſtanda eſt vſura. Ad primum dicitur ꝙ contractus vſurarius eſt quando quis vltra ſortem recipit eſt ui mutui. Eſt autem duplex uſura. Quædam eſt manifeſta quæ committitur. Primo quando pro ſpacio temporis indulto plus recipitur per pactum vt cum plus vẽditur res ad præſens pro expectatione nummorũ & hoc intelligitur qñ notabiliter plus venditur, nec manet infra latitudinẽ iuſti p̃cij Sicut vlna pãni põt iuſte vendi viginti ſolidis vel vigĩtiduobus, trib⁹ aut quattuor dummõ non excedatur latitudo cõiter vendentium. Secundo quando ad p̃ſens ſoluuntur nũmi, vt res habeatur in futuro pro minori precio q̃ valeat vt ſi quis emat framentum in herba vel vinũ in vite aut oleũ & hm̃ôi antequã ſint natura, multo minus q̃ valebunt tp̃e quo maturabunt. Si vero liberaliter & ſine pacto dat quis mutuũ, & aliquid accipit propter futurum periculum excuſatur. Tertiò quando nummi conceduntur in præſenti pro pluribus in futuro, & tunc eſt uſura manifeſta. Poteſt tamen addi pactum ꝙ ſi deficiat in ſoluendo in termino ꝙ in pœnam ſoluet tantum & tãtum, ſicut in feudis vbi taxam emende apponunt domini quando non ſoluitur in termino. Et hoc intelligitur quando malunt ſolui in termino. quàm ꝙ alii incidant in taxam illã quia ſi aliter deſiderarent, vſuram cõmitterent. Quarto ſit quando quis accommodat vt ei ſeruiatur ſine pacto expreſſo, quia ſeruitium quod impenditur nummo poteſt appreciari. & huius ſignum eſt quãdo nummos ſuos repetit, vbi non ſeruitur ei. & quandiu ei ſeruitur ad uoluntatem ſuam non repetit. Poteſt tamen & qui recepit iure gratitudinis aliquod mutuanti exhibere ſeruitium, dummodo non ſit ex pacto tacito vel expreſſo, nec mutuans (ſic recipiendo illud obſequium) peccat. Et hoc intelligitur ſi quid propter mutuum ſubtrahat a ſalario operarij, quia licite hoc poſſet. Quintò qñ accõmodat ſine pacto & aliquibus indicijs vel ſignis certus eſt de mercede. alias non accõmodaturus. Sextò qñ quis alicui prælato accõmodat, vt ſibi vel alicui amico p̃bendã vel beneficium per mutuũ acquirat. Si tamen ex hoc compararet ſibi amorem prælati & per amorem eius inde ſperaret cõſequi beneficium, tunc hoc non eſſet vſurarium. vt dicit Tho. 2. 2. q. 88. Licet enim mutuando ſperare rem quæ inter amicos concedi ſolet, ſicut amor, remiſſio iniuriæ, accommodatio librorum.

Septimo quando quis carius vendit aliquid ei qui non ſtatim perſoluitur pro præcij ſolutionis dilatione. Et ſi dicatur quia ego ei mutuo merces meas. princeps eſt, & vix perſoluet niſi poſt multa tempora nec potero habere per iuſtitiam intereſſe meum & iacturam, & forſitã omnia perdam. quid ergo facturus ſum? Nõne poſſum aliquid adaugere ad precium vt poſſim ſaluare iactura meas? Imò ſum in periculo omnia perdendi uel etiã multa expendendi ad recuperandum? Reſponſio. Intentio facit vſurarium. Si talis intẽdat ſolũ ſuperlucrari eſt uſurarius. Si vero intendat ſibi remittere ſi ad tempus

ꝓpus debitum ſoluat, vel dare aliquid lo-
co ſupercreſcentię, tunc non eſt vſurarius
Si autem tranſierit tp̃s & non habuerit in
tereſſe q; etiam remittat, vel ſi habuerit
intereſſe, q; pro rata accipiat, tunc non eſt
vſurarius. Sed caueat quiſq;, quia mentita
eſt iniquitas ſibi. Licite enim quiſq; con-
ſulere põt damno ſuo. Sed in hoc vt ſecu
rius agat, conſulendi ſunt viri boni & pru
dentes propter varietatem caſuum, quia
non põt in iſtis dari regula gñalis. Alia
eſt uſura palliata quæ committitur multi
pliciter. Primo qñ quis accipit grangiam
vt fructus interim accipiat, vel vadia vt
interim eis vtatur. vel obſides vt aliquid
ab eis extorqueat, vel vt de eis uiuat & ni
hil remittat de principali. Et hoc intelli-
gitur niſi in feudis vbi hoc habet dñs iure
hæreditario. Vel committitur vſura qñ
quis vendit aliquem cenſum ſuper hære-
ditatem ſuam, eo pacto q; qñ requiret pe
cuniam eam tenebitur qui vẽdidit redde-
re, & cum hoc fructus cõputare, vel quã
do in neceſſitate conſtitutus eſt ei nõ mu
tuatur pecunia, ſed ei cõceditur mercãtia
quę ꝑꝑ hoc illi carius vẽdit & poſtea ab
eodẽ emitur vilius. Deus. n. propter em-
ptionẽ illã q̃ palliat mutuũ non irridetur
& ſic in infinitis caſibus. Ad ſecundum
C dr̃ q; vſura iure naturalia eſt ꝓhibita. Sic
*Vſura.* cenſuit Ariſt. 1. policite. dicẽs contra na
*Quo iure* turam eſſe, vt nummus nummũ pariat. Se
*uſura ꝓ-* cundo naturaliter hõ naſcitur ad laborẽ.
*hibita ẽ.* Iob 5. Vnde Adam in ſtatu innocentię po
ſitus eſt in paradiſo, vt operaret & cuſto-
diret illum, & poſt lapſum dictũ eſt ei. In
ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Con-
tra naturã ergo eſt q; aliquis panem ocio
ſus comedat quod facit vſurarius. Hinc
Paulus. Qui non laborat, non manducet.
2. Theſ. 3. Sed de ipſis verum eſt dictum
ſaluatoris. Ioh. 4. Alij laborauerunt, & ip
ſi. ſ. vſurarij, in labores eorum introierũt.
Ideo. pſ. In labore hominũ non ſunt, & cũ
hoibus non flagellabuntur, ſed cum de-
monibus. Tertio vendit & appropriat ſibi
quod naturaliter cõe eſt omnibus. ſ. tem
pus. propter quod iuſto Dei iudicio puni
tur tp̃is indigentia. pſ. Viri ſanguinum &
doloſi non dimidiabũt dies ſuos. Et quia
uendit requiem noctis & lucem diei, me-
rito vtroq; priuabitur in futuro. Hinc eſt
q; fatus eſt ſacerdos qui pro eo cãtat. Re
quiem ęternã. Ezec. 7. Qui uẽdit aliquid
ad id quod vendit non reuertetur. Ideo ſe
cundum Salomonem dr̃ mori in tpe non
ſuo. Auguſtinus. Iudicium ſumme largita
tis Dei eſt quia quęlibet creatura Dei cõ
pellitur dare quod ſuum eſt, ſol lumẽ ad
illuminandum, terra ẽt quicquid põt, ni-
hil tamen iſtorum dat ſe ſicut tp̃s, quia
velint nolint reges, tẽpus habent paupe-
res. Quarto, quia vendit pauperi quod
ſecundũ legẽ naturæ dẽt ei, quia ſecũdũ
legem naturę vacua neceſſario impleri.
Fluuius n. inueniens vacuitatem foueę, nõ
tranſibit donec eam repleuerit. Quin-
to ipſe recipit ſuper melius vadũ, quod ha
beat. ſ. ſuper aĩam ſuam ad magnam uſu-
rã pœnę, & largius expendit ſuper ſeipſũ
quàm expẽderet ſuper vilius pignus quod
haberet, quod eſt contra ſuam naturam
propriam. Similis. n. eſt animalibus emptis
a carnificibus ſeu lanijs q̃ impinguantur
vt occidantur. Sexto quia de frumẽto
vnde alij viuunt. ipſe ſe occidit ipſum ac-
commodando. Contra naturam ẽt facit
argentum in aurum commutando. Se-
cundo eſt cõtra legem diuinam. Vnde de
illo qui debet habitare in tabernaculo do
mini dr̃. Qui pecuniam ſuam nõ dedit ad
uſuram. Et Ezech. 18. Si ad uſuram nõ ac
cõmodauerit hic iuſtus eſt. & Ezech. 22.
ubi dominus inuehit contra Iudęam ait.
Vſuram & abũdantiam accepiſti. Et Luc.
6. Mutuum date, nihil inde ſperantes. Et
quia uendit Deo in paupere mĩam. ideo
iudicium fiet ei ſine miſericordia. Si dãnã
tur qui dominũ non ꝑpauerunt nec cooper
uerunt. quid fiet de his qui dominũ ſpo-
liauerunt in membris ſuis? Actor de do-
nis ponit exemplum. Cum. n. quidã uſura
rius parũ timeret diuinũ iudiciũ cum qua
dam nocte ſatis cenaſſet & cũ vxore iace
ret, ſubito tremens exiuit, & cũ q̃reretur
ab uxore quid haberet ait. Ego modo ra
ptus fuit ad Dei iudiciũ vbi tot & tantas
q̃rimonias & accuſationes contra me au-
diui q; neſciui quid dicere aut agere, & cũ
diu fuerim ad pñiam expectatus, audiui
ſummũ iudicẽ ſñiam dãnationis cõtra me
tuliſſe & me dęmonibus expoſuiſſe, q̃ ho-
die debent ad me venire & me ſecũ ferre
re. Et cũ hęc dixiſſe, induit veſtẽ cuiuſdã
vilis vadij quę pendebat ad perticam ſuã,
& exiuit domum inuita uxorem. Sequen-
tes



tes añt ſui quaſi amẽtem in eccleſia qua-
dam eum inuenerunt & ibi eum cuſtodie
runt vſq; circa horam ſextã qui nec ali-
qua admonitione volebat vel confiteri
vel reſtituere uel pñię ſignum facere. Cũ
añt poſt miſſam ſui eum reducerent &
irent iuxta fluuium, apparuit eis nauis cur
ſu rapidiſſimo aſcendens quę a nullo vide
batur duci. Tunc ille vſurarius dicebat eã
plenam dæmonibus quibus erat rapien-
dus. Quo dicto ab eis raptus in naui poni
tur, quæ ſubito curſu retroacta cũ præda
ſua diſparuit. Secundo hoc idem pro-
batur, quia vſurarius eſt fur, ſed furtũ pro
hibetur lege diuina. Quod ſi fur patet, q̃a
rem alienam contrectat inuito domino.
Quòd ſi dicat q; non niſi ad petitionẽ il-
lius qui recipit ad uſurã cõmodat? Reſpõ-
detur. Primo q; tractatur inuito domino
principali. ſ. Deo qui hunc contractũ ille-
gitimauit. Si enim in poteſtate principiũ
eſt contractus aliquos validare, nunc in-
ualidare, quantomagis Dei? Dr̃ ſecundo
q; voluntas recipientis ad vſuram eſt per
ſe inuoluntaria, per accidens tamen volũ
taria, ſicut eſt in proijciente merces im-
minente naufragio. Placet enim nauigã-
ti ne plura amittat, iacere merces in ma-
re, & ei qui incidit in latrones aliquid eis
dare, ne totũ amittat. Sic iſti ſi aliter ſub-
leuare poſſent ſuam neceſſitatem, nihil
eis darent. Et peccat mortaliter qui petit
ab alio ſibi dari ad vſuram & qui illum
inducit ad peccandum, niſi in caſu neceſſi
tatis, vbi petens damnificatur in quadru-
plo uel in rebus vel in vita. Nec commu-
nicat talis in peccato cum vſurario. Deus
enim omnibus peccatis vtitur ad aliquod
B bonum, ſic & nos quandoque poſſumus.
Ad tertium quæſitum dicitur q; cen-
ſualis contractus aut redditum non eſt
uſurarius, licet vltra ſortem recipiatur.
Primo quia vſura cõiter fit in mutuo, in
quo non tranſit dominium ab uno in alte
rum imperpetuum ſed ſolum ad tp̃s. Nõ
ſic in emptione & uenditione cenſuum
perpetua. Nec viciatur ille contractus cõ-
ditione redemptionis infra annum uel
duobus, quia ĩ antiqua lege. Leuiter. 27.
Percipiebatur q; omnia prædia eorũ ſub
conditione redemptionis uiderentur, &
adhuc hoc eſt legitimum nunc & tunc q;
proximus infra annum poteſt redimere.
Secundo quia Deus inualidauit con-
tractum vſurarium, non añt cenſualem. Si le
giſlatoris terreſtris eſt validare vel inua
lidare contractus, multo magis ſummi le
giſlatoris Dei. Neque tenebitur computa
re fructus receptos ſicut in antiqua lege,
quia hoc põt inſtituere legiſlator, neque
propter hoc eſt vſura. Tum primo, quia
res minus valet dum expectatur in longũ
q̃ dum præſens obtinetur. Tũ ſecũdo quia
ſuppoſita uera emptione non põt repete-
re emptor preciũ datum, quodcunq; com
modum inde ſibi occurrere, ſed tm̃modo
cenſum ſtatuto termino, ſicut in vſura in
qua mutuũ datum non tranſit in perpetuũ
dominium recipientis. Põt autem inſtitue
re legiſlator ea quæ ſunt pro conſeruan-
da cõitate quam dirigit. Et quia in ea cõi
ter plures ſunt pauperes quàm diuities, ex
pediens fuit adinuenire modum ſubueniẽ
di eis in neceſſitate ſua, ut. ſ. venderẽt par
tem hęreditatis ſuæ: & tamen eam ex to-
to poſſiderent. quod fit in vendito cenſu.
Eſt enim cenſus ille pars hæreditatis. Iu-
ſtum eſt ergo ut fructuum partem poſſi-
deat emptor. Ad hoc autem ut emptio
redditũum ſit licita requiritur. Primo q;
intentio principaliter ementis recta ſit,
quia intentio facit vſurarium. Si enim nõ
intenderet niſi mutuare ei pecuniam ſuã,
& mutuum colorare ſolum ſpecie uendi-
tionis & emptionis, in foro Dei cenſere-
tur uſurarius. Secundo quòd tantũ ſol
uatur de precio quantum ſtatuit legiſla-
tor. ut centum quinquaginta pro decem
& ſic de alijs. Quòd ſi diminuatur de pre
cio tenetur vel reſtituere de recepto cen
ſu quanto minus dedit, uel augere preciũ
Non enim licet diminuere de ſtatuto pre
cio. Quandoque enim pauper cogitur pro
neceſſitate minus accipere, & tunc eſt in
iuſtitia. Superaugere poteſt precium de ꝓ
babili aut ęſtimabili conſenſu legiſlato-
ris, ut puta uel quia pauper eſt & ei com-
patitur, uel conſenſus melius fundatur &
tutius. & ſic de aliis. Tertiò quod ema-
tur ſuper certum fundum alicuius ualo-
ris, ut ſuper prædium uel ſuper perſonã.
Non enim ſuper communitatem uẽdi uel
ſuper perſonam uiciat contractum. cum
perſona poſſit ſe in ſeruam uendere. Si
autem eſſet merx, uideretur non eſſe em-
ptio ſed mutuum. & per conſequens uſu-
ram.

ra. Quarto ꝙ in contractu iſto non interſit clauſula vicians ipſum. In quo multum debent puniri tabelliones, qui tales contractus malos ſuſcipiunt, vt patuit in quodam in quo tenebatur cenſus equo p̄cio, ſed tñ cum precium repetebatur ab emptore debebat infra tres menſes poſtea reſtitui, & cum hoc fructus. Iſte contractus eſt equiualens mutuo & vſurarius.

*Vſurar. Qūo tenetur uſurarius reſtituere.*

Ad quarto quæſitum dicitur ꝙ tenetur vſurarius ad reſtitutionem vſurę acceptę. Sed de lucro proueniente ex vſura poteſt diſtingui, quia res quas quis lucratus eſt vſurario modo, vel ſunt aliquid ex cuius vſu poteſt accipi penſio vel locatio, ſicut ager, vinea, domus, & tunc cum principali tenetur vſurarius fructus reſtituere, vt puta nō habente debitore vnde redderet vſuras, creditor vſurarius extorſit ab eo domum vel agrum. Secus eſſet ſi ſolum accepiſſet nomine vſuræ pecuniā de qua emiſſet agrum vel domum, quia tunc induſtrię vſurarij eſſet ad iudicandum lucrum. Si vero res talis non ſit aliquid tale vnde poſſit accipi penſio, vt pecunia, vinū frumentum oleum, tunc ſic lucrans de pecunia vſuraria non tenetur ad reſtitutionem, vt ſi mittat vinum vel frumentum in partibus in quibus carius venditur, vel ſi cum pecunia illa mercatus eſt. Poterit tamen teneri ad aliquam recompenſationē damni iuxta diſcretionem prudentium, ſi in hoc notabiliter damnificatus eſſet debitor. hoc poteſt probari. Primo quia in commutationibus lucrum & damnum debent ad paria comparari, vt particeps lucri ſit ēt particeps damni. Si ergo lucrans ex pecunia teneretur hmōi lucrum reſtituere ſequeretur ſimiliter ꝙ ſi damnificaretur vſurarius, ꝙ ēt debitor teneretur ad recōpenſam, & per conſequens poſſet eſſe tm̄ damnum, ꝙ vſurarius nihil ſibi teneretur reſtituere, quod nullus vnquam diceretur. Secundo ſequeretur ꝙ vſura eſſet licita, quia de vſu pecunię non dēt accipi emolumentum. ſi aūt reſtitueret debitori omnem pecuniā acceptā de vſura & cum hoc lucrū iam ille vltra ſortem haberet. Ideo tale lucrum aſcribendum eſt induſtriæ vſurarij. Et ſi arguatur ꝙ ſi radix eſt infecta & rami. uerum eſt vbi radix effectiue mittit venenum ad ramos. Ibi autē pecunia ſolum ſe haberet vt materia, & induſtria vt actiuū. Peccat tñ mortaliter ex radicis infectione, eo ꝙ tardat reſtituere, & in hoc tenetur recompenſare debitori tarditatem illam reſtitutionis. Manus aūt habet vſurarius contractas, & quaſi paraliticus impotentes ad reſtituendum. Secūdo non tenetur reſtituere quod accipitur liberali dono & gratis. Si aūt aliter recipere, teneretur. Secundo tenentur reſtituere qui acceperunt ab vſurario elemoſinā vel fundationes, ſi ſciant probabiliter hoc eſſe de vſura, vel ſi ſint ſua, & non habeat aliunde vnde reſtituat, & ſic impediant indirecte ne reſtituat. Iacobus de vitriaco ponit exemplum. Cum quidam fenerator mortuus eſſet nihil reſtituere volens quidam religioſi prece & precio conducti amicorum ſepelierūt eum in clauſtro ſuo, & videbatur eis ꝙ ſingulis noctibus ſurgeret de ſepulchro ſuo & cādelabris & alijs hmōi verberando monachos fugabat dicens. Iſti Dei inimici ſalutem quam mihi promittebant conferre non poſſunt, & pecuniam habuerunt. Conſuluit eis vir ſapiens ꝙ adiuraretur ut quieſceret & eos pacifice dimitteret. Reſpondit ꝙ quieſcere non poterat, nec eos pacifice dimittere, quandiu eum in terra ſancta dimitterent, quia ibi requieſcere non poterat, qui ī officio vſurę nec die nec nocte quieuerat. Quo eiecto de loco ſacro & reſtituto quod receperant, ceſſauit vexatio. Hieronimus. Cauendum eſt nobis ne ab his accipiamus munera, quos nouimus viuere de lachrimis pauperum, ne dicatur nobis, qui videbas furem currebas cum eo.

Tertio tenentur miniſtri vſurariorum qui conſulunt & adiuuant vt exerceantur vſurę. & ſine quibus non potuiſſent vſurarij vſuras principales exercere, & maxime ſi partem lucri habuerint, tunc tenentur in parte, niſi principalis vſurarius totum reſtituat. Quarto tenentur domini vſurariorum, ſi quid percipiant de vſura, vel aliquid participent vt exerceant in terris ſuis, & eos tolerando peccant, niſi videatur neceſſitati reipublice incumbere.

Quinto tenentur tutores & curatores pro pupillis ſi dederint ad menſas & ad vſuras, & peccant mortaliter qui ſic recipiunt, ſicut qui dāt, & hoc ſi pupilli nō reſtituerint. Sexto teneñ heredes reſtituere ſi non reſtituerit principalis vſurarius.





Eſt enim vſura morbus contagioſus & ſerpit ut cancer, nō ſolū rodēdo ſubſtātiam pauperum. iuxta illud. Pſal. Scrutetur fenerator omnē ſubſtantiam eius, ſed etiā corrumpendo oēs participantes de vſura. Eſt enim morbus qui dicitur noli me tangere Petrus cantor. Morbus iſte cancroſus inualuit. Antiquitus in una ciuitate vix unus inueniebatur fenerator, & ille quidem occultus, nec fenerabatur niſi pauperibus, nec niſi clam & data fide de nō publicādo. De quo ſi praua de eo oriebatur ſuſpitio, domus illius dicebat̄ domus dyaboli, puteus & ager dyaboli, deinde oſculum pacis non dabatur ei in miſſa, ignis à vicinis in domo eius non ſumebatur, ſed nec cum eo aliquis participium aliquod habebat. Pueri ēt ad eius occurſum expaueſcebāt, & alterutrum digito eum demōſtrabant. Tunc enim ita deteſtabile ſui uicium vſuræ. Nunc autem fere temporum noſtrorum fiunt iſta palā, cupiunt & in acta referri, immo nunc fiunt cubicularij principum & p̄latorum, qui filios eorū pecunia interueniēte promouent, ut ſedeāt cū principibus & ſoliū gloriæ teneāt. Hæc petrus cātor. Exemplū de illo qui monebat p̄dicatorē ad confundendū uſurarios ut ipſe ſolus remaneret in ciuitate vſurarius. Septimo tenētur ad reſtitutionem vxores & liberi vſurarii quātum poſſunt, ne ſint ſimiles lupę & lupellis qui nō vadunt ad prædam ſed remanent lupelli in ſpelunca, & lupa cūſtodiēs eos ſed qñ lupus pater apportat prędā, libēter de ea comedunt & gaudent in ſanguine, pp quod paterfamilias qñ poteſt eos tenere iuſte occidit nō ſolū lupum, ſed & lupellos & lupam, quia oēs deuorauerunt gregē ſuū. Et mirū eſt qūo audent comedere mortē ſuā & ſanguinolentū. i. ſanguinem pauperum, hoc enim periculoſum eſt. Sed vſurarius cū ſua progenie ſimilis eſt naſſæ, de qua egredi nō pōt piſcis qui intrauit. Similes ēt laberinto dedali. prouer 2. Oēs qui ingrediuntur ad illam non reuertentur. Similes inferno ī quo nulla eſt redēptio, immo inferno deterior eſt uſurarius, quia infernus ad mandatū Dei aīas reddit, & vſurarius ad mandatum Dei nō vult reddere vſurā. Similes inſup cōſtipato, quia ſicut conſtipatus nō poteſt egerere ſtercora, ſic nec iſte tēporalia male acqſita. prouer. 22. De ſtercore boum lapidabitur piger. Tunc enim lapidatur, cū cor eius quaſi lapis induratur. Iacobus de vitriaco ponit exemplū. Cū quidā fenerator nō poſſet induci a ſacerdote vt reſtitueret, uocauit vxorē, filios & amicos & ait. Sacerdos dicit ꝙ non poſſum ſaluari niſi reſtituam totum ſ̄m voluntatem eorū quibus habuit, ſed quicquid dicat cū deo faciam pacē. Tales ergo fecit teſtamentum, diuiſit pecuniā in tres partes, unā dimiſit uxori, aliā liberis ſuis, tertiam reponi fecit in ſacco faciens ſuos iurare ꝙ eam ſecum in ſepulchro ſuo reponerent, ut cū Deus teneret iudiciū, ſi impeteret eū ď aliquo, haberet vnde poſſet eum placare offerendo ei. Eo mortuo & facto ut p̄ceperat, pediſſequa domus facti conſcia dixit cuidā quē amabat ꝙ ſi eam in vxorem ducere uellet doceret eum quomodo diues fieret, & cū illo pacto ſecretum ei reuelauit. Cum autem nocte veniſſet ille, & aperuiſſet ſepulchrum, inuenit intus buſones pecunię dictæ cuſtodes denarios ardentes per os eius proiicientes, & etiam iterum de uentre extrahentes. Qui hoc uiſo timens recluſo ſepulchro fugit factum denuncians. In quo perpenditur qualiter infernus animam ſuam torqueret, quando ſic extra infernum torquebatur corpus.

*Vſura. Qđ deteſtabilis ſit uſura.*

Ad quinto q̄ſitum dr̄ ꝙ uſura ualde deteſtabilis eſt primo quia uſura eſt ſathane genitura, & uſurarius dyaboli filius. Genuit. n. uſurā in peccato primorū parentū tradendo pomum, & pro modicę delectationis capitali uoluit lucrari quaſi totum mundū. & genus humanū in ſeruitutē redigere. prouer. 22. Quia accipit mutuum ſeruus eſt fenerantis. pſ. Mutuabitur peccator, & non ſoluet. Tm̄ enim aſcindit uſura huius mutui, ꝙ hō non poterat ſoluere, ſed oportuit eam ſolui non alio precio q̄ morte & ſanguine filij dei. Pſa. Ex uſuris & iniquitate reddimet animas eorum. Et ideo oīs uſurarius eſt in regimine dyaboli, ſimilis cuidā qui uidens leporariū album & mitem deſcendendo de mōte ita horruit leporarium illum quia macillentus, & tenuis, ꝙ uertit ſe ad leonē in planicie exiſtētem, qui eum foueam ſuam rapiens, illū deuorauit. Leporarius eſt Chriſtus deſcendens de cęlo ad uenandum homines, cuius paupertatē abhorrēs fenerator & al-

titudinem perfectionis, fugit per amena diuitiarū ad leonem inferni, qui in illa fouea ipſum tandem deuorabit. Scđo qa non ſolum eſt filius dyaboli, ſed dyabolus incarnatus, quia ſicut diabolus monetam peccati nō ſibi vult reddi, quia cū diutius detinetur, vſura multiplicatur, ſic vſurarius more eius peccuniam creditam diu vult detineri donec proximus debitis abſorbeatur, immo dyabolo peior eſt, quia dyabolus ſuum propriū talentum dat nō alienum, ſed iſte dat talentū pecuniæ nō ſuum ſed dei, quo proximus gratis eſſet iuuandus. Ideo dicebat quidā uſurarius. Deus q̄d vultis mihi. Si nō vultis aĩam meam, dyabolus habeat eā. Et ſicut nulla maior maledictio imprecari pōt q̄ quis incidat in manus dyaboli, ſic uix maior maledictio impcari pōt quā ꝙ quis incidat in manus feneratoris. iuxta pces. ps. Scrutetur fenerator omnem ſubſtantiam eius. Ideo natiquitus cum videbatur unus uſurarius ſignabant ſe hoĩes & fugiebant eum tāquā diabolū, nec ſacordos oblationem eius recipiebat. Nec mirū ſi eū fugiebant, quia nihil plus fugitur quā mors fenerator aūt ſimilis eſt morti q̄ nullius miſeret̃ & nulli parcit: Sic fenerator nullius miſeretur, nō pupillorū, nō viduarū; nō clericorū, oēs per vſuram deuorat. Sed & in deū maxime peccat auferēdo ei ſuā potentiam vendendo dies & noctes & tpa q̄ pr̄ poſuit in ſua ptāte. Fur clam hominē ſpoliat, Sic in publicū vſurā exercēdo moleſtat. Mos aūt ſolebat eē apud Cōſtātinopolim ꝙ cum ueniſſet nouus imperator oēs vſurarii ſui redimendi erāt, ideo illo veniente oēs ſe abſcondebāt ubi melius poterāt. Videant ꝓ vilitate ubi in die iudicii ſe abſcōdent. Tertio quia nullū eſt officiū vilius officio vſurarii, ita ut uix aliquis fateri velit ſe eſſe illius officii, qđ tñ in publico exercet. Quidā prædicator quærens in ſermone ſuo ſi eſſet aliquis ſacerdos vel clericus ꝙ ſurgerent, & ſic fecerūt. ſimiliter de mercatoribus, pellipariis, & ſic ſurrexerūt. ſimiliter ſi quis cloacarius, & ſic fecerunt. Vocans aūt uſurarios & ꝓmittens eis magnā indulgentiā ſicut primis, nō inuenit aliquē qui vellet ſurgere. Similes enim eſt uſurarius catto, qui uocatus noĩe ſuo fugit, & ſolus inter aĩalia nomen ſuū abhorret. Sunt enim ſicut burſa in qua fuit diu pecunia, q̄ dū inueterata & ꝑforata eſt, cū ſordibus quas ex pecuniis cōtraxit proiicitur in ſterquilinū: Sic & iſti pecunia ipſa denigrati ꝓiiciunt in infernū. Quarto quia vſurarii uilibus penis & abhominabilibus puniuntur & nō loquēdo de penis publicis inflictis a iure canonico pro uſurariis publicis, loquamur ſolū de penis iflictis à deo, nō ſolū publicis, ſed ēt priuatis & occultis. Prima pena eſt ꝙ labor eorū ſcilicet acquiſita per vſurā pecunia, cito perit uel igne, vel aqua, uel furibus, vel ex hæredū fatuitate & prodigalitate cōſumitur, quia Deus hanc peſtē perſequitur vſq; in tertiam & quartam generationem vſque ad quam uix durāt res uſurariæ. ps. Nutātes transferātur filii eius & mendicent, & eiciantur de habitationibus ſuis, ſcrutetur fenerator &c. Eccl. 8. Si feneraueris, quaſi perditū habe. Sæpè fit puero tenenti panē in manu, vt canis apprehendat manū pueri, & ſic acquirit panem. Sic ſæpè principes apprehendunt vſurarios, ut habeant eorū denarios. Exemplo cuiuſdam militis nomine albini ſequentis cadauer cuiuſdam feneratoris ſui cum turba religioſorum illud ad ſepulchrum deferētc. Quibus ait. Muſcas & telas araneæ meæ mihi dimitteris, uos aūt cadauer araneæ habeatis, & infernus animam. Hæc petrus cātor. Hieremi. 7. Perdix fouit quæ non peperit, fouit ſcilicet alienos quibus acquiſiuit, & rationem ſubdit, fecit diuitias, & non in iudicio. In medio dierū ſuorum dereliquit eas & nouiſſimo erit inſipiens. Vnde quæ male parta ſunt male dilabuntur. Hinc & eorum hæreditas vix tranſit in primū hæredem. ut dicit petrus cantor. Groſſus lucius ſigillatim comedit paruos piſces, & totus ſimul comedit̃ poſtea in magna ſolennitate. Scđa pœna eſt indurationis, quia ita induratur cor eorum ꝙ uix ablata reſtituere poſſunt. ēt ſi habeant vñ reſtituere poſſint. Malunt eſſē datores, quā ablatorū reſtitutores. Vnde cuidam uſurario metenſi dictum eſt in fine ꝙ faceret reſtitutionem. Reſpondit dicentis. Si uis vt reſtituā ſcinde uentrem meum & extrahe cor quod ibi latet & pone aliud, quia quamdiu cor quod habeo remanebit, impoſſibile eſt me reſtituere. Iacobus de vitriaco dat exemplum. Quidam vſurarius dum



dum grauiter infirmaretur ꝙ nihil uellet reſtituere precepit plenum horreū de frumento pauperibus erogari. Quod cū ſerui ſui uellent facere & frumentum accipere, inuenerunt illud cōuerſum ĩ ſerpentes. Quod audiens uſurarius compunctus omnia reſtituit, & præcepit ꝙ mortuus proiiceretur in medio ſerpētum, vt corpus ſic uoraretur a ſerpētibus in præſenti, ne uoraretur anima in futuro. Quod & factum eſt. cuius corpus ita uorauerunt ſerpentes ut nihil dimitterent niſi oſſa alba, & quidam addunt ꝙ euanuerunt ſerpentes, & remanſerunt oſſa alba cum lumine.

Tertia pœna ꝙ non ſolū hic conuiciis, ſed & in futurum per pauperes quos hic depredati ſunt detrudētur in infernum. Sicut enim apes congregantur ad expellendum burdonem qui comedit & ſugit mel quod ipſe faciūt, ſic & pauperes ad expellendum uſurarium qui comedit labores eorum. Hiere. 22. Sepultura aſini ſepelietur putrefactus & proiectus extra portas hieruſalem. Sic uſarii uelut aſini pellis extrahetur id eſt ſubſtantia. nec curabit̃ multum cadauer eius, ſed anima eius ſepelieter in inferno. Expediens fuiſſet tali aſino ꝙ uendidiſſet pellem ſuam & emiſſet nobiliorem ſepulturam. Vnde cum quidam uſurarius eſſet mortuus nec poſſet à terra eleuari cum deberet portari ad ſepulturā conſuluit ſacerdos ꝙ quærerentur quattuor de ſuo artificio, quæſiti ſunt quattuor uſurarii qui faciliter corpus ipſius deportauerunt, ſicut & demones animam eius. Quarta pena quia non ſolum uſurarius ſepelietur in inferno, ſed ēt trahit ſecum hæredes, qui & ibi perpetuo torquebuntur inferentes ei perpetuam contumeliam. Imprecabuntur enim ſibi inuicē & lacerabunt, & alter in alterum inuolabit. Mercator adducens plures pullos equorum de nūdinis, alligat ipſos per caudas ut ſeſe ſequantur ducēs primū ad manū, & tunc ſm modū eius alii trotando & currēdo ſequuntur, ſi primus cadat in foueā, ſequuntur & alii colligati. Sic demō ducens uſurariū in infernū alligat ei uxorem liberos & ſic de aliis. ps Introibit in progenies patrū ſuorū & uſq; in æternū non uidebit lumen. Exemplū de religioſo uſurarii filio orāte ut ſciret ſtatū pr̄is, & fratris defunctorū, q̄ uidit eos in inferno quaſi in duabus ſitulis aſcendentes, & deſcendentes &c. Oſeæ. 11. Effraym ad interfectionē adducit filios ſuos. Alia enim uicia cum actoribus ſuis moriuntur, iſtud in hæredibus perpetuatur. Et cum in uita ſua uſurarius duabus manibus impugnauit Deum, dum relinquit iniquitatis ſuæ hæredes, pluſquam octo manibus quādoque Deum impugnat.

*Ead. fer. 3. Ser. 2. & ĩ ord. 113. ꝑ the. euāgelij.* *A*

TEmpus meum nondum aduenit, tempus autem ueſtrum ſemper eſt paratum. Ioan. 7. Eccleſi. 3. Omnia tempus habent, quia boni & mali ſuum tempus habent. Mali hic & nunc, boni alibi, & in futurum. Vnde & dominus hoc innuit per uerba propoſita. tempus meum nondum inuenit &cæ. Vſus uirgæ & ferulæ & flagelle tempus habent, quamdiu neceſſaria eſt eruditio, & fornax quamdiu neceſſaria eſt purgatio, & mallei fabriles quamdiu neceſſaria eſt fabricatio. Cum autem uenerit quod perfectum eſt, tunc etiam erit perfecta eruditio, & merito ceſſabunt omnia prædicta. Neceſſaria enim ſunt raſoria & nouaculæ propter imminentem æternæ iocunditatis ſolennitatē. Sed poſtquam aduenerit ſolennitas, quia pili noxiarum cogitationum & affectionum non renaſcentur amplius non erūt raſoria ulterius neceſſaria. Tēpus. n. habēt paleæ ſuſtinēdi, potandi, nutriendi, & cuſtodiendi grana ſed recōditis granis non erunt neceſſariæ. Hic enim inaltātur paleæ & portant granum, granum aūt modicum eſt inter paleas quaſi carcere clauſum, ſed poſtea paleis combuſtis granum ĩ horreum reconditur, quia in hoc mūdo exaltantur mali bonos opprimunt, & incarcerant. ſed illud boni habent, ꝙ eos laboribus ſuis & anguſtiis quibus afficiunt, portant in cœlum. Legitur in hyſtoriis normanorum ꝙ cum quidam eorū dux nomine Richardus ex deuotione hieroſolimam peteret, & iam grauaretur longitudine itineris, ut nec poſſet pedes aut eques ire, a quattuor ſarracenis conductus in lectica uſq; hieroſolymam geſtabatur. Qui fortuito obuiauit quibuſdam normanis peregrinis à hieruſalem redeuntibus, quibus ait. Salutate noſtros ciues, & dicite eis, quia ecce in paradiſum uehor à quattuor dyabolis. Granū aūt paleis cōbuſtis igne inferni,

*Tempus. Qūo differēter boni et mali tēpus habent.*

fcrni, mittitur in horreum paradiſi. grano illo mediāte quod ſine palea creuit, & in horreo virginis inuentū eſt, quod mortificatum multum fructum attulit. Ad illud ergo horreū feſtinemus, vt granū illud contra famem verbi Dei mercemur, virgini dicentes. Aue.

Primo dicemus de tēpore malorū, qūo ſemper paratum eſt. Secundo de tempore Chriſti & bonorum quod nondū aduenit. In primis itaq; nunc paratum eſt tempus malorum ad tria exequenda. Primum eſt ad perſequendum iuſtos. Secūdum eſt ad ociandum & quærendum hic requiem. Tertium ſi quid boni aut mali fecerunt, ad quærendum de hoc gloriam. Primo igitur ex textu euangelii colligitur ꝙ tēpus malorum nunc eſt paratum ad perſequendum bonos. Vnde & dominus in galileā ambulabat & nō in iudæā qa q̄rebāt eum iudæi interficere? Sed quæritur qūo mali ſic perſequuntur bonos, cum ſit eis maxime laborioſum. Hiere. 9. Vt iniquelagerent laborauerant, & cum ſit eis damnoſum. Pſalm. Quouſq; irruitis in hoīem, interficitis uniuerſi vos ipſos ſcilicet.

B
*Perſecutio.*
*Qđ quattuor commouent malos ad pſequēdū bonos.*

Ad hoc dicimus ꝙ quattuor commouent perſecutores malos ad perſequendū iuſtos. Primum eſt cōtrarietas ſicut ignis cōtrariatur aquæ. Sap. 2. Grauis eſt nobis ad uidendū. Cōtrarius .n. eſt operibus noſtris, & hoc ait dñs in euangelio. Me odit mundus, quia teſtimoniū perhibeo de eo, quia opera eius mala ſunt. p̄s. Dū ſuperbit impius incenditur pauper .i. dum ſuperbit impius perſequendo, incenditur pauper in amore dei patienter vitando uel ſuſtinēdo. Ignis enim ſuo feruore aquam bullire faciens incēdit eam calore, & aliquando adeo ebullire facit, ꝙ excedens uas ſuum & effuſa ignem extinguit. Sic tantus feruor ex tribulatione conſurgit in electis in electis Dei, ꝙ patientia ſua extinguunt ignē & perſecutionis feruorem. Secundo qa cōfidunt in multitudine adiutorii, malorum ſicut Antiochus uenit aduerſus hieruſalem in multitudine graui. 1. Mac. 1. Vide Iob. 41. De dracone leuiathā dicitur, ꝙ ſquamis eius ſe præmentibus præ multitudine vna uni coniūgitur ad ſe mutuo contra iuſtos defendendam. Similiter in rubo ſpina ſpinam tuetur, ita ꝙ quando diuertitur vna ſpina, alia pungit. Inde orabat dauit. Reſpice inimicos meos q̄m multiplicati ſunt nimis. Sed de hac multitudine parū timēdū ē iuſtis. Eſt enim ſeipſa & per ſeipſam deficiens. Nā (ſicut dicit vegetius libro de re militari) in certamine bellorū exercitata pars ad victoriam prōptior eſt. rudis aūt, & indocta multitudo, ſꝑ expoſita eſt ad cedē. Exemplū in Xerxe rege ꝑſarū & mitridate rege Aſię q cū innumerabiles armauerint copias, a paucis cęſi ſunt. Chriſtus aūt licet paucos milites habeat, tñ ipſi ſunt exercitati. iō parati ſunt ad gloriā. milites vero dyaboli licet ſint multi, ſunt tñ rudes & indocti. ideo parati ad cedē. Gre. Terrere nos non debet ꝙ in eccleſia multi ſunt mali, pauci boni, qa in area tritici pauca ſunt grana quę ſeruātur in horreis & grandes acerui palearū, q̄ uel beſtiis ſubſternuntur, uel igni cōburūtur. Tertio pſequūtur iuſtos qa neſciunt quid faciunt, ut dicit ſaluator. Vñ. 1. Cor. 2. Si cognouiſſent, nunq̄ dñm gloriæ crucifixiſſent. Nec eſt mirū ſi ignorent cū caput eorū (licet ſit acutiſſimi ingenii) ex ignorātia pſequat̄ bonos. Si .n. cognouiſſet quāta erat in Iob virtus, quāta victoria & q̄ grandis inde ſubſecutura erat, nunq̄ ipſum ita fuiſſet perſecutus. Quarto qa natura eorū ueneno eſt infecta, q̄ prouocata ſemper venenum infundere cupit, ſicut & ſerpētes prouocati oē uenenum ad guttur emittunt vt euomāt. Eccle. 33. Semꝑ cōtra bonu malū & cōtra uitam mors. Ideo phariſei Xp̄m perſequebantur propter hæc quattuor & maxime, quia infecti ueneno inuidię. Propterea dominus ab eis pro tp̄e declinauit, in hoc ſimiliter docēs nos cū oportunū fuerint pſecutiones declinare.

C

Scd̄o tp̄s malorū paratū eſt nunc ad hic ociandum & quærendū requiem, dicuntur enim ſimiles terræ quæ ſtat immobiliter, & q̄ terræ affixa ſunt, cœlū aūt & ea quæ in eo ſunt, ſꝑ mouentur. Sic & hoīes (ut phariſei) ſola terrena diligentes ocioſam vitā ducunt nec mouentur, cęleſtia aūt appetentes, ſemꝑ ſunt in motu bonę operationibus. Parali. 22. Surge & fac, & dñs erit tecū. Vñ Bernardus ad fratres de monte Dei. Corpus ocioſi hoīs receptaculū ē & ſentina oīm viciorū, nec ſufficit affectus operādi, niſi ſequat̄ opus. 1. Reg. ū 14 Ionathas aſcēdit reptans pedibus & manibus, quia ad ſtatum



ſalutis nō ſolum pedibus affectionū, ſed manibus operationū aſcēdit. Et ideo quia eadem eſt uia qua imus ad deum & qua venit ad nos, ſicut eadem eſt uia ab athenis ad thebas & ecōuerſo. Deus autē non uenit ad nos niſi, qa facit aliquid circa nos ſcilicet gratiā, pacē, cordis tranquilitatē, indulgentiam, ſanitatē & hmōi, ſic nec nos ad ipſum niſi faciamus aliquid boni operis circa ipſum. Aſſiſtit .n. libenter cum operantibus ſecum, ſicut cum amicis. Io. 15. Vos amici mei eſtis, ſi feceritis q̄ præcipio vobis, & in mari laborantibus dñs affuit tanq̄ principalis magiſter ſuis operariis. Propterea dicitur prouerbi. 13. Vult & non vult piger, vult bene operari, ſed non uult exequi. Ideo tales qui uolūt bene operari, & nihil faciunt, pacem non habent in conſcientia. Propterea dictum eſt Gedeoni. Iud. 6. Dñs tecum uirorum fortiſſime, quia fortitudo in opādo & pax conſcientiæ in exequendo oſtenditur, & non in uolendo. Et quia feſtum erat phariſeis, ſcilicet ſcenophegiæ .i. tabernaculorum, qñ habitabant in tabernaculis & nō in domibus ſuis, dñs non aſcendit ad eos. Vacabant .n. tūc cibis, potibus & ocio. Qñ enim aliquis dñs conſtituit in terra ſua menſuram ſuam, qui vtitur falſa menſura dignus eſt pœna mulctari. Et quia menſura quam conſtituit dñs homini eſt totum tempus uitæ ſuæ. Tempus enim ſm̄ philoſophum eſt menſura motus rerum mutabilium, & ita tempus homini conceſſum eſt menſura motus uitæ hominis qua debet moueri in Deum. Si ergo aliter illa menſura utatur, falſa menſura utitur, & habet mē es vacuos. Iob. 7 Propter quod monet apoſtolus. 2. Cor. 6. Hortamur uos ne in uacuū gratiā Dei recipiatis.

D

Tertio tempus malorum eſt nunc paratū ad quærendū gloriā ſi quid boni uel mali fecerint. Hæc peſtis inuaſit ſcribas & phariſeos aduerſantes dño, & fratres dñi carnales, nō ſpirituales, q dixerunt Tranſi hinc & vade in iudeam, vt videant opera tua quæ facis, quaſi uiſio hoīm eſſet tota merces. Nemo quippe in occulto aliquid facit, & quærit in palam eſſe, quaſi dicerent. Vade in hieruſalem iudeæ metropolim, vt & diſcipuli .i. turbæ te ſequētes uideāt opera tua, & ſic laudē conſequaris ab omnibus. Hæc peſtis etiam nunc inuadit uiros literatos. Pluuia enim, & palea facile tolluntur in altum flatu ventorum. Ventus enim & fumos audiēt um & uerba laudantium tales extollunt. Iob. 17. Tollet cū uentus urens, & auferet eum de loco ſuo. In altis locis fortius flat vētus & iuxta aquā litterarū. Vñ genezareth dr̄ quaſi generans aurā, qa ſcientia inflat. 1. Co. 8. Et quanto maior eſt aqua maior inde eſt vētus. Ideo timeant litterati ne ſint palea aut pluuia, ſicut erant phariſei uel poma intus uermiculoſa quæ cito cadunt ab arbore, non ſicut ſana quorū caude fortiter cohęrent arbori. Prima enim porcis dantur. ſecūda reſeruantur. Tales enim inde peccant vnde ſe & alios emendare debuerant, ſimiles lixiuio, qđ de hoc ꝙ pannos mundat, ſeipſum inquinat. de quibus p̄s. Deſtruxiſti eum ab emundatione. Inquinantur enim ab aliorum ſanctificatione cum de doctrina ſua de qua alii ſanctificātur, ipſi ſuperbiendo inquinantur, & vnde alii emendantur, ipſi deteriorantur, & vinum qđ aliis propinant, vertitur eis in uenenū, medicina in morbū, ſalus in peſtem, lumen in tenebras, gratia in culpā, aliorū curatio in ruinam ſuā, profectus aliorū in ſuum defectum, remedium in peccatum. Tales ſunt de quibus Roma. 1. Qui cum deū cognouiſſent, nō ſicut deū glorificauerunt & dicentes ſe eſſe ſapientes, & ſtulti facti ſunt. Hi ſunt philoſofi, qui dicunt illud. p̄s. Labia noſtra a nobis ſunt, q noſter dñs eſt? Vñ ſicut baliſtarius claudit vnum oculum ſcilicet ſiniſtrū tenens aliū apertum vt ſagittatam recte ad terminū intentum dirigat. ſic doctor in ſuo opere debet aperire unum oculū ad deum Mat. 17. Leuantes oculos ſuos neminē uiderūt niſi ſolū Ieſum. Ita nec ipſi debent uidere neq; aurum neq; argentum, neque laudes neq; fauores, ſed ſolum Ieſum. Inde debent claudere oculū ſiniſtrum ne uideant temporalia bona aut fauores, quibus ait ſaluator. Luc. 11. Vide ne lumen quod in te eſt tenebre ſint. Si oculus tuus fuerit nequam .i. intentio. corpus tuū .i. opus tuū tenebroſum erit id eſt ſine meritis Tales enim ſunt ſicut cuculus qui non cantat niſi de nomine ſuo. Si ꝓcurator procederet in noīe ꝓprio, proceſſus eius non ualeret Nos ſumus in hoc mūdo ꝓcuratores dei patris, iō oīa opera noſtra dēmus facere

*II. Gloriana na. Qui gloriant de operibus ſui. recepe rũt mercedẽ ſuã.*

in nomine patris ad gloriam eius, non nomine noſtro. In ſecunda parte dicendũ eſt de tempore Chriſti & bonorũ, qđ nõdũ aduenit. Vnde dicit dñs. Tp̃s meũ nõdum paratum eſt ad recipiendũ glorĩa, & mercedem bonorũ operũ, ſicut & veſtrũ. Non enim quærit cõtinuæ ſeruus curialis ſolui, ſed expectat donec promoueatur à dño ſuo ad aliquẽ magnũ ſtatũ. Iob. 14. Cunctis diebus quibus nunc milito, expecto. Tardante aũt dño ad reddendũ multi uendunt opa ſua denario vanæ gloriæ, ideo nihil remunerationis accipient, Receperũt enim mercedẽm ſuam. Nulli quippe marito placet ornatus vxoris ſuæ q̃tuncunq; decens, qui non ſui, ſed alterius amore geritur, nec uirtus, quæ pp deũ non fit, nec petere quis poteſt precium ab alio niſi ab illo pro quo laborauit. Præterea videmus ꝙ candela abſconditur in lucerna, ne à uento extinguatur, ſ. vanæ gloriȩ. Eſa. 32. Erit quaſi vir qui abſcondit ſe à vento, & cȩlat ſe à tempeſtate. Sed multi ſunt ſimiles barbitonſoribus, qui omnes baſſinos fulgentes & lucentes ſolent non abſcondere, ſed omnibus manifeſtare p modico lucro habendo. Exemplum de ancilla q̃ dono habuit lac dominicale, ſiue dñica die à vaccis extractũ à dña ſua, q̃ tractare cȩpit de cõmutatione eius ĩ gallinã pullos & porcellos. deinde in oues deinde ĩ boues, deinde ĩ equos & iumẽta, & de contractu conſequenter cũ nobili quodam propter diuitias ſuas. Conſiderans illa cum quanta gloria duceretur cũ equo ad uirum illum, & quaſi pungeret equũ calcaribus, ſic pede terram concuſſit dicẽdo equo ymaginato Io Io, & tunc lubricatus eſt pes eius, & cecidit in foſſatum, & lac effuſum eſt & olla fracta, & ſic totũ amiſit quod ſe adepturam ſperabat. Præterea Eccle. 5. Quid prodeſt ei ꝙ laborauit in ventũ, ſcilicet vane laudis, qui uentus ſicut puluerẽ diſpergit omnia opera ſua. Nam (ſicut dicit Guillermus pariſ.) ab arboribus concuſſis poma, uel folia diſcutiuntur vel diſperguntur. Sic ab eis quȩ videntur à Deo donata uiolentia & impetu vane laudis excutiuntur. Similes ſunt gallinæ quæ dum poſuit ouum, cito gloriando cãtat & perdit illud. 4. Reg. 20. Nihil fuit in theſauris quod non monſtrauerunt Ezechias, & ſtatim audiuit. Auferrẽtur omnia quȩ ſunt in domo tua. Hierem. 11. Ad uocem loquelȩ grandis ignis exarſit in ea, & combuſta ſunt omnia fructeta eius, quia ad uocem laudantis omnia bona per uanam gloriam comburuntur.

Rationem autem aſſignat dñs dictorũ quia nõ põt mundus odiſſe vos, me autẽ odit, quia teſtimonium perhibeo de illo, quia opa eius mala ſunt. In quo conſolari debent qui vitiat redarguũt, ſi eos odit mundus, & ſi de eis male ſentit qñ de domino male ſentiebat. Si enim de te mali male loquuntur ſignum eſt ꝙ in te eſt aliquid boni in quo nõ conueniunt tecum.

Et murmur multus erat in turba de eo Quidam enim dicebãt, qa bonus eſt, alii aũt non, ſed ſeducit turbas. Vnde Guillermus Pariſ. in de vniuerſo dicit ꝙ inter maiorem & minorem mundum differentia eſt, qa maior mundus quod vilius eſt interius collocat, & quod nobilius exterius ut exterius collocat ornatum terrȩ, interius utilitatem & uermes eius. Sed in minori mundo ecõtra. Exterius enim eſt uilitas corporis, ĩterius animȩ pulchritudo. Sic maiores mundani vt plurimum exterius magnum habẽt apparatum, interius aũt ſordeſcunt ſicut phariſei, quibus Luc. 11, dicitur. Vos phariſei quod deforis eſt calicis & catini mundatis, quod autem interius eſt ueſtrum, plenum eſt rapina, & iniquitate. Sed minores & plebei exterius habent quod vile eſt, male quidem veſtiti, interius autem quod nobile eſt. 1. Cor. quarto. Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus. Vnde & minor mundus ſcilicet plebei interius bene iudicabãt de Xp̃o dicentes quia hic eſt Chriſtus, licet latẽter & in occulto, maiores uero dicebant non ſed ſeducit turbas. Iudicabant enim eum non eſſe Xp̃s, ſed ſeditioſum hominem & malum. Nemo aũt palam loquebatur de eo propter metum iudæorũ. In quo habetur doctrina, ꝙ boni iudicio reproborũ ſunt mali, iõ non eſt multũ curandum de iudicio eorum. Ponens enim facta ſua in ore & iudicio hominum, nũc magnus, nũc paruus habetur. Propter tria tñ ſolent male iudicare reprobi de factis bonorum. Primo ex inuidia. Nõ.n.põt inuidus bona proximi videre, ſicut nec bubo lumẽ. Cõtra quẽ & ſibi ſimiles latrandum eſt, ſicut & Chriſtus contra inuidos phariſeos. ſicut etiã dyogenes qui uocabatur caninus, a quo cũ quæreretĩ quare ſic uocaretur, rñdit. quia aduerſus males latrare ſoleo, et ſi domeſtici fuerint nemini parcens, & blandiri bonis, vt ſp de bono in melius proficiant. Ideo ab inuidis caninus vocor. Scđo pp duorũ malorũ teſtiũ depõnẽ, viſus ſcilicet auditus, qui iudicãt de his nõ nouerũt ſcilicet de interioribus ſicut latro domum ingreſſus apertam archã nõ effodit, quia credit ibi nõ eſſe theſauros, ſed bene ſeris obfirmatam. Sic reprobi malis apertis nõ detrahunt quaſi ſibi ſimilibus, ſed ſi quem viderint gratia Dei bene cõfirmatũ & ſtabilitum, in nũc tota mentis inſania debacchantur. Vnde dicebat ſocrates. Oculos & aures iudica malos teſtes, qa ſæpè p ipſos decipimur.

Tertio propter ſimilitudinem inter bonos & malos. Non enim ſæpius diſcernit precioſum à uili. Vitrum quippe (ſm Auicennam) ſophiſticat omnes lapides pcioſos excepta margarita, ita ꝙ ſæpè falluntur prudentiores lapidarii. Ita in hoc mũdo multi apparent boni licet, non ſint. Et (ſecundum Ariſtotelem) vnuſquiſque ſecundum ſeipſum alterũ iudicat, & qualis, vnuſquiſq; eſt. tales & cæteros putat. Iõ phariſei mali Chriſtum & eius diſcipulos malos iudicabant, quia mali erant. & etiã quia Chriſtus cõtra eorũ maliciam loquebatur. Similiter nunc detrahitur prædicatoribus a multis dicentibus ipſos non debere uerba facere de magnis, quaſi arroganter poſuerint in cȩlum os ſuum, cum tamen non ſolum ſit medendum minoribus membris, ſed etiam capitibus, & quia periculoſior eſt infirmitas cerebri quàm cæterorum membrorum.

*Feria 4. poſt dominicam in paſſione Sermo 1. & in ordine.* 114.

OPera quæ ego facio ipſa teſtimoniũ perhibent de me. Io. 10. Circa hoc quæritur. Vtrũ miracula Chriſti fuerint ſufficiens probatio ꝙ Xp̃s erat verus meſſias ĩ lege promiſſus? Vr ꝙ non. Chriſtus enim nõ fecit in eis miracula quæ alii nõ fecerint. Si mortuos ſuſcitauit, hoc Helias & Helyſeus, ſi ſuper mare ambulauit. hoc Moyſes & fortius, quia mare diuiſit, ſi ſolem tenebrare fecit, & Ioſuæ ſtare. & ſic de aliis. Præterea Iohan. 14. Signa quæ ego facio & maiora horum faciet, ſignũ eſt ergo quod miracula Chriſti non ſufficerent ad huiuſmodi probationem, cum diſcipuli eius maiora fecerint. Non enim legitur Chriſtus vmbra ſua aliquem ſanaſſe, ſicut Petrus. Reſponſio cum Thoma quodlibeto ſecunda. Prima propoſitio. Nemo in Chriſtum credere poteſt niſi adiutus ab eo. Ephe. 2. Gratia ſaluati eſtis per fidem. Eſt enim donum dei. Phil. 2. Vobis datum eſt non ſolũ vt in ipſum credatis, ſed & ut pro ipſo patiamini. Dicitur ſecundo ꝙ dominus ad hoc iuuare poteſt. Primo per ĩteriorem uocationem. Ioan. 6. Omnis qui audiuit à patre & didicit per interiorem vocationem, uenit ad me. Rom. 8. Quos prȩdeſtinauit, hos & uocauit, hoc modo attraxit Magdalenã. Gregorius. Traxit intus qui per manſuetudinem ſuſcepit foris. Secundo per prædicationem. Ro. x. Fides eſt ex auditu, auditus autem per uerbum Dei. Tertio per miracula. 1 Cor. 14. Signa data ſunt ĩfidelibus. ſcilicet ad credendum. Quarto per uitam irreprehenſibilem quam demonſtrauit. Io. 8 Quis ex uobis arguet me de peccato? Quod ſi miracula per ſe ſola non ſufficerent ad probandum ipſum eſſe Meſſiã in lege promiſſum, ipſa tamẽ adiuncta cũ irreprehenſibili vita & doctrina, & cum auctoritate ſacræ ſcripturæ, quæ teſtimonium de eo perhibebat, per ſe ſufficiebant ad hoc probandũ. Ideo dominus dicebat. Si ego perſonaliter non ueniſſem, ſicut p prophetas dictum erat, & eis locutus non fuiſſem, peccatum non haberent. Vocationi etiam interiori tenebantur non reſiſtere. Eſa. 1. Dominus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico. Opera itaque quæ de eo teſtimonium perhibebant erãt opera vitæ uirtuoſa, prædicatio & doctrina ſancta, & miracula inaudita. Dicitĩ tertio ꝙ Xp̃s opera in eis mirabilia fecit q̃ nemo alius fecit. Primo in magnitudine, qa mortuũ quatriduanũ ſuſcitauit, & cecum natum curauit. ſed & ſe ipſum tertia die ſuſcitauit. Secundo in multitudine, qa oẽs quotquot male hẽbant, curauit. Mat. 15. Tertio propria uirtute non alii. Vnde maius fecit quam ſolem ſtare, quando mortuus totum firmamenti curſum mutauit. Mali autem dyabolum habent patrem. Iohann. 8. Vos ex patre dyabolo æſtis, ideo opera eorũ teſtimonium perhi-

bent de eis. vt fornicarij, raptores, falſi teſte. Boni vero habent deum patrem. Pſa. Ego dixi dij eſtis & filiis excelſi oēs ideo eis bonū teſtimonium habentibus prouidet de bona mr̄e. ſcilicet Maria, quam ſalutabimus dicentes. Aue.

*B*

*Perſecutio. Occaſiōes quare iudæi Xp̄m perſequebantur.*

Iuxta thema euangelicum. Primo dicemus quō Chriſtū & opera eius perſequebantur iudæi uerbis. Secundo qualiter factis. Imprimis igitur perſecutionis occaſio ponitur, quæ fuit duplex. Vna ocioſitas quæ hoiem nutrit in cogitato maligno. Tunc.n. facta ſunt encenia. i. dedicatio tēpli celebrata eſt, non illa quæ facta eſt à Salomone, quia illa celebrabatur in fine mēſis ſeptembris, ſed illa quā conſtituerunt machabei poſtq̄ mundauerunt templum à ſpurcitiis ydolorū, quæ celebratur menſe decembri. Tunc enim hyems erat. Qn̄ erat ſolennitas, tunc erat hyems. & frigiditas in cordibus eorum uel erat hyems, quia dum ſperat homo eſſe in maiori qete, tunc hyems infortunij ſolet ei contingere. Secunda occaſio fuit præſentia Xp̄i quem ex inuidia non poterant aſpicere. Vnde ambulabat Ieſu in porticu Salomonis. i. in deambulatorio ubi erat oratoriū Salomonis, & ibi circundederunt eum iudæi. Tunc enim impletum eſt quod ſcriptum eſt in Pſal. Exurge domine in præcepto quod mandaſti, & ſynagoga populorum circūdabit te. Quia enim exurrexerat & venerat in præcepto humilitatis qđ multotiens mandauit, immo in habitu humilitatis, non fuit agnitus à iudeis ſuperbis. Eccl. 13. Abhominatio eſt ſuperbo humilitas. Ideo quaſi incognitum, & humilē & reſiſtere non ualentē circundederunt. p̄s. Circūderūt me ſicut apes ad pūgendū, & in rei veritate fuerunt crudeliores, & inſipientiores apibus, quia (ſecundū philoſophum in de animalibus) apes ſuum cuſtodem cognoſcunt, & non pungunt. Chriſtus autem fuit ſpecialis cuſtos ſynagoge. iuxta illud. Pſalm. Dominus cuſtodit te, dominus protectio tua. & tamen eum ad ſe venientem non cognouerunt, ſed crudeliter occiderunt.

*C*

*Malicia. Qđ iniquitas & dolus ...*

Et dixerūt iudæi. Quouſque animas noſtras tollis? Si tu es Chriſtus dic nobis palam. Ecce primum inſultum per uerba. Iniquitas enim & dolus duo ſunt malorum aculei quibus infeſtant bonos. Pſal. Verba oris eius iniquitas & dolus. Iniquitas eſt aculeus manifeſtus, dolus uero occultus. Hic procedūt dolo & occulte uolentes eū decipere & capere in uerbis ſuis. In paſſione manifeſta iniquitate eū pupugerunt. Dicit Philoſ. 8. de aīalibus. Quod aīalium habentium aculeū q̄dam habent ipſum occultatū infra corpus, ſicut apes, & ueſpe, qa eorū aculeus eſt ſubtilis & debilis. iō faciliter deſtrueretur ſi extra ſituaretur. Quædā uero habent extra, ſicut ſcorpiones. Sic mali utūtur aculeo manifeſto, qn̄ rapiunt pauperū bona, cōuiciantur, uel aliqua iniuria manifeſta opprimunt. De quibus Apoc. 11. Data eſt eis poteſtas ſicut habent ſcorpiones terrę, & cruciatus eorū ſicut cruciatus ſcorpionis qn̄ percutit hoīem. Sed qui habent occultum ſunt qui detrahunt, qui produnt, qui furantur qui pedicam ponūt in pedibus ſeruorum Dei. qui fraudes & dolos faciunt in mercibus. Qui quidē dolus ſi nō occultaretur ſed deprehenderetur, parum poſſet nocere. Et iſti ſunt ſimiles apibus. de quibus. p̄s. Circundederūt me ſicut apes. Sed iſti ſuo aculeo utuntur in ſui perniciem. Dicit.n. Philo. 8. de aīalibus. Qđ apes qn̄ pungunt moriūtur, qa cū aculeo inteſtinū egreditur. Sic iniuſti ſpūaliter moriuntur. Nā dū fraus exit in opus, tunc pdit & ipſe malus inteſtinū. ſ. charitatis uiſcerat, quibus egreſſis ſequitur mors ſpūalis. Sic mortuus eſt iudas q̄ dum occulte prodidit Xp̄m cū aculeo ſuo effuſa ſunt inteſtina eius tam charitatis q̄ corporis. Prouer. 1. Ipſi contra ſanguinem ſuum inſidiantur, & molliuntur fraudes cōtra aīas ſuas.

*D*

*Teſtimonium ...*

Et rn̄dit eis Ieſus. Opera q̄ ego facio, ipſa teſtimoniū perhibent de me. Teſtimonia plurima habuit Chriſtus. Primum habuit teſtimoniū à patre in baptiſmo. Secundum habuit a ſeipſo. de quibus Ioan. 8. Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de meipſo, & teſtimonium perhibet, qui miſit me pater meus. Tertio à ſpiritu ſancto. Iohann. decimoquinto. Cum uenerit ſpiritus ueritatis quem ego mittam uobis a patre, ille teſtimonium perhibebit de me.

Quarto ab operibus miraculorū quæ nemo alius fecit ut hic. Quinto a Moyſe & lege. Ioan. 5. Si crederetis moyſi, crederetis forſitā & mihi. Ille enim teſtimoniū phibuit de me. De me. n. ille ſcripſit.

Deute.



Deute. 18. Prophetam de gente tua ſuſcitabit dn̄s &c. Sexto à ſcripturis propheratū. Apoc. 19. Teſtimonium Ieſu eſt ſpiritus prophetiæ. & Io. 5. Scrutamini ſcripturas, in quibus uos putatis vitā ęternā hr̄e.

Septimo à Ioāne Baptiſta. Io. 5. Vos miſiſtis ad Ioannem, & ille teſtimoniū perhibuit dicens. Ecce agnus Dei Io. 1. Hic uenit in teſtimonium &c. Octauo à turba clamantium in ingreſſu eius in Hieruſalē. Io. 12. Teſtimonium ergo perhibebat turba quæ erat cum eo quando vocauit Lazarum à monumento. Nono ab apoſtolis. Io. 15. Et vos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis. ſ. ab initio prædicationis & miraculorum. Act. 4. Virtute magna reddebāt apoſtoli teſtimoniū reſurrectionis Ieſu Chriſti. & Act. 1. Eritis mihi teſtes in omni iudæa & Hieruſalem. ideo ſm̄ p̄s. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis. Hæc teſtimonia in cauſa Dei olim producta ſunt cōtra iudæos, nūc cōtra falſos Chriſtianos cōtēptores verbi Dei, in quorū perſona ait. Iob. 10. inſtauras teſtes tuos contra me. Hos autē teſtes nolunt audire, quia eorū operibus cōtrarij ſunt, de quorum quolibet dicūt. Sap. 2. Reprobi. Contrarius eſt operibus nr̄is, & diffamat in nobis peccata legis &c. Si aūt uidere aut audire nō uolunt eos qui eorū peccata reprehendunt, quō futura ſuſtinebunt verbera, qui portare non pn̄t uerba? Cauſam non credentiæ, ſeu incredulitatis ſubdit dn̄s. Sed uos nō creditis, qa nō eſtis ex ouibus meis. Tres rōnes ſubiūgit quare nō erāt ex ouibus ſuis. prima eſt, quia oues meæ uocē meā audiunt, & ideo me cognoſcunt, & ego cognoſco eas, quia me cognoſcunt. Oues tria diſcernere ſolent. ſ. paſcua, paſtorem & hoſtem.

*E*

Primò diſcernunt herbas utiles à peſtiferis & nociuis, & eas quæ faciunt abūdantiā lactis ab his quæ impediunt. Sic oues Chriſti ſolent diſcernere doctrinā ſanam à praua. 1. Ty. 1. Rogaui te ut denunciares quibuſdam, ne aliter docerent & ne intenderent fabulis & genealogiis interminatis, quæ quæſtiones præſtāt magis quā ædificationem. & iterū 1. Tim. 4. Erit tēpus cū ſanā doctrinā non ſuſtinebunt. Et de hmōi herbis ante hyemē futurā alterius ſæculi inſatiabiliter ſe paſcit ouis Chriſti ſ. bona doctrina, & bonis operibus. vn̄ Ambro. ī exameron. Ouis in aduentu hyemis inexplebilis ad eſcam inſatiabiliter herbam rapit, eo q̄ præſentiat aſperitatē hyemis affuturā, ut ſe prius herbæ pabulo farciat quàm gelu adurente herba oīs deficiat. Secundò ouis diſcernit inter paſtorē, & nō paſtorē ſeu mercenariū, quia mercenarius & cuius nō ſunt oues videt lupū uenietē & fugit, ſed paſtor (ut hr̄ Io. 10.) Ante eas uadit, & oues illū ſequuntur. nō aūt ſequuntur nō paſtorem. Et hoc ideo, quia bonus paſtor ad bona paſcua ducit eas. Hæc ſunt ſana doctrina & bona exēpla. propter quod fratribus Ioſeph qui erāt paſtores ouiū data eſt terra Ieſſem, quæ interpretatur propinquitas, p quā intelligit̄ doctrina ſacra p quā appropinquamus Deo ad ipſum diligēdū.

*F*

*Titulus i Dn̄iæ titulorū ſciē Chriſti, et ſciæ ſæcularis.*

Sapiētiæ uerò ſæculares & aliæ oēs retrahūt & elongant ab eo, maxime ciuilis & ſcientiæ lucratiuæ, cuius tituli ſunt de acquirendo rerū dn̄io, de acquirenda poſſeſſione & retinenda &c. De quibus Eſa. 29. De terra loqueris, & de humo audiet̄ eloquium tuū. Io. 3. Qui de terra eſt, de terra loquit̄. Non ſic de doctrina Chr̄i, qui cū rogaret̄ vt diuideret hęreditatē, rn̄dit. Homo quis me cōſtituit iudicem aut diuiſorem inter uos? Luc. 12. Huius tituli longe ſunt alij, non de terrena, ſed de cœleſti hæreditate obtinenda. Vnde eſt titulus pſalmi quinti: pro eā quæ conſequitur hæreditatem. Tituli non de acquirenda aut retinenda, ſed dimittenda hæreditate & abdicāda poſſeſſione. Matth. 16. Si quis vult poſt me uenire abneget ſemetipſum. & Matth. 9. Vade & uēde omnia quæ habes. Vnde & apoſtoli aſcripti ſunt huic titulo. Beati pauperes. Dixerunt.n. ecce nos reliquimus oīa. & titulus Chriſti pro torcularibus pſalmi octaui i. pro ſanctorum paſſionibus, cui uoluit prius aſcribi. Eſaiæ 63. dicēs torcular calcaui ſolus. Et oēs iſti tituli ad unū referuntur. ſ. illū. Ieſus Nazarenus rex iudæorum. Hic enim titulus indelebilis eſt, ut ibidem dicitur. Omnes alij tituli, utputa de acquirenda aut retinenda poſſeſſione, & huiuſmodi delebiles ſunt. Præterit enim figura huius mundi. 1. Corintiorū. 7. & 1. Ioannis. ſecundo. Mundus tranſit, & concupiſcentia eius.

*G*

*Ouis. Qūo ouis apprehendit hoſtē ſuum, nō aūt Chriſtianus.*

Tertiò ouis apprehendit, & diſcernit hoſtem ſuum, quamuis nūquā uiderit eū, & homo oue beſtialior nō uidet aſtutias, uerſutias & fallacias hoſtis

ſui.

ſui. Secundum æſtimatiuam aũt ouis hæc cognoſcit. Sed multę nunc ſunt oues Xp̄i, quæ uelut ouis fatua citius accedunt ad carnificem, quàm ad paſtorem, cum tamẽ paſtor uocet ad uiuendum, carnifex ad occidendum. Paſtor enim reuocat oues quæ ab eo ſeparatæ erant, ut reuiuiſcant p pęnitentiam, & nihilominus ſicut capra quæ ouibus reuertentibus ad caulas remanet inter lupos & deuoratur ab eis, ſic tales, (cum cęteri Chriſtiani reuertantur ad dominum hoc tẽpore) ſoli remanent inter lupos abſq; pœnitẽtia & deuotione.

H *Ouis.* *De tripli ci modo ouiũ iuxta ſacrã ſcripturã*

Secũda conditio ouium Chriſti eſt, q ſequunt eum tanquã uiã ueritatis, & per uiam mãdatorum, iuxta quã uiam ambulabat, qui dicebat. Viam mandatorũ tuorum cucurri. Ideo quia illã uiam tenuerunt, ſubdit dñs. & ego do eis uitam æternã. Vnde triplices ſunt oues. Quædam in deſerto relictæ, quædam in mundo inuentæ, quædam in inferno afflictæ. Primæ ſunt angelicæ virtutes, de quibus Mat. 12. Nonne dimittit nonagintanouem in deſerto? Secundæ ſunt homines, iuxta illud quod immediate ſubditur. Vadit ad illam quæ perierat, donec inueniet eam. Tertię ſunt damnati. p̄s. Sicut oues in inferno poſiti ſunt. Secundarum uero ouium quædã ſunt, quarum natura eſt, q ſi vna mittat ſe in domum ardentem uel ſe de rupe præcipitet, aliæ ſequuntur. Sic filius cum patrem videt uſurarium uel lubricum, ſtatim poſt eum in ignem auaritiæ, vel luxuriæ ſe mittit, & tãdem in infernum vnus poſt alium præcipitatur. p̄s. Comparatus eſt iumentis inſipiẽtibus. Sic viuunt ſicut ouis quaſi anima ſimul cum corpore moriatur. p̄s. Non videbit interitum cum viderit ſapientes morientes. i. non attẽdit miſer, q anima ſapiẽtis, dum moritur tranſit ad uitam, & ſtulti ad perditionem, ad mortem ſapientis deſcendunt angeli, ad mortem ſtulti nuncij inferni. Primæ oues reficiuntur paſcuis viſionis Dei. Mat. 17. Angeli eorũ ſemper vident faciem patris. Secundæ impinguãtur paſcuis ſacræ doctrinæ. p̄s. Dñs regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocauit. Nihil deeſt ouibus quæ in præſenti Deum paſtorem habent. qm̃ timentibus Deum nihil deeſt, & omnibus abũdabunt in futuro. Sed omnia deſunt his, qui diabolum ſequuntur. auarus etiam obolo indiget. Tertiæ autem oues paſcẽtur morſello mortis continuæ. p̄s. Mors depaſcet eos. Secundæ uero quæ ſunt oues domini de paſcuis in paſcua deducuntur. de ſenſu hyſtoriali ad allegoricum. & ſic de aliis, vt melius reficiãtur, & tædium auferatur. Inuentarum autem ouium quædam ſunt vagæ, quas debemus colligere, quædam morbidæ quas debemus ſuſtentare, quædam lentę quas debemus ſtimulare. Propter quæ tria baculus paſtoralis curuatus in principio, rectus eſt in medio, fortis & pungens in imo. Attrahitur. n. populus per dulcedinem, regitur per iuſtitiam, pũgitur per diſciplinam. p̄s. Dulcis & rectus dominus, ecce dulcedo & iuſtitia. propter hoc legem dabit delinquentibus in via, ecce diſciplina.

I

Tertia conditio ouium Chriſti eſt, q lupus eas rapere, aut deuorare non poteſt. Vnde ait. Et nõ rapiet eas quiſquã de manu mea. Rationẽ ſubdit, quia pater meus quod dedit mihi. ſ. deitas, maius eſt omnibus creatis, & nemo poteſt rapere quicquam de manu patris mei. ergo nec de manu mea, q̃a ego & pater vnũ ſumus.

I

Quattuor autem ſunt modi ouium. Quædam ſunt debiles & infirmæ, quas aliquãdo oportet ſeparare, ne per cõtagium alias inficiant. Hi ſunt, quos vitæ prioris dulcedo, & conſuetudo vitiorum ſic inquietat, ut facile à bona uita reſipiſcant, nõ tñ moriuntur, quia paſtor eas curat. licet inſultibus tentationũ multũ debilitentur. Secundæ ſunt prægnãtes & fœtæ. Hi ſunt qui cũ deſiderio ad virtutem anhelare cupiunt nec tentatione præuenti a propoſito deſiſtunt, licet cum difficultate id faciant. Expectant enim tempus pariendi, & tempus uenerit illud opere complent. quibus conſolatione opus eſt, & fiſtula paſtoris. Tertiæ ſunt errantes & uagæ. Hi ſunt, qui cum poſuerint manum ad aratrum, & multa bona fecerint, retro abeunt, & per diuerſa uitia uagantur, qui indigent flagello. Quartæ ſunt fortes & ualidæ. Hi ſunt, q virtutibus impinguati, & fortes uiribus montanis paſcuis indigent, contẽplatione ſcilicet & deuotione, pro quibus conſeruandis neceſſarius eſt canis latrãs, & huc illucq; diſcurrens, & iſte eſt prælatus. Paſtor aũt Chriſtus eſt, q ſuas cuſtodit oues nec lupus eas diripit, imo miſit agnos ad capiendum lupos, non omnes quidẽ, quia





ſcribas, & phariſeos hypocritas agnus ille non accepit, licet durè correxit, orans tñ pro perſequentibus multos ad ſe conuertit. vnde Gen. 49. Rachel. i. ouis genuit Beniamin, qui dicitur lupus rapax.

I

Secundo perſequuntur Iudæi dñm exteriori opere. Suſtulerunt enim lapides ut iacerẽt in Ieſum. Arbor ſterilis in uia non exigitur niſi pro vmbra, ſed qñ eſt fructuoſa, non ſolũ exigitur eius vmbra, ſed proiiciuntur lapides & baculi contra eam. Sic ſterilis. i. qui nullius vtilitatis eſt, in pace dimittitur, bonus uero & utilis qui fructum boni operis producere poteſt, uix una hora in pace dimittitur, ita ut nec Chriſtum in pace potuerint dimittere. Inde p̄ſa. Vix hora uel dimidia fit in cœlo ſilentium. i. in cœleſti homine.

I

Dixit eis Ieſus. Multa bona opera oſtendi uobis propter quod eorũ opus me lapidatis. Opus enim oſtendit artificem. prouerb. 31. Laudant eam in portis opera eius. Videndo enim artificem attendere debemus opera non uerba, quia artificem cõmendat non uerbum, ſed factum. 1. Corin. 4 Regnum Dei nõ eſt in ſermone ſed in ueritate. ſ. operum, quia meſſis quidem uerborum multa, operarij autem pauci. Vnde archa Noe linita erat bitumine intus & extra, intus bitumine charitatis per affectum, exterius per exhibitionem operum. Non ſicut piger uel malus qui abſcõdit manũ ſuam ſub aſcella, nec ad os porrigit eam, dum ad uerbum oris manũ nõ porrigit operis. Reſponderunt iudæi dicẽtes. De bono opere non lapidamus te, ſed de blaſphemia. Mali. n. de malo opere, uel de negligentia operis lapidantur. i. obiurgantur. Eccl. 22. De ſtercoribus boum lapidabitur piger. Stercora enim boum faciunt fructificare terram. Hæc ſunt bona opera iuſtorum, quæ ædificant eccleſiam, quibus lapidatur piger, qñ coram oculis eius poſitis bonorũ operibus arguitur omnino inutilis.

K

Reſpondit Ieſus. Nonne ſcriptum eſt in lege veſtra. ego dixi Dij eſtis &c. Mirabilis honor quem deus faciet ſuis electis. Sit ante oculos noſtros poſitus aliquis pauper omni auxilio deſtitutus, vlcerum & aliarum infirmitatum fœditate corruptus & quo tegatur à frigore, omni tegumento nudus. Hunc ergo iacentem & nullo modo ſe iuuare potentem ſi rex aliquis potentiſſimus tranſiens videret, eiusq; miſertus vulneribus ei mederi iuberet, curatumq; & ſuis regalibus ornamẽtis indutum ſibi præciperet præſentari, & in filium adoptaret, ac deinde præciperet, ut in regno ſuo à cunctis tanquam filius ſus haberetur, atque in nullo quod imperaret à quoquam contradiceretur, hæredemq; ſuum & filij ſui cohæredem conſtitueret, & eum uocari nomine ſuo uellet, nonne diceres hunc magnifice & ſublimiter honoratum? Sic Deus nobis oĩa hæc faciet. Natos. n. de putredine carnis multis miſeriis repletos, omniq́ue auxilio deſtitutos, omniumq́ue infirmitatum paſſionibus obnoxios peccatorum atque corruptibilitatis vlceribus plenos, ſola miſericordia ductus accipiet, & curabit, & ſanitati reſtitutos ornamentis perfectæ iuſtitiæ, & incorruptibilitatis ornabit, & ad ſe adductos in filios adoptabit, regni ſui cõſortes, & filio ſuo cohæredes faciet, omniq́ue creaturæ iubebit, ut in omni quod volumus nobis obediat, uocatosq́ue nomine ſuo nos deos efficiet, ſicut dicit. pſal. Ego dixi dij eſtis, ut ipſe ſit Deus per eſſentiam, nos per participationem. ſecund. Petri primo. Vt efficiamini diuinæ conſortes naturæ. Si illos dicit ſcriptura deos, ad quos ſermo Dei factus eſt &c. In quo arguit dominus dupliciter. Primo per ſcripturam ſacram, quòd ipſe ſit Deus, quia ſcriptura ſacra cum ſit à Deo inſpirata, nõ poteſt eſſe falſa: & tamen ſanctis hominibus & prophetis attribuit deitatem participatiue. ergo multo magis quẽ pater ſanctificauit. i. ſanctum ab æterno genuit ſm deitatem, vel ſanctificauit. i. plenitudine gratiæ repleuit quantum ad humanitatẽ, & miſit in mundum ad ſaluandum, & ſanctificandum ipſum, ſicut prophetice dictũ erat, poteſt dici Deus. Quaſi diceret. Si adoptiui filij dicuntur Dei, quare naturalis filius Deus nõ dicatur? Secundo oſtẽdit ratione, quia faciebat opera diuinitatis virtute propria totam facultatem naturæ tranſcendentia. Vnde ait. Si mihi non vultis credere, ſaltem operibus credite. Omnia autem (ſecundum philoſophum) determinantur proprio opere, & ideo per propriam operationẽ certificamur de natura rei. Ex quo clare concludebat quòd ibi erat uera natura diuina, & per conſequens non erat blaſphemus.

*Eadem feria quarta unde ſupra. Sermo ſecundus. & in ord. 115.*

A

*Lapi Quo nūc boni ꝯ̄ bono ope lapidantur.*

DE bono opere non lapidamus te,ſed de blaſphemia.Io.10 Immo oppoſitū contingit, de bono opere lapidatur iuſtus, & de blaſphemia bñdicitur impius.ps. Laudatur peccator in deſiderijs aĩæ ſuæ, & iniquus benedicitur.Et ratione aſſignat Salomon.Eccle.8 Eſt & alia vanitas q̄ fit ſup r terram Sunt iuſti quibus mala proueniunt quaſi opera egerint impiorum,& ſunt impij,qui ita ſecuri ſunt quaſi iuſtorū facta habeant.Modo enim ita eſt ꝙ nō lapidantur bufones, ſed homines, ſicut ſolitum erat fieri. Sic Chriſtus, quaſi lapidatus eſt,& hoc ideo Primo,quia mundus cecus eſt præ ſenectute, & debilitate, quia nunc in eo non ſunt fortes iuſtitię,ſicut olim,de quibus Eſaiæ 61.Et uocabunt in ea fortes iuſtitiæ, plantatio domini ad glorificandum.Et ideo mundus prę cecitate pro malis bonos accipit, & ecōuerſo. uel cecatus eſt hyrundinum ſtercoribus, ſicut Thobias, ideo nigrum accipit pro albo, & venenum pro medicamento. Hinc eſt ꝙ bufones iudicat homines, & homines bufones. iō nil mirū ſi hoĩes lapidat. Sed lapides ſuos dñs bonis cōuertit in panes, quia non eſt aliqua tribulatio ſeu lapidatio,de qua iuſti non gaudet.Sicut eñ dolent de aduentu tribulationis,ita gaudent de receſſu.Eccle.1 Sol ardens.ſ.oritur & occidit. Cito.n tranſit ſicut torrens qui per ſeipſum facile ſiccatur ps. De torrente in via bibit.ſ.iuſtus, propterea exaltabit caput gaudendo. Ideo qui lugent in aduentu tribulationis, aduertāt uelocem eius occaſum. Si.n.diſplicet ortus,neceſſe eſt ut placeat occaſus.Hinc dicebat quidā ſe nihil vnquam paſſum quin ſibi placeret. Quicquid enim cum dolore aduenit, cum gaudio recedit.Sic triſtabatur Maria cum filij ſui perſecutionem intueretur, ſed eius habita victoria lætabatur,cuius lætitiæ vt ſimus participes,dicamus. Aue.

Circa hoc thema proſequendo euangelium Primò dicemus de opere Chriſti,& vera eius doctrina, qua ſe iudæis Chriſtū in lege promiſſum & uerum Deum oſtendebat.

B

*Hyems. q̄uo hyeme bain.*

Secundo de blaſphemia à iudæis ſibi impoſita, quam uarijs rōnibus refellebat. Pro primi expeditione dñs uenit ī Hieruſalē tēpore hyemali in ſolennitate dedicationis templi.Vnde facta ſunt encenia,& hyems erat. Tunc eſt hyems quādo arbores magnæ ſolū viuunt in radice ſpoliatæ folijs.fructu, & ornatu, æſtate uerò ornantur Herbæ aūt virent,ſed æſtate adueniente pp calorem areſcunt. Sic nunc hyems eſt, in qua iuſti & magni viri viuūt in radice charitatis, foris uerò uidentur nudati adiutorio & ornatu temporali m. ſed adueniente æſtate alterius ſæculi veſtientur omnibus bonis,ubi mali, qui hoc floruerint,nudabantur. Vtrique tñ participant in encenijs.i.in participatione ſacramentorum,nec hic videtur diſtinctio. Nō enim eſt hic diſtinctio iudæi & græci. Videbitur aūt cū tranſierit hyems. Vnde canit ſponſa in cāticis.Iam enim hyems trāſijt,& ſtatim ſequitur. flores apparuerūt ī terra noſtra. Circūdederunt ergo eum iudæi dicentes. Si tu es Chriſtus &c. Rñdit Ieſus.Opera quæ ego facio &c.Nō ſolū opera quæ fecit dñs dum uiueret,teſtimonium perhibent iudæis, ſed ēt opera q̄ fecit poſt mortem manifeſtius dant teſtimonium nō ſolum Chriſtianis, ſed etiam iudæis,quæ in ſeptē tāgi poſſent. Primū mirabile opus & omnibus quæ fecit in vita ſua mirabilius & maius fuit, ꝙ humilis homo abſque armis ſolo mucrone linguæ oēs homines tā potētes,q̄ ſimplices,ſapiētes & rudes,pauperes & diuites.nobiles & ignobiles, noua & inaudita religione inuoluit, & oēs Deorum ritus demoliēs mūdum vniuerſum tot antea ſæculis prauis legibus irretitum,ſuis ſubiecit legibus Secundo ꝙ tali conditione, & ita fixa ad ſe eos conuertit,vt propter eius amorem difficillima & penè intolerabilia paterentur, & nulla pœnarum atrocitate deterriti ēt omne genus mortis libenter ſubirent, & quanto plures moriebantur,tanto creſcebat Chriſtianorum numerus. Et hæc religio inſtar auri cōtinuis purgata flammis, purgatior,fulgentior,& maior euaſit. Tertio, ꝙ in hac lege difficillima credi mandātur,vt puta articulus de trinitate, & de īcarnatione.de reſurrectione, de paſſione de euchariſtia,de baptiſmo, ꝙ ſine eo nulla ſit ſalus, & tñ his non obſtantibus difficultatibus fidem & aſſenſum his pbuerūt, & ſapientes & rudes, in his maxime q̄ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt. Quarto,ꝙ ſuā legē obſeruantibus non diuitias,non honores, non uoluptates, non dignitates promiſit, ſed magis his contraria,paupertatē ignominiam,inſultus,verbera,exilia, carceres agones, ſupplicia. Et his non obſtantibus pugnante cōtra eum toto orbe terrarum, quicquid uoluit conſecutus eſt,īmo reges & principes huic legi ſubegit,qui eiuſdem iugo humiliter inclinati, ēt miniſtris eius infimis paruerunt,oĩa iſta viſibilia pro inuiſibilibus paruipēdentes. Quinto,crux in qua ſtetit moriens morte ignominioſa & omnia ſuorum ſuppliciorum inſtrumēta tanta reuerentia deoſculantur, & cunctis prælata theſauris, tam honorifice reconduntur,vt nec ipſi imperatores ita reuereantur. Sexto per ſtultiſſima apud mundum exiſtimata ſummam ſapientiam edocuit.Magnum miraculum ex glacie ꝓducere ignem,& ſtultitia ſapiētiam, & cū hoc ſtultiſſimos mundi in diuinā conuertere ſapientiam. Pauperes piſcatores & idiotas facere magiſtros orbis terrarum, immo ſapientes, poetæ & philoſophi cum ad lucem Chriſti viderent figmenta Deorum,& turpiſſima eorum geſta, nec poſſe etiam talia ſenſibus myſticis tegi, nō erubuerunt ad hanc ſtultitiam diuertere, & poſtmodum contra hanc doctrinam non ſophiſticis argumentis, aut rōnibus ſillogiſticis,ſed minis,terroribus,& ſuppliciis acerrime pugnatum eſt. Quod ſi qui forte huius doctrinæ prima principia denegaſſent, & quæ ratione naturali concludi nō poterant aduerſus philoſophos, reges, & tyrannos, & eorum gladios ſtulti defenderunt, īmo oēm ſcientiam humanā tanquā ſuæ doctrinæ conſonā ancillā ſeruire fecerunt,& oēm doctrinā hanc vſque ad vltimū iota integrā inuiolatāq; tenuerunt.

Septimò tantę bonitatis eius opera fuerunt, vt cum bonū ſit ſui ipſius diffuſiuū, ipſum ſummum bonū quaſi ſubito ſe diffudit per vniuerſum orbem terrarū,& illico orbem ipſum ab oĩ peccatorū & idolatriæ profunda caligine deterſit, & omni virtute & ſanctimonia extulit, & pp nullā ſcelerum grauitatem veniā pœnitētibus differt, & impinguantibus & offendentibus (ad ſe tñ reuertentibus) non ſolum ueniā ſed etiā dona impartiri ſtudet. Sed uos non creditis,quia nō eſtis ex ouibus meis. In oue.n ſimplicitas cōmendatur. iſti autē aſtuti erant,& aſtutiæ aculeo dñm pungere uolebant, ſimplices verò facile dño credebant.ideo erant ex ouibus ſuis.Sic commendatur Iob, ꝙ erat vir ſimplex. ꝓuerb. 11.Simplicitas iuſtorū diriget eos,& ſupplantatio peruerſorum uaſtabit illos. Eſt autē triplex ſimplicitas. vna vulpina ſeu lupina,& hæc eſt doloſitas,ſeu hypocriſis. Eccle.19.Eſt qui nequiter ſe humiliat, & interiora eius plena ſunt dolo. ipſi ſunt lupi qui comedūt ouem, & induunt pellem ouinam. Talis erat Alchimus. 2.Mach.7. de quo dicitur. homo de ſemine Aaron venit,non decipiet nos. Exemplum de mure,qui docuit filiam ſuam de gallo & catto. Mus.n.cum filia ſua videbant in granario gallum comedentem,triticum & cattū inſidiantē,ſed depreſſum, & capite humiliatū. Dixit ergo filia matri de gallo, quā terribile & periculoſum eſt animal illud habens vngues & roſtrum terribile, & de catto dicebat, ꝙ videbatur ſibi aĩal dulce ſimplex & pium.Cui mater. Noli ita ſentire,ſed cuſtodi te ab illo aĩali,quia ſub hypocriſi ſua, ſi ei appropinques deuorabit te,gallum vero ne timeas. Nihil enim tibi oberit, hæc ſimplicitas ficta eſt, qua quis componit exteriorē hoĩem vultū geſtū & habitum &c. vt religioſus,& bonus credatur,& ītus oĩa ſunt peruerſa. Hæc eſt ouis quæ periit,quia in talibus uera ſimplicitas mortua eſt. Qua mortua remanet pellis, & ipſi induunt pellem ouinā, cum ſint intrinſecus lupi. Matth.7. Veniunt ad uos in ueſtimentis ouium, intrinſecus autē ſunt lupi rapaces. Gen.31. Rachel ſub ſtramine cameli abſcōdit idola Labam. Stramenta cameli eſt aſper religionis habitus, vt cilicium,ſub quo abſconduntur idola.i.cupiditas & auaritia,quæ eſt idolorū ſeruitus. Ephe.5. Natura.n. & ars contrario modo operantur. Natura ab interioribus incipit operari & formare, & tandē exteriora format,effigiat, & complet, ut patet in fœtu leonis & urſi,& in embrione in uētre matris,ars econtra. Sculptor.n.format idolū exterius,vt caput & huiuſmodi.īterius aūt nihil operatur. Virtus ſimilis eſt naturæ,q̄ primo componit interiorem hoĩem,deinde exteriorem, hypocriſis ſimilis eſt arti, quia nō facit niſi idolum. Luc.11. Vos phariſei quod deforis eſt calicis & catini mūdatis,quod aūt intus eſt ueſtrū,plenum eſt rapina.

*Simplicitate, lupina ſ. aſinina, & colūbina.*

rapinã & iniquitate. Dani. 14. Ne decipiaris dñe mi rex, iſte eſt intrinſecus luteus, foriſecus, aut æneus. Secunda ſimplicitas eſt aſinina, quæ eſt ſtultorum, qui oĩ verbo credunt. De quibus Eccle. 19. Ne omni verbo credas. Exemplum in coruo qui nimis cito credidit vulpi dicenti ſibi ꝙ habebat pulcherrimã vocẽ dignã facere tenorem in curia regis. Cui cum nimium credulus eſſet coruus, & ad rogatum vulpis cantare vellet, bolum carnium quẽ habebat in ore cadere dimiſit, quem aſportans vulpes ſtatim aufugit. 2. Corin. 11. Timeo ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit] aſtutia ſua, ita corrumpantur ſenſus ueſtri, & excidant à ſimplicitate quæ eſt in Chriſto Ieſu. Exemplum de ruſtico, qui cũ portaret agnum, & aliquis tranſiens diceret ſibi ꝙ eſſet canis, tandẽ delata eſt controuerſia ad primum fortuito ueniẽtem. Tandẽ uenit primus, qui erat ſocius eius, qui dicebat agnum eſſe canẽ, qui id idem aſſeruit conſcius facti, & ita factũ eſt, ut illis credens dimitteret agnum, quẽ portabat pro cane. Hæc eſt ouis, quæ errat. Oſeæ. 7. Factus eſt effraym quaſi columba ſeducta non habens cor. Hi facile ſeducuntur ab hæreticis, qui penetrant domos viduarum & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis. ps. Congregatio taurorum in vaccis populorum .i. multitudo malorũ inter ſimplices populos (ſimplices. n. cõiter uocantur uaccæ) ad decipiendum eos. Io. 3. Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſint. Tertia eſt vera ſimplicitas, quæ eſt columbina. Hęc eſt fidelium, de qua dñs. Eſtote prudentes ſicut ſerpẽtes, & ſimplices ſicut columbę. Matt. 10. Si oculus tuus. ſ. intẽtionis fuerit ſimplex, totũ corpus tuũ lucidum erit. Lu. 11. Columbæ ſimplicitas eſt in quęrendo patrem proprium. Sap. 1. In ſimplicitate cordis quærite illum, & in nõ admittẽdo alienum. Coloſ. 3. Non ad oculum ſeruientes quaſi hominibus placẽtes, ſed in ſimplicitate cordis gementes Deum non mundũ. Simplex. n. homo de ſe & ſuis ſolicitatur, nec aliena ſicut aſtutus ſcrutatur. Simplex quidem quærit Chriſtũ, aſtutus mundum.

F Simplicitas. De dua- [illegible]

Hæc ſimplicitas, Primo à dextris comitem debet habere Dei prudentiam ipſam dirigentem, ut ferrum ſecuris cum ligneo manubrio maritatur. Iob. 1. Vir erat ĩ terra Hus, vir ille ſimplex. Hus interpretatur conſilium, quia ſine conſilio nõ ualet ſimplicitas ad bonorum operum exercitium, ideo uoluit dñs ſuos diſcipulos eſſe prudentes ut ſerpentes, deinde ſimplices, ut ſunt columbæ. Propter quam prudentiã præcepit Moyſes. Leuit. 2. Sal. i. diſcretionem in omni ſacrificio offerri. Abijcit inde hæc ſimplicitas oẽm mundanã prudentiã. prouer. 11. Simplicitas iuſtorum diriget eos, & ſupplantatio peruerſorũ uaſtabit illos. Supplãtat. n. bonos mundi prudẽtia, ſeu aſtutia. Sicut aſſidue uidemus ſimplices hoĩes à vulpinis in negotio ſuo ſupplantari, nec adiutoriũ habere niſi à Deo quem quærunt. Sap. j. In ſimplicitate cordis quærite illum. Perſona. n. queri debet ĩ loco & ĩ uia quã plus habitat & diligit. Via quã dñs plus dilexit & elegit eſt ſimplicitas cordis. 1. Parali. 29 Scio dñe deus ꝙ probes corda, & ſimplicitatem diligas, ideo non uerſuti aut aſtuti inuenerunt illum, ſicut Paulus. 2. Cor. 1. In ſimplicitate cordis & ſinceritate Dei conuerſati ſumus in hoc mundo. Gen. 8. Noe de archa emiſit columbam & coruum. Colũba inuenit ramum oliuæ virentibus folijs, quem detulit in archã, ſed coruus ſtetit ad cadauer. Colũba ſimplicitas eſt nihil q̃rens pręter Chr̃m. ideo ſimplices ĩ veſpere mortis redeunt ad archã paradiſi portãtes oliuã uirentem. i. Chr̃m, qui eſt ſignũ pacis ſicut oliua. Coruus aũt (ſm Iſidorum) eſt auis aſtuta, quæ furatur pecuniã, & abſcondit in foramine, nunquam poſtea ſe iuuãs de ea, ĩmo alius eã inuenit & aſportat. Sic cupidi hic de rapinis & male acq̃ſitis theſaurizantis nunquã ſe aut alios de his iuuãt, ſed in archis abſcondunt, & alius qui nec vnũ uerbũ ꝓ eis orabit, theſauros aufert.

Secundus comes ſimplicitatis colũbinę aſtãs à ſiniſtris eſt prudẽtia mundi ipſam ſubſannans, deridens & affligens, q̃a Lucę 16. Filij huius ſæculi prudentiores filijs lucis in generatione ſua ſunt, quia filij lucis, id eſt electi paucum vident in fraudibus huius ſæculi. ecõtra filij ſæculi huius. iõ derident ſimplices in ſimplicitate ſua. Iob 21. Deridetur iuſti ſimplicitas. Sapiẽ. 5. Hi ſunt quos aliquãdo habuimus in deriſum & in ſimilitudinem improperij, & uitam illorum æſtimabamus inſaniam. Reputãt enim inſanum qui ſcrupuloſe ambulãs in mandatis Dei non habet dimidiam vlnã conſcientiæ ad fraudem pro ſe uel ſuis faciendam, vel reputant inſanum, qui nihil aut paucum tẽporalium habet, ſicut deridentur calui, qui capillos non habent. Ob quam cauſam apoſtoli idiotæ reputabantur, nec curabant. 2. Cor. 8. Altiſſima paupertas abundauit in diuitias ſimplicitatis eorum. Vnde & vxor Iob ſubſannans eum ait. Adhuc manes in ſimplicitate tua. Sed ſicut irrident ſimplices, ita dominus irridebit eos, quia reputat mundi prudẽtiam eſſe ſtultitiam. 1. Cor. 3. Sapientia mundi ſtultitia eſt apud Deum, & ecõtra ſimplicitatem bonorũ reputat aſtutiã. Eccle. 19. Non eſt cogitatus bonus prudentia pctõrum, & ibidem de ſimplicibus dicitur. Melior eſt deficiens ſenſu in timore Dei, quã qui abundat ſenſu & tranſgreditur legem altiſſimi.

G Simplicitas [illegible] de quinque [illegible] [illegible] bus.

Hæc autem ſimplicitas columbina ex quinque quæ in ouibus apparent cõſiderari poteſt. Primo in ſtrepitu pedũ quem timẽt oues. Sic uiri ſimplices non minus timent ſtrepitũ cogitationũ interiorũ quàm tentationes in ultuum exteriorum, quia bellum ciuile & domeſticum citius deſtruit urbem quã extrinſecũ. Simplices. n. de re modica faciũt cõſciam, vbi aſtuti hoc pro nihilo ducunt, & hoc ꝑ deo. Primo quia in ſimplicibus lucet lux illa vera, quæ illuminat oẽm hominẽ, iõ intra ſe uidẽt quæ modica aut nulla ſunt. Aſtuti uero replentur tenebris, quia terra quæ obſcurat ſolem & lunam. ps. Repleti ſunt qui obſcurati ſunt terræ domibus iniquitatum. Secundo quia ſimplices viuunt in timore dñi. Ad aſpectũ. n. virgarũ oues tales fœtus concipiebant quales paſtores earum volebãt, quia dũ virga furoris Dei conſiſtit. ſ. diabolus, uel Dei uindicta ꝑ timorẽ, fructus bonorũ oꝑum cõcipiũt. Scđo quia oues maxime ſubijciuntur voluntati paſtoris, & ſine rebellione deducũtur. Sic ſimplices uoluntati ſuorũ ſuperiorum. ps. Qui deducis uelut ouem Ioſeph. Tertio, quia ouis eſt animal potentiſſimũ nunquã conſuetũ lædere, uel mordere, ſicut Chriſtus qui quaſi ouis (Eſa. 53.) ad occiſionem ductus eſt, ita in tribulationibus noſtris nos de ſuis ouibus cõputari ſtudeamus. de quibus ps. Propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Oues occiſionis ſunt illæ, quæ ſunt in manu carnificis de proximo paratæ ad occidendum, quemadmodũ ſunt ſimplices viri ĩn manu mundanorum ad prædandum, doloſe tractandum & affligẽdum. Eſa. 26. in terra ſanctorũ iniqua geſſit. ſ. aſtutus.

H Ouis. De ſex utilitatib. ouis.

Quarto ex fęcũditate ouis apparet, q̃a eſt aĩal fœcundum, & nos bonis operibus fœcundemur ps. Oues eorũ fœtoſæ abundantes. Quinto ex hoc ꝙ cõcordes congregatim viuũt. Nunquã viſa eſt inter eas diſcordia. Sic & nos cõcorditer uiuamus. ps. Nos aũt populus eius & oues paſcuæ eius. Subdit dñs cãm quare nõ erãt ex ouibus eius, quia oues meæ uocẽ meã audiunt, & ego cognoſco eas, & ſequunt̃ me ad utilitatẽ. Vtiles. n. ſũt oues, ita ut q̇cq̇d ĩ oue eſt ſiue extrinſecus ſiue intrinſecus vtilitatẽ afferat. Primò uellus utile eſt ad ueſtimẽtũ, hoc eſt exterior cõuerſatio, q̃ ꝓdeſt ad exẽplũ, vt exẽplo bonorũ operũ cõtra pcti frigus tegamur. ꝓuerb. 27. Agni ueſtimẽtũ tibi ſint, & hędi ad agri ꝓciũ. Nõ dixit hędi ad ueſtimẽtũ, ſed agni, q̃a à iuſtis nõ à pctõrib. exẽplũ accipi dẽt. nec dẽt q̇uis ꝓponere peccabo ſicut ille, & poſt pœnitebo, q̃a q̇s ſcit ſi cõuertatur, & ignoſcat Deus? Iohel. 2 Sed hędi dñr in agri ꝓciũ, ager ab agendo dr̃, et ſignificat exercitiũ in operibus iuſtitiæ, et ſic ſunt ĩ agri ꝓciũ, q̃ ꝑ oꝑa pnĩæ ꝓueniunt ad iuſtitiæ exercitiũ. Sĩr ouis gerit lanã, vnde alij ueſtiunt̃, q̃a paupes in tꝑalibus laborãt nõ pro ſe, ſed pro curialib. Singulis. n. annis tõdet̃ ouis vſq; ad pellẽ, & quãdoq; excoriat̃ talliis & exactionibus, ita ut nuda dimittat̃. paſcitur q̇dẽ nũc herba breui ſicut ſolet ouis, q̃a breuis & miſera pauperis populi ſubſtãtia. nõ ſic boũ & vaccarũ pinguiũ. i. principũ & diuitũ, qui paſcuntur longis herbis. i. multis cibarijs. Sed paſtura herbarũ breuiũ ſanior eſt. iõ pauperes populi ſaniores ſunt diuitibus, q̇ continuo medicorũ auxilio fouẽtur. ps. Adiuuit pauperẽ de inopia. Scđo pellis eſt utilis ad mẽbranarũ & librorũ materiã. Hæc eſt vita ſanctorum mundata à ſuperfluitatibus tẽporalium. Quid materia librorum ſacræ ſcripturæ, niſi factæ ſanctorum Abrahæ, Iſaac, Iacob, Dauid, & ſimilium? & iterum Chriſti & ſuorũ, qui ſolus eſt liber uitæ. & 4. Reg. 14. & 15. dictus eſt liber dierũ, q̇ liber ſcriptus eſt intus & foris, foris quãtũ ad humanitatẽ, intus quantum ad diuinitatem.

tatem, in qua ſcriptæ ſunt oẽs rationes omnium viuentiũ. ps. In capite libri ſcriptum eſt de me, extra quantum ad ſtigmata vulnerum. Eſa. 49. In manibus meis deſcripſi te. ps. Extendens cœlum. i. Chriſtum, ſicut pellem in cruce, ut in eo expreſſius legat̃, & apoſtolus qui ſcribebat quę pertinẽt ad Chriſtum dicit. 2. Thi. vl. After tecum & libros, maxime autem & membranas. glo. in quibus ſcribam. i. ſanctos Chriſtianos, in quibus ſcribam ea, quæ ſunt ſalutis.

Tertio caro utilis ad ſacrificiũ. Sic ſancti corpora ſua tradunt in ſacrificium. Ro. 12. Obſecro uos fratres per miſericordiã Dei, vt exhibeatis corpora ueſtra hoſtiam uiuam Deo placentem. Quarto lac in cibum. Sic & doctrina eorũ refectio eſt paruulorũ & ſimplicium. 1. Cor. 3. Tanquam paruulis in Chriſto lac potum dedi vobis non eſcam. Vnde ſignificantur per mõtes coagulatos. i. incaſeatos plenos caſeis, qui ſunt cibus paruulorum. Quinto inteſtinorum fibrę exiccatæ ualent ad inſtrumẽti muſici ſonum. Sic ſanctorum interiora ſonant laudes Dei, & gratiarum actionẽ. ps. Et oĩa quæ intra me ſunt nomini ſancto eius. Ephe. 5. Cantantes & pſallẽtes in cordibus ueſtris dño. Sicut autem fibræ nõ ſonant niſi ab humoribus exiccatæ, ſic nec ipſi laudes reſonant Deo, niſi fuerint à concupiſcentia exiccati, quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Sextò ſtercora valent ad fęcundandum agrum. i. tẽporalia. Ephe. 3. Omnia arbitratus ſum ut ſtercora. His fœcundatur ager, & ſimatur dum pauperes qui ſunt in terra arida eorũ temporalibus reficiuntur, ut cũ multo fœnore eis reddatur quod diſtributũ eſt. prouer. 19. Fœneratur domino qui miſeretur pauperis. In ſecunda parte videndũ eſt de blaſphemia à iudæis Chriſto impoſita, quam uariis rationibus refellebat dominus. Vnde ſuſtulerunt iudæi lapides ut iacerent in Ieſum, quibus dñs. Multa bona opera oſtendi uobis &c. Ad quẽ iudęi. De bono opere non lapidamus te, ſed de blaſphemia. Circa quod quæritur, vtrũ ſemper blaſphemia ſit peccatum mortale? Et vr̃ ꝙ ſic, quia pro illa ſemper ĩ antiqua lege infligebatur mors, mors aũt nõ infligitur niſi pro mortali. igitur. Reſponſio. Primò ſm Tho. 2. 2. q. 13. ꝙ quatuor modis põt cõmitti blaſphemia. Primo cum

I Blaſphemia.

attribuitur Deo quod ei non conuenit, vt cũ dicunt aliqui qñ puniuntur, ꝙ Deus eſt iniuſtus. Similiter maledicentes Deo, ut luſores imprecantes Deo ineſſe, quæ ſibi repugnant, ut qui uellent Deum non eſſe iuſtum, ut non puniret eorũ peccata, ſicut qui habitant in inferno. Similiter hoc modo peccant, qui Deum dicunt auctorẽ eſſe peccati qui retorquent Deo ſua peccata dicentes. Deus ſic uoluit, ut adulterarer, furarer, uel occiderem, & ꝙ ſic cõfunderer uel turbarer. Tertio peccant hoc modo qui Deo attribuunt mẽbra, quæ (in quautũ Deus) non habet & peius, ꝗ Deo attribuunt membra, quæ nominari de probo viro eſſet uerecundum, ut qui iurat p poſteriora Dei. Secũda ſpecies blaſphemiæ cum à Deo remouetur quod ei cõuenit. vt dicentes Deũ non eſſe iuſtum, nõ eſſe uerum hominem, nõ eſſe in euchariſtia, non æternaliter punire peccatum mortale poſt hanc vitã, & qui dicũt ꝙ Deus nõ curat de rebus humanis, & qui dicit Deũ nõ videre ſua peccata, nec omnia ſcire. ps. Et male locuti ſunt de Deo, & dixerunt. Nũquid poterit Deus parare menſam in deſerto? Tales ſicut equus morbidus in fabrum medicantẽ inſiliunt in Deum. ſ. inferentem eis tribulationes, ipſum membratim diſcerpẽdo, vnus brachiũ accipit, alius caput, & ſic de aliis. Tertia ſpecies, qñ creaturę attribuitur quod Deo appropriatur. Vt ꝙ imago det gratiã, ꝙ aliqua creatura verbo, uel facto ſoli Deo nota futura pronunciet, & qui præſumunt de mẽtibus aliorũ iudicare. Quartum genus eſt, qñ blaſphemia cõmittitur in ſanctos regnantes cũ Chriſto, et in quibus regnat Chrs. Sicut. n. Deus in ſanctis ſuis laudatur, inquantum laudantur opera quæ Deus ĩ ſanctis ſuis efficit, ita blaſphemia, quæ fit in ſanctos, ex conſequenti Deum redundat. Sed adhuc ſm quatuor prædictos modos põt fieri blaſphemia tripliciter. Primo modo qñ derogatur Deo ſm ſolã opinionem intellectus, ſicut cum quis cogitat malum de Deo, vel de beata virgine, ꝙ non fuerit ſancta uel virgo, uel mater Dei. Secundo modo, qñ derogatur Deo ſm opinionem intellectus coniecta quadã uoluntatis deteſtatione cõtra Deum. Tertio modo, qñ vtrũq; horũ proditur ore. Duo primi modi dicuntur blaſphemia cordis,

tertius



tertius oris. primus malus, ſecũdus peior, tertius peſſimus. Tunc ad qõnem dicitur. Primò ꝙ in iſtis cogitationibus blaſphemiæ in Deum aut in ſanctos eius, aut ſunt ſubitæ, & homo nõ diu moratur, ſed poſt hoc repellit, & ſibi diſplicet illa cogitatio & ſic nõ eſt niſi tẽtatio quædã iam uicta, q dr̃ ſpiritus blaſphemiæ, uel hõ diu moratur, nec tñ conſentit, ſibi tamen poſtea diſplicet, & ſic eſt ueniale, uel cõſentit, & ſic eſt mortale, uel dubitat ſe cõſẽſiſſe, & tũc pro ſecuritate maiori confitendum eſt, ſaltem in generali. Hõ tñ angariatus hac tẽtatione & ſingulariter perſona deuota debet ſe cõmendare precibus ſanctorũ virorum. Secundo cum ueniũt iſtæ tentationes debet immediate habere nomẽ Ieſu ĩ ore, aut aduertere ad alia, aut aliqd ꝯ ſe..ari, uel aliud remediũ eſt non curare de iſtis. Exemplum de canibus latrantibus.

Secundo dr̃, ꝙ ſi habeatur cõſenſus cũ opinione ſemper eſt peccatum mortale, & ſimiliter omne tale pctm̃ oris nõ excuſatur, et ſi hoc fiat ex paſſione, quia & ſi faciat quis homicidium ex paſſione nõ excuſatur, neque conſuetudo excuſat, ſed aggrauat. Sed quã deteſtabile ſit hoc peccatum patet. Primo, quia eccleſia hoc punit uehemẽter, quia talis qui iurat per caput uel capillos Dei. 22. q. 1. ſi quis laicus. ſi clericus eſt debet deponi, ſi laicus eſt, anathematizari. & dicit Bonauentura in 3. di. 39. ꝙ hoc intelligitur de illis q dĩ Deo dicunt horrenda, & de matre eius, & ſanctis. Secundo quia hoc pctm̃ grauiſſime à Deo punitum legimus. Leu. c. 24. de filio mulieris Aegyptiæ, & ibi data ẽ lex à deo. Hæc loqueris ad filios Iſrael. Qui maledixerit deo ſuo portabit pctm̃ ſuũ, & q blaſphemauerit nomẽ dñi morte moriat̃. lapidibus eũ obruet oĩs multitudo. Exemplũ 4. Reg. 19. de Senacherib, q miſit blaſphemare oĩpotentiã Dei. Et angelus una nocte percuſſit centũ octoginta quinq; milia qui ſm glo. fuerunt incinerati, & Senacherib rex Aſſyriorum (ut dicit Hiero. ſuper li. Paralip.) fuit ab ab angelo in ignominiam raſus caput & barbam. iuxta illud. Eſaiæ. 7. In die illa radet dñs in nouacula acuta, in rege Aſſyriorum caput & barbã, & cũ fuit in terra ſua, occiſus eſt à filiis ſuis. Et Greg li. x. Moralium dicit, ꝙ Moyſes cũ dñi gladiis allegauit. Et hoc, qñ p

blaſphemia facta in adorando uitulũ vna die occidit 33. millia. Exod. 32. Tertiò iſti pctõ aſſueti, ſi nõ ſubita, ſæpiſſime tñ mala morte moriuntur. Exemplũ de puero quinquennij. 4. dyalo. Si hoc fecit deus in puero quinquẽnij quid faciet ĩ adultis? Exemplum Petri Damiani in Burgũdia. quidã clericus ſuperbus & ambitioſus [aſſiſtente ſibi quodã] principe quãdã eccleſiã S. Mauritij uſurpauit, & dum quadã die in miſſa in fine euangelij diceretur, qui ſe humiliat exaltabitur deriſit miſer ille & ait. falſum eſt. Nã ſi ego meis hoſtibus me humiliaſſem, tot hodie diuitias eccleſiæ non haberẽ. Et ecce cõtinuo fulmẽ inſtar gladij in os eius per quod blaſphemiæ uerba euomuerat, introiuit, & ſubito eũ extinxit.

Itẽ Ceſarius. Duo viri ludebãt ad taxillos, cũ aũt uni eorũ male ſuccederet, fortunæ alterius inuidẽs cepit euomere uerba cõtumelioſa in deum, & furori ſuo ſatisfacere, quẽ ſocius cõpeſcebat dicẽs. Noli maledicere. Statimq; Deũ blaſphemãs, cum ĩ matris dei iniuriã irrũperet. Vox deſuper audita ẽ. Meã quoq; iniuriã uſq; mõ ſuſtinui, mr̃is aũt meæ cõtumeliã neqnaq̃ potero tolerare. Moxq; ſup tabulã ipam luſurioſam vulnere uiſibili inuiſibiliter pcuſſus ſpumans expirauit. Sir̃ in hyſtoria triptita, de illis q fecerũt circa altare blaſphemiã, quorũ quidã mortui sũt egerẽdo per os ſtercora. alij uerò alr̃ ignominioſe mortui sũt. Quartò, qa tales (ut plurimũ) ĩpedientes moriunt̃. Probat̃. qm̃ ſi iuxta ſnĩam doctorum hac animaduerſione perſequitur peccator, ut moriens obliuiſcatur ſui, qui dum uiueret oblitus eſt Dei. quanto magis hac animaduerſione ille dignus eſt, qui nõ ſolum Deũ tradit obliuioni, ſed & eius beneficia corde & ore blaſphemando denegat? Quinto iſtud eſt propriũ peccatum diaboli & damnatorum in inferno. Patet primò, quia eſt loquela infernalis, cuius ſignũ eſt horripilatio quã facit peccatum iſtud audientibus Eccl. 27. Loquela multum iurans horripilationẽ capitis ſtatuet, & irreuerentia ipſius obturatio aurium. Vnde ſatis vr̃ ꝙ in blaſphemis diabolus loquatur, qñ ex hoc audiens horripilationem hẽt. Exemplum de beſtiis, q̃ nõ vadunt propter dulcia uerba, ſed propter has horripilationes vadunt. Itẽ à teutonica lingua cognoſcit theutonicus, ſic blaſ-



phemus

phemus ex loquela iſta cognoſcitur eſſe đ familia diaboli & ad infernũ pertinere vř. Vnde ſicut dictum eſt de Petro. Matt. 26. Vere & tu de illis es, nam & loquela tua manifeſtũ te facit, ſic & blaſphemo. Hinc 4. Reg. 18. Rapſaces noluit ſyriace loqui, ſed tñ patria lingua loquebatur blaſphemias. Itẽ illi qui ſunt in inferno blaſphemant deum præ magnitudine doloris. Apoc. 16. Eſtuauerũt homines eſtu magno, & blaſphemauerunt nomen domini habẽtis poteſtatem ſuper has plagas. Sup quo Gloſ. In inferno poſiti quãuis ſciant ſe ꝑ merito puniri, dolet tñ ꝙ Deus tantã potentiam habeat, vt eis plagam inferat. Sicut. n. filij Dei aſſueſcunt benedictioni, & laudi diuinæ, volentes addiſcere officium in terris quod facturi ſunt in cœlis, ſic filij dyaboli aſſueſcunt blaſphemiis addiſcentes in mũdo iſto officiũ, quod facturi ſunt in inferno. Vnde figura horum duorũ fuerunt duo latrones, quorum vnus confitebatur dominũ cœli, & orabat, & ideo fuit ad patriam paradiſi receptus, quia ſm linguam de terra illa erat. alter quia ipſum blaſphemabat, fuit de terra ĩferni, ad quã miſſus eſt. Dominus autem ad hanc reſponſionẽ dixit. Nonne ſcriptura dicit &c. ego dixi dij eſtis &c. Philo. 3. Politi. dicit, ꝙ qui alios multum excellunt in prudẽtia & virtute & poteſtate, ſunt quaſi dij inter homines. Gloſ ibi. ſicut Homerus de Hectore dicit, ꝙ non uidebatur eſſe filius hominis, ſed Dei, hoc credebant pagani ſine legibus, & iudæi cum ſcriptura allegata hoc de Chriſto credere noluerunt.

*M Deus. Qũo magni uiri dij creduntur.*

*Feria 5. poſt dominicam in paſſione.*

*Sermo 1. & in ord. 116.*

*A Via. Qđ duplici uia peruenitur ad Deũ.*

DImiſſa ſunt ei peccata multa, quoniã dilexit multum. Luc. 7. Cum angelo ſit vnica via conceſſa ad acquirendum gloriam æternam. via ſcilicet innocentiæ. Homo duplici via eam acquirit, ſcilicet, uia innocentiæ, & uia pœnitentiæ. iuxta illud ps. Vniuerſæ viæ domini. i. per quas peruenit homo ad dominum, miſericordia & ueritas. veritas uitæ quo ad innocentiam, & miſericordia quò ad pœnitentiæ uiam. In utraque autem via indiget homo directione mare huius mundi tranſeundo. Ideo diuina ſapientia duplicem Mariam, videlicet Mariam innocentem ſtellã maris pro via innocentiæ, & Mariam ſanctã peccatricem, ſcilicet Magdalenam p uia pnĩę propoſuit in exemplum, quod eſt magnæ efficaciç ad emolliendum cor peccatorum. Vnde Grego. Quod uel ſaxeum pectus illæ huius peccatricis lachrymæ ad exemplum pęnitendi non emolliãt. Scđo proponitur in ſpem erigendi peccatores, Veniẽs. n. Dei filius in mundũ pp pc̃tores vt ſpem peccatoribus daret maximos peccatores in maximos ſanctos elegit, ut Matthæum in ſpem virorũ, Magdalenã in ſpẽ mulierũ. Vnde Haymo. Dñs maximos peccatores elegit in ſanctos, & quibus eccleſia maxime utitur ĩ diuino ſeruitio. Dauid. n. magnus peccator fuit, utpote homicida, ꝓditor, lubricus, & adulter, & tñ ſuo pſalterio maxime vtitur eccleſia. Paulus eccleſiæ perſecutor & blaſphemus fuit, cuius doctrina hodie fulget eccleſia. Matthæus vſurarius, qui inter euangeliſtas primus ſcripſit, & maxime eius euangelium legit eccleſia. Sic Mariæ Magdalenæ vitam maxime legant peccatores, vt in ea ſpem ueniæ recipiant. Vt ergo de Maria peccatrice aliquid ad Dei & eius laudem dicere ualeamus, ad Mariam innocentem recurramus dicentes. Aue.

Loquendo de conuerſione ſanctę huius peccatricis ludemus tria perſonagia. Primum erit Mariæ ſanctæ peccatricis. Secũdum phariſei ſuperbientis. Tertium domini Ieſu peccatricem iuſtificantis. Ludendo primum perſonagium dicemus. Primò de qualitate culpæ huius peccatricis. Secũdo quomodo ad Chriſtum acceſſit ad fontem miſericordiæ pro lauandis peccatis.

Culpa huius peccatricis in quatuor aggrauatur. Primò fuit ualde vilis, quia peccata huius fuerunt carnalia, quæ (ſm Gregorium) maioris ſunt infamiæ, quia concupiſcentia oculorum quæ eſt auaritia, & ſuperbia uitæ ſolum polluunt ſpiritum, concupiſcentia verò carnis corpus & ſpiritũ. Secundo culpa eius & peccata fuerunt publica. Vnde dř, quæ erat in ciuitate peccatrix. Peccatum uero notorium non ſolum Deum offendit, ſed ẽt eccleſiam, & proximos ſcandalizat, ideo grauius. Tertio, qa peccata eius fuerunt multa. Lu. 7. Dimiſſa ſunt ei peccata multa. Multitudo, & recidiuatio peccatorum frequens inducit ad contemptum, & profundum malorũ. prouerb. 18. Impius cũ in profundum uenerit peccatorum, contẽnit. Quarto, quia omni genere peccatorum ſubiecta. Mar. ult. Surgens Ieſus mane prima ſabbati apparuit primo Mariæ Magdalenæ. de qua eiecerat ſeptẽ demonia. Greg. Quia ſeptẽ diebus oẽ tps cõprehenditur, recte ſeptennario numero uitiorum uniuerſitas diſignatur, & ſic omnibus vitiis plena fuit & infecta.

*Magdalena.* [illegible]

Circa quod quæritur vtrum licitũ ſit prędicare de hac beatiſſima muliere ꝙ fuerit peccatrix publica ſicut mulieres q̃ ſunt in bordello. Et uidetur ꝙ nõ, quia nõ eſt credibile tam ſctãm mulierẽ & tã dei amicã ad tantã peccatorũ cõgeriem & uilitatẽ deueniſſe. Rñſio. Prima veritas. hęc mulier de qua ſermo ꝙ erat peccatrix publica, erat ſoror marthę & Lazari. Probatur, quia Io. 11. dř Lazarus erat de caſtello Mariæ, & marthæ ſororũ eius Maria autem erat q̃ vnxit dñm vnguento, & extersit pedes capillis ſuis, cuius frater Lazarus infirmabat. Ante uero hunc euangelii paſſum nullibi inuenitur aliqua mulier vnxiſſe dñm vnguento, & capillis ſuis extersiſſe pedes, niſi Lu. 7. Vbi recitatur cõuerſio huius peccatricis. ergo &c. Hoc ẽt teſtatur Aug. li. de cõſenſu euangeliſtarũ: & Gre. in omel. & in legẽda ſua dř ꝙ cuidam ſacerdoti ad ſe uenienti in ſpelunca in qua latitabat, dixit ꝙ erat illa peccatrix euangelica. Scđa ueritas Mariæ Magdalenæ nõ ſolũ uitiis carnis mẽte peccauit, ſed ẽt corpore fuit proſtituta. Probatur. Primo quia eccleſia vtit̃ noĩbus ſm cõmunẽ modũ utendi. iuxta illud philoſoſi. 1. Topicorũ. Noĩbus utendum eſt ut plures, ſed in euangelio dř mulier peccatrix. Nõ aũt dř mulier peccatrix niſi corpore proſtituta. ergo &c. Nõ enim ſi caput uel capillos ornet uel induatur habitu laſciuo, ꝓpterea dř peccatrix. Scđo quia ſi nõ fuiſſet corpore corrupta ſed ſolum mente & uirgo corpore, tunc debuit eccleſia de ea facere officium uirginũ ſicut fit de martha ſorore ſua, cum poſt corruptionẽ ſolum mentalem cõtritionem uirginitas integra recuperetur. Tertio eccleſia non iudicat de occultis peccatis, ſed manifeſtis, & opere perpetratis. Cum ergo euangeliſta nominet illam peccatricem & in ciuitate notam, ſequitur quòd de eius peccatis manifeſtis ſcripſerit. Vnde & marcus dicit dominum de ea ſeptẽ demonia eieciſſe. i. vniuerſa uicia, ergo & luxuriam. Criſoſt. in Omelia de latrone. Tunc illa mulier proſtituta lupanar exiuit, qñ diſcipulis gehennam intrauit. Tertia veritas. Hęc ſancta peccatrix non perpetrauit criminã ſua ĩ proſtibulo publico, ſed de domo ſua proſtibulum fecit. Durũ. n. eſſet dicere, ꝙ illa mulier nobiliſſimis orta natalibus, & diuitiis abundans loca illa ſpurciſſima inhabitaſſet, ſed bene in ſua domo, ubi oẽ tẽpus ocio & uoluptatibus expẽdebat caput poliendo, crines ornando, faciem vngendo, veſtes componendo, cantando, & loquendo laſciua, conuerſando cum iuuenibus, & ex conſequenti turpia perpetrando, quæ non licet honeſte loqui, ubi multo plus peccauit, q̃ meretrices quæ ad bordellum uadunt, quia illa ſuis ſumptibus lenones in malum fouebat, & prouocabat. Quæ uero ad bordellum uadunt magis à lenonibus prouocantur, nutriuntur & accenduntur. Iſta nutriebat ſuos lenones, ibi uero lenones nutriunt meretrices. Quarta ueritas, prædicare ꝙ hæc ſancta peccatrix ſic fuerit ignominioſe proſtituta eſt ꝓdicare ad honorẽ Dei, ad laudem ipſius peccatricis, & ad utilitatẽ noſtram. Quòd ad honorẽ Dei patet, qa quanto ægrotus periculoſius laborat, tanto eſt medici honor, ſi de infirmitate illa cito ad plenã ſanitatẽ ipm reſtituat. Cũ ergo uideat̃ infirmitas illa meretricũ eſſe quaſi deſperata, & uix ſanabilis, vř ꝙ dñs magnificetur in ſanitate tali actãta, vt poſtea digna fuerit cõuerſari cũ angelis, cũ filio Dei, & illum in reſurrectione prima uidere. Propter qđ Lucas medicus in 1. li. ſuæ artis medicinæ ſen 7. poſuit illud recipe tanquã precioſiſſimũ, & medici ſũme collaudatiuũ. Quòd ad laudẽ ipſius peccatricis patet, qa laudabilius eſt hoĩem de baſſo genere ad regiã dignitatẽ, aut cõſulatũ ſuis uirtutibus uel geſtis aſcẽdere, quã hoĩem de ſtatu nobili ad paucũ nobiliorem aſcẽdere. Inde laudat ſe Tullius cõtra Saluſtiũ, ꝙ de inquilino factus eſt cõſul Romanus. Cum ergo hæc peccatrix de tã uili ſtatu ad dignitatẽ angelorũ ꝑuenerit, ita ut 20. annis cũ eis conuerſata fuerit, ſequitur ꝙ hoc prædicare ſit laudis eius cõſummatio. Fit. n. hęc peccatrix ex cinere vitrum, ex lebete phiala, ex lapide metalli, quæ licet vilia ſint, nobiliſſima tamen ſunt quæ ex eis gignuntur.

gnuntur. Quod ad noſtram utilitatem pa
tet, quia ſi tã vilis peccatrix ad tantã uitę
ſanctimoniã peruenerit, nõ debet quicũq;
pctõr de mĩa dei deſperare, qñ uidet tale
ſibi ſpeculũ poſitũ ante oculos ſuos in e-
xemplum & in miraculũ. Sicut.n. nobis ꝑ
fuit ĩcredulitas Thomæ ad robur fidei no
ſtræ, ſic oĩbus pctõribus ꝓdeſt Marię pec
catũ, ut de mĩa Dei fiduciã accipiant. Ve-
nenũ.n. peccati mixtũ cũ lachrimis pœni-
tentiũ ſanat apoſtema cordiũ. Acceſſit
aũt hæc ſctã peccatrix ad dñm nõ ſola ſed
ſeptẽ dñabus, vel domicellis.i. virtutibus
circũdata. Prima fuit dña diligẽtia. Nam
(vt inqt euangeliſta) vt cognouit ꝙ Ieſus
accubuiſſet ĩ domo Symonis leproſi attu
lit alabaſtrũ vnguẽti. Videbat.n. hřе rõna
bilẽ cãm dilationis, qa nec tp̃s nec locus
tũc videbat plorãdi pctã. Nõ.n. tp̃s eſt mo
leſtãdi hoĩes, dũ prãdẽt. Sicut muſca in lu
ctu ĩportuna eſt narratio. Eccle. 22. Sic ſu-
ctus ĩportunus vr̃ ĩ cõuiuio. Vnde ipſa ſup
cõuiuantes ingreſſa eſt (vt inquit Grego.)
nõ iuſſa venit, inter epulas lachrymas ob
tulit. Afferebat.n. ibi ſuũ munuſculũ (ſon
preſent, gallice.) Locus ẽt nõ uidebatur cõ
ueniẽs, cũ ipſa eſſet publica peccatrix, &
dñs domus eſſet phariſeus. Phariſei uerò
pctõribus indignabantur. Videns.n. domũ
ſuã ardentẽ ſulphure luxuriæ, cucurrit ad
fontẽ uitæ, ut illic extingueret. Nec morã
fecit contra uiciũ dilationis, quo ferè la-
borat oẽ genus humanum. Sene Multi nil
boni habent, niſi futurũ, & id nõ habẽt cũ
nondũ ſit. Alij ſunt, qui nec futurũ habẽt
nullũ bonũ propoſitũ habentes, nõ curan
tes niſi ꝙ vnus dies poſt alium trãſeat. Iſti
ſunt aĩalia ſine cauda.i. directione. Cauda
.n. auis dirigit auẽ, & cauda nauis nauem.
Sunt ẽt uelut nauis dimiſſo gubernaculo
uentis expoſita. Nõ ergo differat hõ cõuer
ti ad dñm exẽplo huius peccatricis. Bern.
Abſcondi ignem in ſinu meo, & exuſto iã
latere, nudatis iam uiſceribus, iam ſanie
effluente adhuc conſulẽdũ eſt, an excutiã
eũ. Sicut qñ carbo in ſinũ alicuius exilit,
ſtatim excutitur, ſic peccatũ mortale quã
cito perpenditur amouendum eſt. Bona.n.
hoĩs cõſumit. Eſt.n. ignis vſq; ad conſum-
ptionẽ aĩæ deuorans, & oĩa eradicãs geni-
mina. Iob. 31. vñ ſꝑ dr̃. Deus in adiutoriũ.
in principio horarũ, nunquã ĩ fine, quia di
ligenter, & cito ad auxiliũ Dei recurren-
dũ eſt huius peccatricis exẽplo. Sed in-
quirendum eſt vñ proceſſit hæc tam ſubi-
ta mutatio. Reſpõ. ꝙ ex diuina inſpiratio-
ne. Prius.n venerat dñs ad Mariã quã Ma
ria ad ip̃m, ĩmo non ueniſſet niſi prius ad
eã dñs ueniſſet. Pedibus aũt mĩæ & ueritа
tis venit. iuxta illud. p̃s. Vniuerſæ uiæ do-
mini, mĩa & ueritas. via ueritatis uenit, qñ
à iudiciis Dei timuit, ſed vĩa mĩæ ad eũ ve
nit, qñ ueniẽs de uenia nõ deſperauit. Se-
cundo hoc forte fuit à ſuis cõplicibus, &
criminũ cõſortibus, quorũ alter potuit di
cere. O dña eſt hic vnus prædicator pul-
cherrimus hõ, & eloquẽtiſſimus. nullus eo
ſpecioſior inueniri poſſet. Illa uerò dele-
ctata iuxta carnalẽ concupiſcentiã deſi-
derans eũ uidere, dũ acceſſit ad ſermonẽ
eius illico medicus ſummus lãceola lingue
cor eius ita ꝑcuſſit ꝙ fex eius cũ ſanguine
lachrymarũ ꝑ oculos eius exiret. Exinde
aũt ſermone finito abſq; mora domum in
qua recũbebat ĩtrauit, & dolore cordis in
trĩſecus tacta, oẽs fœtus iniquitatis ibi pe
perit. iuxta illud. p̃s. Cõcepit dolorẽ & pe
perit iniquitatẽ. Hoc ẽ cõtra multos qbus
Ieſus nõ accubuit, ſed occubuit, & tũc q̃-
rũt ab eo adiuuari, cũ ſit tarde nimiũ. Vñ
cuidã diuiti moriẽti, & dicẽti. Deus adiu-
ua me. Rñdit diabolus. Tarde nimiũ eſt, cũ
iam ſol occiderit tibi. Scd̃a fuit dña ve-
recũdia, vnde ſubdit, ſtãs retro. Nõ.n. auſa
erat in dñm vultũ leuare. Ber. Tm̃ Deo di-
ſplicet ĩpudẽtia pctõris, quantũ pęnitẽtis
uerecũdia placet. Sicut.n. qui cecidit in la-
trinã erubeſcit uideri, ſic q in pctm̃ cecidit
dẽt uerecũdari. Nihil.n. eſt vel vr̃ erubeſci
bile, niſi peccatũ, uel ꝓꝑ pctm̃. Nã Adam
neq; nudus erubeſcebat videri, donec pec
caret. Et ſic nuditas & oĩa alia non niſi ꝓ
pter pctm̃ ſunt erubeſcibilia. Tertia do
mina fuit humilitas. Hinc ſequitur ſecus
pedes eius. Nõ enim ad oſculum oris, aut
ad amplexum corporis accurrit, ſed ad pe
des eius humiliata iacuit. Cantic. 1. Cum
eſſet rex in accubitu ſuo, id eſt in conui-
uio nardus mea dedit odorem ſuum. Nar-
dus parua herba, & odorifera, humili-
tas eſt: quæ multum placuit Chriſto.
Et certe iuſtum eſt Deo nos offerre ſacri-
ficium illud, qui pro nobis ſe exinaniuit
formam ſerui accipiens uſque ad mor-
tem, dans pedes ſuos clauis perfodien-
dos. In nobis ſemper eſt aliquid vnde hu-
miliemur.

*D Magdalena. Quod ueniens ad Xp̃m ſeptẽ uirtutibus eſt circũdata.*



miliemur coram Deo, quia in nobis ſunt
ſatis miſeriæ & ſatis peccata. Ideo nos ip-
ſos tales quales Deo, & ſi non corpore tñ
mente proſtratos humiliemus. neque Ma
gdalenæ vnguentũ effuſum dño placuiſſet
niſi prius ſeipſam obtuliſſet Reſpexit.n. do
minus ad Abel prius, deinde ad munera
eius. Sex aũt vicib. legimus Magdalenã ꝓ-
ſtratã ad pedes dñi. Primo ibi Luc. 7. Stãs
retro ſecus pedes eius in ſignum contritio
nis de peccatis ſuis. Secundo ſedens ſecus
pedes dñi audiebat uerbum illius. Lu. 10.
Et hoc ideo, quia poſt contritionem de
peccatis ſummum remediũ contra recidi-
uum eſt uerbum Dei. p̃s. Miſit verbũ ſuum
& ſanauit eos. In huius ſignũ adhuc mulie
res illud obtinent priuilegiũ, quod in prę
dicatione ſtant ſecus pedes prędicatorum
propinquiores uiris. Tertiò Io. 11. Videns
Ieſum cecidit ad pedes eius rogãs pro fra
tre ſuo Lazaro mortuo. In quo debemus
cõpati aliorũ miſerijs & eis ſubuenire e-
xemplo Magdalenæ. Quartò Io. 12. In cę
na domini ſabbato ante dñicã ĩ ramis pal-
marũ vnxit pedes dñi, & hoc vnguẽtũ fuit
deuotionis, qa tũc vnxit caput & pedes.i.
ad ĩcarnationẽ, quæ eſt caput & initiũ nr̃æ
ſalutis, & ad pedes.i. paſſionem vnguentũ
deuotionis habuit. Quintum in die reſur-
rectionis, qñ primo apparuit ei dñs. Tũc
enim cecidit ad pedes eius. Io. 20. Sed nõ
eſt permiſſa ipſum tangere. In quo oſten-
ditur deſiderium ſanctorũ, qui cupiunt am
plecti Chriſtum in hoc mundo, ſed hic nõ
permittuntur. Sexto in die reſurrectionis
illa cum alijs mulieribus occurrens Chri
ſto cecidit ad pedes eius, & tenuerunt pe-
des eius. Matth. vlti. In quo deſignatur, ꝙ
poſt reſurrectionem dominum tenebimus
& amabimus, nec ab eo ſeparabimur.

Quarta domina eſt contritio. vnde ſe-
quitur. Lachrymis cępit rigare pedes eius.
Lachrimæ.n. oſtendunt dolorem contri-
tionis. Grego. Diſcite quo dolore ardeat,
quæ inter epulas flere nõ erubeſcit. Vulgo
dr̃. Parua pluuia magnũ uẽtum extinguit.
Sic paruus riuulus lachrymarum eius, vẽ
tum magnum ſuperbiæ in ea extinxit. Ve-
nit enim inter conuiuas ad ludendum per
ſonagium lugentis contra eos qui in nu-
ptiis ludunt perſonagia craſſa, diſſoluta,
& luxuriæ incitatiua. Mira res ſm̃ Petrũ
Rauennatẽ, qñ hic ordo rerum mutatur.
Nam cœlum dat terrę pluuiã. ecce nunc
terra rigat cœlum, ĩmo ſuper omnes cœ-
los vſq; ad ipſum dominum cęlorũ imber
humanarũ proſilit lachrimarum. vt iuxta
p̃s. de illis aquis cantetur, & aquę quæ ſu-
per cœlos ſunt laudent nomen domini.
Vnde legitur Maria tribus vicibus in euã
gelio lamentata fuiſſe. Primo hic pro pec
catis. ſecundo Ioan. 11. Pro morte fratris.
tertio in die reſurrectionis. Ioã. 20. Maria
ſtabat ad monumentum foris plorans, &
hoc pro deſiderio cõiunctionis eius cum
ſponſo Chriſto. Myſtice loquendo, pe-
des domini ſunt pauperes, quia pedes ſunt
infimi & uiles, licet ſint neceſſariores. Ho
mo enim ponit pedem in luto vbi nõ po-
neret dentem, & tamen plus amat pedem,
quàm dentem. Sic Deus in uilibus operi-
bus ponit pauperes, quos tamen chariores
habet quàm diuites alios per rapinam op
primentes. Inde eſt, ꝙ pes dum infirmatur
tunc ante ignem ponitur, & vngitur, liga
tur & optime conſeruatur, & manus & ca
put ſe inclinãt ad conſolandũ eum. Deus
uerò dum infirmatur, quaſi rabiem cauſat
& ſtatim euellitur, & tũc uel ſuper fimum
proijcitur, vel in paruo patibulo euulſoris
dentium ſuſpenditur, poſtquam comedit
multam ſubſtantiam, & clamat euulſor.
Ala male dent, Sic dominus agricolam ĩ
paupertate cõſolatur, & ſuos amicos ad
conſolandum inuitat, & in æternum cõſo-
labitur. 1. Reg. 2. Pedes ſanctorum ſuorũ
ſeruabit. Sed raptores qui comedunt ſub-
ſtantiam pauperum, & in eis magnã cau-
ſant anguſtiam, uel ſuper fimum inferni,
uel in patibulo eius ſuſpenditur cum mo-
riuntur. Rigant ergo pedes domini, qui
pauperes agricolas & mercatores conſo-
lantur, qui ſunt magis neceſſarij reipubli-
cæ, quàm raptores. uel etiam qui pauperi-
bus dant elemoſynã. elemoſina.n. eſt aqua
munda, dummodo non fiat de rapina, uel
male acquiſitis. vnde dominus Lucæ. 11.
Date elemoſinã, & ecce omnia mũda ſunt
vobis. Quinta domina eſt liberalitas,
ſeu largitas, quando de capillis ſuis (quos
mulieres inter cætera membra in precio
& ornatu magno habent) fecit terſorium
pedum. vnde ſequitur. Et capillis capitis
ſui tergebat. Solent.n. mulieres diligen-
ter obſeruare os ſuum, & crines ſuos,
Ipſa uerò Chriſto placere deſiderãs oĩa

*E Pes. Qui ſunt pedes Chriſti.*

*F Capillus. Qđ p ca pillos diuitiæ ſignificantur.*

ei exponit. Capilli uerò diuitiarum ſuperfluitates intelliguntur. Nã multitudo capillorũ grauat caput, & ſi longi ſint, & aures aggrauant, ne audiant, & viſum impediunt. Sic ſuperfluitas tẽporaliũ grauat hominem, & impedit ne videat finẽ ſuũ vt audiat. Et ſicut in multitudine capillorũ inueniuntur vermes & pediculi comedẽtes, ſic (vt dr. Eccle. 5.) vbi multæ ſunt opes, ibi & multi qui comedunt eas. Vbi fuerit cadaver, ibi congregabuntur aquilæ. Vbi lac, fructus, aut mel, ibi muſcæ. Sed cuſtodiant ſe qui talibus abundant, ne eis cõtingat ſicut Abſalon, cuius tanta fuit ceſaries, ꝙ propter eam pependit in quercu. Sic iſti in patibulo infernali pp diuitiarũ abundantiam quibus abutuntur. Iſtud eſt tñ apud mundum, ꝙ deridentur homines ſine capillis, & ſubſannantur. Iſti ſunt pauperes ruſtici, qui pro nihilo reputantur, & maxime à raptoribus & malis dominis deprædantur, quorum capillos, i. bona ſubtiliter, i. dolis & minis radunt. de iſtis dic. t. Ilz ont fourby leur baſſinet. Timeant iſti, ꝙ de eis ſcriptum eſt in ps. Sicut nouacula acuta &c. Et ſequitur propterea Deus deſtruet te in finem, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuã de terra viuentium. Sicut nouacula acuta quę ſubtiliter cito & ſine dolore aufert pilos, ſic iſti dolũ in ſubditos ſuos inueniũt. vnde deſtruunt eos, & propterea deſtruuntur domus eorum in finem, neque ſubſiſtunt, quia ſicut ſcribitur Sap. 11. per quæ quis peccat per hæc & torquetur.

*6. Vnguẽtũ. Quòd unguentarij diaboli ſunt adulatores, meretrices, & lenæ.* Sexta dña eſt amor ſeu charitas, quæ tñ feruebat, ut ẽt ꝓprio ore puluerofos pedes dñi oſcularetur, & vnguẽto precioſo vngeret. nihil exiſtimans ſe aut ſua præ nimio dñi amore, adeo vt dñs amorẽ eius cõtra phariſei ſñiam expreſſerit dicẽs. Intraui in domum tuã oſculũ mihi non dediſti &c. Illa enim proſtituta fuerat toto corpori. ideo de toto corpore, ſacrificium offert dño. Vnguentarios aũt ſuos habet diabolus, & ſuos habet Deus. Vnguẽtarij diaboli ſunt adulatores lenæ ſeu macquerellæ & meretrices aut fatuæ mulieres. Adulatores & lenæ alios ungũt, meretrices ſeipſas. Adulatores & lenæ illos dicũtur vngere, quos ad peccandum pertrahunt blanda perſuaſione. Alia vnguenta conficiuntur ex herbis iſta ex verbis. ps. Lĩgua tua cõcina &c. Hęc aũt vnguenta cõponuntur cũ diuerſa verba ad decipiendum cõponuntur. Quibus reſpondẽdum eſt iuxta rñſionẽ, q̃ ſcã eſt Sanabalach. 1. Eſdrę. 12. Nõ eſt ſm verba quæ loqueris. de corde. n. tuo cõponis hæc verba itaq; adulatoria dicta principibus ſunt vnguenta, quia nihil eſt ꝙ credere de ſe non poſſit d js æqua ptãs. vt dicit Lucanus & Iuuenal, Si dixerit æſtuo, ſudat Oſe. 7. In malicia ſua ſanctificauerũt regẽ. Similiter lenæ decipiunt puellas, & virgines, quibus faciendum eſt ſicut q̃dam optima puella cui cũ à fratre ſuo paruulo offerretur ex parte corruptoris cuiuſdam capellus de roſis illa indignans in pñtia fratris proiecit illũ in latrinas dicẽs fři ſuo ut diceret corruptori quid de ſuo munuſculo fecerat. Vnguentarię ẽt diaboli ſunt meretrices & mulieres ſe fardantes ut pulchriores appareãt, addẽtes ſup faciẽ opificium diaboli. Iſtæ ſunt uetere pelles pelliparij diaboli, in quibus ubi nõ eſt pilus, ponit pelliparius cretã gallice d la craye. Iſtæ ſunt ſimiles Iezabel q̃ ſe pinxit ſtibio & canes comederũt illã, Sic illæ quæ ſe ſic pingunt deuorabuntur à canibus inferni. Iſtæ ſunt rhetæ diaboli, q̃bus capit incautos hoĩes. Sed btã peccatrix prius vnguẽtaria diaboli facta eſt vnguentaria Chri, q̃ peccauerat ſe vngendo, attulit unguentũ, & pctm̃ eius per cõtrariã vnctionẽ purgaretur. Vngebat. n. exterius ſaluatorem, & ipſa interius à ſaluatore vngebat. Scđo uenit perſonagiũ phariſei, & poteſt accipi ꝓ ſeptima dña. ſ. patiẽtia qua libenter ſuſtinuit furorem & indignationem phariſei cõtra ſe. Phariſeus aũt ex falſa ſua iuſtitia indignabatur dicens. Hic ſi eſſet ꝓpheta ſciret vtiq; quæ & qualis ẽ hæc mulier, quia peccatrix eſt. Greg. Vera iuſtitia cõpaſſionẽ hẽt, falſa indignationẽ. Ex qua falſa iuſtitia quadruplex falſum iudicium ꝓceſſit. Primũ, ꝙ mulierẽ per uerã pœnitẽtiã mundatã immundã iudicauit. Purgata. n erat igne amoris, & aqua lachrymarũ. His duobus modis immũdus purgatur à Deo, aqua in diluuio, igne in iudicio. Secundum iudicium ꝙ dñm nõ eſſe ꝓphetã iudicauit, qui ei poſtmodũ oñdit interiora cordis ſui. Tertiũ iuditiũ ꝙ ſe ſuperbũ non reputauit indignũ accedere ad ſaluatorẽ, mulierẽ uero indignã ad hoc reputauit, cũ tñ humilitas Deo familiaris ſit. ſupbia



verò ab eo ſit extranea. ps. Humilia reſpicit & alta à lõge cognoſcit. Quartũ ꝙ ſe dño iuſtiorẽ credidit, qui mulierẽ à ſe repuliſſet, quã dñs nõ repellebat. Eſaiæ. 56. Qui dicũt recede à me, nõ appropinques mihi, quia ĩmundus es. Iſti fumus erunt in furore meo ignis ardens tota die. Huic phariſeo ſimiles ſunt multi qui ſuperbiũt eo ꝙ habeant aliqua de genere bonorum, quæ per aliquod peccatũ mortale reddun tur inutilia. Illa lucent in nocte præſentis uitæ ſimilia lignis putridis, in futuro uero apparebit ꝙ tenebræ ſint. Vnde ſaluator. Luc. 11. Vide ne lumẽ quod in te eſt tenebræ ſint. Illi ẽt ſunt velut poma pulchra exterius, uermẽ habentia interius. Et quẽadmodũ moneta falſa imaginẽ falſam repræſentat uel rẽ falſam, ſic iſti ſunt bonorũ imagines nõ uere boni. Tertio accidit tertiũ perſonagiũ. ſ. ſaluatoris. Hæc eſt miſericordia ſaluatoris p peccatricẽ protegentis. ubi quatuor facit dñs. Primo benigne phariſeum inſtruit, qui eũ iudicauerat nõ eſſe prophetã, cui tñ reſpondendo non ſolũ prophetã, ſed ẽt Deum ſe oſtendit, cuius ſolius eſt cogitationes agnoſcere. ſolus. n. ſcrutatur renes & corda. Scđo oſtẽdit eã nõ eſſe vt peccatricem repellẽdã, ſed familiariter recipiendam ut ualde amantẽ. Non. n. eſt iniquitas amare amantem ſe. Prou. 8. Ego diligentes me diligo. Oſtendit aũt magnum amorem peccatricis. Primo per cãm. Secũdo ꝑ affectũ. Per cauſam dicens. Simon habeo tibi aliquid dicere. Reſpondit phariſeus. Magiſter dic. Ait Ieſus. Duo debitores &c. quis eũ plus diligit? Reſpondit. æſtimo ꝙ is cui plus donauit. Cõcluſit ex hoc dñs ꝙ ipſa plus eũ diligebat, & ideo minus repellenda q̃ ipſe quia illi plura delicta donauerat quã phariſeo.

*H [illegible]* Deus eſt fœnerator qui plus recipit quàm committat, quia quando cõmittit, & infundit animam homini, non eſt iuſta, ſed peccato originali obnoxia & nihilominus requirit eã iuſtã. Matth. 22. Reddite q̃ ſunt Dei Deo. i. animam (quæ Dei eſt) lumine gratiæ inſignitam contra eas, quæ ſuos infantes opprimunt, & per gratiã baptiſmalẽ nõ inſigniunt. Secundo, quia cõmittit talenta uerbi ſui, & poſtmodum exigit, & recipit ea multiplicata, quia exigit vt prædicator ſe & alios lucretur per illa. Matth. 25. Dñe quinque talenta tradidiſti mihi. vnde & cõminatur eis. Mat. 25. Nõne oportuit te pecuniã meam dare nummulariis ad uſurã, ut & ego ueniens reciperẽ eã utiq; cũ uſuris. Peccata aũt dñr debita.

*I Peccatũ. Quo pctã ſunt debita.* Primò quia ſunt debita æternæ mortis cui actores ſuos obligant, & aſtringunt. Secundò, quia uſuræ diabolo obligãt. Nã pro illis peccatis exactiſſimus fœnerator diabolus alia exigere non ceſſat. Peccatũ enim (vt inquit Greg.) quod nõ ſtatim per pñiam diluitur, mox ſuo põdere ad aliud trahit. Tertiò ſunt debita dãnorũ irrecuperabilium, neq; numerũ, neq; mẽſurã (vt vř) habẽtia, ut patet in numero fornicationis mulieris. Non. n. eſt numerus fornicationũ, & perditionis aĩarũ, quę quotidie auferuntur Deo & dantur diabolo. Scđo arguit magnã eius dilectionem ab effectu, quia intraui in domũ tuã, oſculum mihi nõ dediſti, hæc aũt &c. Ex quo ſequit ꝙ mřa mihi oſtendit dilectionis ſigna plus quã tu feceris, quare ipſa magis diligit quã tu, ideo dimittuntur ei peccata multa. Vnde beneficia peccatricis integre recolit. Cato Exiguũ munus, cũ det tibi pauper amicus. Accipito placide. Fecit. n. Xps ualere merces eius. Cui multũ diſſimilis eſt multorũ peruerſitas bñficia obliuiſcẽtiũ, & ĩiurias memoriter tenẽtiũ. In hoc ẽt ꝙ peccatricẽ dñs defendit notãtur multi, qui tpe aduerſitatis hoĩes perſequũtur, & uolũt eos cadentes cõculcare, quos debuerũt ſubleuare, ſimiles canibus, qui canẽ in luto poſitũ perſequuntur. Tertio abſoluit eam dñs dicens. Dimiſſa ſunt ei peccata &c. Si pro vno peccato dimiſſo ſeruiret aliquis Deo mille annis, non eſſet nimis, cũ ꝓ eo debitor ſit mortis æternæ. ibi aũt amor uicit dñm, & ſolo amore quaſi ſine labore triũphũ meruit de dño, & ſuorũ pctõrũ ueniã obtinuit. Pet. Rauen. teneræ militiæ, & delicati conflictus eſt amore ſolo de cunctis criminibus victoriã reportare. Quarto tutatur eã. Nã cõuerſus ad mulierẽ dixit. Remittũtur tibi peccata tua. Quidam autem de aſtantibus dixerũt. Quis eſt iſte qui ẽt peccata dimittit? ps. Iuſtificeris in ſermonibus tuis, cum dicis remittuntur tibi peccata tua, & uincas eos cum iudicaris ab eis. Inebiatus enim indifferẽter condonat oĩbus. dominus aũt deuotis lachrimis peccatricis inebriatus erat. ideo omnia remiſit. Eſaiæ. 16. Inebriabo te lachryma

mea. Lachrymæ pctórum vinum ſunt angelorũ, ꝙ ſi ex corde bono procedant, dignæ ſunt ut Deo offerantur ad potandũ. Canti. 8. Vinum dignum dilecto ad potandum. propter quod dicere poteſt peccator illud p̃s. Poſuiſti lachrymas &c. Vnde ſubdit. Fides tua ſaluum te fecit, vade in pace. Vnde opera fortia placent Deo, & ip̃m placant, etiam dato ꝙ ante fuerint aduerſarij Dei, vt Mãgdalena quæ ante conuerſionem ſuam ita fortiter Deum impugnauit, ꝙ de ſe munitionem ſeptem principalibus dæmonibus. i. omnibus uitiis munitam contra Deum fecit. Sed quia ita fortiter fleuit, pœnituit, & lachrymis pedes domini lauit, ita ſibi placuit ꝙ in pace redierit cum Deo, & cum ſe ipſa pacata omnibus uiciis dimiſſis. Nulla enim pax eſt, vbi cõſcientia peccatis plena eſt. Eſa. 48. Non eſt pax impiis dicit dominus. Vnde de iſta dr̃ prouer. vlti. Manum ſuam miſit ad fortia, & ſic digiti eius apprehenderũt fuſum, id eſt donum à Deo effuſum.

*Ead. fer. 5. unde ſupra. Ser. 2 & in ord.* 117.

*A Lacryma. Quòd ex multiplici origine emanant lacrymæ.*

LAchrymis cepit rigare pedes eius. Lu. 7. Ex multiplici origine manat fluuius lachrymarum. Primo ex proprio peccato, ut lachrimæ Petri. p̃s. Exitus aquarum deduxerunt &c. Secundo ex compaſſione peccatorum alienorum, qualis erat fletus domini in cruce, & qualis Helyſei, qui flebat mala quæ facturus erat Azael. 4. Reg. 8. p̃s. Vidi præuaricantes &c. Tertio ex aliena miſeria. Iob. 30. Flebam ſuper eo qui afflictus erat, & anima mea compatiebatur pauperi. Sic dominus fleuit ſuper ciuitatem Hieruſalem, ſic ſuper Lazarum. Quarto ex conſideratione paſſionis Chriſti Bernar. Omnis ſermo de paſſione Chriſti acrior eſt ad flendum, amarior ad commouendum. Sic lugebant mulieres ad ſepulchrum. Quinto ex abſentia & elongatione dilecti, vt Maria flebat ad monumentum. Sic ille qui dicebat. Fuerunt mihi lachrimæ meæ panes die ac nocte. Pſal. Heu mihi quia incolatus &c. Sexto ex cõſideratione ſuſcepti beneficij. Sic flebat Auguſtinus cõſiderans beneficia Dei, quæ contulit humano generi. Septimo ex inflammatione diuini eloquij Canti. 5. Anima mea liquefacta &c. Octauo ex dilatione regni cœleſtis. Sic flebat Maria dicens. Cant. 5. Nunciate dilecto, quia amore langueo. Ad quam recurremus dicentes. Aue. Primò dicetur, quomodo Maria lachrimas fudit vnde lauetur. Secundo qualiter ex ipſis emplaſtrum elicit medicus ut ſanetur. Circa primum dicendum eſt, quomodo tria motiua fuerũt Mariæ Magdalenæ ad ſic lachrymandum. Primũ fuit inhabitatio Chriſti in mentẽ Mariæ ueniencis. Prius enim venit Chriſtus ad Mariam, quàm Maria ad Chriſtũ. Niſi enim dominus conuerſus ad illam fuiſſet, nunquam Maria ad eum conuerſa fuiſſet. Pſal. Deus tu conuerſus viuificabis nos. Vidit enim illa quòd phariſeo ſuperbo, & leproſo accubuit ut manducaret panem, propterea ſperauit quòd mulierẽ non deſpiceret qui cum tali peccatore cõuiuere non diſtulit. Signum autem habitationis Chriſti in mẽtibus quadruplex eſt. Vnum eſt mundanę ſolicitudinis excluſio. Sicut enim ſol quando ingreditur, expellit tenebras, ſic gratia Dei in ſuo ingreſſu expellit terrenam cupiditatem. Lucæ decimonono. Ingreſſus in templum cepit eiicere uendentes & ementes. Deus. n. & cupiditas in eodem corde habitare non poſſunt. Hęc autem ſolicitudinem proprię domus dimittens, in alienam domum ingreſſa eſt, ut Deum habere poſſet. Pſalm. Obliuiſcere populum tuum & cęt. Secundum ſignum eſt uita decens & honeſta cõuerſatio. Mundius enim & decentius ſeruatur domus in præſentia domini, quàm in abſentia eius. Vnde hęc mulier in abſentia domini fœdauit & ſe & domum ſuam, quando uero acceſſit ad eum honeſtauit eam. Acceſſit ergo ad eum mulier habens alabaſtrum unguẽti &c. Quando princeps eſt in aula omnes faciliter poſſunt habere acceſſum ad eum, & qui male ĩduti & qui bene. ſed qñ in camera ubi quieſcit, ſoli qui induti ſunt robis ſuis, & de ſua familia ingrediuntur Sic quãdiu rex Chriſtus fuit in aula mundi, omnes peccatores & publicani poterant ad eum accedere, qui pro peccatoribus uenerat in mundum. Sic venit ad eum Magdalena, ſic prodigus, ſic publicanus. Sed poſtquam aſcendit ad camerã paradiſi, nullus potuit accedere ad eum, niſi indutus puritate & innocentia. Tertium ſignum eſt quædam ſpiritualis ꝑ feruorem cordis calefactio. Peccator. n. q̃ ſine deo eſt, totus mortuus & frigidus eſt.

Deus



Deus autem noſter ignis conſumens eſt, q̃ ita potũ cordis huius mulieris ferueſcere fecit, vt oẽm ſpumã peccati ex eo eiecerit. Quartũ ſignũ eſt ſp̃ualis & interna delectatio. Vñ philoſophus. 2. Ethi ſignũ virtutis eſt delectabiliter opari Hæc autẽ mulier ex quo intrauit domũ phariſei nõ ceſſauit oſculari pedes dñi. vt patet ex teſtimonio Xp̃i. Scd̃m motiuũ erat conſideratio circa peccata propria q̃ quadruplex fuit. Primo cõſiderabat q̃ & qualia & q̃ enormia peccata fecerat qũo ꝑ ſuã negligentiã omiſit q̃ facere debuit, vel ea q̃ fecit non fecit ut debuit, & in quanta mala per pc̃m ſuum deuenit, & quantũ & qũo & quibus vitiis & demonib. & pro quo p̃mio ſeruiuit. Nõ erat mirabile ſi ſic lachrimaretur q̃ parturiebat tot fetus dyabolicos quot pc̃tã commiſerat. Ioh 16. Mulier quæ parit triſtitiã habet. Scd̃o cõſiderabat q̃ & qualia & q̃ magna ſunt quæ ꝑ peccatũ ſuum amiſit, ſcilicet regnũ æternum. Deum ſeipſam eccleſiæ participiũ ſc̃tórũ conſortiũ bona meritoria quæ ante fecerat, tp̃s ſuum, opus & laborẽ ſuũ. Si diuites inutil fletu pro parui incurſione tm̃ lugeant, quid debemus pro taliũ amiſſione facere? Tertio cogitabat quos offenderat. Deũ ſcilicet & angelos & ſanctos omnes quos peccãdo magis uĩ lęſiſſe q̃ francorũ regem ſi ei regnũ ſuũ abſtuliſſet, cũ de eius gloria plus gaudeant in cęlo quã aliquis rex de ſuo regno. Quarto cogitabat q̃ mala ex ſuis peccatis promeruit ſcilicet exheredationem, ſpoliationẽ, fuſtigationẽ, æternã damnationem, Dei iudicium, æternũ ſuppliciũ. Si orbatus patre & matre multum dolere cogitur, quomodo nõ ille qui orbatus eſt patre deo & matre eccleſia. Deu. 12. Puella gentilis in matrimoniũ aſſumenda debebat vno menſe flere patrẽ & matrem quos per captiuitatẽ amiſerat. Ad mortẽ. n. iudicati flent & eiulant, poſtulentes veniam & promittentes emendã. qui nos docent flere hic ne in futurum iudicium terribile eamus, vbi lachrymę nihil proderunt. Tertio mouebat ad flendum lachrymarũ quadruplex vtilitas. Prima erat abſolutio ſui. Sic naaman ab helyſeo aqua mundatus eſt a lepra. p̃s. Lauabo ꝑ ſingulas noctes. i. pc̃tã lectum conſcientiæ meæ. Inde uenit ad fontẽ uitę. vt cognouit (inquit euangeliſta) ꝙ Ieſus accubuiſſet, acceſſit ad eũ. Sed quęritur quis ita audacem fecit illam mulierem, ꝙ in domum phariſei ſic ſine erubeſcentia & tempore prandij non vocata cõfidens acceſſit. Reſponſio. Primo vt per illud idẽ quo deum offenderat deum lucraretur inuerecunda peccaueret, & inuerenda ad maculas tergendas acceſſit, contra illos qui non erubeſcunt peccare, & erubeſcunt confiteri.

Secũda quia plagam cordis ſenſit apertam, paratam effundere per uenas illius ſanguinem malũ, non mirũ ſi cito ad locũ ĩ quo erat medicus, ad auxiliũ inuerecunda cucurrit. ſm̃ Criſoſtomũ in quodã ſermone Leprares eſt abhominabilis, & quia vidit leproſum ſanatum corpore, ſimonẽ ſcilicet uehementer ſperauit ſordes animæ ſuæ facile poſſe à Chriſto detergi, & cum cęteræ ſcilicet chananea, ſamaritana & quæ fluxũ ſanguinis patiebatur in uia ad eum acceſſerint ſubuentionis intuitu, hæc ſola domũ confidenter ingreſſa eſt, non corporeæ curationis gratia ſed animæ, aliq̃d in eo maius homine exiſtimãs, qui non ſolum corpora ſed & animas tergere debebat. Secunda vtilitas erat ſanctificatio ſui. Pantheon enim templũ omnium demoniorum poſtea ſactum eſt templum omnium bonorum ut Roma. 5. Vbi abundauit peccatum ſuperabundaret & gratia Nam non delictum ſicut & donũ. Nam delictum eius ſolum diffamatũ erat in ciuitate hieruſalem, domum uero eius & gratia in toto orbe terrarum. Mar. 14. Amen dico vobis ubicunque prædicatum fuerit euangelium in toto mundo dicetur ꝙ & hæc fecerit in memoria eius. In illo. n. cõtactu Xp̃i fugata ſunt oĩa demenia. Vnde ꝑ lachrymas matris Auguſtini ſanctificatus eſt Auguſtinus, & de hæretico factus eſt ſanctus. Erat enim Xp̃s fons aquarũ uiuentiũ, & tamẽ de ſuo fonticulo ad fõtẽ aſportabat aquã, vt cõtractu nobiliſſimę illius humanitatis ſc̃tĩficaret. Veniebat enim ad terrã illã ꝑmiſſionis q̃ noluerũt iudęi, cuius initiũ aſcẽſus incipit a ſũmitate maris ſalſiſſimi. ſ. cõtritionis. Tertia utilitas erat illuminatio ſui. Ex p̃cedẽtibus. n. mediationibus iã cogitabat quãtũ à uero ſole iuſtitiæ diſtabat, ĩ qua nox peccati omnẽ mentẽ offuſcabat p̃s Nox illuminatio mea in deliciis meis. & cõ ex præ-

cedenti

cedentibus meditationibus iā ad fletū cōmota erat,& lachrimando cognouit bonitatem eius ante per malam vitam deſpexerat. Maria enim poſt reſurrectionem vſque poſt fletum non cognouit dominum.

Quarta vtilitas eſt inflammatio ſui. Illic enim lachrymę extinguunt ignem inferni,& accendunt ignem charitatis. Similes cuidam fonti in epyro, in quo faces ardentes extinguntur, & extinctæ accendūtur. Quia enim appropinquauerat Deo qui eſt ignis conſumens, ex fumo eius lachrymare cepit. In uitis patrum ſancta ſincletica dicit in his qui ad dominum conuertuntur labor eſt primum & poſt ineffabile gaudium. Sicut qui accēdunt ignem primo fumantur, & ex fumi moleſtia lachrymantur. Vnde 3. Regū. 18. Helyas ſuper altare & ligna quattuor ydrias aquæ proiecit. Iſte ſunt quattuor utilitates lachrymas continentes uel effundentes, vnde magnus ignis accēſus eſt. vel ſunt quattuor ex quibus lachrymę procedunt. ſcilicet timor iudiciorum diuinorum, pudor commiſſorum, dolor bonorum amiſſorū, & recordatio diuinorum beneficiorum.

In ſecunda parte ponitur emplaſtrum quod ex lachrymis beatæ mulieris elicuit medicus vt ſanaretur, quod quidem emplaſtrum ex quattuor conſtituitur. Eſt enim quoddam vnguentum, quod vulgo dicitur gratia Dei. Vnde oſculabatur pedes domini & vnguento ungebat. Niſi. n. abundaſſet vnguento, unguentum non effudiſſet,& niſi fuiſſet unguentū illud gratiæ Dei, tot & tanta peccata non euaſiſſet.

D *Magdalena. Quæ ſunt cāæ peccati magdalena.*

Sed quæritur quæ fuerunt cauſæ peccati eius. Reſpon. q tres. Primo pulchritudo eius. Erat enim formoſa ualde, cuius pulchritudinem ampliabat vanus & inhoneſtus decor meretricius. vnde quidā philoſophus difficile eſt cuſtodire quam multi amant. Prouer. 11. Circulus aureus in naribus ſuis mulier pulchra & fatua, quia ſicut ſus ſi haberet circulū aureum in naribus, ipſum volueret in luto, ſic meretrix pulchritudinē ſuam in luto luxurie. Prouer. vl. Fallax gratia & uana eſt pulchritudo. Quercus ꝓcera eſt arbor & pulchra, ſed ſolum glandes gignit porcis. vitis uero turpe lignum eſt, ſed producit bonum uinum. non ergo quærat mulier pulchra fieri, ſed ſi nigra ſit gaudeat, quoniam nigræ mulieres (vt dicit philo.) fecūdiores ſunt, ſicut & nigre galline. Secunda cauſa peccati eius erat ubertas, & abundantia bonorum temporalium, per quam ſatisfaciebat corpori in omnibus deliciis paſcēs illud ſplendido bene comedens, bibens & dormiens,& omnes labores refugiens. qđ quanti ſit periculi oſtendit dominus per Ezech. 16. Hæc fuit iniquitas ſororis tuę ſodomæ ſuperbia, ſaturitas panis & abundantia,& ocium ipſius & filiarū eius. Tertia fuit libertas. Augu. lib de 10. cordis. Quattuor ſunt mulieris cuſtodie quibus adiuuatur vt honeſte uiuat. prima eſt timor dei. ſecunda eſt timor legum adulteras punientium. tertia ſocietas viri. quarta verecūdia mundi. Hiero. ad furiam. Tenera res in feminis fama pudicitiæ eſt, & quaſi flos pulcherrimus ad leuem marceſcit auram. maxime vbi etas conſentit ad uicium,& maritalis deeſt auctoritas, cuius umbra tutamen eſt vxoris. Cum ergo hæc ſancta peccatrix nec deum nec leges timeret, eſſetque abſque uiro in libertate ſua fungens optimo patrimonio, nil mirū ſi fecerit frontem meretricis. Secundo conſtituitur ex tormentina. i. afflictione, & contritione ſpiritus & penitentia. Tribulatio enim curat à freneſi, quia Eſa. 28. Sola uexatio dabit intellectum. Secundo curat à cecitate aperiens oculos cordis. Titum. 3. Ego vir uidens paupertatē meā in uirga indignationis meæ. Sic Thobias cecatus,& in oculis felle linitus illuminatus eſt, & Nabuchodonoſor in proſperitatis ſuperbia ſenſum amiſerat, qui poſt ſeptem annos tribulationis ad cęlum oculos leuans ſenſum recuperauit. Hæc autem interius tribulata ſacrificium domino offerebat, iuxta illud pſal. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus. exterius vero a phariſeo fuiſſet repulſa. Aiebat. n intra ſe. Hic ſi eſſet propheta ſciret utiq; quæ & qualis eſt hæc mulier quia peccatrix eſt calce enim pedum reppuliſſet eā. Sed iam dominus emplaſtro patientię in tribulatione ſua ſanauerat eam. Ideo male iudicabat phariſeus. Quidam rex francorum cum apud eum quis quærimoniā faceret, nihil aliud latini ſciens, ſemper ꝓferebat audi partem. Deus contra peccatorem pars eſt. Pſa. Arguam te & ſtatuam cōtra faciem tuam. peccatori autem deus pacifica-

E



pacificatur, nec plus eſt pars cum penitet. Iſte autem deum iudicabat aduerſarium huius mulieris,& uolebat condemnare ubi nulla pars erat aduerſa. Multi ēt loquuntur de morbis & medicina qui eā penitus ignorant. Iſte ante medicum de medicina loquebatur, qui tamē infirmior erat & eā damnabat ad mortem, cum tamen medicus quod ex oculis eius effluebat iudicabat aquam uitę. Sed quæritur quare nec euangeliſta nec phariſeus hāc proprio nomine appellat, ſed nomine peccatricis. Reſpōſio. Prima ueritas, quia ita ſe peccato fœdauit, q proprium nomē perdidit & mulier peccatrix uocata eſt. Res enim nomina communiter ex effectibus earum ſortiuntur, ſicut ſecuris à ſecando, ... ab auiditate,& ſic de aliis. Quia ergo in omni opere ſuo peccato uacabat, peccatrix appellata eſt. Secunda ratio, q a ſecundum morem ſcripturæ in ſtatu peccati peccatores non ſunt deo cogniti per approbationē. Vnde & ſtultis uirginibus dictum eſt. Matth. 25. Neſcio uos, & diuitis nomē tacetur ubi pauperis Lazari nominatur. Ideo quia magna peccatrix erat nil mirū ſi in illo ſtatu nomen eius ignoratur. Delentur. n. hæc noīa de libro uitæ. Inde eſt q poſt conuerſionem huius peccatricis, in principio ſequentis capituli cū aliis deuotis mulieribus occupatis ad miniſtrandum domino nominatur primum Maria Magdalenæ. Tertia cauſa potuit eſſe propter nomen quod ſepius nominauerat euangeliſta in principio euangelii, qm̄ Mariam innocentem ſæpè nominauit, ne fedaretur tante dignitatis nomen. Tertiū emplaſtrum fuit perſeuerantiæ. Nam quā diu dominus diſputauit cum phariſeo, illa non ceſſauit lachrymas fundere, oſculari pedes, vngere & tergere. Vt autem cōfunderet phariſeum parabolam edidit dominus de duobus debitoribus, quorum uni plus, alteri minus donauit. Deinde dominus quæſiuit, quem debitorum creditor plus amauit? Reſpondit. Eſtimo quòd is cui plus donauit. Sed contra. Mariæ Magdalenæ plus donauit quā Mariæ uirgini qui primæ donauit peccata, ſecundo nihil. Reſpon. Mariæ uirgini plus donauit duipliciter. Primo eam a peccato præſeruando. Secundo ei liberaliter maiorē gratiam & dona liberaliter conferendo. Tunc dixit ei Dominus. Symon uides hāc mulierē, oculo ſcilicet toruo, luſco & ex tranſuerſo, ego oculo pio. Pſal. Oculi domini ſuper iuſtos. Prouocatur enim dominus lachrymis Mariæ. Ait enim, intrauit in domum tuam aquā pedibus meis &cę. Ad fletum Ezechię ſanauit eum. Eſaię. 38. Ad fletum uiduę ſuſcitauit eius unigenitum. Luc. 8. Ad fletum ſororum cucurrit ſuſcitare Lazarum. Ioā. 11. Dimiſſa ſunt ei peccata multa. In ea erat piſcina illa quam magni conſilii angelus commouebat, unde ſecuta eſt ſanitas eius. Pſalm. Sana cōtritiones eius quia commota eſt. Erant enim ille lachrimæ medicina purgatiua. Ex eodem enim ſerpente uenenum & tyriaca ſumitur. ex eodem corde peccatum & lacrimæ. Quartum emplaſtrum eſt pacificæ conſcientiæ. Vnde ait. Remittuntur tibi peccata tua. Ex lachrimis ſeq. tur conſolatio. Thob. 13. Poſt lachrymationem & fletum exultationem infundis. Pſal. Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi. Ideo ſubdit dominus. Vade in pace. Inebriauerat enim Magdalena dominum lachrymis ſuis. Pſal. poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo. Eſa. 16. Inebriabo te lachryma mea. Obtulit enim domino oculos lachrymis plenos quaſi duos utres uini quibus inebriatus dominus omnia quæ ei debebat quittauit dicens. Vade in pace, in pace cū Deo, in pace animæ a tentatione. Poſtquam tres pueri dixerunt in ſpiritu humilitatis & in animo contrito. ſuſcipiamur a te domine, fecit dominus medium fornacis quaſi uentum roris flantem. Dañ. 3. Inde fecundata receſſit à fonte diuinæ ſapientię. Gene. 1. poſtquam fecit congregationes aquarum quas appellauit Maria dixit, germinet terra herbam uirētē. unde Maria parit Chriſtum. Abbas paſtor dixit cuidā fratri quærenti quid ageret. Quid fecit Abraham quando uenit in terrā promiſſionis nonne fodit puteos ad quęrēdam aquam, ſic tu ad ſalutem lachrymas funde pro pctīs.

*Feria 6. ante ramos palmarum. Sermo 1. & in ordine. 118.*

A *Concilii. Quo multi diuerſi mode de Ieſu cōſiliantur.*

COllegerunt pontifices & phariſei concilium aduerſus Ieſum. Ioan. 11.

Multi de Ieſu cōſiliantur. ſi debeant facere ſecundum eius cōſilium & pręcepta ut qui debent reſtituere, ſi faciendum ſit, & tamen.

& tamen non faciunt. Alii ſunt q̃ cõſilio
credũt ſed nimis implere differũt. ut qui
differũt cõfiteri uſq; ad paſcha. alii ſequũ
tur conſiliũ parati facere dicentes illud,
domine quid me uis facere? Volunt tamẽ
dare conſilium Chriſto unus fuit Petrus
dicens domino loquẽti de ſua morte. Ab
ſit hoc a te domine, non erit tibi iſtud ta-
les ſunt qui dicunt, Deus melius feciſſet
ſi non feciſſet infernum, ſi non prohibuiſ
ſet vſuras fornicationem ſimplicem. ſi ho
mo non moreretur, ſi non mitteret aduer
ſitates ſanctis & iuſtis. ſi non daret pote-
ſtatem malis. cuiuſmodi erat Antonius
cui mirabatur quomodo mali dominabã
tur in orbe. cui reſponſum eſt q; de ſeipſo
ſollicitaretur & dimitteret domino ſuum
mũdũ regere. Alii ſunt q̃ aduerſus Ieſum
colligunt conſilium. vt qui ſuo conſilio iu
uenes perdunt & puellas decipiunt. Ta-
les fuerunt in concilio iudæorum contra
Chriſtũ, & prælati qui replent eccleſias
pueris & garſionibus. Gen. 49. In conſiliũ
eorum non veniat anima mea. Alii ſequũ
tur conſilium Ieſu & bonorum angelorũ.
cuiuſmodi fuia Maria loquens ad angelũ
ad quam recurremus. &c.

Primo dicendum eſt de concilio ponti
ficum & phariſeorum aduerſus Ieſum. ſe-
cundo de executione huius concilii. Cir-
ca primum dicitur q; poſtquam dominus
ſuſcitauit Lazarũ in craſtino collegerũt
pontifices & phariſei concilium aduerſus
Ieſum. Sed vbi ſcribę, quare non fuerunt
ad hoc concilium uocati? Reſpon. Quod
ſcribæ erant periti lege & ꝓphetis, & mul
tos prophetarum legebãt interfectos. Ti-
mebãt ergo pontifices & phariſei, ne ali-
quis ſcribarũ zelans pro lege, & allegãs
ſcripturam oſtenderet ſemper malum iu-
dæis contigiſſe de taliũ interfectione, uel
quia per ſcripturam aperte probarent ip-
ſum eſſe Chriſtum. Nolebat enim achab
micheam in conſpectu & conſilio eius p̃-
ſentari, quia ſemper ei prophetabat ma-
B lum. Sic modo faciunt pontifices & reli-
*Obſtina-* gioſi, nolunt vocare peritos, ne forte di-
*tio.* cant eis qđ nolunt audire. ſ. detegere ſuũ
*Obſtinati* periculum. Collectio iſta concilij con-
*et indura* tra dominum maxime ex eorũ indurata
*ti multi-* ceruice proceſſit qua aduerſabãtur ei, ex
*plex pericu* quo in quattuor mala ciderunt. Indura
*lum.* ti enim periculum multiplex eſt. primum
eſt cecitas, quia ſuum non videt periculũ,
quo nullum in arduis maius periculum eſ
ſe poteſt, quia non cognoſcit ſuum ma-
lum non cauet. Interdum bos cum duci-
tur ad mactandum ſaltat hinc & inde, &
ignorat q; ad gladium ducitur. In hoc ca
ſu talis nec videt ſe nec caſum ſuum, nec
credit videnti. p̃s. Neſcierunt neq; intelle
xerunt in tenebris ambulant. mouebũtur.
ſ. ad caſum omnia fundamẽta terre. i. om-
nes qui ſunt fundamẽta ſolida quaſi terra
ad tutandum ſuas induratas opiones. Mul
tos tales vidi religioſos, & etiam litera-
tos uiros qui poſtquam antiquati ſunt in
praua uita, ſe tutantur ſua conſuetudine,
ut nulla arte aut rationum efficacia poſ
ſint a ſua opinione diuerti. Similes tortu-
cis marinis, qui licet quotidie habitent in
aquis ſacre ſcripture & doctorum auter
deuotionis, teſtam tamen ita duram ha-
bent & ſiccam, q; nullus eam penetrare
uel emolire poteſt ita q; ſolent eſſe cęte
ris duriores. ſimiles arenę ſiue terra de
burelure, de qua fert in ꝓuerb. q̃ tãt plus
pleut tãt plus eſt dure. Quod figuratũ eſt
Ioſuę. 4. Quando Ioſuę tulit ſecũ de me-
dio iordanis alueo. 12. lapides limpidiſſi
mos. i. clariſſimos ingenio vel religione,
ſed duriſſimos. Sic indurati ſunt pontifi-
ces & phariſei ut non uiderẽt periculum
ſuum. Parauerunt enim laqueum mortis
Chriſto ne darentur in prædam romanis,
& inciderunt in ipſum. p̃s. Captio quam
abſcondit apprehẽ. &c. Nam dati ſunt in
direptionem, & opprobrium Romanis &
omni nationi quę ſub cœlo eſt. Secũdum
periculũ talium eſt ruina ſeu caſus de pec
cato in peccatum. Eſt enim habens trabẽ
erroris in oculo ſuo, ideo non videt quo
diuertat. & ſæpè in præcipitium cadit. Sic
pharao induratus de malo in malum rue
bat. ſic hieroboam & populus eius. Roma.
1. Propter qđ tradidit illos Deus ĩ paſſio
nes ignominiæ, vt faciant ea quæ non cõ
ueniunt Et iterum, quia non probauerunt
Deũ habere in notitia, tradidit illos deus
in reprobum ſenſum. Iuſtum. n. eſt ut qui
in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc. Cõtra qđ
periculum orabat ſapiens dicens. Eccleſi.
23. Aĩo irreuerenti & infrunito ne tradas
me. i. ne me permittas cadere in animum
effrontem & ſine rationis freno ambulan
tem. p̃s. Ne tradas me cum peccatoribus.

Tradere



Tradere autem eos in reprobum ſenſum,
eſt permittere illos labi de peccato in pec
catum. Sic ambulauerũt ſine freno iudæi
vſque ad mortem Chriſti eis in lege pro-
miſſi, & adhuc quotidie de peccato in pec
catum ruunt videntes omnia in lege eorũ
adimpleta, & præ duricia cordis guſtare
non poſſunt. Similes illi de quo. 4. Reg. 7.
Videbis & inde non comedes. Tertium
C periculum eſt derelictionis à deo, quia ta
les communiter à Deo derelinquuntur.
Eccl. 7. Conſidera opera Dei q; nemo cor
rigit quem ille deſpexerit. Solius. n. Dei
eſt conuerſio talium obſtinatorum. Pſal.
Mittit criſtallũ ſuam ſicut buccellas. ſ. pa-
nis. Criſtallũ durã in buccellas panis con
uertit, contra dyaboli voluntatem, quan-
do cor lapideum in molle cõuertit, & tũc
de lapidibus ſuſcitat filios abrahæ. Sicut
enim criſtallus eſt ita ſolida q; non poteſt
faciliter penetrari, ſic peccator obſtinatus
Deu. 18. Sit terra quam calcas ferrea.

Quartum periculum eſt ſors mali finis
D q; tales indurati ſemper malum finem ſor
tiuntur, ſicut & phariſei qui propter præ-
dicationem Chriſti noluerunt conuerti.
p̃s. Non crediderunt in mirabilius eius &
defecerũt in uanitate dies eorum in uanita
te. i. in uacuitate omnis boni. Eccle. 3. Cor
durum male habebit in nouiſſimo. Sicut
enim nauis ſi ab adamante trahatur auel
li ab eo non poteſt, ſic nec iſti nec a Deo
nec à dybolo auelli potuerunt ab opinio-
nibus uel concupiſcentiis ſuis, nec Deo
nec dyabolo clamanti in energuminis, qa
hic eſt filius Dei crediderũt. Sic multi du
ci non poſſunt doctrina prudentium, im-
mo per ipſam indurantur, quare periculũ
eſt talibus prædicare. Stulto enim grauis
eſt ſapientia dum recalcitrat & ea tangi-
tur, ſicut equus vlceroſus calcitrat dum
tangitur in loco vlceris, & ſicut lutum ad
ſolem induratur, ſic quidam ad ſolem ver
bi Dei duriores redduntur. Glacies licet
radiis ſolis illuminetur, calorem tamen
non recipit nec frigiditatem relinquit. Be
ne illuminantur per verbum Dei, ſed pro
pterea neque bene operantur nec à pecca
to recedunt. Nec iterum duci poſſunt ad
bonum ſiue n per ſanctimoniam uitæ eo-
rum cum quibus conuerſantur, quia ita
deprauati ſunt, vt ſicut dyabolus eſt obſti
natiſſimus ſic iſti quaſi demonium meri-
dianum in meridiæ. i. in plena lucæ appa-
rent eſſe demones, ita vt uix de eis ſpes.
Neque oportet demonẽ ad tentandũ eos,
quia ipſi ſibi ſunt demon. Potus factus de
terrã qñ mollis eſt ſi ſit ĩ eo aliqua defor
mitas, figulus poteſt eam de facili refor-
mare. ſi uero in duriciam euadat potius
frangeretur quam repararetur. Sic tales
prius morte frangerentur quam ad verita
tem uitæ uel doctrinæ repararentur. ſideo
de eis dicũt ſancti illud. p̃s. In ſalicibus in
medio eius ſuſpendimus organa noſtra,
quia pro ſalicibus iſtis. i. uiris infructuoſis
& inutilibus ſancti prædicatores nõ exer
cent vires ſuas, nec medicinam prædica-
tionis eis adhibent, ſed ſuſpẽdunt, cum ſu
perbas & infructuoſas eorum mentes ui-
dent. In concilio autem quæſtio facta
eſt a circũſtantib. Quid facimus? quia hic
homo multa ſigna facit. Si dimitimus eũ
ſic &c. Nihil ſe facere reputabant, quia à
malo ceſſabant, nec ſigna eius uidebant,
quamuis ea cognoſcerent. Sicut bubo qui
non poteſt videre lucem, ſic nec iſti Chri-
ſtum donec interficerent. Vnus autem E
ex eis cayphas noĩe. Dicit Albertus. 22. li. *Conſiliũ.*
de animalibus, q; porcorum proprium eſt *Decõſilio*
q; vno ſtridente omnes ad rabiem conci- *malorum*
tantur, & tunc periculum eſt incidere in *exemplo*
gregem eorum. Sic iudæorum unus (ſcili- *porcorum*
cet cayphas) cepit ſtridere in Chriſtũ dã-
do conſilium expedire vnum hominẽ mo-
ri pro populo & ſic ab illo die cogitaue-
runt omnes alii Chriſtum interficere. Io.
11. Gens druidum ante incarnationẽ edo-
cta erat diis ſuis vnum hominem ſacrifica
re per hoc exiſtimantes deos ſuos placa-
re. Sic cayphas exiſtimauit non poſſe pa-
cari Romanos quin perderent locum, &
gentem niſi interficeretur innocens. F

Sed quæritur quid potuit mouere cay *Odium.*
pham ut damnaret Chriſtum? Reſponſio *Qđ diſſi-*
primo q; fuit excellentia vitæ eius qua diſ *militudo*
ſimilis erat eis, nec illam præ inuidia po- *pit odiũ.*
terant videre. Sap. 2. Dixerũt impij intra
ſe circũueniamus iuſtum & opprimamus
eum. Grauis eſt nobis ad videndum, quo
niam diſſimilis eſt aliis vita ipſius. Diſſimi
litudo enim parit odium, ſicut ſimilitudo
amorem. Sic videmus in claultris ſi ſit a-
liquis excellentis vitæ inter malos liben-
ter ei ſuffocarent oculos. Ad cuius propo-
ſitum dicit Ariſto. 3. polit. q; Thraſibulus

tyrannus

tyrannus cũ miſiſſet ad periãdrũ nũciũ pe
tens ab eo conſilium quid ageret de ſuis
ſubditis potẽtiſſimis, nihil uoluit periãder
nuncio dicere ne forte cõſcius eſſet cõſilii
ſui, ſed in præſentia nũc i ſpicarũ alias ſpi
cas excedentiũ præſcindebat vertices, ut
quaſi area plana videret. Reuerſus nũcius
dixit ſe nihil habuiſſet reſponſi ab eo ſed
tãmodo in præſentia ſua ſic feciſſe. Qđ
intelligens Thraſibulus occidit ſapientes
alios dirigentes. Sic & iudæi propter emi
nentiam vitæ eum occiderunt & ne poli-
tiam eorum malam immutaret. Hoc au
tem dixit non à ſemetipſo. Spiritus ſan-
ctus illo vtebatur ſicut bonus artifex ma-
lo inſtrumẽto. Formidabãt iudæi ne quis
adhærens Xp̃o qui oĩa docebat contẽnere
pugnaturus eſſet cõtra terrenam hieruſa-
lem. Qđ ita completum eſt, ſed eorũ adiu
torio id factũ eſt, qm̃ mors Chriſti cauſa
fuit ꝙ perdiderũt locũ & gẽtem. Multi dũ
callidis & aſtutis cogitationibus dei conſi
lio nitantur reſiſtere obſequutur, quia ſę
pe hoc eius diſpoſitioni apte militat, qđ
ei per humanum ſtudiũ friuole reſultat.
Cum. n. ad redemptoris noſtri miracu-
la turba credentium conflueret, ſacerdo
tes populi inuidiæ facibus accenſi dice-
bant. Videte quia nihil proficimus, ecce
totus mundus poſt eum abiit. Sed vt ab il
lo conatu populũ abducerẽt, potẽtiã eius
morte finire conati ſunt. Ex pedit (īquiũt)
ut vnus moriatͬ pro populo, ſed qđ volue
runt impedire per eorũ cõſilium factũ eſt
Nam ꝑ crucem exaltatus a terra omnia
traxit ad ſe, immo mors eius ad coniun-
ctionem ſui corporis myſtici, ſcilicet ec-
cleſiæ valuit. In lege veteri turturi vel co
lumbæ in ſacrificio ſecccari guttur præci
pitur non abſcindi, ſic ꝙ poſt mortem cor
pori caput inhæreret, qa dũ Chriſtus mor
tem pertulit pro nobis, nobis verius adhę
ſit. Poſt ſectionem caput turturis mẽbris
inhæret, quia Xp̃m ab eccleſia nec inter-
ueniens diuidit perſecutio. Perſecutores
igitur Xp̃o intulerunt mortem, ut ab eo
abſcinderent fidelium deuotionem, & ne
perderent hæreditatẽ terrenã. Sed inde fi
des creuit. & hæreditas illa ab eis directa
eſt. Vnde balaã cõductus a balach ut ma-
lediceret filiis iſrael, ecõtrario benedixit
quamuis malus. Sic cayphas bene prophe
tauit, quamuis malus, & ex conſciẽtia, &

*O Conſiliũ. Qđ maliciã dei cõ ſilio reſi ſtunt obſe quunt ei.*

intelligentia peſſima. Et fratres ioſeph uẽ
diderunt eum in egypto ne iuxta ſomnia
eius eſſet eorum dominus, & propter hu-
iuſmodi venditionẽ factus eſt eorum do-
minus. Sic dñm morti tradiderunt iudæi
ne eſſet rex eorũ, & uelint nolint eorum
dñs eſt. Vendẽdo ioſeph inciderunt fra-
tres eius in id qđ timebant. ſic & iſti Xp̃m
occidendo incurrerũt illud qđ verebant,
ſ. ꝑditionẽ loci & gẽtis. Vt filios diſper
ſos cõgregaret in vnũ. Qñ lucerna de no-
cte in aqua ponit, oẽs vndiq; piſces ad lu
cernã cõgregantur, & ſic in magna copia
capiuntur. Xp̃s lucerna eſt poſita in cruce
tanq̃ ſuper cãdelabrũ & tanq̃ in aquis tri
bulationis, ut eam fideles omnes videant
& nocte qñ nemo eũ cognoſcebat & tunc
congregari ceperunt ad eũ oẽs fideles ſi-
cut piſces ad lucernam in aqua. In ſecũ
da parte uidendum eſt de executione hu-
ius concilii. Vnde ſubditur. Ab illo er-
go die cogitauerũt vt interficerent eum.
Prius. n. oculte q̃ ebãt Ieſũ īterficere, nũc
aũt manifeſte & diuulgatum fuit hoc con
ſilium de morte Chriſti. Dederant. n. põ-
tifices & phariſei mandatũ vt ſi quis co-
gnouerit vbi ſit indicet vt apprehenderẽt
eum. Ieſus autem non in palã ambulabat
apud iudæos. Tũ quia nõdũ uenerat hora
eius. Tum vt oſtenderet nobis exemplum
fugiẽdi tentationem & occaſionem eius:
Valde enim præſumptuoſum eſt pericu-
lis ſe ingerere propter inexperientiã pro-
prię virtutis quę qñq; fragillis inuenitur,
& ẽt propter futuri euentus incertitudinẽ
Et abiit in regionẽ iuxta deſertum in ciui
tatem q̃ dicitur effrem quæ erat parua, &
ibi ſecreto morabatur cum diſcipulis ſuis
uſque in octauum diem quando uenit cũ
diſcipulis ſuis in bethaniam, & ibi cenam
fecit ei matha vbi Lazarus erat vnus de
diſcumbentibus. In hoc ſecũdum Criſoſt.
monſtratur diſcipulorum conſtantia. Vi-
debant enim eum ſubterfugere mortem,
& conſulere ſaluti ſuæ, cum a rectoribus
reipublicæ peteretur in mortem, nec ta-
men eum dimittebant, & quando oẽs le-
tabanť feſta celebrantes. abſcondebantur
& in periculis erant, hoc tm̃ ſolatii haben
tes ꝙ cum illo erant. Cuiuſmodo ſunt re-
ligioſi qui tempore quo mundani feſta &
conuiuia celebrant, ocultantur in cœno-
biis, & plorant. Vnde Alexand. in 3. dicit
quòd



quòd quæ dicuntur ab offerenda uſq; ad
præfationem voce ſubmiſſa. ſignificant il-
lud ſilentium. Io. 11. quando iuit in deſer
tũ effrẽ, & ꝙ poſtea eleuata uoce dr̃. Per
omnia ſecula ſeculorum, oſtenditur ꝙ qñ
uenit in ramis palmarum ꝙ iterum palam
ambulabat.

*Eadem feria 6. unde ſupra Sermo. 2. & in ordine. 119.*

EXpedit ut unus moriatur homo pro
populo, & ne tota gens pereat. Io. 11.
Quæritur utrũ cõueniens fuerit Chri-
ſtum mori pro ſalute generis humani? Et
uidetur ꝙ non, qa maior eſt defectus mor
tis quam morbi, quia per morbum perue-
nitur ad mortem, ſed non fuit conueniẽs
Chriſtum aliquo morbo langueſcere. ut
ait Criſo. ergo nec ipſum mori. In oppoſi
tum eſt thema propoſitum. Reſponſio. Ex
pediebat Chriſtum mori propter multa.
Primo ad ſatisfaciendum pro humano ge
nere morti adiudicato propter peccatum
iuxta ſententiam datam. Gen. 2. Quacun-
que die comederitis morte moriemini.
Eſt autem conueniens ad ſatisfaciendum
pro alio modus, cum quis non debitor ſe
ſubiicit pœnæ quam alius meruit. 1. Pe. 2.
Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mor
tuus eſt, iuſtus pro iniuſtis. Lex autem hu-
mana talis eſt ꝙ liber captus ab hoſtibus
cum primo precium ſoluit, vel ei quali-
tercunque remittatur tunc priſtinum ſta-
tum libertatis recipit & non ante, quia an
te fere per omnia ſeruus eſt. Sic primus
homo primo liber, poſtea in peccato ca-
ptus non poterat eſſe liber. immo ſeruire
cogebatur donec precium redemptionis
ſolueret Chriſtus. Io. 8. Si uos filius libera
uerit, uere liberi eritis. Secundo ad oſten
dẽdum veritatem naturę aſſumptæ. Hinc
Euſe. ait Si aliter poſt cõuerſationem cũ
hominibus euaneſcens ſubdito euolaret
fugiendo mortem, ab omnibus compara-
retur fantaſmati. Tertio ut moriendo nos
a timore mortis liberaret. Heb. 2. Cõmu-
nicauit carni & ſanguini, vt per mortem
eum qui habebat mortis imperium id eſt
dyabolum deſtrueret & liberaret eos qui
timore mortis per toram uitam obnoxij,
erant ſeruituti. Dicunt medici quòd in
paraliticis appoſitio medicinę ſuper mem
brum paraliticum non affert iuuamentum
unde curetur paraliſis. ſed oportet quòd
apponatur ad membrũ ſanũ, infirmitas au
tem humani generis erat paraliſis. Tũ qa
ſicut paraliticus nõ hẽt plenã poteſtatem
ſup mẽbra ſua ſed eo inuito qñq; mouenť:
ſic in nobis caro cõcupiſcit aduerſus ſpiri
tum, ut nõ q̃cũq; nolumus illa faciamus.
Tum qa (ut dicũt medici) paraliſis ex ni-
mia cibi repletione naſciť. Hinc docent in
caſu infirmitatis eius faciendũ eſſe. ut qui
hanc infirmitatẽ patitur famẽ & ſitim lõ-
gam ſentiãt. ſic infirmitas humani gene-
ris ex nimia cibi repletione. i. inordinata
cibi uetiti ſumptione proceſſit. p̃s. Adhuc
eſcę eorũ erant in ore ipſorũ, & ira Dei
aſcẽdit ſup eos. Ideo in curatione huius
morbi oportuit opponere medicinam ad
corpus ſanũ qđ erat Xp̃s. Alioqn oĩa mẽ-
bra noſtra tremerẽt. Ipſe. n. ſuſtinuit famẽ
& ſitim longã. 40. diebus, & alia in ſe re-
cepit quibus curareť morbus ipſe. Luc. 2.
Ecce poſitus eſt hic in ruinã & reſurrectio
nẽ multorũ. Quarto ut corporaliter mo-
riẽdo ſimilitudini peccati. i. pęnalitati da-
ret nobis exemplum moriendi ſpirituali-
ter peccato. Vnde Ro. 6. Qđ enim mor-
tuus eſt peccato mortuus eſt ſemel. ꝙ aũt
uiuit, uiuit Deo ita & uos exiſtimate uos
mortuos quidẽ eſſe pc̃tõ, uiuentes autem
Deo. Quinto ut à mortuis reſurgẽdo uir
tutem ſuã oſtenderet qua mortẽ ſupera-
uit, & ſpẽ nobis reſurgẽdi à mortuis da-
ret. Vnde 1. Cor. 15. Si Chriſtus prædica-
tur ꝙ reſurrexit à mortuis, quomodo qui
dam dicunt in nobis, quoniam reſurrectio
mortuorum non eſt? Si autem mortem ex
morbo ſuperuenienti ſuſtinuiſſet, tunc
uiſus fuiſſet ex neceſſitate mori ꝑpter in-
firmitatem naturæ. Sed ſuſtinuit uolunta
rie mortem ab exteriori illatam, ut in ea
uirtutẽ oñderet, & reſurgendi potẽtiam.
Hęc Tho. 3. par. q. 50. ar. 1. Sexto ſm̃ Ale.
de halis. in 3. par. Ideo fuit cõueniẽs Chri
ſtum eligere uiã mortis & aduerſitatis in
hoc mundo ut oſtenderet illam eſſe uiam
quæ a peccato ſeparat, & coniungit Deo.
Vnde Augu. uera religione. Omne pecca-
tum eſt ex eo quòd appetimus quæ Chri-
ſtus contempſit, & quia refugimus quæ ip-
ſe ſuſtinuit uel appetiit. Appetiit autẽ Xp̃s
paupertatem, uilitatem, & ſubiectionem.
homines uero eligũt diuitias, delitias, &
honores. Si ergo elegiſſet uiam pro-
ſperitatis, non fuiſſet conueniens receſ-
ſus à

*Qđ ad ſanandũ noſtrã paraliſim poſita eſt medicina ſuper Chriſtum.*

ſus à peccato. Quanto enim quis plus elōgatur à centro, tanto magis circunferentiæ appropinquat. diuina autem prudentia circunferentia eſt cuncta continēs, & quanto quis magis elongatur a uita, tantomagis approximat morti & econuerſo. ideo uiam aſperitatis & mortis tanquam viā uerę vitæ bene tenuit, & bene docuit. Sid tenuerunt omnes ſancti. ſic & maria q̄ eum vſque ad mortem aſſociauit, ad quā recurramus dicentes. Aue.

Iuxta formam diuiſionis præcedentis dicetur de concilio pontificū & phariſeorum aduerſus Ieſum. Secundo de executione propoſiti per conciliū. Circa primum dicit euangeliſta. Collegerunt ergo pontifices, & phariſei concilium aduerſus ieſum. Sed ex quo antecedente proceſſit iſtud ergo? Reſponſio ꝙ ex ſuſcitatione Lazari. Sicut enim electis Dei bona cooperante in bonū, ſic reprobis cooperātur in malum, & quod apis in mel, aranea cōuertit in uenenum Vnde turba ex hoc facto laudabat dominum cum ramis palmarum ei benedicendo. Ioā. 12. Teſtimoniū ergo perhibebat turba quæ erat cum eo, quando Lazarum ſuſcitauit de monumēto. iſti uero occaſionem acceperunt ex illo vt interficerent eum. Idem enim cibus bonus in ſtomacho bñ diſpoſitio cito conuertitur in ſubſtantiam aliti. vbi in ſtomacho corrupto in humores putridos conuertitur.

*C Conciliū. Quæ fuit occaſio cōcilii colligendi cōtra Chriſtum.*

Sed quæritur circa hoc quomodo collegerunt concilium aduerſus ieſum, cum ſcriptum ſit. Diſpergentur omnes qui operantur iniquitatem. Si iſti diſperguntur, quomodo ibi colliguntur? Reſpondetur primo ꝙ iſti colligendo concilium diſpergebant oues Chriſti longe facientes eas à ſalute ſua. Patet, quia qui colligit uinum in vindemia & illud cito mittit in utres uel dolia abſque ſpiraculo, dū putat colligere vinum diſpergit, quia ſubito uter aut dolium frangitur & ſic vinum effunditur. Sic qui colligit aduerſus dominum concilium abſque dei ſpiraculo. i. ſine inſpiratione nihil facit, ſed magis diſpergit. Qui enim colligit ſine ſaluatore, colligit cum perditore. & qui colligit nō ad ſalutem, colligit ad perditionemnem Sicut qui colligit cum furibus, colligit ad diſpergendum Exodi. 5. Erat populus diſperſus per egyptum ad colligendas paleas. Colligunt enim ſacrilegi ſacerdotes pecunias quæ poſtea diſperguntur vel furibus uel filiis & nepotibus ad ſuam damnationem. Dicitur ſecundo ꝙ propter iſtā collectionem concilii diſperſi ſunt in omnes gentes. Quando enim quis impie credit temporalia ſaluare uel augere, amittit cum temporalibus æterna. Sicut multi cōſulunt de cauſis temporalium, & non reſpiciūt ad æquitatem & ad Deum ſed ad ſuum commodum. ideo perdūt, & Deum & commodum ſuū, ſicut iſti propter hoc concilium perdiderunt Deum, locum, & gentem.

*D Conciliū. Quō colligēdo cōciliū contra ieſum diſperſi ſunt.*

Sed iternm quæritur qūo iudæi ſic erant Chriſto implacabiles. Pridie uiderāt tam grande miraculum in Lazari ſuſcitatione & ecce in craſtino conſulunt de morte eius. Reſpondetnr. Quadruplex huius fuit occaſio. Prima fuit cecitas mentis in rectoribus ſynagoge, q̄ cecati malicia ſua lumen æternum uidere non potueront donec ext nguerētur. Rectores enim reipublicæ maximè debent eſſe oculati. Vnde Phiſionomi ſecundū Ariſtotelam magis iudicant de animæ paſſionibus & hominis conditionibus per oculum ſeu uiſum quam per quæcunque alia membra. Cui conſonat ſcriptura. Eccleſ. 19. Ex viſu cognoſcitur uir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Et hoc ideo, quia iſte ſenſus habet corpus regere & cętera mēbra, ideo uoluit illud Deus dono nobiliori & potiori ditare, nobilitare, & dotare. Propter quod Leuiti. 21. Deus naturæ ſeruitores clare uidentes habere voluit, & omnes cecos & oculus maculatos a ſuo miniſterio repudiauit & ab igreſſu interioris tabernaculi reprebauit. ita ꝙ ſine oculis prudentiæ per quàm à brutis diſtinguimur, nnn ſeruitur Deo nec regitur eccleſia. Vnde qui olim volebat cōſulere dominū ſuper conſcientia ſua ibat ad domum videntis. 1. Reg. 9. Sed nūc ceci, & claudi contra prohibitionem. Leuiti. 21. Intrant vſque in interiora tabernaculi. immo pars quæ ſubſequitur ibidem, (prohdolor) nunc tenetur ad vnguen. ubi dicitur ꝙ talis cecus uel habēs maculam ſi ſit de genere ſacerdotum non propter hoc à comeſtione panum & ſacrificiorum vſu repoſitorum in tabernaculo repellebatur. immo portionem ſicut qui clare videbat percipiebat. Sic multi ceci & ignorantes



rantes & uita maculati, dato ꝙ nō intrēt in tabernaculum Dei ad ſeruiendum ei (niſi forte pro fructibus & diſtributionibus colligendis) dum tamen ſint conſanguinei prelatorum non pp hoc a perceptione bonorū beneficiorum arcentur. Secundum Plinium iſta eſt regula de catulis canum ꝙ qui tardius videt pinguior ē quia pinguedo lactis retardat viſum. Sic magis cecus & imbecillis pinguior eſt in bonis eccleſiæ. vbi multi ſcientes & ſcientifici præ paupertate languent, qui dicere poſſunt illud. Lucę. 15. Quanti mercenarij abūdant in domo patris mei, & ego hic famæ pereo? Iſti autem pōtifices & ſacerdotes pinguiores in beneficijs non viderunt lumen neque ſuſtinere potuerunt. figurati per Antiochum. 2. Mach. 1. Qui a templo dicitur abſtuliſſe candelabrum luminis. Nec iſtorum aperti ſunt oculi donec ceciderunt in laqueum quem parauerunt. Pſalmiſt. Foderūt ante faciem meā foueam & inciderunt in eam. & iterū. In laqueo iſto quem abſconderunt &c. Qñ enim capta eſt ciuitas eorum, tunc pro parte curata eſt cecitas eorum. Ideo figurantur in gentibus regis ſyrię. 4. Reg. 6. Qui ad pręces Helyſei percuſſi ſunt ceci tate & deinde apertis oculis eorū uiderūt ſe eſſe in medio ciuitatis inter hoſtes. Iſti licet ſint ceci ut nec ſe nec alios uideant, tamen bene uidentur a uiris ſcīs. Hoc patet ex perſpectiua, quia qui ſunt ī aere nebuloſo, nec ſe nec alios uidēt, qui uero extra, bene uidēt. Sctī uero ſunt extra aerē nebuloſum mundanæ proſperitatis. ideo bene iudicāt de eis nec tñ bñ iudicantur ab alijs.

*I Tim.*

Secunda occaſio fuit timor mūdanus qui eſt cum quis plus debito timet amittere tpalia, qui quāta mala faciat nemo ignorat. Hic timor affligere fecit filio Iſrael a Pharaonę & filios eorū mergere. Exo. 1. Hic timor innocētes trucidari fecit ab Herode. hic timor fecit occidere Chriſtū, ne forte amitterēt regnū, locū & gentē. p̄s. Trepidauerunt timore vbi nō erat timor. Propter timorē. n. illū oīa perdiderunt. p̄s. Cogitauerūt cōſilia quæ non potuerunt ſtabilire. Hic timor ſepe facit negare Deū vel offendere, & ad infidelitatē fraudis deſcendere. vt patuit in villico iniquitatis. Luc. 16. Qui mēdicare erubeſcēs defraudauit dñm ſuū in 1. cadis olei & in 20. choris tritici. Hic timor ad meretriciū pauperes mulieres & ad artes, officia, & ſeruitia illicita, ut vel tenuiter ſine mēdicitate vitam habeant, deducit & oēs fere uſurarios & oppreſſos ære alieno ad infernū mittit, quia p̄ timore paupertatis in ſe & in ſuis, nunquàm faciunt debitas reſtitutiones, & ideo in fine tales priuantur vtriſq; bonis. tpalibus. ſ & ſpūalibus. Vnde quidā fatuus cū uilla ſua incenderetur & hr̄et duas domos, unā bonā & oībus bonis refertā. aliā uilē & plenā palea. relicta prima iuit ad ſcd̄m tutādā ne amitteret paleas. ſed ignis p̄ualēs paleas cōbuſſit & ipſum cū eis. & ſic amiſit primā & ſecūdā domū cū ſeipſo & oībus bonis. Videant igr̄ ſoliciti in mundanis ne dū timore pditionis tpalium nimis ſolicitant̄, ſimul cū eis amittāt ęterna. Sed iſte timor non tangit ſctōs uiros. quia. p̄s. nihil deeſt timētibus eum. Inde Iob bonis ablatis gr̄as agebat. Et de hębreis in primitiua eccleſia cōuerſis dr̄. Hæbre. 10. Rapinā bonorū veſtrorū cū gaudio ſuſcepiſtis. Tertia occaſio fuit cupiditas pontificum & ſacerdotum ſuas oblationes nimium auide cupientium augeri. Vnde Titus Liuius de bello Macedonico lib. 8. In agro Lucij Petilij ſub monte. Ianiculo cultoribus altius terram uerſantibus duę archæ lapideæ reperte ſunt, in quarum altera ſcriptura indicauit ſeptem libros eſſe reconditos de iure pontificum latinos, & totidem græcos de diſciplina græci iudicio ſenatus combuſti ſunt, latini reſeruati, quia quæ de iure ſunt pontificum optime conſeruantur. de diſciplina uero nullus ſermo, ſed comburitur ſeu poſtponitur quicquid de illa eſt. Sic Iudæi voluerunt ſeruare iura & oblationes pontificum ne locum & gentem perderent, & de diſciplina quam Chriſtus prædicabat omnino deſtrui procurauerunt. Vnde dicit Alber. 1. de animalibus ꝙ oculi uerſi deorſum immitem & implacabilem præloquuntur. Et quia iſti habebant oculos ad terrena, ad oblationes ad locum & gentem uerſos, ideo Chriſto implacabiles fuerunt vſque ad mortem. p̄s. Pones eos deorſum, id eſt incuruabis eos ad terram, ſicut proprium eſt pecoribus curuari. Ex hac autem cupiditate orta eſt impietas qua ducti amorę terrenorum ceciderūt in ti-

 mo-

morem perdendi locum & gentem, ex quo proceſſerunt ad interficiēdum Xp̄m. Ideo ſubdit. In reliquiis tuis pręparabis vultum eorum. Reliquie ſunt temporalia & diuitiæ quas reliquit dn̄s & relinquere docuit. ideo in reliquijs. i. temporalibus bonis præparabis ad paſſionem tuā vultum eorum. Tota enim intentio eorum erat ad temporalia. Quarta occaſio fuit inuidia quæ eos excecauit, ut non conſiderarent miraculam domini ad quorum conſiderationem mittebat eos dn̄s dicēs. opera quæ ego facio ipſa teſtimonium perhibent de me. Vnde Iohan. 12. Cum tanta ſigna feciſſet in eis non credebant in eum. p̄s. Qm̄ non intellexerunt opera domini, & in opera manuum eorum deſtrues illos, quia per hoc ꝙ interfecerunt Chriſtum operibus manuū ſuarum deſtructi ſunt & perdiderunt locum & gentem. Iob. 3. Timor quem timebam euenit mihi, & iterum. Iob. 6. Qui timet pruinam irruet ſuper eū nix. & prou. 29. Qui timēt hominem cito corruent. Hoc aūt procurabat diabolus qui quærebat ꝑdere aīas. eorum. Hiero. ad palmaciū. Hæc ars ſumma pugnantium eſt alibi minari, alibi percutere. Sic diabolus minatur nobis in rebus temporalibus, ſed intendit percutere in ſpiritualibus. Sic multi ad eius minas ſic attēdūt, ꝙ vbi intendit percutere non aduertunt. ideo timent ubi non eſt timendum. Vnde ſicut diabolus fecit vt eius inuidia mors intraret in orbem terrarum ſic & dominus fecit ut inuidia diaboli uita intraret in orbē terrarū. Vnus autē ex eis noīe Cayphas cū eſſet pontifex anni illius. Triplex eſt falſus Propheta. Primus eſt cupiditas. Prophetat. n. ſi haberet multa bona peregrinationes, elemoſinas, & alia multa ſe facturam. promittit ēt ſibi lautam & voluptuoſam uitam quæ tamen non ita fiunt, Hier. 23. In prophetias ſamarie vidi fatuitatem talis erat qui dicebat. Luc. 12. Aīa mea habes multa bona recondita in ānos plurimos ſed deceptus fuit ex ſua prophetia. Secūdus eſt caro. Propheta. n. in futurū ſeruitiū dei ſi fortis ſit, & tn̄ nutrita fallit qa nō niſi petulantiā & luxuriā reddit. Hier. 23. In prophetis Hieruſalē vidi ſimilitudinē adulātiū & iter mendacij Prophetat. n. dilectionē dei & reddit odium. Tertius eſt amor

*H. Prophetia. De triplici falſo propheta.*

honoris & dignitatis, qui prophetat aliorum vitia extirpanda & reddit omnium pc̄tōrum cumulationē & aliorū q̄ nō corrigit ſibi imputationē. Hie. 23. Prophetabant in Baal & decipiebāt populū meum.

Vnde tales mundaui tria ſibi prophetāt Primū eſt impunitas ꝑꝑ dei mīam in qua confidunt ſed decipiuntur, quia uniuerſæ uiæ dn̄i mīa in præſenti miſerendo pœnitentibus & ueritas in futuro. Eccl. 5. Ne dicas magna eſt dei miſeratio, multitudinis pc̄tōrū meorum miſerebitur Miſericordia. n. & ira ab illo cito proximant. Secundū eſt longe uitę promiſſio. in quo decipiuntur, quia citius ſcinditur arbor iuuenis q̄ longeua & uelocius. Eccl. 5. Ne tardes conuerti ad dn̄m, & ne differas de die in diē. Subito. n. ueniet ira illius, & in tp̄e vindicte diſperdet te. Tertiū eſt promiſſio cōmodatis de diuitiis dicēdo. Si diues eſſem cauerē a pc̄tō & facerem multa bona. licet deteriores ſint in diuitij. Eccl. 11. Ne dicas quid eſt mihi opus, & q̄ erūt mihi ex hoc bona. Ne dicas ſufficiens ſum & quid ex hoc peſſimabor. Ideo Oſeę. 9. Scitote Iſrael ſtultum prophetam. Quęrit ibi de halis in prima parte quomodo ſpiritus prophetiæ loquitur per malos, cū ſcriptum ſit. Sap. 1. Spiritus diſciplinæ eſt fugiet fictum & auferret ſe a cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu. Quomodo ergo locutus eſt per Balaam & Cayphā? Reſpondet origines primo ꝙ ſpiritus ſanctus per Balaam uoluit loqui vt ueritas ab aduerſarijs ueritatis nunciaretur & in hoc excellentior apparet quòd eius inimici eam confitentur. Similiter per Cayphā qui erat ſummus ſacerdos cui Iudæi credebant. ut credentes ei Iudęi inexcuſabiles fierent qui tali myſterio per Cayphā prenunciatio etiam a credendo receſſerunt. Secundo dr̄ ꝙ licet ſpiritus ſanctus longe ſit a malis, quia non ſanat eorum affectum, eſt tn̄ prope illuminans intellectum ad ueritatem proferendam, nō propter ipſos ſed propter aliorum utilitatem Phili. 1. Siue per occaſionem ſiue per ueritatem annuncietur Chriſtus in hoc gaudeo. Similiter ſiue ꝑ iuſtos ſiue ꝑ iniuſtos annuncietur Xp̄s, ſꝑ gaudendū eſt. Ex quo patet ꝙ ſꝑ gaudendū eſt de malis qn̄ dant teſtimonium veritati. ſed ſemper timēdū eſt ne illam ueritatem ordinent ad malū ſicut



ſicut Cayphas qui Iudæos incitauit ad interficiendum innocentiæ per illam ueritatem. Nullū enim eſt tam grande malum, quin aliquo ueritatis fuco occultetur, ita ꝙ ſemper aliqua ueritas falſitatē uel maliciam uitæ ſimulatæ operit. Vbiq; n. malū inuenit veſtimētum preterquā in inferno, quia ut dr̄ Iob. 26. Non eſt operimentum perditioni. In ſecunda parte dicendū eſt de concluſione huius concilij. Subditur. n. Ab illo ergo die cogitauerunt &c. Cogitauerunt enim tria. Primo illum interficere. Secundo facere ut ceſſaret memoria nominis eius. Tertio ut ſi quid nominis eius maneret diffamaretur & putreſceret. Conditio enim tyrranorum eſt omnes uirtuoſos perdere. & (ſicut Ariſto. 3. policite dicit) omnes excellentiſſimos uiros extra patriam relegare, ſicut & fecerūt (ut dicit) Athenienſes contra pacta his qui habitant inſulas, ſamos, Chios, & Leſbię. Et rex perſarum poſtquam ſubiecit Indos & Babilonios, ſapientes eorum qui rempublicam rexerant in diuerſas regiones diſperſit, ne contra eum machinarentur. Sic iſti timebant ne rempublicam eccleſiæ male ab eis directam, in meliorem diſpoſitionem redigeret ideo de eius morte tractauerunt ne perderent locum & gētem. Sap. 2. Dixerunt impij apud ſe circūueniamus iuſtum, inutilis enim eſt operibus noſtris, quoniam diſſimilis eſt alijs uita illius. Secundo uoluerunt ceſſare memoriam nominis eius. Sed ideo quia proximum erat Paſcha Iudęorum, & aſcenderunt multi Hieroſolymam de regione &c. Quęrebant ergo Ieſum &c. Sicut dicit. p̄s. Populus eius & oues paſcuę eius. Eſt enim populus ſicut ouis quæ quęrit paſtorem & benefactorem & fugit lupū. Ingemiſcebant enim (& non ſine cauſa) pro his quæ aduerſus eum machinabantur. Sic & filij Iſrael ingemuerūt pro edificatione laterum. Lateres lutum eſt coctum igne. Dum ergo edificantur in politia homines ex luto nihil ualētes ſed ſolam exiſtentes puluis coctus igne cupiditatis ingemiſcunt homines. Vnde in lateribus Ezech. 4. deſcripſit obſeſſionem ciuitatis Hieruſalem, quia per tales cupidos deſtruitur ciuitas. Inde eſt quòd Eſa. 9. Populus Iſrael pro lateribus deſtructis politos lapides reponere nititur, quia pro talibus cupidis bonos & fortes uiros ad regimen politiæ nititur ordinare.

Tertio uoluerunt ut ſi quid nominis Chriſti maneret diffamaretur. Vnde dederunt mandatum ut ſi qui cognoſceret ubi eſſet indicaret eum ut comprehenderetur ſicut fur & latro. Homines enim iuſti ita tractari ſolent apud homines infernales. Pſalm. Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum id eſt, uiri fortes eccleſiæ ſuſtinentes eccleſiam ſicut oſſa ſuſtinent corpus & carnem. ſed diſſipata ſunt ſecus infernum id eſt, ſecus homines infernales. ſecundum glo. magiſtri. Poſtquam enim iſti guſtauerunt de cupiditate terrena, nunquam potuerunt niſi infernales eſſe, quemadmodum dicunt poete de proſerpina quòd ab inferis reuocari aut redimi non potuit, poſtquam de fructibus inferni guſtauerat.

*Sabbato ante ramos palmarum. Sermo primus. & in ord. 120.*

CLarifica me tu pater, ut filius tuus clarificat te Iohannis. 17. Olim inquit dominus te pater clarum feci in miraculis, nunc uenit hora ut clarificem filium uirginis id eſt ut oſtendam eum eſſe uerum filium uirginis. Queſta fuerat olim Maria, quia uinum non haberent claritatem a patre quærens. cui reſponſum eſt. Quid mihi & tibi mulier? nondum uenit hora mea, qua me oſtendam purum hominem ex homine natum. Nūc hora uenit. ideo quęrit a patre illud quod a filio prius mater quæſierat. Clarifica (inquit) me tu pater ut filius clarificet te, quia gloria patris filius ſapiens, filius ſtultus meſtitia eſt matri ſuæ. Si filius malus eſt, inglorius eſt in eo pater eius, ſi exaltatus filius, exaltatur & pater qui genuit eum. Poſt igitur opprobria & irriſiones filii in quibus uituperaretur pater quærit gloriam ſuam ut in eo honoretur pater, honoretur & mater, cuius cum ſimus filii ab ea claritatem expectamus ut clarificetur a nobis dicentes Aue.

*A Maria. Qn̄ uenit hora ut Xp̄s ſe monſtraret filiū Maria.*

Orationem domini quæ in hoc euangelio ad longum decantantur, quidam putant eſſe hymnum quo dicto exiit in montem oliuarum. Secundum tamen Paulum Burgen. dicitur fuiſſe ille hymnus

quem Iudæi dicebant poſt comeſtionem agni paſchalis.& dicebāt eſſe magnū hymnum qui ſunt ſex pſalmi. quorum primus eſt. Laudate pueri dominum: vſq; ad pſalmū. Beati immaculati excluſie. Orō aūt hęc in tres partes diuidit quia primo pro ſe orat. Secūdo pro apoſtolorū collegio. Tertio pro toto fideli populo. Pro prima parte dictur. Subleuatis igitur oculis in cœlū Ieſus dixit. Pater venit hora paſſionis meæ: clarifica filium tuum. Clarus erat ab ęterno: tn̄ in cōſubſtantialitate patris quia Deus erat verbum. tum in ptāte quia omnia per ipſum facta ſunt. tū in vita eterna dans omnibus uitam, quia quod factum eſt in ipſo uita erat. Sed in paſſione ſua conſubſtantialitas patris abſcondita eſt, quādo quaſi purus homo apparuit in cruce. & tunc clarificauit eum pater oſtēdēdo diuinitatem eius per Centurionem dicentem. Vere filius dei erat iſte. Itē apparuit illic impotens, ſed clarificauit tum deijciens armatos retrorſum. & cum vita eius abſcondita ſit in morte, clarificatus apparuit in ſua reſurrectione. Vt filius tuus clarificet te, id eſt manifeſtet te hominibus. Sicut poteſtatem dediſti ei omnis carnis, id eſt totius generis humani, vt quos dediſti ei de electis det eis vitam æternam. Dedit enim pater triplicē poteſtatem ſuper omnem carnem. Primo ad dirigendum, quia ſicut omnia ab eo dependent in eſſe & viuere, ſic ab eo dependent in bene eſſe & bene viuere. Sicut.n. puer nihil poteſt facere ſine poteſtate nutricis ſic nec homo ſine auxilio dei. & ſicut puer propriē poteſtati derelictus, & nutricis protectione priuatus ſtatim cadit, ſic homo ſuæ & non diuinę poteſtati innitens, ſtatim in peccatum labitur. Secundo dedit ei poteſtatem ad tentationes mitigandum. p̄s. Tu dominaris poteſtati maris, motum aūt fluctuum eius tu mitigas. Regis enim poteſtas & ſaluagardia in regno Franciæ vbique timetur. vt qui ꝓpria poteſtate ſe non poſſunt defendere, ſaltem ad poteſtatem regiam confugientes auxilio eius tueantur. 1. Corin. 10. Nō permittet nos tentari ſupra id quod poteſtis. Tertio habet poteſtatem ei gratiam conferendi. Sicut enim uirtus ſolis quælibet anno omnia innouat, ſic uirtus Dei quando in peccatore per gratiam ſubintrat. In quo actu. ſ. mutatione humanę uoluntatis in peccatore, in quo magis apparet omnipotētia Dei. (Omnia enim Deo obediunt præter peccatorem.) Maior fuit potentia miſericordię diuinæ conuertere paulum ſeuientem, quàm petrum obediētem. Clarifica me tu pater Titus Liuius. lib. 3. primæ decadis. Romani duces pro integra uictòria triumphum petere ſolebant, pro dimidia uero nunquàm, quādo ſcilicet hoſtium exercitum tantummodo fugauerant. iudicabant enim hoc eſſe uerecundum ne ſi impetraſſent magis hominum quàm meritorum uictoria habita uideretur. Chriſtus autem ante paſſionem ſuam crebram uictoriam de hoſtibus ſuis habuit, ſicut in expulſione dæmonum & vendentium ſed erat dimidia uictoria. ideo adhuc triumphum non petijt. Sed in paſſione non dimidiam ſed integram reportauit, & ideo non fauore gratiæ ſed ex debito iuſtitiæ ſibi conceſſus eſt honor quem petijt a patre dicens. Clarifica me tu pater. Et hic triumphus deſcribitur in p̄s. cum dicitur. Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ, ubi primo uocatur dominus uirtutum quas uirtutum in ſua paſſione demonſtrauit quàm rex gloriæ. quia per uirtutes & paſſione peruenitur ad titulum gloriæ. Vnde ſubdit hęc eſt vita ęterna ut cognoſcant te ſolum Deum uerum & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Viſio (ut inquit Auguſtinus) eſt tota merces. Cognoſcere autem Deum in hoc mundo tanquàm benefactorem & beneficiorum collatorem, eſt uita æterna conſecutiuæ, quia ad illum recognitionem conſequitur uita æterna. Multi autem cognoſcunt dominum quando dat eis proſpera. Luc. 24. Cognouerunt dominum in fractione panis, ſed non in aduerſis. ideo ſimiles ſunt Ioſeph qui fratres cognoſcens non eſt cognitus ab eis. Geneſis 22. Vnde ſecundum Ouidium lib. 3. Metamorphoſeos fabula ſecunda. Atteon mutatus in ceruum bene cognoſcebat canes ſuos, qui tamen ab ipſis non cognoſcebatur ſed duriſſime mordebatur. Sic Deus viros doctos & prælatos latrantes cognoſcit qui tamen non cognoſcunt eum ſed per diuerſa peccata eum infeſtant. Pſal. Conſiderabam ad

B *Ptās. Qui triplicē ptātē dedit Deus pater filio ſup oēm naturam hūanam.*

D

E

F



ad dexterā. i. ad meliorē partem eccleſiæ meę. & nō erat qui cognoſceret me, quē quia nō cognouerūt beneficiū. cognoſcēt vlciſcentē. p̄s. Cognoſcēt dn̄s iudicia faciens. Ego te clarificaui ſuper terram, opus conſummaui quod dediſti mihi ut faciam. Et nunc clarifica me tu pr̄ apud te metipſum claritate quā habui &c. Hęc ē claritas eterna quā diligunt aues nobiles q̄ in altis habitāt quorū unus erat qui dicebat. 2. Cor. 3. Nos reuelata facie gloriā dn̄i ſpeculantes in eandem imaginē trāſformamur claritate in claritatē, a claritate. ſ. grę, in claritatē gloriæ. Et alter. Tho. 13. dicebat. Benedictus ero ſi fuerint, reliquiæ ſeminis mei. i. bona opera ad uidendum claritatem hieruſalem. In ſecunda parte orōnis ſuę orat dn̄s pro apoſtolis. Et primo probat quadruplici rōne q̄ debeat pro eis orare. Prima rō tangitur ibi. Pr̄ manifeſtaui nomē tuū hoībus &c. Tripliciter Deus aliquid manifeſtat. Primo veritatem manifeſtat in ſcripturis ut radius ſolaris obſcura. p̄s. Teſtīm ipſius ut manifeſtetur illis, quia in teſtō nouo vel antiquo manifeſtatur omnis ueritas ſpectans ad ſalutem. Secundo internis inſpirationibus. Ps. Incerta & occulta ſapientiæ tuę manifeſtaſtimihi. Sicut hoſpes q de lōge uenit hoſpiti ſe repreſentat. Tertio manifeſtatur per reuelationem ut ibi. Pr̄ manifeſtaui nomen tuū &c. & niſi fuiſſet hoc genus manifeſtationis parum aut nihil ſciuiſſemus de deo. Ideo uocatur deus a doctoribus ſpeculum uoluntariū, quia quantum & quando uult ſe & ſua myſteria declarat. Sicut enim in conſilio ſecreto regū negocia ſecrete tractantur quę a paucis & ſecretarijs primo ſciuntur & ſub ſigillo fidelitatis clauduntur, & tandem certo & ſtatuto tēpore publicantur, ſic ſecreta miſteria fidei ab ęterno fuerunt apud regem regum tractata. & paucis. ſ. angelis notificata, tandem certo & ſtatuto tempore hominibus manifeſtata. Ad Titom. 1. Spem uitæ æternæ quam promiſit qui non mentitur deus ante tempora ſecularia, manifeſtauit aūt temporibus ſuis filium ſuum.

Quattuor autem rationes quare debebat orare pro diſcipulis habentur in textu, ideo ſuper hoc uideatur de Lyra in gloſa. Deinde orat pro diſcipulis. Primo quòd conſeruet eos a malo. Deinde q̄ ſanctificet eos in bonum. Primo quidē ait. Pater ſanctę ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi. Felix qui inter Chriſti membra numeratur, ut in oratione Xp̄i includatur quem conſtat ſemper exaudiri & maxime in neceſſitatis articulo. Quos enim dedit ei pater impoſſibile eſt in morte perire, quia exauditus eſt pro ſua reuerētia. 1. Ioh. 5. Omnis qui natus eſt ex deo non peccat, ſed generatio dei conſeruat illum, & malignus non tangit eum. Generatio autem dei eſt ipſe filius dei qui ſua pręce eum conſeruat. ideo hæc oratio magnę eſt efficacię. Non tamen intelligendum eſt q̄ natus ex deo non peccet aliquando, ſicut uoluerunt dicere beguardi hæretici, ſed quandiu manet natus ex deo conſeruans gr̄am baptiſmalem, non peccat mortaliter ſed bene uenialiter. Vt ſint unum ſicut & nos unum ſumus, unū ſcilicet charitate. Charitas enim eſt illud unum quod maxime eſt obſeruandum. Iaco. 3. Si quis totam legem ſeruauerit, offendat aūt in uno (ſcilicet in charitate) factus eſt omnium reus, quia ad intentionē legiſlatoris ſine charitate nullum mādatum ſeruatur. ideo Luc. 10. Porro unū eſt neceſſarium. ſ. charitas ne optima pars auferatur & perdatur per ſollicitudines & turbationes. Primam rōnem aſſignat, quia cum eſſem cū eis per p̄ntiā corporalē, ſeruabā eos quos dediſti mihi, & nemo perijt ex eis niſi filius perditionis, ut ſcriptura impleatur. Quattuor gn̄a hominū videtur dici poſſe filij perditionis. Primo qui rebus ſalubribus ad ſui damnationem utuntur, qualis fuit Iudas de quo Glo. interli. ſuper illud Ioh. 13. Bonum opus operata eſt in me &c. Iſte moritur bono odore de quo alii uiuunt. Quis locus emendationis relinquitur, qn̄ illud hominem deſtruit, quod eum emendare debuit. Pſal. Deſtruxiſti eum ab emundatione. Greg. Cœleſtis medicus ęgros nō reſpicit quos de medicamento fieri deteriores videt. Secundi ſunt ſuperbi. Euidentiſſimum enim ſignum reproborum eſt ſuperbia, humilitas electorum. Habet enim ventoſus ſuperbus quandā uentoſam plenitudinem ex qua indignat̄ & oēm eſcam abhoīatur. p̄s. Oēm eſcam abhoīata eſt anima eorum, & appropinquauerunt &c. 2. Theſ. 2. Niſi reuelatus fuerit homo peccati filius

*Qđ oratio Chriſti ē multum efficax.*

G *Charitas Qđ charitas ē unū neceſſarium.*

H *Filius. Quattuor gn̄a hominū dicunt filii pditiōis.*

perditionis qui aduerſatur & extollitur ſupra oē qđ dr̄ Deus. Et mirabile eſt qũo ſuperbus ſtare poſſet in cœlo, qñ quis vix eũ ſuſtinere poſſet in mundo. Tertij ſunt immiſericordes qui non timent pauperibus iniuriari. 2.Reg.12. Dixit Dauit de illo q̄ ouē pauperis rapuerat. Viuit dn̄s q̄a filius mortis eſt. Sunt.n. tales quaſi ꝑ obſtinationē corde indurati, & cor durũ male habebit in nouiſſimo. Quarti ſunt qui multa tꝑalia habent & multũ amant ea. Mat.14. Am̄ dico vobis q̄a diues difficile intrabit in regnum cœlorũ, & facilius eſt camelum &c. Secundã rōnem aſſignat dicens, ego dedi eis ſermonem tuũ & mũdus eos odio habuit, quia non ſunt de mũdo ſicut & ego non ſum de mundo. p̄s. In te proiectus ſum ex vtero. In ſolum Deũ patrem ex utero proiectus eſt, quia in terra amicos non habebat quibus poſſet inniti. Patrē in terris non habuit, matrē habuit ſed pauperculam. Qui vero dicebantur fratres ſui, eũ in anguſtia reliquerunt Ideo in ſolo Deo patre ſperabat, quia mũdus eũ odio habebat. Non rogo vt tollas eos de mundo ſed vt ſerues eos a malo. De mundo non ſunt, ſicut & ego non ſum de mundo.

*I*
*Mundus*
*Qđ mundus ĩ ſcripturis frequenter ĩ malũ accipitur.*

Mundus hic accipitur pro cōitate oīum malorũ ꝑſonarũ. Iux il. j. Io. 2. Nolite diligere mundũ neq; ea q̄ in eo ſunt. Eſt.n. mundus nemus quoddē ī quo aīalia domeſtica ſemper ſunt in periculo, vel ut a venatoribus capiantur, vel a beſtijs crudelibus deuorentur, & ſicut mare vbi piſces minores ſunt eſca maiorum & ubi vix euadũt retia piſcatorũ, qui ſunt homines peruerſi vel ēt ipſi dęmones. Et ſicut cancri ſentientes lac & carnes aſſas libenter retia piſcatorum ingrediuntur & ſic capiuntur, ſic pctōribus retrogradis delicias porrigit dęmon, vt retibus tentationum captos finaliter deuoret. Vnde Aug. ad dioſcorum. Periculoſior eſt mundus blandus quàm moleſtus, & plus cauendus eſt cum allicit vt diligatur, quàm cum cogit vt contemnatur.

*K*
*Verbum Dei;*
*Qđ deus verbo ſuo dedit magnam poteſtatem.*

Deinde orat pro apoſtolis perfectionē in bono cũ dicit. Sãctifica eos in ueritate. Dedit enim Deus ſermonibus ſuis uirtutē & pt̄ãtem ſanctificandi aīas & conſecrandi ea q̄ ad ſacramenta pertinent, & ſi nō exiſtentē tñ aſſiſtentem. p̄s. Dabit voci ſuę vocē virtutis. & Ecc.8. Sermo eius pt̄ãte plenus eſt. Cōiter dr̄ q̄ Deus dedit lapidibus, verbis, & herbis virtutē, ſed maiorē oībus dedit verbis, qm̄ virtus eorũ ſe extendit ad corpora & ad aīas. Ideo ēt diſpenſatores verbi ſuper alios honorat. vt patet in apoſtolis quos propter hoc conſtituit principes ſuper oēm terram. Iudices ſæculi. & 12. pares paradiſi. Mat. 5. Qui fecerit & docuerit ſic homines, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Sicut tu me miſiſti in mundum prędicare. ita & ego miſi eos in mundum & pro eis ſanctifico meipſum. ideſt in ſacrificiũ offero, vt ſint & ipſi ſanctificati. ideſt confirmati in veritate fidei, quem quidem ſpiritum ueritatis mundus non poteſt accipere. Iohan. demimoquarto. Et hoc ideo, quia mundus plenus eſt paludibus. ideſt. peccatis in locis autem paludoſis ſolent abundare nebulæ & vapores. & per conſequens maior obſcuritas quàm alibi. Sic in mundo abundat tenebroſitas ignorantiæ & erroris. Deinde orat pro cunctis futuris fidelibus cum dicit. Non pro eis aũt rogo tm̄, ſed ꝑ eis q̄ &c. In qua orōne duo deprecatur ꝑ eis. Primo vnitatem in charitate. Secundo claritatem & gloriã æternam. Tertio fidem de eius miſſione, & hoc uideatur ī textu.

*L*

Pr̄ iuſte mundus te non cognouit. Quidã non cognoſcũt pr̄em, quidã cognoſcũt & contemnunt, quidã cognoſcunt & proficiunt, quidã cognoſcũt & beati ſunt. De primis pr̄ iuſte mũdus te non cognouit. i. mundani. Et hoc multiplici rōne. Primo propter fidei paruitatē vel defectum. In paruo lumine vel tenebris non cognoſcũtur differentię rerũ. p̄s. Nunquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua? quaſi dicat nō. Oculus materialis quantũcunq; clarus non cognoſcit niſi in luce, ſic nec intellectus quantuncunque perſpicuus, niſi fidei uirtute illuſtratus. Eſa.7. ſecundũ aliam literam. Si non credideritis non intelligetis.

*K*

Secundo propter auerſionem. Qui habet dorſum ad librum, quæ ſunt in libro non cognoſcit. Et ideo quia multi a Deo auerſi ad temporalia cogitando, legendo, operando totaliter conuertuntur Deum & quę in Deo ſunt non cognoſcũt res.n. de qua parum vel nihil cogitatur loquitur vel auditur, parum cognoſcitur, & quia mundani parũ aut nihil cogitant, loquuntur vel audiunt de deo, ideo parum

cogno-



cognoſcunt eum. Ioh. 1. Mundus per eum factus eſt & mũdus eũ nō cognouit. Ideo ſi uis eum cognoſcere oportet te a tꝑalibus ad ipſum conuertere de ipſo cogitando, loquendo, & audiendo. Oſeę.6. Venite reuertamur ad dn̄m, & ſequitur. Sciemus ſequimurque vt cognoſcamus dn̄m. Tertio propter ſaporis diuini priuationē. Palatũ.n. infectũ rerũ ſapores non cognoſcit, & per conſequēs nec res ipſas cuius ſunt bene diſcernit. vt nec palatũ amarum vini dulcedinē ſic guſtus malicia corruptus Dei nō percipit bonitatē. Hier.4. Populus meus me nō cognouit, filij inſipiētes ſunt. i. ſine ſapore quaſi guſtũ ſpũalem amiſerint. Quarto ꝑꝑ nimiã elongationem res nimis remota nō bene cognoſcitur. Conſuetudo peccandi & multiplicatio peccatorum maxime a Deo elōgãt. Quælibet enim peccati perpetratio eſt quaſi vnius diete a deo elongatio. Hiere. 9. De malo ad malum egreſſi ſunt & me non cognouerunt dicit dominus. Ideo ſi uis Deũ cognoſcere, appropinqua ei peccata minuendo. vt qui uult in libro legere libro oculum approximet. Eſa.33. Audite qui longe eſtis ut cognoſcatis vicini & non de longe fortitudinem meã. Quinto propter ruſticitatem & incurialitatem. Ruſticus enim non cognoſcit qui ei bene facit. Incuriale eſt benefactorem ſuũ non cognoſceret, & ei gratias non reddere. Canis nutritorem ſuum diligit, cognoſcit applaudit, & ei obedit, quantomagis argui debet & confundi qui Dei beneficia non cognoſcit ut ei obediat diligat & gratias agat. Eſa. 1. Cognouit bos poſſeſſorē ſuum & aſinus &c. Populus autem meus me non cognouit. Sexto propter inconſiderationem qua multi peccare non dubitant, quia dominum grauiſſime puniturũ peccatores non conſiderant. vt piſcis ad eſcam currit, quia hamum non attendit. Hiere.8. Turtur & hirundo & ciconia cuſtodierunt tempus aduentus ſui. populus autem meus non cognouit iudicium domini. Gloſ. Aues nouerunt rigorem hyemis declinare & non populus meus. Septimo propter futurorum improuiſionem. Qui enim mundani non niſi præſentia attendunt, & q̄ hic proſperari malum eſt & affligit tutum, ut anſeres & capones non cognoſcũt quare in mutatorio impinguãtur, & alię aues quare per cãpos alimenta ſibi neceſſaria quærere relinquuntur. p̄s. Quòd magnificata ſunt opera tua domine. Glo. Quibus facis ut boni laborent & mali floreant, quod iō eſt, quia illi ſunt alieni. Ideo ſequitur. Vir inſipiens non cognoſcet. Secundi ſunt qui Deũ cognoſcunt ſed contemnunt, qui Deum eſſe ſapientem, omnipotentē, & bonũ credũt, nec tamē diligunt, nec mãdata eius cuſtodiũt ut pater. Vxor. n. virũ contēnit & ſeruus dominũ qui ſuæ voluntati contrariũ facit. Ro.1. Qui cum deũ cognouiſſent, non ſicut Deum glorificauerũt. Si quis homagium alicui fecerit & ipſum eſſe ſuum dominum cognoſcit, ſi contemnens ipſum adhęret hoſti ſuo infidelis & proditor iudicatur. Multos ergo habet dominus proditores, quia multi ipſum eſſe Deum & Dominum cognoſcunt qui ei in baptiſmo homagium fecerunt, & tamen nō ſibi ſed carni mundo & diabolo obediunt. Gal.3. Nunc autē cum cognoueritis Deum immo cogniti eſtis a Deo, quomodo cōuertimini iterum ad infirma & egena elementa quibus denuo ſeruire uultis. Tertij ſunt qui cognoſcunt & proficiunt, quia eum largiſſimum remuneratorem cognoſcunt Miles ſe & ſua ꝑ domino exponit, quem ſibi oīa reſtiturum in cētuplum cognoſcit Eſa.19. In illa die cognoſcent egyptii dominum & colent in hoſtiis & muneribus et uota uouebunt domino & ſoluēt. Quarti cognoſcunt et beati ſunt in futura uita ubi ſol iuſtitiæ præſens erit. Vnde Hiere. 31. Non docebit uir ultra proximum ſuum dicens. Cognoſcite dominum Omnes enim cognoſcent me a minimo eorũ uſque ad maximũ dicit dn̄s. Tũc aperte cognoſcemus quã vera ſunt q̄ credimus de Deo, quia q̄ nunc per fidei ſpeculũ et ſcripturã cognoſcimus, tunc oculo ad oculũ videbimus. Plenius aũt cognoſcitur vinũ ex guſtu quàm ex auditu. Ioh. 14. In illa die cognoſcetis glo. quod modo creditis quia ego in patre & pater in me eſt & ego in vobis. glo. Cognoſcitur modo per fidē tunc per ſpeciem. Secundo aperte cognoſcemus quàm iuſta fuerint omnia opera eius, quia ſcilicet bonis mala malis bona dedit. quod modo multis uidetur iniuſtũ & baculus rectus in aqua curuus uidetur. p̄s. Ecce ipſi peccatores & abundantes in

ſeculo &c. & ſequitur. Exiſtimabam ut cognoſcerem, hoc labor eſt ante me, donec intrẽ in ſanctuarium Dei. Tertio cognoſcemus aperte veritatem promittentem. Nihil enim nobis promiſit quod nobis non reddat integre & perfecte. j. Cor. 13. Nunc cognoſco ex parte tunc cognoſcam ſicut & cognitus ſum a promittente. Valens homo reddit quod promittit, & ſẹpe plus ex liberalitate ſua. Vnde regina ſaba ait. 3. Reg. 10. Probaui ꝙ media pars mihi nunciata non fuerat.

*A Mors. Qđ in periculo mortis exiſtẽs ad quattor debet reſpicere.*

*Sermo ſecundus in eodem ſabbato. & in ordine. 121.*

SVbleuatis Ieſus oculis in cœlum dixit. Pater venit hora. Iohan. 12. Cum ita ſit ꝙ homo ſtans in periculo cadendi deorſum non debeat ſurſum aſpicere. Ambulãs enim ſuper cãpanile vel ſuper ſummitatẽ eccleſiẹ ad pedes nõ ad cœlũ dẽt reſpicere. Quare ergo dñs allegãs horã mortis ſuæ q̃ ẽ poſt iſernũ extremũ ĩ hoc mũdo inferiori periculũ, cur eleuatis oculis cœlum reſpiciebat? Rñdetur ꝙ in periculo mortis exiſtens ad quattuor dẽt eleuare oculos. Primo ad locũ vnde venire poſſit ei auxiliũ. p̃s. Leuaui oculos meos ĩ mõtes, vnde veniet auxiliũ mihi. Et quia in morte ſolum auxiliũ prouenit a Deo & angelis eius: Ideo non mirum ſi ſubleuauit oculos dñs quando dixit. Pr̃ venit hora. Arbores. n. qñ de terra naſcunt̃ & exeunt, ſurſum verſus cœlũ ſe eleuant & aſcendunt, a quo præcipuum habent ad augmentum ſuum adiutorium. Sic ſcti viri ſp̃ ad auxiliũ Dei recurrunt & oculos ad cœlum dirigunt, a quo deſcendit adiutorium. Mali vero ſimiles vepribus verſus terram dilatantur terrena appetentes, ita vt quandoq; due extremitates terræ adhẹreant adeo vt in vita & in morte ſolum terrena ſentiant. Secundo debet aſpicere ad locũ vbi ſecure habitet & requieſcat. Ignis enim eſſe inferius naturaliter dedignatur, quia facile ibi ſuffocatur, ſed naturaliter tendit ad cœlum vbi perpetuo conſeruatur. Sic nõ eſt mirum ſi viri amore Dei inflammati in periculo mortis reſpiciant ad domum ſuæ ẹternitatis, quẽadmodum beatus Martinus oculis ac manibus ſemper erat in cœlum intentus. Tertio debet aſpicere ad locum vbi bonam ſocietatem inueniat. Magnum enim eſt homini moriẽti quãdo in ſocietate bonorũ moritur. De quibus Eze. 1. Cum euntibus ibant, & cũ ſtantibus ſtabãt, & cũ eleuatis a terra pariter eleuabantur, quia cũ euntibus per deuotã orationẽ & ſupplicationem, cum ſtãtibus in lecto mortis ſtãt per conſolationem & compaſſionem, & cum eleuatis eleuantur eos inflammando ad ẹternorum deſiderium & affectionẽ. Quarto debet reſpicere ad locum vbi nullius boni eſt penuria. In morte enim bona naturæ & fortunæ deficiunt. Ideo aſpicere debẽt ad locum vbi bona gratiæ & gloriæ copioſæ habentur. Iaco. 1. Omne datũ optimum & omne donum perfectum deſurſum eſt. ideo non eſt mirabile ſi dominus Ieſus inſtante mortis articulo eleuatis oculis in cœlum dixit. Pater uenit hora. Hora uidelʒ illa de qua matri ſuæ petenti vinum per commenſalibus dixit. Ioh. 2. Nondum venit hora mea. Petat igitur pro nobis a filio vinum grãæ, quia iam venit hora sũmẽdi cibũ uerbi diuini in cuius p̃ciũ demus ſalutare angelicum Aue. In themate p̱poſito tãgunt̃ duæ principales cõditiões ad orõnẽ requiſitæ. Prima ẽ attẽtio cũ dr̃ ſubleuatis. Ieſus oculis ĩ cœlũ. Scđa ẽ humilitas cũ dixit. Pr̃ uenit hora. Circa primũ quæritur vtrum ad neceſſitatem debite orõnis requiratur continuatio mentalis attentionis. Et vr̃ ꝙ ſic, quia ſecundum Dam̃. orõ eſt aſcenſus mẽtis in Deum. Vbi autem nõ eſt attẽtio nõ eſt aſcenſus mentis in Deum, imò ille qui nõ attendit ad illud quod orat vr̃ deridere Deum, ſicut ẽt ſi quis alicui homini loqueretur & nõ attenderet ad illud quod p̱ferret. Vnde Baſilius dicit ꝙ eſt diuinũ auxilium implorãdum ne remiſſe aut mẽte huc illucq; euagante orõ fiat. eo ꝙ talis nõ ſolum non impetrabit quod petit, ſed magis deum irritabit. Sed in oppoſitũ arguitur, quia ſancti viri qñq; in orõne euagantur. Iuxta illud. p̃s. Cor meũ dereliquit me. Rñſio. Dr̃ primo ſecundũ durandũ. ꝙ ad orõne vel quodlibet aliud opus attẽtionẽ requiri intelligi põt dupliciter. Primo ut orõ ab attentione procedat, & hoc mõ requiritur attentio tam ad orõnem priuata quàm publicã, nõ ſolum propter meritum ſed ẽt ad uitandum peccatum in caſu in quo orõ dr̃ eſſe in p̃cepto. Patet: quia nullum opus eſt meritorium





niſi ex intẽtione procedat, alias non eſſet opus humanũ cũ hõ ſit hõ p̱ rõnẽ & uolũtatẽ. Si ergo orõ dẽt eſſe meritatoria, opʒ ꝙ procedat ex intẽtionẽ. Os. n. eſt nũcius cordis. Plus aũt ſit pro dño mittẽte q̃ pro nuncio miſſo, ſic plus qñ cor rogat q̃ qñ os. Similiter ſi dẽat uitari trãſgreſſio p̃cepti idẽ dẽt fieri, quia cũ p̃ceptũ illud orandi nõ det niſi hoibus, opʒ ꝙ nõ ſolum impleatur ex ymaginatione (q̃ cõis eſt nobis & brutis) ſed ex deliberatione p̃cedẽti q̃ nõ eſt ſine attentione. Secũdo mõ intelligitur ut attentio cõtinue cõcomitet̃ totã orationẽ, & hoc nõ opʒ quia nec hoc requirit ĩ quibuſcũque bonis operibus, neq; peregrinus dum in uia peregrinatur propter deũ ſemper cogitat ad deũ aut ad peregrinationẽ ſuã, neq; citharedus dum citharizat ad ſingulos tactus aut pulſus cordarũ cogitat, & nihilominus ſit dulcis melodia. Si tñ deſit cõtinuatio attẽtionis in oratione, caret hõ illo effectu q̃ ẽ ſpũalis quędã refectio mẽtis. De quo fructu. 1. Cor. 14. Si orẽ ligua mẽs mea ſine fructu ẽ. Vñ & Iudith. 10. Iudith & abra eius quaſi duẹ exierunt ad orationẽ. ſ. oratio & eius attẽtio. In fine tñ orationis quaſi in quadã ſumma bonum eſſet hoĩ in ſeipſum recolligere. ut ſaltẽ tũc intẽdat qđ requirat a dño. Inde orõ q̃ dicitur poſtrema in horis canonicis cõiter dicitur collecta ut hõ ibi ſe tota mẽte recolligat. Dr̃ ſecundo ꝙ orõni uocali triplex attẽtio põt adhiberi. Vna qua attẽditur ad uerba ne in eis erretur. Secũda qua attẽditur ad ſenſum qui per uerba ſignificatur. Tertia qua attẽdit̃ ad ſinẽ orõnis (ſcilicet Deum) ĩ quẽ per orõnẽ ſpũaliter aſcẽditur. Et hæc tertia eſt maxime neceſſaria ad meritum ſatisfactionẽ, & ſpũalẽ refectionẽ orationis, & hãc habere poſſunt ydiotẹ. & qñq; (ut dicit Hugo de ſctõ Victore) in tantũ abundat hæc attẽtio qua mẽs in deum fertur ut ẽt oĩm aliorũ mẽs obliuiſcatur. Secunda uero attẽtio nõ requiritur ad orationẽ, quia multi ſunt ydiotæ q̃ ſenſum & ſignificationẽ eorum quæ dicunt non intelligunt, immo nec etiã multi uiri litterati. Sũt enim ſimplices perſonæ orantes deum, ſicut perſona ydiota quẹ dat ſupplicationem ſuam iudicibus inſcriptis qui neſcit quid in ea ſcribatur aut dicatur ſed hoc iudex cognoſcit. & ita conformiter agit iudex ad ſupplicationem ac ſi ydiota ille quid in ſupplicatione ſcriberetur agnoſceret. Bonum eſt tamen uiris perfectis, ut quantum poſſunt ad illam orationis attentionem ſe conuertant, quia inde citius homo exauditur. p̃s. Intende uoci orationis meæ rex meus & deus meus, non dixit intende orationi ſed uoci orationis. id eſt ſenſui quem prẹtendit oratio. Pro prima autem attentione dicitur tertio ꝙ duplex eſt mentis euagatio. Vna eſt quæ fit ex p̱poſito, & hoc poteſt eſſe dupliciter. Vno modo ꝙ ſit ſolummodo euagatio mẽtis, ſecundũ actum interiorem, & hæc eſt mala. Cum enim dicitur in p̃s. Os iuſti meditabitur ſapientiam, attribuitur linguæ quod cordis eſt. ut notetur conſonantia debita inter cor & linguam. p̃s. Lingua mea meditabitur iuſtitiam. Et iterum. p̃s. Eructauit cor meum uerbũ bonum. Vnde & Leui. 1. Caput hoſtiẹ retorquebatur ad collum. id eſt mens ad uocem. Hinc Apo. 1. Corin. 14 Orabo ſpũ, orabo & mente, pſallam ſpũ, ſpallam & mente. Faciebat enim apoſtolus duplex fẹſtum, ore, ſcilicet, & mente. Sic Dauid dicens: Letamini in domino & exultate iuſti quaſi lætitia deuotionis ſit interius & exultatio in uoce & bonis operibus exterius. Sed dyabolus modernos clericos deridet ore nõ corde pſallentes. Tren. 1. Viderunt eam hoſtes, & deriſerunt ſabbata eius. Iuxta illud Eſa. 29. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt a me. & iterum. Hierem. 12. Prope es tu domine ori eorum. Iſti faciunt ſimplex fẹſtum & ſoluunt falſam monetam deo, quia quæ pſallunt Deo formam habent orationis non ueritatem. Non dicimus tamen hoc ſemper eſſe mortale, ſed ſolum ueniale, niſi forte ſit temeraria & grauis quæ procedat ex cõtemptu quia eccleſia nõ habet iudicare de actibus mere interioribus & ideo non poteſt ea ponere ſub præcepto, p̱pter quod miniſtri eccleſiẹ ſi dicẽdo horas ſciẽter aliud cogitent, nõ uident̃ p̃cepti tranſgreſſores ex natura facti. Et ſi forte dicatur ꝙ nõ implet p̃ceptũ ad intẽtionem eccleſiæ, quia uult ꝙ fiat cum attẽtione debita. Dicitur ꝙ ſubuenire pauperi in neceſſitate eſt præceptũ Dei quod ad intentionem eius debet impleri ex charitate. Si autem hoc feciſti non in charitate

exiſtens:non iterum teneris facere ſed de omiſſione conteri. Sic ibi non teneris iterũ orationẽ repetere, circa qđ inſurgunt infiniti ſcrupuli more canũ latrãtes quos melius euincere quàm ꝑ contemptũ non poſſunt boni (ut dicit Ioh. Gerſon.) Quo conſilio prudenter uſus eſt quidã ( ut ille ait) qui turbato cuidam iugiter ſuper repetitione horarũ ſuarũ ſi nõ aſſidue actualiter attẽderet ad eas: pnĩam iniunxit hãc ad tempus ne quõlibet horas ſemel dictas iteraret. Si aũt euagatio mentis ex hoc fiat ꝙ aliquis ſcienter ſe occupat in actu exteriori qui non compatitur ſecũ attentionẽ orationis, tunc uidetur eſſe mortalis.quia directè contra ꝑceptum eccleſię, quod habet extra de cele.miſſa.c.dolẽtes referimus.ubi ſic habetur.diſtrictè præcipientes in virtute ſctẽ obedientiæ,vt diuinum officiũ diurnum pariter & nocturnũ quantum eis Deus dederit ſtudiosè pariter celebrẽt & deuotæ.Hoc aũt nõ obſeruant qui occupando ſe in actu exteriori ſcienter ſibi attentionẽ ſubtrahunt.Quando.n.homo aliud ex aĩo cogitat,aliud manu operatur , non ſolum facit tortuoſum opus,immo ſe frequenter ledit ſicut carpentarius cũ dolabro . Sic qui Deo ſeruit ſine cordis attentione,opus tortuoſum facit ꝑ ꝑũndebitam attentionem. Vñ Greg. Illã orationem Deus non exaudit, cui hõ qñ ſupplicat non attendit. Homo.n.qui orat eſt ſicut qui a rege petit iudiciũ. Dũ enim talis in iudicio loquitur debet hr̃e teſtes de his quæ proponit. Alioquin non ei crederetur vel audiretur, immo a iudice puniretur. Sic oĩo uocalis debet habere teſtimoniũ cordis. In quo cauendũ eſt ne cor orantis forte ſit falſus teſtis uel corruptus corruptione.ſ.iniquitatis, quia dicitur in ps. Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo non exaudiet dñs. Sed ſi conſcientia ſit bona & fidele teſtimonium ferat orãs, iudiciũ pro ſe reportat.ps. Cum inuocarẽ exaudiuit me Deus.i.cum intus uocarem non tantũ extra.Sic ſunt aliqui ſicut ſimia, quæ dum vult alicui facere feſtum barbitat. Alia eſt euagatio mentis q̃ ſit præter propoſitũ.& hæc orationis fructum nõ tollit.Mens.n.humana pp infirmitatẽ naturæ lapſe diu in alto ſtare non põt,quia pondere humanę fragilitatis deprimitur ad inferiora.ideo hoc nõ ex electione ſed ex naturali infirmitate procedit.Per totam.n.diem cũ homnibus & de inutilibus loquimur & attendimus & non laſſamur, ſed bene cũ Deo.quia in terrenis fortes ſumus, in cœleſtibus debiles. Qñq; tñ hę cogitationes procedunt ex indiſpoſitione ſuſcipientis. Vehementia.n. impreſſionis vnius rei impedit cognitionem & viſionem alterius. ut hõ qui longo tẽpore fuit in niue pp ſpecies vehemẽter impræſſas in oculo nõ bene uidet res alias. Sic homo tẽporalibus intentus ſimilis illis inſanis . De quibus Bernar. Sicut inſani nõ res ipſas ſed ſuæ paſſionis fantaſias uidẽt, ita mens auari uinculis cupiditatis aſtricta, ſemper aurũ, ſemper argentum conſiderat , & gratius uidet aurum quàm ſolem . Et ſi hæc euagatio mentis eſt ad id quod ex gñe eſt mortale,eſt periculoſa, & eſt ſaltem peccatũ ueniale , & quandoq; mortale . Si tñ cito excludatur ſola tentatio eſt . Ideo quantũ põt homo & q̃ citius debet has cogitationes tanquã muſcas abigere. Iſte n.ſunt muſcæ morientes quæ perdũt ſuauitatem unguenti . id eſt orationis. Faciamus ergo quod Ioſaphat.2 .Paral. 20. Qui timore perterritus totus ſe contulit ad rogandum dñm,quia congregãdæ ſunt cogitationes & affectiones in cubili cordis.ut ex omnium cõcordia oratio ſit efficatior ad impetrãdum. Ideo dominus. Matth.6. Tu autem cum oraueris intra in cubilum tuum .

In ſecunda parte uidendum eſt de ſecũda conditione oĩonis quæ eſt humilitas quæ ibi innuitur. Pater uenit hora, reſpexit enim (ut inquit ps.) orationẽ humiliũ & non ſpræuit præcem eorũ.Nihil aũt magis humiliat hoĩem quàm cõſideratio vilitatis propriæ , quæ maxime apparet in morte. Inde præcipitur Leuit. 1. Verſiculã gutturis & plumas.i.ſuperbię inflationẽ & ſuperbiendi occaſiones proiicies in loco cinerum . Ideo dñs oĩonem ſuam qua inſtante mortis articulo patrem orauit, a memoria mortis & humilitatis occaſione orſus eſt ad nos inſtruendũ ut ſic patrẽ oremus.Sic & ſancti humilitatẽ Chriſti exemplo maxime coram Deo allegãt propter quinque . Primo quia eam Deus plus amat & plus eſt ſibi familiaris. Gen. 42.Minimus conuerſatur cum patre noſtro. Oculi.n.domini ſemper ad humilitatem



reſpiciunt. ps. Humilia reſpicit in cœlo & in terra. Vbi autem oculus,ibi amor.Et iterum. Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ . Licet.n.caſtitas ſit Deo grata,non tamen ſicut humilitas. Licet enim uirginitas faciat hominem Deo propinquũ. Sap. 6. Incorruptio facit eſſe proximũ Deo , non tñ facit eũ ſapidũ ſicut humilitas. Prouer. 11. Vbi humilitas,ibi ſapientia . Secundo humilitas eſt in corde, caſtitas in carne . Eſt & humilitas cuſtos caſtitatis.Greg.26. moral.ſuper illo Iob. qui docet nos ſuper iumenta . Tunc anima in petulantiã iumentorũ cecidit, cum efferẽdo ſe ultra q̃ debuit,euelauit.Hinc eſt ꝙ longa cõtinentia repẽte ſoluitur, & plerũque vſque ad ſeniũ ſeruata virginitas uiciatur . Tertia quia uirginitas extra paradiſum manere põt,nõ humilitas Iob 20. Qui humiliatus fuerit in gloria. ps. Et confringet dñs cedros libani.i. ſuperbos de caſtitate . Cedrus pp altitudinem ſuperbiã ſignificat,libanus (qui interpretatur cãdidatio) caſtitatẽ. Thronus enim Salomonis erat ueſtitus auro fuluo nimis.Ebur enim auro ueſtitur cum uirginitas humilitate ornatur. Aurũ.n.quod exterius apparet humilitatẽ,ebur quod interius, caſtitatẽ ſignificat. Secundo allegant eã, quia cognoſcunt ꝑ eam faciliter placari irã Dei. ſicut ꝑ ſuperbiã ſuſcitari. Parue arbores quia cedunt uentis pacem hñt, ubi arbores excelſe & frondoſiſſime reſiſtentes auulſionẽ & confractionem interdũ patiuntur. Hinc Achab humiliato pepercit Deus , ne faceret ei malũ in diebus ſuis. 3.Re.20.Cantus quippe paruarũ auium dulcis eſt & delectabilis ad audiẽdũ,non magnarum. Verba enim dulcia & humilia pacem procurant. Iudich humiliter loquendo fregit cor oloſernis immitigabilis & furibundi. Heſter humiliter loquens cor Aſſueri conuertit in manſuetudinem. Hinc ps. Vide humilitatẽ meã & laborem meũ, & dimitte uniuerſa delicta mea.i.placare mihi . Tertio allegant ideo quia ꝑ eam regnum cœlorum & gratia facile acquiruntur. Ariſt.li.de ſõ.& vigi. Principia oĩa parua ſunt. Ex paruo grano arbor maxima , & ex parua materia magnũ aĩal generat. Sic enim eſt de humilitate ſicut de numeris & figuris algoriſmi. vbi quanto poſterior eſt figura tanto plus ſignat. Nã primo loco poſitũ ſignat tantũ unum. Secundo loco decies. Tertio loco centies, & ſic conſequenter multiplicando . Sic hic quanto quis poſteri orauerit ſe. tanto plus ualet ad meritum & gratiã. Nummus qui ponderat & deſcendit, mittitur in theſaurum nõ qui aſcendit in domo dei pauper gratioſæ ſuſcipitur , ſi paupertatem ſuã debitæ oſtenderit, ſi diuitias eiicitur. Sic pater pauperũ eos libenter recipit in regnũ , qui ſuam oſtendunt paupertatẽ, & uanos abiicit. Si quis ergo uult habere gratiam , gratiæ ſaccum non contẽnat.ſ.humilitatem, quia Chriſtus q̃ eſt granũ frumenti indutus eſt ſacco pertuſo clauis & lancea perforato.ps. Concidiſti ſaccum meũ Iob. 16. Saccum cõſui ſuper cutam meam. Sed ſacco indutus nõ quærit ſponſas purpuratas ſed uili habitu opertas. Eſa. 50. Induam cœlos tenebris & ponam ſaccum operimentũ eorũ . Cœli ſunt clauſtrales celibem uitam ducentes, quorũ cõuerſatio in cęlis eſt. Sed hos in præſenti induit dñs tenebris.i.conuerſione lugubri ut ſe & alios lugeãt, ſed in futuro dabit eis palium laudis pro ſpũ meroris. Eſa. 61. Noli ergo perdere pecuniã gr̃æ defectu ſacci ad quod inuitat dñs Iohel. 1. Plange quaſi uirgo accincta ſacco. Sicut.n. ad loca profundiora concurrunt aquæ, ſic fluenta gratiarum ad humilia.ps. Valles abundabunt frumento. Inter medium montium pertrãſibunt aquę. Quarto ideo allegãt, quia a periculis facile ſaluantur per eam. Vela nauium amplitudine diſtenſa impetum vẽtorũ aſque ad ſciſſuram ſuſtinent. ubi fila uel ſtrictiſſimi panniculi illeſos ſe conſeruant. Hoc apparet in cordibus magnatum & regum extenſis per totum regnum ſuum,ubi per lites & bella agitantur. & in corde ſuperborum diuitũ ſimiles ex agitationes faciũt laudes & vituperia, probra & opprobria, adulationes & conuitia, applauſus & irriſiones & ſimilia, ubi pauper de his omnibus non curat. Paruus mus in modico foramine parietis tutior eſt quã elephas in campo, & minuta aĩalia cito inueniunt vbi ſaluentur. Sic de humilibus quorum peries Chriſtus eſt. Eſa. 26. Saluator ponitur in ea murus & ante murale. In quo pariete ſunt multa foramina & rime ubi humiles ſe ſaluant. ps. Humiles ſpũ ſaluabit.

Ihi

In cuius foramin bus abſcondit humilis denarium a diuite vt acquirat inde alium denarium. Trutannus ſi quid hēt pecunię illud abſcōdit: & vbi ueſtis integra eſt, aliā laceratā oſidit, & qđ ſanū eſt in corpore nō oſtēdit ſed qđ corruptum eſt. Quinto illud iō allegāt, quia orō humiliū facile ad Deū peruenit & cito exauditur Eccl. 35. Orō humiliantis ſe nubes penetrabit. Nihil.n. humilis agnoſcit niſi ſe ex nihilo factū & niſi a Deo cōſeruetur ſe in nihil redigendū Eſtimat ēt ſe nihil eſſe in valore & virtute, iō ſe cōuertit ad illū a quo ſperat ſe & virtutē & valorē habiturū. Oſidit.n. vacuitatem ſuā quā abhorret ſuperna illa & pijſſima natura ſicut natura abhorret vaccum. Secūdo nō ſolum quia vacuitatē oſidit humilitas iō exaudit deus, ſed etiā quia humiles ſapiētes eſſe cognoſcit. Qđ primo apparet: quia ſcriptura ſæpe ſapiētiā cum humilitate coniungit. Eccl. 11. Sapiētia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum cōſedere faciet illū. Sicut.n. abundantia pluuiarū primo infundit mōtes. deinde montibus remanētibus ſiccis ad ualles deſcēdit. ſic in multis ingenio naturali pollentibus ſapiētia dei non remanet, ſed deſcendēs ad corda humilium tanq̄ ualles ipſos replet. Humilitas.n. eſt uas concauum diuinæ ſapientiæ ſuſceptiuum. Mat. 11. Abſcondiſti hęc a ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis i. humilibus. Vnde .n. decoctione zucari qđ ſpumoſum eſt & quaſi nihil ualens ſupereminet, qđ ſolidū & bonum in fundo manet. Sic fatui ſuper alios aſcendere nituntur. Humilitas.n. tanquā ſapiēs vult tronſellū, ſuperbia tantū operimētū, illa uult habere equum, iſta frenum, illa nucleum, hęc corticē, illa fructū, iſta florē, illa uult eſſe in rei ueritate, iſta in opinione. Tertio quia humilis in cœlo & in terra facile ſibi inuenit locum. Eſt.n. humilitas paruitas ſpiritualis quæ quaſi nihil occupat, ut dicit Guil. Pariſ. Iob. 26. Appendit terrā ſuper nihilum quaſi ſuper fundamentū ſupportans ipſum. Sicut creatio a nihilo incepit, ſic recreatio a nihilo humilitatis. Ber. Sola uirtus humilitatis læſæ eſt reparatio charitatis. Sicut.n. ſuperbia pp ſui uanitatem nihil ſupportat, ſed potius omne eidē annexum præcipitat, ſic humilitas pp ſui ſoliditatē nō ſolū terrā uniuſcuiuſq; aīæ fidelis ſed totā eccleſiæ terrā ſuſtinet. Iſtud nihilum nec cōprimi pōt nec anguſtari, ſicut nec minui. Propter hanc cām nec dyabolus locum cum Deo uel cum angelis in cœlo nec ad momentū unius horæ potuit hēre. Totum.n. cœlum implebat Deus. Iō dyabolus intumeſcens ſuperbia & uaniſſimæ exaltatus ultra menſurā ſuam naturalē non potuit ibi locum habere. Angeli uero ſctī in paruitate humilitatis perſiſtentes locum ſuū retinuerunt, locum Deo in ſemetipſis dantes. Hæc Guillermus Pariſienſis.

*Dominica in ramis palmarum. Sermo 1. & in ordine. 122.*

DOminus his opus habet. Matth. 21. Quęrit aīa deuota iuxta thema propoſitum. Quō tu dñe tuis creaturis opus habes, qui dixiſti meus eſt orbis terrę & plenitudo eius? Quō indiges qui omnia pugillo contines? In hoc te deū meum cognoſco, & cum pſ. Profiteor quia Deus meus es tu. quoniā bonorum meorū non eges, & tu dicis dñs his opus habet? Reſpōſio q̄ ex philoſophia naturali edocemur deum nō indigere ſuis creaturis propter ſe ſed propter nos ad cōicandū ſuā bonitatem. Sibi.n. ſufficit fons, indiget tñ riuo ad cōicandum ſuam abundantiā. & ſol ſibi ſufficit, ut tñ cōicet lumē & calorē ſuū indiget medio conuenienti. Sic deus per ſe ſufficiens nullo indiget, ad cōicandū tñ ſuā bonitatē ſuis indiget creaturis. quarū quaſdam inebriat fonte ſuæ dulcedinis, quaſdā irradiat lumine ſuæ cognitionis, alias calefacit calore ſui amoris. Aug. 10. de ci. dei ca. 5. Nō ſolum pecore uel quali bet alia re corporali terrena, ſed ne ipſa quidē iuſtitia hoīs deum egere credendū eſt, totūq; quod rectè colitur deus, hoī prodeſſe nō deo. Non.n. fonti ſe quiſquā dixerit profuiſſe ſi biberit, aut luci ſi uiderit. Dicitur ſecundo q̄ Chriſtus qui ſecūdū diuinitatem diues erat in oēs qui inuocant illum, ſecundum humanitatem erat uerus pauper. Vnde Aug. Pauper factus eſt cum diues eēt, ut illius inopia ditaremur. Quid facturæ ſunt diuitię eius cuius paupertas nos diuites facit? Paupertas autem ſine indigentia eſſe non poteſt. Indiget ergo aſino & pullo. Dicitur tertio q̄ dominus licet primo nobis indigeat ad cōicandum ſua bona, tamē ſecundo nobis indiget ad iuſti-



ficādū nos quia (ſecundū Aug) Qui creauit te ſine te, nō iuſtificabit te ſine te. Plus.n. requirit ad reparādum ruinas domus collapſe, quàm ad edificandū nouā. Ideo in paſſione ſe quaſi egenū oſtendit, non noſtris bonis egentem ſed nobis. pro quibus habendis & lucrandis ſe morti expoſuit. Quia igitur nobis qui peccatores ſumus indiget, eius indigentiam ſupplendo nos præſentemus ei vt nos iuſtos faciat auxilio glorioſæ uirginis, quam interpellabimus dicentes Aue maria.

Secundū Ariſt. 5. ethicorū. Rerum venaliū indigentia conſtituit precium. ita ut quantomagis indigemus rebus, tanto carius emant merces. Si uero minus indigemus, minus emunt. Et quia gloria huius mundi rara eſt apud mundanos, miſeriæ uero multæ. ideo apud eos miſeriæ nihil, gloria multum appreciatur. Gloria uero dei rara erat apud eos, ſed quia eam ignorabant paruifaciebant. Gloriam autē patris hodie extollit cum eam uult dominus ſuis creaturis communicare. gloriam uero mundi hodie habitam ſuis myſteriis hodiernis contemnendam oſtendit. Mane igitur ſecundū allegoriam dicemus, quomodo dñs ſuis creaturis indiget ad oſtendēdum ſuam bonitatem & patris gloriā. In prædicatione uero pomeridiana dicemus quomodo gloriam mundi hodie ſuſcepit, & ex operibus ſuis contemnendam oſtendit. Igitur iuxta tenorem euangelij dominus quinque perſonagiis in hac proceſſione indiguit. Primo indiguit aſina & pullo. i. anima & corpore quæ ſuſtinuerunt onera redemptionis noſtræ, & portauerunt theſaurum ineſtimabilē quo redempti ſumus. & his opus habuit dominus ad faciendam miſericordiam cū patribus noſtris, & memorari teſtamenti ſui ſancti. Antea clamabat humanum genus. dñe in cœlo miſericordia tua, & ueritas tua uſque ad nubes. Tunc enim continebat in ira miſericordias ſuas, & ueritas promiſſorū nubiloſa erat & oſcura. Iuxta illud gre. Tenebroſa aqua in nubibus aeris id eſt obſcura ſcientia in prophetis. Nunc aūt ſuper aſinā & pullum æquitās diuina maieſtas, recordata eſt miſericordiæ ſuæ, & ueritatis ſuæ domui Iſrael. qñ miſit manū ſuā. i. filium dei in quo operatus eſt pr oīa redēptionis noſtrę myſteria, de alto & accepit. i. humanitatē meā, & liberauit me de aquis multis. i. miſeriis. Secundo opus habuit dñs diſcipulis ad dādā ſcientiā ſalutis plebi eius in remiſſionē peccatorū eorum. Iō ſi quis a dño quærat. Dñe quid opus habes diſcipulis, an ad accipiendū tributū aut uectigal a populo tuo? Nō ſed ad dādum & cōicandū. Sed nonne aurū & argentū & diuitias tēporales? Non. ſed ſcientiā. Sed nonne ſcientiā mūdi aut carnis ſapiētiā? Non. ſed ſcientiam ſalutis plebi ſuæ. Sed nonne ad imponendū onera grauia & importabilia ſicut in lege antiqua? Non. ſed in remiſſionem peccatorū eorum. Vnde & miſit duos ex diſcipulis ſuis dicens. Ite in caſtellū quod cōtra eos eſt. ſ. in caſtellum dyaboli quod eſt mens hominis mali. Murus quo cingitur hoc caſtrū eſt occultatio peccati, turris qua munitur eſt elatio contra Deū, uel obſtinatio uel defenſio & excuſatio peccati. Fores ſunt vitioſę delectationes quibus in illam mentem ad omne peccatum patet ingreſſus. 1. Mach. 1. Edificauerunt ciuitatē Dauid, id eſt Chriſti muro magno & firmo & turribus firmis, & facta eſt illis in arcem. Contra hoc caſtrum mittit dñs diſcipulos ſuos. Si caſtrum aliquod in terra regis fortiter regem impugnaret libenter ad illos mitteret qui caſtrum & hoſtes caperent & ſibi adducerent. Sic de mente praui hominis ſic de mundo. Ideo non mirum ſi ad hoc mittit dñs diſcipulos ſuos. Duos autem miſit, quia prædicatores duo debent habere. ſ. dilectionem Dei & proximi & uerbum in ore eorum. Qui hæc duo non habent, ſunt ſicut ſagitta ſine ferro, quæ non attingit corda audientium. Qui autem hęc duo habent ſunt ſicut ſagitta cum ferro penetrans corda auditorum. Hiere. 9. Sagitta penetrās lingua eorum. Et ſubdit dominus. Inuenietis ibi aſinam alligatam & pullum cū ea. Magnum myſterium quòd miſit dominus duos cardinales & prælatos ad ſoluēdū aſinas, neque illud officium eſt uile qđ tanti homines hilariter operati ſunt. Nihil.n. eſt Deo charius quàm zelus animarum, & paſtor ſoluēs uincula peccatorū. Ait.n. Soluite & adducite mihi. Primo ſoluite a pctīs per ſacramentū. deinde adducite p ſanā doctrinā & bonū exēplum, & ſic ſedet dñs ſuper aſinam, & inducit eam

D Caſtellū. De munitione caſtelli cordis noſtri

E Zelus. Qui nihil magis placet Deo quam zelus animarum.

eam in Hieruſalem ſupernã. Tertio in-
diguit turba quæ venerat ad diem feſtũ,
de qua dicitur in textu. Plurima aũt tur-
ba ſtrauerunt veſtiméta ſua in uia,& hoc
ad dirigendos pedes noſtros in uiam pa-
cis. Hi ſunt ſancti martyres qui ueſtimen
ta corporum ſuorum depoſuerunt in uia
propter amorẽ Chriſti. Hi quoque ſunt
ſancti confeſſores qui bona temporalia pe
dibus Chriſti, ideſt pauperum neceſſitati-
bus ſuppoſuerunt. Hi ſunt ſancti uiri reli
gioſi qui tẽporalia abdicantes omnia ſub
pedibus calcauerunt. Hi ſunt uiri ſancti
qui per bona exempla pedes noſtros.i.af-
fectiones quibus itur in deum direxerunt
in viam ſalutis æternæ. Alij per tribula-
tiones. ut martyres. Alij per elemoſinas
ut confeſſores. Alij per orationes & mun
di contemptum. ut religioſi. Sed quæri-
tur quare in ingreſſu Chriſti in ſanctam
ciuitatem regiam omnia ponebantur ſub
pedibus eius. nunc uero quando principes
ingrediuntur, nihil ponitur ſub pedibus
ſed ſuper caput ponitur operimẽtum qđ
cœlum dicitur? Ratio prima, quia domi-
nus tũc omnia ſub pedibus habebat. Quo
modo enim terram quæreret qui cęleſtia
habitabat? Reges uero & nobiles terram
affectant tanquàm aliquid arduum & dif
ficile ad acquirendum & conſeruandum.
ideo cęlum terræ propinquum eis offer-
tur. Secunda ratio, quia habebat cęlum
ſuum ſuper caput eius quo omni re mun-
di nobilius eſt & pręcioſius. Reges terræ
non poſſunt eſſe illius principes, ideo opꝫ
ꝙ habeant unum operimẽtum multo mi-
noris ualoris. Tertio ad oſtendendum ꝙ
contemnentibus terrena uelint nolint ad
eorum pedes proiiciuntur. Sic religioſis
in principio eccleſię fiebat. Sed quia ſan-
ctam uitam & zelum animarum dimiſe-
runt, ab eis auferuntur. Quarto indi-
guit his qui ſternebant & præſcindebant
ramos de arboribus. id eſt malis & repro
bis qui bonos exerceant, & hoc ad facien
dam uindictam in nationibus, increpatio
nes in populis. Non enim eſt Abel (ut di-
cit greg.) quem Chayn malicia nõ exer-
cet. Hi præſcindunt ramos de arbori-
bus, quando bona temporalia auferunt
ab operariis agricolis & mercatoribus. Et
(ni fallor) iſti habent ſuam proceſſionem
ſicut & Chriſtus habuit. Indigeat. n. pul-
lo & aſina. Per aſinam enim uulgus intel
ligitur. Primo quia aſinus eſt ſimplex, ru-
de, & uile animal & pauci ualoris. Talis
reputatur ſimplex populus. Sic Caius Cæ
ſar omnẽ populũ Romanum ita uilem re
putabat ꝙ deſiderabat totum populũ uni-
cũ collum habere, ut oẽs uno gladij ictu
interficeret. Secundo quia in iuuentute
pulcher eſt aſinus, ſed dum ſeneſcit uilior
eius pellis efficitur. Sic a principio popu
lus magnæ reputationis & libertatis fuit,
nunc uſque in finẽ uilior efficitur. & unde
magis reputari debuit, minus appreciatur.
Plus enim reputanda eſt ſimplicitas aſini
quàm ferocitas leonis qui aſinum deuo-
rat, & quàm uulpecula aduocatorum quę
gallinas comedit. Ita enim aſcendiſſet do
minus ſuper leonem uel uulpem ſicut ſu-
per aſinam. Sed (ut dicitur Sap. 1.) In ſim-
plicitate cordis quærite illũ. Tertio quia
aſinus habet uocem ſed non pulchrã, nec
libenter auditur melodia eius. Sic popu-
lus ſimplex ſemper cõtra ſuperiores mur
murat. ſicut & aſina Balaam contra ſeſſo
rem ſuũ. Quarto quia ſemper aſinus iſte
oneratur, & aliquando ita grauiter ꝙ de-
ſuper excoriatur. de quo. ps. Populũ tuum
domine humiliauerunt, & hæreditatem
tuam uexauerunt. Et quidam ubi nõ poſ-
ſunt populum humiliare ad uoluntatem
ſuam. ſicut dicitur. Iob. 3. Parati ſunt ſu-
ſcitare leuiatham. i. tyrannum uel alium
raptorem commouere ad hoc faciẽdum,
& nemo eſt q̃ ſubleuet. contra illud. Exo.
23. Si uideris aſinum odientis te iacere
ſub onere, non pertranſibis ſed ſubleuabis
cum eo, quantomagis fratrem tuum iacẽ
tem ſub exactionum onere? quod quidem
onus ſi patienter ferant populi, licet gra-
uet, nihilominus portat eos in cœlũ. Vnde
Aug. Hæc ſarcina non eſt pondus onerãs
ſed ale roborantium. Habent aues alas
ſuas portant illas in terra, illis portantur
in cœlum. Sic dñs in terra portabatur ab
aſino, & illũ ducebat in hieruſalem. Ho-
norabat. n. aſinum ſuum non aſinus eum,
quia ſubtus & ſuper aſinũ ponebantur ue
ſtimenta. Sic populo bono cui benedixit
dñs & ſuper quem ſedet & requieſcit, ab
omnibus & ſuperioribus & inferioribus
dantur neceſſaria ſicut ueſtimenta, ſicut
& a diſcipulis ſuperponuntur aſinæ & a
plebe ſubſternuntur. Secundo in proceſ-
ſione



ſione Chriſti, iſti non ſolũ indigent aſina,
ſed diſcipulis. i. ſatrapis & malis officia-
riis qui populũ depredantur. Iſti ſunt quo
rũ ueſtes portat aſinus. i. populus, quia ſol
uit unde emunt̃ ueſtes & alimenta eorũ.
Inde dicunt̃ iſti diſcipuli non a diſciplina
ſed a diſſipatione, qui dicunt ſoluite & ad
ducite mihi, non ſoluite. i. deſlyes, ſicut di
ſcipuli Chriſti, ſed ſoluite payes, ſicut di-
ſcipuli ſathane. Tertio indigent his quæ
ſternunt ueſtimenta ſua in uia, qui uulgo
dicũtur. qui fourniſſent a lappoinctemẽt.
Hi ſunt a quibus mutuo accipiunt argẽtũ
ueſtes, & alimẽta. & nihil inde poſtea ſol
uunt, utpote penes mercatores pannos, pe
nes piſtores panes, unde uiuunt & ueſtiun
tur, & ob hoc moriẽtes innumeris debi-
tis obligant̃ nihil hñtes. ps. Hi in potẽtati
bus & hi in equis. Ipi obligati ſunt & ce-
ciderunt in mortẽ ſic obligati. Quarto in
digent his qui præſcindunt ramos de ar-
boribus, qui partẽ terrenę hæreditatis au
ferunt a proximis ſuis, ut inde magis dila
tentur. de quibus Eſa. 5. Vere qui coniun-
gitis domũ domui, & agrũ agro copula-
tis. nunquid & uos ſoli habitabitis in ter-
ra? Quinto indigẽt adulatoribus, hii ſunt
pueri laudantes eos qui cantant. Placebo
fine dilexi, qui illã melodiã ſemper canũt,
ad quã dñs uult choriſare. ut ſi dicat dñs
ꝙ tps eſt calidũ & ꝙ grauat̃ calore, dicunt
ꝙ ſudant. & ſi dicat ꝙ frigus uiget dicunt
ꝙ tremunt. & breuiter quali notula uult
dñs eorũ choriſare, tali ei blandiunt̃ & ap
plaudũt. Quinto indigebat xp̃s pueris hæ
breorũ ad letandũ in leticia gẽtis ſuæ, ut
laudetur deus cum hr̃ditate ſua. Tunc. n.
laus proceſſit ex ore infantiũ & lactentiũ
clamãtiũ oſanna in excelſis. Vnde ſm̃ Caſ
ſiodorũ ſuper. ps. Laus iſtorũ puerorũ ali
quomõ hodie pfectior fuit quàm angelo
rũ in die natiuitatis Chriſti. Primo quia
angeli canebãt Chriſti laudẽ inter ſimpli
ces homines xp̃i amicos & deſiderantes
eius aduentũ & miſericordiã, iſti uero in-
ter Chriſti inimicos. Vnde dicunt Chri-
ſto. Non audis quid iſti dicũt? At ille. Nõ
ne legiſtis. Ex ore infantiũ & lactẽtiũ &c.
Secundo quia angeli laudauerũt nocte &
coram paucis, iſti die & corã turba maxi-
ma ciuitatis. Tertio quia angeli ſolũ glo-
rioſum in excelſis eum cantauerũt, quod
quaſi omnes in omni lege de deo confeſ-
ſi ſunt. iſti non ſolum glorioſum, benedi-
ctum, & regem, ſed etiam ſaluatorem ex
celſorum, id eſt angelorum clamauerunt.
Et inde conſurgit quartum, quia ex ange
lorum cantico nullus inde confutatus eſt
inimicus, quia ſoli amici audierunt. ibi ue
ro ex ore infantium & lactentium perfe-
cit deus laudem, ut inde deſtrueret inimi
cum Iudæum & ultorem in Chriſtum, id
eſt inuidos pontifices.

*Subſermo ſecundus eiuſdem diei. & in ordine. 123.*

*A Gloria mundi. Quõ gloria mundi comparatur flori.*

DOminus his opus habet. Matth. 21.
Quærit̃ quare iſtud paſcha dr̃ pa-
ſcha floridũ? Reſpõſio primo quia quãdo
plante floreſcũt ea q̃ clauſa erãt in modũ
germinum incipiunt aperiri. Sic oĩa quæ
clauſa erant in lege & prophetis manife-
ſtius cęperunt hodie declarari. Secũdo q̃a
eo die Chriſtus mundanũ honorẽ ſuſce-
pit qui cõparatur flori, quia in honoribus
mundi modicũ eſt utilitatis ſicut & in flo
re. In ſignum cuius hodie Chriſto factus
fuit honor de floribus non de fructibus.
Portamus n. in proceſſione tm̃modo flo-
res & folia nõ fructus, quia honor mun-
danus infructuoſus eſt. pſal. Florebunt de
ciuitate ſicut fœnum terræ. Nã ſicut fęnũ
terrę cito areſcit, ſic gloria mũdi. Eſa. 40.
Omnis gloria eius quaſi flos fœni. Arbo-
res quæ cito florent, cito perdũt flores &
fructus. non ſic iuſti qui expectant florere
in paradiſo. Iuxta illud. pſal. Iuſtus ut pal
ma florebis, quæ palma diu expectat flo-
rere. glorioſi uero in mũdo erunt ſicut fœ
nũ terræ, quia flos fœni non fert fructum.
Dicitur ſecũdo ꝙ ſicut dominica ante pa
ſcha dr̃ paſcha floridum, ſic ſequens de-
bet dici paſcha fructuoſum, quia in hac
dominica & diebus ſequentibus per bona
opera florere debemus, ut die paſchæ di-
gne fructum euchariſtiæ ſuſcipiamus. In
ſecularibus menſis ultimo ſolet fructus
apponi, ſic in menſa domini quadrageſi-
mali multa habuimus fercula. ſ. ieiunium
elemoſinas, & orationes, tunc autem ulti
mo fructus apponetur. Primum obtule-
runt Iudæi ſcilicet florã ſine fructu Chri-
ſtiani uero fructum cum flore. Ideo pri-
mum eſt Iudæorũ in quo Chriſtus luxit.
Secundum Chriſtianorum in quo Chri-
ſtus glorificatus apparuit cũ ſuorum læ-
titia. Secundo dicitur paſcha floridũ ſm̃

*B Paſcha. De duplici paſcha ſ. florigero & fructifero.*

Rich.

Rich. de ſancto Victore. quia tẽpus amenum & acceptũ qđ grato odore circumquaq; diffundit, & odore ſaluatoris & odore bonorũ operum, ut nunc poſſit dici. Ecce nunc tẽpus acceptabile. Acceptabile quidẽ, quia floribus ornatur de quibus fructus ſperatur, ut paſcha florigerũ ſubſequatur paſcha fructiferum, & ſic paſcha floridum eſt tranſitus gratus & honeſtus. Paſcha fructiferũ trãſitus iocundus & gaudio plenus. In primo trãſimus de malicia ad gratiã. In ſecundo de miſeria ad gloriam. Iſtud ſecundũ paſcha oẽs in cõmune diligimus & affectamus. Primũ aũt nõ eadem deuotione ſuſcipitur, quia nõ oẽs tam ſtudent eſſe boni quàm affectant eſſe beati. Vtinam oẽs ita affectarent bonorũ primordia ſit extrema. Moriatur (inquit Balaam) anima mea morte iuſtorum, & fiant nouiſſima mea horum ſimilia. Qui autem voluerint habere nouiſſima ſimilia iuſtis, ſtudeant habere primordia ſimilia. De uita iuſta uita æterna. de tali flore, talis fructus. Non (inquit ſaluator) de ſpinis colligunt vuas, aut de tribulis ficus, & ſine præcedentibus floribus fruſtra fructus ſperatur. ideo paſcha floridum neceſſe eſt ut pręcedat paſcha fructiferum. Cui conſonat quod eccleſia canit quaſi dictũ de uirgine Maria, flores mei fructus honoris, quia ex flore virginitatis proceſſit fructus uteri virginei, quem fructum ab ea requiramus dicentes Aue.

Mane dictum eſt quomodo dñs ſuis creaturis indiget ad bonitatem ſnã declarandã & ad patris gloriã. Nunc dicendũ eſt quõ hodie mundi gloriã ſuſcepit, quã tñ operibus ſuis contemnendã monſtrauit. Primo igitur dicemus in quo mundani gloriã ſibi multiplicant. Secundo quomodo hodierno myſterio Deus illã contemnendam oſtendit.

B *Gloria mundi. Quõ diuites multiplicãt ſibi gloriã mundanã*

Cum itaq; diues factus fuerit homo, iuxta ps. Multiplicat gloriam domus ſuæ, & hoc ſeptem modis. Primo acquirẽdo ſibi amicos & fauores, qui tandiu ſtant ſecum quandiu fortuna durat. Eccl:6. Eſt.n.amicus menſæ & non permanet in die neceſſitatis. Sicut.n. ſitula deſcendens in puteum tamdiu vertit os quandiu poteſt aquã recipere, & quàm cito plena eſt nec poteſt plus recipere, uertit fonti dorſum. ſic tales amici quandiu ſperant a tali recipere aliquod cõmodum tẽporale, uertunt ei faciem arridendo & applaudendo. Eccl. 29. Donec accipiant oſculantur manum dantis, & in promiſſionibus humiliant vocem ſuam ſed quãdo uident q nihil amplius poſſunt recipere, & homo de pauperatus eſt & impotens, uertunt ei dorſum nec uolunt eum reſpicere. pſal. Poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro. Sic dominus multos amicos hodie habuit in gloria ſua, qui poſtea omnes ſolum eum dereliquerunt in paſſionis miſeria. ps. Elongaſti a me amicum & proximum, & notos meos a miſeria. Secundo in potentia, ut ſi opus fuerit uiolẽtiam exerceat, & poſtq̃ rapuit & uiolentias fecit, tũc ſubito perit. Verſus enim diligit mel propter quod venator intingit arborem melle, & ſic rapiendo rapitur & occiditur. Ceruus inſuper, uelit nolit, deponit cornua, ſic iſti potentias. ps. Habitatio eius in ſyon. id eſt. Deus habitat ĩ loco ſpeculationis vnde oĩa ſpeculatur, ibi cõfregit potentias. Arphaxat rex medorum gloriabat in potẽtia exercitus ſui, & ſtatim periit in bello. Iudi 1. Amã iactabat ſe de potentia ſua & ſuſpenſus eſt in patibulo. Heſter. 1. Iac. 2. Diuites per potentiam opprimunt pauperes. Sic dñs hodierna die ita potens in populo apparuit, ut rex Iſrael diceretur, pax in terra & gloria in excelſis proclamaretur, qui eodem die a ſuis multas iniurias & contradictiones paſſus eſt. Tertio gloriatur in auctoritate, ut dicta eius tanquã a magno uiro reputentur. Eccl. 13. Diues locutus eſt & omnes tacuerunt, ut uerbum illius vſque ad nubes producent, commendando eum de ſapientia excellenti. pauper locutus ẽ, & dicunt quis eſt hic? cum contemnendo. Tales enim incorporam ſibi iſtam gloriã ſicut bos fœnum. quia Eſa. 40. Omnis gloria eius quaſi flos fœni. ideo mutauerunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum, id eſt gloriam mundi. Sed iſta auctoritas cito deficit. ut patuit in Chriſto qui hodierna die auctoritate ſua flagello eiecit uendentes & ementes, & ſexta feria ſubſequente tanquã paup & inutilis eiectus eſt a ciuitate. Quarto in prędijs & poſſeſſionibus & diuitiis. Vnde oddo cluniaceñ. Maxime in gloria diuitiæ appetuntur, quia ſanitati & vitæ & ꝓpinquis & amicis cõmodiores eſſe videntur,



dentur, quæ ſnĩa non ſolũ terra marique ſeruat (vt ait Criſo.) ſed ẽt uſq; ad ipſas nubes & ſydera aſcendit, q̃ nõ tã ſnĩa mõ eſt q̃ flamma quæ totũ vaſtat orbẽ terrarum, & q extinguat nullus eſt, qui vero accedãt, & inflamment oẽs. Fauent autem huic malo nõ ſolũ q ab eo capti ſunt, ſed & qui nõdũ videntur illuc ingreſſi. Nam ſi a ſingulis diuitũ poſſibile eſſet totũ orbẽ poſſideri, adhuc tñ in deſiderio eius arderẽt. Et pauperes ẽt dum cupiunt diuitibus coequari, inſatiabilem concupiſcentiæ rabiẽ patiuntur, & idẽ morbus diuerſis ſingulos generat languores, & intantũ diuitiarũ amor animam fatigat, vt neq; amicitiarũ neque propinquitatis, interdũ etiã nec cõiugis aut filiorũ det locũ quibus affectibus inter homines nihil ꝑfertur. Hic amor ipſo melle dulcior vr̃ & tñ eis q magnus illi dederunt, mille foueas parat. Expetitur tñ ac ſi deſideratur ab oĩbus, & ꝑ innumeros labores ac mortes letantur ſe uel ad eius ianuam poſſe pertingere. Et ſi quis eos ad meliora vel ad regnum Dei (quod intra nos eſt) q̃rendum perſuadere tentauerit, refugiunt & inſanire putant & quaſi frenetici ad hoc quod inſania ſuggerit magis ſe ſubmittunt, & ſic ſumma auiditate amplexantur vmbras & ſtringũt uentos. ſimiles pueris ludentibus uel certe ſtultiores, qui forte verberibus turbinẽ agitantes vel papiliones ſequentes ab eis auelli non poſſunt. Et iſti tanto in excuſabiles ſunt, quanto ſcienter confidunt in nihili & in ceno eius tanq̃ ſuis deuolutari delectantur. Hæc oddo Cluniacen. Sed cito hæc omnia per mortẽ amittuntur. Vnde hodie in ornamentũ aſinæ poſitę ſunt veſtes diſcipulorum ſuper aſinã, & dominus ſup veſtes aſcẽdit quaſi poſſidẽs eas, ſed hoc paululum durauit quia ſtatũ ſpoliatus eſt veſtibus ſuis. Quinto appetunt multiplicare honores & dignitates & titulos ſed aliquando accidit q qui ſequitur prædam non apprendit eam. Venatores enim aliquando deſtruunt vnũ equũ ualentem. 30. aureos, pro una beſtia quæ non compararetur. 40. ſolidis, & quando ſecuti ſunt ſæpe non appræhendunt, & ſic in fine reputant ſe nihil feciſſe, & cũ hoc amiſerũt ęquum ſuum. Sic iſti glorioſi qñ tum cucurrerunt poſt honores & dignitates & perdiderunt corpus & animam, vacui remanent. Eccle. 11. Si ſecutus fueris non apprehendes Sic dñs multos hodie habuit titulos qui uocatus eſt rex Iſrael bñdictus & ſaluator mũdi cui tñ feria ſexta ſubſequente dictũ eſt. Alios ſaluos fecit, ſeipſum ſaluũ faciat. Sexto multiplicant gloriã ſuã in familia, æquitatura, & põpis. ps Hii in curribus & hii in æquis nos aũt in nomine dñi noſtri. Hæc eorũ gloria ab extrinſeco eſt & nullus momenti. quia. ps. Tanquam fenum velociter areſcent, & quemadmodũ olera herbarũ cito decident. Sicut.n. fenum aridum fomẽtum eſt ignis, ſic iſti velociter erunt fomẽtum ignis æterni. Luc. Fenum quod hodie eſt & cras in clibanum mittitur. Et ſicut fenum primo viret & deinde floret, & tũc eſt in ſui complemento, quia poſtmodum areſcit & deſiccatur vt cibus animalium, ſic diuites primo uirent carnis & prolis decore. deinde florent familia & pompis & honoribus, & hoc reputatur eorum maximum complementum, ſed poſtea in modico calore febrili perdunt virorem & florem & deſiccãtur vt ſint cibus vermium. Neſciunt autem tales in multiplicatione familię quid miſeriæ habetur. Paruulus. n. cogitat & reſpicit pulchras litteras, & deauratas, ſed neſcit quid in eis ſignificetur. Sic mundani de mundanis ſollicitantur, nec curant quid in eis miſeriæ habeatur. Hodie enim dominus multam familiam habuit ad conducendum & iuxta uires honorandum eũ, ita q turbæ quæ pręcedebant & quæ ſequebantur clamabant Oſanna. Poſtea uero mutata eſt turba. ut omnibus conuitiis & improperijs ei inſultarent. Nihil enim mutabilius eſt plebe, quod bene docuit grammaticus dicens. Hoc vulgus pelagus indeclinabile virus. Vnde clamabant crucifige, crucifige. tolle, tolle. Septimo tales in uoluptatibus & deliciis gloriantur. quæ mentiuntur eis tempus futurum delectabile habituros. Pſalm. Filij hominũ vſquequo graui corde & cæ. Dominum autem inter gloriandum nõ uoluptate uſus lachrymatus eſt, & poſt tantam gloriam & tantos labores & tanta beneficia, ieiunus ad ueſperũ neminem inuenit qui eum inuitaret ad conuiuium, propter quod in Bethaniam ſeceſſit. Vnde iuſti currenter, & tranſitu quodam peregrinationis gloriam mundi ſuſci-

ſuſcipiunt, ſicut & dominus hodie fecit.
Sciunt enim ſe non habere hic ciuitatem
manentem, ſed futuram inquirunt. Dici-
tur ſolinus ꝙ canes egyptii nun quam de
nilo propter periculum cocodrilorũ quo
rum eſt ibi magna multitudo, non niſi cur
renter bibunt & ad neceſſitatem. Pſa. Hoc
mare magnum & ſpacioſum manibus. il-
luc reptilia quorum non eſt numerus. Ser
pens etiam nidificat in terra à terram co-
medit. Gen. 4. In terrena glĩa nidificãt ſer
pentes homines aſtuti & venenoſi & eam
ſibi incorporãt. Sed iuſti currenter tantũ
modo de ea bibunt, & ſi ſtent ibi diu ſta-
tim deprauantur. Diues enim in floribus
uenenum poſuit vt intoxicaret pauperis,
vt declamat ſeneca. ſic in flore gloriæ mũ
di dyabolus ut interficiat apes Dei. Si po-
nantur pęnæ aquilæ in culcitra cum aliis
pennis corrodunt eas, ſic dignitates & glo
ria mundi corrodunt pennas virtutum.
Impii autem ab illa gloria mundi nũquã
volunt deſcendere ſimiles lepori qui opti
me currit aſcendendo, ſed deſcendere non
poteſt niſi tranſuerſando, quia habes ti-
bias anteriores curtas, poſteriores lon-
gas. Prouerb. primo. Pedes eorum ad mo-
lum currunt, & hoc in aſcenſu dignitatũ,
deſcendere vero non poſſunt. Camellus
ſe offert ad onera ſuſcipienda, nunquam
ad deponenda. ut dicit yſidorus. Et dum
impii in hac gloria ſtare ſe putant, ſubi-
to non apparent & pereunt. Pſalm. Vidi
impium ſuperexaltatum &cæ. Tranſiui &
ecce non erat.

C *Gloria mundi. Septẽ miſerię eorũ q̄ pollent gloria mundi.*

In ſecunda parte viden-
dum eſt quomodo dominus hodie mundi
gloriam contẽnẽdam monſtrauit. Ex tex
tu enim euangelico poſſunt concludi ſe-
ptem miſeriæ quæ comitantur glorioſos
huius ſeculi. Prima miſeria eſt indigen-
tia, non ſolum eorum quæ ſua ſunt, ſed
etiam quæ alterius. Indiguit enim domi-
nus pro tempore gloriæ aſina & pullo, &
veſtibus diſcipulorum. Pſal. Deuorant ple
bem meam ſicut eſcam panis. Vix enim
aliquis faſtidit comedere panem, ſic nec
glorioſi faſtidiunt comedere plebem. Sa-
lix quod ſinguli annis ex ſe producit ſcin
ditur. ſic populi lucrum a talibus cito au
fertur, & quanto maiores ſunt in gloria
tanto magis indigentes, & maiora tribu-
ta requirunt, ita quòd omnia membra rei
publicę, ſiunt propter improportionem
deformia. & iam nunc tota mundi ymago
propter hoc deformis eſt. Duplicter
autem fit hic deformitatis defectus ſecũ
dum duplicem indiſpoſitionem & impro
portionem partium. Vna indiſpoſitio eſt
quando partes non ſunt debitæ ſituatę, vt
quando pars quæ debet ſituari ſuperius
ſituatur inferius & econuerſo, ſicut ſi po-
neretur caput inferius & pes ſuperius, q̄
deberent ſedere ſurſum vt ſapientes ſe-
dent in puluere deorſum. & econtra ſtul-
ti. Eccleſia. 10. Eſt malus quod uidi ſub ſo
le quaſi per errorem a faciæ principis &c.
poſitum ſtultum in dignitate ſublimi, &
diuites ſedere deorſum huius. ratio poteſt
eſſe, quia pictor habens duos colores unũ
debilem & imperfectum. alium fortem &
uirtuoſum, quando vult quòd color de-
bilis & imperfectus appareat ſupponit co
lorem fortiorem & uirtuoſiorem, quia ſi
color debilis ſupponeretur, ipſum offuſca-
ret color fortior, nec ipſum p̄mitteret ap-
parere. ideo ſupponit fortem & ſuperpo-
nit debilem. & tunc color debilis apparet
quia ſuperpoſitus. & ſic pictor non ſituat
ſuos colores ſecundum ordinem ſuæ uir-
tutis ſed propter apparetiam coloris de-
bilioris. Sicut cum pingitur piſcis in aqua
color aquæ debilior ſuperponitur colori
piſcis fortiori. Sic rectores ſeculi dũ duas
perſonas habent unam debilẽ & defectuo
ſam, aliam fortem & uirtuoſam, ponunt
meliorem deorſum, & defectuoſam ſur-
ſum, vt appareat aliquid eſſe ratione præ
lationis. Sed cum tales ſunt in excelſo nõ
ſolum talium apparet celſitudo, ſed etiã
turpitudo. Simia enim in tecto ſtat non
ad ſui honorem ſed hominum deriſionẽ.
Vnde in ſcripturis locus infructuoſarum
arborum in quibus habitant beſtiæ non
homines, dicitur ſaltus. eo quòd tales ar-
bores citius inaltantur & creſcunt in al-
tum. Sic ſaltus ſunt occupationes dignita
tum mundi, quia ibi infructuoſi magis q̄
digni ſaliunt & inaltantur. Secundo fit
improportio in commenſuratione quan-
do pars quæ debet eſſe magna eſt parua,
& econuerſo. Sic in mundo vnus abundat
in ſuperfluis alius deficit in neceſſariis.
Vnus quidem eſurit, alius autem ebrius
eſt. primo. Corin. 11. Eſt enim mundus ſi-
cut corpus monſtruoſum quod in vna par
tę abundat, & in alia deficit. Vnde glorio




ſi & nobiles temporalia omnia ad ſe nitũ-
tur attrahere pauperes autem dimittunt
inanes, uentriq; ſuo abundanter dant uolu
ptatem & ſtomachum cordis tempora-
lium replent abundantia, immo verius ad
cor vatus perſonæ replendum non ſuffi-
cerent oĩa beneficia & temporalium. Ecc.
5. Auarus nõ implebitur pecunia. Grego.
in homilia. Oĩs auarus ex puto ſitim mul
tiplicat, quia cũ appetit adeptus fuerit, ad
appetenda alia amplius inardeſcit. Secun
da miſeria eſt in aſcendendo ad gloriam
hanc obliquitas, & in deſcendendo caſus
& ruina. Primum igitur in aſcendendo ap
paret obliquitas. Si enim eſt de ingreſſu
mundanę gloriæ ſicut de ingreſſu eccle-
ſiarum quæ duplicem habent ingreſſum.
Primus eſt inferior & baſſus, & in ille la-
tus eſt, & communiter rectus, & huc in-
greſſum bene aſſequitur homo recte ince-
dendo. alius eſt ſuperior quo homo aſcen
dit ad campanilæ uel ad ſuperiores teſtu
dines, & iſte eſt obliquus per cocleam. Sic
in curijs principum ingreſſus quo homo
vocatur ad ſeruitium eſt latus, & rectus,
& uocantur bonę perſonæ iurantes ꝙ fide
liter agent & conſulent. De quo ingreſſu
dicitur. Eſaiæ. 26. Aperite portas & ingre
dietur gens iuſta cuſtodiens ueritatẽ. Sed
alius ingreſſus quo aſcenditur ad maiora
officia & gradus eſt arctus & pauci intrãt
& iſte eſt obliquus ita ꝙ homo non po-
teſt recte aſcendere. Pſal. in circuitu im-
pij ambulant. ſecundum grammaticam
enim latinam pauci ſunt recti indeclinabi
les, & multi recti declinant in obliquum.
Sed in deſcendendo ab huiuſmodi gloria
occurrit caſus & ruina infortunium. De
quo grammaticus quærit præpoſitioni. i.
dignitati quot accidunt & reſpondit. Vnũ
quid? caſus tantum. & quot caſus? duo. ſci-
licet accuſatiuus & ablatiuus. Primo enim
accuſantur apud prĩcipes uel iudices. dein
de ui uel iuſtitia auferuntur à dignitate
ſua. Exemplum in Creſo rege Lidorum q̄
primum ditiſſimus & fortunatiſſimus. De
quo, refert Herodotus ꝙ captus à Ciro
rege perſarum factus eſt toto uitæ ſuæ tẽ-
pore Cambiſiis filii Ciri magiſter. Sic &
Valerianus Imperator Romanus captus à
ſapore rege perſarum, factus eſt ſubſel-
lium ſuper quo aſcendebat ęquũ vel mu-
lam ſuam. Huc Xp̃o cõtingit in hoc ſacro
tempore qui hodie glorioſus, poſtea in-
glorius & ignominioſus apparuit. Ad hoc
eſt proceſſio hodierna breuis, & deinde la
mẽtabilis & grãdis ſubſequens miſſa. bre-
uæ euangelium gaudii in proceſſione. lõ-
gum paſſionis euangelium in miſſa ſubſe
quente. Breuis dies paſchę floridi, ſed ſub-
ſequitur longa ſeptimana q̄ dicitur pœno
ſa. Boletus vna nocte creſcit & per diẽ du-
rat in uigore, poſtmodum cito putreſcit.
Tertia miſeria eſt murmur & contradi-
ctio populi. Quicquid enim à mundanis
fiat ſiue bñ ſiue male, hoc tamen non eſt
ſm̃ opinionem oĩm. Sunt enim velut ſche
nici in theatro qui ab oĩbus uidentur, irridẽ
tur & iudicãtur. Vñ orabat Dauid in pur
pura regali Eripies me de contradictioni
bus populi & dñs dicit. Ite in caſtellũ qđ
cõtra uos eſt, in caſtellum ſcilicet hono-
ris, quod cõtra eos eſt non opinione, ſed
etiã contra eorũ ſalutẽ. Hinc cũ dominus
uendẽtes eiecit contradictionem ſuſtinuit
cum dixerunt ei. In qua poteſtate hæc
facis? & nõ ſolum plena eſt contradictioni
bus ſed etiam litigiis. de quo Eccle. 3. Mũ
dum tradidit diſputationi eorũ, id eſt diſ-
ſenſioni, & litigio aduocatorũ. Litigant. n.
pro nihilo. Ad nihilũ enim deducius eſt in
cõſpectu eius malignus, quia ad illud ni-
hilum cũ maximis Anguſtiis & ſollicitu-
dinibus ſtant. Aranea pro nihilo (ſcilicet
pro muſca) telã texit q̄ ſtatim diſſoluitur,
litigia pro nihilo fiunt, & adeptis oĩbus q̄
deſiderantur ſtatim oĩa pereũt. Et ſicut nu
bes quando eleuãtur nec replẽtur humo-
rę aquæo ſed ſunt ſteriles faciũt ſuperius
ventoſitatẽ & in mari tempeſtatẽ. ſic quã
de ſuperiores replentur ſpiritu uanitatis
& præſumptionis ſine humore deuotionis
uani ſunt & in eccleſia uel reipublica ge-
nerant tempeſtates vel contradictiones.
De quibus in canonica iude, nubes ſine
aqua quæ à uentis circunferuntur. Qua-
les fuerunt pontifices & phariſei qui durã
te gloria tranſitoria quã dñs hodie aſſum
pſit, ſine aqua miſericcordia tractabãt de
eius morte Io. 12. Videte quia nihil profi
cimus, ecce totus mundus poſt eum abiit.
ideo occidamus eum. Quarta miſeria
eſt aliorum inuidia quam maxime patiun
tur. Cum eſſet Adam dominus omnium
inuidia dyaboli mors introiuit in orbem
terrarũ. Sic per inuidiam vnus alium im-

pellit vt poſſit dicere illud. ps. Impulſus euerſus ſum ut caderem, quia dominus ſuſcepit me. Ludunt. n. à boute hors. in quo ludo vnus alteri dat falſum ludũ, & tunc illo deficiente ingreditur alter & primus eijcitur à ludo. Sic dominus ab eis ĩuidiã paſſus eſt hodie, cum dictum eſt. Magiſter increpa diſcipulos tuos. Non enim poterant ex inuidia audire laudes eius. Cauda enim bouis uerenda eius operit & non denudat, cauda uero honoratorum & glorioſorum ſeculi & ſi non in aperto tamen in occulto vituperat dominum ſuũ. Quinta miſeria eſt turbatio mentis. Habent. n. hmõi glorioſi ſingula audire. Rami in excelſis arborum poſiti facile mouentur. ps. Veni in altitudinem maris, & tempeſtas dimerſit me, quod ſuſtinuit Chriſtus à ſcribis, phariſeis, & ſaduceis pluribus hodie tentatus quæſtionibus. Fętet propterea viris iuſtis huius arboris fructus ſimilis fructui ſambuce cuius flos redolet & fructus fętet. Huius fętorem ſentiebat qui dicebat, 1. Mach. 2. Gloria impii ſtercus & uermis. & Lucæ. 16. Quod altum eſt apud homines, abhominatio eſt apud Deum. Hæc autem turbatio ſæpè procedit hmõi glorioſis a ſibi famulantibus qui ſub vmbra illorum multo operantur quam iubeatur Vnde & dñs diſcipulis ſuis iuſſerat tm̃mo do ſoluere & adducere aſinã, ſed plus fecerunt, quia ſuis ueſtibus eã onerauerũt. Sexta miſeria eſt ꝙ hmõi glĩa nullus gaudeat quin maiori fletu gaudiũ miſceatur Prouer. 14. Riſus dolori miſcebitur. Vnde Plinius li. 28. dicit ꝙ inter vena dãnatur fel æqui, ꝑꝑ ꝙ antiquitus nõ licuit ęquũ tangere flammã ſacrorũ. i. ignem altaris. Romani tñ ipſum im magnis ſolennitatibus immolabant. Sic fallax æquus. ad ſalutem. i. fallax gloria mundi, habet fel ſuũ. i. anxietatem & damnationem quaſi uenenum, qđ ſancti patres abhominati ſunt eũ ad altare accedebãt. Sed Romani (qui interpretanẽ ſublimes) hoc immolabant, qa in ſublimibus ſeculi feruet ignis cupiditatis cũ felle anxietatis Hodie aũt Chriſtus in tali gloria lachrymatus eſt, ita ut cum gaudio mũdano ſimul lachrymæ erumperent. Iõ propriè hæc dies uulgo appellatẽ la chanto pleure de leſ gliſe. Septima miſeria eſt, quia nullus ex ea fructus oritur niſi pernicies & pęna perpetua, ꝑꝑ quod hodie dñs ſtãte Hieruſalem in gloria ſua miſerabilẽ eius ruinã ꝑdixit, & propterea ad ficũ hodie ueniẽs & fructũ nõ inueniẽs ei maledixit. & nõ obſtãtibus his in cõtẽptum gloriæ cœleſtis hæc gloria amatur & inceſſanter petitur. Nondũ uidẽt hõies quot ſ. fefellit, quot in & ꝑꝑ eã perierũt. ita ut pereuntiũ nõ ſit numerus, & tñ pereuntiũ exẽpla euidentia nõ deterrẽt à ſtoliditate illa cõſequẽda. Illos enim allicit quaſi fœda meretrix quæ nigredinem ſuam fucatis quibuſdam colloribus occultat ut laſciuorum oculos captet.

*Sermo 3. einſdem dominicæ in Ramis palmarum & in ordine.* 124.

PRoceſſerunt obuiam ei. Ioan. 12. Legatus à ſede apoſtolica ueniens & habens plenitudinem poteſtatis, ſolet propter huiuſmodi plenitudinem diſpenſare in caſibus arduis. ubi minores prælati nõ poſſunt. Chiſtus legatus eſt miſſus a latere Dei patris. Iuxta illud Abdię. 1. auditũ audiuimus à domino, legatũ miſit ad gentes, & habens plenitudinem poteſtatis Pater Matth. ult. Tanquam per bullam data eſt mihi (inquit) omnis poteſtas in cœlo & in terra. Huic legato hodie proceſſerunt obuiam turbæ, in cuius recognitionem adhuc ei obuiam proceſſionaliter exeuntes extra caſtra improperium eius. ſ. crucem portantes. Quod in arduis caſibus diſpenſauerit patet, quia propter peccatum primi hominis iudicium erat ut eiectus de paradiſo in has miſerias ageret ſuam pœnitentiam, propter quod cœli imperfecti erant & euacuati à ſuis habitatoribus, nec repleri poterant niſi diſpẽſatio facta. ut homo qui per peccatum eiectus erat, miſericorditer habitator cœli conſtitueretur quod factum eſt quando uenit ad aſinam noſtram peccato ligatum ſcilicet terram humanam quam ſibi diſpenſatiue alligauit. Ephe. 4. Hæc eſt diſpenſatio ſacramenti abſconditi à ſeculis. Hæc eſt diſpenſatio temporum per quam omnia in Chriſto ſunt reſtaurata, & quæ in cœlis & quę in terra ſunt. Et quia primis parentibus peccantibus Deus mulieri quæ primo acquieuerat dyabolo grauem pęnitentiam impoſuit dicens. In dolore paries filios, hinc ſecundum curſum communẽ nulla mulier cõcipiebat ſine corruptione non geſtabat grauamine, non periebat ſine



dolore. Legatus iſte contra hoc decretum & cõtra legẽ naturæ diſpenſauit ut fieret ſine corruptione fęcũda, ſine grauamine grauida, ſine dolore puerpera. quod Eſayas ultimo mirabatur dicens. Añquã parturiat peperit. Quis audiuit unquam tale? aut quis vidit huic ſimile. Fructum igitur huius partus requiramus ab ea q̃ peperit dicentes. Aue.

A Circa thema propoſitum primo dicemus ad quid & quomodo venit iſte legatus cui proceſſerunt obuiam. Secũdo qũo receptus eſt, & qui & quales ei obuiã proceſſerunt. Cum ergo cœnaſſet dñs apud Martham, & Lazarus eſſet vnus ex diſcũbentibus, in craſtinum dominus diſpoſuit venire in Hieruſalem & appropinquauit hieroſolymis & venit Bethſage. Hodie n. dominus à patre legatus factus eſt nobis de proximo non de pari. Nec enim decet principem parem eſſe ciuibus. Quid tam longinquum quàm Deus ab hominibus, immortalis mortalibus, iuſtus à peccatoribus? Longe erat non loco ſed diſſimilitudine, ſicut loquimur de hominibus quando diuerſi ſunt eorum mores ꝙ longe diſtat unus ab alio quam vicini ſint loco. iõ cum longe a nobis eſſet appropinquauit nobis. Habebat enim duo bona. ſcilicet iuſtitiam & immoralitatem, & nos duo mala, iniuſtitiam & mortalitatem. Si vtrunque malum noſtrum ſuſcepit, par nobis, fuiſſet & liberatore nobiſcum opus haberet. Appropinquauit ergo nobis quando de noſtro mortalitatem & pœnam non in iuſtitiam accepit, & nos de ſuo iuſtitiam accepimus Paulo poſt immortalitatem adepturi.

C Vnde legatus iſte uenit ad ſoluendas aſinas, vbi legati Romani communiter ueniunt ad ſoluendas burſas de quibus ſcribitur illud. Pſal. Venient legati ex Egypto, Aethiopia. i. ſymonia uel auaritia præueniet manus eius Deo. i. plus faciet pro ea quàm pro Deo ſi manualiter habeatur pecunia. Miſit ergo nũcios ſuos Petrum & Ioannem legatus iſte dicens. Ite in caſtellum quod contra vos eſt.

D Vocat dominus Hieruſalem quamuis ciuitatem grandem caſtellum & non caſtram quaſi dominus magna abhominetur ædificia. Tum quia iſta ad pompam & ſuperbiam fiunt. Tum quia ex ere alieno (populi ſcilicet uel eccleſiæ) communiter conſtruuntur. Tum quia in præiudicium populi & tyrannidem ad ſubijciendum populum fiunt. Tum quia iſta fiunt quaſi homo videatur perpetuo remanere in ſeculo. Tum etiam, quia hæc ſunt ſigna ruinę magnę. Vnde vnus ex diſcipulis eius dixit domino. Marci. 13. Magiſter aſpice quales lapides & quales ſtructurę, cui reſpondit dominus. Vides omnes magnas has ædificationes? Non relinquetur lapis ſuper lapidem qui non deſtruatur. Vnde Chilo unus de ſeptem ſapientibus Greciæ interrogatus ab eſopo quid Deus faceret. reſpondit alta, humilia alta. Ideo dñs mittit diſcipulos ſuos contra hmõi caſtella, ut uirtute uerbi Dei hac tyrannide deſtructa de lupis facernet agnis, & de tyrannis ueros principes. & ſoluerent aſinam alligatam. i. populum alligatum tyrannidi. Sed dicunt hæc magna ædificia faciendo, facio pauperes artifices lucrari uitam ſuam. & ſic hæc facienda facio magnam elemoſynam. Reſponſio. Si hæc non faceres alibi poſſent acquirere panem. & tu in maiores neceſſitates ad quas teneris impenſas ordinares propter Chriſtum vbi eas ordinas ad mundi faſtum. Secundo dicitur ꝙ non das elemoſynas, quia elemoſynę gratis fiunt, artifices uero nihil de tuo habent cum illud ſuo labore conquirant. Et ſubdit. Inuenietis aſinam & pullum alligatum cum ea, hoc eſt in iudæa nihil inuenietis niſi aſinarum magnã quia paleam comedebãt ſicut aſini & grano non curabant. Orig. ſuper principium cantici canticorum. Granum in palea ſenſus in litera. Magna tunc erat aſinaria qñ figuras & elementa veteris teſtamenti ſtudere non ceſſabant, & ueritatem in eis nõ uidebant, nec aliud diſcere uolebant. De quibus Galath. 4. Cũ eſſemus paruuli ſub elementis mundi huius eramus ſeruientes. Quæ quidem aſinaria nunc apud nos aperta eſt. quia ſenes gramaticam nunc diſcere incipiunt, totum tempus in terminis grammaticalibus exponentes, qui deberent ſicut pueri percuti virgis. Magna ſiquidem tunc erat aſinaria uelle alligari illis cerimoniis, ſacrificiis, & effuſioni ſanguinis beſtiarum. ita quòd ſacerdotes & leuite qui tunc exercitabantur in illis ſacrificijs poſt effuſionem hmõi ſanguinis, ſanguinem filii Dei non timuerunt

E *Aſinus. Quòd in iudæa nõ erat niſi aſinaria.*


effun-

effundere.Nec ab hmői liberari cupiebãt
ſicut nec aſina ſolui curat dummodo ſtet
ad pabulum, nec illo dummodo tempo-
ralia abundanter obtinerent paucis exce-
ptis,qui Chriſti verbis auditis ab apoſto-
lis,ſoluite.ſ.& adducite mihi ab hiuſmo-
di liberati ſunt.Sic modo apud nos tanta
eſt aſinaria,vt aſini mittentur,& doctrina
& conuerſatione indigni dignitatibus di-
gni habeantur. Vnde Eccl. 10. Vidi ſer-
uos in equis & principes ambulanres ſup
terrã ſicut ſeruos . In ſtatu iuſtitiæ tanta
eſt aſinaria, ꝙ de minimo negocio tantus
ꝓceſſus exibit ꝙ uix in 10.annis termina
bitur.Magni doctores de rebus arduis fa
cile cõcludũt,iſti minimis terminũ impo
nere nõ poſſunt.In populo vero maxima
eſt aſinitas,qa onerant exactionibus pluſ-
quam aſinus oneribus,ac ſi ſub onera de
ficiãt.In eccleſia vero tãta eſt aſinitas, ꝙ
cõſtitutionibus decretis & legibus adeo
onerata eſt,ꝙ ſinagoga in ſeruitute exce-
dat.Augu.Religionẽ xpianam quã domi
nus noſter Ieſus Chriſtus pauciſſimis ſa-
cramẽrorũ celebrationibus voluit eſſe li-
berã qdã adeo ſeruilibus ꝑmũt oneribus,
ut tollerabilior ſit cõditio iudæorũ q̃ nõ
humanis ꝓſumptionibus ſed diuinis ſubii
ciũtur ĩſtitutis.Oẽs.n.cõſtitutiones iudæo
rum in li.leuitici quo ad ſacrificia & ĩ deu
teronomio quo ad iudicialia cõtinentur
quaſi in duobus paruis libellis. Sed cẽſura
rum,excõicationũ,& irregularitatũ mul-
titudine & libris eas cõtinẽtibus onerare-
tur aſinus vt breuiter poſſit modo dici il-
lud.4.Reg 7.Iuimus ad caſtra ſyrię & nul
lum inuenimus ibi hominem, ſed tantum
equos & aſinos.i. ſtultos luxurioſos, &
brutaliter viuentes,& fixa tentoria in ter
renorum amore. Sed diſcipuli dñi ( vt dr̃
Heb.11.)Fortes facti ſunt in bello. caſtra
verterũt exterorũ i alienorũ a gr̃a Dei .
qbus pręcepit dñs ſoluite & adducite mi
hi aſinã ſed gratis & ſine pecunia.Eſa. 52.
Gratis uenundati eſtis,& ſine argento re-
dimemini ꝑs.Pro nihilo ſaluos facies il
los.Augu.de uerbis dñi. Dñe gratis das,
gratis ſaluas , qui nihil inuenis unde ſal
ues , & multum inuenis vnde damnes .
Prius totũ genus humanũ excõicatũ erat
& eiectũ de eccleſia triumphante . quod
figuratũ eſt in eiectione adę de paradiſo
q comparatus erat iumentis inſipientibus
nũc aſinam abſoluit & in hieruſalem. i.in
paradiſum deducit. Sed modo nullus ẽ q
ſit ſolicitus de aſinarũ abſolutione.i.de a
nimarum ſalute.Multi nũc complent il-
lud ꝑceptũ ſamuelis ad ſaul. Noli ſolici-
tus eſſe de aſinabus. Sed ſi quæratur. Nõ
ne Petrus ita vinculas aſinarũ diſſoluit ꝙ
non eſſet capiſtrũ ad eas adducendum ad
Chriſtum? Dr̃ ꝙ non,nõ tamen plus erãt
ad pillare ligatę.Sic qui ad Xp̃m adducũ
tur,a peccato abſoluũtur,ſed mãdatorum
vinculis hic alligantur , & in alio ſeculo
ſunt liberi,& nullatenus ligati.In hoc.n.
differt brutum ab homine , quia brutũ in
principio ætatis non ligatur, ſed vbi vult
diſcurrit,qñ vero creuit ligatur. Ecõuer-
ſo de homine,qui dũ infans eſt ligat̃, ſed
non quando magnus eſt.Sic homo bruta
liter uiuens non ligatur in hoc mũdo uin
culis mandatorum Dei,ſed libere agit iux
ta uolũtatem ſuã , in fine uero ligatis pe-
dibus & manibus mittetur in tenebras ex
teriores. Sed uiuens ſ̃m hominẽ ſemper
minor eſt annis in hoc mundo & ligatur
præceptis diuinis,cũ uero creuerit in aliã
vitã,tunc non plus ligabitur ſed de eo di
cet dominus.Soluite & adducite mihi. F

Et fecerunt diſcipuli ſicut ꝑcepit Ieſus G
& adduxerunt aſinã & eũ deſuper ſedere
fecerunt. Sed quæritur vtrũ expediat prę
latis equitare mulã?Et uĩ ꝙ non. qa dicit
ſaluator ſufficit ſeruo ſi ſit ſicut dominus
eius Dñs autem ſolam aſinã aſcẽdit beſt ã
uilem humilem & deſpectam , ſufficit er-
go eis ſi ſint ſicut eorũ dominus. Rñſi.q-
dam aſcendunt mulam quibus mula fa-
cit honorem. Hii non honorant mulam,
ſed honorãtur à mula.Quia enim tales ni
hil habent uirtutis aũt doctrinæ propter
quas à popularibus quibus præſunt admi
rentur & uenerentur . oportet eos ſuper
huiuſmodi beſtias pompatice & cum fre-
nis aureis equitare . Talia enim admira-
tur premiſcuum vulgus.Iſti ſunt qui pedi
tes eſſe deberent in bello Chriſti , & ta-
men ſunt equites , quos plangit ſalomon
Eccleſia.10. Vidi(inquit) & aliud malum
ſub ſole. Vidi ſeruos ambulantes in eqs:
i.cum magnis pompis.& principes.i.Chri
ſtum & apoſtolos ambulare ſuper terrã:
Alii ſunt qui mulas aſcendunt, qui mulas
ſuas honorant eo quòd perſona digna ſit
honore propter uirtutes., & doctrinam.
Honor



Honor enim pręmium eſt virtutis.4.Ethy
co.Inde dicitur ſecundo,ꝙ licet dominus
eorum mulam non aſcenderit,licite poſ-
ſunt eam aſcendere,dum tamen põpa ab
ea auferatur ne uideatur illud impletum.
Apoc.14.Sanguis aſcendit vſq; ad frenos
equorum eorum.i.ſanguis pauperũ q de-
berent viuere de ſuperfluo patrimonii Xp̃i
pendet in frenis equorũ eorũ. Licet enim
dominus mulam nunquam aſcenderit,nõ
propterea hoc a ſuis ſucceſſoribus denega
tur.Qui enim bene præſunt duplici hono
re digni ſunt, & vt neceſſitati ſuæ occurra
tur,& honeſtas obſeruetur. Dicitur tertio
ꝙ p̃lati non dehoneſtarentur ſi aſcende-
rent aſinum ſicut & Xp̃s qui erat pauper
& in ueſtibus deſpectus & tñ ſic fuit ho-
noratus.Sic & ſancti uiri qui ſuam domãt
carnem,aut qui populum docent etiã ſe-
dentes ſuper aſinũ materialẽ maximo hñr
honori . Axa. n.ſedẽs ſup aſinã à p̃re ſuo
impetrauit qđ voluit irriguũ inferius . ſ. &
ſuperius.Nec ĩhonorati ſunt filii Gedeo
nis ſedentes ſup pullos aſinorũ. Et forſi-
tan ſi aſini equitatus eſſet in vſu cõmuni
non reputaretur uilis, ſicut videmus mo-
do nobiles groſſis & griſeis pãnis ĩdutos,
& hoc ingenuũ reputant . Tunc adim-
pletũ eſt quod dictum eſt per prophetã di
centẽ.Dicite filiæ ſyon. Filia ſyon eſt ec-
cleſia militans,q̃ eſt filia hieruſalem quę
ſurſum eſt mater noſtra. Aliqñ uilla quę
ex ſe debilis eſt fortis eſt rõe caſtri qđ ſu
per eã eſt à quo defenditur . ſi tñ gratiã
eorũ hẽat q in caſtro ſunt ſi uero ei inimi
ci ſunt tunc timendũ eſt ei. Sic licet eccle
ſia militãs ex ſe debilis videatur,fortis ẽ
ſi grãm hẽat triũphantis.Si uero eã offen
deret multũ ei timendũ eſt. Iudith.5.Si eſt
aliqua iniquitas eorũ in cõſpectu Dei a-
ſcendamus ad eos,qm̃ tradens tradet eos
deus eorũ tibi,& ſubiugati erũt ſub iugo
potentiæ tuæ. Si uero nõ eſt offenſio po-
puli huius corã deo ſuo,ĩnõ poterimus re
ſiſtere illis, qm̃ Deus defendet eos.Et ita
militans eccleſia multum debet captare
gratiam triumphantis exhibendo reuerẽ
tiam locis ſacris, temporibus ſacris , legi
Dei,miniſtri eius & pauperibus ſubuenẽ
do. Ecce rex tuus venit. Sed ad quid ue
nit iſte rex ?Nõne ad capiẽda vel rapiẽda
bona tua?Non.Sed uenit tibi.i. ad utilita
tem tuam. Sed utrum terribilis & ſitiens
ſanguinem?Non.ſed manſuetus. Sed utrũ
cum magis curribus & equitibus ? Non,
ſec pauper rex , cuius pauper natiuitas ,
pauper familia , pauper uictus, pauper e-
quitatus,paup ornatus,quia ſolum ueſti-
bus diſcipulorum ornabatur aſina , quas
(ut inquit Bernar.)non puto fuiſſe de pre
cioſioribus regionis. Et mirabile eſt H
quòd iudæi ad huius prophetiæ lucernam *Chriſtus.*
non ſunt illuminati ut cognoſcerent Chri *Quo de-*
ſtum eſſe meſſiam quem expectant . Nar *cepti ſũt*
rat Petrus uenerabilis in libro contra er- *iudæi ſuũ*
rores iudæorum quòd quidam rex in afri *meſſiã ex*
ca contra regem Marroch cum multitu- *pectãtes.*
dine afrorum de ſecta maumeti inſurre-
xit ſemper equitans ſuper aſinum, uel aſi
nam,qui multotiens in præliis ſuperauit
regem Marroch.& ſic ſedebat ut ſtultum
populum iudæorum qui in illis partibus
erat ſibi conciliaret. Vnde & rex aſino-
rum uulgo appellatus eſt.Et cum huius fa
mam iudæi accepiſſent,ſtatim animos in
ſpem erexerunt,& plures ex ipſis regem il
lum ſuum ( quem ſuper aſinum aſcenſu-
rum propheta prædixerat) ueniſſe dixe-
runt.cum tamen ille immitis & nefandus
hominum occiſor eſſet, nec de terra, nec
de regno quondam iudæorum nec de eo-
rum ſtirpe proceſſiſſet . Ecce quam longe
proiecti ſunt a facie Dei, qui nullo cuiuſ-
piam labore credunt quæ uera ſunt . &
tam leuiter ſequuntur quæ falſa ſunt. Sũt
enim ſerui Abrahæ expectantes cum aſi-
no id eſt ſenſu aſinino , & ſuperficiali A-
braham reuerſurum a monte. id eſt ſuum
meſſiam uenturum. Pſalm. Expectabunt
onagri.i.onera legis gerentes in ſiti ſua.

In ſecunda parte uidendum eſt quomo
do receptus eſt dñs, & qui & quales ei ob-
uiam proceſſerunt.Tres autẽ ſtatus Chri
ſto obuiant offerentes ei unde uiuũt.Qui
de artificio uiuentes ſunt , per offerentes
ueſtimenta & proſternentes in uia ſignifi-
cantur.Simplex populus in uia ſeculi hu-
ius de ſuo opere Deo offert , ut eidem de
operibus miſericordiæ interroganti reſpõ
dere poſſit . Sunt tamen aliqui qui ueſti-
menta ſua non debent ei offerre , quòd ſi
offerant non acceptabuntur,quia compo-
ſita ſunt de pellibus luporum propter ra-
pinam & uſuram. Alii faciunt ueſtimen-
tum bigarre uel bipartitum,ex agno ſcili
cet & lupo.qui dum quibuſdam dant ele

moſynam ab aliis rapiunt, contra illud Leuit. decimonono. Veſte quę ex duobus contexta eſt non induaris. Et ſic uidetur in eis impletum illud Eſaiæ vndecimo. Habitabit lupus cum agno.

F Et ſi quæratur quare ſicut honoratur crux, quia in ea Chriſtus cruciatus eſt, cur etiam non aſina, in qua ſedit gloria? Si adoratur tormentum, cur non adoratur gloriæ ſuæ inſtrumentum? cum etiam populus uiſus ſit cum honorare ponendo ſub pedibus eius ueſtimenta ſua. Dico q́ honoratur crux non aſina propter duo. Primo, quia crux appropriata eſt myſterio redemptionis noſtræ tanquam inſtrumentum ipſius redēptionis, propter quod ſupplicium crucis per Conſtantinum magnum ſtatim interdictum fuit. Ideo ſicut gladius Dauid quo Golyam occidit multo tempore ſeruatus eſt honorifice in tabernaculo domini, ſic crux Chriſti illo gladio deſignata. Non ſic autem de aſina quæ ſolum fuit inſtrumētum ad honorem terrenum ſuſcipiendum De quo parum curandum eſt. Secundo, quia exinde faciliter poſſet error generari. Non enim colitur crux tanquam lignum, quia nullus ibi diceret aliquid eſſe diuinum, ſed in ea colitur Chriſtus crucifixus, cuius crux eſt memoriale. Non ſic aſina quæ aliis officiis occupatur, quæ cum ſit aliquod vitale, facilè crederetur ibi eſſe aliquod diuinū. Sicut & in vitulo aureo loquente crediderunt filij Iſrael. Secundo obuiant Chriſto cedētes ramos de arborib. Hij ſunt nobiles, q́ viuētes de ſuis feudis branchias de feudis & terris ſuis Deo & eccleſiæ obtulerunt, & cum ramis eorū ſe vſque ad terram proſternentes, homagium faciunt Deo. Radix ſiquidem vilis quæ arborem nutrit uili loco ſita, eſt populus ſimplex mecanicis operibus deputatus omnem rempublicam ſuſtinens. Rami ſunt nobiles, qui peroptimum radicis fructum omnē fere percipiūt. Quod enim habet radix ad ramos mittit. Sed quomodo ierunt primo ſimplices obuiā Chriſto cum tamen nobiles ægre ferunt eos ſibi præferri? Reſponſio. Scriptum eſt. Erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi. Ad Deum autem non itur greſſibus corporis, ſed greſſibus mentis. Si greſſibus corporis iretur, forſitan nobiles eſſent primi, quia per terrenā ſapientiam optime ſciūt dirigere greſſus ſuos, & mouentur obuiā ire Chriſto, & vtplurimum venire nolunt terrenis occupati. Cito enim properat pauper inuitatus ad prandium diuitis, tarde aut nunquam diues. Tertio obuiant pueri Hebræorum cantantes, per quos eccleſiaſtici deſignantur occupati in laude Dei, & qui uelut pueri modico debent eſſe contenti, cuius tamen oppoſitum experimur, quia magis ī ædificiis apparatu, & conuiuiis quàm ceteri excedunt, ac ſi habeant hic ciuitatē manentē & nō ī futuro. Hij poſtremi obuiāt Chriſto vt dicant ſm prouerbium. Prope eccleſiam & longe à Deo Illi clamabant oſanna filio Dauid. Sic iſti prædicare debent ſalutem populo vbi de terrenis ſollicitantur. Pſal. Poſuerunt in cœlo os ſuum cantantes ſcilicet oſanna, ſed lingua eorum tranſiuit in terra loquendo de terrenis negociis & commutatione beneficiorum, & ſic in cantu multum diſcordant ab illis, quia lubrici rauce cantāt eo quòd ſunt leproſi, & ſimiliter auari, quia fiſtula eorum plena eſt terra. Diſcordant enim à Deo in uita, & moribus, ita ut Chriſtus ſit ſicut viellator, cui deterius eſt in domo propria, quàm in aliena.

*Aſinus. Quare n̄ adoratur aſinus ſicut crux.*

*Sermo quartus unde ſupra. & in ordine centeſimouigeſimoquinto.*

ITe in caſtellum quod contra uos eſt. Matth 21. Duplex inuenitur caſtellū, magnum ſcilicet & paruum. Magnum eſt mundus, de quo Luc. Circuibat dominus ciuitates & caſtella. In quo triplex inuenitur contrarietas. Prima bonorum contra bonos. de qua Dani. decimo. Princeps Perſarum reſtitit mihi. Sic boni uarie opinantur & contrarie, ut Paulus & Barnabas, Ioannes Criſoſtomus & magnus Epiphanius Lucæ vigeſimoſecundo. Facta eſt contētio inter diſcipulos domini Ieſu. Et licet quo ad media diuerſi diuerſificentur ad vnum tamē beatitudinis finem tendūt. Secunda eſt malorum contra malos. Prouerbiorum decimotertio. Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt. Iunguntur enim ſicut vulpes Sampſonis per caudas, quia ad malum tendunt, ſed diuerſis viis, immo ſibi ipſis contrariantur. Prouerbiorum. 1. Ipſi contra ſanguinem ſuū inſidiantur, & mol-

liuntur



liuntur fraudes contra animas ſuas. Tertia eſt malorum contra bonos, & econuerſo quæ ab exordio mundi vſque ad finem durabit. de qua Eccleſiaſt. trigeſimotertio Contra malum bonum, & contra vitam mors, ſic contra virum iuſtum peccator. Animalia diuerſarum conditionum ſemper inter ſe compugnant, ut lupus contra [...]em, & elephas contra draconem. ideo mali ſemper reſiſtunt Deo. Pſal. Fiant cōtra dominum ſemper, & diſpereat de terra memoria eorum. Et iterū. Irritat aduerſarius nomen tuum in finem, quia in finē diſperduntur blaſphemando, contra quos mittit ſanctos viros dicens. Ite in caſtellū quod contra nos eſt. Sed paruum caſtellū fuit ſanctiſſimus vterus Virginis Mariæ. de quo Luc. 10. Intrauit Ieſus in quoddā caſtellum. Ibi repoſitus eſt theſaurus altiſſimi, quem ut habere poſſimus, ad ipſum caſtellum confugiamus dicentes. Aue.

In hoc themate tria notantur. Primò iubet dominus quærere aſinā, cū dicitur. Ite Secundo caſtellum, id eſt Hieruſalem quam turba multa ingreditur, cum dicitur in caſtellum. Tertio ei contradicitur, cū dicitur contra nos eſt. Circa primū dn̄s cum appropinquaret Hieruſalem, & ueniſſet in Bethſage miſit duos ex diſcipulis ſuis dicens. Ite in caſtellum quod contra vos eſt. Et ratio eſt, quia audiui uituperationē multorum commorantium in circuitu. Commorantur enim in Hieruſalem Deus & angeli p̄s. Mōtes in circuitu eius, & montes in circuitu populi ſui. & dæmones iuxta illud p̄s. In circuitu impij ambulant. qui dicūt dn̄o illud Tren. 1. Facta eſt in Hieruſalem quaſi polluta menſtruis inter eos, & dominus iterum accuſat eos dicens. Ite in caſtellum quod contra uos eſt ibi inuenietis aſinam alligatam. i. ibi non inuenietis niſi beſtialiter uiuentes. Sed quæritur cū Hieruſalem eſſet ciuitas tunc maxima, ut eam diceret Ioſephus triginta quatuor ſtadiorū circuitū habere, quare eam nomine caſtelli uocat dominus? Primo, quia Hieruſalem eo tempore conuenienter dicta eſt ciuitas quo ibi conueniebant proprietates ciuitatis. Propter quatuor autē dicitur aliqua habitatio eſſe ciuitas. Primò cōiter dicitur ciuitas quā habitat pontifex, & merentur nomen perdere ciuitatis, qui ſuū præſulem interficiunt & quia hoc fecit ciuitas Hieruſalem de Chriſto, qui dicitur pontifex futurorū bonorum, ideo non immeritò nomen ciuitatis perdidit. Secundo quia ſm̄ Ariſtot. 3. politicæ. ciuitas dicitur quaſi ciuium vnitas, in qua eſt ciuium multorum habitatio in vnitatem politiæ, ergo ubi non eſt vnitas ſed diſſenſio inter ciues, non eſt ibi ciuitas. Et quia in Hieruſalem erat diſſenſio maxima circa Chriſtum. alij enim dicebant, quia hic eſt Chriſtus, alij non, ſed ſeducit turbas. Et iterum alij dicebāt, quia non eſt hic homo à Deo, qui ſabbatū non cuſtodit. alij q̄uo poteſt homo peccator hæc ſigna facere, & ſciſma erat inter eos, & quia res magnę per cōcordiam creſcūt, per diſcordiam ad nihilum deueniūt. ideo ciuitatis loco eam caſtellum appellat. Vn̄ ſm̄ Ariſtot. 3 politicæ. Ciuitas fit altera, q̄n mutata eſt politia. Eſaiæ. 1. Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis? & hoc ꝓpter iniuſtitias eius. Sicut. n. chorea nō eſt eadem quando mutatur modus mouēdi ad ſonum organi. vt dicit Ariſtoteles ibidem: ſic quando mutatur regimen politiæ non manet eadem ciuitas, quamuis ſunt ijdem homines. Sicut in religione q̄n principalia ſtatuta non ſunt obſeruata, nō eſt amplius illa religio, licet maneat idem habitus, ſic quando regnum in tyrannidē mutatum eſt, licet maneat nomen regis, & regni. Seneca. lib. de clementia. Tyrannus à rege diſtat factis non nomine. Et quia Hieruſalem erat mutata iuxta lamentum. Eſaiæ iam dictū. Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis plena iudicio? iuſtitia habitauit in ea, nunc autem homicidę. nec erat Chriſti uxor, quæ ſuum maritum interemit, quæ ſecundum decreta ad matrimonium iterum reſumi non poteſt. propter quod repudiata eſt ſinagoga. Tertiò, quia ſecundum Ariſtot. 3. politicæ. Ciuitas eſt communitas hominum liberorum. 1. Macha. 10. Hieruſalem ſit ſancta & libera. ideo vbi homines ſerui ſunt, non eſt dicēda ciuitas. In Hieruſalem autem erāt omnes ferè ſubditi auaritiæ, & peccatis. Ioan. octauo. Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Et tertio politicę. Ciuitas non eſt ad uiuendum, ſed ad bene uiuendum ordinata, aliter eſſet beſtialium communitas, & omnem talem cōmunitatem oportet habere curam virtutis. Et quia hoc nō inueniebatur

uenicbatur

ueniebatur in ciuitate Hieruſalem. ſed magis beſtialitas. Iuxta illud. Inuenietis ibi pullum & aſinam. ideo nomine ciuitatis appellari non debuit. Quarto quia ſecundum Ariſt. 6. politicæ. Ciuitas non debet ex baſtardis ſeu ſpuriis conſtitui tunc enim non eſſet ciuitas, ſed ciuitatis diſſolutio. Sed Chriſti teſtimonio hæres eijciebatur extra ciuitatem ab adulteris de quibus dicebat Luc 22. Generatio praua, & adultera, ideo nõ nomine ciuitatis ſed caſtelli eam appellat. Inuenientis aſinam alligatam & pullum cum ea. Per aſinum peccator intelligitur. Primo quia aſinus eſt animal pigrũ, ſic peccator. Vult enim & non vult piger. prouer. 13. Vult eſſe bonus, & non vult viuere ſicut bonus. Vult enim vt balam mori. qui dicit. Num. 23. Moriatur anima mea morte iuſtorũ, ſed nõ vult viuere vita iuſtorum. Qui bene vult mori, bene uiuat. Secundo quia aſinus primo eſt pulcher, poſtea deformis, quia quantum peccator creſcit in annis, tantum creſcit in vitiis. Tertio aſinus debilis eſt in anterioribus, fortis in poſterioribus, quia peccator debilis eſt in æternis quærendis, fortis in poſterioribus. i. temporalibus acquirendis. Sed petrus & Ioannes hunc peccatorem ad modum aſinæ & pulli ſoluunt, ſi mandatis Dei & eccleſiæ obediat. Obedierunt ſiquidem pullus, & aſina miſſis a Chriſto. Soluite & adducite mihi. Quadruplex eſt ligatio. Prima iniquitatis qua quis ligatur, obligatur, & conſtringitur peccatis. Pſal. Ipſi obligati ſunt & ceciderunt. Et iterum alibi. Pſalm. Declinantes autem in obligationes adducet dominus cum operantibus iniquitatẽ. Hæc conſtringit hominem conſuetudine peccandi. & hæc (licet cum difficultate) quandoque ſoluitur a miniſtris eccleſiæ. Hac ligatus erat Lazarus quatriduanus, & fetens ſed a diſcipulis ſolutus, & aſina ligata in Hieruſalem à diſcipulis ſoluitur. Secunda eſt ligatio ſanitatis. ps Qui alligat contritiones eorum. Et rurſum. Pſal. Ad alligandos reges eorum in compedibus. Hęc conſtringit vulnera peccatorum operibus ſatisfactionis. Hiere. 8. Nunquid reſina non eſt in galaad, aut medicus non eſt ibi? Quare non eſt obducta cicatrix filiæ populi mei? Hac ligata erat Magdalena quando capillos conuertit in terſoriũ.

D *Aſinus. Qđ pctõr p aſinũ ſignificat.*

E *Ligari. De quadruplici ligatura.*

oculos in lauatorium, os in oſculum pedum, hac etiam vulnera ſautiati a ſamaritano ligantur. Tertia poteſtatis. Math. 16. Quodcũque ligaueritis ſuper terram erit ligatũ & in cœlis. Io. 26. Qui ligat equas in nubibus id eſt in prædicatoribus ut nõ erumpant pariter deorſum, ne forte auditores maxima infirmi grauentur in immẽſum. Et hoc modo quis excommunicatione conſtringitur a uacatione illicita. hac leproſi extra caſtra ſeparantur. Hac ligatus fuit corinthius quem Paulus tradidit ſathanæ. Hac etiam quis per debitam ſatisfactionem ſoluitur. Quarta eſt gehenne qua funibus peccatorum ſuorum quiſque ligabitur. Mat. 22. Ligatis pedibus & manibus mittite eum in tenebras exteriores. Et Mat. 13. Alligabunt in faſciculos ad combureudum. & hæc conſtringit hominem immenſitate & diuerſitate pęnarum. vt præ illius grauitate dicturi ſint reprobi montibus cadite ſuper nos, & collibus operite nos, & iſta indiſſolubilis eſt, quia in inferno nulla eſt redemptio. Hoc uinculo ligatus erat diues euangelicus in inferno. Tunc adimpletum eſt quod dictum eſt per prophetam dicentem. Dicite filiæ ſyon. Ecce rex tuus venit tibi. venit tibi non uacuus. Nam ecce merces eius cum eo, & opus illius coram ipſo. Primo ſecum attulit theſaurum cęli & abſcondit illum in vaſe fictili. cœleſtes diuitias in ſacco uili. Ibi precioſus theſaurus ſanguinis & aquę quæ exierũt aperto ſacco quę fuerunt precium ſufficiens redemptionis. Theſaurum autem uocat mercedem inſinuando quòd non niſi operariis debetur. Ideo ſubiungit, & opus illius coram illo. Signanter dicit opus illius. quia ſi malum eſt nũ eſt illius nec mercede dignum, qa noſtrum eſt opus & de noſtro, ſi bonum eſt, dignum eſt mercede, & tunc eſt opus illius. Ideo Matt 20. Voca operarios, non prædicatores uel doctores. Multi prædicant, pauci operantur. Sed ſcriptum eſt. Non auditores legis uel doctores, ſed factores iuſtificabuntur, ibi enim coniungit opus mercedi & mercedem operi.

In ſecunda parte tractandũ eſt quomodo dominus Hieruſalem cum turba multa ingreditur, quia dicitur in caſtellum. Vnde ait euangeliſta. Et cum ueniſſet ad deſcenſum montis oliueti ceperũt turbæ.

Turbæ



Turbæ ſequuntur Chriſtum in deſcenſu montis, vbi qui præeunt turbis nolunt in deſcenſu ſequi. Nunquam occidit ſol ſtellis quæ mouentur prope ſolem. ſicut dicitur de lucifero qui committatur eũ ſemper. Non ſolum in aſcenſu, ſed etiam in deſcenſu non ſolum in meridie ſed etiam in veſpere. ideo lumen ſolis lucifero non occidit. Contrarium eſt de luna quę non ſemper ſequitur motum ſolis, immo quandoque ſibi directe opponitur. ideo lumen ſolis frequenter lunæ deficit & eclipſatur. Sic eis, qui ſequũtur Chriſtum nõ ſolum in aſcẽſu honoris & dignitatis, ſed etiã in deſcenſu pęnitentiæ & humilitatis non occidit ſol diuinę iuſtitiæ. Sed multi ſequuntur Chriſtum in aſcenſu dignitatis, non in deſcenſu paupertatis & pęnitẽtiæ. ideo occidit eis ſol diuinæ iuſtitię ſicut hodie apoſtoli ſecuti ſunt Chriſtum in aſcenſu honoris, qui in die paraſcheues relicto eo fugerunt in tempore anguſtię & aduerſitatis. Turbæ autem quæ præcedebant & quæ ſequebantur clamabant. Erant turbæ pręcedentes, erant turbæ comitantes, erant turbę ſequentes. Turbæ præcedentes erant turbæ humiliũ & deuotorum, qui ſternebant ueſtimenta ſua in uia ut trãſiret dominus ſuper ea. Hi ſunt qui dominum non expectant, ut in propere ſuo quærat elemoſinam, ſed præcedunt ipſum ſternendo ueſtimenta ſua. id eſt temporalia, in uia. i. in his qui tranſeunt per uiam. Præcedunt etiam dominũ ad iudicium. quia paratum eſt cor eorum ſperare in domino propter miſericordiæ opera. Secundę turbæ erant turbæ regnãtium. i. angelorum. Credendum eſt angelicam multitudinem in tali tantaq; dei laude & iamdiu a prophetis prænunciata nõ defuiſſe. Nam cum in hymno benedictio eum in laude Dei cum angeli primi nominentur & filii hominum vltimi, vbi homines magnificauerunt eum in laude, pie credendum eſt turbam angelorum non defuiſſe. Tertia turba erat inſidiantium à tergo. Hi erant iudęi qui increpabantur diſcipulos laudantes & pueros canentes. Hi impediunt bonos ne Deum laudent. ſicut Zacheum turba impediebat ne videret & contemplaretur Chriſtum & iuſtos derident & increpant. vt turba quæ increpabat cecum ut taceret. Et pueri Hebręorum clamabant dicentes. oſanna filio dauid, benedictus qui uenit in nomine domini. Cantabant enim illum uerſum Pſalm. 117 Edocti bonis parentibus. ſ. O domine ſaluum me fac. O dñe bñ proſperare, benedictus qui uenit in nomine domini.

Sed quæritur ſi pueri fuerint exauditi clamantes oſanna in excelſis. i. ſaluo ĩ cœlo? Dicitur primo quòd fuerunt exauditi. Ratio eſt quia qui bene quærit, bene accipit. Iuxta illud. Omnis qui petit accipit. Vnum quodque enim prudenter quęritur, ubi inueniri non dubitatur. In uanum .n. in igne quæritur aqua & ĩ aqua ignis. ĩ bono malum & in malo bonum in crudeli pietas & in impio fidelitas. Vnũ quodque enim iuxta naturam ſuam habet locum. Et ideo cum ſumma bonitas & miſericordia & ſalus deſurſum ueniat ab excelſis, prudenter petierunt & mentem leuauerunt, propter quod prudenter petentes diligenter acceperũt. Ex quo apparet quòd prudenter non petunt, qui oculos mentis ad cœlum non leuant. Dicitur ſecundo quòd quærebant effectum redemptionis noſtræ cum cantarent illud. Pſalm. O domine ſaluum me fac & cæ. Hoc iterum deſiderabat dauit dicens. Proſperum iter faciet nobis deus ſalutarium noſtrorum. Hoc petebant patres dicentes. Proſpere procede & regna. Et certe eos exaudiuit dominus qui in omnibns proſperr geſſit, manu inermi & cruci affixa debellans hoſtem & nos redimẽs. Eſa. 55. Proſperabitur in omnibus ad quæ miſi illum. Pſalm. Omnia quæcunque faciet proſperabuntur. Tertio reſpicit pominus ad humilitatem. Reſpexit enim in orationem humilium, propterea matutinum, & ueſpere (quæ ſunt principales horę diei) in eccleſia complentur a pueris benedicentibus Deo in ſignum quòd humilitas in oratione principaliter reſpicitur a Deo, & orationem perficit & conſummat, & etiam in ſignũ quòd in finem ſeculi dominus benedictionem daturus eſt illis ſolis q pueri erunt non ętate, quia omnes reſurgemus in uirum perfectum, ſed pueri. i. innocentes. In primo enim aduentu pueri benedixerunt domino in fine uitæ ſuæ, & ipſe in fine ſeculi eis benedicet. Tunc enim non erit perfecta decoraque laudatio, non erit chorus perfectus, niſi pueri

ad

ad cantum in albis appareant. Dicitur quarto quòd pueri exauditi ſunt, quia (ſicut quærebatur) in cęlo ſalus & pax facta eſt. ut tunc ceſſaret dominus dicere illud propheticum. Eſaię. 34. Inebriatus eſt in cœlo gladius meus. Qui enim de throno ſuo immittebat voces, fulgura, & tonitrua terribilis in conſiliis ſuper filios hominũ hodie mittit inter pueros apparuit, & qui dicebat. Longe a ſalute mea uerba delictorum meorũ. i. eorum qui mei ſunt, hodie clamat. Pater ſaluifica me ex hac hora. Neque enim pro perſona ſua ſalutæ indigebat, qui omnium ſalus erat & redemptio, ſed pro his qui membra eius erant, & exauditus eſt pro reuerentia ſua, quando hodie vocem paternam audiuit, & clarificaui te & clarificabo. i. clare manifeſtaui per opera tua miſericordiam meam humano generi. & iterum hoc faciam. Inde dominus ſubdit. Non propter me vox hęc venit, ſed propter uos. i. propter ſalutem ueſtram. In tertia parte uidendum eſt quomodo cõtradicitur, & repugnatur domino cum dicitur, quod cõtra vos eſt. Poſitus eſt enim (ſecundum Simeonis prophetiam) in ſignum contradicetur. Contradixerunt ei. nam videntes principes ſacerdotũ & ſcribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamãtes in templo oſana filio dauid, indignati dixerunt ei. Audis quid iſti dicunt? Ieſus autem dixit eis. Vtique. Nũquid legiſtis qui ex ore infantium, & lactantiũ perfeciſti laudem? Angeli in ortu ſolis laudem inceperunt, pueri in occaſu perfecerunt. Primo Angeli cõfeſſi ſunt eum ſaluatorem mundi dicentes. Natus eſt uobis hodie ſaluator. Secundo vtilitatem aduentus eius cecinerunt dicentes. Gloria in excelſis Deo &c. In quo cũ Angelis conuenerunt pueri. In primo cum dixerunt oſana prædicantes eum mundi ſaluatorem. In ſecundo dicentes pax in terra, gloria in excelſis. Sed in hoc Angelos excellerunt primo ſuo cantico, quando regalem eius dignitatem, & nobilem eius originem cantauerunt dicẽtes. Oſanna filio dauid. Secundo quod in eo debebat incipere regnum dauit æternum dicẽtes. Benedictũ qui uenit regnũ dauid patris noſtri. Tertio quia in plena die in magna ciuitate, vbi Angeli nocte & ĩ paruo oppido illud cecinerunt. Quarto quia inter inimicos ſuos laudabant eum, vbi angeli ſolum inter amicos & paucos, nec tũc ſilebat ĩfantia vbi ſilebat matura ętas. Nihil enim timet innocẽtia, vbi mala tremit cõſciẽtia de ſe putans omni dici, ideo ſubiungit in verſu propter inimicos tuos ut deſtruas &c. Fremebant enim ex hoc inimici, non habentes quid in facie eos erudienti dicerent. Videbant enim infantes veritatem, quam docti cecati per inuidiam non uidebant. Secundo contradixerunt veritati doctrinæ eius. Vnde cum diſcipuli prædicarent eum regem Iſrael, quidam ex phariſeis indignati dixerunt. Magiſter increpa diſcipulos tuos, & hoc moti inuidia ſimiles bufoni qui non poteſt ſuſtinere odorem vitis, ſic nec iſti laudes aliorum. Turbabantur enim quia pueri prędicabant eum benedictum, iſti enim peccatorem eum dicebant. Ioann. 9. Nos ſcimus quia hic homo peccator eſt. Illi dicebant eum ueniſſe in nomine domini, iſti non reputabant eum a deo miſſum. Ioan. 9. Non eſt hic homo à deo. Illi dicebant eum regem, iſti reputabant eum ignobilem. Mar. 6. Nonne hic eſt filius fabri? Reſpondet dominus. Si hi tacuerint, lapides clamabunt. Et vere quando tacuerunt in die paſſionis, ſciſſi lapides clamauerunt. Si tacuerint maiores, vt prælati, uel doctores, lapides contra eos clamabunt in iudicio. i. obſtinati qui forte ex eorum doctrina de lapidibus facti fuiſſent filii abrahę. Tertio contradicitur auctoritati & poteſtati eius. Vnde ingreſſus hieroſolimam uenit in templum & poſtea eiecit uendentes & ementes, oſtendens quòd primo oportet quærere regnum dei pro ſeipſo. deinde circa alios laborare. & primo inſtituere eccleſiam Dei, deinde auariciam ſacerdotum, propter quam ruitura eſſet Hieruſalem flagello eijcere, quia primo oportet habere bonos qui ſuſtentent eccleſiam deinde malos abiicere. Vnde dixerunt ei principes & phariſei. In qua poteſtate hæc facis? In quo apparet ꝙ ſemper veritati contradicitur, & quòd ut plurimum nubes ſe obiicit lumini & feneſtra diei ſæpè clauditur ut homo dormiat in peccato ſuo. Quarto contradicunt iudæi uitæ eius quærentes eum occidere. Vnde dicunt. Videte quia nihil proficimus (ſupple) niſi occidamus eum quem etiã omiſſi ue



occidere curabant, quia hoc die cũ gloria mundana receptus eſt, poſt miracula, & ſanitates quas fecit vſq; ad veſperã laborans, non eſt ut comederet panẽ à quoquã inuitatus, ſed in Bethaniam cum diſcipulis ſuis receſſit cenaturus. vnde Ambro. Paſce fame morientem, ſi non pauiſti, occidiſti. Cauſa aũt quare non inuitauerunt eum eſt duplex. Vna propter mandatũ qđ dederant principes. Ioã. 11. Secunda, quia nemini illo die adulatus fuerat. vnde glo. ſuper illo mat. 21. Quia nulli fuerat adulatus, nullus eum ſuſcepit in domum ſuam. Menſę. n. Pharaonis & Aegyptiorum, & cubilia eorum plena erant ranis. i. adulatoribus garrulis Exod. 8. Maxime quia illo die eiecerat vendentes de templo. & ſic cõfuderat ſacerdotes propter oblationes, & mercatores & vſurarios Burgen. ideo non eſt ad eorum menſas uocatus. Non eſt tamen intelligendum ꝙ dñs oſtiatim mẽdicauerit, ſicut quidam uoluerunt dicere. ſed cum dignus eſſet operarius mercede ſua, vndiq; circunſpiciebat ſi quis ꝓ labore ſuo ſolum victum tribueret, quanquã ſciret illud non eſſe facturos. Quòd ſi dicat quia dominus dixit, ego autem mendicus, & pauper ſum. Reſpondetur ꝙ fuit mendicus mendicitate ſpirituali mendicans, & zelans ſalutem animarum, de qua mendicitate dicitur Apocal. 3. ego ſto ad oſtiũ, & pulſo. Si quis aperuerit mihi intrabo, & cenabo cum illo.

*Sermo 5 unde ſupra. & in ordine* 126.

INuenit aſellum, & ſedit ſuper eum. Io. 12. Laudetur Deus, ꝙ euangeliſta Ioãnes non omiſit hanc dñi Ieſu inuentionẽ ſcribere. ſ. aſelli. A principio mundi non fuit talis inuẽtio ſicut aſini, ſuper quẽ dominus ſedit. non dico aſini qui rudit, qui litteralis & figuralis eſt, ſed aſini loquentis. de quo ps. homo cum in honore eſſet, non intellexit. comparatus eſt iumẽtis &c. qui quidem aſinus ſemel inuentus in orto paradiſi in deuaſtatione, ubi omiſſis bonis fructibus pungitiuos cardones comedit, percuſſus & verberatus à dño ſuo ſic in fugam conuerſus eſt, ꝙ per idolatriã & ignorantiam fugiens in viam perditionis tendebat quouſque placuit diuinæ maieſtati in incarnatione ſua noſtrum aſinum inuenire qñ in vtero virginis noſtram humanitatem aſſumens ſuper eum ſedit. iuxta illud. ps. Illic ſederunt ſedes in iudicio, quia ſedes maieſtatis diuinæ. ſ. corpus ꝙ anima illic ſederunt ad iudicandum pro natura humana. & iuxta illud Eſaię. 19. Aſcendet dñs ſuper nubem leuem, & mouebuntur omnia ſimulachra Aegypti. i. deſtruetur omnis idolatria. Hoc autem totum factũ eſt in aſcenſorio Virginis. de quo Cant. 3. Aſcenſum eius purpureum media charitate conſtrauit propter filias Hieruſalem. Si ergo aſcenſorium illud media charitate conſtratum eſt propter filias Hieruſalẽ. i. animas deuotas, ſi deuoti fuerimus, quod noſtrum eſt (charitatem ſcilicet) ab ea quæramus dicentes. Aue. B

Circa thema dicemus. Primò quõ dñs aſcendit ſuper aſinam corporaliter. Secundo quõ ſpiritualiter. Primo igitur cũ appropinquaſſet Hieruſalẽ & ueniſſet Bethfage miſit duos ex diſcipulis ſuis dicẽs. Ite in caſtellum quod contra uos eſt, & inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea. Per aſinam populus iudaicus intelligitur ſubiugalis erat, quia ſub iugo legis. Pullus uero effrenis & ſine lege gẽtilis populus. hanc aſinam (ſcilicet iudæam) ligauit ad ſeipſum, qui eſt uitis vera. quia per ſe ipſum iudæos cõuertit, & ſibi (qui vera vitis eſt) vinculo fidei & charitatis alligauit. Matt. 15. Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. Pullum uero ad vineam ligauit. i. non immediate ad ſuũ ſtipitẽ per ſe, ſed per apoſtolos. Lauit uino ſtolam, qñ ſanguine paſſionis perfudit carnem, & ſanguine vuæ pallium ſuum. i. ſanctam eccleſiam qñ eam lauit in peccatis ĩ ſanguine ſuo. Sed ubi præcipue inuenitur iſte pullus & aſina? Dicitur ꝙ alligati ſũt ad præſepe ſacrę ſcripturę, quę uacua eſt. niſi ſit intelligens eam. prouer. 14. Vbi nõ ſunt boues præſepe uacuum eſt. Ibi accubat lupus cum agno, & pardus cum hedo. ibi ſuperbi, qui ſcientia inflantur, & humiles reficiũtur, ibi caſti & lubrici, ibi leo & bos comedent paleas. Populus gentilis ꝑ leonem, & iudaicus per bouem, qui iugũ portat, deſignãtur. Leo uero ĩdomitus eſt ſicut erat populus gentilis tunc Ita de eis ſcribitur. Io. 10. Ingredientur & egredientur, & paſcua pro plebe ſcilicet inuenient ſupple doctores. Illic n. apponitur eis fenum uel palea literæ, & annona ſpũalis intelligẽtiæ. Ibi inuenietis aſinam alligatã, & pul-

*Aſinus. Qđ p pullũ et aſinã intelligunt populus gẽtilis, et iudaicus.*

& pullum cum ea, iudæum ſcilicet & gentilem populum. Sed aſina tm̄ comedit paleam, pullus vero paleā & annonā. Soluite & adducite mihi. In quo arguuntur q nō miſſi ſe audiēdis confeſſionibus ingerūt. Nō.n. ſoluerūt apoſtoli aſinā & pullū niſi miſſi. Vnde & Luc. 19. dr̄ eis. Quid ſoluitis pullū? Vnde & multi murmurāt qn̄ uidēt tales ſibi huiuſmodi officiū uſurpātes. ſed īmunes ſunt à crimine ſi ſunt miſſi ab eo qui ptātē hēt. Nec hoc p̄ſumpſerunt apoſtoli, donec dedit eis ſpirituū immundorū ptātem. Lu. 10. Ecce dedi uobis poteſtatē calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper oēm poteſtatē inimici. Serpētes peccata carnalia ſunt. Gen. 3. Super pectus tuū gradieris. Alia littera habet pectore & uentre repes. Scorpiones vitia ſunt ſp̄ūalia. Scorpio.n. cauda pungit, quia qui vicit carnalia peccata ſæpe ſp̄ūalibus ſuccumbit. prout ſignificatur in Eleazaro, q iuit ſub pedibus elephantis, & ſuppoſuit ſe, & occidit eum, & cecidit in terra ſuper ipſum & mortuus eſt. 1. Macha. 6. Hoc uitiū maxime clauſtralibus & uiris ſp̄ūalibus inſidiatur, qđ ſignificatur in ſcorpione q depingitur ſignum celeſte. quia ſupbia natione celeſtis eſt, q̄ ſp̄ūalium mētes inhabitans latitat in cinere, & cilicio.

C *Aſinus. Qđ Xp̄s ſup aſinā ſedere debuit.*

Et ſuper aſinā ſedit. Arguitur q ibi ſedere non debuit, quia per aſinā ſtultorum pigritia in ſcripturis deſignatur. Vn̄ p̄ceptum eſt. Deut. 22. Non arabis in boue ſimul & aſino. Ac ſi diceret. Fatuos ſapientibus in prædicatione ne ſocies, ne per eum qui implere hanc rē non ualet, & illi qui p̄ualet obſiſtas. Cū ergo oīs Chriſti actio nr̄a ſit inſtructio, qſo aſinū figuratiuū huius ſibi qui ſummus erat prædicator adiūxit. R̄ndetur primo, quia Iob. 1. Boues arabāt, & aſinæ paſcebātur iuxta eos, qa prudentibus coniuncti tardiores eorū intelligentia paſcuntur. Secundo dr̄ q per aſinū intelligi pōt qui aliorum neceſſitates ſuſtentat. Iob. 24. Aſinum pupillorū abiecerunt. Eſt n. aſinus electorū qui terrenis deſeruiēs deportat onera uſibus hominum. Tales ſunt elemoſinarij ſuper quos inſidet Chriſtus. Tales coiungi debēt p̄dicatoribus ad victum eorū ſuſtentandū. & in tali aſino cū boue arandum eſt. Qui.n. dederit aquā in noīe prophetæ, mercedē prophetæ accipiet. Dr̄ tertio, q dn̄s potens eſt de aſino bouem facere, ſicut de lapidibus filios Abrahæ. Sic de apoſtolis q erāt quaſi aſini. i. cogniti viri idiotæ & ſine lr̄is, quos lr̄atos & boues ad arandū in eccleſia conſtituit. Sedit aūt ſuper aſinā & pullū filiū ſubiugalis, ut aperte inſinuaret, q magnificētia huius mūdi aſina eſt ſubiugalis & qui ſedet in ea aſinus eſt ſubiugalis. Primò pp uiliſſimā ſeruitutem ſolicitudinū mundi huius, quia ex quo ſuper plures ambitioſus ſatagit dn̄ari, eo neceſſe habet pluribus ſubiugari. Habent.n. anguſtias tanquam pillulas ſibi cordiales. & neceſſe eſt eas maſticare cū amaritudine nimia. Iob. 17. Cogitationes meæ diſſipatæ ſunt torquentes cor meum. Quia.n. non ita cōtingit ſicut cogitant torquent̄. Secundo ſubiugalis ad portādū onus multitudinis peccatorum. p̄s. Aſcendunt uſq; ad cœlos per honorem, & deſcendunt uſq; ad abyſſos p grauium peccatorū multiplicationē. & rationē ſubiungit, quia anima eorum in malis tabeſcebat. i. in peccatis reſoluebatur. p̄s. Turbati ſunt & moti ſunt ſicut ebrius, & oīs ſapientia eorū deuorata eſt. ſ. naturalis, moralis, & ſp̄ūalis deperdita eſt. Tertio pp fatuitatē ipſius. Eſt.n. aſinus animal ſtolidū. Cōiter.n. qui in honore ſunt infatuantur. p̄s. Homo cū in honore eſſet, non intellexit qualis fuit, qualis eſt, & qualis futurus ſit. ideo cōparatus eſt iumētis inſipientibus. ecce infatuationē. & propterea ſequitur. Hæc uia illorū ſcandalū ipſis, qa talis honorata & infatuata uita eſt eis occaſio ruinæ Hanc mundi magnificentiam dn̄s ſtolidā oſtendit, cum ſuper ſtolidum aſinum aſcendit. Vt adimpleretur quod I dictum eſt per prophetam dicentē Exulta ſatis filia Sion. Ne quid nimis, & ne quid parum. ideo dicit. ſatis exulta. Non parum vt deſperantes, non nimis ut præſumētes, ſed ſatis vt ſperantes cum tremore. Pſal. Seruite dn̄o in timore. Greg. Spes ſine timore luxuriatur in præſumptionē, timor ſine ſpe degenerat in deſperationē. Inde ſubdit. Ecce rex tuus uenit tibi manſuetus & pauper &c. Primo uenit tibi. i. ad utilitatem tuā, nō ad quærendum quæ ſua ſunt. Nihil vtilius pupillo quàm q habeat bonum tutorem, ceco q bonum ductorē, diſcipulo q bonum doctorē. Secundo uenit manſuetus, quia ſuper aſinam, vt oēs ad illum regem facilem haberent acceſſum.

Ad



Ad ſedentem enim ſuper aſinū magis quā ſuper equum terribilem, facile poteſt quiſquis accedere, & audacter poſtulare. Tertio pauper ut paupertate delectaret humanum genus. ſi rex induatur burello griſeo delectantur & milites ſimili indumento, & in eo gloriantur. Vtinam ſic eſſent moderni milites Chriſti, ut conſideratis omnibus quæ hoc tēpore pro nobis ſuſtinuit illud etiam ſuſtinere reputarent gloriam & dicerent in corde ſuo. Volo dn̄e uituperium tuum ſit honor meus, labor tuus ſpaciamentum meum, dolor tuus gaudiū meum, nuditas tua ueſtimentum meum, anguſtia tua ſolatium meum, fel tuum refectio mea, paupertas tua diuitiæ meæ, acetum tuum ypocraticum cordi meo, opprobrium tuum gloria mea, & gloria tua hodierna exemplum meum & inſtructio mea. Quarto humilis ſedēs ſuper aſinam. Eſt enim fatuum animal cardonibus & pūgitiuis contentum neminem diiudicans, vt nobis humilitatem commendamus, & vt ſtulti ſimus propter Chriſtū apud mūdum, quia ſapientia mundi ſtultitia eſt apud Deum, ſicut humiles paucis ſunt contenti habentes alimenta, & quibus tegantur. 1. Thi. 6. Et quibus amara dulcia ſint, & dulcia amara. Quinto inter reges ſumme pacificus. Vnde ſequitur in textu. & diſperdam quadrigam ex Effraym, & equū de Hieruſalem, & diſſipabitur arcus belli. Quis iſte tam pacificus, qui in aduētu ſuo diſperdat quadrigam ex Effraym? Quem regem adeo florentem & ſecurū in regno ſuo inuenire poteris, vt præ multa pacis ſecuritate quadrigas & equos abijciat, & arcum belli. i. omnia inſtrumenta bellica contemnat. Nec enim de aliquo rege pacifico hoc inuenies, immo nec de ipſo pacifico Salomone, qui non ſolum quadrigas, equos & arma bellica quæ reperit in Hieruſalem non abiecit, ſed potius in immenſum adauxit. Sexta conditio loquitur pacem gentibus & poteſtas eius à mari vſque ad mare, quòd erit omnium dominator, & tamen pauper paupertate ſuper aſinam coactus aſcēdere. Et hoc ideo eſt, qa in dignitate mundana ſiue eorū qui mundū diligunt, & non quę Dei ſunt, duo ſunt ſcilicet ſtatus & actus, ſtatus habet multa emolumenta & diuitias, actus uero & exercitiū ipſius ſtatus multa onera, & quāto ſtatus eſt maior, tanto cōiter habet maiora emolumenta, & actus & exercitium maiora onera. Nō ergo mirū ſi dn̄s eſt pauper, & pauci volunt eum ſequi, quia onera ſuſcepit & de ſtatu non curauit. Nos autē libenter ſtatum accipimus cum emolumentis, & actum dimittimus cū oneribus, ideo diuites ſumus mundo, pauperes autē Deo. Sic Nabuzardā princeps coquorum qn̄ deſtruxit tēplum Hieruſalem, nō plus ingrediebatur coquinā, licet emolumenta acciperet. In ſecunda parte dicendū eſt, qūo dn̄s aſcendit ſuper aſinam ſp̄ūaliter. Aſina populus eſt ſuper quē aſcendit dn̄s vt perduceret eū in Hieruſalē. Triplex aūt eſt populus ſuper quē ſedet. Vnus eſt populus pctōr qui ueſtimenta & habitus malos vitiorum deponit. Hi ſunt qui proſternebant ueſtimēta ſua in via. Duplicia aūt fuerunt in hac proceſſione ueſtimēta. Prima fuerūt diſcipulorum quæ poſita ſuper aſinam ad ornatum ipſius, & tantūmodo in deſcenſu mōtis oliueti, quia uita & doctrina prælatorū & doctorū debet eſſe ornatus eccleſiæ & aliis ſupereminere. Vel veſtimenta diſcipulorum ſunt p̄cepta maiorū quæ imponuntur aſinæ, ſed plebs ponit ea ſub pedibus, quia nititur in uetitum & parum de eis curat. Vel dr̄ q eccleſiaſtici ſunt aſini portantes peccata populi, ſed maiorū peccata non portant dum uiuunt, & ſunt in aſcenſu gloriæ, quia nec ipſi maiores nec alij pro ipſis pęnitentiam agunt ſed bene qn̄ ſunt in deſcenſu ad inferos, tunc aſinus ueſtimenta eorū portat. i. bona pro peccatis eorū diſtribuuntur. Veſtimēta aūt turbarū in uia proſtrata ſunt, ut per tranſitū dn̄i veſtimēta illa quicquā ſanctitatis acciperēt ſicut ſolēt facere viri deuoti qn̄ obuiāt alicui viro Dei. Secūdo ſedet ſp̄ūaliter ſuper eos, qui victam actiuā ducunt, qui primo proceſſerunt ei obuiam cum duplicibus ramis. ſ. palmarum & oliuarum, quia ſi volumus in morte ſecuri, & cum gaudio obuiare Chriſto uelut colūba exiens ab arca oportet ei offerre ramū oliuæ. i. opera mīæ, & palmam. i. victoriam de peccatis & tētationibus, quia non coronabitur niſi qui legitimè certauerit. Vel ei dū viuimus attribuamus oīa opera nr̄a tā miſericordię q̄ fecimus, quā đ tētationib. quas uicimus. Teſtimonium autem perhibeat hæc turba Chriſto. Ioā. 11. Teſtimonium

G *Veſtimētum. De multiplicibus ueſtimētis deſup et ſubtus poſitis.*

nium ergo perhibebat turba, q̃ erat cũ eo, quando Lazarum ſuſcitauit de monumẽto. ꝓpea uenit ei obuiã turba quæ conuenerat ad diem feſtum, quia audierant eũ feciſſe hoc ſignum. Vulgo dr̃ prope eccleſiam & longe à Deo. Turba quæ à longinquis regionibus cauſa deuotionis ueniebat obuiam Chriſto uenit, & turba ciuitatis hieruſalem penè dormiebat. Et ratio huius eſt duplex. Prima eſt affluentia bonorum. Abundabant enim temporalibus ideo ad ea occupati ad illum qui ſpũalia dabat & prędicabat minime ire parabant. hinc eſt ꝙ in locis ubi ꝓpter reliq̃s fluit frequentia populorum cõiter ibi habitantes ſunt mali, auari, & indeuoti, & hoc ẽt propter præſumptionem præſumunt enim qui in illis locis habitant ubi coluntur reliquię ſanctorum ꝙ ſancti acceperunt eos tanquam in filios & in peculiarem populum, & ideo non timent offendere Deum. Sic erat populus hieruſalẽ, ſic ſunt modo litterati viri, qui ſub ſtillicidijs eccleſiæ dormitant, nec ſuſcitantur donec audiãt beneficium uacans, ut inde poſſint curias pro eis poſſidendis frequẽtare. Dormiũt enim ſub ſtillicidijs doctrinæ, nec ab eis excitantur. Tertio ſedet ſuper contemplatiuos. Iſti ſunt turbæ, quæ præcedebant & ſequebantur clamantes oſanna. ita quòd ĩ vnam uocem diuino miraculo concordarent priores, & poſteriores, quia qui præceſſerunt aduentum Chriſti, & qui ſecuti ſunt in vnam fidem, in vnam eccleſiã, in vnam ſalutem, quam expectant conuenerunt. Non enim in diſcrepantia inter ſcripturas ueteris & noui teſtãmenti. Vbi in doctrinis humanis philoſophi poſteriores contradixerunt prioribus. vt Ariſt. Platoni, & Socrati, & Antiſtenes, & Ariſtippus Socrati magiſtro ſuo, quamuis eſſent Socratici. Cum .n. ſol per diuerſas feneſtras domum ingreditur cuiuſlibet feneſtræ ſol ab altero alterius feneſtræ nullo mõ diſcordans eſt. Sic ſcriptores ſacrarum ſcripturarum feneſtræ fuerunt luminis diuinorum radiorum ad illuminãdũ domũ eccleſiæ. Sicut .n. uerus ſol illuminãs vniuerſũ tſemetipſo nõ diſcordat, ſic nec ſcriptores eodẽ cõcordi lumine illuſtrati. ps. Rigãs mõtes d̃ ſupiorib. ſuis, q̃ à ſupiorib. ꝓceſſit lux illa, uel pluuia doctrinæ qua vniformiter rigati ſũt ſcriptores eccleſię.

Similiter eccleſia quæ Chriſtum pręceſſit & quæ ſecuta eſt eadem Chriſti gratia ſaluantur, ideo utiq; clamẽt oſanna. Propter quod eccleſia non paſſa eſt illud uerbũ hebraicum transferri, ſed illud uerbum retinuit quod olim ſinagoga cecinit. Inde eſt, ꝙ ad laudes dr̃ ille ps. Confitemini, in quo hr̃ verſus ille quem cantabant iudæi Chriſto in illa proceſſione, ut diſcant illũ uerſum Chriſtiani in illo die, cum eccl'ia d̃cantare. Vnde & ibi aſtiterunt pueri, per quos contemplatiui deſignantur, qui clamabant oſanna ramos oliuarum portantes. Sed quæritur, qũo pueri portabant ramos oliuarum, quæ ſunt in ſigna pacis, cum tñ ad Chriſtum pacem non haberet ipſa ciuitas? Reſponſio. hic eſt mos mũdi, vt pacem portent in ore ſuo. Mala autem in cordibus eorum. Vel dicendum eſt, ꝙ non eſt in aliqua domo, uel collegio, conuentu, uel ciuitate tanta aduerſus Deũ diſcordia quin ſemper ſint aliqui boni, niſi forte uoluerit dñs oĩa deſtruere. Nondũ enim tunc completæ erant iniquitates iudæorum, ſicut nec olim amorreorũ, ideo dñs ſuperſedit quadraginta annis, (ſicut & tempore Amorreorũ) ne vindicaret ĩ eis. Ideo tunc cum uenit hieruſalem erant aliqui pueri bonarum domorum bene docti à parentibus, qui hæc decantabant. Dr̃ tertio, ꝙ in hoc facto denotatur falſa pax, quam prætendit mundus in iuuentutis uirore. Iuuentus .n. pacem falſam in virore ſuo prætendit, & diuturnam uitam, cum ita non ſit. Eccle. 12. Memento creatoris tui in die iuuentutis tuæ antequam veniãt dies, de quibus dicas. Non placent mihi. Multi enim ſunt iuuenes decepti, de quorum vita ſperatur, & citius ſperato tolluntur. prouer. 27. Aperta ſunt prata, & ſubiungit ſublata ſunt fena de montibus. Aperta ſunt prata, quando floret iuuentus, ſed fena tolluntur de montibus, quando falce mortis præſcinduntur. Dr̃ quarto, ꝙ pueri in hoc facto ſequebantur naturam ſuam, quia pueri ſola naturali cognitione vtuntur. Ex quo videtur quòd laus Dei ſit quaſi à natura homini indita, & per conſequens blaſphemare Deum, uel ei aduerſari vr̃ eſſe contra naturam, maxime in his, qui bona multa habent à Deo. Quod hodie manifeſtatum eſt in cõi vulgo, qui pauca bona tam fortunæ quàm ſpũalia habẽt





Deum laudabat, & ſcribæ & phariſæi qui his abundabant eum blaſphemabãt, imò incircuncisi aurib. eius laudes audire non valebant, quæ ex ore infantium & lactentium procedebant. Sed quæritur cũ pueri iſti eſſent iam grandeui, qũo dicitur ex ore lactentium .i. lac ſuggẽtium perfeciſti laudem. Dicitur quòd hic verſus tripliciter exponi poteſt. Primo per infantes intelligitur ſtatus viatorum, tempus infantiæ ſolum continet ſeptem annos. ſeptenarius numerus ad totum tempus vitæ nr̃æ refertur: quia ſeptem diebus decurrit tota vita. 1. Pe. 2. Quaſi modo geniti infantes. Per lactentes intelliguntur deo fruentes. Non .n. omnis qui lac guſtat dicitur lactens, ſed qui immediate ab vbere ſugit. Sic contemplatiui in uita præſenti lac ſpiritualis dulcedinis guſtant, ſed lactentes non ſunt ſed ſolum in patria quando nudam Dei videbunt eſſentiam, & ex ea immediate ineffabilem ſuauitatem hauriẽt quaſi os nudis uberibus applicando. Vnde dicit Auicenna. 4. canone ꝙ lac melius eſt quod ex vbere bibendo ſugitur. Secundo per infantes intelliguntur pueri hebræorum quorũ perfecta fuit laus tam in corde quã in voce quã in opere. Quantũ ad cordis laudem clamabant, clamor aũt intenſum cordis affectum ſignificat. Quantum ad vocem laudis dicebãt. Benedictus qui uenit in nomine dñi. Quantũ ad laudem operis tria fecerunt. Primo occurrũt Chriſto per humilitatem in deteſtationẽ ſuperbiæ. Nam occurrere alteri eſt ſe ſibi humiliare. Procedit. n. ex quadam reuerentia. vt patet in his qui occurrunt principi venienti. 1. Reg. 19. Deſcendi in occurſum dñi mei regis. Secundo veſtimenta ſtrauerunt in uia ad deteſtationem cupiditatis. Hæc .n. proſtratio bonorũ ſignificat eorum impios vſus conſumptionẽ. In via aũt ſtrauerunt, quia rõne utentes viã præparant Chriſto. Tertium erat delatio ramorum palmarum in deteſtationem carnalis uoluptatis. Palma enim victoriam ſignificat. Nam ea ſolebant antiquitus victores coronari, & dicitur antonomatice carnalis voluptatis victoria. quia ſecũdũ Tullium lib. de ſenectute allegantem architam tarẽtinum: nulla capitalior eſt peſtis quàm voluptas carnis a natura data. Cum nil mente præſtabilius Deus dediſſet homini, huic diuino muneri nil tã inimicum quàm voluptas. De ſic triumphante dicitur Cantic. 7. Statura tua aſſimilatã eſt palmæ. Tertio per infantes & lactẽtes intelliguntur apoſtoli. Erant .n. infantes, quia rudes & illiterati. ideo loqui non poterant. Nec enim intellexerunt qñ ad apoſtolatum aſſumpti ſunt, nec humanã eloquentiam habebant. 1. Cor. 3. Prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapiẽtiæ uerbis &c. Erant etiam lactentes quia immediate a Chriſto edocti lac doctrinæ euangelicæ ab ipſo ſuxerunt & ſic ex ore ipſorum perfecta eſt laus, quia in omnem terram exiuit ſonus eorum.

*Sermo ſextus, unde ſupra. & in ordine.* 127.

EXeamus igitur extra caſtra improperium eius portantes. Heb. 13. Quadruplicia ſunt caſtra, quædam caſtra ægyptiorum .i. dæmonum qui perſequunt̃ Iſrael. i. pœnitentes, ſed in mari rubro pœnitẽtiæ ſubmerguntur. De quib. Zach. 8. Erit ruina equi & muli & aſini & iumentorũ. In illis caſtris eſt familia diaboli equus ſuperbus, mulus induratus, aſinus piger, & alia iumenta quæ ſunt alia uitia. Hæc alio nomine dicuntur caſtra aſſyriorũ, q̃ more rapſacis Hieroſolymitas. i. ſanctos uiros nõ ceſſant blaſphemare, nunc per epiſtolas. i. ſuggeſtiones occultas, nunc per nuncios. i. detractores. Sed apoſtolus. Heb. ult. iubet ut hic ꝓ themate aſſumitur. Exeamus (inquiens) extra caſtra improperium eius portantes. In caſtris iſtis non eſt tutũ habitare in medio inimicorũ ſuorũ. Loq̃tur enim apoſtolus ad modũ probi militis q̃ non expectat aduentũ hoſtium in ſuis caſtris, ſed exit ad eos in campo. Ad modũ probi militis q̃ dicit improperiũ eius portemus, accipiamus dedecus ſuũ ſuper nos. quia ipſe cępit dedecus noſtrum ſuper ſe. Tale improperium iuſſu principis Xpi qui mandauit eis. Ite in caſtellum. ſ. diaboli ꝙ contra uos eſt. i. contra doctrinam veſtrã, contra vitã & mores. portauerũt. 12. principes eccleſiæ per vniuerſum mundum & per ipſum totum orbem ſubiugauerunt & caſtra Madiã exemplo Gedeonis ſubuerterunt cũ vtribus fractis. i. corporibus per martyrium conſummatis & lucernis doctrinæ euangelicæ apertis. Secũda caſtra fuerunt Philiſtinorũ q̃ ſunt caſtra carnis,

*A Caſtrum caſtellũ. De quadruplicibus caſtris.*

in quibus Golyath diabolus gloriatur & vult pugnare cum ſolo. ut ſit homo hac tentatione uexatus ſine Dei & angelorum adiutorio. Hij percutiuntur in poſterioribus & membris uilioribus. ut dicitur. 1. Reg. 5. Iſti communiter accipiũt archam dñi, quia cõiter prelati maiores & minores qui obtinẽt eccleſiæ beneficia in hmõi caſtris inueniuntur. Sed de illis dicitur, & percuſſit eos in poſteriora, opprobrium dedit illis. hic. ſ. & in futura dãnatione qñ tunc compellentur archam dñi reddere, quam iuxta ydola. i. nepotes & filios ineptos repoſuerunt. Ab his caſtris exeundum eſt caſtris uidelicet deliciarũ ad eum qui extra caſtra Hieruſalẽ in cruce pependit pro nobis, & in campum quaſi gnari armorum improprium eius portantes, pugnemus ex grandi fidelitate & affectione ad eum quaſi cor noſtrum improperium dñi ſui ſuſtinere non poſſit: immò ſuum reputet & in ſeipſo procedat ad uindicandũ pctã, propter quæ impropria ſuſcepit dicens illud. ps. Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me. i. ſuper cor meum. Qui itaq; hoc tpe uexillũ Xpi non portat in ſeipſo, non cenſetur eſſe de militia populi xpiani. Ve eis q per ingluuiem hoc uexillum crucis amittunt qui p delicias a ſe crucẽ Chriſti epellunt. Tertia ſunt caſtra ſyrie. i. mundi. 4. Reg. 7. Iuimus ad caſtra ſyrie, & nullum ibi inuenimus hominem ſed tantummodo equos & aſinos. i. lubricos & ſtultos & fixa tẽtoria in amore terrenorum. Sunt multi quorum totus intellectus & affectus in terrenis eſt, qui de cœleſtibus nihil cogitant. De quibus prouer. 17. Oculi ſtultorum in finibus terræ, a quibus auelli non poſſunt ſimiles accipitri qui ſic quandoq; ineſcatur in præda ſua, & ſic unguibus infigitur q ſeipſum expedire non poteſt, & ſic qñq; contingit q in ſua pda prædetur. Sic miſer auarus & uſurarius ita temporalibus herent q auelli non poſſunt, & ſic in ſua preda capiuntur. Ideo Paulus admonet q exeamus extra iſta caſtra. O miſer homo quare adheſit pauimento anima tua, exi ſpontaneus ne inuitus auellaris dicẽte domino cum indignatione illud. Iob. 18. Auellatur de tabernaculo fiducia eius, & calcet ſuper eum quaſi rex interitus. Omnibus enim ex neceſſitate parandus eſt iſte exitus, ideo paremus nos ad exeundũ, ne forte imparati præoccupemur. Luce. 14. Villam emi & neceſſe habeo exire & uidere illam. Fugiamus ergo ad dñm extra caſtra huius mundi derelinquendo in eis fabricare caſtra improperium eius portantes. ſ. crucem. Latro publicus uel reus ſanguinis fugiens ad domum aliquam uel arborem: fruſtra confugit. quia ſtatim in eũ irruent præpoſiti & clientes & auellunt eum trahentes ad patibulum. Sic de aĩa infelicis peccatoribus qui heret miſerrimo corporis timens ab eo auelli, ſed fruſtra Parati. n. ſunt angeli tenebrarũ infernales clientes quaſi rugiẽtes præparati ad eſcã & animam eius auellunt a corpore in perpetuas pœnas detrudentes. Sed ſi talis latro ad crucem confugiat uel crucifixum uel aliquem locum ſacratum, propter immunitatem loci non audent eum cõtingere præpoſiti. & ſic liberabitur. Sic quicũq; miſer peccatorum cũ confugerit ad uexillum crucis & pniẽ, ingruente morte anima nequaquam timebit auelli a corpore iã in cruce ſignato. Exeamus igitur extra caſtra &c. Quarta caſtra ſunt dei. iſta ſũt militantiũ in quibus. 12. capitaneos. i. apoſtolos inſtituit, quos miſit ſibi uniuerſum orbem ſubiugare. De his Cantico. 6. Terribilis ut caſtrorũ acies ordinata. Itẽ Gen. 32. Caſtra Dei ſunt hæc Hos miſit dominus in caſtellum mundi ad ſoluendum cõpeditos & captiuos, & ad ſubuertendum caſtra mundi honores diuitias, & delicias. Heb. undecimo. Caſtra uerterunt exterorum fortes facti ſunt in bello. His dicitur. Ite in caſtellum quod contra nos eſt. In terremotu periculum eſt in palacijs magnis & urbibus, qa facile corruũt ædificia, & habitantes opprimuntur a quibus tunc exeundum eſt. Sic in hoc mundo non eſt niſi terremotus. Mobilis enim eſt terra de uno ad alium. hodie unus, cras alter poſſidet eam. Exeundum eſt igitur extra caſtra uilla, & ueniendum eſt in caſtris Dei, & improperium eius portandum eſt. Hoc improperium portauerunt Chriſti martyres, hoc & beata uirgo Maria cum animam eius doloris gladius in paſſione filij ſui pertranſiuit. Exeamus itaque cum ea in caſtris Dei manſuri & eius auxilio p regendi, offeremuſque ei munus Angelicum Aue.





Quia proceſſionaliter exiuimus extra caſtrum portantes crucem quæ eſt improperium Chriſti, ideo de hac proceſſione duo diceremus. Primo de qualitate & cõditione eius. Secundo quo ordine in ea Chriſtus ſolemniter proceſſit, & turba obuiam ei. Circa primum ſciendum eſt q ſecundum Hugo. de ſancto Victore triplex in anno ſolet fieri ſolẽnis proceſſio. purificationis uidelicet & aſcenſionis, & media quæ eſt huius Dei, quæ in principio primitiuę eccleſiæ ſole fiebant ſolẽniter, quæ licet idẽ repreſentent, multipliciter tñ. differunt. Prima differentia eſt, quia purificatio eſt Iudeorum. Iuxta illud. Io. 2. Erant metrete ibi poſitę uinę uel trinę ſecundũ purificationem Iudeorum. Salomorum. n. confitentium eſt purificatio. Sed ſecunda eſt Hebreorum. Vnde hodie canitur. Pueri Hebræorum tollentes ramos oliuarum proceſſerunt Xpo obuiam. Vnde iſta proceſſio quæ tendit ad pugnam paſſionis eſt ſolum hebræorum. i. Vincentium in tentatione, quia poſt purificationem mentis ſuperuenit tentatio hoſtis & hæc eſt actiuorum. Tertia vero eſt galileorum. i. perfecte tranſeuntiũ de actiua uita ad cõtẽplatiuam. quemadmodum Xps de huius ſeculi miſeria ad felicitatem ęternam illo die conuolauit. Secunda differentia eſt, qa prima proceſſio erat de domo in tẽplum. Secunda de uico in caſtellũ. Tertia de terra in cœlũ, quia in purificatione mẽtis oportet procedere de domo immunda. ſ. conſciẽtia ad hoc ut ſit tẽplũ & habitatio ſpũſ ſancti. deinde in ſecunda de uico in caſtellum proceditur, qñ de nõ uallata uirtutibus cõſciẽtia ad eã uirtutibus munitã pcedĩtur. Eſt. n. vicus locus nõ munitus, caſtellũ uero munitũ. Tertia de terra in cœlum quãdo dimiſſa terrę ſolicitudinẽ q̃ ad actiuã pertinet ad cœleſtia conſideranda tranſit hõ. Tertia differentia, quia in prima oplus erat colũba & turturæ q̃ ſunt aĩalia gemẽtia, qa ad mẽtis purificationẽ opus eſt gemitu cõtritionis. In ſecunda pullo & aſina q̃ ſunt aĩalia portantia onera, quia pondus belli & tẽtationis neceſſe eſt ſuſtinere & portare. In tertia cymbalo & tuba quia aſcendit dominus in iubilatione &c. quia tunc gaudet aĩa cũ in diuinorũ cõtẽplationẽ rap tur. Quarta dñia, quia prima fit cũ lucernis. Ad ſcrutandum enim conſcientiam turbatã & tenebroſam, neceſſe eſt lucernam accendi grãæ, ut inde tenebræ peccatorum effugentur. Vnde Sopho. 1. Scrutabor Hieruſalẽ in lucernis, & ſi non habeamus hãc lucernã hoc ẽ defectus nr̃ quia dñs Ieſus in ſole poſuit tabernaculũ ſuũ. Sol irradiat ſup oẽs, non eſt niſi defectus nr̃ quin ingrediatur mentes nr̃as. Vñ nõ eſt qui ſe abſcondat a calore eius. Secũda fit cum floribus & palmis. Flores fructũ producunt, ſicut bone uoluntatis intentiones & propoſita fructũ bonorũ operũ, ſed nõ oẽs flores ad bonũ perueniunt. Palma uero centenaria fert fructũ & lõgeua. Ac ſi gerenda in hac proceſſione uelimus iſta ſignificare q ſi bona opera perſeuerant er fecerimus in fine ſalui erimus, quia qui pſeuerauerit uſq; in finẽ hic ſaluus erit. Tertia uero fit cũ crucibus & uexillis. ſ. cũ mortificatione carnis & uictoria hoſtis ſuper tentationibus ſuis, quãdo mẽs ab his pacata eſt. Nõ. n. ſunt apti contemplationi qui carnalibus uoluptatibus uacant. Quinta differentia eſt, quia in prima Xps uehitur brachijs pietatis & mĩæ. ſ. Mariæ quę eſt regina miſericordię, quia in primo aduentu uenit mĩam facere. Et quia miſericordia exigit miſeriam cui miſereatur, ideo in ſecunda proceſſione uehitur Xps tergo calamitatis & miſeriæ. ſ. aſine repreſentantis populum ſolicitudinibus & miſerijs repletum. Non enim curſoribus & nobilibus equis uehebatur, quia in talib. uix reperitur Chriſtus. In tertia uero uehitur ſede ſeu cathedra æquitatis & iuſtitiæ. ſ. in nube quæ obumbrauit uiſum diſcipulorum in qua ſedebit in iudicio. Iuxta illud. Matth 26. Amodo uidebitis filiũ hominis uenientem in nubibus cœli. Sexta differentia, quia in prima recipitur Chriſtus inter brachia ſenis Symeonis, & ab eo celebri cantico predicatur, quia ſeneſcẽti mundo lucerna lucens & ardens aduenit. & quæ in ueteri teſtõ clauſa erant lucide demonſtrauit, ut & ſenes caligans oculis corporis uſque ad ſeculi extrema interioribus oculis penetraret. In ſecunda recipitur a pueris, quia in prima proceſſione lucerna erat ſub modio tantum paucis lucens. In ſecunda uero ipſa poſita eſt in publico ut etiam pueri myſteria eius publice prædicarent. Pſalm. Senes cum iunioribus laudent nomen domini. In tertia recipitur

pitur ab angelis glorioſe, quia in ea tan-
quàm triumphans & uictor aſcendit. Septi
ma differentia eſt, quia ĩprima inuenitur
miſericordia præparans utrunq; ſexũ ad
redemptionis effectum ſuſcipiẽdum. ſicut
uterque ſexus primo perditus fuerat, ĩ ſe-
cunda miſericordia operans. cum tũc dñs
operabatur ſalutem in medio terrę, ĩ ter
tia miſericordia conſummans & p̃mians
qñ receſſit vt pararet nobis locũ. Prima
fuit humiliatiõis qñ humiliauit ſe formã
ſerui accipiens habitu inuentus ut homo.
Secunda fuit obedientię qñ factus eſt obe
diens uſque ad mortem. Tertia glorifica-
tionis qñ exaltauit illum Deus & donauit
illi nomen quod eſt ſuper oẽ nomen. Et
has tres prouiſiones tangit Chriſtus. Ioh.
16. Exiui à patre & veni in mundum. ecce
primam. iterum relinquo mundum tẽdens
ad mortem. ecce ſecundam, & uado ad pa
trem: ecce tertiam. In his oĩb. putatur Ma
ria aſtitiſſe. In prima portabat Xp̃m ſicut
vitis botrum. Chriſtus. n. erat tunc velut
botrus. Neſciebatur. n. quid in eo lateret,
niſi forte a paucis in quib. erat ſpũs pro-
phetiæ. In ſecunda erat flos, inde Paſcha
floridum, ſed redolens adeo vt turbæ quæ
præcedebant & quę ſequebantur commo
uerentur odore floris huius, & ſerpẽtes iu
dæi genimina viperarum odorem eius fer
re non poſſent. In tertia verò fructus. Vñ
hæreditas dñi filij merces fructus uẽtris.
In prima Chriſtus redimebatur, in ſecũda
redimit, in tertia redempta Deo patri of-
fert. In purificatione neceſſe eſt per pœni
tentiam & ſatisfactioné redimi Chriſtũ, ĩ
ſecunda per potentiam a tentatione p̃ſer
uãr, in tertia uero Deo patri ſancta & bo-
na opera offert. In prima Maria Chriſtum
portat, quia pœnitentia in principio diffi
cilis. In ſecunda laudat cũ cęteris, qñ in
progreſſu fit facilior. In tertia delectatur ĩ.
uidendo aſcendentem Chriſtum, q̃a tunc
delectabilis redditur, cum ad contempla-
tionem & deuotionem peruenitur.

In ſecunda parte uidendum eſt quo or-
dine Chriſtus ſolenniter in hac proceſſio
ne inceſſit, & turba obuiã ei. Chriſtus igi
tur & nos ſimiliter cũ eo debemus hodie
proceſſionem facere. Primo uideamus vñ
proceſſerit, quia a Bethania p̃ceſſioné in-
cepit. Secundo qua tranſi.t quia per mon-
tem oliueti. Tertio q̃uo venit, quia in aſi-
no. Quarto quo perrexit, quia in Hieruſa
lem. A domo ergo Bethanię. i. obediẽtiæ
incepit. Obedire primum debemus Deo
& ſuperiorib. noſtris, cũ eis pacem haben
tes & eos reuerentes. Si illos quos p̃tulit
humana ĩſtitutio, ut reges & principes, ſic
reueremur quantum debemus illos quos
magnificat diuina diſpoſitio? Sic ab obe-
dientia Chriſtus noſtram redemptionem
incepit, ſicut Adam ab inobedientia miſe
riam. Et ſicut fructus inobedientiæ fuit
mors, ſic fructus obedientiæ immortalitas
Hũc fructum cum reſurrexit noluit come
dere ſolus, ſed ſua gratia diſperſit dedit
pauperibus. Nam cum eo ſurrexerũt mul
ti teſtes gloriæ. In omni aũt qđ egit Xp̃s
obedientiam tenui. Non veni (inquit) fa-
cere uoluntatem meam, ſed uolũtaté eius
qui miſit me p̃ris. Secundo per monté oli
ueti tranſijt. i. per monté miæ, qñ ex mor-
te ſua quã p̃ nobis ſuſtinuit, quantũ nos
diligeret oſtendit. Maioré (inquit) charita
tem nemo habet &c. Sic & nos per hunc
monté tranſimus, ut cũ ſuperiorib. obediẽ
tiam impendimus, inferiorib. & infirmiori
bus pietatis operas impendamus, & eorũ
infirmitati compatiamur potius quã ira-
ſcamur uel indignemur. Qui. n. turbať &
indignatur ad oém offenſam quam uidet
nunquàm animi trãquillitatem inueniet.
Semper in infirmiorib. inueniet quod iure
reprehendat, & quod miſericorditer tole
rari dẽat. Alioquin infirmi non eſſent qui
infirmitatis nihil hẽrẽt. Creſcat ergo pie
tas in immenſum, ut mereať mons oliueti
dici, ut diſcat non ſolũ minima ſed ẽt ma-
xima tolerare. & proximorũ infirmitatem
non ſolũ corporalé ſed ẽt ſp̃ualé patienter
ſuſtinere. Quòd ſi tranſierimus per hunc
montẽ oliuarũ accipiemus oleũ p̃ oleo.
oleũ lętitię p̃ oleo miæ, quia beati miſe-
ricordes. qm̃ &c. Tertio uenit ſedés in aſi
no, qui cũ in forma Dei eſſet non rapinam
arbitratus eſt eſſe ſe equalẽ Deo. Aſinus
aĩal ſordidum & uile, ſed manſuetiſſimũ
& pœnę p̃ cęteris contẽptibile, qui humili
tatis typũ gerit per quã aĩus ſibiipſi uile-
ſcit & uenit in contemptum: Vnde non eſ
ſet hęc p̃ceſſio admirabilis ſine huiuſmo-
di aĩali. Quis non miretur inter glorioſos
apparatus & pſallentiũ choros tã ſordidũ
aĩal apparere? Sed quis non mirabilius
dicat ſummum Pontificem noſtrum aſinũ
non



non erubeſcere? Sed qui dulce lignũ in
manib. portare non erubuit, nec aſinum.
Non. n. nouum eſt de uirtutib. gloriari.
Sed mirandum eſt inter ſumma ornamen
ta uirtutum aſinum non dedignari. & hu-
militatis bono firmiter inhærere. unũ eũ-
demq; hominem aliis oĩb. mirabilem ſibi
ſoli contemptibilem apparere. Et ſic pro-
ceſſionem noſtram mirabilé faciemus, ſi
inter obediẽtię & humilitatis faſtigia hu
militatis modeſtiã nõ deſeramus. Hac ar-
te poterimus pares noſtros conciliare no
bis ſi ſumma inde diligẽtia ſtudeamus no
uiſſimum locum tenere, & illos nobis ue-
nerationis officio ſine ſimulatione pręfer
re. Sed tñ in hoc opere duob. opus habe-
mus. ſ. aſina & pullo, humilitate & humi-
liatione. Pullus ex aſina naſcitur, ſic ex hu
militate humiliatio. Humilitas interius in
corde, humiliatio exterius ĩ actione. Qui
enim infirmitatem ſuam ueraciter agno-
ſcit, & in oculis ſuis ſibiipſi uileſcit, iam
aſinam quaſi in ſuam præſentiam addu-
cit. Sed ſi in oculis hominum ſe humilia-
re uel contemptibilis apparere erubeſcit,
matrem aſinam pręſentem habet, ſed huc
uſq; pulli præſentia caruit. Si uero te ex-
terius humilias, ſed magnum aliquid de
te exiſtimas, pullum habes ſed matrẽ non
habes. Adducamus ergo aſinam & pullũ
cum ea. ut ueraciter humiles ſimus men-
te, & humiliati in actione, & ſic pares no
ſtros reconciliabimus, inter pares maxime
oriri ſolet inuidia, & ex inuidia diſcordia.
Sed ſi inter eos in aſino ſedemus nouiſſi-
mũ locum tenentes inuidiæ fomité ampu
tamus. Sed iſtud ſubſellium aliqñ opus eſt
quibuſdam de longinquo adducere, aliis
facile adducitur de proximo. Qui adhuc
enormiter uiuentes erubeſcenda commit
tunt, ſatis ad manum inueniunt unde eru
beſcant & humilientur. qualis fuit publi-
canus qui erubeſcebat oculos leuare in
cœlum. Sed qui in uita ſua nil erubeſcen-
dum inueniunt, quales ſunt aliquãdo qui
de Bethania ueniunt. & per oliuetum trã
ſeunt, & Paſcha floridum faciũt, & uiam
ſuam floribus uirtutum ſternunt. habent
aſinum de longinquo adducere & humi-
liationis ſuæ materiam uel de priſtinæ ui
tæ lapſu, uel futuræ uitæ ſtatu aſſumere.
Sic Paulus dum non haberet unde ſibi aſi
nam aſſumeret de proximo, cum nihil ſi-
bi conſcius eſſet, ad antiquę conuerſatio-
nis uiam exploratores miſit, & inde ſibi
materiam humiliandi aſtruit dicens, ego
ſum minimus apoſtolorum qui non ſum
dignus appellari Apoſtolus, quia perſecu
tus ſum eccleſiam Dei. Quid autem factu
rus eſt qui cum beato Iob dicere poteſt.
Neque enim me reprehendit cor meum ĩ
omni uita mea. Iſte quis & quid ſit ante
faciem ſuam mittat, & modum ſummæ p̃-
fectionis quam nondum apprehendit, at-
tendat. Quarto ad Hieruſalem peruenit E
quæ eſt uiſio pacis. Cum autem ad pacem *Pax.*
niſi per pacem peruenire non poſſumus, ſi *De tripli*
ad Hieruſalem peruenire uelimus, pacem *ci pace*
quæramus eam uidelicet quæ uera eſt, ſci *hic & in*
licet pacem internam per quam uenitur *futuro.*
ad æternam. Eſt enim pax quæ eſt tãtum
exterius, quæ ad ſolam carnem pertinet,
alia eſt quæ tantum eſt interius quę ad ſo
lam mentem pertinet. alia interius & exte
rius quæ ad utrumque. Primam & ſecun-
dam pacem habemus in hac uita, uix ta-
men ſimul cum ſemper proximos noſtris
moribus diſpares uideamus. Tertiam in
futura tantum uita ſperamus. Primam ue
nit Chriſtus deſtruere. Secundam ſtatue-
re. Tertiam dare & in futurum reſeruare.
De prima dicit. Non ueni mittere pacem
in terra ſed gladium. De ſecunda & ter-
tia pacem relinquo uobis, pacem meam
do uobis.

*Sermo ſeptimus. unde ſupra.*
*& in ordine.* 128.

SI quis aliquid uobis dixerit, dicite q̃a *A*
dñs his opus habet. Matth. 21. Beda ſu *Dñium.*
per illud Luc. 22. Facta eſt contentio di- *Qđ ſolus*
cit. q̃ ſicut mortis eſt bonorum cũ in ſcri- *Deus eſt*
pturis inueniunt paſſum aliquem uel exẽ- *dñs ſine*
pla præcedentium patrum quod con- *cauſa.*
ferr ad mores illud memoriter tenere ut
imitentur, ſic ſi quid in ſcripturis inuene
rint quod ad malum trahi poſſit, facile
hoc accipiunt mali ad ſua malefacta colo
randa. Ideo quia forte occaſio eſſet ali-
quibus maioribus ratione uerborum aſ-
ſumptorum pro themate ad malum decli
nare, ideo tollenda eſt occaſio. Diceret
enim quis. Dominus dixit diſcipulis ſuis
ut properarent quærere aſinam & pullũ
ſoluere, & ſibi adducere, & ſi quis (in-
quit) uobis aliquid dixerit, dicite quia
dominus his opus habet. quare ergo non

mittet princeps ſatrapas ſuos ad diuitem
quendam dicens. Mitte mihi centum au-
reos, q̄ ſi quis aliquid dixerit, dicant ſatra
pe, quia dominus his opus habet? Sic ſi ad
mercatorem mittat pro quinq; aut ſex ul
nis panni. cum omnis Chriſti actio noſtra
ſit inſtructio quare non facient ſicut Xp̄s
qui dixit. Si quis aliquid uobis dixerit. Di
cite &c. ſoluite &c. Reſponſio. Aliter Xp̄s
eſt dn̄s, aliter principes & domini terreni.
quia dn̄i terreni ſunt domini cum cauda.
Semper enim dicitur dominus talis & ta
lis loci, & in multitudine huiuſmodi cau-
darum gloriantur, quẽadmodum fatuus
gaudet in habitu ſuo habere multitudinẽ
caudarum uulpinarum. Dominus autem
ipſe eſt Deus ſolus dominus ſine cauda.
De quo eccleſia canit. Tu ſolus dominus.
Quod uidetur intellexiſſe Cæſar Augu-
ſtus qui cum imperaret toti mundo, ꝓhi-
buit ne quis eum dominum uocaret. Qđ
tamen non intellexit Pharao dicens. Exo.
5. Dominum neſcio & Iſrael non dimit-
tam, quouſque ſubmerſus eſt. Vnde maio-
res eccleſiæ uocantur dōni per ſincopam
& non domini. Iuxta illud quod canitur.
Iube dōne benedicere. quia breue eſt &
nullius momenti eorum dominium. Iſte
autem ſolus dominus, ſua ergo erat aſina
quia ſua ſunt oīa non aliorum principum
& dominorum, niſi forte in dirigendo. iō
non dixit. Ieſus uel Chriſtus his opus ha
bet. Et non eſt mirum ſi dominus in fine
uitæ ſuæ indiguit aſina ad equitandum, q̄
in principio indiguit domo ad reclinan-
dum, imò & anguſtiſsimo thalamo ad no
ſtram naturam deſponſandam. De quo.
Pſal. Tanquàm ſponſus dominus proce-
dens de thalamo ſuo. qui eſt uterus uir-
gineus in quo factæ ſunt nuptiæ agni. Ad
illum igitur uterum ut de reliquiis nu-
ptiarum habeamus recurramus dicen-
tes. Aue Maria.

B *Accidia. Q̃uo pigri incitādi ſūt in inſtar aſini ad operādū.*

Dominus igitur opus habet aſina ut e-
ducat uinctos in fortitudine, uinctos inq̄
in mendicitate & ferro uinctos. i. pigros
ad portandum onus ſuum leue. Aſinus. n.
eſt animal pigrum & niſi pungatur uix ince-
dit. Sic ad pigros uinctos peccatis quorū
quilibet dicit. Funes peccatorum circum
plexi ſunt me in mendicitate. i. penuria o-
mnium bonorum & ferro male conſuetu
dinis. Deus mittit ſu[illegible] s & prædi
catores ut ſoluant eos ut ad eum accedāt,
& ſi non per totam quadrageſimam ſaltē
q̄ nunc ueniant. Nec ſine cauſa nunc mit-
tit ad aſinos pigros tempore quo tot & tā
laborioſa operatus eſt pro nobis. Indignū
eſt ut ſeruus ſtertat qn̄ dominus ſuus exer
citatur ad extremū laborem. Sed clamat
dominus uerbis & operib. nec inde moue
tur piger. quia omnib. membris ſuis inuti
lis eſt. Hinc quidam Philoſophus cuidam
pigro. Indignareris ſi quis tibi optaret in-
utiles manus tuas aut pedes, nunc autē ti-
bi manent integra membra, & non uis eis
uti tibi. Neque uolunt uſque in hodiernū
diem portare iugum pœnitentiæ. Vnde cū
quidam adiudicatus eſſet ſuſpendio petiit
a iudice ut in ſilua eligeret ſibi lignum in
quo penderet, quo conceſſo & circuita ſil
ua nulla arborum placuit ei in qua pende
ret, nouiſſime tamen ſuſpenſus eſt. Sic ne-
mini placet hic pœnitentia, ſed in fine pa
tibulo inferni ſuſpendentur. Sunt tn̄ alq
ſicut antiquus maſtinus qui in auribus &
toto corpore ſcabioſus ubique muſcis agi
tatur, qui paululum mouendo caput abi-
git muſcas quæ immediate redeunt, nec
deſinit inde dormire Sic iſti modicū cir-
ca Paſcha penitebunt & confitebuntur ad
abigenda peccata, ſed immediate pigritā-
tes dormient. Alii ſunt qui bene uolunt
pœnitentiam agere, ſed licet ſint magni
peccatores, uolunt habere paruam pœni-
tentiam, & uolunt affigi paruis crucibus
quæ hodie a quibuſdam fiunt de buxo, &
nolunt affigi patibulo crucis ſecundū ſta-
turam corporis ſui, quod eſſet ridiculum
& deriſorium pendere ſcilicet latronē in
tam parua cruce. Oportet enim clitellam
aſini ei imponi iuxta capacitatem dorſi
eius. Hii ſunt fatui qui amant caſeū mol-
lem. i. pœnitentiam leuem. Vulgo dicitur
q̄ caſeus mollis eſt cibus fatuorum. Alii
ſunt qui nunquam pęnitentiam uel aliqd
boni faciunt, niſi neceſſitate coacti. ut cū
uident ſe in neceſſitatis articulo, uel in i-
fernum deſcendere paratos. tunc neceſſi-
tas (ut communiter dicitur) facit uetulā
trotare. Si miles aſino de quo Bartholo-
meus in libr. de proprietatibus rerum, q̄
ſuper aſinum quandoque inſidet coruus,
ut eruat oculos aſini, & tunc aſinus uelo-
ciſſimo curſu hincinde currit & agitatur
& ſic liberatur a coruo. Sic quando diabo

his



lus paratus eſt rapere pigrum, tunc mittit
huc & illuc cito ad reſtituendum & oran
dum pro eo. & tunc incipit operari quan
do eſt finis ſeptimane. i. finis uite, cum ta-
men prima ſabbathi quando iudęi incipie
bant operari mandauerit dominus aſinam
ſolui ut operaretur pro annona lucranda
& non tarde ſicut pigri, qui propter hoc
incidunt in egeſtatem quæ ſolet quinque
modis cauſari. Primo qn̄ artificium non

C

diſcunt unde poſſint lucrari uitam. Prou.
10. Qui indocti ſunt, in cordis egeſtate
morientur. Inde de muliere forti dicitur.
Prouer. ult. Quòd ſpoliis non indigebit.
& poſtea ſubdit rationem. manum ſuam
miſit ad fortia. Secundo modo contingit
quando ocioſe uiuitur. Prouer. 28. Qui o-
peratur terram ſuam ſatiabitur panibus,
qui ſectatur ociū replebitur egeſtate. Ter
tio qn̄ ſua ſuperflue exponuntur. Prouer.
21. Qui diligit epulas in egeſtate erit, qui
amat uinum & pinguia non ditabit. Quar
to dum aliena rapiuntur. Prouer. 11. Alii
diuidunt propria & ditiores ſunt. alii ra-
piunt non ſua & ſemper in egeſtate ſunt.
Sicut & aues rapaces cōmuniter ſunt ma-
ciores. Quinto contingit propter gloriā
mundanam in qua multa expenduntur ſu
per ſtatum ſuum, ita ut oporteat uendere
terram ſuam. Eccl. 10. Melior eſt qui ope
ratur & abundat, quàm qui gloriatur &
indiget pane. & Prouer. 28. Dux indigens
cenſu multos opprimet per calumniam,
quia habet multos ſeruos calumniatores
qui ſub ipſo prędantur, unde & poſtea prę
dabuntur. ſimiles cocleari pauperis cum
quo comedit piſa ſua. Non enim habet co
clear argenti aut cupri: imò nec frequēter
ligni. ſed componit unum coclear ex cru
ſta panis ſui, & cum per ipſum comederit
omnia piſa ſua, coclear inebriatum ſub-
ſtantia piſorum ſuauiſſimo guſtu tandem
comedit. Sic princeps calumniatorem co-
medit, poſtquàm ille ſuum populum de-
uorauit. Sed boni operatores nō ſunt mul
tum egentes qa. 1. Cor. 12. Honeſta nr̄a. ſ.
membra nullius egent. Sen̄. Iuſtus nō eget

D

niſi ſeipſo. Secundo dominus indiget diſci
pulis ſuis. ut notam faciat filiis hominū
potentiam ſuam, & gloriam magnificētiæ
regni ſui. Eſt autem duplex potentia. Vna
diuina, alia mundana. Nam & potētes ſe-
culi ſuper aſinum aſcendūt, nec eſt magna
gloria æquitare aſinum. ſimiliter & Chri
ſtus uult aſcendere. Diſcipuli uero miſſi
ſunt ad oſtendendum utranque potentiā.
Nam credendum eſt quòd aſcendentes in
bethſage duxerunt illam, & dominus in
deſcenſu montis. quia diſcipuli qui aliqd
de mundo ſentiebant, libenter duxerunt
aſinam. i. populum in bethſage. i. in domū
maxillarum. Hæc eſt domus magnorum
principum & magnorum deuoratorū po-
puli. Maxilla enim Sampſonis proſtrauit
mille uiros, quia hæc maxilla pęnæ popu
lum deuorat. Dominus autem per deſcē-
ſum humilitatis in Hieruſalem populum
conducit. Notam igitur fecerunt potētiā
mundanam diſcipuli quàm breuis eſt &
tranſitoria. Secundo quàm fallax & dece
ptoria. Tertio quàm ſalutis impeditiua.
Econtra oſtendunt magnificētiam gloriæ
regni ſui. quàm longa eſt & quàm diu-
turna, quàm uerax & ſtabilis, & quā pro-
curatiua ſalutis. Primo igitur oſtenderūt
quàm breuis & tranſitoria eſt mundi glo-
ria uel potentia, quia hodie glorioſe do-
minum conduxerunt, & feria ſexta ſubſe-
quente eum ſolū inter hoſtes deſeruerūt.
Eſt enim ſicut coruſcatio cito trāſiens an
te grandinem damnationis æternæ. Eccl.
32. Ante grandinem præibit coruſcatio.
1. Mach. 11. Rex Ptolomeus impoſuit ſibi
duo diademata uno die & tertio die infę
liciter obiit. Eſaiæ. 40. Omnis gloria eius
quaſi flos fœni. Exſiccatum eſt fœnum &
cecidit flos. Sic gloriabatur Arphaxat. Iu
dicum primo. Quaſi potens in potentia
exercitus ſui, & in multitudine quadriga-
rum ſuarum, qui cito poſt a Nabuchodo-
noſor ſuperatus omnia perdidit. p̄s. Cadet
cum dominatus fuerit pauperum. Eſt. n.
hæc poteſtas ſicut dominium puerorū in
feſto ſtultorum. Eccle. 9. Omnis potenta-
tus uita breuis. Vnde Alb. 7. de animalib.
dicit, quòd uita talpe non durat ſuper ter
ram ſpacio unius hore uel duarū ad plus.
Sic in terra foderunt ſibi tabernacula &
in tenebris peccatorum cecati ambulant
glorioſi, & licet ſuper terram eleuentur,
tamen non diu durant. p̄s. Quemadmodū
fumus deficient. Non ergo glorietur fu-
mus ſi exaltetur, quia fumus aſcendendo
facit ut non ſit Iob. 20. Gaudium hypocri
te ad inſtar puncti. Hypocrita mūdus eſt,
qui exterius uidetur bonus & non eſt, &

*plebē in domū maxillarū.*

E *Gloria mundi. Potētia q̄ breuis & fallax eſt mundana potentia.*

cito tranſit. Sen. Fortuna uitrea eſt & ue-
lut uitrum cito frangitur. Sed gloria dñi
manet in ſeculum ſeculi. ideo qui gloria-
tur in domino glorietur. Ipſe enim eſt glo
ria omnium operum noſtrorum, diuitia-
rum, & honorum. ps. Glorin uirtutis eorũ
tu es. Qui enim multa ſeminauit & multa
metit in uitą iſta corporali gloriatur. Sic
qui multa hic ſeminat in terra pauperum
& metet in terra uiuentium, materiam ha
bet gloriandi in eo in quo meſſurus eſt.
De talibus dicitur in ps. Rege eos & ex-
tolle illos uſque in æternum. Sed de glo-
ria mundi dicit quidam glorioſus. Eleuãs
alliſiſti me. Lumen cęleſte uentum nõ ti-
met. lumen uero candelæ facile extin-
guitur. Secundo oſtendunt diſcipuli Chri
ſti quàm ſit deceptoria & fallax mũdi po-
teſtas & gloria. Fallit enim eos in opinio-
ne, quia uir iuſtus dignos iudicat gloria
uiros bonos. ps. Timentes dñm glorificat.
Ad templum. n. honoris in urbe Romana.
de quo Aug. lib. 5. de ci. Dei. c. 12. non po-
terit quis intrare niſi per templum uirtu-
tis. Sed contrarium habet Dei iudiciũ uir
iniuſtus, quia iudicio ſuo uiri ſancti nihil
ſunt, & mali multum ualent. Et hoc ideo,
quia ad diuerſa reſpiciunt. Vir iuſtus vo-
lens iudicare de hominis quantitate ſolũ
cõſiderat bona quæ ſunt uere hoĩs bona.
ut bona aĩæ. mũdialis ſolum bona extrin
ſeca. Nec mirum. quia illa ſolũ nouit &
eorum quantitatem. Ideo mundus illum
magnum reputat qui multis tpalib. abun-
dat. & qui ſolũ ſpũalib. nihil reputat, quia
pro nihilo habuerunt terrã deſiderabilẽ.
Oppoſitum iudicant uiri iuſti. Sen. ad lu-
cillum. Cum uelis hoĩs æſtimationẽ ſcire
qualis ſit, nudum inſpice, ponat patrimo-
nium, ponat honores, & alia fortunæ men-
dacia corpus ipſum exuat. Intuere qualis
quantusq; ſit ſuo an alieno bono. Et ſic iu
dicium malorum nullum eſt. Prouer. 10.
Cor impiorum pro nihilo. Sed iudicium
uiri iuſti rectum eſt & permanens, quia
multi illorum qui primo non fuerunt ſuæ
ſententiæ, poſtmodũ ipſis conſenſerunt.
Greg. Plerunq; nonnulli dũ quorundam
gloriam cernunt, & eiuſdem gloriæ aſpe-
ctib. delectantur, hanc aliquod magnũ exi
ſtimãt, & ut tal a mereantur exoptãt. Cũ
uero glorioſos quoſq; forte moriẽtes a-
ſpiciant, quia gloria humana nihil ſit cũ

*F*
*Iudicium humanũ. Aliter iu ſti aliter mali iudi cant de his q di- gni ſunt.*

gemitu ſantentur, ita ut protinus dicant
oẽs qui glorificant eam ſpreuerunt eam,
qm̃ uiderunt ignominiã eius. Ceruus ue
lit nolit deponit cornua, & ea abſcondit
cum tremore. Sic iſti uelint nolint in mor
te deponent cornua ſua. uellentq; ſuper-
biã ſuã a Deo abſconditam eſſe, ideo cũ
maximo tremore ad Deum accedunt. Vo
lens emere equum quantũcunq; uiſus ſit
pulcher, ſi probando ipſum in parte poſte
riori imponens, turpe, uel irremedialiter
claudicans inueniatur. non multũ appre-
ciatur ille equus, nec care niſi a fatuo e-
mit. Si poſteriora mundi & delectatiorũ
eius conſideres, inuenies turpitudine clau
dicare. Diuitiæ duos pedes habere dẽrent,
ut ſiuuarent in principio & in fine, in uita
& in morte, ſed in ultima parte claudicãt,
quia finiunt in paupertate. quia ps. Dor-
mierunt ſomnum ſuum & nihil inuenerũt
&c. Sic ſapientia mũdi finitur in ſtultitia,
ſic fortitudo in debilitate. ſic pulchritu-
do in deformitate. & quantũ fuerit ĩ deli
ciis & glorificauerit ſe tm̃ dab it ei tormẽ
tum. Sic honor & altitudo mundi finit ui-
litate & terræ ꝓfunditate, qa frequenter
accidit q̃ q locũ tenent & honorẽ in hoc
mundo dũ uiuunt, ꝓfundiorẽ in terra fo-
ueam hẽant poſt mortẽ, quia diligẽtiores
& fortiores hñt terræ foſſores q̃ paupes.
ut de illis uerificeẽ ueritatis ꝓmiſſio Mat.
10. Qui & ludo ſcacarij. rex. n. eſt poten-
tior ĩ ludo q recte capit & oblique, de lõ
ge & de prope, ſtultus aũt ex trãſuerſo &
oblique, & pedites ſuo mõ. ſed finito ludo
cũ ponunt oĩa pſonagia in ſacco, aliqñ rex
ꝓfundius iacet & ſubter omnia perſona-
gia. Matth. 20. Sic erunt nouiſſimi primi,
& primi nouiſſimi. Secundo fallit hæc
gloria non ſolum in opinione perſona-
rum, ſed in opinione rerum mundialium,
quia impij iudicant ſe felices ſi bona bene
ficia prælaturas, bona prædia habeant. Iu
dicant enim ſicut ſeruus Abrahæ alieꝫer.
Geneſi. uigeſimoquarto. Qui iudicauit
uiam ſuam bonam ſi Deus daret domino
ſuo bonam uxorem, id eſt bonam præben
dam. Iuſti uero eos iudicauit infelices.
Ber. in ſermone qui incipit reuertere. Nã
quàm in honore ſine dolore, in prælatio-
ne ſine tribulatione, in ſublimitate ſine
uanitate quis eſſe poteſt. Nec ſe uidẽt in-
felices, ſicut nec uidetur dulcis & uenena
ſu-



ſus potus qui ingreditur blande, & in no-
uiſſimo mordebit ut coluber. Prouer. 23.
Nec uiæ amene ſinis uidetur, quæ per ui-
rentia prata ducit ad patibulum. Prouer.
14. Eſt uia quæ uidetur homini recta, &
nouiſſima eius ducunt ad mortẽ. Arbor
enim gloriæ mundanæ tres ſolet habere
flores. Vnus eſt gaudium in deliciis cuius
fructus eſt luctus. Prou. 14. Extrema gau-
dii luctus occupat, ſicut hæres qui occu-
pat hæreditatem prædeceſſoris ſui. Secun
dus eſt gaudium in diuitiis, cuius fructus
eſt omnimoda paupertas. Eccle. 5. Qui a-
mat diuitias fructũ non capiet ex eis. imò
indigentiam multiplicem quæ circa eas
eſt. Tertius eſt gaudium in honoribus, cu
ius fructus eſt ruina. Pſal. Cadet cum do
minatus fuerit pauperum, maxime uerũ
eſt de illis qui bona ſpoliant ſubditorum.
Si enim caput totum corporis nutrimen-
tum ad ſe traheret, efficeretur ita ponde-
roſum & corpus ita debile quòd neceſſa-
rio caderet. Dicit Philoſophus quòd ca-
put hominis rare carnis eſt, quia eſt ſu-
premum corporis erecti, quia ſi eſſet car-
noſum eſſet nimis ponderoſum, & ſenſui
ineptum, præcipue anterius & poſterius
capitis. Sic qui dominantur non multum
in animo onerari debent pondere tempo-
ralium, ut poſſint facilius portari a ſubdi-
tis, & ſenſu regiminis abundare, & præci-
pue anterior pars. i. princeps & poſterior.
i. miniſtri. Tertio fallitur in opinione ſua
homo glorioſus cum ſe putat aliquid ma-
gnum. Gala. 6. Qui ſe exiſtimat aliquid eſ-
ſe cũ nihil ſit, ipſe ſe ſeducit, & quia mul-
tum ſe exiſtimat in multa ſe intrudit pe-
ricula. Greg. 6. moral. Eo atrocius in tor-
mentis obruuntur, quo altius in peccatis
extolluntur. Tranſit quod extollitur, per
manet quod punitur honoratur in uia, dã-
nabitur in peruentione, & quaſi per ame-
na prata ad carcerem perueniunt, dũ per
uitę præſentis proſpera ad interitum ten-
dunt. Vnde pœnę ſine uenia habendi ſũt,
quos gloria huiuſmodi decipit. Primo
quia vident apud eam omnia cruenta, pe-
riculis, mortibus, & præcipitiis plena. nec
ſic tamen ſuæ cupiditati fręna imponunt.
Secundo ſtipari eam cernunt ſodalib. peſ-
ſimis, contumeliis, opprobriis, liuore, inſi-
diis, criminationibus, & peſſimis curis me-
tu cingi & mille aliis huiuſmodi infauſtis

*I*

conſortibus uelut anguium corona circũ-
dari. & adhuc amoribus eius inſaniunt.
Tertio oſtendunt diſcipuli quòd eſt impe
ditiua ſalutis. Primo quia fundamentum
omnis boni uidetur auferre. Iohã. 5. Qũo
poteſtis credere qui gloriam accipitis ab
inuicem, & gloriam quę a ſolo Deo eſt nõ
quęritis? Fides autem fundamentum eſt
omnium bonorũ operũ. ps. Omnia opera
eius in fide. in ſignum cuius mundani pau
cam aut nullam fidem habent. imò nec ſi
delitatem. Poeta. Nulla fides pietasq; ui-
ris qui caſtra ſequuntur. & ſi haberent fi-
dem, plus expenderent pro uera quàm
uana gloria obtinenda. cuius contrarium
clare uidetur. Secundo quia tales facile
ruunt in peccatum. Res faciliter mouẽ &
uertitur qñ ponitur in aqua, vt nauis faci
lius mouetur in aqua, q̃ in terra ſicca, &
qñ res eleuaẽ ſurſum vt lapis facilius mo
uẽ quàm iacens in terra. Sic facilius uer-
titur ad peccatum exiſtens in aquis diui-
tiarum & delitiarum quàm in ſicco pœni
tentiæ, & eleuatus ſurſum per honorem,
quàm exiſtens deorſum per humilitatem.
ps. Fallax equus ad ſalutem. Equus. n. eſt
temporalis fęlicitas unde ſuperbiẽ. Equus
aũt quanto velocius currit, tãto ſeſſor e-
ius citius & periculoſius cadit. Tertio dñs
opus habet his qui ſternunt ueſtimẽta ſua
in uia, vt collocet eos cum principibus &
ſolium glorię teneant. Hi ſunt ſancti uiri
confeſſores qui ſpretis veſtimentis glorię
mundi dominum ſecuti ſunt. Vnde & tur
bæ quæ præcedebant & quæ ſequebantur
clamabant oſanna. ſed differenter. quia
turbæ quæ ſequuntur Chriſtũ poſitis oĩ-
bus ſub pedibus ſuis cum effectu eleuãtur
ad gloriam cœli. Hinc Mat. 19. Vos qui re-
liquiſtis omnia & ſecuti eſtis me &c. ſede-
bitis &c. Ideo his opus habet dñs vt col-
locet eos cum principib. & ſolium gloriæ
æternæ teneant. Turbæ aũt quæ pcedũt
Chriſtum ponunt ad dorſum nec uident
eum, ſed præcedunt ipſum ad gloriã. quia
hic gloriari noluit Chriſtus niſi in tranſi-
tu, ut cum ſuis gloriaretur in futuro. Vn-
de & Petro dicenti dño. Abſit hoc a te cũ
loqueretur de his quæ paſſurus erat. dixit.
Vade retro ſathana & non ante, quia non
ſapis ea quæ Dei ſunt. Propterea munda-
ni in gloria ſua, quia præcedũt dominum
non ſapiunt ea quæ Dei ſunt pp blandi-

*K*
*Gloria mundi. Q̃ glo- ria mũdi ẽ ſalutis ĩpeditiua*

*L*
*Turba. De turbis pcedẽtib. & ſequẽtib quõ differũt.*

*M*
*Veritas. Adula- tio. Q̃ď morti ad loren*

ſores

*tpalia q̄ adulatio ueritati contraria recupat.*

tores qui eos aliter ſapere faciunt ut bona habeant ſtipendia & penſiones, & bonos conſiliarios a ſe repellunt & propterea malos collocant in circuitu ſuo. Semel enim pugnauerunt inuicem uẽtus auſter & aquilo pro ueſte peregrini quis eorum illam poſſideret ſup cauſa diſcordiæ orta ſtatutum eſt ꝙ aquilo primus flaret. Flauit igitur aquilo frigidæ, & tunc peregrinus qui pœnę ueſtem laxauerat eã reinduit & circumcinxit, & cum iterum flaret frigidius ſeſe arctius conſtringebat peregrinus, ita ut uentus aquilo ueſtem perderet peregrini. Blande tandem flauit auſter a quo incaluit peregrinus, & ſic zonã depoſuit. flauit iterum blandius & ſic fimbrias diſſoluit, & in fine ita blande ſonuit ꝙ ueſtem peregrini abſtulit. Sic qui frigidæ ueritatẽ dicentes optimates alloquuntur, repelluntur nec penſiones habẽt. Qui uero blandiuntur ueſtem peregrini auferunt.

*N*

*Ramus. De duplicib. ramis utilib. & ĩutilib.*

Quarto opus habuit dominus cedẽtibus ramos de arboribus. Hii ſunt populares non pigri, qui tota cum diligentia in hac quadrageſima ſciderunt ramos de arboribus, duplices quidem ſicut & quidã rami inutiles ſunt & impediunt fructũ, alii utiles ſed præſcinduntur ut in aliena terra plãtentur. Iſti ſunt qui a principio quadrageſimæ diligenter excoluerunt arborem ſuam præſcindendo per confeſſionẽ ramos inutiles peccatorum, & etiã ramos utiles ſuorum bonorum temporalium ad plantandum per elemoſinam in terra & uentribus pauperum. His dominus opus habet in hac proceſſione, ut cuſtodiant legem eius & iuſtificationes eius exquirãt.

*O*

*Laus. Qđ probi uiri de ſua probitate laudantur: ſed nihil eis accreſcit a populo.*

Quinto dominus opus habet pueris hebreorum ut annuncient in Syon nomen domini, & laudem eius in Hieruſalem. Iſti ſunt viri eccleſiaſtici, qui ſi ſicut pueri & infantes uiuant, uere annunciant laudẽ & nomẽ domini magnis & paruis. Syon eñ mons erat tutans Hieruſalem. Hieruſalẽ uero erat ad deſcenſum montis quæ deſignat paruos, q ſi parui ſint humilitate & magni largitate ſuorum bonorum melodizat laus Dei in ore eorum. Si uero oppoſitum, putet laus Dei in ore eorum. p̃s. Opprobrium abũdantibus & deſpectio ſuperbis. Vnde dari ſunt in opprobriũ principes cum populo iudæorum qui uendentes Chriſtum intumuerunt contra doctrinam eius, & licet populus laudaret eum tanquàm probum utrum parcus tamen ei fuit, quia nec fuit eorum quiſquã qui poſt laudes eum cibaret. Vnde Hiero. in epiſtola ad terentiam. Dicit Satyrus gentium poeta. Probitas laudatur & alget. Teſtimonium hoc uerum eſt. Nullus eã ſtipat populus, nulla multitudo ambit. hõ nullus amplectitur, & in mundo iſto uelut in nouercali domo horret & neceſſariis diſcooperta, quandiu non ueſtem ſuę habuit dignitatis: Sic probitas domini iſta die laudatur, ſed alget nullo ſibi præbente ſubſidium. nullo circunſtante laudantium.

*Sermo octauus. unde ſupra. & in ordine.* 129.

SEcundum gloriam eius multiplicata eſt ignominia eius. 1. Mach. 1. Solent nobiles cum gaudio magno cum fiſtulis, cum tabourinis vel tympanis, & cum apparatu magno uenire ad torneamenta. postea ibi recipiunt multos ictus, & de quo deiecti plerunque turpiter recedunt. Sic Chriſtus hodie a iudæis cum gaudio & honore grandi receptus, de honore facto feria ſexta ſimbolum ſoluit, & ſecũdũ gloriam eius multiplicata eſt ignominia eius. Sed de hoc commodum ſuum & noſtrum fecit, dum per ignominiam ſuæ paſſionis peruenit ad gloriã ſuæ reſurrectionis. Nos autem non ſic, ſed de gloria in ignominiã labimur nec inde reſurgimus. ſicut perdix quæ dum de nocte lumen uidet & credit eſſe diem, claritate luminis rheti aucupis inuoluitur. Sic nos candelã mundanæ gloriæ dum credimus uerũ diẽ eſſe, diaboli laqueis inuoluimur. Poſt magnam enim lucem ſequuntur magnę tenebræ, poſt magnum calorem magnæ pluuiæ. poſt magnam ſerenitatem magnæ tẽpeſtates. Sic & poſt maiorem mundi gloriã quã affectamus: multo plus nos ſequitur ignominia. Hæc.n. gloria uinum forte eſt, quod caput noſtrũ debile ſuſtinere nõ poteſt, niſi aqua tribulationis & anguſtiæ temperetur. Propterea mali male ea utũtur, quia non cum modeſtia & temperamento, & ideo in ea ſubmerguntur. boni uero bene, ideo non obeſt eis. Buxus eñ in profundum aquæ mergitur, ubi abies & naues ſupernatant. Sic Nabuchodonoſor in gloria ſua in beſtiam commutatus eſt, ubi



Moyſes puer in aquis ſubmerſus non eſt. Sic bene vſus eſt Chriſtus hac gloria, qui eam lachrimis ſuis tẽperauit, & actionibus ſanctis quas dedignantur glorioſi gloria mundi, & contradictionibus quib. uelint nolint oppugnantur, ita ꝙ de tribulis ſciuit colligere ficus. & de ſpinis uuas. Vt ergo de ſpinis paſſionis eius colligere poſſimus vuam gratiæ, ad Mariam recurramus dicentes Aue.

Quæritur cur voluit ſibi dominus talẽ exhiberi honorem, cum antea eũ reſpuerit? Videtur ꝙ ſit ſimilis vitulo qui ſaltat cum ducitur ad macellum. Reſponſio. hoc poteſt dici pp tria fuiſſe factũ. Primo quidem litteraliter. quia paſſio ſua erat ſibi in feſtum & gaudiũ propter fructum ſubſequentem. ſ. exaltationem nominis ſui, ſalutem generis humani, & reparationẽ paradiſi, & ꝙ in morte ſanctorum non erat triſtandum ſed gaudẽdum, ſicut & modo eccleſia lætatur. Secundo ad oſtendendũ ꝙ qui ad honorem aſcendunt ad paſſionẽ ueniunt, quia quãto quis plus honoratur: tanto plus paſſionibus & aduerſitatibus agitatur, & in multis ſolicitudinibus verſatur, & pro his omnibus pauca ſuſpicitur retributio. Pro omnib.n. bonis quæ fecit dñs in iudæa paucum habuit honorem. Tertio ad oſtendendum quòd qui gloriam & gaudium huiuſmodi ſectantur: tali fatuitate laborant quali fatuitate laboraret qui cum gaudio ad patibulum uel aliqđ genus mortis ire vellet. Licet enim fugerit gloriam cum uoluerũt eum facere regem, non tamen fugit qñ morti appropinquauit: quia qui gloriari uolũt: ad mortem ſuam tendunt. Propter qđ fatuum eſt illam gloriam quærere: q̃ morte ſuperueniente fatuitas oſtẽditur. Mortuus enim cum ſolo ſudario ſepelitur. in quo oſtenditur fatuitas cupiditatis ſub terra poſitus ab hominibus & iumentis conculcatur. in quo oſtenditur fatuitas ſupbiæ, a uermibus comeditur. in quo oſtenditur fatuitas uoluptatis, ita ut ſm gloriã eius multiplicetur ignominia eius. Iuxta thema propoſitum dicemus ſeptem honores quos hodie ſenſit Chriſtus: contra ſeptem ignominias quas in paſſione ſua ſenſit.

*gnũ eſt ſeiũgere bonorum ſocietati.*

Primus honor ſibi exhibitus fuit a ſuis diſcipulis. Et hoc tripliciter. Primo quia aſſociatus ab eis. Honoratur.n. princeps qñ ſua comitiua honeſta eſt & honeſta diſpoſita. Sic erat nobilis illa comitiua prælatorum primitiuæ eccleſiæ honeſtiſſimis moribus ornata. Vnde cum appropinquaſſet Ieſus Hieroſolymam & ueniſſet bethfage quæ eſt vicus ſacerdotum ſitus a latere montis Olíueti erat aſſociatus ſuis diſcipulis. Magnum eſt bono & ſancto uiro ſeiungere, quia ex eo multum proficit ſocietas. Sic Saul. 1. Reg. 10. Iunctus numero prophetarum prophetauit & mutatus eſt in alterum uirũ. Econtrario uero huic honori feria ſexta proxima relicto eo oẽs fugerunt, & ipſe ſolus immolatus eſt. Sic multi nunc Chriſtum aſſociant per pœnitentiam, qui paſchali tpe ſuperuenientib. uoluptatibus relicto eo ad eas fugient.

*D*

*Fugere. Qđ aliter diſcipuli aliter phariſei fugerunt a Xp̃o.*

Fugerunt itaque diſcipuli quem prius fugiebant principes & phariſei, ſed differenter quia diſcipuli fugiebant pp timorem humanum. Sicut enim ſerpens hominem nudum dicitur naturaliter fugere, ſic hominem nudatum bonis, & in aduerſitate poſitum ſolent amici dimittere. Iob. 19. Noti mei quaſi alieni receſſerunt a me, dereliquerunt me proximi, & qui me nouerunt obliti ſunt mei. Principes autem & phariſei pp odium & rancorem ab eo fugiebant. Vnde Solinus in lib. de mirabilibus mundi. Templum herculis non intrabant muſce, & clauam herculis quæ in tẽplo pendebat ſolo odoratu fugiebant canes. quia infeſtus iudæorum populus indignus erat habitare templum illud quod ſolutum in triduo excitatum eſt, & canes. i. pontifices ſolo odoratu doctrinæ & miraculorum & increpatione eius fugiebant eum. Pſalmus. Ab increpatione tua fugient, a voce tonitrui tui formidabunt. Boni autem licet pro tempore recedant, poſtea tamen feruentius accedunt. ſicut apparuit in diſcipulis qui non odio aut timore humano a Chriſto receſſerunt. De quibus. Pſalmus. Mare uidit & fugit, Iordanis conuerſus eſt retrorſum. quia ſocietas illa in amaritudine exiſtens, uidens eum captum fugit. & tunc mare id eſt amaritudinem uidit, ſed Iordanis facta id eſt fluuius dulcis dulcedine pſentiæ Chriſti a fuga retroceſſit. Secundo ſibi exhibuerunt honorem diſcipuli ei obediendo. Vnde ſequitur. Et miſit duos ex diſcipulis dicens. Ite in caſtellum quod contra uos eſt.

eſt. Quod exponunt quidam de quodam villagio quod erat prope bethſage a latere illius vini quo erat aſina illa alligata. Vel ſecundum alios intelligebat de Hieruſalē quæ contra apoſtolos fuit, quia cōtra eos prę uidebat futuram illam perſecutionem & contra doctrinam eorū reſiſtentiam. vt per hoc purgaret eos, ſicut frumētum flagello purgaт a palea. Vnde dicūtur excuſſi & nos filii excuſſorū. Iuxta illud. p̄s. Sicut ſagittę in manu potentis, ita filij excuſſorū. quia ſicut ſagittę miſſę a manu potentis hoīs oēm armaturam penetrāt, ſic filii apoſtolorum. i. Chriſtiani ex doctrina ſua componere debēt ſagittas quę corda peccatorum quantūcunq; dura debent penetrare. Subditur. Inuenietis aſinam alligatam & pullum cum ea, ſuper quem adhuc nullus hominum ſedit. ī quo figurabaт populus gentilis qui nondū portauerat iugum Chriſti. Quādiu. n. homo currit, non pōt aliquid boni facere, ſed qn̄ ſtat vel ſedet vtilius operatur. Aliquæ. n. ſunt bonæ artes quæ fieri non pn̄t niſi hō ſedeat vel ſtet, vt ars ſutoria uel ſcriptoria. Sic quamdiu hō eſt in curſu mūdanorū negociorū & mentalib. deſideriis vagatur, nihil boni operatur. nec portat iugū Chriſti quouſq; in trāquillitate animi ſedeat, & a vanis motib. ſe compeſcat. Et ſequitur. Soluite & adducite mihi. Soluere autem tripliciter ſecundum grammaticū accipitur. Vno mō idem eſt ꝙ reddere ſeu ſatisfacere. iuxta illud. Eſa. 19. Vota vouebunt dn̄o & ſoluent. Et hoc mō prælati & religioſi qui ſuſceperūt ſtipendia ꝓ viuis & defunctis tenentur ſatisfacere, & eis dicitur ſoluite & adducite mihi. Secūdo mō accipitur ut idem eſt quod diſrumpere. Iuxta illud. p̄s. Dominus ſoluit cōpeditos. & iterum præcipit prælatis dominus ut a laqueis peccatorum eos abſoluant. ſoluite inquit &c. Hoc enim eſt eorum officiū ſoluere aſinas. Tertio modo accipitur ſoluere. i. liquefieri. iuxta illud 2. Pet. 3. Elementa calore ſoluentur. Sic eis etiam præcipitur, vt corda obſtinatorum verbo prædicationis emolliant. Iuxta illud. p̄s. Emittet uerbum ſuum & liquefaciet ea, flabit ſpiritus eius & fluent aquę. & iterum eis ſic præcipitur. Soluite &c. Et ſequitur. Et ſi quis aliquid vobis dixerit, dicite quia dn̄s his opus habet. & confeſtim dimittet

E
*Excutere*
*Qd̄ Chriſtiani ſūt filij excuſſorū.*

F
*Sedere.*
*Qd̄ ſedendo nō currēdo ꝓficit homo.*

G
*Soluere.*
*Qd̄ ſoluere ſecūdū grammaticū ad tria eſt equocum.*

eos, & fecerunt ſicut præcepit eis Ieſus. Sic honorant eum qui mandata eius obſeruāt. Sed ſexta feria ab illo eodem qui hoc miniſterium impleuerat ſicut diſcipulus perfecte obediēs, negatur eſſe eius diſcipulus, & aſinam ſuam. i. animam cū anathematizatione a Deo ſubtrahit & diabolo tradit. Sunt enim qui non dignantur recognoſcere pauperes conſanguineos & uicinos dum ſunt ī aduerſitate, ſimiles ſtrutioni qui ouum dum eſt in ſabulo non cognoſcit. Sic Petrus magiſtrum ſuum negauit dum in tribulatione eum uidit dicens, non noui eum. Iob. 8. Si abſorbuerit eum de loco ſuo, negabit eum & dicet non noui te, quia quando quis a fortuna ſua ab infortunio tanquàm de loco. i. ſtatu ꝓprio abſorbetur, tunc a ſuis notis & familiaribus non cognoſcitur ſed negatur. Tertio honorauerunt eum diſcipuli quia eum ſuper aſinam ſedere fecerunt impoſitis ſuis veſtimentis. Sic honorant eum qui per opera bona ædificant proximum. Tales. n. imponunt ornamentum animæ ſuæ ſuper aſinam. i. ſuper miſeram animam ꝓximi. Sed ex oppoſito Chriſtus ſexta feria inhonoratus eſt a ſuo diſcipulo qui huic interfuit honori diffamando & tradendo ī manus inimicorum ſuorum tanquàm latronem & homicidam. Sic inhonorāt Deum lecatores qui bn̄ moratos ſuis prauis colloquiis & monitionibus perdunt. & uelut latrones aſinam ſuper quam Chriſtus deberet ſedere, malis exemplis & uerbis ab eo tollunt. Contra quos debet clamari tāquàm ad latronem uel tanquàm ad ignē, ac ſi ignis eſſet in ciuitate. ut dicit Guillermus Pariſi. Secundus honor ſibi hodie exhibitus eſt a turbis ſibi obuiam procedendo. Iohan. duodecimo. Proceſſerunt ei obuiam. Hoc modo honoratur Chriſtus ſpiritualiter, quando per ueram cordis contritionem mutat locum ſuum peccator, ſcilicet de loco uitij in quo erat ad locum uirtutis in quo non erat, & ſic uadit obuiam Chriſto. Vnde legitur quòd Magdalena fuit obuiam Chriſto ad ſuſcitandum Lazarum, id eſt ſpiritum mortuū. Iohan. vndecimo. Vnde multi in quadrageſima credunt ire Chriſto obuiam per ieiunia & uigilias, qui tamen non uadunt nec honorant, quia non cum debito apparatu, cum lachrimis & compunctione peccatorum



catorum uadunt obuiam. Vnde Baruch 2. Nō mortui qui ſunt in inferno id eſt peccatores qui iam habent vnum pedem in inferno dant honorem & iuſtificationem domino, ſed anima quæ triſtis eſt ſuper magnitudine mali. ecce contritio, & incedit curua & in infimis ꝑ defectuum conſiderationē, & oculi deficientes præ lachrymis & anima eſuriens. ſ. deſiderio pr oficiē di dat gloriam & iuſtitiam dn̄o. Multi aūt ſunt ſicut aues ſilueſtres. licet deus ad eos ueniat bona propoſita inſpirando, ipſi tamen ad eum ire nolunt inſpirationib. obediendo. Vnde aues tribus de cauſis ad dominum ſuum non reuertunт. Aut qn̄ ſunt nimis replete, aut qn̄ ſunt in deuoratione prede occupate, aut qn̄ non ſunt bene domeſticate. Sunt itaque quidam qui nō ueniunt obuiam Chriſto ſibi uenienti, quia ſunt nimis diuitiis repleti. Deut. 31. Incraſſatus eſt dilectus meus & recalcitrauit. Alii quia rapinis ſunt nimium occupati. Alii quia non ſunt bene domeſticati. Domeſticatur autem animal uel ex flagellatione aliena. ut leo ex uerberatione canis aut ex propria ut catulus quando ſæpe uerberatur. aut ex lōga cohabitatione cū hominib. aut ex uini ſumptione, ſicut qn̄ pueri dant vinum auibus vt poſſint eas docere loqui, aut ex beneficiorum impenſione. Non enim eſt aliquod animal tam ſilueſtre quod ex beneficiis nō fiat domeſticum. & tn̄ aliqui ſunt adeo ſilueſtres ꝙ domeſticari non poſſunt, nec ex cōſideratione leonis flagellati. i. Chriſti. nec īmiſſione alicuius aduerſitatis. Hier. 6. Fruſtra cōflauit. ſ. conflator, malitiæ eorum nō ſunt conſumptę. nec ex longa conuerſatione eorum cum ſanctis uiris, imò qđ deterius eſt cohabitando cum bonis bonos cōmaculant, nec ex potu ſanguinis Chriſti nec ex aſſiduis eius beneficiis. Econtra uero Chriſtus ſexta feria inhonoratur, dū turpiter extra ciuitatem eiicitur. Ioh. 19. Baiulans ſibi crucem exiuit. Sic ſpiritualiter multi obuiantes ei in quadrageſima & recipientes in die Paſchæ, poſtea eiiciunt eū turpiter per peccatum, ſimiles illis qui hoſpites ſuos quādo iam ſunt exonerati uel deprædati. i. detrouſſem, ſuperuenientibus aliis cum quib. (vt videtur) magis poſſunt lucrari primos turpiter eiiciunt, quod eſt magna proditio. Quanta enim eſſet pro-

H

ditio ſi quis dominum ſuum chariſſimum hilariter in domo ſua reciperet, & poſtea induceret ſuper eum inimicos ſuos capitales qui compellerent eum exire?

Tertius honor fuit, quando honorauerunt eum ueſtimenta ſternendo in uia, ꝑ quæ ſignantur bona tpalia. Vnde Grego. Quid aliud ſunt tpalia q̃ quædam corporis indumenta? Debent aūt ſterni in uia. i. erogari pauperib. qui dicuntur uia ꝓpter duo. Primo quia ſunt in mundo cōculcati ſicut uia cōis ab oīb. Secundo quia ſicut uia non fert fructū ſic apud mundū pauperes inutiles & infructuoſi reputantur. Qn̄ enim hmōi veſtimenta in via ſternuntur, Deus ſpūaliter honoratur. Mat. 25. Quod vni ex minimis meis &c. Prouer. 3. Honora dn̄m de tua ſubſtantia, & non de aliena Non uult dn̄s ꝙ fiat ei placenta de aliena paſta, ſed de tua ſubſtantia. Sed econtra inhonorauerunt ipſum ſuis propriis ueſtimentis ſpoliando. Sic qui pauperes ſpoliāt vt vſurarij & raptores Iob. 14. Qui calumniatur egentes, quod ſuum eſt. ſ. auferendo uel pauperem contēnendo, talis exprobrat factori ſuo. ſ. Deo, ſicut quando deſpicitur opus fit dedecus operario ſuo, ſed qui tm̄ eū appreciatur ꝙ dat ei aliquid ipſum honorat. Vnde ſequitur. Honorat aūt eū qui miſereт pauperis. Similiter ipſum inhonorant qui a proximo auferunt veſtimenta bonæ famæ, ut detractores & veſtimenta boni exempli per malam uitā. Sicut qui dat alicui uenenū eſt occaſio mortis eius, ſic qui dat alteri malū exemplū. Quarto honorauerunt eū uirgis & ramis decorando. Vnde ſequitur. Alii aūt cedebant ramos de arboribus &c. Sic nos debemus ire obuiam Chriſto habentes uirgam diſciplinæ in manibus noſipſos ꝑ pęnitentiam diſciplinando. Hoc. n. modo honoratur Deus ſpiritualiter, ſicut regi terreno eſt honor habere bonum iuſticiariū. Talis aūt bene iuſtizat terrā corporis ſui. p̄s. Honor regis iudicium diligit. Eccl. 25. Qui continens eſt iuſtitiæ. i. ſimul tenens iuſtitiam in oī parte ſui corporis, vt ſi peccet os, puniatur os, & ſic de aliis. (Non ſic infideles iuſticiarij qui uni parcunt & aliū occidunt) apprehendet illam. ſ. ſapientiā increatam & obuiabit illi ſapientia quaſi mater honorificata. i. blande ſuſcipiet eū quaſi mr̄ filiū a quo honoratur. Econtrario

I
*Paupertas.*
*Qd̄ pauperes dn̄r uia.*

rio uero inhonorauerunt eum feria ſexta ipſum uirgis uerberando & arbori crucis affigendo. Sic ſpiritualiter poſt Paſcha multi inhonorant Deum, affligendo eum quantum in ſe eſt de ipſa pœnitentia quã fecerant in quadrageſima, quia poſt Paſcha uacando delitiis uirgam diſciplinæ proiiciunt, ſed uirga proiecta in colubrũ conuertitur. Exo.4 i. in pœnam æternam. Ideo dicitur in p̄s. Apprehendite diſciplinam &c. Vel aliter per ramorum præciſionem ſignatur præciſio motuum carnaliũ per abſtinentiam, ſicut fit abſciſſio a cibis per ieiunia, a ſomno per uigilias. Sed in multis poſt Paſcha rami iſti pullulant. Tales colligunt uirgas unde Chriſtus uerberatur. Iob.14 Si præciſum fuerit lignum rurſum uireſcit, & rami eius pullulant.

K *Euchariſtia. Qđ honorat Deũ qui credẽdo ei dementitur ſenſus ſuos.*

Quinto honorauerunt eum ipſum Saluatorem confitendo. Vnde dicebant oſanna in excelſis i. obſecro ſalua. quod fit p̄ fidem & ſpem. Hoc modo honoratur Deus qñ homo deměntitur ſenſus ſuos vt credat Deo Non. n. mihi facit honorem qui credit mihi de pariete albo q̄ ſit albus. Neq; enim credit mihi ſed ſibi. Sicut communiter dicitur his qui uenerunt de terra longinqua qui inde mirabilia narrant uix eis creditur Xp̄s autem uenit de terra lõginqua & narrauit nobis de ea mirabilia & uix ei creditur. Sic qui credit de hoc qđ non uidet facit honorem Deo, ſicut qui ſub albedine panis credit eſſe corpus xp̄i. De hoc modo honorandi dicitur Ro.15. Deus autem patientię & ſolatii det uobis idipſum ſapere, quantum ad ſacramentũ altaris idipſum. ſ. quod ore, ſapere in corde per ueram fidem. ut unanimes. i. uno ore & uno corde per fidei confeſſionem honorificetis Deum. Econtra uero inhonorauerunt ipſum feria ſexta, ipſum & fidem eius abnegando. Vnde qui primo clamabant oſanna poſtmodum clamabant. Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt &c. Iſto modo inhonorant ipſum hæretici & infideles qui Deum dementiuntur. qui. ſ. credunt q̄ Deus non põt facere qđ ipſi nõ poſſunt intelligere. Tales dant Deo paruã poteſtatem contra quos dicitur. 1. Reg.3. Quicunq; honorificauerit me honorificabo illum. Qui autem contemnunt me. ſ. non credendo mihi erũt ignobiles. i. amittent nobilitatem ſuam quam habent a fide, quia per eam ſunt filij Dei. Ioh.1. dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in noĩe eius. Quantum. n. dolorẽ haberet qui hodie eſſet filius regis, & in craſtinum ſe inueniret filium ruſtici? Similiter eum inhonorant qui ſunt ſuperſtitioſi & ad auxilium dæmonis & incantatorum recurrunt. Sexto honorauerunt ipſum laudando & cum laudibus ſuſcipiendo & uſque ad ciuitatẽ cum benedictionib. & honore maximo deducendo. Vnde turbæ q̄ præibant & quæ ſequebantur clamabant benedictus qui uenit in nomine dñi, ſicut & antea dixerat p̄s. O dñe ſaluum me fac &c. in Marco ſcribitur Benedictum quod uenit regnũ patris noſtri Dauid. & Mat. 21. dicitur de hac receptione. Cum intraſſet Hieroſolymam commota eſt uniuerſa ciuitas dicens. Quis eſt hic? Plurimi autem dicebant. Hic eſt Ieſus propheta. Nõ ſine cauſa hoc dictum eſt. Cum enim intrat Ieſus Hieruſalem uniuerſa ciuitas cõmouetur, quia cum intrat animam pœnitentis uniuerſa mens commouetur ad pœnitentiam, cor ad dolendum, lingua ad cõfitendum, oculi ad plorandum, manus ad bene operandum, aures ad uerbũ Dei audiendum, pedes ad ſocietates malas fugiẽdum. Vnde & dum ingreſſus eſt nauiculã ipſa undique iactabatur fluctibus. Præcepit enim piſcibus. i. hominibus natantibus in hoc mari magno, replete aquas maris. i. in amaritudine pœnitentiæ. p̄s. Qui cõturbas profundum maris. i. cor peccatoris p̄fundum & ĩſcrutabile. Vnde de Neptalim dicitur. mare & meridiem poſſidebit, q̄a per amaritudinem pęnitentiæ peruenitur ad claritatem gloriæ æternæ. Iſto mõ ſpiritualiter honoratur Deus in eccleſia. p̄s. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo oſtendã illi ſalutare Dei Hęc recta uia ad cœlum, hoc totum officiũ paradiſi laudare Deũ. Sed cauendum eſt ne ſit diſcordia in cantu. ſ. q̄ os diſcordet a laude, ſicut & illi diſcordant, de quibus. Eſa.29. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt a me. Sed cum uox uitam nõ remordet dulcis eſt ſimphonia. Econtrario inhonorauerunt eum ſexta feria ipſum blaſphemando, & ẽt cum uenerunt ſibi obuiam tanquam ad latronẽ. Hoc mõ a multis inhonoratur iurãdo & periurando. Non. n. eſt ita paup (ſi eſſet p

bus



bus hõ) quin reputaret ſibi dedecus fieri ſi uocaretur ad ferendum falſum teſtimonium. iurare enim (ſecundum Aug.) eſt teſtem Deum inuocare. Hoc mõ inhonorabant eum iudæi qui dicebãt ipſum eſſe dæmoniacum. Ioh.8. quib. ipſe rñdit. Ego dæmonium non habeo ſed honorifico p̄rem meũ, & uos inhonoraſtis me. Tales non in ſe ſolum ipſum inhonorant, imò ẽt ab infidelib. faciunt contẽni. Ro.2. Nomẽ Dei p̄ uos blaſphematur inter gẽtes. Septimo eũ honorauerunt ipſum pro rege habẽdo, & ei dignitatẽ regiã tribuendo. Io.12. Benedictus qui uenit in noĩe dñi rex Iſrael. Hoc modo honoratur ab humilib. qui ipſum habent pro rege, attribuẽdo ei regiã dignitatem. ſ. gloriam de bonis operibus quã ſibi ſoli retinuit. Eſa.42. Gloriã meã alteri non dabo. 1. Thim.1. Soli Deo honor & gloria. Ideo dicitur. Eccl. 3. quãto maior es, tanto humilia te in omnibus, ad modũ arboris q̄ quanto magis eſt onerata tanto magis inclinat ſe ad terrã, a qua habet ſuam pinguedinem. Tales ponũt ſe in angulo domus ut Deo faciant maiorẽ locum. Nihil. n. præcipiunt in hoſpitio ſuo proprio, ſed uolunt q̄ Deus oĩa præcipiat. Humilitas aũt eſt nobis p̄pria uirtus. Naſcitur. n. in orto nr̃o. Mic.6. Humiliatio. n. tua in medio tui. Vnde bene iuſtum eſt ut reſtringamus nos ad faciendũ ei locũ, ſicut ipſe reſtrinxit ſe ut faceret nobis locũ, & in natiuitate qñ poſitus eſt in pręſepio, & in morte qñ poſitus eſt unus pes ſuper alium in cruce. Econtra aũt inhonorauerunt ipſum feria. 6. ei dignitatẽ regiam denegando dicentes. Non habemus regẽ niſi Cęſarẽ. Sic & mõ eum inhonorãt ſup [illegible] ſibi uſurpando regiã dignitatem. ſ. gloriam de bonis operibus. Hoc mõ inhonorauit eũ Herodes Actuũ. 12. Cum ſediſſet Herodes pro tribunali populus acclamabat uoces Dei non hoĩs. Et ſequitur ibi q̄ confeſtim percuſſit eum Angelus dñi, & conſumptus a uermibus expirauit, eo q̄ non dediſſet honorem Deo. Et ſic patet quod ſecundum gloriam eius multiplicata eſt ignominia eius.

*Sermo nonus eiuſdem dominicæ ſuper epiſtola, & in ordine.* 130.

[illegible] [illegible]

HOc ſentite in uobis qđ & in Chr̃o Ieſu. Ad Phil.2. Vulgo dr̃ q̄ neſcit ſanus qđ eſt ægro. Nemo ſcit de uino quale eſt ex auditu niſi guſtauerit de eo. Sic nemo poteſt ad plenum cognoſcere quot & quanta pro nobis his diebus paſſus eſt Chriſtus, niſi in ſe aliquid de his ſenſerit, ideo ad hoc nos admonet apoſtolus dicens. Hoc ſentite &c. Sunt autem duo in naturalibus maxime quæ ad hoc nos admonent, ſcilicet membra corporis humani & rami arboris. Membra enim ſentiũt læſionem capitis & ſibi compatiuntur. Chriſtus autem eſt caput noſtrum nos autem membra. Sicut. n. membra a capite ſenſum, motum, & uictum recipiunt. ſic nos a Chriſto ſenſus & motus ſp̄ũales. Io.1. De plenitudine eius omnes accepimus. Qui ergo eſt membrum Chriſti paſſionẽ eius non põt nõ ſentire. Eſa.1. Omne caput lãguidum & omne cor męrens a planta pedis uſque ad uerticem &c. quaſi diceret. Ex quo caput noſtrum & cor noſtrum languidum eſt, conueniens eſt ut totum corpus patiatur. Qui ergo paſſionem Chriſti audiens non compatitur, aut non afficitur, ipſum non eſſe Chriſti membrũ conuincitur. Capite enim infirmante os ſibi uinum ſubtrahit, uenter etiam fortiorem dietam obſeruat. Sic qui paſſionem Chriſti his diebus conſiderat, & ſibi delicata non ſubtrahit ſe non eſſe membrum Chriſti demonſtrat. Non. n. decet ſub ſpinato capite membra uiuere delicate. Secundo debemus ſentire Chriſti paſſionem ut rami radicis læſionem. Sicut. n. a radice uili & corruptibili oritur uirtus florẽdi & germinandi quæ eſt in ramis, ſic Chriſtus eſt principium effectiuum oĩum noſtrorũ bonorum operum. Aug. in Homel. Omne bonum habemus a radice iſta. Radix non eſt pulchra ſed intus habet uim pulchritudinis ſuæ. Arbor pulchra amena eſt & foliis uirentem & fructibus opulentam laudamus. delectat de fructu eius carpere, & ſub umbra eius requieſcere. Si radix tibi oſtendatur nulla ibi pulchritudo eſt, ſed non eſt contemnendum quod abiectũ eſt. Inde enim proceſſit quod miraris. Sic modo creuit eccleſia, crediderunt gentes, uicti ſunt principes terræ ſub noĩe Chriſti, & poſitum eſt collum eorum ſub iugo Chriſti. Perſequebantur ante chriſtianos pro idolis, perſequuntur nunc idola propter Chriſtum. Creuit illud granum ſinapis, factum eſt maius ſuper omnia olera.

*tis & ramis dicis debemus ſentire q̄ ſunt in Chriſto Ieſu.*

olera Quæramus radicem. Conſputus eſt humiliatus eſt, flagellatus, crucifixus, vulneratus, & contẽptus. ecce ei non eſt ſpẽs neque decor. Sed modo uideamus arborẽ eccleſiæ quæ de iſta radice ſurrexit, & impleuit orbem terrarum. Hæc ille. Sicut ergo radice leſa rami decorem floris & folij virorem deponunt, ſic Chriſto in carne paſſo laſciuiam noſtram & totã uiriditatem temporalem debemus deponere, uel nos non eſſe membra capitis mõſtramus. Galat. 5. Qui Chriſti ſunt carnem ſuã crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis. De iſta aũt radice dicitur. Eſa. 53. Aſcendet ſicut radix de terra ſitienti. i. de beata uirgine ſemine non humecta, ſed hoc tẽpore multum humecta ſanguine & paſſione Chriſti, quæ adeo ſenſit quod erat in Chriſto Ieſu. vt ipſa uera martyr fuerit, & eius aĩa tranſuerberata ſit gladio paſſionis. Vt ergo quid ſenſerit Chriſtus in hac ſancta die & in hac ſancta ſeptimana ſequenti poſſimus edoceri ad illam quæ vere ſenſit & cognouit recurremus, ut ſaltẽ aliqđ ſentimentũ cognoſcere poſſimus qđ nos ad compunctionem & deuotionẽ mouere poſſit & ſibi præſentabimus &c.

B

*Sentire. Qđ Xp̃ianus multa debet ſentire q̃ Chriſtus ſenſit.*

Circa thema dicemus. Primo q̃uo quilibet Chriſtianus ſentire in ſe debet humiliationem Chriſti. Secundo eius exaltationem. Circa primum. Multa debet ſentire chriſtianus q̃ ſenſit Chriſtus. Primo debemus ſentire aduerſitates & pœnalitates quę ſunt in mundo vt mundum minus appreciemur ſicut & Chriſtus fecit. Melius enim ſentiuntur p̃ſentia quàm abſentia. Senſibile. n. præſentatum potentię ſenſitiue magis mouet ſenſum. Salmo ſentiens aquam amaram retrocedit ad dulcẽ. Apes & formice ſentientes fumi vel alterius rei fœtorem, locum illũ dimittunt, & bos ſentiens cadauer alterius bouis de nouo occiſi horrendæ mugit & fugit. Sic in mũdo ſunt mortes, amaritudines, triſtitiæ, & fœtores, quæ Chriſti exemplo fugiẽdę ſunt. Sed multi ſunt ſimiles porcis qui nõ ſentiunt odorem ſtercorum, vrſis qui non videntur ſentire dolorem uerberum, aſinis qui non ſentiunt laborem oncrum. Ita. n. ſunt deditι ad mundi delectabilia, quòd amaritudinibus ejus agitari non curant, ſed magis iſta triſtabilia procurant. vt dicant illud. Prouer. 23. Verberauerunt me & non dolui: traxerunt me & ego nõ ſenſi. Secundo ſentire debemus in temporali proſperitate velocem tranſitum quem hodie ſenſit Chriſtus. Quod ex trib. quæ cõſecuta ſunt in iſta ſeptimana perpendere poſſumus in nomine, in tempore, in officio. In nomine, quia dr̃ Paſcha floridũ i. tranſieus gaudium. p̃s. Mane floreat & trãſeat, ecce gaudium tranſiens. veſperę decidat ĩduret & areſcat, ecce pœna ſequẽs. In tempore, quia iſtum diem in quo gaudet eccleſia ſequitur tota ſeptimana penoſa. Vnde obuiauerunt hodie Chriſto cum florib. feria ſexta cũ fuſtib. In officio, quia poſt euangelium breue qđ legitur de gaudio Chriſto exhibito ſequitur euangeliũ longum de paſſione Chriſti. Eccl. 14. Riſus dolori miſcebitur. Ideo gaudiũ iſtud tranſitoriũ cõtemnamus, vt cęleſte acquiramus. Sapiens. n. libentius laborat terrã acquirere perpetuam quàm ad tp̃s poſſidẽdam. Luc. 12. Facite vobis ſacculos qui non veteraſcunt, theſaurum non deficiẽtẽ in cęlis. Debet. n. ieiunus eſſe a mũdi delectationib. qui vult ſentire dulcedinẽ Chriſti. Propter hoc multi de Deo nihil ſentiunt. Nam volens ſentire dulcedinem boni fructus, debet ipſum guſtare ieiunus. Qui enim primo comedit fructum immaturum & acerbum, habet dentes acidos & ſtupidos, ita q̃ fructum dulcem nõ ſentit, & cum tedio comedit. Delectationes carnis ſunt fructus immaturi & amari, ad inferni amaritudinem perducentes. ideo dẽtes guſtantiũ ſpiritualiter faciunt acidos, ita q̃ in Chriſto nihil dulcedinis inueniũt. Greg. Tãto quis a ſupernorum amore diſiungitur, quanto inferius delectatur. Sancti vero omnes ſeculi amaritudines ppter Chriſtum quaſi bonũ odorem ſentiunt & in eis delectantur. Figura 1. Reg. 14. Ionatha qui bellando contra Philiſteos fatigatus, virgam quam tenebat intinxit in fauum mellis. & guſtans ſtatim confortatus fuit & recreatus. Sic qui in bello cõtra uitia tenẽt virgã pn̄ię. ſi eã intingant in fauũ. i. in Xp̃m faciendo oĩa ppter eũ, delectabiliter cũcta ſuſtinent. Ber. Seruitiũ q̃ tibi impendo bone Ieſu vix eſt unius horæ & ſi plus eſt non ſentio prę amore. Piſces (ſm̃ Amb.) delectabiliter viuunt in mari quãtũcũq; amaro, quia ſugũt quãdã occultã dulcedinẽ in mari latẽtẽ qua nutriunt & im-



pinguatur. Tertio debemus ſentire peccata nr̃a ĩ corde nr̃o, ſicut & Chriſtus ſenſit ea in dorſo ſuo. Pſal. Supra dorſum meũ fabricauerunt pc̃tõres. Sunt. n. peccata ſpinę in corde nr̃o, q̃ cõtinue pũgũt cõſcientiã & remordẽt. Qui hẽt ſpinã in digito bñ ſentit illã. cõtra multos ſimiles freneticis, & letargicis, q morbũ pprium nõ ſententiẽtes moriuntur. alii cantando vt qui ducunt in bonis dies ſuos. alii dormiẽdo, q pp uoluptates ſuorũ obliuiſcuntur pc̃tõrũ. De quibus Ro. 1. Quia nõ curauerũt deũ hr̃e in notitia, tradidit illos in reprobũ ſenſum. Sed q ſequunt cõſcĩam bñ diſpoſitã, ſẽtiũt dolorẽ ſuæ ĩfirmitatis ſicut ſentiebat q dicebat. Lõge a pc̃tõrib. ſalus. & illud Hier. 4. Vẽtrẽ meũ doleo, ſẽſus cordis mei turbati ſunt. nõ tacebo per uentrẽ in quo reponũtur diuerſa cibaria intelligimus animã in qua reponũtur diuerſa pc̃tã. Vñ ſicut cibaria uenenoſa uel nimia gñrant in uentre dolorẽ & torſionẽ, ſic uenenũ pc̃ti & abũdantia diuerſorũ uitiorũ debẽt gñare dolorẽ pn̄iæ ĩ hoĩe. Sicut aũt muſtũ añquã paretur nõ põt eſſe in pace, ſic uẽter. i. cõſcĩa hoĩs q̃diu eſt ibi pc̃m̃ nõ dẽt quieſcere, immo ſp dolere. Iob. 28. Vẽter meus ſicut muſtũ abſq; ſpiraculo. Et ſequitur in auctoritate. Non tacebo. Qñ hõ ſentit infirmitatẽ ſuã non põt cõtinere quin clamet. ita oportet q̃ nõ taceat, ſed clamet in confeſſione. Mulier habẽs fœtum in uentre uix abſtinet à clamore in pariẽdo, & oẽs audiẽtes compatiuntur. Ita aĩa quæ hẽt fœtũ dyaboli in uentre. ſ. groſſum pc̃m̃, nõ dẽt contineri qn clamet, & tũc ſibi Deus cõpatietur. Ex Xp̃i. n. paſſione intelligere debemus q̃ cauẽdũ ſit pc̃m̃. Bern. Vide hõ quãta ſunt illa pc̃tõrũ uulnera, pro quibus oportuit Xp̃m dñm vulnerari. Fecit. n. Deus pater ſicut prudẽs minutor qui ad curandũ brachium ſiniſtrũ morbidũ, minuit dextrum ſanũ. ſ. pro peccatoribus filiũ innocentem horrenda quidem minutione, nõ cum lanceola ſed cũ lancea groſſa penetrãte uſq; ad cor, nõ ſolũ in latere brachio & pedibus, ſed in toto corpore intantũ q̃ cũ ſanguine exiuit aĩa. Quarto ſentire debemus aliorũ ſ. p ximorũ miſerias & pc̃tã. vt portemus pc̃tã fratrũ nr̃orũ, ſicut & Xp̃s portauit. Vñ cõmonuit apoſtolus Phil. 2. Qđ eſſent nõ q̃ ſua ſunt ſinguli conſiderãtes ſed ea q̃ aliorũ. Subdit. Hoc. n. ſentite ĩ uobis qđ & in Xp̃o Ieſu. Hõ. n. perdidit ſenſum, ſi nõ ſentit amicorũ ſuorũ miſerias. Sic fecit Xp̃s, Eſa. 53. Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores nr̃os ipſe portauit. Sic & ipſa aliorũ miſerias & pc̃tã fleuit. Luc. 19. Videns Ieſus ciuitatem fleuit ſuper illam dicẽs. quia ſi cognouiſſes & tu ſcilicet tribulationes & miſerias quę tibi futurę ſunt, fleres. ſ. Et quidẽ q̃ ad pacẽ tibi, nũc aũt abſcondita ſunt ab oculis tuis. Scđm Philoſophum viſio fit intus ſuſcipiendo in oculo, quia ſimilitudo rei uiſæ ſuſcipitur in oculo, & ſic uiſus a re uiſibili immutatur. Filius Dei eſt oculus mundi. Iob. 29. Oculus fui ceco. Iſte oculus motus eſt à nobis compaſſione noſtræ miſeriæ affectus, ex qua ſecuta eſt ipſius immutatio & noſtræ ſimilitudinis in ſe ſuſceptio. 3. Reg. 22. Rex Iſrael mutauit habitũ ſuum. Hæc eſt ueſtis ualde bona quam apud ſe in domo vteri ſui habebat Rebecca. i. Maria quam induit Iacob filium ſuũ.

C

*Onus. Q̃uo portare debemus onus alienum.*

Sed contra hoc videtur quod ſcribitur Gal. 6. Vnuſquiſque proprium onus portabit, non ergo portare debemus onus aliorum compatiendo? Reſponſio. Vnuſquiſq; proprium onus portabit. i. propriũ pc̃m̃ quod dupliciter intelligitur, vel culpabiliter & inquinatiue, & ſic nullus niſi q pc̃m̃ facit portabit onus pc̃ti p̃s. In uerticẽ ipſius iniquitas eius deſcẽdit. Non. n. cõtaminat quis peccatis alienis. Alio mõ q̃ portet alterius peccata compatiendo, corrigendo, erudiendo, ſubleuando, ſatiſfaciendo & ſarcinas eius portando. maxime cum hoc fecerit Chriſtus, proptorea dicit Apoſtolus. Hoc ſentite &c. ẽt cõſiderando q̃ oẽm ęgritudinẽ quã uidemus in proximo, nos habere potuimus aut poſſumus. iõ hoc exhibere debemus ei qđ ab illo nobis in ſimili infirmitate vellemus exhiberi. Tertio cõſiderãdo, q̃ nullus eſt tam malus qui nõ poſſit aliquid boni hr̃e qđ nõ hẽs, licet lateat, in quo ſine dubio poſſet te eẽ ſupior. Phil. 2. Nihil p contentionẽ neq; p inanẽ gloriã ſed in humilitate mentis alter alterũ exiſtimãtes ſupiorem ſibi.

D

*Paſſio Chriſti. Propter ſex debemus ſentire ſupplicia paſſionis Xp̃i.*

Quinto debemus ſentire in nobis ſupplicia & dolores Chriſti. Et hoc propter ſex. Primum propter amoris eius magnitudinem. Qui enim coniungitur capiti ſuo ſentit dolorẽ capitis. Gal. ſecũdo.

Chriſto cõfixus ſum cruci. Qui eſt prope ignem calorem ſentit. Sic debemus ſentire calorẽ paſſionis Chriſti. Qui enim ad ignem diuini amoris oſtenſi in paſſione Chriſti non ſunt accenſi, nimis ſunt congelati. & ad hoc ſentiendum monet Apoſtolus Phil 2. Eandem charitatem habẽtes id ipſum ſentientes. Qñ aliquis alicui oſtendit amorem excellentiſſimum ſolet dici. Ille tanta facit pro me ꝙ à uẽtre meo trahit cor. Totum autem fecit Chriſtus amore. Neq;.n.claui manus eius & pedes perforaſſent, neque lancea latus eius aperuiſſet. imo retroceſſiſſet ſicut ſol qui retraxit radios ſuos ne offenderet creatorẽ ſuum morientem, niſi charitas ipſum tenuiſſet. 2. Corin. 5. Charitas Chriſti vrget nos. i. debet nos urgere ad emandũ ipſum. Vnde quando aliquis uidet amicum ſuũ vulneratum crudeliter ſolet dicere quòd plagæ ſuę ſint meæ, quaſi diceret ipſæ penetrant cor meum. Certe claui & lancea, quæ perforauerunt corpus Chriſti debẽt te perforare vſq; ad cor per amorẽ. Sic ni mirũ & ꝑ amorẽ Mariæ fuit ꝙ ꝑtrãſit eã gladius. Hinc & de Dauid legitur. 2. Reg. 18. ꝙ dicebat fili mi Abſalon. Quis mihi det vt ꝓ te moriar. fili mi Abſalon. i. vice tui mori, ita ꝙ reputabat mortem filij ſui grauiorem ſibi morte propria. Et de bono pr̃e dr̃. Eccle. 30. Pro aĩabus filiorum colligabit vulnera ſua, & ſuper oẽm uocẽ turbabunt uiſcera eius. Propter hanc cãm filij qui tenere amãt mr̃es ſuas moleſtius ſuſtinent cũ uident eas percuti, q̃ ſi ipſimet percuterẽtur. Sed quis dubitaret Xp̃m magis amãdũ eſſe à nobis q̃ carnales matres? quæ mr̃ tot & tãta paſſa eſt ꝓ filio ſicut Chr̃s pro nobis? Nõne matrem ſuam reliquit ꝓ nobis? Reliquit etiam ſynagogam matrem ſuam & expoſuit ſe morti pro nobis. Hierem. 12. Reliqui domum meã, dimiſi hr̃ditatẽ meã, dedi dilectã animã meã in manibus inimicorũ meorum. Scd̃o ꝓꝑ eius innocentiã. Magis.n. ſolemus cõpati ei q innocẽter patiſ. Xp̃s aũt pctm̃ non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. 1. Pet. 2. Propter hoc eccleſia q̃ lętatur in paſſionibus aliorũ ſanctorũ, in die paſſionis Chriſti contriſtatur. Tertiũ eſt qñ ꝓ culpa nr̃a patiſ quis. Tũc.n. hõ q̃ habet nobilẽ aĩam dolorẽ ipſius ſuũ reputat ꝑ cõpaſſionẽ, ſicut ſuus eſt ꝑ occaſionẽ. vt patet in Dauit. 2. Reg. vlt. Qui cum vidiſſet angelũ populum occidẽtẽ ꝓꝑ peccatum ſuũ, dixit ad dñm, ego ſum qui peccaui ego qui iniquæ egi, iſti qui oues ſũt quid fecerunt? Vertatſ obſecro ira tua cõtra me & cõtra domũ pr̃is mei. Hæc cauſa fuit in Chriſto. Iuxta illud. Eſaiæ. 53. Ipſe aũt vulneratus eſt ꝓꝑ iniquitates nr̃as, attritus eſt ꝓꝑ pctã nr̃a, & ita nr̃a eſt paſſio xp̃i nõ ſolũ per occaſionẽ ſed ẽt quãtũ ad hoc. Quartũ eſt patiẽtis benignitas. Hæc cã fuit in xp̃o. Tyt. 2. Apparuit benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri dei. Cũ.n. hõ benignus & mitis erat, q̃ cã fuit eũ ꝑforari gladio? Itẽ q̃ cõueniẽtia ſtipitis rigidi & duri ad hoĩem benignũ & dulcẽ? Idõ eccleſia in illo dulci plãctu qui in dñica de paſſione incipit cãtari ſpãliter plangit hoc ꝙ clauis & lãcea mite corpus pforatur: & quaſi poſcit ut arbor crucis ramos ſuos flectat & eius naturalis rigor lẽteſcat ut superni mẽbra regis miti tẽdat ſtipite. Quintum eſt pietas ipſius patientis. Magis enim compatitur aliquis ei quẽ nouit eſſe pium. Deus etiam non miſeretur hominibus duris & ſine miſericordia. ideo ſcriptũ eſt ꝙ iudiciũ ſine mĩa fiet illi qui nõ fecerit mĩam. Iaco. 2. Et ꝓꝑ hoc tales nõ de facili ſaluantur. Bernar. Nemo duri cordis ſalutẽ unq̃ adeptus ẽ, niſi forte miſerẽs deus abſtulerit ab eo cor lapideũ, & dederit ei cor carneũ. Et notificat cordurũ dicens. Cor durũ eſt neq; cõpunctione ſcinditur, neq; pietate emollitur, nec mouetur ꝑcibus, minis nõ cedit, induratur ad flagella, ad beneficia ingratũ, ad conſilia infidũ, ad iudicia ferinum, inuerecundum ad turpia, impauidũ ad pericula, inhumanũ ad humana, temerarium ad diuina, ꝓteritorũ obliuiſcẽs ꝓſentiũ negligens, futura nõ ꝓuidens. Et ut breuiter cuncta cõplectar, ipſum eſt qd̃ nec deũ timet nec hominẽ reuereſ. Sextũ in exemplum aliorũ ſimiliter compatientium alicui. Hoc enim ſolet hominem excitare ad ſimiliter compatiendum. Quæ cauſa inuenitur circa Chriſtum, cui etiam creaturæ inſenſibiles quaſi compaſſe fuerunt. Vnde ſol radios ſuos abſcondit, petre ſciſſe ſunt ei quaſi compatientes, & etiam compaſſio uirginis glorioſæ, & ita nos excitari debemus qui ſumus indigni pane, immo & uita, & quia habuit aliquem conſolatorem. ps. Singulariter ſum ego donec tranſeam, id eſt ſine conſolatore.

*Subſermo* 10. *Dominica unde ſupra per thema præcedens, & in ordine* 131.

A Differentia eſt inter cogitare, intelligere & ſentire de Chriſto Ieſu, quia & ſi multorum ſit ſuperficialiter cogitare quod eſt in Chriſto Ieſu, paucorum tamen eſt profunde rimari & intelligere, ſed pauciſſimorum eſt hoc ſentire & experiri per ardentiſſimam charitatem. Si uideres aliquem cruciari vel ſuſpendi qui nullo modo tibi coniunctus eſt: potes eius pęnam cogitare & intelligere, non tamen cordialiter ſentis. Si autem tuo filio uel alio cordialiter dilecto talis iniuria irrogatur, tunc quidem grauem leſuram in animo experiris eo quòd per uiã ſenſualis amoris ſis illi inuiſceratus & ipſe tibi. Nec dicit apoſtolus tantummodo guſtate aut uidete ſed ſentite, ut omnibus ſenſibus cordialiter quantum poſſibile eſt ſentiamus dolorem dñi noſtri Ieſu Chriſti. Cogitare ſiquidem uel intelligere paucum eſt, ſed magni muneris eſt ſentire qđ eſt in Chriſto Ieſu. Quando autem uerus Dei amor ſic inebriat mentem quòd nihil ſentit in ſe niſi Chriſtũ & quæ ſunt Chriſti, hoc altioris eſt doni, quod expertus eſt ſe habuiſſe apoſtolus dicens. Gal. 2. Viuo ego iam non ego. uiuit vero in me Chriſtus. Si enim mente conſideras dulcedinem mellis, non tamen in te ſentis illam dulcedinem. Cũ uero mel in veritate guſtas, tunc illam dulcedinem ſentis & abſente melle adhuc remanes dulceratus. Sic ſenſit maria dulcedinem mellis, in cuius utero repertus eſt fauus unde reficiuntur ſpiritus beatorum ad quem deguſtandũ eius auxiliũ requiramus dicentes Aue.

Mane expoſuimus quinque modos ſentiendi quod eſt in Chriſto Ieſu, nunc ad expoſitionem epiſtole accedentes ſextũ & ſeptimum ſentiendi modos exponamus.

B Sexto igitur modo ſentire nos oportet humilitatẽ Chriſti quæ ex textu quadrupliciter oſtenditur. Primo in ſeruilis formæ aſſumptione. Licet enim humilitas in omnibus ſit commendabilis, præcipue tamen in ſublimioribus. Ber. Cum indifferenter humilitas ſit turris quædam fortitudinis a facie inimici, neſcio quo pacto vis eius maior in maioribus & in clarioribus clarior cõprobaſ. Rara.n. auis in terris, humilitas honorata. Idõ apoſtolus volẽs magnitudinẽ humilitatis xp̃i demonſtrare ait. Qui cum in forma dei eſſet. i. in plena eſſentia & æqualitate patris (qa primus adã factus eſt ad formam dei vt eſſet dñs oĩm. Secundus Adã ad formã hoĩs iã miſeri ut eſſet ſeruus oĩm qui uenit miniſtrare non miniſtrari. Primus Adam formatus eſt de limo terræ. Secundus de beata uirgine quæ terra eſt tenax ſed non ꝑtinax quia tractabilis. Ber. Reuolue totam euangelij ſeriem, & ſi quid aſperũ inueneris in maria, deinceps eam ſuſpectam habeas & ad eam accedere uerearis.) Cũ igiſ in forma dei eſſet Chriſtus non rapinã arbitratus eſt, immo certiſſime ſciuit ſecundũ naturam ſe eſſe æqualem Deo. A rapina enim abſtinuit quã primus angelus & primus homo voluerunt uſurpare. ut dicit hic gloſa. Aliquod enim tale uoluit primus homo ꝙ ſi eo modo habuiſſet quo voluit, haberet quod nõ habet niſi Deus, & ſic uoluit quodammodo æqualitatem Dei. Habere enim Dei formitatem ſcientiæ & non ex gratia non poteſt niſi qui æqualis eſt Deo. Sed dñs pro eo qui eam rapere uoluit pęnam ſuſtinuit. ps. Quæ nõ rapuit tũc exſoluebam. Et ideo conſequẽter ſubditur, ſed ſemetipſum exinaniuit formã ſerui accipiens, non ſubſtantiã euacuans aut honorem inclinans. Gloſ. Exinanire ſe eſt ab inuiſibilitatis ſuæ magnitudine ſe viſibilem demonſtrare per formam ſerui ſuſceptam. Sed quæritur ſi dominus exinaniuit ſeipſum formam ſerui accipiens, quomodo potuit cognoſci in forma Dei, & ſic uidetur ꝙ excuſabiles fuerunt qui eum non glorificauerunt. Reſpondit Augu. 10. de ci. Dei. cap. 13. Sicut ſonus quo auditur ſententia in ſilentio intelligentiæ conſtituta non eſt hoc quod ipſa, ita & ſpecies qua uiſus eſt Deus in natura inuiſibili conſtitutus, non erat quod ipſe veruntamen in eadẽ ſpecie corporali videbatur ſicut illa ſententia in ipſo ſono vocis audiſ, nec illi ignorabat inuiſibilem Deum in ſpecie corporali nequaquam ſe poſſe videre. Nam & Moyſes dũ eum ipſo loqueretur dicebat. Si inueni gratiam ante te oſtende mihi temetipſum. Hæc Auguſt. Ideo potuerunt eum cognoſcere ſub C

illa formā viſibili atteſtantibus vita & do-
ctrina irrephẽſibilibus & miraculis & pro
phetiis de eo celebratis.Scđo magnifica-
tur eius humilitas ex aſſumptione morta
litatis,& paſſibilitatis,quia cũ immortalis
& impaſſibilis eſſet in ſimilitudinẽ homi-
num factus eſt mortalis & paſſibilis vt a-
lii hoĩes,& ſic cũ Deus eſſet ſe humiliauit
vſq; ad creaturã ſuã viliorem q̃ eſt pœna.
Deus.n.hominem ad ſuã ſimilitudinẽ fe
cit vt in eo ſibi cõplaceret, quia oẽ ſimile
diligit ſibi ſimile. Nũc uero Deus ſe ho-
minẽ & in ſimilitudinem hoĩm fecit ut in
ipſum delectaret & amaret eũ hõ.Vñ ca-
nit eccleſia in orõne hodierna. Deus qui
humano gñi ad imitandũ humilitatis exẽ
plum filiũ tuũ carnẽ ſumere & crucẽ ſubi
re feciſti.Potuit.n.filius Dei aſſumere na
turã hominis immortalis.i.in tali ſtatu in
quo fuit Adã añ peccatum ſed noluit de-
buit enim fratribus ſuis per oĩa aſſimilari
ut meſericors fieret.Heb.2 dicit in ſimili
tudinẽ hoĩm nõ Angelorũ qui nõ ceci de
runt nõ demonũ,quia nõ reſurgũt.nõ pri
mi hominis,quia primus hõ in carne pec
cati.nõ in ſimilitudine carnis peccati erat
creatus.Xp̃s.n.vniuerſali hominum miſe
riæ immerſit ſeipſum , ne ſubtilis dyaboli
oculus magnus pietatis dep̃henderet ſa-
cramentũ.& Iudæ dr̃.1.Co.2.Si.n.cogno
uiſſent nũq̃ dñm gloriæ crucifixiſſent.Vñ
Aug.Erubeſcat hõ eſſe ſuperbus , q̃a hu-
milis factus eſt Deus.Sicut erubeſceret q̃s
ſi ſederet in ſcãno.& videret dñm ſuũ ſe-
dere ad pedes ſuos.Tertio oñditur humi
litas in vniformitate ſubſtantiæ ſuæ ad
noſtrã q̃ eſt ultima creatura ſua, ad quod
pertinet illud qđ dr̃.& hĩtu inuẽtus vt hõ.
Habuit.n.ſe Chriſtus ſicut alii hoĩes. Nã
in principio ętatis ſuæ apparuit inſcius,&
impotẽs,tam ad ambulandũ q̃ ad loquen
dum.deinde eſuriit & ſitiit,comedit & bi-
bit vt alii homines.& adeo ſine pctõ con-
formauit ſe peccatoribus,vt a quibuſdam
pctõr crederet Mat. 11. Venit filius hoĩs
mãducare & bibere,& dicũt.Ecce hõ vo-
rax & potator vini.Cõtra quoſdam præ-
ſumptuoſos q̃ ſe humiliter nõ ſentiunt , q̃
ſapiũt plus quã oportet ſapere & nõ ad ſo
brietatẽ,cõtra illud.Thobiæ. 4. Superbiã
in tuo ſenſu nunquã dñari permittas,quo
rum nõnulli volunt ardua ſcrutari & trã
ſcendentia ſenſus ſuos,qui deberent face-
re ſicut aues nocturnę , quæ quia ſenti-
unt ſe debile lumen habere, nunquam ſo
lis reſpiciunt claritatem. Ex toto.n. ceca
rentur,ſi eũ reſpicerent. hæc eſt. Phil. 4.
pax Dei q̃ exuperat omnem ſenſum. Alii
ſunt peccatores inſenſati infantiũ inſenſa
torũ more uiuẽtes,& ſicut furioſi qui ca-
rent ſenſu.qui ſolent ligari & incathena-
ri ne noceant, qui vitam iuſtorũ æſtimãt
inſaniam.Sap̃.5.Propter quod in inferno
finaliter ligabuntur & ibidem perpetuo
tenebuntur , & orbis terrarum pugnabit
contra illos inſenſatos.Sap.5. Sed quę
ritur ſi habitu inuentus eſt homo,videtur
q̃ non fuerit verus homo.Aſinus enim o-
pertus pelle hominis non eſt homo. Re-
ſpondetur ẽm Rich.de media villa 3. ſen.
diſt.6.quo ad aliquid humanitas Chriſti
formam habet habitus, & quo ad aliquid
non Nam habitus aſſumptus quandoque
deſertur & deſertus reaſſumitur . Non ſic
humanitas Chriſti q̃ nunquã relicta eſt,
Secũdo nõ eſt vnũ ex habitu & habente,
eſt tñ vnus Chriſtus ex deitate & huma-
nitate.Tertius habitus res eſt artificialis,
humanitas Chriſti res naturalis.ſed ĩ hoc
eſt ſimile q̃ ipſius habitus principium eſt
uoluntas & materia eſt naturalis, ſic hu-
manitatis Chriſti artifex & formator fuit
ſpiritus ſanctus cui appropriatur uoluntas
ſed de naturali carne uirginis. Secũdo le-
di poteſt habitus non læſo habente , ſic
Chriſti humanitas abſq; diuinitate.Quar
to oſtenditur humilitas Chriſti in extre-
ma obedientia uſq; ad mortẽ uiliſſimam
q̃ eſt pœnarum vltima ut qui primus erat
fieret nouiſſimus virorũ.Eſaiæ.53. Ita ut
poſſet dici illud. Apoc.vlt. Ego primus &
nouiſſimus.Ad quod pertinet illud quod
ſequitur.humiliauit ſemetipſum factus o-
bediẽs uſq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis.
Sic voluit obedire cui uẽti & mare obe-
diũt. Bñ ergo dẽt eſſe obediẽs,cui nec pe
diculus obedit.Magna certe inſania,deus
obedit hoĩ,& miſer homo non vult obe-
dire Deo.Sed alius quidem obedit pecu-
niæ , vt auarus. de quo Eccle.3. Pecuniæ
obediunt omnia.O quantus abbas ille q̃
ſub ſe tot habet monachos tam deuote o-
bedientes.Hiere.6. A minore vſq; ad ma
iorem omnes auaritiæ ſtudent à prophe-
ta uſque ad ſacerdotem oẽs faciunt do-
lum.Similiter guloſus & luxurioſus obe-
diunt



diunt concupiſcentiis. contra quod Ro.6.
Nõ regnet peccatũ in vr̃o mortali corpo-
re,neq; obediatis cõcupiſcentiis vr̃is.Hæc
obediẽtia iter oẽs ẽ uiliſſima, q̃ñ rõ ad i-
maginẽ dei facta obedit carni de tã uili
ſpmate genita,ĩ qua ẽt dña obedit ancil-
læ.Eijce ergo ancillã.i.carnalem concu-
piſcentiam,& filium eius.i.appetitũ inor-
dinatum.Gal.4.et equitur mortẽ aũt cru
cis.Primus aũt parens tripliciter peccauit
Primo ſuperbiendo & appetendo ſimilem
fieri deo in ſcientia.ideo ecõtra humilia
uit ſe Xp̃us formam ſerui accipiens . Eze.
17.Ego dominus dicit Deus pater humi-
liabitur lignũ ſublimæ. i. filius Dei quod
eſt lignum in uitæ in medio paradiſi qui
fuit ſublimis, quia æqualis patri in poten
tia,ſapientia,& bonitate,ſed ſic humilia-
tus eſt, ut nũc de fructu eius paruuli & ſo
lilli poſſint obtinere , qui antea ſublimis
erat & nullus poterat ad eum accedere .
Secundo peccauit per inobedientiam co-
medendo de ligno, ſed Chriſtus factus eſt
obediens ſe permittendo affigi ligno, & ſi
cut per inobedientiam ſuam totum mun-
dũ interfecit,ſic iſte totum mundũ ablue
re & abſoluere potuit. Ro.5. Sicut p̃ ino-
bedientiã unius hoĩs peccatores cõſtituti
ſunt multi,ita p̃ unius obedientiam iuſti
cõſtituent multi.Tertio in peccato primi
hoĩs fuit noxia delectatio, contra hoc hu
miliauit ſe uſq; ad mortẽ, mortẽ aũt cru-
cis.Si ergo xp̃s ſic multipliciter humilia-
tus eſt,& hoc ſentire debemus qđ & ĩ xp̃o
ut & nos ſimiliter humiliemur. & hoc tri
plici ex cã.Primo ex cõſideratione humi-
litatis diuinæ. Scđo ex conſideratione ui-
litatis propriæ . Tertio ex conſideratione
conditionis alienæ. Primo itaq; ex conſi-
I deratione humilitatis diuinæ.Erubeſcere
ſiquidẽ debet hõ p̃ ſup̃biam extolli, cum
dñm ſuum cõſiderat per humilitatem de
primi.Gen.24. Rebecca aſpecta dño ſuo
Iſaac deſcẽdit de camelo. Erubeſcebat.n.
dñm ſuum eſſe peditem & inferiorẽ,& ſe-
ipſam ſup camelũ ſedere.Scđo quia humi
litas Deum fecit hoĩem. Bern. Sup̃bia an-
gelum diabolũ fecit. Qui cũ nec ſuperio-
rẽ nec equalẽ haberet cui ſe poſſet unire,
inferiori ſe uniuit. p̃s. Non eſt ſimilis tui
in diis dñe,& non eſt ẽm opa tua. Augu.
medicina tumoris hominis humilitas eſt
Chriſti.Erubeſcat homo eſſe ſuperb. quia
humilis factus eſt Deus . Tertio quia hu-
miles libẽter reſpicit oculo mĩæ ſuę.Luc.
1.Reſpexit humilitatẽ ancillæ ſuæ. p̃s.Hu
milia reſpicit,& alta a longe cognoſcit .
Quarto quia humilib.non aliis gr̃am tri-
buit.Iac.4.Deus ſuperbis reſiſtit, humili-
bus autem dat gratiam.Abundantia enim
gr̃æ abundantiam humilitatis requirit, ſi-
cut abundantia uini uaſis magnitudinem.
Propter qđ a Guil.Pariſ.criſtallo compa-
ratur humilitas , q̃a ſicut criſtallus uires
ĩ gemmis extinctas ſuſcitare dr̃ tactu ſuo
propter qđ dicere uoluerunt lapidarii cri
ſtallum matrem eſſe gemmarum,ſic humi
litas uirtutes oẽs extinctas & debilitatas
confortat.Quinto quia humilib.poſt gra-
tiam datam regnum cœlorum permittit.
Mat.19.Sinite paruulos uenire ad me.Ta
lium enim eſt regnum cęlorum. Prouer.
29.Humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria.Gẽ-
ma in annulo incaſtranda debet eſſe par-
uula, ſic qui ponendi ſunt in regno cęlo-
rum.qđ rite per annulum deſignat, quia
ad inſtar annuli nec principiũ nec finẽ ha-
bet.Sexto quia humiles defendit.p̃s. Cu-
ſtodiẽs paruulos dñs humiliatus ſum & li
berauit me.Parui piſces euadunt retia in
quibus magni detinentur.In cuius figura.
4.Reg.ult.Nabuchdonoſor tranſtulit ma
gnos de Iuda in Babilonem pauperem po
pulum ibi relinquens. Secunda cauſa eſt
ex cõſideratione uilitatis proprie. Primo
quidem ex principio conditionis humanæ
Nam Iob. 17 . Putredini dixi pater meus
es & mater mea & ſoror mea uermibus .
Quod multipliciter poteſt intelligi . Pri-
mo rõne ipſius generantis . Nam Iob.25.
Homo putredo & filius hominis uermis .
Ex fructu.n.cognoſcitur arbor & a fructu F
denominatur,ſicut pirus quia fert pira pi- *Homo.*
rus dicitur,& pomus quia poma & ſic de *Q̃uo pu-*
aliis,Non igitur mirũ ſi hõ putredo dica- *tredo eſt*
tur,quia ex oĩ ſui parte putredinẽ gñat . *pater &*
Nares flegmat fętidũ,os abominabilẽ ſto *mater ho*
machi fętorẽ,aures fęcẽ colere , inteſtina *minis &*
ſtercora,uirga urinã pedes & manus uiles *uermis ſo*
ungues,ex oĩ parte corporis uermes & pe *ror eius.*
diculos & fętẽrem ſudorẽ.Poteſt ergo di
ci de homine q̃ ſit filius putredinis , & q̃
putredo pater & mr̃ eius eſt. Scđo ex par
te cauſæ materialis. Nam materia ex qua
fit homo eſt ſperma fętidum , quod licet
latino ſermone noĩnari poſſit uulgari tñ

propter fœditatem nec nominari dēt. Sap. 7. Coagulatus ſum in ſanguine ex ſemine hominis & delectamento ſomni cōueniēte. Tertio ratione formæ. Forma n. corporis eſt aīa. Aīa autē à principio eſt infecta putredine peccati cum oībus potētiis ſuis, non ſolum in ſe ipſa, ſed ēt infectio trāſit in corpus. Abac. 3. Ingrediatur putredo ī oſſibus meis. i. in viribus & potentiis aīæ, quę oēs infectæ ſunt putredine originali. Hæc enim ſunt oſſa animę, ergo cū anima ſit principalis pars hominis, quæ ex infectione prima vr̄ eſſe putredo, & à principaliori parte debeat fieri denoīatio, non mirum, ſi hominis pater putredo dicatur. Salſas. n. carnes & aromate conditas uermis non tangit aut putredo, ideo primus parens noſter quādiu ſalſus fuit, & ſapiēs ſequendo mandatum Dei, & aromate virtutum conditus, non fuit caro eius putredini ſubdita, ſed poſtquam inſulſus effectus eſt, putredo factus eſt & uermis. Quarto ex parte finis, quia ſm philoſophum 3. de anima. A fine iuſtum eſt vnumquodq; appellari, & quia fere oēs poſt gloriā mundi tanquam ad ſuum finem currunt. quæ 1. Mac. 2. Non eſt niſi ſtercus & uermis, nō eſt mirabile, ſi diuites & potentes ſæculi dicantur putredo, & filij eorū dicere poſſint. putredini dixi. pater meus es & mater mea. Oſe. 9 Gloria eorum eſt ab vtero, à partu, & a conceptu. Tales enim ex apoſtemate & tumore ſuperbiæ oriūtur. Apoſtema autem nunquam ſine putredine eſt, nō ex putredine naſcuntur. Videmus enim putredines quercuum & ſquamas piſcium fœtidas, & vermes lucere de nocte. Sic in ſæculi huius nocte, vbi nihil videtur in cōſcientia hominum, videntur homines qui nō ſunt niſi putredo interius, exterius lucere, qui dum peruenerint ad plenam lucem, uidebuntur uermis & putredo. Nec mirum, quia nutriuntur in putredine maliciæ. Mich. 2. Propter iniquitatem eius corrumpetur putredine peſſima. Iohel 2. Cōputreſcent iumenta in ſtercore ſuo. Sicut enim caro putreſcit anima recedente, ſic anima recedente Deo. Eſa. 50. Computreſcent piſces ſine aqua. Corpus enim taliū vermibus ī ſepulchro, & anima vermibus ſcaturit in inferno. Vermes uero dicūtur ſoror. Primo, quia eundem patrem hæreditant dicuntur fratres & ſorores. bona vero mortui ſimul ſine litigio partiuntur vermes & filij. vermes corpus, filij temporalia ſortiuntur. Eccle. 10. Cum morietur homo hæreditabit beſtias, ſerpentes, & vermes. Non ergo mirum ſi vermes ſorores ſint filiorum. Secundo quia ex eodem corpore naſcuntur filij & vermes, ſicut ex eodem corpore frater & ſoror. Tertio, quia in eiuſdem matris utero ſimul inueniunt. Terra enim mater eſt omnium uiuentiū, in cuius utero ſimul inueniūtur humana caro & vermis, ſed uermis mala eſt ſoror quia comedit fratrem ſuum. ſ. carnem. Secundo ex cōſideratione vilitatis humanæ ex medio ſui i. conſcientiæ uel cordis qđ eſt in medio hominis. Sicut. n. aranea in medio telæ reſidens omnem motum factū in quacūq; parte telæ percipit, ſic aīa in cētro cordis quaſi in medio cordis exiſtens, omnem factum in quacunque parte corporis uel aīæ deprehēdit. Studeat itaque ibi homo, & cauſam humiliandi ſe reperiat. Cum quidā ab alio requireret vbi humilitatem inueniret. Quæro (inquit alter) vbi ſuperbiā inuenies, & vnde tibi ſuperbia, & ubi effodies eā. Certe ſuperbia eſt ſola, cuius nulla eſt minera vnde effodiatur. Humilitatis aūt latè patent mineræ. Omnes enim defectus, pœnalitates, & mors ipſa, & peccata omnia mineræ ſunt humilitatis. Quis eſt autem qui nō habet mineras copioſas peccatorū, ut in his omnibus effodiatur theſaurus humilitatis? Præterea ſi humiliat ſe quis coram iudice ut poſſit damnationis ſententiam euitare, quare non ſe humiliabit homo? pſal. Propter iniuſtitias. n. ſuas humiliati ſunt. Alioquin ſi ſe non humilient, Deus uelint nolint humiliabit eos. p̄s. Humiliabit eos qui eſt ante ſæcula Rationem ſubdit, quia non eſt illis commutātio. Non. n. de peccato ſuo mutati ſunt, ideo non timuerūt Deum. extendit manum ſuam in retribuēdo. Tertio ex finali uilitate. Qui eñ vilitatem ſuam poſt mortem attenderet, cauſam ſuperbiendi non haberet. Pauo pedū turpitudine conſiderata caudæ ſuæ depo nit pulchritudinem. Eſa. 47. Deſcēde ſede in puluere virgo filia babilonis. i. conſidera te poſt poſt mortem puluerem eſſe, & ex hoc humiliare. Conſideret q̄ terra quę nunc eſt ſub pedibus eius, in breui erit ſuper caput eius, vt dicere poſſit humiliaui





in terra vitam meam. Contra illos qui ex generis nobilitate ſe iactant, ſimiles fatuo qui gloriaretur de parentibus ſuis adiudicatis comeſtioni canum. ſic de parentibus adiudicatis comeſtioni uermium. vnde quidam uituperans alium de genere ſuo dicebat. tu es caput generis tui, & alter, & tu cauda tui, gaudeo q̄ ex me ſurrexi, & tu ex te cecidiſti. Tertia cauſa eſt ex conſideratione conditionis alienę. Quia. n. omnes eiuſdem conditionis ſumus, vnus contra alium ſuperbire non debemus. Hiere. 49. Deſcendant in uoraginē oēs habitatores Dedan, quæ interpretatur cognatio. i. oēs qui de vna cognatione ſumus. Vaſa ab eodem figulo ex eadem maſſa, & ad idē officium formata non habent contra ſe inuicem ſuperbiendi rationem. Ridiculum eſſet videre, q̄ unus muri dominaretur. Si. n. vnum uas fieret ab angelo, alterum ab homine, uel vnum de auro, alterum de luto, uel vnum ad ſeruiendum regi, alterū garſioni, poſſet eſſe occaſio alterum eleuādi ſuper alterum, modo ab eodē, & de eadem maſſa creati ſumus Sap 7. Sum quidem & videor ego talis homo ſimilis omnibus, & ex genere illius qui primus factus eſt, & ad idē facti ſumus ſ. ad ſeruiendū Deo, non ad diuitias, delicias, & honores acquirendos. Eccle. vlt. Deum time, & mandata eius obſerua. hoc eſt omnis homo id eſt ad hoc eſt omnis homo. Itē hæc humiliatio conſiderari poteſt ex conſideratione magnitudinis diuinæ, quia quanto altius quis aſcendit in cognitionem eius, tanto plus nihil efficitur in oculis ſuis. Sic Abraham ſe cinerem & puluerem in conſpectu Dei confeſſus eſt. Iob. 41. Nunc oculus meus uidet te, idcirco ipſe me reprehendo. Hoc etiam apparet cum ſimul uidetur gnanus cum gigante. Gnanus multo minus iudicatur cum giganti approximatur. Tertio ex conſideratione humilitatis aliorum. Cum enim uidemus alios humiliari occaſionē habemus ſic faciēdi. Septimo nos oportet ſentire fructum prædictorum ſentimētum ſ. adeptionem æternę gloriæ. Sicut enim Chriſtus ſua paſſione accelerationē reſurrectionis, & glorioſæ exaltationis meruit. Philoſophi Propter quod & Deus exaltauit illum, ſic & nos ſi paſſionē Chriſti imitemur glorioſam uitā habebimus. 1. Cor. 2. Si cōpatimur & conregnabimus.

Sed quidam uolunt eſſe ſocij ad lucrum, non ad damnum, quia bene uellent gloriari cum Chriſto, ſed non uellent pati cū ipſo, quod eſt impoſſibile. Vnde quidam ſanctus. Delicatus miles nō poteſt hic gloriari, & in fine regnare cum Chriſto. Hinc legitur de timido & audaci, q̄ ipſi fecerūt inter ſe pactum, q̄ eſſent participes lucri & damni in tirocinio. Veniente autem pugna fugit timidus, & uiriliter pugnauit audax, ſed terribiles ictus ſuſtinuit, poſtea uenit timidus ad audacem quærens partē lucri. Cui reſpondit audax. Si uis lucrum, ſimiliter & damnum per pactum præcedēs, & uerberauit eum audax egregie, & ſic dedit ei partem lucri. Sic eſt ſi cum Chriſto partem habere uolumus, oportet q̄ in paſſionibus ſocij ſimus, ita q̄ ſi fuerimus ſocij paſſionum erimus & conſolationum. Vnde Io. 13 ipſe dixit Petro Si non lauero te. ſ. aqua tribulationis, nō habebis partem mecum. Et certe ſi uideremus q̄ paterfamilias proprio filio uinum de taberna non cōmunicaret ſine ſimbolo, difficile eſt q̄ daret illud mihi ſine ſimbolo. Oportuit autem Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam, quanto magis & nos? Ber. Si oportuit Chriſtum pati & ita intrare in gloriam ſuam, oportet te pati ut intres in gloriam alienam Lu. 22. Ego diſpono uobis ſicut diſpoſuit mihi pater regnū, quaſi diceret. Maius forum non debetis habeere de regno, quā ego qui ſum filius & hæres. Sed multi ſunt qui non ſentiunt vt ebrij delicijs carnalibus mortui in delicijs, & paralitici, ſicut frenetici qui cantāt & rident, & morbum non ſentiunt, licet ad mortem infirmentur Et propter huiuſmodi periculū nos admonet Apoſtolus Chri paſſionē ſentire, hoc ſenti e in uobis &c.

*Feria 2. hebdomadæ ſanctæ. Sermo 1. & in ordine 132 Domus impleta eſt ex odore unguenti.*

*Ioan. 12.*

TRiplex domus in ſacra ſcriptura miſtice legitur odore ſuauitatis plena. *A Odor. De tripli ci domo odorifera* Vna eſt domus cœleſtis, quæ comparatur ſiluæ libani, quæ ratione multitudinis arborum aromaticarum dicitur eſſe tota odorifera. Cui concordat ſcriptura. Eccle. 39. Quaſi libanus odorem ſuauitatis habete. Sic in monte paradiſi ſunt Deus, & angeli ſancti odore omnium aromatū fra

grantes.Can.4. Odor unguentorum tuo-
rum ſuper omnia aromata,ita ut ſancti ui
ri & deuoti ad odorẽ illũ attrahant̃ & re
ficiantur. Sunt.n. ſicut apes q̃ libenter ua-
dunt ad loca ubi ſciunt flores eſſe odorife
ros. Hinc anima deuota ait ſponſo ſuo
Chriſto.Can.1.In odore unguentorũ tuo
rum currimus. Scd̃a domus eſt domus ec-
cleſiæ q̃ duplici odore repleta eſt, ſ.odo-
re Chriſti,cuius fracto alabaſtro humani
tatis effuſum eſt unguentum, quo factum
eſt emplaſtrum ad ſanitatem generis hu-
mani, qđ ſenſerunt cœli per reparationẽ
ruinæ eorum,ſenſerunt inferi p liberatio
nẽ captiuorũ, ſenſit & uniuerſus mundus
p efficaciã remediorum. Scd̃o odore ſan-
ctorum uirorũ qui in ea fęliciter uixerũt.
Odor.n.rei aromatice poſtquàm res illa
eſſe deſijt uel ad alium locum trãsfertur:
adhuc remanet. & ſuauitate nares p̃ſen-
tium delectat & confortat. Sic memoria
ſanctorum in cõpoſitione odoris poſt eo-
rum tranſitum de mũdo manet, & corda
fidelium confortat & adiuuat in neceſſi-
tatib. fidẽ firmando, qui (ſm Guil. Paril. li.
de fide & legib.) adhuc in ſuis puluerib.
uiuere uidentur p miracula & docere & p̃
dicare qđ p̃dicauerunt uiui. Malorũ uero
memoria perit cum ſonitu, & ſi remanet
non redolet ſed olet. Prou.20. Memoria
iuſti cũ laudib. laus impiorũ putreſcet. Se-
cundum.n. medicos a pura ſubſtantia re-
ſoluitur bonus odor. Sic a puris hominib.
Tertia domus eſt domus ſecretior & bñ
clauſa, in qua ſolus habitauit rex gloriæ,
de qua . p̃s. Eleuamini porte æternales.i.
porte tam exteriorum ſenſuum q̃ interio
rum, & ipſe intellectus, eleuentur ad æter
na deſideria & introibit rex glorię. In iſta
domo factum eſt holocauſtum.i.totum ĩ-
cenſum per charitatẽ, qđ erat odor ſuauiſ
ſimus dño. Exo.29. ita ut ad fumũ eius de
ſcenderit filius Dei in uterũ illius. q̃ dicit
Eccl.24. quaſi myrra electa, q̃ uermes &
putrefactionem non pat it, quia in illa nul
la fuit putredo peccati aut uermis cõſcien
tiæ remordens, dedi ſuauitatem odoris.
Cuius odorem ſentientes illã imploremus
Iuxta thema propoſitum. Primo dicemus
qũo domus eccleſiæ impleta eſt ex odore
unguenti Xp̃i. Scd̃o qũo ſynagoga illũ o-
dorẽ ſicut bufo uel ſerpens ſuſtinere non
potuit. Domus Lazari uř fuiſſe ĩceptio &
inchoatio domus eccleſiæ Xp̃i in qua ha-
bitauit Xp̃s cũ diſcipulis ſuis & fouebat̃.
In qua erat Maria, Martha, & Lazarus, cõ
templatiua, actiua, & languidus peccator.
In hanc domũ uenit dñs Ieſus añ ſex dies
Paſchæ.ſ. ſabbato anteq̃ cũ ramis palma-
rum Hieruſalẽ ingrederet̃, qa per ſex dies
anteq̃ ĩmolaret̃ Paſcha ubi agnus Paſcha
lis ĩmolãdus erat, ſeparabat̃ a grege. Exo.
12. Sic agnus ille myſticus ſpontaneus an
te ſex dies Paſchæ qñ ĩmolandus erat ſe
obtulit Bethaniã ueniẽs ubi Martha fecit
cœnam, Lazarus erat unus de recũbenti-
bus cum eo & diſcipulis eius in domo ſy-
monis leproſi. Quæ quidẽ domus (ut cõi-
ter dř) Marthæ erat poſſeſſione ſed ſymo
nis habitatione. Ibi Maria Magdalenę fre
git alabaſtrum.i. uas p̃cioſum unguẽti nar
di ſpicati p̃cioſi, non unguentũ pingue &
craſſum (ſicut quidã putant) effudit ſed li
quorem diſtillatũ ad modũ aquę roſacee.
Primo ſup caput eius ut dicit Mathæus
& Marcus: deinde ſuper pedes ipſius recũ
bentis. Erat aũt ex herba quadã q̃ dř nar-
dus confectum, cuius flos eſt ad modũ ſpi
ce, nec erat mixtum, aut ſophiſticum, ſed
erat p̃cioſum & magni ualoris, utpote ſm
æſtimationem Iudæ traditoris poterat ve
nundari plus q̃ trecentis denariis, quorũ
quilibet denarius æſtimabatur ad maio-
rem ualorem quàm xv. denariorum uſua-
lium monete currentis in gallia. Circa
hoc quæruntur multa. Primo quare Mar
tha miniſtrabat non Maria. Reſpondetur
q̧ actiuę uitę eſt diſcurrere per uaria ne-
gocia, contemplatiuę uerò quieſcere & re
fici uel per uſum ſicut legentes & docto-
res, uel p auditum ſicut diſcipuli. Iõ Mar-
thę officium erat miniſtrare, Mariæ uero
cum Chriſto refici. Apes.n. in florib. odo
riferis mel & ceram negociatur, formica
uero non niſi in loco mundo habitat &
quieſcit. Sic dñs in iuſtis. Secundo quæ-
ritur quare dř domus Symonis leproſi, cũ
iam ſanus eſſet a lepra, cur iterum lepro-
ſus dicitur? Reſponſio infamia de leui nõ
tollitur. Iſte Symon ante leproſus erat,
tunc non erat, quia dñs eum ſanauerat, &
tñ adhuc uocatur leproſus. Qñ.n. quis le-
pram alicuius criminis incurrit, nunquam
illius fama decidit, imò ſi tantum emenda
retur ut dignus eſſet hoſpitari Chriſtum
remanet tñ apud eum perpetuo nomẽ in-
famiæ.



famiæ. Multo mitius agit dominus q̧ obli
uiſcitur cito infamiæ & Magdalenam, &
alios peccatores cito ptouehit in ſummũ
ſtatum. Tertio quæritur quare Magdale-
na unxit & poſtea exterſit. Quid ualuit in
unctio ſi poſtea exterſit. Dicitur primo q̧
exterſit capillis pedes lotos aquæ uel la-
chrymis, poſtea ſic paratos inunxit. Ideo
cum dixit unxit, ne quis crederet non an
tea præparatos addit, & exterſit capillis
ſuis. Secundo myſticæ ad oſtẽdendum q̧
cito ſiccatur deuotio noſtra & lachrymæ
quæ hic habentur. cito ẽt tribulationibus
extinguntur vnctiones conſolationum. Pa
rum enim durant iſte conſolationes in a-
perto. Statim enim inuaditur unctio a mu
ſcis tentationum, ſed clã & in occulto diu
durant. Vnde & unctio qua vnctũ eſt cor
pus domini in ſecreto ſepulchri diu dura-
uit. Quarto quæritur quid potuit mo-
uere Mariam ut hoc unguentum precio-
ſum ſuper caput domini effunderet. Re-
ſpondet Auguſt. lib. de ver. dominii. q̧ iu-
dæi uenientes ad uidendum Lazarum in
menſa interrogabant eum de alia uita, de
mortis grauitate & de ſeparatione aĩæ à
corpore. Ad quę rñdens dicebat creatu-
ram uiuentẽ nõ poſſe hanc grauitatẽ ima
ginari, qa quanto maior eſt dilectio, tãto
eſt ſeparationis dolor grauior. Hũc ergo
dolorẽ Xp̃s perfectę cõſiderãs & quã ſta-
tim erat paſſurus anxietatẽ, ita turbabat̃
q̧ toto corpore ſudabat, q̧ attẽdens Mag
dalena & credens eũ nimio calore aut la
bore itineris pręſſum illud unguẽtum re
frigeratiuum ſuper caput & pedes effudit.
Scd̃o potuit eã mouere magnitudo cęnæ
& cęnantes. Sciebat.n. q̧ nõ eſt magnũ fe
ſtum ubi non eſt magnus exceſſus. iõ de-
dit abũdãter de unguento, qa dñs dede-
rat ei abũdãter de gratię cõdimẽto. Quin
to quærit̃ quare nõ ſunt ſcripta q̃ retulit
Lazarus cũ magna & ĩaudita uiderit ĩ ĩfer
no, quare nõ ſunt hæc memoriæ mãdata.
Rñdetur. Primo qa uiderat qũo ibi pro
pctõ linguę puniũtur, ideo in multiloqo
non abundauit. Scd̃o quia iſta ſatis ĩ ſcri-
ptura cõtinentur. Iõ nõ retulit ne qs eius
dicta maioris æſtimaret quam ſacræ ſcri-
pturę, & per conſequens reputaretur mi-
noris auctoritatis uerbum Dei quam ho
minis. Tertio quia ſi Moyſes & ſcripturas
non audiant, quãto minus ſi unus ex mor
tuis reſurrexerit credent. In ſecunda
parte uidendum eſt qũo ſynagoga odorẽ
ungenti ſuſtinere nõ potuit. Primo diſci-
pulo ſuo retinente qui factus eſt p̱ditor.
Scd̃o principibus ſynagoge cogitantibus
de interfectione Xp̃i & Lazari. Primum
itaq; fracto alabaſtro qñ domus impleta
eſt ex odore unguenti murmurauit Iudas
qui eũ traditurus erat. Qñ domus hæc im
pleta eſt ex odore unguenti, Iudas ad odo
rem nõ cucurrit. ſed lapſus eſt. Exẽplũ ad
hoc de uariẽ genere catulorũ quorũ aliq
per odorem beſtiæ infatigabiliter perſe-
quuntur eã. dũ alii quamuis excitati per
clamorem ſtatim deſiſtunt, nec alios co-
mitantur, quia nec odorem uenaticũ nari
bus hauriũt. Chriſti.n bonus odor ſumus
ſed non omnibus ad uitam ſed quibuſdã
ad mortem. Notauerat hoc ſponſa eius in
canticis dicẽs. Recti diligunt te. i. qui re-
cte aſpiciunt. Sunt enim qui rectis oculis
eũ aſpicere non poſſunt. Habent enim na-
res rõnis indiſpoſitas, neq; permittũt me
dicum in naribus apponere medicinam.
Difficile enim eſt intra nares mederi. Nã
propinque nimis ſunt cerebro, & ceruici.
i. proprio ſenſui & iam obſtinato. Diſcipu
lus patris unius ex heremo cõqueſtus eſt
eidem cum admiratione q̧ unus è fratri-
bus apoſtatarat. Mirare (inquit) potius fi-
li quo pacto remanet aliquis, ſi nõ uenerit
ſpecialiter a Deo non humano ſolum ſed
diuino auxilio tractus. Vnde fractum eſt
alabaſtrum in paſſione uas illud plenum
Deitatis qđ fregit ſynagoga, quo fracto
quibuſdã propinatũ eſt unũ purum & opti
mũ, aliis acetũ Luc.2. Hic poſitus eſt ĩ rui
nã, quo ad incredulos, & in reſurrectionẽ
multorum quo ad fideles. Similes.n. ſunt
multi ſerpentib. qui de reb odoriferis cru
ciãtur, unde alii recreantur, ſimiles etiam
auibus nocturnis quæ de radiis ſolaribus
excecantur. Iob.5. Per diem incurrunt te
nebras, non diſſimiles Hely qui non po-
terat uidere lucernam donec extinguere
tur. Cui dixit dominus. Videbis emulum
tuũ in tẽplo in uniuerſis proſperis. Et ſeq̃
tur & deficiẽt oculi tui & tabeſcit anima
tua. Murmurauit aũt Iudas ex effuſione
unguenti dicẽs. Vt qd perditio unguenti
facta eſt? Qñ effunditur unguentum ſup
iuuenes p̄latos ut ſint prælati, bene & iu
ſte cõqueri debuiſſet Iudas, ut quid perdi
tio

*B*
*Odor.*
*Multorũ nares nõ pñt ſentire odorẽ Chriſti.*

tio iſta vnguenti facta eſt? Præterea uerbum iude loquentis eſt ſecundum morem auarorũ. Quicquid enim non uenit ad manus ſuas pro perdito habent. Cum enim eſſet procurator domus domini, ſecundũ conſuetudinem antiquam cedebat ſe poſſe accipere decimam prouentuum uel datorum domino, ideo volebat illud unguẽtum vendi. in quo notandi ſunt multi ſerui & artifices, qui dicunt ſe habuiſſe a dominis ſuis vltra cõdictum, & dicunt ꝙ alij multum retinuerunt ab eis, & ibi multum debent penſare confeſſores, quia non omnes circunſtantias confitentur & ſecũdum quòd dicunt & confitentur, confeſſor iudicat. Secũdo dicitur ꝙ ex hac murmuratiõe Iudæ quattuor notabilia eliciũtur. Primo quòd quantunque bonum ſit opus quod facimus, nunquàm tamen repræhenſione caremus, quia licet Maria optimum opus ex optima deuotione fecerit iudas nihilominus momordit. Ideo huius mulieris exemplo bona opera nõ ſunt propter detractores omittenda. Sen. Nulla tam modeſta felicitas, quæ dentes caueat detractorum. De verbis igitur detractorum non curremus, dum tamen bona opera ſint quæ patrauimus. Sed cum Tyberio lib. de. 12. Cæſaribus dicamus ꝙ in libera ciuitate libere debent eſſe mentes, & linguæ, quaſi dicens de linguis & mẽtibus hominum non eſt curandum. Secundum notabile eſt contra vſurarios, qui exemplo Iudæ dum aliquid perdunt per fas uel per nefas recuperare volunt. Iudas enim quia 30 denarios in vnguento perdidit, ipſos Chriſtum vendendo recuperare voluit. Similes ſunt tales naturæ per infirmitatem de paupertate. quæ intãtum aliquando cibum appetit & accipit, quòd interdum mortem incurrit. Tertium eſt ꝙ multi ſeculares ſunt ſimiles Iudæ, quia ſi ad clerum vel religionem aliquem aſcẽdere vel uitam emendare cernunt. eo ꝙ talis in viſum Dei effunditur ipſum perditum putant, ſimiles fatuis qui ſemen iactum in terra perditum putant, cũ tamen multo amplius fructum faciat. Vt quid (inquiũt) perditio hæc, qui talis ac tantus fuiſſet ſi in ſeculo remanſiſſet? Ideo tales qui ſic malorũ uirorum vituperatione retrahantur a tantis bonis dñs dicere illud. Pſal. Factus ſum tanquam vas perditum, quoniam audiui uitupetationem multorum commorantium in circuitu. Quartũ notabile eſt eorum qui Chriſtum pro modica delectatione uendunt & pro re modica de ſuo proximo male iudicant, ſicut Iudas de Magdalena quam ſtultum iudicauit. Ex quo ille & ſibi ſimiles in deteriora labuntur peccata, ſicut ille in peccatũ proditionis & homicidij. Dixit autẽ hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum ſed quia fur erat & loculos habẽs ea quæ mittebantur portabat. In hoc docemur quantum periculum eſt vxorem & filios habere, qui maritos cogunt eſſe fures vt laute uiuant & in ſumptuoſo ſtatu. Quantum periculum eſt in eccleſia Dei Deum habere filios qui de talento ſibi commiſſo nõ quærunt lucrum domini ſui, ſed ſuũ proprium. fures & latrones bonorum ipſius, domini qui cum deberent lucrum domino ſuo reportare ſibi aſportant. Iſti ad vltimum cum Iuda Chriſtum vendunt ſpiritualia Symoniacæ vendendo vel acquirẽdo, & fiet de eis ſicut de Iuda factum eſt. qui poſſedit agrum de mercede iniquitatis, & ſuſpenſus crepuit medius, & effuſa ſunt viſcera eius. Viſcera diuites ſunt eius diuitiæ, quas ſic iclusa viſcera diligit. Hæc manent clauſa dum uiuit auarus, ſed in morte dũ crepat effunduntur uiſcera eius quia tunc aperiuntur loculi, & diripiunt vicini eius diuitias. Iob 20. Diuitias quas deuorauit euomet. i. cum dolore amittet & de uentre eius extrahet illas Deus. Vnde doctores loculos domini portãt, dum litteras ſacras in pectore gerunt. Vę eis ſi non euangelizent pauperes. Sed quæritur quare loculos dominus habuit cui miniſtrabant angeli. Reſpondetur ut confunderentur heretici poſt modum uolentes aſſerere ꝙ eccleſia nihil poſſit habere, cum tamen ſcriptum ſit. in p̃s. Et ſpecie domus diuidere ſpolia regum, & principum. Quod ſi dicatur illud eſſe ad oppoſitum Nolite ſoliciti eſſe. Reſponſio Non abnegat dominus neque prohibet poſſeſſionem. Non enim dicit nolite habere poſſeſſiones, ſed prohibet ſolicitudinem nimiam. Dicit enim Nolite ſoliciti eſſe. Dicitur ſecundo ꝙ nunc non eſt ſimile de eccleſia ſicut cum erat in fluxu & in curſu p vniuerſum orbem ut plantaretur, & cum eſt nunc in ſtatu. Cum enim tunc neceſſe eſſet

ſe eſſet



ſe eſſet perambulare mundum Deus eis de neceſſarijs prouidebat, cũ autem nunc ſtat nec per orbem diſcurrit, opus eſt humana induſtria ad parandum ſibi per diuinas cibum. Aquæ fluenti nullam oportet prouiſionem. Semper enim inuenit ſibi alueum. Aquæ uero in ſtagno prouidendũ eſt de calciata firma. Secundo quæritur quare furi commiſit dominus loculos? Videtur ꝙ ei dederit occaſionem peccandi. Reſponſio ꝙ multiplex potuit eſſe cauſa. Prima ex diuina diſpenſatione, vt malo eius deſiderio ſatis faceret, ſicut in præſentiarum auaros infirmo enim ad mortem & inobedienti aliquando ſatisfacit medicus dans ei quæ voluerit. Iſti cum deberent dare pauperibus dant ſibi & liberis. Reſpiciebat autem ad Iudam, qui recepta ad dandum egenis ſibi retinebat, qui in ſine proprio iudicio ſe ſuſpendit. contra hoſpitalarios modernos, contra portitores indulgentiarum, contra inuaſores pauperum &c. Ideo. 1 Pet. 4. vnuſquiſque ſicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei. Secundo ſecundum Chryſo. ut abſcinderet ab eo omnem occaſionem perditionis. Non enim poterat dicere, propter defectum cibi aut uictus feci proditionem. in quo notantur ſerui qui habent diſtribuere bona dominorum ſuorum. Talis dominus eorum credit habere clauem cellarij uel caueæ qui habet clauem ſtabuli. & de hoc habent confeſſores multum eos interrogare. Tertio propter noſtram inſtructionem. Primo enim oſtendit dominus ꝙ paruam facit curam in diuitijs quando eas furi tradit in cuſtodiam. Secundo vt nos inſtrueret ꝙ ſi ſerui noſtri nobis furentur temporalia ꝙ patienter toleremus, quando & dominus ipſe patienter tulit, maxime de rebus ſibi datis, de ipſo autem non ita patienter tulit quando turbatus eſt uidens eum qui a paratus erat ex toto ſeparari ab eo. Periculoſum enim eſt furtum cum quis ſe furatur Deo & ab eo ſe ſeparat. Furtũ enim ſeparat ſeruum à domino & adulterium vxorem à marito. Tertio vt nos oſtenderet ſemper in ſocietatibus noſtris vix uitare homines qui non habeant duplicem manũ. Prouer. 11. Si fuerit manus ad manum non erit innocens. Vnam enim manum extendebat Iudas ad cantinum oſtẽdens ſe fidelem. & aliam ad pecuniam furandam & tradendum benefactorem ſuũ. Mat. 6. Neſciat ſiniſtra tua. i. mala intentio, quid boni operis faciat dextera. Dixit ergo Ieſus. Quid moleſti eſtis huic mulieri? ſinite illam, bonũ opus operata eſt in me. Obſequium debitum impetrat aduocatum. Sic ex obſequio dominum defenſorem habuit quaſi diceret dominus. Stet in bono hæc mulier quandiu non cõualeſcit in melius, ideo appellat eam mulierem. Ac ſi diceret. Si quando de muliere in uirum profecerit, poterit ad opus pfectionis aſſumi. Qui enim in ſui cuſtodia uigilat, bñfacit & adhuc põt dici mulier. i. infirmus, quia alios iuuat. Qui autem alios iuuat, & aliorum onera portat, vir eſt & hic melius & uirilius facit. Ideo dicitur melior eſt iniquitas uiri quam mulier benefaciens. Iniquitas viri dicitur, quia licet alios iuuare non poſſit abſque inęqualitate uitæ & conuerſationis ſuæ, tamen dicitur. Prouer. 10. & in prima Petr. 4. charitas operit multitudinem peccatorum. Et hoc contra quoſdam reliogioſos qui ſibi ſolis vacant, & conſiderãtes ꝙ arctam ducunt uitam in victu & ueſtitu, uidentes plátos eccleſiæ uitam ducere laxiorem, plerunque de hoc gloriantur, ſed temere iudicãt, quia melior eſt iniquitas uiri &c.

*D Iniqtas. Q̃uo melior eſt iniqtas uiri, q̃ mulier benefaciens.*

Mittens enim hæc mulier hoc unguentum in corpus meum ad ſepeliendum me fecit. Quæri poſſet an hæc mulier in hoc opere intenderet ad Chriſti ſepulturam. Videtur ꝙ non, quia potius uidetur uiuẽti obſequi quam morienti. Reſpondetur. Hoc dictum ad ſepeliendum me fecit tripliciter exponi poteſt. Primo. i. fecit uel parauit hoc unguentum ut ſeruaretur in diem ſepulturæ meæ Io. 12. Sinite ut in diẽ ſepulturæ meæ ſeruet illud. Sed ſi ad ſepulturam eius parauit, quare ſuper caput illius effudit? Reſpondetur. Mar. 15. præuenit corpus meum vngere in ſepulturam. Credibile enim eſt eam dubitaſſe dominum in proximo moriturum & ideo vnguentum paraſſe, cuius partem tunc effudit, partem uero officio ſepulturę reſeruauit. Secundo fecit. i. præuenit ungere corpus meum, quia poſt mortem meam non poterit illud ungere, quia reſurrectione mea præuenta erit. Tertio ad ſepeliendũ

me

me fecit in ſignum ſepulturæ imminẽtis. Ibi enim mos erat vngere mortuos.

Pauperes ſemper habitis vobiſcum, me autem &c. Aug. Quid eſt dicere ille diues & iſte pauper niſi ille oneratus & iſte leuis? Diues ſarcina graui diuitiarum onuſtus, pauper eis exoneratus, ille pauper comes eſt viæ diuitis, & tamen vt releuet in via, comiti non uult dare quæ nihil portat. Sed quæritur. Nonne melius fuiſſet precium illius vnguenti tam precioſi erogari neceſſitati pauperũ quàm ſi effundi? Reſponſio ꝙ multa bona opera fiunt, de q̃bus ſi peteretur conſilium non conſuleremus quòd fierent, quia fortæ poſſent melius fieri, poſtquam tamen incipiunt fieri non ſunt prohibenda. Et (ſecundum Chriſo.) fortæ dominus antequam effunderetur vnguentum potiua elegiſſet illud dari pauperibus. Sed quia iam factum erat comprimit dominus dicens, ſinite illam. Et ſic opus minoris perfectionis ex genere, ratione vtilitatis & charitatis, quandoque præfertur ei quod eſt maioris perfectionis. Sicut ædificare eccleſias uel ornare ipſas non eſt opus tantæ perfectionis, & charitatis, ſicut pauperibus ſubuenire. Quandoque tamen & ex rationabili cauſa, hoc opus præferendum eſt. Secundò ſynagoga ſuſtinere non potuit odorem vnguẽti principibus eiuſdem ſynagogæ cogitantibus de interfectione Chriſti & lazari. Vnde cogitauerunt vt Lazarum interficerent &c. Sed quare non cogitauerunt ita cecum natum interficere ſicut & Lazarum? Reſponſio multiplex ſecundũ Chryſo. Primum quia in miraculo ceci nati inueniebatur de quo Chriſtum accuſarent. ſ. de uiolatione ſabbati, non ſic in iſto miraculo. Ex quo apparet in quanto periculo ſunt uiri Dei qui parua occaſione accuſantur & vilipenduntur, vt de Eſaia legitur, q̃ a manaſſe quia ſe Deum uidiſſe dixerat, accuſantur contra legem docuiſſe. Ideo oportet animalia quæ ſunt in conſpectu throni eſſe plena oculis ante & retro. vt uideant, quid & qualiter doceant Secundo quia cecus ignobilis erat incognitus & pauce auctoritatis, ideo miraculum minus notum erat, Lazarus vero nobilis & notus vbique, propterea miraculũ ſemper publicabatur. Ideo ſi ſit vir magnę auctoritatis diligens Deum, ſemper habebit emulos & reprobos impugnatores veritatis agnite. Tertio quia nullum ſignũ ita eos facit ſeuire, non ceci, non paralitici, quia inopinabile erat iſtud, ſcilicet mortuum quatriduanum ſuſcitare. Tantam lucem non poterant portare bubones. Quarto quia hoc eos mordebat ꝙ inſtante feſtiuitate omnes Hieruſalem dimittebant in Bethaniam uenientes, relicta põtificum doctrina feſtiuitate & oblationibus vacuis. Propterea clam & occulte per diſcipulum eum tradentem voluerunt ipſum interficere. p̃s. Intenderunt arcum rem amaram. Arcus enim occulte, ſed gladius manifeſte ferit. Noluerunt enim per ſeipſos facere ne uiderentur auaritiæ arguendi, ſed per diſcipulum ipſius occulte.

*Sermo 2. feriæ ſecundæ unde ſupra, & in ordine. 133. Videte quia nihil proficimus, ecce mundus totus poſt eum abit Ioannis. 12.*

*A* Opus. Quia ... ſit ... op... in bon...

OMnia quæ creauit deus, ad hoc creata ſunt ut homo in eis proficiat, & quæ uidentur nocere, vt ſerpentes & animalia voratia, etiam ſubſeruiunt homini uel ad puniendum uel ad exercendum. Vnde damaſcenus. Deus quædam creauit ad hominis cibum & adiutorium, ut boues & ceruos, quædam ad homines punitionem, vt tigrides & leones. Quædam ad hominis exercitium & conſolationem, ut ſunt ſimiæ, muſtelæ, & huiuſmodi Roma. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Iniqui uero in omnibus deficiunt & male proficiunt. Infirmis enim non prodeſt vinum & carnes ſumere, ſed officiunt. licet ipſis plurimus uideantur complacere. Alij enim proficiunt in ſchola dyaboli, qui arrogantiam docet, irreuerentiam, præſumptionem, inuidiam, & huiuſmodi, in cuius ſchola didicit eua mendatium & præſumptionem, & phariſei aduerſus Chriſtum inuidiam. Omnes nimirum ad Chriſti ſcholam ire ſolebant etiã inimicorum ſuorum teſtimonio dicentiũ, ecce mundus totus poſt eum abiit, ſed iã nullus aut rarus eſt ſcholaris Chriſti. Omnes inuident, omnes detrahunt, aut adulãtur, aut honorem appetũt, non uirtutem. Hæc eſt ſchola male proficientium. Alij ſtudent in ſchola mundi, quæ docet auaritiã & concupiſcentias ſequi, in qua fere



ſtudent omnes & diſcunt illud. Eſa. 8. Accelera, ſpolia Detrahe, cito prædare. Alij in ſchola carnis proficiunt, vt lubrici, ſuper quorum aſinum (quia diſſolutus eſt) non ſedit Chriſtus. Quando dominus ſedebat ſuper aſinam, omnes ibant ad ſcholam eius ad audiendam vocem ſemonum eius. Hoc teſtantur inimici eius dicentes ut ſupra, ecce mundus totus poſt eũ abijt. Sed quia modo non regit aſinam illam. vt dicitur Deuter. 31. Occurrent ei mala in extremo tempore. Aſinam tamen noſtræ humanitatis, ſuper quam perpetuo ſedet in vtero virginis] ſibi aſſumpſit, ut ſcholam in qua proficeremus tenens, nobis doctrinam oſtenderet euangelicam quam ut mente teneamus. Mariam ſalutemus dicentes. Aue.

Circa thema. Primo dicemus quomodo totus mundus poſt Chriſtum abibat. Primo Iudæus, deinde gentilis. In ſecunda parte huius immitationis ratio duplex Prima ſcilicet patris clarificatio, ſecunda filii amor & dilectio explicanda erit.

*B* Sagitt. Quia ſagitte paruulorũ factæ ſunt plagæ eorum.

Proprimo aduertendum eſt ꝙ cena facta in domo Marthæ in caſtrinum dominus ire diſpoſuit hieroſolymam ſuper aſinam, cui obuiam proceſſerunt cum Ramis palmarum & oliuarum turbæ multæ tam ciuitatis, quàm aduenarum, qui deuotionis cauſa illuc acceſſerant. Propter quod commoti Phariſei dixerunt ad ſemetipſos, videtis quia nihil proficimus, ecce mũdus totus poſt eum abiit. p̃s. Sagitte paruulorum factæ ſunt plage eorũ Pueri parui ętate, apoſtoli parui ſcientia, & populares parui reputatione. Tales erãt vt ab eis imitantibus amantibus, & laudantibus Chriſtum plagarentur iudæi in oculis & corde, ita vt eum videre non poſſent Iuxta illud Sap. 2. Grauis eſt nobis ad videndum. Dicebant, videte quia nihil proficimus ecce mundus totus abiit poſt eum. Sed infirmatę ſunt contra eos linguę eorum, quia contra doctrinam apoſtolorũ euomendo blaſphemias nihil potuerunt Similiter ſagittæ paruulorum factæ ſunt plage eorum. Ipſi iudæi paruuli erant, quia inuidi. Inuidus enim ſemper paruus eſt reſpectu eius cui inuidet. Iob. 5. Paruulum occidit inuidia. Inuidia enim (ut dicit Philoſophus. 2. Rhetoricæ) eſt triſticia de alterius bono, pro quanto æſtimatur proprii boni diminutiuũ. Sagittæ autem paruulorum (vt dicit Augu. ſuper. p̃s. iſtum) ſunt de caniciis quæ nihil aut parum poſſunt penetrare. Tales fuerunt ſagittæ iudæorum quæ licet carnem vulnerauerint in nullo tamen uſque ad diuinitatis interiora penetrauerunt. Qui licet altis clamoribus dixerunt, crucifige, crucifige, infirmate tamen ſunt lingue eorum quia a clamoribus ceſſauerunt, quando in eorũ diſperſionem reſurrexit quem crucifixerunt. Secundo venerunt ad eum gentiles, qui aſcenderant ut adorarent in die feſto. Hii acceſſerunt ad Philippum dicentes. Domine volumus Ieſum videre. Sed multi ſunt qui hoc volunt, loqui autem nolunt neque philippo neque Andreæ, quia confiteri nolunt. Si ſacerdotibus non loquantur, non videbunt eum. Gentiles. n. voluerunt videre & iudæi nolebant eum videre, quia primum quod a mortuo extra hic coruus eſt oculus. Sic dyabolus ab eis per cupiditatem mortuis oculos intelligentiæ extraxit, vt Chriſtum uidere nõ poſſent. Cum audiuit dominus a philippo & Andrea ꝙ eum gentes volebant videre ſubdit. Venit hora vt clarificetur filius hominis. Amen amen dico uobis. niſi granum frumenti cadens in terram &cæ. In quo dominus duas peccatorum radices nititur extirpare, ſ. timorem tranſitorij mali, & amorem tranſitorii boni, de q̃bus gloſa ſuper illud. Pſal. Incenſa igni & ſuffoſſa ab increpatione vultus tui pibũt. Omnia peccata duæ res faciunt in homine, cupiditas & timor, cupiditas incendit animum & timor ſuffocat bonum propoſitum. Ad primum pertinet illud, niſi granum frumenti. Ad ſecundum illud. Qui amat animam ſuam perdet illam. Sicut putrefactio grani (quę mors dicitur) uia eſt ad multiplicationem, ſic per mortem tẽporalem eſt tranſitus homini a tranſitoria vita ad æternam. Ideo dicit non eſſe timendam mortem quam ſic conſequitur uita permanẽs. Nõ enim eſt lugẽda mors quam immortalitas conſequatur. Auguſt. 13. de ciui. Dei. Tantam Deus fidei gratiam præſtitit, vt mors quam conſtat vitæ eſſe contrariam inſtrumentum fieret per quod tranſiretur ad uitam. Chriſto enim & ſanctis eius per mortem gloria creuit, & non ſolum per mortem ſed etiam per abdica-

*C* *Timor. Qđ oĩa mala faciunt timores cupiditas.*

abdicationem tẽporaliũ bonorũ. Sunt.n. bona pñtia vt ſemina parua non in ſe durabilia quæ ſeminãtur vt multiplicenĩ & cõſeruentur, ſicut ſit de frumento. Vita præſens & bona eius ſeminantur cum in ſeruitio Dei expenduntur, vt pro eis æterna recipiantur. Seminantur enim, cum illis bona æterna emuntur. Aug. Præbe tectum & accipe cęlum. Bernar. Erras ſi putas tibi manſuras diuitias, quæ p tot manus h im tranſierunt. Non tamen ſufficit ꝙ granum cadat in terram ſed oportet ꝙ inuoluatur à terra, quia ſi nõ inuoluatur volucres cœli comedunt illud nec fructiſi at. Sic homo qui vult humilitatem ſuã apparere cadit quidem in terram, dum ſe humiliat, ſed non fructificat, quia à terra non inuoluitur. Secundo dominus nititur extirpare timorem qui ſuffocat bonas intentione. Vnde ſubdit. Quia amat animam ſuam perder eam. id eſt qui amat animam ſuam in futuro ſeculo viuere, perdet eam in præſenti mundo formidãs ſuſtinere mala præſentis vitæ pro Chriſto Vnde & ſubditur. Et qui odit animam ſuã in hoc mundo. i. florere & glorificari in hoc mundo, in uitam ęternam cuſtodit eam. Sicut enim ſimilitudo eſt cauſa amoris, ſic contrarietas cauſa odii & rancoris. Sicut & inter aſtrologos eſt domus amicitiæ & ex oppoſito domus inimicitiæ & odij. Mundus enim & vita æterna, ſunt duæ habitationes contrariæ & incompatibiles. Ideo qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam.

D Odium. Qđ quattuor modis qs debet odire animam ſuam.

Vnde quilibet debet odire animã ſuam id eſt vitam carnalem quattuor modis. Primo vt agricola granum qui mauult ipſum in terra perdere ad tempus & uentis, & tempeſtatibus exponere, quàm in horreo recondere. Si enim tantum ipſum amaret quòd in horreo ſemper in pace reſeruaret, fructum non faceret ſed ſic putrefieret & corrumperetur. Sic qui tantum amat carnem ſuam quòd in quiete & deliciis vult eam ſeruare & non ieiuniis, & orationibus & talibus exponere, nihil ex ea niſi peccatum & erructionem habebit. Matt. 16. Qui vult animam ſuam ſaluam facere perdet eam. Qui autem perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. Gloſa quaſi dicens agricole. Si frumentum ſeruas, perdis, ſi ſeminas, renouas. Tertia enim quæ quieſcit & non collitur, non niſi herbas nociuas affert, & cum excollitur uix bonas aſportat. Sic caro. Prouerbio 28 Qui operatur terram ſuam id eſt carnem ſuam, ieiuniis uel talibus, ſatiabitur panibus. Gloſa. id eſt uirtutibus, qui ſectatur ocium, in egeſtate erit. Secundo debet eam odire vt pugnator clipeum. Vere loquendo pugnator diligit clipeum, ſed non intantum quin exponat eum ictibus vt ſe ſeruet illeſum. Sic caro aduerſitatibus exponenda eſt, ut anima illæſa. Act. 20. Vincula & tribulationes Hieroſolymis me manẽt. id eſt expectant ſed nihil horum vereor. Neque enim facio animam meam precioſiorẽ quàm me. i. carnem. Merces enim in mare proiciuntur ut corpus ſeruetur & in bello manus enſi exponitur vt caput ſaruum ſeruetur. Sic ſi quis ad hoc deuenit, vt oporteat eum corporis uel animæ habere detrimentum, oportet carnem & diuitias exponere, ſicut ſerpens corpus, & caudam, vt caput tueatur. Matt. quinto. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes. Diuitię autem & corpus animæ damnat non proſunt. Matth. vndecimo. Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ uero ſuæ detrimentum patiatur? Tertio vt miles æquum. Re uera enim diligit & tamen cũ eſt in bello ictibus obiicit. Sic & carnem obiicere debemus ictibus pęnitentiæ. 1. Macha. 7. Adoleſcens membra perdit oni exponens ait. E cœlo iſta poſſideo, ſed pp Dei leges hæc ipſa diſpoſitio quoniam ab ipſo me ea recepturum ſpero. Quarto ut ęger membrum infirmum. Eger enim amat membrum, cuius prout poteſt ſanitatem vrendo & ſecando procurat. Si enim membrum, tantum amaret quod nec ferro nec igne tangi permitteret, ipſum ex toto perderet. Si caro ita odienda eſt ut ferro & igne pęnitentiæ uicia reſecẽtur Alo qui finaliter deperiret. Io. 12. Qui amat animam ſuam. i. carnem. vt ſcilicet igne pęnitentiæ non uratur & ferro aduerſitatis uicia non reſecentur, perdet eam. ſcilicet ęternaliter. Luc. 14. Qui non odit animam ſuam nõ poteſt meus eſſe diſcipulus. Gloſa Bene animam odimus, cum eius carnalibus deſideriis non acquieſcimus, ſed frãgimus. Gala. 6. Qui Chriſtus ſunt carnem ſuam crucifixerunt cum uiciis & concupiſcentiis.



Qui amat animam ſuam non uere perdet eam uolendo ſibi delectabilia, huius mundi diuitias, delicias, & honores & hoc quia tales cito pereunt. quia ſi Prouerb. 26. verum ſit ꝙ qui odit auariciam longi fient dies eius, ſequitur ꝙ diligentiam auariciam dies breuiabũtur, & hoc propter męſtitias cordis quæ ſequuntur ex perditione tpaliũ. Perdet ẽt in futuro. Aug. Noli amare aĩam tuã in hac vita, ꝑdas i uita æterna. Vel aľr. Qui amat animã ſuã in hoc mũdo. i. ad mũdialiter uiuẽdum, perdet eam, quia tales mundialiter uiuentes odiunt bonos & bonitatem eorum. Communiter enim odiuntur & contemnuntur qui in bonis operibus diligentius occupantur. vel qui malos corrigunt Sic rex Achab. de Michęa Propheta dicebat. 3. Re. 22. Odi eũ qa nõ Prophetat mihi bonum, ſed malum omni tẽpore, ſicut freneticus odit medicum, in ſuis vinculis gloriatur. ps. Tu uero odiſti diſciplinam, & proieciſti ſermones meos retrorſum. Si videbas furem curebas cum eo &c.

I [illegible]

Cauſa autem perdendi animam ſuam in hoc mundo, & ponendi pro Chriſto ſubditur cum dicitur. Qui mihi miniſtrat me ſequatur. Quidam ſunt miniſtri Chriſti qui ei miniſtrant alapas. ſicut miniſtri Anne Pylati. Iſti ſunt miniſtri dyaboli qui per hypocriſim transfigurant ſe in miniſtros iuſtitię, quorũ periculoſa eſt ſocietas, quia Petrus cũ ſederet cum talibus miniſtris ter negauit Deum. Alii ſunt miniſtri dei ſicut tortores miniſtri ſunt regis in uindictam malorum. ſicut bourellus qui ſuſpẽdit latrones. Hi ſunt qui miniſtrant miſeriam & dolorum populo, ut raptores & doloſi, & iſti non ſequuntur Chriſtum. Alii ſunt miniſtri Chriſti qui faciunt eius uoluntatem, & de his dicit dominus. Qui mihi miniſtrat me ſequatur in tribulationibus. In quo duplex tangitur ſolatium. Primo Chriſti exemplum cum dicitur. Si quis mihi miniſtat. Secundo ſubditur præmium cum additur. Et vbi ego ſum ſ in paradiſo, & miniſter meus erit. Auguſti. Præmium operis quo illi miniſtratur eſt eſſe in illo fine quo nunquam eſt bene eſſe, & cum quo nũquam eſt male. Tria autem debemus ei miniſtrare quæ Abrahã miniſtrauit. Gen. 18. Lac. i. temporalia, butyrũ. i. deuotionem mentis, vitulum. id eſt mortificationẽ carnis. Primum miniſtrat charitas. Scđm obedientiæ humilitas. Tertium caſtitas. In ſecunda parte videndũ eſt de duplici occaſione cõuerſiõis iudæorum & gentiliũ ad Xpm, quarũ prima fuit patris clarificatio. Ait enim dñs. Et nunc aĩa mea turbata eſt.

F Turbatio De duplici turbatione.

Hæc turbatio non fuit eorũ qui erã per multa tpa cõtinuãt, qa non fuit longe durationis. Vnde dicit nũc, & non longo tpe. Secũdo ſunt q ſe & alios turbant, hic autem ſolũ ſe turbauit. Hinc ſubdit. Aĩa mea turbata eſt. Tertio ſunt qui ſine deliberatione ſubdito turbãtur per impatientiã, ita ut in cõſciẽtia ſua recta nõ uideãt. ſicut in aqua turbata ymagines nõ uidetur. ps. Turbati ſunt ſicut ebrius, & omnis ſapiẽtia eorũ deuorata eſt Dñs autẽ deliberatiue turbauit ſeipſum. Inde ſequitur. & quid dicam? Quarto quidam dũ turbantur non recurrunt ad Deũ in turbatione ſua, quẽadmodum unus qui dicebat, turbatus ſum, & ſum locutus. Dominus autem ad patrem conſequenter recurrit dicẽs. Pater ſaluifica me ex hac hora. Quinto alii dum turbantur non conſiderãt ad quam uel propter quam cauſam miſit Deus illam turbationem. Dominus autem conſiderans hoc dicit, propterea ueni ego in hanc horam. Sexto multi turbati blaſphemant nomen Dei. Hiere. 26. Turbabuntur & inſanient à facie gladij. Dominus autẽ in hac turbatione quærit gloriã Dei. cũ ſubdit. Pater clarifica nomen tuũ. Vñ propter tria ſe turbauit.

G Turbatio De triplici occaſione turbationis in Chriſto.

Primo turbatus eſt ad gentiles qui eũ uenerabantur ad deſtruendam gloriæ uanitatem. Sic turbabatur quidam ſanctus magis obſequijs quàm opprobrijs. Sic Maria ad propriam laudẽ magis turbata eſt quã delita, propter quod Dominus ut contra inanem gloriam doceret orandum, poſtq̃ ſe oſtendit turbatum orauit dicens. Pater ſaluifica me ex hac hora. Scđo turbatus eſt ex afflictione futura quã ſibi uidebat imminere. Hinc & orat, pater, clarifica nomen tuum. ſcilicet in cordibus gẽtium quia iam obtenebreſcit in mẽtibus iudęorum. Pſalm. Poſuiſti tenebras & facta eſt nox in populo iudæorum, per ſubtractionem luminis gratię, & ſol. id eſt Chriſtus cognouit occaſum ſuum adeſſe. Et talem afflictionem ſæpè dominus mentibus hominum immittit, ita ut eis uiuere credatur

datur

datur ſupplicium,& mori lucrum, & cre-
dant ſe derelictos a domino. Tertio hac
turbationem ſibi aſſumpſit, ut oſtenderet
innocentes & ſimplices de facili quando
que turbatos,non inde deteriores eſſe ſed
aliquando meliores. Nilus enim nobiliſſi
mus fluuiorum ſemper eſt turbidus, & in
aqua turbida melius homo piſcatur,& bi
bere aquam turbidam æquus & camelus
magis delectãtur. Sic ſimplices Dei timo
re turbati meliores apud Deũ reputantur
quàm qui ſecuri letantur,& prudens præ-
dicator & piſcator melius piſcatur cũ pec
catorem turbat Dei horrẽda iudicia præ
dicando. Pſal. Sonuerunt & turbatæ ſunt
aquæ eorum.i.mentes eorum. Vina enim
ſepius turbida efficiuntur forti tonitruo.
Pſal. In me turbatum eſt cor meum. Ra-
tionem ſubdit.quia memor fuit dierũ an-
tiquorum. Turbãtur enim uinum & aqua
quando per eorum motionem proprie fe
ces admiſcentur. Venit ergo uox de cœlo
dicẽs & clarificaui, & iterum clarifica-
bo. Turba ergo, quæ ſtabat dicebat
tonitruum eſſe factum. Alii autem di-
cebant, Angelus ei locutus eſt. Quidam
putant prædicationem eſſe tantummodo
tonitruum.i.comminationem. Alii dicũt
non eſſe niſi ſimplicitatem.i.angelum qui
eſt ſimplex natura. Sed hoc faſum eſt,quia
eſt uox Dei ſecunda occaſio conuerſionis
fuit amor Dei per quem omnia traxit ad
ſeipſum. Vnde ait. Nunc iudicium eſt mun
di nunc princeps mũdi huius eiicietur fo
ras,quod iudicium factum eſt in tribuna-
li crucis vbi Chriſtus de poteſtate tene-
brarum triumphauit. Elegerat enim de-
mon ſibi primum locum. Eſa. 14. Ero ſi-
milis altiſſimo. Sed dictum eſt ei in cruce
da huic locum,& tunc cepit cum rubore
nouiſſimum locum tenere. ſcilicet infer-
num,& poſtquam perdidit primum locũ,
perdidit & ſubiugauit hominem. Dya-
bolus enim quaſi duplicem manum ha-
bebat. Vnam trahentem qua omnes ad in
fernum trahebat, quam illi Chriſtus am-
putauit nõ.n.poteſt nunc ad infernum tra
here quemquam, niſi merito ſuæ uolunta
tis. Oſeæ. 13. Perditio tua ex te Iſrael. A-
liam manum habebat, ſed flagellantem, &
illa à Chriſto debilitata eſt. Nõ enim ita
frequenter uexat homines corporaliter ſi
cut ſolebat. Cum exaltatus fuero a terra
omnia traham & cæ. Ratio quia Chriſtus
exaltatus eſt à terra in cruce ſicut in ſta-
tera, in qua plus per humilitatem omni-
bus ponderauit, ideo nil mirum ſi omnia
ad ſe traxit. Vnde canit eccleſia, ſtatera fa
cta eſt corporis prædamque &c. Secundo
quia homo eſt omnia. Eſt enim homo to-
tum Dei. Nõ reputat ſiquidem ea quæ fa
cta ſunt propter nos niſi habeat nos. Si-
cut qui habent principem patriæ ſatis ha-
bent patriam, & ſic facit de nobis totum
ſuum, ſic debemus de eo facere totum no-
ſtrum. Traxit ergo & attrahit hominem
de luto fecis. Sed in trahendo fuit poten-
tia trahentis & labor. Labor autem iſte
in cruce maxime cogit hoĩem vt trahẽti
obediat. Ber. Hoc eſt qđ me magis mouet
magis vrget, calix quẽ bibiſti tuæ paſſio-
nis dñe Ieſu. Sicut enim apud naturales
uacuum trahit, & dat locum locabili, ſic
Chriſti humilitas. Et ſicut ſimile per natu
ram trahit ſibi ſimile, ſic naturæ Chriſti
ad nos conformitas.

*Feria tertia hebdomada ſanctæ. Sermo pri-
mus. de ſacramento euchariſtiæ. & in
ordine. 134. Deſiderio deſideraui hoc pa-
ſcha manducare uobiſcum antequàm pa-
tiar. Lucæ. 22.*

IN uaſę minime quantitatis & capacita-
tis nullus poteſt abunde ſeruire. Si au-
tem (quod eſſet valde mirabile) inuenire-
tur vas unum quod eſſet minime quantita-
tis & maxime capacitatis, in tali uaſe
poſſet prõpte, & abũde miniſtrari. Fercu-
lum autem inter omnia abundantiſſimũ
& maximũ eſt quo fruitur & reficitur ab
de tota curia Angelorum. de quo. 1. Thi.
6. Qui præſtat nobis omnia abũde ad fruẽ
dum. Ferculum illud fuit in fine temporũ
mundo præſentatum, quando panem An
gelorum manducauit homo, & cibaria
miſſit eis in abundantia. Sed non fuit in-
uentum uas tantæ capacitatis quod poſ-
ſet illud ferculum capere quouſque ſum-
mus artifex Deus fabricauit uas vnum
mirabile. de quo Eccleſi. 43. Vas ad mira-
bile opus excelſi. Et iterũ. 50. Vas auri ſoli
dum ornatum omni lapide precioſa. i. om
ni genere uirtutum, vas quidem minime
quãtitatis ſed maxime capacitatis. ſ. vterũ
Mariæ, vt in eo pararet, & reponeret cibũ
hũc pcioſum uniuerſo mundo miniſtran-
dum. Sed ꝙ vas illud ſit minime quãtita-
tis,&



tis, & maxime capacitatis patet. Primo qa
inter oẽs humilior fuit, quæ ẽt inter cæte
ras virtutes de ſola humilitate gloriatur
dicens. Reſpexit humilitatẽ ancillæ ſuæ
& per cõſequens minime fuit quãtitatis.
Sed de capacitate eius canit eccleſia, quia
quẽ cœli capere nõ poterant tuo gremio
cõtuliſti. De qua etiam Bernardus ait. O
venter capacior cœlis, diffuſior terris, la-
tior elementis. qui illum continere ualuit
quem totus mundus capere non potuit.
Item ſecundum philoſophum. 2. cœli &
mundi figura circularis inter omnes figu
ras eſt maxime capacitatis, minime quan-
titatis, ſed Mariæ uenter quodammodo
eſt orbicularis. cum ipſa poſſit dicere il-
lud. Eccl. 24. Girum cœli circuiui ſola. i.
illum qui concludit cœlum & omnia gre
mio vteri mei circuiui ſola. i. ſine uirili cõ
ſortio. Ad illam ergo q̃ tantæ tanquã mi-
rabilis capacitatis extitit in ſuſcipiendo
hunc cibum, ut prius eũ uentre q̃ ore ſu-
ſcipere, adeamus cum fiducia impetratui
gratiam, & dicentes. Aue.

Circa thema quæritur cum beato Tho
ma quodli. 5. Vtrũ Chriſtus maius ſignũ
dilectionis oſtenderit nobis tradẽdo cor
pus ſuum in cibum, quam mortem patien
do pro nobis. Et videtur ꝙ ſic quia uerbis
ppoſiti. Luc. 22. Deſiderio deſideraui &c.
Duplicat deſideriũ ad oſtendendum fer-
uorem ſummum quem habebat in mini-
ſtrando nobis hunc cibum & in præparan
do eum. Hoc autem non feciſſet quod in
alijs non fecit, niſi ſummum nobis colla-
tum fuiſſet beneficium ergo. In oppoſitũ
arguitur. Ioan. 15. Maiorem hac dilectio
nem nemo habet, quàm ut animam ſuam
ponat quis pro amicis ſuis. Ad hoc per
duas veritates reſpondetur. Prima eſt Ma
ius & excellentius amoris iudicium fuit
Chriſtum pro nobis pati quã ſeipſum no-
bis dare in eſcam. Probat. d. ſanctus dupli
ci ratione Prima eſt quia hoc ſacramen-
tum eſt memoriale quoddã & figura paſ-
ſionis Chriſti. Sed ueritas figure & res ip
ſa memoriali, præſtant ergo beneficium
paſſionis excellentius eſt amoris ſignum
quam hoc beneficium. Secunda ratio, qa
omnis amoris menſura quo quis alium a-
mat, ex amore ad ſeipſum menſuratur.
quia (ſecundum Philoſo. 9. ethico.) ami-
cabilia quæ ſunt ad alterum uenerunt ex
amicabilibus quæ ſunt ad ſeipſum, ideo
tanto qs alium magis amare probatur, q̃-
to bonum quod ſibiipſi magis vult ꝑꝑ a-
micũ ꝑtermittit, ſecũdũ illud Prouer. 12.
Qui negligit damnũ ꝑꝑ amicũ iuſtus eſt.
Vult aũt hõ ſibiipſi triplex bonũ particu-
lare, q̃ sũt aĩa, corpus, & exteriores. Eſt er
go aliqđ ſignũ amoris patens, ꝙ aliquis
in reb. exteriorib. ꝑꝑ aliũ detrimentũ pa
tiatur maius aũt amoris ſignũ ſi ẽt corpo
ris proprii detrimentis nõ parcat uel labo
res uel uerba pro amico ſuſtinendo. Ma-
ximum aũt amoris ſignũ eſt, ſi ẽt aĩam ſuã
exponere uelit pro amico moriẽdo. Ideo
cum Chrũs non ſolum res exteriores, vt
ueſtes & quæcũq; habuit, nõ ſolũ corpus
uerberibus & flagillis expoſuerit ſed etiã
aĩam ſuã poſuerit ꝑ nobis ĩ paſſione ſua
ſequitur ꝙ maximũ fuerit dilectionis ſi-
gnum ꝙ paſſus eſt pro nobis. Quod autẽ
corpus ſuum dedit nobis in cibum ad nul
lum eius detrimentũ pertinere videtur,
ergo & cæte. Secunda ueritas. Licet maius
ſimpliciter fuerit ſignum amoris paſſio
Chriſti elemoſina ſui corporis, illud ta-
men ſecundum beneficium permanentius
fuit, quia paſſio Chriſti quantum ad exi-
ſtentiam cito tranſijt, cibus aũt iſte nõ, ſed
permanet. Vnde & dominus miniſtris cõ
ficientibus ur̃ illud præcipere quod ſcribi
tur Ioh. 5. Operamini non cibum qui pe-
rit. i. non uos deputetis ad pręparandas
eſcas uentri perituras, ſed cibum qui per-
manet in uitam æternam, quia ille cibus
hominẽ perducit ad gloriã, & in altera
uita cib. ille perdurabit. In quo reprehẽdẽ
di ſunt ſacerdotes qui in domibus nobi-
lium exercent officiũ coqui uel parando-
rũ ciborũ. Sufficere enim debet eis ut in
miniſteriũ illius cibi deſiderati admittan
tur, de quo dñs tandiu deſiderabat guſta-
re cum diceret. Deſiderio deſideraui hoc
Paſcha manducare &c. Circa thema ꝓ
poſitum dicendum eſt. Primo de diſpoſi-
tione præcedente inſtitutionem huius ſa-
cramenti deſiderati. Secundo de eius inſti
tutione, Circa primam partem dicere Pri
mo de tempore quo inſtitutum fuit. Secũ
do de loco. Circa primã partem prioris
partis dicetur. Primo de deſiderio Xp̃i ꝙ
habuit de finiendo & terminãdo uetus ſa-
crificium. Scđo de deſiderio inchoãdi no-
uum & de inchoatione noui. Et hoc ex-

ponendo textum quattuor euãgeliſtarũ.
C Circa primã primæ partis dicit euange
liſta. Prima aũt die azimorũ in qua neceſ
ſe erat occidi paſcha, acceſſerũt ad Ieſum
diſcipuli dicentes. Prima dies azimorũ il
la dies dicebatur in qua immolandus erat
agnus paſchalis. ſ. 14. di. lunaris primi mẽ
ſis. ſ. martij, & erat tunc feria quinta, & in
illo die feſto acceſſerunt diſcipuli ad Ie-
ſum, ad oſtendendum duo documẽta. Pri-
mum eſt q; omnes diſcipuli Xp̃i ad eũ ten
dere debeant tanq̃ ad requiem. Oĩa enim
naturaliter tendunt ad ſuum principium
naturale, vt fluuij ad mare, ignis ad ſuam
ſpheram, lapis ad terram. Sic oĩs homo ad
Deum appropinquare debet tanquã, ad
eum qui eſt omnium rerum origo & prin
cipiũ. Sicut enim res perfectæ quietari nõ
poteſt quouſq; ad ſuũ principiũ peruene-
rit, eiq; copulata fuerit, ſic homo peccatũ
à Deo diſiunctus, in ſua cõſcientia perfe-
ctę quietari & cõſolari nõ põt, quouſq; p
gratiam ad eum approximatus fuerit. Se-
cundo ad oſtendendũ q; eccleſiaſtici viri
qui tractant ſacramenta inter cæteros ma
xime appropinquare debent ad Ieſum per
uitam ſanctam & honeſtam conuerſatio
nem. vnde Numeri. 16. De ſacerdotibus
& leuitis ita ſcriptum eſt. Separauit nos
Deus Iſrael ab omni populo & iunxit ſibi
vt ſeruiretis ei in cultu tabernaculi, &
ſtaretis coram frequentia populi, & mini-
ſtraretis ei, idcirco fecit te accedere ad ſe.
Et propter hoc ſacerdotes debent eſſe no
biliores & dignores quã populares, ſicut
corpora quæ magis accedũt & appropin-
quãt cęlo ſunt digniora. licet multi ſatur
no aſſimilentur, qui eſt planeta propin-
quus firmamento, ſed tamen malinolus,
tardus, terreus, retrogradus, pallidus, &
ponderoſus. Sic multi ſunt ſacerdotes ma
liuoli pigri ad omne bonum terrei per a-
uariciam, frigidi per indeuotionem, palli
di per inuidiæ & odij malignitatem. Iux-
ta hoc quæruntur tria. Primo quare Iu-
D dæi. 14. lunari die agnum paſchalem co-
medebant. Dicendum eſt ad hoc quòd
multiplex eſt ratio. Prima eſt litteralis,
quia ſcilicet tempore plenilunij in tali mẽ
ſe exierant primum filii Iſrael de egyptia
ca ſeruitute, & tali tempore comederunt
agnum, ideo in memoriã beneficii adhuc
illo tempore comedebant. Secũdo ad ſen

*Accedere. Qũo xp̃iani debent ad Chriſtum accedere.*

*Paſcha. Quare iudæi iuxta lunam comedebãt paſcha.*

ſum allegoricum hoc fuit, quia cum lu-
na plena eſt tunc eſt ſoli oppoſita, ideo dũ
oppoſita fuit luna ſinagoge uero ſoli iuſti
ciæ contradicendo ei & expellendo eum
tũc neceſſe fuit occidi verum agnum. Cũ
enim oritur luna plena tunc occiidt ſol,
ideo cum ſynagoga impleta eſt & cõpleta
quo ad legem & cerimonias eius, occidit
verus iuſtitiæ ſol uel ſi per lunam eccleſiã
præſentem de gentibus intelligamus, tũc
orta eſt luna plena i eccleſia quando Xp̃s
eſt occiſus. Vnde & proſa quædã de Xp̃o
ſic ait. Globo ferẽ ſub lunari, vt luna ſur-
gẽs de mari, ſuo ſtet in ordine. Tertio ad
ſenſum myſticum oſtendendum q; tãtum
myſterium non erat reuelandũ niſi in tem
pore plenitudinis gratiæ, ut enim natura-
les dicũt luna plena mater eſt roris, ideo
cum tempus quo diſpoſuerat Deus com-
pletum & plenum fuit cęli rorauerũt de-
ſuper & ſtillauerunt dulcedinem ſuã, quã
do panem cęli dedit eccleſiæ ſuæ domi-
nus, & cibo ſaluberrimo nos ſatiauit. Pro
pter quod vtile dicũt pagani & mathema
tici ſine (ut dicit Ambroſius in exame-
ron) qui dicũt diem. 14. lune menſis mar
tij eſſe infauſtam, & malam, & infortuna-
tam. Et forte princeps tenebrarũ ita ſuis
nequam adinuentionibus fallit homines
illos, vt illum diem per infelici habeant
quia eo die dominus maxima ſigna ſalu-
tis oſtendit, & tunc princeps mundi huius
eiectus eſt & ſuum perdidit dominiũ. Pro
pter quod huius recordatus adhuc ſuos
miniſtros nequitię ab omni opere bono il
lo tempore ceſſare docet. Quarto mora-
liter ad oſtendendũ q; claritas honeſte cõ
uerſationis lux fidei & uere cognitionis
& plenitudo bone operationis debent eſſe
in his qui volunt cum dño paſcha cele-
brare, & uerũ agnum in ſe recipere.
I Quæritur ſcd̃o vtrum Xp̃s confecerit
hoc ſacramẽtũ euchariſtiæ pane fermẽta-
to. Et vr̃ q; ſic. Primo quia die ſequẽti (vt
habetur Io. 19.) qñ Iudæi duxerunt Xp̃m
ad Pylatum non intrauerunt in p̃torium
ut nõ cõtaminarentur ſed manducarent
paſca, & ſic Chriſtus anticipauit vnũ diem
ad comedendum paſcha, quando adhuc
erat panis fermentatus in domibus eorũ,
& dies qua occiſus eſt Chriſtus era dies
in qua debebat occidi agnus. Et hoc con-
firmant greci per illud Io. 13. Ante diem
feſtum

*Eucha[illegible]*



feſtum paſchæ ſciens Ieſus &c. vbi vult di
cere euangeliſta q; illa dies in qua confe-
cit Xp̃s, nõ erat dies in qua celebrandum
erat paſcha In oppoſitũ arguitur, q̃a ſcḋm
Mat. Mar. & Luc. erat prima dies azimorũ
in qua neceſſe erat occidi paſcha, ergo in
illo die qñ cõfecit ſacramentum nõ erat
fermentum in domibus Iudęorum, & ſic
confecit in azimi panis. Ad hoc reſpon
detur. Primo q; mos Iudæorum erat ex p̃-
cepto domini, q; quando comederent pa-
ſcha per ſeptem dies continuos non de-
bebat inueniri fermentum in domibus
eorum. vt habetur Exo. 13. Et tunc prima
die ad ueſperum comedebãt paſcha cum
azimis panibus, & tunc Xp̃s ita comedit
iuxta trium euangeliſtarum concordiam
& in hoc male dicunt q̃ dicunt illos tres
euangeliſtas falſum deſcripſiſſe cum hoc
ſcripſerint ſpiritu ſancto repleti. iuxta il-
lud. 2. Pe. 1. Spiritu ſancto inſpirati locuti
ſunt ſancti dei homines, & etiam tunc pa-
ri ratione omnia q̃ continentur in illis e-
uangeliis calũniã paterentur. Nec in hoc
Ioannes Euangeliſta alios correxit, vt po
ſtea patebit. Dicitur ſecũdo q; dato q; do
minus anticipaſſet per unum diem ad co-
medẽdum agnũ, nõ tñ comediſſet tũc fer
mentatum panem, quia uenerat dñs legẽ
implere nõ ſoluere præceptum aũt ut a-
gnos comederetur cum azimis, & q; fer-
mentum tunc non inueniret in domo il-
la, ergo Xp̃s hoc compleui, & per conſe-
quens in azimo cõfecit. Dr̃ tertio q; cum
Ioannes dicit q; nõ introierunt in p̃toriũ
vt manducarent paſcha, nõ intellexit per
paſcha agnũ paſchalẽ qui immolatus fue
rat nocte præcedenti, ſed accipiebat pro
azimis panibus quibus vtebantur ſeptem
diebus, ad quorum comeſtionem require
batur q; hõ eſſet mundus. Dr̃ quarto q; ſo
lennitates Iudæorũ incipiebãt ad veſpe-
ram & terminabantur in veſperã, q̃a ipſi
ſcḋm lunã q̃ de ſero primo apparet dies nu
merabãt, & de vno ueſpere in aliud cõpu-
tabãt, iõ aliquid factũ in uigilia feſti hoc
modo dici poterat factũ in feſto, quẽ mo
dũ ſeruãtes tres euãgeliſtæ dixerũt cęnã
ẽẽ factã prima die azimorũ, q̃a facta fuit
die p̃cedenti q̃ iam ad primã diẽ azimo-
rũ p̃tinebat. in quã veſpera fermento de
domibus ſuis abiecto Iudæi agnũ immo-
labãt. Ioannes vero accepit diẽ feſtum pa
ſchæ non pro illo cuius ſolũ veſpera cele
bris erat, ſed p̃ illo die q̃ totus celebris
erat, iõ dixit cęnã factã añ diẽ feſtum pa
ſchę. uñ de hoc pane fermentato ait Ioa-
chin abbas. Cõparemus nũc ſi placet panẽ
fermẽtatũ & azimũ & ſciemus nõ ſibi fru
ſtra gręcos fermẽtũ, latinos azimũ panẽ
in ſacrificio elegiſſe, nõ fruſtra illorũ do-
ctores permiſiſſe cõiugia miniſtris altaris
nr̃os vero inhibuiſſe, vt ſciremus ſuo tp̃e
quid illi perdiderint ſequẽdo carnẽ, & q̃d
nobis donatũ ſit à Deo vt ſupra legẽ car-
nis ſp̃m uiuicãtẽ ſequeremur. Illi q̃ppe ob
tulerũt fermentũ, q̃a ſæpè in doctrina er
rauerũt, latini vero azimum & quaſi ſubci
nericiũ panẽ. quia ipſorũ doctrina de my
ſteriis ſyncera proceſſit. Gręcus legit apo
ſtolũ dicentẽ unius vxoris virũ & adhęſit
carni, latinus intellexit duas uxores ẽẽ cõ
iugem & eccleſiam tanq̃ Agar & Saram.
abiecit ancillã & tenuit liberã, eo q; nõ ca
piat vtranq; vna domus. & nolit Sara ul-
lo modo manere cum Agar. Sicq; factum
eſt ut illi eligãt carnẽ, iſti ſp̃m, quia illi ui
tam hominũ, iſti quãdã ſpẽm uitæ ange-
lorũ, idcirco corui carnes, mulier nõ car-
nes ſed uicẽ carniũ oleũ obtulit q̃d protu
lit de lechito. uſq; quo dñs ueniat in ſcd̃o
aduentu ad irrigandam uniuerſam ſuper-
ficiem terræ. Hæc abbas Ioachim. Quę
F ritur tertio cum ueritas corrñdere dẽat
umbrę, & tunc agnus comedebatur. 24. lu
na. quare uerus agnus communiter non
accipitur uſque in diẽ reſurrectionis dñi-
cæ. Rñdit Rich. de media uilla. 4. ſen. diſt.
8. in quadã expõne textus, q; quadruplex
eſt rõ. Prima ne uideremur quodãmodo
iudaizare, & tenere umbras cũ ueritate. Il
li enim ad ueſperam comedebant luna lu-
cente, ideo & ſuos menſes ſecundũ lunæ
motũ cõputant, nos aũt econuerſo mane
comedimus orto iã ſole, ideo etiam à cur
ſu ſoli chriſtianis menſes aſſignant. Secun
da ratio quia Exo. 12. dicitur. Non come
detis ex eo crudum quid nec coctũ aqua
ſed aſſum tñ igni. ſed in reſurrectione cõ-
pleta tunc fiet primum aſſatio ueri agni.
Nam in ara crucis per amoris ardorẽ tan
tum incepit aſſari. Vnde Guilie. Pariſien.
Chriſti crucifixores quodammodo fuerũt
eccleſiæ coci cum uitulum illum ſagina-
tum, & agnum pinguiſſimum ueru cru-
cis infixerũt & paſcendo electorum cętui

*Euchariſtia. Quare non comeditur uerus agnus tp̃e quo eũ comedit Xp̃s.*

adignem paſſionis aſſauerunt. Sed in die reſurrectionis tūc legitur piſcis perfectæ aſſus, q dicit Chriſtus paſſus. Nā ſicut caro aſſa ſolidatur, ſic in reſurrectione Xpi caro, qñ facta eſt immortalis, ideo dr̃. 1. Cor. 5. Paſcha noſtrū immolatus eſt Xp̃s, itaque epulemur quaſi diceret agnus aſſatus eſt, comedamus. Tertia, quia hoc ſacramentū non debet dari niſi prius iuſtificatus. ſed Ro. 4. Reſurrexit ꝓpter iuſtificationē nr̃am, ideo ad cōicandum reſurrectionis tempus maxime congruum eſt fidelibus. Quarto quia ille panis eſt gaudētium non lugentium, iō cōi tempore quadrageſimali quod eſt tempus luctus, non ſumitur à fidelibus. Vñ Dan. 10. Ego Daniel lugebam trium Hebdomadarū dies, panē deſiderabilē nō comedi, hic aūt eſt panis gaudii, panis deſiderabilis quē deſiderabat Chriſtus manducare cum dixit. Deſiderio deſideraui manducare &c. Iō debet expectari dies exultationis & lętitiæ ſ. dies reſurrectionis vt comedatur. Secundo de loco refectionis interrogant diſcipuli Chriſtum dicentes, vbi vis eamus & paremus tibi comedere paſcha? Optime interrogant diſcipuli. Primo (vt ait Guil.) quia ī omni loco comedimus, neq; nos in omni loco poſſumus immolare paſcha domino, ſed tm̃ in loco quem elegit ſibi dominus, qui eſt vna Catholica & apoſtolica eccleſia. extra quā (vt ait Aug.) non eſt veri ſacrificii locus. Secundo ſm̃ Hier. quærūt diſcipuli. Vbi vis eamus ad oſtendendum q nō uoluntate noſtra ſed dei habemus dirigere greſſus noſtros, qa non eſt hominis uia eius neq; viri ut dirigat greſſus ſuos. Hier. 10. Tertio ad oſtendendum q dominus licet præparet hunc cibum ſolus & non alius, quia ſolus ipſe creaturam in transmutat, tamē diſcipuli eius habent parare locum. habent. n. miniſtri eccleſiæ parare locum ad cōſecrandū & mentem ſuam tanq locum ad ipſum ſuſcipiendum. Ex hac diſcipulorū qōne manifeſtæ apparet ſm̃ Theophilū q Chriſtus hoſpitiū nullū habebat, ſed neq; diſcipuli proprias domos. Si. n. habuiſſent non ad alienā tranſmigraſſent Erubeſcant ergo qui ſe occupant in ædificandis magnis palatiis & cōgregādis theſauris. Et mitti duos ex diſcipulis ſuis. Petrū & Ioānem. Duos mittit propter duo teſtamenta, quorum vnū erat terminandū, alterum inchoandum. Primū ſeruat in Petro qui fuit Apoſtolus circuncifionis. Secundum in Ioanne, qui fuit apoſtolus in aſia, quæ erat prima gentiū hītatio, & ſic fuit apoſtolus gentiū. Vel duos miſit pp ſignificationē duorū quæ requirunt ad agni myſtici comeſtionē, quorū primum eſt ſcientia veritatis in intellectu quæ ſignificat per Petrū, qui agnoſcēs interptatur, & ſm̃ eſt gr̃a puritatis in affectu quæ ſignificatur p Ioannē qui interptatur in quo eſt gr̃a. de qbus duobus. 1. Cor. 5. dr̃ Epulemur in azimis ſynceritatis & ueritatis. Synceritas ad charitatē, veritas ad fidē pertinet. Dicens eis. Ite in ciuitatē ad quendā. Miſit enim eos ad quendam amicū ſuū, uel ſm̃ alios ad hoīem ignotū. Sed quare nō nominauit eū? multi multiplicē aſſignāt rōnem. Primo ſm̃ aliquos dicit indetermināte ad quendam, ad ſignificandū q ad quēlibet q̄tum eſt de ſe diuertit, & non eſt ad quem diſcipulos ſuos nō mittat. Vñ rabanus. Dñi domus & aquæ baiuli ꝑtermiſſa ſunt noīa, vbi oībus uerū paſcha celebrātibus recipiendi facultas deſignatur. Secūdo ſecūdum Criſ. Miſit ad hoīem ignotū oñdens q poterat nō pati. Qui enim menti huius pſuaſit vt eos ſuſciperet, qūo nō illud idē operatus fuiſſet in his q eū crucifigere volebant ſi uoluiſſet nō pati? Ego autem (inquit Criſo.) nō ſolum admiror qm̃ eum ſuſcipit ignotus, ſed qm̃ ſuſcipiendo Xp̃m multorū odiū cōtēpſit. Tertio ſecūdū Teophilū quia exiſtimādū eſt q Iudas fuit unus de interrogātibus, vt ſciret locū quo comeſturus eſſet paſcha vt eū phariſeis ſignificaret. Iō pp hoc nō dixit dñs nomen hoīs, ne proditor cognito noīe domū ꝓderet Phariſeis, q uenientes cepiſſent eū priuſq̄ cęna fieret, & ſpūalia miſteria diſcipulis traderet. Iō qbuſdam tātū iudiciis in quandam domū dirigit eos. Quarto nō noīat eū ſm̃ Ambroſiū, & dignatio eius ſuper pauperes oñdatur, quia nō pſonā diuitis aut potentis elegit. ſed pauper & pauperis anguſtū hoſpitiū amplis nobilium ædibus antefertur. Sciebat aūt dominus nomen eius cuius ſciebat miniſterium & occurſum. ſed ideo ſine nomine deſignatur vt ignobilis æſtimetur. Hęc Amb. Et ecce introeuntibus uobis in ciuitatē occurret uobis homo amphorā aquę portans



portās ſequimini eū ī domū in quā intrat. Ad literam ferebat hō ille aquā vt in tāto feſto hr̃et aquā expiationis apud ſe qua ſe mūdaret. Et ſm̃ Guil. pariſ. nō parue autoritatis erat hō iſte qui tantis apoſtolis ſequēdus ꝓponit. Iō p eū lr̃atus & doctus intelligit. q de uia ad dñi hoſpitiū atq; refectione cōſulēdus eſt, q ēt ante populum aquā bñdictā lachrymarū portare dēt ad bonū exēplū. Scd̄o ꝓponit inſequēdus ad oñdendū q vbi cęnaturus eſt Xp̃s lagene lachrymarū in expiationē dñt pręcedere. Qñ. n. dñs facit nobiſcū paſcha ſuū ſpūaliter, neceſſaria eſt multiplex aqua bona. Primo aqua baptiſmalis ſanctificationis. de qua Eze. 36. Effundā ſup uos aquā mūdam, & mūdabimini ab oībus inquinamētis vr̃is. Secūda pfectæ cōtritionis. de qua Tren. 3. Effunde ſicut aquā cor tuū in conſpectu dñi. & Pſal. Exitus aquarū deduxerunt oculi mei. Tertio feruide orōnis & deuotionis. de qua Io. 4. Aqua quā ego dabo fiet in eo fons aq̄ ſalientis &c.

6 Et quocūq; introierit dicetis prifamilias domus tp̃s meū ꝓpe eſt, apud te facio paſcha cū diſcipulis meis. Vere qdē ſe appellat magiſtrū qa uere magiſter eſt Primo quidem in medicina quia remedia ſanitatis aīæ docuit vtilia, quod inſinuat ipſe Luc. 5. Cum īterrogatis diſcipulis quare cū publicanis & pctōribus mādūcabat magiſter veſter. Rñdit manifeſte ſe eē medicum dicēs. Nō opus eſt ualentibus medico, ſed male habentibus. Non enim ueni uocare iuſtos, ſed peccatores ad pnīam. nec herbis aut potionibus curabat medicus iſte, ſed uerbis. Mat. 8. Dic tm̃ verbo & ſanabitur puer meus. Nec ad paucos ſe extendebat uirtus & ars eius ſed ad oēs. Nā Luc. 10. virtus de illo exibat & ſanabat oēs, cuius medicinalē doctrinā quattuor euangeliſtę quattuor breuibus voluminibus texuerūt. Scd̄o vere magiſter eſt in theologia qui illā adinuenit & ſanctæ eccleſię apoſtolis & doctoribus dedit. iuxta illud Baruch. 3. hic adinuenit oēm uiā diſciplinę & tradidit illā Iacob puero ſuo & iſrael dilecto ſuo, nec illā ſcripſit ī chartis & codicibus ſed in mentibus. Nō enim codicibus ad Deū pertinet ſcribere, ſed in mentibus. Cum. n. ad theologū uerū neceſſario requiratur q ſi potens ope & ſermone uerax, iſte inimicorū iudicio ueraciſſimus in iſtis fuit. iuxta illud Phariſeorū teſtimoniū. Matth. 22. Magiſter ſcimus quia uerax es, & viā dei in ueritate doces. Nec de eius doctrina dubitandū eſt, cū ex deo proceſſerit & euidentibus miraculis confirmata ſit, quod teſtat quidā magiſter in iſrael. Io. 3. Scimus (inqt) quia Deo uenisti magiſter. Nemo. n. pōt hæc ſigna facere quæ tu facis niſi fuerit Deus cū eo. Sed etiam ad theologū reqritur q ſi profundus in ſciētia, vt ſciat. ſ. diſputare & qōnes difficiles ſoluere & legere ſanam & utilē doctrinā, qd in Xp̃o manifeſtum eſt fuiſſe impletū. Nā requiſitus Matt 22. Magiſter quod eſt mandatum magnū in lege ſubtiliter rñdit, adeo ut Mar. 12. quidā legiſperitus dixerit. magiſter in rei veritate bene dixiſti Similiter in qōne de muliere & ſeptem uiris in reſurrectione mortuorū qd fiet. Qūo ēt ſubtiliter qōnem de cēſu & tributo Cæſare diſſoluerit, vt oēs aduerſarios obmuteſcere faceret, ex textu euāgelio liquido apparet, Legit aūt lectiones multū efficaces, vnā quidem lectionē humilitatis. Ioann. 13. Si ego laui pedes veſtros dominus & magiſter, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi uobis, ſicut pictor coram addiſcente protrahit florem uel imaginem. Secūdo legit lectionem patientiæ. Ma. 10. Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrū, ſufficit diſcipulo ſi ſit ſicut magiſter eius. Si patrē familias Beelzebuch vocauerunt, quāto magis domeſticos eius. Tertio legit cōſilia perfectionis, ſicut bonus dux rectiorē & tutiorē ſemitam dat peregrinis, & amicus ſanius cōſiliū amico. Vnde quærebat ab eo quidam. Mat. 19 Magiſter bone qd faciendo uitā æternā poſſidebo. Cui poſt multa uerba reſpōdit dñs, ſi uis perfectus eſſe uade & uende omnia quæ habes & da pauperibus. Secundo uere dici pōt magiſter in decretis & legibus, habent enim duo docere huiuſmodi magiſtri. Primo quidem an hoc vel illud per legem. & decreta fieri liceat, quod & Chriſtus docuit. Matt 22. Interrogatus an liceret cenſum dare Cæſari an non legem, protinus protulit. reddite quæ ſunt Cæſari & cæt. Secundo docet epikeiam in lege, in quo caſu tenendus eſt legis textus & in quo nō, quod docuit Chriſtus. Ioann. octauo. Interrogatus magiſter hæc mulier modo

Magiſter. Quare ipſe dicitur eſſe magiſter in omni facultate

deprehenſa eſt in adulterio. In lege autẽ Moyſes mãdauit nobis hmõi lapidare Tu ergo q̃d dicis? Dñs.n.non ſecutus eſt literam legis cõdẽnando eã, quia erant digni qui eã lapidarent, iõ per ſuã miſericordiã eam abſoluit, oſtendens legis executionẽ qñ & quomodo fieret debeat. Quarto ue re põt dici magiſter in artibus. Nã primo in grãmatica rexit & docuit qui linguas mutorum aperit. Matt. 11. qui linguas infantium diſertas facit. Sap. 10. de quo. p̃s. Ex ore infantium & lactentiũ pfeciſti laudem. Scđo in logica. Nã dyabolus ſubtiliſſimus logicus, qui optime ſcit fallacias ſuas de uanis p̃miſſis vanas concluſiones eliciens. aduerſus hoĩem cõcluſerat. Iuxta illud. p̃s. Inimici mei aĩam meã circundederũt, adipẽ ſuũ cõcluſerũt. Ex iuſtitia enim Dei q̃ maior eſt iniquitate pctõrum tanq̃ p maiore, & ex pctõ hoĩs quaſi pro minore, cõcluſerat illud. p̃s. Multi dicunt animę meæ nõ eſt ſalus ipſi in Deo eius. Ex duabus enim affirmatiuis per ſuã fallatiã concluſerat negatiuam, ſ. q non erat ſalus ipſi in Deo eius. Propter quod clamabat. p̃s. In perſona generis humani. Apprehende arma & ſcutũ, arma. ſ. diuinitatis ad impugnandũ, & ſcutum humanitatis ad ictus & uerbera ſuſtinendum, & exurge in adiutorium mihi, & ſic aſſumẽdo diuinitatẽ pro maiore, & humanitatẽ pro minore q̃a diuinitas maior eſt humanitate; cõclude aduerſus eos qui perſequũtur me & dic oppoſitum cõcluſionis dyabolicę dic animæ meæ ſalus tua ego ſum. Et optime fundauit illã quæſtionẽ. Pſal. Qñ ſuper maria fundauit eã & ſup flumina præparauit eam. In pelago.n. diuinitatis fundauit maiorẽ, & fluminibus gratiarũ humanitatis parauit minorẽ. Tertio Philoſophiam optime docuit. Baſilius.n. deſcripſit philoſophiam eſſe meditationẽ mortis. Hoc docuit magiſter breui uerbo. Matt. 16. Magiſter dicit, tempus meũ prope eſt. Sciẽtiã vero de cęlo docere noluit propter curioſitatẽ uitandã, & vt ea quæ circa nos ſunt magis cõſideremus. Vnde quęrentibus. Luc. 12. Magiſter volumus a te ſignũ de cœlo videre, rñdit, ſignum nõ dabitur eis de cęlo. Si enim Io. 3. Terrena dixi vobis & non creditis, quomodo ſi dixero uobis cœleſtia credetis? Scientiam tamen de mundo docuit cum interrogatus Mar. 13. Magiſter aſpice quales lapides & quales ſtructure. reſpondit. Vides has magnas omnes ædificationes? Amen dico uobis non relinquetur lapis ſuper lapidem qui nõ deſtruatur In quo naturam mundi breui compẽdio ſcripſit, qm nihil aliud eſt mundus q̃ ruina & q mundus & mundani peribunt. Cui doctrinæ concordat Paulus. 1. Cor. 7. Præteriti enim figura huius mundi. Talẽ ac tm̃ magiſtrũ debent imitari oẽs diſcipuli Chriſtiani, quẽ admodum vnus eorũ vſq; ad mortẽ ſecutus eſt Andreas. i. dicens. Suſcipe diſcipulum eius qui pepẽdit in te magiſter meus Chriſtus. Sed quæritur cur ſe magiſtrũ appellat cum hęc uerba protulit tempus meum prope eſt, cũ alibi rariſſime magiſtri nominæ ſe appellauerit. Reſpondetur. Primo q non eſt mirandum ſi hodie ſe uoluerit appellare magiſtrum, quia hodie duas lectiones ſub paucis uerbis maximã ſententiam & utilem valde comprehendẽtes legit unam ſcilicet mortis proxime cũ dixit, tempus meum prope eſt, aliam uitæ futuræ cũ dixit, facio apud te paſcha. Prima terrorem incutit. Secunda amorem inducit, vt per timorem dñi diſcamus ad amorẽ eius deuenire. Prima uia experimẽto cognoſcit, cũ mortẽ guſtamus & alios mori videmus. Scđa ſola fide & amore cõplectitur. Secundo dr̃ q non ſine cauſa hodie ſe bis magiſtrum appellat, quod alibi non legit. Primo ad oſtendendũ q utriuſque teſtamenti magiſter erat, & doctor. Quamuis enim Moyſes legiſlator fuerit ad populũ, illud tñ teſtamentũ ab ipſo mediatore Xp̃o proceſſit ad Moyſem. Iuxta illud Gal. 3 Ordinata per Angelos in manu mediatoris. Ideo cũ uoluit vltimo celebrare paſcha & illud terminare & complere, ſe magiſtrũ appellauit dicens. Magiſter dicit tp̃s meum prope eſt, fac o apud te paſcha. Et eodẽ die cũ voluit incipere nouum teſtamentum, nouum paſcha, nouum ſacrificium poſt pedum lotionem, & ante ſacrã eucariſtiæ inſtitutionẽ, uos uocatis me magiſter & dñe & bñ dicitis. Sũ etenim. Secundo hoc fecit ad oñdẽdũ q ille erat magiſter qui affectũ ſimul & intellectũ inſtituebat. Sũt enim magiſtri multi q bñ inſtruunt intellectũ hoĩs, ſed affectum nõ mouent. Tales magiſtros nõ quęrit Deus. ſed magis tales q adorãt. i. colũt H



in ſpiritu & ĩ affectu & ueritate doctrinę. Vnde & dñs cum dixit. Magiſter dicit lectionẽ applicat q̃ mortis memoriã intelligentiæ cõmendet, & cõſequẽter aliã ſubdit, facio (inquiens) paſcha cũ diſcipulis meis, quæ affectũ cõmouet & reficit. Tertio q non ſine cauſa lectionem refectionis & gaudii illi quæ eſt triſticię & mortis adiunxit. Primo vt temperaret gaudia & conuiuia noſtra. Si enĩ volens ſolenne illud epulum paſchale ſumere cũ diſcipulis prius ſuę mortis habuit memoriam, quãtomagis nos q ad delicias & cõuiuia tẽdimus, voluit memoria mortis cõtra intẽperantiã leticiæ ſeculi eſſe p̃munitos? Scđo ut ſe oſtenderet dñm uitæ & mortis iuxta illud. p̃s. Tuus eſt dies & tua eſt nox dies. ſ. uitæ & mortis, & q ſicut ille eſt dominus qui q̃uis mortis, & q ſicut illæ eſt dñs q q̃uis mortẽ nõ fecerit, ex grauiſſima tñ iuſtitia ſua ſtatuit hoĩb. ſemel mori, ita nunc volens miſereri & iuſtitiã ſuã tẽperare mĩa, inſtituit viticũ dirigens, & quodammodo vitã reſtituens mundo. iuxta illud Io. 6. Iſte eſt panis qui dat uitam mundo, ita ut prima lectio ſit ſummæ iuſtitiæ. Scđa ſummæ mĩæ Dei declaratiua. Tertio ut nos cõmoneret, & cohortaret eſſe paratos ad æternũ cõuiuiũ antequam ueniat dies illa terribilis & amara iudicii & mortis, antequã trãsfretare nos oporteat in aliud ſeculum, & tunc inueniamur imparati, ideo dicit tp̃s meũ prope eſt, facio &c. i. feſtinare oportet & ſe p̃parare ad faciendũ paſcha cũ diſcipulis Chriſtus, q̃a tp̃s mortis prope eſt. Ideo petebat. Pſal. Notũ fac mihi dñe finem meũ, & numerũ dierũ meorũ. i. fac me ſp cogitare de fine meo, nõ vt tpe ĩtermedio delitiis, potibus ebritatibus replear. ſed ut ſciã quid deſit mihi ad transfretandũ ut mihi prouideã. Quarto dr̃ q illius lectionis tempus meũ prope eſt ſingulariter, uoluit memores nos eſſe. Primo vt expectaremus illum de proximo venturum, ſicut boni ſcholares magiſtrum cum tremore & ſtudii labore expectant. Ait enim tempus meum prope eſt, quaſi diceret de proximo me venturum expectare. Secundo vt ſciamus cũ Ieſu quia tempus noſtrum prope eſt. Sciebat enim Io. 13. Quia uenit eius hora vt tranſeat de hoc mundo ad patrem. Vtinam bene omnes ad hanc lectionem cum domino Ieſus penſaremus. Tertio ad inuẽdum q quantomagis morti appropinquamus, tãto magis labori & iuſtis operibus inſiſtere & ſaluti noſtræ intendere debẽmus. Non legitur enim dominus magis laboraſſe aut doctrinæ uacaſſe aut ſacris myſteriis, quã cũ morti proximus fuit. Tũc enim uelocior debet eſſe motus naturalis cum mobile appropinquat ad terminum, ideo dicit tẽpus meũ prope eſt. Volo facere q̃ ſuperſunt ex præcepto patris agẽda. Quarto vt memores ſimus ſuæ paſſionis. Semper enim tẽpus ſuæ paſſionis & hora debet eſſe in cõſpectu oculorũ mentis noſtræ & ſp cordi proximũ, ut memoremur quanta pro nobis paſſus eſt, & quãto amore nos dilexit. Dicitur quinto q aliter eſt tẽpus mortis ipſius Chriſti, aliter eſt nrẽ. Eſt enim ipſius Xp̃i tẽpus ad merẽdũ redẽptionẽ generis humani, & exaltationẽ ſui Iuxta illud Phil 2. Factus eſt obediẽs uſq; ad mortẽ, pp quod & Deus exaltauit illum. Scđo ſuum erat ad recipiendum ſm merita ſua iuxta illud. Heb. 2. Vidimus Ieſum pp paſſionem mortis gloria & honore coronatum. Tertio ad ponendũ & iterum ſumendũ aĩam ſuam. iuxta illud. p̃s. Aĩa mea in manibus meis ſemp, ad ponẽdũ uel deponẽdũ cũ placuerit. iuxta illud Iõ. 10. Poteſtatẽ habeo ponẽdi aĩam meã & iterũ ſumendi eam. Quinto ſuum erat ad retribuendũ unicuiq; ſm merita uel demerita. iuxta illud Pſalm. Dñi dñi exitus mortis. Sed noſtrũ eſt tm̃modo nõ quidẽ ad laborandum & merendum. iuxta illud Ioã. 9. Venit nox q nemo põt operari ſed eſt noſtrum ad reſpiciendum ſm illud. p̃s. Cum accepero tempus ego iuſtitias iudicabo. Propter quod ſuadet agere pñiam antequã tp̃s accipiat in manus ſuas. Apoc. 2. Age pęnitentia ſi quo minus ueniam tibi cito. Vbi eſt refectio mea ubi cum diſcipulis meis manducem? ſm Guil. nõ uult manducare dñs ſuis diſcipulis vt ſint participes cõſolationis qui & tribulationis Non ſicut ille auarus qui dicebat Eccle. 11. Nunc mãducabo de bonis meis ſolus. Et oſtendet uobis cœnaculum grãde ſtratum, ibi parate nobis uere cęnaculum illud magnũ fuit in quo celebrate ſunt magna myſteria & maximũ eccleſiæ ſacramẽtum inſtitutum maximũ humilitatis exẽplum in lotione pedum, in quo maximus

mus ſermo & deuotiſſimus de charitate, & patientia habitus eſt in quo creditur uſque ad penthecoſtẽ Maria fuiſſe cũ diſcipulis, in quo ẽt datũ eſt perfectiſſimũ ſpiritus ſancti donũ. In quo oñditur. Primo ꝙ cęnaculũ in quo recipi corpus Xp̃i dẽt eſſe grande & capax ꝑ charitatẽ, ſtratum uirtutũ multiplicitate & ibi parata debet eſſe cęna de bonorũ opum vbertate. Item per cęnaculum intelligi põt religio q̃ dẽt à ſanctis nominibus habitari. iuxta illud ꝙ Act. 1. Maria & Apoſtoli manebant in cęnaculo. Scd̃o quia in eo mortuus pc̃tõ uiuificatur, vt patet de mortuo filio ſunamitis. 3. Gre. 7. Quem Helyas portauit in cęnaculũ vbi manebat & ibi reſuſcitauit, eum. vñ. Act. 11. Thabita in cęnaculo reſuſcitata fuit. Tertio quia in eo Deus oratur & honorat̃, hinc Dan. 6. Daniel feneſtris apertis in cęnaculo ſuo contra Hieruſalem adorabat. Quarto qa in eo facit dominus paſcha cũ diſcipu lis ſuis, vt hic patet. Et abierunt diſcipuli eius & uenerunt in ciuitatẽ, & inuenerunt ſicut dixerat illis, & parauerũt paſcha. Quærit circa hoc origines cum Chriſtus celebrauerit more iudaico paſcha. & nos Chriſti imitatores eſſe debemus, cur nõ ſimiliter facimus. Dr̃ ad hoc primo ſm̃ Chriſ. ꝙ Xp̃s more iudaico paſcha celebrauit, qa factus eſt ſub lege vt eos qui ſub lege erant redimeret & ipſi legi requiẽ daret, & ut nemo dicat ꝙ eã ideo euacuauit, quia eã cõplere moleſtã & arduã nõ uoluit. Ipſe enim prius eã cõpleuit & ſic fecit eã requieſcere. Dr̃ ſecũdo ſm̃ Originẽ ꝙ Chriſtus factus eſt ſub lege nõ vt eos qui ſub lege erant ſub lege relinqueret. ſed ut ex lege educeret quanto magis igitur non cõuenit illos introire in lege qui prius fuerat extra legẽ? Sed ſpũaliter celebrantes quæ in lege celebranda mãdabantur in azimis ſinceritatis & ueritatis celebramus paſcha ſecundum voluntatem agni dicentis. Niſi manducaueritis carnem filii hominis &cæt. Hæc origenes.

*Eadem feria 3. Sermo 2. de inſtitutione ſacramẽtis euchariſtiæ, & in ordine. 135. per the. Comedetis uetuſtiſſima ueterũ et nouis ſuperueniẽtibus uetera proiicietis. Leui. 26.*

QVæritur quomodo nouis ſuperueniẽtibus uetera proiiciamus cum experimẽto ſæpè videamus uina vetera eſſe meliora q̃ noua & ꝙ ea conſeruantes ſæpè exinde diuites fiant? Similiter qui blada uetera ſeruauerunt vt plurimum diuites fiant, quomodo ergo nouis ſuperuenientibus vetere proijcimus? Ad hoc facile reſpondetur ꝙ à Deo in hoc mundo triplicia nobis conferuntur bona. Quædã ſunt bona naturæ & fortunæ, quæ ſunt corporis nutritiua & conſeruatiua, caduca tamen & tranſitoria, & iſta non ſunt proijcienda nouis ſuperueniẽtibus, ſed uel cuſtodienda pro futura neceſſitate uel pauperibus eroganda. Alia ſunt ſpiritualia ad animę meritum & ornatum à Deo liberaliter donata vt uirtutes & dona, & iſta ẽt non ſunt reijcienda ſed ſemper iſtis addẽdum eſt quia granarius noſter infinitæ capacitatis eſt. Anima enim noſtra infinitę capax eſt neque complebitur quouſq; trinitate impleatur, propter quod male dicunt quidam quòd anima noſtra tantum poteſt mereri quòd plus. Tertia vero bona ſunt ad adiutorium nobis collata, vt ſacramenta & ſacramentalia, & iſta uetera neceſſe fuit. Ceſſare nouis ſuperueniẽtibus. Et ratio huius potuit eſſe duplex, una quidem quia aduenientibus fortioribus auxiliis, eis magis innitendum eſt quã debilioribus, ſed ſacramenta noue legis ſunt adiutoria fortiora ſalutis noſtræ quã ſacramenta uetera, eo quòd per ea facilius iuuatur ſalus maior gratia confertur. ergo eis magis innitendo vetera reiicienda ſunt. vt patet de arbore uel palmite uinearum plantato in aliquo orto, qui dum ſeneſcit & non fert fructum multum ſtatim euellitur ut alius multum afferes fructum ibidem plantetur. & ita adueniente euchariſtia ceſſauit ſanguinis effuſio, & etiam cætera ſacramenta, ideo nouis ſuperuenientibus &cæ. Secunda ratio eſt quia adueniente nouo teſtamento ceſſat uetus, & reijcitur. Vetus enim effuſione ſanguinis animalium brutorum confirmabatur. Inchoatum enim eſt in ægypto in effuſione ſanguinis agni. Sed quia ſanguis ille non erat permanens, in aduentu Chriſti quodammodo delectum eſt teſtamentum quod confirmabat. & nouum inde fecit in quo noua adiutoria ſuis filiis dereliquit, & quod ſuo proprio ſanguine in æternũ duraturo, confirmauit. Iuxta illud.



A

lud. Hic eſt ſanguis noui & æterni teſtamẽti cõfirmatiuus. ſ. Et quia poſt mortẽ filiorũ cõiter parẽtes ſunt executores teſtamẽtorũ. Maria q̃ xp̃o fuit inter oẽs proximior parẽs maxime executa eſt hoc teſtm̃ docẽdo apoſtolos & ſæpe cõicando. Vt. n. egyſippus teſtat̃ primus oĩm apoſtolorũ q̃ poſt paſſionẽ dñi celebrauit fuit Iacobus frater dñi Hieroſolymorũ ep̃s, q (ut creditur) ad requeſtã btẽ Mariæ q̃ in cęna dñi nõ uiderat tantũ ſacramentum hoc fecit. Ad eam ergo tanquàm huius ſacramenti doctricem recurramus dicentes Aue.

B In proximo paſchę celeberrimo fęſto in quo hẽmus ſinguli cõicare, quattuor nouis tunc ſuperuenientibus neceſſe hẽmus vetera proiicere. Primũ quidẽ paſcha ſuꝑueniẽte nouis hĩtibus ſuperueniẽtibus veteres & pro tanto feſto inhoneſtos reiicie mus. donis aĩæ ſuperuenientibus odia inueterata neceſſe hẽmus reiicere a nobis. Inde dicit apoſtolus. 1. Cor. 11. Conueniẽtibus vobis in vnum iam nõ eſt dñicam cęnam manducare. Non. n. ſufficit corporalis vnitas & cõgregatio in vnam eccleſiã, niſi etiã eorũ aĩæ connectantur, vt ſit tũc multitudinis credentiũ cor vnũ & anima vna. Solẽt. n. qñq; pueri veteres veſtes diſrumpere, ut appropinquãte ſolẽnitate nouas obtineant. quaſi noua ueſte induti coram dñio appareamus. Secundo nouis cibis paſchalibus ſuperuenientibus proiicietis illos ueteres cibos quadrageſimales, puta aleca ſalſa & morutas, & ſic de aliis. Tunc. n. comedetis carnes ĩ ſaturitate. Sic appetitum quẽ habuiſtis in cibis ſalſis huius ſæculi. i. in occupationibus huius ſæculi & in rebus tẽporalibus acquirendis neceſſe eſt reiicere, quia ſicut ſolẽt ſalſa ſitim generare. Iuxta illud. Quo plus ſunt potę plus ſitiuntur aquæ, ſic bona huius ſæculi cũ plus habentur plus ſitiuntur. Sed oportet ad carnem tui ſaluatoris comedendã ĩ ſaturitate animæ te tota deuotione trãſferre. Tertio nouo modo uiuendi ſuperueniente oportet tollere veterem. Nõ enim plus ieiunabimus aut lugebimus paſcha veniente, ſed omnia in conuenientiorem modum ut exiſtimant mundani commutabuntur. Sic oportet nos vererẽ pellẽ dimittere & induere nouã conſuetudinem, dimittere pompas, ſuperbiã, inuidiam &c. Licet enim ſit difficile veterem illam pellẽ & conſuetudinem dimittere, tamen appoſita diligentia labor cito dulceſcit. Ait enim Chriſtus Lucæ. 5. Nemo bibens vinum uetus, dicit nouum melius eſt, ſed cũ dimiſit bibere uetus & paulatim aſſueſcit ad nouum, iam nõ amplius vult bibere vetus nec ei uel ad modicum ſapit. Sic licet ſit nobis difficile dimittere ueteres conſuetudines noſtras malas & reſumere bonas, per aſſuefactionem tamen tandem uileſcet uita mala & diligetur & amplectetur bona. Quarto nouis fructibus ſuperuenientibus veteres contemnentur & proiicientur. Non enim plus curabitur de ficubus & huiuſmodi, & hoc propter duo. Tum primo quia noui fructus auidius ſummuntur & magis delectant & magis deſiderantur. Sic noui fructus ſpiritus auidis ſumi debent & abiici fructus & opera carnis, de quibus apoſtolus Gal. 5. Manifeſta ſunt opera carnes, quę ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, &c. Et ſequitur Fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, & patientia, &c. Tum ſecundo quia communiter noui fructus ſunt de maiori gardia quàm veteres, immo veteres communiter putreſcunt. Sic veteris noſtri hominis fructus (qui ſunt fructus carnis noſtræ) putreſcũt & uileſcunt & erubeſcentiam generant. Iuxta illud. Rom. 6. Quem fructum habuiſtis tunc in illis in quibus nunc erubeſcitis? Sed fructus ſpiritus iam nominati ſunt permanentes, quia charitas nunquàm excidit. 1. Corin. 13. Et gaudium ueſtrum, ſcilicet ſpiritus, nemo tollet a uobis. Ioh. 16. & ſic de aliis. Et propter has etiã cauſas fructũ intemerate virginis matris quẽ hic ſuſcipimus, debemus auide recipere, quia eſt de maiori gardia. Putreſcebat enim manna in alterum diem ſeruatum, non autem iſte cibus qui permanet in æternum. Iohan. 6. Tum etiam, quia tam auide deſiderabatur a ſanctis patribus dicentibus illud Eccleſiaſ. 11. Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas, id eſt Chriſtum uerum panem cęli pro viatoribus & tranſeuntibus in hoc ſæculo neceſſarium, & poſt multa tempora inuenies illum, qa ille cibus durabit vſque in finem ſæculi, quãuis tamen in ſpeciebus repreſentantibus ſit cibus uetuſtior cibis & ſacrificiis legis ueteris, cum figuraliter in ſacrificio Mel-

melchiſedech offerebatur, ideo auidis & deſiderantibus cum præſto eſt Deus offerre & dare illum dicens illud allegatũ. Comedetis vetuſtiſſima veterum &c.

In hoc ſermone dicetur de inſtitutione ſacramenti, quo.ſ modo inſtitutum eſt ibi. Veſperæ autem facto. Et primo agẽ de deſiderio inſtituendi qđ habuit ſaluator, deinde de inſtitutione ſacramẽti ſub ſpecie panis. Tertio de inſtitutione ſacramenti ſub ſpecie vini. Quantum ad primum dicitur ſic in textu. Veſpere aũt facto cum facta eſſet hora diſcumbebat cũ 12. diſcipulis ſuis. ſecũdum Guil. Pariſ. veſperæ facto in cordibus Iudæorum in quibus uerus ſol gratiæ iam occiderat. In quo habetur documentum, ꝙ abbates & prælatis religioſorũ non in alieno, ſed in menſa propria ſuorum religioſorum cum ipſis debent diſcumbere exemplo Chriſti qui cum diſcipulis ſuis eundem cibum comedendo diſcubuit dñs cum ſeruis, magiſter cum diſcipulis, pater cum filiis quaſi cum ſociis cum amicis, ut ei dicere poſſimus illud. ps. Filii tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ. Et ſi dicatur ꝙ agnus paſchalis debuit comedi ſtando vt ſcribitur Exo. 11. Non ergo diſcubuit. Reſpondet theophilus ꝙ uerum eſt, quia agnum comederunt ſtando ſecundum ritum legis, ſed poſtmodũ alios cibos comederunt ſedentes. Et ſecundũ magiſtrum in hiſtoriis, nullibi legitur dñs comediſſe carnes niſi agni paſchalis. Et ait illis, deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum antequàm patiar. Dñs ibi geminatione uerbi notat intentionem duplicis deſiderii. ſ. vt finiat uetus teſtamentũ & inchoet nouum, ut. ſ. legalia ceſſent & curratueritas euangelii. In cuius rei figura defecit manna poſtquàm comederunt filij Iſrael de frugibus terræ promiſſionis. Vt etiam ſuum promiſſum cõpleret. Iurauit.n. ad Abraham patrem noſtrum daturum ſe nobis Luc. 1. Vñ qñ ps. dixit Eſcã dedit timentibus ſe, ſubiunxit immediãte, memor erit in ſeculũ. ſ. aliud, teſtamenti ſui. i. promiſſionis ſuæ patribus factæ, iõ ſic ardenti deſiderio deſiderauit. Vel hoc dixit ex deſiderio patiendi pro nobis, ac ſi diceret ſecundum theophilum. Hęc vltima mihi cęna vobiſcum eſt, propter quod amabilis eſt mihi. Sicut qui peregre profecturi ſunt vltima uerba ſuis dulcius proferunt. Et notanter dicit antequàm patiar, quia non erat conueniens ut ſimul nobiſcum multo tp̃e adeſſet præſentia corporalis & ſacramentalis, nec ꝙ deeſſet in vtraque. Ideo imminente paſſione in qua futurus erat abſens corporali præſentia cõuenienter inſtituit hoc ſacramentum. In hoc habemus cogitare ꝙ longo tempore hoc dñi deſiderium protelatum fuit, ideo ſi quandoq; ad tempus noſtrum deſideriũ differatur, non oportet nos propterea deficere, quando dñs Ieſus omnibus diebus vitæ ſuæ poſt nos cucurrit in ſiti feruentiſſimi deſiderii ſalutis noſtræ. Et ultra in hoc edocemur ſi qñ non ualemus habere deſideria bona, ſaltem habeamus uoluntatẽ habendi illa iuxta illud. ps. Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore, & tunc ex miſericordia ſua qñq; dñs acceptabit uoluntatẽ pro facto. Dico enim uobis, quia ex hoc non manducabo illud donec impleatur in regno Dei, donec bibam illud nouum in regno patris mei. ſecundũ Bedam, põt ſimpliciter accipi ꝙ ab illa hora cęnæ vſque ad tempus reſurrectionis quo in regno Dei erat uenturus, non eſſet poſtea neque cibum neq; potum accepturus ſed bene poſt reſurrectionẽ, quod teſtatur Petrus dicens. Actu. 10. Qui manducauimus & bibimus cũ illo poſtq̃ reſurrexit a mortuis. Reſurrectio aũt (ſecundũ Theophilum) regnum Dei ideo dicitur, quia mortem exterminauit. Vel aliter ſecũdũ Bedã quia dñs legalis paſchæ approbator in comedendo agnum extitit, ſed docendo hoc eſſe figuram ſuæ ſacratiſſimæ diſpenſationis, hoc ultra fieri carnaliter uetat, quaſi diceret. Dico.n. uobis quia ex hoc &c. i. nequaquã ultra moſaicum Paſcha celebrabo, donec in eccleſia ſpiritualiter intellectum compleatur. Eccleſia.n. eſt regnum Dei, iuxta illud. Regnum Dei intra vos ẽ. Fecit.n. dñs ſicut ſolet pictor facere, qui figurando imaginem primo utitur coloribus nullius uel modici ualoris qui ſuperpoſitis coloribus p̃cioſis totaliter abolentur. Sic ſacramenta ueteris legis nullius aut modici ualoris erant, quia non conferebant gratiam ex operæ operato. Ideo inſtituendo hoc ſacrũm ceſſare debuit illa carnalis comeſtio agni. Vnde Chriſ. hom.



*Religio. Quòd abbates debẽt comedere cum monachis*



de proditione Iudæ. Sicut pictores pingentes tabulã veſtigiis quibuſdam eam adumbrare conueuerunt, & ſic colorũ varietate proficere, ita & Chriſtus fecit in menſa & typicum Paſcha deſcripſit, & paſcha veritatis oſtendit. Ideo vult dicere dñs. Dico enim uobis, quia ex hoc tempore non manducabo illud. ſ. vetus Paſcha, donec impleatur nouum in regno Dei. i. donec ſacramentum dñici corporis & ſanguinis in hoc Paſcha intellectum impleatur in regno dei i. in eccleſia, uel donec veniat regnum dei. i. reſurrectio mea. Et notanter dicitur illud nouũ, quia nouũ erat ut pro genimine vitis calix biberetur paſſionis. Nouũ erat vt pro agno immolaretur hõ. Et ſi dicatur ꝙ aceto potatus eſt dñs iuxta illud ps. Et in ſiti mea potauerunt me aceto, & illud Ioh. 19. Cum accepiſſet acetũ dixit conſummatũ eſt. Ad hoc dicitur ꝙ non legitur ꝙ biberit acetum, ſed bene ꝙ potauerunt. i. ad potandum ei obtulerunt. Vel melius dicendum ꝙ acetũ tenus palato guſtauit ſed non trãſglutiuit. Matt. 27. Et cum guſtaſſet noluit bibere. Secundo dicendũ eſt de inſtitutione & inceptione noui ſacrificij & noui teſtamenti. Vnde ſubdit. Et cęnantibus illis accepit Ieſus panem. Bene dr̃ (vt dicit Guil.) edentibus vel cęnantibus illis, quia electorum tota vita eſus eſt & refectio. Omnis.n. recta operatio nutrimentum, & refectio noui hoĩs eſt, & ſolis rectis operibus nutritur nouus homo. Secundum aũt remigium, fructum terræ obtulit dominus. ſ. panem, vt p hoc demonſtraret ꝙ ad hoc venerat vt illam maledictionem auferret, qua maledicta eſt terra propter peccatũ primi hoĩs. Et hoc quidem (vt inquit idem) congrue iuſſit offeri quæ de terra naſcuntur, & pro quibus hoĩes maxime laborant, ut non eſſet difficultas in acquirendo, & hoĩes de labore manuũ ſuarum ſacrificium deo offerrent. Ex quo patet (ſecundum Ambro. lib. de ſacrificijs) myſterium Chriſtianorum quod eſt ex pane & uino quondã oblatis a Melchiſedech, eſſe antiquius myſterio & ſacrificio Iudæorum. Et gratias agens fregit. Multa quidem fregit. Primo ſeipſum, vt ſe nobis impartiret. Iuxta illud, diſperſit dedit pauperibus. Vnde ibi dicitur fregit, deditq; diſcipulis ſuis. Impleuit enim qđ præceperat Eſa. 58. Frange eſurienti panẽ tuum. Paruuli ſiquidem. i. apoſtoli famelici gratiæ dei, petierunt panẽ dicentes, panem noſtrum quotidianum da nobis, & non erat qui frangeret eis, quouſque dñs hodie fregit deditq; diſcipulis ſuis. Secundo hoc frangendo fregit patris iram. ps. In ira populos confringes. Dixit.n. dominus ut diſperderet nos, ſi non Moyſes, id eſt vnicus electus eius ſtetiſſet in confractione in conſpectu eius, ut auerteret iram eius. Stetit quidem & placauit, & per inſuperabilem conſtantiã, in confractione ſtetit infractus. Verum tamen ipſe ſe hoc modo fregit, dum ſpontaneus carnẽ ſuam paſſionibus quaſi frangendã, ideſt atterendam appoſuit. Tertio ibi confregit potentiam omnem inimicorum in robur & fortitudinem animi cibum iſtum fortium (de quo. ps. ſecundũ ueritatem hæbraicã, panem fortium manducabit hõ.) impartiuit filijs ſuis roborando eos in tentationibus. Nam ſecundũ. ps. Ibi confregit potentias, arcum ſcutũ gladium & bellum. Ibi confregit capita draconis, ibi confractus eſt malleus vniuerſæ terræ. Quarto ibi confregit ſecundum quendam modum loquẽdi tabulas ueteris teſtamenti, & ne ſimus ſub lege nos abſoluendo a ſacrificiis & cerimoniis. Ibi confregit iugum captiuitatis noſtræ. Fregit enim totum in quo nos frãgebamur, vt totum quod in nobis fractũ erat conſolidaret, & dimitteret eos qui cõfracti ſunt liberos. Vnde & fractio in miſſa fit in tres partes in ſignum quod fractus eſt Chriſtus tripliciter & attritus. ſ. flagellis ante paſſionem, clauis in paſſione, & lancea poſt paſſionem, & propter alias etiam cauſas quæ alibi ſuo loco dicentur. Sed quæritur vnde ortũ habent illa uerba canonis quæ dicuntur in eleuatione corporis Chriſti. ſ. & eleuatis oculis in cęlũ ad te Deum patrem ſuum? Ad hoc reſpondetur. Primo ꝙ multa fecit dominus q̃ non ſunt ſcripta in euangelio, ut dicitur Ioh. vlt. Vnde Innocentius tractatu de canone miſſæ. Sane formam iſtorum verborum a Chriſto acceperunt apoſtoli, & ab ipſis apoſtolis accepit eccleſia. Multa qppe tã de verbis quàm de factis prætermiſerunt euangeliſtæ quæ apoſtoli ſuppleuerunt, vt eſt illud. 1. Corin. 15. Viſus eſt pluſquàm quingentis fratribus. Dicitur ſecundo ꝙ hoc poteſt colligi ex conſuetudine domi-

mi in arduis factis. Vnde Innocentius ibidem. Ea quæ adduntur poſſunt ex aliis euangelij locis cõprobari. Hoc.n. fecit in ſuſcitatione Lazari. Hoc fecit Ioh. 17. Cum orauit pro diſcipulis ſuis. Si tunc oculos in cęlum leuauit ad patrem cũ animã Lazari reuocabat ab inferis: quantomagis credendũ eſt ꝙ tunc oculos leuauerit, cũ panẽ & uinum in corpus & proprium ſanguinem conuertebat? Præterea hoc ſacrificium gratias agens inſtituit, cum aũt aliquando eleuauit oculos fere ſemper gratias agebat. Vnde & hoc ſacramentum dr̃ ſacrificium laudis, quia Chriſtus gratias agens illud inſtituit. Non tamen agebat gratias pro ſe (vt ait Innocentius) ſed pro noſtra reparatione ſic futura per effuſionem ſui ſanguinis & per iſtud ſacramẽtũ.

Deditq; diſcipulis ſuis, datum quidem optimum & donum perfectum deſcendẽs a patre luminum. Dedit quidẽ ſeipſum ad tria. Primo ad nos induendum, quia ſecũdum apoſtolum Gal. 4. Quicunq; in Chriſto baptizatis eſtis, Chriſtũ induiſtis, id eſt ſecundũ magiſtrum conformes facti eſtis Chriſto & ſimilitudini paſſionis eius. Vnde ſecundum eundem ibidem quidam induunt in anima Chriſtum vſque ad perceptionem Euchariſtiæ, & hoc eſt commune bonis & malis, alii v que ad ſanctificationem vitæ, & hoc ſolum conuenit bonis. Sunt.n. virtutes & bona opera indumenta, & habitus animæ. Secundo ad edendũ vt ibi Accipite & comedite &c. Tertio ad offerendũ pro nobis & a nobis, pro nobis per amaritudinẽ paſſionis & mortis, a nobis per commemorationem eiuſdem paſſionis, ſicut ipſe dixit. Hoc facite in meam commemorationẽ. Et in hoc ꝙ dixit diſcipulis ſuis, demonſtrat huius ſacramẽti gratiam ad eos ſolos pertinere, qui in numero fuerint diſcipulorum eius. Qui ergo extra diſciplinam ſunt, ut religioſi male diſciplinati qui magiſterio Chriſti ſubiecti non ſunt, qui ſecundum ſuam ſententiam non ſecundũ Chriſti doctrinam vitã inſtituunt, iſti ab hac gratia ita ſunt alieni ſicut nomine diſcipulorũ ſunt indigni. Dicens accipite & comedite, hoc eſt corpus meum quod pro nobis tradetur. Ibi vtrãq; huius ſacramenti innuit comeſtionem, ſacramentalem.ſ. & ſpiritualem, ut accipiamus mente & corpore. & comedamus fide, & ore, & guſtemus & uideamus deuotione quàm ſuauis eſt dñs. Non eſt tamen intelligendũ ꝙ diſcipuli ſumptum corpus de manu domini ſibi miniſtrauerint, ſed qui conſecrauit, ipſe miniſtrauit. In cuius ſignum debent omnes religioſi in die cœnæ dominicæ corpus Chriſti recipere de manu prælati ſui. Et nota ſecundum Innocentium. ꝙ non debet interpretari hoc eſt corpus meum ſicut hæreticus ſapit, id eſt hoc ſignificat corpus meum. ſicut dicit apoſtolus. Petra erat Chriſtus, id eſt ſignificabat Chriſtum. Hoc.n. potius dixiſſet de agno paſchali quàm de azimo pane. Nam agnus paſchalis ſignificabat corpus dñicum, ſed panis azimus erat corpus ſincerum. Sicut enim Iohannes Baptiſta qđ dixerat ecce agnus dei per adiunctum determinauit dicens, qui tollit peccata mundi, ſic Chriſtus quod dixerat hoc eſt corpus meum per adiunctum determinat dicens, quod pro uobis tradetur. Sicut ergo corpus Chriſti vere tradebatur, ita etiam verè demonſtrabatur. non in figura quæ iam pceſſerat ſed in ueritate quæ iam aduenerat. Hæc Innocẽtius. Similiter ẽt Paulus cũ dixit, petra erat Chriſtus, prius qualis eſſet petra deſcripſit, cum ait. Bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petra. Sed circa hoc quæritur, cum Chriſtus hoc ſacramentũ inſtituit & diſcipulis prius dedit, utrum prius ſeipſum hoc ſacramento cibauit. Ad hoc reſpondetur. Primo ꝙ Chriſtus ſeipſum hoc ſacramẽto cibauit. Patet primo, quia ſuper illo quod dicitur Leuit. 8. Quod de ſanguine arietis ſacerdos primo, deinde filii ſacerdotum intingebantur. dicit glo. Eſitij ꝙ Chriſtus in cęna prius ſanguinem ſuũ ſumpſit, deinde diſcipulis dedit. ita ut ſicut prius baptizatus eſt Chriſtus ut aliis daret exemplum baptizandi, ſic & ipſe prius huius ſacramenti percepit cõmunionem, vt aliis daret exemplũ cõmunicandi. Vnde & quædam proſa eccleſiæ ſic canit. Se tenet in manibus, ſe cibat ille cibus. Item ſecundũ Chriſoſto. Chriſtus ſeipſum ſuo corpore cibauit ne turbarentur diſcipuli edendo, ſicut olim cum abierunt retro dicentes. Durus eſt hic ſermo, & exinde inoleuit eccleſiæ mos. vt primo corpus Chriſti accipiat ſacerdos qui Chriſti uices gerit, deinde populo communicet. Dicitur

*6 Euchariſtia. Quòd uere eſt cor*

ſecundo



ſecundo ꝙ Chriſtus non mãducauit ſeipſum ſacramentaliter, ſicut nos manducamus. Nã fidẽ de eo nõ habebat ſed clarã viſionẽ. Hoc mõ tamẽ ſacramẽtaliter mãducauit, quia verũ ſacramẽtũ ſumpſit. Nec & ſpũaliter ſic ꝙ inde uirtutũ augmentum ſuſceperit, cũ nõ poſſet in gratia creſcere, ſed qa ſpũaliter in eo delectabatur. Vnde ẽm Richar. de media villa diſt. 8. 4. in qua dã expõne textus. Effectus mãducationis ſacramentalis in Chriſto nõ fuit. Nã talis effectus dupliciter põt impediri, ſicut ſi aqua vaſi infundit, cũ effectus infuſionis ſit implere uas, hic effectus habet impediri, aut per hoc ꝙ licet uas ſit uacuũ, tamẽ eſt obſtructũ in ore p quod deberet aqua intrare, aut quia uas eſſet plenum ante illã infuſionẽ. Primo mõ effectus Euchariſtiæ non eſt in malis accipientibus eã, quia licet ſint vacui ab hoc effectu, habent tamẽ os clauſum ad cõfitendũ & cor ad contere dũ n. Secundo mõ nõ eſt in tã beatis dato ꝙ ſic acciperent, quia ẽm totã ſuã capacitatẽ pleni ſunt, & ſic in Chriſto non fuit hic effectus. Et in hoc ꝙ xp̃s morti propinquus corpus ſuũ ſacramentaliter ſumpſit, in quo oſtẽditur ꝙ quilibet xp̃ianus morti propinquus uel imminente mortis periculo debet ſi põt ſacramentaliter cõicare. Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Hoc fecit ut eius amoris memores eſſemus. Vnde Chriſo. ſup Iohãnẽ. Hoc fecit Deus ducens nos ad maius amicitię fędus, ſuãq; charitatẽ declarans erga nos, præſtans ſe non ſolum uideri deſiderãtibus ſed & palpari & comedi, & amplecti, & totum affectum explere. Et hæc uerba dicẽdo miſsã inſtituit celebrare, pp quod in die Iouis ſancta licet oẽs hore flebiliter cantentur, miſſa tamẽ ſolẽnis eſt & ſolẽniter cantatur, tanq̃ ſit in ſuo natali ſiue origine. ſ. in die ſuæ inſtitutionis. Et accepto calice gratias agens benedixit. In hoc habemus quattuor documẽta. Primũ eſt ꝙ in ſumptione & ante ſumptionẽ huius ſacramenti præexigitur deuotio, oro & mẽtis eleuatio. Nã ante cõſecrationẽ orauit gr̃as egit & benedixit, & poſtea hymnũ dixit, & exinde dedit nobis formã celebrãdi miſſam ut primũ ante conſecrationẽ fierẽt orones obſecrationes, & gr̃arũ actiones, & benedictiones, & poſtea hymni & laudes dicerentur ſicut ẽt ſemp in miſſa fieri ſolet. Secundũ eſt ꝙ q̃cunq; patimur illa cũ gr̃arũ actione ferre debemus. Vnde Beda. Qui nihil percuſſione exhibuit, humiliter in pcuſſione benedixit, vt oſtendat quid vnuſquiſque in flagello culpe proprie facere debeat, ſi ipſe equanimiter flagella culpe aliene portat. Tertium eſt promotio ad ſpem habendam in tribulationibus, ibi.n. oſtenuit poſt laborem cito prouenire requiem & exultationẽ. Vnde Theophilus. Primo enim datur panis, ſecundo calix. Prius enim in ſpiritualibus laborioſus eſt actus velut panis non ſolum quia in ſudore vultus laboratur, ſed etiam quia dum comeditur non eſt facilis ad glutiendũ. deinde poſt labores ſequitur exultatio diuinæ gratiæ quę per calicem facilius hauſtum ſignificatur. Quartum ꝙ in cęnis & conuiuiis noſtris ita ſimus ſobrij, ut poſtea gratiarum actiones & laudes Deo debite exhibeamus. Vnde Chriſoſt. Memento ergo cum ad menſam ſedes: quia poſt menſam oportet te orare, atque ideo ventrem impleas ſobrie, ne grauatur nequeas genu flectere ac ſupplicare Deo. Non ergo poſt eſcas ad lectũ, ſed ad oronem uertamur. Euidenter enim hic Chriſtus ſignificauit ꝙ poſt eſcas non ſomnus. non cubile, ſed oro & gr̃arum actio vel lectio ſcripturarum ſuccedere debeat. Et in ſignum huius in ſacris religionibus, & in menſa prælatorum uel per totum conuiuium vel ſaltem in principio & in fine conſueuit eſſe lectio ſacrarum ſcripturarum vel ſanctorum doctorum. Et dedit illis dicens. Accipite inter vos & diuidite. Ex quo apparet ꝙ licet Chriſtus in propria ſingulis eorũ miniſtrauerit corpus ſuum ſanguinem tamen ſuum tradidit inter eos miniſtrandũ, ad oſtendendum ꝙ tam ipſi facti ſacerdotes inter ſe habebant ſanguinem ſumere, ſed corpus alijs miniſtrare, quod eſt cõtra errorem Bohemorum. Bibite ex hoc omnes, hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti. hic eſt calix nouum teſtamentum in meo ſanguine qui pro multis & pro vobis effundetur in remiſſionem peccatorũ. Licet enim hæc non ſit forma noſtra qua vtimur in conſecratione calicis, tamẽ beatus Petrus creditur dediſſe illam qua vtimur, eccleſiæ Romanæ, quam accepit ex his quæ vidit & audiuit immediate a domino Ieſu. Et ſi dicatur, ꝙ nullus euan-

geliſtarum

gelistarum illam formã ponit modo quo ea utimur. Reſpondet Innocentius tertius quòd euangeliſtis non fuit cura de poſitione formæ qua vti deberemus, ſed ſolum de rei geſte narratione. Ideo licet non ſub eiſdem uerbis inueniantur in euangeliis, tamen credendum eſt Petrum illam dediſſe, ſicut Paulus Græcis unam dedit. 1.Cor.11. Ego.n.accepi a domino quod & tradidi uobis. Ideo tam Latini q̃ Græci uere conficiunt, licet aliqualiter diuerſificetur forma uerborum ubi aduertẽdum ſecundum Bon.in 4.diſt 8.in uerbis illis ſacramentalib. triplex denotatur effectus ſanguinis Chriſti effuſi in paſſione. Primus eſt teſtamenti innouatio & innouati confirmatio, quia in morte confirmatur teſtm̃ & nouum efficitur, qa uetus qđ ĩ ſanguine taurorum & uitulorum fuerat confirmatum ibi eſt euacuatum. ideo dicitur noui & æterni teſtamenti, ita ut ſecundum Chriſoſt. ſicut uetus teſtamentũ habuit ſanguinem uitulorum, ſic nouum ſanguinẽ dñicum. Secundus eſt fidei manifeſtatio, quia quod erat ſigillatũ & ſecretum in paſſione agni fuit apertum, ideo dr̃ myſterium fidei & ſecretum fidei. Hoc enim erat in fide ſecretiſſimum & hoc reuelato reuelata eſt fides. Tertius eſt ſalus quorundam iudæorum & multorũ gentilium, ideo dicitur pro uobis per apoſtolos intelligẽs iudæos, & pro multis intelligẽs gentiles. q.d. ſecundum Chriſo. qui ꝑ uobis & pro multis effundetur in remiſſionẽ peccatorum. i. ſanguis agni in ægypto effuſus eſt pro ſalute primogenitorum populi Iſrael. huius autem ſanguis in remiſſionem peccatorem uniuerſi orbis terrarum, & hoc intelligendo ad ſufficientiã. Vel ideo dixit pro uobis & pro multis ut dicit Bon. ibidem, quia ĩ hoc ſacrificio ſacerdotes debent pro ſe ſpecialiter rogare. deinde pro aliis. ideo primo dixit pro uobis ſacerdotibus, & deinde pro multis ſubditis per uos conuertendis. Sed quærit̃ ſi ſacerdos celebrans non ſe recolat dixiſſe uerba ſacramentalia, & ſit in hoc dubius, nonne debet ea reincepere aut quid agere debeat. Reſpondetur ſecundum doctorem ſanctum. ꝙ ſi non recolat ſe dixiſſe, non tamen de hoc debet turbari. Non enim qui multa dicit recolit omnia quæ dixit, niſi forte in dicendo apprehenderit illa ſub ratione iam dicti & actum reflexum habuerit ſuper ſua dicta. Sic enim fit aliquid memorabile pro quanto ſumitur in ratione præteriti, ut habetur ex lib. de memoria. Si tamen ſacerdoti conſtet aliqua omiſiſſe quæ non ſunt de neceſſitate & forma, non exiſtimo ꝙ propter hoc debeat reſumere immutando ordinem ſacrificii, ſed debet ulterius procedere. Si uero certificatur omiſiſſe ſe aliquid eorum q̃ ſunt de neceſſitate ſacramenti. ſcilicet formam conſecrationis, reſumere debet totã a forma conſecrationis & cuncta per ordinem recitare, ne ſacrificii ordo immutetur. Hæc Thomas. Et biberunt ex eo omnes ut eſſent paſſionis Chriſti repræſentatores, quia ſecundum apoſtolum niſi compatimur non conregnabimus Circa hoc quæritur. Vtrum Chriſtus dederit hoc ſacramentum Iudæ. Et uidetur quòd non, quia Chriſtus promiſit diſcipulis bibentibus iſtum calicem quòd poſtea bibituri eſſent ſecum in regno patris ſui, ſed hoc nõ fuit uerum de Iuda, quia poſtea non bibit cum eo, ergo nec calicem ſacramentalẽ accepit. Ad hoc reſpondetur per duas ueritates. Prima eſt, quòd dominus contulit hoc ſacramentum Iudæ ſuo proditori. Patet primo per illum textum. Luc.22. Et biberunt ex eo omnes. Item auctoritate Auguſtini, & habetur de conſec. diſt.2. & ſancta. ubi dicitur ſic. Non mala erat illa bucella quæ data eſt Iudæ a domino. Salutem medicus dedit, ſed ille quia indignus erat, ad ſui perniciem accepit. Item Dionyſius de eccleſiaſtica Hierarchia c. 3. ſymbolorum conditor partitur ſanctiſſima non unimode ei ſacræ concenanti, ſcilicet Iudæ, per illa enim ſanctiſſima intelligit corpus & ſanguinem Chriſti ut ibidem patet. Et ad argumentum dicitur, quòd illud dictum Chriſti de bibendo cũ diſcipulis poſt reſurrectionem intelligebatur de illis qui biberent ſacramentaliter & ſpiritualiter, non ſic Iudas. Hæc de argentina. in 4. Quamuis Hylarius uideatur dicere quòd Iudas exierit ante inſtitutionem huius ſacramẽti. Sed melius inſequẽda eſt doctorum communis opinio q̃ dicunt dominum in principio cœnę comediſſe agnum Paſchalem ſecundum ritum iudaicum, deinde lauiſſe diſcipulorũ pedes. Tertio inſtituiſſe hoc ſacramentum.

Quarto



Quarto ſuum reuelaſſe proditorem & eũ licentiaſſe. & quinto ſcandalum & fugam eorum prædixiſſe. Secunda ueritas. Non ſine cauſa dominus ſuum corpus ſuo proditori dedit. Primo quidem ſecundũ Auguſtinum corpus ſuum in cœna cum aliis diſcipulis Iudæ dedit, ut nobis exemplum daret quòd peccatoribus occultis non eſſent ſacramenta deneganda, & ſecundo ſecundum eundem. ut oẽm ei occaſionẽ auferret male faciendi, quam aſſumere potuiſſet ſi in aliquo ab aliis diſcipulis ante apertam malitiam fuiſſet diſcretus, & tertio dedit ut nos inſtrueret inimicis benefacere, ſecundum illud Mat.6. Benefacite his qui oderunt uos. Cibauit enim proditorem ſuum carne propria, quare exemplum dedit nobis ut de propriis reb. noſtris quandoque benefaceremus inimicis, & quarto ut correctio locum haberet. Debuit enim proditor uidens tantum beneficium ſibi collatum reſilire a ſua mala uoluntate & ab incepto. Et ſi dicatur quòd dñs non correxit eum imò prodidit crimẽ eius Iohanni dicens illi Cui intinctum panem porrexero ille eſt qui me tradet, & cum intinxiſſet panem dedit Iudæ. Iohã. 13. Reſpondit ad hoc gloſſa quòd per bucellam intinctam exprimitur traditor ſed non aperte, neque in publicum hoc deduxit, quia unus eorum tantummodo ſciuit. Dicitur ultra, ꝙ Iudæ non petenti dedit corpus ſuum, quia ſciuit ꝙ inſtanter peteret & ſic ſę iuſtificaret & bonam conſciẽtiam mentiretur, niſi illi dando præueniſſet, & ſic grauius peccaſſet. Et hoc uidetur ex quadam glo. Math. 26. ſuper illud. Cõtriſtati cęperunt ſinguli dicere &c. Quid eſt quòd aliis contriſtatis & a cibo manũ retrahentibus, magna impudentia eam qua tradidit manum cum magiſtro mittit, niſi ut audacia bonam conſcientiam mentiretur.

*Feria quarta hebdomadæ ſancta. Sermo 1. & in ordine. 136. Quantas habeo iniquitates et peccata ſcelera mea atq; delicta oſtende mihi. Iob 13.*

A NVllũ melius, nullum ve efficacius ſtudium peccatori quàm cognoſcere ſeipſum. 1. Ioh. 7. Videte uoſmetipſos ne ꝑdatis q̃ operati eſtis. Vulgo dicit. Stultus eſt qui obliuiſcitur ſui. Stultus eſt qui curioſior eſt de alio quàm de ſeipſo, ut multi fatui faciunt qui ſua temporalia uiſitãt ne in ipſis damnificent̃, & de ſeipſis paruã aut nullam curã habent, dolia ſua frequẽter reſpiciunt ſi foramen inueniant ꝑ qđ modicum exeat uini ut illud obſtruant. Si ſępem inueniant diſſipatam in uinea ut reparent, uiſitant inſuper blada & prata ne uermibus ſcaturiant. Sed ſi ſuam animam diſſipatam inueniant per foramina oris oculorum uel aurium, nihil inde reparãt, quia ſeipſos non cognoſcũt neque curãt. Nihil autem efficacius ad cognoſcendum ſeipſum quàm illa cognoſcere q̃ hominẽ nulli faciunt, & q̃ ſæpe conſiderare iſtam qõnem. Quantas habeo iniquitates. Nihil enim magis facit quærere auxiliũ medici quàm periculum morbi cognitum. Nihil magis mouet nautam ad ponẽdum manũ ad nauis gubernaculum quã ĩminens tempeſtas. Nihil magis facit concurrere ad petendum auxilium quàm ignis domũ ſuccẽdens. Nihil magis accelerare facit ad auxilium quàm uidere hoſtes ſuꝑ muros. p̃s. Circundabit eam ſuper muros eius iniquitas. Hæc omnia aũt per iſtius qõnis terminationem & debitam conſiderationem ſciuntur & habent̃. Quàm ergo utile eſt peccatorib. ſcire quantas habeo iniquitates &c. Si.n. magnæ ſunt, magna miſeria magnã exigit miſericordiam. p̃s. Abyſſus abyſſum inuocat, abyſſus miſeriarũ abyſſum mĩarum. Quod tẽpore iſto impletũ eſt in figura Gene. 7. Dirupti ſunt fontes abyſſi magnæ. i. uulnera Chriſti aperte ſũt catharactę cęli. i. dona gr̃arum quæ quidẽ abyſſus in uaſe paruo contenta eſt, in utero. ſ. uirginis ad quam hauriendam pulſemus eius uterum ut ſuper nos effundatur dicentes Aue.

*In hac uita quàm cognoſcere ſeipſũ.*

B Qui hanc quęſtionem terminare neſcierit in multa incidet incõuenientia. Primo quia ignorabitur. Dicit.n. Ariſt. 3. Ethico. Quòd oĩs malus ignorans, quid aũt ignorat niſi quantas habeat iniquitates? Sed dr̃ 1. Cor. 4. Qui ignorat ignorabitur. Talis ergo ignorabitur & dicetur ei neſcio uos. Qui aũt cognoſcet quantas habet iniquitates cognoſcet ſeipſum eſſe Pantheõ oĩum dęmoniorum, babylonem factã habitationem ſerpentum & ſentinam oĩum ſordiũ, & cognoſcet illud p̃s. in ſe impletũ. Ad nihilũ redactus ſum & neſciui. Neſcit

*Ignorantia. Qui ignorat pctã ſua ignorabitur.*

ſcit.n. hõ quia pp ſuas iniquitates nihil
valet,& hoc iõ quia non cõſiderat quãtas
habet iniquitates.Multi.n.ſunt ſimiles o-
culo qui alia bñ uidet & ſeipſum nõ videt
& maxime periculũ eſt ex ignorãtia craſſa
qñ vult ignorare ea.ꝑs.Noluit intelligere
ut bene ageret.Secundum incõueniens eſt
cęcitas mentis. Qui circa ſe nõ uidet uix a
remotiori uidere põt. Pctã aũt noſtra cir-
ca nos ſunt, nec nos dimittunt ſed nobis
adhærent.Baruch. 1.Adhæſerũt nobis ma
la multa & maledictiones.Cęcitas.n.men
tiş eſt qñ aliquid interponitur intra deũ
& aĩam hoĩs ne aĩa feratur in Deum, ita
vt aĩa ſic ad bonũ cõmutabile transferat,
vt nihil de incõmutabili uideat.ꝑs. Super
cecidit ignis & non uiderunt ſolẽ. Sic er-
go qui nõ uidet quantas habet iniquita-
tes totaliter, ad iniquitates ſuas cõplẽdas
non deſtruendas cõuertit,ideo a bono in-
cõmutabili auertitur.ꝑs.Cõprehenderunt
me iniquitates meæ & non potui ut uide-
rem.Comprehenderunt.n.iniquitates pec
catorẽ quãdo dominant ei & deducunt eũ
per uias non bonas,comprehenduntur ãt
ab eo quãdo cognoſcit quãtas habet ini-
quitates, quia cognita quãtitate malitiæ,
non põt hõ eã ſuſtinere quin eã deiiciat.
Iob.6.Nunquid põt quis guſtare quod gu
ſtatũ affert mortẽ? Quis.n.põt in ſe ſuſti
nere ſentinã & cloacã oĩm ſordiũ,niſi qui
expers eſt ſenſus & oĩno inſenſibilis?Quę
maior putrefactio & corruptio quàm ini-
quitatis?de qua.ꝑs.Computruerunt & cor
ruptè ſunt cicatrices meæ a facie inſipien
tiæ meæ.i. quia ex inſipientia mea non co
gnoui quantas habeo iniquitates,putrue-
runt & corrupte ſunt cicatrices meæ.i.reli
quię peccatorũ meorũ in aĩa mea.Si ergo
vis ſentinã illam eijcere,diſce ſicut & Iob
quantas habeo iniquitates & peccata &c.
Sed dices quõ dicitis oportere ſcire hanc
quæſtionẽ quantas habeo iniquitates &
pctã? Melius eſt ſcire quæ meliora ſunt,
peccata nullius valoris ſunt.Non ergo eſt
bonũ ſcire numerum & pondus huius the
ſauri,ſed melius eſſet ſcire quãtas & quot
quis habet nummos aureos. Item ad quẽ
ibimus & quem librum legemus,ut hanc
quæſtionem diſſoluamus ſm.ꝑs. valde dif
ficilem,qui ait.Delicta quis intelligit?Re-
ſpondetur primo ꝙ ſi quis ſciret malã mo
netam qui eſt in domo ſua apud quendã
campſorem ſibi cõmutari in bonã, nõ diẽ
expectaret ad numerandũ & ponderandũ
eam vt traderet tali cãpſori. Cũ ergo do-
minus pro tali uelit tibi dare gratiã ſuã ſi
eam debitæ ponderaueris, quare pro hac
re ad vicarium eius non accedis? Iohel.2.
Præſtabilis eſt ſuper malicia,& ſi inueni-
retur hæc pecunia in domo tua eſſes in pe
riculo bulliendi in caldaria inferni.Dico
ſecundo ꝙ in quattuor libris poſſumus le
gere quantas habemus iniquitates & pec-
cata. Primo in libro naturæ. Secundo in
libro vitæ. Tertio in libro mortis,& quar
to in libro ſcripturæ. Primo igitur uide-
re poſſumus quantas habemus iniquitates
in libro naturæ qui dicitur creatura dei,
quia ſicut ex inſpectione librorum ueni-
tur in cognitionem rei dubię,ſic ex conſi
deratione creaturarum in cognitionem
dei & ſui. Roma. 1. Inuiſibilia Dei per ea
quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur.
Vnde Dan. 1. Dedit Deus ſcientiam pue-
ris in omni libro ſcilicet creaturarum.Se-
cundo quia ſicut in libro materiali qui ſo
lum reſpiciuntur litteras groſſas & capita
les ad ludum delectationem, & curioſita-
tem nunquàm erunt boni clerici, ſic nec
Dei & ſui cognitionem acquirent qui crea
turis utuntur ad uoluptatem & curioſita-
tem potius quàm ad utilitatem, qui ſoli
reſpiciunt quod pulchrum & delectabile
eſt oculis nec id ordinant ad Dei cognitio
nem, nunquàm per creaturas ad Dei per-
fectam ducẽtur viſionem. Liber enim iſte
creaturarum in ore talium dulcis eſt, ſed
poſtea amaricabit ventrem eorum. Apo-
cal. 10. Accipe librum & deuora illum,&
amaricare faciet uentrem tuum,& erit in
ore tuo dulcis ſicut mel. Multi enim
creaturis Dei abutuntur eas pręponentes
Deo & Deum poſtponentes contra com-
mune prouerbium in quo dicitur, dieu de
uant. Hic autem dicitur dieu derriere.
Sicut mulier quędam habens librum de-
auratum ad dicendas horas, illum retro
grade ante ſe tenebat. Quidam autem u
perueniens librum ordinarę poſuit ante
eam dicens. Sic domina, ſic ſituari debet
liber.Ita ordine ſuo poſtponi debent crea
turæ Deo & non ante. Tertio quia com-
muniter qui multos habent libros paulu-
lum in eis ſtudent, qui paucos & mutuo ac
cipiunt, diligenter in eis proficiunt. Sic

qui



qui plures hñt diuitias mẽte excecant vt
in eis non legãt Dei mĩam & iuſtitiã, qui
paucas hãbẽt non impediunt ab eis. Inde.
ꝑs.Melius eſt modicũ iuſto,ſuper diuitias
pctõrum multas. In fine apparebit ꝙ qui
ſperauerunt in illis libris & nihil ſtudue-
runt in eis de his verificabit illud ꝑs. Ni-
hil inuenient oẽs viri diuitiarũ in manib.
ſuis.Secũdo dico ꝙ in hoc libro naturæ le
go quãtas hẽo iniquitates & pctã. Docẽt
n.te hyrundines quãtitatem pctõrum, de
quo Eſa 33. Sicut pullus hyrundinis ſic
clamabo,meditabor vt colũba.Clamat hy
rũdo inceſſanter & alte,ita vt dicatur gar
rula auis.Sic magnũ dẽt eſſe clamor pro
pctõ.de quo ꝑs.Cõcepit dolorẽ & peperit
iniquitatẽ. Peperit quidẽ cũ magno dolo
re & grãdi clamore.Nec mirũ quia medi-
cus lõge eſt ab infirmo.Pſal.Lõge a pctõ-
ribus ſalus, iõ magnũ opꝫ eſſe clamorẽ,vt
ſic a lõginquo audiatur.Pſ.Clamor meus
introiuit in aures eius. Tum ẽt quia pctã
ſuas uoces & clamores hñt.Clamãt n.vin
dictã,iõ magnũ dẽt eſſe clamor qui ſuper
clamorẽ eorũ audiatur.Pſal. Lõge a ſalu-
te mea uerba delictorum meorũ.Secundo
quia pullus hyrundinis dicit fy. fy. te do-
cẽs oẽm theſauri pctõrum ſed tãtẽ eſſe ꝓ
cul abiiciendã. Inde ſm philoſophos hy-
rũdo abiicit oĩa ſtercora, & ſic docet pul-
los ſuos abiicere. Similiter hoc docet co-
lũba quæ ſolicite ſe ſpeculatur & cõſide-
rat ſuper riuos aquarũ,ſicut dicit Glo.ſu-
per illud Can. 4. Oculi tui ſicut columbæ
ſuper riuos aquarum,& in foramine petre
cõnderat quõ euadet accipitrem.Secũdo
hoc docẽt iumenta Iob. 12. Interroga iu-
menta & docebunt te.Fugiunt.n.iumenta
ſtercora ſua, quãtomagis ſimum peccato-
rum debemus effugere? ne forte ſimus ſi-
cut iumenta illa.de quibus Iohel. 1. Com
putreſcent iumenta in ſtercore ſuo.Vnde
ſm Pl[illegible].Hippotamus qui eſt ſerpens do
cuit fleubothomiã ciconia pharmaciam ſi
ue cliſtere,ceruus [illegible] dictamni extra
hendo de corpore ferrũ.Muſtela vires ru
te [illegible] contra baſiliſcum. Sic nos
vomitus peccatorum & cætera docent ani
malia bruta.Sed & Salomon [illegible]
tit ad ſcholã formicę. vade (inquit) ad for-
micam o [illegible] ſicut illa labora-
re,& vigilãtes in laboribus aſſimilat pſal-
mista paſſeribus qui prouident ſibi & ſuis
pullis de neceſſariis ad vitam,& ſub tecto
proteguntur a pluuiis turbinibus & tem-
peſtatibus. vnde ait, vigilaui ſcilicet in
laborando, & factus ſum ſicut paſſer ſo-
litarius in tecto. Secundo legendum eſt
in libro vitæ quantas habemus iniquita-
tes & peccata. Chriſtus eſt liber vitæ
ſcriptus intus & foris. Intus eſt diuini-
tas, foris humanitas, intus ſicut in regi-
ſtro Epiſcoporum ſcribuntur omnia no-
mina ordinandorum ad ordines angelo-
rum, & qui ſunt indigni reiiciuntur nec
ſcribuntur. Ibi ſcribuntur omnia homi-
num opera. Pſal. In libro tuo omnes ſcri
bentur. Iſte eſt liber generationis Ieſu
Chriſti in quo legitur generatio filii Dei.
Iſte eſt liber prædeſtinationis æternæ in
quo ſcripti ſunt omnes ſaluandi, de quo
Daniel. 12. Saluabitur populus omnis
qui inuentus fuerit ſcriptus in lib. vitæ.
Vnde ait Luc. 10. Gaudete & exultate,
quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cęlis.
In quo quidem libro ſcribuntur quidam
ſecundum præſentem iuſtitiam. Exo. 32.
Qui peccauerit in me delebo eũ de libro
meo. Alii ibi ſcribuntur ſecundũ finalem
perſeuerantiam qui nunquã delentur de
libro illo,ſicut in libris principum inſcri-
buntur milites qui bene pugnauerunt. Ta
les ſcribuntur in libro bellorum domini.
Nume 21.Sed de his qui non fortiter per
ſtiterunt aut finaliter vicerunt ſcriptum
eſt in Pſal. Deleantur de libro viuentium
& cum iuſtis non ſcribantur, ſed ſcriban-
tur in inferno. Vnde 2.Eſdre 7. Multi eie-
cti ſunt a ſacerdotio, quia non eſt inuen-
ta genealogia eorum ſcripta. Apoc.3.
Qui vicerit ſic ueſtietur ueſtibus albis,
& non delebo nomen eius de libro vitæ.
In libro autem exteriori, ſcilicet in huma
nitate legitur in capite & in cauda, in prin
cipio & fine,in natiuitate & paſſione.Ego
ſum (inquit) alpha & o. principium &
finis. Eſt enim quidam liber ſcriptus in
pelle virginea & in camera virginis digi-
tis ſpiritusſancti dictatus a patre, corre-
ctus in paſſione, raſus in flagellatione,
punctuatus in vulnerum infixione, ſuper
pulpitum poſitus in cruce, illuminatus in
ſanguinis effuſione, ſed optimè religa-
tus in reſurrectione. In cuius pulpito
legit ſuperbus humilitatem in capitis
inclinatione, auarus liberalitatem in

Liber. Quõ xp̃s eſt liber uitæ.

manũ extẽſione & ꝑforatione: ĩuidus cha
ritaté in lateris apertione, diues pauperta
té in corporis nudatione, guloſus abſtinẽ
tiã in amara potione, voluptuoſus pnĩæ
aſperitaté in coronæ ſpineæ impoſitione.
In hoc libro legit Iohãnes euãgeliſta qñ
in cœna ſuper pectus dñi recubuit. In hoc
libro debet legere oĩs Xp̃ianus. Ait.n.xp̃s,
exẽplum dedi vobis. Hic liber in paſſione
graphatus eſt ſtilis ferreis tanq̃ in ſilice
vt nõ poſſit hęc ſcriptura deleri. Amor.n.
eius quibuſcũq; opprobriis deleri non po-
tuit. Qđ antea petebat Iob dicẽs. Quis mi
hi det vt exarent̃ in libro ſtillo ferreo aut
celtę ſculpãtur in ſilice. Iſte liber eſt cor-
rectiſſimus, quẽ credidit corrigere & emẽ
dare pylatus dicẽs, corripiã ergo illum &
emẽdatum dimittã. Sic aũt nullus de no-
uo ſcribitur liber quin correctione indi-
geat, ſic nullus in mundo naſcit̃ qui cõem
illã ſnĩam euadat oĩs hõ mẽdax.i. defe-
ctuoſus. iõ corrigamus librũ conſcĩæ nr̃æ
iuxta exẽplar qđ nobis eſt mõſtratũ ĩ mõ
te Caluarię, qđ ſi male corrigatur ad cõ-
fuſionẽ nr̃am oĩbus oñdetur qñ reuelabũ
tur abſcõdita tenebrarum, ſi vero bñ cor-
rectus fuerit, reponet̃ in libraria cęli. Sed
dices qualiter in hoc libro uidebo quãtas
hẽo iniquitates. Rñdetur ꝙ eſt ſpeculũ ſi-
ne macula in quo vr̃ facies conſcĩæ noſtræ
q̃ turpis ſit. Oppoſita.n. iuxta ſe poſita ma
gis eluceſcũt, in cõparatione humilitatis
cõſidera ſuperbiã tuã, in cõparatione cha-
ritatis inuidiã tuã & ſic de aliis, & tunc vi
debis iniquitates tuas, deinde uidebis mul
titudinẽ earũ. quia Eſa. 53. Dñs poſuit in
eo iniquitatẽ oĩm nr̃m. Tertio earũ magni
tudinẽ. vñ ait ipſe Iob. 6. Vtinã appẽderen
tur pctã mea quibus irã merui & calami-
tas quã patior in ſtatera, quaſi arena ma-
ris hæc grauior appareret. Grauia.n. fue-
rũt pctã pro quibus oportuit filiũ dei mo
ri & ſic mori. Tertio videre opꝫ quantas
hẽmus iniquitates & pctã in libro mortis
qui eſt duplex. Vnus eſt conſcĩa mala in
qua ſcribuntur tot lr̃ę mortis, quot pctã
mortalia, ĩ qua ẽt ſcribũt illi tres q̃ libros
legis dei cõbuſſerunt. 1. Mach. 1. quorũ pri
mus dyabolus tres legit & ibidẽ ſcribit le
ctiones vcꝫ ſuperbiæ, irę, & inuidiæ. mun
dus tres cupiditatis. prima eſt falſitatis &
peruerſæ acquiſitionis ꝑ rapinã. ſcđa ꝑ fal
ſa iuramenta, per furta. tertia ꝑ circũuen-
tiones & fraudes plurimas, caro tres.ſ. ac-
cidie in ſchola lecti, gulæ in ſchola aulæ,
luxuriæ in ſchola cameræ. In iſtis capitu-
lis legant & ſtatim cognoſcẽt ſolutionem
q̃ſtionis huius quantas hẽo iniquitates &
pctã. Si aũt non legas & ſtudeas ut deleas
ſcripturã dyaboli carnis & mũdi, aduerſa-
rius tuus aſſumet lr̃as iſtas & cõcludet cõ
tra te. Vnde Ber. ſemel diſputãs in ſcholis
Pariſius poſt multas argumẽtationes ſub
tiles diccebat. O pueri poſt has diſputatio
nes ſuperuenient aliæ, quas vtinã perpen-
deremus, qñ Deus pro maiore aſſumet prę
cepta & prohibitiones, pro minore tranſ-
greſſiones & inde cõcludet eternã dãna-
tionẽ. Cõcludet.n. ex ſcriptis & ĩ his ſcrip
tis. Ex ſcriptis Apo. 22. Iudicati ſunt mor-
tui ex his q̃ ſcripta erant in libro. In ſcri-
ptis. Mat. 25. Eſuriui & non dediſtis mihi
mãducare. igit̃ ite maledicti. Agamus igi-
tur ſicut nũc faceret reus ſi iudex accede-
ret ad ſcrutandũ lr̃as contra eũ deponen-
tes, talis eas cito cõbureret vt nõ eſſet me-
moria. Sic has litteras dyaboli igne chari
tatis & elemoſynæ cõburamus, & aqua la
cerymarũ lauemus. Numeri. 5. Delebit ea
aquis amariſſimis. Si.n. maneat vnũ ſolũ
capitulũ qđ nõ ſit deletum, nihil prodeſt.
Propter vnũ ouum redit auis ad nidum.

Præterea liber corrigi non põt niſi ape
riatus. Eſt.n. cõſcĩa pctõris liber ſignatus
occultus & inuolutus. Apoc. 6. Cęlũ factũ
eſt quaſi liber inuolutus, iõ opꝫ illum api
re in confeſſione, aliter aperietur in iudi-
cio liber noſter totaliter corruptus di-
gnus cõburi, et fiet de eo ſicut legitur Hie
rem. 51. de libro vbi erãt ſcriptæ maledi-
ctiones Babylonis, de quo p̃cipitur ꝙ lige
tur cũ quodã lapide & proiiciatur in me-
diũ eufratẽ, quia tales male cõſcĩæ adiun
cto ſibi põdere diuinæ ſententiæ in infer-
nali flumine abſque mĩa ſubmergentur.
Quòd ſi dicatur dñs pius ẽ & miſericors,
nec obliuiſcitur miſereri. ex quo ſequitur
ꝙ pctõribus tũc indulgebit. Rñſio ꝙ quat
tuor mõis ſolet quis alicui indulgere. Pri
mo ꝑꝑ nobilitatem, nec ſic angelorum no
biliſſimo (ſcilicet lucifero) pepercit. Secun
do ꝑꝑ raritatem quando pauci ſunt & ſic
nec primo hoĩ ſoli exñti cum ſua vxore pe
percit. Tertio parci ſolet multitudini, &
ſic ꝑꝑ pctm̃ vniuerſę multitudini hoĩm in
diluuio non pepercit. Quarto parentelæ,
&



& ſic ẽt proprio filio ſuo nõ pepercit, ſed,
pro nobis oĩbus tradidit illũ. Vide ergo q̃
grandes ſunt iniquitates tuæ. Sed dices
quõ legam in conſcĩa mea, quia tenebroſa
eſt, & iam diu effaſſata ſunt & deleta pctã.
Reſpõſio. Primo quia facile eſt aliquibus
paucis hanc ſoluere q̃ſtionẽ, his.ſ. qui ue-
lut boni ſcholares quotidie legunt in con
ſcientia ſua, ſed difficile ualde his qui per
annum non ſtuduerunt illã q̃ſtionem, quã
tas habeo iniquitates. Difficultas aũt hęc
procedit ex multis, quandoq; ex peccatis
oblitis ad quæ nec ſufficienter cogitaue-
runt, quandoq; ex occultis de quibus. p̃s.
Delicta quis intelligit? Ab occultis meis
mũda me, quãdoq; ex alienis ſicut qui ha
bẽt curã, ſolicitudinẽ, & adminiſtrationẽ
aliorum. de quibus ſequitur. Et ab alienis
parce ſeruo tuo. quãdoq; procedit ꝑ fatuã
ymaginationem, quemadmodũ ſunt non-
nulli qui nimium ſcrupulis agitantur. Di-
citur ſecundo ꝙ ꝑꝑ vetuſtatem pctã nun
quã delentur, ſed ſemel legentur in publi
cum. p̃s In libro tuo oẽs.ſ. defectus ſcribẽ
tur, & nemo eſt cui non ſit datũ lumen a
dño ad diſcernendum inter bonũ & ma-
lum. Vnde quærebat p̃s. Multi dicunt quis
oſtendit nobis bona? & reſpõdet. Signatũ
eſt ſuper nos lumẽ vultus tui dñe. Quòd
ſi dicas te non hr̃e tale lumẽ ſufficiens ve
ni ad lumen uerbi Dei, vel ſani conſilii,
vel boni confeſſoris, & illic inuenies.

Secundus liber mortis eſt corpus ſub-
ditum peccatis, & propter hoc ſubditum
morti, in quo legitur quãtas ſit affectus
pctĩ Oſtẽdit.n. mors quid ſit pctm̃. Neſci-
uit Adã perfectè quid feciſſet cũ peccaue-
rat, ſed mortuo Abel filio ſuo (quẽ intel-
lexit mortuũ ꝑꝑ pctm̃) plenius hoc agno-
uit, qui dans ſe luctus dr̃ centũ annis per-
ſeueraſſe in luctu. iõ dolendũ eſt de malo
ex quo tm̃ damnum ſequutum eſt.ſ. mors
temporalis. Attẽde huius mali longitudi-
nem, ſublimitatẽ & profunditatem, longi
tudinem in hoc ꝙ mors durabit vſq; ad
finem mundi. Ro. 15. Nouiſſime inimica
deſtruet̃ mors. Latitudinẽ in hoc ꝙ per to
tũ mundũ hæc pęna extẽditur. Profundũ
in hoc ꝙ ẽt paruulus vnius diei, vel qui ẽ
in vtero materno, vel qui pauperrimus eſt
ꝑꝑ pctm̃ morietur. Sublimitatem in hoc
ꝙ vſque ad altiſſimum peruenit.ſ. vſque
ad filium Dei. Pctm̃ oẽs tibi propinquos
qui mortui ſunt occidit, & oẽs qui tibi re-
manſerunt & te occidet Quanto ergo o-
dio debes illud odire, cũ pro morte vnius
ſolius amici tui hominem odio habeas.

Quarto legendum eſt in libro ſcriptu-
ræ. Scriptura n. ſacra ſpeculo compara-
tur. Prima quia ſicut exterior homo ſuã
faciẽ exteriorem videre non põt ſine ſpe-
culo, ſic nec interior ſine ſcriptura verbi
Dei, ut per eam deprehendat maculas
ſuas & tergat eas. Secundo quia ſicut quę
dam ſunt quę uidere poſſumus abſq; ſpe-
culo ſicut manus & pedes, alia uero non,
ad quæ intuenda opꝫ habere ſpeculum, ut
cani & ruge in facie. ſic in interiori hoĩe
quædam uidemus ſine ſpeculo ſacræ ſcri-
pturæ, alia ſubterfugiunt intellectum niſi
diuinæ legis ſpeculum applicemus, ut ca-
ni qui atteſtantur frigiditati & naſcuntur
in capite, quando cogitationes & affectio
nes quæ ſolebant eſſe feruentes tepeſcũt.
Mat. 24. Refrigeſcet charitas multorum.
Ruge uero interioris hoĩs ſunt duplicitas
mentis. Iob. 16. Ruge meæ dicunt teſtimo
nium contra me. Tertio quia ſpeculũ re-
preſentat motum & figuram, ſed non ſo-
num Intueatur quis & moueat labia ui-
debitur labiorum motus, ſed non audie-
tur ſonus. In quo ſignificatur ꝙ diuinæ le
gis inſpectores non informat ſpeculum di
uinæ ſcripturæ ad ſonum.i. ad bene loquẽ
dum ſicut rhetorica, ſed ad motum, id eſt
bene operandum. Aggei. 1. Factũ eſt uer-
bum dñi in manu Aggei non dicit in ore.
Huic ſpeculo non ſe conformabant pha-
riſei de quibus ait dominus. Dicunt & nõ
faciunt. 1. Corin. 13. Si linguis hoĩm lo-
quar & angelorum &c. Nos.n. natura ipſa
docuit debere eſſe tardiores ad loquendũ
quàm ad faciendum, quia inſtrumentũ lo
quendi tardius aliis natura expedit. Prius
audit homo, uidet olfacit, guſtat, tangit
& manus mouet, quàm poſſit loqui. Quar
to in ſpeculo uidetur magna multitudo
hominum ſimul aut aliarum rerum. ſic in
ſacra ſcriptura docentur omnia agibilia,
omnes uirtutes & deteguntur oẽs dyabo-
licæ fraudes. Si ergo quæras quantas ha-
bes iniquitates audi dominũ. Io. 5. perci-
pientem. Scrutamini ſcripturas in quibus
putatis vitam æternam habere, inuenietis
quàm graues & quàm grauiter punite &
q̃ grauiter onerant debitis miſerum pec-



E
Conſcĩa. Quod cõſcĩa mala eſt liber mortis.

F

G
Sacra ſcriptura. Quòd ſacra ſcriptura cõparatur ſpeculo.

catorem. Pſal. Qm̄ iniquitates meæ ſupergreſſe ſunt caput meum & ſicut onus graue &c. Miſer hō qui dormit cum tot obligationibus & debitis. Tpe octauiani miles quidā ſic debitis obligatus obiit. cuius culcitrā in qua dormire ſolebat voluit habere Octauianus & cum nullius aut pauci valoris eſſet interrogatus cur hoc vellet. Reſpondit ꝙ ſi talis tot obligatus debitis ſuper illam culcitram dormiebat, ꝙ ipſe ſimiliter ſuper eam dormire poſſet tot rei pub. ſolicitudinibus preſſus.

*Sermo 2. feriæ quartæ unde ſupra. & in ordine. 137. Domine uim patior. Reſponde pro me. Eſaiæ. 38.*

*A Amor. Quòd amor dn̄i Ieſu fecit eum fideiuſſorē ꝓ pctōrib.*

QVid eſt qđ petit homo peccator vt agnus ille innocentiſſimus pro condemnato ad mortem reſpōdeat? Quis noſtrum auderet patri, aut matri, aut cuiuis amico in tali tāq; periculoſo caſu dicere. Amicæ vim patior reſponde pro me? Et ecce dn̄m meum Ieſum alloquitur pauper peccator. dn̄e uim patior reſpōde pro me. Ecce debitorē oīno nihil habentē & ſuo creditori reſiſtere impotentē, & ecce audēter alloquitur dominū ſuum domine uim patior &c. Quō pro tam paupere tantus dominus ſe inclinare dignatus eſt, vt pro eo reſponderet? Vtinam omnes hoc opus conſiderarent ſicut & Abacuch Propheta dicens. Conſideraui opera manuū tuarum & expaui. Expauit ſiquidem in amoris eius & ſapientiæ magnitudine, quibus hæc omnia compleuit. Hinc poſtea ſubdit Deus ab auſtro veniet. i. a feruorē amoris, & ſanctus de monte Pharā. i. de monte ſapientiæ. Amor ſiquidem eum fideiuſſorem fecit pro debitis noſtris, de cœlo ad terras eum ſalire fecit, de terra ad crucē, de cruce ad infernum, de inferno ad cęlū. Nullus unquàm tales fecit ſaltus amoribus captus dn̄arum. Si amor inordinatus tanta facit ꝙ corpus & oīa bona diſtribuat quis ad ſuum detrimentum, quid nō faciat amor ſanctus ad ſui honoris augmētū? Bene dicit apoſt. 1. Corin. 13. Charitas oīa ſuffert oīa ſuſtinet, quia amore noſtri ipſe oīa pctā tulit in corpore ſuo. Vere diues ille pauperē diligit, quē ſuis impenſis ab oī debito abſoluit, & qđ amplius ē corpus propriū & aīam pro eo expoſuit. Sapiētia vero hoc opus cōſummauit. Sapiēs q̄dē reputat̄ qui plurimas ſua auget induſtria ſed plus ſapiens qui ex paucis plurimas, ſed maximè ſapiē qui ex nihilo maximas. ps. Oia ī ſapiētia feciſti. Impleta ē terra poſſeſſione tua. Ex nihilo. n. pctī ſibi ſtito hoīes cōſtituit dignos regno Dei, ex nihilo ſua gratia illos diuites faciēs. Preſtabilis ē ſiquidē ſup malitia. Ioel. 2. Quāuis nihil ualeat ſcit tn̄ p ſuā ſapientiā de malis cōponere bona, ſicut apothecarij de veneno cōponere medicinā. Sic p bella & ſeditiones ſuū corrigere ppl̄m & p perſecutiones purgare, ꝓbare & meliorare ſuos electos īter quos apl̄i & btā uirgo ad quā recurramus dicentes Aue Maria.

*1 [illegible]*

Quō dn̄e ꝓ natura humana rn̄debis, qui ꝓ te rn̄dere noluiſti? Vulgo dr̄, quilibet in curia regis ꝓ ſe operat̄ & rn̄det. In negocio prīs ad qđ te miſit cōſummādū coram herode Pilato & Caypha tacuiſti, & ecce tuus ppl̄s tibi ſupplicationē porrigit dicēs dn̄e vim patior, rn̄de ꝓ me? Certe dn̄e tu tacebas & nihilominus ꝓ nobis rn̄debas. Pauca aut nulla eſt q in uerbis ē amicitia, niſi operibus rn̄deat. Operibus. n. uirtutū rn̄debas, ſicut ſcriptū eſt. Rn̄dit ei in via uirtutis ſuæ. i. patientiæ. Hoc aūt feciſti dn̄e. Primo vt ſatisfaceres ſilētio quōdā interrupto. Nā in clauſtro paradiſi locuti ſunt olim ſerpēti patres noſtri, & ecce ꝓ eiſdē rn̄das & ſatisfacis ſilendo in clauſtro mundi. Scđo hoc facere voluiſti ut fortes & ſapiētes eſſent eccleſiæ doctores. Dixiſti. n. per ps. Qm̄ tacui inueterauerūt oſſa mea. i. caui facti ſunt & prudētes fortes eccleſiæ. qz Iob. 12. In antiquis eſt ſapiētia & in multo tpe prudētia. Eſa. 30. In ſpe & ſilētio erit fortitudo noſtra. In noſtro ēt ſilentio debemus fieri prudentes, ut nō de facili pro alio reſpondeamus, quemadmodum multi quibus magis ſilendum eſſet, qui multa ab aliis recipiunt & pro animabus eorum ſe ad ſatisfaciendum obligant. Similiter & iuuenes theologi, aut iuriſte, aut ēt medici facile dant conſilium, quibus eſſet ſilendum, & dum tacent bene reſpondet. Tertio ſiluiſti ut cauſam eccleſię patri altius commendares. Eſa. 42. Tacui ſemper ſilui, patiens fui, quaſi parturiēs loquar. Dum. n. per ſuos ſatellites aduocaret & patrocinaretur dyabolus per Cyphā, Pilatum & Herodē tacuiſti quouſq; uenit tps in quo allegares aduerſus dyabolum, & membra eius pro cauſa generis humani,



humani, in qua exauditus es pro reuerentia tua. Non igitur confunditur genus humanū nunc orare. Dn̄e vim patior rn̄de ꝓ me. Primo dicemus quā uim patimur & a quo patimur. Scđo quō & quo iure pro nobis rn̄debit dn̄s. Pro primo notandum eſt ꝙ duplex eſt uiolentia bona, una quidē quam iuſtus infert ſibi & carni ſuæ ut uincat. Mat. 11. Regnum cęlorum uim patit̄, & uiolenti rapiunt illud. Hier. eſto prędo regni cęlorum, non pauperum animarū, non pecuniarum. Talis erat Paulus qui dicebat. 1. Cor. 9. Caſtigo corpus meū & in ſeruitutem redigo. Vim ſibi faciebat qui dicebat, ſeruo maliuolo tortura & compedes Eccl. 33. Paſſiones. n. aduerſantur homini, ſicut ſeruus dn̄o ſuo uel regi. Si aūt quis rex purpura indutus conculcaretur ab armigeris ſuis & comprimeretur ꝑ regis defectum, nonne regi improperaret? Quantomagis homo in quo eſt regnum Dei & debet eſſe rex ſui, dum a ſuis paſſionibus conculcatur, & nouus homo a veteri hoīe opprimitur, quod ſentiebat qui dicebat. Miſerere mei dn̄e qm̄ conculcauit me homo, tota die impugnans tribulauit me. Homo enim malus eſt de ſe, quia naturæ corruptæ & ad corruptionē tendentis. Nemo autem bonus niſi Deus, ꝓpter quod a ſeipſo uim patitur homo, & ad Deum propter uiolentiam illam recurrere debet, ſicut qui dicebat. Eripe me dn̄e ab homine malo. i. a meipſo homine malo. Secunda uiolentia bona eſt qua quis proximo infert uiolentiam correctionis ipſum ad bonum compellendo. Luc. 12. Compelle intrare ut impleatur domus mea. Vnde diſcipuli propter hoc coegerunt illum dicētes. Mane nobiſcum dn̄e. Vim. n. facit chirurgicus morbido, urendo uulnera ſua & adhibendo cauterium, ut infirmitatem auferat & ſanitatem inducat. Eſa. 38. Corripies me & uiuificabis me. Vim enim facit corripiens & ſibi & alteri. ſibi timorē excutiendo ne erubeſcat uultum potentis, ſicut non erubuit Iohannes herodem, & Helyas Achab, & Moyſes Pharaonem. Quis eſt hic? & laudabimus eum. Sed modo timore perditionis alicuius utilis omittit̄ correctio maiorum. Tren. 3. Confregit ad numerum dentes ſuos, ſ. ad numerum auri & argenti ut taceat. Correctio. n. opus eſt iuſtitiæ, in qua non debet uereri homo, neq; pauperem, neque potentem. Leui. 19. Non cōſideres perſonam pauperis, neq; honores uultum potentis. Secundo ſuum proximum compellendo intrare, ſicut qui trahit amicum ſuum per tunicam ut ueniat ſecum ad conuiuium, ſicut & diſcipuli coegerunt dominum ut ſecum intraret, ſicut uirga compellitur puer ut ad ſcholas uadat. Oſee. 11. In funiculis adā trahā eos. i. in uirtute funiculi tribulationum. Eſt & alia mala uiolētia duplex, una quam quilibet peccator ſibiipſi infert ſeipſum ledendo ſicut freneticus cantando ſe ipſum gladio ferit. ps. Gladius eorum intret in corda ipſorum. Nemo enim (ut ait Chriſo.) leditur niſi a ſeipſo. Leſio enim corporis hominis nō eſt proprie leſio hominis, ſed equi hominis. Eſa. 31. Equi eorum caro. Neque eſt conſideranda uirtus hominis ex uirtute corporis, ſed ſolius animæ. Nam (ut ait Chriſ.) quæ ſit uirtus equi non perpenditur in argenteis frenis, aut pulchris tapetibus ac ſericis flammulis, phalerisq́, gemmatis & deauratis, ſed ex uelocitate curſus, fortitudine pedum, greſſusq́; cautela ac pectoris firmitate. Sic nec uirtus hominis ex pulchritudine aut fortitudine corporis, aut diuitiis & honoribus, ſed magis penſatur uirtus hominis in hoc quod eſt recte ſentire de deo, & recte inter homines agere. Nam & priora poſſunt auferri ab homine velit nolit. Hęc autem ab eo auferri non poſſunt, etiam nec a diabolo ſi nolit. Abſtulit enim diabolus a beato Iob oīa bona temporalia eius, omnes liberos eius, ſed & oē corpus eius afflixit uehementi ſanie, ut propter hæc omnia in dn̄m uerba blaſphema proferret ſed ſuis uirtutib. ſpoliari non potuit. neque Lazarus teterrima paupertate & ulceribus percuſſus in Deum protulit blaſphemiam, nec Paulus contumeliis affectus innumeris, immutari a ueritate potuit. Sic a ſanctis martyribus inter cruciatus aſperos nec vnum quidem blaſphemię uerbū extorqueri poterat. Non ergo mundus non caro. non diabolus eos ledere potuit. Solus ergo homo eſt qui ſeipſum ledere poteſt. Dicat ergo peccator ſeipſum ledens, domine uim patior, rn̄de pro me. & rn̄debit illud Iob. 12. Nunquid ſapiens reſpondebit quaſi in uentum loquens. i. ſapiens Deus reſpondebit tibi in uentum

*Violētia. Duplex uiolentia bona.*

*B Violētia Duplex uiolentia mala.*

loquens.i.fruſtra reſpondens, quia ꝑ ſuis uerbis in nullo mutabitur ab īpietate ſua peccator. Secundo uim patitur peccator occaſionaliter a ſuo proximo. Primo dum ab eo bona ſua ſurripit uel clam uel ꝑ ꝓceſſus. Eſa. 9. Omnis uiolenta prædatio cum tumultu.i.cum proceſſu, uel damnificando eum in bonis famæ conuiciando ei. Hiere. 9. Sagitta uulnerans lingua eorū. ꝑs. Filij hominum dentes eorū arma & ſagittę. Sed iſta magis proſunt iuſtis quàm obſint. Parum.n.curant iuſti de talib. armati clipeo patientiæ. Vale. lib. 3. Quidā ſpartanus eleganter cuidam reſpōdit qui ſibi eūti ad bellum contra perſas dicebat. Sagitte Perſarum ſolē obumbrare ſolent. & alter reſpondit. Optime narras: Sic.n. in umbra præliabimur. Sic ſagittæ & perſecutiones malorum multæ ſunt quæ ſolē.i.claritatem & gloriā mundi obſcurāt. Sed hoc bonum faciunt ꝙ pugnantib. umbram præſtant, ut perſecutori dicere poſſit qui perſecutus eſt illud. ꝑs. Obumbraſti ſuper caput meum in die belli. Protegunt.n. he ſagittæ ab inordinato feruore gloriæ mundi, & ideo ſcuto ſapientiæ muniti has ſagittas non timent. ꝑs. Scuto circundabit te ueritas eius non timebis a timore nocturno. A ſagitta uolante in die. In his autem tētationibus recurrat iuſtus ad Deum, & dicat. Dñe uim patior, rñde pro me, & ſtatim iubebit ſtare procellas illas. ꝑs. Dixit & ſtetit ſpiritus procelle, quaſi diceret, conclude aduerſus eos q me ꝑſequuntur. Multi.n. dicunt animę meæ, nō eſt ſalus ipſi in Deo eius, ſed dic aīæ meæ ſalus tua ego ſum. Secundo patitur a diabolo ſuggerente. Vnde Chriſ. Sicut ſuper caput omnium iumentorum non ſtat ſarcina niſi fortiter fuerit ſuper ipſum colligata, ſic in peccatoribus Deum cognoſcētibus qui iumenta dicūtur. iuxta illud. ꝑs. Homines & iumenta ſaluabis domine, nō ſtat ſarcina peccatorum in corde ipſorū, niſi cum magna uiolentia & uirtute diabolus tenuerit in anima ipſorum alligās eam delectationibus. Ipſa.n. cognitio Dei excutit a ſe pondera peccatorum, niſi eō modo quo diximus fuerint alligata. Hinc per Eſaiam clamat humana natura. Solue faſciculos deprimentes & omne onus diſrumpe. Appetitus enim honorum, diuitiarum & deliciarum eſt funiculus triplex q difficile rumpitur. In ſecunda parte uidendum eſt quomodo pro nobis reſpondeat dominus. Reſpondet aūt pro nobis dñs tripliciter. Primo uerbis tā interiorib. quàm exteriorib. tam in nobis q̃ pro nobis. ubi non ſufficit homo. 2. Pet. 1. Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines. & Luc. 1. Sicut locutus eſt per os ſanctorū qui a ſæculo ſunt prophetarum eius. Mat. 10. Nolite cogitare qūo aut quid loquamini. Rñdebat.n. in Stephano & ꝑ Stephano, qñ non poterant reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui qui in eo loquebatur. ſicut aduocatus patrocinium præſtat in cauſa pupilli & uiduæ q allegare non poſſunt, & hoc modo qui ꝑ aliis rñdebat in paſſione ſua, pro ſemetipſo non reſpondit. Satis.n. per opera prius facta reſpōdeat. Opera (inqt) quæ ego facio ipſa teſtimonium ꝑhibent de me. Secundo rñdet pro nobis non ſolū uerbis ſed ēt operibus pro nobis ſatisfaciendo. ꝑs. Reſpondit ei in uia uirtutis ſuę i.patientiæ ſuæ quam habuit in paſſione uel miſericordiæ ſuæ. Eius.n. eſt proprium miſereri ſp & parcere. Vnde Eſa. 38. dicebat natura humana. Quid dicam aut quis reſpondit mihi cum ipſe fecerim? & dñs ꝑ ea fideiuſſor factus eſt ſoluens debita nr̄a Sicut.n. Deus eſt miſericordia noſtra. iuxta illud. ꝑs. Deus meus miſericordia mea. ita & iuſtitia noſtra, qui nos ad proprias expenſas iuſtificauit & abſoluit. Ideo per uniuerſam eccleſiam hodie & cras fiūt generales abſolutiones, quia ſecundū Guil. Pariſ. hodie traditus eſt dñs noſter & fideiuſſor per diſcipulum ſuum. Iuſtum eſt aūt ut abſoluatur excōicatus & debitor, quando fideiuſſorem dedit qui pro eo reſpondit. Nos tamen non reſpondemus ei nobis præcipienti, ſed ſurdam aurem facimus. Prou. 29. Seruus qd̄ dicis intelligit, & reſpondere contemnit. Tertio reſpōdere apud patrem pro nobis allegationib. 1. Io. 2. Aduocatum habemus apud patrem dominū Ieſum pro peccatis noſtris & maxime hoc ſacro tp̄e. Heb. 3. Ieſus Chriſtus heri & hodie.ſ. reſpondet pro nobis apud patrem. Sed cras ſi fuerimus boni implebitur illud Gen. 30. Reſpondebit mihi cras iuſtitia mea. De tempore.n. non habemus niſi nunc.i. hodie, cras reſpondebūt nobis merita noſtra. Si uero ſimus mali implebitur illud. Eſa. 59. Peccata ueſtra reſponderunt



runt nobis. Mali.n. habent ſolum hodie & cras, hodie proſperitatem præſentem, cras calamitatem futuram: hodie gaudere, cras dolere, hodie ridere, cras ſtridere. hodie ſunt pleni, cras egent, hodie primi, cras nouiſſimi, hodie equites, cras pedites, hodie in gloria, cras in miſeria, hodie abundant auro, cras erunt in dæmonū theſauro. Luc. 12. Fœnum quod hodie eſt in agro, cras in clibanum mittitur. Eſa. 50 Et erit ſicut hodie ſic & cras, hodie mali & in inferno in craſtino deteriores. Eccleſiaſt. 20. Eſt qui hodie fœneratur & cras repetit. Dominus enim multa nobis dona dat ad uſuram etiam malis, ſed in illo craſtino repetit illa cum uſuris in ſuo terribili iudicio.

*Sermo tertius unde ſupra. & in ordine* 138.

*Quid uultis mihi dare, & ego eum uobis tradam. Mat.* 26.

POſſet hic oriri quæſtio utrum. Iudas & Iudæi peccauerint tradendo Chriſtum? & uidetur ꝙ nō, quia dominus Deus pater tradidit filium ſuum pro nobis. iuxta illud. Ro. 8. Proprio filio ſuo non pepercit Deus, ſed pro nobis oīb. tradidit illum. Sic ergo vr̄ ꝙ conformauerit uoluntatem ſuam uoluntati diuinæ faciendo ea q̄ Deus pr̄ uolebat. Ad hoc dicendum ꝙ mors Chr̄i & paſſio & traditio eius Deo placuit, eo ꝙ uoluntariæ & ex obedientia paſſus eſt, & quia erat ſalus generis humani, tamen actio crucifigentiū ei diſplicuit, quia qd̄ bonum erat ex fine iniuſtiſſime executi ſunt, & in tradendo Chr̄m aliam intentionem habuerunt quàm Deus pr̄ ī tradēdo ipſum. Deus n. pr̄ tradidit ipſum ex ſumma beniuolentia, & Chriſtus tradidit ſeipſum ex ſumma obedientia. Eſa. 52. Tradidit in mortem aīam ſuam, & Iudas eum tradidit ex ſumma auaritia, iudęi uero ex ſumma inuidia. Luc. 22. Sciebat eñ Pilatus ꝙ per inuidiam tradidiſſent eum, & Pilatus ex ſumma iniuſtitia. Luc. 22. Pilatus tradidit eum uoluntati eorum. Sed glorioſa mater, q̄ tenet eum in manib. ſecundum eccleſiæ repræſentationem utrū nolllet eum tradere nobis. Matres eñ ſunt ita curioſe de filiis ſuis & ita diligūt, ꝙ nolunt eos a ſe ſeparari. Sed quia ipſe eſt panis angelorum, & nos ſumus eius filij, in hoc tempore famis nō denegabit nobis eum ſi quæramus ab ipſa matre piiſſima dicendo illud hymni. Monſtra te eſſe matrem. Sed dicet, quid uultis mihi dare & ego uobis eum tradam? Dabimus ei non xxx. denarios, ſed unam ſalutem dicendo Aue.

Primo circa thema propoſitū dicemus de occaſione proditionis iudę. Secundo de foro proditorio eius. Primum itaque ſciēdum ꝙ occaſio quare Iudas magiſtrū ſuum tradidit ex auaritia primo proceſſit quia quando Martha fecit cœnam in Bethania. & Maria effudit ſuper caput domini unguentum precioſum, de eo murmurauit Iudas & de bono opere lapidauit eā dicens. Vt quid perditio hæc? Filius.n. perditionis non niſi de perditione loquebat̄. Potuit.n. (inquit) unguentum iſtud uenū dari pluſquam trecentis denariis. Cōiter in uenditione mundanorum contingit ꝙ uendens aliquid lucretur uel emens, ſed ī hac uenditione nec iudas nec iudæi quicquam lucrati ſunt. Vulgo dr̄ qui de malis mercib. ſe expedit bonam dietā facit, econtra Iudas malam dietā fecit qui pro tam paruo p̄tio tantas merces expoſuit, quam multi ſunt hodie tales qui uendunt innocentes & iuſtitiam eorum pro denariis ſapientiores paululum q̃ Iudas. quia pluris ęſtimant iuſtitiam ideo plus uendunt unguentum illud quo leniri & ungi debebat pauper. Sed certe 2. Mach. 4. Quandiu ſupereſt Iudas impoſſibile eſt pacem eſſe negociis. Quandiu.n. receptores munerum ſuper innocentem habent regimen & dominium, non poterit eſſe pax inter hoīes, ideo dr̄ eis. Eſa. 5. Ve qui iuſtificatis īpiū pro muneribus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo. Narrat Pli. li. 12. Quòd aquila hoc modo uenatur ceruum. qui teſte Philoſo. 8. de aīalibus inter omnia aīalia quadrupedia exiſtimatur diſcretior. Nā puluerē multū colligens ſedet & ſuper cornua cerui puluerem excutit in oculos uerberans ora pennis ſuis, donec currendo ipſum in rupem præcipitet. Sic diabolus qui Abac. 1. eſt ſicut aquila feſtinans ad comedēdū dominos & iudices auaros uenatur, quorum ſapientia animalis eſt & diabolica. Illi aūt mundiales æſtimantur diſcretiores qui auaritiæ ſtudent, qui ſunt ſapiētes mūdi. Primo eos cupiditate terrenorum excęcans, præcipitans deinde in gehennam. Duo cornua ſunt potentia & ſcientia ad iu-

iudicandum quibus eos diabolus ita fortiter tenet, ꝙ uix euadere poſſunt.

B *Immitti. De tripli ci imiſſio ne.*

Immiſit Sathanas in cor, ut traderet eum Iudas ſymeonis ſcariotis, qui uocabatur ſcariotes a ſcariod vico quædã in tribu iſachar vnde putatur oriundus, ut dicit Guil. Pariſien. Immiſſio autem triplex eſt. Quædã eſt immisſio Dei qua Deus immittit in iuſtos gratiam & laudem Dei Gen. 2. Immiſit Deus ſaporem in Adam, &. p̃s. Immiſit in os meum canticum nouum carnẽ Deo noſtro, & in iniuſtos ſicut in Iudam immittit hoc eſt immitti promittit culpam. Exo. 8. Immittam in te omne genus muſcarum ideſt omne genus uiciorum. Muſce enim quæ inquietant carnem ſunt uicia & tentationes, mali motus & cogitationes, quæ inquietant mentem. hæc ſunt muſce morientes. Eccl. 9. quæ perdiderunt ſuauitatem vnguenti in Iuda, cũ tamen domus impleta eſſet ex odore illius unguenti. Secunda eſt immiſſio angelorum, quæ eſt ad liberandum. p̃s. Immittit angelus dñi in circuitu timentium eum, & eripiet eos.

C *Immitte-ſz. Q̃uo diabolus immiſit in cor Iude*

Tertia eſt immiſſio ſathanæ qua immiſit in cor Iudæ. p̃s. Immiſſiões per angelos malos, uiam fecit ſemite iræ ſuæ. Sed q̃ritur quomodo contrauit diabolus in eũ cum ſecundum corpus non fuerit demoniacus, neque in animam poſſit intrare cũ ſolius Dei ſit. Reſpondetur quod dupliciter pôt intelligi ꝙ fiat immiſſio in cor hominis. Vnomõ ſm ſubſtantiam, ita ꝙ diabolus ſubſtantialiter cor ingrediatur, & hoc ſolius Dei eſt. ſ. mentibus illabi, & non diaboli. Vñ gl. ſuper illud. Abacuch. 2. Dominus in templo ſuo, pôt aſſidere ſimulachris ſp̃us immundus, ſed intrinſecus eſſe nõ pôt. Aliomodo ſm operationẽ, & iſtud pôt fieri & factũ eſt in Iuda tripliciter. Sicut apoſtoli (inquit Aug. lib. de conſenſu. euangeliſtarũ.) Primo receperunt ſpiritũ ſctm̃ inſtinctu occulto. Secundo inſufflando in os eorum. Tertio manifeſte ſub ſpecie ignis, ſic malignus ſp̃us. Primo in Iudã ingreſſus eſt occulto inſtinctu mouendo eius fantaſiam ad furandũ, & dandum furta quibus non erant danda, & ad ſuggerendum auaritiam & perditionem, ſicut de amico dr̃ ipſe intrauit cor meum, non tñ p̃ſona ſed amor eius. Et ſi dicatur ꝙ hoc diabolus miſſus eſt impedire ut patet de uxore prelati. Rñſio ſm Guil. Pariſ. diabolus a principio paſſionẽ Xp̃i p̃curauit, ſed in fine p̃pendens utilitatẽ eius uoluit ĩpedire. Secundo diabolus ingreſſus eſt in cor Iudæ dando occaſionem & iſtud fuit in unguento effuſo, ubi tunc plenius poſſeſſus ẽ a diabolo. Et hoc factum eſt ad cautelã noſtram, ut timeamus ſicut Guil. Pariſ. ait ꝙ quilibet quãtũcunq; perfectus de ſe non p̃ſumat, cũ audit Xp̃i apoſtolum ſuũ magiſtrum & dñm, imò oĩum creatorem prodiſſe. Chriſ. Si ille qui cũ Xp̃o fuit, qui ſigna operatus eſt, qui tantã audiuit doctrinã philargiria in tm̃ deductus eſt baratrũ multo magis uos qui nec ſcripturas auditis, & paſſionibus indeſinenter affixi eſtis, facile ab hac paſſione capiemini. Tertio conducendo ad operationem, & hoc fuit poſt bucellam panis. Ioh. 13. Aug. huiuſmodi ingrato dum panis intrat in uentrẽ, hoſtis intrat in mentem. Sicut enim p̃ guttur patentem habuit ſerpens ingreſſum ad genus humanum, ſic & habuit ad proditorem redẽptoris generis humani. In quo apparet q̃ periculoſa eſt gula. Albertus li. 7. de animalibus. Conſuetudo lupi eſt infigere dentes gutturi ut citius interficiat. Sic diabolus per uicium gulæ celerrimę ad alia uitia deſcendit. Cito enim guloſus uel ebrioſus perdit rationem, motum, & linguam. Iudas uero rationem perdidit, ſed non motum & linguam, quia ſtatim abijt ad principes ſacerdotum ut traderet eum. Tam execrabile facinus non poterat niſi duce diabolo fieri. Et mirabile eſt quod poſt intinctam buccellam non mutauit animam ſed ex beneficientię ſigno maius cõcepit odium. Inde a domino antea diabolus eſt nũcupatus, quia ſicut diabolus poſtquam cecidit non potuit reconciliari, ſic nec iudas quocunque ſigno reconciliationis ex parte domini prætenſo, ut ſicut in ſuo ſcelere diabolus ſic & iudas maneret obſtinatus & deſperatus. In quo etiam uere diaboli dici poſſunt qui in ſuis opinionibus permanent indurati. Dicunt tamẽ quidam quod occaſio introitus ſathanæ non fuit buccella illa quaſi eſſet corpus Chriſti ſed magis præſumptio qua auſus eſt tangere ipſam domini ſcutellam cum tanta proditione & murmuræ ſuę conſcientiæ, neque dedit ei in os buccellam ſed coram eo poſuit ad comedendum, & ille auſus eſt ut familiaritate malitiam tegret illam accipere.



D [illegible]

Secundo quæritur ſi dicens fuerit & honeſtum, immo bonum, tam uilem & turpem hominèm tam ſancto iungi collegio. Et uidetur ꝙ non quia dr̃. Eccl. 10. Eſt malum quod uidi ſub ſole ſtultum poſitum in dignitate ſublimi. Hoc enim eſt ualde indecens. Iſte autem ſtultus erat in dignitate apoſtolatus. Iuxta illud. p̃s. Epiſcopatum eius accipiat alter, ergo ualde indecens fuit. Secundo quia ſecundũ regulã topicorum, album tanto albius quanto impermixtius, ergo collegium iſtud tanto ſanctus & melius quanto impermixtius malo, igitur melius fuiſſet ſi non fuiſſet in illo collegio. Videtur ergo defeciſſe in operibus ſuis. Reſpondetur. Primo ꝙ malũ in quattuor bono cooperatur. Primo malum declarat bonum. Oppoſita. n. iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. Album enim contrapoſitum nigro albius apparet. Et ſecundum Aug. lib. de natura boni. Sicut nos in loquendo decenter ſilentiũ interponimus quanto magis deus quarundam rerum priuationes eſſe decenter facit ſicut rerũ omnium perfectus artifex? Ex quo oñdit ꝙ ſi cut ſermonis decentia maior eſt interpoſitione ſilentii quã ſi continue proferretur, ſic uniuerſitatis pulchritudo maior eſt ex interpoſitione bñ ordinatorũ malorũ. Secundo malũ quodammõ decorat bonũ in aliqua uniuerſitate uel collegio, licet illã partem quæ mala eſt deformet quia in tali loco pôt mulier habere maculam ꝙ decenter eĩ conueniret & eſſet ſignũ pulchritudinis maioris, licet illã partem in qua eſſet macula deformaret. Sic cicatrix in facie militis cũ eſt in loco debito ipſum reddit pulchriorẽ. Et ad hoc eſt exemplũ. Augu. lib. de ciui. Dei. Sicut pictura cum colore nigro in ſuo loco poſito decoratur, ſic uniuerſitas bonorum & malorum pulchra eſt, quamuis deformitas partem illã deformet. Tertio malum purgat bonum. Augu. 1. de li. ar. Quid enim tam magnum eſt in domo quam homo, & quid abiectus cloaca domus. Seruus in grandi peccato detentus ut mundandæ cloacę dignus habeatur ornat domum etiam turpitudine ſua. Et utrunque. ſ. turpitudo ſerui, & mundatio cloacę coniunctũ ita diſpoſite, domui coaptatur, ut eius uniuerſitati ordinatiſsimo decori conueniat, quamuis ſeruus immundus habeatur. Sic tyranni ſanctos martyres purgauerunt. Quarto conſeruat & perficit. Nõ enim eſt perfecta domus ſine cloacis, nec perfecta domus in hoc ſeculo ſine malis. Videat quiſque in congregatione ſi ſit cloaca domus, uel ſeruus ad mundãdũ cloacam & ſi ſic hoc uereatur. Sicut palea conſeruat granum & matureſcit, ſic malitia ſanctos uiros exercet & perficit. Greg. Nõ eſt Abel quem Chain malitia nõ exercet. Dr̃ ſecundo ꝙ licet ille iudas fuerit uiliſsima perſona, his tamen de cauſis ſuperius tactis uoluit dominus ipſum eſſe de collegio apoſtolorum, & ut nemo murmuret ſi in ſanctis congregationibus ſæpe inueniantur aliqui mali, quando in collegio Xp̃i ab eo electo inuentus eſt unus reprobus. Ait. n. dominus. Nõne ego. 12. uos elegi & unus ex uobis diabolus eſt? Dr̃ tertio ꝙ malum eſt de perfectione uniuerſi, ſed non partis illius quam deformat. Perficit enim exercitius belli ex magna uictoria, q̃ non conſtat ſine grandi malo. Sed tamen pars in qua malum eſt non ex eo perficitur, ideo malum infecit iudam & collegiũ apoſtolorum decorauit.

E *Malum. Qua rõe dñs diſſimulat punire mala.*

Iterum quæritur cum dominus ſcitet iudã magnificentiam proditionis in breui acturum. Iuxta illud. Homo pacis meæ qui edebat panes meos magnificauit ſuper me ſupplantationem quare dominus non illico eum extirpauit, cum dominus omnium iudex ſciret eum proditorem? Quaſi in hoc dare uẽ exemplum iudicibus, ut proditores permittant exercere officium proditionis. Dr̃ primo ꝙ alter peccatum reordinat iudex, aliter Deus iudex enim uix poteſt ipſũ reordinare niſi per mortem uel pęnitentiam inflictam Deus autem non ſic, ſed etiam diſſimulatione ſcit reordinare malum. Hoc mõ ẽt ſm aſtrologos. Iupiter planeta beniuolus ſuos & ñ ſuos iuuat. Ion. 3. Quis ſcit ſi conuertatur & ignoſcat Deus, & reuertatur a furore iræ ſuæ & non peribimus? Dicitur ſecundo ꝙ potuit dominus diſsimulare, ut non cito puniret poſtquam ſciuit proditionem ſuam. Primo quia nondum complete erant iniquitates eius, ut excederent iuſticias ſuas quas aliquando domino propiciante fecerat. Neque enim dominus manus miſit ad puniendum eum, donec appenſus fuiſſet in ſtatera, & inuentus fuiſſet minus habens. Gene. 15. Necdum complete ſunt iniquitates amorꝛ, [illegible]

reorum, ideo tunc non occidit eos Deus. Dicitur ſecundo quòd uoluit dominus exemplar oſtendere ꝙ ad faciendas graues punitiones prudentia debet eſſe dilatiua & deliberatiua. Hinc Seneca. lib. de clemētia ad neronē. Non eſt homine utendum plaga egypti eodem die a domino inflicta quo comminata uel ordinata erat, immo ſemper in craſtinū dilata eſt, ſicut de morte animalium, apparitione ranarum & locuſtarum dicitur Exo. 8. Cras erit lignum iſtud: & 9. Cras faciet dn̄s iſtud, & 10. Inducam cras locuſtam in finibus veſtris.

In ſecunda parte dicendum eſt de foro proditorio ipſius Iudæ. Nam cum immiſiſſet Sathanas in cor, ut traderet eum Iudas Simeonis ſcariotis, diem ſibi quærebat opportunum ut uenderet eum. Et qa ſecūdum tertia & quarta ſabbati dn̄s fuit ſemper prædicans in Hieruſalem, non inuenit tempus, quomodo ab eo recederet & principes alloqueretur uſque ad quintā ſabbati quæ nunc dies mercurij appellat̃, qua die dominus manſit in Bethania & Iudas eo die tendens Hieroſolymā ad emendum ea quæ erât opus ad diem feſtū, abijt vnus ex. 12. ad principes ſacerdotum non coactus nec repente perſuaſus, quia per quattuor dies meditatum ſcelus peregit. In ſignum cuius quarta feria multi communiter abſtinent a carnibus. Et dixit eis. Quid uultis mihi dare, & ego uobis eum tradam? Vbi impleuit illud miraculū diabolicum quod Chriſtus per ſuum apoſtolum Iacobum dicit non eſſe faciendum. Nunquid (inquit) fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquā? quia ex ore Iudæ emanauit aqua dulcis prædicationis, deinde effudit aquam amare ꝓditionis. Ad illi conſtituerunt ei. 33. argenteos. In hoc habemus duo documenta. Primum eſt quòd non debemus mirari ſi in ſanctorum ſocietate quandoque ſint aliqui mali, quando in tam nobili collegio inuentus eſt qui tam nobile facimus faceret. Tunc uerificata eſt illa Eſaie prophetia Leo comedet cum agno, Iudas cū Chriſto ſecundum documentum quòd timendum eſt officiarijs prælatoꝝ ſi ne ruāt in horrenda peccata, quando officiarijs talis prelati ſicut Chriſtus erat magnum periculum fecerunt. Nam in collegio Chriſti erant tantum duo officiarij. Petrus qui nondum habebat eccleſiæ poſſeſſionē ſed ſolum promiſſionē, & Iudas qui erat dux domus eius, & tamen Petrus eum negauit & alter eū prodidit. Sed quæritur quare dominus Iudam elegit in apoſtolum & ipſum epiſcopum cōſtituit iuxta illud ſæ. allegatum a Petro. Epiſcopatum eius accipiat alter, cum tamen eſſet ſimoniacus & apoſtata. Videtur malum exemplū exhibitum. Reſponſio. Prima ueritas. Creditur ꝙ Iudas ab initio fuerit bonus quando elegit eum Chriſtus, ſicut nunc plures aſcendunt ad dignitates boni qui poſt modum deſipiſcunt, & antea in ſimplicitate ſua optime ſe regebant. Non enim melior erat in populo ſaul dum ſeruabat aſinas, & nullus eo deterior aſſumpto in regimē populi. Secūda ueritas. Quanuis dominus ſciret illum futurum furem & proditorē, non tamen ſine ratione fecit illum diſpenſatorem domus ſuæ, ut oſtenderet prælatos non multum debere eſſe ſolicitos de temporalibus ſed principaliter de animalibus. Tria enim ſolum habuit Chriſtus in uita ſua, matrem ſuam, eccleſiā, & burſam ſuam. Matrem Iohanni commiſit tanquam dilectiſſimo & caſtiſſimo Petro tanquam fideli & probatiſſimo eccleſiam cōmiſit, Iudæ uero burſam ſuā tradidit. Tertia ueritas ſecundum communem theologorum opinionem Chriſtus poſt collationem & inſtitutionem ſacramenti euchariſtitiæ quod ſuſcepit Iudas Iudam conſtituit epiſcopū, quia licet prius uocati eſſent ad epiſcopatum temporale electionis eorum ad apoſtolatum, tamen tunc primum facti ſunt ſacerdotes cum dixit Xp̄s in cœna. Hoc facite in meam commemorationem. Primus enim erant ex officio miſsi ad ſe exercendum in prædicatione ſicut nouicij prædicatores. Io. 17. Sicut me miſiſti in mundum ita, & ego miſi eos in mundum, poſtea uero tanquam magiſtri & prælati & poteſtatē habentes miſſi ſunt in uniuerſum orbē. Quarta ueritas. licet iura humana propter enormitatem criminis reddant ſymoniacos inhabiles ad ordines ſuſcipiendos, nondum tamen erant illa iura inſtituta. Chriſtus autem qui eſt ſuper iura hoc fecit certis de cauſis. Primo ne occaſionem prodendi haberet ſi eū ſicut & alios non ordinaſſet. Secundo ut obuiaret errori dicentium quod Papa & prę-



prælati, quando ſunt heretici ſunt a Chriſto depoſiti & degradati. Ille enim erat hæreticus, & tamen non eſt a Chriſto degradatus. Tertio ut non mirentur homines ſi poſtea in eccleſia Dei multi latrones inueniantur & ſymoniaci, quando in teneritudine eccleſiæ cum non eſſent niſi 12. vnus inter eos inuentus eſt ſymoniacus. Modo uero ſunt multi in dedecus Xp̄i & eccleſiæ ſuæ. Multum enim indignaretur quis ſi uenderetur a ſeruo ſuo in foro ſicut iumentum, quantomagis contra eos qui Chriſtum uendunt in ſacramentis? Si furando calicem quis ſacrilegus eſt, quātomagis qui totam furatur eccleſiā? Ioh. 10. Qui non intrat per oſtium. ſ. Chriſtū, in ouile ouium ſed intrat aliunde, ille fur eſt & latro. Ideo non ſine cauſa expelluntur a ſuis beneficijs, quia diſpēſatores qui res domini ſui uiriliter & male tractant & pro nihilo dant expelluntur. Satis uilipēdit aulam regis, qui eā facit halle de marchant. Petrus enim nō eſt inſtitutus in cathedra ſua ſymoniace. quia dictum eſt ei. Tibi dabo claues non tibi uendam. Sed uelint nolint Petrus & Paulus. i. doctrina eorum, multi uolant & uolabunt in altis dignitatibus eccleſiæ cum Symone mago, qui tandem cum eo fracta ceruice cadent. Et propterea quia Iudas uendidit pecunia dominum & Iudæi ſic emerunt eum, ideo ſicut ſymoniacis ablatum eſt ab eis illud beneficium & nobis donatum.

*Feria quinta in cœna domini. ſermo primus, & in ordine. 139. Quemadmodum ego feci, ita & uos faciatis. Ioh. 13.*

A SEd quomodo iubet dominus nos facere ſicut & ille fecit. Nūquid nos ad impoſſibile uult obligare? Nūquid uult nos ſuper mare ambulare ſicut & ipſe fecit, ſuſcitare mortuos ſicut fecit cœcos illuminare, ſurdis auditum præbere, paralyticis greſſum reſtituere ſicut & ipſe? Dicit̃ primo quod illa miracula quæ fecit dn̄s in corpore uult ꝙ ſimilia faciamus in anima, quæ tanto præſtantiora ſunt corporalibus miraculis, quāto anima præſtat corpori, ut ſunt ſuſcitare animam noſtram & animas noſtrorum ſubditorum a morte peccati: cœcos cęcitate mentis illuminare ſurdis ad auditum uerbi Dei auditum reddere & ſic de alijs, & hoc Deo principaliter auxiliante & operante. Et ſicut in miraculis corporalibus præcipue opabatur per ſanctos ſuos, ſic & in huiuſmodi per miniſtros ſuos. Deut. 32. Et in ſeruis ſuis miſerebitur. Maior enim eſt miſericordia quæ fit in anima & durabilior quàm quæ fit in corpore. Dicitur ſecundo quòd non iubet dominus in uerbis propoſitis ꝙ quicquid fecerit dominus & nos faciamus, ſed modum & formam faciendi iubet. Ait. n. Quemadmodum ego feci, ita & uos faciatis. Modus autem faciendi erat ſecundum formam uirtutis & artem bene operandi, quam ſolus docet ille artifex omniū Chriſtus. Ad exemplar igitur iſtius operantis ut faciamus. quæramus ipſum exemplar a uirgine quæ tenet illud in manibus ſuis, ad quod obtinendum dicamus Aue.

In omni opere artis. primo requiritur materia circa quam operatur ars, & hanc in arte bene agendi ſemper abunde miniſtrat Deus uel diabolus, Deus materiam bene cogitandi, diabolus male cogitandi & agendi. Et quia hæc materia ſemper prōpta eſt, nec deeſt arti noſtræ, ſupereſt ſecūdo inquirenda forma quam docet artifex Chriſtus. Modus igitur bene operandi in quinque conſiſtit quæ hodie docet Chriſtus in euangelio. Primo igitur docet Chriſtus formam prudentiæ in conſideratione finis ad quem tendit homo. Vnde ait euangeliſta. Ante diem feſtum Paſchę ſciens Ieſus, quia uenit hora eius. Sicut autem ſciuit dominus ante diem mortis tranſitum ſuum, ſic & nos debemus ſcire quia uenit honora ut tranſeamus. Ve homini qui imparatus & imprecogitatus ad diem hunc accedit, ne forte poſt diem Paſchę ſciat traanſitum ſed tarde nimis. ſicut illi qui faciunt feſtum ante uigiliam. de quibus Iob. 21. Ducunt in bonis dies ſuos, ecce feſtum, & in puncto ad inferna deſcendunt, ecce uigiliam. Sera nimium erit iſta cogitatio, quando in tormentis illa extorquebitur. Nō igitur inueniat nos illa dies imparatos. Secundum documentum ꝙ deſiderabilis eſt iſte tranſitus bonis, quia terminus eius eſt abyſſus amoris & fons totius charitatis expreſſus per paternum nomen. Inde eſt ꝙ ſancti ſemper deſiderauerunt hunc diem mortis temporalis, ut poſſent ſuum finire exitum, tranſire de morte ad uitam, de miſeria ad gloriam, de peregrinatione ad domum paternam. Si. n.

B
*Mors. Tranſire Trãſitus morti, noſtræ dẽt a nobis ſępius cogitari.*

theobrotus

theobrotus lecto de imortalitate animę Platonis libro ſe præcipitem in mare dedit, ut ex hoc mundo ad uitam tranſiret quam ſperabat meliorem, qui tñ infidelis erat. Si apud thraces uetu iſtitutum fuit cum gaudio celebrare obitus hominum, cum quanto deſiderio debent iuſti anhelare ad hunc tranſitum, qñ per ipſam mortem perueniunt ad finem intentum? Inde eſt q̃ ſanctorum mortes apud chriſtianos ſolênes habentur. Secundo dedit dñs formam operandi in charitate. Nam cum dilexiſſet ſuos qui erat in mundo in finē dilexit eos &c. ſuos nō ſolum creatione, ſed electione & familiaritate qui erāt in mundo hoc addidit (ut ait Chri.) ꝓpter eos qui extra mundum erant, in finem dilexit eos. i. uſq; ad mortem. Quos. n. in uita dilexit, dilexit in morte. Prouer. 17. Oī tēpore diligit qui amicus eſt. Diligunt n. nos hoſtes noſtri, ſed non in finem ſed ad tps. Diligit mundus dum fortuita bona auri & argenti diſtribuit, ſed non in finem, qa mundus morientes deſerit. Diligit caro blandimenta miniſtrans, ſed non in finē, quia euulſa a nexu aīæ ſtatim uermib ſcaturit. Diligere uidetur dæmon dū uanis honorum uehiculis aīam extollit, ſed nō in finem. quia miſeram aīam allidit dum alleuat & in abyſſum deiicit, ſed dñs cum dilexiſſet ſuos, in finem &c. Secundo ītelligitur in finem dilexit. i. in conſummationem quaſi nih l oīo derelinquens eorū q̃ facere decēs eſſet eum q ualde amicus eſt Eſa. 5. Quid eſt quod ultra facere debui uineæ meæ & nō feci? quaſi diceret illud. Oīs conſummationis uidi finem. i. uſq; ad finem cōſummaui oīa quæ debui. Tertio ſecundum Aug. in finem dilexit eos. i. in ſe qui eſt finis conſummans. Quarto in finē. i. in mortem nō q̃ morte termiuetur eius dilectio, ſed intūi dilexit q̃ uſq; ad mortem cum dilectio perduxit. Ioh. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet &c. imò tam grandis & fortis fuit eius dilectio q̃ mors quam ſciebat ſe paſſurum pro eis & procuratione unius illorum eā extinguere non potuit. Fortis enim erat mors dilectio imò morte fortior. Sciebat. n. q̃ iam miſerat Sathanas in cor Iudæ, ut traderet eum, & ñ dilectio eius inuento obſtaculo non defecit ſed magis uires ſuas oſtendit. Quinto in finem dilexit eos. i. maiora

E Amor. Xρ̄i Deus dilexit ſuos in finem.

in finem dilectionis ſigna demonſtrauit & uehementiorem amoris effectum in ablutione pedum & datione ſui corporis & aliorum. Vnde Chriſo. Propter quid hæc antea non fecit, quia (inquit) ea q̃ maiora ſunt ultimo adiecit ut melius memorię ſigeret. & ut diſcipulorum intendat ipſe familiaritatem, & multā det eis conſolationem contra ea q̃ ſuperuenire debebant aduerſa. Tertio oſtendit dñs formam magnæ ſapientiæ diſſimulando ſuum proditorem inter cęnandum, quia uidebat pfectum humano generi ex illo facto prouenientem. Vnde ait. Et cęna facta cū miſiſſet Sathanas in cor &c. ſciēs quia dedit ei omnia pater in manus ſuas, & quia a Deo exiuit & ad Deum uadit &c. Cęna facta quantū ad agnū Paſchalē, non quātū ad alios cibos, quia recubuit iterum Veſpere illo multa fecit dñs. Primo comedit agnū Paſchalem. Secundo ſurrexit a cœna & lauit pedes diſcipulorum. Tertio iterum recubuit & inſtruxit eos de ſuo proditore. Quarto inſtituit ſacramentum altaris, & eis communicauit. Quinto permiſſione ſua ſurrexit Iudas & iuit ad principes ſacerdorum ut traderet eum. Sexto reprehēdit Petrum de iactantia, & ei prędixit negationem trinam. Septimo ſuper contentione quis eorū uideretur eſſe maior placauit eos. Octauo dum iret Iudas fecit illum pulchrū ſermonem de amore & patientia, qui durat uſq; ad principium 17. capituli. Nono fuit illa glorioſa oratio quam fecit ad patrem, & deinde exiit ad ortum ubi capiendus erat. Hæc refectio dicta eſt cęna propter tria quæ ſolent in cęnis contingere. Primo quia in ueſpere facta. Nam Chriſtus ueſpere temporis & legis & ætatis mundi & circa ueſperum uitę ſuæ hanc fecit, & in ueſpere mortis nobis ſumendam dereliquit. Iuxta illam precationem Luc. ult. Mane nobiſcum domine qm̄ aduesperaſcit, & ſic eam ueſpere. i. in fine uite debemus ſumere, & poſtea ad ſomnum contemplationis & orationis ire, non ad locutiones terrenorum & diſſolutiones procedere. Tales enim per Iudam deſignantur qui poſt cœnam iuit ut perderet dominum. Secundo quia ſpecialiſſimis amicis eſt exhibita. Ad prandium enim in quo dantur groſſa cibaria, id eſt bona temporalia, uocantur oēs & boni & mali, Mat. 5.



Matthei. 5. Qui ſolē ſuū facit oriri ſuper bonos & malos. Sed ad hanc cœnā ſolū uocātur amici. Cant. 5. comedite amici & inebriamini chariſſimi. Inde inebriatus eſt Ioānes in iſta cęna ita, q̃ neſciuit iræ ad lectū ſuum ſed ſuper pectus dñi recubuit. In cuius figura dr̄ q̃ Ioſeph. inuitauit fratres ſuos in meridie, ſic xp̄s in feruore charitatis ſuos diſcipulos. Tertio quia cibo delicatiſſimo eſt referta. ſ. cibo filiorū & cibo angelorū. Gen. 49. Aſer panis pinguis præbebit delitias regibus. Ite. n. panis regū eſt non ruſticorum. Cum iam diabolus miſiſſet in cor. &c. Ex quo patet q̃ iter conuiuium fuit unus proditor, inter filios Dei aſſuit & Sathā, & in conuiuiis mūdi magnū latet periculum. Creduntur oēs eſſe amici, ubi latet anguis in herba. Sed q̃ritur utrū diabolus immittere poſſit cogitationes in cor hominis. Et vr̄ q̃ ſic per illud quod in textu dr̄. In oppoſitum quia Matth. 15. de corde exeunt cogitationes malæ, nō ergo a diabolo. Rñſio. Prima ueritas. Demon pōt intrare corpora & uexare, & hoc dupliciter, qñq; turbando aīam, ut in energuminis qñq; tñmodo uexādo corpus, ut in maleficiatis. Hoc oſtēdit Bonauen. 2. ſ. diſ. 8. alleg. Aug. lib. de diuinatione demonū. Demones (inquit) per naturā ſuæ ſubtilitatis & ſpiritualitatis poſſunt q̃cunq; corpora intrare & penetrare & in eis ſine aliquo obſtaculo ac impedimento ſubſiſtere, & rōne ſuæ poteſtatis ea corpora in quibus ſunt turbare, commouere, & uexare, niſi prohibeantur a ſuperiori uirtute. Quæ uexatio permittitur a Deo, aut ad ſuæ gloriæ oſtenſionem, aut ad peccati punitionem, aut ad peccantis correctionem, aut ad noſtrā eruditionē. Sed quia iſtarum cauſarum permittat, latet humanam induſtriam, propter hoc q̃ occulta ſunt Dei iudicia, uera tñ & iuſta. [illegible] Iudicia dñi uera iuſtificata &c. Secūda ueritas. Dæmō poteſt excitare ad male cogitandum & opera[illegible] [illegible] 2. ſ. d. 3 quia demones hñt poteſtatē tranſmutandi fantaſias noſtras & imaginationes, & gñaliter oēs potentias organis infixas oēs ſenſus illudēdo. quātū Deus permittit. Et quia intellectus utitur illis potētiis, ideo ipſis turbatis cōiter turbat rationem. Non tamē hoc regulariter permittitur in iuſtis. Hinc de Iob pręcipitur Satha

D Cogitati[illegible]

næ, uerumtamen animam illis ſerua. Ad hoc autem ſequitur excitatio ad malum quæ dicitur tentatio. Secundo dæmones cogitationes immittunt per accidens ad motionem fantaſmatum & imaginum in ſomno, ſed tamen intellectus non cogitur eas accipere, & dicuntur immiſſiones per angelos malos. Mouet etiam ſanguinem & feruere facit, & ſic ad libidinem prouocat. Oſeæ. 7. Omnes adulterantes ſicut clibanus ſuccenſus a coquente. gloſſ. diabolus coquus, clibanus fornicator. Item diabolus poteſt parabola miniſtrare, puta malas imaginationes, exteriores importunitates, & occaſiones, & cibos quæ ſunt uitiorum fomenta. Nec tamen propter hoc cogitur mens aſſentire, ſed ſemper remanet libera ad aſſentiendum. Licet enim aliquando ex immiſſione diaboli conſurgat cogitatio mali, non tamen ſine aſſenſu conſurgit cogitatio mala, & ſic immiſit diabolus in cor Iudæ ut traderet Chriſtum, quia dedit ei occaſionem & tentationem unde proceſſit cogitatio mali, & deinde cum conſenſu cōgitatio mala. Periculum tamen eſt quando anima eſt circa inutilia occupata, uel uagatur & eſt otioſa. Tunc enim faciliter offerunt ei male cogitationes. Tertia ueritas. Dæmon non poteſt in nobis cauſare cogitationes malas, quia ſi ſic non eſſet reprehenſibile habere illas, quod tamen reprehendit dominus Matth. 15. Vt quid cogitatis mala in cordibus ueſtris? Sciens quia omnia dedit ei pater in manus. Triplici quidem iure. Primo iure hæreditario diuinę filiationis. Nam ſi filius & hæres. ut arguit Paulus Roma. 8. & Galat. 4. Inde dicit pater in p̄s. Poſtula a me & dabo tibi gentes &c. Ac ſi diceret illud. omnia mea tua ſunt. Secundo iure mutue dilectionis ad patrem. Antiquum enim philoſophicè ueritatis prouerbium eſt, amicorum omnia eſſe communia. Cum ergo Pater diligit filium & demonſtrat ei omnia quæ ipſe facit, ſequitur quòd illo iure omnia ei dedit. Tertium ius Chriſto appropriate conuenit ratione humanitatis aſſumptè, titulo uictorioſæ ſe debellationis. & ciuilis acquiſitionis & conqueſtus, quia Chriſtus in ea natura aerias poteſtates debellauit & prædam eripuit. Ephæſi[illegible]

E Chriſtus. Quo iure omnia chriſto dedit pater in manus.

Ephæſios.2.Aſcendens Chriſtus in altum captiuã duxit captiuitatẽ. Vnde & de eo dicitur Phil.2.Propter qđ & Deus exaltauit illum & dedit illi &c.Sic cuilibet uero xp̃iano oĩa dedit.Rom.8.Qui proprio filio ſuo nõ pepercit ſed pro nobis oĩbus tradidit illum, quomodo non cum illo nobis oĩa donauit? Vnde Hieronymus ad Paulinũ. Credẽti totus mundus diuitiarum eſt, infidelis ẽt obolo indiget. Et hoc dedit triplici iure. Primo iure filiationis dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri,his qui credũt in noĩe eius Ioan.1.& hoc rõne fidei.Secũdo rõne victorię de hoſtibus,quæ ſpei correſpondet.Roman.5.Spes non confundit. Spes.n.ſub futurorũ expectatione dat victoriã de hoſtibus.p̃s.In me ſperauit, liberabo eũ. Tertio titulo redamatiõis & hoc ꝑ charitatẽ qua Deo adhæret. Primo mõ ſe hẽt Deus ad Chriſtianum ſicut pater ad filium quem hæreditat.Secundo ſicut rex ad militẽ quem coronat.Tertio ſicut amicus ad amicum cui oĩa cõicat & oĩa dat ĩ manus. Quia tamẽ modo ſumus paruuli, & Gal 4. Quanto tp̃e hæres paruulus eſt nihil differt a ſeruo cum ſit dñs oĩm,ideo quouſq; excreuerimus in uirum perfectũ, non hæreditabimur in cęleſtibus.Quarto docet dominus formã operandi in humilitate.Et hoc quadrupliciter. Primo ſurgendo a cœna,ſicut ſeruus & miniſter ſurgeret ad miniſtrandũ.Hinc dicit. Surgit a cęna.Secundum aũt auctorẽ de uita Xp̃i,diſcipuli ſui ſtatim ſurrexerũt cũ eo ignorãtes quo uellet iræ,& ipſe deſcendit cũ eis in alium locũ inferius in eadẽ domo ſubtus cęnaculum.Nam in ſuperiori parte domus Paleſtini faciebant cęnacula & inferius cubicula.Sunt aũt in monte Syõ duæ capellæ ubi erant canonici regulares cum abbate ſm regulã btĩ Aug.dño miniſtrantes,una ſuperior ubi cœna facta fuit & ſpiritusſanctus ſuper diſcipulos deſcendit,alia inferior ubi xp̃s cũ diſcipulis fuit & lauit pedes eorũ & eis ianuis clauſis poſt reſurrectionem apparuit. cui contiguum eſt crimiteriũ quod dr̃ bonorũ uirorũ poſſeſſio,ubi ſepulti ſunt Stephanus, Gamaliel & Nichodemus cũ aliis ſctĩs viris,ubi etiã eſt ſepulchrũ Dauid,& Salomonis,& aliorum bonorum regum Iuda & Hieruſalẽ. Hæc auctor de vita Xp̃i.Secundo deponẽdo ueſtimenta ſua. Subditur.n. Et poſuit veſtimẽta ſua.i.depoſuit vt expeditius ſeruiret. Legitur Xp̃s ter depoſuiſſe viſtimenta. Primo quidẽ in cœna dũ lauit pedes diſcipulorum, ſed non fuit ex toto nudatus. Non.n.creditur nudus eis deſeruiſſe ſed principalibus ueſtibus exutus, quas quidẽ poſtea reſumpſit.Secundo in flagellatione vbi etiã ueſtimenta ſua poſtea reſumpſit. Tertio in cruce nudatus ſed nõ reſumpſit In quo notatur ꝙ tribus ueſtimentis exui debeamus. Primo ueſtimentis bonorũ tẽporalium ſubueniendo proximo,non quidem ex toto eis nos exuendo ſed aliqua reſeruãdo ad neceſſitatẽ noſtrã & proximorũ. Hæc.n.eſt aqua pietatis qua extergitur miſeria eorũ. Quia tñ miam mĩa cõſequitur, ea quodãmodo reſumimus cum pro tẽporalibus ſp̃ualia miniſtrantur. iuxta illud Luc.6.Date & dabitur uobis.Secundo pro tp̃e quo uidemus proximos in pctĩs & miſeriis & anguſtiis, debemus ueſtimentis iocunditatis & glorię noſtræ ex toto exui & eis cõpati, & cũ receſſerit aduerſitas iterum reindui, ſicut præcipitur Eſa. 52. Induere veſtimentis gloriæ tuæ ciuitas ſancta. Vnde tẽpore pluuioſo ueſtes ſp̃cioſæ deponuntur ſed ſereno adueniente ſuperinduuntur. Tertio debemus exui ueſtimentis vilibus animæ noſtræ.ſ. pectĩs & malis conſuetudinibus cum aſcẽdimus ad crucem religionis uel priæ, & nunquã amplius his reindui.ſ.ipſis oĩmode renunciare,vt dicat noſtrũ quiſq; illud Can 5. Expoliaui me tunica mea, quõ induar illa? Tertio accipiendo lintheũ. Nã cum accepiſſet lintheum præcinxit ſe &c. Quarto lauando pedes diſcipulorum ſuorũ. Nã ſtatim ſequitur. Et cępit lauare pedes diſcipulorum ſuorum &c. Hæc lotio figuralis erat ſequentis lotionis ſp̃ualis. Tunc.n.lauabat eos aqua,ſequenti die ſanguine ſuo Vnde miſit aquã in peluim non alius pro eo. Forſitã diceres. Dñe afferam ego & ibo pro aqua.Sed non erit ita,quia neceſſe eſt ut ipſe dominus afferat.Nõ.n. poſſemus ſeruire de una gutta aquæ miſericordię niſi dominus afferat & uidere poſſumus quàm prõptus ſit ad afferendũ, q̃a ſi uiderit te pedem extendere, id eſt affectionem,ſtatim turret ad aquã gratiæ miniſtranda. Vnde Xp̃s in incarnatione accepit formã ſerui.Phi.2.In cœna formã ſeruilis artificis cum lauit pedes in paſſione for-



formã latronis. Eſa.54. Et cum ſceleratis reputatus eſt. Humilitatis aũt ipſius magnitudo ex tribus penſatur. Primo quidẽ cum eſſet ille cui ſubiecta ſunt oĩa & cui oĩa dedit pater in manus, & per cõſequẽs ipſum proditorem ut concludit Aug. Ait enim. Iam traditor traditus erat ei quem tradere cupiebat,nihilominus tanta ſublimitas ad pedes ſeruorum ſuorum inclinari dignata eſt.Secundo quia cum eſſet tam nobilis ut per æternam generationem a Deo patre proceſſiſſet, quia a Deo exiuit & ad Deum uadit,tamẽ humiliare ſe non dedignatur uſq; ad pedes proditoris.Aug. Hæc ad maximum cumulum humilitatis acceſſit, ꝙ etiam ipſi pedes non dedignatus eſt lauare,cuius manus præuidebat in ſcelere. In quo datur exemplum ſuperioribus cum humilitate inferioribus miniſtrare. Mẽbra enim infima in corpore humano ſunt pedes, & uiles ſordes eis adhærent. In hoc ergo ꝙ caput eccleſiæ lauit pedes. oſtenſum eſt ꝙ maiores in eccleſia Dei etiam humilia obſequia minimis debent pręſtare. Ve eis qui nec faciem eorũ ſcilicet conſcientiæ lauare curant. Vix.n. lauaret pedes qui lauare faciem dedignatur. Secundũ documentum,ut ſi quãdoq; nos cõtingat ab amicis prodi aut a famulis uel aliquibus uilioribus perſonis pati, non propterea ſcandalizemur in eo reſpicientes exẽplũ qui bonis domini potius, benefactorem ſuum & magiſtrum prodidit. Sed cor noſtrum durius eſt adamante quod non flectitur, & tamẽ dominus humiliatur. Anſelmus. O terra & cinis adhuc ſuperbia te eleuat, adhuc impatientia te exagitat. Intuere manſuetudinis & humilitatis ſpeculum uniuerſæ facturæ creatorem & tremendum iudicem uiuorũ & mortuorum ante pedes hoĩs etiam traditoris ſui genua curuantem. Diſce diſce ab eo,quia mitis & humilis corde, confunde re in ſuperbia tua & erubeſce in impatientia tua. Conſidera igitur o anima quõ ſe nunc inclinat diuina maieſtas uſque ad peccatorũ & pauperũ hoĩm pedes. Stat inclinatus dominus oĩm,& genibus flexis corã ipſis ſedentibus propriis manibus lauat & deoſculatur pedes oĩm, etiam ſuo proditori eadem obſequia præbens. Quinto docet dominus formã eruditionis. Primo particulariter erudiendo ſimonẽ Petrũ. Vnde additur. Venit ergo ad ſimonẽ Petrũ ſm Aug.incipiens a Petro ut ei q̃ maior erat præcipuum daret humilitatis exẽplum, ſm illud Eccl.3. Quãto magnus es, tanto humilia te in oĩbus.Secũdum Chryſoſt. incępit a Iuda proditore ut nobis oſtenderet etiam inimicis officium humilitatis & humanitatis exhibendum. Vt.n. vult Chryſo. primo cępit lauare pedes diſcipulorum,& deinde ſubiunxit. Venit ergo ad ſimonẽ Petrum quaſi aliquem ante Petrum lauerit, ſed euangeliſta qui non eſt uehemens accuſator proditoris eũ nõ nominat. Domine tu mihi lauas pedes quaſi diceret.Non hoc conuenit. Tu enim dominus,ego ſeruus,tu deus, ego homo, tu creator ego creatura. Tu mihi miſerrimo piſcatori eis manibus lauas pedes a ſordibus,quibus cęcorum oculos aperuiſti. Si non lauero te.In hoc eſt documentum ꝙ ſi ſumus aut velimus eſſe diſcipuli domini ſæpe debemus ei extendere pedes in confeſſione ad abluendũ. Alioquin nõ habebimus partem cum eo. Anſelmus.Cogita quæ poteſtas, quę maieſtas hoĩ pedes lauit & exterſit, quæ benignitas proditoris ueſtigia ſctĩs manibus tangit. Specta & expecta & ultimus oĩm tuos & præbe pedes abluendos, qm̃ niſi quem lauerit non habebit partem ſecũ. Secundo generaliter erudit oẽs. Vnde dicitur. Et cum recubuiſſet iterum a t eis. Scitis quid ferim vobis. Vos vocatis me magiſter & domine &c. Exemplum enim dedi uobis &c. Exempla malorum de facili ſequimur bonorum de difficili. Puer citius malum quàm bonum exemplum ſequitur. Simia in ridiculoſis magis imitatur quàm in ſerioſis. Facile ẽ montes uidere, difficile aſcendere. Sic facile eſt uidere uitam Xp̃i & ſanctorum,ſed difficile his quæ nõ didicerunt imitari. Et maxime cum ſicut aucupes habent aliquas pictas aues, vel imaginatas per quas attrahunt alias uiuas. Sic mali per malorum hominum exemplum citius attrahũt ad laqueum peccati quàm boni ad bonũ. Videmus enim ad experientiam ꝙ capta columba omnes aliæ auolant, ſed capto porco omnes alii congregantur. Sic cadẽte uno iuſto in peccatum & decepto per diabolum alii iuſti fugiunt. Poeta. Felix quem faciunt aliena pericula cautum, & cauent ſibi, econtra mali congregantur imitando.

G *Expẽlũ. Quõ exẽpla malorum faciliter ſequimur, non bonorum.*

Imitando. Et ſi ſequamus exempla præcedentium patrum, hoc tamen eſt ſicut gnani ſuper humeros gygantium qui licet ea uideamus q̃ gygãtes uident, nuſquã tamẽ ad altitudinẽ perfectionis eorum peruenire poſſumus, licet clarius & longius & per multa plura exempla uideamus.

*Sermo 2. feriæ quintæ in cœna domini & in ordine. 140. Venit hora eius ut tranſeat ex hoc mundo ad patrem. Iohannis. 13.*

QVando magni uiri tendunt ad regionem longinquã, & illic iter arripiũt ubi ſperant magnificari & in poteſtate & dominio exaltari, ſolent ſuorum amicorũ & magnatum magnam uocare comitiuã & illos magnifico conuiuio reficere. Rex regum in mundo iſto pauper, hoc ſacro tempore uoluit ire ad patriam ſuam ubi debebat magnus dominus ſedere ad dexteram patris. Ideo hodie uoluit facere feſtum amicis ſuis in craſtinum illuc profecturus. Hinc dicit euangeliſta ſciens Ieſus quia uenit hora ut tranſeat ex hoc mũdo ad patrem cum dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos In cuius dilectionis ſignum fecit hodie feſtum, ſeu conuiuium inauditum a ſæculo, quia dedit carnem ſuã & ſanguinem in cibum & potum, & inſtar Abrahę ſtantis in oſtio tabernaculi in ipſo feruore diei, ut pauxillo aquæ lauarẽtur pedes tranſeuntiũ. Gen. 18. Sic dominus Ieſus in exceſſu oſtij, hoc eſt ſupra punctum mortis, in ipſo feruore charitatis quo paſſus ẽ, uoluit lauare pedes diſcipulorum ſuorũ. Cum. n. omnia fecerit in numero pondere & mẽſura, neſciuit tamen unquã diligere ad menſurã. Nec mirum quia datus fuerat ei ſpiritusſanctus qui eſt amor, ſed non ad menſurã, ita ut ipſemet aquam afferret ad mundandũ pedes diſcipulorum. Neque. n. quis unã guttã aquæ põt afferre ad lauandum pedes cuiuſquã niſi ſolus Chriſtus, qui ſolus aquas grãtũ tribuit. Aquas inq̃ quæ ſuper cęlos ſunt. quæ cõtinuæ bñdicũt dñm. Quòd ſi extẽdamus pedem affectionis immediatè currit ad aquã illã elargiendam. Vt ergo illã obtinere poſſimus, ad eam recurramus quæ hauſit abunde de fontibus ſaluatoris dicentes Aue.

*A* Circa thema propoſitum dicemus primo quia uenit hora eius ut trãſeant. Secũ- *Tempore. Quo ...* do uenit hora eius ut miniſtret. Tertio uenit hora eius ut recumbat. Circa primũ dicemus primo ꝙ uenit hora ut tranſeat ex hoc mundo in mortem. Secundo ꝙ trãſeat ex hoc mundo in diſcipulorum amorem, & tertio ꝙ uenit hora ut tranſeat ex hoc mundo ad patrem. Quo ad primum dicit euangeliſta. Ante diem feſtum Paſchæ ſciens Ieſus quia uenit hora ut tranſeat, & nos cum Chriſto hoc præſcire debemus ad uitandum periculum huius trãſitus. Perſona tranſiens per pontem arctũ debet aſpectũ dirigere ad pontem ne corruat. Omnes quidem uolumus tranſire ad ciuitatem Dei, quod fieri non poteſt, niſi tranſeundo pontem mortis ita arctum ꝙ oportet militem deſcẽdere de equo ut ſecure trãſeat. Eſaiæ. 31. Equi eorum caro. Sed multi reſpiciunt ad aquam, id eſt mobilia bona, honores, & dignitates, ideo cadunt in ponte & merguntur. Tren. 1. Omnes inimici appræhenderunt eam inter anguſtias. ſ. mortis. p̃s. In imagine pertranſit homo, in imagine ſcilicet mortis æternæ, quia mors temporalis imago eſt mortis æternæ, uel in imagine bonorum cęleſtiũ, quæ eſt terrenum bonum, & ſolum umbra uerorum bonorum. Ad maiorem aũt ſecuritatem dñs per hunc pontem tranſiens cũ baculo crucis. p̃s. Dicite in nationibus, quia dñs regnauit a ligno. Ideo morienti datur crucifixus, uel crux, ut ſecurius trãſeat. Quod recordabaẽ qui dicebat: Hæc recordatus ſum & effudi in me animam meam, quoniam tranſibo &c. Quia uero Paſcha dicitur tranſitus. Triplicem tranſitum, ſiue triplex Paſcha ſolenne in ueteri teſtamento legimus. Primum Paſcha fuit in tranſitu maris rubri, per quod deſignatur tranſitus a ſtatu culpę in ſtatum gratiæ, quẽ debet quilibet timere ne hũc non poſſit facere. Primo quia homo per ſe nõ poteſt illo tranſitu tranſire. Gloſa ſuper illud Matth. 19. Apud homines impoſſibile eſt, apud Deum omnia poſſibilia ſunt. Gloſa interli. Impoſſibile eſt ut a cupiditatibus homo per ſe conuertatur. p̃s. Homo ſpiritus uadens & non rediens uadens per ſe in peccatum, & non rediens per ſe ad gratiæ ſtatum. Eccleſ 7. Conſidera opera Dei ꝙ nemo poſſit corrigere quẽ ille deſpexerit. Magnum. n. chaos eſt inter ſtatũ peccatoris & ſtatum gratiæ firmatum, ꝙ ſolus Deus ſoluere poteſt. Eſt. n. chaos illud



illud pctm̃ qđ ſolus Deus remittere põt, iõ ille tranſitus nõ fit niſi diuina virtute. Eſ. 40. Ego ego ſum ꝗ deleo iniquitates tuas propter me. Scđo ſi non trãſit neceſſe habet perire, cũ ſit quaſi in manibus inimicorũ ſuorum. Baruth. 3. Qui eſt Iſrael, ꝙ in terra inimicorũ es? Inueteraſti. n. in terra aliena. Tertio in hoc ꝙ ille per quem libet tranſire adeo eſt inimicus eius ꝙ iam hẽt gladiũ euaginatũ ſuper caput eius. p̃s. Gladiũ ſuũ uibrauit &cæ. Iuſticia dei eſt gladius euaginatus ſuper caput pctõris q̃ ſecare eũ per mediũ. ſ. ut pars illius putreſceret, & pars altera donaretur in igne inferni, niſi mĩa Dei gladiũ reuocaret. Probet igitur. ſe hõ faciẽdo iſtũ primũ tranſitũ cũ filiis Iſrael in exitu de ęgypto. i. de tenebris peccatorũ. Secũdus tranſitus, ſiue ſecũdũ paſcha fuit in deſerto poſt trãſitum maris rubri, qui eſt de uirtute in uirtute ꝑ deſertũ Sinai. Numeri. 9. In quo deſerto habent mãna in cibũ, nubẽ in ducẽ, ſerpentẽ eneũ in tutorem à morſibus ſerpentium ignitorum. i. incẽtiuorũ luxurię. Sed iſte tranſitus videtur ualde periculoſus propter raritatem tranſeuntium & pereuntium multitudinem. Pauci enim ſunt qui ueræ pœniteãt, ſed pauciores ꝗ ad peccata poſt pnĩam nõ redeãt. Cõtra quos. 2. Pe. 2. Melius erat illis viã iuſtitiæ nõ agnoſcere quã poſt agnitionem retroſum conuerti. Tertiũ paſcha fuit in galgalis poſt tranſitũ iordanis. Ioſuæ. 5. A ſtatu gratiæ ad ſtatũ gloriæ, qđ quidã faciũt ambulando per uiã cõem, ut cõiugati qui ſignificãtur per Iob, alii nauigando vt prælati qui ſignificantur ꝑ Noæ, alii uolando ut contemplatiui qui ꝑ Danielẽ. In hoc tranſitu aquæ ſuperioris. i. iuſti ſteterũt, aquæ uero inferiores defluxerũt in mare mortuũ. i. in infernum. Sic iſte tranſitus ualde timẽdus eſt ex de cauſis. Primo quia in hoc tranſitu tranſibi homo ſolus nullus ei amicorum ſocietatem faciet. Chriſtus in hoc tranſitu ſolitarius tranſiuit. Secundo quia nudus exibit. Iob. 1. Nudus egreſſus ſum de utero matris &c. Tertio quia hoſtes peccatores perſequentur illum ibi. ſ. peccata quæ nõ ſunt ꝑ pnĩam delecta. Augu. Opera bonorũ ſequũtur illos, opera malorũ ꝑſequuntur eos. Quinto quia ad regionem ſibi incognitã uadit. ſ. in regionem umbrę mortis. Exemplum de imperatore qui moriẽdo gemebat quia neſciebat ubi dormire deberet illa nocte. Sexto qa tot & tãtas ei contumelias intulit qui ſolus põt eum in iſto tranſitu liberare. Iordanis enim Dei virtute ceſſit filijs iſrael ut ad terrã promiſſionis trãſirẽt. Propter primũ tranſitũ debitam exhibet eccleſia reuerentiam crucifixo & patibulo eius. ꝑ crucem. n. pnĩæ fit tranſitus à ſtatu culpę ad ſtatũ gratiæ. ideo multũ amãda crux in die paraſceue oſcultetur. Propter ſcđm deuota eſt eccleſia in corporis Xp̃i ſumptione, quod neceſſarium ad trãſeundum deſertũ pnĩæ. Aug. Perit qui ſine pane cœleſti ad patriam tendit. Propter tertiũ in quelibet periculoſa infirmitate deuota eſt aĩa in dñica reſurrectione. p̃s. in flumine tuo pertranſibimus pede. & in flumine baptiſmi uel pnĩæ pede affectionis pertranſimus deuote ad cœlebrandã gloriã reſurrectionis. Secundo uenit hora ut tranſeat dñs in diſcipulorũ amorem. Vnde cũ dilexiſſet ſuos ꝗ erãt in mundo in finẽ dilexit eos. Sed quęritur cũ ſuus ſit orbis terræ & oẽs qui habitãt in eo qũo hos ſpãliter dicit ſuos. Dr̃ primo ꝙ dicit ſuos electos ſcilicet & p̃electos inter electos de oĩbus Xp̃ianis diſcipulos quos ſingulari familiaritate dilexit. Mundus. n. hẽt ſuos & Xp̃s ſuos, ꝗ dilectione & odio diſcernũtur. Nã qui Xp̃i ſunt ẽt inimicos ſuos diligũt. in hoc enim cognoſcent oẽs quia diſcipuli mei æſtis ſi dilectionẽ habueritis, adinuicem. Io. 15. Qui mundi ſunt odiũ Xp̃m, & ſuos perſequuntur. Io. 17. Mundus eos odio hũit, quia nõ ſunt de mundo ſicut, & ego non ſum de mũdo. Mũdani. n. ꝑſequũtur ſeruos Dei nec poſſunt eos aut uidere aut audire, ſicut nec Xp̃m audierunt. iõ dicit idem euangeliſta. 13. Cũ dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, nõ dicit ꝗ erant de mũdo. Dr̃ ſecundo ꝙ licet alios diligat qui non ſunt ſui. i. electi iuxta illud Sap. 11. Nihil odiſti eorum q̃ feſtici, nõ tamen diligit eos permanenter & in finem Ariſto. 8. Ethico. dicit amicitiã ex triplici bono cãri utili delectabili, & honeſto. Amicitiam perueniens ex utili aut delectabili nõ eſt firma aut permanẽs, quia fundamẽtum eius. ſ. bona naturæ aut fortunæ non ſunt permanentia, ſed trãſitoria, Deus aũt reprobos diligit ad bona trãſitoria tantummodo. ſ. diuitias & delicias cõferendas,

*C Prædeſtinatio. Qũo deus diligit electos ſuos in finẽ & ꝑmanenter.*

das, iõ nõ ꝑmanet illa dilectio ſed ſtatim tranſit in odiũ, & iõ nõ diligit eos in finẽ Eccl. 3. Tp̃s dilectionis & tp̃s odij ſequit. ſ. Eſt amicus mẽſe & nõ ꝑmanet in die tribulationis. ſ. mortis. Tũc. n. eſt inimicus. Amicitia vero quæ inhoneſto fundatur permanẽs eſt, qa charitas nunq̃ excidit. iõ xp̃s ſuos pp uirtutẽ & inæternũ finẽ diligebat. Dr̃ tertio ꝙ hoc iõ de ſuis notauit euãgeliſta, ut ſuis ſimiliter faciat catholici cũ morti appropinquant, ut. ſ. inæternũ finẽ diligãt ſuos hr̃des, ſicut & Xp̃s ſuos hæredes dilexit, & dimittãt eis pacem & co cordiã. Vocauit. n. dñs ſuos amicos Apoſtolos vidẽs terminũ vitæ ſuæ & uolẽs teſtãn diſponere p̃s. Cõgregate illi ſc̃tõs eius q ordinãt teſtñ eius, legauit aũt eis nõ prata nõ denarios, nõ vineas, qa nullũ iſtorũ hẽbat, ſed amorẽ & charitatem. Sic ergo cara charitas quã charus noſter xp̃s pro iocali nobis in teſtamẽto dereliqt in ſignũ huius amaris. Primo benigniſſimũ ſe hodie ad apoſtolos oñdit. Nã dulciſſimum hodie ad eos habuit colloquiũ, chariſſimũ fecit eis cõuiuiũ, humillimũ eis exhibuit obſequiũ, ꝓditorẽ ſuũ ad menſam recepit, pedes ei lauit, oſculum ei nõ negauit, cũ caperetur diſcipulos dimitti iuſſit. Hoc aũt ideo, qa hodie fuit vnguẽtũ in capite qđ deſcendit in barbã Aaron. i. in fortes & barbatos eccleſiæ, & poſtea deſcendit vſque ad oras ueſtimẽti Xp̃i. i. vſq; ad minores eccleſiæ, iõ hodie eccleſia cõſecrant unctiones, vnde ungẽdi ſunt fideles Propterea qui uices Xp̃. agũt, hodie beniguiſſime ſe debẽt habere ad peccatores, & liberaliter q̃ ad eorũ recõciliationẽ ꝑtinẽt facere. Se ẽt debẽt benigne habere fideles ad Xp̃m in mẽbris ſuis pedes lauãdo & elemoſinas faciẽdo. Sc̃do in ſignum huius amoris nos qui eramus excõicati, à paradiſi curia expulſi, abſoluit cũ ſuis magnis expẽſis, litteras iſtius excõicationis delẽs in cruce & donãs nobis litteras indulgẽtiæ Col. 2. Donauit nobis oĩa delicta delẽs qđ aduerſum nos erat chirographum decreti, quod & ipſum tulit de medio affigẽs illud cruci. Decretũ illud erat ſuĩa aduerſum nos lata. Gen. 3. Morte morieris, vbi duplex mors deſignabat. Nunc mors prima delecta eſt. ſ. mors pc̃tĩ, ſola vmbra mortis permanet. ſ. mors corporis Ber. Tanta auctoritate cõfirmatũ eſt hoc indulgentiæ priuilegium vt in ipſius Xp̃i membrana proprio ſanguine aſcriptę ſint litteræ abſolutionis nr̃æ, mane atq; inhuiũ vſq; hodie ſigillũ plage lateris, quæ ſemꝑ uultui patris exhibet ꝑ ſentia ſaluatoris. Iõ hodie fiũt ubiq; in eccleſia cões abſolutiones. Nos. n. comederamus & biberamus in taberna dyaboli, ſed Chriſtus ſinauit hodie de ſimbolo tradẽs vadiũ pro nobis. ſ. ſacramentũ corporis ſui. p̃s. Quæ nõ rapui tũc exoluebã, iõ dicit iudæis cũ ad cõprehẽdendũ eũ uenerãt. Si me q̃ritis, ſinite hos habire, quaſi dicẽs, offero me obſidẽ & fideiuſſorẽ pro illis liberãdis, ſinite hos habire liberos, ego hic morabor ꝓ ipſis. Nos. n. furtũ feceramus & ipſe ꝓ nobis ſuſpẽſus eſt in ligno crucis 1. Pet. 2. Ipſe portauit pc̃tã noſtra ſuꝑ lignũ pc̃tĩs mortui iuſtitiæ uiuamus. Diu eſt ꝙ portauit pc̃tõrũ noſtrorũ onera, ſed mõ nõ ſufficit niſi addamus onus oneri, pc̃tã pc̃tĩs, & tũ adhuc portãtur ab eo. De tali dr̃, vr̃ ꝙ portem eũ in humeris meis iuxta illud Eſa. 1. Laboraui ſuſtinẽs uos. ſ. qui tam graue onus mihi imponitis, pijciã uos à facie mea. dimittẽdo uos in pc̃tĩs veſtris, ſicut ꝓijcere ſolet hõ onus ꝙ portat ex tedio. Signa vero dilectionis quinq; oñdit Xp̃s, quibus modis ſolet q̃s alicui magnã dilectionẽ oſtendere. Primo ꝑ cõicationis familiaritatẽ. Sicut enim ſm̃ Ariſto. ethicorum. 9. Incõicatio diſſoluit amicitias, ſic cõicatio demonſtrat eas. Hoc oñdit dominus cęnando cũ diſcipulis & iuda proditore, de quo Lucę. 22. Deſiderio deſideraui hoc paſcha mãducare &c. Sciebat. n. benignus dñs ꝙ ſi ante refectionẽ ab eis receſſiſſet malã cęnam habuiſſent. Multi ſunt qui propter aſtantes quos ſibi iudicãt maliuolos, nolunt cũ ſuis amicis cõicare, ſed nec proditio grandis ullũ ꝑbere potuit tãto amori obſtaculũ, quin cũ ſuis amicis vltima cœnã faceret. Secundũ eſt corporale obſequiũ ſibi exhibẽdo. ad quod pertinet illa humillima & obſequioſa ſubminiſtratio in ablutione pedum. Tertiũ eſt de bonis ſuis ſibi ſubueniẽdo, ad ꝙ pertinet memorialis æterni derelictio ſub ſpeciebus panis & uini, q̃n nõ partẽ tꝑaliũ, ſed ſimul in vno oĩa bona dereliquit. Quarto ſecreta ſui cordis eis reuelãdo, ꝙ fecit in illa exhortatione diffuſiua qua ad charitatẽ, & tolerãtiã ſuos animauit ſecreta cordis



cordis reuelando. Io. 15. Vos aũt dixit amicos, quia oĩa q̃cunque audiui &c. Quintũ ſignũ mala ꝓ amico tolerãdo, q̃n ſeipſum obtulit in mortẽ. Tanq̃ fortis fuit eius dilectio ꝙ mors quam ſciebat ſe paſſurum pro eis & pro curatione vnius illorũ nulla aduerſitate potuit extingui, nullo obſtaculo deficere quin ruptis illius ſtagni calciatis per quinq; fontes effluerent riuus ſanguinis. Nec. n. riparia grãdis aliquo arctari põt quin effluat. Tãtus iterũ fuit amor ꝙ ipſum oſtium paradiſi diuiſit in duo fruſta, corpus. ſ. & aĩam vt ſic fracto oſtio intraremus cœlũ. Ego enim (inquit) ſuum oſtium. Io. 10. In hoc maxime cõſolari debent qui diligunt Deũ, qa maxime in finẽ diligũtur a Deo, qui eis maxima præſtat ſigna dilectionis. Tertio dicemus quia uenit hora vt tranſeat ex hoc mundo ad patrem. Nam ſubditur. Sciens quia a Deo exiuit & ad deum vadit. Aug. Aliud eſt tranſire de mundo, aliud cum mũdo, aliud ad patrem, aliud ad hoſtem. De mundo tranſit Xp̃s cum ſuis, ſed cum mũdo trãſit mũdus cũ ſuis, ad patrẽ tẽdũt electi, ad hoſtẽ tranſeũt hic electi pugnãdo, ſicut dauid qui prius interfecerat leonem & urſum. i. mundum & carnem, tranſit ad goliath cũ humilitate. i. ad pugnam contra demonẽ, qui cum ſuperbiæ iaculo pugnat. Nam ſancti uiri deuicto mundo & carne magnũ certamen habens contra ui tia ſpiritualia & cum demone. Tranſeunt uero in morte mali ad hoſtẽ ab eo victi & ſuperati. A Deo exiuit & ad Deum uadit. A Deo exiuit non eum deſerens, & ad Deum uadit non ſuos derelinquens, uel a Deo exiuit miſſus in carnẽ, & ad Deum uadit per crucem & mortem, uel a Deo exiuit per æternam generationem, & ad Deum uadit per glorioſam aſcenſionem. Exiuit olim Adam a Deo per creationẽ ſpiritus ut rediret ad dominum qui fecit illum. Sed ue peccatori, quia homo hic cũ in honore eſſet cõparatus eſt iumentis inſipientibus. Sic & nos cum ſequimur beſtiales motus uitam pecudum eligentes, qui porcino more uerſis vultibus ad infima dicimus. Adhæſit in terra uenter noſter, & iterũ. Adhæſit pauimento aĩa mea & iterum. Infixus ſum in limo profundi. Vnde eſt duplex exitus aĩæ. Vnus eſt exitus à corpore per mortem, in quo ſcit aĩa quia à Deo exiuit quia per creationẽ, ſed neſcit ꝓ certo ſi ad Deũ uadat per gratiã. Nemo. n. ſcit an odio uel amore dignus ſit. Hoc ſolius Xp̃i fuit. Vnde euangeliſta ſciens Ieſus, quia à Deo exiuit & ad Deũ uadit. Iõ morimur tremuli, ignorantes ſi iudiciũ dei cõforme ſit iudicio cõſcientię noſtrę. Alius eſt exitus aĩæ a deo qui eſt duplex. Vnus peſſimus per ſuperbiã, quo legitur exiuiſſe filius prodigus in regionẽ lõginquã. i. famis & egeſtatis Lu 15. Quo exierunt Adam & Chaim. Ge. 3. & 4. Quo ille de quo. Pſal. Egrediebatur foras & loquebatur in idipſum. i. contra Deum qualiter exierunt & exibunt quibus dicetur. Diſcedite a me maledicti. Hic autem exitus à Deo nihil aliud eſt q̃ diuine uoluntati propria anteponere. Taliter autem egrediens euaneſcit ſicut fumus, nec regreditur ſicut coruus. Alius eſt exitus bonus à deo per humilitatem, non quidem locali diſtãtia, quia. p̃s. Quo ibo a ſpũ tuo &c. Sed fit iſte exitus propria reputatione, q̃n anima ex conſideratione diuine immenſitatis reſilit in paruitatem ſuam, ad cuius præſentiam horreſcit & contremiſcit. Intratque fugiens ad ſe uelut in quandam deſertam oĩs perfectionis regionem. Q̃uo intrauerat Aug. qui ait lib. confeſſionum. & factus ſũ mihimet regio egeſtatis, quo Petrus ſtupore miraculi in captura piſciũ attonitus exire uoluit dicẽs. Exi à me domine, quia homo peccator ſum & ſimiliter cum hic dixit. Non lauabis mihi pedes inæternum. Felix anima quæ ſic exit deſcendens à Deo in ſemetipſam ſicut in uallem per humilitatem, ut iterum regrediatur ad Deum aſcendendo, quia omnis qui ſe humiliat exaltabitur. Se enim habent correlatiue exitus a Deo & regreſſus ad Deum, ſicut uallis deſcenſus & montis aſcenſus, & ideo non ſe putent tenere uiã qui de monte ſuperbiæ nolunt deſcendere in ſuã imperfectionem. quia de monte in montem non fit tranſitus ſine deſcẽſus. p̃s. Q̃uo dicitis tranſmigra in mõte ſicut paſſer quaſi dicat. Non eſt uia tranſmigrãdi ad Deum tranſire de monte in montem ſine deſcenſu, quemadmodum paſſer tranſit de monte in montem volatu ſuo nõ deſcendendo in uallẽ. In ſecũda parte uidendũ eſt q̃uo uenit hora domini ut miniſtret. Et p̃io ſe diſpoſuit ad miniſtrãdum.

dum. Secūdo cępit miniſtrare lauādo pedes diſcipulorū. Pro primo igiť ſubdit euangeliſta. Poſtquā cęnauit ſurgit à cęna. Cœna iſta facta eſt ī ſuperioris cœnaculo, qa in lętitia cordis & rōis q̄ ſunt partes ſuperiores hoīs in quibus dn̄s reficiť. Hilarē.n. datorem diligit Deus. Comedebant aūt in cęna ſedētes, in ſignū cuius Papa ſedēs cōicat, quia Petrus Xp̄i uicarius ſic cōicauit. Et depoſuit veſtimenta ſua & p̄cinxit ſe lintheo. Hoc fuit qn̄ mundiſſima & ſubtilia fila ſimul charitate cōtexta in vnū cętū fidelium iūxit ſibi. Hoc eſt lintheū qđ uidit Petrus Act. 10. Quo erat congregatio reptiliū quadrupedū & ſerpentiū. Auguſt. lintheū uidit Petrus in quo erāt aīalia immūda, ſed lintheū illud tinea nō cōſumit q̄ ueſtes alias corrūpit. Hæc eſt eccleſia quæ a tinea concupiſcentiorū & infidelitatis nō corrumpiť, ſicut & aliæ eccleſiæ uel ſynagogæ. Scđo cępit lauare pedes diſcipulorū. Magna fuit humiliatio Magdalenæ, qa ad pedes dn̄i, ſed iſta maior, quia creator ad pedes ſeruī, illa ad pedes ſui redemptoris iſte ad pedes ſui p̄ditoris. Vn̄ triplices pedes dn̄s lauit. Primo pedes corporales diſcipulorū, & hæc erat quaſi figura futurę lotionis, hodie.n. eos lauit aqua, ſed ſequēti die melius, quia ſanguine ſuo. Apo. 1. Qui lauit nos à pc̄tis noſtris in ſanguine ſuo. Secundo ſpūales pedes diſcipulorū i. affectiones de quaterſione. p̄s. Amplius laua me dn̄e ab iniuſtitia mea, & de hac dn̄s, & uos mūdi eſtis ſed non oēs, & qui lotus eſt &cæ. Tertio pedes proximorū quos dn̄s iuſſit lauare dicēs. Si ego laui pedes vr̄os dn̄s & magiſter, & uos debetis &c. Sic Magdalena lauit pedes domini. Caput. n. noſtrū ſuper cęlos exaltatū eſt, ſed pedes eius. i. pauperes adhuc ambulāt in terris. Qđ vni (inquit) ex mīmis meis feciſtis mihi feciſtis. Et bn̄ cōuenienter in fine. 40. pedes pauperū lauamus, quia primū viciū recedentibus à Deo & ultimū accedētibus ad eū eſt ſupbia. Ipſa.n. poſt oēs virtutes ſeuit, iō cōtra eā in principio. 40. armamur in ingreſſu certaminis ſpūalis cū dr̄ cuilibet nr̄m cinis eſt & in cinerem reuerteris. Ac ſi diceretur. Quid ſuperbis terra & cinis? Induatur caro purpura & ſerico, nec tamen inde eſt caro niſi caro. In cœna uere tanquam in exitu certaminis ad pedes

G Lauare ]. Qđ triplices pedes lauit dominus.

pauperū prouoluimus humiliati. Sic em̄ decet nos implere omnes iuſtitiam, id eſt oēm humilitatis formam. Et dixit ei Petrus. Dn̄e tu mihi lauas pedes? Nō eſt mirandū ſi Petrus miratur. cum Ioannes Baptiſta miraretur ꝙ ab eo dignaretur baptizari. Sed non erat timendū Petro, qa ſordes nō contrahit, ſed expellit candor lucis æternæ radius ſolis nō fędatur cloacis ſed eas euaporat & purgat. Qđ ego facio tu neſcis mō, ſcies aūt &c. Neſcitur vtilitas flagellorū dei & tribulationū, quas immittit ſicut virtus medicinæ nō ſtatim p̄cipitur ſed eius amaritudo primo, poſtea ſentitur eius vtilitas. Magiſter uolens ad correctionē puerum uerberare ſolet eum ueſtibus ſpoliare, qa tūc melius ſentit virgam & plus timet magiſtrū, & macilētus melius ſentit frigus quā pinguis. magiſter Xp̄s ſuis electis ut plus timeať & melius ſentiatur tribulationes immittit, & eos ſępe ſuis ſpoliat bonis. Eſa. 8. Voca nomen eius accelera, ſpolia, detrahe. Sic accipitur cibum ſubtrahit pullis pigris ex quo compellun tur quærere prædā, & tunc poſtea tales cognoſcūt qd ei fecerit deus, & quāto amore eis talia miſerit. Nō lauabis mihi pedes in æternū. Sed nunquid mentitus eſt Petrus cū dominus poſtea lauerit pedes eius. Rn̄ſio. Primo ex humilitate proceſſit iſta falſa aſſertio Petri, iō uenialis fuit & ſequenti lotione corporali deleta. In quo notādi ſunt q leuiter aliqua aſſerūt ſe facturos & poſtea nō faciūt. Vel pōt dici ſic. Nō lauabis mihi tali. ſ. ſic affecto & in tali opinione ſtāti, & ſimile eſt quod dr̄ Math. 20. Sedere aūt ad dextram meā uel ſiniſtrā non eſt meū dare uobis affectis. Sed iterū dicetur. Sicut ex humilitate fuit ꝙ Xp̄s ſe obtulit ad lauādū ſicut dicit glo. ſic ex humilitate fuit ꝙ Petrus recuſauit. Vtrūq; ergo erat meritoriū, nec erat ad hoc ſub tali pœna arcendus. Rn̄det Aug Nemo arcendus eſt a bono quod habet, ſed in melius p̄mouēdus. Nolebat aūt dn̄s Petrū permanere in bono qđ habebat, ſed in maius bonū p̄moueri. ſ. obedientiæ, & ſic bonum fuit quod Petrus noluit. Sed multo melius qđ dominus in Petro p̄fecit. Si nō lauero te nō habebis partem mecum. Si nō lauero te p baptiſma aut confeſſionem aut p tribulationē hoc eſt in granarium meum non ſimul intrabunt

H Tribulatio. I Tribulatio.

bunt granum & palea, ſed oportet flagello ſeparare, & tunc granum reconditur in horreum. Sic per tribulationem oportet hominem purgari, & ſic habebit patrem cum dn̄o. Vnde tribulatio lauat intellectum. i. pedem cognitionis. Eſa. 28. Tm̄ ſola uexatio dabit intellectum. Seruo malo comminatiue dr̄. Niſi intelligas faciam te intelligere. p̄s. Nox illuminatio mea in delicijs meis. Puer per uirgam diſcit, in aqua & in pelui bene terſa uidet homo faciem ſuam, & filius uerberatus patrem recognoſcit. Sed contra hoc arguitur quia hæc pars Dei non niſi peccato mortali amittitur, igitur ſi Petrum renitentem non lauiſſet Petrus mortaliter peccaſſet. Sed ad hoc reſpondet glo. Si non lauero te. i. ſi p̄tinaciter & obſtinate reſtiteris ut a me non laueris, non habebis partem mecum. Ex quo apparet ꝙ bonum aliqđ ex humilitate meritorię inchoatum, ſi non dimittatur p̄p bonū obedientiæ mortaliter peccatur. Inde eſt ꝙ cū religioſo a p̄lato ſuo aliquid p̄cipitur qđ non vr̄ rōni conſonū, poteſt ſe humiliter excuſare cum Petro, ſed audita ſecunda iuſſione dummodo nō ſit contra Dei p̄ceptum manifeſte, debet conſcientiam ſuam conformare mādato p̄lati. In ſcđa parte dicendū qūo uenit hora dn̄i ut recūbat. Vnde ſubiungitur. Et cū recubuiſſet iterum. Ex hoc ꝙ iterum recubuit & ſedens in menſa docuit, apparet ꝙ in menſa de ſpiritualib. loquēdum eſt. Vt em̄ naturalis appetitus degeneret a uoluptate, iungiť epulationi ſplendidæ cruciatus ligue. Tria aūt facta ſunt lotio, reſumptio ueſtium & recubitus, lauit in paſſiōe, reſumpſit habitum in reſurrectione, & recubuit in aſcenſione. Scitis quid fecerim uobis. i. ſcitis facti rōnem. Ac ſi diceret factum ignorare non poteſtis, ſed rōnem facti non intelligitis. Hæc aūt ſcire poteſtis per ſcripturas ſacras. Io. 13. poſt medicū. Si hæc ſcitis beati eritis ſi feceritis ea. Vos uocatis me magiſter & dn̄e. Eſt.n. magiſter intellectus & dn̄s affectus. Vn̄ cor regis in manu dn̄i eſt, & quocunq; uoluerit, uertet illud. Si cor regis quanto magis ſerui? Eſt etiam magiſter in artificio ſuo maxime illo qđ ſolus pōt operari, de quo Io. 5. Pater meus uſq; mō operať & ego operor. Illud eſt iuſtificare impios. Maius.n. eſt magiſterium uas confractum

L Magiſter.

reunire & partes coniungere ita ꝙ locus fractionis non appareat, q̄ aliud uas nouum formare, ut patet ī operib. figuli. Sic de corde hoīs fracto per peccatum Eccle. 21. Cor fatui quaſi uas confractum difficilius eſt ipſum reunire & coniungere per amorē ſic ꝙ fractura non appareat, ita ꝙ peccatum & conſuetudo ſint ex toto deleta q̄ facere nouū hoīem, imò quàm facere unum totū mundū nouū, quia ſecundū Aug. Maius eſt impiū iuſtificare q̄ cœlum nouū & terrā nouā creare. Ideo xp̄s q̄ ſic facit & docet corda fracta. Exemplum. n. dedi uobis. Quidam mala dant exēpla q̄b. dicet dn̄s in iudicio. Ecce dedi uobis exēplum bn̄ agendi & non ſolū præceptum, nec illud feciſtis, monui & feci ut faceretis, vnde uobis excuſatio? Tales non ſolū male agunt, ſed quocūq; p̄gunt relinquūt mala ueſtigia. Limax uermis uiliſſimus, quocunq; uadit relinquit ueſtigia fęda. Dan. 14. Reſpice cuius ſunt hæc ueſtigia. Et ſequitur. Templū aūt erat plenum ueſtigiis puerorum & mulierum, quia in templo eccleſiæ hodie non apparent niſi ueſtigia & exēpla muliebria & puerilia. i. inania & inepta, quæ non ſunt ſequenda.

M Exēplū. Qūo īexcuſabiles ſunt qui dāt mala exēpla.

*Sermo 3. in cœna domini. & in ordine 141.*

*Exemplum dedi uobis, ut quēadmodum ego feci, ita & uos faciatis.* Io. 13.

VOlens de bono uino tabernam facere ſolet amicos aliquos conuocare in domū ſuā & dare eis ad guſtandū uinum qđ exponendū eſt uenale, & ut melius ſapiat eis, ſolet adiungere buccellam panis, & tunc per p̄conē facit clamare ſicut uenale & expoſitum ad tabernā pro certo p̄tio. Sic hodie fecit dominus Ieſus. Volens em̄ facere cras tabernam de uino ſui pretioſi ſanguinis, prius hodie conuocauit ſuos amicos apoſtolos in cęnaculo, in quo fecit cęnam cū eis, & dedit eis de uino illo guſtare, & adiunxit buccellam panis ſui p̄tioſiſſimi corporis, qđ eis ſumēdū dereliquit, ſicut & nobis fidelib. & amicis ſuis ſub ſpecieb. panis & uini. Et ideo p̄co Iudas uolens uendere illud uenit antea clamans. Quid uultis mihi dare, & ego uobis eum tradā? Et fecit de hoc precioſiſſimo uino optimū forū, ſtatim poſt cęnā iſtam miniſtrās vinū illud una cū dolio corpis eius.

Ex quo apparet quòd hodie taberna ſun
dendi ſanguinis exponitur. In porta enim
ponitur ſignum quòd in domo aliqua uẽ-
ditur vinum. Sic hodie in porta eccleſiæ ſi
gnum apparet uendendi & tradendi ſan-
guinis Chriſti. ſ. altaria nudata campana-
rum ſilentium, ſicut initium doloris ex cõ
paratione mortis Chriſti occidendi. Inde
eſt quòd hodie ꝓ hac taberna glorificat
& magnificat eccleſia Deum, iuxta illud
Sap̃. 8. Generoſitatem illius glorificat cõ
tubernium. i. taberna in qua conueniunt
homines, vt exponit Iſidorus. Vnde ut di
citur Gen. 8. hodie dirupti ſunt fontes a-
byſſi magnæ ſcilicet miſericordiæ Chr̃i
qui per totum orbem manauerunt. Me-
lius autem de uino iſto guſtare non poſſu
mus quam per illam quæ diſtribuit illud
Ipſa autem eſt Maria, iuxta illud Canti. 1.
Introduxit me rex in cellam vinariam, or-
dinauit in me charitatem ad deſtribuen-
dum. ſ. iſtud vinum, ut igitur nobis diſtri-
buat ſalutẽ demus ei ꝓ p̃cio dicẽtes. Aue.

Vulgo dicitur nuſquam eſt bonum fe-
ſtum, niſi ibidem effundatur vinum. Id cir
co quia dominus in die paſchæ vult nobis
celeberrimum feſtum facere, hodie expo-
n t ipſum uinum venditioni & cras effun
det totum doliũ, ſuper quod hodie reqe
ſcens beatus Ioannes euãgeliſta ſolo odo
re inebriatus obdormiuit. Et quia ad fe-
ſtum neceſſarium eſt bonũ uinum, & ne-
ceſſe eſt eſſe qui prius probet ipſum ante
quam diſtribuatur diſcumbẽtibus ipſe do
minus Ieſus hodie probam fecit ſicut bo
nus potator, ut ſui inde auidius ſumere.
Vnde ait Apoſtolus hodierna. Accepit Ie
ſus calicem poſtquam cęnauit. 1. Cor. 11.
Ipſo autem bibito inuenit optimum, quia
accepto calice gratias egit. Et quia de bo
no uino libenter quæritur vnde proceſſit,
& quo ducitur dolium vt ſimile haberi
poſſit, hinc ipſe euangeliſta qui illud de-
guſtauerat hoc expreſſit dicens in euange
lio hodierno, quia à Deo exiuit & ad deũ
vadit. De bono enim vino vulgo dicitur.
Iſtud eſt vinum Dei, vinum inquam ſem-
per & omni tempore paratum ut potetur.
Hinc eſt quod dominus ſuam eccleſiæ ta-
bernam omni tempore tenet apertam,
omnibus inde bibere uolentibus. Vinum
inſuper optimo precio donatum, quia nõ
oportet niſi pie quærere ipſum, vnde ait.

*A Euchariſtia. Q̃uo dñs pro ſacramento euchariſtiæ tabernã fecit in eccleſia.*

Petite & accipietis, vinum etiam Theolo
gorum ſupremorum corona potata eſt.
Sed quia vinum ſine pane non eſt homi-
ni cõueniens, & longe ante per Hieremiã
cõquerebatur populus dicens, illud treñ.
4. Paruuli petierunt panem & non erat q
frangeret eis. Ideo ſeipſum die craſtino
fregit in ara crucis, qui hodie fracto pa
ne corpore ſuo manente integro ſe dedit
diſcipulis ſuis. Iuſtum enim eſt vt qui ex
ſe dedit naturam, det ex ſe nutriturã. Qui
enim mater ex ſua ſubſtantiam genuit li-
beros, eos ex ſua ſubſtantia alere tenetur.
Natura autem noſtra ſecundum animam
à ſolo Deo eſt. Iuxta illud. 1. Mach. 4. vbi
loquitur mater carnalis ad liberos. Neq;
enim ſpiritum & animam donaui vobis,
ſed mundi creator. Ideo dominus Ieſus
qui ex ſe dederet nobis animæ rationalis
naturam, ex iuſtitia ſua & benigna miſe-
ricordia ex ſemetipſo dedit nutrituram.
Et quia poſſet oriri quæſtio quomodo ad
hanc nutrituram ſumendam accedendum
eſt, ad hoc breuiter reſpondet dominus in
euangelio hodierno. Exemplum dedi uo-
bis &c. Nouem autem exempla ex euange
lio inuenimus, quæ dominus nobis oſten
dit antequam ſumpſerit ſacramẽtum cor
poris & ſanguinis ſui, & dederit diſcipulis
vt nos ſimilia faciamus. Primo dedit exẽ
plum ſummę ſapientiæ, quando ante hu-
iuſmodi ſumptionem memoratus eſt ſuæ
mortis. Vnde dicit Euageliſta. Ante diem
feſtum paſchæ, ſciens Ieſus quia uenit ho
ra eius ut tranſeat ex hoc mundo ad pa-
trem. in cuius exemplum antequam acce
damus ad hanc menſam memorari debe-
mus fragilitatis noſtræ quod melius face-
re non poſſumus quàm memoriam mor-
tis habendo. Quod quidem neceſſariũ eſt
propter tria. Nam ſecundum Ariſtotelem
oppoſita iuxta ſe poſita ſenſibiliora fiunt.
Cum ergo accedimus ad tam venerabile
ſacramentum, non melius dignitatem, &
profunditatem excellentiæ eius cognoſce
re poſſumus, quam ex ad aduerſo conſide
rata miſeriarum noſtrarum profunditate
& fragilitate, vt ex parte conſideremus,
quales ſcimus qui ad talem menſam acce
dimus, quia mortales & miſeri & ex alia
parte quis eſt qui nobis hanc menſam pa
rat, & quis cibus paratur, qui immortalis
& ops Deus noſtræ beatitudinis præmiũ,

*I Eucha-ſtia. Quod agẽdũ ... ante ſumptionem euchariſtiæ.*

vt



vt dicere valeat fidelis & Catholicus re-
cipiens hoc ſacramentum quod heſter re
gi aſſuero Heſt. 15. Vidi te domine quaſi
Angelum dei. i. quaſi angelum magni cõ-
ſilii & conturbatum eſt cor meum præ ti
more gloriæ tuæ. Secundo vt digni ſimus
qui ad hanc menſam inuitemur. Nõ enim
inſipientis & ſtulti ad eam vocantur, ſed
ſapientes & perfecti. Ait enim dominus p
Aug. Cibus ſum grandium, creſce & man
ducabis me Sed per memoriam mortis &
eius conſiderationem fit homo prudens
& perfectus, quia ſecundum Baſilium ma-
gnum, philoſophia diſcribitur, quòd eſt
meditatio mortis. Per eam enim ſapit ho
mo perfectæ de ſeipſo quid eſt. Vnde & in
diffinitione hominis antiqui philoſophi
addiderunt hunc terminum mortale. Per
eam etiam ſapit de rebus omnibus quales
ſunt & quam amandę & quam contẽnen-
dę, quia vt dicit Hiero. Facile contemnit
omnia qui ſe ſemper cogitat moriturum.
ideo neceſſaria eſt nobis hęc lectio vt ſi-
mus ſapientes, & per conſequens ad eden
dum agnum immaculatum appellati. So-
lent religioſi dum cibum volunt ſumere
lectione præuenire cibum. Sic nos religio
nis chriſtianæ filius quam ad cibum hunc
ſacramentalẽ accedamus, lectionem mor
tis memoremur. Prudenter enim per cau
dam nauis nauta dirigit nauem. Tertio ut
ſciat homo ſtatum in quo debet eſſe hoc
ſacramentum recipit. Debet enim eſſe in
tali ſtatu in quo ſibi hic ſecurum puta-
ret mori. Aduertat ergo quiſquis eſt ille
qui vult illud recipere, vt ſciat cum domi
no ieſu antequam faciat feſtũ paſchæ qa
venit hora ut tranſeat ex hoc mundo ad
patrem. Secũdo dedit exemplum ſummę
charitatis. Nam maxima ſigna dilectionis
præoſtendit diſcipulis ſuis, quando voluit
hoc ſacramentum ſumere & eis miniſtra-
re. Vnde ſubdit euangeliſta. Cum dilexiſ-
ſet ſuos qui erant in mundo in finem di-
lexit eos. in cuius exemplum amore dei
& proximi ardere debemus antequam ad
illud accedamus. Tum quia ſicut ſine ca-
lore digeri non poteſt cibus in ſtomacho
ſic nec ſine charitatis feruore in ſtoma-
cho animæ noſtræ nutritionem cauſare
poteſt. Tum quia iſtæ cibus ex amore no-
bis datus eſt & ad amorem nutriendum.
Ad quid ergo ſumitur in corde rancorę
pleno, vbi nõ habet quod nutriat, immo
potius quod ipſum extinguat? inde eſt ꝙ
Exo. 16. dicitur quod manna ad calorem
ſolis liquæſiebat & ad ignam indureſce-
bat, quia corpus Chriſti quando ab ani-
ma recipitur vbi eſt ardor ſolis. i. charita
tis, liquefit anima & in diuinum amorem
transformatur. Sed quando recipitur ab
anima ubi calor ignis uiget. i. mala concu
piſcentia tunc indurari eam facit per ob-
ſtinationem in peccato. Probet autem ſe-
ipſum homo utrũ ſit in calore ignis quo
tãtum diligat media in finem ſcilicet bo
na temporalia, quæ quandoque ſunt orga
na fęlicitatis ſecundum philoſophum. 1.
Ethi. quandoque impeditiua eiuſdem, uel
in calore ſolis quo ardeat amore dei, & ĩ
illum tanquam in finem diligat proximũ
Chriſti exemplo qui in finem dilexit eos
& ſic pe pane illo ædat. Tertio dedit
exemplum ſummæ humilitatis.

Nam (vt ſubdit euangeliſta) cęna facta
cum dyabolus miſiſſet in cor vt traderet
eum iudas Simonis ſcariotis, ſciens quia
omnia dedit ei pater in manus, & quia à
Deo exiuit & ad Deum vadit, nihilomi-
nus cum tantæ nobilitatis eſſet ſicut pro-
cedens à Deo patre per æternam genera-
tionem, voluit omnia opera humilia im-
plere, & vſque ad mortem turpiſſimã ſuã
maieſtatem inclinare, dans in hoc nobis
exemplum cum uolumus ad eum accede-
re, ſicut ille a Deum iuit humiliando ſe,
ſic illi humiliemus animas noſtras, nihil
pręſumptuoſe loquendo aut meditando
de nobis. Non enim requieſcere poteſt
Deus niſi ſuper humilem ipſo dicente per
prophetam Eſa. 66. Super quẽ requieſcet
ſpiritus meus niſi ſuper humilem & man-
ſuetum & trementem ad ſermones meos,
Quarto dedit exemplum magnę ſobrieta-
tis quando cęnam nondum perfecta licet
aliqualiter quo ad eſum agni conſumma
ta, ſurgit à cęna ad conſummanda myſte-
ria ad quæ miſſus erat. Sic nos eius exem
plo ſurgere debemus quaſi ſobrii à dele-
ctationibus peccatorum noſtrorum in qui
bus prius fuimus. Cęna enim intelligitur
delectatio peccati a quo ſurgendum eſt.
iuxta illud. Pſal. Surgite poſtquam ſederi
tis qui manducatis panem doloris. i. dele
ctationem ad quam ſequitur dolor & pę-
na. Vnde a tali cęna ſurgendum eſt prudẽ


ter

ter propter fercula peſſima q̄ dyabolus
ſuis miniſtrat. Nam ibi quidam comedũt
lutũ & feces ꝓpria. ſ. carnes putridas ſcor
torũ & meretricũ, vt luxurioſi q̄a incor-
porãt eas, & ueniũt ſibi. Prouer. 5. Ne des
alienis honorẽ tuũ & annos tuos crudeli,
ne forte impleant extranei uiribus tuis &
labores tui ſint in domo aliena, & gemas
in nouiſſimis quando conſumpſeris car-
nes tuas & corpus tuũ. Alii comedũt ibi
ferrũ, es, argẽtũ, & aurũ, & iõ mirabile eſt
ꝙ dẽtes eorũ nõ confringunt. Tren. 3. Fi-
lia populi mei crudelis quaſi ſtrutio in de
ſerto, & iſti ſunt prodigi. Sed iracundi ibi
paſcunt ꝓprio corde & viſceribus ſuis. Eſ.
9. Vnuſquiſq; carnẽ brachii ſui vorabit.
Odioſi vero & detractores paſcunt ſter-
coribus humanis. ſ. malis hoĩm q̄ deterio-
ra ſunt q̃ ſtercora, & quæ ſp̄ habẽt in ore.
Vñ. 4. Re. 5. In figura huius obſeſſi in ſa-
maria veſcebantur ſtercoribus colũbarũ.
Tren. 4. Qui nutriebantur in croceis, am-
plexati ſunt ſtercora. Comedũt ẽt iſti car
nes humanas. Hie. 14. Vnuſquiſq; carnem
amici ſui comedet in obſidione & angu-
ſtia in qua concludet eos inimici eorũ, &
q̄ q̄runt aĩas eorũ. Hinc prohibet ꝓuerb.
23. Noli eſſe ĩ cõuiuiis potatorũ neq; ĩ co
meſſationibus eorum qui carnes ad ueſcẽ
dũ ꝓferũt. Iob. 31. Si nõ dixerint viri ta-
bernaculi mei q̄s det de carnibus eius ut
ſaturemur? Inuidi aũt paſcunt alienis affli
ctionibus & dãnis quaſi ſpinis & tribulis.
Iob. 30. Radix iuniperorũ cibus eorũ. Sup
bi & guloſi vẽto paſcunt. Oſeæ. 12. Effrayn
paſcit vẽtũ. Sed ſolus accidioſus ibi tabe-
ſcit ieiuniis Iob. 30. Egeſtate & fame ſte-
riles q̄ rodebãt in ſolitudine ſqualẽtes, ca
lamitate & miſeria, a qua cęna ſurgẽdũ ẽ
cito, q̃ iõ rectæ cœna dr̃, q̄a dẽt eſſe vlti-
mũ prandiũ ne amplius hõ redeat in pec-
catũ. Quinto oñdit exẽplũ ſummæ diligẽ
tiæ. Vt. n. diligẽtius impleret opus qđ in-
tẽdebat depoſuit veſtimẽta ſua. Sic nobis
opus eſt ſumma diligẽtia & uigilãtia ad
deponendũ ueterẽ hoĩem. i. ueterẽ cõuer
ſationẽ & cõſuetudinẽ, ꝙ iubet ap̄ls Eph.
4. Deponite uos ſm̄ priſtinã cõuerſationẽ
ueterẽ hoĩem. Vñ Ionę. 3. Peruenit verbũ
ad regem Niniue. i. verbum cõminationis
ad rõem, & ſurrexit rex de ſolio ſuo. ideſt
de peccato ſuo in quo prius gloriabatur,
& abiecit veſtimentũ ſuũ añ ſe. i. pc̄ti ſpe-
ciem vel conſuetudinẽ. In figura cuius dr̃
Gen. 41. Protinus ad regis ĩperiũ. i. ad gra
tiã Dei eductũ de carcere pc̄ti totõderũt
Ioſeph. i. pc̄tm̃ dimiſit, ac veſte mutata ob
tulerũt ei. i. cõſuetudine. Sed q̄dã ſunt qui
ſe induũt praua cõſuetudine nõ tm̃ ſicut
veſtimẽto qđ põt auferri ſine dolore, ſed
ſicut pelle ſua q̄ uix põt exui, de q̄bus Hie
re. 13. Si põt ethiops mutare pellẽ & par-
dus varietates ſuas, & uos poteritis bñfa-
cere cũ didiceritis malũ. Tales. n. rõ exuũt
pellẽ aut nunq̃, niſi ſe ponant in arcta reli
gione vel pnĩa, ut ſint dr̃ Mat. 10. Prodẽ
tes ſicut ſerpentes q̄ per arctum foramen
trãſeundo exuunt ueterẽ pellẽ, & ſicut ac
cipitres q̄ ponuntur in mutatorio. i. ĩ clau
ſtro, & dat eis cibus venenoſus. Tales. n.
ideo intrant religionẽ uel pnĩam, q̄ vidẽt
ꝙ in ſeculo nõ bene poſſunt deponere ma
lam cõſuetudinẽ, & ibi utuntur fabis, &
piſis quę prius repudiabãt uenenoſa. Iob.
6. Quæ prius nolebat tangere aĩa mea,
nunc præ anguſtia cibi mei ſunt. Sexto
oſtendit exemplũ pnĩæ. Licet. n. non habe
ret vnde peniteret, pro hoibus tñ pęnituit
& pc̄tã ſuorũ mẽbrorũ ſua eẽ teſtatus eſt
& pro eis pœnã tulit. Hic ait Gen. 6. Pęni
tet me feciſſe hoĩem. i. ſm Bernar. pœna
me tenet feciſſe hoĩem in pc̄tm̃ labilem.
Vnde Eſa. 46. Ego feci ego feram. Inde
& lintheo p̄cinxit ſe ad extergendũ non
ſuos ſed diſcipulorũ ſuorũ pedes. Non. n.
legitur ſuos lauiſſe aut terſiſſe, qui laua-
chro nõ indigebat. Sic & nos eius exẽplõ
veſtem mundam innocentiæ uel pnĩæ pro
peccatis noſtris debemus aſſumere. Lin-
theum enim tergit & tegit. Sic pœnitẽtia
tergit maculã peccati & tegit offenſam
Dei ne Deus memoret videat ad punien-
dũ, de quo. Pſa. Btĩ quorũ remiſſę ſunt ini
quitates. i. quorũ abterſę ſunt ſordes per
pnĩam, & quorũ tecta ſunt pc̄tã ne uideat
ea Deus ad puniẽdũ. Septimo oñdit exẽ
plũ ſummæ cũ miſit aquã ĩ peluĩ. i. ad ſen
ſum allegoricũ miſit mr̄æ aquã in peluim
ſuæ humanitatis optimã doctrinã reſonã
tem & cõtinentẽ mr̄æ aquã vſq; ad vlti-
mum uitæ, q̃ quidẽ mr̄æ aqua in figura hu
ius de latere eius in cruce producta eſt.
Sic ad ſenſum moralẽ loquẽdo debemus
anteq̃ ad eum ſn̄ ſcripẽdũ accedamus hãc
aquã in peluim noſtram mittere, & ad cu
riam mr̄æ cõfugere. Per peluim enim uas
ſono-



ſonorum cõfeſſio aperta deſignatur. Trẽ.
4. Effunde ſicut aquã cor tuũ ante cõſpe-
ctum dñi. Cũ enim effundit aqua nõ rema
net color nõ odor, nõ ſapor. Sic nec con-
fitens debet retinere ſaporẽ. i. uolũtatem
peccãdi, nec odorẽ. i. cogitationẽ nec co-
lorẽ. i. excuſationem & colorationem. Si-
cut autem peluis ſine aqua parũ aut nihil
deſeruit uel econuerſo, ſic nec cõfeſſio ſi-
ne cõpunctione aut ecõuerſo. Et ſicut ur
ſus excecat qñ ponitur peluis calida & cã
dens ſuper oculos eius, ſic dyabolos qñ
fit confeſſio feruens. Vnde aqua in pelui
lachrima eſt in cõfeſſione. Octauo oſtẽ
dit dñs exemplum ſummæ iuſtitiæ, quan-
do qui mundus erat totus nec indigebat
lauachro, ut ſuos iuſtificaret ſordes eorũ,
& inquinamenta proprio abſtulit. Vnde
ſubditur. Cœpit lauare pedes diſcipulorũ
ſuorũ inclinans ſe ad pedes eorum & ex-
tergere lĩtheo quo erat p̄cinctus. Sic nos
per contritionem & confeſſione conſecu
ti miam, debemus per op̄a bona ſatisface
re & recõciliari Deo, & pnĩam & tribula-
tionẽ ſi nobis cõtingat patiẽter tanq̃ la-
uamentũ nobis à Deo miſſum tolerare.
In hoc notãdũ eſt quãta diligentia vult
dñs pc̄tã noſtra mundare & abluere. Mi-
norem. n. uim facit quis de pede ſi inqui-
netur quã de quocunq; alio mẽbro p qđ
ſignificat ꝙ minora ẽt peccata de quibus
parũ a multis curatur lacrimis ſunt delẽ
da. Et dũ lauare pedes eorũ venit ad ſimo
nẽ petrũ. i. ad obedientem & cognoſcentẽ
peccata ſua. Simon enim interpretatur o-
bediens, Petrus agnoſcens, ut lauet eos &
ſatisfacere faciat p pnĩam aut tribulatio
nem. ſed quia multi contradicunt, nec ſa-
tisfacere uolunt per pnĩam ſponte ſuſce-
ptam, aut de neceſſitate tribulationis ſu-
peruenientis uirtutem aut uirtutis opera
non faciunt, ſicut uulgo dicitur oportet
de neceſſitate facere uirtutem. Ideo ſubdi
tur. Dixit ei Simon Petrus. Domine tu mi
hi lauas pedes. hoc eſt domine nonne uis
ut nunc lauer & ſuſtineam ablutionem
iſtam pęnitentiam & tribulationis? Reſpõ
dit dominus. Quod ego facio, tu neſcis
modo, ſcies aũt poſtea, quia licet tribula
tio, & anguſtia nũc uideatur grauis, neſci
mus tñ quantum boni & p̄mii nobis affe
rat. 2. Cor. 4. Id qđ in p̄ſenti eſt momẽta-
neũ & leue tribulationis nr̄æ ſupra modũ
in ſublimitate ęternũ gloriæ põdus opera
tur in nobis. Dixit ei Simon Petrus. Non
lauabis mihi pedes in ęternũ. Non. n. volu
mus tribulationem aut pęna ſuſtinere. Di
xit ei Ieſus. Si nõ lauero te, nõ habebis par
tem mecũ. Qui enim pnĩæ operibus aut
tribulationibus patienter toleratis pur-
gatus non fuerit, non habebit partem cũ
Ieſu. Ideo tanquam gerens perſonã pęni-
tentis dicit ei Petrus. Domine non tm̃ pe
des meos, ſed & manus & caput. hoc eſt
non tm̃ deſiderio pro p̄mio æternæ uitæ
lauari in mentis affectione, ſed & in ratio
ne dirigente & in exteriori opere. Pes. n.
affectionẽ deſignat, caput rõnem, manus
exteriorem operationem. Dixit ei Ieſus
Qui latus eſt non indiget niſi ut pedes la
uet ſed eſt mundus totus, hoc eſt qui lo-
tus eſt per baptiſmum & pnĩam non in-
diget niſi ſeruare affectiones, & uolunta-
tes ſuas mundę. Non enim eſt pc̄tm̃ niſi p
ueniat ad cor, id eſt ad conſenſum, ſicut
uenenum quouſque perueniat ad cor nõ
interficit. Et uos mundi æſtis, ſed nõ oẽs.
Sciebat. n. quiſnam eſſet qui traderet eum
propterea dixit. non æſtis mundi oẽs. In
quo multis timendum eſt ne ſint de nu-
mero illorum qui non ſunt mundi. Nouit
enim dñs eos qui in hoc ſancto paſca tra
dent eum & expellent a ſua ſocietate. Sic
enim qui & quot ſunt iudæ uenturi ad ꝓ-
dendum eũ, & propterea dixit. & uos mun
di æſtis. ſ. aliqui ſed non omnes. In hoc
etiam ꝙ contradixit Petrus Xp̄o lauanti
gerit Petrus typum iudæorum recuſan-
tium ad hoc ſacramentum accedere, im-
mo totis uiribus perſequentium & in ſua
iniquitate permanere uolentium, qui di-
cunt quod Petrus dño. Non lauabis mihi
pedes in ęternum. Exemplum de quodam
iudæo Pariſien. qui accepta hoſtia a qua-
dam muliere quam apud eccleſiam ſancti
mederici receperat in die paſchæ, ut inde
reciperet ueſtimẽtum ſuũ quod pro 30.
ſolidis tenebat, eam primum pugione per
forauit & tunc exiuit copia ſanguinis, &
poſtea cum lancee perſecutus eſt eam in
coquina ſua ubi eam detulerat. Deinde ſu
per lignum gladio eam transfodit, demũ
in caldariam bullientem emiſit, & tũc ap
paruit ei Xp̄s in forma crucifixi nec tñ ab
infidelitate receſſit, ſed tñ territus inde a-
bijt uxore filiis ad fidẽ cõuerſis. & iõ ille
dignas

Baptiſmus. Vtrũ iudæus qui pepugit hoſtiam ſacrã cõſulãs ad baptiſmum, remanere dẽat impunitus.

dignas ignis pœnas luit. Hæc autem hoſtia hodie apud ſanctum Ioannem in grauia Pariſius requieſcit. Circa hoc miraculum quæritur an iudęus pungens hoſtiam conſecratam, ſi ad baptiſmum conuolaret penitentiam deberet. Videtur ꝙ non, quia in baptiſmo cuncta crimina deleta ſunt quo ad pœnam & culpam ergo. Reſpondet Henricus de gãdauo in quodlibet. Primo ꝙ dupliciter potuit iudæus hoſtiam pungere. Vno modo ex pura malitia animo, ſcilicet inferendi contumeliã Chriſto quẽ chriſtiani colunt ſub illa ſpecie. vt fecit iſte, & ſic grauiſſime peccauit & in Chriſtum, & chriſtianorum legem. Alio modo volens experiri per aliquod ſignum an talis ſanctitas ſit ibi qualem dicunt chriſtiani, & tunc peccauit grauiter tentando Deum, & contra illud Deut. 6. Non tentabis dominum Deum tuum, minus tamen peccaret quam prius, quia nõ conuerſo ad fidem licet experiri eam, & efficaciam eius, tamẽ cum mentis diſcretione eam examinando & aliis legibus comparando quæ earum magis cõcordet rectæ rationi, ſicut Augu. fecit, vt dicit cõtra epiſtolam fundamenti. quia nullus experitur niſi ſit dubitans de ſua perfidia, ꝑ quod tendere incipit ad ueram fidem. Experiri autem ſuper hoc intendendo verũ miraculum eſt omnino illicitum, minus tamen quam ſi ex malitia inferretur contumelia Chriſto. ideo pro utroque puniri debet ſi non vult conuerti, magis tamen ſi ex malitia. quia non ſunt permittẽdi iudæi aliquid dicere aut ſcribere in contumeliam Chriſti, licet permittantur exponere hyſtoricæ vetus teſtamentum, & moralia legis exercere. Dicitur ſecundo ꝙ ſi uoluerit conuerti ad baptiſmum iudæus, tunc aduertendum eſt ſi hoc facit motus miraculo antequam de crimine calumniaretur, aut ſolum poſt calumniam. Si ſecũdo modum præſumendum eſt, quòd hoc facit propter fuga mortis, & propter hoc ſolum vult baptizari, nec eſt recipiendus ad baptiſmum ſed ad pœnam trahendus, niſi ſignis euidentibus appareat ipſum veræ conuerſum fuiſſe non timore. Sed primo modo præſumendum eſt ipſum veræ fuiſſe conuerſum, & debet recipi ad baptiſmum. Et tunc dicitur tertio quod ſi poſt baptiſmum percipit poteſt quod fictæ acceſſit ad baptiſmum, & eccleſiam decepit, grauius puniendus eſt quam ante quia cum primo peccato addidit peccatũ fraudis. Si autem contrarium apparet, tũc non eſt puniendus. Ratio eſt, quia ſatisfactio delicti prius commiſſi nõ pertinet ad perſonam ſingularem, ſed ad totam eccleſiam, eo quod commiſſum eſt in totũ corpus eccleſiæ, & in quemlibet exiſtentem de eccleſia ut eſt eius membrum & nõ ut eſt ſingularis perſona, & ideo emenda facienda eſt toti eccleſiæ, & cuilibet ut eſt eius membrum & non ut eſt ſingularis ꝑſona. Et qua eccleſia per baptiſmum adiunxit talem vt ſuum membrum cum cæteris, & aſtrinxit uinculo charitatis hoc perfectæ recõciliauit ſibi & ſuis membris, & per hoc factum remittit ei omnem rancorem, & iniuriam quæ reſpicit emẽdam pro tali facto. Sicut ſi quis deflorauit aliquam tenetur ei emendare iniuriam ipſam dotando, & ſi conſentit quod eam recipiat in vxorem omnis iniuria illi remiſſa eſt ab illa. extra de adulteriis. ca. 1. & 2. Poſt remiſſionem autem iniuriæ nullus debet puniri ergo. Hoc enim apparuit in Paulo, qui licet perſecutus eſſet eccleſiam Dei non tamen poſt baptiſmum punitus eſt. Similiter nec ſarracęnus perſequens chriſtianos & conculcans euchariſtiam in contumeliam Chriſti ſi uideret miraculũ & conuerteretur & curreret ad eccleſiam humiliter baptizandus, non debet ei poſtea quicquam imputari. Et ſi dicatur ꝙ nũc malum illud remaneret impunitum. Dicitur ad hoc quod iudæus iſte duo offendit, Chriſtum cui iniuriam facit, & eccleſiam cuius ſacramenta iuxta ſuam æſtimationem commaculat. Et tunc quo ad primum dicitur quòd Chriſtus pro eo ſatisfecit & pro eo punitus eſt, quia paſſio eius quæ per baptiſmum intelligitur ſatisfacit pro eo. Sed qui ad ſecundum ſatisfecit eccleſiæ ſua bona voluntate ſe alligando perpetuo eius ſeruitio, & ſe faciendo eius ſeruum. Dicitur quarto quod ſi eſſet emenda quæ facienda eſſet ſingularibus perſonis, non inquantum ſunt eccleſiæ membra, talis poteſt poſt baptiſmum fieri, niſi conditio repugnet vocationi. Nam ſi vxor gentilis conuerſi fornicata eſt ante baptiſmum, punitur poſt baptiſmum carentia conſortii mariti, vt habetur extra. de diuortiis. ca. gaudemus in glo. & ſic exponendum ſunt iura quæ dicunt furtum, & adulterium & huiuſmodi commiſſa ante baptiſmum punienda eſſe poſt baptiſmum. Sicut per baptiſmum non liberatur quis à ſeruitute primo. Corintio. ſeptimo. Vnuſquiſque in ea uocatione qua uocatus eſt permaneat. Glo. id eſt conditione. Et hoc niſi dicta conditio repugnet vocationi, vt dicitur in glo. Vocatio autem iſta eſt obſeruatio mandatorum Dei. Si enim conditio in qua uocatus eſt repugnet huic obſeruantiæ, non debet in ea permanere, vtpote ſi vxor cõuerſi noluerit habitare cum eo abſque cõtumelia creatoris & pertractione ad peccatum non debet cum ea manere, & tunc iſte per baptiſmum abſoluitur a pœna ſeruili qua tenetur mulieri reddere debitũ. extra de diuortiis. cap. gaudemus. Conditio autem qua iudęus tenetur ad pœnã mortis contrariatur iſti obſeruãtia, quia non poſſet obſeruare abſtractus uita, ideo ab ipſa abſoluitur per baptiſmum, ab eo legitime acceptũ. Et ideo ſi qua pœna debeat puniri, non tamen pœna mortis, qa minus debet puniri quàm reuerſus ab hæreſi qui tamen non punitur morte. Vnde Auguſti. de unico baptiſmo. Nec illud ſine diſtinctione præterimus, ut humiliorem agant pęnitentiam, qui iam fideles Catholicam fidem deſeruerunt quam qui in iſta nondum fuerunt. Hæc Gandeñ. ſecundo. quodlibet. q. 16. Nono dominus oſtendit exemplum ſummę pietatis cũ ſubditur poſtquam ergo lauit pedes diſcipulorum, & accepit veſtimenta ſua cum recubuiſſet iterum dixit eis docẽdo eos ꝗd tam ſolenne opus repræſentabat. Scitis quid fecerim uobis. Vos uocatis me magiſter & domine, & bene dicitis, ſum etenim. Si ergo ego laui pedes ueſtros dominus & magiſter, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Docuit enim eos qui rudes erant & monuit charitatiue ut alter alterius onera portarent & ſupportarent. Cũ enim ſumus recumbentes in cœnis noſtris, & in ueſtimentis gloriæ noſtræ ambulamus, debemus miſeriæ proximorum noſtrorum non obliuiſcit, ſed & eis ſubuenire & ſupportare. Ait enim, exemplũ dedi uobis, vt quemadmodum ego fecit, ita & vos faciatis.



*Feria 6. in paſſione domini. Sermus 1. qui factus eſt in uniuerſitate Pariſienſi apud ſanctum Bernardũ, & in numero præcedentium. 142. Dignus es domine aperire librũ, & ſoluere ſeptem ſignacula eius, quoniam occiſus es. Apoca. 5.*

A Liber. De libro uita quis & qualis ſit, & de ſeptẽ capitulis eius.

QVærere poſſet qs, qualis uel quis eſt liber iſte quem dignus eſt aperire agnus qui occiſus eſt & ad quem requiritur talis, ac tantus artifex ad aperiẽdum & tam grandis ad quem requirantur tot ſignacula & ad quid famulatus liber iſte? Reſponſio ꝙ eſt liber vitæ. Liber iſte eſt ipſemet agnus qui occiſus eſt. Liber iſte eſt huius libri ſcriptor, ita ut idem ſit liber & ſcriptor libri. Dicitur enim Eccle. vlti. Faciendi plures libros nullus eſt finis. Sed hic liber ſi habeatur pro omnibus ſufficit. Nam Eccle. 24. Hic eſt liber vitæ. id eſt qui dat uitam ſtudenti in eo, & teſtamentũ altiſſimi in qua continetur qcquid agere debeamus. In quo libro ſeptẽ continentur capitula. In primo capitulo ſcribuntur nomina electorum. Philiph. 4. Quorum nomina ſcripta ſunt in libro ſcriptum ſe uiderat Paulus, alioquin quomodo dixiſſet Ro. 8. Certum ſum quia neq; mors, neque uita, neque Angeli, neq; principatus, neque uirtutes, neque inſtãtia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neq; creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei. Sed nomina reproborũ in eo non ſcribuntur, ſed in terra. i. inferno qui eſt liber mortis. Hiere. 17. Recedentes a te in terra ſcribẽtur. In hoc capitulo paucis datum eſt legere, quia Eccle. 9. Nemo ſcit an odio uel amore dignus ſit. In ſecũdo capitulo ſcribitur repudium Synagogæ. Eſa. 50. Quis eſt hic liber repudii matris ueſtrę? Immo etiam cauſa repudij eius, ſcilicet peccatũ eius in Deum ſcriptum eſt in pelle Chriſti. Hiere. 17. Peccatum iuda ſcriptum eſt ſtilo ferreo, ſcilicet lancea & clauo in ungue Adamantino id eſt indelebiliter in tertio capitulo ſcribitur omnis forma bene uiuendi. Pſal. In libro tuo omnes ſcribentur. Super quo glo. i. in me qui ſum forma iuſticiæ omnibus. Ioannis. 13. Exẽplũ enim dedi uobis, ut quẽadmodũ &c. Ibi diſcitur humilitas & clementia. Matt. 11. Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde. ibi diſcit patiẽtię. Ioã. 15. Si me

perſe-

perſecuti ſunt,& uos perſequētur.Ibi pax inuenitur.Iohan.15. In mundo preſſurā habebitis,in me autem pacem. In quarto capitulo ſcribitur oīs ſapientia. Collo.2. In quo ſunt oēs theſauri ſcientiæ & ſapiētiæ Dei abſconditi,in quo legunt docti & indocti.Doctus Paulus in eo legit archana uerba quæ non licet homini loqui.Iohannes obdormiuit ſtudendo ſup librum & ibi legit illa profunda myſteria,vñ poſtmodum ita in principio ſui euangelii altēſonuit.Sed Petrus indoctus in eo legit, Tu es Chriſtus filius Dei uiui.Lectionem tamen paſſionis difficilem in eo legere & intelligere nō potuit,ſed dixit: Abſit hoc a te dñe,cui dictum eſt, non ſapis ea quæ Dei ſunt.In quinto capitulo ſcribitur poteſtas & iuriſdictio Chriſto data. Vnde & Daniel qui in quinto capitulo ſtudebat nocte,dicebat Daniel.7. Aſpiciebā in uiſione noctis,& ecce cum nubibus filius hominis ueniebat, & poteſtas eius poteſtas æterna.Ibi legerunt quodammodo cuſtodes ſepulchri, ſed & mercatores de tēplo eiecti dum ueritati diuinæ reſiſtere nō potuerunt.In ſexto capitulo ſcribuntur amaritudines contra peccatorem in iudicio allegandæ.Iob.13.Scribis enim cōtra me amaritudines. Ipſe enim eſt liber qui comeſtus amaricare facit uentrem. Apocal. 10.Quando incorporatus per memoriam horrendorum iudiciorum reddit amarā pro peccatis animam. In quo legerat Magdalena,& amaricatus eſt uenter memoriæ eius.Hic eſt liber de quo Ezec.2. In quo ſcriptæ erant lamentationes, carmen, & uè, lamentationes. i.miſeriæ huius ſeculi, carmen paradiſi,& ue inferni. In 7. c.ſcripta ſunt omnia redemptionis noſtræ myſteria, ut ſimplices in eo facile legant qđ antea legere non poterant. Scriptum eſt enim in antiqua lege:Non uidebit me homo & uiuet.Sed Baruch 3.dictū eſt. Poſt hoc in terris uiſus eſt, & cum hominibus cōuerſatus eſt. Datus eſt antiquitus liber neſcienti literas,& dictum eſt ei lege.& dixit non poſſum.Eſa 29.Nunc uero a minimo uſq; ad maximum omnes legere poſſunt,& de doctrina eius libere haurire. Propter quod inſtar libelli puerorum hodie aſſeri crucis cum clauis affixus eſt.p̄s. Extendens cęlum ſicut pellem in cruce,vt in eo expreſſius & clarius legeretur quod antea legi non poterat propter arduitatē ſtili. Hinc Eſa.8.Sume tibi librum grandē & ſcribę in eo ſtilo filii hominis. Qđ eñ antea diuino ſtilo ſcriptum erat & pœnæ incomprehenſibile,nunc humiliori, ſcilicet ſtilo filii hominis,ſcribitur,ut ī eo parui & magni legere poſſint & ſtudere.Deo gratias qui dignatus eſt aperire librum,& ſolus dignus inuentus. iuxta thema p̄aſſumptum dignus es domine. Hic liber iuxta eccleſię repręſentationem ſemper eſt inter manus Mariæ, quia ſemper tenet filium in manibus. Ab ipſa eum mutuo accipiamus ut te doctrina quantum nobis opus eſt pro præſenti hauriamus, & propter hoc eam ſalutabimus dicentes Aue.

Hunc librum uidit Iohannes Apoc. 5. ſcriptum intus & foris,intus quo ad diuinitatem ut in eo legant litterati,exterius & non interius legebant illi peregrini quibus dictum eſt. O ſtulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti ſunt prophetæ.Hic liber clauſus erat uſque ad mortem,ſed in morte apertus eſt.ut in eo legant docti & indocti. Hic liber in orto captus eſt,& ab eo uenditus qui nihil in illo habebat,in domo Annæ uiſitatus cum de doctrina interrogatus eſt, ſed tandem calumniatus eſt & ab eo cuius ītererat nō recognitus in domo Cayphę dānatus eſt liber iſte, ita ut præ dolore uidens quòd damnatus eſſet liber iſte diſcipulus eius Iudas maluit pendere quàm uiuere.In domo Pilati articulatus eſt triplici articulo. in domo Herodis ſpretus eſt & pelle alba ueſtitus & incathenatus,& iterum ī domo Pilati correctus, emendatus, punctuatus, rubricatus,literis rubeis & nigris ornatus demum repudiatus & damnatus, deinde in Caluaria eductus eſt, in qua ſcripſit pilatus titulum libri,deinde appenſus eſt in pulpito ut ab omnibus legeretur. Huius libri ſeptem ſunt ſignacula quæ clauſa impediebant, ne quod latebat intus uideretur. Primum ſigillum ſeu ſignaculum infirmitas & debilitas ipſius claudens eius fortitudinem quæ apparuit in orto.Secūdum ſubiectio & humilitas claudens eius dominationem & imperium,& hoc in domo Annæ. Tertium ſimilitudo ignorātiæ claudens eius immenſam ſapientiā,& hoc in domo Pilati. Quartū paſſibilitas claudens eius impaſſibilitatem,& iterum ſecūda



da uice in domo Cayphe. Quintū ſimilitudo carnis peccati, claudens eius ſanctimoniam. & hoc in domo Pilati. Sextum paupertas claudens diuitiarū eius immenſitatem,& hoc in crucifixione. Septimum mors claudens eius ęternitatem in qua omnia ſunt aperta per eum qui ſolus habebat poteſtatem ponendi animam ſuam, & iterum ſumendi eam, & ideo tu domine ſolus es & uere dignus aperire librum & ſoluere ſeptem ſignacula eius.

Mane dicemus de ſeptem ſignaculis legendo in libro clauſo & ſic ſeptem lectiones iuxta ſeptem ſignacula deſcribemus. Poſt meridiem uero more Gymnaſij Pariſien in ſchola theologiæ diſputabimus, diſputabitq; magiſter noſter Ieſus Chriſtus in cathedra crucis, legetq; ſolus ſeptē artium liberalium lectiones & tunc poſt eū aperto libro legemus abſcondita a conſtitutione mundi. In primo loco accedit ſignaculum primum ſcilicet infirmitas claudens ipſius fortitudinem, & hoc ex his q̄ geſta ſunt in orto perpenditur ubi liber iſte captus eſt. Perpenditur aūt infirmitas hec ex quattuor. Primo ex aſſumpta triſtitia mentis.Secūdo ex inſtantia lachrymoſe orationis. Tertio ex agonia & ſudore corporis. Quarto ex comprehenſione & alligatione ſacratiſſime humanitatis. Ex qua quidem infirmitate triplex fortitudinis actus proceſſit.Primus in ruina & deiectione inimicorum.Secundus in contēptu mortis in prohibitione defendētium eum. Tertius in patientia ſupportādo traditorem nequiſſimum, & ſic ſunt ſeptem paragraphi in iſto primo capitulo paſſionis ſue in primo ſignaculo. Poſtquā ergo lauit dñs pedes diſcipulorum terminū poſuit ſacrificiis ueteris legis, inſtituēdo pro omnibus ſacrificiis unum tantum ſcilicet euchariſtiæ ſacrificium. Poſtquā ſermonem fecit diſcipulis & orauit patrem. hymno dicto egreſſus eſt trans torrentem cedron in ortum ubi cum diſcipulis ſolitus erat conuenire.Iuxta quadruplicē ſenſum ſcripturæ in quadruplicem ortum hodie ingreſſus eſt dominus. Ortus hiſtorialis eſt ille in quem introiuit ipſe cum diſcipulis ut oraret. Clauſus.n.erat locus & orationi aptus,& etiam ſuo proditori, ut eum clam traderet conſentientib. iudæis,propter qđ in laqueum quem tetēderunt,ceciderunt, quia tempore Paſchali & illo tpe quo dominus Ieſus eſt ab eis captus & damnatus,clauſi ſunt & interſepti,cum de obſidione non cogitarēt, ſicut longe antea per p̄s.dictum eſt. Veniat illi laqueus quem ignorat,& captio quam abſcondit apprehendat eum, & in laqueum cadat in ipſum. Hæc enim erat pœna talionis in lege, ut ledentem ſimilis uindicta ſequeretur.Secundus ortus.ſ.moralis eſt ortus mundi,cuius ingreſſus ei inter cæteros homines ita arctus fuit ut nulla inueniantur ueſtigia eius,cum oēs aluum matris tranſeuntes aliquod ueſtigium derelinquant,exeundo tñ per foramen arctum exiuit.ſ.per plancā crucis nudus omnib. amicis & bonis ſpoliatus,& dereliquit eā quaſi rectam ſemitam nobis perambulandam,licet per eam pauci ambulēt.Quamuis enim præceperit illud.p̄s. Dicite.i.prædicate in nationibus quia dominus regnauit a ligno.i.per plancam ligni ingreſſus eſt regnum ſuum,pauci tñ per eam tranſire uolunt,minus autem maiores quàm minores.Inhoneſtum.n.uidetur maiorib. in proceſſione portare crucem, ſed hoc ( ut dicunt) eſt puerorum officium.In hoc orto creſcunt plures male herbe quā bone, quia male colitur ortus iſte ab ortolanis qui raro ingrediuntur in ortum ſuū. Forte dicent ꝙ per alium intrant. Rñdeo, ꝙ ſi oues alicui dentur in cuſtodiam & curā cum certa conuentione pretii, non placeret domino ouium ꝙ ſumpto ſtipendio alteri daret curam,& nihil inde faceret niſi gaudere & ſpatiari. Dominus uenit ī hūc ortum ut eradicaret eradicanda & plantāda plantaret,& tamen ab ortolanis ſuis extra ortum eiectus eſt ſpinis punctus. Tertius ortus ſecundum allegoricum ſenſum eſt ortus iuſtitiæ in quem introiuit ut ibi colligeret fructus, & non inuenit niſi folia.i.apparentiam iuſtitiæ,credit inuenire uuas & inuenit labruſcas,uinum & inuenit acetum.Romani quondam gloriabantur đ magnitudine & cultura iuſtitię, ſed apparet eos tunc male plantaſſe uineā iuſtitiæ. Male.n. intrauit Pilatus qui data ē pecunia Imperatori abſtulit præfecturam Hieruſalem ab herode,& ſic eam ſuſcepit regendam,ideo male exiuit extremam iniuſtitiam conſummando. Oportet aūt ut iudex ingreſſus ortum iuſtitiæ trangrediatur

tur torrentem cedron inſtar domini Ieſu impetum paſſionum tranſcendat. Torrens enim fluxu ſuo impetuoſus eſt. Iudex aũt omni modeſtia compoſitus eſſe debet, & a paſſione oĩno alienus. Scđo cedrus alta eſt arbor. Iuxta illud proſaicum, cedrus alta libani. i ſic tranſgredi pompam & ſupbiam ut nullatenus in eo appareat. Eſt eñ initium prædę. Aues.n. prædaces q̃ ſuper manum in alto deportantur cum capello & getiis plura deprędantur q̃ ſiluestres, quia pro ſe & ꝓ ſuis dñis & eius familia. Quartus ortus ſecundum ſenſum anagogicum eſt ortus ſapientiæ, in quem introiuit dñs ut aperiret ſecreta ſcripturarum. Hunc ortum non ingreditur quis niſi cũ laborib. & dolorib. maximis, quia Iob. 28. Non inuenit̃ ſapientia in terra ſuauiter uiuentium Ecclef. 1. Qui addit ſcientiã, addit & dolorem. Fluuius.n. quanto maior, tanto plures circuit uias. Sic qui maiorem litterarum notitiam habet, plurib intentũ eſſe oportet. Ad ſcientiam.n. acquirẽdam non requiritur robur corporis ſed mẽtis. Carne.n. ſuauiter nutrita debilitatur ſpũs & econtra, quia dum ſpiritus prõptus eſt, caro infirmatur. Ideo non eſt mirum, ſi nunc apud modernos non tanta uiget ſapientia ſicut in prædeceſſorib. noſtris qui nunc epulis & conuiuiis delectantur. In hoc orto propinquiores ſunt Chriſto Petrus Iacobus & Iohannes, quia perfectiores & doctiores debent magis eſſe conſcii ſecretorum prælatorum, licet nũc ſint ab eis remotiores. Non.n. curant prælati de doctis uiris, nec docti de eis. Ratio, quia Ecclef. 7. dicitur ꝙ cor ſapientis ubi triſtitia, cor fatui ubi lætitia. In domib. talium prælatorum continua eſt lætitia, nullam ibi patiuntur triſtitiam, igitur. Scđo quia in domibus eorum eſt preſſura fatuorum, qui quærunt illuc ingredi. Io. 16. In mundo preſſuram habebitis. Sapientes autem nunquam ſe preſſure exponunt, ideo &c. In primo orto, ſcilicet hyſtoriali dominus captus eſt, in tertio damnatus eſt, in ſecundo crucifixus, in quarto requieuit & ſepultus eſt. In primo orauit & fleuit, ĩ tertio clamores & opprobria ſuſtinuit, in ſecundo mortem percuſſit, in quarto ſomnum cępit & obdormiuit. Et aſſumpto Petro & duobus filiis Zebedei cępit contriſtari & męſtus eſſe, & pauere & tedere.

Sed quid eſt domine ꝙ incipis triſtari, q̃ es omnium beatorum gaudium ineffabile? quæ cauſa tantæ diſplicẽtiæ? Quid eſt quòd incipis pauere, coram quo pauẽt columnę orbis? Qui terribilis es apud reges terræ, cur paues? Cur tedio afficeris qui es deſiderium collium æternorum, qui es deſideratus cunctis gentibus? Ad hæc uiſus es domine reſpondere illud pſ. Contriſtatus ſum in exercitatione mea, & conturbatus ſum a uoce inimici, & a tribulatione peccatoris. A uoce inimici expectantis & quærentis mortem meam, & a tribulatione uentura ſuper Iudam quæ erit perditio ſua. Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem. Triſtis eſt anima mea ĩ exercitatione pugnę uſquequo perueniatur ad uictoriam habendam de morte. uſquequo mors moriatur. Vel triſtis eſt anima mea dolore compaſſionis quo mundo compatior, uſquequo pro eo ſuſtineã mortem. In quo oſtenditur quid pœnitens agere debeat. ſcilicet triſtari uſque ad mortem ueteris hominis. Vigilate & orate mecum. Sed cur domine Ieſu quæris orationem diſcipulorum tuorum? Nõne tua ſufficit oratio quæ clauſtra aperit inferni, & inde mortuos trahit? Nunquid addit ad orationem tuam oratio ſeruorum, cui nihil addi poteſt? Reſponſio hoc fecit dñs propter quattuor. Primo ut ſuo oſtendat exemplo prælatos & ſanctiores non debere dedignari ſuſcipere ab inferiorib. orationis ſuffragium, licet imperfecti uideantur. Imperfecti enim erant apoſtoli ut probauit tentatio ſequens. Secundo ut oſtendat noſtras orationes non eſſe efficaces, niſi ſuæ iungantur. Coniunguntur autem per amorem, ſicut & membra capiti ꝑ uitalem calorem. In ſignum cuius uix aliquam orationem a nobis inuentam uel ab eccleſia ordinam dicimus, qui ut plurimũ oratione dominica eam in principio & in fine muniamus, & in fine orationum noſtrarum cõiter ponimus per dñm noſtrũ Ieſum Chriſtum. Tertio ut doceat literatos & pfectos ſꝑ eſſe in maiore periculo. Vbi.n aliis diſcipulis minus perfectis dixit Sedete hic, iſtis prouectiorib. dixit. Suſtinete hic uigilate & orate mecum. Rõ autem quare ſunt in maiori periculo, qa diabolus facit ſicut latrones qui in foro explorant diuites mercatores auro abundantes



dantes, & tunc cum ſolos inueniunt in ſilua ſpoliant & interficiunt. Non ſic illos qui nihil aut paucum habent. Sic de abũdantib. ſcientia, ſapientia, & uirtutib. Similiter locum unctum inuadunt muſce & arbores onuſte plus concutiuntur lapidib. & baculis, & in bello corporali in maiores maiori acrimonia irruitur, & perflant altiſſima uenti. Quarto ad ſenſum literalem hoc dicebat non propter ſe, ſed propter ſuos diſcipulos. Vnde ſubdit. Vt non intretis in tentationem. Sunt.n. qui dormiunt oculis clauſis ut illiterati, qui non uident, neque ſubſtantiã, neq; magnitudinem. neq; multitudinẽ peccatorũ ſuorũ, neq; periculum apprehẽdunt. Alij ſunt ut litterati, qui dormiunt oculis apertis & uident uigilare & non ſibi uigilant, qui oĩa ꝑſicta uident & nihilominus dormiunt in peccatis ſuis. Non.n. dormiunt mundo ſed Deo. Sed q̃ritur quid eſt intrare in tentationem. Nonne tentatio cui conſentitur nr̃m cor ingreditur. Qũo ergo intramus in eã cũ nos ingrediat̃. Rñdetur ꝙ ꝓceſſus tentationis ſic ſolet fieri quia primo tẽtatio pulſat ad oſtium cordis uel ad portas ſenſuum corporis, & tũc cũ reiicitur & diſplicet, iã non ingreditur in tentationem, nec tentatio ipſum ingreditur ſed eſt hæc repulſa magni meriti. maioris tñ cum oĩs occaſio tẽtationi ꝑcluditur. Filij.n. Iſrael ꝑoccupauerunt anguſta montiũ timentes Holofernem & exercitum eius Iudich. 4. Et 2. Mach. 8. Iudas non expectauit ꝙ inuaderetur ab inimicis, ſed opportuna loca ꝑoccupãs, non paucas hoſtium ſtrages dabat. Sed cum non reijcitur aliqñ morã facit ad oſtium, ubi diabolus offert tentationem & peccandi materiã. Diabolus.n. ſuis nouitiis prouidet de materia peccandi, ut oblatum ſuſcipiant quod antea non q̃rebant, ut poſtea ẽt non oblatum nõ requirant Nam & lupanaria & tabernas ſæpe offert iuuenib. quas tñ non q̃rebant, & tunc habita oportunitate ſe ingerunt ad malum, quod nequaq̃ feciſſent ſi non fuiſſet oblata occaſio mali. Vulgo.n. dicitur ꝙ oportunitas facit latronem, & domus uacua ſtaltam dominam. Cũ uero ſemel intrauerunt in illud malum. poſtea auide ẽt cum non ſe offert requirunt. Sic ergo cũ tentationi oblate immorantur, dubitãdo an hoc faciant uel non, intrant in tẽtationem. Tunc.n. capit diabolus ſpẽ ſicut lecatrix cũ libenter auditur a puella ſpẽ accipit ſubuertendi eam, & ſic iſte ingreditur in tentationẽ ſicut in rete in quo inuoluatur, & ſicut mercator cum diuitiis ſe mittit in manus ꝑdonum, & tunc cũ cõſentit perfecte intrant in tentationẽ & tentatio in ipſum. Ibi aduertendum eſt ꝙ dñs hic dixit quatuor uerba conſequenter. ſ. ſedete, ſuſtinete, uigilate, orate. quia orationẽ debent comitari tres comites. ſ. ſedatio animi ut non euagetur per curas huius ſeculi, q̃ intelligitur per ly ſedete. Secundo ſpes firma impetrandi quod q̃ritur cũ longanimi expectatione. Nõ.n. agricola ĩmediate ꝙ ſeminauit expectat colligere bladũ, ſed in tẽpore oportuno, & hoc intelligitur cũ dr̃ ſuſtinete. Eccl. 1. Vſq; in tp̃s ſuſtinebit patiens, & poſtea redditio iocũditatis. Tertio requiritur uigilantia diſcretionis, ut petat quis a Deo quod ſalubre ẽ ſibi, & hoc intelligitur per uigilate. Suſtinete hic & uigilate mecum. Sed quib. loquitur nonne oĩbus? Dixit eñ Marc. 13. Oĩb. dico uigilate. An ẽt oĩb. dixerit ſuſtinete. Rñdeo ꝙ non, ſed trib. hoĩm generibus hoc ꝑcepit. Primo prælatis, curatis, & beneficiatis. ꝑcepit ut ſuſtineant. Primo ĩbecillitates, & infirmitates ſubditorũ compatiendo eis & de ſuo ſubueniẽdo. Decet enim paſtorem compati ouib. Ro. 15. Debemus aũt nos firmiores imbecillitates ĩfirmorum ſuſtinere. Gal. 6. Alter alterius onera portate. Vñ præcipitur Nume. 11. Porta eos in ſinu tuo ſicut portare ſolet nutrix infantem q̃ ei cõpatitur & de ſuo lacte nutrit. Secundo ut portent iniquitates ſubditorum ſatisfaciẽdo pro eis & eas curando. Vnde & Numer. 18. dictum eſt Aaron & filiis eius. Tu & filij tui portabitis iniquitatem ſanctuarij. Hinc Ezechieli ſacerdoti. Ezech. 4. dictum eſt. Portabis iniquitates domus Iſrael. Et mirabile eſt quia nunc litigãt pro tali officio ad quod non ſufficiunt ſanctiores. De quo Moyſes ſanctiſſimus ſe plangit. Nume. 11. Nõ poſſum ſolus portare omnem hunc populum imò prima fronte uidetur eſſe uile offĩm. Quis enim appeteret officium portitoris ſtercorũ. Quid uilius pctõ cuius non ſolũ ſunt lotores, ut nutrix lotrix eſt pueri maculati, ſed & portitores. Pſalm. Manus eius in cophino ſeruierunt Si tamen haberent

Suſtinere.
Quib. dixit dñs ſuſtinete hic & uigilate mecum.

rent reſ[illegible]ſtum ad hoc quòd dominus uo
luit officium illud exercere requiſitus lō
ge antea a propheta dicente. Amplius la-
ua me domine ab iniuſtitia mea &c. & ſic
nobilitaretur illud officiū quia Chriſtus
illud exercuit, aliud eſſet, exemplo illius
ducis Athenien. de quo fertur quòd ira-
tus in eum populus Athenien. iniunxit ei
ut mundaret uicos quod libēter adimple
uit, quo facto officium illud ita honeſta-
uit ut poſtea quiſque anhelaret ad illud.
Sed hoc non intendunt. Volunt enim ha-
bere ſtipendia pro ſuſtinendo & portādo,
ſed nihil uolunt ſuſtinere, ſed ſi ſuſtineāt
non ſuſtinent hic, id eſt ſupra bñficia ſua,
ſed alibi. Quibus enim dicitur ſuſtinete
hic, ſuſtinent in curiis Regum & principū
multa quidem opprobria & plurimas mi-
ſerias non propter Deum, ſed propter fa-
uorem principum & innituntur quibuſdā
excuſationibus talibus qualibus. Videant
excuſati & qui excuſant eos qualiter com
menſurant ſententias ſuas ad diuinas, q̃a
pro certo aliter hic, & in alio ſeculo men
ſuratur, & credo quòd illic arctior erit
menſura quàm qua hic menſuramus. Men
ſuramus enim hic ad pondus publicum,
id eſt largum quo ponderati ſunt capilli
Abſalonis quibus ſuſpenſus eſt ad quer-
cum. capilli Abſalonis, ſunt cogitationes
male quæ hic ponderantur ad pondus cō
mune fatuorum & ignorantium tanquàm
ſint boni, ſed menſurabitur illic ad pōdus
ſanctuarij quod eſt ualde ſtrictum. Scđo
dicit ſuſtinete hic uiris litteratis. Primo
Chriſtum ſuſtineant tacentem in p̄laris.
Sapien. 8. Tacentem me ſuſtinebunt. Vi-
dent enim quòd qui deberent eſſe colu-
mnæ eccleſiæ, & ſuſtinere cum domino
modo non ſuſtinent, ſed omnia permit-
tunt ruere, ut pote religiones & obſeruā
tias earum ex defectu uiſitationis & do-
ctrinæ. Solebat enim eſſe ſchola amoris q̃
ſupponit ſcholam ſcientiæ, quia qui non
cognoſcit Deum non amat eum. ideo nil
mirum ſi nunc ignari cum prælatis eorum
& cęci in foueam ignorantiæ, & omnium
peccatorum corruunt. Ideo præcipit uo-
bis Deus ut eorum miſereamini docentes
eos & adiuuantes eccleſiam noſtris tem-
poribus peſſime directam. Similiter popu-
lus nunc eſt indiſciplinatus, quia ſpecula-
tores eius cęci omnes niſi ad capiendum
prædam. & ideo quia non habent ſcien-
tiam in omnia peccata prolabuntur. Si uis
ſcire quòd ſcientia obex eſt peccati, audi
Oſee. Non eſt ueritas, non eſt ſciētia Dei
in terra. ecce añs. nunc ſequitur conclu-
ſio. ideo mendacium, adulterium, homi-
cidium, & maledictum inundauerunt ſup
terram. Secundo dicitur eis ut ſuſtineant
bonam doctrinā. p̄s. Suſtinuit anima mea
in uerbo eius. i. in ſermone & doctrina e-
ius, quia ueniet tempus ſecundum apoſto
lum. 2. Ty. 4. Cum ſanam doctrinam non
ſuſtinebunt ſed coaceruabunt ſibi magi-
ſtros prurientes auribus. i. malam doctri-
nam & malam uitam habentes. A talibus
magiſtris fugite, quia de talibus. p̄s. Non
ſuſtinuerunt conſiliū domini quia nolunt
ipſum dominum ſuſtinere ſed diabolum,
& turpiſſimum eſt ſuſtinere talem ruſti-
cum. Itaque iuuenes conſilium accipient.
Mar. 9. Occurret (inquit) uobis homo la-
genam aquæ baiulans ſequimini eum, oc
curret inquit uobis homo non beſtia. i. be
ſtialiter uiuens portans lagenam aquæ ſa
lutaris. ſequimini eum in uita & doctri-
na. Tertio hoc dicit iudicibus & omnibus
qui iuſtitiam ſecularem exercent qui duo
ſuſtinere iubentur. Primum innocentiam.
Pſalm. Cuſtodi innocentiam & uide æq-
tatem ne ſcilicet corruat. Innocentia eñ
multos habet impellentes & impugnan-
tes. Aliquando enim aduerſus eam con-
currunt leones, id eſt moneta quæ ſic ap-
pellatur, & ſæpe deuorant eam dummo-
do ſint centum uel plures. Aliquādo mit-
titur cōtra eam quod uulgo dicitur franc
a pie, & franc a cheual. Aliquando impu
gnatur lancea & ſcutis multis. id eſt au-
reis & argenteis. Pilatus enim multo tē-
pore ſuſtinuit innocentiam Chriſti, ſed
præ timore perditionis officij ſui permiſit
eam inter nocentes occidi. Secundo ſuſti
nere iubentur pro iuſtitia & pro innocen-
tia perſecutiones. Iac. 5. Beatificamus eos
qui ſuſtinuerunt. Si enim habeant multa
emolumenta ex operibus iuſtitiæ, quare
etiam non ſuſtinebunt aduerſa? Si inquit
Iob. ſecundo. bona ſuſcepimus de manu
domini, mala autem quare non ſuſtinea-
mus. Suſtinetis inquit Paulus. ſecūdo Co
rint. undecimo. Si quis uos in ſeruitutem
redigit. Secundo penſatur infirmitas do-
mini Ieſu ex inſtantia orationis lachry-
moſæ.



H moſæ. Inſtantia enim orationis quandā
uidetur ptendere impotentiā orātis. vt. ſ.
petat qđ ex ſe vix pōt hr̄e. vñ poſtq̃ hæc
dixit progreſſus eſt ab eis puſillū quātum
iactus eſt lapidis. Sed nōne dñs nobis orā
di formā dedit & exemplū? Si ergo ſolus
orauit auulſus ab eis, nonne ſecundū hūc
modū cp̄s extra chorum ſedere dēt & ab
bas ſimil ter? An nos debemus ſic ſoli ora
re uel in vnū congregati? Reſpon q̇ hoc
dñs fecit ad litterā, quia in tribulatione
aliter orandū eſt q̃ extra. ſ. cū proſtratio-
ne & aliis geſticulationibus corporis q̃
dēt ſeorſum fieri. Hinc effundente Anna
matre Samuelis aīam ſuam corā dño &
cū lachrymis orante in tēplo in amaritu-
dine aīæ ſuæ ſcandalizatus eſt hely. Secū
do hoc fecit ut oſtendat orationē paſto-
ris pcedere debere orones aliorū purita
te & amore, & inde eſt q̇ in miſſæ celebra
tione ſacerdos celebrans cęteros antece
dit. Sed in ſignum q̇ iactus lapidis a bra
chio pcedens non eſt multū magnus nō
dēt multum ſe ſeparare in publicis oratio
nibus ab ouibus ſuis. Tertio ut diſcāt ma
li qui ad modū lapidei cordis diu fuerunt
obſtinati nō deſperare. Deus enim ab eis
nō diſtat niſi quātum iactus eſt lapidis. i.
cordis lapidei qui a Deo diſtat quantū ſe
elongauit cor durū. Ideo ſi uoluerint re-
uerti Deus paratus eſt eos ſuſcipere. Ab-
ba pater, ſi poſſibile eſt tranſeat a me &c.
Quæritur ubi facta ſit iſta oro. Rñdetur
q̇ in mōte oliuarum. Eſt. n. aliquis mons
qui nō eſt oliuarum in quo nō creſcit oli
ua miæ ſ. mōs ptātis. Iſte eſt Mons Calua
riæ in quo dñs crucifixus eſt ſine pietate
& mia. Mons. n. Caluariæ locus erat in
quo erant multa capita ſine membris. Sic
in curia principū videntur eſſe capita ſine
mēbris, quia non curant de dolore mem-
brorū & penuria eorū, ſed ea cōtinuo ve
xant quaſi non ſint ſua membra. Sed eſt
mons oliuarum in quo dñs poſt amaritu
I dinem triſtitiæ orōnis dulcedinē adinue-
nit. Poſt triſtitiā. n. aſſumptā bñ ſecuta eſt
oro leniens. Lenitur. n. homo triſtis qñ
amico ſuo euomit qđ intus ē mali, & qs
magis amicus noſter quàm creator, redē
ptor, & benefactor? Et uenit ad diſcipu-
los ſuos. Modicum interpollat ut oſtēdat
orationem qñq; debere interpollari per
operationem ſanctā. Non. n. adhærendū
eſt illi hæremitæ angelico q̃ uolebat ſem
per orare & nunq̃ operari dicens. Opera
mini nō cibum qui perit ſed qui &c. Secū
do vt oſtendat qñq; ob neceſſitatē proxi-
morum derelinquēdā eſſe orōnē. propte-
rea uenit ad diſcipulos qui debiles erant
in pugna. Vbi. n. bella ſpūalia inſurgunt
qñq; debent omitti orones. Tertio ut o-
ſtendat interpollandas eſſe orones & lau
des diuinas. Nō. n. debēt ſimul in eadē ho
ra dici ſicut faciunt multi niſi inſtet neceſ
ſitas, uel niſi ſe uideat hō magis aptum p
illa hora quàm pro multis ſparſim. Et di-
xit Petro, non potuiſti una hora &c. Qua
re plus ad ſimonē quàm ad alios ſermo-
nē direxit. Dicitur q̇ hoc fecit ad inſinuā
dum q̇ magiſtri multo maiori repræhen-
ſione digni ſunt ſi dormiant quàm diſci-
puli. Tunc. n. Simon. i. obedientia dormit
uacat ſtudium, & ſopori & uoluptati tan
tum uacatur, illius ſcholaris exemplo, q̃
cum non haberet appetitum dormiendi,
aperiebat librū & immediate dormiebat,
quaſi liber apertus influeret ſomnū. Cum K
uero de negociis ſecularibus erat ſermo *Oratio.*
nē dicens. Quæritur tunc quō tam breuis *Quòd ora*
fuit hęc oro, uel quō ita breuiter eā ter- *tio debet*
minauerit euangeliſta cum iuxta textum *eſſe bre-*
uideatur per unā horā oraſſe. Reſpondet *uis.*
primo, q̇ longa fuit hæc oratio, ſed quod
recitat euangeliſta fuit ſuæ orationis con
cluſio. Reſiduum erant allegationis uel
forte pſalmi quos tunc recitabat ad ſuam
paſſionē pertinentes. Dico ſecundo q̇ ex
hoc habetur q̇ orationes noſtræ debent
eſſe breues, quia difficile eſt in lōgis ora
tionibus attentionē habere & non gene-
rari faſtidium & ſic diminui feruorē. Cōi-
ter. n. dicitur q̇ breuis oratio penetrat cę
los. In quo apparet ſtultitia eorū qui in
quibuſdam religionibus prolongant ſer-
uitium, & ita onerantur religioſi q̇ uix
reſpirare pñt. Vnde Boetius. 4. muſicæ.
Quanto in inſtrumēto muſico corda fue
rit longior, tāto reddit ſonū grauiorē, & L
quanto breuior, tanto acutiorē & eleua- *Oratio.*
tiorem, & per conſequēs magis penetra- *Quare do*
tiuum. Lu. 20. Simulantes longam oratio *minus ter*
nem propter hoc maiorem accipiēt dam *eādē ora*
nationem. Sed tamē ter idem repetit. Pri *tionē re-*
mo ne laſſemur in diuino ſeruitio ſi ſępe *petiuit.*
idem repetamus ne ſimus ſicut filii Iſrael
qui quotidie manna de cęlo ſumebant,

& inde ſuper cęleſti cibo nauſeabant. Secundo ut nobis formam orandi monſtraret. Variatio.n. petitionum inſtabilis eſt animi iudicium. Et factus in agonia prolixius orabat. Factus eſt in triplici agonia.

M — *Agonia. De triplici agonia Chriſti in orto.*

Prima ſpiritus contra carnem, quæ aduerſus eum & ſanctos martyres militauit tanquã prima acies, vt non niſi de media ꝑte .ſ. de ſpiritu contra carnẽ pugnarent. Secũda agonia erat ſpũs cõtra ſe ipſum. Magni animi eſt tolerare iniurias & opprobria, & maximi animi eſt tolerare maxima, vbi paruus animus ſtatim deiicitur magnus animus (qui ſm̃ Ariſt. 4. Ethi. ſe ipſum magnis dignificat) magnã controuerſiã in ſe ſentit ad hoc ut uincat ſe ipſum. Inde eſt, ꝙ iracundi non ſunt ſui compotes. Fallũt propterea poetæ qui dicunt Aiacẽ & Herculem magnanimos, quia tolerare nõ poterant iniurias. Tertia agonia fuit uitæ cõtra mortem, quam intendebat ſua morte deſtruere. Qui in primo agone deficiunt (qui eſt quaſi Iauangarde) in ſecundo neceſſe eſt deficere, & tertio, & modus iſte bellandi mirabilis fuit. Primo, quia nõ eſt agnitus dñs in in prælio. quia 1. Corin. 2. Si cognouiſſent nunquã dñm gloriæ crucifixiſſent. Propter hoc induit ſe vili ueſte ne agnoſceretur, vt Codrus Rex Athenienſium, qui accepto Apollinis oraculo non poſſe cõtra Thebanos triũphũ reportare, niſi occideret̃ in ꝑlio. Sed & ſimile reſpõſum habuerũt Thebani. Hinc Codrus mutata ueſte in ꝑlio ceſus eſt 2. Paral. 18. Mutato habitu Rex Iſrael ingreſſus eſt bellũ. In quo mors & vita duello conflixere mirãdo ut quæreretur à ſatellitibus ſathanę quis eſt iſte rex gloriæ, & rñderet̃. dñs fortis &c. Scđo quia ibi pugnabãt duo fortiſſimi principes Deus .ſ. & Diabolus, cui nõ eſt poteſtas comparabilis ſuper terram. Tertio penſat̃ infirmitas ex agonia & ſudore corporis. Exiſtimandũ eſt in hoc ſudore primũ agoniã & laborẽ. ſecũdo etiã humores ſudori aſſuetos fuiſſe. tertio cruorẽ. quarto verò lachrimas fudiſſe. Non.n. exiſtimandum eſt eũ, qui ſuper mala Hieruſalem fleuit, & ſuper Lazarum reſuſcitandum, quin ſuper maiora mala fleuerit. Similiter in tali ac tã prolixa oratione, & tã feruenti non dubiũ quin ebullierit potus cordis vſq; ad orificium oculorum, cũ ſuã Paulus dixerit Hebr. 5. In diebus carnis ſuæ oraſſe cum lachrimis. Hic aũt maximè carnis infirmitatem oſtẽdit ſicut & in cruce. In quo oſtenditur orõnẽ noſtrã debere habere iſta quatuor ſi uolumus in neceſſitatibus noſtris à dñõ exaudiri. Primo laborem. Vnde factus in agonia prolixius orabat. Licet.n. orare ſit difficile, & difficilior eius continuatio, quia ſicut difficile eſt lapidem tendere ſurſum, ſic naturam noſtrã grauem & aggrauatã ſurſum erigi: tñ laborare oportet ne tẽtationi ſuccumbamus, & ſic cum dño agonizare. Secundo requiritur ſudor proijciens ſuperfluos & malos humores. ſic ſudor pctõrum & malorum morum. quia ꝑs Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo &c. Tertio lachrimæ quæ ebulliant ex intimis cordis. Magna.n. neceſſitas & tribulatio magnã exigit orandi inſtantiam, & magnus ignis nõ niſi aquæ proiectione extinguitur. Quarto requiritur cruor dñicæ paſſionis, quo intinguatur memoria. ꝑs. Vt intinguatur pes tuus. i. affectio in ſanguine Chriſti. Vñ ait Euangeliſta. Et factus eſt ſudor eius tanquã &c. Dicitur in ꝑs. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Ratio huius lætitiæ. Prima eſt, quia iſte fluuius tanquã a paradiſo exiẽs diuiſus eſt in quatuor capita, in ſudores, labores, ſiue agonias, lachrimas, & cruorem, & quia in iſtis aquis nutriuntur piſces. i. fideles eccleſiæ, ideo lętantur. Vbi vero hæc flumina areſcunt, cõputreſcent piſces ſine aqua. Secũda cauſa huius lætitiæ eſt augmentatio & cõſeruatio ipſius eccleſiæ. Nã per rigationẽ ortorũ creſcũt ſemina, & per rigationẽ membrorũ dñi Ieſu rigata eſt oĩs eccleſia. Non defuit nec vnũ quidẽ mẽbrum quod nõ rigaretur. Ait.n. ipſe dñs. Rigabo ortũ plantationũ mearum. Conſidera in te ſi rigatus es hoc cruore ſi his lachrimis effuſus. Clamabat olim natura humana. Aĩa mea ſicut terra ſine aqua tibi, ſed nunc domine pluuiam uoluntariam ſegregabis hæreditati tuæ. Si ergo ſudas in laboribus vocationis tuæ, ſudorem habes domini Ieſu & laborem. Si defles tua & tuorum peccata, lachrimas habes ipſius. Si memoriam paſſionis eius habeas, cruore rigaris. Tertio, quia uidet eccleſia in ſe ſanitatem per huiuſmodi fleubothomiam procedere. Vnde vulgo dicitur ꝙ bonus ſanguis mentiri nõ poteſt, ſed quaſi amicus naturę ſemꝑ fluit ad

N

O



ad partem læſam, ideo quia oĩa membra domini Ieſu erant læſa fluxit ſanguis ad oĩa mẽbra. Quarto quia apud dominum miſericordia & copioſa apud eũ redẽptio. Lætatur.n. captiuus qñ videt abunde precium captiuitatis ſuę. Vnde primus homo duplicem ad nos tranſmiſit continuam .ſ. culpæ & pęnæ, nec poterat huiuſmodi febris niſi ſudore curari capitis. Sudauerat Adam, ſudauerunt multi, ſed nihil profecerat ſudor ille, quouſq; caput pro membris ſudauerit. Primus ſudor ex fragilitate cauſatus eſt, qñ frigidus homo à charitate in ſudores harum miſeriarum decidit Gene. 3. Secundus uero à caliditate & feruore charitatis incepit. ideo primus ſudor fuit ſignum futuræ mortis. Secundus uitæ uenturæ. In primo ſudore ueſcitur primus Adam pane materiali. In ſecundo veſcuntur filij eius pane ſacramentali. De ſudore huiuſmodi & oratione dicebat ſponſa. Cantic. 4. Ibo mihi, id eſt ad meam deuotionem uel utilitatem, ad montem myrræ, & ad collem thuris. Mons myrræ amaritudo erat & afflictio in illo ſudore ſanguineo, collis thuris odor ſuauis, & dulcedo in eius oratione.

P

Dormite iam & requieſcite. Requies hæc breuis fuit, quia mundi requies momentanea eſt, & quaſi nulla iuſtis, immo & mundanis ipſis. Tren. quinto. Laſſis non dabatur requies. Ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorũ. Quæritur cur dominus ſe tradebat impiorum manibus? Stultus reputatur qui ſe inter gladios & ignes exponit, cum ſibi cauere poſſit. Præterea uidetur, quòd eis occaſionem male agendi dederit, ſcilicet, committendi homicidium. Reſponſio. Dicitur primo, quòd dominus nullam dedit eis male agendi occaſionem ſed magis reſipiſcendi à malo quando eos excecauit ut non eum agnoſcerent, & eos ad terram reſupinos proſtrauit. Hęc enim ſatis erant ad eos diuertendum à malo. Secundo dicitur, quòd in manus impiorũ ſe obiecit, & diſcipulos voluit fugere, vt oſtenderet paſtorem pro grege aduerſus tyrannos cum periculo mortis (ſi opus eſt) ſe debere exponere. Bonus enim paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis vt liberentur, non ſic autem ſe debent paſtores oues exponere. Secundo ut doceret certare uſque ad mortem pro iuſtitia. & ꝙ pro ea mori, & ſe ultro pro ea exponere non timerent. Quòd ſi tales apud mundanos & adulatores fatui reputentur, tamen apud Deum & homines vere ſapientes, & magni precij æſtimantur. Strenuus miles ſi ſciret ſibi ſecundas auras in duello adeſſe, duellum mallet quàm requiem. Sciebat autem dominus quid boni ex hoc certamine contingeret. Tertio oſtẽditur in hoc ꝙ ſi mundus contra bonos latret, & eos inuadat, nõn propter hoc deſiſtere debent à ceptis operibus, licet in talibus aliqui ſcandalizentur. Tunc enim erat iudæis ſcãdalum acceptum non datũ à Chriſto. Tertio dicitur, quòd magnanimi opus fuit expectare. Magnanimum enim magna decẽt nec ad hoc ualet dicere, quòd eis dedit occaſionem male agendi, quia eadem ratione diceretur, quòd qui occaſionem iuſti ꝑlij ſuſcipiendi habent, deberent fugere nõ expectare, qa alij ſcilicet aggreſſores minus inde peccarent. Surgite eamus. Nõ ſine cauſa iubet ſtare, nam ſtando non iacendo pugnatur. Magna eſt dementia hoſte irruente ſe ad terram proſternere. i. ad terrena, & terrenas cupiditates & uoluptates, ita ut uẽter ad terrenas delectationes, caput & cor ad terrenas cupiditates, & manus ad huiuſmodi proſternantur, ĩmo non ſolum ſic agẽdo ad occidendũ, ſed ẽt ad adorandũ ipſum diabolum videtur ſe proſternere, cũ de oĩbus mẽbris ſibi oblationem faciat, immo ad proſtituendum ſe proſternit aĩa Chriſtiana uelut fornicatrix, quam non poteſt corrumpere niſi iacentem, & eius uolũtati ꝑ cõſenſum ſubiacẽtẽ. Vix te ꝑ cogitationẽ allocutus eſt, & de turpitudine adulterij vix interpellauit, & tñ iã te ei ſupponas ꝑ cõſenſum. Surgẽdũ eſt itaq; ĩ tẽtatione, quia hora illa fur uenit ad perforandũ domũ. Surgẽdum eſt ad ſe defendendum ab homicida, & fure.

Q — *Surgere. Quare dominus iuſſit diſcipulos ſurgere in horto.*

Secundo ad ſenſum moralem. Eamus contra quædam uicia directa acie cum eis pugnando, ut ſunt cupiditas, ira, inuidia, auaritia, & omnia illa, quæ moleſtiam habent. Alia unt fugienda, quæ ſola declinatione occiduntur, ut fornicatio. 1. Corin. 6. Fugite fornicationem. Eamus contra moleſtias in refrigerium cęleſte, & ꝑ ſpem contra delicias in abyſſum amaritudinis, & doloris, ſcilicet in infernum per

timorem. Heæ ſunt arces & refugia in quibus nobis eundẽ eſt in tentationibus, in quibus hoſtes incarcerantur & occiduntur. Hæc Guillermus Pariſ. Quarto penſatur infirmitas Chriſti ex compræhẽſione & alligatiõe humanitatis eius, ex qua quidem infirmitate primus fortitudinis actus apparuit in ruina & deiectione inimicorum ſuorũ. Vnde ait euangeliſta adhuc eo loquente ecce Iudas. Moraliter adhuc te deliberante, conſiliante & præparante, & aduerſus hoſtem armãte, ecce hoſtis & turba hoſtium contra nos, nec plene deliberare nec plene armare nos pmittit, & improuiſis iaculis inermes nos trãſfigere molitur, ut patet in primis motibus. Vnde dicit adhuc eo loquente. Nũquàm ergo nimium reputes celerem præparationem tuam, vt ſcias quanto ſtudio laborat dyabolus exturbare & diſſipare conſilium ſalutis. ſciens illud prouer. 24. Vir ſapiens eſt fortis, uir doctus robuſtus eſt & ualidus, quia cum diſpoſitione innitur bellum, & erit ſalus ubi multa conſilia. Sciens etiam quia palladem deam eſſe belli poete nõ immerito fabulati ſunt. In quo cauti eſſe debent qui uota quotidie & inſulte faciunt & non implent, uel qui de ſua ſalute diſponunt & non faciunt. Myſticè autem prælati multum argui debent, qui ſicut Iudas antecedũt turbam ad male tractandum Chriſtũ in mẽbris ſuis, malo eos exemplo imbuentes, qui debetent antecedere turbam lucernã doni exempli præ ſe ferendo. Venerũt cum laternis & facibus & armis. Iſte ſunt laternæ luciferi, qui dicitur ferre lucem, cum per oppoſitum afferat noctem. Quotiens enim aliquod allicitum tanquàm clarum uel placidum ſuggeritur totiens lampades & laternæ luciferi accenduntur. Cum prędictis laternis captus eſt Ieſus & ductus ad domum Annæ, & adhuc in membris ſuis capitur, quotiens iuſtus his lampadibus ſeducitur, & quicunque tales laternas parat, eſt de conſortio proditoris ſicut ſunt maquerelle. Similiter iſtæ laternæ tantũ de nocte lucent quia filij huius ſæculi tantummodo in nocte huius mundi per gloriam relucent uelut nocti luce. Ideo eorum lampades cum fatuarum uirginum lampadibus extinguẽtur, quando peruenient ad diem, & fil.i Caluariæ, id eſt filii lucis fulgebunt ſicut ſol. Vnde & meretrix laternã eſt luciferi & eius ſtipes, quo accenduntur multi. Iob. 41. Halitus eius prunas ardere facit, & de inde ipſa accẽſa, uiſu, riſu, & ornatu alias accendit. Vel ſecundum Guil. laternæ ſunt conſilia carnis & mundi, quibus de perpetrando peccato aut opportunitas, aut auxilium, aut aliud peccati adminiculum quæritur. Laterna enim lucerna eſt in pelle incluſa, quæ ab ipſa pelle conſeruatur ne ipſam uentus extinguat. Hæc eſt ſapientia mundi uel carnis in pelle carnis uel mũdi incluſa & cuſtodita. Mũdus .n. & caro duæ ſunt tm̃modo pelles q̃ nihil hñt niſi exterius. Intus .n. ipſa carnalitas eſt uacua, & ſilr mũdus. iõ hoĩes mundi pelles ſunt nihil interius habentes, per Herodẽ & Herodianos intellecti, qui interp̃tatur gloriãs in pellibus. Hęc aũt pellis hãc lucernã cuſtodit, ne uẽtus ſpiritus ſancti eã extinguat, & ita ẽ incluſa, ut nullus diuinæ inſpirationis flatus ad eã penetrare poſſit. Et dixit eis Ieſus. Quẽ q̃ritis? Cũ hoc dixit, auriſia ſeu acriſia pcuſſit eos ne eũ uiderẽt. Circa .n. eos tenebre non erãt, quia indicauit eos euangeliſta lãpades habere, & ſi lampades nõ habuiſſent, ſaltẽ a uoce cognoſcere potuiſſent.

R
*Hoſtis. Quòd hoſtis noſter eſt pceps ad nos inuadendũ.*

S
*Laterne: Quid repræſentãt laterne cum quibus captus eſt Chriſtus.*

Vt ergo dixit ego ſum abierunt retrorſum & ceciderũt in terrã. Hic eſt Sãpſon ille fortis qui mandibula aſini .i. lingua illius aſini fortis, qui peccata noſtra pertulit in corpore ſuo, proſtrauit omnes ſe ad mortem quærentes. ſic tamen q̃ inde ſurrexerunt. Veniet tp̃s quo proſtrati nõ amplius reſurgent. p̃s. Non adiiciet ultra ut reſurgat. Nunc uox domini eſt in magnificentia uirtute magna ipſum exercitum ſupinæ proſternens, deinde benignæ erigens. Veniet tempus quando uox illa cõfringet cedros libani, illos in perpetuũ proſternens. In caſu autem iſtorum non leguntur propter caſum illum aliqui cõfracti corpore, quamuis caſus a tergo ſit ualde periculoſus. In quo notatur q̃ non eſt magnũ periculum diffamationis, cum quis malus cadit coram uiro iuſto, quia uir iuſtus nouit tacere, diſſimulare, compati, & ſupportare. Sed ualde periclitatur iuſtus dum cadit coram impio. Non enim eſt homo iuſtus qui non peccet. Prouerb. 25. Fons turbatus pede & ue-



T
*Caſus.*



na corrupta iuſtus cadens coram impio: In fonte turbato, aqua ceno miſcetur. Sic impius ad huiuſmodi caſum ſanctæ uitæ eius, miſcet lutum peccati & diffamationis, quia impii quærunt delere piorũ nomina. Vena corrupta uiuas prius aquas fundebat, poſtea corruptas. Sic qui fundebat bonum nomen, impii miniſterio effundit uituperium, & ſicut ex fonte turbato riuulus turbatus emanat, & ex uena corrupta ſanguis corruptus, ſic ex illa turbatione & caſu in peccatum, malum exemplum & improperium. Sed quæritur quæ fuit huius caſus occaſio, cur etiam diſcipuli qui ſimul aderant non ſimiliter ceciderunt. Reſponſio ſecundum Hyeronimũ ad Principiam uirginem, quòd hoc pceſſit ex lumine a uultu eius pdeunte. Vnde & in die reſurrectionis dominice, de angeli facie lumen uelut fulgur exibat quo cuſtodes facti ſunt uelut mortui, nec tamen mulieres inde corruerunt. Dicit tamẽ Guiliel. Pariſi. hoc uirtute uocis domini proueniſſe. p̃s. Dabit uoci ſuæ vocem uirtutis, utrunque tamen potuit concurrere, ut & lumen illud excecaret, & uox domini conturbaret eos. Secundo quæritur quare non fuerunt compuncti uiſo caſu ſuo. Reſponſio quòd de hoc non eſt mirandum. Primo quia corruptis & infectis leproſis quæcunque medicina adhibeatur non inde ſanantur, ſed magis inficiuntur. Iſtorum autem aliqui corrupti erant pecunia, alii inuidia. p̃s. Corrupti ſunt & abhominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis. Secundo quia qui uendit hereditatem ſuam ad eam non redit poſſidendam. iſti autem pecunia animam ſuam uendiderant. Eccle. 10. Auaro nihil eſt ſceleſtius. Animã enim ſuam uenalem habet, ideo non amplius habet eam in ſua poteſtate, ut faciat quod decet, ſed quod pecunia exigit. Hinc iudices qui munera accipiunt, neque pro Deo neque pro fama ſua perdenda iuſtitiam miniſtrant. unde ſequitur, proiecit in terram intima ſua, id eſt conſciẽtiam ſuam pro nihilo ducitur. Tertio quia tales erant homines curiales tam de curia Pilati quàm eccleſiaſtica, ut dicit euangeliſta. & tales homines curiales (ſit Deus, ſit diabolus) complebunt mandatũ principis ſui, ideo non ex hoc tempore contigit ut homines curiales complaceãt principibus tanquàm Deo ſuo, & ſint ſcĩ principum, ſiue iure ſiue iniuria parati omnia ad uoluntatem eorum facere. Ideo in letania non inconuenienter dicitur, omnes ſancti diſcipuli dñi, oẽs ſancti martyres Dei, oẽs ſancti confeſſores Dei, ad dñam martyrum, confeſſorum & diſcipulorum principum & diaboli, qui ſi tanta facerent pro Deo ſicut pro principibus, abſque dubio canonizarentur. Quarto quia nõ poſſunt accendi carbones mortui, niſi inter eos ſit aliquis uiuus, & quia omnes iſti erant mortui peccato (erant enim illa cohors de qua p̃s. Non eſt qui faciat bonũ, non eſt uſque ad unum) ideo non potuerunt accendi charitate & compunctione. Propterea periculoſum eſt eſſe in ſocietate malorum. Malus enim in ſocietate bonorum habet qui eũ ſubleuet, & unus malus denarius tranſit tanquàm acceptus inter multos bonos, non ſic bonus inter malos. Secundo interrogat eos dominus dicens. Quem quæritis? In ſecunda interrogatione ſe permittit capere. In quo deſignatur quòd qui in principio tentationis ſtrenue agunt, ſed ſtatim deficiunt, ſimiles ſunt bellatoribus qui non habent niſi primum impetum, & militibus quib. deeſt anhelitus, qui anteriorem faciem habent hominis, poſteriora pecudum, & in conſpectu domini monſtra horrenda ſunt. Reſpõdit Ieſus. Dixi uobis quia ego ſum. Si ergo me quæritis, ſinite os abire. Quid eſt domine Ieſu quòd ſic obuias inimicis tuis, cum poſſis effugere? Qui omnia in ſapientia feciſti, nunquid euerſo modo per uiam ſtultitiæ reparare deſerta quæris? Nonne ſtultitiæ imputaretur ſi agnus ſponte lupis occurreret, ſi theſaurus prædonibus ſcienter exponeretur, ſi hæreditas in prodigorum manus, & ſapientia in ſtultorum directione poneretur? Tu autem agnus innocens, lupis occurris, tu theſaurus paradiſi in manus prædonum theſaurum exponis, tu hæreditas pmiſſa patribus in manibus prodigorũ, tu ſapientia ſtultorum regimini te obiicis. Si per ſtultitiam primi hominis perditum eſt genus humanum, nonne & ſapientia debuit reparari? Verum dicis o anima deuota. Ego agnus, illi lupi. Fatuum autem eſſet agnum occurrere lupo, ut eum lupus deuoret, non autem ut agnus lupum. Na-

X

Y
*Obuiare inimicis. Cõ ẽpla tio deuota q̃ũo eſſis obuiauit inimicis*

tura autem hic in gratiam commutata eſt, ut cum per naturam corruptam lupus deuorabat agnos, per gratiam cõſummatam agnus deglutiret lupos. Pręterea quid ſi agnus obuiet lupo ut tollat unde lupus eſt, & tunc ex lupo fiat agnus? Ego autem agnus ille Dei qui tollit peccata mundi, ablata autem peccata rabie in lupo, iam non eſt lupus ſed agnus manſuetus. Ego quoque agnus manſuetus corã tondente ſicut ſcriptum eſt, illi tonſores. Iuſtum eſt autem agnum quandoque tradi in manus tonſorum, ut eius ueſte ueſtiantur nudi. Iuſtum eſt inſuper agnũ incidere ĩ manus carnificum, ut eo mortuo carnibus eius ſuſtententur uiuentes. Sed dicis ſtultum eſſe dare hæreditatẽ in manus prodigorum, & theſaurum in manus ſtultorum. Ego quidem theſaurus immẽſus, ego hæreditas, & merces magna nimis antiquis promiſſa patribus. Iuſtũ eſt autem huiuſmodi promiſſionem adimpleri. Sed quia prodigi iudæi illam diſſipauerunt hæreditatem precio appreciato eam uendentes, equum fuit eam ad alienos deuenire ſcilicet ad gentes: Sed dicis ſtultitiam eſſe ſapientiam ſtultorum faucibus exponere. Si ſapientiæ opus eſt malum in bonum conuertere, de malo elicere bonũ & malum cooperari bono, quid non põt ſapientia ſtultitiam in ſeipſam ſapientiam conuertere, & per ſtultitiam mortis meæ ſaluos facere credentes? cuius exemplo reſte meo apoſtolo Si quis uult eſſe ſapiens ſtultus fiat ut ſit ſapiens. 1. Cor. 3. Scđs fortitudinis actus in infirmitate humanitatis Chriſti apparuit, quia morte cõtẽnebat prohibendo ſe defendi. Vnde ait euãgeliſta. Simon Petrus habens gladiũ eduxit eum & percuſſit ſeruum pontificis, & abſcidit ei auriculam. Non immerito in acie Chriſti Petrus primo percuſſit aurẽ Malchi gladio uerbi Dei. i. aurem eorum qui eos audiunt, & horũ quoſdã ad aures percutiendo excitat. Hi ſunt literati uiri qui uerbo & opere aures præſtant uerbo Dei & hi pauci ſunt. Aliis aũt abſcindit auriculam ut Malcho qui erat cognatus Pontificis & ſi de nobili genere. Sic nobiles & generoſi etiam ipſi prælati aures nõ habent, qui cum deberent prædicare uerbum Dei, etiam nec ipſi dignant audire. Propterea in morte tales auditu carent,

¶ *Percutere aurẽ. Qđ prædicator inſtar Petri debet ꝑcutere aurẽ peccatoris.*

uel quia ſicut conſueuerunt nolunt illud audire, uel præ infirmitate nõ poſſunt, uel non habent qui eos doceat, his ꝙ uidebantur eos diligere cuncta in domo eorũ prædantib. immerſio. n. in mundanis negotiis uel cum optimatib. mundi frequens adhæſio, impedit auditum uerbi Dei. Sicut auris tonante uento grandi, uix aliud audire põt. Secundo ideo percuſſit aurẽ, quia auris eſt porta fidei. iuxta illud Rom. 10. Fides eſt ex auditu. Auditus autem ꝑ uerbum Dei. In hac autem porta uelut ianitor diabolicus incubat ſurditas uel ſapiẽtia mundi aut carnis, nec Deum ſtantem ad oſtium ſinit ingredi, & quia in fide tota ſalus noſtra eſt, ideo maxime percutiendus erat iſte primus hoſtis Dei quo ꝑcuſſo omnes percutiuntur. Circa hoc quæritur an liceat iniuriam ui repellere. Et uidetur ꝙ non per illud Mat. 5. Dico uobis non reſiſtere malo. Reſpondit Alex. 3. parte ſummæ, quia aut iniuria quæ infert eſt perſonalis & priuata uel publica. Si publica propulſanda eſt iuſſu principis & manu militis. Ro. 13. Non ſine cauſa gladiũ portat. Dei. n. miniſter eſt uindex in iram ei qui male agit cui etiam propter hoc determinatur tributum. Reddite quæ Cæſaris Cæſari & militib. ſtipendia, ſed nõ niſi propter tuitionem reipublice ꝙ fieri non põt ſine repulſa hoſtilis iniuriæ. Si aũt iniuria ſit perſonalis de illa intelligitur illud. Mat. 5. Dico aũt nõ reſiſtere malo. Iniuria tñ perſonalis tripliciter repelli põt. Vnomodo impediẽdo. ut apoſtolus Actu. 21. procurauit milites a tribuno ut ſeruaretur illęſus, & ſic licet oĩb. iniuriam repellere, nec hoc prohibetur. Mat. 5. Secundo modo uerbis arguendo, & ſic dñs percuſſus alapa reprehendit percuſſorem nec alteram dedit, & ſic etiam oĩb. licet. Tertio repugnãdo, & hoc dupliciter. Vnomodo neceſſitate cogente ut cum lęſio aliter uitari non põt, & hoc aut ſine armis, & ſic permittitur clericis & laicis cum moderamine inculpatę tutelę & incontinenti, & ſic uim ui repellere licet, quia non liceret illud facto interuallo poſt inuaſionẽ, aut cum armis, & ſic hoc licet laicis. clericis tñ dum ſunt in itinere licet portare arma defenſiua & in caſu neceſſitatis ſe tueri. In hac tñ defenſione debet oĩno auferri ulciſcendi libido. & hoc modo intelligitur

*AA Iniuria. Vtrum liceat iniurias repellere.*

tur illud Ro. 12. Non uos defendẽtes chariſſimi ſed date locum iræ. Conuerte gladium tuum in uaginam. Ac ſi diceret iam non eſt tp̃s ultionis ſed miæ. p̃s. Quia uenit tp̃s miſerendi eius, quia uenit tp̃s. i. aliud qñ euaginabo gladium meũ & interficiet eos manus mea. Hoc aũt inſinuauit Petro propter multa. Primo quia Petrus nimis debilem habebat manum ad percutiendum in ſignum cuius non percuſſit niſi ſeruum, & tñ ibi magiſtratus erant & ſacerdotes quos nõ percuſſit. Ea propter dr̃ Eccl. 7. Noli uelle fieri iudex niſi uirtute ualeas irrumpere iniquitates. Scđo hoc dixit ei quia manui furioſi non eſt bonũ dare gladium, melius eſſet ipſum in uaginam recondere, quia oẽ qđ ſuggerit furor tunc rectum putat. Petrus autẽ tunc furore plenus uidebatur, cum nõ expectauit benignum ſuꝑ ꝑcuſſione dñi Ieſu reſponſum. Tertio ut in eccleſiaſticis patiẽtiam commendaret. Sola. n. patientia eſt per quam oĩs gladius uincitur, ſola impatientia per quam gladius uincit. Quid aũt faceremus ſi auctoritatem percutiẽdi gladio haberemus ex euãgelio? Abſoluta certe & penitus eliminata eſſet patientia a nobis, qui gladio linguæ ſi alium non habemus ſꝑ ꝑcutere uolumus. Quid igitur ſi materialem gladium haberemus? Ideo tales iuxta dñi ſententiam pereunt ſe ꝓprio gladio transfodientes, alterius ueſtem tãtummodo lacerãdo. Moyſes iniurias ſuas proſequitur & lege talionis ulciſcitur, & abſque ulla miſeratione decretorum eius contemptor occiditur. Sed Chriſtus gladium in vaginam conuertendũ p̃cepit, nec iraſci fratri ſuo nec racha dici, nec fatue permittit. Vult. n. nos uitia non recõpenſare uitiis ſed ſuperare uirtutibus. Poteſt etiam dici ꝙ ſcriptura ſacræ eſt uagina in qua reconditur gladius uerbi Dei, qui interdum abſcondendus eſt ab indignis. In quo uolebat dñs oſtendere ꝙ in perſecutione aliqñ ceſſandum eſt a p̃dicatiõe uerbi dei eo ꝙ tyranni obſtinati ſunt cõiter, nec põt iniquitas gladio uerbi Dei interfici. An putas quia non poſſum rogare patrem &c. q. d. Petre ui & gladio ſtulte putas meam paſſionem auertere pro qua declinanda ad patrem nec preces uolo fundere. In quo culpantur qui ad uindictam proni ſunt & ad patientiam tardi. & ſimiliter illi qui ad iniurias Dei uindicandas zelo quodam rectitudinis ſe credunt accenſos, non attendentes ꝙ Deus ad patiẽdum & compatiendum promptiſſimus erat, & ad uindicandum tardiſſimus. Vnde multi primo ictu membra Chriſti ꝑ excõmunicationes p̃ſcindunt. Extrema aũt eſt in medicinis membrorum præciſio. iõ ve eis qui illam primam faciunt, mederi uolentes, & ab illa incipiunt ꝙ finis eſſe debuit medicandi. Qũo ergo implebuntur ſcripturæ? Facto non intentione contra Dei promiſſionem in ſcripturis factã agebat Petrus, dum paſſionem dñi & redemptionẽ generis humani impedire uolebat. Scripturæ autem ſacræ impleri non poterant ſine patientia. Nam plenitudo legis dilectio eſt: quæ eſt charitas. charitas autem patiens eſt. Plenitudo ergo legis & ſcripturarum patientia eſt. Qũ ſic oportet fieri. Oportebat ut calicem paſſionis biberet pro mundo ęgrotante cœleſtis medicus. Licet aũt alius modus poſſibilis fuerit teſte Aug. iſte tñ cõuenientiſſimus fuit. Erat. n. miſeria humani generis & ęgritudo maxime in duob. quo ad culpam in hoc. ſ. ꝙ ab amore Dei fugerat & in ea confidere & inniti fiducialiter non uolebat, ad ꝙ ſananda nihil melius potuit excogitari, nihil efficacius adhiberi quã mors eius. Hoc. n. beneficio ſpe immobili & infirmitatis humanæ firmatur hęſitatio uelut pignore ſecuriſſimo & certiſſimo argumento. Neq; diuinæ dilectionis caminus maiorem flammam quã in cor humanum mitteret, habuit. Io. 15. Maiorem charitatem nemo habet &c. Vide igitur o humana incredulitas & diffidentia, nullũ eſſe in logica argumentum efficacius, aut certius cui indubitanter crederes quantũ te Deus dilexit, & in oĩ neceſſitatẽ quantum tibi ſubueniret qui proprio filio ſuo non pepercit ſed pro te tradidit illũ. Ro. 8. Hoc igitur tibi fecit ut tantæ miæ tam ꝓcioſum pignus tam ualidũ argm̃ ad eum reamandũ te accenderet. Et ſanauit auriculã eius. oſtendens malefacientibus benefaciendum eſſe. Et ſi quæratur an illã eandem auriculam reſtituit, an aliam de nouo produxit, cum uideretur in turba illud paruum membrum perditũ fuiſſe. Reſpondeo ꝙ credendum eſt ꝙ dñs ſe humiliauit erigẽdo illam aurem, & eã reſtituit

*BB Gladius Petri. Quare iuſſit dñs Petro ut reponeret gladium in uagina.*

*CC Patiẽtia. Qũo patiẽtia eſt legis plenitudo.*

*DD Amor. Quid mouere dẽt nos ad amandum Deum.*

talem qualẽ habuit. Si aliam formaſſet, meliorẽ ei q̃ priorẽ dediſſet, & ſic ad verbum Dei attentior fuiſſet, qđ non eſt factum. vt poſtea patebit. Tertius fortitudinis xp̄i actus apparuit in patientia ſupportando traditorẽ nequiſſimum. Vnde dicit. Et ecce Iudas antecedebat turbam. Talis dux. tales miniſtri. Multi p̄lati quo ad dig itatẽ ſunt ſucceſſores Iudę p̄s. Epiſcopatũ eius accipiat alter, & antecedunt turbam vtinam Dei non dyaboli, & utinã turbã Dei non facerent eſſe dyaboli. Per cenſuras. n. tot tradunt dyabolo ꝙ paucũ remanet Deo. Quemcunq; oſculatus fuero ipſe eſt tenete eũ & ducite caute. Quia proditio Iudæ erat generoſum viciũ, neceſſe fuit multas iniquitates ſecũ quaſi ſocias habere. Præceſſerunt autem quinq; ſocie in comitatu eius. Prima ſocia fuit furtũ. Ioh. 13. Fur erat & loculos habẽs ea quæ mittebantur portabat. Secũda fuit hypocriſis. Dicebat. n quaſi pater pauperum & quaſi ad eũ pertinuiſſet de pauperibus. Potuit iſtud venundari multo &c. Tertia mendaciũ, quia cõtra mẽtẽ loquebatur cum dño dixit in cœna. Nũquid ego ſum rabbi? quaſi ſe excuſans ꝙ nũquã de proditione cogitaſſet. Quarta fuit detractio qñ Magdalenã increpãs quaſi prodigã & bonorum diſſipatricem ait. Vt quid perditio hæc? cum tamen dñs commẽdaret eam. Vera perditio hæc, nõ illi ſed tibi o Iuda. Quinta fuit fraus & dolus cum dicit. Quemcunq; oſcula tus fuero &c. Hiero. Dñs diſcipulis prohibuerat ne cui dicerent ꝙ ipſe eſſet Xp̄s, ſed Iudas præuaricatus eſt ipſum prodens & dicens. ipſe eſt tenete eum. Sed huius proditionis magnificè quinq; fuerunt comites eam concomitantes. Prima fuit ſymonia qua iuſtum vendidit triginta argenteis, cuius uenditionis figura fuit vẽditio Ioſeph Patriarchæ. Hierony. in Mattheo. Ioſeph in Patriarcha non ut multi putãt iuxta. 70. interpretes. 12. aureis uenditus eſt, ſed iuxta hæbraicam ueritatẽ uiginti argenteis. Non. n. poterat precioſior eſſe ſeruus quàm dñs. Sed dices quõ tam uili garſioni dederunt illam pecuniam? Reſpõdeo ꝙ non dederunt ei pecuniam niſi qñ dedit mercimoniam. Tunc enim uel modicum ante proditionem pecuniam accepit. In quo notatur auarorum periculum qui nec Deo reclamante nec conſcientia aut doctrina contradicente retrahi poſſunt quin ſuas proſequantur malicias, quamuis etiam ſint in periculo nihil obtinendi. Secunda ſocia fuit impietas quã fuit Dux ſatraparum qui compræhenderunt Ieſum. Magna enim crudelitas fuit dare innocentem in manus crudelium.

*EE Proditio Iudæ. Quòd Iudæ proditio multas ſecum habuit iniquitates ſocias.*

Tertia ſocia fuit ingratitudo. Nam licet eum cibaſſet ſuo corpore & diſcipulum & Epiſcopum illum feciſſet, nihilominus quaſi dæmoniacus & verè dæmoniacus in cuius cor intrauerat Sathanas, ignominioſè tradidit illum. Pſal. Si inimicus meus maledixiſſet mihi, &c.

Quarta ſocia fuit obſtinatio, quia nullo Dei beneficio, uel amore, vel timore, uel dulci uerbo retrahi potuit a malo ſuo. Difficile enim auaricia curatur. Et quia ouis quæ de ouili egreditur facile lupi morſibus patet (ſeparat enim lupus ſeorſum ouem quem rapit) propterea ad traditionem iſtam faciendam Iudas poſt buccellam miſera ouis ab ouili Chriſti egreſſa eſt poſtpoſitis omnibus domini beneficiis. Quinta fuit adulatio cum diceret Aue rabbi.

Maledicta adulatio qua traditus eſt pauper. Sed hanc proditionem ſequuntur aliæ quinque comites. Prima fuit deſperatio, quia qui ſalutem ſuam vendiderat, nihil plus de ſalute recuperare ſperabat. Secunda finali impœnitentia quæ eſt peccatum in ſpiritum ſanctum irremmiſſibile in præſenti ſæculo & in futuro.

Tertia confuſibilis mors, quia laqueo ſe ſuſpendit. Quarta diffamatio per totum orbem qua nunc ita deteſtabilis iudicatur proditor communiter nomine Iudæ nominetur dicendo de proditore tu es vnus Iudas. Quinta eſt æterna perditio de qua perditione. Geneſis decimum primum. Fiat Dan coluber in via, quod quidam exponunt de Iuda qui ueneno ſiſſimo morſu proditionis carnem Chriſti deiecit in mortem, quem dicunt fuiſſe de tribu Dan, ſed potius creditur fuiſſe de Tribu Yſachar. Et oſculatus eſt eum. Similia ſunt oſcula mundi & oſcula Iudæ. Iudas oſculo filium hominis tradit in mortem temporalẽ mundus filios hoĩum in mortem eternã. ille

*FF Oſculum Iudæ. Oſcula mundi ſimilia oſculis Iudæ.*





in manus gentiliũ, hic in manus dęmonũ. Iudas dixit iudæis ſequentibus ſe. Quemcunque oſculatus fuero ipſe eſt, tenete eum. Mũdus autem diabolo & angelis eius idem dicit. Vterque dicit pax & non eſt pax. Mundus oſculatur ſuggerẽdo vana, & aſſumens tanquam maiorem ſillogiſmum vane conſtituiſti omnes filios hominum. i conſtituiſti omnes homines ad proſequendas uanitates, aliter fruſtra eas creaſſet Deus. Caro uero duobus brachiis ſcilicet delectatione ſuauiſſima complectendo, & triſtitia fugiendo minorem aſſumit dicens. Anima mea habes multa bona in annos plurimos repoſita, ecce mundi ſuggeſtionem & oſculum, epulare & iocundare ecce carnis amplexum, vt tandẽ diabolus per conſenſum concluda peccatum & per illud communicare deducat ad inconueniens gehenne niſi cito ſoluerit ambas præmiſſas per interemptionem, interimendo ſcilicet mundi uanitatem & carnis delectationem. Dixit ei Ieſus. Amice ad quid ueniſti? Sed quæritur quomodo Chriſtus uocabat eum amicum, cui tamen nolebat gloriam ęternã dare? Reſpondeo primo ꝙ eum vocat amicum ſecundum ſtatum priſtinum, quia in illo ſtatu amicabiliter fuit electus domino ĩ apoſtolum & familiarem. Secundo dicitur ꝙ Chriſtus eũ amabat ex beneficiis ſibi datis & oſtenſis, licet amor ex altera parte claudicaret. Dicitur tertio ſecũdum Gui. ꝙ Iudas proditor erat amicus facti ſed nõ intentionis. Dicitur enim quis amicus facti dum ea facit quæ amicitiæ ſunt beneficia. Probatio enim delectionis exhibitio eſt operis. Eſt ergo iudas amicus Chriſti, quia benefactor. Tentationibus enim nutriuntur, paſcuntur, & augentur uirtutes, qui autem has infert nihil quam dapes & uaria fercula velut cocus miniſtrat & pręparat, & velut dapifert coram ponit. ideo quodammodo benefactor & ita amicum facta uocat non autem intentionis, quia intendebat ei malum. Sicut fratres Ioſeph erant amici ipſius non intentionis, quia ei intendebant malum perpetraſſet factus dominus egypti, in quo nobis datur exẽplum ut perſecutorem noſtrum amicum noſtrum reputemus, non propter affectum eius ſed propter effectum. Valde enim utilis eſt nobis. Dicitur quarto quòd dominus eum ſecũdũ præſentem iuſtitiã diligat & bonum naturæ eius, non autẽm ſimpliciter. q. a. uellet ei dare uitã æternã p̄p mala quæ videbat ab eo fieri. Quarto igitur penſanda eſt humanitatis Chr̄i infirmitas ex comprehenſione & ligatione eius de qua quidem ſic ait euangeliſta Cohors ergo, & tribunus militum comprehenderunt Ieſum. Cohors continet quinquagiuta homines. Hoc faciebant, quia timebant plebem ne forte nocturno tumultu eriperetur. Secundo quia uiderant eum dominica præcedente eieciſſe ſolo funiculo maximam multitudinem uendentium, ideo credebant eum eſſe fortiſſimum propterea armati uenerunt.

*GG Amicitia De dupli ci amicitia facti, & intentionis.*

Conuenerunt autem ibi magiſtratus &cæt. primo. Eſdræ. 7. Manus principum & magiſtratuum in tranſgreſſione prima fuit. Sic ibi erãt miniſtri de eccleſia, & cohors & tribunus de curia laica. Iſte ſunt duæ alæ milui. de quibus Zach. 5. Habebant alas quaſi alas milui. Miluus auis rapax quæ inſidiatur infirmis auibus, ut pullis. Iſti ſunt clerici officialium, accipitres uero ut aduocati inſidiantur magnis auibus. Iſti duo conuenerunt aduerſus Ieſum. Iſtis autem miluis fiet ſicut miluo, cui capto extrahitur, aliquid de inteſtinis, alij verò milui exiſtimantes ꝙ inuentum inteſtinum ferat conueniunt omnia eius præcordia auferentes. ſic diuiti cupido inteſtinum extrahitur, cũ cor in exterioribus bonis iactet. Eccle. 10. In uita ſua proiecit intima ſua, alij verò potentes & diuites conueniunt inuicem vt inteſtinum deuorent, ea videlicet quæ male congregauit diripiendo. Prouerb. 22. Qui calumniatur pauperi ut augeat diuitias ſuas, dabit ipſe ditiori ſe, & egebit.

Tanquam ad latronem exiſtis cum gladijs, & fuſtibus comprehendere me. Quotidie apud vos eram in templo docens & non me tenuiſtis. Ratio eſt, quia omnes labores, quos ante paſſionem aſſumpſit dñs, ſacrificia erant, non holocauſta, quia in eis non totus conſumebatur Chr̄s in ara autem crucis totus crematus eſt, & igne amoris accẽſus, & Deo p̄ri acceptus. Pſalm. Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ oblationes & holocauſta. Vſque enim in hanc diem, quo in holocauſtum debebat offerri, eum tenere non potuerunt.

*HH Teneri. Quare non p̄miſit dñs ſe teneri añ paſſionẽ.*

merunt. Secunda ratio, vt oſtenderet dominus libertatē doctrinæ & verbi dei, quia uerbum dei non eſt alligatum, nec aliquando concluſum fuit funibus tyrannorum. In tēplo ſemper ſecurus fuit nec in eo lapidari aut crucifigi potuit. Non ſic in orto, ſed in eo comprehenſus eſt. Sic viri litterati ſecuri ſunt, dum in eccleſia precibus aut ſermonibus pro Deo allegant pro populo vel contra populum, ſed in orto deliciarum dum uacant cito comprehenduntur, immo nunc in orto & in templo Deus crucifigitur. Hierem. 5. Omnes maledicunt mihi dicit dominus. Quod autem dicit quotidie docens eram in tēplo, notat illos, qui dicunt virum literatum vel prælatum uileſcere ſi quotidie prædicet. Nec enim dominus propter hoc uilior factus eſt, ſi quotidie prædicauit. Scriptum eſt enim. Annunciate de die in diem ſalutare eius. Tales enim magis allegant ſuam puſillanimitatem & pigritiam.

Et relicto eo omnes fugerunt. Ratio eſt, quia ſcriptum eſt. Percute paſtorem & diſpergentur oues. Quandoque dyabolus impetit oues & non paſtorem in propria ut cum percuſſit oues Iob, & pueros flamma conſumpſit. Deinde paſtorem tētauit in propria perſona. Quandoque vero impetit paſtorem ut diſpergātur oues. Vnde & Sampſon primo petiit columnas domus, vt eis proſtratis omnes proſterneret qui in domo erant. Iudic. 16. & ſic impetijt dyabolus Chriſtum vt diſpergeret oues eius. & ſic ſancti ſunt velut uolatilia inter quæ iacitur lapis improuiſe per ſemitas aeris uolitantia, ꝗ in ſummitatib. & in ramis arborū ſe tollunt. Sic apoſtoli incertitudine loci vagabantur fugientes. Sed cur te domine dereliquerūt oues tuæ qui paſcebas eas in montibus, nunc deliciis doctrinæ tuæ, nunc diuitiis gloriæ tuæ in transfiguratione, nunc beata tui viſione. Si ſcriptum eſt, recedentes à te in terra ſcribentur, quomodo cum receſſerint a te in libro tuo ſcripti ſunt? Reſpondeo. O cor deuotum ꝙ factum eſt cor meum. id eſt diſcipuli mei quos diligebam tanquam cor meum. tanquam cera liqueſcens quę undique diſpergitur. Et hoc ideo, quia qui uidebant me foras, fugerunt à me id eſt qui legebant ſolum in libro meo foras fugerunt a me, ꝙ ſi interius diuinitatem uidiſſent, nunquam me dereliquiſſent. Aliqui tamen recedunt a me infirmitate aut ignorantia ducti, a quibus non recedo, nec eos propterea deleo de libro meo. cuiuſmodi fuerunt diſcipuli mei. Sed qui ex certa malicia a me recedunt deſpicio, & hi in terra ſcribuntur, quales ſunt iudęi qui me dereliquerunt fontem aquæ viuę.

II Derelinquere. Contēplatio circa derelictionē Xp̄i à diſcipuli

Hoc autem totum factum eſt ut adimplerentur ſcripturæ, prophetarum. Alia ſcriptura habet ut implerentur promiſſiones. Vacua enim uidētur uerba promiſſionis antequam res ipſa quæ promiſſa eſt exhibeatur. Ideo ſenſus eſt ꝙ totum quod circa dominum Ieſum factum eſt, ideo factum eſt ut ſalus humano generi in ſcripturis prophetarū promiſſa eidem daretur. Moraliter plenitudo legis eſt mutua onerum portatio. Gal. 6. Alter alterius onera portate &c̨. Vt ergo plenitudo legis & ſcripturarum fieret. i. ut charitas Dei in cordibus humanis accēderetur. totum factum eſt Roma. 13. Plenitudo legis dilectio Propter hoc uenit ſicut ipſe dicit Luc. 12. Ignem ueni mittere in terram. Amari. n. q̄rens Deus quia erat unica uia noſtræ ſalutis, primū amorem exhibuit beneficio & argumento mortis quam pro nobis tulit, vt a nobis omnem dubitationes excludit. Totum ergo factum eſt ut dominum amaremus.

Adoleſcens autem quidam ſęquebatur a longe. Sicut Ioſeph pallio utēs in manu egyptiæ pallium reliquit dum traheretur ad adulterium, ſic iſte per ſindonem ad mortem temporalem, ut per ſindonem ipſam intelligatur omne per quod à mūdo trahi poſſumus & teneri. Omnis enim mūdi fęlicitas ſindō eſt, aut pallium veræ fęlicitatis, & hoc eſt effugium Ioſeph & eius adoleſcentes, qui hoc uidentur didiciſſe a luctatoribus. qui ſe nubant ut non habeant trahentes quo eos teneant. Nuditate iſte erubeſcimus coram mundo quę ueræ operimentum eſt, qua omnis turpitudo noſtra non ſolum tegitur, ſed etiam tollitur. ſicut & nuditas Adæ operiebat omnem turpitudinem, qua ablata rubor, & turpitudo inde prouenerunt.

Miniſtri autem comprehenderunt Ieſum. Tunc factus eſt dominus fideiuſſor noſter. Sed multi permittunt fideiuſſorem ſuum incurrere pęnas, quia prauus debi-





tor ſemper fugit fideiuſſorem ſuum. Sic & nos facimus Chriſto. Et mirum eſt quomodo dominus vult fideiubere pro nobis, qui toties ei mentiti ſumus. comprehenſus eſt (ut inquit Amb. epiſtola. 41.) ut noſtram redemptionem non per legatum aut uicarium ipſe conſummaret, contra illos qui ſuarum ouium ſalutem procurant non per ſe ſed per uicarium. Sed quæritur circa hoc utrum Chriſtus conuenienter egerit in hoc quòd ſe dimiſit comprehendere? Et uidetur quòd non, qa uidens aliquos uolentes iniuſtæ aliquem occidere, ſi poſſet deberet eum liberare. Tum propter occidentium culpam. Tum propter vitam alterius ſaluandam. iuxta illud Prouerb. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare non ceſſes. Quod exponit gloſa, non tantum de morte ſpirituali, ſed etiam temporali. ergo cum Chriſtus vno uerbo potuiſſet ſe liberare. iuxta illud Iohann. 18. Vt ergo dixit eis ego ſum, abierunt in terram. ſequitur ꝙ debuiſſet ſe eripere a manibus eorum. Reſpondet Richardus in expoſitione textus. 3. ſenten. diſt. 18. quòd in tali caſu qui poſſet liberare innocentē deberet eum liberare, niſi ſciret quòd ex morte eius maius ſequeretur bonum quā hoc eſſet malum. Hinc eſt ꝙ poſſunt homines offerre ſe ad martyriū. Per hoc enim quòd non multum curant de hac uita (qđ ad mortem currendo manifeſte demonſtrant) confirmatur fides in habentibus vel confertur non habentibus, per hoc ꝙ vita inde melior ſperatur amantibus deū.

Secundum ſignaculum eſt ſubiectio & humilitas Chriſti, claudens eius dominationem & imperium, & hoc in domo Annæ. In qua tria facta ſunt. quia primo Chriſtus interrogatur. Secūdo alapizatur. Tertio a diſcipulo negatur. Vnde dicit euangeliſta. Et adduxerunt eum ad Annam primum, qui interrogauit eum de diſcipulis, & de doctrina eius. De diſcipulis, & non de Ieſu interrogat, quia nullum erat peccatum quod ei obiicere poſſet. De diſcipulis tamen ſatis ei reſpondit dicens. Ego palam locutus ſum mundo, quaſi diceret. Omnes ſunt mei diſcipuli quibus publicę prædico, ideo quantum ad primum nihil quæris. Ego ſemper docui in ſynagoga. Sed quare allegat ſe dominus docuiſſe ſemper in ſynagoga? Nonne & aliquando in monte contra templum? nonne aliquando in campis & in loco campeſtri, & in via cum properarent ad eum e ciuitatibus? Immo aliquando de naui docebat turbas. Quomodo ergo dicit ꝙ ſemper docuit in ſynagoga? Reſpōdetur. Primo quòd dicit ſed ſemper docuiſſet in ſynagoga & in templo ubi omnes iudęi cōueniunt, ut oſtenderet doctrinam ſuam irrefragabilem. Si enim refragaretur, uel hoc eſſet ab inimicis propter inuidiam, uel à doctioribus propter ingenij ſubtilitatē. Sed non ab inimicis, quia iudæos habebat inimicos. Dicit autem ſe ſemper docuiſſe in ſynagoga & in templo vbi omnes iudæi conuenlunt, & mittit ad interrogandum eos ſuper iſta doctrina faciens inimicos ſuos iudices, quare videtur irrefragabilis. Secundo quia vbi ſunt multi ſapientes, ibi debet eſſet cautior doctrina. Semper enim ueretur docens quos nouit aſſiſtere ſapientes & caute loquitur. maxime ſi emuli aſtent, ne deprehenſus in aliquo confundatur. Vnde ad examen reproborum mittit ſuam doctrinam. Ita enim erat eius doctrina uera nullam fornacem expaueſcens, quæ quanto plures habet aduerſarios & contradictores, tanto elimatur & clarius fulget. Dicitur ſecundo ꝙ dominus doceret in naui, uel in monte, uel in loco campeſtri. ſemper etiam in ſynagoga docebat, eo ꝙ ſemꝑ habebat aliquos de templo uel de ſynagoga ſcribas & phariſeos, qui ei inſidiabantur ut eum caperent in ſermone. & deferebant omnia his qui in templo uel in ſynagoga hieruſalem morabantur, & ita vbicunque erat, ſemper docebat in ſynagoga. ſecundum formam loquendi quæ habetur Gene. 45. Quod cum eleuaſſet Ioſeph uocem, audierunt eum omnes egyptij, omniſque domus Pharaonis, & tamē nec egyptij intererant agnitioni mutuæ, nec domus Pharaonis illic propinqua erat, ſed erant qui referrent & egyptijs & domui Pharaonis. Alio modo dicitur ꝙ intelligebat de doctrina quam in Hieruſalem effudit. iuxta illud Eſa. 2. De ſyon exibit lex, & uerbum domini de Hieruſalem. Et ad litteram nō inuenitur ubi publicæ eam illic fuderit, in templo uel circa templum, quod idem eſt uel in ſynagoga. Ideo conſequenter ſub-

iungit, in quo omnes iudæi conueniunt, vbi de Galilæis non loquitur, qui tñ tũc erant legem ſectantes. Quid me interrogas? Quattuor ſunt hominum genera quæ uix ad Xp̃m cõuertuntur. Primi ſunt pricipes & magni nobis in ſeculo & ratio eſt, quia lõgæ ſunt a ſchola Xp̃i, ideo uix poſſunt eſſe eius diſcipuli. Schola Chriſti docet humilitatem & benignitatem. iuxta illud Ma. 11. Diſcite à me qa mitis ſũ &c. Iſti uero plurimũ feroces in ſubditos, põpam & ſeculi ſuperbiam imitantur. Sed & ſi prope videantur faciendo fundationes aut dando eccleſiæ oblationes, & munera, non tamen inde ſequitur ꝙ montes aruerniæ & ſabaudiæ magni & alti caleſiant a ſole quamuis ei propinquiores videantur vallibus, ſed ſunt ibi perpetuo niues & frig ditates. Licet. n altari ſint propinquiores & ſacerdoti, in uerticæ tñ illorum montium multum de feno (quod eſt alimentũ optimum pecorum) inueniť, quia ibi paſcuntur beſtiæ. i. in curiis principum pa cuntur beſtiales hoĩes in his q̃ ſunt Dei, nõ in his quæ ſunt mundi. Secũdum genus eſt prælatorum, miniſtrorũ ipſorum. Communiter dicitur ꝙ in aĩalibus difficilius excoriant̃ caput & cauda, caput ſunt p̃lati, & cauda eorũ miniſtri. Et hoc ideo, quia tales non libenter audiunt uerbum Dei. Scini aliquos prælatorum ſciolos, qui vbi non poterant cõtradicere ueritati in eorũ pręſentia ſcriptis tradite, ac ſi eſſet vinũ limphaticũ aut nullius valoris, vtriuſq; cõmotis auribus cũ taciturnitate eã damnabant. Licet enim Herodes legatur aliquando interfuiſſe prædicationi Iohannis nunquã tñ annas & cayphas leguntur affuiſſe. Vnde Chriſtus ad annã. Quid me interrogas? Interroga eos qui me audierunt. q. d. Tu nunquam audiſti me prædicanté, ideo de doctrina mea nihil potes ſcire. Sed interroga eos qui me audierũt. Hi ſciunt quæ dixerim ego. Venenum enim imbibitum difficile curatur. Temporalia in eccleſia iuxta vocẽ tempore Conſtantini (ut dicitur) auditam, venenum effuſum fuit. Ideo pompa & ſuperbia ab his qui in eccleſia temporalibus abundant difficile exuitur. Venenũ tñ confectũ & temperatum multum cõfert cõtra cætera venena. Sic tpalia eccleſię bene diſpoſita & ordinata multũ cõferunt ad uirtuté & decoré eccleſiæ. Pſal. Speciei domus diuidere ſpolia. Tertium genus eſt litteratorũ & ſubtiliũ virorum. Subdola eſt auis quæ cantat cras, nec dicit cras niſi dũ habet os plenũ vento. Dum enim habet os plenum bono cibo nõ poteſt cãtare cras. Sic ſubtiles pſonæ litterate & doloſe ſciens ꝙ male agunt, procraſtinant ſuam conuerſionem, quia non habent cor plenum bonis affectionibus & deſideriis, nec os clauſum vanitatibus huius ſeculi, ſed omnino talibus apertũ. Lapides aquatici etiam per aquam indurantur & aqua ita per litteras & ſcripturas tales indurãtur. cuiuſmodi fuit Auguſtinus ante conuerſionem ſuam cum matri cõtradiceret. 1. poli. Sicut a in homine nequam, malicia eſt habens arma. 2. Tim. 3. Semper diſcentes, & nunquã ad ſcientiam veritatis peruenientes. Vnde Aug. Stulti & ydiote rapiunt cœlos, & nos cum ſcientiis noſtris mergimur in inferos. Quartũ genus eſt malorum religioſorum. In deſertis autem ubi olim habitabant homines etiam religioſi, nunc habitant ſerpentes & monſtra difficile autem de ſerpentibus generantur homines, & de lapidibus filii Abrahæ. Ratio autem huius difficultatis eſt quia materia quę habet aquam non de facili ſuſcipit ignem, vt candela madefacta. Qui ĩ mala doctrina opere & ſermone erudiuntur à iuuentute. uix ſanam doctrinam & bonos mores ſuſcipiunt, & latomus uel pictor non ita de facili ſculpit in lapide habente formam contrariam ſicut in lapide nudo & plano. Tenera uirgula flecti poteſt, non trabis, cera mollis & callida impreſſionem recepit ſigilli, non duro. Propter primum horum quattuor nec Pylatus, nec Herodes viſa Chriſti immenſa patientia conuerſi ſunt ad Chriſtũ. Propter ſm nec Annas, nec Cayphas, nec miniſtri eius uiſa eius inſeparabili ſapientia Chriſtum confeſſi ſunt. Propter tertiũ ſcribe & ſeniores populi qui erant doctores legis & iudices, viſa eius immenſa bonitate ipſum nõ ſunt ſecuti. Propter quartum phariſei, & ſaducei qui tunc temporis erant religioſi nõ obſtantibus eius miraculis ad oculum cognitis vſq; ad mortem perſecuti ſunt. Secundo Xp̃s in domo Annæ alapizatur. Vñ unus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu dicẽs. Sic reſpondes pontifici? Non eſt moderni temporis ꝙ miniſtri regũ & p̃latorũ crudelitate & inſania Xp̃m in ſui pauperibus tractant. Magna fuit huius miniſtri impietas. ſed maior prælati ante ſe patiẽtis crudelitatem & impunitaté miniſtri. Ideo bene cõparat ſcriptura p̃latos tauris & vaccis. miniſtros vero vitulis. p̃s. Circundederunt me vituli multi, tauri pingues obſederunt me. Vacca quidem erat ſynagoga, tauri principes & ſeniores. Maior. n. fuit eorũ malignitas, & nocendi cupiditas. Auicenna. 4. canone dicit ꝙ ſerpentes maiores peiores ſunt q̃ minores & ſenes q̃ iuuenes, & montani quam uallibus reperiũtur, dum tñ ſint eiuſdem ſpeciei. Sic in eodem genere peccati uidemus inter homines, quia magnitudo ſcientiæ & etatis, & altitudo gradus auget peccati maliciam. Hieron. Nihil adeo nocet eccleſiæ quã qđ uerę dicitur, peiores ſunt clerici quã laici. Debent enim eſſe Chriſti & eccleſiæ defenſores, & ipſi ſunt obſeſſores. Pſal. Concilium malignantium obſedit me. Vñ ferocitas taurorum eſt in cornibus quibus vulnerant. Sic p̃lati cornuti qui ptãté habent ligandi, ſi mali ſint cornibus ſubditos occidunt parati excõmunicare & ſententias iniquas ferre. & exactiones grauiſſimas a ſubditis exigere, vndique excommunicantes & nullum ad eorum paupertatem reſpectum habentes. Hic autem ſatis apparuit impietas Annæ, quia nullam fecit iuſtitiã de miniſtro ſuo. Bernar. Sub ſpinis ſerpens requieſcit, ſub vmbra malorum mali requieſcunt. Si male locutus ſum. Quæritur an quilibet teneatur conuicia, & contumelias ſibi illatas patiẽter ferre. Et uř ꝙ non, quia ſuſtinens contumeliam ſibi illatam audaciam nutrit conuiciantis, quod non eſt faciendum. ergo debet conuicianti reſpondere ſicut & hic fecit Chriſtus. In oppoſitum. Pſal. Qui inquirebant mihi mala locuti ſunt vanitates &cæ. & ſequitur. Ego autem tanquam ſurdus non audiebam &c. & hoc uidetur Chriſtus feciſſe in ſua paſſione. Reſpondit Tho. 2. 2. q. 72. ꝙ ſicut patientia neceſſaria eſt in his quæ contra nos fiunt, ita & in his quæ contra nos dicuntur. Præcepta autem patientiæ eorum quæ contra nos fiunt, ſunt habenda in præparatione animi, ſicut dicit Aug. in lib. de ſermone domini in monte. vbi exponit illud præceptum. ſi quis te percuſſerit in una maxilla &c. vt ſcilicet homo ſit paratus hoc facere ſi opus fuerit. hoc tñ nõ tenetur ſemper actu facere, qa nec ipſe dominus hoc fecit cũ ſuſcepit alapã, & ita ẽt circa uerba contumelioſa quæ contra nos dicũtur idem intelligendum eſt. Tenemur enim animum paratum hr̃e ad contumelia ferendas ſi opus fuerit. Quandoque tamen oportet contumelia illatam repellere maxime propter duo. Primo propter bonũ eius qui contumeliam infert, ut eius audacia exprimatur, & de cętero talia non attentet iuxta illud Prouer. 26. Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiẽs uideatur. Alio mõ pp bonũ multorũ quorũ impedit̃ pfectus pp̃ter contumelias illatas. Grego. ſuper Ezec. omel. 9. Hi quorum uita in exemplo imitationis eſt poſita, debent ſi poſſunt detrahẽtium ſibi uerba compeſcere, ne eorum pręedicationem non audiant qui audire poterant, & ita in prauis moribus remanentes, bene uiuere contennant. Dicitur vltra quod audaciam conuiciantis debet quis moderate reprimere propter officium charitatis, nõ propter cupiditatem priuati honoris. Prouerb. 16. Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitia ſuam ne ſimilis ei efficiaris.

Tertio negatur à ſuo diſcipulo in domo Annæ. Vnde Petrus ſequebatur eum à longe ut videret finem. Sed cur Petræ ſequeris, vt uideas finem? An eius deſideras mortem, pro quo Paulo ante decertaſti ut eum a voluntate moriendi auerteres dicens. Abſit hoc a te domine. Quomodo deſideras finem, qui ne moreretur, paratus eras animã tuã ponere. Sed multiplicẽ finẽ in Xp̃o videtur cupiebat Petrus. Primo quidẽ finẽ ſpectaculi cũ quo conſummatũ eſt opus extreme uirtutis & opus extreme maliciæ, vt diceret Petrus poſt uiſionem oĩs cõſummationis vidi finem. Tunc enim impletum eſt opus maxime crudelitatis. Cũ. n. ſancti viri horreant videre malicias hoĩm, finẽ illarũ & conſummationem deſiderant. Dañ. 1. Vſquequo finis horũ. Similiter impletũ eſt opus maxime mĩæ, vt tunc uiſa ſit pugnare malicia contra bonitatem. Sed ſapiẽtia uicit maliciam. implẽdo illud Eſa. 40. Completa eſt malitia illius per crudelitatem,

RN Cõuerſio. Quatuor hoĩum genera uix ad Deum cõuertũt.

OO [illegible]

PP [illegible]

QQ Videre finem. Quẽ finẽ cupiebat petrus uidere ĩ xp̃i paſſione.

dimiſſa eſt iniquitas illius per copioſiſſimam mĩam, quam ſancti libenter intuentur. pſ. Quis eſt homo qui vult uitã. i. qui vult tendere ad uitam æternam, diligit dies uidere bonos. i. ſine malicia. Secundo Petrus deſiderabat uidere finem humani ſpiraculi qui eſt Chriſtus Ipſe enim eſt alpha & o principium & finis creaturę qui inſpirauit in Adam ſpiraculum uitæ. Rom. 10. Finis legis Xp̃s eſt ad iuſtitiam omni credẽti. Vnde Caſſiodorus. Ipſe eſt finis noſter ad quem perueniſſe uita eſt ſine fine. Hic eſt finis quẽ ſeq̃ deſiderabat Paulus. Philip. 4. Sequar ſi quomodo app̃hendam in quo & comprehenſus ſum à Chriſto Ieſu. Hunc finem videre deſiderabiliſſimum erat Petro, quia uiridia delectãt oculos carnales, ut apparet in tapetibus & uirgultis. Sed teſtimonio ſaluatoris in uiridi hæc faciunt. In uiridi ergo depicta eſt paſſio, & finis domini quare ſpiritualibus oculis eam cernere delectabile eſt. Tertio Petrus deſiderabat uidere finem. i. mortem Chriſti quam ſibi prædixerat nõ ut gauderet cum homicidis, ſed ut innocenti Chriſto & morienti compatiatur. Nihil enim amoroſius cordi deuoto quam hunc finem conſiderare. Noua. n. delectant. Qui autem magis nouum aut mirabile, quam ꝙ creator pro creatura moriatur, immortalis pro mortali. ꝙ filius a uaſis ſuis male tractetur, ut uaſa in melius reſtauret, ꝙ ſol occidat in meridie ut totum orbem illuſtret? Sequebatur autem & illum alius diſcipulus. Diſcipulus autem ille erat notus pontifici, & introiuit cum Ieſu in atrium pontificis. Mali aliquando ſibi acquirunt bonorum noticiam maxime pontifices & hoc ad excuſationem ſuæ maliciæ, ut ſint eis ſicut capa pluuialis, uel ſicut cauda quæ tegit poſteriora. Eſa. 9. Propheta loquens mendacium ipſe eſt cauda cooperiens ſua adulatione ſuam turpitudinem. Propterea caueant boni uiri ſe talibus malis prælatis adiungere, ne ipſi antea boni poſtea fiant adulatores & Prophetæ loquentes mendacium. Secundo ad ſui commendationem ut pro tali conſortio honorentur. 1. Reg. 15. dicit Saul ad Samuelem. Honora me coram ſenioribus populi & reuerteris mecum. At ille noluit. Tertio ad inueſtigandum de rebus curioſis, non de rebus ſalutiferis, ut eorũ medio literati reputentur. Dicunt enim aliqua parua ex his q̃ didicerũt in cõuiuiis magnorũ, ut ex hoc magni reputentur. Et bene dicitur ꝙ notus erat pontifici non põtifex illi. Tales. n. bene ſunt noti pontifici qui ſunt bonæ uitæ, ſed econtra ꝙ non eſt pontifex notus illis, quia nihil de eis curat. Hiero. in epiſtola ad principiam uirginem dicit Ioannem notum pontifici propter generis nobilitatem. Exiuit ergo diſcipulus alius qui erat notus pontifici & dixit oſtiariæ, & introduxit Petrum Sic unus ſociorum alterum iuuare debet ut uideat & ſequatur Ieſum. cortina cortinã trahit. Exo. 26. In hoc ẽt notatur ꝙ pauci ſunt in curia principum boni. Solus Ioannes in illa curia cum Ieſu intrauit, & vix poſtea potuit intrare Petrus, immo eorũ nullus ibi potuit permanere ſed ſtatim percuſſus eſt Ieſus, territus Petrus mendacio & anathemate pollutus. Hoc enim proprium eſt eorum ſapiẽter mẽtiri, nec niſi raro dicere ueritatẽ. Et ſi qui magni uiri illuc introeant, aut differũt, aut citius exeunt. Introduxit eum ancilla oſtiaria. Mors eſt ancilla oſtiaria noſtra & Dei qui nobis ancillatur dum nos introducit in regnũ quã reprobi ſibi faciunt ianuam inferni. Huius ancillæ uoce ſpiritali territus Petrus negauit ſe diſcipulum Chriſti. Introducit autem non ad Annam ipſum immediate ſed in atrium, quia mors ꝑ cõſiderationẽ ſui inducit homines in contemptũ. ſ. iuxta illud Hiero. Facile cõtẽnit oĩa qui ſe ſemꝑ cogitat moriturũ & deſertionẽ pc̃torum. iuxta illud Eccl. 7. In oĩbus opibus tuis memorare nouiſſima tua & in æternũ non peccabis. Hæc. n. duo ſunt atrium Annæ. i. gratiæ ingreſſus. Stabãt aũt & ſerui & miniſtri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant ſe. Bñficia dei prunæ ſunt, & carbones ignis. Prouer. 25. Si eſurierit inimicus tuus ciba illum, ſi ſitit potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congeres ſuper caput eius. i. bñficia ei conferes. Ad has prunas meditãdo & orando ſe dicũt calefacere miniſtri Dei. ſed ſunt quidam q̃ ignẽ iſtũ nõ accedunt, nec prunas iſtas ſibi coaceruãt, nunquã de beneficiis Dei cogitãtes, uolẽtes frigore ꝑire. Alij ſunt q̃ forte algorũ tm̃ paſſi ſunt, ꝙ amplius frigus nõ ſentiãt, q̃a ita lõge a calo-

re ſo-



re ſolis iuſtitiæ ſunt, ꝙ frigiditas eis innata eſt, ĩõ nõ curãt de igne bñficiorũ Dei. Eis. n. ſꝑ eſt hyems & ruſticis ſimiles ad ignẽ nõ calefiũt. Hyems. n. eſt toto tꝑe uitæ pñtis, quãdiu flat aquilo. i. diabolus. q̃diu nec folia bonorũ uerborum uidemus hr̃e arbores, hoĩm, quãdiu nec flores apparent, nec roſæ ſ. patiẽtiũ, nec lilia cõtinentiũ, nec uiolæ humiliũ, nec flores flãmei zelantiũ & feruentiũ. Alii ſunt qui ad vnũ tm̃ carbonẽ ſe uolunt calefacere inter tot & tãta Dei bñficia unũ eius beneficium recollentes. q̃ ſunt mali guloſi vna tm̃mõ eſca cõtenti. Debẽt enim eſſe plura ligna ad unũ ignẽ ſuccendendũ. Cor. n. nr̃m uiride eſt, nec facile hoc amore accenditur.

Sc̃do dicuntur ſacra eloquia quorum recordatione calefieri debẽt miniſtriæ eccleſiæ. Iſte. n. ſunt ſagittę potẽtis acute cũ carbonibus deſolatoriis. i. cũ feruore concupiſcentias diſſoluẽte & diſolãte. Sed mõ miniſtri eccleſiæ ſcientiarũ lucratiuarũ recordatione calefiũt. Tertio prunæ dicunt oblectamẽta incitatiua uiciorũ. ad q̃ miniſtri p̃latorũ calefiunt ſe dũ membra, uel motus mẽbrorũ excitãt ad peccandũ uariis ipſius pc̃ti oblectamentis quaſi uariis carbonibus per cogitationem corã poſitis. Tales. n. ſe uolunt aſſari à diabolo. In atrio enim culpę. i. in initio frigidus eſt, q̃a nondũ eſt perfecta uoluntas peccãdi. ideo non ceſſat diabolus hmõi carbones exufflare, incendere, & uoluere, donec ꝑ cõſenſum ꝑfecta ſit ſuccẽſio. Oſeæ. 7. Oẽs calefacti ſunt quaſi clibanus q̃ ſuccẽditur à coquente. Et iterũ. Tota nocte dormiuit coquẽs eos manæ, & ipſe ſuccẽſus eſt quaſi ignis flammæ. Erat aũt & Symon Petrus ſtans & calefaciens ſe. Petrus erat cũ curialibus pontificis. ideo nil mirum ſi frigebat. in curia principum & prelatorum ſemper eſt frigus, ſemper hyems. Primo quia ab ea ſol iuſtitiæ multum cecedit, immo quaſi propter nubem auariciæ interpoſitam non uidetur ſol iuſtitiæ. Pſal. Supercecidit ignis non uiderunt ſolẽ. amor enim noſter ignis eſt. Caueamus igitur quid in illo igne ponamus, quia ſi rem fetidam, ſtatim nares fetor arripiet, ſicut oſſa uel ſulphur in igne proiecta. Non ergo aurum cupiditatis, & ſalphur luxurię & oſſa obſtinationis in noſtro igne ponamus, ſed magis thus bonorum operum in eum proijciamus. Secundo quia ibi continuus eſt tremor. Tremor autem ſignum eſt frigiditatis. Tremunt enim curiales quando neſciunt ſe eſſe in gratia principis, & iterum, quia unus dæmon alium proijcit. Ibi enim ſæpe luditur ad ludum falſe ſocietatis.

Dixit ergo Petro ancilla oſtiariia &c. Duo ancilla & cognatus pontificis depilauerunt Petro Barbam. i. abſtulerũt omnem uirilitatem. & per ancillam caput Iohannis in curia principis ſecularis amputatur. Vide igitur quam periculoſum ſit hominem de bona domo in curias principum introducit, maxime iuuenes. Petrus dum illuc introiuit, non aliud didicit niſi non noſſe deum, iurare periurare, mentiri, & abnegare Deum & perdere animã ſuam, & illic audire de Chriſto & innocẽtia eius multas blaſphemias & ſilere, ſicut modo multi literati curijs habitãt, q̃ multa talia audiunt & uident & tacent. Et q̃a in curia locus eſt ridendi, ideo extra curiam vt fleret Petrus egreſſus eſt. Vnde leo in ſermone. Vidit dominus in Petro non fidem fictam non dilectionem auerſam ſed cõſtantiam fuiſſe turbatam. Hinc fons pietatis lauit uerba formidinis, nec manere poterat in tenebris, ſuper quem lux mundi reſpexit. Dixit ille non ſum, non noui illum, neque noui neque ſcio quid dicas. Rectæ compulit ad negationẽ fœmina principem eccleſiæ quę primum hominem compulit ad tranſgreſſionem. pſ. Filij effrẽ intendentes & mittentes arcum, cõuerſi ſunt in die belli. Petrus aũt tetendit q̃n promiſit, ſed in die belli conuerſus eſt q̃n negauit, q̃a ſpũs q̃dẽ promptus eſt ad ꝑmittẽdũ, ſed caro infirma ad ꝑſoluẽdũ. In curia Herodis magi ſtellã amiſerũt ĩ curia p̃lati Petrus fidẽ negauit. Nec mirũ, q̃a diabolus ſꝑ ſedet cũ diuitibus ĩ occultis ſermonibus & cõſilijs, ut interficiat innocentẽ Xp̃m in pauꝑibus ſuis vt eos taliis & exactionibus uexent. Et poſt puſillum interuallo facto quaſi hore unius dixit ei unus ex ſeruis pontificis cognatus eius cuius abſcidit Petrus auriculã: Verę & hic cũ illo erat. Nã & Galileus es: & loquela tua manifeſtũ te facit. Cognatus eius ſcilicet Pontificis ſecundũ unã expoſitionem ut ibi ſit punctus; & deinde ſequitur, cuius abſciderat Petrus auriculam.

lam. Ipſe enim erat malchus. Sed quare non dixit Petro. Cur abſcidiſti mihi auriculam? Reſpondeo, ſuperbus erat & erubeſcebat cõfiteri ſe fuiſſe percuſſum, & malicioſus erat nolens publicare miraculũ & gratiã in eo factã. Cõiter.n. curiales ſunt de beneficijs ingrati. ſaltẽ ſi a minoribus & ſibi inferioribus aliquid beneficij acceperint.

*YT Iniqtas. Qd melior eſt iniquitas uiri q̃ mulier benefaciens.*

Ille autem cepit anathematizare deteſtari & iurare quia neſcio hominẽ iſtum quem dicitis. Ex incidenti bona fuit negatio Petri. Eccl. 42. Melior eſt iniquitas uiri quã mulier benefaciens quia melior eſt iniquitas virilis animi quã bonũ opus muliebris & effeminati. Et hoc iõ quia uirilis animus gratiam occaſionaliter de iniquitate aſſumit, & quaſi de vulnere iniquitatis prouocatus aduerſus hoſtem aĩoſius agit ĩſtar ſtrenui militis, quẽ ipſa vulnera ſua & aſpectus cruoris ſui ad egregia prouocant. Sic virilis animus de ipſo caſu ſuo per humilitatem erigitur, & perlato vulnere ad oſtem referiendũ magis accenditur, & de ipſo defectu uirium roboratur. 2. Cor. 12. Cum infirmor tunc potens ſum Et hoc quia quanto plus à nobis deficimus, tãto domino fortes ſumus. Poſt lapſum enim fortior reſurgit Petrus ad modum ciphi lignei fracti, qui dum ab artifice conſolidatur cum lamina auri uel argenti reparatus, multo præcioſior reputatur. Muliebris vero animus de ipſa virtute aut per uanitatem ſeu manem: Arcũ frangit intentio, animum remiſſio. Torpore enim & ignauia diſſoluitur vt fiat paraliticus, & de ipſo virtutis opere quo uel hoſtẽ deieciſſe credit turpius eijcit, & dũ inde in ſuperbiam euaneſcit, de ſuo ictu corruit. Auguſtinus. Deo gratias, quia ceſſauit interrogatio. Si non ceſſaret interrogatio, diu repeteretur negatio.

*VV reſpectus Duplex reſpectus domini.*

Et reſpexit dominus Petrum. Aliter dominus reſpexit Petrum, aliter ſodomam quando deſcendit, vt uideret quæ opere compleuerant. Primum reſpexit oculo miſeriæ. Secundum oculo iuſtitiæ. Primo reſpectu facit tremere Petrum. Secundo ſodomam abſorbet. De primo. p̃s. Qui reſpicit terram & facit eam tremere. Tremere autem facit terram cordis, dum per flagella erudit eos quos gratuita bonitate dignatur reſpicere, & flagello interueniente ad cor redire cogũtur, vt patuit in fratribus Ioſeph, quos ille ſic argumentando conſtrinxit ut territi cõfiterentur. Merito hæc patimur. Hinc Beatus Iob ait quaſi confitendo. Loquar (inquiens) in tribulatione ſp̃us mei. Petrus autem ex ſolo reſpectu diuino, & conſideratione elongationis ſuæ a tanta bonitate quo nullũ maius flagellum nulla maior turbatio, ſeparari à pio domino contremuit. Et egreſſus foras fleuit amare. Foras veterem hominem vt nouum induat dicens uiuo ego iam nõ ego &c. Niſi.n. quis pœniteat ueteris vitæ. nõ poteſt inchoare nonam, quia non aſſuitur pannus nouus veſtimento ueteri, ne maior ſciſſura fiat nec vinũ nouũ mittitur in utres ueteres ne rumpant, nec ſponſo placet diſcolor veſtis. Secundo exiuit foras à turbulentis tumultibus cogitationum, quibus inuigilans homo nec uerbum dei audire, nec uiſionem eius cernere valet in mentis enim quiete, & ſolitudine audiuit moyſes uocem domini, quã immixtus egyptiis non audiebat. Sed poſtquam extincto egyptio in deſertum fugit & illic quattuor annis deguit, quaſi ab inquietudine terrenorum deſideriorum obdormiens, uocem Dei audiuit, qa quanto quis ab appetitu terrenorum plus torpet, tanto ad cogitationem interiorum uigilat. Non.n. ſufficit homo ad utrumlibet diuiſus, quia dum exterius implicatur, interius obſurdeſcit. Vnde Petrus in prima negatione ter uiſus eſt negaſſe Xp̃m. Nam ẜm Ioannem dixit. Nõ ſum.ſ. diſcipulus Chriſti. & ſic negauit ſe eſſe Chriſtianũ. Sed tamen quia poteſt quis non eſſe diſcipulus Chriſti & tamen cognoſcere eum, ſecundum Lucam negauit eadem negatione dicens mulier non noui illum. Et quia poteſt quis non nouiſſe eum ſed de eo fama referente audiuiſſe loqui, ideo ſecundum Mattheum & Marcum iterum negauit dicens. Neque ſcio neque noui quid dicas. i. nũquam audiui de eo loqui, & ſic poteſt concordari Marcus cũ cæteris euãgeliſtis, quia prima negatio tribus æquiualebat, ideo ter negauit ante cantum galli. Sed iterum bis & multotiens negauit, ut ſatis patet ex feriæ textus quæ tamen ad tres principales negationes reducũtur, quia tres fuerũt principales inſultus. Nec mirum ſi Petrus ita de peccato in peccatum cecidit, quia ita conſueuerunt ruere pecca-



peccatores, maxime qui ingrediuntur aulas principum. Nam ingreſſus ille glacialis eſt & lubricus valde, ut uix in illa cutus ut homo & ex fortuna tutus & in uiribus mentis ſecurus, & qui deſcendit ad illam cũ non credit niſi unico gradu deſcẽdere, aliqñ per decem vel duodecim deſcendit multum Ieſus. Tertium ſignaculum fuit ſimilitudo ignorantiæ claudens eius immenſam clementiam, & hoc in domo Cayphæ, in qua tria facta ſunt: Primo Chriſtus interrogatus tacebat. Secundo flagellatus non murum rabat. Tertio Iudas deſperauit, & ſuſpenſus crepuit medius, & diffuſa ſunt viſcera eius. Vñ quo ad primum ait euangeliſta. Et miſit eum Annas ligatum ad Caypham Pontificem Erat autem Cayphas qui conſilium dederat Iudæis, qa expedit vt unus homo moriatur pro populo. Sed cur reminiſcitur euangeliſta Prophetiæ. Reſpõſio ẜm Chriſoſtomum, quia pro ſalute populi hæc fiebant, & tanta eſt in ea uirtutis abundãtia ut & inimici eam reſonent, & ne Synagoga audiens tumultuetur auditor recolat prophetiæ illius, quoniam ſalus orbis terrarum mors illius fuit. Manæ factor & ut factus eſt dies cõuenerunt ſeniores plebis & principes ſacerdotũ & ſcribe, & duxerunt eum in concilium ſuum. Auicenna. 4. Can. dicit ꝙ animalia uenenoſa conueniunt ad lumen candelæ uel cærei ſi in horreo ponatur. Huius autem cauſa non uidetur, quia lumen diligat vel ut illuminentur, cum eorum uita naturalis ſit in tenebris, immo uidetur potius ꝙ ipſum odiant, quia ibi ſic appropinquãt quod illud extingunt. Sic circa Chriſtum qui eſt uera lux cõuenerunt iudæi, nõ ꝙ lucem dilexerint. Io. 3. Quia lux venit in mũdum, & dilexerunt hoies tenebras magis quã lucem, ſed in eo conuenerunt ut ipſum extinguerent. p̃s. In eo dum conuenirent ſimul aduerſum me, accipere animam meã cõſiliati ſunt. Et cum multi falſi teſtes acceſſiſſent, nouiſſime venerunt duo falſi teſtes. Iob. 16. Suſcitatur ſtultiloquus contra faciem meã cõtradicens mihi. p̃s. Surgentes teſtes iniqui q̃ ignorabã. i. videar ignorare interrogabant me. quia ſicut in paſſione occultata eſt in potentia ſua iuxta illud Abacuh 3. Ibi abſcondita eſt fortitudo eius, ita & ſapiẽtia ſua q̃ quidẽ abſconſio hic vocaꝉ ignorãtia ſicut & ibi cõgregata ſunt ſuper me flagella & ignoraui, quia cum interrogaretur quaſi fatuus & ignorans nihil reſpondebat. Vnde Bernardus in ſermone. Nonne ſtultum quodammodo ſe fecerat, qui tradidit in mortem animam ſuam, & nõ rapuit tunc exoluebat? Nonne inebriatus uino charitatis erat immemor ſui? contra Petri conſiliũ dicentis. Propitius tibi eſto domine, non erit tibi hoc. In libro de uita philoſophorum narratur de pyraco qui erat vnus de ſeptem ſapientibus, qui cũ eſſet dux exercitus in bello contra athenienſes, pugnare ſtatuit cum ducæ Athenien certamine ſingulari, rhetæ habens abſconditum ſub ſcuto. Tunc inito certamine cum duce p̃dicto, ſubdito eum in rhete concluſi, & eũ interficiẽs terram ſuam liberauit. Sic dux noſter Chriſtus ſcutum ſuum habuit naturam aſſumptam, ſub quo latuit rhete abſconditum. ſcilicet ineffabilis ſapientia diuinitatis, quæ aduerſariũ irretiuit ipſum interficiens & ſui liberans prouer. 10. Sapientes abſcondunt ſcientiam.

Hic dixit. Poſſum deſtruere templum Dei, & in triduo reædificare illud. Verba ꝑ aures alienas aliorũ cordibus cõmiſſa referentium in curia uel inſcitia, uel induſtria, aut nõ intellectã aut neglectam aut deprauatã interdũ augent, mutant aut minuunt veritatẽ ab alio prolatam, ſicut iſti uerba q̃ dñs de diſſolutione ſui corporis dixerat de templi deſtructione retulerũt.

Et nõ erant conuenientia teſtimonia illorum, ad decipiendum & trucidandum Xp̃m. p̃s. ut decipient pauperem. i. qui parum de ſe habet, & inopem. i. qui ſine ope eſt, nec habet qui poſt ſe ſibi factã iniuriã proſequatur. Hæc deceptio maxime fit in curiis prælatorum. In libro de uita philoſophorum, interrogatus Anatarxes philoſophus quid eſt curia? Reſpondit, eſt determinatus locus ad decipiendum & ſuperandum ſe inuicem. Ieſus autem tacebat. Quid feciſſet ſi reſpondiſſet, quando eius taciturnitas eos confundebat & iudicem ita exaggerabat, quòd exurgens in furiam diceret. Nihil reſpondes ad ea quæ obiiciuntur ab his? In uita philoſophorum legitur quod ypocras interrogatus à quodam de quibuſdam turpibus, & fedis, tacuit, & iterum interrogatus quare

re non reſponderet, ait. Reſponſio ſup talibus eſt tacere, quaſi dicēs, exemplo meo tacendo docui illum tacere. p̄s. Poſui ori meo cuſtodiē cum cōſiſteret peccator aduerſum me. Obmutui & humiliatus ſum ſilui a bonis. Sunt ēt qui verba contumeliarum & mendacia recipiunt tanquā vulnera, & ideo neceſſe eſt eos p̄ dolorę aduerſum iſta clamare, & ꝓ cōtumeliis cōtumelias reddere. Virtuoſus aūt oīa uerba recipit tanquam uerba non tanq̃ vulnera. Bernardus libro de cōtemptu mundi. Quid immutaris ad verbi flatū, quod non mentem vulnerat, nec carnem inquinat?

XX *Taciturnitas. Quare dominus tacuerit coram Caypha.*

Si aūt tolerantia iſta maioris virtutis ſit in diuite q̃ in paupere & in poteſtatē habente quā in ſubdito, quanta fuit in dño Ieſu Filio Dei? Non tibi dñe Ieſu diſplicebit ſi qōnem moueā, quā for nat propheta tuus Abacuh. 1. Quare tacens impio cōculcante iuſtiorem ſe. Caypha conculcante te innocentiſſimū? Antea non tacebas cum uideres falſitatē mentium & hypocritarū, ſed duriter increpabas. Quare ergo nūc taces ad mendacia uerborū? Aperi dñe libro tuo hoc ſignaculum. Præterea cum omnis tua actio noſtra ſit inſtructio, ſi taces dum conculcatur innocentia exemplum præbes prælatis, & rectoribus tacere dum bonos vident opprimi, & illud palliū approbare quod ſæpe allegant. In tempore illo prudens tacebit, quia tempus malum eſt. Reſpondebis certe. Surgentes teſtes iniqui quæ ignorabat i. ſecundum glo. uidebar ignorare interrogabant me. Tempus arat tunc ſapientiam abſcondere, ſicut aliquando bonum eſt eam oſtendere. Secundo hoc fecit vt oſtenderet Deum aliquando ſilere, & tacere, dum iuſti ſubiiciūtur perſecutionibus, ſed hoc pro tempore, quia omnis rei tempus erit. Eſa. 42. Tacui ſemper ſilui, patiēs fui, quaſi parturiens loquar, & ideo nō deſperent iuſti ſi tacet Deus cum tribulantur ab iniuſtis. Tertio hoc fecit vt oſtendat non eſſe reſpondendum contumelijs, & uerbis mendoſis, ſed patienter eſſe ferendum, & plus eſſe tacendum quam calido animo & irato reſpondendum. Et certe taciturnitas aliquando plus uincit quam loquela. Videmus enim ſi oblatres canē non tacebit, vbi ſi non curaueris, non amplius te perſequetur. Dicitur ſecundo quòd prudens prudentia mūdana cōmuniter in curiis regnum & principum tacet in tempore maliciæ, quia canis mordens & latrans eiicitur cum baculo. Qui vero in ſilentio circa menſam expectat, ſuſcipit in ore bolum. Tales autem ſe multum præſeruant ne cum baculo eiiciātur & ideo a mordendo & latrando ſe cuſtodiunt. Sed prudens prudentia diuina, ſi accurrat materia tāgens Deum directe, nō debet diſſimulare, ſed immediate uerbo, & opere ut poteſt corrigere. Si uero ſolū tangat podulum uel innocentes, pro tempore & loco poteſt diſſimulare, captando locum & tempus oportunum, quo magis principē uel prælatus poſſit arguere. Sic fecit Chriſtus qui interrogatus de diuina ueritate ſtatim reſpondit nec tacuit veritatem. hic uero quia tp̄s (ut dicit ipſe) nō erat oportunū, non reſpōdit. qui tamē antea reſponderat percutienti ſe, cur me cedis. Quarto hoc fecit ad oſtendendum ꝙ veritas in iudiciis apud eos ſilebat & in futuro ſileret Mirabilis fuit hæc arbor de qua folium nō cecidit. Quomodo radicē huius arboris poſſent extirpare, qui nec folium tollere poſſunt. Cœlum (inquit) & terra tranſibunt, & verba autem mea non tranſient. Vnde ſibilla erithrea dicit. Dabit ad uerba ſimpliciter ſanctum dorſum & colaphos accipiēs tacebit, ne qui agnoſcat quòd uerbum ſit Dei.

YY Rurſus ſummus ſacerdos ait illi. Adiuro te per deum viuum, vt dicas nobis ſi tu es Chriſtus filius Dei benedicti. At Ieſus reſpondens ait. Amodo videbitis filium hominis ſedentem a dextris virtutis Dei, & uenientem in nubibus cœli. Chriſtus ſe uocat filiū hoīs. Primo ꝑꝑ exēplū humilitatis, cōtra eos qui de nobilitate gloriantur, & ſupbientes ab eo qui nobilior eſt de genere ſuo noīant, ꝙ tpe humilitatis ſuæ. ſ. paſſionis obſeruauit cū de ſua diuinitate interrogaret̄. Scd̄o hoc dicit ut expreſſe vī textus dicere, quia in iudicio in forma humana apparebit. Tertio ad inſinuandum meritum quo ad gloriā ſuā deuenit Hoc enim fuit humilitas. Tunc princeps ſacerdotū ſcidit veſtimēta ſua dicens. Blaſphemauit. Ecce Thamari amiſſa pudicitia ſua ſcidit tunicā, ſic Cayphas perdita ſacerdotijs honeſtate. Poterat dicere dñs qđ Iob. 19. Halitū meū exhorruit vxor mea,



mea, ſcilicet ſynagoga. Ratio, quia reputauimus eum leproſum prædicationis ſuæ ſcibolla mendicantem, non grandia donaria ſed parua numiſmata, aīas, ſ. pauperum & publicanorum, non aīas ſcribarū & phariſeorū & magnorum in lege. Ideo prouideatis uobis literati uiri, quia tales fuerunt quos non ſibi acquiſiuit Xp̄s, ſed pauperes & ydiotas: Maiores enim & doctores ipſum magis perſecuti ſunt. Ratio eſt, quia de donis Dei quibus ſe debent menſurare ad menſuram ſanctuarii, ponderant ſe ad pondus publicū ſcilicet mundi. Talis menſura erat in alio ſeculo breuior q̃ in iſto. Reus eſt mortis. Quid uobis uī. Poſtquā maiores dederunt conſilium, minores cōiter non audent contradicere, ſed aut conſcientiunt aut palliant veritatem, ut quantum poſſunt ſe concordent dictis ſeniorū. Nec tn̄ debent iuniores mala contari, ſi ſeniores primo dent conſilium, quia qđ illi libris alligant in quibus recentes ſunt ſeniores experiētia quæ eſt rerum magiſtra magis allegāt. Magis autem credendum eſt experto quam artifici, ut dicit Ariſt. 1. metaph. Oīs enim homo profert de theſauro ſuo noua & uetera. In theſauro iuſtitiæ oportet ꝙ ſit & q noua adducat & qui uetera producat. Vetus enim aurum melius eſt communiter quàm nouum. Omnes autem eū demnauerunt eū eſſe reū mortis. Exurgit Cayphas cōtra dñm, & nemo pro Chriſto cōſurgit, quia non eſt cōiter qui pro innocētia cōſurgat ſed eam oēs proſequuntur. Mali ſemper inueniunt tutore & defenſores ſuæ maliciæ & palliū. Gallinæ innocētes exponuntur militibus, nec eſt qui eas poſſit de manu illorum eruere, ſed niſi & alieti aues prædaces nō exponūtur, immo ſtranguntur etiam poſt prædem inueniūt qui eos cū uerberibus ruſticorū tueātur.

ZZ Ibi enim & ſeniores cōuenerant. Queritur quomodo adoleſcens ſequebatur dominum, & tamen ſeniores perſequebant̄ illum. Nonne Iob. 12. in antiquis eſt ſapiētia, & in multo tempore prudētia. Reſpōdeo quia iſti ſeniores infecti erant auaricia quæ eſt ſecundum apoſtolū radix omniū malorū, adoleſcentia uero nondū infecta eſt, inde eſt ꝙ cōiter homo in iuuentute deuotior eſt q̃ in ſenectute, & in uita q̃ in morte. Videmus .n. ad ſenſum hoīes q ſæpè confitentur dū ſani ſunt, dū infirmātur uix poteſt ab eis extorqueri cōfeſſio. Et huius ratio eſt multiplex. vna tangitur Sap̄. 19. Corpus (inquit) qđ corrumpitur aggrauat aīam. Quanto corpus tendit ad corruptionem, tanto magis aggrauat animam ne ſe ualeat ad Deum erigere. Propter quod orabat. p̄s. Ne proiicias me in tempore ſenectutis cum defecerit uirtus mea. In iuuentute vero corpus eſt magis diſpoſitum ad obſequium virium animæ. ideo magis ſe poſſunt erigere. Secunda ratio ibidem tangitur cū ſubditur. Et deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Homo enim dum uiuit. Paulatim ſe immiſcet infinitas quæſtionibus de humanis agibilibus circa quas aſſiduo uerſatur intellectus, & ratio, & quia quaſi ad hoc aſſueſcunt (non ſic autem in iuuētute) ideo iſta euagatio ad exteriora impedit intellectum ne ſe recolligat ad deū. Tertia ratio poteſt eſſe diaboli infeſtatio qui acrius tentat in fine, ſciens quia modicum tempus habet.

*a Facies domini. Quid ſit myſticè ī faciē dñi ſpuere.*

Secundo flagellatus eſt Chriſtus in domo Cayphæ & conſputus. Ait enim euangeliſta. Et expuerūt in faciem eius. Facies domini ſunt illi in quibus magis relucet dominus & ſapientia eius. Ecclesi. octauo. Sapientia hominis. id eſt Chriſti lucet in vultu eius. id eſt in eis qui eum de proximo imitāt. In hāc faciem ſpuunt qui huiuſmodi uiros maledictis, & conuicijs & aſpernationibus proſequuntur. Iſti ſunt qui nec faciem patris aut matris ſpiritualis (quæ eſt eccleſia) uerentur, qui non putant ſe toti eccleſiæ Dei contumeliam irrogare, cum faciem eius conſpuunt cum nobiliſſima eius mēbra feda & turpia prædicant, nec Chriſto domino deferunt cū membra eius vituperant. Quis. n. non ſingulorū mēbrorū ſuorum improprium propriū reputat, & quāto nobilius & ſpecioſius fuerit, tanto maiorem ſibi cōtumeliā irrogarā nō doleat? quod dicit dñs Mat. 22. Quod vni minimis meis nō feciſtis &c. Vituperantes aūt eos incurrunt maledictū Dei. Deute. 17. Maledictus qui non honorat patrem ſuū & matrem. Sed ſicut ſpeculum mundum dum in ipſum ſpuitur poſt ſputum clarius repn̄tat ymaginem, & ſic poſt ſputa & colaphos clarius dñs repn̄tauit uirtutē, patientiā. ſ. q̃ erat ſuper hoīem. Vnde ſic da

uid coram achimelech vultum mutauit. 1.Reg.21.Sic dominus corem iudęis viſus,deſpectus & ſputis plenus. Sed arguit cõtra hoc Tertullianus lib.4. contra Marcionẽ. Qũo hoc paſſus eſt Chriſtus? Nam Helyas in parũ ſibi cõuiciãtes Deũ orat,& igniũ plagã immittit Deus,& Helyſeos in pueros cõuiciãtes orat, & urſos immittit ad vltionẽ. Vt quid ergo mutat̃ Deus,ut in filio ſuo maiora patiat̃ cõuicia & non eos exterminet? Sed audi Heliam ad hæc reſpondentem. Non in cõmotione,non in turbine,non in igne(inquit dominus)ſed in ſpiritu miti ſiue in ſibilo aure tenuis, neque patitur ſuper ſamaritas à diſcipulis igne animaduerti. Hæc Tertulianus. Plus enim oportet dominum ſtudioſe agere quã ſeruũ,& quia iã cõmotio ignis & turbo præceſſerant in ſeruis ut iã probatum eſt,maius erat quod dñi erat, ſcilicet in ſibilo aure tenuis venire apparere Maius em̃ eſt portare opprobria quã ulciſci.Vnde & à principio cõtra adę peccatum uenit dñs ambulans ad aurã poſt meridiẽ.In hoc.n.dominus differat à ſeruis,quia alii in cõmotione ille in aura tenui procedit illi q̃runt vlciſci, iſte uero miſereri. Prophetiza nobis Chriſte qs eſt iſte qui te percuſſit.Quotidie nos percutiunt tẽtationes & tribulationes& quotidie Xp̃s in mẽbris ſuis percutit̃ & ita intelligendum eſt hoc a Chriſto eſſe uel à dęmonibus.Si à Chriſto patienter tolleremus.exemplo dauid.2.Reg.18.Qui intellexit maledictionem Semei immiſſam ſibi à domino & prohibuit abyſai ne tangeret eum dicẽs.Dimitte eum ut maledicat mihi.Dominus.n.p̃cepit ei vt malediceret mihi.Si uero intelligamus eam eſſe à dęmone,declinemus perſecutiones eorũ in alias occupationes nos transferentes,aut per orationem ad dominum fugiẽtes, uel repercutiamus eas gladio diſcipline noſmetipſos hora ipſa ferientes uel ipſum in nobiſmetipſis. Et multa alia blaſphemãtes in eum dicebant.Pſal.Retribuebãt mihi mala pro bonis, odium pro delectione mea,in modum illius uineæ quam coluit dominus eius diligẽter,& cum debuit facere uuas,fecit labruſcas. Pro magna enim cura quam circa eos habuit retribuebant ſibi mala mortis, ſolliciti eũ interficere,qui eos ſollicitus erat ſaluare.Et in hoc maxime apparuit eorum Ingratitudo Ioan. 10. Multa bona opa operatus ſum in uobis,propter quod horum vultis me lapidare, quia poſt tot labores & impẽſas reddiderunt iniurias. Super quo glo. Aug.cum ego attuliſſem fecunditatem ipſi retribuebant ſterilitatem. Ego attulit eis uitam,ipſi mortem retribuerũt ego honores,ipſi cõtumelias,ego medicinã, ipſi vulnera. Hãc ſterilitatẽ in ficu maledixit dñs.ubi cum fructum quæreret, non inuenit niſi folia. Dicit ypocras ꝙ ſi mulier eſt in multa craſſitudine,non cõcipit, & ſic efficitur ſterilis.Sic iſte populus qa nimis incraſſatus abundãtia tpalium effectus eſt ſterilis, ita vt nec bonũ p̃poſitũ ſpũale cõcipere potuerit. & ſic cõiter ẽ de his qui tẽporaliter pingueſcũt.Hie.22.Lacutus ſum ad te in abundantia tua,dixiſti nõ audiã.& ſequit̃.Hæc dicit dñs, ſcribe virũ iſtũ ſterilẽ.Exurgẽs aũt oĩs multitudo &c.Duxerunt eum ad Pylatũ ut eum damnaret & ipſi innocentes eſſent, ut.ſ.p alium uideretur fieri quod uolebant. Vulgo dicitur de fatuo fecerunt malleũ. Iſte Pylatus more multorum uolebat facere ad beneplacitum ſingulorũ defendens dominum uerbo, & ad uoluntatem iudæorum exponens ipſum tormẽto.Eccl.7.Noli peccare in multitudine ciuitatis, nec te immitas in populo. Tertio diſcipulus domini iudas deſperat & ſe ſuſpẽdit.Hĩc ait euãgeliſta.Videns aũt iudas ꝙ damnatus eſſet.Multi ſunt qui nunquam pęnitentia ducuntur donec uideant damnationem ſuam uel alterius, ſed bene eſt ei qui etiã de alterius damnatione ſalutẽ ſuam procurat cũ uidet qa ſicut malo uixit ſic male moritur. Pęnitentia ductus ait. Peccaui tradens ſanguinem iuſtum.Peccator primo traditor eſt ſui cum ſeipſum tradit diabolo.Secundo Chriſti, quia animam ſuam ( quæ preciũ ſanguinis Chriſti eſt ) ſibi aufert & quãtum in ipſo eſt,eũ crucifigi cõpellit cauſam reiterans ſuæ crucifixionis.Tertio eccleſiæ, quia in eam quaſi in matrẽ fideliter agit.Sicut.n.mẽbrũ nõ ſuum eſt ſed corporis, ſic Chriſtianus nõ ſui iuris eſt ſed totius eccleſiæ.Infideliter igitur. Qđ agit,qui matrẽ ſuã.ſ. eccleſiã, uno mẽbro.ſ.ſeipſo mutilat. Et abiẽs laqueo ſe ſuſpendit. Iudas malum habuit in corde.Io.13. Cum miſiſſet diabolus in

b Iudæ. Q[illegible]

cor



cor &c.in ore,quia ſpoſpõdit principibus ſacerdotũ Xp̃m dare.in pedibus, qa Mat. 26.Abiit ad principes ſacerdotum.in burſa,quia dixit,quid vultis mihi dare. Habuit etiam malum duplicitatis,vt proderet eũ illis.Item malum caliditatis, dederat autem eis ſignum. Quemcunq; oſculatus fuero &c.Item malum impudentiæ cum diceret. Nunquid ego ſum Rabbi? & vltimo malum deſperationis,quia abiens laqueo ſe ſuſpendit.Laqueum iſtũ parauerũt ſibi dæmones & incidit in pedicam eorum. Venatus eſt dæmon diſcipulos Chriſti,& vnus tantum eorum cecidit in laqueum eius, captus per guttur. Et ſuſpẽſus crepuit medius & effuſa ſunt oĩa viſcera eius. Dupliciter aliquis ſe ſuſpendit. Primo per ſuperbiam, dum eam ſe tollit in altum & crepat medius, & diffunduntur oĩa viſcera eius,id eſt virtutes & gratiæ velut præcioſi liquores de vaſe contrito & confracto effluunt. Eccleſ.2. Gratiæ fatuorũ effundentur. Secundo cũ quis ad exteriora cogitatum ſuum & affectionẽ effundit per ſolicitudinẽ & amorem,viſcera eius diffunduntur. Eccl. 10. Proiecit in terra intima ſua. Et hæc tentatio etiam dicitur laqueus q̃ incautos illaqueat, & quanto amplius per morã trahitur,tãto viam vitæ & ſpiraculi amplius obſtringit donec ad ſuffocationẽ & ſtrangulationẽ deducit. Emerunt ex eo agrũ figuli. Ager iſte eſt eccleſia quam emit Chriſtus ſanguine ſuo. ideo vocatur Acheldemach, id eſt ager ſanguinis uſque in hodiernum diem.Iſte figulus luti poteſtatem habet ex eadẽ maſſa facere aliud quidem uas in honorem, aliud in contumeliam. Format enim vaſa fictilia,id eſt corpora noſtra,quia 2. Cor.4. Habemus theſaurũ iſtum in vaſis fictilibus. Format etiam animas non ſimul vt credidit plato,ſed ſigillatim.p̃s.Qui finxit ſigillatim corda eorum. Item in iſto agro populus peregrinantium velut in terra benedicta a Chriſto dño ſacerdote ſepelitur, inde reſurrecturus ad gloriam. extra hoc cimiterium non eſt ſepultura,extra hanc quicunque moriũtur,beſtiis infernalibus cõſumẽdi exponuntur, & ſepultura aſini ſepeliuntur.Hiere.22. Et tota terra q̃ extra iſtam eſt maledicta eſt a dño, & eſt proprie locus excommunicatorũ,quàm multi ſunt hodie Iudæis deteriores,qui ex patrimonio Chriſti eius ſanguine acquiſito non emunt agrum in ſepulturam peregrinorum, ſed terram emũt ad luxuriam & gulam & pompã, & idem faciũt multi de ſanguine pauperũ. Afferte mihi mercedem meã. Sic enim habetur in Zacharia. A prælatis & ſubditis quærit dñs mercedem. Primo aduocati,quia interpellatione ſua & ſacrificio pacẽ & reconciliationẽ & remiſſionem peccatorum pro nobis apud patrem obtinuit & hæreditatẽ cęleſtem reſtituit.Merito igitur ſalarium petit, ne tanta eius patrocinia quo ad nos euacuemus, & quæ nobis eſſe debuerunt ad gloriam ſint nobis ad perniciem. Secũdo mercedem propugnatoris, vt.ſ.cum opus fuerit vices ei rependamus tradentes noſmetipſos in mortem pro gloria eius, ſicut & ille pro nobis. Tertio mercedem agricolæ. A nobis enim velut ab agro vt ſpinas euelleret vitiorum ſpinas ipſe pertulit,& ipſis ſpinis quas euellebat exulceratus eſt.Eſtima laborem ſemen & pluuiam, quia ipſe ſolus eſt qui nos excolit diſciplina, ſeminat doctrina,cõpluit gratia,ſerit pęnitentia. ideo ei ſoli fructificare debemus. Et proieci eos ad ſtatuarium in domo domini. Triplex hoc poteſt intelligi. Primo ad ſtatuarium a ſtatore quod eſt pondus, quaſi ad ponderatorem proieci,ſcilicet ad Deum patrem. Secundo ad ſtatuarium, id eſt fuſorem vel fictorem ſcilicet Deum patrem. Mercedem enim ſuam Deo patri Chriſtus obtulit,quaſi vt eam apponderet & de ea iudicaret. Ac ſi diceret Vide pater ſi non dignus ſum, & ſi nõ dignus eſt labor meus tanta mercede, id eſt tanto cętu credere in me volentium. Vide etiam quàm indigne me ęſtimat Iudas venditor & Iudæi emptores. Iudica tu meritorum ponderator & metallorum omnium ſpiritalis fuſor probator & purgator. Tertio ſecundum litteram ſeptuaginta quæ habet ad conflatorium vbi habemus ad ſtatuarium. Omnes enim argenteos quos dat Deus pater Chriſto in mercedem, id eſt electos, in conflatorium proiicit & ponderatori tradit. De bona quippe moneta & probata pagari vult & reddi mercedẽ ſuam. Inde eſt ꝙ quando eam recipit ſtatim vult eam ponderari pondere ten-

c Suſpenſio. [illegible]

*d Merces. Quòd dominus tã a prælatis quàm a ſubditis quærit mercedem.*

*e Tribulatio. Quòd tribulatio ſit conflatoriũ & pondus.*

tationum & tribulationum, ne forte eam dextra lance equilibris deiiciat, ſicut maiora pondera ſolent facere & deprimere minora: in quo oſtenduntur iuſtū & debitum pondus non habere. Quòd autem tribulatio ſit pondus dicit Apoſtolus. 2. Corint. 4. Id enim quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ ſupramodum in ſublimitate æternū gloriæ pondus operatur in nobis. Leue dicit & pondus tacuit ne terreret, & ut de dextera lance deiici ab eo quod leue uocauerat amplius homo erubeſceret. Ad fuſorē itaque ſtatuarum eoſdem proiicit ut igne tribulatiōis uel ſpiritusſancti liquefactos, in nouas diuinæ ſimilitudinis imagines reformet. Ad conflatorium, ut eos probatos recipiat, qui in mercede ſua a falſitate & fraude ſibi uult modis omnibus præcauere. Quartum ſignaculum eſt ſimilitudo carnis peccati claudens eius ſanctimoniam, & hoc in domo Pylati & Herodis. Vnde primo accuſatur in domo Pilati. Secundo interrogatur a præſide & tacet. Tertio accuſatur & interrogatur ab Herode. Quo ad primum dicit Pilatus ad eos. Quam accuſationem affertis aduerſus hominem hunc? Dicunt ei. Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum. Ad quos Pilatus. Accipite eum uos & ſecundum legem ueſtram iudicate eū. Non liberat Chriſtum Pilatus, ſed in manibus tradere nititur emulorum, neſciens quòd non ſatis eſt a crimine liberum fieri ſi non lędat, ſed etiam oportet quòd innocentiam tueatur contra illum qui officium iudicandi ſuſcipit, & cum debet ſe murum opponere, ut eam tueatur lubricat & tranſit quaſi non audiens & dicens nihil ad eum pertinere.

Reſponderunt ei Iudæi. Nobis non licet interficere quemquam, quamuis lapidauerint Stephanum & multos intereme rint & ad eos ſpectabat, tamen uolebant innuere ꝙ pro hoc ſcelere quo accuſabatur in imperatorem (quia ſe dixerat regē & prohibuerat tributa dari Cæſari, quia erat crimen læſæ maieſtatis) debebat Pilatus eum dānare morte turpiſſima. q. d. Non ſecundum legem tantummodo peccauit, ſed crimen eſt commune in Imperatorem, ideo non debemus iudicare eum ſecūdum legem noſtram ut lapidetur, ſed more Romanorū pro crimine læſæ maieſtatis ut crucifigatur. Vel aliter, quia Pontifices uolebant hoc fieri per Pilatum, ut totum pōdus ſceleris in eum uerteretur, & ipſi quaſi innocui uiderentur. ut ſub umbra ſimulate innocentiæ per alium uideretur fieri quod uolebant. Cęperunt ergo accuſare illum dicentes. Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram & prohibentem tributa dari Cæſari, & dicē tem ſe Chriſtum regem eſſe. Bene dixerunt inuenimus, quia fuit fictio & humana ad inuentio, non ueritas. Non enim uenit legem ſoluere ſed adimplere eā, nec prohibuit tributa dari Cæſari, ſed dixit: Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari &c. Nec fecit ſe regem, quia fugit cum uellent eū facere regem. Vnde Eſa. 3. Lingua eorum & adinuentiones eorum contra dominū. Dixerunt autem Chriſtum regem, quia Pilatus ignorabat quid eſſet dictum Xp̄s, ideo expoſuerunt dicentes xp̄m regem, ut oſtenderent hoc eſſe contra Cæſarē. Xp̄s enī tm̄ ualet ſicut inunctus. gentiles autē non conſueuerunt inungere ſuos reges ſicut iudæi. Secūdo interrogatur dominus. hinc euangeliſta. Et cum accuſaretur a principibus ſacerdotum & ſeniorib. nihil reſpondit. Tunc dixit illi Pilatus. Nō audis quanta aduerſum te dicūt teſtimonia? p̄s. Quæ ignorabam interrogabant me. glo. Deus nouit peccatum, ſicut ars uitiū uel medicina morbum. Ars enim cognoſcit uitium ad exterminandū & reprobandum, non ad approbandum. ſic Deus mala cognoſcit. In paſſione autem interrogabatur de his quę ignorabat ſcientia approbatiua, ſicut de ſeductione, commotione, & regni uſurpatione. Et non reſpondit ei ad ullum uerbum, ita ut miraretur p̄ſes uehementer. Sed contra hoc arguitur, quia qui tacet conſentire uidetur. Reſpondetur quadruplex legitur cōſenſus. Primus ſciētia & uoluntate, qn̄ quis conuenit in unā ſn̄iam & uoluntatem, ſicut dr̄ Act. 4. Multitudinis credētium erat cor unum & aīa una. Secundus eſt ſcientiæ tm̄, qn̄ multi conueniunt in eandem ſn̄iam, non tn̄ in eandem uolūtatem. & ſic dr̄ ꝙ oēs catholici conueniunt in eandem fidei ſn̄iam, licet non in eandē bene uel male agēdi uoluntatem. Tertius eſt taciturnitatis qn̄ qs tacet ubi loqui deberet, & ſic accipitur illud,



lud, qui tacet conſentire vr̄. & tales uocat propheta canes mutos non ualentes latrare, & ita reprobatur Hely. quia filios ſuos non arguit qn̄ dēbat reprehendere. Quartus eſt conſenſus non plene contradictionis, qn̄ quis alterius peccato reſiſtere debet, & non plene reſiſtit ſicut deberet, licet aliqualiter reſiſtat. ſicut dictum eſt de Hely. Et quia dn̄s tacebat qn̄ tacendum erat, tunc. n. nihil profuiſſet locutio ꝑꝑ iudæorum pertinaciam. & hoc ad nr̄am doctrinam faciebat, ut doceret in periculis & rebus dubiis paucum loqui. Vulgo dicitur ꝙ boues cornibus, & hoīes ſermonib. comprehenduntur. Periculoſum eſt multum coram inimicis patulum ſemper eſſe oſtium. Animæ uero & corporis oſtiū eſt os. Intrauit ergo in prætorium Pilatus & dixit ei. Tu es rex iudæorum &c. Reſpōdit Ieſus. Regnum meū non eſt de hoc mūdo, quia in regno Chriſti præfertur uilitas exaltationi, minor maiori, ut Abel Cayn, Iaphet Cham, Iſaac Hiſmaeli, Iacob Eſau, Rachel Lye, Ioſeph fratribus: Effraym Manaſſe, Moyſes Aaron, Anna fenenne. Dauid de poſt fętantes fratrib. publicanus phariſęo, & ſic de aliis. & ita in regno Chriſti ſemp humiliores p̄ferūtur, non ſic in regno mundi. Præterea ſecundum Cri oſtomum regnum mundi eſt imbecille, quia in miniſtris ſolum habet fortitudinem. Vnde ait dominus. Si regnum meum eſſet de mundo, miniſtri mei &c. Regnum uero ſupernum ſufficiens eſt ſibiipſi, nullo indigens miniſtro. Præterea regnum meum qui ſunt fideles mei, nō eſt de hoc mundo. i. mundanis deditum & occupatum, ſed magis ad cęleſtem habitationem habendam tendit. Item regnum meum non eſt hinc. i. de mundo, licet ſit ī mundo. Fideles. n. Chriſti in mundo exulant. Io. 17. Non ſunt de hoc mundo ſicut & ego non ſum de mundo. & Ioā. 15. De mundo non eſtis, ſed ego elegi uos de mūdo. Ego. n. in hoc natus ſum & ad hoc ueni in mundum, ut teſtimonium perhibeā ueritati. Pro ueritate paſſus eſt dominus ignominioſam mortem, ut doceat fideles quantum debeant ueritati pro qua aſſerēda mortuus eſt. Falſitas aūt opinionum & uanitas tēporalium obnubilat & uideri nō ſinit ueritatem. Omnis qui eſt ex ueritate audit uocem meam. Sicut fallax hō uult habere uxorem, filios & familiā fallaces, ſic econuerſo de ueritate. Quid eſt ueritas? Quærit Pilatus quid eſt ueritas hn̄s ante oculos ipſam ueritatem, ſimilis ruſtico qui quærit aſinum quem equitat. Sic multi de ueritate quærunt, qui tamen ipſam ſequi nolunt, licet ſciant eam. Bene dixit. Quid eſt ueritas, quia paſſio eius nō eſt uanitas ſed ueritas primo cōcepta. p̄s. Veritas de terra orta eſt, ſicut mēdacium de inferno ortū habuit. Scd̄o ueritas reddita promiſſis prophetarum. Mat. 24. Hoc totum factum eſt &c. Tertio ueritas humanę naturę, vt nulla natura humana fuerit illa uerior quæ nihil corruptionis habebat nec aliquod ſignum falſitatis. Quòd ſi dicatur ꝙ uanitas uanitatum & omnia uanitas. Reſpondetur ꝙ paſſio non eſt rerum quæ ſunt mundi, ſed q̄ ſunt Dei. Vnde ait dominus Paulo ante paſſionē ſuā. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Si princeps mundi huius nec ſubditi eius hēant quicquā in eo, nec in paſſione ſua habent aliqd, ſed ſolum illi qui non ſunt de mundo. Iterum aūt exiuit Pilatus ad principes ſacerdotum & ad turbas iudæorū, & dixit eis. Ego in eo nullam inuenio cām. Pōt. n. dicere dominus uenit princeps mundi huius. ſ. Pilatus, & ī me non habet quicquam ut ipſemet teſtatur. At illi inualeſcebant dicentes. Commouet uniuerſum populum docens ꝑ uniuerſam iudæā, & incipient a galilęa vſq; huc. In hoc torporē & ociū p̄latorū ſugillant. Mat. 4. Circuibat Ieſus totam galilęam docens in ſynagogis eorū, & p̄dicans euangelium regni & ſanans oēm languorem. Vbi dicit Rabanus. Circuit ut doceat doctorem eſſe expeditum & non acceptorem perſonarum. Chriſoſt. Nos q̄ ſumus unius regionis paſtores, ſingulas paſſionum ſpecies in populo circuire debemus. Studioſus enim medicus circuit grauiter ægrotantes, & nos ſimiliter facere debemus, utpote his qui auaritia laborant, ſermonem ad medicamentum eorū facere. Quemadmodum enim diabolus ſicut leo rugiens circuit, quærens quē deuoret. ſic dominus ſuam galilęam circuit uerus animarum epiſcopus quærens quē ſanet. Sap. 6. Dignos ſe ſapientia quærens: & in uiis, id eſt præceptis oſtendit ſe illis. Circuibat enim bonus ille medicus re

h Veritas. Qđ Xp̄s ſit ueritas.

giones quæ abundabant ægrotantibus.
Tertio accuſatur dominus coram Hero-
de & interrogatur ab eo. Vnde ait euan-
geliſta. ut cognouit Pilatus quòd de He-
rodis poteſtate eſſet, remiſit eum ad Hero
dẽ, qui & ipſe Hieroſolymis erat illis die-
bus. Non mirum ſi innocentia ſpernitur,
quando mali principes regnant. Semper
enim malum aduerſatur bono. Hæc eſt
lampas contempta apud cogitationes di-
uitum Herodes & Pilati. Iob. 12. Herodes
autem uiſo Ieſu gauiſus eſt. Erat enim ex
multo tempore cupiens uidere eum, &
ſperabat aliquod ſignum uidere ab eo fie-
ri. Eſt uidere Ieſum in bonum & in malũ.
In malum ſuum uidit Herodes, qui pri-
mo gauiſus, poſtea ſpreuit eum. Hi ſunt q
ſe ſimulant ſapientiæ cœleſtis amatores.
& ſalutaris ueritatis inquiſitores, non ut
ſecundum eam uiuant, ſed ut in eius pro-
fundis & mirabilibus delectentur. Qui dũ
circa ipſius documenta laborant & uitiis
ſeruiunt, quid aliud eſt niſi quòd Ieſum
contemnunt? Melius autem fuiſſet Hero
di Ieſum non uidere, quàm ipſum uidere
& contẽnere. 1. Pe. 2. Melius fuiſſet uiam
ueritatis non agnoſcere, quàm poſt agnitã
retrorſum conuerti. Viderunt gentiles Ie-
ſum ad bonum ſuum. Io. 12. Cupientes in
eum credere. Sic & Zacheus Luc. 19. In-
terrogabat autem illum multis ſermonib.
at ipſe illi nihil reſpondebat. Primo quia
fauorem principum non cupiebat. Secun-
do quia ueritas tunc apud Herodem ſile-
bat, ſignificans quòd in futuro ſileret in
iudiciis. Spreuit ergo eum Herodes. Ta-
lis rex talia latera. Non eſt uerorũ regum
illudere ei qui in criminali cõſtitutus eſt
iudicio, ſed damnare conuictum reum, &
ei commiſereri. contra eos qui in foro cõ-
tumelias partium delectantur audire. Vn-
de in palatio illuſus eſt Xps, quia in domi
bus regum & principum innocentia deri-
detur. & aſtuti homines uenerantur. Itẽ
in curiis magnatum ſæpe illuditur in veſte
alba, in ueſte enim alba principes induun
tur ab adulatoribus, quorũ turpitudines
& ſcelera adulationis dealbatione operi-
unt. Vnde adulatio eſt quædam peruerſa
laudatio. Nomen. n. adulationis & lauda-
tionis ex eiſdem literis, ſed tranſpoſitis
conſtant. Noluit autem dñs coram Hero
de facere miracula, nec ei uerbum unũ re-

*i Videre Ieſum. Dupliciter cõtingit uidere Ieſum*

ſpondere. Primo ne a ſecularibus & curia
libus laudaretur. In quo docentur ſancti
viri fugere laudes & fauores hominũ. Va
de Eleazar ab elephante quem occidit oc
ciditur. 1. Mach. 6. Quia dum quis mundi
ſu pbiam uincit, & de uictoria ſuperbit, oc
cidendo ſuperbiam ſe occidit. Item licet
miniſtris ſuæ paſſionis dñs uerba ſua nõ
negauerit, quib. multa pia locutus eſt, ut
Cayphe & Pilato. tñ ita uilem reputauit
Herodem & inceſtuoſum, ꝙ licet eſſet de
ſideratus ab eo, & cũ gaudio uiſus, & mul
tis ſermonib interrogatus, nullũ tñ dedit
ei rñſum, nec pro uitanda aut incurrenda
morte. Et illuſit indutum ueſte alba. Di
cit Plin. lib. 11. fœminas porcorum intũ
ſeſcere ut hominem lacerẽt, maxime ſi ve
ſte alba induatur. Sic Iudei Chr̃m ueſtitũ
cãdida ueſte ita perſecuti ſunt, ut eum in
cruce lacerarent. In hoc tñ peiores quàm
ſues: quia (ſicut dicit Plinius) earũ rabies
aceto mitigatur aſperſo. Iſtorum uero fu-
ror nec aceto dato mitigatus eſt. Sic eſt
de detractoribus, qui more porcorum ni-
tuntur lacerare maxime indutum ueſte al
ba. i. ueſte innocentię, quia libentius con-
tra bonos quàm contra malos loquũtur,
& falſa quàm vera. Et remiſit eũ ad Pila
tum. De Saluatore ludunt ad pilam Hero
des & Pilatus & pontifices. Sic in curiis
regum innocens mittitur & remittitur, &
nihil proficit, ubi de neceſſitatibus ſuis re
medium quærit. quia forſitan aut magnis
eſt in contemptum, aut decentem muneri
bus non agit ingreſſum & de eo ad pilam
luditur, & qualecunq; ius habeat, neceſſe
eſt ꝙ nouiſſime & ultro uadat ad crucẽ,
& eam de ſua burſa extrahat. Et facti ſũt
amici Herodes & Pilatus in ipſa die. In-
ter diuites & potentes non eſt communi-
ter uera amicitia. Gen. 36. Diuites erant
ualde, & ſimul habitare nequibant. In ma
lo tñ & innocentũ perſecutione, inueniun
tur unanimes. pſ. Sedet in inſidiis cum di-
uitibus in occultis, ut interficiat innocen-
tem. Dicit Albertus ꝙ falco licet ſit auis
iracunda, & iuxta Ariſtot. 1. Politice dili-
gẽns eſſe ſolitaria ſicut & aliæ aues rapa
ces, propter tñ adiutorium tempore uena
tionis diligit ſocios. Sic diuites uidentur
diligere ſoli eſſe & principes. Eſa. 5. Nun-
quid uos habitabitis ſoli in medio terræ?
tamen propter uenationem pauperũ di-
gunt



gunt ſocietatem. Hæc aũt uenatio eſt pau
perum depreſſio. Sic Pilatus ſocium uo-
luit habere Herodem ad uenandum Chri
ſtum, & propterea facti ſunt amici, tali a-
micitia quali ſunt amici uulpes & coruus
de quo Philoſophus. 8. de animalibus.
Coruus eſt amicus uulpis, & pugnant am
bo contra quandam paruam auem quę di
citur aſtelon uiuentem in ſpinis. Vulpes
eſt Herodes. de quo Luc. 13. Dicite uulpi
illi, coruus auis quæ furto delectatur, eſt
Pilatus. qui ſecundum magiſtrum in hy-
ſtoriis, pecunias Deo datas ad ſe traxit.
Aſtelon uiuens in ſpinis Chriſtus humi-
lis totam uitam agens in anguſtiis, & tan
dem mortuus cum ſpinis. Sic ergo iſte cor
uus & uulpes conuenerunt in unum ad-
uerſus dominũ &c. In quo apparet quòd
principatus & poteſtas ſunt ſæpe cauſa po
tentibus huius ſęculi inſurgendi contra
Chriſtum eius præcepta cõtemnendo. Di
cunt aſtrologi quòd quando planetę ſunt
in ſuis epiciclis. i. paruis circulis in ſupe-
riori parte mouentur contra motum cœ
li, præter Lunam. Quãdo uero in inferio-
ri mouentur ſecundum cœli motum. For
tuna tanquam tota deſcribi ſoler, quæ eſt
paruus circulus propter durationis brẽ-
uitatem. Quando homines ſunt in ſuperio
ri parte, id eſt in dignitate & poteſtate cõ
muniter mouentur contra præceptũ Dei,
niſi forte ſit aliquis ſpeciali lumine gra-
tiæ illuſtratus a ſole iuſtitiæ ſicut Luna.
ideo uidentur contra Deum inſurgere.
Vnde Iſidorus. 8. ethimo. recitat fabulam
quòd terra irata contra Deos produxit gi
gantes. i. tyrannos qui pugnauerunt con-
tra Deum. finaliter tamen a Ioue ſupera-
ti fulminis ictibus interierunt. Item hæc
concordia Pilati & Herodis ſignificat cõ
cordiam canonicorum & aduocatorum i
capitulis, qui ad omne bonum faciendum
ſunt diſcordes, ſed ad occidendum Ieſum
& malum faciendum concordes, uel ad
ius alterius tollendum. Eccl. 16. In ſyna-
goga peccantium exardeſcet ignis, & in
gente incredibili exardebit ira. Synagoga
peccantium hypocrite, & gens incredibi-
lis aduocati, quæ duo omnia capitula tur
bant. Quintum ſignaculum eſt paſſibili-
tas Chriſti claudens eius impaſſibilitatẽ,
& hoc ſecunda uice in domo Pilati. In
quo tria conſiderantur. Primo latro &
homicida Chriſto præeligitur. Secundo
flagellatur Chriſtus, irridetur & ſpinis co
ronatur. Tertio quaſi nocens, innocens
ad mortem condemnatur.

Pro primo dicit euangeliſta. Per diem
autem ſolemnem conſueuerat præſes di-
mittere populo unum uinctum quem uo-
luiſſent. Habebant autem tunc unũ uin-
ctum inſignem, qui uocabatur Barrabas.
Barrabas interpretatur filius patris. id eſt
diaboli qui dicitur pater. Primo propter
innumeram multitudinem filiorum. Ec-
cleſiaſt. primo. Stultorum infinitus eſt nu
merus. Secundo particulariter propter il
lud maledictum priuilegium generatio-
nis, quo de bono malum, de uero falſum
generat contra omnem regulam logico-
rum. Vnde dicitur pater mendacij. Ter-
tio ironice, quia ſeipſum de ſe genuit ut
diabolus eſſet. Sicut enim primus homo
quia uoluit Deo aſſimilari ſe fecit mor-
talem, ſic diabolus quia ſimiliter ſe uo-
luit equari Deo ſe genuit diabolũ. Quar
to per antifraſim dicitur pater, non quia
generat, ſed quia degenerat, quia genus
natiuum & generoſitatem aufert, & ge-
nerationem naturæ & gratiæ deſtruit, &
degenerare facit a Deo. Quem uultis de
duobus dimitti? Barrabam elegerunt. Iu
dic. 9. Ligna tandem elegerunt rhamnum
& dimiſerunt uineam. Hunc autem eli-
gendo perdiderunt libertatem animæ &
corporis. Vermen enim Chriſtum nõ ho
minem reputauerunt. Vnde ait. Ego ſum
uermis & non homo. Oſee. 5. Ego tinea
Effraym, & quaſi putredo domui iuda. Si-
cut enim tinea de ueſte naſcitur & ipſam
conſumit, ſic Chriſtus ſecundum carnem
de iudæis natus eſt, & eos merito peccato
rum ſuorum deſtruxit. & hoc eſt ꝙ uer-
mis hederam Ione conſumpſit in aſcenſu
diluculi. i. in ortu Chriſti. Vermis ille con
ſumpſit hederam, & gratia Chriſti legẽ.
Hic eſt uermis qui clamat de ligno cru-
cis. Abacuc. 2. ſecundum aliam tranſlatio-
nem. Scarrabeus de ligno clamauit. Et
ſicut uermis licet uilis & deſpectus fuerit:
tamen ex eius opere precioſum ſericum
contexitur, ſic Chriſtus licet in conſpectu
iudæorum deſpectus fuerit, tamen ex eius
paſſione facta eſt precioſa ueſtis charita-
tis qua in baptiſmo induimur.

*l Diabolus. Quõ diabolus dicitur eſſe pater.*

*m Vermis. Quõ xp̃s dicitur uermis.*

Exclamauit autem uniuerſa turba di-
centes

cens. Non hunc ſed Barrabam. Hoc ini-
quos iudices tangit, apud quos pro quo-
nis iniquo clamabat multitudo rogantiū
clamabat nequitia ipſius iudicis & depra
uatio, & remiſſio & cupiditas eius clamāt
munera, clamant fauores, familiaritates,
& breuiter omnia quę a ueritate & iuſti-
tia iudicem deuiare ſuadent. Sed clamo-
rem huius Pilatus exaudit & ex fauore
ſolus abſoluit, agens iudicia tanquam eſ
ſent ſua, non attendens quod ſcriptum eſt
Deut. 1. Nulla erit diſtantia perſonarum
ita paruum audietis vt magnum, nec ac-
cipietis cuiuſquam perſonam. Dei enim
iudicium eſt. Dei autem iudicium verum
eſt. ſuum vero falſum, ideo eorum iudiciū
non eſt Dei. Petunt itaq; Barrabām, mini
ſtri diaboli diabolum. Nec mirum ſi pe-
tunt fratrem ſuum cum ex patre diabolo
erant diabolici diabolicum, homicidiæ
homicidam. Multi enim militant pro pa-
rentibus ſuis malis & dignis ſuſpendio,
contra læſum & innocentem agentes.

*N. Liberare Qđ qnq; mōis laborauit Pilatus liberare Chriſtū.*

Quid igitur faciam de Ieſu qui dicitur
Chriſtus? Voluit enim Pilatus quinque
modis liberare Chriſtum, Primo iudicis
mutatione quando miſit eum ad Herodē.
Secundo criminis purgatione dicēs. Ego
in eo nullam cauſam inuenio. Tertio pœ
ne illatione quando ait. Corripiam ergo
illum &c. Quarto perſonarum collatio-
ne conferendo Barrabam latronem inno
centi Chriſto. Quinto ex ſententiæ dila-
tione eos ſæpe interrogando, quid uellēt
de Ieſu facere. Vtinam iudices noſtri ita
curioſi eſſent pro pauperibus abſoluendis
in cauſa iuſta. Sciebat autem Pilatus ꝙ
per inuidiam tradidiſſent eum. Cauſa paſ
ſionis ex parte patris fuit ſummus amor
ex parte filij ſūma obediētia. ex parte nr̄i
ſumma miſeria. ex parte perſequentium,
ſumma auaricia & inuidia. Iob. 1. Ignis
ſcilicet inuidiæ de cœlo cecidit. i. de cœle
ſti conuerſatione Chriſti & qua occaſio
nem ſumpſerunt inuidiæ & tactas oues,
pueroſque conſumpſit ideſt populum ſibi
ſubditum clamantem tolle, tolle &c. Vn-
de & principes perſuaſerunt populus ut
Barrabam peterent. Ieſum uero perderēt

Et reſponderunt dicentes. Tolle tolle
crucifige eum. p̄s. Gladium euaginauerūt
peccatores ſcilicet linguæ. Ideo ſapientes
ſolō interrogatus quis eſſet acutiori gla
dius reſpondit. lingua praui hominis.
Quo gladio poſtulauerunt ad mortē fra-
trem & amicum. de quo. p̄s. Quaſi proxi-
mum & quaſi fratrem noſtrum ſic com-
placebam, immo pluſquam frater fuit, qa
miraculis & doctrina plus in eis boni ope
ratus eſt quàm potuiſſet facere frater. Vn
de. p̄s. Parauerunt ſagittas ſuas in phare-
tra. Sagitta fuit crux, ferrum uero claui
ſed ſagitta illa pennis caruit ſcilicet di-
ſcritionis. ideo non uolauit in directum
quia crediderunt direxiſſe ſagittam in pu
rum hominem, & percuſſerunt Deum ho
minem ad eorum perniciem. Quod præ-
uidit Eſaiæ. 2. Præcipiens Iudæis ne mor
tem domini quærerent. Quieſcite (inq̄t)
ab homine cuius ſpiritus in naribus eius
id eſt qui poteſtatem habet ponendi ani-
mam ſuam, & iterum ſummendi etiam.
Quod etiam præuidit Amos. 5. Ve deſi-
derantibus diem domini. i. mortem eius.
Et quia propheta compatiebatur eis eo
ꝙ mors Chriſti erat mors eorum, ſubdit
Ad quid eam uobis, ſcilicet deſideratis ni
ſi ad mortem? Hinc & Ioſephus recitat li
bro de bellico iudaico quòd fuerunt pluſ
quam quingenti circa muros hieruſalem
crucifixi, nec deerant qui crucifigerentur
ſed deerant cruces. Qui enim ſecundum
p̄s. Veloces fuerunt pedes eorum ad effu
dendum ſanguinem innocentis, ibidem
effuſus eſt ſanguis eorum. Sed quid eſt
domine quod dixerunt. Tolle tolle cruci
fige eum? Quis continere lachrymas pōt,
ut tollatur de terra cum clamore. qui uitā
dedit mortuus, & demoniacos liberauit
a furore? Quomodo uerbum tam aſperū
ſuſtines domine, tu qui ſolus es, & nos ad
nihilum redacti ad minimum uerbum ex
candeſcimus? Sed ad hæc dominus. Hi
quos arguis aperuerunt ſuper me os ſuū
ſicut leo rapiēs & rugiens, immo pluſquā
leo, quia leo hominem portantem ignem
non inuadit, & me portantem ignem diui
nitatis (qui eſt ignis conſumens) inuaſe-
runt. Nec memores fuerunt beneficiorū
meorum, ſed retribuunt mihi mala pro
bonis ſterilitatem animæ meæ. Et (ut uer
bis mei diſcipuli Auguſtini utar ſuper eo
dem paſſu) cum ego attuliſſem eis fœcun-
ditatem. ipſi retribuebant mihi ſterilitatē
ego attuli eis uitam, ipſi mihi mortē, ego
medicinam ipſi vulnera. Huius autem cau
ſa



ſa fuit abundantia diuitiarum & uolu-
ptatum. Dicit ipocras ꝙ mulier craſſa ſte
rilis efficitur, ſic populus nimirum incraſ
ſatus temporalibus ſterilis fit ab omni bo
no propoſito. Sic iuuenes quibus dantur
in iuuētute beneficia pinguia quæ debuiſ
ſent labore ſtudij acquirere, nec parenti-
bus aut magiſtris obedire uolunt aut ſtu
dere. Pauperes autem ſicut apoſtoli in ni-
ros perfectos euadunt, vbi communiter
per parentes beneficiati & prouiſi miſeri
fiunt & quaſi a Deo derelicti. Dixit eis
Pilatus. Corripiam ergo illum, & emen-
datum dimittam. Non eſt moderni tem-
poris ꝙ innocentes emendentur, ubi ni-
hil eſt emendandum. Amor enim vel fa-
uor cito ſubuertunt iudices dum vident
pauperem cui non eſt adiutor. In hoc ta-
men directo erudit Pilatus confeſſores
qui confitentes non emendatos ſed dete-
riores dimittunt in diſperationem eos
deiicientes, ut iam loquelam confeſſionis
amittant. Dicunt omnes vt crucifiga-
tur. Sed contra. Non eſt ueriſimile quòd
principes ſacerdotum clamarent quia nec
decet perſonas graues ita clamare. Dici-
tur quòd licet non clamarent, tamen po-
pulum incitabāt ad clamorem. Principes
enim erant quaſi tuba monens ad præliū
contra Chriſtum. quæ ſicut omnes monet
ad prælium & in omnibus pugnat, ſic prin
ceps in omni populo Chriſtum expugna-
bant. In hoc myſtice docemus ꝙ omnes
tam affectiones quàm cogitationes & o-
perationes debent accuſare in confeſſio-
ne & contra nos ſtare, ſic ꝙ ex parte no-
ſtra nulla debeat audiri uox excuſationis
an dimiſſionis, ſed ſolus iudex debet ſtare
pro nobis, quemadmodum Pilatus ſolus
uidebatur ſtare pro domino. At illi in-
ſtabant uocibus magnis ut crucifigeretur
ſicut canes rabidi non ſuſtinentes ſibi au-
ferri cadauer ad quod lacerandum & de
uorandum dentibus & totis faucibus in-
hiant ſolo latratu cum dentibus non poſ
ſint amplius inſequētes. Sic ſuo modo cū
paratur animæ exitus a ſeruiture peccati
uocibus magnis impedit diabolus modis
quibus poteſt per ſtrepitum & tumultum
diuerſarum cogitationum & affectionum
ut non audiatur iudicium & diſcretio ſa-
cerdotis, immo ut nec accedat ad illud iu
dicium. Ille autem dimiſit eis Barrabā.

*P. Barrabas. Quid Barrabas nobilis & ſeditioſus ſignificet.*

Barrabas nobilis erat & ſeditioſus. Tales
enim faciunt ſeditiones & ſcimata in capi
tulis propter ſuam nobilitatem, & tales
ut plurimum eligit turba in epiſcopum &
uirum iuſtum & pacificum derelinquit.
Latrones enim nobiles eliguntur, in quo-
rum domibus rapina pauperum dum ec-
cleſiæ opes ſibi theſaurizant & pro ſuis
delicijs talis abutuntur quæ ad ſuſtenta-
tionem pauperum dantur. Sed viri iuſti
& ſapientes poſtponuntur. Et hoc facit
conſtitutio quę dicit quòd maior pars in
numero obtinebat in electionibus. Chri-
ſtus uero ſemper habet minorem partem
numero, quia ſtultorum infinitus eſt nu-
merus. Hoc eſt illud malum quod uidit
Salomon Eccl. 10. noſtris temporibus fu-
turum malū (inquit) ſub ſole vidi & quaſi
per errorem egrediens a facie principis
poſitum ſtultum in dignitate ſublimi & di
uities ſedere deorſum. Oſeæ. 6. galaad ci
uitas operantium idolum ſuperplantata
ſanguine id eſt nobilitate & quaſi fauces
latronum. Secundo flagellatur Chriſtus
irridetur, & ſpinis coronatur. Apprehen-
dit (inquit euangeliſta) Pilatus Ieſum &
flagellauit. Eſa. 28. alienum eſt opus eius,
ſed hoc paſſus eſt ut faceret opus ſuum,
quod eſt miſereri & ſaluare quod crea-
uit. Flagellari opus eſt peccatoris, non e-
ius qui peccatum non fecit. Eſa. 53. Diſci-
plina patris noſtræ ſuper eum. Pater enim
in cruce tenuit filio ſuo capitulum, & ibi
diſciplinatus eſt propter peccata noſtra.
In ſano enim membro competit facere
cauterium, ut infirma membra ſanentur.
Pſal. Diſciplina tua correxit me in finem.
Caſtigatur catulus ante leonem, ſic Chri
ſti flagellatione ſeuicia generis humani
caſtiganda fuit. Sed heu domine quid
egerunt iſti? Certe ſupra dorſum meum
fabricauerunt peccatores. Sed quid fabri
cauerunt? Primo coronam omnium ele
ctorum. Nam in uirtute paſſionis Chriſti
omnes coronantur electi. Canti. 4. coro
naberis de capite auiana. Secūdo fabrica
uerunt ferulam qua diſciplinantur om
nes electi. Pſ. Diſciplina tua ipſa me doce
bit, quia ſi xp̄s diſciplinatus eſt, iuſtū eſt
nos ſuſcipere diſciplinam. Tertio fabrica
uerunt Iudei gladium ad occaſionem ſuā
propriam, & propterea ſubditur in eodē.
Pſal. Dominus iuſtus concidet ceruices
pecca-

peccatorum. Et exuentes eum veſtimentis ſuis. Modo Chriſtus nudatus eſt a ſuis in medio militum, qui populum ad impatientiam ducunt, & etiam prælatorũ, qui eundem malis ſuis exemplis prouocãt ad malum. Modo enim exuitur purpura .i. diuitibus & principibus. Vix rudi panno ruſticorum nunc induitur, quia diuites non habet, ſed ruſticos. Dyabolus autem nunc fulget purpura & byſſo, & vbique gemmatus, clarus, & fulgidus palam incedit, nec erubeſcit, ita vt ſi gloriã veſtitus eius attendas, videtur in eo impletum quod ipſe ſibi promiſerat. Similis ero altiſſimo. Similitudinem quidem altiſſimi ſibi uendicauit, dum ſimilitudinem glorioſæ veſtis eius .i. ſimilitudinem Chriſtianitatis non veritatẽ induit. Similitudo enim & ſimulatio chriſtianitatis ſunt reprobi chriſtiani, quorum cetum velut veſtẽ induit diabolus. Vix autem hodie ſaccus dimittitur Chriſto ad induendum i. pauperes ei adhęrentes. Inde eſt ꝙ altaria nudantur, quia Chriſtus a militibus ſuis ueſtimentis nudatus eſt. Clamidem coccineam circũdederunt eum. Clamis coccinea vno modo poteſt dici eccleſia malignantium ſanguine peccati rubricatorum. Hoc eſt ueſtimẽtum mixtum ſanguine quod erit in cõbuſtionem & cibus ignis. Eſa. 9. hanc mali prælati Chriſto dño circũdant ad illuſionem, dum multitudinem peſſimorum nepotum in eccleſiis ſuis inſtituunt. Secũdo clamis coccinea eſt veſtis religioſorum, qua illuditur mundus, & qua illudit mundus religioſis. Sed multi nollunt eam portare propter irriſionem mundi, neſciẽtes ꝙ dñs illam ſolũmodo ad illuſionem & opprobrium portauit. Accepriſſima quidem Deo eſt ſatisfactio humiliter portare opprobria quæ pro pœnitentia irrogãtur, maxime ab his qui peccatorum ſuorũ laudibus vaniſſime delectati ſunt, & pro contumelia Deo irrogata nihil congruentius Deo ſatisfacit, quã opprobrium humilis, & iocoſa ſuſceptio. Tertio clamis coccinea propoſitum & promptitudinem martyrij deſignat. Vnde Eps Romanus ſemp pallio utitur coccineo, ut memoriam ſemper habeat dñicę paſſionis & propoſitum ac promptitudinem patiendi pro eccleſia Chriſti. Quarto ſignificat gloriam regni terreni cruentam eſſe ſanguine peccatorum & uiolentiarum, & hoc eiuſdẽ pallij color inſinuat, & rex & papa videntur ipſa veſte purpurea qua utuntur clamare. Aſperſus eſt ſanguis ſubditorum ſuper ueſtimenta noſtra, uel quia peccata ſubditorum illis imputabuntur ad pœnã, niſi corrigantur. Vnde dñs tripliciter legitur illuſus. Primo illuſum eſt ei uelata facie in ſputis & colaphis dicendo. propheriza nobis. & hoc ptinet ad mũdanos & manifeſtè peccãtes, q a diabolo excecãt. & ita faciẽ uelatam habent, ꝙ periculum ſuum non agnoſcunt. 2. Cor. 4. Sed apertum eſt euãgelium noſtrum, in his quæ pereunt eſt apertum, in quibus Deus huius ſæculi excæcauit mentes infidelium. i. diabolus qui ſe finxit dominum huius ſæculi, qui dixit domino. Hæc omnia tibi dabo. Secundo illuſus eſt coram Herode in ueſte alba, qd pertinet ad hipocritas. Tertio illuſum eſt ei a Pilato in ueſte coccinea, cum quis aſſumitur in prælatum per hypocriſim aut ſymoniam dño permittente, qui propter peccata populi regnare facit hipocritam. Quid enim clamis coccinea uel purpureũ indumentũ, niſi pontificalis infula? Quid corona ſpinea, niſi pontificalis officij ſollicitudo, uel magis ſeruorum ignarorũ circuitus & corona? Quid arundineus baculus, niſi poteſtas tranſitoria baculi paſtoralis? Et plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt capiti eius. Cur hanc coronã voluit dñs portare in capite ſuo? Rñdeo, quia ꝙ ea coronaret & inſigniretur olim viſum fuerat. Nam Abraham exultauit ut uideret diem &c. diem. ſ. paſſionis Chriſti. Vidit n. leuãs oculos poſt tergum arietem inter uepres. i humanitatem Chriſti inter ſpinas hærentem cornibus. i. capite, uel potentia nõ corporis ſed animæ, quia patientia & conſtantia ſunt robur & cornu animæ, quem aſſumens obtulit olocauſtum pro filio. Spinæ autem iſtæ ſibi fuerunt amaræ & pungitiuæ, ſed nobis dulces in affectu & effectu, quia oneratus eſt ſpinis noſtris. Hæ ſpinæ oculos cordium deuotorum penetrant, vulnerãt, & ſanguinem lachrimarũ emittere faciunt ſed non lędũt, immo potius confortant cor in dulcedine & amore Chriſti. Secundo hãc accepit ut ornaretur in certamine. Alio ornatu vtitur rex in palatio, alio inter inimicos. Inter inimicos habere debet habitum quem

q *Clamis coccinea. Quid myſticè intelligatur p clamidẽ coccineã Chriſto datam in paſſione.*



quem timeãt inimici. in palacio habitum non terrentem ſed quem omnes venerentur. Ideo Chriſtus uolens terrere diabolũ in campo certaminis cepit coronam ſpineam æquiualentem pęnitentiæ, & cum nihil diabolus timeat ſicut pęnitẽtiã, inde eſt ꝙ portauit coronam ſpineam. Sed ſecũdum philoſophos motus uiolentus nunq̃ terminatur ad quietem, ſed ad locũ redit ut quieſcat, ad quem motus naturalis tendit. Sic qui ultro de die in diem pęnitẽtiã facit in animo quieſcit, & illa quies ordinata eſt ad requiem æternam, ſed non qui violente & inuite facit. Cuidam aſino uiolente facta eſt crux in pelle, propter quod nihil inde portare poterat iuxt. illã crucẽ. Sic qui uiolente portant crucem dñi. Tertio hanc accepit, ut nos tueretur. Prou. 4. Corona inclita. ſ. ſpinea proteget te. Plin. lib. 10. de quibuſdam auibus dicit, ꝙ ſic muniũt nidos ſuos ſpinis ꝙ cõtra beſtias vallantur & præcipue contra accipitrem. Sic contra malignos ſpiritus ſpinis & aculeis paſſionis Chriſti debemus muniri, ſic ꝙ mala beſtia nobis non audeat appropinquare. De Chriſti autem corona ſcribitur Eccle. 4. Inſuſpicabilis portabit dyadema. Certe inſuſpicabilis, in quo nulla eſt mali ſuſpitio. Et poſuerunt arundinem in dextera eius. Iſta eſt arũdo aurea qua metiendum eſt totum ædificium cęleſtis Hieruſalem. i. eccleſiæ. Apoc. 21. Et menſus eſt (inquit) angelus ciuitatem de arundine aurea. Hæc eſt ſacra ſcriptura non intus vacua ſed plena. quam debent habere in dextera, qui regimini aliorum præficiuntur. i. in operatione uel promptitudine, non in ſiniſtra ut tardus uel piger ſit ad operandum ſecundum eam. Quid enim aliud eſt regem eſſe ſine literis, quàm ſine ſceptro? quod intolerabile eſt in regibus. i. in rectoribus animarum. Et accipientes arundinem de manu eius percutiebant caput eius. Hoc autem uno modo ſic exponitur ꝙ aduerſus gloriam Chriſti ſe erigit virga arundinea, quam de manu eius accipit, quando poteſtate terrena quam in domo uel permiſſione Dei accipit princeps, capitaliter eam impugnat & minuit, ita ut vulgo dicatur ꝙ ipſo ſuo baculo Deum pcutimus. Vel moraliter arundine. i. mala libertate ipſum caput. i. cor noſtrum percutimus. quia Rom. 8. Deus de peccato damnauit peccatum. i. de ipſa fęditate peccati, de illius turpitudine, de ſumptuoſitate, de pęnalitate eiuſdem percutiendum eſt cor peccatoris, & ſic dẽ manu peccati accipitur virga ſalubris qua caſtigatur & percutitur peccatum, ſicut ab ipſo Goliath accepit Dauid gladium, quo caput eius præcidit. Sic Iudith proprio pugione Olofernis caput abſcidit. Bis enim cor peccatoris ipſo peccato percutiendum eſt, culpa. ſ. & pęna illius. Peccatum enim quaſi gladins bis acutus eſt. Eccl. 22. Quaſi rumphea bis acuta omnis iniquitas, vt per culpam vulnus doloris, & per pęnam vulnus timoris infigat. Vulnere enim doloris vulnus peccati ſanatur, & vulnere timoris ſanitas cuſtoditur, & recidiuatio præcauetur. Io. 16. Spiritus ſanctus arguet mundum de peccato, quia ab ipſo mundo accipiet unde mundũ arguet ut mũdum proprio iaculo, aut gladio interficiat. Quotiens enim mundũ arguit, totiens mundum percutit, quod alibi dicitur. Vulneris auxilium pelyas haſta tulit. Portat enim miſer peccator gladiũ malæ libertatis, quo ſe ipſum vulnerat, & quo etiam ſi ſe repercutere nouerit, ſibi medeatur. Hoc autem maxime fit in publicis exhortationibus, vbi ſalubriter omnes percutiuntur. Priuatę uerò obiurgationes & familiares uerecundas mentes & teneras plerunque frangunt, præſertim ſi auſteræ fueriut, vt docet Greg. ſuper Ezech.

Et genuflexo illudebant ei. Principes & prælati cum ſint dij terræ uehementer eleuati ſunt. Volunt enim ſibi flexis genibus illudere ſicut Chriſto. aliter ſcandalizantur, ſicut Amã quem Mardocheus noluit honorare, & ſic obſequio illo gloriãtur, in quo dñs illuſus eſt. Aue rex iudæorum. Irriſorie confitentur eum regem cõfitentium, propter quod qui eum labiis regem confitetur, & quæ regis ſunt ei dedignatur impartiri, utpote tributum, ſeruitium, obedientiam, fidelitatem, & colloquium eum irridere uidetur. In hoc reges .i. rectores animarum, ſiue corporum, oẽs reuerentias & honores quæ ſibi impenduntur, illuſiones debent arbitrari potius quã honores. Hoc enim eſt ueræ humilitatis officium. Omne enim quod eſt gloriæ, & honoris, humilitas ſibi reputat ad opprobrium, qñ omnem gloriam ſibi arbitratur indecentiſſimam, & ſe ea indigniſſimam.

Exiuit

ſ *Arundo aurea.* [illegible]

t *Peccatũ. Qũo de pctõ dominus dã nauit peccatum.*

Exiuit iterum Pilatus foras, & dixit eis. Ecce adduco uobis eum foras, vt cognoſcatis, quia nullam inuenio in eo cauſam. Foras exit iudex forenſis dum interrogationibus, allegationibus, & probationibus cauſam examinat. Intus ſe recipit, cũ q̃d ſit faciendum deliberat. Exiuit ergo Ieſus portans coronam ſpineam & purpureũ ueſtimentum &c. id eſt victoriam ſcelerũ uel cetum ipſum redemptorum, quem de ſpinis attulit in coronam gloriæ. Quem enim errabundam in humeris propriis in cœleſte ouile reuexit. Et dixit eis. Ecce homo, quaſi dicat. Ecce liber hominis, in quo debet legi, vel exemplum, uel figura viuendi hominis. Hic eſt liber in quo ſtatus vniuſcuiuſq; hominis cernitur. Vnde & iuſti & peccatoris figuram dominus habitu quem gerebat expreſſit. Cum ergo uidiſſent eum pontifices & miniſtri clamabant dicentes tolle tolle &c. Virga bis percuſſit ſilicem, iudæo bis acclamante crucifige, & de percuſſa ſilice crucifixi fluxerũt aquæ largiſſimæ, quæ totum mundum baptiſmo, & doctrina abluerunt, & populum & iumenta, id eſt doctos & indoctos ſalutaris verbi longa ſiti deficientes refecit. Dicit Solinus ꝙ ad pantheram ore & aſpectu omnia animalia afficiuntur, & qñ eam ſentiunt, properant conuenire, nec eam timent, ſed qñ vultum ſuum qui horribilis eſt vident, timent, & fugiunt. Sic in conuerſatione & doctrina Chriſti multi erant affecti, ita ut turba multa ad ipſum conueniret, & de ciuitatibus properaret ad eũ. Sed dum in paſſione uultum ſuum turbidũ uiderunt fugerunt. Eſa. 53. Abſconditus eſt vultus eius & deſpectus. p̃s. Qui uidebant me foras fugerunt à me. Dilatauarunt aũt iſti clamante os ſuum ſicut leo rapiens & rugiens. Vnde Albertus 19. de animalibus dicit ꝙ omne animal utens ore ſuo ad uigorem & pugnam habet os magni hiatus. & philoſophus dicit. 7. de animalibus. ꝙ tortuca habet os fortius omnibus animalibus, intantum ꝙ lapidem ore ſuo accipit & frangit. Sic iſti petram duriſſimã, & adamantem illum, qui nullis ictibus frãgi poterat, acceperũt & ore ſuo fregerũt. Oportebat autem ipſos ad talem bolũ deglutiendum, qui verus deus & homo erat, multum dilatare os. Eſa. 57. Super quem dilataſtis os, & eieciſtis linguam? Secundò ſicut os canis rabidi dilatauerunt os ſuum. p̃s. Circundederunt me canes multi latrantes contra me, & mordentes morſibus blaſphemię, immo canibus deteriores qui modico fruſto panis uel carnis oblato licet iracundi & mordaces, tñ placantur, iſti vero carne Chriſti liuoribus rubea demonſtrata, non ſunt compuncti, nec placati, ĩmo fremebant in eum. Fremere autem proprie ferarum eſt, quod iniuſte furentibus attribuitur, qñ ratione poſtpoſita nimio ſunt furore ſuccenſi. Auicenna. 4. canone. Qui morſus eſt à cane rabido horret lumen & quãdoque latrat ſicut canis. Canis rabidus eſt diabolus qui ſic perſecutores Chr̃i momorderat, ꝙ lætale vulnus iræ & inuidiæ eis inflixerat, & lucem veram abhorrebant. Ideo in p̃s. Iubemus grauiter increpare. p̃s. Increpa feras arundinis, quæ meliorem partem gregis. ſ. paſtorẽ ad mordendũ petierunt. Propter q̃d dentes beſtiarum immiſit in eos duos urſos de ſaltu Romanorum, Titũ uidelicet & Veſpaſianum, qui in negantes filiũ Dei in ultionem miſit patrem & filium, qui deuorauerunt eos. Hi fuerunt fera peſſima quæ deuorauit Ioſeph. Hi canes non domeſtici qui manũ porrigentis panẽ doctrinæ momorderunt. Feræ aũt arundinis dñr arundines. ſ. agitatæ uento perſuaſionis principum iudæorum, vt in dñm dẽtes beſtiales figerent. Nos legẽ habemus & ſm legem debet mori, quia filium Dei ſe fecit. Mentiti ſunt iudæi, nõ ſe filiũ Dei fecit, qui ab æterno genitus erat à p̃re, nõ factus. Scđm tñ legẽ debebat mori, nõ ad intelligentiã iudæorũ qui dicebant ipſum ſe falſo dixiſſe filium dei. Sed uere dñe, quia filium Dei es, totũ te Deo patri debebas, & ad gloriam ſuam. Igitur quia filius Dei eras, mortem tuam pro patris gloria debebas, Nam gloria patris eſt filium veracem eſſe, & ueritatem teſtificari. Teſtificatus eſt autem pro gloria Dei ſe filium eius eſſe, quod negauit cecitas iudæorum. vnde debuit mortem accipere. Et ingreſſus eſt Pilatus in prætorium iterum, & dixit ad Ieſum. vnde es tu. Qui non reſpondit ei ad ullum uerbum. Dixit ergo ei Pilatus. Mihi non loqueris? Neſcis quia poteſtatẽ habeo crucifigere te, & poteſtatem habeo dimittere te, quaſi diceret, timẽda eſt tibi exaſperatio mea, & quærendus fauor.

Tertiò

*Dilatare os. Quõ iudæi dilatauerunt os cõtra Chriſtũ.*



Tertiò Chriſtus innocẽs à Pilato uelut nocens ad mortem condẽnatur. Ait itaq; Euangeliſta, Adduxit Pilatus Ieſum foras & ſedit pro tribunali. Sedente autem eo p tribunali miſit ad illum vxor eius dicens. Nihil tibi & iuſto illi. Non ſolum in Iudã & principes ſacerdotũ intrauit Sathanas, ſed ẽt in vxorem Pilati ad impediendum tantum bonum futurum. Vnde & ſub prætextu iuſtitiæ paſſionem impedire moliebatur. Dixit ei Pilatus. Regem ueſtrum crucifigam? Reſponderunt pontifices. Nõ habemus regem niſi Ceſarẽ. Hæc uox eſt clericorum & monechorum, qui habitu & conuerſatione ſub Cęſare tanquam militer ſe eſſe & non ſub Chriſto fatentur, qñ magis eos conuerſatio & habitus de palatio eſſe oſtendit. Vtinam ſtipendiorum militarium eis perceptio non deeſſet, ut Chriſti eccleſiã non cõfunderent aut deturparẽt, & pauperes & dignos eccleſiaſticis beneficiis non defraudarent. Sed tñ ſpiritualis militiæ quã non exercent, volunt habere ſtipendia, exterius uolunt uideri de Cęſaris aula, & tñ ipſius clericatus nomen & habitus, & mores, & officium penitus abiecerunt, & quaſi ludibrium arbitrantur. Propter hoc ſeruient iudæi Cęſari, quouſque introeat gentium plenitudo, & populus qui erat in caput, factus eſt in caudam.

Videns Pilatus ꝙ nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret, lauit manus coram populo dicens. Innocẽs ego ſum à ſanguine iuſti huius. Vos videritis. Pilatus multis fatuis ſimilis erat, qui dum ad aliorum clamorem malum faciunt, ſe reputant immunes, ita ut quilibet talis dicat. Innocẽs ego ſum, cum deberent aduertere illud. exo. 23. Non ſequaris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio acquieſces plurimorum ſententiæ ut à uero deuies. Non enim communiter extrahitur ſanguis niſi hominis nociui, iſte autem nihil nocuerat. Sanguis hominis ſani ſapidus eſt & ſanus, vt quid ergo extrahi tanquam malus debuit. Et reſpondit vniuerſus populus dicẽs. Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Serpentes quando eſuriunt ſunt peiores morſus, quã quãdo ſaturati ſũt. Iſte populus tanta auiditate ſitiebat ſanguinem Chriſti, ut ſaturari non poſſet. Eccle. 12. Si in tenerit tempus non ſatiabitur ſanguine. Propter hoc ab omnibus nationibus abhominabiles & abiecti reputantur. Sicut enim ſanguis aſperſus ſuper homicidas, ueſtes illorum commaculat, & (vt communiter dicitur) accuſat homicidas. ſic ſanguis Chriſti ſuper eos aſperſus, & receptus, eos abhominabiles cunctis nationibus reddit, & accuſat eos. p̃s. Qui habitat in cęlis irridebit eos, & dominus ſubſannabit eos. i. faciet ſubſannabiles omnibus & contẽptibiles, ſicut ſunt hodie. Per quæ enim quis peccat, per hæc & torquetur. Contempſerunt. n. mundi creatorem, ideo nunc à tota machina mundi. i. ubiq; terrarum cõtemnuntur. inde dicitur Eſa. 52. Exite inde. ſ. de Hieruſalem, pollutum nolite tangere. i. iudæos ſanguine Chriſti pollutos nolite aſſociare, & cum eis cõuerſari. Propter q̃d ante deſtructionem Hieruſalem reuelatum eſt fidelibus ut Hieruſalem dimitterent, & in regnum Agrippæ fugerent. Propterea uagi ſunt p uniuerſũ orbẽ. p̃s. Dñe à paucis de terra diuide eos in uita eorum, à paucis. ſ. fidelibus diuidantur, fugiẽtibus paucis à conſortio eorum. Miſericorditer aũt cũ eis actũ eſt ꝙ diſpſi ſunt, qa nõ expedit ſimul malos eſſe, quãuis. n. iudæi diſpſi multa cõmittant enormia, multo tñ maiora cõmitterẽt ſi ſimul eſſent. vñ narrat philo. 3. poli ꝙ quidã rex Perſarũ ſapiẽtes Medorũ, & Babiloniorũ diſperſit cogitãs ꝙ ſi ſimul manerent, inuenirent vias p quas ſibi rebellarẽt. Sic fecit Deus iudæis, ne ſaltẽ inirẽt peiora contra Deũ. p̃s. In malicia illorum diſperdet eos. p̃s. Diſſipati ſunt nec cõpuncti. i. per totum orbem diſperſi, nec cauſam conſiderãt ut cõterant̃ de peccato ſuo. Dicit Pli. libr. 8. ꝙ urſi qñ incipiunt latere tam forti ſomno præmuntur, ꝙ nec vulneribus aut vix excitari poſſunt, & tũc miro modo pingueſcunt. Sic iudæi tam fortiter dormiũt in peccatis ſuis, & ita latuerũt à facie illa quã uelauerunt, ꝙ nec beneficiis Dei nec flagellis eius potuerunt excitari à peccato illo, maxime incraſſati ſola temporalium pinguedine, quam ſolam quærunt. Pſalm. Introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt. quia ab intus terrenæ cupiditatis uoragine abſorpti ſunt, foris principibus ſæculi (qui vulpibus comparantur. iuxta illud dicite vulpi illi) miſera ſeruitute ſubiecti, & qui ſe uiciſſe Chriſtũ gloriabant̃, cru

cis

eis abſcondita fortitudine percuſſi ſunt. Iacob enim lucratus cum angelo, aduerſus eum præualuit, ſed percuſſus in fęmore per totam uitam ſuã claudicauit. Emarcuit enim neruus fęmoris eius, quia populus iudaicus d Iacob ortus aduerſus Chriſtum videtur corporaliter præualuiſſe, ſed percuſſo neruo claudicauit, quia excecatis mentibus rectos fidei & ueritatis greſſus amiſit.

*y Paſſio Chriſti. Chriſtus p ſuã paſſionẽ, & mortem tria hoſtiũ genera proſtrauit.*

Vnde vno congreſſu tria hoſtiũ genera dñs proſtrauit. Primo iudæorũ rabiem eneruauit, principem mundi deiecit, iuxta illud. Percuſſiſti caput de domo impij, & mortem deſtruxit Oſeæ. 9. Abijciet eos dominus deus meus, quia non audierunt eum, & erunt uagi in nationibus. Iſte eſt Chayn propter ſanguinem fratris ſui Abel, tremebundo capite uagus & profugus ſuper terram. Et nunc modo fere per totam Chriſtianitatem deleti ſunt. p̃s. Vt lutum platearum delebo eos quia ſicut ad purgationem platearum deletur lutũ, ſic ad purgationem terræ Chriſtianæ ab erroribus nunc vbique delentur. Sanguis enim Chriſti ſuper eos deſcendens in ultionem ita execauit eos, vt magnis erroribus detineantur.

*Nota cecitatẽ iudæorum.*

Prædicant enim (ut inqt Petrus uenerabilis) in ſinagogis ſathanæ circa tempora Veſpaſiani ſuum Chriſtum natum, & Romam neſcio qua arte tranſlatum, & ibi eum à canibus dilaceratum, & corroſum, in criptis uel ſpecubus ſubterraneis latere, & corroſiones illius, dolores, ac vulnera pro iniquitatibus iudaicis tolerare. Indeq; dictum eſt, vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt ꝑpter peccata noſtra. Sed & dicunt eum ibi uictu rum, & tot dolores in illis terræ uiſcerib. toleraturnm, donec diſpoſito à Deo tempore inde exeat, & iudæos de uniuerſis regionibus congregans, ad terræ promiſſionis locum reducat, & tunc implenda eſſe omnia quæ de futura fęlicitate iudæorũ dicta ſunt à prophetis, & tunc illum ſuum Chriſtum multis gentibus imperaturũ eſſe, & pacem abſque alicuius inquietudinis timore futuram, & tũc in ſummis deliciis & gloria ſe uicturos affirmant. Hunc olim cuidam magno doctori inter ſuos in habitu mendici & miſeri apparuiſſe teſtantur. Cumq; is cui apparuerat tantam apparentis uilitatem ac deformitatem horreret, mutatus eſt ſubito ĩ ſpecioſi hominis formam, veſteſq; uiliſſimas in ſpecioſas conuertit. Ferunt quoque una manu mox pretendiſſe lapidem ſaphirum, & altera iaſpidem & ei cui apparebat dixiſſe. Miraris, en ego, en ego ille ueſter Chriſtus tandiu expectatus. in proximo eſt ut ueniam, prope eſt ut appaream & reducam uos de omnibus gentibus, cõgregabo de uniuerſis terris, & adducam uos in terram ueſtram. Tunc implebitur in uia Hieruſalem, quod ſcripſit Eſaias. Paupercula tempeſtate conuulſa fundabo te in ſaphiris, & ponam iaſpidẽ propugnacula tua. En ſaphirus quo fundanda eſt Hieruſalem, en iaſpis quo ueſtræ ciuitatis conſtruenda ſunt propugnacula. Ecce quomodo Sathanas de eis ludit & fabulis paſcit. Ecce caninum Chriſtum ſuum non erubeſcunt confiteri à canibus laceratum tot ſeculis ſic manentem & erubeſcunt Chriſtum uerum Deum dicere à patribus ſuis vere canibus occiſum. Circundederũt me (inquit p̃s.) canes multi &c. foderunt manus &c. Canum enim more ſanguinem ſitierunt dicentes. Sanguis eius ſuper nos, & in eum latrauerunt dicentes. crucifige. Et ꝙ canes non intellexit naturales, ſed myſticos ſicut iudæi credunt de ſuo meſſia oſtẽdit cum ſubdit p̃s. Concilium malignantium obſedit me.

Sed quærit̃ an eccleſia debeat iudæos ſuſtinere. videtur ꝙ non quia Ioan. 15. Si quis in me non manſerit mittetur foras ſicut palmes & areſcet. Similiter hæretici ſunt de ciuitatibus expellendi, quanto magis iudæi? In oppoſitum, quia eccleſia mater eſt pietatis non ſeueritatis, ideo potius debet eorum expectare cõuerſionem, quã feſtinare ad eorum damnationem. Rñdeo Eccleſia iudæos nolentes de perfidia redire ad gremium ſuum magis ſuſtinet quã hæreticos. Primo propter iuſtitiã Dei manifeſtandam, quia in pęnam homicidij perpetrati uiuunt in grauiſſima & miſerrima ſeruitute, & durabit quouſq; ſciant, quia deus dominabitur Iacob & omniũ finium terræ uſquequo conuertantur ad ueſperã. Hæc autem eſt miſera mors continua. Seruitus enim mors eſt ciuilis. Gen. 4. Poſuit dominus ſignum in Chaym, ut non interficeret eum omnis qui inueniret illum. Secundo ad robur fidei noſtræ, ne memoria Chriſti & ſanctorum patrum quos occiderunt extingueretur, ut qñ eos aſpicimus perſe-



perſeuerare adhuc in pertinacia maliciæ ſuæ, cogitemus ꝙ ipſi ſunt filij eorum qui Chriſtum occiderunt, & ꝙ patrẽ ſequitur ſua proles, & ꝙ non ſolum ſuis operibus teſtantur, ſed & libros prophetarũ producunt, ex quibus tanquã ex libris inimicorum noſtrorum fidem noſtram & maliciã eorum comprobamus. Tertio ad complendã Dei promiſſionẽ ne pactum Dei irritetur. Dr̃. n. Luc. 21. Amen dico uobis, nõ p̃teribit generatio hæc donec oĩa fiant. Vñ expectatur eorũ conuerſio circa finẽ mundi. Dr̃ ſecundo ꝙ ad ſaluãdũ hanc Chriſti promiſſionẽ bonũ eſſet, ſicut dicit doctor ſubtilis in 4. ſent. ꝙ eſſent aliqui pauci reſeruati in quibuſdã inſulis longe à Chriſtianis, quia peruerſiſſimi ſunt hæretici, & ualde periculoſum eſt chriſtianos nõ multũ in fide cõfirmatos eos frequẽtare, & ꝙ ita nõ fiat, ĩpedit auaritia principũ, quibus ſeruiunt de latronibus & vſurariis deprædãtibus populũ ſuũ. Et adiudicauit pilatus fieri petitionẽ eorũ. Si innocẽtia tanta ſicut Chriſti nõ erat in orbe tuta, & ſub tãtis iudicibus, & in tãta ciuitate, quid ĩ mũdo erit de innocentia pauperũ, quæ nõ eſt tãta ſicut illa q̃ declarata erat virtutibus, miraculis, & doctrina? Iude propterea ſolaciũ hic accipiat innocẽtia leſa à iudicib. Non eſt aũt hoc mirandũ, quia ꝑꝑ innocentiã ouiũ nõ dimittit lupus eas deuorare, & maxime cũ ſunt in ſiluis, uel prope ſiluas, ciuitates, & vrbes. Siluæ ſunt ubi habitant multi beſtiales hoĩes, & tanto maiores ſiluæ quãto maiores ciuitates. Petierunt iudæi mortẽ Chriſti neſcientes quid in hoc facerent. Non. n. conſiderauerũt cõſiliũ Dei ſuper redẽptionẽ generis humani. Iob. 28. Nec intuitus eſt oculos vulturis. populus. ſ. iudaicus conſiliũ Dei. Petierunt. n. eſſe coci ad parandũ cibũ gentibus quę tunc dominabantur eis tanq̃ ſeruis, & de cibo non comederunt, ſed & alterũ ſibi parauerunt bolum. ſ. mortẽ tẽporalẽ, ciuilẽ, & æternã. Vnde ẽt & pilatus in confuſionẽ ſuam & generis ſui à Tiberio Ceſare & Romanis (nt dicit Ioſephus) morti adiudicatus ad Lugdunum (unde oriundus erat) mittitur puniendus. vbi corã ſuis ſuſpendio interiit apud Viennam, ubi & vncus ferreus in quo ſuſpenſus eſt oſtenditur in quodã monte propinquo caſtro. Euſebius tñ dicit ꝙ tot malis eſt affectus ꝙ ſe manu propria deſperans interemit. Sed utrũq; potuit eſſe uerũ, vt damnatus ſe occiderit, & mortuus ſuſpendiũ nõ euaſerit ad quod iudicatus erat. Sextũ ſignaculum eſt paupertas Chriſti claudens diuitiarum eius immenſitatẽ, & hoc in crucifixione. Vbi primo dicetur qũo pauper amicis, ſolus ad crucis patibulũ ducit̃. Secũdo qũo pauper omnibus bonis fortunæ, nudus in cruce ſuſpẽditur. Tertio qũo ab oĩbus deridetur. Pro primo dicetur primũ qũo ſua cruce cruciatur eã portãdo. Secũdo qualiter alienigena illã portare cogitur. Tertio qũo filiæ Hieruſalem intrinſecus ſua cruce cruciantur. Primo igitur ſuſceperunt eum milites in prætorio, & induerũt eũ ueſtimentis ſuis, & eduxerunt eum extra ciuitatem.

*aa Circundare. Iudæi Xp̃m in paſſione tripliciter circũdederũt.*

Iudæi Chriſtum extra ciuitatẽ, immo à terra per mortẽ eiecerunt. propter quod illa terra eos expulit tãquã pecorum purgamenta & pedibus oĩum gentium conculcandi expoſiti ſunt. p̃s. Proijcientes me nunc circũdederunt me. In paſſione. n. circundederunt Chriſtum tripliciter. Primo in eius captione qñ cõprehenderunt eum. Secundo in eius falſa accuſatione. p̃s. Sermonibus odij circundederũt me, & expugnauerunt me gratis. i. ex iniuſta cauſa. Tertio qñ morti adiudicatus eſt qñ proiecerunt eum extra ciuitatem. glo. proijcientes me extra ciuitatem, quaſi locus de me macularetur. Vnde & quaſi ad ſpectaculum illuc conuenerant. Inde de hyena dicit̃ ꝙ ſi ter illuſtrauerit circuiẽs aliquod animal non poterit ſe mouere, propter quod dicunt artem magicam ſibi ineſſe. Sic fuit de populo illo, qui Xp̃m ter luſtrauit, ſed tertia uice reddiderunt immobilem quia cruci affixum. Ideo in alia tranſlatione habetur. Hiere. 12. Facta eſt mihi hæreditas mea quaſi hyena in ſylua.

*bb Baiulare crucem. Qđ Xp̃s ſibi et nobis crucẽ baiulauit.*

Et baiulans ſibi crucem. ſibi & mihi. ſibi vt ei reſurrectio acceleretur. mihi ut uita recuperetur. Vnde cum magno affectu aiebat. Quis deducet me vſq; ad idumeã? quę interpretatur ſanguinea. i. in locum ĩ quo ſanguinem ſuum fundere debuit. Sic faciebat peccator cui parauit diabolus portare humeris cordis tormentum peccati quaſi crucem. ſed ipſa cruce ipſum percute conuertens in ipſam clauam Herculis, ſicut dominus fecit quando cruce quam portauit ipſum occidit. Non enim eſt alius car-

pentarius uel fabricator huius patibuli, quã tu ipſe qui peccatũ facis, nõ alius portitor, nõ alius faber clauorũ, & oĩno nullus alius crucifixor tui ipſius q̃ tu ipſe. Diſpde ergo illud patibulum, aut uelut alter Mardocheus Aman in patibulo ſuſpende. Portare aũt dẽs cũ Ieſu crucem tibi & ſibi cõpatiẽdo, & eũ quãtũ in te eſt adiuuãdo. Apri licet inter ſe rixas habeant uidentes lupos quaſi inter ſe cõfederati miro mõ ſe iuuãt, & cõcurrunt ad uocẽ querulãtis, eũ iuuãdo. Chrs aũt in medio luporũ clamat ad adiutoriũ, ſuccũbit oneri, q̃rit qui portet crucẽ poſt eũ, & deteriores apris nõ ei cõpatiuntur. Exiuit in eũ qui dicitur caluariæ locus. O aĩa ſi ſurda nõ ſis, audi nũc ſapientiã clamitantẽ in plateis, viã paradiſi nõ uerbo ſed opere docẽtẽ, quæ à te inueſtigãda erat ẽt ſi occultare uellet. At nunc in mediis itineribus ſe palã oſtendit. ut in ipſam ẽt nolentes impinguamus, & qui uidere negligimus, tangamus offendẽtes. Hæc eſt humilitas quæ deiectionẽ oculis intuentiũ oſtendit, & ſicut noſtræ perditionis diaboli ſuperbia origo fuit, ſic nr̃æ redẽtionis inſtrumentum, Chriſti humilitas fuit. Propter hoc Deus nõ ſolũ uiſibilis, ſed ẽt deſpectus apparuit, & contumeliarũ ludibria, irriſionũ probra, paſſionum tormenta, mortẽ quoq; tolerauit. Vt humilis Deus hoĩem doceret non eſſe ſuperbũ. Is.n. qui ſine æſtimatione magnus eſt ſuper oĩa, paruus intra oĩa fieri dignatus eſt. Hæc eſt uia quã ſuperbi intelligere nolunt. Hæc eſt uia quam clamitat ſapientia in plateis orci, Annæ, Caiphæ, Pilati, Herodis, Hieruſalem, Caluariæ, & ſepulchri. Secundo alienigena crucem domini portare cogitur. Nam viderunt (inquit euangeliſta) hoĩem cireneum uenientẽ de villa. Chriſtus dominus crucẽ ſuã primo portauit, & primũ eã abſq; dubio habuit oneri. poſtmodum occurrens Simon p ea portauit. Sic oĩa crucis initia onus habent & moleſtiam, ſed aduenïens obedientia, & ſi ſuauitatẽ atque delicias cruci nõ ingerit, onus tñ portationis tollit, & primo leuem facit crucem, poſtmodum ſuauem & delicioſam, vt potius ipſa portet nouiſſime q̃ portetur. Tunc enim nos portat, cum eam ueraciter amamus, & claui amoris in ea fixi ſumus. vnde proſa quædam: portat crucem cireneus, ſed non ſicut homo Deus.

Et angariauerunt eum vt tolleret crucem Ieſu. Iſtud eſt cõe q angariæ p maiores imponuntur minoribus. Seruitus ruſticorum eſt q in angariis coguntur ſeruire maioribus. Et non ſine cauſa dicit venientem de villa, quia de villa uenire nihil aliud eſt q̃ à ſtantibus occupationibus recedere, in quibus aſſueti ſunt. Propterea tales in angaria crucem Chriſti portant, qa aſſueti iugo mundi, iugum dñi patienter ferre nõ ſuſtinent. In iſtis diabolus habet manum mortuam. Mortui.n. ſunt tales peccato, & diabolus habet poteſtatem ſuper eos, & oĩa quæ eorũ ſunt. Ge.47. En ut cernitis & uos & terrã ueſtrã Pharao poſſidet. Et recte, quia tales moriuntur abſque hęredibus.i. bonis operibus quę hęreditãt cœlũ. econtra eſt de viris mĩæ, qui Chriſto cõpatiendo Xp̃i crucẽ gerunt. Hi ſunt viri mĩæ, quorũ iuſtitiæ obliuionẽ non acceperunt. cũ ſemine eorũ permanent bona. Hi ſunt filij, & cõiter nepotes permanẽt.ſ. manſiones gloriæ. vñ ſubditur. Hæreditas ſancta nepotes eorũ. Tertiò filiæ Hieruſalem intrinſecus cruce dñi cruciantur. Hinc dicitur. Sequebatur aũt illa turba multa mulierum plangentium. Tunc Xp̃s erat lignũ ſecus decurſus aquarũ oculorum muliebriũ. Erat.n. lignum tunc rigatum lignum portãs lignũ ad inſerendum trunco ſuo genus humanũ, lignum inquã quod tunc dedit fructum in tẽpore ſuo. Nolite flere ſuper me. Innuit dñs non tm̃ eſſe flendũ ſuper paſſionẽ ſuã q̃ ſuper occaſionẽ paſſionis ſuæ.ſ. ſuper peccata noſtra. Multi audiendo paſſionẽ lachrimãtur, qui nõ inde ſua peccata lauant aut deteſtantur. Si in uiridi hæc faciunt, in arido quid fiet? Chriſtus lignum uiride quẽ peccati putredo nõ corrupit. Nos vero ſumus (ut ait Iudas in canonica) arbores autũnales bis mortuę. Ac ſi diceret dñs. Si ego qui peccatum nõ feci, ab hac uita ſine paſſionis igne non exeo, quid putandum eſt illos mereri, qui non ſolum originalibus ſed & actualibus culpis tenentur obnoxij? Et perduxerũt eum in caluarię locũ. Apud antiquos mos erat pro reformãda pace inter aliquos potentes, q ipſi mõtem aliquem aſcendebãt, & ibi ducebatur agnus cuius ſanguis fundebatur in ſignum q ſic fieret frangenti fidem. Magni domini & potentes fuerunt Deus & homo. Magnus Deus, quia magnus

ii Angaria. Qui ſunt illi qui crucem d[...] portãt i[n] angar[ia].



gnus dominus, & laudabilis nimis. Magnus homo, quia omnia ſubiecit ſub pedibus eius, inter quos tanta fuit guerra, vt Deus hominem clauſum detineret in inferno. Sed tandem reformata eſt pax, pro cuius reformatione ductus eſt agnus immaculatus in montem caluariæ ubi fuſus eſt eius ſanguis in ſignum quòd grauis iuſtitia facienda de illis qui hanc pacem per peccatum confringent. Secundo principaliter dominus paup omnibus bonis fortunæ nudus in cruce ſuſpenditur. Et circa hoc tria dicentur. Primo quomodo potatͣ fellea amaritudine. Secundo quomodo nudus inter latrones ſuſpenditur in cruce [...]tio qualis titulus crucifixo imponitur à præ[...]. Circa primum dicit euãgeliſta. Dederun[t ei] bibere vinum mirratum cum felle. Triplex fe[l ...] dederunt in eſcam. Primum fel materiale, qu[...] rant ei mel propinare. Pſalm. Dederunt in eſcam meam fel. & cum guſtaſſet, noluit bibere. vt doceat nociua corpori eſſe reijcienda & contemnẽda. Secundum fel fuit amaritudo doloris. Tren. tertio. Circundederunt me felle & dolore. Hoc fel propinauit ei ſinagoga, cum de iudice in iudicẽ cum doloribus & flagellis deducebant. De hoc felle multum bibit. Pſal. De torrente in via bibit. Hoc uino inebriatus eſt Noe quando cum plantaſſet uineam ex ea bibit & inebriatus eſt, nudatuſque in tabernaculo.i. in cruce, ubi & uerẽdis nudatis id eſt infirmitate humanitatis nudata, & apparente à ſuis deriſus eſt. Tertium fel fuit peccati amaritudo, quando uerba illa fellea, crucifige, crucifige audiuit, quando deriſionibus, & ſalutationibus animam eius ad amaritudinem perducebãt uerba amara quaſi abſinthiũ pclamãtes. Hic eſt fructus uineæ quã plantauit.

ll Id. Id ni[mirum] p[...] Xp̃o [...] i Iudæi propinatum eſt.

Secundo Chriſtus nudus inter latrones ſuſpenditur. Et crucifixerunt eum. Pſalm. Foderunt manus meas & pedes meos ſiquidem propter tria. Primo ut ager domini fœcundior eſſet. Dicit Palladius lib. primo. quòd ſpacium paludum foſſis eſt præcingendum, ut inde ſubducantur humores. Sic ſpacium prædictum in agro prædicto colẽdum erat foſſis, ut inde deriuaretur humor gratiæ & pabula, non ſolum iumentis id eſt illiteratis, ſed etiam hominibus id eſt litteratis. Pſalm. Homines & iumenta ſaluabis domine. Hic eſt ager in quo fodit homo, & inuenit margaritam precioſam, quæ inuenta ſanguinis fluxum reſtringit, quæ forata omnem fluxum appetitus temporalium extinguit, qua inuenta uẽdit omnia ut comparet eã. Secundo foſſæ ſunt manus & pedes ut inueniretur puteus aquarum viuentium, à quo nobis fons dulcedinis emanaret. Ber. ſuper canti. omel. 61. Foderunt manus & pedes, latus eius lancea forauerunt. Per has rimas licet mihi ſugere mel de petra oleumque de ſaxo duriſſimo, guſtareque quàm ſuauis eſt dominus. Hunc foderunt iudæi ut ſibi inuenirent, ſed inuentum nõ curauerunt. Hierem primo. Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non ualent aquas. Ciſternas diſſipatas cepit habere ſinagogoga, ut inquit Tertulianus li[bro ... con]tra iudęos, ſinagogas ſcilicet in diſperſionem [...] in quibus iam aqua ſpiritus ſancti non i[...] ante aduentum Chriſti. Tertiò foſſæ ſunt [...] theſaurum ibidem abſconditum inueniendum & extrahendum. Ibi enim abſconditus erat theſaurus, quo redimi debuit humanum genus in agro dominici corporis. Fuit autem theſaurus iſte ſanguis Chriſti. 1. Pet. j. Non corruptibilibus auro & argẽto redempti eſtis, ſed precioſo ſanguine agni immaculati. Fuerunt & alia ibi recõdita, quæ tunc oſtenſa & aperta ſunt. Bernar. Patet arcanum cordis per foramen corporis. patet illud magnum pietatis ſacramentum, patent viſcera miſericordiæ Dei noſtri. Sed multi modi ſunt eorũ qui fodiunt in hoc agro. Nam cecus fodit in terra, ut theſaurum inueniat, & non inuenit, quia cecus eſt. fodit ſus & inuenit ſed non curat, quia eius precium ignorat. fodit ſtultus operarius, & inuenit, ſed nimium pandit & inaltat theſaurum, propterea ab eo tollitur. Sic iudęi foderunt manus & pedes domini, ſed quia ceci facti ſunt, theſaurum diuinitatis in eo non viderunt. Foderunt ut ſus terram ſemper quęrentes, & inuentum theſaurum non curauerunt, foderunt ut ſtulti operarij, & inuentum theſaurum inaltauerunt in cruce, quem furatus eſt latro, quem depredatus eſt miles Centurio, quẽ abſcondit vir nobilis decurio in ſepulchri ſui loculo.

tt Crux xp̃i. Foſſæ ſunt manus Chriſti in cruce pp tria.

ff Fodere. Triplex genus fodientiũ.

gg *Extendere manus. Qđ ꝓpter quatuor uoluit dominus extendere manus in cruce.*

Circa hoc queruntur multa. Prima quare voluit dñs manus ſuas in cruce extẽdere. Primo hoc fecit ĩ ſignũ ꝙ paratus eſt nos recipere in ſignum ſuum & inter brachia ſua portare, ſicut mater filium ſuum vult amplecti. Maledictus qui reſpuit tam felicem amplexum: magis querens amplexus meretricis. Eſa. 40. Agnos in ſinũ ſuo leuabit fœtas ipſe portabit. Secundo in ſignũ ꝙ nobis vult omnia dare. Vnde non ſolũ habuit manus extenſas ſed etiam foratas. De liberali autem dici ſolet ꝙ habet manus foratas, ſic ꝙ nihil in manu eius permanere poteſt. Tertiò in ſignum ꝙ mediãte paſſione ſua paratus eſt nos educere de lacu miſeriæ, & de luto fecis peccati, & trahere ad ſeipsũ. Ioã. 12. Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me. Quartò vt videremus ibi quattuor. Primò quid intus lateret. ſ. mĩas eius quas nobis reſ[illegible]ſus peuerũt claui fixi in manibus [illegible]ctus eſt, ut pateãt netrãs clauus [illegible]diæ tuæ. Secundo benignũ mi[illegible]orīale noſtrum quo memoratur nr̃i dñs. Facit enim quiſquis nodum in corrigia ſua vt memoret̃, ſic ille manibus ſuis. Eſa. 49. In manibus meis deſcripſi te. Hiero. O dura deſcriptio quam fecit penna & ſtilus, ſed durus de ferro, & acutiſſimus clauus, ubi non fuit incauſtum nigrũ ſed ſanguis purpureus manans de Xp̃i carne mundiſſima. Tertiò ut ibi uideremus qualiter uiueremus. Ibi enim latebat uita nr̃a, inſtructio noſtra, omne bonũ noſtrum. In manibus meis deſcripſi te. i. uitã tuam. In eis potes legere qualiter debes uiuere. Vides manus meas extenſas continuo ad laborem, continuo ad pauperiem. Sed qui non reſpicit nec attendit ad manus dñi quas his modis extendit, reſtat ut ſentiat per manum percutientis. Extendit enim manus ſuas ad percutiendũ illos q̃ percuſſerunt manus quas extendit ad erogandum. Hiere. 15. Extendam manũ ſuã ſuper te, & interficiam te, laboraui rogãs. Eſa. 9. In his omnibus non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta, & populus non eſt reuerſus ad percutientẽ ſe. Quartò ut ibi conſideraremus ex cruce Chriſti miſeram crucem mundi. Caluariæ enim locus in quo dñs Ieſus crucifigitur, mundus eſt in quo Chriſtus quotidie in membris ſuis crucifigitur. Vnde dicit ad unum membrorum ſuorũ Romam uenio iterum crucifigi, habet enim tot crucifixores quot percuſſores & perſecutores. Ad cuius inſtar crucifiguntur in hoc mũdo cruci dyaboli Chriſtiani qñ cruci & tormento peccatorum affigũtur, ita ut nõ poſſint auelli. Oſeæ. 10. Crucifixus es in uijs tuis. Et hoc multipliciter. Crucifigũtur. n. alij cruci Chriſti, ſolum habẽtes alteram manum cruci affixam toto corpore reſiduo extra crucem poſiti, quidam ſolo capite, quidam ſolo pede. Hi ſunt uel q̃ particulariter tm̃ pœnitẽt, uel partem ſolo diſciplinæ aut religionis quam profitẽtur, habitu ſolũmodo ſeruant, hi non attẽdunt ꝙ Xp̃s dñs totus in cruce pe[illegible] nec aduertere uolunt ꝙ [illegible]ſa non latronum memb[illegible] quæ magis mutilatione indi[illegible] ipſis latronibus integris erigũtur. Alii uerò nõ extenſi ſed incuruati in patibulis ſuis pendent, qui tribulationem pęnitentiæ uel crucis cũ triſtitia ſuſtinent, cum potius deberent ſe ſpe erigere & inaltare, & cũ gaudio dilatari. Hoc dicit p̃s. In tribulatione dilataſti mihi. Dominus autem totus extẽſus eſt in cruce ut diceret, dinumerauerunt oĩa oſſa mea. i. ut oĩa oſſa mea dinumerabilia apparerẽt fecerunt.

*hh Manus Chriſti propria [illegible] pendent [illegible]*

Secundò queritur quare manus clauis affixæ ſunt? Rñdeo Primò ut ſecuri eſſemus, manum dexteram permiſit cruci fortiter affigi, ut quaſi ad percutiendum impotens redderetur, & ſi timeamus offenſam eius, ſummũ remedium eſt fortiter amplecti & ſtringere dexteram ſuam nec eam dimittere. Tunc. n. ſi percutiat, hoc erit ſiniſtra, cuius ictus eſt tolerabilis. Scd̃m. n. Philo. 1 de animalibus. Fortiora ſunt membra dextra q̃ ſiniſtra. Ablatio autem æternorum pertinet ad ictum dexterę, ſed ablatio terrenorũ ad ſiniſtrã. Prouc. 3. In ſiniſtra eius diuitię & gloria, in dextera lõgiturnitas uitæ. Et de percuſſione dexteræ dicit Pſ. Dextera tua inueniat oẽs qui te oderunt. Pones eos ut clibanum ignis. Vnde in ſignum ſecuritatis Helena cum clauos Xp̃i cruci affixos inuenit unum proiecit in mare ad temperãdũ mare quod frequẽter tempeſtuoſum erat, alterum poſuit in medio ciuitatis Conſtãtinopolitanæ ad eius ſecuram cuſtodiam. De tertio uerò fecit frenum æquo filij ſui Conſtantini, ut ſecurius cum eo ad bella

procederet,



procederet, ſicut olim de hoc prophetatũ erat per Zachariam. Zacha. 14. Erit quod eſt ſanctum domini in frenum equi. Hæc eſt hiſtoria tripartita lib. 2. Ambroſius tñ aliter opinatur in epiſtola de virtutibus Theodoſij magni. Ait enim. Conſtantini temporibus impletum eſt illud propheticum. In illo die erit quod ſupra frenum equi eſt ſanctũ domino omnipotenti. Hoc Helena adimpleuit, quæ imperanti filio diuini muneris quæſiuit auxilium, quo inter prelia tutus aſſiſteret. Nam de vno clauo frenos fieri præcepit, de altero diadema intexuit. Vnum ad decorem, alterum ad deuotionẽ uertit. Vtroq; uſus eſt Conſtantinus & freno & diademate. Quid ergo aliud Helenæ operatio, ut frena dirigeret imperatori, niſi ut omnibus imperatoribus ſancto ſpiritu dicere uideretur. Nolite fieri ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus, & ut imperatorum inſolentiam refrenaret, qui craſſabantur in libidinem in ſubditos & in Chriſti perſecutionem quæ tunc ceſſauit. Poſſunt tamen hæ opiniones concordari ĩ hoc, ꝙ clauus ille qui ſcd̃m opinio. beati Ambroſij poſitus eſt in dyademate imperatoris, poſitus eſt in medio ciuitatis Cõſtantinopolitanæ ad tutandũ eã quo utebatur imperator quotiens ſibi placebat. Secuudo ad inſinuãdum amorem ſuum ad nos. Bonauẽ. lib. de bono mortis. Claui Xp̃i q̃ mortẽ noſtram moriendo deſtruxit, non tam ſibi infixere dolorẽ q̃ infixere profundius charitatẽ & vulnera nõ tã gemitus adduxerunt ſ[illegible]q̃ nos in eius vulnera induxerũt. Xp̃s. n. ex amore (ut uulgo dr̃) nobis ſeruiuit ad ferrum & ad clauum, & nos illi uolumus ſeruire, neque paleã pro grano reddere. & dũ periclitamur in fluctibus & in lubrico huius ſæculi, arbori crucis quæ plantata eſt ſecus decurſus aquarũ quibus immergimur nolumus adhærere, neq; ad clauos manus porrigere, & quia in lubrico ſumus ſæpe cadimus. p̃s. Fiat uia illorum tenebræ & lubricum. Via huius mundi tenebroſa eſt quo ad aſpectũ, lubrica quo ad affectũ. Eſt. n. uia tenebroſa qua excecat̃ aſpectus ne uideat quo caſurus ſit hõ, & lubricat̃ affectus, ut pes amoris nullam ſtabilitatẽ habeat. hæc uia ſuper glaciem eſt, quæ licet quãdam firmitatem & claritatem habere uideatur, tamen per uenturum calorem ſubito liqueſcit. ideo ambulãti per hanc uiã eſt unum remedium. ut ſcilicet in pedibus uel calceis habeat clauos acutos. Sic ſpiritualiter armatus eſt qui clauos paſſionis Chriſti ſibi imprimit, uel operibus pœnitentiæ tanquam clauis acutiſſimis animã ſuam munit ne labatur. hoc remediũ horrent mali, qui clauis illis nolunt pungi. Valde autem ferreum pectus habet, qui claue qua infernus reſeratus eſt, reſerari non poteſt. Duo autem pedes Chriſti ſimul conclauantur, non autem manus, ſaltem ſecundum communem modum pingẽdi eccleſiæ, quia pes Chriſtiani quo debet in Deum procedere duplex eſt. ſ. dilectio Dei, & proximi, qui ſimul debent conclauari, ut uuum ſuper aliud ponatur, dilectio ſcilicet Dei ſuper dilectionem proximi, nec tamen ab inuicem ſeparẽtur. quia 1. Io. 1. Qui dicit ſe diligere deum, & odit proximũ mendax eſt. ſed manus non ſunt conclauatæ ſed late differentes, quia electorum opera ſecundum uarias eorum uocationes uaria ſunt. In uia enim domini alius ſic, & alius ſic ibat. Tertio uoluit clauis affigi ut melius uinceret & mirabilius, quando manibus immobiliter affixis cruci hoſtes percutiebat. Bernard. Viciſti domine non manu armata, ſed cruci affixa, non in equo ſedens, ſed in cruce pendens. Ibi etiam tanquam ſcutum noſtrum pro nobis recepit ictus. Eſa. 53. Diſciplina pacis uoſtræ ſuper eum. & tanquam murus factus eſt ultioni debitæ peccatis noſtris. Eſaię. 26. Saluator ponetur in ea murus & antemurale, murus quantum ad diuinitatem, antemurale quantum ad humanitatem. Vnde aduerſarij eius tantummodo antemurale obſederunt, quando foderunt manus & pedes. ſed murum ſuffodere non potuerunt, nec contingere. Ideo qui uult ſecure protegi, in illo muro ſe recolligat. Ad crucifixionẽ Xp̃i quatuor requirunt̃. Primo, ꝙ ſit nudus in cruce. & ſic religioſi nudi in cruce debent eſſe ſine ꝓprietate. Mundus eſt eis hierico. Anathema fuerunt q̃ in hierico erãt. Si quis eorũ eſt achor retinens de anathemate excommunicatus eſt. Iudas qui pugnauit contra Edon anathematizauit res eius & qui retinuerunt aliquid, occiſi ſunt. & quæ retinuerunt ſub ueſtibus eorum inuenta ſunt, & Iudas qui loculos habebat, fur

*ij Religio. Qđ religioſi nudi debẽt pẽdere in cruce.*

 erat.

erat. Religioſi enim debent ſequi apoſtolorum formã. Maiores debẽt habere burſam qui minores procurẽt. Inde eſt ꝙ non debent monachi murmurare contra abbatem ſi nihil habeant. Hoc enim mõſtrũ eſſet, ac ſi aſina Balaam loquẽretur cõtra dñm ſuum. Secundo uoluntarius ſubiit crucem. Ait enim. Nemo tollit à me aĩam meam, ſed ego pono eam. Eſaiæ. 53. Oblatus eſt quia ipſe uoluit. Vnde dñs ad Moyſen. Facies tabernaculum. i. monaſterium ab omni ſe ultro offerente. Latro qui inuitus ſuſpenſus eſt non legitur depoſitus & reſurrexiſſe, ſed bene Chriſtus in ea uolũtariè poſitus. Sic ſemper eris cum latrone pendens in cruce, niſi uoluntariè pœnitentiam agas, & cum morieris, incipies crux gehennæ. Hinc 1. Pet. 4. Nemo ueſtrum patiatur ut homicida aut maledicus, aut fur. Tertio claui affixus eſt, in quo notatur perſeuerantia contra eos, qui ſtatim auſteritatem refugiunt. Eccle. 27. Sapiens in ſapientia ſua morabitur ut ſol, ſtultus ut luna mutatur. Tales ſunt lunatici, & tãquam puluis ante faciem uenti, qui nõ poteſt teneri clauis. Eſa. 27. Cor impij quaſi mare feruens. Vnde dictum eſt Chriſto, deſcende, & non deſcendit. Quarto Ioſeph & Nicodemus depoſuerunt eum, nec debes niſi per ipſos deponi. Ioſeph dicitur augmẽtum. Nicodemus excluſor. Sed quidam quandoque exeunt à religione per ſolum Ioſeph ſine licentia excluſoria, id eſt, abbatis, licet exeant ad augmentum bonorum operum, ſcilicet ut ſtudeant uel vacent prouidentiæ temporalium, & iſti mortem merentur, ſicut Semei, qui non licentiatus requiſiuit ſeruos ſuos. Bene quidem faciebat, ſi licentiatus fuiſſet. Alij deponuntur per Nichodemum ſolum. qui allecti cadaueribus bonorum temporalium extra morantur, ſicut coruus emiſſus de archa. Alij exeunt per vtrunque & ad bonum, qui ſicut columba ab archa emiſſi, cum non inueniunt ubi pedem figere poſſint in mundo, reuertuntur ad archam, & afferunt ramum oliuę pacem cum mundo, quia nihil eorum quæ ſunt eius, quærunt. Et crucifixerunt cum eo duo latrones, medium autem Ieſum. Hoc fecerunt iudæi vt bonitas per maliciam, veritas per falſitatem obumbraretur, ſed decepti ſunt, quia ſicut dicit Criſoſtomus. cum tres crucifixi eſſent, ſolus Ieſus claruit. Oppoſita enim iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. Bonitas enim propter maliciã circumpoſitam clarior apparuit. Hoc autem permiſit Deus pater ad iudicium, quia peccata primorum parentum (qui latrones erant) in ſe ſuſcepit filius, ideo ut latro puniendus erat. Nec hoc potuit clarius demonſtrari, quàm ꝙ cum latronibus ſuſpenderetur pſal. Propter uerba labiorum tuorum ego cuſtodiui uias duras. Alia trãſlatio Hieronymi habet, vias latronis. hoc eſt propter verba labiorum tuorum, quibus te à latrocinio excuſaſti, ego cuſtodiui uias latronis. Via latronis eſt ad patibulum. Et uere optimus latro erat Chriſtus, qui in patibulo crucis furatus eſt vnum latronem auferẽs ipſum à latrone diabolo. Vulgo dicitur. Bonus eſt latro, qui latroni furatur. Quadam enim pia fraude ſurripuit uaſa à diabolo. Secundo ad ſignificandum, quòd à nullo velit effugere, ſed deuote eius paſſionem recordanti ſemper uelit aſſiſtere & ſubuenire. Bernard. ſuper Cantic. Paſſio tua domine Ieſu ultimum refugium, ſingulare remedium, deficiente ſapientia, iuſtitia non ſufficiente, ſuccumbentibus meritis illa ſuccurrit. Cum tamen defecerit virtus mea non conturbabor, non diffido, ſcio quid faciam. Calicem ſalutaris accipiam.

In hac crucifixione dominus tria oſtendit. Primo ſemper in medio crucifixorum eſſe crucifixum, in medio diſciplinatorũ eſſe diſciplinam ſeruandam, in medio pœnitentium pœnitentiam agendam. Aliàs læſionem & ſcandalum aliorum, & periculum proprium non effugeret homo. Eccle. decimetertio. Omnis caro ad ſibi ſimilem coniungetur, & omnis homo ſimilis ſibi ſociabitur. Et iterum. Sicut communicabit lupus cum agno, ſic peccator iuſto. Et rurſum. Quæ communicatio ſancto homini ad canem? Et Seneca. Nihil tam fugiendum, quàm diſſimilium ſocietas. Propterea videatur qui religionem ingrediuntur, ſi cum crucifixis ſe cruci affigant. Secundo crucifixus eſt medio, ut oſtenderet in medio tribulationis patientiam eſſe amplectendam. Vnde dominus Ieſus per medium latronum & tribulatorum tranſiuit ad regnum. Pſalm. Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala,



bo mala, quoniam tu mecum es. ſ. ſi patiẽtiam habes. Ambulabat autem dominus in medio vmbræ mortis, cum erat inter duos latrones pendens. Vterque enim ſibi faciebat vmbram mortis, id eſt ſimilitudinem mortis peccati. Tertio crucifixus eſt inter duos latrones ad inſinuandum medium temperantiæ. Nobiſcum enim debemus crucifigere mundum & carnem. Gal. 5. Qui autem Chriſti ſunt carnem ſuã crucifixerunt cũ uitiis & concupiſcentiis. Caro ergo uelut latro dextræ crucis per diſciplinam affligenda eſt à dextris, quia ei ſalus promittitur, nec niſi crucifixa honorat ſpiritum, nec ei obſequitur. Sicut ſolus latro in dextra cruce legitur domino credidiſſe, & honorem cõfeſſionis ibidem ſolum impendiſſe. Caro uero ante crucifixionem ſemper ſpiritui rebellat, ſed latro ſiniſter id eſt mundus (cuius gaudium ſolum eſt præſentis felicitatis illuſio atque mendacium) Chriſto factis inſultare non ceſſat, & crucem eius irridere: crucifixo in ſuis, hoc eſt crucem ſuam per imitationẽ portantibus exprobrare non ceſſat, miſeros eos iudicans, qui temporalis miſeriæ compendio, infernalium ſuppliciorum longitudinem redimunt. Erat autem paraſceue paſchæ hora quaſi ſexta. Feria hæc ſexta ſex priuilegiis honoratur. Primo in illa facta eſt Chriſti immolatio, qua immolatus eſt pro nobis. Dominus enim & ſubditus eadem ſibi fide tenẽtur. Quia ergo nullus fidelior dominus excogitari poteſt quàm Deus, fidem quã requirit à ſubditis in neceſſitate debet impendere illis. Si ergo requirit à nobis ut in neceſſitate pro eo moriamur, ſequitur ꝙ in neceſſitate ſuorum ſubditorum debuit pro eis mortem ſubire & immolari, cum ergo damnatus eſſet homo propter primam præuaricationem ad mortem æternam, & ut iuſtitia recompenſaretur per miſericordiã, cõueniens erat ut pro morte æterna mors æterni hominis ſatisfaceret, conueniens fuit ut dominus illo die immolaretur pro nobis. Secundum priuilegium fuit mortis conculcatio. Grego. Qui mortem noſtram moriendo deſtruxit. Oſe. 9. Ero mors tua o mors. In cuius figura dixit dominus piſci, & euomuit Ionam. Tertiũ inferni ſpoliatio. Oſe. 9. Ero morſus tuus inferne. pſ. Benedictus dominus die iſta ſcilicet, & propterea quotidie proſperum iter faciet nobis. Dies illa dies paſſionis domini, propter quam quotidie benedicit illum populus Chriſtianus, quotidie offerens ſacramentum in memoriam eius. eo ꝙ illo die iter quo ad infernum deſcendebãt omnes animæ, proſperum fecit, & ducens ad ſalutem. Et bene congruit ꝙ pro illo die omni die benedicatur, quia illo die ei reprobi maledixerunt pro omni die, excludentes eum per mortem ab omni die. Qui enim temporaliter moritur, ſol ei (quantum in hominibus eſt) perpetuo abſconditur. Ideo conueniens erat ut electi ei propter hunc diem omni die benedicerent. Item in vno die propter peccatum uenit maledictio ſuper hominem. Vnde illa dies omni die lugenda & maledicenda erat. Iob. 3. Maledicunt illi qui male dicũt diei. Propterea non mirum ſi in vna die uenit meritum propter quod omnia bona eueniũt homini, ſi pro illo die omnibus diebus benedicatur ei, qui benedictionem dedit, & maledictionem abſtulit. Quartum eſt humani generis redemptio, quæ facta eſt precio ſanguinis Chriſti. Sicut enim ex hoc ꝙ de nihilo ſumus inutiles ſiue ad nihilum utiles ſumus. Pſal. Subſtantia mea tanquã nihilum ante te. ita quia redempti ſumus non de nihilo ſed de precioſo ſanguine filij Dei nos aliquid eſſe debemus conſiderare, cum ille filius dei ſit inappreciabilis. Vnde philoſophus. 1. Rhetoricę. Laudabiliora & meliora ſunt quorum precia ſunt maiora. Precium enim uelut dignitas quędam eſt. Ex hac conſideratione cauere debemus ne animam noſtram pro nihilo uanitatis tradamus. Quintum eſt paradiſi apertio. In terram promiſſionis non introduxit Moyſes populum, licet eam contemplatus ſit, ſed ſolus Ioſue ſiue Ieſus, quia Heb. 7. Neminem perfectum adducit lex. Lex enim monſtrabat ianuam uel terram illam ſicut Moyſes, ſed non inducebat in ipſam, quia non iuſtificabat. Hoc fecit Ieſus tranſacto iordane, id eſt doloroſa paſſione, quãdo omnes patres induxit in mõtem ſanctificationis ſuæ montem quẽ acquiſiuit dextera eius. Sextum eſt ſcripturarum manifeſtatio & adimpletio. Clauſa. n. erant hæc & ſignata in libro uitæ, aperto autem ipſo etiam & litteras ignorantes clarius in eo legerunt.

*Titulus. Triplex inuenitur titulus.*

Tertiò videndum quis & qualis titulus imponitur cruci à præſide. Propter hoc enim dicit euangeliſta. Scripſit autem & titulum pilatus, & poſuit ſuper crucem. Hiero. ſuper pſalm. 58. qui incipit. Eripe me &c. diſtinguit triplicem titulum. Quidam eſt memorialis qui fit in memoriam ut epitaphia quę fiũt ſuper ſepulchra mortuorum, & iſtud maxime cõuenit religioſis qui iam mortui ſunt. Secundus eſt præconialis qui ſcribitur in portis nobilium ciuitatis, uel in limine domorum in laudẽ & præconium eorum, ſicut uidemus Germanos in ſuis hoſpitiis dum recedunt arma ſua depingere. Pſalm. Poſuerunt ſigna ſua ſigna ſicut in exitu ſcilicet domus, ſuper ſummum, id eſt in altum, & ſic iſte titulus Chriſti eſt memorialis, & in eius prę conium qui tanquam hoſpes tranſijt hoc ſęculum debet pingi in ſupremo rationis noſtræ culmine. Tertius eſt triumphalis q̃ continet ordinem & cauſam triumphi. Talis eſt titulus iſte, quem ſcripſit pilatus, q̃ triumphum Chriſti continet, ꝙ ſcilicet nec in morte, nec mortuus regnum perdidit, ſed uerorum iudæorum regnum obtinuit, & per hunc de diabolo triumphauit. Col. 3. Expolians poteſtates & principatus traduxit confidenter palam triumphans eos in ſemetipſo. Inde Conſtantino dictũ eſt in hoc uince. Hic eſt Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum, in quo ſignificatũ eſt quòd mali uelint nolint bonos prædicãt. Vnde Heſter 4. Aman accumulauit laudes Mardochei, & duxit eum in equo regis per totam ciuitatem. Qui oculos hẽt, lumen accuſare non poteſt, ſed ipſum laudat. Sic & pilatus lumen prædicauit.

*Rex Iudæorum. Quare uoluit dominus in titulo crucis dicitũ tñ rex iudæorum.*

Sed quæritur quare dñs voluit ꝙ ſcriberetur tantummodo rex iudæorum, cũ ipſe eſſet rex gentium. Reſpondeo primo ꝙ hoc ſcripſit pilatus in confuſionem iudæorum, qui negauerunt eum regem ſuũ. Secundo ſm̃ Augu. dicitur, ꝙ quia miſſus erat ſpecialiter ad oues domus Iſrael regẽdas, in quo oleaſter factus eſt particeps pinguedinis oleæ. ideo ſpecialiter rex iudæorum dicitur. Tertio dicitur ꝙ gentes fuerunt iudæi & filij Abrahæ per fidem. Non enim filij carnis, ſed filij promiſſionis æſtimantur in ſemine. Et ideo à principio natiuitatis Chriſti Gẽtiles primo hũc titulũ approbauerunt, ſed pro parte. Partem enim eius ſciuerunt, & partem ignorauerunt. Vltimam partem cognouerunt cum dixerunt. Vbi eſt qui natus eſt rex iudæorum? ſed duæ primæ partes reſeruabãtur paſſioni. Salus enim & virtus in paſſione apparuerunt, quæ in ortu latuerunt. Non enim apparebat potens ſaluare, aut virtutibus plenus, qui adhuc in cunis uagiebat. Sed ipſo in cruce pendente primo cognouit eum latro non tam noĩe quã re eſſe ſaluatorem. Vnde ait. Memento mei domine. Secundo cognouit eum in patibulo innocentem, & virtutibus plenũ, cũ ait. Hic autem nihil mali fecit. Tertio regnum & poteſtatem eius ibidem legit, cũ dixit, dum veneris in regnum tuum. In primo eſt Ieſus. in ſecundo Nazarenus. in tertio rex iudæorum. Reſpondit Pilatus. Quod ſcripſi ſcripſi. Pilatus noluit mutare titulum, non ꝙ Pilatus ipſum intelligeret. ſed ſicut per aſinam Balaã locutus eſt angelus verba quæ ipſa non intelligebat, ſic per Pilatum agebatur. Vnde Ambr. in epiſtola de virtutibus Theodoſij. Quod ſcripſi ſcripſi. i. non ea ſcripſi, quæ uobis placerent, ſed quæ ætas futura cognoſceret. nõ uobis ſcripſi ſed poſterioribus. Habet Helena quæ legat. vnde crucem domini recognoſcat. Tertio principaliter dñs in cruce poſitus ab omnibus deridetur. Et primo quidem à militibus. Secundo à principibus ſacerdotum & ſcribis. Tertio à ꝑtereuntibus. Quarto à latronibus. Primo igitur deridetur à militibus. Vnde ait euangeliſta. Milites ergo cum crucifixiſſent eum acceperunt ueſtimenta eius mittentes ſortem ſuper ea quid quis tolleret. Denudatio Chriſti fuit ualde neceſſaria. Primo ut nos ſpoliatos reueſtiret. Vñ Bernardus in quodam ſermone de annunciatione loquens de homine ſpoliato qui incidit in latrones dicit. Nec vero poterat reueſtiri vel ablata ſibi recipere ueſtimenta, niſi Chriſtus ſua amitteret. Sicut enim viuificari anima niſi mediãte Chriſti morte non potuit, ita nec ueſtiri ſine eius ſpoliatione. Sic ſpoliauit ſe Ionathas ꝓ amore ut ueſtiret Dauid. Et fecerunt quatuor partes vnicuique militi partem & tunicam. Erat autem tunica inconſutilis de ſuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem. Non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa cuius ſit. Mirum eſt quõ do minus



minus tot habuerit veſtimenta, qñ ſine tunica quattuor partes fecerunt. & tñ mittens diſcipulos Mat. 10. dicit. Neq; duas tunicas habeatis. Videtur uelle Criſoſtomus, ꝙ ſine tunica quattuor partes non fecerunt, ſed bene cum tunica totum in quattuor partes diuiſerunt, tunicam ponentes in una parte, & alia in alias partes cum calceis, capitio & corrigia & aliis talibus, & tunc ſortiti ſunt quis haberet illã partem meliorem in qua erat tunica.

*Veſtimenta Xpi. Per ueſtimenta xpi ... intelliguntur ...*

Vt ſcriptura impleretur dicens. Partiti ſunt ueſtimenta mea, & ſuper ueſtem meam miſerunt ſortem. Per ueſtimenta quattuor poſſunt intelligi. Primo ueſtimenta virtutum, quę diuidunt qui uirtutẽ intellectualem à morali ſeparant habentes ſciẽtiã, ſed nõ cõuerſationẽ bonã de quibus hic quęrit dñs, & q̃a hoc magis apparet in clero q̃ in vulgo. ideo expreſſe legit de ſacerdote ꝙ ſcidit veſtimẽta ſua. Secundo per veſtimẽta intelligunt̃ fideles, q̃ ſicut veſtimẽtum corpori, ſic Chriſto fortiter herẽt. Eſa. 49. His omnibus uelut ueſtimẽto veſtieris. Ideo qui inter fideles diſcordiã ſeminant, diuidunt & lacerant ueſtes Xp̃i. Vnde qui inter tales ſeminant diſcordias rei ſunt criminis lęſæ maieſtatis. ſicut qui manũ mitteret in ueſtem regis uiolenter lacerando. Tertio per ueſtẽ intelligitur eccleſia, quam diuidũt qui in ea diuiſiones faciunt. Cauſa huius diuiſionis eſt appetitus honorum Eſt enim in eccleſia frequenter ſicut olim finxerũt poetę cauſam belli troiani. videlicet ꝙ in nuptiis pellei & tethidis oẽs dij & deæ debuerunt adeſſe preter diſcordiam quę uenire prohibita eſt. Idcirco pomum aureũ irata in medio trium dearum iecit, cui ſic erat inſcriptum. Pulchriori dominę detur, quod fuit cauſa totius belli troiani. Sic frequẽter in eccleſia vel collegio ponitur pomum aureum. i. honor aliquis q̃ ſm rectam rõnem debet̃ digniori, & tũc inter eos incipit eſſe cõtẽtio q̃s eorum videatur eſſe maior, & ecce ſtatim cum illo honore oblato accedit diſcordia. de q̃bus hic conqueritur dominus dicens. diuiſerunt ſibi veſtimẽta mea. Quarto per ueſtimenta intelligi poſſunt ſacramenta eccleſiaſtica & ſacre ſcripture, in quibus occultatur diuinitas ſicut caro ſub ueſte, quæ tñ diuidunt̃ ꝑ hæreſes & ſciſmata. Ideo qui vult habere tunicam Xp̃i inconſutilẽ debet ſeruare unitatẽ, q̃a vni data eſt in ſortem. Itẽ ſi uis hẽre optimã partẽ quã elegit Maria ſerua unitatẽ, q̃a porro vnũ eſt neceſſarium, Maria optimã partẽ elegit & ſi uis ſanari ĩ piſcina eccleſiæ. ſerua unitatem. Et ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. i. nõ per debitam electionẽ, ſed cũ fortuna ad eccleſiæ regimen ꝑuenerunt. Et tales ſunt qui per pecunias uel procurationes parentũ & amicorũ carnaliũ regimen & principatum in eccleſia ſibi acq̃rũt. Philoſophus ſc̃do rhetorice dicit fortunam ingenuitatem eſſe & diuitias & potentiam. Si qui ergo ad eccleſiam per talia ꝑuenerint, fortuito illud habẽt & quaſi per ſortem. Vnde. 2. Rethoeice. nõ expedit ſorte principari. Simile enim eſt ſi q̃s athletam ſorte inſtituat qui neſcit certare aut ſi quis gubernatorem nauis per ſortem faciat nõ ſcientem. Hęc philoſophus Inſtituere autem per ſortem athletam uel gubernatorẽ nauis eſt nimis periculoſum quantomagis gubernatorem & tutorem nauis eccleſiæ? Hæc enim eſt deceptio diaboli intendentis eccleſiam ſubuertere. Et milites quidem hæc fecerunt. qđ additur propter duo. Primo, quia potuiſſet credi quòd hoc iudęi feciſſent q̃ erant multum auari, ſed non eſt ita, quia contaminatos ſe reputarent, ſi tangerent aliq̃d ueſtimentorum eius qui damnatus erat. Deteſtabantur enim omnia quę eius erãt. Secundo ad oſtendendum ꝙ milites ſunt in poſſeſſione ſpoliandi dñm in ſuis pauperibus, & ꝙ tali uitio corrupta eſt militia, & ſic non eſt de modo.

*Illudi. Quater illuſum eſt xp̃o in paſſione cõtra quadruplicẽ illuſionẽ nobis à dæmone factam.*

Secundo irridetur Chriſtus à principibus ſacerdotum & ſenioribus. Vnde ſimiliter & ſeniores illudebãt ei dicẽtes Vach qui deſtruis templum Dei & in triduo illud reædificas. In quo conſiderandum eſt quanta ei mala nocte intulerunt in domibus ſuis, quando tot illuſiones coram omni populo & iam morienti inferebant in quibus tamen debuit vitę maturitas apparere. Quater illuſum eſt Chriſto. Primo à ſacerdotibus in domo Cayphæ uel à miniſtris eorum, uelando faciem eius & in eum ſpuendo. Secundo in domo Hęrodis ab eo, & exercitu eius induendo ipſum ueſte alba. Tertio in domo Pylati à Romanis militibus, propter

quam

quam triplicem illuſionem in die paraſceues triplici flexionem genu, & trini laudis decãtatione ſibi triplex exhibetur honor. Sic quotidie a tribus Chriſto illuditur. Primo a ſacerdotibus. Secundo à principibus. Tertio à minoribus ſcilicet militibus. Primi Chriſto illudentes ſunt ſacerdotes, quos dominus ſuper omnes honorauit & ſublimauit, & qui honorem Chriſti ſuper deberent quærere, & iniurias eius vindicare, ſed ipſi econtrario peiores ſunt & priores in contumeliis Chriſti. Eſa. 1. Filios enutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. Secundo illudunt ei principes quos dominus poſt ſacerdotes plus ſublimauit. ps. Aſtiterunt reges terræ &c. Sed & milites tertio loco, quos plus poſtea honorauit & libertate donauit. Bernardus. Totus mundus contra te coniuraſſe videtur bone Ieſu, & hi primi ſunt qui videntur regere populum, gerere principatum. Quarta illuſio cęlebris eſt & aperta in cruce facta coram omnibus. Pro qua cęlebri illuſiõe reuelata cruce omnes occurrimus ad eam adorandam. His quattuor illuſionibus illuſus eſt dominus, vt ños a quadruplici illuſione qua nobis illudit diabolus, ſanaret. Primo illud iudicio rationis per errorem. ſecundo. Petr. 3. Venient in nouiſſimis diebus illuſores. i. demones in deceptione iuxta proprias concupiſcentias ambulantes & dicentes. Vbi eſt promiſſio? Ideo in prima illuſione velata eſt facies ne mentis noſtræ facies erroris uelamento obumbraretur. Secundo illudit in electione uoluntatis cum facit temporalia præeligere æternis. Propter hoc in domo Pylati indutus eſt clamide coccinea ad ſignificandum illuſionem, quæ eſt in deliciis. coronatus ſpinis ad ſignificandum illam quæ eſt in diuitiis. & baculum arundineum habuit ad deſignandum illã quæ eſt in abuſione poteſtatis. Tertio illudit in oſtentatione cõuerſationis per hypocriſim. Oſeæ. 7. Oſtẽdit manum ſuam cum illuſionibus. Hinc ad illius vicij damnationem in domo Hærodis indutus eſt veſte alba. Quarto illudit animæ in defectu perſeuerantiæ finalis, ſicut patet de illo Luc. 14. Qui voluit ædificare turrim, & poſtquam poſuerat fundamentum non potuit perficere, & qui videat, incipiunt illudere. In quem modum illudit diabolus animabus quæ faciunt fundamenta inchoando pęnitentiam & retrocedunt per inconſtantiam. Hac dominus illuſus eſt in cruçe. Si filius Dei eſt deſcendat nunc de cruce vt uideamus & credimus ei. Chriſtus licet uideret matrem ſuam in tanto dolore poſitam, cuius animam (iuxta ſymeonis verbum) gladius pertranſibat. licet uideret mulieres quæ tanto ei amore inhærebant ſequẽtes, & flentes. licet audiſſet Petrum ſibi ſuggerentem propitius tibi eſto domine. & iudæos clamantes deſcende de cruce & credimus tibi latrones irridentes & improperantes cum Iudæis & dicẽtes. Alios ſaluos fecit, tamen de cruce viuus deſcendere noluit, ſed in ea expirauit. te inſtruẽs vt ex quo crucem pęnitentiæ uel religionis aſſumpſiſti, licet perſtrepat mundus, licet murmuret caro, licet dęmones uiolẽtiam inferant licet domeciſti dulcia ſuggerant, licet magniloqui derideant & clament vnanimiter deſcende de cruce, dicẽdo iuuenis es, noli contennere florem iuuentutis. circa ſenium ſatis poteris penitere, neſcis quia de iuuene hæremita ſenex diabolus, de hac cruce nunquam deſcendas donec uitam finieris. Qui enim perſeuerauerit hic ſaluus erit. Dices itaque. Vigilabo & ſtabo in cruce mea donec inclinato capite tradam ſpiritum, ne de me dicatur. Iſte homo cępit ædificare & non potuit conſumare. Non ſum canis vt redeam ad uomitum. Poſteriorum obliuitus in anteriora me extendo, imitabor Iob dicentem. Donec deficiam non recedam ab innocentia mea., & iuſtificationem meam quam cępi tenere non dimittam. Sic religioſus in cruce clauſtri debet per totam vitam ſuam pendere, non corpore, ſed ſpiritu, non carne ſed mente & nunquam deſcendere, immo magis affigi quàm Chriſtus & arctius, quia Chriſtus ſolum habuit manus & pedes affixos, ſed linguam liberam. Monachus vero cũ tentatur ad opera illicita per diabolum dicat ſibi. Manus meæ affixe ſunt cruci, & ſi per cogitationes dicat etiam de pedibus. Si de lingua, & auribus & oculis quòd ſimiliter affixa ſunt cruci. Sed modo perſonagium ludunt monachi. Videntur enim in modum crucifixi ludis publicis eſſe clauati, & tamen ſolum tenẽt clauos



uos in manibus & pedibus, & quando uolunt deſcendunt ubique diſcurrentes ad libitum. Et ſicut lepus magis cadit deſcendendo quàm aſcendendo, ſic deſcendendo de cruce religionis plus monachi cadunt quàm facere poſſint in ea aſcendendo. Tertio Chriſtus irridetur à prætereuntibus. Prætereuntes enim blaſphemabant eum mouentes capita ſua. Prætereũtes. id eſt præter uiam euntes, qui tranſeunt cum rebus tranſeuntibus. Hi tranſibant vbi Maria ſtabant cum ſuis. Sic multi ſunt qui licet cruci aſteat pro tempore cito tamen prætereunt. In hoc etiã notãtur reprobi qui capita ſua id eſt corda in rebus mobilibus & tranſitoriis defixerũt, ideo cum eis neceſſe habent ut moueant capita ſua. id eſt corda, & quia res tranſitorię ſunt in continuo motu ſic illi continue agitantur in capite rationis & cõturbantur. Quæquidem concuſſio capitis ſignum eſt ueſanie & furoris. Caput enim quod reſiduum moderatur & regit in motu decet eſſe compoſitiſſimum. Sic & cor cuius prouidentiæ, & imperio cętera omnia ſubiecta ſunt. Et dicentes. Vach. qui deſtruis templum Dei, & triduo illud reædificas. ps. Exprobrauerunt inimici tui domine, exprobrauerunt commutationem Chriſti tui. Mutatio illa fuit templi pro templo. templi eccleſiæ gentium pro tẽplo eccleſiæ iudæorum, quod in vltionẽ paſſionis Chriſti deſtructum eſt. Exprobrauerunt quòd à temporalia uita ad æternam, à Iudæis ad gentes trãſiebat. Deſtruxit templum Iudæorum, & poſt triduum fidei, ſpei & charitatis reædificauit templum gẽtium. Pſal. Hæc mutatio dextere excelſi. Oportet enim virgam in terram proiectam mutari in ſerpentem, & iterum. A terra eiectam in virgam reuerti. Quod uirga directiouis uirga regni Dei. nũ filius Dei deſcendens in terram, qui ut ſerpentem deuoraret factus eſt ſerpẽs palo affixus, morte ſua mortis uenenum excutiens. Serpens callidior erat cunctis animantibus, ſed factus eſt ſerpens, ut à ſtutia ſua qua ſe ſtultũ fecit, aſtutiam ſerpentis antiqui ſerpens nouus ſuperaret. Hieron. Nudatum patrem Noæ irriſit maior filius, & iunior texit, & Deum crucifixum illuſerunt Iudæi, & honorauerunt gentiles. Salua temetipſum. Has exprobrationes viderat Hieremias. Hierem. 14. Quare futurus es quaſi fortis qui non potes ſaluare? Hoc ſuadebant dæmones per membra ſua ut ſeipſum ſaluaret, quaſi iã præuidentes quia mors eius ſalus erat electorum. Nolebat diabolus ſolui precium redemptionis, vt captiuatos inæternum detineret. nolebat granum frumenti in terram cadere mortuum, ut ipſum ſolum maneret. Nolebat bibi calicem paſſionis, quo omne venenum eius expurgandum erat. Eſcam humana naturæ mordere ceperat in Chriſto & hamum quo capiebatur ſentiebat, & ideo moliebatur fauces retrahere. Mare rubrum. id eſt ſanguinem. fili Dei ſuper ſe inundans videbat, & imminentem ſubuerſionem de proximo ſibi cernebat, & ideo ſiccationem atque diuiſionem procurare ſtudebat, & in certamine illo inferiorem ſe conſpiciens, per blaſphemos de pace tractabat, & per uerba eorum ſatis aperte ſe profeſſus uictum decertamine fugere & deſiſtere uolebat. Sed clauatos pedes habuit, & manus ne effugeret, & claui facti Chriſto domino facti ſunt claua qua illum contunderet.

Si filius Dei es deſcende de cruce. Quomodo domine deſcenderes, qui tantum deſcendiſti vt amplius non poſſes. Deſcendiſti enim in puluerem noſtrum, & conſequenter in ſummam opprobriorum & cõfuſionem & abyſſum, & dicunt tibi deſcende. Orauerat enim regulus ille pater noſter Adam cui creaturarum dominium commiſeras, & cuius filius erat uniuerſus populus, ut deſcenderes priuſquàm moreretur filius eius. Deſcendiſti domine & condeſcendiſti, ei qui erat in profundo malorum & ut eum de profundis clamantem extraheres, ſuſtinuiſti immenſitatem opprobriorum.

*Sermo ſecundus & poſt meridianus eiuſdem, feriæ ſextæ paſſionis domini per thema præcedens. Dignus es domine aperire librum &c. Et in ordine. 143.*

QVæritur circa hoc vnde valet conſequentia iſta, quia occiſus es domine ideo dignus es aperire librum & ſeptem ſignacula eius? videtur quòd nulla ſit terminorum conuenientia, vnde ſequatur hæc conſequentia. Reſpondetur quòd triplici argumentandi loco ualet hæc conſequentia.

*A Liber. Quo ap̄s dignus fuit aperire librũ uiæ.*

ſequentia. Primo per locum à communi
ter accidentibus. Nam communiter acci-
dit quòd non aperitur teſtamentum niſi
interueniente morte teſtatoris. Hebre. 9.
Vbi teſtamẽtũ eſt mors, neceſſe eſt inter-
cedat teſtatoris. Sed iſte liber eſt liber ui-
tæ & teſtamentum altiſſimi. Eccleſia. 24.
Igitur domine cum tu ſis & eſſe poſſis ſo
lus executor huius teſtamenti, ſolus per
mortem potes aperire librum & ſignacu
la eius. Propterea quærebat Iob. 3. Scribat
ipſe librum qui iudicat. id eſt cui dedit pa
ter iudicium facere. Ioann. 5. Vt in hume
ro meo portem illum ad alleuationem fa
ſtidij mei, vt in eo legam ſigna victoriæ
factæ per Chriſtum & delecter, dolores
etiam quos paſſus eſt pro me vt ei compa
tiar, & exemplar correctionis vitæ meæ,
vt iuſtificer, quia Nume. 21. Aſpiciẽtes in
palo ſerpentem ęneum ſanabantur.

Secundo ualet conſequentia per locũ
à corruptione. Mors enim tua mortis eſt
deſtructio Oſe. 13. Ero mors tua o mors
& Hebr. 2. Per mortem deſtruxit eum,
qui mortis habebat Imperium. Sed ſecun
dum Philoſo. 2. de generatione. Corru-
ptio vnius eſt generatio alterius. ergo cũ
in morte tua deſtructa ſit mors ſequitur
reparatio & apertio ianuæ uitę. Dignus
es ergo domine aperire ſignacula huius
libri vitę. Es etenim verus aſſuerus qui vẽ
teres literas mortis, nouis correxiſti & a-
brogaſti. Heſter. 5. Et iuſtitiæ ſententiam
mutaſti in miſericondiæ indulgentiam.

Tertio valet conſequentia per locũ a
cauſa ad effectum, quia per mortem tuã
cauſa es apertionis ianue paradiſi, q quo-
dammodo eſt liber vitę. Mors enim regna
uit ab Adam uſque ad Chriſtum, vbi uita
exulabat. Vnde Rom. 5. Reconcialiati ſu-
mus deo per mortem filii eius. Dignus es
igitur domine per mortem aperire librũ
& ſignacula eius. Eleuetur itaq; liber iſte
in altitudinem crucis, vt in eo legat ani-
ma Chriſtiana, nec recedat à corde eius
memoria. Quando enim palmites non e-
leuantur & ligantur, botri & vuæ caden-
tes in terram deorſum putreſcunt & con-
culcantur. Sic ne virtus paſſionis vileſcat
in mente, non cadat à cordis memoria.
Eleuetur ergo ut ſpeculum veritatis, vt in
eo perpendas omnem uiam virtutis. Ibi vi
debis exemplum paupertatis, quia nudus
pependit humilitatis, quia voluntarius ſe
obtulit. benignitatis, quia pro crucifixori-
bus rogauit innocentię, quia peccatum
non fecit, vt etiam latro & Pylatus teſtan
tur. obedientiæ, quia patri obtemperauit
vſque ad mortem. patientiæ, quia inter fla
gella obmutuit. perſeuerãtię, quia de cru
ce deſcendere noluit. In crce tandem ele-
uatus eſt tanquam vexillum militiæ Chri
ſtianę ſub quo debent fugere omnes qui
ſunt in certamine tentationis, tribulatio
nis & anguſtiæ. Omnia enim portat om-
nia ſuſtinet eius amor. Eſa. 53. Vere lan-
guores noſtros ipſe tulit, & dolores no-
ſtros ipſe portauit. ſic quòd præter dolo-
rem corporalem quem habuit dum eleua
retur in cruce, maior ei dolor fuit porta-
re languores & dolores noſtros id eſt om
nia peccata mundi. Si enim ſupra mola-
rem ſit onus in conſcientia timoroſa por
tare diu vnum peccatum iuxta illud. Pſal.
Iniquitates meę ſicut onus graue graua-
te ſunt ſuper me. & illud Iob. 9. Factus
ſum mihimetipſi grauis, quàm graue erat
ei ſuper humeros ſuos deportare om-
nia peccata mundi? vt dicat anima il-
lud Eſaiæ. 38. Proieciſti domine poſt ter-
gum tuum omnia peccata mea. In hoc au
tem libro vitæ ſummæ ſtuduit Maria quę
librum iſtum ſemper habuit coram ocu-
lis cordis & corporis. ideo dicitur do-
ctrix diſciplinæ Dei. Vt ergo eius medio
doctrinam & gratiam Dei hauriamus, ad
eam recurramus dicentes. Aue.

Sicut in epiſtola regali ſecreta conſi-
lia continente omnia ſub ſigillo claudun
tur, & quid intus ſcribatur ignoratur, do-
nec loco & tempore, & cera vndique fra-
cta aperiatur. Sic uerbum incarnatũ Chri
ſtus quaſi epiſtola miſſa, & liber continẽs
altitudinem diuini cõſilij ſuper ſalute ge
neris humani miſſus eſt ad nos. Eſa. 61.
Ad annunciandum manſuetis miſit me.
clauſa fuit & ſignata mortalitate, paupe-
tate, & paſſibilitate. ideo legi non poterat
quod intus ſcriptum erat iuxta illud Eſa.
53. Quaſi abſconditus vultus eius. Cela-
tus eſt enim & ſignatus in carne. Tunc e-
nim erat viſio omnium quaſi uerba libri
ſignati. Eſa. 24. Omnium enim ſecreta e-
rant apud ipſum, ſed in paſſione vndique
fracta cera id eſt humanitate legere pote
rat qui volebat, & qui ſciebat, & qui litte
ras



ras neſciebat. Tunc legit laicus centurio.
Legit & tranſcripſit principium huius epi
ſtolæ Pylatus, ſcilicet Ieſus Nazarenus
rex Iudæorum, qui mandat vobis oĩbus
ſalutes. Non legerunt in hoc libro ſacer-
dotes & legiſperiti, quos propria malicia
excecauerat, nec partẽ huius ſcripturæ le
gere aut intelligere potuerunt dicentes
Pylato. Noli ſcribere rex Iudæorum. Sed
idiotę apoſtoli & omnino illiterati perfe
cte legerunt. p̃s. Nõ ſunt occultata à filiis
hoim non in generatione iudaica ſed in
generatione altera ſcilicet gentilium. Et
ideo in multis paſſibus dicitur in p̃s. Veri
tas à generatione in generationẽ. i. trãſit
à generatione iudæorum in generationẽ
gentilium. Si ergo tranſijt ad nos hæc e-
piſtola, hæc priuilegialis littera, hic liber
priuilegiorũ, debet à nobis ſumma cũ di-
ligentia ſeruari. Debet enim ſeruari litte
ra pro ſolutione debiti facta, ab illo pro
quo facta eſt ſolutio. Chriſtus enim in ſua
paſſione pro omnibus debitis noſtris ſatiſ
fecit, pro nobis offerens in ſumma, om-
nia paſſionis ſuæ tormenta, ſanguine ſuo
litteram noſtræ abſolutionis conſcriben-
do. Et gratias ei debemus pro perſolutio
ne debiti & redditione hæreditatis dicen-
tes iam ſæpe allegarum. dignus es domine
&c. Signaculum igitur ſeptimum hu-
ius libri fuit mors Xp̃i claudẽs eius æter
nitatẽ in qua oĩa aperta ſunt, & apertus ẽ
liber. In cuius apertione. Primo didicit a-
nima ſancta ſeptem artes liberales. Secun
do legerunt in eo docti & indocti, ratio-
nabiles & irrationabiles creaturæ. Tertio
depoſitus eſt liber de pulpito inuolutus,
& in coffro ſepulchri clauſus. In prima
autem parte iuxta ſeptem uerba Chriſti
prolata in cruce edocetur anima in ſeptẽ
artibus liberalibus, & diſputabit magi-
ſter noſter Ieſus Chriſtus ſuper ſalute &
prouiſione generis humani. Primum au
tem uerbum in cruce prolatum fuit. Pa-
ter ignoſce illis, quia neſciunt quid faciũt
Hæc lectio fuit artis Rhetoricæ. Nulla e-
nim vnquam fuit maior perſuaſio, quàm
hæc fuit, quæ poſt tot milia annorum cur
ricula, benigniſſimi patris iram conuertit
in miſericordiam, & Deum vltionũ con-
uertit in Deũ miſericordiarũ. Hac perſua
ſione Xp̃s ĩ cruce fuit noſter orator & de-
fenſor tripliciter. Primo per ſuam clemẽ-
tiam pro nobis ſupplicando dicens. Pater
ignoſce illis. Sic & nos nunc ad dexteram
Dei ſedens defendit interpellãdo pro no
bis. Voces enim ſuper aquas emiſſę clario
res ſunt & exaudibiliores. Sic vox Chriſti
emiſſa in die tribulationis ſuæ magnæ cla
rius & audibilius à Deo patre audita eſt.
Propter quod ingraueſcẽte tribulatione
magis exaudit Deus. p̃s. Exaudiat te do-
minus ĩ die tribulationis. In hoc clauſtra
lis attendat dominus erat cruci affixus ſo
lam linguam habens liberam ad orandũ
& laudandum Deum. Sic ſibi cruci affixo
ſola lingua libera remaneat ad orandum
laudandum, & confitendum. Libera enim
ſurſum manet lĩgua, deorſum vero uincu
lo ligata eſt, vt de ſuperius loquatur, de
mundialibus ſilentium teneat. Si tentan-
tur oculi curioſitate, videat oculos domi
ni, ſi aures de vaniloqo, audiat aures do-
mini contumelioſos ſermones audientes,
ſi olfactus redolentiis pigmentorum, ui-
deat Chriſti faciem ſputis fœtidiſſimis il-
litam. Si tentatur guſtus ſuperfluis cibis
videat Chriſtum felle cibatum, & aceto
potatum. Si tentatur de exeundo uideat
pedes domini affixos. Stet igitur affixus
& inſtar ſui patris oratoriũ conſtruat re-
ligionis. Secundo aduocando. Qui eñ
ex parte noſtra non inueniebat iuſtitiam
qua à poteſtate diaboli erueremur, inue-
nit ex parte diaboli cauſam propter quã
nos erueret, ex parte hominis cauſam, qua
per miſericordiam eum reconciliaret. Se
cundum enim leges humanas, qui plus
petit, à cauſa cadit. Plus petebat diabolus
multis modis, loco: genere, quantitate.
Primo plus petiit quantum ad locum. In
alio enim loco quàm ſolui mors debue-
rat petiit ſolui. Debebat enim mors homi
nis ſibi ſolui in corpore, quam ipſe ſibi ſol
ui petiit in capite qui dixit, qui non rapui
tunc exoluebam. Secundo plus petiit quã
titate, quia cum ſoli peccatores eſſent ſi-
bi ſubditi & obnoxii, vendicabat in mortẽ
non ſolum iniuſtum ſed etiam iuſtũ. Act.
3. Petiſtis uirũ homicidam donari uobis,
auctorem vero uitæ interfeciſtis. Tertio
plus petiit genere, ſicut qui argentum per
didit peteret aurum, plus petit genere. Re
petit enim perditum, alterius generis quã
debebatur. Sic diabolus hominem qui ſi-
bi debebatur petiit, nec ſibi ſufficit, niſi &
ipſum

ipſum Deũ ꝑ ſuperbiam impeteret. Iſti ergo erant improbi exactores generis humani. de quibus Eſa. 3. Exactores populũ meum ſpoliauerunt quos Chriſtus ſuperauit in ꝓlio. Eſa. 9. Sceptrũ exactoris eius ſuperaſti, ſicut in die madiã. i. cõtradictiõis. Ex parte autem hominis inuenit ignorantiam. Neſciuit primus Adam grande incõueniens quod ſecutum eſt in omni genere humano. Neſciebat precium culpæ ſuę De qua Gregorius. O felix culpa quæ talem ac tantum meruit redemptorem. Neſciebant populi qui hoc exigiebãt preciũ grandem Dei offenſam quam committebant. Propterea tanquã aduocatus pro eis in cruce allegat dominus Pater ignoſce illis, quia neſciunt &c. Tertio per potentiam bellando pro nobis. Fuit enim pugil qui pro nobis ſe expoſuit duello, quando mors & vita duello conflixere mirando. Voluit enim ſingulare certamen inire, ſicut legitur de Alexandro & poro, uolens magis ſua ſubire pericula quam multitudinis ſubiectę ſibi. Tãte enim uirtutis fuit uox illa ipſi, ut nõ ſolum per eam deſtruerentur hoſtes, ſed etiam eorum munitiones. Dicit enim Auicenna 6. naturalium. ꝙ ſonitus tubarum iuuat ad deſtructiones turrium altiſſimarum. Ioſuæ. 6. Vociferante populo & tubis clangentibus muri hierico corruerũt. Clamor Chriſti in cruce propter virtutis magnitudinẽ erat uox tubæ, qua reſonantæ deſtructe ſunt omnes munitiones diaboli & porte inferni, imo quod mirabilius eſt ipſi cęli qui ſoliſſimi quaſi ęre fuſi ſunt. Iob 27. Perforauit enim cęlos quaſi viam in illis nobis faciens qua poſſit cum ſuis intrare. Heb. 4. Habemus pontificem magnum qui penetrauit cęlos Ieſum. Ideo ſimiliter uox noſtra ſi emiſſa fuerit cum clamore & feruore cordis cęlos penetrabit, quia breuis oratio penetrat cęlos. Pater ignoſce illis.

D — *Aduocare. Differenter à cæteris aduocatis ꝓ nobis xp̃s aduocauit.*

Nouo modo orandi & perſuadendi aduocatus noſter dominus ieſus ĩ cruce porauit. Cęteri aduocati nunquam pro aduerſariis loquerentur iſte vero pro ſuis implicabilibus inimicis dicit. Pater ignoſce illis. Præterea curialis aduocatus nunquam pro inuitis patrocinaretur, nunc nouo & inaudito loquendi genere pro his quæ eum irritant & blaſphemant clamat, pater ignoſce illis. Tertio pro illis qui ipſis ſoluunt tantummodo ſuadent aduocati noſtri. hic autem pro eis qui eum ſatiãt opprobriis & contumeliis, qui amaritudine replent animam eius clamat ad patrẽ, pater ignoſce illis Alii uanæ gloriæ cauſa coram regibus & principibus allegationes ſuas ordinatiſſime & excogitato modo proponunt. vt inde gloriam & lucrũ reportent temporale, iſte coram regibus, & principibus obmuteſcens, nunc coram populo patrem alloquitur, patrem interpellat, vt pro ſuis inimicis reportet gloriã ſempiternam. Quis enim aduocatus (ut ſingula in ſumma colligantur) pro inimicis ſuis, pro inuitis, pro iniuriantibus, pro his à quibus nihil niſi irriſiones & ludibria, pro lucro reportat, patrocinium pręſtaret in cauſa mortis aut pericul? Hic autem agnus innocens forma & exemplar totius uitæ humanæ ꝑ ſimilibus incurrit patris exiſtẽs, pro eis & pro tota humani generis q̃rela cõcluſionẽ accipit aduerſus iuſtitiã Dei patris dicẽs pater ignoſce illis, quã triplici rõne ſuccincte multũ allegauit. Primo paternũ allegat affectũ, cum enim oĩm generalem patrem appellat. cũ enim in orto oraret dixit. Pater mi, nunc vero pater ignoſce illis. Ac ſi diceret. Nõ ſicut olim te Deum vltionũ & dominum exercituum appello, ſed patrem pietatis & mĩæ, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere, ſi ex noĩe tuo illis mĩam debeas, nonne & paternus affectus eorũ miſerebitur? Secundo allegat ſuæ voluntatis cõformitatem ad patrẽ cũ dicit, ignoſce illis. Ad id. n. eius tendit affectus qđ cũ lachrymis & clamore rogat. Ac ſi diceret patri. Pater tu & ego vnũ ſumus, vna voluntas & vna bonitas, iam qđ in me ꝑpetrãt eis indulgeo, qua propter pater ignoſce illis. Tertio allegat eorũ ignorantiã quia neſciunt quid cogitauerunt contra me, quid impudenter locuti ſunt, neſciunt inſuper quid faciunt. igitur pater ignoſce illis. Sed huic concluſioni multipliciter ṽr aduerſari cor deuotum. Primo ſic cã impugnans. Quid enim tibi & crucifigentibus te domine ieſu, ut pro eis dicas pater ignoſce. Scit enim iuſtitia tua ꝙ peccatores nõ audis, & ꝙ peccata diuidunt inter te & patrẽ tuũ. ergo maxima iniquitas maxime claudit aditum ad aures paternæ pietatis. Quod autem peccatum maius quã ipſum innocentiſſimum Dei filiũ occidere poſt tot opera mirabilia? & tu nihilominus clamas pater ignoſce. Præterea accuſant te ſummi ſacerdotes, deponunt contra innocentiã tuã falſi teſtes, graſſantur ĩ te cruẽti milites, ſuſtinet impietatem funeſtiſſimus iudex applaudunt tantis piaculis imperite plebes, furit in unum populus, & tu miſereris oĩm dñe, & dicis pater ignoſce. Flagellaris, de rideris, fellea amaritudine potaris, tractãt inſuper de morte tua, & tu agnus innocens cum patre tuo tractas de eorũ uita dicens. pater ignoſce. Præterea nonne ſanguis Abel uindictam clamat de terra, non mĩam, cum ergo multo maius fuerit pctm̃ hoc quã illud. quia illud in occulto, iſtud in publico, illud in morte ſerui perpetratum eſt, iſtud in nece dñi, videtur ꝙ uindicare debeas non miſereri. Præterea lex clamat oculum pro oculo dentem pro dente, & ecce quaſi præuaricator legis, pro te occidentibus clamas, pater ignoſce. Si proprio filio ſuo innocenti non pepercit, qũo parcet tante impietati? qũo igitur à patre petis, pater ignoſce illis. Mirabilis res o aĩa mea ſi bene perſpexeris. Molliti ſunt ſermones eius ſcilicet Xp̃i ſuper oleum. i. ſuper omnem mĩam, & tñ ipſi ſunt eiiacula mortis. Præterea ſi ſic cõdonas inimicis tuis, ſi ſic pro eis ex corde patrem efflagitas, quid amplius domine ieſu facturus es amicis tuis. Sed & ad hæc cordi deuoto ſuſurrare ṽr dominus. Admiraris (inquiens) ex obiecto primo iniquitatem crucifigentium, & non admiraris mĩam crucifixi. Maior certe eſt mĩa mea quã eorũ iniquitas. Noli opinari ut Chayn qui dixit Abel interempto, maior eſt iniquitas mea quã ut ueniam merear. Sed prædica uerbum iſtud, qm̃ melior eſt mĩa mea ſuꝑ uitas, etiã ſi mihi mille auferrentur. Quòd ſi volueris teſtimonium, audi apoſtolũ meũ dicentem. Sed non ſicut delictum, ita & donũ. Plus enim poteſt ſalus quã perditio, uita quã mors, gratia q̃ peccatum, ut ubi abundauit delictum, ibi ſuperabundet & gratia. Sed iterum obiicis felleas amaritudines & irriſiones mihi propinatas. Tu interim reſponde mihi. Quid paucũ fellis immixtum melleæ & immenſe dulcedini meæ? quid gutta fellis ĩ immenſo dolio mellis? Nõne illa abſorberi, ṽr & tota in melleam dulcedinẽ conuertetur. Quid ergo miraris ſi ſe continere non poſſit fons mĩæ, ſi ex abundantia calciatam diſſoluat & effluat ſuꝑ inimicos ſuos? Allegas legem tallionis & nõ audis apoſtolum dicentem neminem ad ꝑfectum adducit lex, & ꝙ patientia opus ꝑfectum habet & qui pro malo nouit reddere bonum & irã uincere lenitate, crudelitatẽ pietate maliciã bonitate? Tenditur enim corda cithare ut acutius ſonet, & in igne thimiama reſoluitur, ut odor exalãs dulcius redoleat & dicat. Pater ignoſce. Sed dicis ſanguinem Abel clamare uindictam, & non audis apoſtolum meum dicẽtem, ſanguinẽ meũ melius clamare quam Abel, quia ille uindictam. meus autem miſericordiam requirit. Et ſi illud peccatum fuerit inter oĩa maximum, nonne didiciſti quia abiſſus miſeriarũ inuocat abiſſum mĩarũ, & vbi maior eſt miſeria, maiore opus eſt mĩa? Qđ ſi hoc non poſſet alienus, quid nõ põt apud patrem impetrare filius Deniq; miraris, ſi ſic ex affectu indulgeo inimicis, quid amplius ero facturus amicis. Sed certe fons abyſſalis olim ſignatus nunc apertus patet & amicis & inimices, ut inde hauriant, & de inimicis amicos facio, & uolo huic nouiſſimo dare ſicut & tibi & dicam. Pater agnoſce illis. Propter hoc his tribus diebus ſolum de ligno pulſatur ut vult Ioannes Beleth, quia tunc Chriſtus ſolus prædicator tantummodo de ligno clamabat & mĩam ꝑdicabat, & talẽ mĩam ꝙ pro maxima iniquitate cęleſtibus luminibus auertẽtibus faciẽ ſuã & retrahentibus lumen terra nõ potente portare iniquitatem ſed tremẽte ad eam, oſſibus terræ. ſ. ſaxis ſciſſis & monumentis apertis quaſi terra parata eſſet deglutire proteruos niſi ſuperueniſſet mĩa Dei, tanta fuit huius innocẽtis agni clemẽtia, ut oĩbus acclamãtibus vltionẽ, ipſe ſolus acclamaret mĩam dicens, pater ignoſce illis. Secundo docuit dñs artẽ logicæ ad argumentandũ. Nã & malus latro ſophiſtice arguit dicẽs ironice, ſalua temetipſũ & nos, iõ nullatenus cõcluſit. Sed bonus latro contra eum arguit & oppoſuit & contra eundẽ cõcluſit, & diſputatione finita dñs Ieſus præmium & lauream diſputationis ſibi conceſſit. Arguit itaq; ſophiſtice ſiniſter latro. Vnde ait textus. Alter aũt de his qui cũ eo ꝑdebant latronibus.

*F* *Latro. Quid ſignificent tres latrones ĩ paſſione xp̃i cõmemorati.*

nibus. In paſſione aũt Chriſti tria genera notantur in tribus latronibus ſcilicet Barraba, & duobus latronibus crucifixis cum eo. In Barraba qui dimiſſus eſt notantur illi qui libere ſequunt̃ cõcupiſentias ſuas diſcurrẽtes per latam viam quæ ducit ad mortem. Mat. 7. In latrone ſiniſtro iudaicus populus, qui quaſi in cruce multam afflictiouem ſuſtinet vbique diſperſus & ſeruituti addictus, & de hac pena ad ęternam reſeruatur, uel intelliguntur illi miſeri qui crucem quidem portant in corpore, ſed delectationibus ledunt proximos, ocio & rancore vaſtantur in mente. quorum hic incipit damnatio nec terminabit̃ in futuro. In dextra vero ſignificatur quilibet vere penitens qui crucem Chriſti ſuſtinet in tribulatione & de latrone factus confitens vel pęnitẽs reſponſum accepit a domino ſalutis æternę hodie mecum eris in paradiſo. Vnde Hugo de ſancto Victore exponens illud Mihi abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri &cæ. In cruce Chriſti gloriatio, in cruce latronis dextri conſolatio, in cruce ſiniſtri confuſio. In prima pœna ſine culpa, & poſt gloriatio, in ſecunda pœna pro culpa & poſt remiſſio. in tertia pœna pro culpa & poſt damnatio. Dicunt homines quando pęnam ſuſtinent, ſi meruiſſemus non erubeſceremus, nunc autem iniuſte pati ignominioſum eſt nobis. O oculi qui nõ vident, immo ſi pro culpa pateris erubeſce, ſi ſine culpa inde gloriare. Latro vis eſſe magis quam Chriſtus. & forte ſiniſter blaſphemator magis quàm dexter confeſſor. Tu enim pro culpa pateris nec agnoſcis, nec iudicem veneraris. Si ſaltem dexter fuiſſes culpam humiliter agnoſceres, pœnam patienter perferres & ſic veniam inueni-res. Salua temetipſum & nos. Latroni blaſphemanti non rrſpondit dominus,

*G* *Tentatio in morte. Quõ ĩ terminouitæ diabolus ſtringit caudam hominis.*

quia ſolum de ſalute corporali loquebatur, de ſpirituali non quærebat. Beſtia eñ erat ſolum de corpore non de ſpiritu curans. & vt exemplum doceret patientiæ, quia corde vulneratus & ſaucitus a miſerrimo homine inde nõ eſt motus, propter quod nec multum curat Deus de his, q̃ in terminouitæ non curãt de ſalute ſua.

Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es. Et nos quidem iuſte. Nam digna factis recipimus. Hic autem nihil mali geſſit. Huius exemplo ita debemus dicere dum flagellamur à domino. Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum Chriſtum. Nos enim digna factis recipimus. Nunquàm enim uoluit dominus miſericordiam ſummam facere, quin eam temperaret iuſtitia. vt eo modo eſſet temperãda à nobis miſericordia. Niſi enim iſte iuſte factum recognouiſſet, nunquàm dominus eis miſertus fuiſſet, & ideo à timore domini qui præſcindit caudam malę conſuetudinis incepit. Vnde Iob. 40. de diabolo. Stringit. ſ. diabolus caudam id eſt terminum uitæ quaſi cedrum, ne ſcilicet euadat qui peccare conſueuit. Vnde præſcindenda eſt. Gen. 4. peccaſti, quieſce. Hanc præſcindebat Ioannes his quibus dicebat. Genimina viperarum quis docebit vos fugere à ventura ira? Hanc pro ſuis ſceleribus in cruce poſitus latro perfecte præſcidit iam quaſi poſitus in iannuis inferni, & mirabile eſt quomodo potuit tam cito præſcindere niſi affuiſſet cuius poteſtate ſemper præſcinditur. Cũ dominus proceſſerit per uiã huius ſeculi abſque labe peccati, quomodo in morte ſe inuenit in medio duorum latronum? Reſpondeo quòd hoc non eſt mirabile. Quid enim mirum ſi aliquis medicus ſanus ſe inuenit in medio duorum ęgrotantium, quorum alterum ſanat, alterum pro morbi malicia condemnat? Quid mirum ſi in terra quæ nulla, aut pauca iuſtitia regitur, peregrinus inter latrones ambulans, inter latrones inueniatur appẽſus? Quid iterum mirabile eſt ſi lilium inter ſpinas, ouis inter lupos, theſaurus immenſus inter latrones inueniatur? Quandiu enim in hac vita innocens aliquis in ſua uiuit innocentia (quod tamen rarum eſt) inter duos latrones continuo crucifigitur. Volat enim uir innocens opere meritorio ad Deum, fama & exemplo ad & ſuper proximum, ſed continuo deplumatur bono opere per diaboli & membrorũ ſuorum ſuggeſtiones & fama per detractores. Dicitur ſecũdo quòd dominus hic fuit in medio magnorum & paruorum latronum. Magni latrones fuerunt Pylatus, Annas, & Cayphas. Sed quia magni latrones non ducuntur ad patibulum inter paruos ſuſpẽſus eſt. Dicitur tertio q̃ in fine vitæ ſemper homo ſe inuenit inter latro-



nes. Nam caro vltra ſuam dietam quotidie depredat̃, diabolus ſingulis horis merita & tempus. Mundus vero in fine cuncta temporalia furatur. ideo &cæ.

*I* *[illegible]*

Et dicebat ad Ieſum. Memento mei, domine dum veneris in regnum tuum. Triplici iure latro regnum Dei acquiſiuit. Primo iure emptionis, quia ſecundum Augu. regnum cęlorum, tantum valet quantum habes. & quia latro iſte nec poſſeſſiones, nec veſtes, nec manus, nec pedes aut corpus ad operandum habebat ſed ſolum cor & linguam liberam, & dedit illa Chriſto ipſum defendendo & ſeipſum accuſando. ideo emit regnum paradiſi. Secundo iure impetrationis regiæ ſeu doni regij. Trutanni enim qui ad portas eccleſiarum ſedent, oſtendunt infirmitates ſuas maiores, & ſic impetrant poſtulando quod acquirere non poſſunt emendo. Sic iam iſte ſtabat ad oſtium paradiſi iam fractũ multis in locis, qui dixit Ioan. 10. Ego ſum oſtium, ideo non eſt mirum ſi petendo facile obtinuit iure doni. Tertio ratione victoriæ. Tunc enim ſtabat radix ieſſe in ſignũ populorum. Tunc poſitus erat dominus in ſignum cui contradicebatur, & in ſignum cui ſagitabant & iaculabantur. Primo nõ nulli iudæorum conuicia, & opprobria nonnulli gentilium deriſiones & geniculationes. Alii fellis amaritudinem. Alij crucis & clauorum tormẽta, nec ſic illud ſignum attingebant aut vulnerabant. Superuenit latro de prope iaculatus ad ſignum, qui ſua fide, ſpe, & charitate ſignũ illud per medium cordis attigit. Propter quod mercedem in eum iaculantibus repoſitam ſolus reportauit, meruitque audire. Hodie mecum eris in paradiſo. & ſic tribus iaculis iſtis ſicut Abſalon tribus lãceis à Ioab confoſſus. dum pẽderet in cruce victoriam reportans regnum cęlorum vi rapuit.

*K* *[illegible]*

Quare conuerſus eſt iſte latro & non alter? Reſpondetur ſecundum Petrum Damianum, quòd bonus latro fuit à dextris crucifixus, & Chriſtus crucifixus fuit ſole exiſtẽte in meridie brachio dextro ad aquilonem & verſa facie ad occidentem, & per conſequens in parte ſeptentrionali erat latro iſte & ſic vmbra Chriſti eum obumbrat, vt dicere poſſet illud Pſal. Obumbraſti ſuper caput meum in die belli. Hæc damianus in ſermone de exaltatione ſanctæ crucis Iſte latro genus humanum deſignat quod furtum commiſit in attrectatione fructus vetiti, & ſic ſaluantur & recipiunt promiſſionem paradiſi ex humano genere, qui in vmbra Chriſti id eſt in pęnitentia crucifiguntur. pſal. In vmbra alarum tuarum ſperabo donec tranſeat iniquitas. Tren. 4. Chriſtus dominus caput eſt in peccatis noſtris cui diximus in vmbra tua viuemus in gentibus. Secundo potuit eſſe in cauſa ſancta ſocietas in qua tunc erat. Vulgo dicitur de bona ſocietate ſemper quis emendatur, ſicut ecõuerſo de mala ſocietate quis deterioratur Ideo bonum eſt in bona ſocietate & cum innocentibus mori, vt apparpit in hoc latrone qui per totam vitam ſuam malus, quia ſocius fuit Chriſti in cruce, cũ Chriſto ſocius ſalutis factus eſt. Ille eñ latro qui per totam vitam ſuam furatur erat, adhuc in morte furari non ceſſauit. In vita temporalia furabatur, in morte furatus eſt æterna. Crocheto enim cordis clauem cęli aperuit uel crocheto confeſſionis, & tunc audiuit cęlum ſibi aptum cum dictũ eſt ei, hodie mecum eris &c.

*L* *Cõtritio. Per cõtritionẽ fit quodam modo uis Deo.*

Secundo nõ ſolum per crochetum ſed etiam vim fecit. Per contritionem enim fit vis Deo, qa non eſt ita malus quin ſi contritus fuerit ſtatim Deus ab eo auerſus, ad eum conuertatur. Sic iſte corde contritus, & ore confeſſus. Cum enim iam amplius manu furari nõ poterat, corde & ore furatus eſt regnum Dei. Magna Dei miſericordia q̃ neſcit non miſereri, ideo ſi iſis in extremis mortis agonibus membris debilitatis, os & lingua te iuuent ad dominum, memor q̃ latro corde & ore ſuã operatus eſt ſalutem. O domine Ieſu non eſt abbreuiata manus tua quæ tunc erat extenſa, vt ſimili modo etiam pauperes peccatores ſaluare non poſſis. In hoc autem q̃ non deſpexit dominus latronem vilẽ quidẽ pſonã,

*M* *Amen. Quare p̃miſſionẽ padiſi factã latroni dñs iſto iuramento amen firmauit.*

ſic q̃ fixus eſt in religionis cruce nõ deſpiciat vilẽ pſonã ſibi ſociã, ſed pro poſſe eã dignã faciat, memor dñi q̃ vilẽ latronẽ eterno p̃mio dignificauit. Cui rñdit Ieſus Amẽ dico tibi, hodie mecũ eris in paradiſo. Quare dñs huic promiſſioni aſſertionẽ ſuã addnxit. Rñdet̃ q̃ pp duo. Primo qa grandi pctõri & tam vili perſonæ difficile videbatur ſine præcedẽtibus meritis dari regnum. ideo per amen patuit ſibi ver-

bum irreuocabile. Vnde neſcit amen dice
re moyſes ſuper benedictiones populi,
ſed amen reſpõdet plebs iudaica cum im
precatur maledictiones populo contennẽ
ti. Nam (vt ait apoſtolus. Corin. 14.) quo-
modo dicere amen ſuper benedictionem,
quam nouerat non vtique confirmandam
ſed in breui tollẽdam? Sed latroni q typũ
gerit populi redempti exprimit dominus
vbi ſalutis ꝓmiſſio peccatoribus cõfirma
tur & ſic ille latro primitias illius ĩ ſe ex
peritur. Inde ſeipſum dominus amen, fide
lem teſtem & verum nominat. Ipſe enim
eſt veritas ſempiterna quem nullus caſus
immutat. Vnde & hoc verbum a nullo in
terprete commutatum legitur, ut veritas
incommutabilis oſtendatur. Vnde & à q-
buſdam: amen. i. ſine mene: i. defectu inter
pretatꝰ, vel ſine mene. i. mutabilitate. Pro
pter hoc animalia in Apocalipſi dicebant
Amen, dum in laudes perpetuas aſſurgũt
creatori. Secundo vt oſtenderet dominus
eccleſiaſticis viris quãta eis debet eſſe cu
ra animarum precio ſui ſanguinis em-
ptarum, maxime qñ morti appropinquãt
& ꝙ tunc debent eas allicere veracibus
promiſſionibus miſericordiæ Dei & ſem-
piterni ꝑmij ne deſperent, quẽadmodum
derelicta mr̃e & amicis ſuis, huic pauperi
latroni moriẽti, & de ſua ſalute ſollicito
intendit, & eum regni promiſſione allicit.
Matrẽ. n. ſuã in in cura dedit Ioanni. aĩam
vero latronis ſuæ curæ reſeruauit. 1. Thi.
6. O Thimothee depoſitum cuſtodi. Ho-
die mecum eris in paradiſo. Magna libera
litas & amor fuit in aſſuero qñ promiſit
heſter medietatem regni ſui, q̃ tamẽ erat
ſingulariter præelecta & prædilecta con-
iux & ſocia regni ſui, quantomagis iſte
rex nr̃ ex ineffabili largitate ſua totum re
gnum ſuũ largit̃ cuilibet amico ſuo fideli
& ſibi fideliter ſeruienti? Felix anima quæ
fideliter ei ſeruit, ſecura ſit aĩa ſi latroni
liberaliter & cito dedit regnum, ꝙ nõ de
negabit ei q fideliter ei obſequit̃. 1. Theſ-
ſalonicen 2. ambuletis digne Deo, q uos
vocauit in regnum ſuum & gloria. Sed eſt
aduertendum quod non promiſſit regnũ
niſi exiſtenti in cruce, quia qui non com-
patitur non conregnabit. Apoca. 1. Parti-
ceps & ſocius in tribulatione & regno. Et
adhuc exiſtenti in cruce a dextris. i qui pa
tiunter pro æternis & intuitu Dei. 1. Pe. 4.

N
*Liberalitas Xp̃i.*
*Qđ magna fuit liberalitas Xp̃i ad bonũ latronẽ.*

Nemo veſtrum patiatur tanq̃ fur. In cruce
ſunt à ſiniſtris qui laborant pro tempora
libus & non ęternis eccl. 10. Labor ſtul-
torum affliget illos. Vnde pincerna Pha-
raonis & piſtor vtrique erant in carcere
quaſi in cruce, ſed pincerna liber euaſit,
piſtor vero cruci affixus, auibus traditus
eſt deuorandus. Sed nonne ſatis erat vt
diceret, hodie mecum eris, nonne & ipſe
paradiſus eſt? Qui ergo cum eo eſt, in pa-
radiſo eſt. Ad hoc dicimus ꝙ miſeri & re-
probi poſſunt eſſe vbi ille eſt qui nuſquã
deeſt, q & latronis huius malefactis præ-
ſens erat, ſed non cum eo erat, immo cõ-
tra eũ erat ubicũq; erat. Electi vero ſunt
vbi eſt & cum eo ſunt, ſicut ille promiſit.
Ioann. 19. Pater (inquit) volo vt illi quos
dediſti mihi & illi ſint mecum per gra-
tiam Mecum dicit vt doceret ſe aliter eſ-
ſe cum electis quàm ſit vbi ſunt reprobi.
Qui enim (inquit) non eſt mecum, contra
me eſt. Sed nec omnes qui cum eo ſunt, in
pbradiſo ſunt. Sunt enim cum eo marti-
res in tormentis, erat & latro cum eo in
tormento crucis pro eo militans & cau-
ſam eius defendens ſed non erat in para-
diſo. Vnde ſicut ſcribitur. Sap. 4. In breui
expleuit tempora multa. Multis enim tem
poribus pro delictis ſuis fuiſſet in purga-
torio, ſed hoc cõpleuit tribus uel quinq;
horis in termento crucis. Sic & iuuenes q
bene vixerunt, quãdo moriuntur in breui
expleuerunt tempora multa, & pleni die-
rum obeunt. Vnde de latrone poteſt dici
illud. primo. Corinthi. primo. Qui factus
eſt nobis à Deo ſapientia, iuſtitia, ſanctifi
catio, & redemptio. Fuit enim habens in
cruce ſapientiam, cum per fidem illumina
tus, tunc Chriſtum Deum eſſe cognouit,
vbi omnes diſcipuli eum reliquerunt. Iu-
ſtitiam quando alium latronem charitati
ue corripuit, ſe p penitentiã fideliter pec-
catorem recognouit, & Chriſti innocen-
tiam prædicauit. Habuit ſanctificationem
dum per fidem & dilectionem orauit di-
cens. Memento mei domine, habuit & re-
demptionis participium. Hodie mecum
eris &c. Ante hãc horam Abraham & La-
zarus erant in inferno. hodie Lazarus in
paradiſo, & multa corpora ſanctorum ſur
rexerunt, & venerunt in Hieruſalem ſan-
ctã ciuitatẽ cęleſtẽ, qđ fuit ſignũ ꝙ aper-
ta eſt tũc ianua paradiſi. Cũ ambo la-
trones



trones eſſent in ſtatera crucis, & bonũ qđ
vna lance ſtaterę pendebat eſſet infinitum
& infinite excedebat eorum maliciã, cur
ſicut vnũ ſuo pondere, ſic aliũ nõ traxit?
Reſponſio. Primo ſm̃ Augu. quare hunc
trahit & illũ non trahit noli querere niſi
uelis errare. Hoc enim ſolius eſt volunta
tis diuinę, de qua p̃s. Quia hũc humiliat
& hũc exaltat, quia calix in manu dñi. i.
in volũtate eius cui vult porrigit illũ. Et
ideo quærẽtibus curioſe, quare dat Deus
auxiliũ ſpeciale huic & nõ illi reſponden-
dum eſt. Nõ ſum ego ad cõſiliũ Dei voca
tus, & ſi ĩ cõſilio eius hæc audiſſem, forte
ſcirem cauſas huius difficultatis reſerare
modo apoſtolus qui fuit vſq; ad tertium
celũ eleuatus, & qui vidit archana Dei cũ
ad hanc difficultatem accedit diffiniẽdã
ait. O altitudo diuitiarũ ſapientiæ & ſcien
tię Dei q̃ incõprehenſibilia ſunt iudicia
eius. Hæc enim reſeruauit Deus ſecreto
ſuo diſcutienda. Si autem me exponerem
ad reuelãdum cogitationes hoĩum fatuus
reputarer. quanto magis ad reuelandum
ea quæ cogitauit Deus? Dicitur ſecũdo ꝙ
ſicut regnum caldeorũ periit, quia inuen-
tum eſt in ſtatera minus habẽs, ſic regnũ
Chriſti incepit, quia inuentum eſt in ſtate
ra maius habẽs. Tanti. n. põderis erat hæc
humanitas ut toto orbi ꝑponderãs, latrõ-
nẽ & militem centurionẽ (qui cõiter ma
li ſunt) põdere ſuo exaltaret. Tunc autẽ
litteratorũ neminẽ legimus exaltatũ, ſed
poſt mortẽ nichodemus qui erat magi-
ſter in Iſrael exaltatus fuerit. Nullum in-
uenitur cor durius cordibus latronum &
nobiliũ, & tamen latro miles & decurio
cito hac lance ſtaterę exaltati ſunt. Ter-
tio dicitur ꝙ licet malus latro eſſet in tra
ſtateram crucis, non tamen intra meritũ
crucis ſicut baſtardus eſt ĩ domo patrisfa
milias, & tamen in eius domo nihil habet
& multi cum militibus militant qui mili-
tum ſtipendiis carent. Quarto dicitur ꝙ li
cet malus latro ſederet in ſtatera crucis
dyaboli, non tamen ſtatera crucis Chri-
ſti. & ideo ſicut Chriſtus ſuæ bonitatis &
meriti pondere traxit bonum latronem,
& ſanctos qui erant in limbo, ita & dia-
bolus in ſtatera ſuę crucis, ſuę malicię &
demeriti pondere traxit latronem illum
& quotquot ĩ iferno ſunt traxit. Sed qd
eſt domine ꝙ tecum ducis latronem? Nõ-

*O Prædeſtinatio. Quid reſpondendũ eſt interrogantibus, cur eſt de prædeſtinatis & reprobis.*

ſcriptum eſt, non habitabit iuxta te mali
gnus. Hic autem vſque ad vltimum vitæ
male egit, quare ei tam cito tribuis para-
diſum? in honeſta domo non libenter fu-
res & coquini recipiantur, cur ergo in pa
radiſo domo Dei fur recipitur? Quomo-
do domine feciſti ingreſſum in regno tuo
cum tam vili perſona? cur matrem tuam
& diſcipulos tuos non tecum duxiſti? Si
amico tuo Ioanni Baptiſtæ ianuam cęli
non aparuiſti qui iam ad oſtium muſaue-
rat per annum, cur hunc latronem tam ci
to in eam introducis? Muſauerunt ſancti
Patriarchæ (qui laborauerũt multo tẽ-
pore in uinea tua) per multa annorum mi
lia ad oſtium, & non eis aperuiſti, nunc au
tem latro iſte ad ianuam percutit & tã ci-
to aperis. O anima deuota neſcis quia
procuratori vineæ mandatũ eſt ut opera-
riis denarium debitũ ſoluat, incipiens à no
uiſſimis vſque ad primos? Quid ergo mira
ris ſi ab hoc nouiſſimo cepi iuxta patris
mandatum ſoluere promiſſum denarium
Si clauẽ paradiſi habuiſſem ĩ manu mea,
illico Ioanni amico meo aperuiſſem, nũc
autem eſt clauis in manibus meis, & quę-
rit ingreſſum, cur ei ſicut & cæteris non
aperiã? Forſitan dicis, quia multa mala fe
cit, & ego miſæ pontẽ cõſtitui crucẽ, ĩ quo
iſte pertranſiit ad aliud ſeculũ, ibi indul-
gentias conſtitui. Præterea nõ vides quia
commenſalis meus eſt eodẽ cibo & potu
mecũ vtẽs? q d mirũ ſi pro cõmenſali meo
ſimbolũ ſoluo, qui ambo ſaturamur pęnis
& opprobrijs? Quid mirũ ſi in hac menſa
his potibus ebrium trãſire faciã de ea ad
dormitorium quietis æternæ? Ille pro me
aduerſũs inimicos meos ſolus allegat, &
ecce mercedẽ eius & ſalariũ apud me tar
dare iuſtũ reputabis? Quicquid habet libe
rum, os & linguam & cor mihi largit̃ in
ſua paupertate, & pro me militat, & ſtipẽ-
dium pro me militantiũ ſuo quærenti po
tero denegare? Si primo latroni ſcilicet
primo homini poſt furtũ dixi, terra es, &
in terrã ibis. cur ſecundo latroni non di-
cam, terra es, & in cęlum ibis? Non ſum ſi
cut mundani qui paruos amicos in ꝓſpe-
ritate dedignantur. Quærit enim peregri
nus iſte hoſpitiũ, ierat via longinqua laſ-
ſus redierat, cur tardabo ipſum recipere,
nõ ſub porticu, non ſub ſtabulo ſed in pa
radiſo, non cras, aut poſt cras ſed hodie.

*P Latro bonus. Artificioſa mutatio cõtẽplatio ḋ hoc ꝙ dñs aſſumpſit latronẽ in paradiſum.*

Forte dicis hunc latronem eſſe regni
diſſipatorem non hæredem, & non vides
filium prodigum reuertẽtem ad patrem?
An non ego pater qui dignanter & cito o-
ſculum, anulum, & ſtolam optimam diſtri
buo? Rex ſum ego qui decem milia talen
ta facile debitori dimitto. Si rex ſedens in
ſolio regni intuitu ſuo diſſipat omne ma
lum, cur ſedens in tribunali crucis vnde
aereas iudico poteſtates, non iudicabo ꝓ
meo pugile corde & lingua aduerſus eas
pugnante, æterna hæreditate eum donan-
do. Sed dicis impius eſt, malignus eſt,
& non audis prophetam dicentem, ver-
te impios & non erunt. Habitabit enim
(inquis Eſaias) lupus cum agno, & par-
dus & hedus pariter accubabunt. Lupus
latro vacans rapacitati, pardus vacans cal
liditati. Nunc autem fiet ſocius agni &
hedi, id eſt innocentiæ & iuſtitiæ meæ,
& ſicut dicit Neæmias, non erat mecum
iumentum niſi animal cui inſidiabam id
eſt crux, & ſuper hoc iumentum & ipſe in
ſidebat. cur ergo non veniat mecum vt ſe-
curus requieſcat in Hieruſalem? Hic eſt
qui permanſit mecum in tentationibus
meis, quare non diſponam ei ſicut diſpo-
ſuit mihi pater. vt edat & bibat ſuper mẽ-
ſam meam in regno patris mei? Latronẽ
ſe excuſantem & Deum accuſantem, iu-
ſte de paradiſo expuli, cur latronem ſe ac
cuſantem & Deum excuſantem non intro
ducam in regnum, cum miſericordia mea
ſuperexaltet iudicium? Si iure belli hunc
latronem captiuum duxerim, cur non in
die triumphi eum perducam ad gloriam
& honorem mei, cui facile eſt ſubdito ho
neſtare pauperem? Nec mirum eſt ſi quan
do primus latro exuit paradiſum, induit
pellicium. ſic quando iſte latro exuit pel-
licium, induit paradiſum. Certe domine
Ieſu emiſſiones tuæ paradiſus, & immiſ-
ſiones in latronem ut te diligat. & ex te
ipſo velut arbore emittis fructum paradi
ſi quem donaſti latroni.

Vnde triplici cruce cruciabatur iſte bo
nus latro. Primo cruciatu peccatorum ſuo
rum. Hinc & fremens dicebat ſocio ſuo.
Neque tu times Deum qui in eadem dam
natione es? Timebat enim de damnatio-
ne ſua. Quantus iſte timor in morte his
qui male vixerunt, quàm bonum eſt ſtatu
to tempore talem crucem effugere. Secun
do cruciabatur dolore corporis ſua cru-
ce materiali, quam tamen patientia gere-
bat. Ait enim. Nos quidem digna factis re
cipimus. Tertio cruciabatur cruce cõpaſ-
ſionis. Torquebatur enim iniuria & cõtu-
meliis domini ſui, libenterque vel portaſ
ſet in humeris ſuis vel vindicaſſet, & hoc
faciebat ſanctus zelus qui in eo latebat.
Et hoc erat in eo martirium interius. Vn-
de aiebat. Hic autem nihil mali geſſit. hic
erat Aaron offerens tunc ſacrificium inter
viuentem & mortuum. Tertium in cru
ce prolatum ad gramatices artem pertine
re videtur cum dicit. Ecce filius tuus, ec-
ce mater tua. Ibi enim conſtituit magnam
matrem eccleſiæ ad quam in neceſſitati-
tibus accederemus, & qui non habebat
vbi caput reclinaret, iam cepit declinare.
Primo in nominatiuo cum de nomine ma
terno (quod excellentius erat) ad nomẽ
mulieris quod fragillitatem ſignificat, de-
clinauit. Deinde in genitiuo, cum genera
tionem pro generatione dedit dicens, ec
ce filius tuus. Deinde in datiuo, cum no-
uum filium donauit dicens, ecce mater
tua. Stabat itaque iuxta crucem do-
mini Ieſu Maria mater eius ſicut mater
iuxta lectum infirmantis filij. Alloque-
batur eum mater interius, & ipſe taci-
te in corde matris loquebatur. Diſcant
ergo parentes non aſtare lecto morientis
ut aliquid commoditatis temporalis ab
eo accipiãt, ſed vt eũ de ſua ſalute admo
neant, et pro eo orent. Item ſtabat iuxta
crucem tanquam iuxta menſam, in qua bi
bebat filius ſubſannationes quaſi aquam.
Stabat Rachel iuxta terebintum parturiẽs
cum dolore filium, quem gaudens & le-
tabuenda concepit.

Stabat Anna iuxta oſtium paradiſi tre-
mulenta dolore & triſticia, loquens in a-
maritudine cordis & flens largiter, quas
amaritudinis incitabat iudæorũ crudeli-
tas, carnis in filio puritas, reatus immuni-
tas, paſſionis immanitas, patientis humi-
litas, & materni affectus pietas. Tũc enim
poſitus erat thronus matri regis iuxta re
gium thronum Ambroſios ſuper Lucam.
Spectabat Maria mundi ſalutem, quia co-
gnouerat per filij mortem mundi redem-
ptionem futuram. Putabat illa regalis au
la ſe ſua morte publico munere aliqd ad-
iuturam. Sed ipſe Xps qui factus eſt ſicut
homo



homo ſine adiutorio inter mortuos liber.
ſuſcepit quidem matris affectum, ſed nõ
quæſiuit ad omnium redemptionem ho-
minis auxilium. Et ſoror matris eius
Maria cleophe. Diſperſis apoſtolis mulie-
res ei adheſerunt. Criſo. imbecillius ge-
nus virilius apparuit. Iob. decimononno.
Pelli meæ conſumptis carnibus adheſit
os meum Os Chriſti humanitas, caro apo
ſtoli, pellis mulieres. Et ſicut Chriſtus nõ
eſt mortuus in cruce, niſi præſentibus Ma-
ria Ioanne, & ſanctis mulieribus. ſic nec
nos aut vix ſecuri mori poſſumus, niſi prę
ſentibus ſanctis perſonis & adiuuantibus
& maxime Maria inuocata quam maxi-
me diabolus timet, quia terribilis eſt ut
caſtrorum acies ordinata. Exod. decimo-
quinto. Nõ aſcendit populus Iſrael. id eſt
vir iuſtus de mari. id eſt de mundo, niſi
præſente Maria cum tympanis id eſt cum
amaritudine contritionis & mortificatio
ne carnis. Cum videſſet ergo Ieſus ma
trem & diſcipulum ſtantem quem dilige
bat. Dum volat aquila ad prædam non
eam ſequuntur aues, ſed bene capta præ-
da, quia aquila conſueuit eis diuidere. Sic
dum Chriſtus volauit ad prædam paradi
ſi capiendam, nemo præter Mariam &
Ioannem ſecutus eſt eum, ſed poſtquàm
capta eſt præda, multi bene vellẽt volare
ad eam capiendum.. ſed non iuxta neque
prope crucem. Si Maria ſtabat iuxta
crucem flens largiter ut poſſet dicere il-
lud. Pſal. Factum eſt cor meum tanquam
cera liqueſcẽns in medio uentris mei, quo
modo cum propheta dicis o bone Ieſu.
Conſiderabam ad dexteram & uidebam,
& non erat qui cognoſceret me? Nonne &
ipſa mater tua ſicut & Petrus qui dixit nõ
noui eum, te non cognoſcebat & an à te
per fidem eſſet auerſa? Sed certe non tunc
ad dexteram erat Maria ſed ad ſiniſtram
aduerſitatis, Iudæi tunc ad dexteram pro
ſperitatis erant, & in potioribus tempora
lium bonis. Maria autem a ſiniſtris in ad-
uerſitate maxima. Tunc vero ab his qui
in proſperitate erant omnino derelictus
erat. Dixit matri ſuæ. Mulier ecce filius
tuus. zelus domini exercituũ faciet hæc.
Quis zelotipus factus alicuius puellę a-
more, ita communiter infatuatur quòd
patrem & matrem relinquit & paruipen-
dit hæreditatem? ſicut dicitur Cantic.
octauo. Si dederit ho mo omnem ſubſtan
tiam ſuam pro dilectione quaſi nihil de-
ſpiciet eam. Sic dominus animarum zelo-
tipus quaſi infatuatus patrem in cęlo de-
reliquit. matrem lachrymantem pro nihi
lo habens Ioanni dimiſit. cęlum & terram
quæ ſunt eius propriè poſſeſſiones & pro-
priam carnem in articulo mortis paruipẽ
dit: vt humanum genus liberans, ipſum ar
ctius in ſui amore conſtringeret. Maledi-
cta ſponſa quæ talem ſpõſum non diligit.
In quo notatur quòd qui moriuntur mun
do affixi cruci diſciplinę clauſtralis non
agnoſcunt parentes carnales, nec ſic tunc
vocant matrem. patrem vero ſpiritualem
cognoſcere licet, ſicut Chriſtus dicit pa-
ter in manus, ſed matrem nunquam mater
no nomine vocauit. Vnde Chriſtus in cru
ce quaſi profeſſionem fecit dicens. Pater
in manus tuas & cęt. & quodammodo ma
trem reliquit Ioanni. id eſt gratiæ Dei,
quia gratiæ Dei ſunt à clauſtralibus con-
ſanguinei commendandi.

Secundo inſtruimur, vt quos innocen
tes ſeruare volumus, caſtis & innocenti
bus cuſtodiendos commedemus. Pſal. Cũ
ſancto ſanctus eris. Seneca. Socrati, cicero
ni, & lelio excuteret honeſtatem diſſimi
lis multitudo.

Sed quæritur. nonne Ioãnes erat filius
Mariæ Zebedei? quomodo ergo filius Ma
riæ uirginis niſi duas matres haberet? Re
ſpõdetur cum dominus naturam inſtituit
matrem naturæ procreauit. ſed cum ſum
mum opus gratię voluit conſummare, ma
trem gratiæ ordinauit. de qua canit eccle
ſia. Maria mater gratiæ. & ſic matri natu
ræ matrem gratiæ addidit. & qui non de
ſinebat eſſe filius naturalis matris ſuę na
naturalis, incepit eſſe filius gratiæ virginis
matris. Vnde & homo dicitur homo ꝑ na
turã, chriſtianus per gratiam. Sed prima
mater corrupta eſt. ſecunda incorrupta. q̃
de corruptis hominibus etiã per naturam
uel peccatum, per gratiam incorruptos
generat in Chriſto.

Sed iterum quęritur quare aliis mulie
ribus nihil dixit, cum tñ erant præſentes?
Reſpondet Criſoſto. quia docet nos plus
aliquid prębere matribus. Sicut enim ad
uerſantes genitores circa ſpñalia neq; noſ
ſe oportet, ita qñ nihil impediunt omnia
decet eis præbere ante alios, quia ge-

 nue-

muerunt, & quia decem milia pro nobis ſuſtinuerunt verſuta id eſt mala. Vnde & in illa cathedra crucis didicit Paulus ea quæ Timotheum docuit. Si quis ſuorum & maxime domeſticorum curam nõ habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior. Deinde dixit diſcipulo. ecce mater tua. Matrem Ioanni commẽdauit, vt inſinuaret quòd non niſi puris, caſtis, & uigilibus & amatoribus Chriſti tradenda ſunt in cuſtodiam Archana Dei myſteria. & maxime eccleſia quam tunc redimebat Ideo hij qui eccleſias ſuas aliqua occaſione coguntur dimittere, quantum in ſe eſt eccleſijs quas relinquunt prouideant de bono paſtore. Erat enim Ioannes virgo mente & corpore multum à domino dilectus, & tunc vigil aſpiciens in faciem Chriſti, ſed nihil patiens, cum eo tamen libenter paſſa fuiſſet Maria, ſed hoc ſolius ſacerdotis erat officium cum ſanguine intrare in ſancta ſanctorum. Aliqualiter tamen operabatur, quia filius maternum affectum reſpiciebat, parer filij crucem, & filius patri maternum affectum offerebat. Suſtinebat enim tunc illa iniuriarum procellas & opprobriorum grandines. & cum hoc ſuſcipiebat meatus aquarum, quæ fluebant impetu de libano domini Ieſu. Et accepit eam diſcipulus in ſuam uel in ſua. Sed quærit Auguſtin. ſuper Ioannem. ſermo. 119. in quæ ſua cum reliquiſſet omnia nec aliquid proprium habere poterat? Reſpondit Augu. Suſcepit vtique matrem domini Iohannes in ſua. non prædia quæ nulla poſſidebat, ſed in ſua officia quæ propria diſpenſatione exequenda curabat. Verum & ſi non habebat propria, tamen in illa ſocietate centuplũ acceperat vbi erant omnia communia. nihil habens & omnia poſſidens. Vnde nõ ſolum Ioannes, ſed & omnes virgines in Ioanne ſunt filij virginis, non generatione carnis, ſed imitatione integritatis. Sicut enim dicimur filii Abrahæ per fidem, ſic Mariæ per integritatẽ ſeu virginitatẽ.

R. *Ecce filius tuus &cæ. Cõtẽplatio deuota ſup ijs uerbis. ecce filius tuus. ecce mr̃ tua.*

Sed quibus indiciis domine Ieſu, quibuſue ſignis matrem demonſtras & diſcipulum cum dicis. ecce filius tuus, ecce mater tua. Non pedibus, non manibus eos conſignare potes, quia clauis cõfixæ ſunt. non capitis commotione, non conniuentibus oculis, cum inter comprimentes turbas quæ illic cõuenerant ad ſpectaculum nec conniuens oculus, nec agitatum caput matrem diſtinguere poſſet aut diſcipulum. Taces nomen matris, taces nomẽ diſcipuri, & mulieris vocabulo eam appellas. An ſola illa mulieris nomine tunc digna, aut magis ipſa ſola mulior tibi patienti compaciens aſtiterit? Sed huic profecto obuiat euangeliſta. Erant (inquit) mulieres multæ quæ eem ſecutæ fuerãt a Galilea miniſtrantes. Quod ergo ſignum bone Ieſu facis vt inter tot populos diſcernendo demonſtres matrem, demonſtres & diſcipulum. dicas ecce mater tua. dicas ecce filius tuus. An non Maria Iacobi præſens erat, cuius & Ioannes filius erat? An non mulier ipſa ut conſimiliter ei credatur dictum, ecce filius tuus? Sed & vtrum de te vero filio loquereris quaſi incitando ad compaſſionem dicens, ecce filius tuus. Quis ſcit ſi de teipſo, quod ſignum oſtendit? dic nobis palam. Præterea ſcimus quia meliores plus diligis, & magis te diligentibus melius prouides. Vt quid ergo matri de diſcipulo & diſcipulo de matre prouides? Nonne melior eſt mater & ardentius diligens quàm diſcipulus? Vt quid ergo diſcipulo melius aſſiguas quam matri? Non eſt certe æqua vtriuſque conditio, nec ſicut meritum ita & donum. Præterea. Quam commutationem dabit homo pro anima tua quæ eſt totius mundi vita? & tamen tuam ipſius animam in animam ſerui commutas, pro filio dei ſupponis ei filium Zebedei. pro magiſtro diſcipulum, pro vero Deo hominem purum. Non eſt quippe hæc mutatio dextere excelſi ſed magis ſiniſtre, in qua æternum in temporale commutatum eſt. immo uerius iuxta ciuiles leges nulla videtur eſſe commutatio, quandoquidem vltra iuſti precii dimidium mater tua falli videatur. Præterea quis filiorum matrem in anguſtia poſitam non iuxta vires conſolaretur, & tu domine omnium filiorum optimus matri. matrem tuam vulneratam charitate, vt vulneratam dolore non dubitas iterum gladio oris tui uſque ad intima cordis tranſuerberare. Verus enim ſanguis ad lęſam partem ſubleuandam & conſolandam confluit, & ecce tu verus ſanguis, vera proles, oris tui gladio vere ipſius matris tuæ ite-

rato



rato tranſuerberas cor. Præterea. vt quid matrem diſcipulo conſignas, qui iam patrem & matrem abnegauit te ſecutus. & ad breue de illis futurus quibus omnia erant communia. Quomodo eam in ſuam aut in ſua accepit, qui iam nihil ſuum eſſe profeſſus eſt. Vt quid eum occupas in cuſtodienda matre, quem paulo poſt miſſurus es vniuerſum orbem euangelizando circuire? Tu ergo domine qui omnia in ſapientia feciſti. indica nobis Archana ſapiẽtiæ tuæ & mirabilia opera tua hęc, & anima mea cognoſcet nimis.

Quæris o anima ſancta. quæris quod ſignum facio vt inter comprimentes turbas matri filium & matrem filio demonſtrem. Si me noſti paſtorem, paſcentem & accubantem in meridie in lectula crucis, non ignorare poteris abſque alio ſignaculo oues uocem paſtoris intelligere. ego paſtor, & mater mea ſola tunc ouis quæ me greſſibus, & fide ſecuta eſt. Vt quid ergo inſinuantem paſtorem nõ comprehendet ouis. Ego iterum agnus, qui portatur ad victimam, illa mater agni. quis autem ille tam ignorans quem natura non doceat, ſolo balatu matrem agni agnum diſcernere. Tunc autem dilecta mea loquebatur mihi & ego illi. Illa ſolo corde palpitabat, ego corde & uoce ei reſpondebam Illa gemitibus cordis ſui cor meum vulnerabat. ego ſimiliter doloribus meis quaſi gladio cor ipſius tranſuerberabam. Illa ſolatio filij & tanti filij ſe ſentiens deſtitutam, ad cordis mei aures reſonabat. & ego qui verba cordis patenter audio de filio ei prouidebam. Is enim amantium mos eſt, ut ſignis latentibus ſuos & dolores & amores loquantur & tegant. Quid ergo demonſtratiuum ſignum quæris, vbi non digitus foris, ſed gladius penetrans intus oſtendit? Vbi non conniuens oculus ſed verbum mentis inſinuat, vbi & paſtorem & agnum nullo intercedente ouis intelligit? Sed quæſo audi apoſtolum meum dicentem ſigna data eſſe infidelibus, vt ea foris operarentur ad me cognoſcendum qui tunc intus lumen non habebaut ut me exterius agnoſcerent. Vt quid fideliſſime matri meæ opus eſt ſigno. Si in viſceribus terræ mineras auri & argenti ſol operatur, nullum extrinſecus inde ſignum relinquens, nunquid non operari poteris verus ſol iuſtitiæ abſque patenti ſigno in intimis matris ſuæ. Dicis ulterius me plus diligentes non feruertius diligere, alioquin melius matri meæ prouidiſſem quàm diſcipulo. Et certe ardentius me diligentes diligo ardentius, & matri prædilectæ melius prouidi quàm diſcipulo. Putas in Iohanne ſibi ſolum Ioannem contuli filium quam tunc altiſſimo patris conſilio ſtatuebam omnium electorum, omnium bonorum matrem. Tunc enim de matre naturæ faciebam matrem gratiæ. & de matre naturali fili Dei matrem omnium adoptiuorum filiorum Dei, vt quæ ſemel intacta genuit Deum, uſque in finem ſeculi gigneret filios adoptionis Dei, & quæ ſine dolore me peperit primogenitum in multis fratribus, vna cum patre meo fieret conſequentis diuine generationis particeps, vt ſit Ioannes ipſe initium aliquod genituræ eius. ut quemadmodum Euæ multiplicaui erunnas multiplicando partus. ſic è diuerſo quos cum immẽſis doloribss in cruce parturiui filios, parturiat una mecum prælecta mater lętabunda & laudans, donec formetur Chriſtus in eis. & ad eam tanquàm ad matrem recurrant omnes electi. & tanquam matrem, matrem miſericordię uenerentur & beatificent omnes generationes. Sed nonne pluris æſtimas matrem gratiæ quã naturæ quanto gratia naturam excellit, & diuine participem fore prolis quàm humane. Sic igitur uides quòd & matrem plus diligebam & ei prouibam nobilius. Sed quæris ulterius quam commutationem dabit homo pro anima mea quæ totius mundi æſtimatur vita. Sed ne credas o anima ſancta quicquàm in hac re, aut commutatum aut alienatum eſſe. Sic enim matri meæ Iohannem dedi filium, vt ab ea minime ſubtraherem meipſum, cuius infixus cordi ab ea nequibam auelli. Sic dedi eam eſſe membrorum meorum genitricem, vt non deſineret capitis eſſe mater. Ideo enim ei Ioannem dedi filium, vt quod dedit mihi pater opus conſumaretur. Sum enim (apoſtolo meo teſte) omnium caput electorum, ipſi uero membra. Si ergo mea mater me caput per naturam edidit in lucem, quomodo opus conſummatum eſſet ſi non ſimiliter

ipſa membra parturierit per gratiam? Vt ergo patri meo dicam, opus conſummaui quod dediſti mihi ut faciam, in Ioanne id feci ut formam gereret totius corporis mei myſtici. Ad querimoniam uerò quam ſuper deſolatione matris exagitas, quia uerus ſanguis ad læſam partem confugit. Fateor lacerata erat in corde mater mea, quia filij conſolatione deſtitutã cernebat, & ego tunc quaſi uerus ſanguis ad illam confugiens cordis particulam ſemina diuinæ generationis ſeminabam, ut ſicut me carnalem genuerat in uentre, ſic mater ſpiritualis facta poſtmodum plures filios gigneret in corde, ut quemadmodum Eua miſeram carnis generationem ediderat mundo, ſic illa cœleſtem virgo proferret mater infantiam. Et quæ de vnici filij morte triſtabatur, de multitudine gignendorum filiorum conſolaretur, quæ tunc in Ioanne mihi dilecto ſpiritualem partum emittebat. Sed & ulterius ſcire deſideras quomodo diſcipulo aſſignaui matrem, qui patrem qui matrem abdicauerat. Sed ſcire debes ꝙ ſi patrem carnis & matrem, non tamen ſpirituales abnegat, nec ab eadem diſcedere oportebat in Hieruſalem & confinibus eius prædicaturum, qui uerbi Dei ſemine eam fœcundabat. Propter quod ad eius conſolationem non immeritò ei de cruce clamaui. Mulier ecce filius tuus.

*S*
*Derelinquere. Quõ deus derelinquit ſuos electos.*

Quartum uerbum domini Ieſu, verbũ eſt quaſi ad geometriam pertinens. Hely (inquit) hely lamazabathani. Hoc eſt Deus meus, ut quid me dereliquiſti &cę. Vnde ſecundum Ariſtotelem lib. prædicamentorum. Circulus in geometria quadrabilis eſt, ſed nondum huius inuenta eſt ſcientia. Chriſtus autem cum ſit Deus ſecundum philoſophos eſt ſphera ſeu circulus cuius centrum eſt ubique, ſed circũferentia nuſquam. Quem circulum (qui ſine principio eſt & ſine fine) quadrauerunt iudæi in cruce quadratura crucis, ut iam circulus ille quadratus ſit. Propter quod filius ad patrem, vt quid dereliquiſti me, ut qui circulus eram eſſentialiter, nunc cõtingeret quadrari quadratura crucis. hely (inquit) hely lamazabathani.

Sed quomodo à deo potuit derelinqui à quo nunquam ſeparata eſt diuinitas? Reſponſio. Primo dicitur, ꝙ ſicut anima licet ſine corpore poſſit ſubſiſtere, non tamen èconuerſo, nec anima à corpore recedit niſi per malam corporis diſpoſitionẽ. ſic anima Dei capax ſine deo ſubſiſtere nõ poteſt, nunquam tamen Deus eam deſerit niſi ſit in cauſa ipſius animæ mala diſpoſitio, & ideo qui nullam malam diſpoſitionem habet, ſecurus ſit ꝙ Deus ab eo nunquam diſcedet. Pſalm. Non diſcedimus à te uiuificabis nos. Secundo dicitur quòd Deus à ſuis quandoque diſcedit, non quidem ſubtrahendo gratiam, ſed permittendo eos affligi. Hoc enim eſt diſcedere ſed non longe. Pſal. Domine ne elongaueris à me. Sicut enim qui auem nobilem domeſticare ſtudet, nunquam certum experimentum habet de domeſticatione ſufficienti quandiu ipſam ligatam manu tenet ſed ſolum quando ipſam de manu deponit. Sic Chriſtus dilectos ſuos probat, ſi ſufficienter domeſtici ſint, ut uerè dici eis poſſit. Iam non eſtis hoſpites & aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctorũ, & domeſtici Dei. Quandiu enim homo eſt in proſperis, geſtatũ & ſuper portatur manu Dei, & quaſi ligatur diuinis beneficiis adſtrictus. Sed quando permittitur cadere in aduerſa, tunc de manu Dei deponitur, & Deus ab eo recedit. Multi uerò tunc non reuertuntur, & eſt ſignum quòd non ſunt domeſtici dei. Iob. 19. Cum diſceſſiſſem ab eis detrahebant mihi. Qui uerò ſunt domeſtici, dominum ſuum quærunt inter aduerſa & ſibi gratias agunt, quibus ſufficit ut Deus ab eis non offendatur. Sic igitur ſanctos Deus non derelinquit gratiam ſubtrahẽdo, ſed bene eos affligi permittendo. Tertio dicitur quòd pro tempore derelictus eſt filius à patre apparenter in afflictione ſua, ſicut & apparenter dimittit ſanctos in tribulationibus. Sumus enim ſicut pueri, qui uolunt ſemper à nutrice portari, & non eſt eis bonum, quia nunquam diſcerent ambulare recte. Ideo nutrix ponit puerum iuxta ſe. vt quando ambulat & ſentit debilitatem, appodiet ſe ad nutricem, & ſic experitur fragilitatem ſuam, nec nutrix eum derelinquit ex toto. Sic uolumus ſemper portari à domino, & nunquam ab eo derelinqui, & ſic nunquam diſceremus ambulare uiam eius. Ideo nos aliquando aliquantulum derelinquit immittendo morbos, infirmita-





*T*
*Derelinquere.*
*De dupli ci derelictione dei.*

tes, & tentationes. vt in iſtis diſcamus ambulare ad ipſum, quia in iſtis homo magis ſe ipſum cognoſcit. Sed tamen tãquam nutrix cito occurrit faciens in tentatione prouentum. Vnde communiter dicitur, quòd duplex eſt Dei derelictio. vna odij, quando Deus uel non corrigit, uel ſi corrigit, corrigendo indurat. De qua Pſalm. Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum &cę. Alia eſt amoris, in qua homo ſi ad horam uideatur derelinqui, cum exponitur preſſuræ, hoc tamen ei contingit ad maiorem coronam. Pſalm. Deſpicis in opportunitatibus in tribulatione. Quarto dicitur, quòd licet Chriſtus ad horam derelictus ſit pati, deitas tamen nihil inde paſſa eſt. Vnde Leui. decimoſexto. Duorum hyrcorum unus dicebatur emiſſarius, quia emittebatur cũ peccatis populi in deſertum, alius immolabatur. Sic diuinitas in paſſione emiſſa eſt, quia eius anguſtias non ſenſit, & tamen populi peccata purgauit. Humana uero natura immolata eſt in ara crucis. Hic eſt Samaritanus, qui ſauciatum poſuit ſuper iumentum ſuum. Iob. decimonono. Adhæſit os meum carni meæ id eſt diuinitas corpori meo, quia ſicut oſſa ſuſtentamentum ſunt corporis, ſic diuinitas in Chriſti paſſione ſuſtentamentum fuit corporis eius. inde Leuiti. decimotertio. Leproſus mundandus duos uiuos paſſeres offerebat, quorum vnus immolabatur, & ſanguis ſtillabat in aquis, quibus leproſus aſperſus mundabatur, & alter emittebatur in agrum. quia humanitas Chriſti immolata eſt, cuius ſanguine rubricatæ ſunt aquæ baptiſmi quibus genus humanum à lepra peccati mũdatum eſt. reliqua eius natura ſcilicet diuina in paſſione libera dimiſſa fuit quia non ſenſit anguſtias paſſionis. Vnde tunica Ioſeph, id eſt caro Chriſti ſanguine paſſionis eius tincta fuit, ſed Ioſeph id eſt diuinitas illeſa permanſit. Pſalm. Sagittæ paruulorum factæ ſunt plagæ eorum, quia ſicut ſagittæ paruulorum nihil nocent, licet cum uirtute brachij emittantur, ſic opprobria, & contumeliæ quas Chriſto intulerunt iudæi, nihil ei nocuerunt, licet cum omni malicia in eum impegerint. Sed quomodo dicis domine te derelictum à patre? An non uerax pater qui dicit cum ipſo ſum ĩ tribulatione? An agere ualeat contra leges naturæ, qui pater eſt naturæ? quomodo ergo pio filio tribulato, & afflicto iuxta iura naturæ non occurrunt paterna uiſcera cum poſſint? An glorioſiſſimum opus & celeberrimum triumphum cunctis memorãdum ſæculis filius abſq; patre complebit, qui ſemper eſt in patre, ſemper cum patre, ſemper de patre. Scio anima ſancta patrẽ meum mecum eſſe in tribulatione, ſed ſupra omnem humanam virtutem ad patiẽdum me derelictum, ſed non ſine eius adiutorio. Vnde ſicut umbraculum in uinea dum elongatur ſol ab ea nudatum foliis & fructu, & omni ſuaui ſpecioſitate & quaſi mortuum derelinquitur. viuit nihilominus, & à ſole in ipſo influitur uita. ſic omnibus amicis, ſed & fructu tunc temporis paſſionis meæ nudatus uiſus ſum à patre filius elongari, quando non erat mihi ſpecies neque decor. Ad quem anima deuota. Doles domine te derelictum. doles certe non tua ſed mea vulnera. non tuam mortem, ſed noſtram infirmitatem. Pro me doles, qui pro te non habebas vnde doleres. Sed quid mirum, ſi pro omnibus doluit, qui pro vno fleuit? Quid mirum, ſi pro omnibus moriturus tedeat, qui Lazarum reſuſcitaturus lachrimatur? Sed (proh dolor) domine, tu uita pro me in ligno moreris, & ego morticinium in tui contemptum adhuc in deliciis uiuo. Tu doles, & ego gaudeo. tu ploras, & ego rideo. tu crucem portas, & ego onere peccatorum aggrauor. tu pro me uigilas, & ego in uoluptatibus dormio. tu nudaris ueſtimento tuo, & ego induor purpura & byſſo. tu pro me ieiunas, & ego ſplendide epulor. tu ſitis, ego ebrietate madeo. tu aceto potaris, & ego exquiſitum uinum intueor, cum flaueſcit in uitro. Tu blaſphemaris, & ego oleo peccatorum impinguor. Tu iudicium ſine miſericordia excipis, & ego te iudicem uenturum non timeo. Non eſt hæc æqua uia domini, non eſt hęc æqua retributio. Nunquid redditur tibi pro bono malum? ecce retribuo tibi mala pro bonis, ſterilitatem animæ meæ. Quid ergo retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Certe calicem ſalutaris accipiam, & tu mihi faſciculus.

*V*
*Derelinq. Cõtẽplatio circa hoc quòd dñs cõqritur ſe derelictũ à patre.*

lus myrræ,inter ubera mea commorabe-
ris. Quintum uerbum domini Ieſu aſtro
logiæ appropriari poteſt, quando ipſe do
minus in aſcendente, id eſt quando crucē
aſcendit, ſuper omnes aſtrologos ſpiritu
magno vidit vltima.non per cœlum, non
per planetas,ſed per diuinitatem, quę ſup
omne aſcendens eſt. Vidit enim quantum
bonum procederet ex paſſione ſua,quãtæ
iudæorum perditiones,quantę animarum
ſalutes.Vidit & numerum & quantitatem
electorum,menſus eſt, & inde ſua & oĩum
electorum merita,quod nunquam aſtrolo
gorum quiſquam fecit. Nil mirum igitur
ſi ex illo ardore amoris clamauit. Sitio.ſ.
ponere animam meam pro amicis & ele-
ctis meis. Solet autē obrepere ſitis mul
tiplici ex cauſa.Primo ex cibi repletione.
& ideo quia pater Abraham impleuerat
uentrem cibo uetito, clamat filius in cru-
ce.ſitio.Quicquid enim à Laban furto pe
rierat,à Iacob exigebat, qui ſuæ conſcius
innocentiæ damnum omne reddebat.ſic ĩ
multis domibus quas ditauit, & repleuit
dominus,ſitit ſalutē multis modis.& non
intelligunt ſitim eius, ſicut nec intellexe-
runt iudæi. Secundo ſolet ſitis ex euacua-
tione procedere.Eſa.2.Egeni & pauperes
quærunt aquas.lingua eorum ſiti exaruit.
Si ergo Chriſtus ab adoleſcentia pauper
fuit bonis temporalibus, & in iuuentute
pauperrimus amicis mundi, quia ab omni
bus euacuatus immo & à ſuis electis, quia
tunc ſolum latronē incorporauit.Nil mi-
rum ſi ex illa euacuatione dixit.ſitio.Hæc
dixit iudæis, & tamen non miſerti ſunt e-
ius.vnde dicet.Sitiui & non dediſtis mihi
bibere.Sed magis cum crudelitate ad eũ
acceſſerunt plangentes.Cum(inquit)cla-
marem dederunt in eſcam meam fel &c.
Quid enim aliud propinaſſent mente cor-
rupti niſi corruptionem.quid corde ama-
ri niſi amaritudinem. quid corde acer-
bi niſi aceti agredinem? Tertio acci-
dere ſolet ſitis ex infectione Nam dipſas
aſpidis genus (quod latinè ſitula dicitur)
cum momorderit ſitire facit & perire. Pri
mi parentes ſerpentis perſuaſione decepti
ueneno ſunt aſpidis toxicati. ideo famē &
ſitim poſtmodum in ſua poſteritate paſſi
ſunt,qui prius nullam inæqualitatis intē
periem agnouerunt. Si ergo ſerpens illa
laborare faciat mēbra quæ percuſſit, cur

X
*Sitis. Quinque modis generatur ſitis.*

non ſitiat caput & clamet.ſitio? Quarto
ſolet ſitis accidere ex labore. ſicut & ſom
nus irruit ex mœrore.Propter quod cum
dixiſſet apoſtolus.In labore & erũna,ſub-
iunxit.in fame & ſiti & nuditate. Et quia
illo die laborauerat dominus corde & cor
pore,non eſt mirum ſi clamet. ſitio.

Quinto accidere ſolet ſitis ex languore
Videmus enim idropicos affici ſiti.Hic lã
guor,amor eſt.Hinc dicitur. Nunciate di
lecto quia amore langueo. Clamat ergo
ſitio in cruce,vt infirmitas capitis ex amo
re ad membra infirmitatem declararet in
membris.ſed in membris culpabilis,in ca-
pite pœnalis. Solet enim ex ſale accidere
ſitis. Sal excitat auiditatem, & pulmentis
omnibus dat ſaporem.In quo amoris Xp̃i
incendium deſignatur, quo feruente cun-
cta difficilia faciliter tolerantur.Ideo ar-
dore amoris quo ſuos in finem dilexit, cla
mabat ſitio. Cum in principio ſuæ prę
dicationis eſuriret dominus, nec quicquã
legatur de ſiti,cur in fine non dixit eſurio
ſed ſitio? Reſponſio,ꝙ potus citius quàm
cibus incorporatur. & quia redemptionē
noſtram quam citius optabat terminari,
vt eidem per paſſionis myſterium incorpo
raremur celerius.non dixit eſurio ſed ſi-
tio.cuius ſitis ſignum fuit ꝙ noluit expe-
ctare compendium mortis poſt tot & tan-
ta vulnera ueloci pede uenientis, ſed pote
ſtatem habens ponendi animam clamans
alta uoce emiſit ſpiritum. Priuſquam per
naturam uel vulnerum uiolentiam diſſol
ueretur anima à corpore,ita ut præſes mi
raretur ſi iam obiiſſet.Sciebat enim quòd
medicina omnium eſſet in feſtinatione ne
bulæ.Eccle.42. id eſt ſalus omnium in fe-
ſtinatione ſuæ mortis. Eſt enim tardus ad
uindictam ſed uelox ad miſericordiam.ſi-
cut & de quodam dicit poeta Eſt piger ad
pœnas princeps,ad præmia uelox.De tar-
ditate uindictæ dicitur Gen.3. Quòd poſt
peccatum Adæ deambulauit in paradiſo
ad auram poſt meridiem,quia quaſi expe-
ctans pœnitentiam Adæ lentis greſſibus
incedebat, qui ueniebat triſtem mortali-
bus inferre ſententiam. quaſi dicens illud
Eſa.27.Indignatio non eſt mihi.Quis da-
bit me ſpinam & veprem. quaſi dicens ita
pungitiua & punitiua uix quæro Paratior
enim erat ſuſcipere pęnitentem quàm dã-
nare contumacem.Tren.2. Non enim hu-
miliauit

Y
*Sitis. Quare potius dixit dominus in cruce ſitio, quam eſurio.*



miliauit ex corde ſuo, nec abiecit filios
hominum. Sed cum uenit ad redimendũ
exultauit ut gigas ad currendam uiam, &
ad ſponſam accelerans ſaliuit in mõtibus
tranſiliens colles,id eſt maiores & mino-
res difficultates. Sic enim noſter Dauit ſa
litante archam quam in Hieruſalem de-
ducit.Hæc autem dominici beneficij acce
leratio arguit eos qui cum petũtur ſuffra
gari,tarde ad huius executionem auxilij
deambulant quærentes occaſionem non
dandi.Cõtra quos dicitur ꝙ dominus poſt
meridiem deambulabat ad aurã, ut quaſi
ſe refrigeraret antequam hominem de pa
radiſo eijceret,quia nõ in meridie.i.iræ
feruore,ſed poſt leui animo & pacato inſi
ſtendum eſt uindictæ. ſicut dixit quidam
ſapiens ſuo famulo qui eum offenderat.
Niſi iratus eſſem te optime uerberarem.
Sap.12.Fatuus ſtatim indicat iram ſuam,
qui autem diſſimulat callidus eſt. Glo.Eſt
enim natura irę ut prolata magis ferueat
occulta langueſcat. Contemplare ergo
anima mea ſitientem dominum, & inter-
roga eum quomodo ſitis domine qui de
torrente in uia bibis, & bibendo inebria-
ris? Dicis enim per prophetam inebriauit
me abſinthio.& tamen adhuc clamas. ſi-
tio.Nonne domine apud te eſt fons uitæ,
de quo qui biberit non ſitiet iterum? qũo
ergo non hauris quomodo ſitis? Quomo
do ſitit fons ortorum, puteus aquarum
uiuentium inter inundationes aquarũ tri-
bulationis & anguſtiæ? Quomodo ſitit
abyſſus æternæ dulcedinis inter abyſſos
amaritudinis? Sed certe dicent ſicut ſitit
uiator & peregrinus inter ardores, ſic &
tu domine Ieſu inter ardores electorum
ſitiebas. in electis tuis ardores uiciorum
tuo ſanguine extinguens, & ſupernos ar-
dores in eis accendens. Clamans quidem
domine plus de ſiti quàm de dolore cru
cis noſtram ſitiendo ſalutem. Et nil mirũ,
ſi poſt emiſſionem ſudoris ſanguinei, ſi
poſt labores & anguſtias, ſi poſtquam li-
gnum uitale propriis humeris baiulaſti
clamas ſitio.Sitimus & nos in hoc mundo
nec ſatiari poſſumus, ſatis eſt nobis, ſi de
tua ſitula fluat in nos miſericordię aqua.
Immiſiſti ſerpentes ignitos in populo, &
ſitierunt.inuocauerunt te & data eſt illis
aqua de petra. Nobiſcum bene agitur, ſi
uel ſaltem aceto tuo ſaturemur.Sufficit.n.

AA
*Sitis Xp̃i. Contemplatio circa ſitim Xp̃i*

diſcipulo bibere de magiſtri potu. Sed de
quo domine te ſatiabo dum ſitis.quid tibi
faciam domine? Vnde te ſaluare aut ſa-
tiare potero.de cellario, an de torculari.
Sed ſufficit animę tuę de torculari cordis
mei quo potum dabo tibi cum lachrimis
& ſine menſura.

Obtulerunt ergo ei ſpõgiam aceto ple-
nam.Amara uitis,amarum uinum facit &
propinat. Vnde Chriſto in cruce tria ſunt
oblata.mirrha,fel,& acetum.In quo nota
tur ꝙ noſter homo crucifixus peccato po-
tari debet mirrha abſtinentiæ,aceto triſti
tiæ,& felle iræ & indignationis cõtra pec
catum,& miſceri hic potus aqua lachrima
rum contritionis, ſicut & dominus tunc
lachrimabatur in cruce. p̃s. Potum meum
cum fletu miſcebam. Nil mirum, ſi tu qui
gaudes & uolutaris in delicijs multas ha-
bes potuum & uinorum uarietates, quan-
do dominus ad damnandum uoluptatum
illarum congeriem multiplici amaritudi-
ne potatus eſt. Vnde quidam domino offe
runt mirrham ad potum, quæ amariſſima
eſt,quando ſe ipſos in amaritudine animi
ad proximum Deo offerunt. Sunt enim ſi
cut arbores quæ ſemper ſtãt in vmbra pri
uatæ lumine ſolis iuſtitiæ, ideo nil mirũ,
ſi producunt fructus indigeſtos. Vnde pec
catum mortale ſiue uoluptas carnis eſt ue
nenum aſpidum inſanabile de natura ſua,
& niſi ex diuina gratia, contra quod ualet
acetum dominicæ paſſionis. Nam (ut vult
glo. ſuper illo paſſu) acetum multum ua-
let contra uenenum aſpidum. Memoria.n.
huius aceti & fellis multum valet ad repri
mendum uoluptates carnis. Iubet autem
angelus magni cõſilij cuilibet fideli illud
Thob 11. Tolle te cum de felle piſcis,erit
enim tibi neceſſarium. Fel piſcis amaritu
do eſt dominicæ paſſionis, quia ſicut ille
materiales oculos patris per fel illumina
uit,& diuina uirtute ab uxore dæmonem
compeſcuit, ita memoria dominicæ paſſio
nis oculos interioris hominis illuminat,
& uoluptatis dæmonium potenter expel
lit. Et cum guſtaſſet noluit bibere.vnde
Aug.ſuper illud. Dederunt in eſcam meã
fel. Malorum nequitia etiam guſtari põt,
bibi non poteſt. quia illam nequitiam cũ
patimur guſtamus. Sed quia in membris
Chriſti tales eſſe non poſſunt, guſtari poſ
ſunt, intus recipi non poſſunt. In hoc no-
tandum

BB
*Offerri. Tria sũt oblata Xp̃o in cruce.*

CC
*Guſtari. Guſtari dẽt tẽtatio diaboli, ſed nõ Chriſti.*

-randũ eſt ꝙ quãdo infirmus eſt in acceſſione febrili licet multum ſitiat, ſi ſapiens eſt & ſalutem corporis deſiderat bibere non debet. Sic cum febris materiã habeat vnuſquiſque ſcilicet fomitem, ſi offerat diabolus delectationes non conſentias, exemplo Chriſti qui dum ſitiret in cruce & offerent ei vinum cum felle, guſtauit ſed nõ bibit. Sic cum offert diabolus, guſta.i. cogita intra te ad quem finem te perducet iſta tentatio, & non dubium quòd ſi bene guſtaueris quomodo per peccatum deum offenderis, paradiſum perdis, infernum lucraris, iſtum calicem reſpueres.i. peccato non conſentires, maxime quia iſta mixtio eſt nimiũ periculoſa. de qua Sap. 14. Omnia (inquit) commixta ſunt ſanguis homicidium, furtum, fictio, corruptio, infidelitas, bonorum domini immemoratio, animarum inquinatio, natiuitatis immutatio, nuptiarum inconſtantia, inordinatio inechiæ & impudicitiæ. Ecce ex quibus herbis accipit diabolus venenum. Prima herba mortifera eſt ſanguis rapinæ, quę hodie viget in nobilibus, qui velut ſanguiſugę cum muſello rapinæ ſugunt ſanguinem ſubditorum, donec inflati ſanguine alieno ſubdito crepant, & ad inferna deſcendant. quia Eſa. 9. Omnis violenta p̃datio cũ tumultu erit in combuſtionẽ & non ſolum ſanguis ſed homicidium, qa ſicut ferarum indomitarum vna interficit aliam, maior minorem, fortior debiliorem, ſic iſti principes per tallias & exactiones infirmiores inuadunt. ſimiles caſtori. de quo ſolinus. li. 3. c. 25. quod cum hominem inuaſerit morſum dentium non relaxat quouſque crepent oſſa ſub dentibus eius. Sic non ceſſant à vexatione ſubditorum donec eos ad nihilum deducant. Et ideo ſequitur furtum. Dicit philoſophus. 6. de animalibus quod quando lupi multos habent filios ſunt deteriores. Sic curiales quanto plures habent filios ſunt rapaciores. Fictio eſt hypocriſis in religioſis ſimilibus cato in cinere, qui illic valde ſe humiliat, ſed ſi videat murem inſilit in eum & dimittit cinerem. Corruptio eſt violatio iuſticiæ. Sene. lib. de conſtantia principis. Multi curialium ſunt ſicut canis acris, qui obiecto cibo manſueſcit. Sic tales acres ſunt & aſperi, antequàm videant munera, quibus tamen viſis manſueſcunt. Vnde in memoriam huius aceti & fellis temperatius ſe debent habere fideles in illo die. vt aliquid ventri & conſuetudini ſubtrahant & delicata cibaria tũc omittant, & ſic de aliis viciis vbi prius enumeratis. Sextum verbum ad ariſmeticam videtur pertinere, quando dixit, conſumatum eſt, quia ex vna parte omnibus querelis humanæ naturæ computatis, & omnibus delictis ab origine mundi vſque ad finem pro quibus patiebatᷣ in ſumma breuiter recollectis, & ex altera comparatis laboribus, doloribus, anguſtiis, & effuſione ſui ſanguinis pro precio redemptionis humane, quod in breui ſumma obtulit Deo patri, & miſia miſiæ comparata in infinitum miſia quam fecit excedebat miſias, & obligationes generis humani, quam offerens deo patri dixit conſummatum eſt. Nullus enim vnquam ariſmeticus tam diligens in ratiocinio fuit quòd tales ac tam grandes ſummas ex ſua ſcientia ſicut iſte numerare & comparare potuerit. Dixit ergo conſummatum eſt. DD
Conſummatum quidem eſt teſtamentum nouũ morte Chriſti & aſperſione ſanguinis eius. Heb. 9. Teſtamentum in mortuis conſummatum eſt alioquin nõdum ualet dum viuit qui teſtatus eſt. Non enim dicitur liber perfectus donec illuminatus & rubricatas ſit. Heb. 9. Ipſum librum & populum aſperſit ſanguine dicẽs. Hic eſt ſanguis teſtamenti, quòd mandauit ad uos Deus. Tunc enim primum illumiuatus eſt liber ſcripturæ ſanguine Chriſti. Quem librum multi non ſequuntur, qui licet in morte deberent dicere Chriſto. Conſummatum eſt, tamen nec tũc dicere poſſunt. Inchoatum eſt, quia nec tunc forte vnum bonum diem incoauerunt, ideo conſumptum eſt eorum tempus, non conſummatum. Secundo conſummatum eſt eccleſiæ ædificium. Conſummata eſt enim area eccleſiæ in vno cubito id eſt in cruce quæ eſt menſura in qua menſuratus eſt immenſus. Menſurauit enim illam arcam in vno cubito.i. in vno amore & charitate in qua vult eam creſcere ſecundum menſuram plenitudinis Chriſti, & hæc eſt ĩ ſola Chriſti poteſtate ideo ſolus dixit. Conſummatum eſt. Quis enim veſtrum cogitans (inquit ſaluator. Mat. 6.) Poteſt adijcere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum. id eſt meritum

Conſummate. Quid ć ſumati eſt p mortẽ Xp̃i.

ritum



ritum vnum uel gradum gloriæ. Triginta enim tribus annis eccleſiam ſuam fide ſtabiliuit & fundauit, ne forte illum improperium audiret. Hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare. Tertio cõſummatum eſt quod pollicitum eſt in prophetis. Vnde ait Ioannes. vt conſummaretur ſcriptura dixit. cõſummatũ eſt. Licet enim ſibi difficilia ad complendum tamen omnia compleuit. Ex quo inuenti ſunt prophetæ fideles, & qui vix credebãtur. Hinc Abac. 3. Domine quis credidit auditui noſtro. ideo qui iſtam conſummationem non credebant, ab eo redarguti ſunt. O ſtulti (inqt) & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti ſunt prophetæ. Hæc conſummatio hodie facta eſt per Chriſtum. vt dicat. p̃s. Omnis conſummationis uidi finem. Ideo hodie crux & imagines diſcooperiuntur. Et ſi conſummauit quod locutum eſt in propheris quę ad ſalutem hominis & dulcedinem conſcientiæ ſpectant, periculum eſt ne conſumet ea quæ de ſecundo ſuo aduentu prædixit, vt quæ uidebantᷣ aliquid eſſe in hoc mundo puta ſuperbi & prælati nihil reputentur. p̃s. In ira conſummationis, & non erunt: & ſcient tunc quia Deus dominabitur Iacob, ſed tarde multum. Quarto conſummatum eſt peccatum maximum. Nulla maior nequitia, quàm Dei filium interimere. p̃s. Conſumetur nequitia peccatorum, & diriges iuſtum. Bernar. in ſermone. Grauiſſimum eſt quod commiſſum eſt in dominum maieſtatis, cum viri impij virum iuſtum occiderunt. Ad hoc expalluit, & expauit tota mundi machina, & pene in antiquum Chaos omnia ſunt reuoluta, & ſic illud peccatum fuit conſummatio omnis nequitiæ peccatorum. Et quàmuis illud peccatum fuerit maximum, tamen peccatum Chriſtianorum vr̃ eſſe maius. Primo, quia peccant contra illũ quẽ ſciunt eſſe Deũ. Scd̃o q̃a peccant cõtra Chriſtum qui nos redemit. & iõ nõ ſolum contra creatorem, ſed etiam contra redemptorem peccant. Propter quod dicit Auguſt. Videtur enim conſummata nequitia hominum, qui filium Dei crucifixerunt, ſed eorum maior eſt qui nolunt recte uiuere, & oderunt præcepta ueritatis pro quibus Deus crucifixus eſt. Vnde Iacob. 1. Peccatum conſummatum generat mortem. Hinc Gen. 15. dicitur ꝙ nondum completæ erant iniquitates Amorreorum. & Matt. 23. dicebat dominus. Implete menſuram patrum ueſtrorum. ideo dum illa menſura impleta eſt, generauit mortem domini, & tunc conſummatum eſt peccatum maximum, quod factum eſt à principio mundi, & ipſi finis impoſitus eſt quando dixit dñs in cruce. conſummatum eſt. Quinto conſummatũ eſt opus maximæ iuſtitiæ. Nam ſicut tunc conſummata eſt maxima nequitia non per terminum peccatorum ſed per exceſſum malorum operum, ita per Chriſtum conſummata eſt ſumma iuſtitia in opere redemptionis humanæ. Nam ſicut (Iacob. 1.) peccatum cum conſummatum fuerit generat mortem, ita mors Chriſti cum conſummata fuit, deſtruxit peccatum æternã generans vitam. Sed multi ſunt qui cũ conſummauerint incipiunt. Incipere enim uolunt vitam bonam cum debeant eam finire, & dicunt cum p̃s. Et dixi nunc cepi. Felix qui in fine dicere poterit. conſummatum eſt. Hoc eſt, facta eſt, & completa eſt ſumma & numerus dierum vitæ meæ exẽplo illorum, qui moriebãtur pleni dierũ. Sexto conſummatum eſt ſacrificium & tẽpus ſacrificiorum. Pingue enim holocauſtum igni applicatum cito incenditur, ſic Chriſtus igni paſſionis applicatus in flammam & amorem cito conuerſus eſt. Hoc autem ſacrificium neceſſario fuit Deo patri acceptum, tam ex parte offerentis, quã ex parte ſuſcipientis, quia filius offerebat vnum cum patre in natura & uoluntate, & pro quibus offerebatur filij eius ſunt, & erant fratres illius qui olocauſtum obtulit. ideo nulla potuit eſſe repulſæ occaſio, ubi tanta fuit connexio. p̃s. Olocauſta autem tua in conſpectu meo ſemper. Itẽ conſummatum eſt etiam tempus ſacrificiorum. Eſa. 10. Conſummatio abbreuiata mundabit iuſtitiam.i. euacuabit iuſtitiã ueteris legis quæ erat in ſacrificiis. Tunc enim conſummatum eſt tempus vmbrarũ, & legis, quando ceſſauerunt hoſtiæ multiplices. quia Heb. 10. Vna oblatione cõſummauit in æternum ſanctificatos. Quid enim opus erat tot hoſtiis & ſacrificiis, cũ vna ſemel oblata ſufficiat pro criminibus vniuerſis? Septimo conſummatum eſt dilectionis opus inſigne. Vnde ſcriptum eſt

Eccle.

Eccle. 38. Cor ſuum dabit in conſummationem operum. ut omnes accedant ad illud cor altum, & in cruce eleuatum, & fiant vnum cum ipſo, & ſic conſummetur arca in cubito, quod fiet ſi eundem dilexerimus vſque ad contemptum noſtri, qui nos prior dilexit vſque ad contemptũ ſui. Inde dicitur. 2. Mach. 1. Conſummato ſacrificio, & profuſis aqua lapidibus, cœpit ex eis flamma ſuccendi, & refulſit luminis claritas ab altari, quia cõſummato in cruce ſacrificio & aqua à latere exeunte perfuſis duris cordibus iudæorum & gentiũ, ignis amoris diuini adeo ſuccenſus eſt, vt claritas crucis ꝑ vniuerſum mũdũ reluceret. nihil enim eſt quod cor humanum ad deuotionem tam emolliat, ad dilectionẽ ſuccendat, ad cognitionem purificet ſicut dominicæ paſſionis memoria. Sapient. 6. Cognoſcere enim de illa ſenſus eſt conſummatus. Ideo Eſa. 10. Conſummationem & abbreuiationem fecit dominus in medio uniuerſę terrę, ubi abbreuiatus eſt ipſe, qui primus omnium factus eſt nouiſſimus, qui cum cœlum & terram impleat, non habet ubi reclinet caput, immo per eum abbreuiatus eſt ſermo euangelicus, qui pro omnibus præceptis ueteris legis mandatum vnum de dilectione exhibuit. Octauo conſummatum eſt opus, & tormentum paſſionis acerbiſſimæ, & perfectæ reconciliationis. Hæc eſt cogitatio pacis ab æterno in corde patris: facta nuper fuerat iſta pax in vtero matris, ſed cõſummata eſt in patibulo crucis. Sicut enĩ magnitudo aquarum currentium ad maris magnitudinem non accedit, ſic nec tribulationes & pœnæ noſtræ ad tormẽtum Chriſti Pſalm. In diluuio aquarum multarum ad eum non approximabunt. Vnde quis dolorem pedis non ſentit quando capiti quod acerbius dolet attendit. ideo ſicut dicit poeta. Dolor eſt medicina doloris, quia dolorem proprium quis reputabit pro paruo ſi Chriſti dolorem conſideret. Nonò completum eſt opus obediẽtiæ maximum. Opus (inquit) conſummaui, quod dediſti mihi ut faciam. Sicut enim crucifixus non pro ſuo libito mouet mẽbra ſua affixa huc & illuc ſe diuertendo, ſic proprias uoluntates, non prout delectat, uel animus dictat debet religioſus quærere, ſed prout obedientiæ lege conſtringitur applicare, & ſicut ille qui patibulo crucis affigitur, non iam præſentia contemplatur non ſollicitudine diuitiarũ temporalium ue cura diſtenditur, ſed illuc præmittit cordis ſui intuitum, quo ſe ſe non dubitat illico tranſiturum, ſic nos cruci religionis affixi ita conuer amus illuc oculos mentis quo ſperare debemus, nos ſingulis momentis migraturos, & uoluntarie perficientes promiſſam obedientiam memoriter teneamus illam uocem prophetæ. Sopho. 1. Conſummationem cũ feſtinatione faciet dominus cunctis habitantibus terram. Religioſus enim qui per totam uitam ſuam in obedientia vixit, poteſt dicere. Conſummatum eſt. Non. n. niſi qui in cruce eſt, illud dicere poteſt. Crux enim finis eſt laborum & miſeriæ. Poteſt enim dicere illud Eſa. 16. Finitus eſt puluis, conſummatus eſt miſer. Cruci enim ſuccedit gloria. ideo prope ciuitatẽ Hieruſalem, quæ eſt uiſio pacis, & figura Hieruſalem cœleſtis, locus eſt in quo crucifixus eſt Ieſus. Septimum uerbum ad muſicam pertinet, cum dixit. Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum, in quo clamans uoce magna altitudinem in cantu tenuit, ſancti patres in limbo cõtra tenorem, ſed & tenorem canendo gemens infernus ululabat. In hac uoce fracta eſt armonia corporis & animæ domini Ieſu, quam audiuit infernus, dum puella & adoleſcens ad eius clamorem modicum ab inferis redierunt, ſed & clamore grandi Lazarus ab inferis rediit, ut quem audiebat infernus audiret qui obſurduerat mũdus. Vnde ait. Pater in manus tuas commendo &cę. Dominus autem ſpiritum ſuum patri cõmendauit. Primò quia erat precium mũdi quod offerebat, quod ideo pater acceptauit, quia ſicut dicit. ꝑs. Non eſt inuentus in ſpiritu eius dolus. Iſido. 16. Ethimologiarum dicit, ꝙ in nũmiſmate tria requiruntur, metallum, figura, & pondus. Si ex his aliquod deficit, nũmiſma non erit. Nummus iſte quem Chriſtus pro nobis obtulit, habuit metallum puriſſimũ igne charitatis in camino uteri virginalis diligenter examinatum. habuit figuram debitam. Heb. 1. Qui cum ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius. De pondere non eſt hæſitandum, quia pondus in ſtatera crucis in profundũ inferni deſcen-

II Cõmẽdare ſpũm. Dñs ſpiritũ ſuũ patri cõmẽdauit pp duo.



deſcendit, & genus humanum valde grauiter exaltauit prouerb. 16. Spirituum ponderator eſt dominus. Vnde in ſtatera duo ſunt brachia, humanum genus quaſi ponens ſe in ſcutellam ligni uetiti, diabolo apponente ſarcinam peccatorum deſcendit in profundũ pœnæ & culpæ, immo & inferni. Alterum brachium aſcendit in altum expectans illud quod à profundo genus humanum erigeret. de quo clamabat illud ꝑs. De profundis clamaui &cę. Sed dñs poſuit ſe in ſcutellam ligni crucis, & ſic deſcendit in profundũ & exaltauit genus humanum. Hęc eſt ſapientia quæ attingit à fine uſque in finem fortiter. Ille ſolus plus ponderat oĩbus. Iõ merito fuit acceptãdus ille nũmus tanquã ſufficiens, ĩmo pluſquã ſufficiens. Secundo ut oſtenderet qd agendũ ſit in mortis diſcrimine. Tũc. n. pater potiſſimũ inuocandus eſt, & tunc potiſſimũ ei ſpũs cõmẽdandus, cum leones infernales ꝑparati ad eſcam circa nos rugiunt. Ipſe. n. ſolus nos eripere põt, & his uerbis vnigeniti ſui inuocandus eſt. Vocẽ. n. vnigeniti ſui non agnoſcere non põt, ſi eã ei pie deuotio fidei obtulerit.

Sed & ibi conſiderandũ, ꝙ ſcḋm aliquos Chriſtus in termino uitæ ſuæ prolixe orauit, ita ꝙ dixerit decem pſalmos. ideo in die paraſceues poſtq̃ recitauimus paſſioné dñi ꝑlixe multũ oramus, & modus ille orãdi inſolitus eſt. Habet. n. vſus ut in aliis diebus ante euãgeliũ orões dicant. hac aũt die fit tranſmutato ordine. Et cõiter ad cõpletoriũ dr̃ ille. ꝑs. In te dñe ſperaui, ſed truncatus in ſexto uerſu, qa dñs dicẽdo illũ uerſum emiſit ſpũm, & obdormiuit. & nos illi cõformando dormiamus in Chriſto, ut membra quieſcant, & cor uigilet, ſicut corpus Chriſti quieuit, & deitas uigilauit. Et clamans uoce magna primo ut infernum terreret. Sicut leo rugitu ſuo beſtias terret, & catulos ſuſcitat, ſic ultimo clamore Chriſti qñ emiſit ſpiritũ beſtiæ infernales territę ſunt, & ad rugitum eius totus infernus expauit, ſed & catulos leonis ſuſcitauit, Centurionem. ſ. & qui reuertebantur percutientes pectora ſua. ꝑs. Vox dñi confringentis cedros libani. i. ſpiritus malignos, qui aliqñ fuerũt cedri. i. angeli boni. Secundo clamauit, ut hoĩem reuocaret à perditione, & à peccato. A principio uocauit Deus hoĩem ut eum à peccato reuocaret, nec poſtea ceſſauit per ſeruos ſuos prophetas. In prædicatione clamauit, nunc uero clamãs emiſit ſpũm ut reuocaret humanũ genus. Multi tñ ad tot clamores nõ euigilãt, ſed more letargicorũ dormiendo moriuntur. Et rõ eſt, quia tales quibus clamat ſunt ſibi abſentes. Longe. n. eſt à pctõribus ſalus. Nec mirũ ſi longe ſint à Deo, & ab eo abſentes, quia etiam à ſe ipſis abſunt. Anima enĩ per deſideria mala à ſe ipſa recedit. ꝑs. Tu uero proieciſti ſermones meos retrorſum, quia Deũ clamantem non audiſti. Et ualde indecens eſt ꝙ non audiatur magna perſona cum loquitur. & hoc maxime contingit propter multitudinẽ carnalium cogitationum, quæ eſt turba interior & vulgus garrulum, quæ huic auditioni præſtat impedimentum. Et inclinato capite. Quare inclinato capite emiſit ſpiritum? Reſponſio. primo inclinauit caput ne pulninar haberet Pilati, qui interpretatur os malleatoris, id eſt adulatoris. Affixerat enim ibi Pilatus paruum lignũ ad caput, ut ibi poneret titulum, nec ſuper illud obdormiuit. In ſignum cuius capita eccleſiarum uel religionum iſta puluinaria adulatorum, qui nunc ſuper vnũ nunc ſuper alium percutiũt, fugere debẽt. Secundo ut ſe obediẽtem patri inſinuaret quaſi dicat inclino caput quia ꝑpter obedientiam morior. Et ita debemus ꝑ promptã obedientiã inclinato capite emittere ſpiritũ. i. propriam uolũtatem uel propriũ ſenſum. Tertio inclinato capite ad ſuos crucifixores. vt oſtendat eis paratã indulgentiã, & oſtendat ſe porrectas aures habere & inclinatas ad audiendũ preces eorum. Vel inclinabat caput uerſus matrem ſuam. Quaſi diceret per ipſam ueniam petite, quia ipſa eſt oraculum miſericordiæ. Quarto inclinauit caput quaſi nos ſupponẽs humeris ſuis & onera nr̃a. Quaſi dicat caput inclino ut me paratũ uideatis ad onera vr̃a portanda, ponatis ea ſuper me. & quaſi de collo ſuo nobis ſcalam ad aſcendendum in paradiſum fecit. Oſeæ vndecĩmo. Ego quaſi nutritius Effraym in humeris meis portabam eos. Quinto ut inſinuaret uiam humililitatis eſſe tenendam. Porta cœli humilis eſt & baſſa, porta inferni ampla & alta. Ideo ſuperbus portã cęli intrare non poteſt. Nam illi alliderct capud.

II Clamare. Propter duo clamauit dominus uoce magna.

GG Inclinãre caput. Inclinauit dñs caput emittendo ſpũm pp quinque.

caput ſuũ. Iob. 15. Cucurrit aduerſus deũ erecto collo. Ideo dñs oſtẽdens qualiter intrandum eſt. Inclinato capite emiſit ſpiritum, quaſi dicens vt intrem oportet me humiliare inclinato capite. Vnde crux facta eſt ſtatera corporis Chriſti, quod eſt eccleſia, in cuius vna lance appenſa ſunt peccata quæ commiſimus, in altera calamitates quas ꝓ nobis paſſus eſt Chriſtus. Et cum erectus eſſet in cruce vacillare videbatur ſtatera, nec plena uidebatur qua parte caderet quouſque inclinato capite emiſit ſpiritum oſtẽdens in dexteram humilitatis non in ſiniſtram ſuperbiam cecidiſſe. p̃s. Ibi ceciderunt omnes qui operãtur iniquitatem in ſiniſtra ſcilicet. Eſa. 40. Gentes quaſi momentum ſtateræ reputatæ ſunt ei. Nam & in ſtatera illa ponderãdæ ceciderunt. Tradidit ſpiritum libere quidem. Solent dormiẽtes virtutem nõ liberã ſed impeditam habere. Quàm libera fuit in Chriſto, dum emiſit ſpiritũ inſinuauit uox eius vltima inferos reſerans. Vnde Bern. Quis tam facile quando vult dormit? Magna quidem infirmitas mori, ſed plane ſic mori virtus immẽſa. Poteſt humana veſania ſibi ipſi mortem per ſceleratiſſimas manus inferre, ſed non eſt ponere animam ſuam, ſed eam uiolenter abrumpere. Poteſtatem (inquit) habeo ponendi animam meam, & iterum ſumendi eam. Sed tibi impie Iuda miſera plane facultas fuit non ponendi animam ſed deponendi. Nec tradente te ſed laqueo trahente ſpiritus ille nequiſſimus exiuit. Nõ emiſſus à te, ſed amiſſus. Solus iñ morté ſuam animam tradidit, qui ſolus propria virtute regreſſus eſt ad vitam habens imperiũ vitę & mortis, quia dñi dñi exitus mortis. Secundo dicendum, quomodo in libro iſto legerunt. Primum quidem irrationales creaturæ cognouerunt morté ſui creatoris. Primo cœlum, quia tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram. Sicut autem Chriſtus media nocte nárus eſt, ita media die paſſus eſt, ſicut in natiuitate eius media nocte circumfulſit claritas, ita in media die tenebræ operuerunt terram vt in ortu & exitu ſuo probaret qđ ait. Ego in hunc mundum ueni ut qui nõ uident videant, & qui uident ceci fiant. i. ut noctem illuminem, & diem obſcurem. p̃s. Nox ſicut dies illuminabiť. ſ. in natiuitate qñ claritas Dei non naturæ circumfulſit illos, & ſicut tenebræ eius in paſſione ad cecandum uidentes, ita & lumen internũ eius ad cecos illuminandũ. Vnde ait Moyſes. Deut. 28. Erit uita tua pendens añ te. Timebis die ac nocte, & non credes uitæ tuæ. Nocte enim mortis & quando tenebræ factæ ſunt, & in die pendebat eorum uita, & non cognoſcebant, & ita apparet ꝙ in lumine ſacrarum ſcripturarum multotiens cecãtur uiri litterati aliis deteriores. Hàrum tenebrarum põt multiplex aſſignari cauſa. Vna in iudicium doloris Chriſti, ita ut huic tanto ſceleri officium denegarent. Secundo ut Chriſtum clarificarent. Exiſtimabant enim Iudæi ꝙ eum deſcendere facerent in infernum. p̃s. Eſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum, & ꝙ per mortem eius famam ipſius omnino extinguerent, & tamen nunc omnia elementa ipſum proclamabant. Hiere. 11. Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuẽtium, & nomẽ eius non memoretur amplius, & tñ tunc tenebræ, & quod deberet eſſe occaſio ignorandi, nec eum uidẽdi, fuit occaſio ipſum nõ ſolum extra ſed & interius cognoſcendi. Tertio factę ſunt in ultionem Iudęorum. Sic enim corpora cœleſtia eorum oculis tenebras infuderunt, ut quorum mentes cecitas inuaſerat eorum oculos cecitas occuparet, nec luceret eis mundi lumen, à quibus fuerat lumen ſalutis extinctum. Quarto ad mitigationem tum caloris excedentis in Chriſto. calefactus enim erat propter exceſſiuũ laborem paſſionis. Laboraui (inquit) clamans, & hoc oſtendit ſudor & ſitis eius, ideo vmbram corporũ cœleſtium refrigerantem affectabat, tum ẽt erubeſcentiæ, quæ tenebris indiget, & non lumine. Erubeſcibile enim erat homini magni ſtatus maxime regi uel ſacerdoti exponi nudum coram tanta multitudine. Sic Chriſtus rex & ſacerdos magnus coram mundo nudatus naturaliter erubuit ſingulariter cum ſibi ſinagoga illud improperaret. 2. Regũ. 6. quàm glorioſus fuit hodie rex Iſrael diſcooperiẽs ſe ante ancillas ſeruorum ſuorum. Secũdo aer cognouit in velo templi quod in aere ſituatum erat. Vnde & velũ templi ſciſſum eſt, nec tamen ablatum, quia licet tũc reuelata ſint archana Dei, tñ iudæi pro maiori

HH

II



parte remanſerunt excecati. Propter quod hodie orat eccleſia, ut Deus & dñs noſter auferat de cordibus eorum uelamen, & reuelata facie gloriam domini cõtempleñt. In eccleſiis reliquiæ ſunt clauſæ, nec poſſunt uideri cõmunibus diebus, ſed ſolum tabernaculum in quo ſunt: ſed in feſtis præcipuis aperitur tabernaculum & ſic ab omnibus uideri poſſunt. Sic Chriſtus in uita ſua clauſus erat in tabernaculo humanitatis ſuæ, & diuinitas non apparebat, ſed in eius paſſione dum uelũ templi ſciſſum eſt omnia aperta ſunt, ita ut intus videret centurio, & latro, & ceteri percutientes pectora ſua. Vel velum templi ſciſſum eſt ut quaſi per ſciſſuras & diuiſiones indicentur angelicæ poteſtates rectores, & illuminatores ſinagogæ receſſiſſe ab eis. Eſa. 6. Sublatum eſt ſuperliminare & domus impleta eſt fumo, quia quando velum templi ſciſſum eſt vniuerſa domus Iſrael erroris fumo cõfuſa eſt. inde refert Ioſephus, ex aditis templi ſacerdotes virtutum cœleſtium audiſſe uocem tranſeamus ex his ſedibus. Tertio terra cognouit quæ tremuit. Hinc dicitur, & terra mota eſt ut ſentiretur in vniuerſo orbe terrarum tanta iniuſtitia quam terra ferre non ualebat, & tñ ſinagoga ſuſtinebat. Quartò mixta vt petræ. Vnde ſubditur. & petrę ſciſſæ ſunt, quia non poterant ob ſceleris magnitudinem abcedere propter naturã ſuam impedientem, aſſumũt ſibi nouũ vulnus tãtam ingratitudinem (quia uoce nõ poterant) ſono accuſantes. Pſal. De medio petrarum dabunt uoces. Nam tunc cũ petræ ſcindebantur, & ſonabãt, de medio eorum prophetæ & ſcripturæ redemptorem uociferebãtur. Res ſatis miranda, ad uocem Chriſti petræ ſcinduntur, & Chriſtianorum corda nec ad modicum ſentiũt. Moyſes lapidem cum uirga percuſſit, fluxerunt nihilominus aquæ, & ſemper remanſit lapis, ſic cor durum uirga crucis percuſſum lachrimas fundit, & tamen obſtinatũ ꝑmanet. Multi enim hodie lachrimas fundunt, & tamen peccare inceſſanter non deſignant. Quintò infernus qui mortuos reddidit. inde ſubditur. Et multorum ſanctorum corpora ſurrexerunt. Exeunt mortui peccatis de monumẽto quando de peccatis pœnitent, & tunc in eis glorificatur Deus, quia (ut dicit Aug.) Maius eſt iuſtificare impium quàm creare cœlum & terram, & maius fuit Palum ſuſcitare mente q̃ Lazarum corpore. Secundo exeunt uiri contemplatiui de monumentis. Eſt. n. contemplatio ſepulchrorum. iuxta illud. Iob. 3. Gaudentq; uehementer cum inuenerint ſepulchrum. Hoc autem eſt quotiens de ſecreto contemplationis exeũt ad ea quæ ſaluti proximorum expediunt.

KK

*Sanctus. Multipliciter dicitur aliqs locus ſanctus.*

Et venerunt in ſanctam ciuitatem Hieruſalem, & apparuerunt multis. Qũo Hieruſalem ciuitas ſancta appellatur, cũ nullibi ſic eam uocauerit euangeliſta, & ibi perpetratum fuerit tam enorme facinus, ut nullũ maius in orbe? An ex malicia ſua ſanctitatẽ reportauerit? Rñdetur. quatuor de cauſis aliquis locus dř ſanctus. vno mõ quia diuino cultui deputatus eſt. ẜm Hiero. in epiſtola quadam, dicebatur Hieruſalem ciuitas ſancta, quia in ea uigebat diuinus cultus, à quo cęteræ ciuitates alienæ erant. Hinc locus ille multo ante templũ à patriarcha Iacob dictus eſt ſanctus ꝑꝑ hmõi cultũ. Vere (inqt) locus iſte ſanctus eſt. & ibidẽ dicit Hiero. Dñs amauit Hieruſalem & fleuit ſuper eam, & rogauit ꝓ ea dicens. Pater ignoſce, & impetrauit eis locũ pniæ uſq; ad quadrageſimũ ſecundũ annũ paſt eius mortẽ, & tunc nõ plus uocata eſt ſancta ciuitas, ſed ſodoma & Aegyptus, ut dř in Apoc. ut ædificaretur pro ea noua ciuitas eccleſiæ. Secundo dicitur locus ſanctus ab effuſione ſanguinis martyrum. Vñ hymnus, O Roma felix, quę tãtorũ martyrũ es purpurata ꝓcioſo ſanguine. Quia. n. in ea tũc fuſus eſt ſanguis agni immaculati, qui teſte apoſtolo inquinatos ſanctificat, meritò tunc ciuitas illa ſanctificata eſt in ſanguine eius. Vnde in illa ciuitate in flagellatione & coronatione aliquãtulũ ſanguinis, extra uero multũ effudit in futurũ ſignũ ꝙ pauci eiuſdem ſanguinis precio redimereñt de iudæis, multi de gentibus qui extra ſinagogam & cerimonias legis erant. Et licet peccatum ciuitatis fuerit grande nimis. tñ ſicut de minoribus malis minora bona Deus elicit, ita de maioribus maiora ſcit operari. Vñ de illo peccato grandi opus elicuit, quo totius humani generis redemptio cõſummata eſt, quo nullum maius, & à quo tũc ſanctificata eſt ciuitas. Tertio dicitur locus ſanctificatus ex præſentia ſancti ſanctorum

ctorum. Vnde & ſancta ſanctorum dicebãtur, quia illic ſancti ſanctorum virtus apparebat ĩ reuelationibus & miraculis. Et quia illa ciuitas decorata fuit præſentia Dei & hominis, nil mirum ſi tũc ſancta dicebatur. Si mons oreb ſanctus dicitur pp angeli præſentiam dicentis. Exo. 3. Solue calciamenta de pedibus tuis. Locus enim in quo ſtas terra ſancta eſt, multo magis ſancta erit quam ſanctus ſanctorum calcauit. Si paradiſi terra maledicta eſt, quia illam ſerpens antiquus calcauerat, multo magis ſancta debuit eſſe quam Deus ſua præſentia & miraculis honorauit. Quarto dicitur ſancta propter ſanctos inhabitantes tunc utriuſque ſexus homines, ut fuit conuentus ille apoſtolorum & beatę Virginis & ſanctarum mulierum, quo nullus vnquam ſanctior. ideo non mirum ſi dicebatur tunc ſancta. Nec ualet dicere, ꝙ tunc plures erãt mali quàm boni. Melior enim eſt (inquit Sapiens Eccleſi. 16.) vir vnus iuſtus, quàm decẽ mille impij. Plus enim in bono ponderabat portio domini in Hieruſalem, quàm diaboli portio.

Secundo in hoc libro legerunt creaturæ rationales. Et primo quidem Cẽturio. Propter quod ſubditur. Centurio autẽ uidens quia ſic clamans expiraſſet, ait. Verè filius Dei erat iſte. Sicut ſpeculum integrum tantummodo vnam cauſat imaginem, fractum uerò duas, ſic ſeparata aĩa à corpore Chriſti, Centurio uidit ibi duas imagines, vnam deitatis, cũ dixit. Vere filius Dei erat iſte. alteram humanitatis, cũ dixit. Vere hic iuſtus homo erat. A iudice, ab uxore pilati, à latrone probatus eſt innocens, & à centurione iuſtus. Speculũ mundi dum in illud ſpuitur per ſputũ clarius repræſentat imaginem, ſic poſt ſputa & colaphos clarius repræſentauit diuinã virtutem, & quæ erant ſuper hominem cẽturioni & his qui cum eo erant. Per clamorem autem cognouit cẽturio dñm, qa clamor ultimus Chriſti fuit miraculoſus, quia eum ad cauſandũ naturaliter requiritur affluentia ſanguinis & fortitudo ſpirituũ. Mortuus ẽ aũt dñs ꝑ emiſſionẽ ſanguinis & ſpirituum uitaliũ. Vnde ſicut de libro inuoluto nemo ſcit quid ibi contineatur, niſi q corde uel memoriter librũ ſciunt, ſic à principio pauci ſciuerunt de Chriſto q̃d in illo eſſet, niſi diſcipuli. Erat enim liber inuolutus ubi diuinitas erat. Diſcipuli aũt ibi quaſi corde legebãt, qa credebant. Corde. n. creditur ad iuſtitiam. Rom. 12. Alij aũt non ſciebant, ſed reuoluto & aperto libro in paſſione, centurio qui litteras neſciebat, ibi plane legit. Vere filius Dei erat iſte. In quo oſtenditur ꝙ Chriſtus liber eſt ſimplicium & ignorantium, liber ẽt eſt eruditorũ. In eo legit cẽturio deitatem in humanitate. In eo legit Paulus archana quæ non licet homini loqui. Miſtice loquendo in centurione conuerſo & iudæorũ tenebris intelligitur excecatio populi iudaici, & illuminatio gentilis, ita ꝙ qñ ſiluit iudæus à confeſſione Chriſti, Gentilis glorificabat Deum. Extincto enim lumine iudeorum, ſtatim lumen diuinum trãſijt ad illuminationem Gentium, & ſole materiali occidente, apparuit ſol iuſtitiæ gentibus. Vnde ſicut de ſerpente fit tyriaca per quam uenenum alterius ſerpentis expellitur, ſic de ſerpente in palo crucifixo, de gẽtibus expulſum eſt antiqui ſerpentis uenenũ. Duo enim ſunt ligna & duo ſerpentes, vnus ſerpens ueneno necat, alter tyriacam portat & à ueneno liberat. Primus aſcendit lignum uetitum in paradiſo, & uenenum in humanũ genus effudit. Secundus lignum crucis aſcendit in mundo, & ſalubrem tyriacam mundo expoſuit. Sicut enim auis in alto ponitur ut alias decipiat. ſic Chriſtus in palo crucis erectus eſt, vt aues. i. demones qui ſemina uirtutum in nobis ſolebant mortificare, per ipſum comprehenderentur. Iob. 40. Nunquid illudes ei quaſi aui? Primum lignum reſpexit Eua, & per aures hauſto ueneno infecta eſt. Secundum lignum reſpexit centurio & Chriſti uocẽ audiuit, & ſanatus eſt. Moraliter loquendo centurio ſignificat nobiles & potentes huius ſæculi, qui uiſa tribulatione alicuius ſancti viri ad pœnitentiam & compunctionem timore commouentur, ſicut iſte timuit uiſo terræ motu & his quæ fiebant. Eſa. 19. Erat terra Iuda Aegypto in pauorem. Abachuc. 3. Domine audiui auditum tuũ, iſtum ſcilicet, & timui. In medio duorum animalium cognoſceris id eſt in medio duorũ latronũ. Valde ergo ſurdus eſt & durus qui Chriſti uoce audita, nec ad timorẽ Dei nec ad glorificationẽ eius, ſicut iſte cẽturio gẽtilis, cõmouetur.

LL Liber. Qd Xps eſt liber ſimplicium & eruditorum.





Vnde rudis centurio confitetur eum eſſe filium Dei, ſed non iudæi litterati. Sic laici auditis pœnis inferni, & paſſione Chriſti, cito compunguntur ad lachrimas, clerici uero non inde mouentur. quia Balaam aſſuetis monſtris non expauit uocem aſinæ. Nume. 22. Sic iſti aſſueti peccatis. Scđo turba quæ conuenerat ad ſpectaculum. hinc ſubditur. Et omnis turba eorum qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud, & uidebant quæ fiebant &c. A ſæculo & uſq; in ſæculum non fuit tale ſpectaculum, ꝙ tantus & taliter moreretur. Spectaculum magnum in quo deſuper pater. de terris mater amici & emuli. deſubter dæmones & mortui patriarchæ, & prophetæ uaria intentione ſpectabant. Reuertebãtur percutientes pectora ſua. Licet tenebræ eſſent ſuper vniuerſam terram, tamen lux in tenebris lucebat, & tenebræ eam non comprehenderunt. Nonne lucebat in tenebris quando illuminauit latronem, ut etiam cognoſceret in Chriſto diuinitatẽ? Sic illuminauit centurionem ut eum filiũ Dei non dubitaret aſſerere. Illuminauit etiam corda ſimplicium ut cognoſcerent delictum ſuum. Si enim cognouiſſent, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent immo tunc dimiſit lucem à tenebris, bonum latronem à malo. bonum militem à malo. ſimplicem populum à peruerſo. Per iſtos autem tres illuminatos in Chriſti morte, tres populi ſtatus intelliguntur. per latronẽ latronũ miniſtri. ſ. ſacerdotes qui pro filiis Adę latronis miniſtrãt Deo. qui petiit à Deo ut eſſet in ſuo memento, & qui cum ſacerdote Chriſto miniſtrabat ſanguinem ſuum. quando quod neceſſitatis erat, uertit in uoluntarium pro Chriſto. Iſte enim cõfeſſus eſt eum dominum gloriæ. Secundus ſcilicet miles Centurio eum confeſſus filium Dei & iuſtum, ſtatum militum repræſentat. Tertius populus ſimplex, qui cognouit eum iuſtum, qui reuertebant percutientes pectora ſua. quia odium Chriſti & conſenſum in eius mortem tunc in ſe ipſis puniebant. Vnde Hely non poterat uidere lumen donec extingueretur. Lucerna accẽſa Chriſtus eſt uiuus, extincta mortuus. Quandiu ergo Chriſtus lucerna noſtra fuit accenſus, & uiuus, iudæi cecutientes & parum diſcrete uidentes fuerunt. immo nec ipſum uidere potuerunt, ſed ipſo extincto uiſis miraculis in paſſione factis, ipſum (licet tarde) tunc cognouerunt. Tertio longius miles lancea latus eius aperiens. Hinc ſubiungitur ab Euangeliſta. Iudæi ergo quoniam paraſceue erat ut non remanerent in cruce corpora ſabbato &c. uenerunt ad Pilatum allegantes contaminationem ſabbati niſi de patibulis deponerentur. Sed forte hoc ex eorum malicia procedebat propter ſigna facta moriente Chriſto, & ne forte alia fierent iterum ſi illic maneret corpus domini, & tunc fieret tumultos in populo. & turba poſſet ex hoc faciliter moueri. Intuebantur enim vultus uirorum & mulierum nouitate ſignorum mutatos. ideo uolebant eos celerius deponi. Sic multi Chriſtianorum ſimiliter dicunt quòd quotiens dies ſolẽnis agitur, uacandum eſt deliciis, cibis, & potibus, & deſiſtẽdum eſſe ab afflictionibus & lachrimis ob uenerationem diei ſolennis. quod eſt dicere non remanere eorum corpora in cruce ſabbato. quod moderni monachi diligenter obſeruant. Nullo eñ ſabbato corpora ſua in cruce permanere permittunt. Hi rogant Pilatum, id eſt abbatem ut hoc faciat. Sed certe. 1. Mach. 2. Qui noluerunt ſe defendere in ſabbato interfecti ſunt. Vnde iſtorum exemplo multis diabolus frangit crura, id eſt virtutes, & opera bona, & potentias naturales. Trenor. 3. Contriuit omnia oſſa mea. Sed in domino Ieſu potentiæ naturales corrumpi non potuerunt, nec flecti potuit à diuina contemplatione. Vnde ſponſa eius canit ita. Cantic. quarto. Crura eius ſicut columnæ marmoreæ. Sed alij dicere poſſunt. Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum, id eſt iuxta diaboli infernalis uoluntatem. Contrafacta ſunt ergo oſſa latronum, non Chriſti. Duo. n. ſunt, quæ maxime inobedientiam generant in clauſtralibus. ſ. voluntas propria, quia nolunt aliis ſubeſſe ſed preeſſe. & ſenſus proprius quæ frangenda ſunt in his qui mundo crucifixi ſunt. Bernardus. Quod crux fuit Chriſto: hoc clauſtrum monacho. Hæc duo non ſunt frangenda mortuo in cruce religionis: qui ſcilicet de ſe nihil diſponit ut mortuus, ſed ab alio tractatur. ſed uiuentibus in cruce frangenda ſunt cru- qui ſcilicet tanquã uiui uolunt in clauſtro

MM Illuminauit. Tria genera hominum illuminauit in paſſione, quos deſignat.

NN Cõfringere oſſa. Quare fracta ſunt oſſa latronum nõ Xpi.

de ſe facere prout placet eis, ideo latronum uiuentium in cruce fracta ſunt crura non Ieſu. Sed vnus militum lancea latus eius aperuit, milites pilati Ieſum perſequuntur mortuum, ſic miniſtri iniquitatis iam mundo mortuos, & pendentes in cruce religionis perſequuntur, nec eis parcunt. & nihilominus cum eos in corde pcutiant, non ceſſant precum & beneficiorum ſuffragia efflagitare, latronum uerò latera non leguntur aperta, quia omnes reprobi latera dextra habent clauſa, ut nec æternorū aut ſpiritualium ingreſſus ad eorum corda pateat. Vnde & militem eius latus aperientem quaſi pro ſuffragio illuminauit, ut legitur in uita eius. Eſa. 39 In die illa de tenebris & caligine oculi cecorum uidebunt. dicit Alber. li. de animalibus, ꝙ ſanguis ſub dextra ala columbæ recens ualet lipientibus oculis. Columba Chriſtus eſt, cuius ſanguis ſub ala dextra, id eſt ſub dextro latere ualet lipientibus oculis. i. nō recte credentibus. ſicut ualuit ad eruditionem iſtius militis. Sed & ſi milites hæc faciebant, hoc tamen erat iudęorum inſtinctu. Quæſierunt enim animam eius vſque in ſanguine lateris. Tres enim ſnīæ ſolēt eſſe de anima ubi principaliter radicetur in corpore. Nonnulli dicunt in ſanguine. iuxta illud. Leuit. 17. Oīs anima in ſanguine eſt. Alij in cerebro, alij in corde. Quam opinionum uarietatem nidentur ſciuiſſe iudæi. Nam ut aīam eius à corpore euellerent quæſierunt eam in capite per ſpinas. in ſanguine cum uenas eius in manibus & pedibus aperuerunt. in corde cum latus lancea transfixerunt. Sed ut dicit ps. Ipſi uero in uanum q̄ſierunt animā meam. i. fruſtra in theſauro foderunt, quem non inuenerunt. Et ideo quia in altitudinem terræ excelſæ uane foderūt, in huius vltionem intrabant in inferiora terræ. i. in abominabilia & fœtores terræ intrabit amor eorum, quia ad uſuram & amorem ſulphureorum metallorum ex toto declinauerunt. Et quia lancea transfixerunt cor eius, tradentur in manus gladij, ſicut factū eſt per Titum. & quia ſanguinem in uenis eius quæſierūt, ideo partes vulpium erunt. i. tyrannorum & regū, qui ad modum vulpium gallinas. i. pauperes uorāt. Tales. n. ſanguinem iudæorum per tributa nunc deuorant. Nūc caiā multi Chriſtiani ipſum perſequuntur vulnerantes in corde. Cor. n. dn̄i Ieſu ſunt prelati boni & religioſi, qui ambulant ſm uoluntatem eius, & nunc multi latrāt, & detrahunt eis. Aperto latere aperta eſt paradiſi ianua. Iſtū eſt oſtiū in latere archæ, per quod intrant animalia non peritura diluuio. ecce porta templi, quam non intrabūt inflati, & diuitijs onerati, quia anguſta. Ibi apertus eſt ſcientiarum riuus. ſecreta cōſilij eius ſumma dilectio, & multitudo beneficiorum eius. Quotidie tamē ipſum lancea percutimus, dum tot & tāta mala perpetramus, quibus eum in corde percutimus. & nihilominus tactus dolore cordis intrinſecus, beneficia ſuæ gratitudinis nobis elargitur. Lancea uero qua boni eū percutiunt, eſt ſancta intētio qua Deo placere intendunt, & iſta cor eius amore transfigimus. Hæc eſt haſta fulgurans igne altaris, quæ illuminat ut eū cognoſcamus. inflammat ut diligamus. acumine penetrat ut ei nobis viam faciamus. Antiqui tamen feruentiores fuerunt, quā moderni, quia tunc ſanguis recens erat & calidus, & corda calefaciebat, ſed non eſt nunc recēter effuſus. ideo ferè omnes tepeſcimus. Tertio dicendum eſt, qualiter liber eſt de pulpito depoſitus. Secundo, qualiter inuolutus, & in ſepulchro clauſus. Tertio qualiter à militibus cuſtoditus, ſed hæc pro craſtino ſermone reſeruabuntur.

OO

Perſeq. Quid ſit myſticè perſequi Ieſū mortuum.

*Eadem fer. 6. in paſſione domini. Sermo ſecūdus matutinus. & in or. 144.*

HOc autem totum factum eſt vt adimplerentur ſcripturæ prophetarū. Matthæi. 26. Cum ſapiens dicat Eccleſi. 30. Non eſt oblectamētum ſuper cordis gaudium, & natura noſtra magis prona ſit ad delectationes, q̄ ad triſtitias. quare inter omnia redemptionis noſtræ myſteria populus Chriſtianus frequētius lugubre myſterium paſſionis Chriſti memoriter recolit & ueneratur? Reſpondeo, ꝙ multiplex huius poteſt eſſe occaſio. Prima fuit abundātia miſericordiæ in hoc myſterio. De qua Pſalm. Apud dn̄m miſericordia, & copioſa apud eum redēptio. Vnde Bernardus in ſermone de aſſumptione. Laudamus virginitatē, humilitatē miramur:

A Paſſio Chriſti. Sex rōnes quare frequentius recolit paſſionē quā cætera myſteria noſtræ redēptionis.

ſed



ſed miſericordia miſeris ſapit dulcius. Hinc & in hac paſſione miſericordiæ eius non eſt numerus. Poteſt enim dicere illud Iob. 6. Vtinam appenderētur peccata mea id eſt membrorum meorum, quibus iram merui, & calamitas quam patior in ſtatera, quaſi arena maris illa grauior appareret. Inde ps. Futuram huius ſuauitatis copiam inſinuans dicebat. Memoriam abundantię ſuauitatiſs tuæ eructabunt. & iuſtitia tua facta in paſſione tua de deſtructione peccati exultabunt. Tanta enim abundantia ſuauitatis ex paſſione domini Ieſu emanauit, vt etiam grauiſſima tormenta martiribus exinde ſuauiſſima facta ſint. Myrra enim paſſionis Chriſti interdum fuit amariſſima Chriſto patienti, ſed ſuauiſſima Chriſtiano recolenti. Nec mirum quia paruulo lactenti dulceſcunt, q̄ prius acerba ſumpſerat mater, quia hæc omnia in lac conuertūtur. Myrrę guſtus amarus eſt, ſed odor ſuauis. Lignum etenim crucis, lancea, ſpinæ, & claui acerba fuerunt Chriſto, ſed nobis dulce lignum dulces clauos, dulce pondus ſuſtinet. Recogitate igitur eū (vt dicit apoſtolus ad Hebreos. 12.) Qui talem aduerſus ſemetipſum ſuſtinuit pro peccatoribus contradictionē, vt non fatigemini animis veſtris deficientes. Secunda ratio eſt quia cum medicina communiter ſit amara potio, indiget vt plurimum moderatione alicuius dulcis vt zucare. ſed vt dicit Ambroſius. quia quotidie peco quotidie aſſumo mihi medicinam. Quotidie enim in multis offendimus omnes. Medicina autem contra peccatum eſt penitentia uoluntarie aſſumpta per nos vel per ſacerdotem impoſita, uel tribulatio, aut aduerſitas à Deo inflicta. quæ amara eſt niſi anguſtiis Chriſti velut Zucara moderetur.

Vnde ait Bernardus. Si ad paſſionem domini reſpiciamus, grauia non erunt q̄ toleramus. Sic patienter ſuſtinebat alter latronum mortis anguſtias, & propter hoc deſpiciebat alterius ſocii ſui contumelias. Non enim eſt vinum ita groſſum & rude, quin amaniſſimum fiat ſi per ſpecies aromaticas & gariophilos tranſierit. Sic tribulationes omnes per illum humanitatis Chriſti ſaccum tranſierunt. Ait enim. Omnia excelſa tua. id eſt magnę anguſtiæ, & fluctus tui. i. paruæ ſuper me trāſierunt. Debent igitur eſſe cordi Chriſtiano ſuaues. Pſalm. In tribulatione ſcilicet paſſionis tuæ, dilataſti mihi. Hinc de quodam nouitio legitur quòd eo cogitante religionis ſtatum & pœnitentiam dimittere, eo quòd nimis delicatus panem durum comedere vix poterat, apparuit ei Chriſtus crucifixus dicens. Quicquid ſuſtines quod tibi durum videtur, illud in ſanguine lateris mei pro te aperti, quàm citius emolleſcet. Tertia ratio, quia vapulat à magiſtro ſcholaris ſuæ lectionis immemor. Cum ergo ſimus ſcholares Chriſti (vt ex nomine Chriſti apparet vnde dicimur Chriſtiani) ſæpè lectionis illius memores eſſe debemus. propter quam Chriſtiani & ſcholares Chriſti efficimur, baptizati in ſanguine eius. Hinc & cuilibet chriſtiano. Treno. tertio. Recordare paupertatis meæ & trangreſſionis & fellis paupertatis, quia nudus pependit. trangreſſionis id eſt exceſſus amoris quo te dilexi, & fellis quod propter te bibi. Reſpondeat igitur chriſtianus, quod ſequitur. Memoria memor ero & tabeſcet in anima mea. Hāc lectionē bene ſtuduerat qui dicebāt. primo Corintiorum ſecundo. Nō iudicaui me ſcire aliquid inter vos niſi Chriſtum Ieſum & hūc crucifixum, quia hoc ſcire eſt omnia ſcire quæ ad ſalutem ſpectant. Si paupertatem voluntariam cupis addiſcere. vide pauperem Chriſtum nudum pendentem, & non habentem vbi caput reclinet. Si obedientiam & humilitatem, certe humiliauit ſeipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Si charitatem. certe charitatem maiorem nemo habet, quàm qui nō ſolum pro amicis ſed etiam pro inimicis animam ſuam poſuit. Si abſtinentiam, & ieiunium, videbis eum felle & myrra potatum. Si patientiam. certe ſicut agnus coram tōdente ſe obmutuit, & non aperuit os ſuum. Si dilectionem inimicorum. certe pro inimicis ſuis orauit, & debita eis dimiſit. Si elemoſinam facere. certe latroni dedit paradiſum, qua nulla maior elemoſyna. Ne igitur ingratitudinis arguamur, memor ſit quilibet Chriſtianus huius lectionis. ne forte ei dicatur quod in Pſalm. Non ſunt recordati manus eius die qua redimit, eos de manu tribulantis. Indignus enim eſt benefi-



cius

ciis acccipiendis qui ingratus eſt de acceptis. Quarta ratio. quia cum militia ſit uita hominis ſuper terram. Iob. 7. Et in cõtinuo pugnæ exercitio ſtemus, neceſſe eſt milites Chriſti tẽpore belli ſemper iuxta ſe arma habere, & ſub uexillo ſui principis fiducialius agere. Crux autem & Chriſti ſtigmata ſunt arma & uexilla Chriſtianæ militiæ, in quibus eſt omnis Chriſtianorum gloria & nobilitas, qui in ſanguine Chriſti lauati, ingenui facti ſunt. Ideo dicebat dominus. Cant. 8. cuilibet chriſtiano. Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuũ ut me ames, & ſuper brachium dextrum, ut pro me & pro te milites. Et reſpõdeat chriſtianus illud. p̃s. Opprobria exprobrãtium tibi ceciderũt ſuper me id eſt ſuper cor meum. Inde eſt, quòd ſuper chorum in medio Eccleſiæ ponitur crucifixus, vt ſi te inuadat & tentet honoris & gloriæ appetitus, reſpicias in faciem Chriſti tui. Et ſicut dicitur Eſa. 52. Videbis eum nõ habentem ſpeciem neque decorem, quaſi leproſum & percuſſum à Deo, & humiliatum. Si te inuadat diuitiarum cupido, reſpice in faciem Chriſti tui. & uidebis eum ſpinis coronatum, nudum, & omni amicorum auxilio deſtitutum. Si deliciarum inordinatus appetitus, reſpice in faciẽ Chriſti tui, & videbis eum liuidũ ſputis & ſanguine coopertum. Chriſti enim paſſio, ſinapium eſt & amaritudo in mammis matris tuæ, quæ eſt prudentia carnis: qua facile ab vberibus eius auulſus eris.

Quinta ratio. Nonnulli doctores dicũt quòd qui vult habere in morte ſua memoriam alicuius ſolennis dicti, debet illud memoriter tenere, & frequenter in uita ſua repetere. Paſſio Chriſti ultima eſt lectio Chriſtiani, inde communiter legitur in præſentia morientis. inde per illã moriens eruditur, ut per eam confidat. Inde Chriſtus ibidem in crucifixi forma oſtenditur. inde ſacramenta quæ ex illa efficaciam habẽt tunc miniſtrantur, inde & uoluit dominus pluries illam ſuis diſcipulis ante mortem prædicere. Hodie uerò & poſt reſurrectionem tangendo, & palpando cicatrices demonſtrare. Quod conſiderans ſancta mater eccleſia uoluit ſuos filios nullo modo huius lectionis eſſe oblitos, ſed ſemper memores Propter quod quatuor memorabilia ordinauit. Primum hac die Veneris vnum ſolenne anniuerſarium, quod ſecundum Bonauen. 3. ſenten. diſtinct. duodecima. hodie fit tribus modis. Primo in ſcripto, cum paſſio Chriſti deſcribitur, uel per ſcripturam narratur, ut cum legitur euangelium paſſionis, & hoc eſt memoriale quaſi mortuum. Secundò fit in verbo, ut puta cum prædicatur paſſio, & iſtud eſt partim uiuũ, & partim mortuum. mortuum quidẽ in corde tepidorum & malorum. viuum in corde & cogitatione iuſtorum. Tertio fit in ſacramento altaris hodie reſeruato, in quo ipſum Chriſti corpus continetur in ſpeciebus. & hoc eſt memoriale uiuum ſe ipſum pro nobis offerens patri. Si ergo accendit affectum noſtrum paſſio deſcripta, & amplius feruenter prędicata. multo magis inflammare & afficere debet paſſio in hoc ſacramento expreſſa. Sed nec fuit eccleſia contenta facere per annum unum anniuerſarium ſolenne, niſi etiam ſingulis ſeptimanis haberet unum diem, ſcilicet diem Veneris cum ieiunio & abſtinentia. Sed et adhuc non fuit contenta, niſi etiam ſingulis diebus haberet quo ſpõſi ſui paſſi memoraretur, ideo ſingulis diebus in euchariſtia memoriã facit, iuxta illud. j. Cor. xj. Quicũq; manducauerit panem hunc, uel calicem dñi biberit, mortẽ dñi annunciabit donec ueniat. Sed nec ſatis fuit deuotioni fideliũ, niſi etiam uiuum memoriale ſingulis horis haberet, & hoc eſt imago crucifixi, quæ in tali loco in eccleſiis conſtituitur ꝙ uelint nolint neceſſariò ingredientibus occurrit, quaſi neceſſitatem habeant reſpiciendi eam quotiens, & quot horis ingreſſi fuerint. Ideo bñ memoriter eã tenere debẽt chriſtiani. & beatus (inqt Chrs prouerb. 8.) q uigilat ad fores oſtij mei. i. ad vulnera mea. Sexta ratio. Qui ſunt eiuſdẽ religionis eandem ſemper regulam obſeruare debẽt. iuxta illud Sene. Niſi ad regulã praua non corriges. ſed paſſio Chriſti eſt regula uiuendi in religione Chriſtiana. iuxta illud. Gala. vlt. Ego ſtigmata dñi mei Ieſu in corpore meo porto. Quicunque hanc regulam. ſ. paſſionis Xpi ſecuti fuerit, pax ſuper illos & miſericordia. Quam miſericordiam poſtulabimus medio beatæ Dei genitricis, quæ regina miſericordiæ merito ab eccleſia nuncupatur, offerentes ei Aue &c.

Vulgo



Vulgo dici ſolet ꝙ in neceſſitate comprobatur amicus. Greg. Probatio dilectionis exhibitio eſt operis. Cum ergo extrema Chriſti neceſſitas fuerit mors ſua, & paſsio, ubi neceſſe habuit ferre crucẽ ſuã, amicus Chriſti non eſt qui his diebus crucem Chriſti cum eo non baiulat ieiunando, orando, elemoſinas faciendo. Sed ſicut dicit Apoſtolus Phil. 3. Multi ambulant, quos ſæpe dicebam uobis nunc autẽ flens dico inimicos crucis Chriſti. quorũ finis interitus. quia crucem quæ uia eſt ad ſalutẽ dimittentes, ad delicias quæ ſunt uia perditionis ſe cõuertit. ideo ſubdit. Quorum Deus uenter eſt, quia nullam niſi de ſuo uentre memoriam faciunt, de Chriſto & beneficiis eius non curando. de quibus Deut. 32. Deum qui te genuit dereliquiſti & oblitus es dñi creatoris tui. De quibus etiam conqueritur dñs in p̃s. Obliuioni datus ſum tanquam mortuus à corde. Et iterum Eccle. 9. Eſt ciuitas parua. ſ. eccleſiæ, quia eſt paucitas electorum reſpectu numeri reproborum. Et ſequitur. Inuẽtus eſt in ea uir ſapiens & pauper, & liberauit eam per ſapientiam ſuã, & nullus deinceps recordatus eſt hominis illius pauperis. De quo conqueritur Eſaias. 57. Iuſtus perit & nõ eſt qui recogitet in corde ſuo.

B Paſſio Chriſti. Timenda eſt obliuio paſſionis Xpi

In quo apparet Chriſtianorum maxima ingratitudo, quæ multiplici ratione timẽda eſt. Primo propter magnitudinem beneficij, quod deſcribit Apoſtolus. 2. Cor. 9. Dilexit me, & tradidit ſemet ipſum p me. Non abiicio gratiam Dei, ſed ſcilicet bene recordor eius. Bernardus. Dormit adhuc tua affectio, immo nõ dormit, ſed mortua eſt, ſi non adhuc reſpondet beneficio. cuius rationẽ alibi ſubdit dicẽs. Multum fatigationis Chriſtus aſſumpſit, quo multæ gratitudinis hominem debitorem teneret, cõmoneretq; eum debitorem gratiarum actionis, difficultas redemptionis. Vnde dicunt phiſici ꝙ natura tot prouidit mẽbra corpori humano quot ſunt dies in anno, ut non ſit dies in anno in quo beneficium creationis & redemptionis cum gratiarum actione non recordetur. Secundo timenda eſt huiuſmodi obliuio, q a dñs in die iudicij improperabit eã ingratis hominibus. Præcedent enim inſignia mortis eius ad iudicium, & requiret mortẽ ſuã ab his qui fuerunt ingrati de tanto beneficio. Et meritò, quia beneficiũ tantũ in eis amiſit. Bernard. Nunquid non perit quod datur ingrato? Etiã quia rem tã care emptã. ſ. proprias animas, ſibi abſtulerunt. Quo tp̃e ẽt infantes qui non loquũtur eos accuſabunt, qui nutrices ſuas naturaliter amãt pp beneficium lactis quod eis miniſtrant, & iſti Chriſtum non amãt, pro quibus ſanguinem ſuum fudit. Si iuxta illud Thob. 4. Memor debet eſſe homo quæ & quãta pericula mater ſua paſſa eſt pro eo, non debet eſſe immemor chriſtianus quæ & quanta pro eo paſſus eſt Chriſtus. Tertio quia irrationabiles creaturæ tales ĩgratos ĩ iudicio accuſabãt. Adamas ſanguine hircino frangitur, & cor durum tanta ſanguinis Chriſti effuſione nõ emollitur. Petræ in paſſione ſciſſæ ſunt, & talium cor lapide durius non ſcinditur. Dñt naturales elephantem naturaliter diligere liberatorem ſuum. Dicitur. n. ꝙ captus à uenatore grauiſſimè ab eo uerberatur, & accedens ille qui vult ſibi ipſi eum habere obedientem, liberat eum de manibus uerberantis. quod bene aduertit elephas, & ſic mãſueſcit eum diligens & ſemper ei obediens. Homo uero Chriſtianus innaturalior beſtia Chriſtũ liberatorẽ ſuum nec recolit nec diligit, nec ſibi obedit. De quo Eccl. 29. Ingratus ſpiritu derelinquit liberantem ſe. Tales etiam accuſabunt teſtimonia ſcripturarum, quibus eruditi ſunt, & hodie completa ĩ Chriſti paſſione. Quod aſſerit thema propoſitũ. Hoc aũt totũ factũ eſt, ut adimplerentur ſcripturæ prophetarum. Hoc totũ paſſionis Chriſti in triplici loco. iuxta teſtimonia ſcripturarũ quæ infra dicentur, factũ eſt. Primo in orto. Secundo in curia mundi. Tertio in curia Dei patris. De duobus primis mane. de tertio poſt meridiem tractabitur. Quo ad primum. Poſtquam lauit dominus pedes diſcipulorum terminũ poſuit ſacrificiis ueteris legis inſtituendo pro omnibus ſacrificiis vnum tantum. ſ. Euchariſtiæ ſacrificium. Poſtquam ſermonem fecit diſcipulis, & orauit patrem, hymno dicto. Egreſſus eſt trans torrentem cedron in ortum, ubi cum diſcipulis ſolitus erat conuenire. In orto ſex memoratu digna facta ſunt. Primò Chriſtus triſtitiam aſſumpſit. Secundo ter orauit. Tertiò agonizans ſudauit. Quartò obuiã

pergit

pergit ſuis inimicis. Quintò à Iuda proditus eſt. Sextò à miniſtris iudæorum & gẽtilium comprehenſus eſt. In ortum primò ingreditur. Secundo timet & triſtatur. Egreſſus eſt igitur dominus Ieſus trans torrentem cedron ubi erat ortus. Quadruplex autẽ aſſignari poteſt ratio, quare ingreſſus eſt dominus ortum quãdo captus fuit. Prima eſt allegorica, quia oportet rem quærere ubi perdita erat. ſed natura humana perdita fuit ĩ orto paradiſi. Chriſtus autem uenit quærere & ſaluum facere quod perierat. Lucæ. 19. Et non ceſſauit per triginta tres annos quærere. nouiſſime uenit ubi perditus erat, & ad inueniendũ conſtituit ſibi de ſudore ſuo. ergo. Vnde quando quis amiſit aliquid ſignat locum in quo amiſit. Sic quando Adam peccauit, ipſe lignum tunc notauit damna ligni ut ſolueret, & meliorem fructum ligno reddidit quàm ablatus fuerat. Primum. n. uitam corporalem reddebat. Secundũ ſpiritualem.

C

*Ortus. Quadruplex rõ quare dominus ingreſſus ẽ ortũ oliueti antequã caperetur.*

Secunda ratio eſt moralis, ut fugiamus delicias huius mundi. Mundus enim eſt quidam ortus deliciarum qui eſt ualde periculoſus, & qui ibi ſe tenet, eſt in periculo perditionis. Poſtquam enim Chriſtus intrauit in ortum illum deliciarum non ceſſauit tremere, ſudare, & triſtari, & nouiſſime captus ẽ, & ductus ad mortem. cum tamen antea in labore prædicationis in medio inimicorum ſuorum non potuerit teneri. Sic homines cum intrant ortum illum deliciarum, & diuitiarũ, ſemper ſolliciti ſunt: triſtes, trementes. & cum credunt quieſcere, maximos labores intrant, & in fine ſunt in periculo perditionis. Quandiu enim primus homo fuit in campo damaſceno in terta laboris unde ſumptus eſt, non cecidit. ſed cum fuit in orto uoluptatis ſe perdidit. Sic perſona quæ modo bene ſe habuit in hoc tempore quadrageſimæ confitendo, & dolendo de peccatis, & abſtinendo; eſt in periculo ſi poſt paſcha intret ortos & ſolacia mundi, ne perdatur. In cuius ſignum praui ſenes inuaſerunt Suſannam non niſi in pomerio, non in domo uel in eccleſia, & Iudas ibi prodidit Chriſtum. & Petrus cum deberet orare obdormiuit.

Tertia ratio eſt anagogica ad oſtendẽdum, quòd qui vult peruenire ad locum ſupernæ contemplationis, vbi uidebitur Deus facie ad faciem, oportet primo trãſire per torrentem cedron. Torrens enim erant aquę pluuiales de cœlo, quæ ex mõtibus deſcendebãt & cum impetu fluebãt in medium uallis, & plãtatus erat cedris. quæ ſunt arbores boni odoris, quarum odor fugat uenenata animalia. Sic q vult tranſire de hoc mundo ad ortum paradiſi oportet ire cum aquis cõtritionis datis à Deo, & fugantibus omne uenenum peccati. Hinc dicebat Hieremias. Trenorũ 2. Deduc quaſi torrẽtem lachrimas per diẽ & noctem, & non taceat pupilla oculi tui. Pſalm. Torrentem pertranſiuit anima noſtra, forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem. Et bene cedron dicebatur, quia torrens ille generabat cedros imputribiles, eo quòd tribulatio & pœnitentia præſeruant carnem à putredine, ſicut ſal arcet à carne uermes, putredinem, & fœtorem, & uirga expellit tineam à ueſte, & myrra ſeruat à corruptione.

Quarta ratio ad ſenſum hiſtoriæ eſt, quia locus ille ſibi & ſuo proditori aptus erat. Sibi propter tria. Primo, quia locus erat aptus orationi, & ſequeſtratus ad orationem, cui uacabat temporibus ſolennitatum. Secundo quia erat locus aptus doctrinæ ſuorum familiarium & contemplationi. Vnde Criſoſtomus. In ortis & montibus dominus purum à tumultibus locũ ubi loqueretur de magnis ne impediretur ab auditione quærebat. Hinc & Theophilus. Principaliter nouerat dominus tempore feſto ſuos diſcipulos aliquid ſublime docere, & dicere illis quæ ad ſolennitatem ſpectabant, & adhuc nunc ſic conſueuit eccleſia facere filiis ſuis. Et ſimiliter nunc ſolent doctores loca ſeparata à plebe quęrere, ut ibi melius à ſęcularibus negociis expediti inuicem proficiant. Tertio ut ſe oſtenderet uoluntarium ad paſſionem & obedientem patri per omnia uenit ad locum illum. Sed proditori erat aptus propter tria. Primo quia modicum remotus erat à ciuitate, & ipſi eum quærebant ſine ſtrepitu populi. Secundo quia clauſus. ideo ſecundum eorum æſtimationem non poterat fugere. Tertio, quia notus erat proditori. propterea dicit euangeliſta. Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum locum, quia frequenter Ieſus conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis.

Iuiſſet.



Iuiſſet enim ad domum, ſi eum putaſſet ibi inuenire dormientem. Vnde Auguſtinus. Ibi lupus ouina pelle contectus, & inter oues alto patrisfamilias conſilio toleratus. didicit ubi ad tempus exiguum diſpergeret gregem, inſidiis appetendo paſtorem. Secundo triſtitiam aſſumpſit vnde ſequitur. Et aſſumptis Petro, & duobus filiis Zebedei cœpit contriſtari & tedere, & pauere, & męſtus eſſe. & dixit eis. Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem, quod exponit Guillelmus Pariſien. Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem, id eſt non ultra mortem protendetur triſtitia, ſed in ipſa morte morietur & finietur. ideo dicit Euangeliſta, quòd cœpit contriſtari, quia licet mali aliquando triſtentur in hac uita ut auari & inuidi. triſtitia tamen eorum non terminatur in morte, ſed tunc augetur & perficitur in damnatione. O quiſquis es fidelis Chriſtiane nunc conſidera dominum Deum, q non ſolum noſtram paupertatem & neceſſitatem, ſed etiam dolores & anguſtias aſſumpſit, qualiter ille qui tangit montes, & fumigant, cępit pauere & tedere. ille in quo aduerſarius nihil habebat, & qui nihil mali fecerat unde timere debuerit, pauere cępit & tedere. Quomodo ille in cuius aſpectu ſtat angelorum gaudium propter te triſtitiam ſummam amplectitur, adeo ut ſua natura totaliter alteretur. O beata uirgo mœrentium & mœſtorum cõſolatrix, vbi nunc materna dulcedo ad cõſolandum filium tuum? Et certe credendum eſt eam tunc potius orationi, quàm dormitioni ſicut & diſcipuli uacaſſe. Sed o beata anima, contemplare dominum tuum triſtem, & timidum, & attediatũ propter te. & ab eo quære intra te de ſtatu tuo, an ne circa ipſum recte agatur, & ſtatim reſpondebit tibi. Amice triſtis eſt anima mea uſque ad mortem. Et ſi quæras ulterius. O bone Ieſu unde procedit hæc triſtitia tam grandis. Reſpondebit illud. Pſalm. Quia repleta eſt malis anima mea. Sed heu domine, eſt ne aliquis qui conſoletur te in hac tribulatione? Reſpõdebit profecto illud. Pſalm. Suſtinui qui ſimul contriſtaretur & non fuit, & qui cõſolaretur & non inueni. Sed propter quid domine accipis hanc triſtitiam? Reſpondebit. Hoc autem totum factum eſt, ut adimplerentur ſcripturæ Prophetarum. Sed ubi de hoc ſcriptura loquitur? Reſpondebit. Dauid. in perſona mea dixit. Anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, id eſt ſuper dolorem meum futurum. & in me turbatum eſt cor meum à timore, & triſtitia. Et ſi arguatur quòd diſcipuli erant triſtes. Ioan. ſextodecimo. Sed quia hæc locutus ſum uobis, triſtitia impleuit cor ueſtrum. Reſpondetur quòd triſtitia erat de diſceſſu domini corporali, ſed non de perditione Iudæ & iudæorum, & negatione Petri, & errore eorum, & infidelitate, & futura perditione populorum. de qua dominus triſtis erat. ideo bene dicit. Suſtinui qui ſimul contriſtaretur, & non fuit. Et hæc eſt ſolutio Auguſtini ſuper Pſalm.

D

*Timor. Vtrũ timor fuerit in xp̃o*

Sed quæritur an in Chriſto fuerit uerus timor. Et uidetur q non. 1. Ioan. quarto. Timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras mittit timorem. Item Auguſtinus libro de ciuita. Dei 14. cap. nono. Timor eſt affectio uel amor fugiens id quod ei aduerſatur, ſed Chriſtus non fugit ſibi aduerſantes, ſed potius occurrit. Ioan decimooctauo. Ieſus itaque ſciens quæ uentura erant ſuper eum &c. ergo item Matth. decimo. dicit. Nolite timere eos qui occidunt corpus. Si ergo Ieſus cœpit facere & docere. Act. 1. & Pſalm. Præceptum poſuit & non præteribit. impleuit quod alios monuit, & ſic non timuit. Ridiculũ enim eſſet dicere, q eſſet de illis doctoribus quos arguit dicens. Dicunt & non faciunt. Reſpondetur q quadruplex eſt timor. Quidam timor naturalis, & hunc habuit Chriſtus quo naturaliter timebat mori, ſicut cuncta timẽt animalia. & hic ſtat cum charitate, & de facto eius natura mortem fugiſſet, niſi fuiſſet perfecte obediens & præuenta à ratione. & ſic iuſſit ſanctos iſtum timorem ſuppeditare. Secũdus eſt mundanus, quo quis timet amittere lucrum & bonum tẽporale, & propter hoc non timet Deum offendere. & iſte eſt malus, nec eſt cum charitate, nec etiam fuit in Chriſto, quia non quærebat fauores. Vix eſt hic quærẽs officia quin habeat hunc timorem exeundi curiam. Tertius eſt ſeruilis quo quis timet malum facere timore pœnæ tantum, ſicut qui abſtinent à furto uel homicidio propter timorem mortis, & ſic non

fuit

fuit in Chriſto. Quartus filialis qui habet duos actus. Vnus eſt timor ſeparationis à pio patre, & ſic eſt in nobis & in uiris perfectis, q̃ quandiu ſunt in hoc mundo timent ab eo ſeparari, & iſte fuit in apoſtolis, non in Chriſto, quia dicebat. Ego & pater vnum ſumus. Alius eſt adhærere cũ reuerentia bono quod admitti non poteſt & ſic erat ĩ Chriſto, & ĩ beatis. de quo. ps. Timor domini ſanctus permanet ĩ ſeculũ ſeculi.

E

*Suſtinere. Qđ ſumus conducti ad ſuſtinendũ onera noſtra & fratrum.*

Suſtinete hic & uigilate mecum. Hic habetur præceptum quod concernit omnes ſcilicet ſuſtinere onera legis & mãdatorum Dei. Vnde Guillermus Pariſi. in hac vita ſuſtinere iubemur dominum quãtuncunque grauem, aut ponderoſum tentationibus, aut tribulationibus ſe exhibuerit uel etiam laboribus. Pſal. Viriliter age & confortetur cor tuum, & ſuſtine dominum. Eccle. 2. Coniungere deo & ſuſtine. Ideo de eo eccleſia cantat. Cantico. 1. Faſciculus mirræ dilectus meus mihi id eſt meus dilectus Chriſtus eſt mihi mirreum pondus id eſt amarum. Amos 9. Faſciculum ſuum ſuper terram fundauit. id eſt totam eccleſiam. Non ſit ergo tibi oneri Deus, non proijcias eum. Suſtinete (inquit) me ſcilicet. id eſt onera vobis impoſita & onera fratrum. Gala. 6. Alter alterius onera portate. His enim omnibus de portandis nos conduxit dominus, & ei ex viciſſitudine tenemur primo quia portauit onera noſtra in cruce, grauia quidem cum onus ſuum ſit leue. Secundo precio æternæ remunerationis ad hoc nos conduxit, & hoc ad totam viam ſeu dietam, contra illos qui in ipſa dia dominum proijciunt, uel qui ante expletam dietam, huius uitæ precium ab eo deuectionis expetunt.

F

*Triſtitia. Vtrũ xp̃s triſtari potuerit.*

Sed quæritur circa hunc articulum vtrum Chriſtus tunc potuerit triſtari Et videtur quòd non quia Paulus in raptu dum vidit diuinam eſſentiam non ſentiebat ad extra paſſiones corporales. primo. Corin. 12. Siue in corpore, ſiue extra corpus neſcio Deus ſcit. nec etiam adam in raptu, ita vt coſta ſit ablata de latere eius abſque leſione. Sed Chriſtus excellẽtius tunc fruebatur quàm ipſi, ergo à fortiori ab exterioribus nihil patiebatur. Itẽ Prouerbio. 12. Non contriſtabit iuſtum [illegible] ei acciderit. Præterea ſecundum [illegible] eſt de his quæ nobis nolentibus accidunt, Chriſtus autem volebat mortem ergo ex hoc non poterat triſtari. Ad hoc dicitur primo quòd Chriſtus ex apprehenſione imminentis mali ineuitabiliter futuri maxime triſtabatur. Probat Ricardus de media villa. quia in pena ſenſitiua duo ſunt. ſcilicet leſio ſenſus, & apprehenſio leſionis, apprehenſio aũt penalior eſt. Nam leſio nondum exiſtens, ſed futura ſi apprehendatur penalis eſt. Si autem non ſit apprehenſio durante verbere non eſt pœna, vt patet in ſtrangulatis & ſuſpenſis, ſed Chriſtus excellentius apprehendebat quàm quicunque alius. Vnde Dam: Supra hominem quæ hominum erant agebat. Alioqn in apprehẽſione pœnæ futuræ non ſuadeſſet ſanguinem quod de alio non eſt auditum. Quid ergo mirũ ſi tantæ virtutis fuiſſet ſua apprehenſiua, vt omnem obiecti triſtabilis præſentiam apprehenderet excellenter & ex hoc maxime ſequi triſtitiam. Nam ſecundum Ariſto. 3. Ethicorum fortis maxime triſtatur in morte, eo quod melioribus bonis ſe congnoſcit priuari. Et quia dominus ſciebat poſt paululum ſe priuandum illa nobili integritate amata animæ cũ corpore, ideo non mirum ſi triſtabatur. Secunda ratio ſecundum Bon. in 3. diſtin. 15. & huic concordat magiſter. Sicut ex coniunctione rei amatæ cũ apprehenſione eiuſdem cãtur ĩ appetitu ſenſitiuo delectatio, ſic ex cõiũctione rei odite cũ apphẽſione eiuſdẽ cãtur in appetitu triſtitia. Et quia res de proximo & certitudinaliter futura conſideratur quaſi iam præſens propter inſtantem propinquitatem & infallibilitatem, ideo non ſolum reſpectu rei odite cum eſt præſens ſed etiam infallibiliter de proximo venturæ eſt triſtitia. Vnde. 2. Rethoricæ dicit Ariſto. quod illi qui debent decapitari, non timent videntes ſibi neceſſitatem imminere, ſed triſtantur. Et quia ſenſualitas Chriſti mortem recuſabat cum apprehendebat eam de proximo & infallibiliter venturam oportuit in appetitu eius tantam fuiſſe triſticiam. Dicitur ſecundo q̄ non eſt ſimile de aĩa Xp̃i & de aĩa Ade, vel Pauli. Nam ſ̃m Richar. 3. ſen. diſt. 18. in quadam textus expoſitione. Anima Chriſti in tanto animas omnium aliorum exceſſit, vt ſimul poſſet & regimini corpis uacare & Deo ſicut nunc angeli Deo



Deo & nobis. Animæ autem noſtræ hoc ſimul facere non poſſunt, nec ad tam diuerſa attendere. Minus enim poteſt ad ſingula qui ad plura diuiſus eſt. Sicut minus potens viſiua viſibili tantum apprehendit, ſed potentior ſenſus communis viſibile ſimul & guſtabile iudicans album eſſe dulce. Et propter hoc in martyribus fuit impotentior apprehenſiua quàm in Chriſto. Nam quanto magis ſenſerunt Dei preſentiam, minus ſenſerunt corporis leſiones, quia pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus, non Chriſti apprehenſiua quæ ſimul poterat diuine viſioni vacare & triſtitiæ corporali. Dicitur tertio q̄ aliter in Chriſto, & in nobis fuit hæc paſſio triſtitiæ, quia in nobis frequenter cauſatur contra & præter imperium rationis quod eſt vituperabile. vt patet per auctoritatem allegatam, ſed in Chriſto non fuit niſi ſecundum imperium rationis, q̃ imperabat ſenſualitatem turbari ſeu triſtari moderare ſecundum exigentiam ſuæ naturæ. Ideo in ipſo fuit triſtitia nõ rationem peruertens aut conturbans. Aliud enim eſt (inquid Hieronimus) contriſtari. aliud incipere contriſtari. Dicitur quarto ſecundum Scotum in tertio quòd ad triſtitiam ſufficit nolitio conditionata, vt patet de mercatore pſoijciente merces ſuas in mare, qui de facto vult proijcere, ſed tamẽ de hoc facto triſtatur, quia cũ hoc hẽt nolitionẽ conditionatã de non proijciendo ſi poſſet euadere. Sic Chriſtus volebat ſimpliciter voluntatem patris impleri, licet haberet nollitionem conditionatam de pœna.

G

*[illegible] Tria xp̃i documenta ad ora[illegible] [illegible].*

Et auulſus ab eis quantum iactus eſt lapidis procidit in faciem ſuam orans & dicens. In quibus habemus tria documenta. Primum eſt q̄ quando tribulamur in orationibus noſtris debemus quærere locum ſolitarium propter duo. Primo quia magis ſequeſtramur à rebus huius ſeculi, & ſic mens noſtra magis eleuatur in Deum. Secundo quia in illis orationibus ex vehementia quærendi quod nobis neceſſarium eſt vel ad reſiſtẽdum, vel obuiandum tribulationi, vel patienter eã portandum frequẽter facimus ſigna & geſtus in corpore, quæ non debent fieri publice, ſed ſecrete. Ideo dominus in tribulatione ſua. Primo receſſit a ſuis diſcipulis quantum erat iactus lapidis, non ſponte ab eis recedens quia cum violẽtia & quaſi auulſus ab eis, ad denotandum quòd in breui ſeparandus erat ab eis, ſed tamen in breui reuerſurus, quod ſignificatur per abſconſionem patene in miſſa quę parumper abſconditur & poſtea reuelatur. Secundo ad denotandum quòd ſicut receſſit paſſurus, ſic & receſſit oraturus. Sic etiam tantum diſtat ſua oratio à noſtra quantũ ſua paſſio à noſtra. Secundo cecidit in faciem ſuam ad oſtendendum orationem debere fieri cum humilitate, & ſi ſit priuata cum inclinatione & lachrimis. ſi ſit publica ſit alijs conformis. In ſignum cuius facti (vt dicit Alexã. in 4. in materia de ſacramento altaris, vel de miſſa) cum ſacerdos dicit ſimplices te rogamus, inclinat ſe. In quo ſignificatur proiectio Chriſti orantis in faciem ſuam. & deinde oſculatur altare, in memoriam oſculi traditoris. Et quia ter orauit conſequenter ſacerdos triplicem crucem ſuper panem, & ſuper calicem, & ſuper ſe facit.

Tertio orauit genibus flexis. vt dicit Guil. Pariſ. cõtra illos qui altero genu flexo orant. Tales enim videtur irridere dominum dimidium Deum eum putantes, & etiam velle facere periurare eum. Dixit enim dominus Eſa. 45. In memet ipſo iuraui, quia mihi curuabitur omne genu, & iſti dicunt quod non erit ita, quia non niſi vnum curuabunt. Et id quod in retributionem humilitatis & obedientiæ ſummę Chriſto domino à Deo patre datum eſt, auferre conantur. Philip. 2. Propter quod & Deus exaltauit illum.

H

*Tranſire Quõitelligi poteſt orõ xp̃i q̃ orabat ut tranſiret calix à ſe*

Abba pater, ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte & hora veruntamen non ſicut ego volo ſed ſicut tu. Abba enim nomen eſt Hebreum, pater grecum & latinum. in quo vt dicit magiſter in hyſto. ſchola. innuit Deum patrem eſſe omnium gentium. Poteſt autem hæc oratio exponi dupliciter. Vno modo de ipſo Chriſto ut fiat oratio pro eo. Secundo de membris vt fiat oratio pro eis. Primo modo poteſt exponi tripliciter. Vno modo pater ſi poſſibile eſt id eſt fac vt me non moriente mors moriatur, homo redimatur, cęlum aperiatur. Secundo modo ſic exponitur Tranſeat à me nõ vt non ueniat, ſed vt cito tranſeat & non diu duret, quaſi diceret. Potus iſte calidus eſt quia ſecundum Iſidorum calix eſt potus calidus

calidus, non ſit pater mi potus iſte longus, quia neque conſueuerunt omnes longe potare vnico hauſtu. Tertio modo ſic exponitur, cito tranſeat id eſt cito mutetur dolor mortis in gaudium reſurrectionis. Calix enim eſt certæ menſuræ, ita paſſio mea ſit à te patre meo ſic menſurata, vt tertia die tranſeat in gaudium. Quaſi diceret ſecundum Guillermum. tranſeat quaſi excurſum tranſitorium in me faciẽdo non moram in aliis enim poſt diſſolutionem animæ corporis mors moram facit corpora ipſa putrefaciendo & incinerando iuxta ſententiam domini. Geneſ. 3. Donec reuertaris in puluerẽ de qua ſumptus es. Eſt ergo dicere. Tranſeat à me. i. imple quod promiſiſti mihi per dauid dicentem. Non dabis ſanctum tuum &c. glo. id eſt corporis putrefactionem, quod Petrus impletum eſſe teſtatur. Actu. 2. Secũdo modo exponitur de membris, & hoc tripliciter Primo ſecundum Hieronymũ. Tranſeat à me id eſt à meis Iudæis, ne ab eis propinetur, & morte mea excecentur, & finaliter ne ĩ eis hæc cecitas remaneat, ſed per pœnitentiam deleatur. Secundo ſecũdum Guil. Tranſeat à me non ſubſtantiam mortis petit tranſire, ſed vindictam quæ propter eam Iudæis infligenda erat. Ideo quaſi compatiens eis dicebat. Tranſeat à me calix iſte id eſt iſtius vindictæ ſi poſſibile eſt ſalua iuſtitia. quaſi diceret. Ego ſic eis compatior & miſereor optãs ne eis quodammodo calix paſſionis meæ vertatur in toxicum & potionem mortiferam, qui eſt totius ęgrotantis mundi ſaluberimum antidotũ. Ne dum ipſam mortem ipſa morte abſorbeo ſimul & vitam Iudæorum quodammodo deglutiam. Ita enim vſualiter dicitur illud bibi cuius p̄cium bibitur. Quia vero nõ ſolũ triginta argenteis, ſed etiam precio mortis & ſpiritualis, & æternæ dominicæ paſſionis calicem emerunt Iudæi. cuius foro etiam omne peccatum mortale emitur, non ſolum mortem ſed etiam vitam eorum in vno illo calice bibit dominus, & hoc erat ille calix in manu domini plenus mixto. Mors enim & vita illorum in illo quodammodo mixtę erant. Hæc Guil. vnde Chriſo. ſuper Matt. Homil. 6. Natiuitas iudaici populi in tempore Abrahæ vſque ad exitũ eius de egypto. Tũc enim quaſi infans fuit populus ille & in ſubiectione & ſeruitute iuuentus fuit ex tempore moyſi vſque ad reges, virilitas eius ex tempore regum vſque ad tranſmigrationem Babylonis. Senectus autem vſque ad Chriſtum quando mortuus eſt populus ille propriam interficiens vitam. De quibus ætatibus loquitur populus ille per p̄s. Deus docuiſti me à iuuentute mea, ſcilicet ex tẽpore Moyſi quando legem ad eruditionem accepit, & vſque nunc pronunciabo mirabilia tua quod fuit in tempore regnum, & vſque in ſenectam & ſenium Deus ne derelinquas me, donec annunciem brachium tuum generationi omni quę ventura eſt, quod factum eſt tempore Chriſti quando qui digna fuerunt virtutem & brachium domini annunciauerunt genera ioui gentium poſtea credenti. Tertio ſecundum Hilarium. Tranſeat à me calix id eſt timor & ſcãdalum paſſionis meæ à meis diſcipulis ne diu maneant in errore. Vnde Hilarius Non mors ſed tempus mortis in metu eſt quia poſt reſurrectionem fides eſt futura firma credentium. Vel ſecundum eum nõ petit vt non veniat, ſed ut tranſeat à me hæc fortitudo & patientia quam habeo in martyres, vt ſint fortes & patientes pro tuenda fide. Quæritur quare Chriſtus dixit. Si poſſibile eſt, cum tamen certiſſime ſciret illud eſſe poſſibile. & cum nihil ignorare videatur cum Deus ſit in hoc tamen dubitare videtur. Dicitur quod & ſi aliquis modus redemptionis noſtræ fuerit poſſibilis alius quàm per calicem paſſionis Chriſti, iſte tamen ſecundum Aug. fuit conuenientior, quia culpæ ſatisfactiuus, naturæ melioratiuus, & diuinæ charitatis oſtenſiuus. Vñ & ſi alius fuerit poſſibilis de potentia abſoluta, non tamen ordinata. Et ratio huius congruitatis eſt, quia per peccatum Adæ amiſimus propriam excellentiam mentis, Dei amicitiam & innocentiam, hoc autem oportuit recuperare per beneficium ſaluatoris. Excellentia autem congrue reparari nõ poterat, niſi per reparationem excellentiſſimam, quia ſi p̄ merã creaturã repati eſſemus, oporteret nos eẽ ſubiectos illi creaturæ. Innocẽtia repari nõ poterat niſi p̄ ſatisfactionẽ ſufficiẽtiſſimã illius q̄ Deus eſſet & hõ. Deus quidem qui pro omnibus ſatisfacere poſſet. Amicitia ſimiliter reformari non pote



rat, niſi per mediatorem conuenientiſſimum, qui vtrique patri conformis eſſet. ergo. Tunc venit ad diſcipulos ſuos & inuenit eos dormientes, & dicebat eis. Simõ dormis, non potuiſti vna hora vigilare mecum. Quaſi diceret ſecũdum Theophilum qui vna hora nõ potuiſti vigilare mecum, quomodo mortem ſpernes tu q̃ ſpõdes mori mecum? Certe non oſtendis tantum facto quantum verbo. Iudas nunc nõ dormit qui melius ſeruit magiſtro ſuo q̃ tu facias. Vigilate mecũ non cum dyabolo cum quo vigilat iudas, & orate vt non intretis in tentationem, ne ſuperemint à ſuperueniente tentatione. Spiritus quidẽ prõptus eſt ad dicendum quòd parati eſtis pro me mori, ſed caro infirma eſt ad ſuſtinendum tentationem imminentẽ. Similes enim ſumus ſimię ligatæ in collo alicuius ligno uel blocco, quæ cum diſponit multum currere & longius ire, vinculo quo ligatur impeditur. Sic plura bona propoſita habet ſpiritus noſter, ſed impediente ſenſualitate, & eius conſuetudine mala, non poſſumus illa implere. Similiter ſimia vult ſurſum aſcendere, ſed illo vinculo detinetur. Sic ſpiritus vult ſemper ad Deum volare, ſed ſemper carnis pondere impeditur. vt patet in orationibus noſtris. Vel ſic exponitur. Spiritus meus prõptus eſt ad portandum mortem pro uobis caro autem infirma ad portandum. Vel ſic ſecundum Guil. Spiritus ſanctus promptus eſt omnia largiri, ſed caro infirma id eſt homo ex carne ipſa debilis eſt capacitate ad recipiendum, & debita diligentia ad recepta ſeruandum. Recte enim dicitur caro infirma quæ nihil niſi ruere per ſe, niſi cedere omni impellenti, niſi lædi ab omni obuiante, nihil niſi deficere nouit. Hæc tipum gerit Chaym. Gen. 4. Omnis qui me inuenerit occidet me. Chaymites autẽ omnes. id eſt carnales quotquot inuenit occidit. Si enim proſpera ipſos inueniunt uelut in putredinem voluptatis, & gloriæ eos diſſoluunt. Si aduerſa velut uaſa fictilia conterunt, & uelut paleas adurunt. Hæc Guil. Vel quarto ſic exponi poteſt. Debetis nunc orare ad reſiſtendum tentationi, quia ſpiritus magis promptus eſt eo quod caro infirma eſt. vnde. 2. Cor. 12. Dum ĩfirmor, fortior ſum. Spiritus autem noſter & caro ſunt ſicut ſitulę putei, quando vna aſcendit altera deſcendit. Sic quando caro fortificatur ſpiritus infirmatur & econtra. In hoc habentur plura documenta. Primum quòd proni ſumus magis ad malum etiam difficile faciendũ quam ad bonum minus difficile. Patet in Iuda traditore qui ad tradendum dominum ſuum vigilabat, & tamen diſcipuli non poterant vigilare ad bonum. Hoc etiam patet in hominibus armatis, qui cum armis dormiunt cauſa rapinæ, & periculis infinitis ſe exponunt. qui pro Deo non ieiunarent. Secundum documentum eſt quòd multo plures ſunt amici uerbo quã facto. Vnde Bernardus. De verbis magna eſt copia amicorum. Tertium documentum quòd in tentatione ſemper debemus recurrere ad dominum. Sicut enim fur audito clamore fugit & vicini occurrunt vt ſubueniant. ita clamor orationis diabolum fugat & ſanctos ad ſuccurrendum excitat. Et ſecundum Iſidorum. Sicut ſeruus qui ſentit furem in domo & non clamat, fauet furi, & proditor eſt domini ſui, ſic q̃ tentationem ſcit eſſe in corde videtur chriſtum prodere, & diabolo conſentire, niſi clamet ad dominum cum propheta dicẽs Tribulationem meam ante ipſum pronuncio, in deficiendo ex me ſpiritum meum. Sicut horologium ſemper operatur dummodo trahentia pondera non ceciderint, ſed ſi ceciderint niſi alius releuet nihil facit. ſic nec nos ſine auxilio diuino, igitur ſemper orare oportet.

*I Orare. Chriſt' nos orãs ſpõte quidem prõptus & creat. in multis nos edocuit.*

Sed quæritur vtrum tentatio ſit appetẽda? Videtur quod ſic. Illud de quo eſt gaudendum eſt appetendum. ſecundum Iacob. 1. Omne gaudium, exiſtimate fratres cum in uarias tẽtationes incideritis. ergo. Secundo illud quo perueniendum eſt. ad regnum ſumme eſt appetendum, ſed ſic eſt de tentatione. 2. Timoth. 2. Non cornabitur niſi qui legitime certauerit. & ideo hoc petebat Pſalm. dicens. Proba me domine & tenta me. Item Paulus a ſe petijt ſtimulum carnis remoueri. ſed Glo. ibidem dicit ipſe Quòd ipſe hoc petens neſciuit quid peteret. In oppoſitum, quia dominus hic dicit. Orate vt non intretis in tentatationem. Reſpon. hic. d. ſanctus. 2. diſt. 21. q. 1. ar. 3. Prima propoſitio. Tentatio non eſt proprie bonum appetibile quia de per ſe ordinatur ad perditionem hominis & ten-

*K Tẽtatio. Vtrũ tentatio ſit appetenda.*

tare

tare maxime concordat voluntati hoſtis noſtri. Iuxta illud Luc. 22. Ecce Sathanas expetijt vos vt cribraret ſicut triticum. er go ab eo debemus nos diſcordare. Tentatio tñ cum victoria poſſet appeti, ſicut ſectio membri propter ſanitatem, vel potio amara, vel venenũ bibere confectũ tyriaca. Licet enim tentatio ſit malũ per ſe inducens ad perditionem, tñ ex adiuncto. ſ. ex victoria ducit ad ſalutem. Et hoc modo dicit Iacobus. Gaudiũ eſſe cũ in varias tentationes incidimus, & reſiſtimus. Et ſimiliter Paulus non conſiderabat in petitione ſua euentum pugnę ſcilicet victoriã Secunda propoſitio. Quia propter fragilitatem noſtram virtus noſtra dubia eſt & victoria, ideo ſecurius fugitur quàm quæratur. Ideo non petit. ps. Quòd tentetur, ſed ſi tentetur ꝙ nõ ſupra vires. Vnde ſenſus eſt. ꝓba me primo, & poſt ſi expediat mihi, tenta me quaſi diceret. Qui noſti qualis ſum, ſi expedit mihi tenta me. Vel ſic. Petit vt ſic acceptus deo fiat vt dignus ſit tentari à dño. Iuxta illud. Thobiæ. 12. Quia acceptus fuiſti dño, neceſſe fuit vt tentatio ꝓbaret te. Iterũ ſecundo abijt & orauit eũdẽ ſermonẽ dicens. Pr̃ mi &c. Et ſi dicatur. quia Eccle. 7. Ne iteres uerbum in oratione. Dr̃ ꝙ hoc ſic eſt intelligendum, non iteres, id eſt ita ſis diligẽs in proferendo integre & deuote verba orationis tuę, vt poſtea propter omiſſionẽ vel negligentiam tuam non oporteat iterare. Sed tamen iterare propter inſtantiam vel deuotionem, bonum eſt. Sic & eundem ſermonem in prædicando diuerſis bonum eſt quandoque iterare.

[2 *Oculus. Qđ multipliciter oculi grauantur.*]

Et uenit iterum & inuenit eos dormientes. Erant autem oculi eorum grauati, & ignorabant quid reſponderent ei. Vnde ſecundum Bedam. Somnus corporis præfiguratio erat quòd ĩ proximo grauandi erant ſomno infidelitatis. Grauantur autem multipliciter oculi. Primo longitudine vigiliarum. ſicut hic Petrus qui poterat dicere illud Pſalm. defecerunt oculi mei, dum ſpero in Deum meum. Secundo grauantur fumo noxiarum cogitationum quæ impediunt hominem & intellectum eius à cõſideratione ueritatis. Tertio grauantur longa lucis abſcentia, vt patet in detentis diu in terris carceribus. qui dum exeunt, lucem ferre non poſſunt. Sic homo aſſuetus mala cogitare, dum ſe vult vertere ad conſiderationem boni & virtutis hoc ferre non poteſt eius mala conſuetudo. Quarto grauantur ex uehementia lucis. vt patet in aſpicientibus ſolem. Sic inuidi in modum noctuæ grauantur cum lucem bonorum operum ferre non poſſunt. Quinto grauantur ne videant, quã do prohibentur aliquo interpoſito vel velamine. Interpoſitis enim terrenis multi grauantur ne videant ad uoluntatem ſuã, uel velamine vitiorum interpoſito, quia vicia oculis intellectus, & affectus habent alligata quaſi velamen. Sexto grauantur ægritudine naturali, vt ignorantia uel naturali ebetudine. Sic & nos illa infirmitate quæ dicitur originale peccatum, propter quod omnes naſcimur ignorantes. Septimo grauantur torpore & deſidia qua multi etiam oculos aperire prohibentur, quando ipſum cogitare de Deo aut vitijs ſuis moleſtum ſit. Quod grauamen in omni tentatione ſingulis experimur dum aliud cogitare quã ipſum quod per ſuggeſtionem à dyabolo nobis corã ponitur non ſiue moleſtia & difficultate poſſumus. Et relictis illis iterum abijt & orauit tertio eundem ſermonem dicẽs. Apparuit autem illi Angelus de cęlo confortans eum. non quidem oculo mentis, quia ſemper eos videbat cum eſſet comprehenſor, ſed oculis corporis in corpore aſſumpto. Modus autem huius confortationis (vt dicunt doctores) fuit vel de ſui præſentia. ſicut amicus de ſui præſentia confortat amicum. Sola enim amici præſentia etiam ſi nihil dicat, cauſat delectationem. vel forte aliqua verba conſolatoria dicendo puta magnanimum magna ſuſtinere decet. Vel quia paſſio cito tranſiret, & eius fructus eſſet perpetuus. ſcilicet redemptio generis humani. & reſtauratio ruinæ Angelicæ. Vel ſecundum Theophilum, iſta angeli confortatio fuit Chriſti, glorificatio. Dicebat enim angelus domine tua eſt virtus, tu potes contra mortem & infernum genus liberare humanum. Humilis autem dominus humiliter hanc ſuſcepit conſolationem, ſciens ſe paulominus minoratum ab angelis dum eſt in hac lachrimarum valle. Et ſicut contriſtabatur vt homo, ſic ex verbis angeli confortatus eſt vt homo. Et ſicut in prima tentatione



tione acceſſerunt angeli & miniſtrabant ei, in quo oſtendebatur diuina natura cui ſeruiebant, ſic in vltima tentatione angelus confortat eum vt oſtendatur humana natura vera in eo. Nam ſecundum Bedam diuinę naturæ angeli miniſtrant humanã verò confortant. non propter ſe & ſui indigentiam, ſed magis propter diſcipulorum aſſiſtentiũ conſolationem, & ad confirmãdum fidem in eis. In quo nobis datur ſpeciale documentum ꝙ orantibus nobis aſſiſtunt angeli boni nos confortantes, vt ſic etiam ſciamus tribulatis pro Chriſto non deeſſe conſolationem. iuxta illud ps. Secũdum multitudinẽ dolorũ meorũ in corde meo cõſolationes tuæ letificauerunt animam meã & hoc qñ feruẽtes ſumus in orationibus & abſq; peccati macula. Inde timendũ eſt ne propter deſidiam & remiſſionẽ noſtrã boni angeli recedant a nobis, & incipiat quiſque dicere illud ps. Lõge feciſti notos meos à me, poſuerunt me abhominationẽ ſibi. Nam ſi ſe à nobis boni ſpiritus elongauerint, impetus malorũ quis ſuſtinebit.

[M *Oratio. In neceſſitate debemus ad orationẽ confugere.*]

Et factus in agoniã prolixius orabat. Agonia poterat dici certamen contra mortem. Vel mortis anxietas quàm quaſi præſentem videbat, & ideo dicitur tunc fuiſſe in agonia, ſicut infirmi in extremis laborantes dicuntur eſſe in agone. Vel dr̃ reluctatio ſenſualitatis naturaliter mortem horrentis & recuſantis, & rationis voluntati diuinę obptemperantis In quo habemus duo documenta. Vnum eſt ꝙ ſemper præ oculis debemus habere agoniam & bellum mortis noſtrę. Si enim illa agonia hominem Deũ ex ſola apprehenſione tanta turbauit anguſtia, qui etiã ſuum ſciebat finem & ſtatum gloriæ, quid de nobis miſeris, qui poſt mortem neſcimus quo tendimus. Secundum documentum ꝙ in agonia illa vel quacunque neceſſitate cõſtituti debemus ad orationem cõfugere, & q̃to neceſſitas maior, tãto ſuſpiria cordis maiora & oratio prolixior.

Et factus eſt ſudor eius tanquam guttę ſanguinis decurrentis in terrã. O quiſquis es chriſtiane nunc conſpice dñm maieſtatis æqualẽ patri in diuinitate quantum ſe humiliauit pro te. Proſtratus orat ad terram ſicut quilibet de populo homũculus, & in tanta anguſtia poſitus ſuorum non obliuiſcitur diſcipulorum, ſed ad eos venit & eis compatitur & miſeretur. ſicut ꝓprium eſt ei ſemper & miſereri & parcere. Nunc ſi habeas oculos mentis intuere dominum tuum, qui nunquàm cum ſenſualitate bellum habuerat, nunc ſentientem naturam ſuam non rebellem ſed ex Dei voluntate querẽtem quod ſuum eſt. reſpice dñm totũ afflictũ, totũ ſanguinolẽtum flẽtem, nõ ſolũ ex oculis corporis ſed ex omnibus partibus corporis. O quanta infirmitas, o quanta triſtitia, o quãta febris tenebat dña Ieſu. q̃ calida vt inde exiret ſanguius, reſpice poſt hæc dñm tergentẽ ſibi vultũ, & forte in torrente lauantẽ. O vbi es pijſſima mater, an nõ ſubuenires dilecto tuo in tãto dolore cõſtituto? Vbi. n. eſſent viſcera pietatis maternæ? Quid diceres videndo dilectũ tuũ? certe illud Can. 5. Dilectus meus candidus & rubicundus. Fuit quidẽ cãdidus in natiuitate intrãs in mundũ, nunc rubicũdus in paſſione exiẽs mundum. O Petre qui dicebas in transfiguraaione, bonũ eſt nos hic eſſe cum eum reſpiceres ſicut niuem candidũ, qđ dicis cum vides nunc rubicundum, prius glorioſum, nunc ingloriũ? Sed o dñe Ieſu quid circa te agat aĩæ deuotæ & te quærẽti narra, & certe dicet Spũs quidẽ promptus eſt, caro aũt infirma. Vel illud Eſa. 43. Laborare me feciſti in peccatis tuis. Et ſi quæras quare domine ita infirma eſt caro tua Reſpõdebit ꝙ duplex eſt ratio. Prima qñ tribulatio ꝓxima eſt & nõ eſt q adiuuet. Scđa qñ ego ĩ flagella paratus ſum, & dolor meus in cõſpectu meo ſemper. Quantus dolor erat in eius cõſpectu, quãta futuræ mortis acerbitas, qñ ſola imaginatiõe mortis ſudorẽ excitabat ſanguineũ? Quã grauis & q̃ tenax macula pcti, q̃ tanto, & tã calido lauacro indiguit? Non. n. potuit pctm̃ deleri per diluuiũ qđ fere totũ mundũ ſubmerſit, qa frigida erat aqua illa. Iõ neceſſe erat dñe Ieſu vt de ſanguine tuo balneũ præparares, & lauares, & pctã noſtra in ſanguine tuo. Poſt pctm̃ ſuũ ſudauit Adam ſed ſudor nihil profecit ad diluendũ peccatũ. Sed ecce dñe ſudas non aquã ſed ſanguinẽ, vt corpus cũ capite ſudans totum deleat peccatum. O quiſquis es voluptati deditus, intellige hanc domini tui lectionem. Intelligite inſipientes in populo, & ſtulti aliquando ſapite. Quid dominus per ſudorem vobis demonſtrat

claman-

clamando. O quiſquis es voluptuoſus miſer, tu viuis in mundo ſaltando gaudendo & tripudiando, & ego pro te factus ſum in agonia, triſtitia, & mortis neceſſitatis. Tu laute viuis & abſque labore, & ego ꝓ te factus ſum in ſudore. Ecce bibis vſque ad ebrietatem, & ecce pro te emitto ſanguinē. Tu male agere nō deſiſtis, & ecce pro te ſanguinem ſudo vt te lauem à peccatis. Tu rides & delectaris ex omnibus membris eis delectationes tribuens, & ecce ex meo corpore pro te exit ſanguis ab omni parte decurrens. Tunc venit ad diſcipulos ſuos dicens. Dormite iam & requieſcite. Sciendū quòd dominus ter viſitauit dormientes, & nunc increpaſſe, nūc indulſiſſe quietem legitur. & hæc tria. ſecundum Guil. quotidie in ſuis viſitationibus demonſtrat. Primum eſt admonitio doctrinæ qua eos vel inſpirando vel foris per hominem admonendo illuminat, vt quid eis faciendum ſit, & vitam ſuam intelligant & videant. Secundum eſt tribulatio quę eſt velut ſtimulatio qua torpentes & negligentes excitat, & hāc ipſa diſcipulorum increpatione inſinuat. Tertium eſt conſolatio qua tentationibus & tribulationibus vulneratos atque fatigatos refouet & reficit & quaſi eos vires reſumere & reſpirare facit, & hæc eſt quies quā in mediis laboribus & doloribus ſuis indulget. In hoc autem quòd ſemꝑ eos dormientes inuenit illud inſinuat quod ī omni tentatione uel tribulatione omnes dormimus clauſos habentes oculos, ut nihil penitus ſpiritualiter videamus, & corpore & negligentia quodammodo ligati & velut quodam ſomno præſſi (ſi ſi ipſe nos excitet) ſumus. Iob. 33. Hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per ſingulos. In hoc tamen eſt mirabile quòd cuſtodes & ſpeculatores animarum. id eſt clericos maxime inuenit dormientes in uoluptabro diuitiarum & delitiarum, qui in bello debēt ſuper gregem excubias facere. Sufficit venit hora. ecce tradetur filius hominis in manus peccatorum: Surgite eamus. Ecce qui me tradet prope eſt. Parum autem ibi dormierunt quia dominus excitauit eos: Vide ibi domini dei tui amorem, & mundi contemptum. Quando voluerunt eum facere regem fugit, quando voluerūt eum ſuſpendere occurrit. docens melius

*N Viſitare. Tria facit dñs viſitãdo ſpiritualiter q̃ fecit ſuis diſcipulis corporaliter in orto.*

eſſe ire ad domum luctus & pęnitentiæ q̃ conuiuij & letitiæ. In huius etiam ſignum per medias turbas noxiarum cogitationū per medios gladios & laqueos tentationū perambulanda eſt via domini. Tunc enim maxime perambulanda eſt cum hoſtes ꝑ tentationes ſe opponunt. Nam regnum cęlorum vim patitur. Vnde ſicut agnus cum videt lupum aliquandiu fugit, ſubito tamen grandum figit, ſic verus agnus Chriſtus cum vidiſſet lupos ſuum diſpergentes gregem ſcilicet ſcribas & phariſeos, aliquando eos fugiebat cum ſe abſcondebat ab eis finaliter tamen adueniente hora paſſionis ſubito gradum fixit per conſtantiæ firmitatem, immo eis obuiam proceſſit. Adhuc eo loquente ecce Iudas vnus de duodecim antecedebat eos & cū eo turba multa. Et cum accepiſſet cohortem à præſide & à pōtificibus & phariſeis miniſtros, venit illuc cum lanternis, & facibus & armis & gladijs & fuſtibus & lignis. Acceperunt autem à pontificibus miniſtros. id eſt ꝑmotores, & à præſide cohortem armatorum, ne Iudæi forte zelo legis ducti ſi Chriſtus à ſolis gentilibus caperetur eis reſiſtere voluiſſent, & propter hoc uenerūt armati, vt ſcilicet ſeruato ordine legitimæ poteſtatis tā ſecularis quā eccleſiaſticæ, nullus auſus eſſet repugnare. Sed quomō cohors ſequebatur tam uilē perſonam ſicut Iudam quaſi obediendo ei, cum tamen ibi eſſent nobiles romanorum? Dicitur ſecundum Criſo. quòd hæc fecerunt corrupti pecunia data vel promiſſa. Omnem enim ſubiectionem patitur amor pecuniæ. Etiam homo diligens eam ſe ſubijceret viliſſimis & turpibus rebus antequam eam non obtineret. ideo ſecuti ſunt eum. Vnde Actu. 1. Iudas fuit dux eorum qui comprehenderunt Ieſum. itaq; dux cohortis proditor erat. Sic ſecundum Guil. moraliter loquendo cohors uitiorū niſi per proditorem nihil poteſt in nos. Proditor eſt ipſa concupiſcentia quę blanditur nobis & oſculatur & dat ſignum cohorti dæmonum, & ſi non timeas proditorem illum ſaltem time cohortem ſequētem dæmonum & uitiorum. Vnde quotiens homo iudicatur bonus, de eo non curatur. poſtquàm verò ad omne malum ſe applicat, efficitur dux ad omne malum capitaneus exiſtēs & Iudas, & ſic de alijs.

Ieſus



Ieſus itaque ſciens omnia quæ ventura erāt ſuper eum proceſſit & dixit eis. Quē quęritis? Reſponderunt ei. Ieſum nazarenum. Non erat querendus ad mortē quē profitentur eſſe ſalutis auctorē: nec erat perſequendus quem dicunt florem honoris & honeſtatis. Sed virtute diuina factū eſt vt non cognoſcerent eum: ſed nec etiā ſuus diſcipulus iudas: vt per hoc oſtenderetur ꝙ de voluntate ſua caperetur. Dixit eis Ieſus. ego ſum. Stabat autem & iudas qui tradebat eum cum ipſis. Vt ergo dixit eis ego ſum: abierunt retrorſum & ceciderunt in terrā. Hic duo penſanda ſunt. Primum eſt quàm aſpera erit vox iudicis irati, cuius verba dulcia pati non potuerūt. Aug. Vbi nunc militū cohors & miniſtri principium ac phariſeorum, vbi terror & munimen armorum? Ita vna vox turbam odiis ferocem, armis terribilem ſine vllo bello proſtrauit. Quid iudicaturus faciet qui iudicandus hoc fecit? Quid regnaturus poterit, q moriturus hoc potuit? Secundo penſanda eſt virtus nominis domini, quādo ex ſolo eius nomine cum diceret ego ſum, proſtrati ſunt oēs aduerſarij. Vnde Guillerm. Illud edocemur ꝙ in nomine domini Ieſu, pręſentiq; eius virtute mors eſt & caſus hoſtium noſtrorum. Propter quod in omni tentatione & diſcrimine aduocare admonemur eius virtutem & præſentiam quam hoſtes ferre non poſſunt. Si nomē alicuius viri fortis & ſtrenui bellatoris nonnunquam aduerſarios eius deterret, quid nobis ſperandum eſt de nomine ſaluatoris? Nullus eſt exercitus, nullus potens, qui non habeat nominis alicuius inſignium, cuius acclamatione & ſe & ſuos animet ad ſtrenue agendum, & aduerſarios deterrere confidat. Sic & his quorum vita militia eſt ſuper terram. Iob. 7. Inſigniū eſt inuocatione acclamādum eiſdem. Tu ergo ſine acclamatione huius inſignij, nunquam pręſumas cum hoſte congredi. Iterum interrogauit eos, quem quæritis. Illi autem dixerunt. Ieſum nazarenum. Reſpondit Ieſus. Dixi vobis quia ego ſum. Si ergo me quæritis ſinite hos abire. Hoc fuit factum interuallo facto, ad oſtendendum ꝙ ſi voluiſſet fugere potuiſſet. Quia aūt in ſecunda reſponſione compræhendi ſe patitur eos figurat qui in initio tentationis

*O Ieſu. Quia ſine nomine Ieſu nec eſt cõgrediẽdũ cũ hoſte.*

ſtrenue agunt, celeriter autē deficiunt ſimiles bellatoribus qui non habent niſi primum impetum. ſimiles quoque militibus quibus dicitur deeſſe anhelitus ſecundū Guil. Plures erūt tales in feſtis paſchalibus, qui licet ſuas tentationes illo die ſentiant & reſiſtant, ſequentibus tamen diebus ſuccumbunt. Videntes autē hij qui circa ipſum erant quod futurum erat dixerunt ei. Domine ſi percutimus gladio? Ideo interrogant apoſtoli ſi debeat percutere gladio, quia ſolus ille interrogandus eſt. Guil. Nec enim gladio verbi dei neque gladio ꝑtātis iudiciarię percutiendū eſt, niſi ex celeſti arbitrio proceſſerit. Aliqui enim ad feriendum ſolam cupiditatem vt confiſcationes vel iram vel odium interrogant. & illius nutu & arbitrio ſolo in gladio iudiciarie poteſtatis ꝑcutiunt. ſolo imperio ire, odij vel cupiditatis excōicantes aut aliter puniētes. Sed addiſcant hoc a dño Ieſu a quo omnis poteſtas eſt. Rom. 13. Solum hoc eſſe interrogandum, & in iſta parte ſuper hoc conſulendum dicendo ei. Dñe ſi percutimus in gladio in hoc erit conſenſus veſter & voluntas veſtra. Idem de gladio verbi faciendū eſt. Ideo coram Pylato & Herode tacuit, & apoſtolos quādoq; tacere iuſſit. Mat. 7. Nolite ſanctum dare canibus. Vñ Prouer. 24. Cum diſpoſitione initur bellū, & erit ſalus vbi multa conſilia. Symon ergo Petrus habens gladium eduxit eum, & alius dixit. Vnus autem eorum qui erant cum Ieſu habens gladium &c. Ex quo duo cōſiderari poſſunt. Primū ꝙ non omnes qui cum Ieſu ſunt gladium habent. (vt dicit Guil.) etiam ex officio, & ſi cultellos habeant ad ſcindēdum vel truncādum panem ſuum. Multi enim aliquid intelligentię ſcripturę quo ſibi de pane verbi dei decerpant & diuidāt quod eis advictum ſpiritualem ſufficiat habent, non tamen gladius belli omnibus comiſſus eſt, ſed eis ſolum quibus chriſtianę militię ducatus collatus eſt. i. cura regiminis. Secundo in hoc conſideranda eſt noſtri temporis figura, in quo pauciſſimi gladium verbi dei habent. Cauent enim philiſtiim ne Faber ferrarius inueniatur in iſrael id eſt, in eccleſia, niſi perrarus qui lāceas & haſtas ſpirituales fabricet. 1. Reg. 14. Faber ferrarius doctor eſt, qui de ferro

*P Excõicatio. Qđ gladio excõicationis non eſt quis feriẽdus niſi cõſulto deo.*

*Q Gladius verbi dei. Qđ non omnes habeāt gladium uerbi dei.*

ro ſcripturę enſes & lanceas fabricat. Quot enim verba quibus auditorum corda vulnerentur elicit, tot gladios & ſagittas in ea fabricat. Sed hodie pauci inueniuntur fabri in eccleſia Dei. Eduxit autem Petrus gladium contra quattuor genera hominum. Primo contra Iudæos q gladium ſpiritualis intelligentiæ in vagina litteræ ſemper recundunt. & eo ſemper inuaginato non euaginato percutere volunt. Secundo contra eos qui gladium uerbi Dei velut in vagina quadam venuſtatis eloquij recondunt, id ſolum quęrentes vt vagina eius ſplendeat, vt decor vagine placeat. Hij ſunt vaginarum oſtentatores, fabricatores, & mercatores non bellatores, de quo Eccleſi 4. Non abſcondas ſapientiam in decore ipſius. Decor enim ipſius ſermonis ſplendor eſt. Tertio contra eos qui corda ſua tantummodo vaginas fecerunt, vt veraciter dici poſſit quòd vagina illius gladii tantum ſunt, nullum vſum eius habentes. Hij ſunt qui verbi Dei ſcientiam habent, ſed in eo nunquam percutiunt. Huic vaginæ vetuſta rubigine ita aliquando adheret gladius. vt cum voluerint eum educere non valeant. Quarto contra illos qui hoc ſibi ſolum ſtudium aſſumpſerunt, vt die ac nocte gladium iſtum in vaginam mittant. Hi ſunt ſemper diſcentes & nunq̃ ad ſcientiã veritatis peruenientes 2. Timoth. 3. Semper acuentes & nunq̃ ſcindentes. Hæc Gullermus.

R
*Gladius verbi dei Contra quattuor gña hominū cēdu eſt gladius uerbi dei*

Dixit ei Ieſus. Conuerte gladium tuum in vaginã. Circa hoc quæritur. Vtrum Petrus peccauit percutiendo ſeruum pontificis. Et arguitur primo ꝙ nõ, quia de iure naturæ licitũ eſt defendere ſociũ & repellere iniuriam à ſocio. ergo Petrus nõ peccauit volens Chriſtũ eripere de manibus iuſtorum & peccatorũ volentiũ ipſum interficere. Vnde glo. ſuper illo Act. 2. Scio ꝙ per ignorantiam feciſtis ſicut & principes veſtri. Nõ ſunt immunes à ſcelere qui Chriſtum permiſerunt principibus interficere. Scdo glo. ibidẽ dicit ꝙ Petrus eodem ardore mentis quo Phinees zelando legẽ perfodit adulteros. Nume. 25. Percuſſit ſeruũ põtificis, ſed phinees propter hoc commendatur. ps. Et reputatũ eſt ei ad iuſtitiã vſque in ſempiternum. ergo Petrus meruit & nõ peccauit. Tertio ſi Chriſtus non permiſit propulſare iniuriam, cũ oĩs Xpi actio noſtra ſit inſtructio, ſequitur ꝙ nulla iniuria corporalis eſt propulſanda. Quarto ſi peccaſſet hoc fuiſſet quia nõ habebat ptãtẽ iudiciariã, ſed hoc nõ. qa Moiſes interfecit ægyptiũ meritorie, & ſimiliter daniel ſeniores populi. & tñ nõ erant iudices. igitur. De Daniele ſatis patet. De Moiſe apparet. Act. 7. ex verbis Stephani. Dicit enim. Cũ vidiſſet quendam iniuriã patientẽ vindicauit in eũ, & fecit vltionẽ ei, q iniuriã ſuſtinebat percuſſo ægyptio. Aeſtimabat autẽ intelligere fratres, qm Deus per manũ ipſius daret ſalutẽ in Iſrael. ex quo videt̃ eũ laudare pp illud factum. In oppoſitũ tñ arguitur. quia dñs eum ex illo actu reprehendit dicẽs. Cõuerte gladiũ tuũ in vaginã. allegãs multas rationes ꝙ hoc non debebat facere. Prima rõ tãgitur ibi. Oẽs qui gladiũ acceperint gladio peribunt. quæ ſic format. Oĩs qui vſus fuerit gladio propria auctoritate & & nullo ſuperiore vel legitima ptãte iubẽte vel cõcedente, gladio peribit. i. dẽt gladio materiale perire, vel gladio damnationis æternæ. vel gladio ſpirituali interficiẽdo aĩam ſuam. qa quicunq; molitur ledere alium ſeipſum proprio iaculo percutit. Ita videtur exponere Aug. in lib. contra Manicheũ. & habet. 23. q. 4. ille gladium. Sed tu Petre hoc nõ facis ſuperiore ptãte concedẽte. ergo nó bene facis. In quo apparet manifeſte qũo dñs commẽdat gladiũ iuſtitiæ eſſe obſeruandũ qñ miniſtros qui tm̃ habebant formam iuſtitiæ voluit eſſe intactos, & ſuum diſcipulum eos impedientem increpauit. Secunda ratio. An putas quia non poſſum rogare patrem & exhibebit mihi modo pluſquam. 12. legiones angelorum? quarum quælibet continet ſexmille ſex centos ſexaginta ſex. vt vnus angelus ſemel de exercitu aſſiriorũ interfecit centum octoginta quinque milia in vna nocte quos incinerauit. Quaſi dicat. Vis arguere me impotentem defenſionis, quando te exhibes ad me defendendum. Si autem vnus angelus ſubuertit qnque ciuitates in momento, quid faceret vna legio? Tertia ratio. Quomodo ergo implebuntur ſcripturæ quoniam ſic oportet fieri. Vis impedire impletionem ſcripturarum, quas tamen oportet inpleri. In quo datur intelligi quòd in eo quod dominus dicit, oportet ſic fieri. id eſt Chriſtum

S
*Petrus. Vtrũ petrus peccauit percutiendo ſeruum põtificis.*



ſtum pati. ꝙ non eſt tempus patiendi dño & ſuis. ſed erit tandem tempus dño iudicandi & faciendi. ſuis etiam. Ait enim. Cũ accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo Propterea hic dicit. Luc. 22. Sinite vſque huc. non tam ſcilicet ſeuire perſecutores quam ſeruire patientibus. Neceſſe eſt hic tauros & altilia occidi & præparari ad nuptias. Matt. 22. Aliter non fieret bonũ feſtum. Neceſſe eſt hic grana mortificari, vt fructuum afferant plurimum. Ioann. 13. Neceſſe eſt hic metalla probari, vaſa fabricari, veſtes ablui. Neceſſe eſt in hoc æſtu tentationum præſentium dum noxii feruefcunt humores, potiones amariſſimas, quaſi abſinthium bibere, Hierem. 9. Ecce ego potabo populum meum abſinthio, & potum dabo eis aquam fellis. Hæc Guillermus. Quarta ratio. Calicem quem dedit mihi pater non vis vt bibat illum? quaſi diceret. Non vis te conformare volũtati pr̃is mei, q vult ut ego ſuſcipiam hunc calicem pro redemptione generis humani? Vnde Guillermus. Non eſt timendum de calice quem pater porrigit, immo gaudenter & gratanter accipiendus eſt. Non eſt mortifera potio quã pater porrigit. Non enim eam porrigeret amantiſſimus pater, ſi illam mortiferam cognoſceret. In quo inſtruimur dupliciter. Primo quid reſpondeamus eis qui de iniuriis nobis factis volunt nos vindicare. Debemus enim eis dicere. Calicem quem dedit mihi pater non vis vt bibam illum? Sic reſpondit Dauid. 2. Reg. 16. Cum abiſai vellet percutere ſemei maledicentem ſibi. dicẽs. Dimitte illũ vt maledicat. Præcepit enim ei dominus vt malediceret Dauid. quaſi dicat. Nũcius domini eſt in hoc licet non intentione obediendi domino hoc faciat. Sic videtur intellexiſſe beatus Leonardus, qui videns leonem dentibus frendentem ad ſe uenientem ait illi. Si poteſtatẽ accepiſti aliquid ulciſcendi in me, vlciſcere in nomine domini, paratus ſum. Melius enim eſt hic ad modicum bibere, quàm poſtmodum mare æternarum amaritudinum tandem abſorbere compellamur. Hunc autem calicem quandoq; mittit dominus per ſe, cum tribulationem immittit nullo perſequente. ſicut egritudines, & naturales defectus. per nuncios verò quotiens hoc per perſecutores exercet. Hæc Guillermus. Secundo inſtruimur ꝙ tribulationes ſunt dona Dei. non quidam appetenda, ſed dum ueniũt patienter & cum gratiarum actione ſuſcipienda. Vnde dixit dominus. Calicem quem dedit, quia donum eſt. Sic fecit Iob gratias agẽs & dicens. Sit nomen domini benedictum. Sic fecit Chriſtus. Matth. 26. Et accipiens calicem gratias egit. & ſequitur. Dedit diſcipulis ſuis quia donum Dei eſt, dicens. Accipite & bibite ex eo omnes, quia omnes Chriſti diſcipuli ex eo calice potantur. ſecundo Timothe. tertio. Omnes qui pie volunt viuere in Chriſto Ieſu perſecutionem patiuntur. Vnde ſecundum Criſoſto. in hoc quod ipſam mortem calicem dicit, quàm ſibi grata & acceptabilis pro ſalute mortalium mors videtur ediſſerit. Dicitur ſecundo ꝙ ſecundum Aug. in lib. contra Fauſtum quòd Moiſes occidendo ægyptium peccauit excedendo, cum nullam adhuc haberet legitimam poteſtatem nec laudatur à Stephano quia illud opus eſſet bonum, ſed quia erat ſignum futuri boni. & quia poteſtatem liberandi populum accepturus erat domino. ſicut terra ante vtilia ſemina quarundam herbarum inutilium fertilitate laudatur ab agricolis. Sic (vt dicit Aug.) laudatur Moiſes. nõ quia bonum eſſet opus, ſed quia ſignum fertilitatis ſequentium operum. Dicitur tertio ꝙ nec Daniel nec phinees peccauerunt. Nam Daniel ptãtem accepit à domino. Dan. 13. Suſcitauit dñs ſpm̃ Danielis iunioris. Similiter phinees licet non eſſet ſacerdos ſummus, erat tñ ſacerdos & filius ſummi ſacerdotis & ad iuſtitiã reputabatur. Non enim illo tpe prohibebatur ſacerdotibus ne iuſtitiã exercerent perſonaliter in homicidas vel maleſactores.

T
*Tribulatio. Qd letanter ſumẽdus ſit calix tribulationis.*

Nec fuit totaliter idẽ zelus petri & phinees quia Petri zelus carnalis erat, zelus phhiuees erat ad vindicãdũ iniuriã quam intulerat Idolatræ Deo. Ideo Petrus peccauit, qa ptãtem percutiendi & mutilandi non habuit. Nec etiem zelus eius ita purus fuit ſicut zelus phinees. Dicitur quarto ꝙ licet de iure naturæ liceat vim vi repellere, & principaliter in amabili ſocietate, hoc tamen eſt moderate cum moderamine inculpatæ tutelæ. Hic autem Petrus defecit, quia iſti ſub prætextu iuſtitiæ accedebant ad Chriſtum, cui iu-

ſtitiæ non erat contradicendum, vt daret Chriſtus exemplum obediendi miniſtris iuſtitiæ. Et cum tetigiſſet ſanauit auriculam eius. Queritur quare non crediderunt uiſo miraculo, & deſtiterunt ab incepta mala uoluntate, & quare non comprehenderunt Petrum qui hoc malum fecerat. Dicitur primo ꝙ nox erat & forte pauci aut nulli hoc viderunt. vel dato q̃d uidiſſet, erant ita obſtinati in ſua malitia & ita eum oderant, ꝙ non propter hoc dimiſiſſent. Dicunt enim quidam ꝙ ille idem cuius auriculam ſanauit, ille fuit qui primus alapam dedit. Si enim ad flatum breuis uerbi ceciderunt retrorſum, nec territi ſunt nec deſtiterunt, quantominus ad ſanationem illius auriculæ quæ eos non tãgebat? Sicut hodie multæ mulieres pulchre quæ ad flatum unius febris cadunt in lecto, & deperit earum pulchritudo, quæ poſtea cum ſtatim curantur & reſurgũt, non deſiſtunt ſed perſequuntur deum grauius quàm primo. Vel dicitur ꝙ dato ꝙ non eſſent obſtinati ne tamen diſſimiles alijs eſſent & hypocritæ vocarentur, aut prĩcipibus diſplicerent, & ne pecuniã qua conducti erant vel officium promotorie, aut aliquid aliud perderent, non ſunt conuerſi. Vel eum reputabant magnum & per conſequens omnia facta ſua illuſiones eſſe. Nec eſt mirandum ſi non crediderunt, quia Iudæi quotidie miracula poſt hæc videbant à Petro fieri & modo vident fieri, & tamen à malicia ſua nolunt reſilere. Dicitur ſecundo quòd ratio quare non cõprehenderunt Petrum non fuit alia niſi virtus diuina quæ eos arcebat iuxta dictũ ſuum. Si autem me quæris, ſinite hos abire.

*V Credere. Quare nõ crediderũt Iudæi poſt ſanationẽ auriculæ malchi.*

Quinto dicẽdum eſt quomodo chriſtus in orto à Iuda proditus eſt. Vnde ſequitur in textu. Qui autem tradidit eum, dedit eis ſignum dicens. Quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt tenete eum, & ducite caute. Quærit ibi Orige. ſuper Matt. Cum Chriſtus eſſet notus ſecundum faciem omnibus habitantibus in Iudæa, quare quaſi non cognoſcentibus effigiem eius dedit eis ſignum Iudas. Reſpondit Orige. quòd venit ad nos traditio veterũ quòd non ſolum duæ formæ fuerunt in Chriſto. vna ſecundum quam eum omnes videbant, altera ſecundum quam transfiguratus eſt coram diſcipulis. ſed etiã vnicuique apparebat ſecundum quòd dignus erat. ſicut de manna ſcriptũ eſt quòd habebat ſaporem ad omnem vſum conuenientem. Sicut etiam verbum Dei non ſimiliter omnibus ſapit. Ideo propter huiuſmodi transfigurationes eius ſigno indigebãt. Hæc Orige. Secundo ſecundum Criſoſtomum, quia multotiens dum eum voluerant detinere, pertranſijt eos videntibus eum diſcipulis ſuis. ideo ſi forte taliter vellet euadere quòd diſcipulus prius apponeret manus oſculando eum vt cognoſcerent vbi eſſet. Tertio ſecundum doctores, quia Iacobus alphei (vt ſcribit Ignatius ad Ioannem) in facie aſſimilabatur Chriſto. ita vt qui videret eum diceret ſe videre Chriſtum. ideo ad diſcernendum inter eos ſignum dedit. Sed cur ſignum oſculi? Duplex ratio poteſt aſſignari. Vna fuit quia timuit Iudas ne forte ſi ſe manifeſtum aduerſarium præbuiſſet, ipſe ei fieret occaſio euaſionis. propterea ſub proditorio oſculi ſigno ad eum acceſſit. Secundo quia conſuetudo Iudæorum erat in aduentu ſuo amicos ſuos oſculari, ad ſignificandum quòd ingreſſus eorum erat pacificus. Et moris etiam erat chriſti quos mittebat diſcipulos, cum oſculo pacis redeuntes recipere. ideo ſub illo ſigno ad eum rediens acceſſit.

Et antecedens turbam appropinquauit Ieſu vt oſcularetur eum. in quo notatur malitia & affectus proditoris qui ad malũ iſtud peragendum antecedebat omnes, & timebat ne eis euaderet. Vnde dicebat, Ducite caute. In quo multum debent timere ſacerdotes qui appropinquant Ieſu in ſacrificio miſſe, ne indigne accedant ad oſculandum & ſuſcipiendum eum, quia in hoc antecedunt turbam quemadmodum Iudas. Sunt ibi ad loquendum cum Deo pro turba, caueant ne ſub ſigno ſanctitatis Chriſtum ſibijpſis inimicis tradant.

*X Retrahere à malo. Quattuor modis uoluit dominus retrahere Iudam à malo.*

Dixit ei Ieſus. Amice ad quid ueniſti id eſt ad quod inconueniens deductus es? Ecce fons miſericordiæ ſuum proditorem vocat amicum. Quattuor modis quis ſolet a malo ſuum retrahere amicũ, quibus tentauit dominus ſuum retrahere proditorem. Primo pudore: cũ dicit. Vnus ex uobis me tradet. & iterum. Manus tradentis me mecum eſt in menſa. immo hoc dicit cum turbatione, & pietate in





præſentia Iudæ, ut ſui miſereretur. Vnde Criſo. hom. de proditione Iudæ. Dñs Iudę delictum lachrimatus eſt. Cũ enim uidiſſet eum, turbatus eſt ſpiritu, & dixit. Vnus ex vobis &c. Quanta mĩa dñi traditus pro traditore, proditus pro proditore turbat̃. Simul in hoc ſuæ mĩæ oſtendit pietatẽ, & nos docet, nõ eos qui mala patiuntur, ſed eos qui mala cõmittunt debere miſeros & dignos fletibus æſtimare. Non. n. pati malum malum eſt, ſed malum facere malum eſt. Secundo timore retrahere uoluit per comminationem ſupplicij, cum dicit. Veh homini illi per quẽ tradetur. Melius fuiſſet ei ſi natus nõ fuiſſet hõ ille. Tertio beneficij exhibitione cũ illũ ad menſam ſuã recepit, pedes lauit, & in ſacerdotem inſtituit, & in apoſtolũ elegit, loculos cõmiſit, inſtruxit, & ꝑtãtẽ miracula faciẽdi ſibi tribuit. Quarto affectus oſtenſione in blãda allocutione, cũ tradendo ipſum dixit. Amice ad quid ueniſti? O mira Chriſti benignitas in diſcipulũ durũ. Nos aũt conſideramus malitiã Iudæ & eo peiores ſumus. Quanta. n. beneficia hodie ꝑſtitit nobis dñs plusq̃ iudæ, & adhuc duri corde manemus in peccatis obſtinati. Iudas auarus fuit, q̃multi hodie tales. iudas ꝓditor, q̃multi hodie tales. Iudas fur erat, ſed dabat uxori. Nam uxor habebat & filios ut dicit glo. ſuper illud. ꝑs. Fiant filij eius orphani. Quot hoĩes eccleſiaſtici & teſtamẽtorum executores dant bona eccleſiæ, & defunctorũ meretricibus & lenonibus. Iudas ad uerba Xp̃i noluit cõuerti, quot hodie ad ꝑdicationẽ cõuerti nolunt. Iudas ĩ peccato recepit corpus Xp̃i, quot hodie ĩ pctõ ſuſcipiunt? O deuota Chriſtiani aĩa articulũ huius traditionis ſolicite cõtemplare, & uide dñm patientẽ talẽ traditionẽ à ſuo diſcipulo, & ꝑ tale oſculũ addere os ſuũ uiliſſimũ plenũ ſathana ori dñi, & ꝑ unã ſalutationẽ crudeliſſimã, & adhuc non obliuiſcit̃ miſereri pius dñs, ſed vult eũ ſua benignitate retrahere. O benigniſſima mater ubi es, q̃ dulciter allocuta eſſes miſerum Iudam. Ac ſi diceres. O iuda amice deſiſte ab incepto. Ecce filius meus tanta tibi contulit beneficia, & ſi nõ amore beneficiorum, ſaltem mei amore cõmouearis. Reſpice ubera materna & dulcedinẽ qua tibi miniſtraui ut mater, ut famula ut ancilla. Sed o duriſſimũ cor iudæ nõ frangitur Chriſti benignitate, nec matris humanitate, ſed timẽs ne euadat, clamat hoſtibus eius, ducite caute, & ꝑ celeritate mali turbã oẽm antecedit. O deuota aĩa ad dñm Deũ tuũ in ſua neceſſitate accede, & quaſi de eo cõſolationẽ & cõpaſſionẽ accipiẽs, dic ei. recte ne agat̃ circa ipſum. Rñdebit illud ꝑs. Traditus ſum. Sed heu dñe cur nõ euadebas, ſicut olim cũ te uoluerũt lapidare. Rñdet. & non egrediebar. i. non oſtendebã potentiam meã, nec virtus illa tunc à me exibat ex ordinatione paterna Sed heu dñe nõne erant tui diſcipuli ſufficientes ad te defendendum. Rñdit. Oculi mei languerũt prę inopia. i. apoſtoli qui erant oculi eccleſiæ, & qui ꝓ tota eccleſia fideliũ uidebẽt, ceciderũt in lãguorẽ & mentis infirmitatẽ & debilitatẽ defectu & inopia gratiæ adiuuantis. ſed dices. dñe quis te tradidit. Homo unanimis, q̃ omnia ſecreta mea ſciebat & audiebat. ſed forte dicetur ꝙ illi nõ dederas officiũ ſicut Petro, cui iam promiſeras ſummum ſacerdotiũ. immo magiſter factus eſt & diſpenſator domus meæ, cui tradiderã loculos, quia dux meus. i. gubernator meus. Sed dicetur ulterius ꝙ erat alienigena, idõ non mirũ ſi te prodidit. immo rñdet. Erat notus meus, & proximus, quia de ſtirpe iudæorum. Sed dices. heu dñe tecum cõicationem non habebat, immo meus erat cõmenſalis, qui ſimul mecum dulces capiebat cibos. Sed heu dñe forte non bene docueras eum, & ſi bene inſtructus fuiſſet, nõ hæc feciſſet, immo meus erat proprius diſcipulus & ſcholaris, qui ambulauimus in domo Dei cum conſenſu, ubi audiuit omnem doctrinam meam, uidit mea miracula, & exemplũ uiuẽdi dedi ſibi ſicut aliis. Sed dices. Hoc fecit ex odio quod contra te apertum habebat, immo ille qui maxime ſe ſimulabat amicum meum, homo pacis meæ, qui edebat panes meos magnificauit ſuper me ſupplantationem. i. fecit magnificentiam in proditione. Sed dices, Heu domine qualiter hanc egit proditionem? Certe os peccatoris, & os doloſi ſuper me apertum eſt ad me oſculum tradendum & proditorie ſalutandum. Propter quod o anima deuota articulum huiuſmodi proditionis contemplata accede ad dñm Deũ tuũ, & cũ Anſelmo deuote dicas. Accedentẽ ad oſculũ ſanctiſſimi oris

tuũ dñe cruentã beſtiam aduerſatus nõ es, ſed os in quo dolus inuentus nõ eſt, ori quod abundauit malicia dulciter applicuiſti. O innocens agne Dei quid tibi & lupo illi? quæ cõuẽtio Chriſti ad belial? Sed & hoc benignitatis tuæ erat dñe. vt oĩa illi exhiberes q̃ praui cordis ſui pertinaciã emollire poſſent. Nã & veteris amicitiæ illũ cõmonuiſti dicẽs. amice ad q̃d ueniſti? Et horrore ſceleris ſui cor ĩpiũ ferire voluiſti cũ dicebas. Iuda oſculo filiũ hoĩs tradis. Sexto dicendum q̃uo Chriſtus à miniſtris iudæorum gentilium comprehnſus eſt. Hinc euangeliſta dicit. In illa hora dicit Ieſus turbis, & ad eos qui venerant ad ſe principes ſacerdotum & magiſtratus & ſeniores. Licet enim maior principũ multitudo eſſet in domò Cayphæ expectans, tamen aliquos miſerunt vt melius & ſecurius res ageretur, ſicut magis timentur domini in parlamenro quàm oſtiarii, & in hoc oſtendebant q̧ rem hanc multum habebant cordi. 1. Eſdr. 7. Manus principum & magiſtratuum fuit in trãſgreſſione hac prima. Tanquam ad latronem exiſtis cũ gladiis & fuſtibus comprehendere me immo certe ipſi venerunt tanquam latrones quorum intereſt de nocte ambulare & inſidias parare. Et vere ad eum tanq̃ ad latronem venerunt, quia ignominioſe comprehenſus eſt vt latro, ſuſpenſus vt latro, à latronibus occiſus, reputatus pluſquam latro. quia ei præelegerũt Barrabam. Putabant enim quòd vellet non modicam furari pecuniam, ſed totum regnum iudæorum. Ioann. 19. Noli ſcribere rex Iudæorum, ſed quia ipſe dixit rex ſum Iudeorum. Ad literam neſciunt reſpondere turbæ. Sed ad hoc reſpondere poſſunt deuoti Chriſtiani. vt dicit Guilli. Merito ad te domine tanquam ad latronem exeundum fuit, qui pro latrone Adam & tota eius poſteritate fideiuſſorem te exhibebas, q̃d & ipſe Adam quærebat & poſteritas eius. Eſa. 38. Domine vim patior reſponde pro me. et de hoc fideiuſſore. Prouerbio. 20. ſcribitur. Tolle veſtimentum eius qui fideiuſſor extitit alieni, & pro extraneis aufer ei pignus. quod & ipſi fecerunt in cruce ipſum ſuis veſtimentis exuentes, & pignus noſtræ redemptionis vitam pro nobis aſſumptam ab eo auferentes. Merito iterum tanquam ad latronem exierunt qui omnia habebant latronis inſignia: Primum quia veſtem id eſt carnem. Rom. octauo. Miſit Deus filiũ ſuum in ſimilitudinem carnis peccati. Cauterio latronis, id eſt ſignaculo circuncisionis ſignatus eſt quo omnes latrones & latronum filijſe circunciſos prædicabant. Alia etiam ſignacula latrocinij habebat. ſcilicet pœnalitates toti humano generi pro latrocinio Adæ inflictas velut quędam cauteria. Se etiam furem dicebat. Matth. 24. Si ſciret homo qua hora fur veniret vigilaret vtique. Quia ergo pro furibus ſpoponderat. Pſalm. Reſpondit ei in via virtutis ſuæ. id eſt quando oſtendit virtutem patientiæ ſuæ, & tanquam furem ſe gerebat & veſtes ſignis & cauterio quaſi fur videbatur, ideo merito ad eum tanquàm ad latronem acceſſerunt.

y Latro. Q̃d Xp̄s erat tanq̃ latro.

Quotidie apud vos eram in templo docens & non me tenuiſtis. Solo enim amore inuenitur, comprehenditur, atque ligatur. Vnde Eſa. 10. Non eſt domine qui cõſurgat & teneat te. Sola enim caritas eſt quæ eum vincere & tenere potuit, & cum omnia poſſit, talia ſunt vincula charitatis quæ nullo modo diſrumpere potuit, illa eſt contra quam nihil poteſt & quæ in eũ totum poteſt. Non enim vinculis quibus corporaliter ligabatur, tenebatur, nec clauis quibus affixus eſt, prohibitus eſt aut ire aut moueri quo vellet, ſed ſola eum charitas tenebat. Non enim claui vel uincula eius uoluntati reſiſtere potuerunt.

Charitas Sola charitas [dominum] ligauit.

Cohors autem & tribunus. id eſt ille qui præerat illi multitudini & miniſtri iudæorum comprehenderunt Ieſum & ligauerunt eum. Et hoc propter duo. Primo ne manus eorum effugeret. Dixerat enim Iudas ne fugeret quòd ducerent eum caute. Secundo vt eum morte dignum oſtenderent, quia mos erat Iudæis hoc modo vincere criminoſos. Sed aduertendum q̧ quattuor modis voluit dominus turbam retrahere à ſui captione. Primo pudore, dum eis occurrit quaſi agnus manſuetus Secundo timore, dum ad eius verbũ oẽs ceciderunt retrorſum. Tertio beneficij exhibitione, vt patuit in reſtitutione auriculæ. Quarto ex affectione, & blando locutione quando eis dixit quod quotidie erat in templo docens &cæ. Anſel. Tam dulci increpatione ſuos perſecutores re-

darguit



darguit ut eorum nequiciam temperare deberet. Hoc autem totum factum eſt vt adimplerentur ſcripturæ prophetarum. id eſt vt ſalus humano generi in ſcripturis promiſſa impleretur. vel ut implerentur ſcripturæ. Erant enim ſcripturæ prophetarum ſemiplene in intelligentia. vel vacuæ apparebant, ita quòd de eis paſſum haurire non poteramus. Sed eas Chriſtus vſque ad ſummũ impleuit. Quòd figuratũ eſt Ioann. ſecundo vbi dicitur quòd implete ſunt hydriæ vſque ad ſummũ. & hoc Eſayas promiſerat. Eſa. 12. Haurietis aquas in gaudio &c. Hæc Guillermus.

Tunc diſcipuli relicto eo omnes fugierunt. Ratio ſecundum Guillermum vt ſolum mundi precium pateret appenſum, vt ſolus propugnator generis humani & ad uocatus cauſam eius defendere aut potius ſuam facere oſtenderetur, ita vt ei poſſemus dicere illud. Pſalm. feciſti iudicium meum & cauſam meam qui iudicas iuſtitiam. Si enim alij comprehenſi eſſent & paſſi cum eo, non eſſet clarum mortem ſuam precium noſtræ redemptionis ſufficiens eſſe. Secundo vt moraliter inſtruemur in hac fuga. Primo vt caueamus ne vnq̃ã a Chriſto fugiamus. Fugit autem à Chriſto omnis qui propter timorem humanum vel ex dyabolica tentatione, aut alia quauis paſſione, aut affectione corrupta relinquit iuſtitiã aut veritatem. Nam Chriſtus iuſtitia eſt & veritas, & generaliter in omni peccato recedit peccator à Deo. Secundo, vt non confidat homo in hominibus. Tempore enim proſperitatis multos vt communius habet amicos, ſed aduerſitatis tempore paucos aut nullos. Non enim apoſtoli ſic fugerunt tempore cœnæ, nec quando iuit ad nuptias, ſed bene quando iuit ad paſſionem. Sic eſt mundi ſocietas, ſic abiecit Sampſonem dalida poſtquàm totonderat ipſum. Vnde poeta. Cum fueris felix multos numerabis amicos. Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris. In hoc ſunt ſimiles diſcipuli Chriſti locuſtis quæ in æſtate quando fructus abundant in terra inueniuntur in magna copia nunquam arbores dimittunt ingruẽte autem hyeme non videntur. Circa hunc articulum conſidera o anima contẽplatiua. id eſt contemplare dominum tuũ captum atque ligatum quomodo ducitur manibus ligatis forte retro ſicut eſſet latro. & (vt fertur) cathena collo ſuo impoſita capite diſcooperto & curuato ex fatigatione. Quomodo ad maiorem confuſionẽ duxerunt eum per portas aureas per quas in die ramiſpalmarum cum gloria & laude populi introierat. O qualem vultum faciebant ei Iudæi. Poterant ei dicere ſub ſanando & deridendo, & beatiſſimam eius animam in Anguſtiam deducendo. Feſtina hypocrita velociter curre: alij percutiebant pede, alii genu, alij per capillos trahebant aut per mentum irridendo, & taliter ſe iactando dicere poterãt. Ad minus te nunc tenemus magiſter hypocrita. & (vt putatur) per faces barbam eius vrebant & ſuper eum pingudinem ſtillabant & ſuper capillos. Ecce glorioſam proceſſionem ſibi nuper factam. Conſidera inſuper quomodo diſcipulis fugientibus compatitur, & quis dolor diſcipulorum quando oportuit vt à tali ac tanto magiſtro diſcederẽt. O q̃ inuiti, quàm triſtes, q̃ deſolati. O quotiens retro reſpiciebant dominũ ſuum ſine honore & cum vituperio trahi, & tanquam malefactorem duci ad mortẽ cum etiam ille nequiſſimus Iudas pœnitentia ductus, tanta poſtmodum ex hoc repletus eſt amaritudine vt maluerit mori quam viuere. O beatiſſima mater & virgo vbi nunc es quando tuus filius ita ſolus ad uictimam ducitur? Quid ſi eſſes ibi diceres. Petro qui dixit. Non te negabo. Quid Thome qui dicebat. Eamus & nos, & moriamur cum illo? Certe ſolus ille agnus vadit ad victimam, ſolus pergit totius mundi propiciator. Nunc o anima de ſtatu tui domini inquiras. & ſtatim reſpondebit tibi. Amici mei & proximi. ſcilicet iudęi de genere meo exiſtẽtes, aduerſum me appropinquauerunt, inter quos etiam erat Iudas amicus meus & p̄ximus meus. Et ſteterunt. & qui iuxta me erant, ſcilicet diſcipuli mei de longe ſteterunt, & vim faciebant, qui quærebant animam meam. ſcilicet Iudæi & gentiles. Adoleſcens autem quidam ſequebatur eum amictus ſindone ſuper nudo. At ille relicta ſindone nudus profugit ab eis. Iſte adoleſcens ſecundum aliquos dicitur fuiſſe puer qui obſequebatur eis in cœna, & forte hoc eſt probabilius. Alij dicunt quòd fuit Iacobus minor. Communius tenetur quòd fuit

M Fugere. Quare p[er]miſit dñs diſcipulos ſuos fugere.

Ioannes euangeliſta qui erat ſudario ſim
plici & tenui ſuperueſtitus. Et ſi diceretur
ꝙ hoc non poſſet ſtare ꝙ fugeret ab eis &
quòd fuerit Ioannes apoſtolus. Nam ipſe
teſtatur in euãgelio. quòd ſequebatur eũ
ille alius diſcipulus. Dicit ibi Beda quòd
Ioannes relicta ſindone nudus fugit à ſo-
cietate hoſtium, & potuit fieri quòd elap-
ſus de manibus inimicorum reſumpto a-
lio indumento rediret & ſub vmbra no-
ctis ſecutus eſt Ieſum vſque in atrium pon
tificis. & ita omnes fugerunt Sed poſt fu-
gam aliis non redeuntibus quidam redie
runt. Et dicit Ioannes de gerſon ſine aſſer
tione tamen quòd nudus fugiens domum
Mariæ Iacobi introiuit vbi erant Maria
Madalenę & Maria mater Ieſu quo cogni
to cognouit ſtatim Maria filium ſuum eſ-
ſe captum. Sed mirabile videtur quòd fue
rit Ioannes, quia vt refert hyſtoria eccle-
ſiaſtica noua Bartho. de luca lib. 2. c. 8. Io.
31. annorum erat quando Chriſtus paſſus
eſt & ſic non erat adoleſcens, niſi per a-
doleſcentem intelligat euangeliſta iunio-
rem. Tũc enim inter apoſtolos iunior erat
vt communiter tenetur. Secundo prin-
cipaliter dicẽdum eſt quomodo tractatus
fuit dñs in curia mundi. Duplex autẽ tunc
erat curia mundi. Vna eccleſiaſtica, alia
ſecularis. Eccleſiaſtica aũt tunc temporis
erat duplex. Vna Annæ, alia cayphæ ſum-
mi ſacerdotis. De cuius prima dicit textus
euangelij. Et duxerũt eũ ad Annam pri-
mum. Erat enim ſoceri Cayphæ qui erat
põtifex anni illius. Erat aũt cayphas qui
conſilium dederat Iudeis, quia expedit v-
num hominem mori pro populo. Legitur
aũt. 1. Parali. c. 24. ꝙ dauid conſtituit. 24.
ſacerdotes, & ꝙ erat vnus ſummus inter
eos qui debebat per totã vitã ſuã fungi ſa
cerdotio, quo mortuo debebat filius ſuus
ſibi ſuccedere. Sed hoc deſtructum eſt in
tranſmigratione & reparatum per eſdrã.
& durauit vſque ad Herodem qui videns
BB inde ſibi vtilitatem prouenire dedit ſacer
*Vendere officia. Qđ multa ſequãtur mala ex officiorũ uenditione.*
dotium duobus. Annæ. ſ. & cayphæ, ſub q-
bus Ioannes Baptiſta incepit prædicare.
Luc. 4. Ex quo manifeſte perpenditur quã
ta mala proueniunt ex officiorum vendi-
tione. Reddebat enim Herodes Romanis
aliquod certum tributũ. ideo oportebat ꝙ
hoc acciperet ſuper eccleſiam & ſuper tẽ-
plum. Sicut modo qui emunt officia, ne-
ceſſe eſt ut ea ſuper populum iuſte vel in
iuſte recuperẽt. Refert aũt Ioſephus cay-
pham vnius anni ſacerdotium redemiſſe.
Ideo nõ fuit mirũ ſi iniquus põtifex & ſy
moniacus inique iudicauit. Letos enim nõ
habẽt exitus quę malo ſunt inchoata pri-
cipio. Sæpe enim qui per auariciam acce-
dit ad ſacerdotium vel aliquam dignita-
tem iuridicam (vt dicit Alchuinus) per in-
iuſtitiam in eo conſeruatur. Vnde ex tũc
cum principes ex vna parte manum appo-
ſuerunt ad diſtribuendum pontificatum,
& ex alia parte à pontificibus emebatur,
tunc ſtatim cecidit ſynagoga, & periculũ
eſt ne ſic fiat in eccleſia propter ſimilia oc
currentia. Pontifex autem interroga-
uit eum de diſcipulis ſuis & de doctrina
eius. Quaſi diceret põtifex. Vbi ſunt diſci-
puli tui? Gratia cuius vel auctoritate cu-
ius collegiſti illud conſortium diſcipulo-
rum & ad quid agendum? Videris enim ſe
ditioſus & nouarum rerum auctor. Non-
ne melius eſſet quod illi diſcipuli tui la-
borarent & colerẽt agros & vineas quam
poſt te tota die ocioſos, & inutiles diſcur
rere? De doctrina ſimiliter. Quæ eſt doctri
na tua? Videtur enim à lege moyſi diſcre-
pare. Tu in ea nos prædicas & commoues
populũ aduerſum nos, & uis (vt videtur)
per eam diſcipare ſanctam moyſi legem.
Tu deberes eſſe contentus de doctrina
Moyſi. Videtur quòd tu ſis ſapientior deo
tu prædicas nouas ſectas, & facis te capita
neum plurium. Tu vis habere duodecim
apoſtolos ſicut duodecim patriarchas. &
72. diſcipulos ſicut mundus diuiſus eſt in
72. linguas. Quare hoc facis? an propter ſe CC
ditionem populi? Dominus autem de di-
*Rñdens. Quare dñs nõ rñdit ad interrogationẽ de diſcipulis ſed de doctrina ſolum.*
ſcipulis nihil dixit, quia tunc de ipſis ni-
hil boni propter infidelitatem dicere po-
tuit. Iam enim vnus ſcilicet Petrus eum
palam negauerat, & in hoc dat nobis exẽ
plum quòd malum de aliis non debemus
dicere, nec peccatum alterius propalare
Vel forte nihil de eis reſpondit, quia alius
non expectauit reſponſum Chriſti. Chri-
ſtus enim præuẽtus fuit à percuſſione ſer
ui. De doctrina vero reſpondit ad oſtendẽ
dum duo. Primum quòd omnis prædica-
tor veritatis debet eſſe paratus reddere ra
tionem de ea quæ in eo eſt fide, ſpe, doctri
na. Secundum ad oſtendendum quòd prę-
latis competit ex auctoritate interrogare
&



& cognoſcere quæ doctrina docetur in
ſua dyoceſi. ne forte in ea pullulet error.
Et ideo miracula quæ prædicãtur & alie
inuentiones noue ſine eorum licentia non
debent ad populũ publicari. Sed modo vt
plurimum prælati nihil intelligunt ideo
nihil interrogant. Reſpondit ei Ieſus.
Ego palã locutus ſum mundo, ego ſemꝑ
docui in ſynagoga & in templo in quo
omnes iudæi cõueniunt, & ĩ occulto locu
tus ſum nihil. Quid me interrogas? Inter-
roga eos qui me audierunt. Ecce hij ſciũt
quæ dixerim ego. Hic dominus oſtendit
ſuam doctrinã eſſe ſanam. Primo ex loco
quia palam locutus erat in templo & in
ſynagoga, & nihil ĩ occulto. Secũdo ex te
ſtimonio auditorum ẽt forte aſſiſtentium
qui non erant ei ſuſpecti, & qui fraudulen
ter interrogauerant eum vt caperent eũ
in ſermone. In hoc oſtenditur quòd iſte
Annas non multum fuerat auditor ſermo
num domini. Ita nec moderni prælati nec
principes. Mirabile videretur quod eſſent
boni Chriſtiani. quoniam ſecundum apo
ſtolum fides eſt ex auditu eam autem nec
audiunt, nec docent.

Sed quęritur vtrum Chriſtus quicquid
DD prædicauit palam, & publice prædicaue-
*Prædicauit. Vtrũ xp̃s palam et publice p̃dicauerit.*
rit. Arguitur quòd non, quia multa di-
xit diſcipulis ſeorſum, vt in ſermone cœ-
næ. & Matthæi decimo. Quæ autem au-
diſtis in cubilibus prædicate ſuper tecta.
Tum quia ſcientia ſua profundiſſima e-
rat. primo Corinthiorum tertio. Sapien-
tiam loquimur interfectos, ergo non ma-
nifeſte. In oppoſitum. quia Ioan. deci-
mooctauo. In occulto locutus ſum nihil.
Reſpondet. d. ſanctus. tertia parte. quæſt.
quadrageſima ſecunda. articu. tertio. quòd
doctrina alicuius poteſt eſſe in occulto tri
pliciter. Primo modo quantum ad inten
tionem docentis qui intendit ſuam doctri
nam non manifeſtare multis, ſed magis
occultare. Quod quidã contingit duplici
ter, quandoq; ex inuidia docentis qui per
ſcientiã ſuã vult excellere, & ideo ſcien-
tiam ſuã nõ vult aliis cõmunicare. Quod
in Chriſto locũ nõ habuit ex cuius perſo
na dr̃. Sap. 7. Qua ſine fictione didici, & ſi
ne inuidia communico, & honeſtatẽ illius
nõ abſcondo. Alio modo hoc contingit
ꝓpter inhoneſtatẽ eorũ quæ docẽtur, ſi-
cut Aug. dicit ſuꝑ Ioãnem, ꝙ quędã ſunt
mala quę portare non põt qualiſcunq;
pudor humanus. Vnde de doctrina hæreti
corum dicitur. proue. 9 Aquæ furtiuę dul
ciores ſunt. Doctrina aũt Xp̃i non eſt de
errore neque de immundicia. Ideo dicit
dominus. Matt. 4. Nunquid venit lucerna.
i. vera & honeſta doctrina vt ſub modio
ponatur? Secundo modo aliqua doctrina
eſt in occulto quia paucis proponitur &
ſic ẽt Xp̃s nihil docuit in occulto, q̃a om-
nẽ doctrinã ſuã uel toti turbæ propoſuit,
vel oĩbus diſcipulis & cõi. Vnde Aug. ſuꝑ
Io. Quis in occulto loquitur, qñ corã tot
hominibus loquitur p̃ſertim ſi hoc loqui
tur paucis per eos velit innoteſcere. mul-
tis. Potuit tñ dici ꝙ ĩ occulto. i. paruo mũ
di loco docuit reſpectu totius mundi vbi
erat doctrina fidei prædicanda. Tertio mo
do aliqua doctrina eſt in occulto quantũ
ad modũ docendi, & ſic Xp̃s quædã turbis
loquebatur in occulto parabolis vtens ad
anuncianda ſpũalia myſteria ad q̃ capien-
da nõ erãt idonei vel digni, & tñ ſic me-
lius erat eis audire ſub tegumento para-
bolarũ quã oĩno non audire. Harum tñ
parabolarũ apertã & nudã veritatẽ domi
nus diſcipulis exponebat, per quos deue-
niret ad alios qui eſſent ydonei. ſm illud.
2. Thim. 2. Quæ audiſti à me per multos
teſtes, hæc cõmenda fidelibus hoĩbus qui
erũt ydonei & alios docere. Et hoc ſigni-
ficatum eſt Numeri 4. Vbi mandat ꝙ filij
Aaron inuoluerẽt vaſa ſanctuarii quæ le-
uite inuoluta portarent. Et ſm hoc dicit
Aug. ſuꝑ Ioan. Intelligendum eſt ita dixiſ
ſe dñm. Palã locutus ſum mundo. ac ſi di-
xiſſet. Multi me audierunt, & rurſus non
erat palam, quia non intelligebant. Criſo.
tamen ſic exponit. In occulto locutus ſum
nihil, quaſi trepidans & ſeditionem faciẽs
ſicut tu imponis. Hæc cum dixiſſet.
Vnus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam
Ieſu dicens. Sic reſpondes pontifici? Quã-
uis enim graue fuerit Chriſto præſentari
conſpectui Annæ, quia cuilibet graue
eſt, & pœnale aſpectui iudicis tanquam
malefactorem præſentari, quantumcun-
que ſe ſentiat innocentem, grauius tamẽ
ſibi fuit a tam vili garſione ſibi contradi-
ci, & in conſpectu iudicis ſine eius auctori
tate percuti. Iam enim & nõ ex mõ in cu-
rijs principum regnabat adulatio. Ex tũc
enim grauiter ꝑſecuta eſt veritatẽ in per-
ſona

ſona illius qui eſt veritas, & faciem eecidit in quam deſiderant angeli proſpicere. Nec ex moderno tempore contingit, ꝙ qui palam & aperte ueritatem dicunt coram regibus principibus & prælatis eijciũtur foras deponendo eos ab officio ſuo, & male tractantur. Ad primum enim uerbũ ueritatis prolatum à Chriſto dum primo ingreſſus eſt principis curiam. (Nũquam enim introierat curiam aliquam, niſi forte cuiuſdam parui principis ſinagogæ) cito alapam paſſus eſt. Et ideo non ingrediãtur curias principum iuſti uiri, niſi uelint, uel multa pati, & ibidem quaſi quotidie tribulari uel adulari. Dixit ei Ieſus. Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo. Si autem bene, quid me cedis? Quaſi diceret ſm Theophilũ. Quare ꝓ beneficio ſanitatis tibi impenſo faciẽ meã innocentiſſimam cedis? Si male & cõtra ueritatem locutus ſum, & habes vnde reprehendere quæ dixi, proba me mendacẽ. Si autem bene, quid me iniuſte cedis? Vñ Criſo. O dulciſſime Ieſu quàm patienter ſuſtines in te ipſo quod tam dire punis in ſeruo. Nam alapam ſibi datam patienter portauit. iuxta illud Tren. 2. Dedit percutiẽti ſe maxillam, ſaturabitur opprobrijs. Datam vero Thomæ ita dure puniuit, ꝙ canis manum ſerui qui Thomam percuſſerat in medio aulæ amputatam detulit. Chriſtus autem non ſic reſpondit ex ira, uel impatientia, quod ex hoc patet ꝙ poſtea totũ corpus exhibuit, ſed ipſum dulciſſime reprehendit oſtẽdendo peccatum ſuum. Sicut percutienti me dicere poſſem male facis & excõmunicationẽ incurris.

EE *Alapiſatio Xp̄i. Duo nobis documẽta ex alapiſatione Xp̄i miniſtratur.*

Ex iſta alapiſatione inſtruimur. Primo noſtra ora compeſcere ne quid in blaſphemiam domini loquamur. Si ſic miniſter impius ſuum ſuſtinuit dominum, ut occaſione accepta de blaſphemia aut maledicto in dñm ſuum percuſſerit ſuum creatorem, quanto magis debemus eſſe ſoliciti ne nos ore noſtro blaſphememus eum, & quantum in nobis erit cauere ne ab alijs alapiſetur & blaſphemetur. Secundo incitamur ex hac alapa ad bene agendum, ſicut quando quis percutitur ut à torpore excitetur. Percuſſa eſt hic ueritas iuſtitiæ ut excitetur quę ſæpe dormit, & præcipue in hoc regno, ſicut dormiebat in illa curia. Quæ enim iuſtitia facta eſt Chriſto de tali iniuria ſibi facta præſente iudice? certè nulla, & ſic modo eſt. Videbis hos promotores populum falſe accuſare, & facere ut dietas ſuas amittant. videt iudex iniuriam ei factam ĩ præſentia ſua & tacet, ſicut iſte uidit malum factum innocenti, & tacuit. Sequebatur autem Ieſum Simon Petrus & alius diſcipulus. Sequebatur enim Petrus propter amorem ſed à lõge propter timorem, & ne uideretur eſſe de ſuis. Et tales ſunt multi Chriſtiani tẽporibus noſtris, ut dicit Guil. Qui quanto lõgiori poſſunt, Chriſtum dominum imitantur. Vide (inquit) clericos quàm longe receſſerunt à patrum ueſtigiis, conuerſatione, habitu, & temperantia. Similiter & monacos, qui vix extrema tangunt ſuæ profeſſionis. Fere enim ita longe ſunt à decore clericalis aut monachalis conuerſationis. ſicut milites & gentes guerræ. Iſti non uidentur Chriſtum ſequi, ut comprehendant aut ut ꝑueniant quo ipſe peruenit, ſed potius ad explorandum ut uideãt finẽ ſicut de Petro dicitur, finem ſ. & terminum honeſtæ conuerſationis. Hij pro parte fœdus inierunt cum diabolo in conuerſatione, & cum Deo in habitu. Diſcipulus autem ille erat notus põtifici. Vnde hic ex humilitate Euãgeliſta tacet nomẽ ſuum, quia hic magnam rectitudinẽ narrat. Nam alijs fugientibus ipſe ſequitur. Sed nec ibi gloriatur cum ſibi præponit Petrum. Item gloriam & actus ſui magnitudinem tollit per hoc quod ſubiunxit. Diſcipulus antem ille erat notus pontifici. Aut quia piſcator erat, & ibi ſæpe portabat piſces. aut q̃a ibi aliquis de ſua cognatione ſeruiebat. Malus enim iudex libenter munera recipit, & propter hoc introiuit cum Ieſu in atrium pontificis. Atrium enim eſt ſub diuo inter primam portam, & ſecũdam. Petrus autem ſtabat ad oſtiũ foris. Hoc adhuc de die in diem contingit. Nam uiri docti ſapientes & feruentes in amore Dei licet paupere foris ſtãt extra ſtatum omnis promotionis ubi inſufficientes plurimi introducun tur, & niſi notitia & familiaritas pontificis operetur illic perpetuo ſtabunt. iuxta illud. Mat. 12. Fratres tui foris ſtant. Et illud. ps. Amici mei & proximi mei de longe ſteterunt. Vel niſi munera faciant notitiam, & introitum. ſicut Ioannes qui piſces pro munere



nere pontifici offerebat. Nunc autem pro ingrediendo oportet melius offerre quã piſces. Dixit ergo Petro ancilla hoſtiaria. Nunquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius. Dixit ille. Non ſum, non noui illum, neque noui, neque ſcio quid dicas.

FF *Petrus. Quare ... ab ancilla ... ſit.*

Quæritur cur ab ancilla potius quàm à viris Petrus proditur. Reſpondetur ꝙ multiplex eſt ratio. Prima eſt ad confutandũ præſumptionem Petri, quia à muliere nõ à viro, ab ancilla nõ à libera primo uictus eſt. Vnde Augu. Quid dicis o Petre? Nonne prius dixiſti, & ſi oportuerit me mori tecum non te negabo? Quid ergo factum eſt, quando nec ancillæ fers interrogationem? Nõ erat miles qui interrogabat, ſed oſtiaria uilis. Non dixit ſeductoris diſcipulus es? ſed hominis iſtius quod miſerentis erat, quàm multi pueri & puellæ potuerunt poſtea mortem ſuſtinere pro confeſſione Chriſti, & regnum cœlorum introire, quod tunc iſte non potuit, qui tamen claues regni cœlorum accepit. Secũda rõ ut oſtendatur omnis ſexus, & omnis conditio in necem domini conſenſiſſe, & peccaſſe, & per paſſionem redemptus eſſe. Vñ ſicut per fœminam diabolus primum hominem ſeducit, ita per fœminam ad magiſtrum negandum primum Chriſti diſcipulum & principem militiæ eius cõpulit, ita ut dicere poſſet Petrus de illa ancilla, quæ ita diligenter eum intuita eſt, illud Eccle. 7. Vidi amariorem morte mulierẽ. Tertia ratio ut oſtẽdatur impium eſſe genus ſeruorum. Vnde & Sara improperium ab una de ancillis audiuit, & ancilla Saræ vxoris Abrahæ ſpreuit dominam ſuam. Sic ibi nequicia ſeruo uel ancillæ potuit in principe militiæ Chriſti, quod non potuerunt poſtea principes templi. Et exiit foras ante atrium, & gallus cantauit. Si quæratur cur Ioannes Petrum non aduiſauit? Dicitur ꝙ non audiuit, aut præ feſtinatione irruit in turbam.

GG *... miniſtri eccleſiæ ... officia ... exercere.*

Stabant aũt & ſerui & miniſtri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant ſe. Erat autem Simõ Petrus ſtans & calefaciens ſe. Erat. n. tunc frigus ſicut ſolet eſſe ĩ Martio poſt mediã noctem, ſm Guil. Datur in hoc intelligi ꝙ miniſtri eccleſiæ non debent frigidi ſua officia, ſed cum feruore & maxima deuotione exercere, quia frigiditate ſua & indeuotione poſſent multos alios infrigidare. Sunt enim uelut populi obſtetrices, qui ſuſcipiunt fœtus Chriſti educandos, poſtquam parti ſunt in Chriſto. Obſtetrices autem nõ debent habere frigidas manus dum teneros partus contrectant. Non enim mediocriter eos frigiditate manuũ ſuarum lederent. Ex quo ſequitur ſecundum documentum ꝙ in curiis principum & prælatorum ſemper uiget frigus, quia ibi non inuenitur ignis charitatis, nec amor ĩter eos, ſed qui poteſt capere capiat. Sed quia continue eſt ignis non charitatis & ſpiritus ſancti, ſed ſpiritus illius, de quo ps. Supercecidit ignis, & non uideret ſolem, ideo miniſtri quantum poſſunt ſtãt ad prunas. i. ad reſiduum cupiditatis, ut in illo igne poſſint ſimiliter calefieri, & ut poſſint ſicut & principes eorum cumulare pecunias, & per eorum auariciam incẽdere paupertatem ſubditorum, & conſumere omnia bona. iuxta illud. ps. Dum ſuperbit impius incenditur pauper. Rurſus cum uidiſſet eum alia ancilla cœpit dicere circunſtantibus. Et hic erat cum Ieſu Nazareno? Et poſt puſillum aliud uidens eum dixit. Et tu de de illis es? Dixerunt ergo ei. Nunquid & tu ex diſcipulis eius es? Et iterum negauit cum iuramẽto, quia nõ noui hominem. Ex quo patet quàm malum eſt conuerſari in curiis magnatũ. Vnde Ambro. Vbi negauit Petrus? Non in monte, non in templo, non in ſua domo, ſed in prætorio iudæorum, ĩ domo principis ſacerdotum. Ibi enim negat ubi Ieſus ligatus eſt, ubi ueritas non eſt. Et poſt puſillum interuallo facto quaſi unius horæ, & hoc ne Petrus ex ſurreptione, & non ex deliberatione uidereẽ totiẽs Xp̄m negaſſe. dixit unus ex ſeruis pontificis cognatus eius cui abſcidit Petrus auriculã. Vere & hic cum illo erat. Nã & galileus es & loquela tua manifeſtum te facit. Sed nonne Hebreus erat Petrus? quomodo ergo in loquela deprehenderunt eum? Dicitur ꝙ licet omnes erant hebrei, & unius linguæ, tamen unaquæq; regio habet ſuũ loquendi modum & ſuam proprietatem. Sic deprehenſus fuit puer effrateus per loquelam, quamuis omnes eſſent ex uno & eodem patre, quia nõ potuit dicere ſebolech, ſed proferebat chebolech. Iudic. 12. Ille autem cœpit anathematizare deteſtari, & iurare, quia neſcio hominem iſtum quem

quem dicitis ſm Rabanum. Mora in peccato dant incrementum ſcelerum. Vnde Grego. Peccatum quod per pœnitentiam non delet̃, mox ſuo pondere ad aliud trahit. Aggrauatur autem in Petro culpa, qa primo ſimpliciter negauit. Secundo negationi periurium addidit. Tertio adiecit periurio deteſtationem & anathematizationem. Quæritur circa hanc negationem. Primo ubi facta fuit negatio. Secũdo quomodo poſſunt euangeliſtæ concordari. Nam in ſecunda negatione Marcus & Matthæus dicunt fuiſſe ancillam, quæ locuta eſt Petro, Lucas dicit fuiſſe vnum de aſtantibus. Ioannes dixit eſſe plures. Similiter in tertia negatione Mattheus & Marcus dicũt plures allocutos fuiſſe Petrum. Ioannes & Lucas vnum tantum. Tertio quomodo poteſt concordari Marcus cum alijs euangeliſtis. Nam alij euangeliſtę dicunt ꝙ ante quàm gallus cantet ter erat negaturus. Marcus uero poſt primam negationem dicit gallum cantaſſe. Ad primum licet ſint uariæ opiniones, nam quidam uolunt dicere, ꝙ prima negatio fuit in domo Annæ, & alię duæ in domo Caiphæ. ſed opinio Augu. lib. de concordãtia euangeliſtarum videtur eſſe ꝙ illa trina negatio facta eſt in domo Annæ, & hoc ſatis uidetur conformari textui beati Ioan. Nam recitata prima negatione incipit ſecundam dicens. Stabant autem ſerui & miniſtri ad prunas &c. & ſequitur. Erat autẽ cum eis Petrus ſtans & caleſaciens ſe. & immediate ſubiungit ea quæ facta ſunt in domo Annæ, & cõſequenter recitatis his quę facta ſunt in domo Annæ, per eadem uerba reſumpſit hiſtoriam de ſecunda negatione dicens. Erat autem Simõ Petrus ſtans &c. Et hoc uidetur ſatis expreſſum, ꝙ fuerit in domo Annæ. Quòd autem alij euangeliſtæ ponunt poſtea quæ facta ſunt in domo Caiphæ. hoc eſt per anticipationem dictum, ſicut conſueuerunt ſæpe dicere euangeliſtæ. Ad ſecundũ dicitur quòd poſſunt euangeliſtæ in hoc cõcordari. Nã poſt primam negationem exiit Petrus, ut dixit Marcus, & cũ iterum rediiſſet, uidit illum alia ancilla & dixit ei. Et hic cũ Ieſu Nazateno erat. Et ſicut dicit Lucas. Vnus ex aſtantibus confirmauit dictum, uidens forte eum timidum & pallidum dicens. Et tu de illis es? Et tunc multi aſtantes ſicut Ioan. dicit. interrogauerunt eum dicentes. Nunquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Similiter diceretur in tertia negatione, ꝙ vnus primo aſſeruit, & poſtea omnes. & ita in hoc facile concordantur. Ad tertium quod eſt difficilius, dicit Augu. libr. 2. de concordan. ꝙ negatio prima facta eſt ante primum galli cantum. ſecunda & tertia inter primum & ſecundum. Quod autem alii tres euãgeliſtæ dixerunt. Antequã gallus cantet, ter me negabis. gloſat Augu. i. trinam negationẽ incipies. Vel dicendum eſt ꝙ prima negatio æquiualebat tribus. ut patet ex textu omnium euangeliſtarum. Primo negauit ſe eſſe diſcipulum eius dicens. O mulier, Non ſum. Secundo habere noticiam eius dicendo. Non noui hominem. Tertio nunquam de eo audiſſe loqui, cum dixit. Neque noui, neque ſcio quid dicas Et ſic fuerunt tres negationes ante primũ galli cãtum, uel vna æquiualens tribus. Hoc dicit Io. Criſo. 2. lib. ſuper Miſerere mei Deus. Colũna (inquit) Petrus ad uiliſſimæ ancillæ interrogationem tertio negauit dominum. vel dici poteſt ꝙ antequam gallus cantaret in auditu & apprehenſione & cõſideratione Petri ter erat negaturus. & hoc ita fuit, quia peccatum ſuum non conſiderauit niſi uſque ad ſecundum galli cãtum. Et ſtatim iterum gallus cantauit. Et reſpexit Ieſus Petrũ, & recordatus eſt Petrus uerbi quod dixerat Ieſus. Priuſq̃ gallus cantet ter me negabis. Et egreſſus foras fleuit amarè. In conuerſione Petri tria facta ſunt quem admodum in conuerſione cuiuſlibet peccatoris. Primo quidem gallus cantauit. Per gallum intelligitur prædicator qui cantat illud. 1. Corint 15. Euigilate iuſti & nolite peccare. Nam gallus antequam cantet primo ſe alis percutit. Sic prędicator ſeipſum caſtigare debet ad modum Pauli qui dicebat. Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Item in ſimilitudinem galli ponitur gallus uerſatilis ſuper eccleſiam, qui ad omnem uentum roſtrum uertit. i. ꝓdicator ad omnem peccati uarietatem, quã in populo uidet, conuertit ſermonem ut ſanet peccatores. Vnde Thob. 7. Cum putauit Raguel filium Thobiæ, qui ſuã filiã Saram duxerat mortuum ſicut ꝓcedentes

& pro-



& propter hoc iuſſiſſet parari ſepulchrum circa pullorum cantum inuenit eos ſaluos & incolumes. Sic Deus multis præparat ſepulchrũ in inferno, quos uidet mortuos in peccato, ſed circa pullorum cantũ inuenit eos incolumes. i. ad uocem prædicationis de ſõno mortis excitatos. Et mirum eſt ꝙ tot dormiant Pariſius ubi tot ſunt galli cantantes, & forte quia nimis grauiter dormiunt. Facile. n. dormiens cito audit, & ſcit ex hoc appropinquare diẽ Sic iſti cõcubinarij & magni latrones, qa multum dormiũt in ſuis malis, nec ab eis uolunt recedere, nunquam audiunt gallũ cantantem, uel prædicatorem qui eos reducat ad ſuorum peccatorum etiã oblitorum conſiderationẽ. Sed qui leuiter dormiunt, libenter audiunt. Non enim longe eſt à gratia Dei qui libenter audit prædicatorem. Sicut enim galli cantus adducit diem, ſic uox prædicantis gratiæ lucẽ. Sic audito gallo à Petro ſecundum ſequitur. ſ. reſpectus dñi. Reſpexit eñ dominus Petrum. Quidam dicunt ꝙ corporaliter reſpexit, ſed magis intelligendum eſt ꝙ ille reſpectus fuit interior mentis, quia dominus erat intus in adiutorio, & ſuperius cũ principibus. Petrus autem ſtabat foris in atrio, & inferius cum miniſtris. ideo ait euangeliſta. Et conuerſus dominus nõ Ieſus, ut ex hoc intelligamus illam reſponſionem nõ humanitus, ſed diuinitus factã. Vnde Aug. Diuina Petri reſpectio nihil aliud eſt, quàm irradiatio in mente eius quotiens iam dñm negaſſet. Iſtud. n. reſpicere ſecundum alios non eſt niſi miſereri ipſius domini. iuxta illud. p̃s. Reſpice ĩ me domine & miſerere mei. Vnde Hiero. Nõ poterat manere ĩ tenebris negationis quẽ lux mundi reſpiciebat. Vnde Anſelmus. Vtinã bone Ieſu me tuus dulcis reſpiciat oculus, qui totiens ad uocem ancillæ porcacis. ſ. carnis meæ te prauis operibus affectibusq; negaui. Tertium ſequitur. ſ. recordatio & memoria uerbi Ieſu, quod ꝑtinet ad recordationem beneficiẽtiæ Dei. iuxta illud. Eſa. 61. Miſerationum domini recordabor, uel etiam ad recordationem peccatorum ſuorum. Oblitus enim fuerat Petrus verbi quod dixerat Ieſus, quia nõ reſpiciebat eum. Quandiu enim lux mundi peccatorem non illuminat, oportet eũ in tenebris permanere. Nũc autem recordatur Petrus quia reſpicit Deus. Vnde ſicut impoſſibile eſt corrigi quẽ Deus deſpexerit. ſic impoſſibile eſt quin corrigat̃ quem Deus ſua miſericordia reſpexerit, etiam quãdo nemo alius eſſet qui eũ corrigeret, ubi mali multis corrigentibus, & flagellantibus deteriores fiunt. Vnde Augu. contra epiſtolam Parmeniani. & recitatur. 23. q. 4. cum quis fratrẽ. Prędeſtinati (inquit) ad uitam ſine correctione mutãtur. ſicut Petrus quem dominus reſpiciẽs nemine corripiente commouit ad lachrimas, & præſciti ad mortem inter flagella duriores fiunt, ut pharao. Poteſt tñ hic dici ꝙ etiam iſte reſpectus Chriſti fuit corporalis, & ꝙ tunc dominus ducebatur à domo Annæ ad Caypham. & ꝙ tranſeundo per atriũ tunc Petrus ultimo negauit, & ſic dominus reſpexit Petrum. Contẽplare ergo nunc o anima deuota dominũ & ſaluatorẽ tuum ſic propter te turpiter deductum coram ſuis inimicis iudicibus, coram eccleſiæ principibus nequiſſimis, taliter negatum, taliter derelictum à ſuo ſucceſſore cui tot bona fecerat, tam dure interrogatum, ſed & à uiliſſimo garſione tam atrociter percuſſum, & dominum tã patienter portantem, tam ſuauiter corrigentem, nec in principem inſurgentem, & à domino tuo quæras an circa eum recte agatur, & reſpondebit illud. p̃s. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus, nihil in eos uindicando, cum loquebar illis dulciter reſpondendo, impugnabant me gratis percutiendo. Sed o domine qui fuerũt illi qui ſic pugnauerunt contra te? Rñdebit illud. Cant. 1. Filii matris meæ. ſ. ſynagogę pugnauerunt contra me, percuſſerũt me & vulnerauerunt me. i. cor meũ negãdo me, & hoc ĩ chariſſimo diſcipulo meo. Sed o domine quomodo percuſſerunt te? Reſpondebit illud. Iob. 15. Exprobrantes percuſſerũt maxillam meam. ſaturati ſunt pœnis meis. Et miſit eum Annas ligatũ ad Caypham pontificem. Non eſt ex moderno tempore ꝙ ueritas ligatur in curiis principum ita ut nunquam uel uix dicat̃. Nec ex moderno tempore multitudo curiarum eccleſiaſticarũ, ubi mittitur pauꝑ homo de Anna ad Caypham, & de Caypha ad Annã, & ita ut uix ſciat quid agere debeat in diuerſis curiis citatus. ipſi uerò iudæi ducẽdo ipſum impellebãt, & ob-

ruebant,

ruebāt, ita ut poſſet dicere illud. j. Paral. vlt. Anguſtiæ mihi ſunt undique. Deinde dicēdum qũo tractatus eſt Chrs in curia eccleſiaſtica cayphæ. in qua facta ſunt tria quæ nunc ſolent fieri in curia eccleſiaſtica. Primũ interrogatio falſorũ teſtiũ contra Xp̄m, & eius ad mortē cōdēnatio. Secundo in ea fit opprobrium Chriſti, & abiectio. Tertio diſcipuli deſperati perditio. Circa primum ſubdit textus euangelicus. Mane aũt fctō. & ut factus eſt dies conuenerunt ſeniores plebis & principes ſacerdotum, & ſcribæ, & duxerunt illũ in concilium ſuum. Diem. n. expectauerunt, quia tota nocte illuſerunt ei. Non. n ſufficiebat dies ad cōplendā eorũ maliciam. Qui. n. mane debuiſſent ſurgere ad operādum bene. ſicut ſol mane ſurgit ad illuminandũ & calefaciendũ, & uiator ad ambulandũ. iuxta illud. Cāt. 7. Mane ſurgamus ad uineas. i. ad animas per pnīam purgandas, ſurrexerunt in oppoſitum, quia mane inierunt conciliũ ad perdēdũ aīas innocētum. Et conuenerunt ſeniores. De quo cōuentu dicit. p̄s. Protexiſti me à conuentu malignantiũ. Huius conuentus prior ſiue abbas erat cayphas, magnus prior annas, monachi ſeniores, phariſei, & ſcribæ. qui erant tres ordines dentium in ore beſtiæ id eſt ſinagogæ. Dan. 7. Et nouicij erāt miniſtri, & promotores, & ſatellites iſtorum. De quo cōuentu etiam dicit p̄s. Principes cōuenerunt in vnum aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtum eius. Et cōuentu facto adduxerunt eum in conſilium ſuũ. O peſſimum conſilium quod antea deteſtatus erat Iacob. Gen. 49. dicens. Simeon & leui uaſa iniquitatis bellantia, in conſiliũ eorum nō ueniat anima mea. Cōiter. n. dr̃, ꝙ illi qui mortem Chriſti procurauerunt, fuerunt de tribu leui & Symeon. Principes aũt ſacerdotum, & omne concilium quærebant falſum teſtimonium contra Ieſum ut eum morti traderent. Et non inuenerũt cũ multi falſi teſtes acceſſiſſent. Nō enim erant conuenientia eorum teſtimonia. Mirabile eſt ꝙ uita Chriſti talis ac tāta fuit, ꝙ nihil inueniebant etiam apparēter reprehenſione dignum. Vnde Orige. Falſa teſtimonia tunc locũ habent qñ cũ colore aliquo proferuntur, ſed nec color inueniebatur, qui poſſet cōtra Ieſum adiuuare mendacia. Idem Orige. Maximam laudem exhibent Ieſu, qui ſic omnia irreprehenſibiliter dixit & fecit, ut nullā uerisimilitudinem inuenirent in eo reprehēſionis mali. Nouiſſime aũt uenerũt duo falſi teſtes & dixerũt. Qm̄ nos audiuimus eum dicentem. Ego diſſoluam templũ dei manu factũ, & poſt triduũ aliud nō manu factum ędificabo, & non erat conueniens teſtimonium illorum, & ex hoc uolebant probare ꝙ ſibi uſurparet diuinam poteſtatem. Vnde ad hoc ꝙ conueniens ſit alicuius teſtimoniũ oportet tria adeſſe. Primo in teſtimonio debet eſſe ueritas, quia teſtis debet eſſe medius inter vtranq; partem, vt pro utraque parte dicat ueritatem 34. q. 5. non ſane. & de his ſolum quæ ueraciter nouit. Vnde Sen. Teſtimonium ueritati non amicitię nec inimicitiæ reddes. Secundo debet uerum teſtimonium continere puritatem, quia uerus teſtis nō debet ornate dicere uerba ſua, ut magis faueat pro una parte quàm pro altera, ſed prout ueritas ſe habet, debet incedere nō declinando ad dextram uel ad ſiniſtram. nec debet de re incerta certum ferre teſtimonium, ſed eo modo quo ſcit, eo modo dicere. Tertio debet continere bonitatē, ut. ſ. teſtis non hābeat uoluntatem & intētionem nocendi uel inferendi damnum. Sed iſti teſtes ferebant teſtimonium contra ueritatē, quia male accipiebant uerba Xp̄i. Non. n. ſic dixerat, ſed ſolũ dixerat. Soluite templum hoc, & in triduo excitabo illud. Secundo contra puritatem, quia ſub alio ſenſu quam audierant, referebāt. Dixerat. n. de templo corporis ſui. & iſti intelligebant de templo materiali Hieruſalē. Tertio contra bonitatem intentionis quia ſub intentione occidēdi Xp̄m. Vnde tales teſtes produxerunt pontifices aduerſus Xp̄m quales ſm̄ fabulas produxit canis aduerſus ouem. Nā contra ouē adduxit lupũ & uulpem ad probādũ, ꝙ ei panē mutuauerat, quorum teſtimonio licet nō eſſent amici niſi in ordine, & contra tertiũ ſicut Herodes & pilatus. iudicatum eſt ꝙ pellis ouis pro pane traderet̄ cani, & ouis frigore hyemali nuda relinqueretur. Sic contra agnũ uerũ uulpes & lupos. i. fraudulentes homines ipſi canes adduxerunt in teſtimoniũ ut morti tradatur. Et exurgens ſummus ſacerdos in medium interrogauit Ieſum dicens. Nihil reſpondes ad

II
Teſtimonium.
Tria re-
quiruntur
ad bonum
teſtimo-
nium ſiue
uenium.

KK
Tacet.
Quare

ca



ea quæ iſti aduerſum te teſtificantur? Ieſus autē tacebat & nihil rn̄det ei. Et hoc pp quatuor. Primo ut oſtenderet ſuā iuſtitiam, quia ea quæ contra eum dicebātur, erant aperte falſa & indigna reſponſione. Vnde Auguſt. Aperta mendacia non ſunt reſponſione digna. Secundo ut oſtenderet ſuam miſericordiam, quia ſi forte illis cō tradixiſſet, amplius peccaſſent & in malicia perſeueraſſent adducendo noua mendacia, & confirmando priora. Tertio ut oſtenderet ſuam ſapientiam, quia ſciebat ꝙ quicquid reſpondiſſet traxiſſent in calumniam. Non. n. licet mittere margaritas ante porcos, ita ut ſua ſapientia docuerit nos tacere corā falſis iudicibus, maxime qñ ſcitur ꝙ ſunt affectati ad unam partē, quia tunc uerba perderentur. Quarto ut oſtenderet nobis ſuam potentiam dando exemplum cōtemnendi calumniantiũ uoces, & ne murmuraremus in tribulationibus. Exceſſit. n. in tacendo in tribulationibus, ne eiſdem excederemus murmurando. Rurſus ſummus ſacerdos ait illi. Adiuro te per Deum uiuum, ut dicas nobis, ſi tu es Chriſtus filius Dei benedicti. Et ait illis. Si uobis dixero non credetis, ſi autem interrogauero non reſpondebitis, neque dimittetis. Veruntamen dico uobis ex hoc amodo uidebitis filium hominis ſedentem à dextris Dei, & uenientem in nubibus cęli. Quaſi dicat quāuis me quaſi me purum hominem, & mea uerba contēnitis, & quaſi impium condemnatis. tamē propter hoc me exaltatum ſuper omnes cœlos & iudicem uidebitis. Vel ſm̄ Theophilum. q. d. non eſt uobis de cętero tēpus ſermonum, & doctrinæ, ſed deinceps iudicij tempus erit, cum uidebitis me filiũ hominis ſedentem à dextris &c. ad uos iudicādum & perdendum. Chriſtus. n eſt quēadmodum dauid. de quo. 2. Reg. 23. Quaſi tenerrimus ligni uermiculus. Vermiculo ligni dum tāgit nihil durius, quia terebat lignum duriſſimum nihil mollius dũ tangitur, & ad literam nihil Dauid manſuetius dũ lædebatur, ut patet in maledictione Semei, & quando lædere uolebat, nihil eo ferocius, ut patet in deſtructione filiorũ Amon, quando fecit eos trahi per carpenta. Sic Xp̄o nihil mollius, cũ tactus eſt & læſus in paſſione. nihil terribilius quo ad iuſtitiā, qñ malos in iudicio tanget. vñ ait in p̄s. Ego aũt ſum uermis. Iudæi ei q. Xp̄o illuſerunt, olim in philiſteis præfigurati ſunt. Sanſon. n. quadam uice uoluntarie ſe ligari fecit, quem philiſtei captũ excecauerunt, & illudentes ipſum in deriſionē habuerunt. Sic Chriſtus ſponte à iudæis ligari, uelari, & illudi uoluit. & ſicut quadā uice Sanſon de hoſtibus ſuis ſe terribiliter uindicauit, ſic ī fine ſæculi de inimicis ſuis ſe horrēde uindicabit Chriſtus. Qñ. n aliquis homo pauper eſt, non audet loqui ēt ſi fiat ſibi iniuria, diues aũt factus rigide loquitur & dure. puer. 18. Cũ obſecrationibus loquitur pauper. diues autem effabit̄ rigide. Sic Xp̄s in paſſione ſua pauper inter mundanos & diuites poſitus tacuit. Sed in iudicio proteſtatus eſt ſe non taciturũ, cũ tunc diues erit. Quando. n. aliquis notabilis uir multotiens ſuſtinet, ꝙ aliquis miſer garſio ſibi multas iniurias faciat, in fine tñ cũ uidet eũ ſe nō corrigere manus immittit in eum dicēs ꝙ nimis ſiluit. Sic ſuſtinuit Xp̄s à peccatoribus multas iniurias tacendo, ſed in fine nō tacebit dicens illud. Iob. 3. Nonne diſſimulaui, nōne ſilui, nonne quieui? Vñ ꝙ non ſilebit ī futuro iudicio ſicut tacuit in humano. dicit p̄s. Deus manifeſte ueniet, Deus noſter & non ſilebit. Dixerunt aũt omnes. Tu ergo es filius Dei. Qui ait. Vos dicitis ſupple uerũ, quia ego ſum. Sicut Chriſtus in mortis diſcrimine ad Caipham ductus ueritatem non deſeruit, ſed cōſtanter ſe Dei filium confeſſus eſt, ſic uerus ipſius ſeruus propter nullum temporale periculum debet ueritatē deſerere, ſed in ea uſq; in mortē cōſtanter perſeuerare. Tũc princeps ſacerdotũ ſcidit ueſtimenta ſua. Vñ Leo papa ī ſermo. de paſſione dñi. Caiphas ad aggrauationē auditi ſermonis ſcidit ueſtimēta ſua, & neſciēs qd hoc ſignificaret ex inſania ſe ſacerdotali priuauit honore, oblitus illius p̄cepti qd legit̄ de prīcipe ſacerdotũ. Leuit. 21. de capite ſuo ſciſſurā nō deponet, & ueſtimēta nō diſrũpet. vñ Beda Quem de ſolio ſacerdotali furor excuſſerat, eundem rabies abſcindendas ueſtes prouocat. Et in hoc facto Caiphas prophetauit, ſicut alia uice uerbo, quamuis ipſe neſcierit, quia ſecundum Hieronymum per hoc oſtendit iudæos gloriam ſacerdotalem amiſiſſe. Dum n. ueſtem ſibi diſcidit ipſum quo tegebatur uelamētũ legis abie

Iu cauſis
iuſta tace-
tur. ... b
ſolentibus
falſis te-
ſtimonij
uita eſt.

LL
Iudi. tũ.
Xp̄i paſ
ſione mā
ſuetus e-
terribi
lis in iu-
dicio.

MM
Prophetare.
Prophetauit caiphas neſciēs ſcindendo in paſſione ueſtimenta ſua.

cit

cit. Vnde Beda. Altiori conſilio factũ eſt,
vt in paſſione domini pontifex ſua ſcinde-
ret ueſtimenta, cum tunica domini nec ab
ipſis qui eum crucifixere militibus ſcindi
potuerit. Dicens blaſphemauit. Quid
adhuc egemus teſtibus? Quid adhuc deſi
deramus teſtimonium? Ecce nunc audi-
ſtis blaſphemiam. Hęc duo magis ponde-
rabant. ſ. ꝙ ſe Chriſtum & Dei filium di-
cebat, eo ꝙ ſecundum uidebatur eſſe con
tra Deum. reliquum contra romanum im
perium. Sed excecauit eos malicia eorum.
Vnde ſequitur. Quid uobis uidetur? At il
li omnes reſpondentes dixerunt. Reus eſt
mortis. Contemplare nunc ſponſa Chri-
ſti anima deuota dominum tuum in hoc
concilio quàm male quàm turpiter rece-
ptus eſt, vbi contra eum quærebatur fal-
ſum teſtimoniũ. Quomodo forte ſine ho-
nore in terra eum uiliter ſedere fecerũt,
quomodo falſe & cum mendaciis accuſa-
tur ueritas, qui uelut agnus innocens ta-
cebat. Omnes contra eum loquebantur,
oẽs eũ blaſphemabant, omnes eius mortẽ
ſummopere affectabant, & ſummam ueri-
tatem condemnabant, & in oĩbus his ob-
muteſcit manſuetus agnus. Propter quod
à benigniſſimo & dulciſſimo ſponſo tuo
ipſum mente uiſitando perquire. quomõ
nunc ſe habet anima ſua. & reſpondebit ti
bi illud. p̃s. Circundederũt me canes mul
ti, & concilium malignantium obſedit me
id eſt ſedit cõtra me. Sed dices. heu dñe ĩ
concilio illo nihil falſi teſtati ſunt contra
te, quoniam omnino recta & iuſta eſt vita
tua. immo certe inſurrexerunt in me te-
ſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi.
quia non fuerunt teſtimonia conueniẽtia,
& ſe ipſam diſſipauit & deſtruxit eorũ fal
ſitas. Sed heu domine. Nonne ergo diſſi-
pati ſunt ĩ cõcilio ſuo? certe diſſipati ſunt
nec compuncti, ſubſannauerunt me ſubſan
natione deridẽdo de me & diſcipulo meo
Iuda, propter quod ſuſpendit ſe. frendue-
runt ſuper me dentibus ſuis condemnan-
do me reum mortis. Õ domine, ſed nõne
hæc iniuria per modicũ tempus facta eſt?
immo qui inquirebant mala mihi, quærẽ
do falſum teſtimonium ut me occiderẽt,
locuti ſunt uanitates & dolos &cę. Sed o
domine qui omnia ſcis, nonne hæc pote-
ras vno flatu oris tui exufflare? certe. Ego
tanquam ſurdus nõ audiebam, & ſicut mu
tus non aperiens os ſuum. Et factus ſum
ſicut homo non audiens & non habens in
ore ſuo redargutiones. & ſic hæc oĩa fctã
ſunt ut adimpleretur ſcriptura propheta-
rum. Secundo dicendum, quomodo in
curia Caiphæ ſit opprobrium Chriſto &
abiectio. Hinc ait euãgeliſta. Et expuerũt
in faciẽ eius. In lege ſi pater alicuius puel
læ ſpuiſſet in faciem eius ita abhominabi-
lis reddebatur, quòd ad minus ſeptem die
bus oportebat eam eſſe ſequeſtratã à con
ſortio hominũ. Deut. 25. Quid ergo abho
minabilius quàm ſpuere in illam faciem
deſideratam ab omnibus prophetis & gẽ-
tibus? de qua p̃s. Oſtende nobis domine
faciem tuam, & ſalui erimus. & tñ eis oſtẽ
dit. miſit filium ſuum in quo pater notifi-
catur ſicut in facie filij ſui. & tamen cũ
magnis excreationibus expuerunt in eũ. i.
ui ab ĩtra ſputa traxerũt. ita ꝙ eius facies
leproſa apparebat, & tũc impletũ eſt illud
Eſa. 53. Non eſt ei ſpecies neque decor, &
uidimus eum & non erat aſpectus, & nos
reputauimus eum quaſi leproſum.

Et miniſtri cũ alapis cedebant, & uela
uerunt faciem eius. Quidam doctores di
cunt quòd ideo velauerunt faciem eius,
quia erat ita pia & reuerẽtia digna quod
omnes eam aſpicientes ad pietatem & re-
uerentiam commouebantur. vt legitur de
Mario romano. Ideo ut melius irriderent
eum velauerunt eum. Nec eſt mirum ſi nõ
potuerunt eum intueri, quia nec faciem
Moiſi potuerunt intueri, niſi uelamen ſu
per faciem eius poneretur: Exod. 34. Sed
ecce pluſquam Moiſes, cuius facies ſplen-
didior ſole, vt patuit in transfiguratione.
Vnde aliqua vis gloriæ eius reſplenduit
ex facie eius, Iudæorum oculos ita reuer
berans, vt faciem illam æquo animo tole-
rare non poſſent. Et hoc fecit Chriſtus. vt
eis oſtenderet quòd nec ſputis eorum pul
chritudinem faciei ſuæ obſcurare poſſent.
Vnde & uelamen iſtud vſque hodie ma-
net ſuper corda eorum, quia ab eis faciẽ
ſuam abſcondit. Non (vt inquit Beda) vt
ille ſcelera eorum non uideat, ſed ne eum
videant quem Salomon deſiderabat. Can
ticorum. ſecundo. Oſtende mihi faciem
tuam, facies tua decora. Et colaphis eũ
ceciderunt. Solent in collo percuti fatui,
& deſpectibiles perſonę propterea q̃ a ſic
de Chriſto iudicabant ideo eum colaphi-
zabant.



zabat. In cuius patientia datur exẽplum,
vt ſicut Chriſtus patienter ſuſtinuit ꝓ no
bis colaphizari, ſic & nos colaphizatio-
nes ſpirituales quæ ſunt tentationes mor
bi, & tribulationes non ſolum patienter,
ſed ẽt prudẽter portemus, ſicut fecit Apo
ſtõ. 2. Corin. 12. Datus eſt ſtimulus carnis
meæ angelus ſathanæ qui me colaphizet.
vnde colaphis cedit Chriſtum qui ore cõ
fitetur eum, factis aũt negat. i. qui ſe dicit
in Chriſtum credere, & per mala opera
contradicit. Itẽ ẽt qui proximũ poſt ter-
gũ uerbis detractionis colaphizat. Alij
autem palmas ei in faciẽ dederunt dicen-
tes. Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt q̃
te percuſſit? & alia multa blaſphemantes
dicebant in eũ. O inſania iudæorũ qui illã
deſiderabilem faciem quam uenturam pa
tres eorum & prophetæ cũ longo ſuſpirio
deſiderauerant, ipſi infelices tam ignomi-
nioſe uelauerunt & tractauerunt maculã
tes illam faciem in quam deſiderant an-
geli proſpicere non ſolum ſaliuæ ſputis,
ſed ẽt abhominationibus & excreationib.
fœtidiſſimis. Alij colaphos ſicut garſioni
dabant uocando eum falſum prophetam
qui eſt dñs prophetarum. Alij manu reuer
ſa dulciſſimũ os percutiebant, adeo ꝙ ex
tali percuſſione (ut dicunt quidam) fluxe-
rit ſanguis per nares eius. alij pugnis eum
percutiebant. alij barbam eius euellebant.
alij capillos trahebant. & alia multa bla-
ſphemantes in eum dicebant. O aĩa deuo-
ta quę hodie Deum tuum diligere pro-
teſtaris, reſpice in faciem Chriſti tui,
& conſidera quanta propter te paſſus eſt
lauatorium faciens de lachrimis tuis, &
inquire ab eo quomõ circa eum agitur. &
prompte reſpondebit. Ego ſum uermis ab
hominibus reputatus, & nõ homo, oppro-
briũ hominũ & abiectio plebis. Sed quo-
modo domine factus es in opprobriũ? di-
cet illud Iob 30. Faciẽ meã conſpuere nõ
verentur. & illud Pſ. Tota die uerecundia
mea contra me eſt, & confuſio faciei meæ
cooperuit me. Sed heu dñe cur non a-
uertebas faciẽ tuã? Certè iuxta illud Eſa.
50. Faciem meam non auerti ab increpã
tibus & conſpuentibus in me. Ideo dicat
ſibi anima deuota opprobria exprobran-
tium tibi ceciderunt ſuper me. i. ſuper cor
meũ, & propter hoc operui in ieiunio ani-
mam meam, ſcilicet hodie ieiunando ar-
ctiſſime. Et exurgens oĩs multitudo eo
rum vincientes ĩeſum adduxerunt eum à
Caypha in prætoriũ. Ex quo patet ꝙ mul
tum habebãt cordi negotium quãdo ip-
ſimet in alijs non confiſi ſunt qui ducerẽt
eum ſed ipſimet duxerunt. Quidã textus
dicunt ad Caypham in prætorium. ſed ſe-
cundũ aliquos textus eſt corruptus & de-
bet eſſe ad Caypham ad prætoriũ. Scdũ
aliquos dicitur quod domus Cayphę erat
magna in vna parte erat Cayphas loca-
tus. in alia Pilatus & prætorium eius. Vel
forte prætorium iudiciale erat in domo
eius ex antiquo ordinatum. Et ipſi non in
troierunt in prætorium vt non contami-
narentur ſed manducarent Paſcha. Aug.
Iam cęperant facere dies azimorum, qui-
bus diebus erat contaminatio intrare do-
mum alienigenę. O impia cecitas. alieni-
genę iudicis prætorio contaminari time-
bant, & fratris innocontis ſanguinem ef-
fundere non verebãtur. ſimiles equo vm-
bratico qui nolens vmbram modicam per
tranſire ſeipſum cum domino proijcit in
lutum. Vt. n. dicit Criſoſtomus apud Cay
pham pernoctarunt vigilantes, adeo Pa-
ſcha ea nocte comedere neglexerint. Iſtis
ſunt ſimiles qui conſcientiam magnã de
minimis faciunt, & multo grauiora cõmit
tunt. Vtinam tñ haberent hanc conſcien-
tiã ſacerdotes & qui in dignitatibus ſunt
conſtituti, qui quotidie ingrediuntur præ
torium & coram iudicibus ſunt aduocati
lucri cauſa, & poſtea vadunt ad eccleſiam
ut mãducent Paſcha capite pleno nego-
tiis ſecularibus & litigijs. Iudei non erãt
auſi intrare ad manducandum Paſcha fi-
guratiuum. Iſti non faciunt conſcientiam
intrare. & poſtea mãducare Paſcha verũ,
cum tamẽ eis prohibeatur extra de poſtu
lationibus. c. clerici in ſubdyaconatum &
ultra &c. niſi in propria cauſa vel eccleſię
ſuæ vel perſonarum miſerabiliũ quæ ſuas
cauſas defendere non poſſunt. vt orphano
rum & viduarum. Neſcio ſi ſuper hoc di-
ſpenſationem habeant. Et tradiderunt
pontio Pilato præſidi. Obuia igitur ſis a-
nima contemplatiua domino & redem-
ptori tuo qui tanquam malefactor morti
adiudicatur. & à ſuis quibus tanta bona
fecerat coram criminali iudice ducitur
condemnandus à multitudine ſatellitum
hincinde rudisſimè tractus ſputis plenus,

vt vix eius facies cognoſci poſſet retro ligatis manibus & cathena in collo poſita. quæ adhuc peregrinis in Hieruſalem (ut communiter dicitur) oſtenditur. Accede ad eum ut eius digniſſimam faciem ſpiritualiter tegas, & ſi circa eum recte agatur inquiras, & dicet tibi illud. ps. Propter te ſuſtinui opprobrium. operuit confuſuſio faciem meam. Tertio dicendum eſt de diſcipuli perditione. Propter quod ait euãgeliſta. Tunc uidens Iudas qui eum tradidit ꝙ damnatus eſſet, pœnitentia ductus rettulit triginta argenteos principibus ſacerdotum & ſenioribus populi dicẽs. Peccaui tradens ſanguinẽ iuſtum. Ibi confeſſus eſt Iudas peccatum ſuum. ſed eius confeſſio in quinque diminuta fuit. Primo, quia non eſt confeſſus eis quibus confiteri debebat propter multa. Primo, quia confeſſus eſt ſuis complicibus in crimine, ſcilicet principibus ſacerdotum. Multi.n. ſunt, qui nolentes erubeſcere coram ſacerdote, confitentur his qui cum eis peccata fecerunt. Secundo quia non confeſſus eſt proprio ſacerdoti & fideli. Iam eim iudæi amiſerant officium ſacerdotis, nec erant de eccleſia merito nec numero. Erant eñ excõicati, ſymoniaci, & ſacrilegi publici. Vnde Auguſti. libro de pœni. & allegatur à magiſtro in 10. diſtin. 17. Non poteſt dignè pœnitere quem non ſuſtinet vnitas eccleſiæ. Ideo penitens non quærat ſacerdotes per aliquam culpam ab eccleſiæ vnitate diuiſos. Tales enim non ſunt de eccleſia numero nec merito. Ideo quia Iudas iuit ad diuiſos ab eccleſia non ad apoſtolorum auxilium, periit. Tertio, quia illi indiſcreti & crudeles erant & deriſores, qui pœnitẽtem in amaritudine animæ ſuę non ſuſceperunt, ſed deriſerunt dicentes. Quid ad nos? Tu uideris. i. non curamus de facto tuo. Si bene aut male egiſti, ſuſcipies retributionem, & inde in deſperationem cecidit. Crudelitas enim præſidentis eſt occaſio deſperationis peccatoris. Si enim Iudas ad aliquem apoſtolorum acceſſiſſet, forte eum ad ſpẽ ſuæ ſalutis monuiſſet. Vnde Auguſtinus libro de pœnit. & allegatur à magiſtro in 4. diſtin. 19. Iudiciaria poteſtas hæc poſtulat, ut quod iudex debet iudicare, decernat. Diligens ergo inueſtigator ſapiẽter interroget à peccatore quod forſitan ignorat. uel uerecũdia uelit occultare. Cognito uero crimine etiam uarietates eius, id eſt circunſtantias non dubitet inueſtigare & locum & tempus. quibus cognitis aſſit beniuolus, paratus erigere & ſecum onus portare. & habeat dulcedinem ĩ affectione. quam tñ non habuerunt pontifices erga Iudam. Secundo defectuoſa fuit confeſſio, quia non omnia peccata confeſſus eſt. Tantũ enim tria confitetur. Primo dolum, cum dicit tradens. Secundo homicidium, cum dicit ſanguinem. Tertio nequitiam, cum dicit, iuſtum, quaſi diceret non propter ſuam culpam, ſed propter meam iniquitatẽ tradidi. Criſoſtomus. Vide ueritatem undiq; fulgentem. proditor de ſe ipſo dat teſtimonium, & eorum qui eum condemnauerunt, opilat ora. Non enim in ſua confeſſione loquitur de cupiditate, ſymonia, & auaricia. Tertio deficit in ſatisfactione, qa non ſatisfaciebat innocentiæ dñi, quẽ ſicut malefactorem iuſtitiæ tradiderat occidendum. Quarto deficit in reſtitutione, quia reſtituit his quibus non debebat, ſcilicet principibus & ſacerpotis, qui erant ſymoniaci. Quinto defecit in ſpe, quia deſperatus eſt, quia abiens laqueo ſeſuſpendit. At illi dixerunt. Quid ad nos de peccato tuo? tu uideris, id eſt ſenties te peccaſſe, ſed nihil ad nos pertinet. & proiectis argenteis in templo receſſit. Secundum Guil. exemplo Iudę proijcienda ſunt peccata in templo, quia in eo faciendę sũt confeſſiones non in locis occultis. & propter multas cauſas. Primo, quia peccata noſtra ſunt ſpurcitiæ intolerabiles. ideo uelut feces proiicienda ſunt, non uelut theſauri & reliquiæ abſcondenda, quod faciunt multi qui peccata ſua celant. fideliſſimi cuſtodes & theſaurarij diaboli. Secundo proijcienda ſunt uelut onera grauiſſima portantem, quamuis fortiſſimum ſuffocantia. ps. Sicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Eſa. quinquageſimooctauo. Solue faſciculos deprimentes. Tertio ſicut res furtiuæ proiiciuntur à latronibus, ne cum eis comprehendantur, & ſicut præda à prædonibus ne eis fugam impediat, cum hoſtes eos inſequuntur. Te enim peccatorem lictores infernales inſequuntur, ut uelut furem & prædonem te occidant. ideo proiice ea, ne cum eis capiaris. Quarto uelut merces quæ nauem nimis one-

*OO Confeſſio Iudæ. Quinque fecerunt cõfeſſionẽ Iudæ diminutã.*

*PP Proijcienda ſunt peccata ... Proijcienda ſunt peccata exemplo Iudæ proijcientis argenteos.*



onerant, & mergi compellunt. Sicut dicit de ſe Iob. 31. Quaſi tumentes ſuper me fluctus ſemper timui dominum. Quod exponit Grego. de exoneratione nauis, cui naufragium imminet, & præ timore periculi merces in mare proiiciuntur. Quinto excutienda ſunt ſicut uiperæ adhærentes, ut Paulus Actuum vlti. Cum excuſſit uiperam nihil mali paſſus eſt. Sexto, ſicut ignis qui per modicam horam magnam leſuram ingerit. In iſtis autem omnibus, quæ diximus eiiciendis nullus moroſus eſt nec petit inducias aut dilationes, aut conſiliis & deliberationibus retardatur, ſed ceca corda iſtam læſionem nõ ſentiũt, aut uident, ideo à ſe non excutiunt

Et abiens laqueo ſe ſuſpendit. Tali plane morte decuit proditorem interire propter quattuor. Primo ut eleuatus in aere ſocium dæmonum ſe oſtẽderet. Vnde Bernardus. Iudas laqueo ſe ſuſpendit indignus hominum, angelorumq; conſortio, ſed ſocius factus eſt dæmonũ, quibus deputatus eſt aer iſte caliginoſus in carcerẽ uſque in iudicium. Secũdo ut arteriæ quæ uocem illam proditionis emiſerant, punirentur ab eo. ſ. à diabolo, cuius ope hæc fecerat. ps. Conſtitue ſuper eum peccatorẽ, ſcilicet diabolum, & diabolus ſtet à dextris eius. Cum iudicatur. ſ. dñs. exeat iſte condemnatus. Tertio ut terræ & cœlo exoſus oſtenderetur. Quarto ut oſtenderetur illam eſſe mortem, quę debita eſt auaris, raptoribus, & prædonibus. Iudas autẽ primo ſuſpenſus eſt, auaricia autem laqueus eſt diaboli quo ſuſpendit auaros. iuxta illud. 1. Timot. ſexto Qui uolunt diuites fieri incidunt in laquem & tentotionem diaboli. Secundo crepuit medius, & effuſa ſunt uiſcera eius. Sic & auarus, de quo Eccleſ. decimo. Nihil iniquius quàm amare pecuniam. Hic etenim animam ſuã uenalẽ habet, quoniam in uita ſua proiecit intima ſua. Quærit Auguſti. lib. de quæſtionibbus noui teſtamenti. In paraſceue occupatis principibus ad necem domini à mane vſq; ad horam nonam, quõ Iudas eis rettuliſſe precium quod acceperat ante necem domini probatur in templo, cũ cõſtet omnes principes & ſeniores ante paſſionem dñi non fuiſſe in templo, quippe cum in cruce poſito inſultarẽt ei. Sed ne forte poſt horam nonam factũ ſit, vt uidens Iudas occiſum ſaluatorẽ, & ob hoc uidens elementa perterrita, proprio metu cõterritus doluerit Sed poſt horam nonam occupati erant ſicut exiſtimo ſeniores & principes ſacerdotũ ad celebrationem paſchę. Sabbato autem ſm legem non licet nummos portare, ac per hoc nõ eſt probabile apud me quo die uel tempore laqueo uitam finierit iudas. Hæc Auguſt. Poteſt tñ dici ꝙ aliqui de principibus ſacerdotum ad recipiendas oblationes q̃ tunc ab alienigenis uel fiebãt, uel fieri poterant, potuerunt recedere & ingredi tẽplum, & illuc iudam acceſiſſe & proieciſſe argenteos. Principes autem ſacerdotum acceptis argenteis dixerunt. Non licet eos mittere in corbanam quia preciũ ſanguinis eſt. Conſilio autem inito emerunt ex illis agrum figuli in ſepulturam peregrinorum. Propter hoc uocatus eſt ager ille acheldemach, hoc eſt ager ſanguinis uſque in hodiernum diem. Tunc adimpletum eſt quod dictum eſt per Hieremiam prophetam dicentem. Et acceperunt triginta argẽteos precium appreciati quem appreciauerũt à filiis iſrael, & dederunt in agrum figuli ſicut conſtituit mihi dominus. Iſte ager dicitur eſſe à parte montis ſion in uallẽ ioſaphat deſcendẽdo iuxta natatoriam ſiloe cõtra auſtrum ad iactum lapidis ultra uallem. Et ibi olim fuit monaſterium omniũ ſanctorum. Ad literam hanc agri emptionem non fecerunt in pauperum miſericordiam, ſed in ſaluatoris infamiã ſimulando pietatẽ, & intendendo iniquitatem, ut longe lateq; diffamaret emptio, & ꝑp hoc ad emptionẽ addita eſt nominis ĩpoſitio, q̃ eſt ager ſanguinis, ut eſſet frequens rememoratio facti in deteſtationem nominis Chriſti.

Allegorice aũt ꝑ hoc ꝙ ager ille in ſepulturã peregrinorũ emit ſanguine Xp̃i, oñditur ꝙ Xp̃s ꝑ ſuũ ſanguinẽ nobis peregrinis emit quietẽ perpetuã. Gloſ. magnũ ſacrũ latet ĩ factis iniquitatis. Figulus eſt Deus in cuius manu eſt ex eodẽ luto facere aliud uas in honorẽ, aliud ĩ cõtumeliã. Ager eſt uniuerſum ꝑcioſo eius ſanguine emptum, ut ei cõmortui ſepeliantur peregrini, non utiq; iſrael, ſed alieni, qui in eo ſepulti æternam habebunt requiem. Aug. Peregrinis q ſine pr̃ia & domo toto orbe exules iactabant requies Chr̃i ſanguine ꝓuidetur.

*QQ Suſpendium. Propter multa p... dñs Iudã interire ſuſpendio.*

*RR Ager figuli. Quid ſit ager figuli ꝑ ſanguinis xp̃i emptus.*

videtur. Vel ſecundum alios magis propriè emitur ager paradiſi precio ſanguinis Chriſti, vt in eo perpetuo ſepeliantur alieni ab hoc mundo. Vel ſecundum Guill., myſtice & moraliter loquendo per figulum deus pater omnium plaſmator intelligitur. Eſa. 64. Et nũc dñe pater noſter es tu, nos verò lutum & fictor noſter, opera manuum tuarum oẽs nos. Et Hier. 18. ſicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea domus Iſrael. Ager Chriſtus eſt ſecundum ꝙ homo. Gene. 27. Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni. De fructibus huius agri paſcũtur innumerabilia milia electorum hic per gratiam, & in futuro ꝑ gloriã. Emunt autem eum principes ſacerdotũ, dum populum ad eum conuertunt, & hoc pretio ſanguinis Chriſti, quia non niſi in uirtute illius conuertitur quis. Ibi autem ſepeliuntur peregrini, ſicut in terra benedicta uel in cymiterio bene defoſſato, quia dominus in paſſione locum ſepulturę omnibus ſe fecit, quando inſtar cymiterij defodi uoluit. Ideò nõ remaneamus extra, ne beſtiæ infernales non lacerent & deuorent, ſed potius ingredere in cœnam Chriſtum, & abſcondere foſſa humo. Secunda pars huius ſecundæ partis principalis eſt, qũo tractatus eſt dñs Ieſus in curia laica. Primo in curia pilati accuſatur, interrogatur, & iuſtificatus ad herodem remittitur. In ſecũdo tractatur in curia laica herodis, accuſatur & illuditur. & iterũ ad pilatum remittitur. Tertio in curia pilati vſque ad condemnationẽ & crucifixionem deducitur. Pro prima parte dicit textus. Ieſus autem ſtetit ante præſidem. in quo ſm̃ Guil. ſtare ſuos docuit añ iudices iniquos, nec timere debere vim imminẽtis tribulationis, ſed de ea potius confidentiã ſumere & ad ſpem, ſicut ipſemet dicit Luc. 21. His aũt fieri incipientibus leuate capita ueſtra. Et hoc quia tribulatio & mors non contra electos ſed pro eis à Deo aduenit, uelut ſuccurſus ab eo miſſus cõtra amorem uitæ præſentis, quẽ hoſtẽ atrociſſimum patiuntur, & uelut nũcius gratiſſimus eos de præſenti miſeria euocans ad fœlicitatem æternam, & uelut malorum omnium finis & egreſſus de omnibus ærumnis, & initium & ingreſſus omnium bonorum. Qui. n. perfecte Deum diligit, ei adhęrere & cum eo eſſe deſiderat.

Exiuit ergo pilatus ad eos, & dixit. Quã accuſationẽ affertis aduerſus hoĩem hũc? Mos. n. erat romanorũ neminem adiudicare, niſi prius accuſatione audita. pilatus n. qñ regebat iudæorũ gẽtes ſatis (ut putatẽ) legerat eorũ hiſtorias & cognoſcebat per eas mores eorũ, & qũo ĩ tp̃e antiquo occiderãt ſanctos ꝓphetas, & qũo populus erat ſeditioſus & durę ceruicis. iõ hoc cõſiderãs voluit ſcire cãm quare dãnauerant eũ. iõ rñderũt & dixerũt ei. Si nõ eſſet hic malefactor ñ tibi tradidiſſemus eũ. Quaſi diceret. Nos ſumus tãtæ religionis ſanctitatis, & iuſtitię, ꝙ nobis dẽres credi ſimplici uerbo ſine aliqua inquiſitione. nos iam examinauimus eũ diligẽter, & inuenimus eũ dignũ morte, & iõ iã condẽnatũ tradimus eũ tibi puniẽdũ. Vñ Aug. interrogẽt, ſi ſit malefactor. & rñdeant ab immundis ſpiritibus liberati, ceci videntes, mortui reſurgentes, & quod omnia ſuperat, ſtulti ſapientes. Sed per prophetã iã dixerat, qa retribuebant mala pro bonis. In hoc notãtur iudices deteriores eſſe pilato, qui inaudita parte cito eã condemnant, furore, ira uel alia paſſione ducti. Dixit ergo eis pilatus ſm̃ Theophilum. ad uotum iudiciũ petitis & ſuperbitis, ac ſi nunquam prophanum aliquid egeritis. Accipite eum uos, & ſm̃ legem ueſtrã iudicate eũ, ego nunq̃ talis iudex efficiar. Vel habetis legem, ſcitis quid de talibus lex ueſtra dicat, accipite eũ uos &c. Dixerunt ergo ei. Nobis non licet interficere quenquam. Vt ſermo Ieſu impleretur quẽ dixit ſignificans qua morte eſſet moriturus. Auguſt. Non licebat interficere propter diei ſolennitatem imminentem, quem iam celebrare cœperant, volentes ſeruare ſolennitatem, non timentes effundere ſanguinẽ. Vel ſm̃ Criſoſt. quia à romanis multũ de eorum poteſtate abſciſum erat, quia romani minora iudicanda eis dimiſerant, ſed cauſam ſanguinis & altam iuſtitiã nõ lege diuina ſed humana ſibi retinuerant. Vel forte quia dicebant Chriſtum feciſſe crimen lęſæ maieſtatis, ideo magis ad imperatorem pertinebat. Vel quia eum crucifigi cupiebant vt magis eum diffamarẽt. Erat enim mors ĩter omnes execrabilior. iuxta illud Deucero. 27. Maledictus omnis qui pendet in ligno. Licet enim poſſent lapidare, ut patuit in Stephano, non tñ licebat eis cruci-



crucifigere. Ceperunt ergo illũ accuſare dicentes. Hunc inuenimus ſubuertentẽ gentem noſtrã, & prohibentẽ tributa dari Cęſari, & dicentẽ ſe Chriſtum regẽ eſſe. O mirabilis Iudæorũ inſania, eũ cum accuſant vnde deberẽt excuſare. Prius dedit eis legẽ, & ecce dicũt ꝙ ſubuertit gentem. Prius liberauit à ſeruitute & ab ægypto, & ecce nunc accuſant, qa prohibet tributa dari Cęſari. Pauit eos quadraginta annis cibo regio paradiſi tanq̃ filios ſuos, & ecce eũ abnegant & accuſant ꝙ dixit ſe Xp̃m regẽ eſſe. O mirabilẽ Xp̃i patientia coram tam ingratis. O hæccine reddis domino popule ſtulte & inſipiens? O anima chriſtiani deuota veni ad dñm tuũ & interroga ipſum exiſtentẽ in cõſiſtorio Pilati, recte ne circa ipſum agatur, & reſpondebit illud. pſ. Qui retribuũt mala ꝓ bonis detrahebant mihi accuſantes me, qm̃ ſequebar bonitatẽ. i. nõ obſtante ꝙ eis tãta bona feci. Ergo aĩa deuota iſtas accuſationes ſuper te ſuſcipe & imprecare à dño laudans eũ, vt poſſis carũ affectũ habere, vt ſcilicet ſubuertat gẽtẽ tuã. i. peccata & mala op̃a quæ ſunt tua, quia bona opera ſunt Dei. Scđo prohibeat tributum dari Cęſari i. diabolo ſibi ſeruiendo ꝑ male geſta. Tertio ꝙ ſit rex tuus vngens te oleo miæ. Et cũ accuſaretur a principibus ſacerdotũ & ſenioribus nihil rñdit, quia indigni erant propter iã corruptũ iudicium vel ne deteriores fierent. Tũc dixit illi Pilatus. Nõ audis quanta aduerſum te dicunt teſtimonia? Et non reſpondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur preſes vehementur. Mirabatur enim de eius patientia, & conſtantia, quia ille quem in lege peritum & ad omnia reſpondere potentem audierat. nihil reſponderet, & ꝙ exhibitus ad criminale iudicium. & ante mortem quæ apud homines terribilis videtur imperturbatus remaneret. Propter quod patienter ſuſtinere mirabiliorem fecit ſanctorũ patientiã q̃ defenſio. Plus enim mirabanť tyrãni in patientia martyrũ, q̃ in voce & doctrina quæ procedebat de ore eorũ. Introiuit ergo iterũ in prætoriũ Pilatus, vt pacifice interrogaret eũ. Hoc enim ad iudicẽ maxime pertinet. ſ. interrogare vt uidelicet plenius inſtruatur de veritate audita vtraq; parte. Vnde dicitur iudici illud Eccl. 11. Priuſquam interroges ne vituperes quẽquã, & cũ interrogaueris corripe iuſte. Et vocauit Ieſum ad partẽ. ſ. propter tumultum iudæorum, & dixit ei, eſt hoc verũ quòd tibi imponitur. Tu es Rex Iudęorũ. De duobus primis accuſationibus nõ multum curauit Pilatus. De obſeruatione legis nõ curabat cũ gentilis eſſet, nec de tributo dando Cęſari, quia ſatis audierat de eo ꝙ dixiſſet. Reddite &c. ſed de tertia inquirit, qa hoc eſſet directe contra Romanũ imperiũ. Et dixit ei. A temetipſo hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me. q. d. An à temetipſo hanc habes æſtimationẽ qui nunq̃ me uidiſti talibus intendere, an alii tibi dixerũt de me & ſic cognoſce radicẽ dicti. ex quo nullũ ſignum talis accuſatioeis in me uidiſti. Non uidiſti ꝙ miſerim ambaſſiatas ad alios reges ad impetranda auxilia neque ꝙ habuerim magnos æq̃tatus & magnas pecunias, & multa alia quæ ad obtinendum regnum terrenum requiruntur.

Rñdit Pilatus. Nunquid ego Iudæus ſum? q. d. non ſum Iudeus, neque de iſtis quæſtionibus loquor per meipſum, quia ꝑ me hoc ſcire nõ valeo, ſed gens tua pontifices tui tradiderunt te mihi tanq̃ malefactorem. Quid feciſti, ſi non dixiſti te regem. Hæc uerba dicit diabolus animæ perditæ propter mala exempla & negligentiam prelatorum. ſcilicet gens tua. i. peccata tua & pontifices tui &c. Reſpõdit Ieſus. Regnũ meum nõ eſt de hoc mundo. Si ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei utique decertarent ut non traderer Iudęis. Nunc autem regnum meum non eſt hinc. Secundum Criſoſto. Regnũ meum non eſt de hoc mundo. i. poteſtas & auctoritas mea qua ſum rex, nõ habet originem & principium ex cauſis mũdanis & hominum electione, ſed aliunde ſcilicet à patre. Quaſi diceret rex ſum nõ qualem ſuſpicaris, ſed multo maior & clarior. Temporale regnũ fugi, & de hoc nullũ ſignum oſtendi. Neq; enim principes, milites, equos, mulos, aut aliquid aliud tale habebat circa ſeipſum, ſed humilẽ & inopẽ uitam trãſibat. 12. ſimplices hoĩes ſecum habens. Licet enim omnia ſubiecta eſſent Chriſto ſecundum humanitatem, tamen ĩ primo aduẽtu ſuo nõ uenit ad dominãdũ ſed ad patiendũ. Iõ non negat ſe regẽ eſſe, ſed tñ dicit ſe nõ quęrere hæc terrena

SS Regnum Chriſti Qualiter ſit intelligendũ ꝙ regnũ xp̃i nõ eſt de hoc mundo.

ſed tantum prædicare cœleſtia, quod non erat contra regnũ romanorũ. Vel ſm Augu. Regnũ meũ &c. i. illi in quibus regno non ſunt de hoc mundo per affectionem. Fideles. n. Xpi in hoc mundo exultant. Io. 17. Nõ ſunt de mũdo ſicut & ego nõ ſum de mundo. & Io. 15. De mundo non eſtis, ſed ego elegi uos de mundo. Hoc aũt dicebat dñs ut cognoſceret pilatus ꝙ poſito ꝙ rex eſſet, non tñ quærebat illã regiã dignitaatem temporalem. de qua pilatus timebat. Quaſi diceret, Non impedio dominationem ueſtram in hoc mundo, quia regnum meum ſunt fideles, qui non ſunt de hoc mundo. Si ex hoc mũdo fuiſſet regnum meum &c. q. d. Reges mundi habẽt miniſtros qui pro eis decertant. Nullus terrenus pro me decertat quia regnũ meũ non eſt hinc. i. non habet principiũ ab exterioribus, ſicut regna terræ, neq; indiget miniſtris ſicut regnum terræ. Et ſi quæratur. Nunquid mundus eſt regno Chriſti? Dicitur ꝙ per potentiã & præſentiã deus in omnibus regnat, ſed in omnibus per obedientiam & gratiam. quia hoc modo ſoli fideles qui ſunt de poteſtate tenebrarũ erepti, dicuntur regnum eius, quia in ipſis ſpecialiter regnat. Dixit itaque ei pilatus. Ergo rex es tu. Hic male concludit pilatus, quia ex negatiuis quas dominus aſſumpſit infert unam affirmatiuam. Reſpõdit Ieſus. Tu dicis quia rex ſum ego. Non tamen ueni ut regnẽ temporaliter (ut credis) ſed ſpiritualiter in omnibus iuſtis. Et probatio eſt ad hoc. Nam ego in hoc natus ſum, & ad hoc ueni in mundum, ut teſtimonium perhibeam ueritati, ut ſcilicet prædicem ueritatem. iuxta illud. ps. Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper ſiõ montem ſanctum eius, prædicans præceptum eius. Omnis qui eſt ex ueritate audit uocem meã, id eſt omnis qui eſt ex me qui ſum ueritas obedit uoci meæ, & obediendo fit regnum meum. Regnum n. meũ ſunt fideles, qui ueritati à me prædicatæ credunt & obediũt. Et ſic ad eius ſpirituale regnũ duo requiruntur. ſ. ꝙ ueritas audiatur, & ꝙ ueritas recipiatur. Põt tamen dupliciter intelligi aliquis eſſe ex ueritate. Vno modo conſiderando naturam, in qua creati ſumus, & ſic omnes ex ueritate ſumus, quia omnes ſumus ex Deo, & deus ueritas eſt. Alio modo ſecundum gratiam id eſt ſecundum donũ aliquod à deo collatum ad iuſtificationem, & ſic nõ omnes ſunt ex ueritate, ſed ſolum iuſti. Et in hoc dicto multum honorat dominus prædicatores ueritatis, & iudices qui ueritatem ĩ iudicio faciunt. ad quam approbandã uenit dñs. Dixit ei pilatus. Quid eſt ueritas? Huius quæſtionis non inuenitur ſolutio uel reſponſio à Xpo data, & hoc fuit uel quia non meruit, eo ꝙ ueritatẽ nõ ſecutus eſt. Vnde Bernardus. Quid tu pilate ſcorſum interrogas dominum, ut tibi ſuſurret in aure quid ſit ueritas? Multum eſt à te. non dabitur ſanctum cani, nec margarita porco. Quære potius fidei guſtum, ſatietatem intelligẽtiæ ne requiras. Meritò ergo relinquẽs ueritatẽ egreſſus eſt poſtea ad iudæos qui ambulabãt in magnis & mirabilibus ſup ſe. In quo notanſ multi inueſtigantes curioſe de arduis vt ſciãt ea q̃ ſunt ſalutis ſuæ nõ curãt, q̃ ambulãt ĩ magnis & ĩ mirabilibus ſup ſe. Ideo. n. pilatus non meruit audire, quia iudicium à ueritate incepit, ſed non in ueritate finiuit. Vel ſecundo quia iudex erat qui ueritatem nedum ſcire, ſed etiã exequi & pſe qui debebat. Ideo illud quod à principio ſcire debuiſſet, & tanquam principiũ ſuæ ſcientiæ, tanquam ignarus quærebat. Dicũt enim logici, ꝙ de omni ſcibili præſupponitur quid eſt, & hoc in futurum ſignũ ꝙ multi fierent iudices qui neſcirent quid eſſet ueritas, & qui adhuc eam deberẽt diſcere, ubi tñ inter eam & falſitatem iã deberent diſcernere. Vel tertio ideo nõ meruit, quia bonum propoſitum quod habebat, & ueritatem, & rectitudinẽ deſeruit. contra aliquos qui multa cum feruore ꝓponunt facere, ſed ſtatim dimittunt. Vnde Vgo de ſancto Victore. Facit pilatus quæſtionem, ſed non expectat ſolutionem. Sic multi tranſitorio feruore cõuerſi ad deũ bona deſiderare incipiunt, ſed eadem mẽtis mutabilitate iterum ad tranſitoria effuſi, in mentis propoſito non perſiſtunt.

TT Veritas. Rñd.n. Quare ñ rñdit pilato. [illegible] rẽ. i. [illegible] eſt [illegible] tas.

Et cum hoc dixiſſet, iterum exiuit ad principes ſacerdotum & ad turbas iudæorum, & dixit eis. Ego in eo nullam inuenio cauſam ſupple morte dignam. Et bene dixit in homine iſto, quia nullus alius homo fuit, in quo aliquid cauſæ inueniri nõ poſſet. quia non eſt qui faciat bonum, non eſt uſq; ad vnum. Vnde põt dicere illud.





Io. 14. Venit. n. princeps mundi huius &c. & ex hoc patet ꝙ aliqñ iuſtius agitur ĩ curia laica quã eccleſiaſtica, quia principes ſacerdotũ Xpm condemnauerunt tanquã reum mortis, quẽ pilatus pronunciat innocentẽ & iuſtũ. At inualeſcbãt diceẽtes. Cõmouit populũ docẽs per vniuerſam iudæam incipiens à galilæa uſq; huc. O inſania iudæorum. Accuſant dñm de ſeditiõe & cõmotione, qui prædicabat pacẽ, accuſant de doctrina irreprehenſibili ſtulti & inſipientes. Sed o aĩa Chriana deuota hodie hanc accuſationem ſuper te ſuſcipias, deuote dicendo dño deo tuo. Cõmouiſti dñe terram meã & conturbaſti eam, ſana contritiones eius. Et conſidera qũo dominus oĩum iudex cui ſubiecta ſunt oĩa, & oĩa ſub pedibus eius corã terreno iudice humiliaſ, accuſaſ, & à ſuis in mortẽ horrẽdam impetitur, & de ſtatu ſuo inquirenti tibi, flebilibus oculis reſpõdebit illud. ps. Improperiũ expectauit cor meũ & miſeriã. Ac ſi diceret. Tantas & tã inutiles accuſationes, tanta mendacia contra me ꝓponũt, ꝙ cor meũ non facit niſi expectare ĩproperiũ crucis & miſeriã horribilis mortis. Scdo dicẽdũ eſt qũo tractatur dñs in curia laica herodis, ĩ qua accuſaſ, illudiſ, & poſtea ad pilatũ remittitur. Vñ ſubdit euangeliſta. Pilatus aũt audiẽs galileam interrogauit ſi homo galileus eſſet. Et ut cognouit ꝙ de herodis poteſtate eſſet, remiſit eũ ad herodem. vbi ſm Guil. pilatus euidenter ſuggillat iudices iniquos, q̃ iuriſdictionem uſurpant, ubi eam non habẽt contra illud. Ro. 14. Tu quis es qui iudicas alienũ ſeruũ? Nã cũ ipſe eſſet nequiſſimus noluit mittere falcẽ in meſſem alienam, ſed dñm Ieſum (quia galileus erat) ad herodem qui galileæ præerat remiſit iudicandum. Qui & ipſe Hieroſolimis erat illis diebus. Rõ ſm glo. quia tẽpus paſchale erat, & iudæus erat natu & religione, quia pater ſuus herodes aſcalonita ꝓpterea quia uxor ſua erat iudæa, licet ipſe gentilis eſſet, tñ propter amorẽ uxoris ſe circuncidit. Herodes interpretaſ glorians in pellibus in quo ſecundũ Guil. oſtendiſ ꝙ religioſi moderni uere ſunt herodes ſolam religionis pellem habentes, & de ſola pelle. i. religionis habitu gloriantes. His diebus tales ſunt in eccleſia Dei. Non eñ habẽt de religione niſi pelles. i. forinſecas apparentias & oſtẽtationes religionis. Iſte autem Herodes eſt Hieroſolymis i. in eccleſia Dei cum ſuo exercitu. i. pompa quæ nunc apparet in eccleſia, in canibus, auibus & equitatu, & turba clientulorũ, ita ut uerum ſit quod dicitur in ps. Poſuerũt me abhominationem ſibi. me. ſ. religionẽ, ita ut nunc ſint monachi graues populo ad uidendum. Herodes autem uiſo Ieſu gauiſus eſt ualde. cũ tamẽ flere debuiſſet ex cõpaſſione, ſicut Iob. 30. Flebã quõdam ſuper eo q̃ afflictus erat. Sed ipſe gauiſus eſt, quia mundanus erat. Io. 16. Mundus gaudebit, uos uero contriſtabimini. Erat. n. cupiens ex multo tempore uidere eum, & ſperabat aliquod ſignum ab eo uidere fieri. Interrogabat autem illum multis ſermonibus. at ipſe nihil illi reſpondebat. quo (ſecundũ Guil.) deſignatur uanos homines & curiales in doctrina ſacra uix poſſe proficere, nec Dei poſſe reſponſionem. i. interrogatorum reuelationẽ obtinere. prouer. 14. Quærit deriſor ſapientiam & non inueniet, doctrina prudentiũ facilis. Vel ſecũdum eundem hoc erat q̃a interrogabat eum (ut dicit textus) multis ſermonibus, non operibus aut rectis affectionibus. ideo à dño reſponſionem non meruit. Operibus. n. interrogabat eum Anna prophetiſſa, quibus gratiam prophetã di meruit. Luc. 2. Nõ. n. ſolebant reges aut ſacerdotes conſulere dñm, aut interrogare uacui, ſed in muneribus & ſacrificiis. ps. Intellectus bonus omnibus facientibus ea, ſupple mandata dabitur Et iterum. ps. A mandatis tuis ſupple operando uel implendo intellexi. De primo. ſ. accuſatione Chriſti dicit textus. Stabãt etiam principes ſacerdotum & ſcribæ conſtanter accuſantes eum de tribus præcedentibus, & principaliter ꝙ in domo ſua commotionem ſuſcitaſſet, cum tamen debuiſſent eũ excuſare cum eſſet de ſacerdotali genere ſed inuidia genus nõ cognoſcit. Aug. Cũ per omne uicium antiqui hoſtis uirtus humano cordi infundatur, in telo inuidiæ tota uiſcera ſerpunt. Hoc eſt quo Chayn cõtra fratrem ſuum armatur, filij Iacob cõtra Ioſeph. iudæi contra Chriſtũ. Quibus ſunt ſimiles (ut dicit Guil.) clerici & religioſi qui turpitudine vitæ ſuæ & infamia Chriſtianam religionem accuſabilem, & contemptibilẽ faciunt. Propter quod dñs

YY Herodes. Quid ſignificet ꝙ Herodes erat Hieroſolymis tpe paſſionis.

XX Herodes. Quare ñ rñdebat dñs Herodi.

Ezech.36. Sanctificabo nomen meum magnum quod pollutum eſt inter gẽtes, q̄d polluiſtis in medio eorum, & illud Exo.5. Fœtere feciſtis odorem noſtrum coram Pharaone & ſeruis eius. Et ideo ĩ hoc documentum habemus cauere ne Chriſtum accuſemus de falſo, ſicut mali Chriſtiani qui ſ̄m Aug. ſuper p̄s.31. Retorquẽt pc̄tā ſua in Deum dicentes, Deus uoluit, uel ſtellæ fecerunt me peccare. Nō.n.cogit te Deus ad peccandū, ſed hoc facit malicia uoluntatis tuæ.

YY *Paſſio Chriſti.* *Quid ſibi uolunt ueſtis alba, & ueſtis purpurea, quas habuit Xp̄s ĩ paſſiõe.*

Secundum ſcilicet illuſio Chriſti inſinuatur in textu cum ait. Spreuit autem illū herodes cū exercitu ſuo, & illuſit indutum ueſte alba. In quo aliquo modo intelligitur ſtatus eccleſiæ. Nam penes Herodē ubi nihil mali actū eſt ei, ut dat pilatus teſtimoniū, ĩdutus eſt ueſte alba; & penes pilatū in flagellatione ueſte rubea, ad oſtẽdendū q̄ tp̄e pacis eius eccleſia adornaretur candida virginitate, & tẽpore aduerſitatis ſanguinis rubedine, ita ut in pace lilia gignat, & in bello roſas. Cantic.5. Dilectus meus candidus & rubicundus. vnde à falſis fratribus religioſis illuditur Ieſus in ueſte alba per hypocriſim. Mat.7. Attendite à falſis prophetis qui ueniūt ad uos in ueſtimentis ouium &c. ſed à prauis laicis in ueſte coccinea uel rubea, ut patet de illo diuite, qui induebatur purpura & byſſo.i. pompæ ſuperbia, & deliciis. Veſtis autem alba Chriſti non uacat à myſterio, quia per hāc innocentia & caſtitas aſſumptæ humanitatis oſtenditur. Vnde & pontifex noſter Chriſtus in ſua paſſione hūit omnia pontificalia indumenta. Amictum ſuſcepit uelatus à caipha. Albam ab Herode. caſulā à militibus in domo pilati, dum ueſte purpurea indutus eſt. Cingulū cū ad colūnā ligatus eſt. Stolā q̄n ad collum cathena ligatus eſt. Manipulum q̄n cū fune manus eius ligauerunt. Sed hunc ſoluerūt milites q̄n ei arundinem in dextera dederunt, & funis māſit pendens in ſiniſtra, ad quod deſignādum manipulus ponitur in brachio ſiniſtro. Coronam habuit ſpineā loco mitræ pontificalis, arundinē pro baculo paſtorali, cirothecas & ſandalia, cum manus eius & pedes fuerunt ſanguine rubricati. Habent.n. prælatorum cirothecæ deſuper monile rotundū, quod aliquid habet de rubeo propter ſtigmata Chriſti. Et facti ſunt amici Herodes & Pilatus in ipſa die. Nā antea inimici erant ad inuicē. Cauſa diſcordię iſtorū (ut vr̄ dicere Theophilus) fuit duplex. Prima quia pilatus hominē ſubditū Herodi adiudicauerat morti. Secunda quia pilatus adminiſtrationem iudææ per pecunias ab ĩperatore obtinuerat, & ab herode abſtulerat. In ſenſu myſtico duo intelliguntur. Primum per herodem & pilatum (ſ̄m Guil.) deſignatur chriſtianæ religionis inimici, & omnes honeſtatis impugnatores, de ipſa morte ſanctorum uel corporali uel ſpirituali pacem & amicitiā ad inuicem eſſe facturi. Eo enim q̄ chriſtiana religio eiuſque cultores uiciis omnibus & uiciorum amatoribus aduerſantur, ideo inimici eius de eorū morte uel diminutione uel turbatione gaudẽt & cū in aliis ſæpius contrarij ſint, in hoc vno colligati ſunt, ut religionis oīs detrimentū gaudiū ſibi faciant. Cui ſimile eſt quod legitur Iudi.15. De vulpibus Sanſonis q̄ caudas habuere colligatas, quanquā facies haberent diuerſas. quia ſicut ſcribit in p̄s. Aſtiterunt reges terræ & principes conuenerunt in vnū aduerſus dn̄m. Tātā enim uim habet natura boni, q̄ reſpectu ſui etiam confederat malos. Vnde Theophilus. Diabolus vbique coniungit diſiūcta ut Chriſti peragat necem. Nō timeat igitur iuſtus ſi malos timeat cōtra ſe colligari, quia hoc teſtatur in eo eſſe aliquid boni. Sc̄do myſtice in hoc intelligitur q̄ Chriſtus eſt pax noſtra, qui fecit utraque vnum. Ephe.2. iudæos.ſ. & gentiles in vnitate fidei, & p̄p hoc erubeſcant ſe nequiores eē herode & pilato, qui illo die ſancto paraſceues quo amici facti ſūt, odio & inimicitias in ſuis cordibus retinent. Tertiū .ſ. remiſſionem ab herode ad pilatum, innuit textus cum ait. Et remiſit eum ad pilatum Nunc expedit aīa deuota dn̄m deū tuum & redẽptorē demiſſo vultu & uerecunde incedentē cōſiderare, oīum inſup clamores, oīum inſuper ſubſannationes audientem, & forte lapidum percuſſiones & immundiciarum feces ſuſcipientem tāquam fatuum à maximo populorum concurſu iudicatum. Illum maxime qui eſt diuina ſapientia, qui regit ſua ſapientia uniuerſum, illum in quem angeli ſuā ſapientiam aſſumpſerunt, prophetæ ſuā prophetiā. Conſidera inſuper ſanctiſſimos pedes

confra-



cōfractos, quia cū magna feſtinatione duxerunt eum & reduxerunt pedibus nudis incedentē. Et ne dubites beatiſſimā matrē tantundē itineris feciſſe, & ad doloroſam proceſſionē cucurriſſe. O lachrimoſa obuiatio, dum ſic videt Dei ſapientiā deriſā & cū cui omnia obediuit, uermes inutiles ſubſannare. O aīa deuota uiſita dominum tuum in hac neceſſitate cōſtitutum, & q̄d circa eum agatur perquire. Statim audies ab eo illud Tre.3. Factus ſum in deriſum oī populo meo, canticū eorū tota die. In tertia parte principali eorū q̄ facta ſunt ĩ curia laica reductus eſt dn̄s Ieſus ab herode ad pilatū, ĩ cuius curia facta ſunt quattuor. Primo peior latrone ſeditioſo & homicida reputatus eſt Chriſtus. Secūdo flagellatus eſt, ſpinis coronatus, deriſus, & omnibus opprobriis affectus. Tertio poſt uarias interrogationes & plebis exclamationes condẽnatus eſt. Quarto cruci affixus eſt. Primo igitur pilatus cōuocatis principibus ſacerdotū & magiſtratibus & plebe dixit ad illos. Obtuliſtis mihi hunc hominem quaſi auertẽtē populū, & ecce corā uobis interrogās nullā cām inuenio in hoīe iſto ex his in quibus eū accuſatis, ſed neq; herodes. Nā remiſi uos ad illū, & ecce nihil dignū morte actū eſt ei. Emẽdatū ergo illū dimittā. Secundū Guil. tā crebro Chriſtum interrogat pilatus, ut cauſam eius diligẽtius examinet, ne forte ſententiā iniquā ferat, iudices in hoc inſtruēs vt cauſas quas neſciunt diligenter examinent, ſicut Iob de ſe dicit 39.c. cām quam neſciebam diligenter inueſtigabam. Per diē aūt ſolẽnē conſueuerat preſes dimittere populo unum uinctum quem uoluiſſent. Criſo. Dixerant prius non in die feſto. Nā diabolus ne manifeſte paſſio inſtaret ad aliud tempus reijcere ipſam ſtudebat, ne tumultus fieret in populo. Cōſidera ipſos ualde timere non Deum, neq; ne maius ſcelus eſſet in ipſa paſchæ celebratione, ſed homines & tumultum. Ira tamen inflammati poſtquam proditorem inuenerunt commutati expectare non potuerunt, ſed in ipſa ſolemnitate occiderunt, & eo tempore quo noxij ſoluebantur, innocentem interfecerunt, à quo innumerabilia beneficia ſuſceperant. Habebat aūt tunc vnū uinctū inſignē qui uocabatur barrabas. Erat aūt barrabas latro

ƷƷ *Latro.* *De differentia nobilis latronis, & uillani.*

qui erat p̄p ſeditionē quādā factā in ciuitate & homicidium miſſus in carcerem, & qui in ſeditione fecerat homicidium. Inuenitur.n. inſignis latro, & uillanus ſeu ruſticus latro, q̄ multū inter ſe diſtàt. Nā uillanus latro nō niſi merces & uilia furat̄, & in occulto ſolum ne uideatur & apprehendatur, ſed econtra latro inſignis palā & publice magna dominia & imperia occupat & furatur. Latitat.n. alter in ſiluis, iſte uero in medio ciuitatum prædam accipit. Secundo differunt. Nam latro uillanus p̄p huiuſmodi parua latrocinia uocat̄ latro, ſed latro ĩſignis propterea uocatur rex uel dominus. & ita inſignis eſt latro q̄ nullus eum palam auderet uocare latronem, ſed magis dominum, imperatorem, capitaneum, uel officiarium. Exemplam de Dyomede pirata qui cū naui ſua captus & ad Alexandrum magnum perductus, & ab eo interrogatus cur mercatores apportantes neceſſaria ſuo exercitui depredaretur. Reſpōdit libere, ego ſolū depredor pauperes, & propter hoc uocor latro & pirata. Tu uero magna imperia & regna, iō uocaris imperator uel dominus, in quo delectatus reſponſo Alexander cū de ſuis ſatrapis retinuit. Tertio differunt, quia uillanus latro cito ad patibulum ducitur cū capitur, ſed inſignis latro nō niſi raro ad patibulum rapitur, quia eū grauius expectat patibulum, cuius furcæ fortiores ſunt quàm huiuſmodi patibuli propter onus furtorū & homicidiorū ſ. furcæ patibuli inferni, imo quādiu eſt in hoc mūdo quēadmodū Barrabas Chriſto eſt prælectus, ſic iſte viris iuſtis & honeſtis & magis honoratur & magis eligitur. Congregatis ergo illis dixit Pilatus. Vultis dimittam regem Iudæorum. Quem vultis vobis dimittam Barrabam an Ieſum qui dicitur Chriſtus? Sciebat enim q̄ per inuidiam tradidiſſent eum ſummi ſacerdotes. Principes autem & ſeniores perſuaſerunt populis vt peterent Barrabam, Ieſum verò perderent. In hoc apparet eorū peruerſitas. Nam ſecundum Guillermum ad hoc præfecti erāt populis vt eos ab iniquitatibus auerterēt & eis ſalutaria ſuaderent. Ipſi autem vt ſalutem abijciant & perdant & ut diabolum & perditionem petant ſuadent, quorum nequitiam prælati noſtri temporis inſequuntur, dum

ſubdi-

ſubditis ſibi populis vt à Chriſto auertantur,ſugeſtionibus & exemplis ſuadent.Talium autem nõ miſerebitur dominus, ſed potius eos affigi præcipiet inferni patibulis,ſicut fecit principes qui fuerunt negligentes in correctione populi, & cauſa perditionis populi quos præcepit dominus affigi patibulis contra ſolem.Numeri.25.Sicut enim tempeſtas,obſcuritas, & nigredo in nubibus eſt cauſa tempeſtatis in terra & mari obnubilationis & obſcuritatis in omnibus partibus inferioribus, ita obſcuritas,ignorantia, & malicia ſacerdotũ cauſa eſt maliciæ & ignorantiæ ſubditorum.Fuerunt enim principes qui concitauerunt turbas vt magis Barrabam dimitteret eis.Mar.15. Cã illius clamoris cõſecuti.ſ.crucifige, crucifige. Et ita ſicut iudęorum ſacerdotes fuerunt principaliores qui Chriſtum obtulerunt in crucem ad ſuam damnationem ſic mali ſacerdotes ſunt primi ad hoc nunc agendum.

Reſpondens autem præſes ait illis.Quẽ vultis vobis de duobus dimitti? Exclamauit autem ſimul vniuerſa turba dicẽs. Tolle hunc & dimitte nobis Barrabam.Criſoſto.Putabant hoc ſe poſſe aſtruere, quòd Ieſus deterior eſſet latrone, & à Deo nequam vt neque pro feſti prærogatiua deberet liberari.In quo facto oſtenditur futuræ infelicitatis eorum archanum ſcilicet antichriſtum Chriſto præferendum latrones latronem petierunt, homicidam auctori vitæ prætulerunt. Quod improperans beatus Petrus poſtea dicebat. Vos ſanctum & iuſtum negaſtis, & petiſtis virum homicidam donari vobis. auctorem verò uitæ interfeciſtis.Hæc Criſoſto.Præferent enim Chriſto antichriſtũ. Iuxta illud Ioann.quinto.Ego ueni in nomine patris mei & non accepiſtis me. Si alius uenerit in nomine ſuo illum recipietis. Sicut modo fit in curiis principũ vbi ꝗ Chriſtus reiicit & antichriſtus recipitur.Multi enim ſunt antichriſti. primo.Ioan.ſecundo.Supple ĩ curiis principum & prælatorum in quibus innocentes damnantur,& peruerſi liberantur, minora puniuntur, maiora diſſimulantur,puniũtur tranſgreſſores decretalium & ſtatutorum,& dimittuntur impuniti tranſgreſſores diuinorum mandatorum. Auguſt. O cecitas iudæorum,o furia freneticorum noli dimittere hunc ſed Barrabam. Quid fuit aliud dicere quàm occidatur ille, qui ſuſcitat mortuos & dimittatur latro vt iterum occidat viuos? Vnde Anſel. Agnum lupo,aurum luto poſtpoſuerũt.O indignum & infelix concambium.Beda. Nocet vſque hodie iudęis ſua petitio,quam tanto labore impetrarunt.Quia enim latronem & homicidam petierunt, patriã & regnum q̃d plus Chriſto amauerunt, perdiderunt, & quam vendiderunt corporis & animę libertatem, non amplius recipere meruerunt,neque iudæi pacem habere poſſunt, quia diabolum ſeditioſum magis in eis regnare voluerunt. Vnde petierunt iudæi latronem & adhuc ipſum habent in hæreditatem. Nam tãquam publici latrones ſunt & publici vſurarii. Secundo petierunt homicidam homicidæ. Ideo cum ſigno circuncisionis trementes & pallentes tanquã alter Chayn qui occidit fatrẽ ſuum in agro,vagi & profugi ambulant vniuerſam terram.Petierunt ſeditioſum,propter q̃d pluribus vaſtati ſeditionibus,tandem ſeditione in ciuitate perierunt, & per ſeditionem templum & ciuitas vaſtata ſunt, vt longe deducunt hiſtoriæ.

Iterum Pylatus locutus eſt ad eos volens dimittere Ieſum. In hoc datum eſt exemplum iudicibus laborandi ad liberationem innocentum. Si enim peſſimus iudex hoc fecit, quid debent facere iudices chriſtiani. Quid ergo vultis faciam regi iudæorum? Quid faciam de Ieſu qui dicitur Chriſtus? At illi omnes ſucclamabãt crucifige,crucifige eum. Ad cuius exemplum ſecuudum Guil.tota dæmonum multitudo per ſuggeſtiones & tẽtationes die ac nocte coram domino clamãt ſuper peccatore dicens. Crucifigatur. Hinc diabolus dicitur accuſator. Apo.12. Proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum.

Ille autem tertio dixit ad illos. Quid enim mali feci iſte? Nullam enim cauſam inuenio in homine iſto. Corripiam ergo illum & emendatum dimittam &c. Omnia enim quæ fecit,erant valde bona. Geneſ.primo.& Mat.7. Bene oĩa fecit. Quaſi uellet dicere, omnes alii ſunt malefactores,ſed non iſte. omnes alij ſunt peccatores ſed non iſte. Ideo bene ſubiunxit Pilatus.Nullam enim cauſam inuenio in homine iſto,quia non erat in eo ſed in nobis

Pſal.



Pſal.Quæ non rapui tunc exoluebam.Bernar.O piiſſime Ieſu q̃d tibi & morti? Nos peccamus & tu luis, nos debuimus, & tu ſoluis. At illi inſtabant vocibus magnis poſtulantes,vt crucifigeretur. Quia enim accuſationem quam contra dominum attulerant ſollicita Pilati interrogatione euacuatam viderunt ad preces ſolas tandẽ ſe conuertuut. Et inualeſcebant voces eorum, non rationes, quia iam euacuatæ erant & ſoli clamores,ſola contentio remanebat.Ambro Contentio eſt impugnatio veritatis cum confidentia clamoris.O iudæorum generatio praua & exaſperans quæ nunquam direxit cor ſuum. nec eſt creditus cũ Deo ſpiritus eius.hæccine reddis domino q̃ eruit te à latronibus Aegypti? qui quæcunque lucro poſſidere poteras à te tanquàm ſeruo accipiebant, & ecce hodie ſibi præponis latronem.homicide erant & te ad nutum interficiebant, & ecce pro beneficio præſtito contra eũ petis homicidam donari vitæ, & innocentẽ morti abiudicari. Pacem tibi totiẽs dedit ob omnibus inimicis tuis, & ecce ſeditioſum ſibi pacifico prę eligis. Nunc aĩa Chriſtiana dominum Deum tuum pro te latronĩ homicide & ſeditioſo poſtpoſitum tam humiliatum contemplare inquirendo de ſuo ſtatu qui plangendo dicit illud Hier.50.Grex perditus factus ẽ populus meus paſtores eorum ſeduxerunt eos. Sed heu domine quomodo ſeducti ſunt? Nonne aliquis tecum de eis remanſit? Certe conſiderabam ad dexteram & videbam & nõ erat q̃ cognoſceret me.ſed omnes aduerſum me erant. Nam dicunt omnes vt crucifigatur. Secundo conſiderandum eſt quomodo dominus fuit flagellatus,ſpinis coronatus,deriſus, & omnibus huiuſmodi opprobrijs afflictus.Hinc ſubiungit euãgeliſta. Tunc apprehendit Pilatus Ieſum & flagellauit.Conſidera hic & contemplare anima Chriſti ſponſa. quomodo filius Dei dominus tuus ad columnam duriſſime ligatur. Stat nudus coram omnibus, amãtiſſimus iuuenis,elegans, & verecundus.& ſilet ad omnia quaſi agnus. Caro innocentiſſima, tenerrima, mundiſſima, pulcherrima, flos omnis carnis & totius humanę naturæ, repletur plagis & facturis. A planta pedis vſque ad verticem nõ eſt in eo ſanitas, non remanet in eo ſane patris veſtigium,& totum fit rubrum veſtimẽtum ſuæ carnis. Fluit precioſiſſimus ſãguis ex oĩb.partib.corporis, & eius corpus cãdidiſſimũ cruore eius roſeo rubricat̃ per totũ.Si enim vt dicitur Deut.25. pro menſura delicti erit & plagarum modus.Chriſtus autem flagellabatur pro innumerabilibus peccatis noſtris. ergo plagas eius neceſſe fuit eſſe quaſi innumerabiles.Tunc impletum eſt illud Eſa.53.Nõ ei ſpecies neque decor,& vidimus & non erat aſpectus.Contemplare iterum dominum Deum tuum, & ſi non compateris, cor lapideum te reputes habere. & tũc exclamabis cum Anſelmo.O bone Ieſu.quomodo tu denudaris qui nudos veſtis quomodo ligaris qui compeditos ſoluis,& ligatos ab infirmitatibus & demonibus detentos liberas? Quomodo tu flagellaris, q̃ nos flagellis eruis? Quis fuit ille tam audax qui te ſpoliauit, quis tam temerarius qui te ad columnam ligauit. quis tam ſacrilegus qui te flagellauit? Nobis debeantur flagella ęternę afflictionis & tu flagellari voluiſti pro nobis, vt nos miſericorditer erueres ab illis. Vnde Idem Anſel. Nõ ignorabat Pilatus per inuidiam omnia in te fieri,nec tamẽ abſtinuit temerarias manus à te,ſed amaritudine repleuit animam tuã. Sine cauſa te illudendum miſit herodi, illuſum recepit,nec pepercit amariſſimis verberibus virgineam tuam carnem diuellere. Electe puer domini dei mei, q̃d tanta amaritudine,quid tanta confuſione dignum commiſeras? Prorſus nihil Ego homo perditus totius contritionis,totius confuſionis tuæ cauſa extiti. Amor tuus & iniquitas noſtra ſic te fecit imbecillem. Maledicta ſit tanta iniquitas pro qua ſic affligeris.Soluto itaque domiuo à columna ducunt eum eum ſic flagellatum per aulam Pilati pro pannis ſuis colligendis qui ſparſim per domum à ſpoliatoribus proiecti fuerant.intuere ergo anima chriſtiana intuere dominum ſic afflictum tunc propter frigus trementem, nudum hominem illum nobiliſſimum, totum flagellatũ totum ſanguine reſperſum,pannos ſuos ſparſim vndique proiectos de terra colligentem cum verecundia, cum rubore coram illis nudum ſemper ipſum deridentibus & omni auxilio deſtitutum ſe reueſtire. Nũc tẽpore ſuę aduerſitatis ipſum viſita & ſta-

tum

tum ſuum interroga,& ſtatim illud. Pſal. reſpondebit. Fui flagellatus tota die. vnus alapizabat, alius colaphizabat, alius ſpuebat,& caſtigatio mea in matutinis qua Pilatus me caſtigauit, & emendatum dimiſit. Sed heu domine, nunquid pauca fuit iſta caſtigatio? Reſpondebit, certe lumbi mei impleti ſunt illuſionibus, & non eſt ſanitas in carne mea. Sed heu domine nōne huius fuit aliqua cauſa? Reſpōdebit illud quod canit eccleſia. Circundederunt me viri mendaces ſine cauſa flagellis ceciderunt me. Et milites præſidis ſuſcipiētes Ieſum in atrio congregauerūt vniuerſam cohortem. Et exuentes eum clamidē coccineā circundederunt ei, vel veſte purpurea circundederunt eum. Vt enim eum magis illuderent in loco patenti cū exuētes veſte alba qua illuſus fuerat ab Herode, induerunt eum tunica purpurea vili & & veteri,& dirupta in deriſionem, & circūdederunt clamide coccinea quæ eſt mātellus non conſutus ſed fibula infrenatus & hoc in confuſionem huius quod ſe dicebat regem. In hoc conſideranda eſt erubeſcentia domini Ieſu. Licet enim non fuerit natus ex illa infecta radice, ex qua erubeſcibilis facta eſt nuditas noſtra dicente primo parente. Geneſ. 3. Timui eo ꝙ nudus eſſem & abſcondi me. Ipſe tamen, quia (dempto peccato) ſuſcepit infirmitates noſtras denudari erubuit, tantomagis alijs virginibus, quanto ſua pudicitia cæteris omnibus incomparabilis fuit, immo (ſi ſic loqui liceat( incomparabilis pudicitiæ angelorum. In hoc eſt documentū, ꝙ ſicut Chriſtus exutus fuit ſuis veſtibus, ſic & nos ſæpè exuamus veterem tunicam & nudemus conſcientias noſtras coram deo per puram & nudam confeſſionem peccatorum, deponentes omne pallium excuſationis, quia omnia nuda & ſunt & aperta oculis eius. Heb. 4. De coronatione Xpi ſic dicit textus. Et plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt capiti eius. Corona illa (vt dicitur) de iuncis marinis facta eſt, quorum acies nimis dura & acuta & aſpera & pungitiua, intantum etiam vt homines calciati deſuper calcantes inde vulnerentur. Vnde Berna. Caput illud diuinum denſitate ſpinarum confixum fuit, ita vt ſanguis ex capite extractus frontē, genas collumque ꝓfunderet. Vnde ipſi propter illuſionem coronam impoſuerūt, ſed deo ordinante hoc factum eſt, ad oſtendendū, quod in proximo habiturus erat de hoſte triumphum. Apoc. 6. Data eſt ei corona & exiuit vincēs vt vinceret. Terra enim noſtra ſpinas peccatorum & tribulos germinabat, ſed has Chriſtus pro nobis ſuſcepit portandas pro corona victoriæ, ſicut ſolent hoſtes arma deuictorum ferre in ſignum victoriæ. Iterum & ſecundo has ſpinas voluit dominus ſentire propter prædam ſuam capiendam pro qua venerat in mundum. Qui enim lilium inter ſpinas vult colligere ſpinarum aculeos neceſſario patitur. Fecit enim dominus ſicut canis venaticus, qui feram inſequens caput & corpus in ſpinas mittit non timens vulnera vt capiat prędam. Fera latitans inter ſpinas eccleſia eſt inter reprobos, quam vt extraheret, multos à reprobis qui ſpine ſunt ſuſtinuit aculeos vſque ad effuſionem ſanguinis, propter quod ſuſtinuit caput ſuum ſpinis coronari. Ex hac coronatione duplex poteſt haberi documentum Primo quidem docemur ſumere coronā ſpineam id eſt coronari vita arcta abſtinētiæ & puritate conſcientiæ in qua requieſcat anima noſtra, hæc enim ſunt quędam ſpine propter auſteritatem quam habent. Vnde Bernar. Pudeat ſub ſpinato capite membrum fieri delicatum. & iterum. Suauiſſimum mihi ceruical ſit illa ſpinea corona domine capitis tui ſuper quam dulciter caput meum requieſcat. Secūdum eſt quod non debemus in hoc mundo q̃rere gloriam & honorem mundanum, q̄n videmus ſic caput noſtrum inglorium. In paradiſo enim ſanctis oſtenditur caput noſtrum gloria & honore coronatum, nobis vero ſpinis circundatum. Berñ. Pudeat gloriam ſectari mēbra, quibus caput ſuū tam inglorium exhibetur, nō habens ſpeciem neque decorem quòd omnis ei interim purpura non tam honoris ſit quàm irriſionis. Ideo ſic conſiderans caput ſuum Chriſtum inglorium dicat illud ṗs. Conuerſus ſum in erumna mea id eſt peccatorum meorum cogitanda, dum configitur ſpina capiti meo Chriſto. Et arundinē in dextera eius. Hoc ad myſterium factū eſt, quia ſecundum hylarium idcirco dominus arundinem in dextera tenere voluit, vt per hoc oſtēderet ſe nos fragiles

a Coronatio Xpi. In dom. busiſtis imur coronatione Xpi.

vacuos



vacuos & infirmos in manu tenere & bonis omnibus implere. Et genu flexo ceperunt eum ſalutare dicentes. Aue rex iudæorum. Et dabant ei alapas. Licet.n. gentiles hoc facerent, tamen ſecundum Criſoſto. milites pecunia corrupti hoc ad gratiam iudaicam faciebant, ideo in die paraſceues cum pro perfidis iudæis oratur, genu non flectimus. In quo edocemur fugere laudes humanas. Ber. Sicut omnis purpura illuſio eſt poſt quàm in purpura domino Ieſu illuſum eſt, ſic & omnis laus poſtquàm domino illuſorie dictū eſt Aue rex Iudæorum. Hoc enim facile videre eſt in peccatoribus. Cum enim laudatur q̄s peccator in via perditionis poſitus, hoc eſt vt fur qui ducitur ad infernale patibulum ſuſpendendus. In hac via ſi quis eum laudaret vel citharizaret, illudi ſibi ſolūmodo reputaret. De iuſtis etiam patet, quia ſi quis carolo arcturi cantaret laudes, non ſe laudari carolus, ſed magis irrideri cognoſceret. ſic etiam viri ſancti cū laudes omnes non ſuas ſed etiam alienas ſciunt quando laudantur ſe reputant potius illudi. Sicut ſi quis laudaret parietem vel feneſtram parietis pro eo, quod radius ſolaris per eam transfunditur in domum fatuus reputaretur, & paries ſi intellectum haberet hoc illuſionem reputaret. Sic eſt quod omnium bonorū ſolus Deus auctor eſt. 1. Cor. 12. Deus eſt qui operatur omnia in omnibus. Et percutiebāt caput eius arundine, vt aculei ſpinarum fortius infigerentur capiti eius. Secūdum Guillermum miſtice in hoc quod à militibus gentilibus datum eſt arundineum ſceptrum in manu Chriſti, ſignificabatur quòd conſtantini temporibus danda erat poteſtas regio in manu eccleſiæ à principibus & regibus. Sed per hoc quòd arundine percutitur caput eius, intelligitur quod à ſubſequentibus regibus & principibus & eorum ſatrapis multotiens impugnarentur illa eccleſiaſtica iuriſdictio, vel etiam fides eccleſiæ & diuinitatis caput. Et cō ſpuebant in eum, & ponentes genua adorabant eum. O caput tremendum ſpinis coronatum,& tam viliter percuſſum, caput (inquam) dominibus tremendum,& cūctis reuerendum cęlorum virtutibus. O quomodo apparebit eis horrendus in die iudicij quem tam manſuetum ſic coronauerunt flagellauerunt & multipliciter deluſerunt. O anima chriſtiani deuota dominum tuum interroga qualiter nunc circa ipſum agitur,& illico dicet illud ṗs. Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores me flagellando prolongauerunt iniquitatem ſuam me deridēdo. Sed heu domine quomodo prolongabant iniquitatē ſuam? Certe omnes videntes me deriſerūt me locuti ſunt labiis & mouerunt caput.

Exiuit iterum Pilatus foras & dixit eis Ecce adduco vobis eum foras, vt cognoſcatis quia nullam innenio in eo cauſam. Exiuit ergo Ieſus portans coronam ſpineam & purpureum veſtimentum & dixit eis. Ecce homo. q.d. Si regi inuidetis, iam parcite, quia deiectum videtis. vt dicit Aug. Feruet ignominia, frigeſcat inuidia. Iſtam oſtentationem Chriſti (vt dicūt quidam) reſpreſentat ſacerdos in eleuatione hoſtiæ, quaſi diceret ecce homo. Erat enim in illa oſtenſione homo patens.

Cum ergo vidiſſent eum pontifices & miniſtri clamabant, crucifige. O rabidi canes & veluti aues rapaces ſaturati pinguedine terræ. Vnde aues rapaces ſaturæ non volunt quærere prædam, ſed ſtatim auceps carnem cruentat ſanguine,& tunc oſtenſa carne cruenta ad manum aucupis accedunt. Sic Iudæi olim idolatræ repleti diuitijs Deo appropinquare nolebant, ſed ab eo recedebaat, ſed poſtea aſſumpſit humanitatis carnem, & adhuc accedere noluerunt. Nunc ecce carnem ſanguineam offert, & tamen dicunt omnes crucifigatur & tollat à nobis. Ideo dicitur. Deu. 32. Impinguatus, incraſſatus dilatatus, recalcitrauit. Aug. Noli attendere inermes manus, ſed os armatum vnde proceſſit gladius quo Chriſtus occideretur. Ex quo habetur documentum vt caueant ſibi detractores & proximorum infamatores, ne exacuant, vt gladium linguas ſuas, quia ſicut gladio corpus, ſic lingua fama hominis punitur. prouerb. 18. Mors & uita in manibus linguæ. Secundū Guillermum, ſic clamat prædicator contra peccatorem. ſ. crucifige. Et bis clamat quia in ueteri homine duo crucifigenda ſunt. ſ. culpa præſens & pœna futura. Culpam præſentem occidit compunctio, crucifigit pœnam futuram ſatisfactio. Sed q̄a dicitur. Cum vidiſſent ergo miniſtri & pōtifices

b Crucifigere. Duo ſunt myſtice crucifigēda in peccatore.

tifices

tiſices &c. ita etiam contra veterem homi nem nō clamatur niſi peccatum videatur & hoc iuſtum eſt vt larrene uiſo ſpeculatores ei mortem inclament. Vel ſecundū eundem pōt hęc vox intelligi eſſe oīm vitiorū clamantium ad Deū cōtra vnūquē que noſtrum vel etiā demonum accuſantium, quā accuſationē ſurdi & negligentes non audiūt. Ideo dum per pęnitētiam nō ſe defendūt, inde damnabiles ſententiam incurrunt. Iudici aūt Deo interrogāti reſpondere diſſimulant qui eos interrogat qnq; per verbera & non nunq̄ per exhortationes. Dixit eis Pilatus. Accipite cū vos & crucifigite. Ego.n. in eo nō inuenio cām. Rñderunt Iudæi. Nos legē habemus, & ſm legem debet mori, quia filiū Dei ſe fecit. ſecūdū Guillermum, qa hoc lex teſtabat̄ uel ſm eūdē ſm legē amoris debet mori, qa ipſe dñs lege eadē requirebat ab amicis ſris ꝙ pro eo morerent̄. Qđ agnoſcēs dauid hoc ipſum petebat ab eo dicens. Exurge dñe in præcepto quod mādaſti. Mandaſti enim nos diligere te, & ꝑ te mori ſi opus eſt. áma prior qui viciſſitudinē amoris exigis, illiberalis amicus eſt qui ſe præueniri patitur beneficijs à pauperiore amico. Exurge ergo domine ne patiaris pręueniri liberalitatē tuā, ſed magis bñficijs ꝑueniat liberalitas tua paupertatem noſtram. Cum ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem magis timuit Beda. Non timuit, quia legem audierit. Alienigena enim erat & non obſeruabat legem, ſed magis timuit filiū Dei ne occideret. Prius timuit occidere innocentem, nunc magis timet occidere filium dei viuentem. Ideo nō plus inquirit quid feciſti, ſed ſecretius eius gñationem inquirit. In quo datur documentum vt timeant iudices filium Dei in ſuis iudicijs proferendis. Vnde Guillermus. Exterruerat Pylatum domini innocentia, exterruerant illuſiones ſiue viſiones vxoris, ſed magis exterruit diuine filiationis ſublimitas. In quo magnum exēplum iudicibus omnibus dereliquit. Nequior ergo eſt Pilato iudex qui nec innocentia eius quē iudicat, nec ſuaſione uxoris ſuæ proprie ſcilicet iuſtitiæ reprimitur ab iniquo iudicio, nec diuine filiationis gloria vel gratia deterretur. Sępe enim in ſuis innocentibus & iuſtis condemnatur Dei filius. Et ingreſſus eſt in prætoriū iterum & dixit ad Ieſum. Vnde es tu? Qui non reſpondit ei ad vllum verbum. Vbi aduertendum ꝙ Chriſtus in ſua paſſione ſexies tacuit. Primo corā pōtifice à falſis teſtibus accuſatos. Scđo corā ꝑſide à pontificibus accuſatus. Tertio corā Herode interogatus. Quarto ad qōnem quid eſt veritas. Quinto hic tacuit de ſua origine Pylato requiſitus. Et hoc propter multa. Primo quia tali incredulo tantum ſacramentum non erat reuelandum, nec hoc cadebat ſub interrogatione iudicis. Iudices enim in his quæ non poſſunt deduci in foro exteriori non debent interrogare. Hoc autem deduci nō poterat. Scđo ne paſſio eius impediretur. Tertio ſecundū Criſoſt, qa prius ei dixerat multa ſecreta. ſ. regnū meum nō eſt &c. & ego in hoc natus ſum & tñ ſecutus eſt iudaicum impetum, ideo fruſtra reſpondebat. Sexto tacuit in iniuſta ſui condemnatione quando ab eadem non appellauit. Dixit ergo ei Pilatus. Mihi non loqueris. Neſcis quia poteſtatē habeo crucifigere te, & poteſtatē habeo dimittere te. Reſpondit Ieſus. Nō haberes poteſtatē aduerſum me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper. Propterea qui me tradidit tibi maius peccatum habet. Qđ dupliciter exponi pōt. Vno mō ac ſi diceret. Nō haberes poteſtatem aduerſum me crucifigendi, niſi tibi datū eſſet à Romanis. Nec eſt in poteſtate totali tua reclamante populo vt me poſſis liberare. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Plus enim peccauerunt iudas, & Iudæi quàm Pilatus, quia Pilatus tantum tradidit eum crucifigendum humano timore motus, Iudæi ex odio, & Iudas ex auaricia. Secundo poteſt exponi quaſi diceret. Non velles habere poteſtatem me crucifigendi aliqualiter, niſi eſſet timor perdendi officium tuum quod habes, vel quod tibi datum eſt deſuper. ſcilicet à iudæis quos times, propterea qui me tradidit. Et exinde quærebat Pylatus dimittere eum. Satis enim in hac reſponſione vltima oſtendit ſibi dominus quod non erat innocens in morte eius. Iudæi autem clamabant dicentes. Si hunc dimittis, non es amicus Cęſaris. Omnis enim qui ſe regem facit, contradicit Cęſari. Super quo Orige. Vnde habetis hoc demonſtrare o Iudæi, an à purpura, an à diademate,

an



an à curribus, an à militibus? Nam is ſemper cum duodecim vilibus perſonis incedebat. Tertio dicendum eſt quomodo Chriſtus poſt varias interrogationes, & illuſiones morti adiudicatus eſt. Propterea enim ſubdit euangeliſta. Pilatus autem cum audiſſet hos ſermones, adduxit eum foras, & ſedit pro tribunali. In hoc criminandi ſunt iudices, officiales, & ſigillatores qui vt dominis placeant, contra iuſtitiam à ſubditis extorquent pecuniam burſam domini implentes, vt iu officijs ſuis remaneant. Aliter enim non eſſent talibus dominicis conuenientes. Oportet enim vt bene faciant aquam fluere ad molendinum eorum. Secundum Guillermum Pilatus eſt figura omnium iniquorum iudicum & iuſtorū. In eo enim quòd diligenter examinat, quòd innocentem liberare ſatagit, quòd in iudicio timore diuino concutitur dum Dei filius ei nominatur dum totiens eum abſoluit, omnes iudices iuſtos non ſolum figurat ſed etiam inſtruit. In eo quòd malam conſuetudinem non euacuat ſed obſeruat. quòd fauore & gratia inclinatur, quòd metu Romani principis rectitudinis rigore frangitur, quod odio & ire iudæorum conſentit, figura eſt omnium iniquorum iudicū. His de cauſis ſolent peruerti iudicia & iudices, ſcilicet iniqua conſuetudine, gratia ſeu fauore, odio & timore. Iſta ſunt per quæ in ſuis, quotidie condemnatur & occiditur Chriſtus. Fere nunc vbique terrarū Pilati ſolium & ſedes apparet, & vno Pilato decedente etiam in eccleſia plures ſuborti ſunt. Vbiq; enim Chriſtus ſpiritualiter condemnatur & Barrabas abſoluitur. Hæc Guillermus. Sedente autem eo pro tribunali miſit ad eum vxor eius dicens. Nihil tibi & iuſto illi. Multa enim paſſa ſum hodie per viſum propter eum. Vxor viri gētilis hoc in viſionibus & ſomniis intellexit, quod Iudæi vigilantes nec credere nec intelligere voluerunt. Diabolus quippe apparuerat ei monens eam terroribus & minis ad liberationem Chriſti. Tunc enim diabolus intelligēs per Chriſtum ſua ſpolia ſiue in mundo, ſiue in tartaro ſe amiſſurum penituit, quòd fecerat comprehendi eum, & ideo immiſit viſiones huic mulieri vt per eam impediretur mors Chriſti. Et ſicut mortem intulerat mundo per mulierem, ita per mulierem Chriſti mortem nititur impedire, ne per Chriſti mortem mortis amittat imperiū. Poterat iam cogitare myſterium crucis. Forte iam ſancti ib inferno gaudebāt. vnde hoc nouerat. Nam ait Augu. quod anima Lazari reuocata ad ſuperos animę in inferno cognouerunt dominum in proximo deſcenſurum. vnde ex tunc letabantur. Vel etiam hoc intelligere potuerunt dæmones per impletionem ſcripturarum quas in eo compleri videbant. Et in hoc maxime apparet nequitia iudæorum, qui nec Deo nec dæmonibus acquieuerunt vt liberaretur, nequiores diabolo qui multo minori malicia ſub obtentu iuſtitiæ mortem eius moliebatur impedire. vt dicit Guiller. Et huius ſimile ſepiſſime diabolus operatur quando ſcit tribulationem eſſe fructuoſam patiētibus. De dictis tamen vxoris ſuæ non multum curauit Pilatus quaſi eſſent à muliere dicta. Vel quia forte non curabat multum de ſomniis, nec eis credebat. Vel forte Iudæi noluerunt ei credere. Erat enim paraſceuæ paſchæ id eſt præparatio tranſitus hora quaſi ſexta. Et hoc recte vt inquit Guill. quia totum quod fiebat à iudæis & Pilato præparatio erat dominici trāſitus quo tranſiret ex hoc mundo ad patrem. vel de iudæis ad gentes, vel erat præparatio noſtræ refectionis, quia tunc præparabatur ad noſtrā refectionē agnus paſchalis. vel paraſceuæ eſt totū tp̄s vitæ huius quæ eſt niſi ꝑparatio ad tranſitum quo ad cœlum trāſeamus. Hæc Guillermus. Vel paraſceuæ ad literam. i. præparatio ciborū & agni ante ſabbatum quæ fiebat feria ſexta. Hæc dies paraſceues multū priuilegiata eſt. Nam ſicut à die dominicæ reſurrectionis omnes aliæ dominicę ſunt priuilegiatæ, ſic à die paraſceues oēs aliæ feriæ ſextæ. Propterea eo die viri ſancti libentur vno tantum vtuntur ferculo, quia tunc dominus vnum tantum latronem incorporauit. eoque die arctam agunt pęnitentiam. q̄ & ſi arctior eſſet, longe eſſet à paſſione Chriſti. Et hoc figuratū eſt Leui. 23. Per diem expiationis qui celeberrimus erat domino, ita vt diceretur. oīs aīa quæ non afflicta fuerit die hac peribit de populo ſuo. Hæc eſt dies qua ſanguine proprio purgauit Deus mundum à peccato.

Illo

*Pilatus, Pilatus ſui figuratum iuſtorum & iniquorū iudicum.*

*Dies paraſceues. De priuilegijs dieī paraſceues ſeu veneris ſancta.*

Illo tamen die non celebratur miſſa. quia tantummodo Chriſtus bis miſſam celebrauit. Primo ſub forma panis & vini ſe 12. apoſtolis communicans in die cœnæ. & ſequenti die cum in propria forma paſſe obtulit in ara crucis. Eo igitur modo quo ſe obtulit in die cęnæ poſſunt ſacerdotes offerre. ſcilicet ſub forma panis & vini. Sic enim pcepit. Hoc facite in meã commemorationẽ, ſed non eo modo quo in die paſſionis obtulit, ideo nullus illo die celebrare præſumit. Secundo quia ueniente veritate debent ceſſare figure. Figuratus autem erat dominus in lege & à pphetis prænunciatus. Ait enim. Aſſimilatus ſum in prophetis, vt in Iona in ventre ceti. Oblatio autem in cruce fuit veritas promiſſa in lege & prophetis, ſed euchariſtia ſolum eſt memoriale continens veritatem. & cum hoc figura ſacrificij eius. ı̃ô veniẽte illo die vero ſacrificio, ceſſare debet omne aliud figuratium ſacrificium.

Erat autem hora tertia. In hoc videtur Marcus à Ioanne diſcordare. Sed Augu. lib. de concor. euangeliſtarum dicit. quod hora tertia dominus linguis Iudæorum crucifixus eſt & ſexta manibus militum. Ideo Marcus horam tertiam, Ioannes ſextam nominat. Alii dicunt quòd crucifixio incepit hora tertia circa finem, ſed completa fuit hora ſexta, vel erat medium inter vtranque horam. Ideo euangeliſtæ indifferenter accipiunt horam tertiam, vel ſextam. Propter quod Ioannes non dixit expreſſe fuiſſe horam ſextam, ſed horam quaſi ſextam. In cuius ſignum eccleſia cõmuniter inter horam tertiam & ſextam celebrat miſſas ſolẽnes, quia miſſa in memoriam celebratur paſſionis. Et cum celebratur miſſa ſemper debet dici ante tertiam vt dicit hyſt. ſchola. Quod autem in ieiunijs differtur miſſa vſque poſt ſextam & in quadrageſima uſque poſt nonam. reor (vt dicit comeſtor) pro caſtrimargia factum eſſe potius quàm pro myſterio. ne audita miſſa ante ſextam quæramus occaſionem præueniendi horam edendi, vel forte quia non ſolum paſſionis ſed etiam mortis, & ſepulturæ & aſcenſions ſacramenta ſunt in miſſa. ideo in memuriam riam mortis, & aſcenſionis celebratur poſt ſextam, in memoriam ſepulturæ poſt nonam. forte in memoriam reſurrectionis celebratur in mane. Hæc hyſto. ſchola. Et dixit Pylatus Iudæis. Ecce rex veſter. Primo conabatur Pilatus ipſum liberare per eius ludibrium & deriſionem cum diceret. Ecce homo. nunc hoc idem oſtendit per Iudæorum opprobriũ, cum diceret. Ecce rex veſter. Quaſi diceret. Mirum eſt quòd hũc hominem flagellatum abiectum dicitis vſurpare regnum, & ernbeſcere debetis, quòd eum eſſe regẽ formidatis. Vel ac ſi diceret. Ecce de quo fuit iam fama quòd rex veſter erat, & ita ante modicum tempus eum appellaſtis. eſſet uobis opprobrium quòd nunc tam turpiter moreretur. Illi autem clamabãt. Tolle tolle crucifige eum. Hoc verbum ſuſtinuit patienter dominus, vt nos à verbis illis horrendis quibus feretur ęternæ damnationis ſententia, liberaremur. Vnde Bernar. Tolle tolle crucifige eum. quã horribile verbum, quàm aſperum, vere dẽtes eorum arma & ſagitte, & lingua eorum gladius acutus. Hoc verbum aſperũ tu ſuſtinuiſti domine. Cur niſi vt tu liberares nos à verbo aſpero? Sic iam tuæ pietatis vt non ſuſtineamus nos, quod iam dignatus es ſuſtinere pro nobis. Dixit eis Pilatus. Regem veſtrum crucifigam. Reſponderunt põtifices. Non habemus regem niſi Cęſarem. Ex tunc à libertate regni dei ſe excludentes, iugũ diaboli ſumpſerunt. ac perpetue tyrannidi ſe ſubiecerunt. ex quo patet quòd tunc perpetuę romanorum ſubiectioni ſe obligauerunt. Huius rei figura eſt. 1. Reg. 8. quando petiit populus regem hominem & abiecerũt regem Deũ. Caueamus igitur ne nos diabolicæ poteſtati non ſolum per voces, ſed etiam per ſeruilia peccati opera ſubdamus. quia Hierem. 2 Malum eſt & amarũ dereliquiſſe dominum Deum ſuum. Hoc patuit in filio prodigo, qui quandiu ſtętit ſub poteſtate patris omnibus bonis affluebat, quando autem relicto patre vni ciuiũ adheſit, egeſtate oppreſſus eſt. Videns Pilatus quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret. Secundum Guil. inuidia & odium nunquam iuſtitia & veritate placãtur. Sunt enim belue quarum rugitus cõpeſci non poteſt, & quarũ fames niſi ſanguine & morte impleri non poteſt. Accepta aqua lauit manus coram populo. Mos enim erat apud antiquos cũ quis ſe lauare vel-



re vellet aliquo crimine coram populo ſuas manus lauabat. Lauit ergo Pilatus manus. vt quos mouere non poterat ſuaſione, ſaltem moueret ſignificatione. Nec tamen innocens fuit. Tota enim aqua maris eum lauare nõ potuiſſet. Parum enim valet ſe iuſtificare coram hominibus, niſi etiam coram deo hoc fiat. Secũdum Guil. ſunt hodie multi potentum qui Pilatum in hoc imitantur. Pilatus enim eum voce iuſtum dicebat. & tamen manibus bonum innocentem lacerandum tradebat. Exiſtimant. n. ſe reos nõ eſſe ſcelerum quæ eorũ poteſtate patrantur, maxime ſi aliorũ manibus fiant. Sed qui gladiũ tradit furenti, indubitanter reus eſt ſanguinis quẽ fundit. Nec aliud eſt dare poteſtatem miniſtris nequam. quã gladiũ in manus diaboli, & armare diabolum. Omnes quippe nequitiæ operatores, manus ſunt diaboli.

*Sanguis Chriſti. Aliter: ſanguis Xpi uenit ſup mundos, et aliter ſuper immundos.*

Dicens innocẽs ego ſum à ſanguine iuſti huius. Vos videritis. Et rñdit vniuerſus populus dicẽs Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Hieronimus. Verbũ optimum ſed peſſima intentione dictum. Intelligunt enim ſanguis eius, id eſt peccatum effuſionis ſanguinis eius vel uindicta ueniat ſuper nos & ſuper filios noſtros. Guiller. Optandum erat immundis vt ſanguis iſte mundiſſimus ſuper eos veniret ad emundationem. Hebr. nono. Quanto magis ſanguis Chriſti, qui per ſpiritum ſanctum obtulit ſe immaculatum Deo, emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſeruiendum Deo viuenti. De quo Eſa. 52. Iſte aſperget gẽtes multas ſãguine ſuo. & Gen. 49. Lauabit in uino ſtolam ſuã & pallium ſuum in ſanguine vue. Stola iſta & pallium eccleſia eſt. Apoc. 1. Qui dilexit nos & lauit nos &cę. Matt. 26. Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti qui pro multis effundetur &cę. Et ſic aſperſus eſt ſanguis Chriſti ſuper ſuos in emundationem & ſanctificationem. & etiam ſuper totam eccleſiam ſuam aſperſus eſt ſicut ſuper veſtem ſuam quaſi ſanguis muricis, vt eam regalem & purpureã efficeret. Sed non ſic ſup ſe venire petebant iudæi cum eſſent immundiſſimi. immo totius mundi lauachrum ſibi fecerunt inquinamentum. immo diabolico miraculo de ipſo totius mundi ſacramẽto & ſanctificatione execrationem & abhominationem hauſerũt. & de mundi reconciliatione cumulum offenſarum. Nec illum venire petebant ſuper ſe ad tinctionem vt eſſent ueſtis regia, ſed potius illo cruentati ſunt. Et propter hoc belue principum rapacium & cupidorũ eos cruentatos inſequuntur & deuorãt. Similiter & uolucres infernales & omnia hæc propter ſanguinem Chriſti quem ſic petierunt.

Tunc Pilatus uolens ſatisfacere populo adiudicauit fieri petitionẽ eorũ. Sentẽtia in euangelio Nichodemi ſic ſcribitur. Gens tua comprobat te regem. propterea pręcipio te primum flagellari ſm decreta principũ. Deinde in cruce leuari. Timẽs enim Pilatus ne de Cęſaris rebellione accuſaretur, uoluit populi non Dei facere uoluntatem. nullũ ſuſpicãs periculum ſi innocentẽ pauperẽ morti adiudicaret. maxime quia contradictor aliquis non apparebat. ideo protulit ſnĩam. Quod faciũt hodie multi iudices, nullum poſtea inconuenienS expectantes ſi pauperem hominem, & qui nullum habet poſtea perſequentem interficiant uel priuent hæreditate.

Et dimiſit eis Barrabam qui propter ſeditionẽ & homicidũ miſſus fuerat in carcerem quẽ petebant. Ieſum uerò flagellis ceſum tradidit voluntati eorum ut crucifigeretur. Secundum hiſt. ſch. erat à romanis decretũ vt quicunq; cruci affigeretur, prius flagellaret. & adhuc colũna in qua ligatus fuit Chriſtus ueſtigia cruoris oñdit. Ideo Xp̃s bis penes Pilatum flagellatus fuit. Contemplare nũc aĩa deuota & ſi habes aures audiendi audias infidelium clamores & horribiles voces crucifige crucifige, & cum uenerabili Beda ex intimis cordis edicito. O dulciſſime Ieſu qs tam durus & impius erit, qui clamores illos horribiles tolle tolle crucifige eum ſine gemitu & clamore ſpiritus aure corporis ualeat audire ſeu mente tractare? Audi inſuper Eſaiam clamantem. Iuſtus perit, & nemo eſt qui recogitet. Audi iniquam proferri ſententiam qua damnatus eſt dominus Deus tuus in omnibus uijs ſuis iuſtus. ut ab altitudine diei & mala auditione timeas. quando innocentiam condemnatam uides quę alios innocentes facit & iuſtificat. O quãntum amici eius doluerũt quando horrendam ſententiam illam audierunt. O qualis gladius materna viscera

tua tranſuerberauit beatiſſima parens, dū cum ad mortem audiſti condemnatum. & credēdum eſt teipſam cū pulchra & graui manutenentia vel compoſitione acceſſiſſe ad eum, eique vel mente vel ore dixiſſe. O dilecte vteri mei, ecce vadis ſolus ad ſacrificium, & quam tam diligis matrem tuam, ita deſeris deſolatam. O quomodo tanta pertuliſti mala & matrem tuam participem non feciſti, quam tantum glorificaſti, ut mater tua eſſet & te lactare mereretur? O fili mi quomodo gaudia quæ tecum habuit modo verſa ſunt in lamentū? Hæc certe noua quę mihi ſanctus ille ſenex Simeon dixerat, quòd meam animam aliquando tuæ paſſionis gladius trāſuerberaret. Vere & alia q̃ quę mihi ille ſanctus archangelus Gabriel attulit. Nō te certe deſerā fili. tecū & ſi non corpore ſaltem mente crucifigar. te quocūq; ieris ſequar nec etiam pro morte me ſeparabis à te. Conſidera inſuper in deuotione tua quomodo gaudent eius inimici ſentētia illa iniqua obtenta. Eum ſemper irrident vbi compati deberent, nec propter innocentiam aut beneficiorum recordationē, aut nimiam eius afflictionē, ad miſericordiā flectunt crudeles. Cōſidera vlterius quomodo eum milites & ſatrape pilati & principum myniſtri cū quāto ludibrio ſuſceperūt. cū quātis maledictionibus populus qui ſic mortem eius affectauerat eū affecit. & ita ad eū ſic pro te iudicatū accede, quærens ab eo quid circa eū agatur. & rńdebit illud Iob. 16. Concluſit me Deus apud iniquū. ſ. Pilatū. & manibus impiorū ſ. iudæorū tradidit me, ſupple ad crucifigēdum. Sed heu dn̄e nōne cū pietate ſuſceperūt te & tractauerūt? Certe cū crudelitate. Nā ſuſceperunt me ſummi ſacerdotes ſicut leo paratus ad prædā, & populus ſicut catulus leonis habitās in abditis ad interficiendū me morte crudeliſſima.

Et poſtq̃ illuſerūt ei exuerūt illū purpura, & induerunt eū veſtimētis ſuis, quia magis cognoſceret in veſte propria quam in aliena & eduxerūt. Scd̄m Guil. ſic fit de quocunque principe vel poteſtate à rege terreno, dū ad infernale patibulū ducitur. Planū eſt. n. q̧ tota regni ſui gloria quaſi veſte coccinea & liena exuit, & ueſtimentis ſuis ſcilicet paupertate, miſeria, nuditate, infirmitate, ſolitudine quæ ei propria ſunt & q̃ in hunc mundum attulit induit. Frequentia enim & clientela & ſtipatio familię qua indui ſolebat velut ueſtis aliena ab eo in morte tollitur. dum ipſi eum deſerūt qui ei adhærere ſolebāt, & ipſum circundare & ornare. Ipſi ēt q ei viuenti adhæſerāt uelut pilati milites aliqn̄ eū exuūt ad litterā, & adeo nudāt vt neq; quo operatur ei reliquāt, ſed nudū prorſus tradunt inferni carnificibus. Et baiulans ſibi crucē exiuit. Iſtud amariſſimum fuit Xp̄o. ſ. baiulare crucē. Nunq̃ legit̃ tale ſupplicīū latroni factū Bene legit̃ q̧ latrones properantes ad ſuppliciū ferūt in collo funem in quo debēt ſuſpēdi, ſed nunquā patibulū. Ecce rex noſter portat lignum ad ſe figendū, qđ fixurus ēt erat in frontibus regū. i. ī eo ſpernēdus oculis impiorū in quo erant gloriatura corda ſanctorum dicente Paulo. Mihi abſit gloriari niſi in cruce dn̄i noſtri Ieſu Xp̄i. Ecce rex noſter portat ſceptrū in ſignū gloriæ portat tropheum in ſignū uictoriæ, quo principatus & poteſtates ſpoliādo triūphauit. Et ſicut ſūmus ſacerdos intrās in ſancta ſanctorum portabat clauē ſup humerū ſuum ſic Xp̄s vadens ad tabernaculū ſancti ſanctorum tanquā paradiſi clauem ſuper humerum crucē portauit. Vnde Hiero. Hic educitur Abel in agrū à fratre vt perimatur. Hic eſt Iſaac cum lignis, & Abraham cū ariete vepribus id eſt peccatoribus hærente. i. detento. Nā aries. i. humanitas non Iſaac. i. diuinitas immolata eſt. Hic adeſt Moiſes cū virga & ſerpēte ſuſpenſo in ligno. Hic adeſt Helyſeus cū ligno ad quęrendū ſecurim q̃ in immo diuerſa erat & natauit ad lignū. i. genus humanū quod à ligno vetito in infernū decidit, per lignū crucis & baptiſimū aquæ ad paradiſum natauit. Et perducunt eum ī eū qui dr̄ caluariæ locū, hebraice aūt golgotha. & hoc (vt creditur) pręcedente p̄cone palam clamante. Ecce malefactorem Ieſum falſum prophetam, qui pp ſua demerita ducitur ad patibulum. Ducebantur autem & alii duo nequam cū eo vt interficerentur. Hoc ꝓcuratū eſt ꝑ principes iudæorū ſecundū aliquos, vt Xp̄s infamaret̃ ſocietate latronū; & à vulgaribus videret̃ in criminibus eorū ꝑticipaſſe & ſic videret̃ iuſte mortē eius ꝓcuraſſe. Quarto igit̃ dicēdū eſt de affixione in cruce. Primo qualiter obuiam





obuiam habuit q cū eo crucē ferret. Scd̄o q mortē eius lemētaretur. Tertio q̄uo cū latronibus crucifixus ē. Quarto de inſcriptione cauſæ crucifixionis. Quinto de deriſione multiplici facta circa crucem.

Pro primo dicit textus. Et cū ducerent eū inuenerunt hoīem cireneū. i. de cinere ciuitate libie. venientem de villa patrē Alexandri, & rufi qui erant diſcipuli Chriſti, hunc angariauerunt ut toleret crucē eius, impoſuerunt illi portare poſt Ieſum. Lento gradu incedente Xp̄o imponunt crucē Simoni cireneo, nō propter cōpaſſionem, ſed ne different mortē ne Pilatus ſn̄iam reuocaret, q̄a voluntatē dimittendi cum oñderat. Duplex aūt modus inuenitur exponendi hūc textum apud doctores. Vno modo vt ly poſt dicit poſterioritatem tēporis, & iſte intellectus eſt magis cōis, ita vt depoſita cruce deſuper humeros Chriſti, poſtmodū Simon portauerit eā ſolus. Alio modo vt dicat poſterioſitatem loci, ita q̧ Xp̄s proceſſerit portando crucem in parte añriori, & Simon ſubſecutus eſt portādo partem poſteriorem, quia nimis grauis fuit ad portandum vni ſoli & hunc intellectum videtur innuere Lucas cum dicit, Impoſuerunt ſibi crucem portare poſt Ieſum & hoc magis explicat euangelium Nichodemi ubi dicitur ſic, hunc angariauerunt vt tolleret crucem cum Ieſu.

Nunc libet comtemplari o anima chriſtiana dominum Ieſum ſputis plenum cui non eſt ſpecies neque decor. vndique flagellatum coronatum ſpinis incuruatum ſub cruce ex crucis magnitudine ſuper humeros eius iam fractos & laceratos poſite. Vide ſatrapas Pilati lattalites iudæorum ex omni parto eum cum funibus trahere. Vide dominum tuum regem gloriæ ad patibulum pro te figendū ignominioſe duci præcone ꝓdicāte eū maleſactorē cū infinita multitudine populi irridēte. & cū peruenit ad portas ebrij & potatores cum deriſionibus & ludibriis exibant ei obuiā. de eius opprobrio alta canendo carmina. O beatiſſima mater vbi nunc es? An hæc doloroſa proceſſio abſque te fiat. Libenter mulieres ad proceſſionem accedunt. An eum derelinquas ī neceſſitate qui ab utero tuæ matris nunquàm te dereliquit? Sed de te o pijſſima parens cum Anſelmo dicamus te proceſſiſſe. hac (inquit) voce Maria vt reor ſequebatur dicens. Vadis propiciator ſolus ad immolandū pro omnibus. Non tibi occurrit Petrus qui dixit pro te moriar. Reliquit te Tomas qui ait Cum eo omnes moriamur. & nullus de his niſi tu ſolus duceris, qui me caſtam cōſeruaſti filius meus & Deus meus. Omnes amici tui ſpreuerunt te. Saltem partem crucis ego portem tecum. Et illic ubi ſibi obuiauit, in honore eius à chriſtianis poſtmodum fundata fuit eccleſia. Sic anima deuota hodie dominum tuum aſſocia, & inquire de ſtatu ſuo. Reſpondebit illud Hieremię. decimoprimo. ego quaſi agnus manſuetus qui portatur ad victimam. Sed o domine quomodo ad hanc uictimam deportaris? Ecce cogitauerunt contra me conſilia dicentes. Mittamus lignum in panem eius & eradamus eum de terra uiuentium, & nomen eius non memoretur amplius. Sed Deus meus nonne te ducentes cum pietate deduxerunt te? immo certe aduerſum me loquebantur qui ſedebant in porta, & in me pſallebant qui bibebant vinum. Cum enim portabant crucem meam tranſeundo per portam, ecce ribaldi iniuriabantur mihi & de me pſallebant per quam prius tranſeundo tanta bona de me protulerant. & illud Trenorum. 4. Filia populi mei crudelis quaſi ſtrutio ī deſerto. id eſt cogitatio populi mei & operatio eius. Strutio enim derelinquit ouum ſuum in deſerto, iſti ſuum amicum, & benefactorem non ſolum dereliquerunt. ſed etiam pœnis & laboribus uelut ouum cōfregerunt crudeliores ſtrutione.

Secundo fuerunt qui Chriſti mortem lamentarentur. Hinc & dicitur. Sequebatur autem illū turba multa populi & mulierum quæ plangebant & lamentabantur eum. Non quin ibi fuerint etiam uiri flentes, q̄a credibile eſt ibi fuiſſe Ioſeph ab arimathia, Gamaliel ē & Nichodemum. Sed q̄a fœmineus ſexus tanquā contēptibilior liberius poterat præſentibus principibus ſacerdotum quid contra eorum maliciam ſenſerit oſtentare, ideo præcipue mulieres nominātur hic fleuiſſe. vn̄ quadruplex turba eū ſequebatur. Prima carnificum quę eum præmebat & trahebat. Secunda iudæorum quæ eum irridebat.

Tertia illorum qui ad uidendum ſpectaculū, veniebant. Quarta amicorum qui anxie

anxia lugebant. Quanta afflictio tũc erat domino videre homines gaudentes de afflictione ſua? magna etiã videre amicos propter te flentes. Conuerſus autem ad illas dixit. Filiæ Hieruſalem nolite flere ſuper me ſed ſuper uoſmetipſas flete & ſuper filios veſtros. glo. ſuper hoc nouit dominus qui ſunt eius. ideo prætermiſſa furẽtis populi turba, ad amantes ſe & plangẽtes fœminas oculos & ora conuertit. Dominus enim libenter ſuos aſpicit, dicens filie Hieruſalem. In quo oſtenditur quòd non ſolum ille mulieres erant de galilea, ſed etiam erant aliquæ de Hieruſalem.

Quoniam ecce venient dies in quibus dicetur, beate ſteriles & ventres qui non gennerunt, & vbera quæ non lactauerunt quia tales agiliores erunt ad fugiendum q̃ grauide & pro ſe ſolum anxie. Tunc etiam legis maledictio in benedictionem reputabitur prę magnitudine tribulationis. In quo datur exemplum parẽtibus vt corrigant filios ſuos, nec nimium diligãt eos, ne forte cum viderunt ſe damnatos propter illum amorem nimium dicãt beate ſteriles quæ non genuerunt.

Tunc incipient dicere præ horrore miſeriæ montibus cãdite ſuper nos & collibus operite nos, & hoc ad abſcondendum vel præbendum latibula. Inſtante enim obſidione iudæi fugiebant ad cauernas & ſpeluncas. vnde Ioſephus refert ſe latitaſſe cũ 40. comitibus in quadã ſpelunca, in qua ſe mutuis ictibus eo dempto interfecerunt. Aliquando quingenti in obſidione à Tito capiebantur & contra murum cruci affigebantur, ita vt ſpacium crucibus deeſſet & corporibus cruces, alij truncabantur manus. Domus erant plene mulieribus fame mortuis, & infantulis, ſemite plene ſenibus, ita vt domus ſepulchra viderentur, adoleſcẽtes turgidi velut umbræ mortuorum, ita ut non poſſent præ labore ſepelire funera ſua. Alii ſepeliendo moriebantur, alii uiui properabant ad ſepulchrum, & nonnullorum adhuc ibi ſpirantium cadauera ferro experiendi cauſa tranſuerberabant, & cum amplius fetorem illum in ciuitate pati non poſſent, in ualles eos ex muro pręcipitabant. Quas circuiens titus vbi plenas cadauerum vidit, extenſis manibus deum teſtabantur factum illud ſuum non eſſe, & quia aurum comederant ad tranſfugiendum & portãdum ſecum, circiter duo milia vna nocte ventris apertione interfecta ſunt. Dicit enim Ioſephus ibidem. Puto ſi Romani cõtra noxios venire tardaſſent, aut hiatu terrę deuorandam eſſe ciuitatem, aut diluuio perituram, aut fulgur ſodomittarum paſſuram. Poſtquam verò nec dimiſſi ſunt ſicut boues herbas legere & comedere, cloacas rimabantur ſi quid indigeſtum ibi reperirent. neque cingulis aut calciamentis pepercerunt & coriis detractis à ſcutis. Mulier ibi Maria nomine, genere & diuitiis nobilis filium ſuum interfecit, & aſſum comedit. Morſellum ab ore parẽtum extrahebant filij, & capta ciuitate multa milia poſtmodum à tito in pugna ad beſtias deuorandi tradebantur. Si in viridi hęc faciunt, in arido quid fiet? Chriſtus lignũ eſt viride faciẽs fructum, & per conſequens indignum obſciſione per mortem. populus iudaicus lignum aridum infructuoſum, & per conſequens dignum abſciſione per mortem. Terreantur ergo mali conſiderantes quòd propter peccata noſtra Deus non parcit filio, & ſi in viridi ligno hoc facit, in arido quid fiet?

f *Caluaria*

*Quid ſibi uelit myſtice caluaria.*

Tertio cum latronibus crucifixus eſt Chriſtus. Vnde ait euangeliſta. Et poſtquam venerunt in locum qui vocatur caluariæ, dabant ei bibere vinum miratum felle mixtum & non accepit, & cum guſtaſſet noluit bibere. Ideo autem caluaria dicitur, quia decaluata capita damnatorũ & decollatorum ibi videbantur. Per iſtũ locum ſecundum Guillermum duo myſtice intelliguntur. Primo iſte locus intelligitur mundus iſte, in quo membra malorum præciſa, & capita decaluata, id eſt corda malorum omni virtute nudata videnter iacere p̄ciſa à lictore diabolo & ſi recte uideamus, non eſt locus in mũdo (præter eccleſiam & cetum electorum) qui nõ ſit totus reſperſus capitibus & aliis membris mutilatis reproborum, ita vt pedem corporis niſi ſuper mẽbra præciſa aut mutilata figere non poſſis. Vbi enim eſt vel pugillus terræ in quo aut pes cordis alicuius. i. amor vel oculus i. ſolicitudo vel auris id eſt audiendi prurigo, & ita de mẽbris aliis non iaceat? Eccleſi. 10. proiecit enim intima in uita ſua. & Prouer. decimoſeptimo. oculi ſtultorũ ĩ finibus terrę. Sed



iſta cecis & furioſis nõ incutiunt timorẽ. Secundo auditorium cõfesſionum eſt caluariæ locus. Ibi enim videres (ſi ſpiritalibus oculis præditus eſſes) tot aceruos & tantos membrorum veteris hominis. Ibi enim alius aurẽ amittit qui auditum maliloquiorum deponit alius oculos qui cõcupiſcentiam oculorum à ſe pręſcindit. alius pedes id eſt prauas affectiones ſibi abſcindit, vel uagos diſcurſus & illicitos greſſus cohibet, alius capita inobedientiæ deponit. Et ibi crucifixerunt eum. Vnde glo. Matth. Tradunt iudæi quod in loco montis crucifixus eſt dominus vbi immolatus fuerat aries pro Iſaac. Alii dicunt ꝙ ibi inuentum eſt caput Adæ. Sed illud nõ eſt uerum, quia ibi ſepultus non eſt Adã ſed in ciuitate arbeę quæ eſt ebron. Secundum autem aliquos prius erecta fuit crux & poſt per ſcalam aſcendere fecerunt, & ſic cruci affixerunt. Alii dicunt & melius Primo ipſi uerſus terram eum affixerunt. Prius enim fecerũt, foramina in cruce. Et quia brachia & pedes Chriſti non poterant foramina attingere, ideo ligatis funibus in brachiis tantum traxerunt, ac dulces manus ita atrociter extenderunt quòd omnes iuncture oſſium dinumerari, potuerunt & ſic eum eleuauerunt. Et hoc ſignificat forte in die paraſceues per hoc quòd iacet crux in terra ad deoſculandũ.

Et exuerunt illum ueſtimentis ſuis. Contemplare nunc quiſquis es Chriſtianus qui dominum affectas & diligis, & mẽta ſæpe retracta, qualiter dominus tuus ſuis nunc ſpoliatur veſtibus, & ſpoliando renouantur omnia uulnera ſua & fracture pellis. Nam & veſtis carni propinquior propter ſanguinem flagellationis fortiter corpori adhærebat. Prius quidem in flagellatione conſidera quòd prius exuebatur in occulto, hic in publico. Guſta inſuper & in te percipe quam propter te guſtat felleam amaritudinem. Ac ſi diceres ei. domine in amaritudinibus tuis moratur oculus meus. Conſidera demum quomodo in cruce neruis extenſis & iuncturis manuum pedumque duriſſimis clauis perforatis crucifigitur, & poſt crucifixionem ubi terræ latitudo ſibi defecerat in altum leuatur. O lectum arctiſſimum crucis morienti domino a nouerca matre miniſtratum. O quantum in huiuſmodi eleuatione dolorem exiſtimas, quando ſuper pedem & manus tenerrimas tam magnum corpus pendebat. O nate Dei (inq̃t Bernardus) quo tua deſcendit humilitas me ad illicita traxit concupiſcentia, te ꝓ me ſancta charitas traxit ad crucem, ego pomum accepi, tu clauis laniaris. ego pomi dulcedinem tu fellis guſtas amaritudinem. Mihi miſero congaudet Eua, tibi crucifixo plorans compatitur Maria. O quã configebatur Mariæ cor clauis illis acutiſſimis qui filii manus carnes & oſſa rumpebant, dum malleorum ictus & ſonitus audiebat. quid ergo tibi anima deuota dicet dominus in amaritudine cordis ſui exiſtens, niſi illud p̄s. Ipſi vero conſiderauerunt & inſpexerunt me nudum exuendo me ueſtimentis, foderunt manus meas canes rabidi, & dinumerauerunt omnia oſſa mea, trahendo me funibus & crucifigendo me. Et ſi quæras ab eo quod ſcribitur Zach 9. Quę ſunt plagę iſtæ in medio manuũ tuarum? Reſpondebit quod ſequitur his plagatus ſum in medio eorum qui diligebant me. i. debebant diligere. Nunc ergo o chriſtiane ad mortem & genus mortis meæ ſæpè cogita. Tu in choreis extendis brachia ad modum crucis propter mũdanum gaudiũ, & ego extenſa habui propter te in opprobrium. Ego in cruce propter te dolui, & tu in mundo exultas. Tu habes ſertũ de floribus, & ego Deus tuus coronam de ſpinis. Tu in mollibus lectis requieſcis, & ecce ego in lecto duriſſimæ crucis. Tu cirothecas in manibus, & ego clauos. Tu delicate nutriris & cibos & uina precioſa uentri tuo paras in conuiuium, & ecce pro te mihi offertur uinum felleum. Tu quæris in ueſtibus precioſitatem, & ecce uides in cruce nudam expoſitam meã humanitatem. Tu in hoc ditari appetis mundo, & ecce nudus & pauper propter te exeo. Sic ergo anima Chriſtiana recordare paupertatis meæ & trãſgreſſionis & fellis. Circa hoc quæritur Primo utrum Chriſtus conuenienter paſſus ſit in ætate iuuenili? Arguitur quòd non, q̃a per p̄ſentiã Chriſti in mũdo mũdus illuminabatur ſm illud Io. 9. Quãdiu ſum in mũdo lux ſum mũdi. Cõueniẽs ergo eſſet humanæ ſaluti, ut diutius in hoc mũdo uixiſſet, ita quòd in ſenili ætate paſſus eſſet. Reſpondet Thomas quęſtione. 51. ar. 9. quòd

g *Paſſio Chriſti.*

*Virũ xp̄i ... non in...*

9.quòd in iuuenili ętate paſſus eſt propter tria. Primo vt ex hoc magis ſuam dilectionem cõmendaret q vitã ſuã pro nobis dedit quando erat in perfectisſimo ſtatu.

Secundo quia non conueniebat vt in eo appareret naturę diminutio ſicut nec mor bus. Tertio vt in iuuenili ætate moriens & reſurgẽs futurã reſurgentium qualitatem in ſeipſo præmonſtraret. Vnde Ephe. 4.donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filii dei in virum perfectum, in menſurã ætatis plenitudinis chriſti. Quæritur ſecundo. vtrum Chriſtus debuerit extra Hieruſalem pati reſpondetur primo quòd debuit in Hieruſalem pati propter quattuor. Primo quia Hieruſalem erat locus à Deo electus ad ſibi offerenda ſacrificia. quæ quidem figuralia ſacrificia figurabant Chriſti paſſionem qđ eſt verum ſacrificium iuxta illud ephe. 5. tradidit ſemetipſum hoſtiã & oblationẽ in odorem ſuauitatis. Secundo quia virtus paſſionis eius ad totum mundum diffundenda erat. Ideo in medio terre habitabilis pati uoluit.ſ. In Hieruſalem. Pſalm. Deus autem rex noſter ante ſecula operatus eſt ſalutem in medio terræ, id eſt in Hieruſalem quæ eſt terræ vmbilicus. Tertio quia hoc maxime conueniebat humilitati eius vt ſicut turpiſſimum genus mortis elegit, ita etiam ad eius humilitatem pertinuit quòd in loco tam celebri confuſionem pati non recuſauit. Vnde leo papa in ſermone epyphaniæ. Qui ſerui ſuſceperat formam Bethleem prælegit natiuitati, Hieruſalem paſſioni. Quarto vt oſtenderet à principibus populi exortã eſſe iniquitatem occidentium ipſum, ideo in Hieruſalem vbi principes morabantur voluit pati. Vnde Act 4. conuenerunt in iſta ciuitate aduerſus puerum ſanctum tuum Ieſum quem vnxiſti Herodes & pontius Pilatus cum gentibus & populis Iſrael Vnde dicit dominus Lucæ.13. non capit prophetam perire extra Hieruſalem. Dicitur ſecundo quòd Chriſtus nõ in ciuitate aut templo, ſed extra portam paſſus eſt propter tria. Primo vt veritas reſponderet figure. Nam vitulus & hircus qui ſolenniſſimo ſacrificio ad expiationẽ totius multitudinis offerebantur extra caſtra comburebantur vt præcipitur Leuit.16. Vnde dicitur Heb.13. Quorum animalium infertur ſanguis pro peccato in ſancta per põtificem, horum corpora cremantur extra caſtra. Propter quod & Ieſus vt ſanctificaret ſuum populum extra portam paſſus eſt. Secundo vt per hoc darat exemplum nobis exeundi a mundana conuerſatione. Vnde ibidem dicitur. Exeamus igitur ad eum extra caſtra, improperium eius portantes. Tertio vt Criſoſto. dicit in ſermone de paſſione. noluit dominus pati, ſub tecto. non in templo iudaico. ne iudęi ſubtraherent ſacrificium ſalutare, & ne putaretur pro illa tantum plebe oblatũ. Et ideo foras ciuitatem, foras muros paſſus eſt, vt ſcias ſacrificium eſſe commune quod totius terræ eſt oblatio. quod communis eſt purificatio.

*h Paſſio Chriſti. Vtrũ debuerit extra portã pati.*

Tertio quæritur an peccatum crucifigentium Chriſtum fuerit grauiſſimum? Et videtur quod non. quia excuſationem habet. dicente domino. Pater ignoſce illis &cæ. Secundo quia dictum eſt Pilato. qui me tradidit tibi maius peccatum habet. Reſpondetur ſecundum Alexandrum q vnum peccatum poteſt dici alio maius tripliciter. Primo propter magnitudinem cauſalitatis ad peccandum. & ſic peccatum luciferi fuit maximum, eo quòd cauſa prima ſit omnium peccatorum. Secundo dicitur grauius propter magnitudinem dãni vel pœnæ conſequẽtis pctm̃. & ſic pctm̃ primi parenti fuit grauius. de quo peccato (vt ait Criſoſtomus) animæ propagatur interitus. inde humani generis nutrita eſt defectio. inde ignorantia rationi contraria, inde noxiæ curæ. inde penitenti conſilia. inde obſcura cognitio. turpe deſiderium, iuſtitiæ neglectus. Item Aug. ad Oroſiam. Hæc cauſa extitit vt mortis periculum incurreret. & ab vno homine omnis humana natura viciata & morti obnoxia eſſet. Tertio poteſt dici maius ſecundum rationem eius in quem peccatur propter magnitudinem iniurie. & ſic peccatum iudæorum fuit maximum. Probatur primo, quia vita Chriſti excellit incomparabiliter vitam aliarum creaturarum. ergo mors eius improportionabilis eſt morti aliarum creaturarum, ergo peccatum interfectionis eius maius eſt alijs peccatis. Secundo dicit Auguſt. lib. de conſenſu euangeliſtarum. Grauiſſimum eſt ſcelus occiſi Chriſti, ex quo omnes eradi-

*i Paſſio Chri[...] Vtrũ p[...] catum cr[...] ciſigen[...] Chriſt[...] fuerit graui[...] mum.*



cati, ſunt ex ipſa hieroſolima quæ erat caput regni & per totũ orbem diſperſi. Tertio Io. 15. Si non veniſſem & locutus eis nõ fuiſſem, peccatum nõ haberent. nunc aũt excuſationẽ nõ habẽt de peccato ſuo. ſed illud pctm̃ eſt maius quod nullam hẽt excuſationẽ q̃ qđ aliquã habere põt. hoc aũt nullã habet. Primũ aũt peccatum videtur excuſationẽ habere, eo quod adam noluit delitias vxoris ſuæ contriſtare. & q credebat q illud peccatũ nõ eſſet tanta pœna dignũ. immo uentale; igitur. Quarto qa dixit Chriſtus. Matth. 23. Et uos implete menſuram patrũ veſtrorum, vbi dicit Criſoſtomus. Quãtũ ad ueritatẽ exceſſerunt menſuram patrum ſuorum. Illi.n hoĩes occiderunt, iſti Deũ crucifixerunt. Quinto ſecundũ Ber. apparuit grauitas huius peccati ex creaturis quæ quaſi abhorruerũt. Ait.n. Singulare & grauiſſimum eſt pctm̃ qđ commiſſum eſt in dominum maieſtatis cũ uiri homicide ĩmo deicide iuſtum iniuſte occiderunt. Ad hoc expalluit & expauit tota machina mundi, & pœnæ in antiquũ chaos ſunt oĩa reuoluta. Dicitur ſcđo ſecundum Tho. 3. par. q. 47. art. 6. quod licet iudæi grauiſſimum peccatũ fecerint, tũ ex gñe peccati, tũ ex malicia volũtatis, tñ plus peccauerũt maiores qui eũ cognoſcebãt eſſe Xp̃m dato q in eis fuerit ignorãtia affectata, quàm populares pro quibus orauit Chriſtus qui fuerunt ſeducti à principibus ſacerdotum & q̃ Pilatus qui timore Cęſaris ipſum occidit, & ideo in illa peccati grauitate adhuc quidam grauius alij peccauerunt.

*k Crucifigi. Propter multa uoluit dñs cũ latronibus crucifigi.*

Et cũ eo alios duos, vnũ à dextris & alterũ à ſiniſtris. mediũ aũt Ieſũ Et adimpleta eſt ſcriptura quæ dicit. Et cũ iniquis reputatus eſt. Quęritur circa hoc quare dominus voluit cũ latronibus crucifigi? Dicitur q multiplex eſt rõ. Prima eſt leonis Pape ĩ ſermone de paſſione. Duo (inquit) latrones vnus ad dexterã, alius ad finiſtram crucifigũtur. vt in ipſa patibuli ſpẽ demonſtraretur illa quæ in iudicio ipſius oĩm hoĩm facienda eſt diſcretio. Vñ Augu. ſuper Ioannẽ. Ipſa crux (ſi attendas) tribunal fuit ĩ medio enim iudice cõſtituto. vnus qui credidit liberatus eſt. alter inſultauit damnatus eſt. Iã ſignificabat quid facturus eſt de viuis & mortuis. alios poſiturus ad dexteram & alios ad ſiniſtrã. Secũdo ſecundum Hilar. & Guillermum pariſien. duo latrones leue ac dextre affiguntur, omnem humani generis diuerſitatem vocari ad ſacramentum paſſiouis domini oſtendẽtes. Vnde Guillermus. In his duobus latronibus totum humanum genus cum domino crucifixum eſt. Sed à parte dextra crucifigitur pars electorũ, cui chriſtus dominus ſalutum de cruce repromittit, & quaſi teſtamẽto legat & confirmat Hanc patrem crux erudit per preſentium flagellorum diſciplinam ad humilitatem. & per eam fidem ſuſcipit, & integre confitetur. Pars à ſiniſtris eſt reproborum, q̃ nec ſuæ crucis patibulum erudit aut humiliat. ſed de ipſa cruce ſua domino inſultare non ceſſat dictis vel factis. Tertio ſecundum Bedam ſuper Matt. Latrones qui cum domino crucifixi ſunt ſignificãt eos qui ſub fide & confeſſione Chriſti vel agone martyrij vel quelibet acrioris diſcipline inſtituta ſubeunt. Sed qui hæc pro æterna glorio gerunt, dextri latrones fide ſignantur. Qui verò humane laudis intuitu ſiniſtri latronis mentem immitantur & actus Quarto vt tria in nobis crucifigenda oſtenderentur. caro & mundus tanquam latrones, & ſpiritus tanquam ieſus. Caro ſicut latro dexter. Galath. quarto. Qui autem Chriſti ſunt carnem ſuam crucifixerunt cum uitijs & concupiſcentijs. Mundus ſicut ſiniſter Galath. ſexto. Mihi mundus crucifixus eſt & ego mundo. & ſpiritus in medio cum Chriſto. Iuxta illud Galath. ſecundo. Chriſto crucifixus ſum cruci. Latro autẽ ſiniſter non fuit ſaluatus ſed manet in ſua perfidia. Sic mundus licet crucifigatur & tribulatur, ſemper tamen remanet in immundicia ſua. Caro verò crucifixa in reſurrectione cum ſuo ſpiritu ſaluabitur. Ideo dicitur latroni. Hodie mecum eris in paradiſo. Vnde crux carnis eſt rigor diſcipline, cuius ſunt quattuor brachia, vigilia, abſtinentia, aſperitas veſtiũ, & diſciplina verberis. Crux mundi eſt paupertas ſpũs. cuius quattuor brachia ſunt.ſ. cõtẽptus gloriæ, patriæ, pecuniæ, & parẽtelę. Crux ſpũs eſt feruor deuot oĩs. cuius quattuor brachia ſunt amor ſpes, timor, dolor. Radix aũt ex qua oĩa iſta pullulãt eſt charitas. Eph. 3. In charitate radicati, vt poſſitis cõprehẽdere cũ omnibus ſctĩs q̃ ſit latitudo, ſublimitas, & profundum.

fundum. Quarto dicendũ eſt de inſcriptione cãæ crucifixionis. De ea aũt dicit textus. Et impoſuerunt ſuper caput eius cãm ipſius ſcriptã. Mos enim erat romanorũ ponere ſup lignũ crucis, cãm pp quam crucifixi erant. Scripſit aũt titulũ Pilatus. & poſuit ſup crucem. vt impleretur illud Eſa. 19. Erit altare. i. crux ĩ medio ægypti. i. mundi, & titulus iuxta terminũ eius. Secundũ hyſtoriã ſchola. Crux nõ habebat tranſuerſum aliquod ſup lignũ. Habebat enim formã thau T. Sed Pilatus ſuperpoſuit cauillã & tabulã affixã ei, & in tabula erat titulus ſcriptus. Hic eſt Ieſus Nazarenus Rex Iudæorũ. Hic eſt Ieſus. i. ſaluator ergo perdi non debuit. Nazarenus. i. floridus. ergo deturpari nõ debuit. Rex Iudæorum. ergo à ſeruis crucifigi nõ debuit. In hoc enim titulo quattuor rões inueniũtur propter quas debuit liberari. Prima qa communitati vtilis & beneficus. quia Ieſus. i. ſaluator, qui. ſ. pertranſijt bñfaciendo & ſanando oés oppreſſos. Act. 10. Secundo quia innocens. Nazareus. n. erat. i. floridus ſine macula culpe q. pctm̃ nõ fecit. Tertio pp nobilitatẽ. quia rex. Quarto propter ſanguinis affinitatẽ, qa de progenie Iudærũ. Sed ſm Guil. Pariſien. hic quattuor cauſæ tanguntur propter quas pati & mori pro nobis debuit. Primo quia erat Ieſus. i. ſaluator. Quia n. ſaluator ex officio habebat per mortẽ ſaluare, cum ſalus ſuorum mortem eius requireret. Ideo tanq̃ fideiuſſor mortem pro mundi ſalute ſoluit. Secundo quia Nazareus. i. mundus. Quia. n. mundus erat pro mũdi reconciliatione velut agnus immaculatus ſacrificiũ ĩ odorem ſuauitatis à Deo patre acceptus eſt. Sicut de eodem dicit pater ſuus. Eſaię 43. Ecce ſeruus meus ſuſcipiam eum. electus meus complacuit ſibi in illo anima mea. Et ipſemet de ſeipſo in Pſal. Olocauſtum & pro peccato non poſtulaſti, tũc dixi ecce uenio, qui ſolus pro peccato totius mũdi propitiatio, & ſacrificiũ eſſe ſufficio. Tertio quia nazareus. i. vnctus in ſacerdotem. Ex debito enim ſacerdotalis officij offerre debuit ſaltẽ aliquod munus & hoſtiam. Oĩs enim pontifex. Hebr. 8. ad offerenda munera & hoſtias cõſtituitur. ideo neceſſe eſt habere eum aliquid quod offerat. Pro inſufficientia ergo ſacerdotũ ipſe Dei filius ſacerdos conſtitutus eſt. & pro inſufficientia hoſtiarũ cæterarum factus eſt ipſemet hoſtia. qui per ſpiritum ſanctũ ſemetipſum obtulit hoſtiam immaculatã Deo. Quarto quia rex ſiue vnctus in regem. Ad ipſum enim p regno pertinebat decertare & maxime pro regno æterno cuius nõ erit finis, ẽt cũ tpalis vitæ ſuæ periculo. Hæc Gui.

*Titulus. In titulo crucis xp̃i quattuor cãæ notãtur, pp quas pro nobis pati debuerit.*

Hunc ergo titulũ multi legerũt iudæorũ, qa prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus eſt Ieſus. Et erat ſcriptũ habraice, grece, & latine. Scd̃m hyſto. ſco. vtrũ principiũ tituli ſcriptum fuerit tribus linguis incertum eſt, ſed bñ de fine certũ eſt. ſ. hic eſt rex iudæorũ. Sic. n. ſcriptus eſt hebraice. malchus iudæorum grece baſileos exomoleon. latine rex confitentiũ. Iõ ſm Tho. ĩ 4. quia in his tribus linguis ſcriptus eſt titulus Chriſti. ideo in miſſa dicuntur quædã verba greca. vt Kyrie eleiſon. q̃dã hebrea. vt alleluia oſanna ſabaoth. q̃dã latina ut cætera q̃ in miſſa dicuntur. Scripſit aũt hunc titulum Pilatus multis linguis. ſ. illis tribus, vt diuerſarũ linguarũ hoĩes qui ad diẽ feſtum conuenerãt legere & intelligere poſſent cãm mortis eius ſibi impoſitã. Secũdo ſecundũ Tho. ſup Ioannẽ quia illę tres lingue præ cęteris eminebãt. hebrea pp Dei cultũ & legem. greca propter ſapientiã. latina pp romanorũ potentiã & prudentiã. Et ĩ hoc ſecundũ eũdẽ ſignificabatur q oĩs religio, oĩs ſapientia, oĩs potẽtia Xp̃o ſubderent. tertio ſm eũdẽ ibi p hebreã linguã q̃ fuit prima & primus ſermo, ſcientia ſermocinalis intelligitur per grecam, philoſophia realis cui uacauerũt greci. per latinã, moralis per quã romani uacauerũt regimini reipublice, vt omnis ſcientia & ſapientia à domino ieſu deriuata crederetur. Quarto ad oſtendendũ quòd omnis lingua confiteretur eum regem; & quòd patiebatur p populo omnis linguæ, & ei dominaretur in perpetuum. Propter quod Pilatus titulum delere noluit. Dicebãt ergo põtio Pilato põtifices iudæorũ. Noli ſcribere rex iudęorum, ſed quia ipſe dixit rex ſum iudæorum. Reſpõdit Pilatus. Quod ſcripſi ſcripſi. q. d. verum quod ſcripſi. & immobiliter verum eſt, & ideo non mutabo. Fuit enim titulus iſte ſecundum Aug. Non qa Pilatus ſcripſit, ſed quia veritas dixit Rex (inqt) ſum iudęorũ. Vnde Aug. Nõ occulta vox q̃dã Pilato intus quodãmõ (ſi dici

poteſt.)



poteſt) clamoſo ſilẽtio perſonabat, quod tacito ante in pſalmorũ titulis pphetatũ eſt. Ne corrũpas tituli inſcriptionẽ. Multi aũt sũt ſicut q ſcribũt titulũ crucis, pauci q portãt. multi q p̃dicãt poĩam, pauci qui faciãt. ſimiles pilato, qui crucis titulũ ſcripſit. & eidẽ inſcriptus nõ fuit. Ait eñ. Quod ſcripſi ſcripſi. nõ quod ſcripſi feci. Quinto dicendum qũo deriſus à triplici hoĩum ſtatu. Primo à militibus. Secũdo à plebe. Tertio à ſacerdotibus. Pro primo dr̃ in textu. Milites ergo cũ crucifixiſſent eũ, acceperunt ueſtimenta eius mittentes ſortẽ ſupeis qd qs tolleret. Nõ. n. dicti sũt milites à nobilitate, qui ueſtẽ hoĩs ſuſpẽſi ſibi mutuo diuidebant, ſed à mille fortib. ciuitatem cuſtodientibus. Erant. n. robuſti corpore pro modico ad oẽ malũ expoſiti. dicit tñ Theo. q ad opprobrium & ex quadam laſciuia hoc faciebant Chriſto. Quaſi dicerent. quia iſte dicit ſe regem, habeamus aliquid de regalibus ueſtimentis eius. Sicut. n. agnus cum ſpoliatur uellere nõ percutit nec mordit dũ ligatur à carnifice, & captus ab hoſte minime ſe defendit. ſic uerus agnus ſpoliatus cũ opprobrio, ligatus etiam nullũ percuſſit mordẽdo aut iniuriando, ſed ſemper tacuit. Et fecerunt quattuor partes unicuique militi partẽ & tunicã. Ex quatuor partibus ueſtimentorũ apparent quatuor fuiſſe milites crucifigentes Chriſtum. glo. Ioan. 19. Erat autem tunica incõſutilis deſuper cõtexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicẽ Non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa cuius ſit. vt impleretur ſcriptura quæ dicta eſt per prophetam. Diuiſerunt ſibi ueſtimenta mea, & ſuper ueſtem meam miſerunt ſortem. Ex hoc dicunt aliqui, quòd Chriſtus precioſis ueſtibus utebatur. Sed Criſoſtomus dicit contrarium dicens, q in paleſtina pauperes utuntur talibus indumentis reticulato opere factis ad modum ciliciorum. & hoc uidetur uerius, quia Chriſtus commendauit uilitatem ueſtimentorum in Ioanne Baptiſta. Matthæi vndecimo. Quid exiſtis in deſertum videre hominem mollibus ueſtitum? q. d. non. & precioſitatem ueſtium ibidem reprobauit dicens. Ecce qui mollibus ueſtiũtur, in domibus regum ſunt. Ieſus autem cepit facere & docere. Act. 1. ideo non eſt uериſimile q uſus fuerit precioſis ueſtimẽtis. Et ſi dicatur q Marcus dicit. Marc. 15. Diuiſerunt ſibi ueſtimenta eius mittentes ſortem ſuper eis quid quis tolleret. & ſic miſſa eſt ſors ſuper plures ueſtes. Dr̃ q illud dictum Marci debet ſic intelligi Diuiſerunt ſibi ueſtimẽta eius alia ſupple à tunica. mittentes ſortem ad ſciendum quis tolleret quid, i. illam tunicam. Et milites quidem hæc fecerunt. & ſedentes ſeruabant eum. Iob. decimono. Obſederunt in giro tabernaculum meum. & hoc ut dicit Auguſtinus. ut ueritas reſurrectionis & etiam mortis magis appareret. Secũdo Chriſtus deridebatur à plebe prætereunte, cuius occaſione dicit textus. Prætereuntes autem blaſphemabant eum mouentes capita ſua dicentes. Vach qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reædificas. ſalua temet ipſum. Si filius dei es deſcende de cruce. Hoc quod dicebant ſcilicet vach qui deſtruis tẽplum dei. &c. ſecundum Guillermum ad ſenſum moralem eſt uerum. Nam neminem in templũ Dei Chriſtus ædificat, quẽ non prius quoad ueteris hominis ædificium deſtruit. Sic dicit Symeon Luc. 2. prophetando. Hic erit in ruinam primo, deinde in reſurrectionem multorum. De tertio. ſ. illuſione ſacerdotum ita habet textus euangelicus. Stabat autẽ & populus expectans, & deridebãt illum principes ſacerdotum. Magna iniquitas deridere ſic afflictum contra illud Eccleſ. 7. Ne irrideas hominem in amaritudine animæ ſuæ. Hoc autem figuratum fuit primo per Noe, quem nudatum & inebriatum deriſit iunior filius, propter quod maledictes eſt. Sic Chriſtum in cruce nudatum & uino charitatis inebriatum irriſit iudaicus filius, propter quod ubique ſeruus eſt, ubique maledictus. Secundo figuratur per Michol filium Saulis. quæ deriſit Dauid eo quòd nudatus eſſet & ſaltaret coram domino. ſecundo Regum. ſexto. Propter quod ſterilis facta eſt. ſic ſinagoga dominum & regem ſuũ nudum & ſaltantem in cruce deriſit, propter quod omni bono ſterilis & filiorum ſpirituali procreatione omnino nũc caret. Et illudentes ad alterutrum cum ſcribis & ſenioribus dicebant. Alios ſaluos fecit ſe ipſum nõ poteſt ſaluum facere. Si Chriſtus Dei electus rex Iſrael eſt; ſe ipſum ſaluum faciat. Deſcendat nunc de cruce vt

videamus

*Deſcēdere de cruce. Propter multa nō deſcēdit dñs de cruce ad petitionē iudaeorum.*

videamus & credimus ei. Noluit tñ Chriſtus propter multa deſcendere. Primo ſecundum Guil. ꝙ petitio uidebatur irratio nabilis. Nam per blaſphemos iudæos peſſime allegabat diabolus dicens. Si filius Dei &c. q. d. Si filius Dei es mandatũ patris tui ne impleas. & pro regno eius & hęreditate tua reuocanda & reparanda certare deſinas. Vel ſi rex iſrael eſt, certare deſinat pro iſrael & cedat hoſtibus eius, vt ſit iſrael in diſſipationem & captiuitatem. Si rex iſrael eſt dimittat ſceptrum, quod utiq; crux eſt. Si rex iſrael eſt dimittat baculum cum quo pro iſrale pugnat. Deinde peruerſiſſime dictum eſt, & credimus ei ſi deſcendat. q. d. credimus ei ſi filius Dei eſt, ſi patris deſiſtat implere mandatum. Hæc Guil. Secunda ratio, qa hæc petitio dæmonis inſtinctu fiebat, ut redēptionē impediret. In glo. enim ſup Thob. in illo paſſu de exenteratione piſcis dicit̃ ꝙ dæmon ſtabat ſuper brachium crucis, & conſiderabat an Chriſtus aliquam peccati maculam haberet. vnde & dicebat dominus in cœna præcedente. Venit. n. princeps mundi huius. i. amatorum mundi, & in me non habet quicquam. Vt aũt cognouit eſſe filium Dei tam per patiētiam eius quàm qui impletionem ſcripturaum uoluit eum impedire. Aug. In iſtis uerbis iudæi uocem paternam inſequuntur. Diabolus dicebat. Si filius Dei es mitte te deorſum. & iudęi. Si filius Dei es, deſcende de cruce. Hiero. Vidētur mihi dæmones hoc immiſiſſe. Statim eñ ut crucifixus eſt dñs ſenſerunt virtutem crucis, & intellexerũt fractas eſſe vires ſuas. & hoc agunt ut de cruce deſcendat, ne faceret ſalutem quam inchoarat. Aug. In ipſa morte diabolus uictus tãquam in muſcipula eſcam accepit. Muſcipula diaboli crux domini. eſca qua capitur mors domini. Et hac ratione ſecũda ſumi debent duo documenta. Primum eſt, quantum debemus timere in nr̃a morte præſentiam dæmonis, qui etiam in morte Chriſti affuit ut uideret ſi qd in eo haberet. Secundum eſt, ne faciamus aliqua, quæ uidemus eſſe ex pacto dæmonis, licet etiam licita uideantur, quando dominus ad inſtinctum & uoluntatem eius deſcendere non uoluit. Confidit in deum, liberet eum ſi vult. Dixit. n Filius dei ſum. q. d. Si verum dixit, liberationem ſtatim à patre ſuo impetrabit. quia pater libenter filios ſuos liberat. Hoc enim dictum longe antea fuerat prophetatum. Sap. 2. Si enim uerus Dei filius eſt ſuſcipiet illum & liberabit illum de manibus contrariorum. & p illud. p̃s. Sperauit in dño eripiat eum, ſaluum faciat eum, quoniam vult eum.

Quarto illudebatur ei à latronibus. hĩc dictum eſt. Et qui cum eo crucifixi erant conuitiabantur ei. Idipſum & latrones, q crucifixi erant cum eo improperabant ei. O anima deuota contemplare nunc in cruce dominum Deum tuum ſic ab omnibus & maioribus, & minoribus etiam perſonis vilibus propter te deriſum & deſpectum, omnes eum derident, omnes ſubſanant; omnibus denudatur ueſtimentis. Nunc ergo ne ei illudas, ſed compatiaris in corde dominum tuum alloquens, & de ſtatu ſuo requirens, & ſtatim dicet illud p̃s. Factus ſum opprobrium illis, uiderunt me, & mouerunt capita ſua. Quæritur utrũ deriſio ſit peccatum? Ad hoc reſpondetur, ꝙ duplex eſt deriſio. Vna eſt circa malum, alia eſt circa bonum opus. Deriſio vero de malo opere quinq; modis fieri poteſt. vno modo propter bonum finem, puta ad correctionem alterius, & ad impediendũ malum actum, & ſic non eſt peccatum, ſi tamen diſcrete fiat omni diffamatione ſemota, puta ſi quis adoleſcentē derideret, uel propter indecentes geſtus corporeos ut aliis aſſueſceret, uel propter aliqua alia mala, ut in his uerecundaretur. Secundo, quando hoc alicui competit ex officio puta ad ſumendum experimentum de patiētia alicuius, ut fieri ſolet in ueſperiis magiſtrorum in theologia, & hoc etiam licet dummodo fiat abſq; diſcrimine famæ alterius, immo iſtę deriſiones ad laudē eius cui dicuntur poſſunt ordinari. Tertio mõ poteſt fieri deriſio non quidem approbando facta malorum, ſed per deriſionem reprobando, & hoc recreationis & lętitiæ, cauſa, & hoc dupliciter uel in uniuerſali loquendo; & ad neminem particulariter declinando, qui poſſit ex illa deriſione notari, ſicut ſæpe fit in fabulis ubi deridentur multa peccata ſtatuum non deſcendēdo ad particulares actus, & hoc modo ſi fiat cum uerbis honeſtis nõ eſt illicitum. Alio modo deſcendendo ad particularem perſonam, & hoc nõ eſt malum dũmodo hoc

*Deriſio Vtrũ deriſio ſit peccatũ.*



hoc ſit ſine diſcrimine famæ, ſicut ſi diceretur alicui prauo garſioni, ſicut talibus vulgo dicitur. O quàm tu es bonus puer, deridendo. Quarto deriſio procedere põt nullis ex iſtis cauſis ſed ſolum ex quadam leuitate loquendi indiſcreta, ſicut ſæpe cõtingit, & malum quod dicitur non uertit̃ in magnum alterius incõmodum, aut ſuæ famæ detrimentum, & ſic eſt tantummodo ueniale. Poſſet tamen eſſe tale damnũ, uel detrimentum ꝙ eſſet mortale peccatũ Hoc autem determinari non poteſt p artem, iudicari tamen poteſt conſiderando ſi talis deluſus rationabiliter & uoriſimiliter ex his grauiter iraſci deberet. Quinto modo poteſt fieri animo nocendi notabiliter aut diffamandi perſonam, uel tali deriſione diffamatur perſona, aut graue ſibi exinde ſequitur incommodum quod u dit deridens uel debuit præuidiſſe. & ſic peccat mortaliter deridendo. Si uero talis deriſio ſit circa bonum opus, hoc eſt dupliciter. Vel hoc fit circa bonum opus licet indiſcrete factũ. Vel ubi de indiſcretione timetur, ſicut cum aliqui nimis inſtant ſuis orationibus uel nimis replicant ſua uerba propter inattentionem, ne ſequatur capitis morbus, tunc ſi aliquis derideret eos ut ceſſaret indiſcretio, nõ maleageret, dum tamen hoc fiat cum bona intentione, & moderate & diſcrete ab his quibus competit ne cũ malo bonum eradicent. Si uero de bono actu irrideat ex inuidia, aut ut impediat, aut diuertat, aut ad impatientiam ducat notabilem, ſicut fecerunt crucifixores Chriſti, tunc grauiſſime peccant.

*Sermo ſecundus pomeridianus eiuſdem fer. 6. in paſſione domini & in ord. 245.*

*A. Paſſio Chriſti. Qui fuit maximus dolor in paſſione Xpi, & unde cauſabatur.*

HOc autem totum factum eſt ut adimplerentur ſcripturæ prophetarũ. Matthæi. 26. Quædam perſona deuota à domino ſibi (ut creditur) apparente deuote petiit. Quid eſt dñe ꝙ in paſſione tua maxime doluiſti? Reſpondit. Quando in cruce extenſus fui, ita ut omnia oſſa mea poterant dinumerari. Sed quęſo domine, vñ tantum dolorem habuiſti? Certe ex quattuor crucifixionis pœnam ponderaui. Primo ex conditione crucifigentium, & hoc quo ad ſeptem. Primò, quia gens religioſa quæ ſola legem meam habebat me perſecuta eſt, gens quæ uidebatur me diligere quęſiuit me crucifigere, & gens quæ nõ habebat leges meas ut pilatus magis impediebat crucifixionem meam, & magis intendebat ad liberationem meam. Sed dicemus. verum eſt domine ꝙ talis gens te perſecuta eſt. ſed non niſi populus rudis: immo certe gens inter omnes perfectior, & reputationis maioris, ut ſcribi & phariſei, & ſummi ſacerdotes in quibus putabat̃ omnis religio. Verũ eſt domine, ſed hoc non fecerunt niſi ſtulti, immo litterati, & quibus ſolis literãs & ſcripturas & ſapientiam dederã, & qui me per literas cognoſcebant. Sed domine non omnes hoc fecerunt ſed pauci fuerunt inter omnes, immo certe dicũt omnes ut crucifigatur. Sed fortè domine non feceras eis aliquas gratitudines, immo populus ingratiſſimus cui dederam prophetas, ſcripturas, coram quibus feceram multa miracula, quibus dederam terram deſiderabilem, propter qđ parauerunt mihi crucem. Sed dices, domine populus iſte non fuit multum diligens & uoluntarius ad hoc procurandum, ĩmo certe currebat de iudice in iudicem furibundus, & inualeſcebant uoces eorum ad exterminationem mei. Ad minus domine nullus de notis tuis ibi affuit, immo & proprius diſcipulus meus. Stabat enim & iudas qui tradebat eum cum illis, & ut breuiter in ſumma colligam, populus inter omnes religioſior in reputatione, populus perfectior magis literatus & ſapiēs etiam tota multitudo, populus cui maiores gratias feci, etiam meus proprius diſcibulus ad mei crucifixionem & exterminationem toto corde & opere laborauerũt, ergo o anima deuota ex omnibus his dñi ponderibus vnum effice dicens illud. Cãt. 1 Faſciculus mirræ dilectus meus dñs Ieſus mihi inter ubera mea commorabitur. ſcilicet in corde quod eſt inter ubera. Secundo ponderatur dolor ex parte conditionis perſonæ crucifixæ. Primo quia erat ſpecioſus forma præ filiis hominum, modo reputatus eſt cui non eſt ſpecies neque decor. Secũdo quia erat delicatiſſimæ naturæ inter omnes qui vnquã fuerunt, nũc vndique carne laceratus pendet in patibulo. Tertio nobiliſſimus inter omnes, qui vnquam fuerunt. Nulla fuit vnquã tribus ita

ita nobilis in qua fuerint tot patriarchæ, prophetæ, & duces, & quæ per tā lōga tēpora durauerit ſicut Chriſti tribus loquēdo de generatione temporali, ſed de generatione æterna nō eſt aliqua comparatio, nunc reputatus eſt nouiſſimus virorum. Erat quarto innocentiſſimus, in cuius ore non eſt inuentus dolus. nunc cum ſceleratis reputatus eſt. quinto erat famatiſſimus prædicator per uniuerſam regionem uita & doctrina famatus, nūc apud omnes ecōtrario diffamatus. Erat ſexto potētiſſimus qui vnquam fuit & in miraculorū operatione & in fortitudine ad liberandum. Luc. 23. Erat uir potens opere & ſermone. & Ioſephus lib. de antiquitatibus. Fuit in illis diebus Ieſus vir potens opere & ſermone. ſi fas ſit eum virum nominare. Nūc autem eſt uir dolorum & ſciens infirmitatem cui improperatur. Alios ſaluos fecit, ſe ipſum ſaluum faciat. Septimo reuerendiſſimus erat & in facie glorioſiſſimus, q tantum honoris ſuſceperat tranſeundo ꝑ portas aureas, nunc tranſit per eas maxime inglorius. iux. illud. Eſa. 52. Erit inglorius aſpectus eius, ſuper quem continebūt reges os ſuum, non quidem blaſphemādo ſed blaſphemos puniendo. Tertio ponderatur huius crucifixionis grauitas ex modo crucifigendi. Primo, quia patibulū ſuū portat. Secundo portando ab omni populo deridetur. Tertio potatur ibi felle & aceto. Quarto diſtenditur brachiis ut perducere poſſent manus ad foramina crucis. Quinto affigitur nudus. Sexto cum clauis Septimo totum corporis pōdus ſuper clauos eleuando ipſum ſuſtentatur. Quarto ponderatur ex confuſione ibidem habita. Nam crucifixus eſt in maiori regni ciuitate. Bethleem enim vicum paruum elegerat ad naſcendum, Hieruſalem ciuitatem magnam ad moriendum. Secundo in die feſto ubi conueniebant de omni natione, quæ ſub cœlo eſt, ut ubique diffamaretur. Tertio in meridie, ut omnis populus uidere poſſet. Quarto ducitur patibulum præcone reclamante ſcelera quę non fecerat. Quinto in loco pleno fętoribus & omnino abhominabili, ubi omnes proditores & homicidæ interficiebant. Sexto inter duos latrones quaſi latro crucifigitur. Septimo morte inter cæteras horribili necatur, & interficitur. Ibi enim fuit quaſi ꝑ tres horas pendens, unde continuo riui quattuor ſanguinis effluebant, quaſi quattuor fluuij à paradiſo dei, ita ut uere dicere poſſimus illud. ꝑs. Apud dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio. Quam redemptionem hodie de cruce depoſitam in gremio ſuo gerebat beatiſſima Virgo. Ad cuius gremium recurramus ut aliquid precij eiuſdem redemptionis accipiamus dicentes. Aue.

Sed quæritur utrum diem mortis Chriſti hodiernum debeamus cum lętitia & celebritate magna ſolēnizare, uel utrum debeamus lugere, & ſicut ſolitum eſt, ita arctisſime ieiunare? & videtur ꝙ ſine ieiunio debeamus ī hac die gaudere. quia hic dies eſt quem uidit Abraham, & gauiſus eſt quando in monte pro Iſaac immolauit arietem ſpinis hærentem. Ad hunc diem etiam tendunt omnia uaticinia prophetarum tanquam ad deſideratum diem redēptionis & liberationis eorum. Hoc enim totum factum eſt ut adimplerentur &cęt. Sequitur ergo ꝙ & nos debemus gaudere. Secundo, quia paſſionem apoſtolorū Petri & Pauli & aliorum ſanctorum celebramus nō ieiunādo, ergo hoc multo fortius fieri debet in paſſione domini. Tertio ait apoſtolus. Gal. 6. Mihi abſit gloriari niſi in cruce, igitur gloriandum eſt in cruce, & per conſequens maxime in die crucis. Quarto ſi ſpecioſa eſt in conſpectu domini mors ſanctorum eius, ſequitur ꝙ mors Chriſti erit precioſisſima, quæ eſt mors mortis. igitur cum ſanctorum mortes ſolenniter celebrentur, ſequitur etiam ꝙ mors Chriſti. Quīto quia eo die ianua paradiſi aperta eſt, ſolutum noſtræ redemptionis precium, & rex gloriæ coronatus eſt. ergo. Reſpondetur per quattuor ꝓpoſitiones. Prima eſt ſecundum rationale diuinorum officiorum, ꝙ hac die lugendū eſt non gaudendum pro Chriſti morte. Probat primo, quia dominus hodie ꝓ peccatis noſtris mortuus eſt. Eſa. 53. Propter ſcelus populi mei percuſſi eum ideo tunc debet homo peccator erubeſcere, quādo pro peccatis ſuis deus, ita ignominioſe tractatus eſt. Si enim uiderem aliquem propter mea delicta ſuſpenſum patibulo, & ad hoc ſe uoluntarie offerrentem, nō poſſem eum aſpicere ſic affixum quin ei compaterer, & lachrimas funderem, quāto magis

1 Mor ... Propter multa lugendū eſt pro morte ipſius non gaudendum.



gis cum uides dominum tuum hodie ſic pro te crucifixum? Secundo omnis creatura inſenſibilis hodie ingemuit pro ſaluatoris morte. Nā ſol inſenſibilis erubeſcēs radios ſuos retrouertit, quia obſcuratus eſt quaſi ipſum lugens aer tenebroſus factus, terra ꝑ delicti magnitudine tremuit, & petræ ſciſſæ ſunt, multo magis hō ī hac die pro quo paſſus eſt dn̄s triſtitia & luctum ꝑtendere debet ne lapidibus durior uideatur. Si enim oculus maioris mundi, ſ. ſol hodie uiſus ſit ſibi compati, quanto magis oculus minoris mundi. ſ. hominis debet propter hoc illachrimari? Tertio, quia hodie tota eccleſia in triſtitia uerſa eſt. Nam Chriſtus dominus triſtis fuit. iuxta illud. Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem. Maria etiam triſtis fuit. iuxta illud. Luc. 2. Tuam ipſius animam petranſiuit gladius. Similiter & apoſtoli, ac diſcipuli Chriſti. iuxta illud quod canit eccleſia. Triſtes erant apoſtoli de nece ſui dn̄i. Cum ergo eorum imittores eſſe debeamus, ſimiliter in triſtitia & luctu & compaſſione hūc diem peragimus. Quarto, q̄a licet eo die forte ꝓꝑ aliqua exultandū eſſet, tamen aliquid eſt quod hanc reprimit gloriā. ſ. noſtræ conſcientiæ cauſa propter quam imperioſa ſanctę trinitatis charitas hominem tantæ reuerentiæ tanteq; dignitatis, qui cum Deo vna eſt perſona, hominem innocentem & nihil morti debentē, eidem morti addixit. vnde apoſtolus. Ro. 18. Proprio filio ſuo non pepercit, ſed ꝓ nobis omnibus tradidit illum. Doleamus ergo ꝙ tāto domino tormentorū & mortis cauſa fuerimus. Quinto quia hoc ex domini dictis accipimus ut hac die gaudere iudæis relinquamus, & nos contriſtemur. Nam cum dixiſſet modicum & non uidebitis me. & iterum modicum & uidebitis me. Adiunxit. Amen dico uobis quia plorabitis & flebitis vos. mundus autem gaudebit. ſed triſtitia ueſta uertet̄ in gaudium. Et adhuc huic tantæ rei triſtitiam conuenire probabili exemplo confirmat dicens. Mulier cum parit triſtitiam habet, quia uenit hora eius. Cum autem peperit puerum iam nō meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundū. mulieri eccleſiā aſſimilat. quæ quia Chriſtum diligit quem ex deo patre genitum in naturā noſtram ſuſcepit, recte hac die illo moriente & per mortem & quaſi per partum in uitam æternam & immortalitatis gloriam exeunte, triſtitiā habet & clamat in utero habens & parturiens, & poſtquàm reſurrexit in æterno regno ſuo natus gauiſi ſunt diſcipuli uiſo domino. ſicut ipſe dixerat. Iterū uidebo uos & gaudebit cor ueſtrum, & gaudium ueſtrū nemo tollet à uobis. Sexto cum ipſe dixerit. Si quis vult uenire poſt me tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Vbi amplius poterimus eum ſequi ad ferēdum crucem quā ea die qua cruci affixus eſt? Hac ergo die triſtitiam regnet in nobis, crucem ſuam feramus, ferrum dominicæ paſſionis noſtram pertranſeat animam, claui manuū acpedum carnem noſtram configant. Secunda propoſitio arctiſſime ieiunandum eſt hoc die. quoniam dominus tunc ſitiit, & ieiunauit arctiſſime pro nobis. Vn̄ ait illud. ꝑs. Humiliabam in ieiunio animam meam. Non enim illo die comedit dominus aut bibit, niſi hora fere nona, quando accepit acetum, & ad ſpiritualem intellectum (ſicut dicit Aug. ſuper illud. ꝑs. allegatum) illo die non niſi vnicum latronem comedit, quē ſibi incorporauit. ergo imitando Chriſtum ſimilia agere debemus. Tertia propoſitio. Non eſt omnino ſimile de paſſione Petri, & de paſſione domini. vt inquit Altiſſio. 3. ſent. c. de ieiunio. quia proprie Petrus pro ſe paſſus eſt. Vnde & crucifixus eſt vultu uerſo in cœlum, ac ſi diceret. Ego patior pro regno cœlorum, ul illud habeam. Chriſtus uero paſſus eſt pro nobis non pro ſe. Vnde crucifixus eſt vultu uerſo in terram, ac ſi diceret. Pro peccatoribus patior. Et quia in illa die maxime apparuit quantitas noſtri peccati, pro quo oportuit Chriſtum pati. iō in illa arctius ieiunamus. Quarta propoſitio. Ideo ſanctorum mortes cum gaudio celebramus, quia ſancti immediate poſt martyrium uel mortem cœlos aſcēderūt. Chriſtus uero ad inferna deſcendit. Sed dum tartara fregit & ſanctorum animas ſecum eduxit, & tertia die reſurrexit, tunc die reſurrectionis maxime lætamur. Hinc eſt ꝙ paſſiones & mortes patrum ueteris teſtamenti nō celebramus, eō ꝙ poſt mor in inferna deſcendebant præterquam ſanctorum innocentium, eo ꝙ in ipſis ſingulis occiſus eſt Chriſtus, & ſeptem Machabeo

rum.

rum. quia propter legis obſeruationem paſſi ſunt inaudita ſupplicia ſupra ſanctos ueteris teſtamenti, & adhuc in iuuenili ętate, & ſancti Ioannis Baptiſtæ, eo q; erat initium noui teſtamenti. & quia forte illo die ſanctis patribus lumen affuturum, & per conſequens gaudium nunciauit. Ideo talibus eccleſia quaſi quodam priuilegio celebrat natalem glorioſum. Et cum dicitur quòd gloriandum eſt in cruce. hoc intelligitur ſecundum Altiſſiodoren. per dilectionem quam nobis exhibuit in cruce pro nobis patiendo, & q; in illa cruce omnes prophetæ inuenti ſunt fideles futurorum uates. Et hoc eſt quod dicit thema propoſitum. Hoc autem totum factum eſt &c. Nunc dicendum eſt de his quæ acta ſunt in curia Dei patris. Et circa hoc primo factum eſt, vt in cathedra crucis dominus Ieſus ſeptem uerbis glorificaret patrem. Secundo factum eſt ut ſignis & prodigiis glorificaretur à patre. Tertio ut glorificaretur ab homine. Circa primum aduertendum eſt, q; ubi dicebatur prius. Ieſus autem tacebat. Nunc dicitur. Ieſus autem dicebat. Eccle. 3. Tempus tacendi & tempus loquendi. Quod duplex tempus aduocatus noſter Ieſus Chriſtus optime & hodie ſpecialiter obſeruauit. Ipſe enim qui primo cauſam noſtram uenerat defendere ſecundum illud. Eſa. 63. Ego qui loquor iuſtitiam & propugnator ſum ad ſaluandum. Hodie in triplici curia apparuit. In ciuili coram herode & pilato. In eccleſiaſtica coram caipha & anna. Et in curia patris ſui. ſ. in cruce. In prima duplici curia tacuit. Nec mirum. Tum primo, quia non erat de eorum iuriſdictione. Ioan. 9. Si regnum meum eſſet de hoc mundo miniſtri mei utique decertarent &c. Tum ſecundo quia nolebat cauſam noſtram amplius prolongare, ut perueniret ad curiam patris. Non enim erat de aduocatis noſtris modernis, qui non quærunt niſi prolongare pauperum cauſas. In curia autem patris ſui. ſ. in cruce poſitus quæ eſt curia miſericordiæ efficaciter pro nobis locutus eſt. Singulæ. n. guttæ ſanguinis eius ſunt allegationes efficaciſſimæ pro nobis. Ad Hebr. duodecimo. Sanguis Chriſti melius loquitur, quã Abel. quia ille uindictam iſte miſericordiã. Xp̄s. n. erat tunc Eſdras ſtans ſupra gradum ligneum, in quo uetus renouat teſtamentũ, & nouum facit, in quo contra diabolum de ultimo & ſuperiori ſtatu locutus eſt. De cruce enim vſque in cœlum non eſt niſi vnus ſolus paſſus. ſ. mors. De quo etiã magiſtri & docentis exercuit officium, ut dicat illud Ezech. 18. In cathedra Dei. ſ. cruce ſedi in corde maris. i. in amaritudine cordis. Vnde Augu. Lignum pendentis factum eſt cathedra docentis. In hac autem cathedra ſeptẽ uerba protulit. Quorum primum fuit immenſæ clementiæ, cũ ait. Pater ignoſce illis. Non enim ſciunt quid faciunt. Ibi fons miſericordiæ fluit ſuper peccatores. Vnde in hac oratione tres actus excellentiſſimos charitatis dn̄s oſtendit. Primũ quia pro crucifixoribus patrem affectuoſiſſime rogauit, & hoc ſecure poterat quærere. quia mediator Dei & hominis manum poſuerat in ambobus uel inter ambos, ſcilicet patrem & hominem ſuper ſe, ſuſcipiens patris ſeueritatẽ, & hominis iniquitatẽ. iuxta illud. Eſaiæ. 46. Ego feci, ego ferã. Ac ſi diceret. Ego traham ad me fore factum hominis quaſi ego fecerim. Vnde poteſt dicere illud. Geneſ. 9. Pęnitet me feciſſe hominem, id eſt, pęna me tenet, quia hominem feci. Oſtendebat enim Chriſtus patri latus & vulnera quaſi expenſas querelæ antiquæ. Ac ſi diceret patri. Si de horum peccatis requiris, en pro eis meus ſanguis. Bernar. Miſeriæ domini multæ. Miſericordiæ etiã domini multæ. Vincent ne miſericordiæ miſerias? Magna illorum iniquitas, ſed nunquid non maior pietas tua domine? Multum per omnem modum. Nunquid reddit pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ? Foderunt foueam impatientiæ per multas occaſiones. Sed quid horũ fouea ad abyſſum manſuetudinis tuæ. Mira res. Ille clamat. ignoſce. Iudæi crucifige. Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleũ eius ſcilicet Chriſti, & ipſi ſcilicet iudæi ſunt iacula. O charitas patiens ſed compatiens, ſed benigna, quæ non ſolum uincitur à malo, ſed uincit in bono malum. Quomodo potabis domine deſiderantes te torrente uoluptatis tuæ, qui ſic perfundis crucifigẽtes te oleo miſericordię tuę? Secundum oſtendit quia orationi ſuæ lachrimarum effuſionem, & clamorem ualidum adduxit. Hebreos quinto. Qui in

E Paſſio Chriſti. Tacere. Quare Xp̄s tacuit in curia ciuili & eccleſiaſtica[?] i paſſione.

B Ori[...] Tres cha[...] [...] Pa[...]





diebus carnis ſuæ p̄ces ſupplicationesque ad eum qui poſſit illum ſaluum facere à morte cum clamore ualido & lachrimis offerens, exauditus eſt pro reuerentia ſua. Ex quo manifeſte apparet, q; ſuorum non obliuiſcetur amicorum, qui in tali caſu & tanta neceſſitate non eſt oblitus ſuorum perſecutorum. Tertio orationi allegationem & excuſationem adducit. Bernar. Ad hoc illi ſingulari peccato ignorantiã copulauit, ut ſub aliqua iuſtitiæ vmbra ignorantibus poſſet ignoſci. Ait enim. neſciunt quid faciunt. aut quia me neſciunt eſſe filium Dei. aut quia neſciunt quantam pęnam & culpam ſibi inferant, & mihi quantam coronam aut meritum. Hanc orationem in ſe reuoluens Chriſti ſponſa anima deuota, cum Anſelmo conſiderare debet quomodo ad locum deductus, ſupplicij myrrha potatur & felle. In cruce leuatur, irridetur, blaſphematur. Et ecce dicit. Pater dimitte illis. O uerbum magnæ patientiæ, magnæ dulcedinis, amoris, & indicibilis charitatis. O dulciſſimum pectus non ſuam attendit iniuriam, non pęnam reputat, non ſentit contumelias, non obliuiſcitur miſereri deus, ſed ipſis potius à quibus patitur, ille compatitur, à quibus vulneratur ille medetur. Vitam procurat à quibus occiditur, orat pro eis & non petit ultionem. Cur ergo formica, feſtuca, cinis, & puluis uindictam expetis, & remiſſionem protrahis, cum uideas regem gloriæ remittentem contumelias? Qualis ergo hic qui ĩ omnibus preſſuris nec ſemel os aperuit ſed nouiſſime uerbum benedictionis quale à ſæculo non eſt auditum, ſuper inimicos effudit. Quid hoc uerbo manſuetius? Quid benignius anima mea uidiſti? Ego domine tuæ maieſtatis adorator, non blaſphemator. tuæ miſerię cõtemplator non deriſor. Interpellet pro me tua dulcis humanitas. & dicat. Pater ignoſce illi. Sic igitur anima mea quid nunc in cruce agat percunctare. Et rn̄dedit illud Pſalmiſtæ. Pro eo ut me diligerent detrahebant mihi. Ego autem orabam. & illud Iob. trigeſimoſexto. Hęc paſſus ſum abſque iniquitate manus meæ, cũ haberem mundas apud Deum preces.

F Ora[...] Xp̄i [...]

Circa hoc quæritur an Chriſti oratio fuerit pro ſuis perſecutoribus exaudita. Et uidetur q; non. quia eorum multi remãſerunt in infidelitate ſua. ergo. Dicitur primo q; oratio Chriſti fuit exaudita pro omnibus pro quibus orauit. vt dicit Tho. 3. parte. q. 21. art. 5 ſo. ij. Propter quod & patris nomen orationi præmittit, ut ſe tãquã filium oſtendat debere exaudiri. Ber. Oratio quæ paterno dulceſcit nomine, omnium petitionum mearum impetrandarum mihi fiduciam præſtat. Dicitur ſecundo ſm̄ Bedam q; non orauit pro omnibus crucifixoribus ſuis. Non enim pro eis orauit qui per inuidiam & ſuperbiam eum quem filium Dei intellexerant negãtes crucifixerunt. Ideo poſt orationem cauſam ſubiunxit: quia neſciunt quid faciunt. Sed pro eis orauit qui zelum Dei habentes ſed non ſecũdum ſcientiam neſcierunt quid fecerunt. Erant enim ibi aliqui ſimplices & illitterati à ſacerdotibus iudæorum ſeducti, qui perſequebantur Chriſtum zelo legis. & pro iſtis orauit Chriſtus ſed non fruſtra quia vno die eorum conuerſi ſunt tria milia. alio die quinque milia. Ad quam etiam uocẽ multi iudæorum reuertebantur percutientes pectora ſua. Bern. Non poſſunt perire pro quibus filius orat ne pereant. pro quibus pater tradidit filium in mortem ut uiuãt. Tunc enim lampas Chriſtus in cruce ſuſpenſa & fracta, ſuper fractores miſericordiæ oleum effudit ampliſſime. Nec pro omnibus talibus ignorantibus orauit, ſed ſolum pro prædeſtinatis ad uitam. Secũdũ uerbũ in curia patris prolatũ fuit verbũ magne liberalitatis & magnificentiæ. Vñ dicit textus. Vnus aũt de his q pẽdebãt latronibus blaſphemabat eũ dicẽs. Si tu es Xp̄s ſaluũ fac temetipm̄ & nos. Iſte malus latro viſus eſt ſapiẽtior Iudæis, qa ſui nõ eſt oblitus. Addidit. n. aliquid pro ſaluta ſua. ſ. & nos qđ nõ fecerunt Iudæi. Reſpondens autem alter increpabat illũ Ambroſius ſuper Lucam. & Auguſti. de concordan. euangeliſtarum. li. 4. Alij euãgeliſtæ iudicunt duos latrones conuiciantes. Lucas vnum conuiciantem, & alterum corrigentem. Fortaſſe & ipſe prius cõuitiatus eſt & repente conuerſus eſt. potuit & pluraliter de vno dici ſicut & illud. Aſtiterunt reges terræ & principes conuenerũt in vnum. Solus enim rex herodes & princeps pilatus in actibus apoſtolorum aduerſus Chr̄m conſpiraſſe dicuntur. Quid

tio Chriſti facta p ſuis perſecutoribus fuerit exaudita.

autem uſitatius quàm ut dicat aliquis.iſti
ruſti ruſtici mihi inſultant,ſi unus inſultat
dicens.. Neque tu times Deum qui in ea-
dem damnatione es . Et nos quidé iuſte.
Nam digna factis recipimus.hic autem ni
hil mali geſſit.Vt dicebat ad Ieſum. Dñe
memento mei dum ueneris in regnũ tuũ.
Latro iſte ſolum habebat cor & linguam
quibus ſe iuuare poterat, & illa obtulit
Deo. Vnde ſex optima uerba protulit. Pri
mum redergutionis & correctionis cũ di-
xit.neque tu times deum. Secundum in-
ſtructionis,cum dixit.qui in eadem dam-
natione es. Ac ſi diceret. Saltem aperiam
tibi oculos,quos neque pœna crucis exci
tare potuit. Tertium fuit accuſationis,cũ
dixit.nos quidem digna factis recipimus.
Hic enim ſua confitetur peccata. Quartũ
fuit condemnationis innocentiæ Chriſti,
cum dixit. Hic autem nihil mali geſſit.Cõ
fitetur enim palam innocentiam morien-
tis, quem fugiebant apoſtoli qui eum ui-
derant miracula facientem. Quintũ eſt
humilis ueniæ poſtulationis,cum ſubdit.
memento mei domine. Sextum eſt diui-
næ poteſtatis confeſſionis, cum ſubdit.
Dum ueneris in regnum tuum. Non eñ
terrenum regnum ab eo quærebat, quem
morientem uidebat. Criſoſt. Credidit A-
braham Deo non in cruce poſito, ſed de
cœlo loquenti.credidit Eſaias,ſed ſeden-
ti ſuper ſolium excelſum.credidit Moiſes
ſed de medio ignis loquenti. Iſte uidit ſal
uatorem non in regali throno ſed in pœ-
na ſociatum latronibus. Videt in cruce pẽ
dentem,& orat quaſi in cœlis ſedentem,
uidet condemnatum, & inuocat regem.
Iudæi crucifigunt qui nouerunt legẽ,& ꝓ
phetas,& tu latro vñ talia philoſopharis?
Iſta ſex uerba ſunt ſex albi quos dedit la
tro Chriſto magno ſacerdoti iam exiſten
ti in altari crucis ad offerendum hoſtiam
Deo patri ſemet ipſum. ut ipſe latro eſſet
in ſuo memento. vnde ait. Memento mei
domine. Iſta ſex uerba ſunt idioma Chri-
ſtianorum,quod tamẽ obliuiſcuntur mul
ti. Nam tantum poteſt manere gallicus
cum theutonicis, ꝙ obliuiſcetur idioma
ſuum. Sic chriſtianus cũ malis & blaſphe-
mis ꝙ Chriſtianorum idioma perdet.

*F Latro bonus. Sex optima uer protulit bonus latro.*

Et dixit illi Ieſus. Amen dico tibi. Ho-
die mecum eris in paradiſo. In quo oſten
ditur curialitas huius pontificis qui pau-
perem ſcholarem in ſcholis ſuis, ſcilicet
crucis & ſociũ certaminis primo benefi
ciauit, & primam paradiſi præbendam ei
dedit. Nunquam enim aliquod promiſ-
ſum fuit ita cito ſolutum. Nunquam re-
gnem ita cito lucratum. Plus iuit latro
poſitus ſuper crucem in vno die, quàm in
nongẽtis & nonaginta annis Adã uel Ma-
thuſalem, immo ſecundum Auguſtinum,
non tranſiit per purgatorium. Crux enim
eſt equus licet dure tamen uelociter homi
nem portans in paradiſum. Sed q̃rit̃.quõ
potuit eẽ ꝙ illo die latro fuerit cũ Chri-
ſto in paradiſo, cum illo die Chriſtus fue
rit in inferno. Reſpondet Tho. in 4. diſt.
20 in expoſitione literæ, ꝙ hoc non eſt in
telligendum de paradiſo terreſtri, quia
paſſio Chriſti non reduxit ad illam para-
diſum,ſed ad cœleſtem. Dicitur ultra, ꝙ
ibi non capitur paradiſus pro cœlo empi-
reo, qui nullus ipſum ante aſcenſionẽ in-
trauit, ſed per paradiſum intelligitur ſta-
tum beatitudinis quem habent beati ubi-
cunque ſint. quia ubique habent Deum
præſentem cum deus ubique ſit. Glo. Eo-
dem temporis articulo quo peccanti Adę
Chriſtus paradiſum clauſerat, eundẽ tunc
latroni pœnitenti reſerat. Erat enim hora
ſexta & feria ſexta. Et ex hoc paſſu ſcriptu
ræ ſatis habet̃ quòd animæ purgatæ poſt
mortem immediate euolant ad cęlũ. Sic
ergo anima deuota cõſidera dominũ tuũ
inter iniquos deputatum ad unam ſolam
uocem latronis paradiſum promittentẽ,
ita ut ei dicere poſſis illud Abachuc.3. In
medio duum animaliũ cognoſceris, id eſt
duorum latronum dicetque tibi percon-
tanti de ſuo ſtatu illud Gene.49. Sum nũc
uelut aſinus fortis accubans inter tertios
id eſt requieſcens in lecto crucis. ſecũdus
inter tertios uel inter tres. Tertiũ uer-
bum fuit magnæ pietatis & beneficentiæ.
Propter quod ait euangeliſta. Stabant au-
tem iuxta crucem domini mater eius, &
ſoror matris eius Maria Cleophæ,& Ma-
ria Magdalenæ. Sed quæritur circa hoc,
quare dñs ita ordinauit ut circa mortem
ſuam hæc duo ſibi inuicem ſociarentur
crux & mater ipſius. Quidam deuotus cõ
templatiuus ad hoc quinque aſſignat ra-
tiones. Prima cauſa eſt ut per hoc oſten-
deret dominus ꝙ hæc duo ſunt principa-
lia noſtra ſuffragia. quia hæc ſunt quæ in-
uocata

*G Paſſio Chriſti. Quare Chriſtus in paſſione ſua [so]ciauit matrem cruci.*



uocata poſt Deum maxime iuuant con-
tra diabolum. In hoc enim oſtenditur ſi-
gnum dilectionis ſuæ, ꝙ tranſiens ex hoc
mundo ad patrem docuit ſuos quibus ſe
munire deberent. Crucem ideo perhorre
ſcit dæmon, quia ſemel uictus eſt in cru-
ce. Canis excalidatus timet aquam. Vnde
Ouidius. Tranquillas etiã naufragus hor
ret aquas. Cum autem ſacramenta ſint ar
ma militiæ Chriſtianæ, maxime ſunt ar-
ma ex virtute crucis, & propter hoc ma-
xime timẽtur. Ideo dicit ps. Turbabuntur
qui habitant terminos, ſcilicet inferni à
ſignis tuis, & Conſtantino dictum eſt, in
hoc vinces. ſ. in uexillo crucis oſtenſo:
Beatam uero Mariam timet quia recorda
tur quomodo per Euã totum ſibi acqui-
ſierat,& quomodo per Mariam totũ per-
didit, & quomodo ſibi dictum eſt à dño.
Inimicitias ponam inter te &c. Secun-
da ratio vt oſtenderet crucem & Mariam
eſſe quaſi duas arbores quæ portauerunt
diuerſis temporibus eũdem fructum. Sed
aliter & aliter. quia Maria portauit illum
fructum nouem menſibus. crux ab hora
ſexta uſque ad ueſperam. Item Maria por
tãuit ipſum ut fructum. crux non proprie
ut fructum ſed vt precium. item crux ipm
accepit à virgine, non virgo à cruce. & ſic
multum debet crux virgini. Sed etiã ali-
quid eſt quod virgo debeat cruci. Hoc.n.
ei debet, quòd & ſi à cruce non accepit ut
fructum accepit tamen ut precium. Et li-
cet crux eum uiuũ acceperit & matri mor
tuum reddiderit, gratiæ tñ non modice
debẽtur cruci, quia plus profuit mortuus
quàm uiuus. Valuit enim tunc in ſacrifi-
cium reconciliationis, in precium redem-
ptionis, in victoriam mortis. Per peccatũ
enim Adæ incurrimus Dei offenſam, nec
erat qui reconciliaret captiuitatem, nec
erat qui redimeret, in poteſtate eramus
diaboli, nec erat qui eriperet. Vnde ſigni-
ficatur Chriſtus per pellem. iuxta illud.
ps. Extendens cœlum ſicut pellem. Vbi di-
cit glo. quòd maior eſt uſus pellium mor-
tuis animalibus quàm viuis. Cœlum ergo
Chriſtus eſt, qui extẽſus eſt in cruce ſicut
pellis. Poſſet ergo de cruce conqueri vir-
go beata. Ipſa enim tunc erat arbor nuda
foliis & fructu deſolata. ut quaſi in ipſa
impleretur illud Eſa.1. Derelinquetur fi-
lia Syon quaſi umbraculum in uinea. Fu-
gerant enim apoſtoli, & Chriſtus in cru-
ce pendebat. Et quia uinea illa ſine fru-
ctu, ſine cuſtode derelinquebatur, forſi-
tan ei derelictæ prouidit dominus cuſto-
dem Ioannem. Stabat autem crux one-
rata & ornata fructu uteri ſui. Poterat er
go quodammodo dicere Maria. Quid ad
te crux de fructu meo? mihi debetur non
tibi. Tuum enim eſt ferre latrones, non
innocentem filium meum. Nonne hoc la-
tro proteſtatur ore ſuo? Nos (inquit) di-
gna factis recipimus, hic autem nihil ma-
li geſſit. De eo quem portaui dictum eſt
mihi. benedictus fructus uentris tui. De
eo quem portas dicitur. Maledictus om-
nis qui pendet in ligno. Myſterium ta-
men nouerat Maria, quæ rem tacita ex-
pectabat. Ad conqueſtum eius poterat
reſpondere. Non debes conqueri Maria,
confiteor quia tuus fructus eſt. Nam tu
uitis, ego torcular iuxta uitem. Ita enim
fieri ſolet. Vnde dicitur Matthæi vige-
ſimoprimo. Homo quidam plantauit vi-
neam. Et ſequitur. & iuxta eam ædifica-
uit torcular. Non ſemper manet uua in
vite. Neceſſe eſt ergo ut non ſuccenſeat
uitis ſi deportetur uua ad torcular, ſi pe-
dibus conculcetur. Sic eſt de filio tuo.
Reddam tibi filium tuum meliorem, glo-
rioſum, & immortalem, & miſeria mor
talitatis exutum, & erit tempus quando
bibes illud uinum defecatum ſuauiter, &
dicetur illud Prouerbiorum ultimo. Da-
te illi de fructu manuum ſuarum. Du-
dum habuiſti eum in uua, felicius habe-
bis in vino, quando dices illud Cantico-
rum primo. Introduxit me rex in cella-
ria ſua. Dicis præterea, quòd illum ge-
nuiſti, non ego, quapropter ad te ſpe-
ctat, non ad me. Sed nonne vlmus u-
uas ſuſtentat quas non genuit? Cur er-
go non feram quem non genui? Præte-
rea non habeo eum ut latronem, ſed quia
prædictum eſt de ipſo, & cum iniquis re-
putatus eſt. Creatura eius ſum ſi in me
dignatus eſt aſcendere, non fuit meum
contradicere. Sic ergo latrones teneo nõ
ipſum ſed ipſemet tenet. De quo prædi-
ctum eſt Cornua in manibus eius,& quo-
tiens uoluerit à me reſilire poterit.

Tertia ratio, ut oſtenderetur huma-
ni generis reparatio primæ ruinæ con-
uenire. Nam prima mulier ad lignum

H *Lignum uitæ. Maria ē lignū uitæ, ſimiliter & crux.*

mortis acceſſit, vnde mortem accepit. Decuit ergo ut ſecunda mulier ad lignum uitæ appropinquaret, in quo mortuus mundus uitam aſſumpſit, ut inde vitę fructum aſſumeret. Sic ergo crux erat lignum vitæ ſimiliter & Maria. In prima paradiſo erat tantum vnum lignum uitæ. In ſecunda uerò à Chriſto plantata ſcilicet in eccleſia duo ligna uitæ conſtituit. iuxta illud Apocalipſis ultimo. Ex utraque parte fluminis erat lignum uitæ. Flumen enim eſt mundus iſte continue mutabilis & fluxibilis, in quo uelut piſces natant homines in diuerſis ſtatibus, turbinibus & periculis. Extremitates uero ſunt lugentes in hoc ſæculo, & gaudentes in cœlo. Medij qui in mundo ſunt in riſu, & mundana lætitia (quæ pauca eſt & vmbratilis) perſeuerant. Sic ergo lugentes in extremitate fluminis lignum crucis habent à quo quotidie arripiunt fructus pœnitentiæ. expectant nihilominus in alio ſęculo Mariam ut ad fructum uitę perducat æternum. & ſic in hoc mundo crux, in altero Maria plantata eſt tanquam duo ligna uitæ. Virgo enim dicitur lignum uitæ, quia de ipſa uita accepit uitam. æterna corporalem. crux autem dicitur lignū uitæ. quia mors in ea mortem accepit. Non enim propter hoc diceretur lignum uitæ, quia ipſa uita accepit mortem, ſed potius lignum mortis, ſicut lignum ſcientiæ boni & mali. quia in eo uita accepit mortem, cum prius Adam eſſet immortalis, & mors tūc accepit uitam. iuxta illud Roma. quinto. Regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſem.

Quarta ratio, quare iſta duo ſocientur eſt, vt nullus currat ad vnū ſine reliquo. Fruſtra enim ille currit ad crucem qui deſerit uirginem. Fruſtra etiam alij currunt ad virginem qui deſerunt crucem, id eſt non agunt pœnitentiam. Vnicuique enim talium uirgo reſpondet. Quid à me petis? Dicit. Benedictum fructum uentris tui. Cui illa. Iandudam commiſi cruci ut ibi illum quæras. Ego poſtquam ipſa commēdaui eum cruci, non inueni niſi in cruce. Ideo etiam tunc aſtiti, & nunc aſſiſto cruci. Hanc autem cognationem & propinquitatem, & vnionem Mariæ ad crucem tria deſignant, ſcilicet pictura, ſcriptura, & dierum præcedentium paſcha ordo. Pingitur enim Maria iuxta crucem eo ꝙ in re ita fuit. Quadrupliciter autem depingitur. Primo pingitur grauida. Secundo ut infantem habens præ manibus. Tertio ſub cruce. Quarto ut Chriſtum tenēs in manibus à cruce depoſitum. & hæc in nobis quatuor bona ordinata deſignant.

I *Maria, Quid ſibi mult myſtice Maria pingitur uariis modis.*

Primum ex conceptus boni propoſiti, & huic reſpondet virgo grauida. Secundum fructus boni operis, & huic reſpondet ꝙ infantem tenet præ manibus. Tertium eſt quando opera noſtra bona contemnuntur à detractoribus & lacerantur, ſed ſuſtinemus, & tunc quaſi fructus uteri noſtro crucifigitur. ſicut dicit de Loth. ſecunda. Petri. ſecundo. Aſpectu & auditu iuſtus erat habitans inter eos, qui de die in diem animam iuſtam iniquis operibus cruciabant. Quartum eſt, quando poſt bona opera & poſt tribulationes ad contemplandum dominum conuertimur in beneficiis ſuis cogitando, & immorando, & ipſum amplectendo. & ſic in opere cōtemplatiuo dominum crucifixum ſibi cōpatiendo tenemus. Secundo hoc ſcriptura repræſentat. iuxta illud. Pſalm. Virga tua, & baculus tuus ipſa me cōſolata ſunt. Virga Maria, crux baculus, virga portans fructum, baculus feriens inimicum, virga conſolans, baculus ſuſtentans. Tertio ordo dierum hoc repræſentat. Non enim ſine cauſa cum ſexta feria ſit crucis, ſabbatum eſt virginis. Quis enim tranſiret de feria quinta ad ſabbatum niſi per feriam ſextam? & quis ad virginem niſi per crucem? & quis ad ſabbatum niſi per crucis laborem? & quis ad diem paſchæ, niſi per ſabbatum? & quis ad dominum niſi per virginem? quis ad filium niſi per matrem? Certe nullus.

Quinta ratio moralis. Hoc enim moraliter loquēdo factum eſt ad multorum commendationem. Primum ad oſtendendum, quòd carnis mortificatio non prodeſt abſque pura intentione mentis. Pura intentio virgo, carnis mortificatio crux. Secundum eſt quòd mundicia non ualet abſque compaſſione. virgo mundicia, crux compaſſio. Multos enim uidemus caſtos & ideo aliis auſteros. Coniungenda eſt ergo mundicia, & compaſſio. 1. Timoth. quarto. Exercitatio corporis ad modicum utilis eſt, pietas ad omnia ualet. Ideo Eccle. octauo. Ne deſpicias hominem auertentem ſe à peccato, neque improperes ei, quoniam omnes in corruptione ſumus. Cum uidiſſet ergo Ieſus matrem & diſcipulum ſtantem quem diligebat. Ex cruce Chriſtus agnouit matrem. Inde ſecundum Alexandrum Agnus ab agnoſcendo dictus eſt. quia ſicut agnus ſolo blatu matrem agnoſcit, ſic Chriſtus in paſſione ſolo interiori clamore matrem ſuam agnouit, & virgini commendauit. Ideo ut dicit ille doctor ter in miſſa dicitur Agnus. quia Chriſtus pendens in cruce primo patrem ſuum agnouit ei obediendo. Secundo matrem uirgini commēdando. Tertio genus humanum ipſum redimendo. Ibi enim ſe obtulit in ara crucis. Quaſi diceret eccleſia. Agnus Dei, id eſt, qui agnouiſti patrem, miſerere nobis. qui agnouiſti matrem miſerere nobis. qui redemiſti mundum dona nobis pacem, & patris reconciliationem.

Dixit matri ſuæ. Mulier ecce filius tuus. Hic ſecundum Bernardum Mariæ animā pertrāſiuit gladius paſſionis, qn̄ Chriſtus de cruce matrem alloquitur, & pro filio naturali adoptiuum donat. Vnde Bernardus. An non tibi plus quàm gladius fuit ſermo ille re vera pertranſiens animam. & pertranſiens vſque ad diuiſionem animæ & corporis. mulier ecce filius tuus. O commutatio. Ioannes tibi pro Ieſu traditur. ſeruus pro domino. diſcipulus pro magiſtro. filius Zebedei pro filio Dei. homo purus pro deo uero. Quomodo tuam affectiſſimam animā non pertranſiret hęc auditio, quando & noſtra licet ſaxea, licet ferrea pectora ſola recordatione ſcinduntur. Vnde Criſoſto. In paſſione Chriſti duo uidebis altaria. Vnum in pectore Mariæ. Aliud in Chriſti carne. Chriſtus carnem. Maria immolat animam. Optat quidem ipſa ad ſanguinē filij addere ſanguinem carnis ſuæ. & cum domino Ieſu corporali morte redemptionis noſtræ cōſummare myſterium. Sed hoc ſolius ſummi ſacerdotis erat priuilegium, ut cum ſanguine intraret in ſancta ſanctorum. In hoc tamen grauiſſime patitur pia mater, quia qđ filius corpore ipſa ſuſtinet corde.

K *Maria. Quare*

Sed quæritur quare dominus non uocat eam matrem ſuam, ſed mulierem. cū mulier videatur eſſe terminus importans corruptionem. Dicitur primo ſecundū Richardum ſuper 3. ſenten. diſtinct. prima. in expoſitione textus, quòd licet corruptas conſueuerimus uocare mulieres, tamen mundiſſima virgo mulier dicitur propter aliquam nominis rationem.

*Xp̄s uocauit Mariā ī cruce mulierē, & nō matrem.*

Dicitur enim quaſi molliens herum, quod Maria fecit, quia ipſe Deus auſterus in utero eius factus eſt manſuetiſſimus. Audi auſteritatē priorem. Leuit. vigeſimoquarto. Quicūq; blaſphemauerit nomē domini moriatur. Audi manſuetudinem. conſputus, flagellatus, irriſus, blaſphematus, crucifixus clamat dicens. Pater ignoſce illis &c. & hæc eſt vna ratio quare eam mulierem appellat. Aliam aſſignat rationem. nomē maternum nomen eſt teneritudinis & amoris uehementis. propter quod ſi eam matrem appellaſſet, multum nimis aggrauatus fuiſſet virginis animus. Dicitur ſecundo ſecundum eundem doctorem, quòd in hebræo hoc nomen mulier ſexum notat, non corruptionem. Geneſ. primo. Formauit coſtam quam tulerat de Adam in mulierem. Conſtat autem quod Eua formata eſt virgo, & non corrupta. Vnde Auguſtinus lib. primo de trinit. cap. 5. ſuper illud factum ex muliere. Quo nomine quis catholicus neſciat non priuare nomen virginitatis, ſed differentiam ſexus hebreo loquendi more ſignare uoluiſſe. Deinde dixit diſcipulo. ecce mater tua. Auguſtinus. Dicebat dominus: ecce mater tua. & mulier ecce filius tuus. Dum hæc pauca diceret. illi duo dilecti lachrymas fundere non ceſſabant. Tacebant autem ambo illi martyres, & præ nimio dolore loqui non poterant. Audiebant Chriſtum loquentem rauca uoce. Cruciat te domine Ieſu crux tua, ſed non minus mater tua. cruciat te dolor tuus, ſed non minus dolor eius. Non mirum ſi doles & condoles in deſolatione matris, in ſeparatione matris, in commendatione matris. Nunquam enim te deſeruit. non in infantia, non in adoleſcentia, non in iuuentute, nō in paſſione tua. Nūquam tibi defuit eius ſolatium ſed nec obſequium. lactat infantem. audit & ſequitur prædicantem, uidet & comitatur patientem, & omnia contemplatur opprobria. Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuam ſupple curam uel cuſtodiam. In quo docemur, quòd ſi-

cut dominus in tantis doloribus conſtitutus ſuæ mœitisſimæ matris curam gesſit, ſic afflictis parentibus in quocunque ſtatu ſimus, ſemper compatiamur. & in necesſitatibus ſubueniamus & eos honoremus. Quod enim prius mandauit dicens. Honora patrem tuum & matrem tuam, nunc opere & exemplo docuit agendum. Secundo docemur vt ſicut Ioannes ſemper Mariam quam in curam ſuam accepit, p ſe ipſum obſeruauit, ſic & nos eam quam in curam accepimus eccleſiam per nos, & non per alium debemus obſeruare.

Quartum uerbũ fuit intimatiuum magni doloris & anguſtię. pro quo facit tex. Et circa horam nonam exclamauit Ieſus uoce magna dicens. Hely hely lamazabatani. hoc eſt Deus meus, Deus meus ut q̄d me dereliquiſti. Poteſt hoc tripliciter exponi. Primo in perſona membrorum. ſ. totius generis humani, cuius naturam ſuſcepit Chriſtus eius miſeriam deplorãs. Peccantem enim primum hominem reliquerat. Deus proprio arbitrio non ſpecialiter adiuuans. reliquerat caſui in mortem nõ ſubleuans. reliquerat etiam propriæ fragilitati non ſuſtentans. ideo non poterat reſurgere. iuxta illud. Pſalm. Deus dereliquit eum, perſequimini, & comprehendite eum, quia non eſt qui eripiat. Secũdo poteſt exponi in perſona etiam membrorum Chriſti, quòd Deus dereliquit eum in membris ſuis, ita ut nullus tunc eſſet in uia ſalutis præter Mariam & latronem, quia ceteri erant in fide periclitati, ideo tunc longe erant à ſalute ſua quam operabatur in medio terræ. Tertio exponitur in perſona Chriſti. Poteſt enim eſſe dictum more locutionis humanæ. Nam ſecundum Gregorium nonnunquã conditor hominum uocem in ſe pasſionis humanæ ſumit. ut ibi. Pœnitet me feciſſe hominem. Sicut enim Deum pœnitere eſt ad modum pœnitentis ſe habere, ſic hic Deum derelinquere eſt ad modũ derelinquentis ſe habere. quemadmodum cum Deus tantis doloribus & pœnis hodie Chriſtum expoſuit, q̄ uidetur ſuam protectionem ſubtraxiſſe, & per hoc eum dereliquiſſe. Sic etiam de Chriſto dicitur Eſaiæ 53. Et nos reputauimus eum percuſſum à Deo & humiliatum. Vñ ſenſus eſt. Deus meus ut quid me tantis calamitatibus expoſuiſti ac ſi me derelinqueres? Licet. n. multi pp Deũ multa pasſi ſint, omnibus tñ Deus aliquid cõſolationis miniſtrabat, Chr̄m uero Deus totaliter dolori ſubiecerat ut doleret quantũ dolere poterat. Reſponſio ad hanc qõ. ſequitur in p̄s. Longe (inquit) à ſalute mea uerba delictorum meorum, quod poteſt dupliciter exponi. Primo. i. clamor peccatorũ eorũ, qui mei ſunt iure creationis, & q̄ de meo genere ſunt, clamantium crucifige. crucifige. Secũdo peccata membrorum meorum, & eorum clamor apud patrem exigit ut pro eis patiar, & ita ſim derelictus. Satisfaciebat enim propter omnium electorum multitudinem, cuius erat magna multitudo peccatorum. ideo magna fuit multitudo pasſionum & miſericordię Chriſti. Ideo clamor delictorũ membrorum ſuorũ longe faciebat eum à ſalute corporis ſui. Dupliciter tñ dñs aliquem derelinq̄t. Vno modo gratiã ſubtrahendo, & ſic non derelinquit hominem niſi prius fuerit derelictus ab homine. 2. Paralipo. 16. Si dereliqueritis me derelinquam uos. Secũdo modo cum in tribulatione poſito conſolationem ſuam non infundit. ſ. cum tribulatio multa eſt, & conſolatio nulla. cuius tipum gerit Chriſtus. Vnde Abach. 3. Ibi abſcondita eſt fortitudo eius, cornua ſcilicet crucis in manibus eius.

*L Derelinquere. Dupliciter Deus aliquẽ derelinq̄.*

Circa hanc Chriſti lamentabilem petitionem cõſideret anima deuota & uideat dominum ſuum in cruce pendentem, ab omnibus derelictum, in omnibus ſuis mẽbris acerbisſime patientem, & pro nobis ſatisfacientem. & eum contemplatiue adeundo de ſtatu ſuo interroga, & ſtatim reſpondebit illud. Pſalm. Tribulationem meam ante ipſum pronuncio. in deficiendo ex me ſpiritum meum, id eſt dico patri excesſiuum dolorem meum, dum deficit ſpiritus meus, uel uita mea. Et ſi ulterius quæratur quomodo domine eſt tantus dolor? Reſpondebit illud Trenorum tertio. Synagoga ædificauit in giro meo obſidionem ſupple militum & populi me cuſtodientium ne de cruce euaderem, & circũdedit me felle & dolore. Felle intrinſecus propter triſtitiam cordis uehementem, & dolore extrinſecus propter plagas corporis. Ideo orãdo patrem, bis geminat ly Deus propter illum duplicem dolorem.

Quidam



Quidam autem illic ſtantes & audientes dicebant. Heliam uocat iſte. Ceteri uero dicebant. Sinite id eſt expectate. videamus an ueniat Helyas liberans eum. Forte iſta dixerunt milites ignorãtes hebraicum. Vel ẽt iudæi uolentes Chriſtum infamare de imbecillitate ut ſua doctrina à populo iudicaretur nulla. Et licet intenderent Chriſtum infamare, non tñ infamauerunt eum. Sicut ſi quis puluerem ſuper caput ſuum in ſolem proiiciat, non ſolem deturpat, uel damnificat, ſed ſe ipſum, ſuper quẽ ſordes cadunt. ita tunc facta, & dicta crucifigentium quaſi ſupra ſe ad ſolẽ, ſ. Chriſtum ſunt proiecta. qui licet ipſum tunc deturpare intenderent & dãnũ inferre, tñ effectus dãni & contẽptus ſuper ipſos cecidit, licet in Deũ redundaret quãtum ad eorum intentionem. Quintum uerbum in cruce prolatum fuit inſinuatiuum magni amoris & animarũ zelotipiæ Poſtea (inquit textus) ſciens Ieſus, quia conſummata ſunt omnia vt conſummaretur ſcriptura, ſcriptura. ſ. libri gratiæ ſm̄ Guil. quam patientia Chriſti & humilitas in pelle eius. i. carne non atramento, ſed eiuſdem precioſo ſanguine deſcribebant. Dixit. ſitio. redemptionem. ſ. gloriã, & ſalutem hominis. Adhuc enim durat iſta ſitis, & ruſticus eſt qui negat ei potum. Cõmuniter dicitur alicui aſcendenti montẽ, bene lucratus eſt ad potandum in aſcenſu huius montis. Sic Chriſtus in aſcenſu mõtis potum lachrimarum tuarũ multo melius lucratus eſt. Tu uero multo citius diabolo das ad potandum, qui ſanguinẽ tuæ damnationis ſitit, & dominum tuum dimittis ſitire in nimio ardore ſitis, propterea non dixit eſurio, ſed ſitio. Ardentior enim eſt paſſio ſitis quàm eſuriei. Humana enim compaſſio cruciabat eum. iuxta illud. p̄s. Dolor meus renouatus eſt, concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis. Renouatus quidem eſt dolor eius in diſcipulorum & mulierum lamentatione. in miſerendæ matris inſpectione. in latronum blaſphemia. in iudæorum duricia. Et cor meum in terra corporis mei concaluit per ardorem dilectionis, quo ſitiuit ſalutem humani generis. Vas ergo erat poſitum aceto plenum, illi autem plenam aceto ſpongiã arundini imponunt, & yſſopo circumponentes obtulerunt ori eius, & dabant ei bibere Guillermus Pariſien. Sicut diabolus Chriſto quondam eſurienti lapides oppoſuit, ſic eidem ſitienti mirrham, & fel, vel uinum mirrhatum. Huius enim amaritudinis vini dati Chriſto triplex fuit cauſa. acetoſitas. fellis mixtio. mirræ additio. ſecundum aliquos enim dicitur (ut ait Nicolaus de lyra) quod acetum loco uini parauerunt domino ut citius moreretur. & milites ab eius cuſtodia expedirentur, qui tamen debebant eum cuſtodire quouſque expiraſſet. Aliter tamen uidetur dicere. Dicit enim quòd legitur in quodam libro hebraico qui apud eos intitulatur liber iudicum ordinariorum. q̄ quia Salomon dixerat Prouer. trigeſimo. Date ſiceram merẽtibus, & vinum his qui amaro ſunt animo, ut bibant, & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ. Ideo ſeniores iudæorum ſtatuerunt, ut condemnatis ad mortem daretur uinum aromaticum ad bibẽdum ut facilius toleraret pasſionem. In Hieruſalem autem erant matronæ deuotæ & compatientes, quæ hoc uinum & ſiceram id eſt potum inebriatiuum dabãt ex compasſione. Iudæi ergo ex nimia crudelitate moti tale uinum datũ pro Chriſto & aliis latronibus acceperunt ſibi, ſecundum quòd dictum erat. Amos. ſecũdo. Vinum damnatorum bibebant. & loco eius poſuerunt acetum. Vnde Criſoſtomus Si decem milia habuerimus inimicorum, & ſi inſanabilia pasſi ſumus, uidentes eos interfici flectimur. Hi uerò neque in his quæ uidebant facti ſunt manſueti, ſed ſeuiebant magis & inſaniam intendebant, & ſpongiam offerentes eum aceto potabant. Vnde clamare poteſt. Vinea mea electa ego te plantaui, quomodo conuerſa es in amaritudinem? Sextum uerbũ fuit notificatiuum magnæ redemptionis & iuſtitiæ. Subdit itaque euangeliſta. Cũ ergo accipiſſet Ieſus acetum dixit. Accepit dominus acetum, ut amaritudine ſua noſtram tolleret amaritudinem nos à malis eruendo. Hinc Ambroſius. Meas amaritudines bibit Chriſtus, & mihi donaret ſuæ gratiæ ſuauitatem. Prouerbior. ultimo. Guſtauit ſcilicet amaritudinem fellis, & huius exilij, & uidit quòd bona erat negotiatio dare animam in redemptionem pro multis.

*M Guſtare. Chriſtus. In guſtatione aceti x̄ps nos multa edocuit.*

In hoc tria habemus documenta. Primum ſm Auguſti. quia ſicut Chriſtus non dedignatus eſt pro nobis acetum guſtare ſed non ad plenum bibit, ſic nos ſuo exéplo diſcamus ſcandaloſos homines & acidos guſtare. i. pati & tolerare, ſed nequaq̃ bibere. i. corũ uitã & exépla nobis ĩcorporare, ſicut dñs noſter acetum non bibit, q̃a tales in corpus ſuum nunquã traiiciſtur. Secundum documentum eſt pro religioſis, ꝙ ſi eis apponatur cibus uel potus pœnitentialis uel minus ſapidus, recogitent Chriſtum felle & aceto potatum. Tertiũ docũmentum ꝙ ſiquis deuotionem nõ habeat, nec ſpiritualem ſaporẽ, illum acuat in aceto dominicæ paſſionis. iuxta illud. Ruth 2. Intinge buccellam in aceto. Condiat & affectiones ſuas cõſideratione preciosiſſimorum clauorum Chriſti qui gaziophili dicuntur vt redoleant in conſpectu domini. Conſummatum eſt. Hoc poteſt dupliciter exponi. Primo ſecundum ſcholaſticam hyſto. conſummatum eſt uitium humanæ corruptionis propter remedium ſanationis adhibitum. Totum enim fecerat pro homine quod debet medicus pro infirmo facere, qui primo dietam taxat. Secundo ſudorem procurat. Tertio minutionem facit. Quarto offert potionẽ. Sic ieiunauit Chriſtus. ſanguinem ſudauit. per totum corpus ſuum minutionem paſſus eſt, non reſtabat niſi amariſſimã bibere potionem. Ideo cum accepiſſet acetum dixit conſummatum eſt. Vnde ſecundum Alexandrum Hall. 3 parte. Sicut ab eleuatione incepit peccatum Adæ, & conſummatum fuit in comeſtionis delectatione, ſic initium reparationis fuit humilitas incarnationis, & conſummatio fuit in dolore paſſionis, cum bibit acetum dicens. Conſummatum eſt. Secundo exponitur conſummatum eſt, ſcilicet opus redẽptionis. Coram enim magno homine computantur expenſæ in ſumma non per partes. Primi parentes in prandio paradiſi terreſtris tantum expenderunt in eſu pomi, ꝙ totum genus humanum ſoluere non poterat. Solus Chriſtus in ſumma Deo patri computauit. Fuit enim ſummarius, qui omnia peccãta noſtra in ſumma ſuper lignum pertulit. Sed uſque ad potum aceti nondum erat perfecta ſumma. Omnia quippe membra ſuum dolorem, & ſuum pagamentum habuerant. oculi cum matrem uidebant anxiam, & cordis patientem martyrium. iudæos flexis genibus ſibi illudentes & diſcipulos fugientes. aures contumelias audiendo. nares fœtorẽ ſputorum patiendo. caput coronam ſpineam. manus & pedes crucifixionem. totum corpus flagellationem, & membrorum diſtenſionem. ſolum os liberum erat. Ideo guſtato felle habuit cum ceteris mẽbris ſuum pagamentum. Quia enim homo in omnibus membris ſuis Deum offenderat, volens dominus tollere omnem diaboli calumniam, uoluit in membris omnibus cruciari. Ideo dicit patri. Ioann. decimoſeptimo. Opus conſummaui quod dediſti mihi ut faciam. opus ſcilicet redẽptionis. Ac ſi diceret patri. Conſummatũ eſt, hoc eſt. Ecce pater mi ſummam omniũ dolorum meorum quam tibi pro humani generis redemptione offero. Et inde proceſſit quòd nos qui multos pſalmos & antiphonas ex eccleſię ordinatione dicimus, quos tamen uel uix ſine euagatione dicere poſſumus, in fine omnium illorum dicimus collectam, quę eſt oratio finalis. quę ideo ſic appellatur, quia ſicut Chriſtus poſt omnes dolores omnia in vnum ſummauit offerendo patri, ſic & nos poſt euagationẽ cordis in finali oratione nos debemus colligere, & ei offerre ſummatim quod petimus. Septimũ uerbum in cruce prolatum fuit explicatiuum immenſæ ſuauitatis & ſapientiæ. De quo ait euangeliſta. Et clamans iterum Ieſus uoce magna ait cum lachrimis & clamore ualido. Pater. in manus tuas commẽdo ſpiritum meum. In his ultimis uerbis domini quatuor conditiones ad ueram obedientiam requiſitæ tanguntur. Prima conditio eſt lenitas & diſcretio in præcipiendo cũ dicitur. Pater. Vnde Apoſtolus ad Eph. 6. Patres nolite ad iracundiam prouocare filios. Secundo exigitur à patre ſubditi hũmilitas. cum dicitur. In manus tuas. quod enim in manu habetur in uoluntate dicit haberi. Tertio requiritur intentio recta tã ex parte ſubditi, quàm pilati. cum dicitur. Spiritum meum. Quarto debet eſſe perſeuerantia. cum dicitur. cõmendo. quia animam in perpetuũ cõmendam Deo prĩ offertur. In his uerbis ultimis compleuit dñs teſtũ ſuum. Nam apoſtolis ſuis pacẽ reliquit.

R
*Conſummare.*
*Qđ Xp̃s cõſummauit opus noſtræ redẽptionis & ĩ ſumma obtulit Deo patri precium.*



*Teſtamentum Xp̃i iam expletum.*

reliquit. Ioan. 15. Pacem relinquo uobis. Iudæ ve æternæ damnationis. Mat. 22. Veh autem homini illi. ſuis crucifixoribus ueniam. latroni paradiſum. Mariæ diſcipulũ. ſpiritum patri, corpus cruci. eccleſiæ Mariam in matrem. omnibus Chriſtianis ſuã crucem. Augu. Lectum ſuum dimiſit Chriſtus omnibus diſcipulis ſuis. Quicũq; vult cum illo quieſcere in cœlo, iſto iaceat in lecto. moriatur in cruce, ſi vult crucifixũ pacatũ uidere. Tunc. n. erat tam arctus lectus mortis eius vt ibi uerificaretur illud. Filius hominis non habet ubi reclinet caput ſuum. Et eſt hoc domini teſtamẽtum. & quantum poſſumus in hoc mundo hoc teſtamentum adimplere debemus. ne forte dicatur nobis illud. p̃s. Nec fideles habiti ſunt in teſtamento eius. Debemus. n. in conſcientia noſtra & ad proximum pacem ſeruare, ut ſcimus diſcipuli Chriſti ueniam dare inimicis noſtris & detrahentibus nobis, paradiſum optare his qui nos perſequuntur, & temporalia more raptorum & latronum à nobis auferunt. Mariæ nosipſos & ſuo ſeruicio tanquam diſcipulos mancipare. & eam tanquam matrem noſtram accipere. corpus noſtrum quãdiu uiuimus in hoc mundo cruci pœnitentiæ affigere, & ſpiritum patri commendare.

P
*Paſſio Chriſti.*
*Xp̃i alte clamans circa mõ ſi aliqua nobis reliquit documenta.*

In his ultimis uerbis quædam accipere poſſumus documẽta. Primum eſt quòd in hoc ꝙ in anguſtia mortis alte clamauit ad patrem, docuit nos bonus magiſter quid in articulo tentationis, & ſpecialiter in agone mortis poſiti, agere debeamus. Tũc enim pater inuocandus eſt & uocandus, & ſibi ſpiritus commendandus, quia tunc maxime dæmones uerſantur circa nos, ſicut leones rugientes præparati ad eſcam. Sed dicet quis quomodo ad patrem uocabit qui nunquàm uixit ut filius? Dicitur ad hoc, quòd pius pater à quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur, peccatorem nõ reſpuit, nec dedignatur à peccatore uocari pater. immo peccatorem ſic clamare docet. Hieremiæ tertio. alloquẽs peccatricem animam. Frons meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. ergo ſaltẽ amodo uoca me pater meus es tu. Dic igitur confidenter. Pater in manus tuas.

Secundum documentum, quòd quantumcunque aliqui ſint iuſti & ſancti, nunquam tamen ſecuros ſe putent de diabolo, cum nec ipſum Chriſtum in cruce dimiſerit quin eum obſeruaret. Quid ergo præſumere poterit miſer homo, & fragilis niſi de morte Chriſti. Vnde Augu. lib. de cõtemplatione domini. Tota ſpes mea eſt in morte domini mei. Mors enim Chriſti refugium meum, meritum meum, ſalus uita, & reſurrectio mea. Et ſubdit. Nõ poſſum terreri multitudine peccatorum meorum, ſi mors domini in mentem uenerit, quoniam peccata mea illam uincere non poſſunt. Et hæc dicens emiſſa uoce magna emiſit ſpiritum, & ĩclinato capite tradidit ſpiritum. Emiſit ſpiritum non amiſit ſicut iudas & multi qui ipſum in morte amittunt. Tradidit etiam uoluntarie, quia ſicut dicit Iob 10. Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & iterum ſumendi eam. Non ſic multi à quibus extorquẽtur, ut patet de diuite & epulone. De quo Lu. 12. Stulte hac nocte &c. & ita qua hora primus homo peccauit, ſecundus expirauit. Primus homo peccauit poſt meridiẽ, ita ut eadem hora qua primus homo mortem huic mundo induxit, eadem hodie ſecundus Adam moriendo deſtruxit, & qua hora illi paradiſus eſt concluſus, eadẽ iſte paradiſum aperuit. Circa hoc quæritur Primo propter quid clamans uoce magna expirauit. Dicitur primo ꝙ hoc factum eſt ad inſinuandam humanæ ueritatem naturæ. Fuit enim hic clamor cum lachrimis, & orationibus. Secundo ad oſtendendum doloris ſui magnitudinem. Tertio ad oſtẽdendam uirtutem deitatis humanitati cõiunctam, ut informaret aſſiſtentes ad fidẽ. Alij enim in hora mortis præ debilitate ſpirituum tam fortiter clamare non poſſunt, quia ex defectu & neceſſitate moriũtur, ſed Chriſtus ſpontanea uoluntate. ideo tunc dedit voci ſuæ uocem uirtutis. In quo docemur, quòd ſi tantæ fuit uirtutis uox Chriſti morientis, ut uelum & petras ſcinderet, & monumenta aperiret, quanta erit uirtus uocis eius cum maieſtate & gloria iudicantis. Quarto propter aſtantium prouocationem & pœnitentiam & compaſſionem. Vnde Bernardus. In cruce aſcendit vbi eminentius uideretur. alta uoce clamauit ut nullus excuſaretur, & clamori lachrimas addidit, ut homo cõpateretur. Debet ergo nos clamor ille excitare ad compaſſionem & paſſionem eius

Q
*Clamare Quare Xp̃s clamauit uoce magna paulo añ q̃ expiraret.*

conſiderandam. Qui enim hic nolunt eam ſalubriter conſiderare, in iudicio uidebũt ſigna paſſionis, quæ iudicẽ præcedunt terribiliter, & tũc dñs requiret mortem ſuã ab his qui de beneficio paſſionis ei ingrati fuerint. Quinto ad oſtendendũ mortis creatoris & creaturæ ſuæ latam eſſe differentiam. Moriuntur ferè oẽs creaturæ ſuę quaſi mutæ, & nihil uel parum loquẽtes, quia tunc coram iudice accedunt, in quo uerba ceſſant, & ſola loquuñt opera. iuxta illud. ps̃. Laudent eam in portis. ſ. mortis opera eius. Sed Chriſtus moriendo alte clamauit. quia non ſolum opera eius, & ſanguis eius loquuntur ſed ẽt magno clamore efficaciter apud patrem intercedit ꝓ peccatoribus. Similiter mors noſtra debetur pro peccato originali. ideo in ſatiſfactionem noſtram non accipitur, quia debetur. Mors uero Chriſti cum peccato nõ fuerit obnoxius, pro ſuo peccato non erat debita ſed ſolũ pro noſtro. Ideo illud beneficium nobis attribuẽdo alte clamauit. Vnde Guillermus. Vox magna & clamoroſiſſima qua Deo patri pro nobis interpellans locutus eſt, mors eius eſt. Minoribus enim beneficiis quaſi uoce demiſſa ad nos loquitur. Illo uero ſingulari & ineſtimali mortis bñficio adeo clamat fortiter, ut etiam mortuos excitet, & dilectione ſua uiuificet. Secundo quęritur utrũ Chriſtus uiolẽter fuerit à iudæis occiſus? Et uidetur quòd non. quia Ioannis. 10. Nemo tollit animam meam à me, ſed ego pono eam. Ille autem dicitur alium occidere, qui animam eius tollit. ergo non à iudæis ſed à ſe ipſo uidetur occiſus. Vnde hic dicitur. tradidit ſpiritum. item illi qui ab aliis occiduntur, paulatim debilitata natura deficiunt. & hoc maxime apparet in crucifixis. Vnde enim dicit Auguſtinus quarto de trinita. Longa morte cruciabãtur ligno ſuſpenſi. Chriſtus autem clamãs uoce magna expirauit. Reſpondet Thom. tertia parte. q. 47. artic. 1. quòd aliquid poteſt eſſe cauſa alicuius effectus dupliciter. Vno modo directe ad illud agendum, & ſic iudæi eum occiderunt, quia ſufficientem cauſam mortis ei intulerunt cum intentione occidendi ipſum, & effectu ſubſequentem ſcilicet morte. quia ex illa cauſa mors ſubſecuta eſt. Alio modo indirecte, quia non impedit cum impedire poſſet. ſicut ſi dicatur quis alium perfundere, quia non claudit feneſtram per quam imber ingreditur, & hoc modo diceretur Chriſtus eſſe cauſa ſuę mortis & paſſionis. Poterat enim ſuam paſſionem & mortem impedire. primo reprimendo aduerſarios ut eum aut non uellent, aut non poſſent interficere. Secundo quia Chriſtus poteſtatem habebat conſeruandi carnem ſuam, ne à quocunque leſiuo inflicto opprimeretur. quod quidem habuit anima eo ꝙ uerbo eſſet vnita, & quia ipſa anima à proprio corpore non repulit nocumentum illatũ, ſed uoluit quòd natura corporalis illi nocumento ſuccumberet, dicitur animã ſuã poſuiſſe, uel uoluntarie mortuus. & ideo inter miracula eius computatur, quòd ſic clamans expirauerit. ut patet in dicto cẽturionis, & quòd tam cito obierit. Matth. vigeſimoſeptimo. Pilatus autem mirabatur ſi iam obiiſſet. Sicut enim eius uoluntate natura corporalis conſeruata eſt in ſuo uigore uſque ad extremum, ſic ẽt quando uoluit ſubito ceſſit nocumento illato. Hæc Thomas. Secundo principaliter Chriſtus glorificatur à patre ĩ ſignis & prodigiis multiplicibus. Sex autem inueniuntur fuiſſe talia ſigna. quorum primum explicat textus euangelicus dicens. A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram vſque in horam nonam, & obſcuratus eſt ſol. Tunc impletum eſt illud. ps̃. Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox. ſol cognouit occaſum ſuum, ſcilicet uerus ſol iuſtitiæ, qui cognouit quando debuit emittere ſpiritum ſuum.

Sed quæritur an iſta eclipſis fuerit vniuerſalis. Dicitur quòd de hoc fuit multiplex opinio. Vna Orige. dicentis, quòd illa tantummodo fuit in iudæa. & hoc per interpoſitionem nubium denſarum. Vnde Origenes ſuper Matthę. Sub Moyſe factæ ſunt tenebræ ſuper omnem terram Aegypti tribus diebus. omnibus autem filiis Iſrael erat lumen. Sub Chriſto autem factæ ſunt tenebræ ſuper omnem iudæam tribus horis. quoniam propter peccata ſua priuati ſunt lumine Dei patris & ſplẽdore Chriſti filij, & illuminatione ſpiritus ſancti. Fuit autem lumen ſuper reliquam omnem terram. Hæc Orige. Alia fuit opi. beati Dionyſij in epiſtola ad Policarpum, quæ dicit hoc fuiſſe per interpo-

ſitionem



ſitionem lunæ inter terrã & ſolẽ, ſicut ſolet fieri in eclipſi ſolis. & dixit ꝙ hoc vidit exiſtẽs in Aegypto. Vidit. n. lunã aſcendentem verſus meridiem & ſupponentem ſe ſoli, & ſic loquendo illa eclipſis non potuit eſſe naturalis ſed miracoloſa. Primo quia tũc erat plenilunium. Erat enim decimaquinta luna, & tunc à ſole diſtabat ꝑ diametrum cęli. Non enim poteſt naturaliter fieri eclipſis ſolis, niſi in coniunctione lunæ ad ſolem. Secũdum fuit quia trãſacta eclipſi luna rediit ad orientem, ita quòd in ueſpere fuit in oriente ſole exiſtẽte in occidẽte, & ſic orbes eorum ſunt ad priſtinum ſtatum reſtituti. Tertium fuit, quia pars orientalis ſolis primo fuit obſcurata & iterum illuminata. econtrario contingit in eclipſi naturali. Quartum ꝙ luna fuit ĩmobilis ſub ſole ꝑ tres horas. in naturali verò continue mouetur ſub ſole nec etiam eclipſis naturaliter durare põt per tres horas. Vnde de illius eclipſis miraculo Dyoniſius in epiſtola ad appollophanem qui ſecum illo tempore erat in Aegypto, poſtea ſic ſcripſit. Cum reperimus quia notiſſimum erat ſolẽ moleſtias pati non debere. aio ad te vaſte peritiæ ſacrarium. Adhuc neſcimus tante rei myſterium. Quid (inquam) ſpeculum doctrinæ apolophani his ſecretis aſcribis? Ad quæ tu mihi ore diuino & uon humani ſenſus ſermone. O bone Dyoniſi diuinarum permutationes ſunt rerum. Secundum hanc opinionem videtur etiam ꝙ illa eclipſis non fuerit vniuerſalis, & hanc opinionem Nicolaus de lira. Tertia opinio videtur eſſe Hieronymi & Criſoſtomi dicentium quòd illæ tenebræ factæ fuerunt per retractionem radiorum ſolis diuina virtute. & hoc uidetur dicere textus. Lucę. 23. Et ſol obſcuratus eſt. & ſecundum hanc opinionem fuiſſet eclipſis vniuerſalis. Vnde Criſoſtomus. O quam mirandũ erat ꝙ in omnem terram tenebræ factę ſunt, quod nunquam prius cõtingerat. Et huic opinioni conſentit Oroſius lib. 7. de ormeſta. ca. 3. Eadem (inquit) die ad horam diei ſextam ſol in toto orbe obſcuratus. terraq; nox ſubito obducta terris eſt. Et ſicut dictum eſt; Impiaque ęternam timuerunt ſecula noctem. Vſque adeo autem neque lunam lumine ſolis, neque nubes obſtitiſſe manifeſtum eſt, ut decimaquinta luna eadem die tota cęli regione interiecta longiſſime a cõſpectu ſolis abfuiſſe, & ſtellas tunc diurnis horis, vel potius in illa horrenda nocte toto cęlo fulſiſſe referatur. quod non ſolum ſanctorum euãgeliorum fides, ſed etiam aliquanti libri grecorum atteſtantur. Euſebius etiam in cronica aſſerit ſe legiſſe ꝙ tunc in bithinia quæ eſt in Aſia fuit magnus terremotus & maior ſolis obſcuratio q̃ vnquã fuerit, & ꝙ dies hora ſexta in tenebroſam noctem verſus ſit, ita vt ſtelle uiderentur in cœlo. Et hæc opinio vr̃ uerior, & textui cõformior. Sc͂dm prodigiũ apparuit in ueli templi ſciſſione. Vnde euangeliſta Et ecce (inquit) velũ templi ſciſſum eſt in duas partes à ſummo uſq; deorſum. Quale velum ſciſſum fuerit eſt uaria opin. Dixit enim Orig. ꝙ duo erant uela. Vnũ quod uelat ſancta ſanctorum. Aliud exterius ſiue tabernaculi ſeu templi. iſtud ſecundum ſciſſum eſt à ſummo uſq; deorſum, ad oſtendendum ꝙ myſteria quæ iã uelata erant, manifeſtabant. Primum autem uelum tunc auferetur cũ uenerit quod perfectum eſt. Hæc Orige. Vnde & nos nunc cruces, & reliquias, & imagines, & ſacra quæ uelata erant, detegimus. & ſ͂m Criſoſtomũ. Hoc uelũ erat ꝓcioſiſſimũ de purpura & byſſo. Huius opinionis vr̃ eſſe Richar. in 4. diſt. 43. in expoſitione textus. Dicit enim quòd duplex erat velum. Vnum inter clerum & populũ. & iſtud eſt fractum in paſſione. Significat enim quod his qui ſub lege erãt in litera latens euangelii veritas tecta, tunc detegebatur. Sed erat aliud uelum quod erat inter ſancta, & ſancta ſanctorũ. ſ. inter clerum & ſanctuarium, quod ſignificat uelamen mortalitatis noſtræ, per quod etiam ſub gratia poſitis cęleſtia occultantur, & hoc nundum eſt ſciſſum ſed uſque ad tempus reſurrectionis differtur, quia nunc litera occulta reuelata eſt, ſed mortalitas nunquam ablata. Hæc Richar. Et huic etiam uidetur concordare euangelium Nazareorum iu quo dicitur ꝙ tunc ſuperliminare templi mire magnitudinis fractum eſt, & audite ſunt uoces in aere dicentes. Tranſeamus ex his ſedibus. Hieronymus tamen & Remigius uidentur teſtari quòd utrumque uelum ſciſſum eſt. & ſecundum Hieronymũ duo uela ſunt duo teſtamenta, quorum quodlibet per mor-

tem

ſem Chriſti diuiſum fuit in duas partes ſ. in ſenſum ſpiritualem, & litteralem. Luc. 24. Tunc aperuit illis ſenſum vt intellſigerent ſcripturas. Hic quæritur quare primo facta fuerunt ſigna de cœlo. vt obſcuratio ſolis, & poſt mortẽ ſigna de terra. Dicitur quòd duplex eſt cauſa. Vna eſt quia ante mortẽ dominus ĩ cęlo maxime cognoſcebatur, ideo non eſt mirabile ſi lugebat mundi oculus, quando patiebatur eius factor & figulus. Poſt mortem verò eius noticia cepit dilatari in terra. Ideo etiam in huius ſignum facta ſunt poſt mortem ſigna in terra. Ante enim mortem cognitus eſt in cœleſtibus, ideo ante mortem ſigna luctus dederunt cœleſtia. poſt mortem à terrenis eſt agnitus, ideo etiã poſt mortem ſigna dederunt. Secunda ratio eſt vt iudæi omnino eſſent inexcuſabiles. Signa enim petierunt de cęlo, & ſignũ hic datum eſt eis; nec tamen crediderunt. Vt ergo haberent ante Chriſti mortem unde peniterent, & conuerterentur, dedit ſignum de cœlo. Tertium prodigium innotuit in terremotu & cõcuſſione. Hinc euangeliſta. Et terra (inquit) mota eſt, non ualens ſuſtinere dominum ſuum pendentem & morientem. Hoc autem ſignum erat (ut dicit Guillermus) quòd terrenus illus populus mouendus erat & concutiendus, & exturbandus à loco illo, & diſpergendus inter gentes. Nec enim poterat terra eos portare qui tale facinus ꝑpetrauerant in ſuum creatorem. Vel ſecũdum eundem hæc motio terrę ſignificabat quod per paſſionem eius mouenda erat terra de infimo peccati in ſublime cœlorum transferenda. Ideo bene de Chriſto dicit propheta. Dedit vocem ſuam magnam moriendo, & mota eſt terra.

Quartum prodigium apparuit in petrarum ſciſſione. Vnde & petrę ſciſſę ſunt, in ſignum conuerſionis gentilium qui lapides reputabantur eo quòd lapides colebant. & in ſignum quòd corda quantumcunque dura deberent compati Chriſto morienti. Dicitur enim quòd ibi adhuc oſtenduntur fracturę, vel ruptiones rupium vel ſaxorum. Vel ſecundum Guillerm. petra id eſt durities vel obſtinatio peccati frangitur. Eſt enim petra quæ vix malleis ſacrorum eloquiorum frangitur, & uix etiam Chriſti ſanguine ſcinditur, immo ſola Dei virtute uincitur. Criſoſto. Intende quanta ſigna fecit. hoc quidem e cęlo hoc autem è terra hoc autem in ipſo templo. Etenim irę Dei magnę erant quæ fiebãt, & furoris ſigna tenebre. ſciſſe petre. Velũ medium ſciſſum terræ concuſſio. multæ anguſtię ſuper abundantia erant. Auguſtinus. Cogitare libet quantus dolor tunc fuerit, quando dolebant ſic quæ inſenſibilia erant non lingua loqui nec mens cogitare ualebit quanto dolore tunc tenebatur anima Mariæ. Quintum prodigium claruit in monumentorum apertione. Et de hoc euangeliſta. Et monumenta (inqt) aperta ſunt, & multa corpora ſanctorum qui dormierant, ſurrexerunt, non tunc quãdo monumenta aperta ſunt, ſed in die reſurrectionis Chriſti, ut eſſent teſtes reſurrectionis eius. Et exeuntes de monumẽtis poſt reſurrectionem eius uenerunt in ſanctam ciuitatem & apparuerunt multis de quorum numero putantur eſſe illi qui ſe ſepelliri fecerunt in terre promiſſionis ut reſurgerent cum Chriſto. Et in euangelio Nichodemi dicitur quòd carnius & lẽtius filii ſancti Simeonis ꝗ ſuſcepit Chriſtum in vlnas ſuas, cum eo ſurrexerunt, & uenerunt in ſanctam ciuitatem, & apparuerunt multis &cæ. In hoc moraliter loquendo ſecundum Guillermum datur intelligi quòd peccatores qui in monumentis habitant id eſt in peccatis. ut demoniaci & furioſi. in hac ſancta die reſurrectionis debent exire de monumentis. id eſt de peccatis, & conſuetudine peccatorũ Multi ſunt tamen qui ſic faciunt ſed non bene qui per totam quadrageſimam habitant in ſepulchris & fetoribus peccati, nec cõfitentur vſque in diem reſurrectionis chriſti. Tertio hoc totum factum eſt ut glorificaretᷣ filius Dei ab homine. Primo ab inimicis eum iuſtificando. Secundo ab amicis eum ſepeliendo. Primo igitur glorificatur ab inimicis eum cuſtodientibus. Secundo a crucifigentibus. Tertio à deridentibus & pungentibus. De primis fuit centurio. De ſecundis plebs percutiens pectus. De tertiis miles lanceam mittens in latus. Primum itaque (vt ait textus) vidẽs centurio qui ex aduerſo ſtabat, quia ſicut clamãs expiraſſet, & viſo terremotu, & his quæ fiebant, timuit valde & glorificauit Deum dicens. Vere hic homo iuſtus erat



vere filius Dei erat iſte. Chriſtus multiplex habuit teſtimonium innocentiæ ſuæ in paſſione ſua. Primum à Pilato dicente. Nullam cauſam inuenio in homine iſto. Secundum ab vxore dicente Nihil tib & iuſto illi. Tertium à Iuda proditore dicẽte peccaui tradens ſanguinem iuſtũ. Quartum [à] latrone ſecum pendente dicente. Hic autem nihil mali geſſit. Quintum à centurione dicente. Vere hic homo iuſtus erat. In hoc articulo datur eruditio ꝙ myſteria dominicæ paſſionis videntibus & intelligentibus ſanctum timorem incutiunt, & eoſdem ad dominum glorificandum inducunt. De timore Eſaię. 19. Erit terra Iuda Aegypto id eſt tenebroſo peccatori in pauorem. Et Abach. 3. Domine audiui auditum tuum & timui, in medio duum animalium cognoſceris id eſt duorum latronum. Audiuit autem cẽturio & timuit. De ſecundis ſcilicet percutientibus pectora ſua ſubditur. Et omnis turba eorum qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud, & videbant quæ fiebant reuertebantur percutientes pectora ſua. In hoc articulo datur documentum, quòd non ſufficit tundere pectus, niſi etiam homo reuertatur à via ſua mala, vt dicit. reuertebantur percutiẽtes pectora ſua. Vnde Auguſtinus. Qui pectus ſuum tundit & ſe nõ corrigit peccata ſua ſolidat & non tollit. Hanc autem percuſſionem repræſentat ſacerdos in miſſa quando poſt rememorationem dominicę paſſionis dicit percutiẽdo pectus. Nobis quoq; peccatoribus &c. Tales fuerunt cocodrillo ſimiles qui hominem occidit & eum poſtea plorat. Sic iſti Chriſtum occiderunt, & poſtea pectora percutiunt. Hic aduertendum quòd Chriſtus in cruce clarificatus & glorificatus eſt ab octo. Primo à corporibus cœleſtibus quando retraxerunt radios ſuos. Secundo ab elementaribus quando terra cõcuſſa eſt, & aer tenebroſus factus eſt in plena die. In natiuitate enim Chriſti nox in diem verſa eſt. Vnde dixerunt angeli. Natus eſt uobis hodie. cum tamen eſſet nox. tunc impletum eſt illud. Pſal. Et nox ſicut dies illuminabatur. Sed paſſio domini, licet fuerit in meridie, tamen dies conuerſus eſt in noctem. Iuxta illud Amos. 8. In die illa occidet ſol in meridie. Tertio à corporibus mixtis. Et hoc dupliciter. Vel ab illis quæ concernunt eccleſiæ ſtatum, ut à velo templi. Vel à communibus mixtis, vt à petris ſciſſis, & monumentis apertis. Quarto clarificatus eſt à mortuis quando corpora ſanctorum ſurrexerunt. Quinto à uiuis nobilibus, ut à centurione. Sexto à ſimplicibus, ut ab his qui reuertebantur percutientes pectora ſua. Septimo à mulieribus quæ ſtabant à longe non dimittentibus eum. Octauo à Deo patre eũ glorificante, in miraculo effuſionis ſaguinis & aquæ à corpore iam mortuo.

R

Stabant autem omnes noti eius à longe, & mulieres quę ſecute eum erãt à galilea miniſtrantes ei hæc videntes. inter quas erat Maria Magdalenę, & Maria Iacobi minoris, & Ioſeph mater, & Maria Salomæ mater filiorum Zebedei.

*Crux pœnitentiæ. Qd plerũque uiris nõ curãtibus pœnitere, mulieres remanẽt ad crucẽ pœnitentiæ.*

In hoc oſtenditur primo quòd qui prope fuerunt in menſa Chriſti longe fuerunt ab eo exiſtente in cruce. Qui enim ſunt in delectationibus huius ſeculi permanentes longe ſunt ab abſtinentia, & patiẽtia chriſti. Secundo oſtenditur quòd crux penitẽtiæ mulieribus remanet, viris non curantibus pœnitentiam agere, quod hodie ꝑ magna parte uidetur. Ad vexillum enim eccleſiæ (quod eſt crux) viris fugientibus mulieres remanſerunt. Poterant enim dici diſcipuli caro, mulieres pellis tenera. vt poſſit Chriſtus dicere illud Iob. 19. Pelli meę conſumptis carnibus adheſit os meũ. Vñ & illud Kyrie eleyſon quod in tenebris multipliciter canitur ſignificat lamenta ſanctorum mulierum quæ dominũ ſequebantur, aut quæ lementabantur circa ſepulchrum. De tertiis inter quos erat miles lancea latus Chriſti percutiens locuturus euangeliſta præmittit dicens. Iudęi ergo quoniam paraſceue erat vt nõ remanerent in cruce corpora ſabbato. Erat enim magnus ille dies ſabbati, rogauerunt Pilatum vt frangerentur eorũ crura & tollerentur. Prima dies paſchæ qua crucifixus eſt Chriſtus ſolennis erat apud iudæos Secunda tamen dies ſolẽnior fuit pro tunc ratione ſabbati. Erat autem præceptum in lege vt cadauera ſuſpenſorum propter delicta uſque mane non eſſent ſuſpenſa, ne inde pollueretur terra. Iubebatur enim in lege non occidere ſolẽ in hominis ſupplicio. Deut. 21. licet. 2. Reg. 21. dominus reuelauerit quòd filij ſaul pro-

pter

pter peccatum patris manerent in cruce ſuſpenſi, ad oſtendendum quod grauius punientur peccata principum quàm ſubditorum. Venerunt ergo milites & primi quidem fregerunt crura & alterius q crucifixus eſt cum eo. Ad Ieſum autem cum veniſſent vt viderunt eum iam mortuum non fregerunt eius crura. In hoc notatur differentia religioſorum mortuorum & uiuorum. Oſſa enim viuorum mundo & non mortuorum non voluntarie obediũt, ſed extorquetur ab eis obedientia violenter, ideo fregerunt eius crura. In quibus enim viuit propria voluntas neceſſe eſt eorum contumaciam frangi malleo diſciplinæ. In quibus autem mortua inuenitur, facilis eſt ut non oporteat eorum crura confringi, id eſt voluntatem violentari. Oſſa enim ex natura ſua obediunt virtuti motiue, & portant membra æqualiter & ad magnifica & ad minus honeſta opera.

9 Apura lateris. Aptio lateris xpi multa ſignificat.

Subditur conſequenter. Sed vnus militum lancea latus eius apperuit & continuo exiuit ſanguis & aqua. Hæc lateris apertura multa ſignificat. Primo nouam chriſtianorum generationem. Chriſtus enim per mortem ſuam nos in lucem gratiæ & fidei edidit. ad ſimilitudinem puerpere cuius vterus diuiditur & mulier moritur vt fetus uiuificetur. Inde apertum eſt Chriſti latus. Vnde dicitur aperuit latus non vulnerauit. quia ibi oſtium vitæ apertum eſt. Et ſicut de coſta Adæ dormientis formata eſt Eua, ſic de latere Chriſti dormientis in cruce naſcitur eccleſia. Secundo ſignificat fluenta gratiarum & ſacramẽtorum virtutem ex paſſione procedere. Quandoque enim contingit quòd vnum magnum ſtagnum congregatur ex modico fonte, ſed quando dimittitur bunda & calciata rupta eſt, tota patria irrigatur, ſic ex paruo fonte Mariæ Chriſtus exiuit fluuius gratiarum. ſed in die paraſceues fuit calciata rupta, quando latus fractum eſt, & exiuit ſanguis & aqua ut dicat̃ nobis illud propheticum Eſaiæ. 12. Haurietis aquas ſcilicet gratiarum & ſacramentorum, cum gaudio de fontibus ſaluatoris ſcilicet de vulneribus Chriſti. Inde dicitur latus apertum, ſicut ſaccus uel burſa quando inde theſaurus extraheretur. Tertio ſignum eſt apertionis ianuæ cæleſtis. Ipſum enim erat oſtium. Ioann. 10. Ego ſum oſtium in ouili. Nunc autem factum eſt oſtium ut inde ſingulis pateat acceſſus ad patrem. Quarto ſignum eſt amoris noſtri quo cor eius confixum eſt. ſicut ipſe teſtatur Canticorum. 3. Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vt uulneraſti cor meum. Quinto repreſentat reconciliationem noſtram factam eſſe Deo patri Signum enim eſt quòd nuncius uel legatus vult tractare de pace, quando cuſpidem gladii cõtra ſe uertit, vel lanceæ ſuæ ferrum, & illud quod ledere non poteſt uertit ex parte eius cuius pacem tractat. Sic tempore paſſionis Chriſtus lanceam qua feriri & vulnerari meruerant peccatores in proprium latus conuertit. in ſignum quòd uolebat pacem inter Deum & hominem reformare. In corpore enim Chriſti erat apotheca omnium ſpiritualium chariſmatum, qua diſſipata & aperta tã in latere quàm pedibus & manibus tantus odor ſuauitatis ad Dei patris nares aſcendit vt poteſtatem iræ patris quã dinumerare nemo poterat, & cui nemo reſiſtere poteſt, dulcoraret. ita ut cum eſſet rex Chriſtus in accubitu crucis nardus ſua, id eſt humilis humanitas, dedit odorẽ ſuum. quem odorauit Deus & acceptauit. ſecundum illud Geneſ. 27. Ecce odor filii mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit dominus. Sed quæritur cũ claui & crux ſiue lignum dicantur ab eccleſia dulces, quare lancea qua apertum eſt latus ſaluatoris dicitur dira. Iuxta illud hymni. Mucrone dire lanceæ. Dicitur ad hoc quòd duplex eſt cauſa. Prima eſt quia crux & claui ſolum Chriſtum perſecuti ſunt. ſed lancea non ſolũ Chriſtum ſed etiam matrem eius transfodit, ita ut matri ſuæ non pepercerit. Ille enim eſt gladius pertranſiens Mariæ animam. vnde Bernardus. Vere tuam o beata mater gladius animam pertranſiuit. Alioquin non niſi eam pertranſiens carnem filij penetraret. Et quidem poſtea quàm emiſit ſpiritum tuus ille Ieſus. omnium quidem ſed ſpecialiter tuus, ipſius plane non attigit animam ipſa crudelis lancea, nec mortuo parcens, cui cum non poſſet nocere aperuit latus, ſed tuam vtique animam pertranſiit. Ipſius nimirum anima iam ibi non erat, ſed tua plane nequiebat auelli.

T Lancea. Cur lancea xpi dicitur dira & claui dulces.

Secunda ratio quia crux & claui perſecuti ſunt Chriſtum



uiuentem, lancea uerò mortuũ. Modo crudeliſſimum eſt perſequi mortuum. Si enim hoſtis uideat hoſtem mortuum pacatur & ſedatur furor eius, iſti autem non ſunt ſedati etiam viſa morte eius. ſed iterum in mortuum impegerunt. Ideo dicitur dira lancea, & in comparatione ad eã crux & claui dulces.

T Sacramẽta eccleſiæ. An ex latere Xpi dormienti manauerint eccleſiæ ſacramẽta.

Secundo quæritur an ex latere Chriſti dormientis in cruce manauerint eccleſiæ ſacramenta. Et uidetur quòd non, quia illud uulnus inflictum fuit corpori iã mortuo. ut patet cum dicitur. Ad Ieſum autem cum ueniſſent &cæ. Sed corpus Chriſti poſt mortem non erat alicuius gratiæ meritorium. ergo nec ab ipſo per illud uulnus manauerunt eccleſiæ ſacramenta. Oppoſitum dicit Auguſtinus. 15. de ciui. Dei. c. 26. Oſtium (inquit) in latere archæ profecto illud eſt uulnus quo latus crucifixi perforatum eſt lancea. Hoc quippe ad illum ingrediuntur ueniẽtes, quia inde ſacramenta manarunt. Dicitur primo cum doctore ſubtili. 4. ſen. diſt. 2. ar. 1. q omnis effectus ſacramenti eſt à Chriſto immediate inſtituente ipſum ſacramentum, quia ſolus Deus determinat ſe ad cauſandum effectum ſibi proprium, quia ſi ab alio determinaretur, iam eſſet cauſa ſecunda, ſed effectus ſignati per ſacramenta ſunt proprii ipſi ſoli Deo, ergo à ſolo Deo habent immediate ſuum effectum tanquam à principali cauſa. Dicitur ſecundo quòd ſacramenta habent efficaciam à Paſſione Chriſti tanquam a cauſa meritoria. Probat ille doctor, quia homini facto Dei inimico per culpam diſpoſuit Deus non remittere illã nec aliquod adiutorium dare ad remiſſionem uel conſecutionem beatitudinis, niſi per aliquod ſibi ablatum quod gratius acceptaret quã offenſa illa eſſet ſibi diſplicens uel ingrata. Nihil autem poteſt inueniri gratius toti trinitati quam ſit tota offenſa generis humani ſibi diſplicens niſi ſit aliquod obſequium perſonæ magis dilectæ, quàm tota illa communitas quæ offenderat per uniuerſalem offenſam, uel debebat eſſe chara ſi non offendiſſet. Talem perſonã ex ſe eductam non potuit genus humanũ habere. quia totum fuit inimicum eductũ de vna maſſa. ergo cõuenienter diſpoſuit trinitas pſonã ſic dilectã ſibi dare generi humano, ac ipſam ad hoc inclinare, ut trinitati offerret gratũ obſequiũ p toto illo genere. Talis perſona nõ eſt niſi Chriſtus, cui non ad menſuram dedit dominus ſpiritum charitatis. Ioan. 3. Et tale obſequiũ eſt illud in quo patet maxima charitas q eſt offerre ſe uſque ad mortem pro iuſtitia. Recte ergo trinitas nullum adiutoriũ contulit homini uiatori pertinens ad ſalutem, niſi in uirtute huius oblationis in cruce factæ à perſona digniſſima & ex maxima charitate, & ſic paſſio illa fuit meritoria cauſa effectus ſacramentorum & auxiliorum collatorum homini.

Tertio dicitur quod ſacramenta non fluxerunt ab illo latere tanquam à cauſa meritoria eo quòd tũc Chriſtus mortuus eſſet. Sed dicuntur ſpecialiter ibi fluxiſſe propter ſimilitudinem quandam expreſſiorem eorum quę ibi fluxerunt ad ſenſibilia quę ſunt in quibuſdam ſacramentis. Sanguis enim ſpiritualius aſſimilatur ſpeciei ſub qua eſt ſanguis in euchariſtia, & aqua ſpiritualius aſſimilatur materiæ baptiſmi, quæ ſunt duo principalia ſacramẽta. Et habetur iſte textus extra de cęlebratione miſſarum. in fin. vbi dicitur quod in illis duobus ſcilicet aqua & ſanguine, maxima duo ſacramenta redẽptionis ſcilicet & regenerationis relucent. Dicit̃ quarto ſm Richar. 2. ſent. diſt. 18. in expoſitione textus quòd licet baptiſmus ante paſſionem Chriſti fuerit inſtitutus, non tamen plenariam habuit efficaciam. Licet enim ante potuit delere culpam ſicut circuncisio, non tamen aperire ianuã. Apertio autem lateris Chriſti huius fuit ſignũ. Similiter licet ſacramentũ corporis Chriſti fuiſſet inſtitutum modicum ante hoc, tamẽ non reputabatur multum. Sicut enĩ dominus dixit Conſummatum eſt myſterium noſtræ redemptionis, licet nondum impleta eſſet pasſio, quia ſufficiens cauſa data erat conſummationis (ſicut de illo qui in prælio uulneratus domi moritur, dicimus q in bello occubuit. quia ibi cauſam mortis ſuſcepit). ſic iſta inſtitutio ſacramenti modicum ante pasſionem fuit propter memoriam pasſionis dominicæ ordinata. ideo ab illa ſuum effectum ſuſcepit plenarium. Et qui uidit teſtimonium perhibuit, & ſcimus, quia uerum eſt teſtimonium eius quia præſens erat, & uidit hoc factum. ideo eius teſtimonium erat efficax.

efficax ad credendum. Ideo ſubdit. Et ille ſcit quia uera dixit, ut & uos credatis. De ſe enim ibi tanquam de altero loquitur, ne uideatur ſibi gloriam quærere. Facta ſunt autem hæc ut ſcriptura impleretur. Exod. 12. Os non comminuetis ex eo. Agnus enim figuralis fuit figura expreſſiſſima paſſionis Chriſti, ideo ordinatione diuina cõſtitutum eſt, ut oſſa agni paſchalis non frangerentur, & ſic figura & ueritas correſponderent, quia ueri agni oſſa non ſunt in cruce fracta. Et iterum alia ſcriptura dicit de eius transfixione. Zach. 12. Videbunt in quem transfixerunt. Litera Hieronymi habet. Aſpiciẽs ad me quẽ confixerunt. Propheta enim loquitur in perſona Chriſti in prima perſona, ſed euãgeliſta refert ad Chriſtum loquens in tertia. & eſt eadem ſententia. Illa autem trãſfixio proprie fuit in lanceę uulneratione Sed hoc videbitur à iudæis in iudicio futuro, quia cicatrices uulnerum reſeruatę ſunt in corpoce Chriſti rẽſurgẽte non ſolum ad certificationem ſuæ reſurrectionis, ſed etiam ad conuincendum iudæos in futuro iudicio. Apocal. 1; uidebit eum omnis oculus & qui eum pupugerunt.

Secundo glorificatus eſt Chriſtus ab amicis eum ſepeliendo. Propterea enim dicit textus euangelicus. Cum autem ſero factum eſſet uenit homo. non pauper, quia (ut plurimum) pauper ſepeliunt, ſed diues ab arimathia quæ olim ramatha dicebatur ciuitate helcane & ſamuelis. cuius iſte erat dominus, ciuitate iudææ, uir bonus & iuſtus. Hic nõ cõſenſerat cõſilio & actibus eorum. nobilis decurio. i. de ordine curiæ, uel ſuper decem milites ordinatus, qui & ipſe erat expectans regnum Dei. Satis enim diuitiarũ habebat & poſſeſſionem, ſed hæc iuſto nihil ſunt in cõparatione ad regnum Dei quod expectat. Et audacter introiuit ad Pilatum. Erat enim iã ebrius ſanguine Chriſti. Homines autem ebrii libenter ſunt audaces. Et petiit ut tolleret corpus Ieſu eo quod eſſet diſcipulus Ieſu. non de 12. uel de 72. ſed de multis aliis credentibus. occultus autem propter metum iudæorum. Criſoſtomus. Prouiſum eſt cœlitus ut eſſet diues ut ad præſidem poſſet accedere. ut eſſet iuſtus. ut corpus domini mereretur accipere. Raro enim in hominem inueniuntur hæc quattuor iuncta ut ſcilicet ſit diues, nobilis decurio, id eſt curialis. & quod ſit bonus & iuſtus, & expectãs regnum Dei.

Pylatus autem mirabatur ſi iam obiiſſet & accerſito centurione interrogauit ſi iam mortuus eſſet. Hoc enim fuit neceſſarium ut haberetur certitudo mortis Chriſti propter futuros hæreticos. Et cum cognouiſſet à centurione, donauit corpus Ioſeph. Tum propter petentis reuerentiam tum propter Chriſti innocentiam ſibi notam. Tertio propter miracula ab eo uiſa & audita. In quadam autem hyſtoria legitur quod Ioſeph quinque annis ſeruierat Pylato. & pro ſeruitio ſuo petiit & obtinuit corpus Ieſu. Conſidera quãte dignitatis fuit iſte Ioſeph qui corpus Chriſti ſepelire dignus fuit. quantę fortitudinis q de inimicitiis iudæorum non curauit, ſed audacter ad Pylatum acceſſit. quãtæ charitatis qui nec crucis patibulum tũc execrabile abhorruit. Pilatus autem iuſſit reddi corpus. Pilato & carnificibus ſunt ſimiles ſecundum Guillermum. Primo multi qui ad dominum conuertuntur, ſolam tamen ſuperficiẽ ſuæ corporalis conuerſationis, & ſolam ſarpileram offerunt, non animam. Non enim reddiderũt Pilatus & milites animam, ſed corpus tantum. Sic illi corpus ſuperficietenus offerunt, ſed animam excludunt. Secundo eis ſunt ſimiles abbates & priores, qui de animabus ſuorum ſubditorum parum ſoliciti, iubent de cruce clauſtralis diſciplinæ corpora mira facilitate deponi. Tertio eis ſunt ſimiles iniqui iudices, qui aliquando inſtantia multa parentum aut pauperum uirorum iubent reddi corpora innocentũ facultatibus eorum detentis, & ſic nudum innocentem dimittunt. Iuxta illud Iob. 24. Nudos dimittunt homines ueſtimenta tollentes. Venit ergo & tulit corpus Ieſu. Venit autem & Nichodemus qui uenerat ad Ieſum nocte primum ferens mixturam mirræ & aloes quaſi libras centum. Ecce quomõ ſanguis Chriſti effuſus milites ſuos animauit, ita ut prodirent in publicum. Acceperunt ergo corpus Ieſu & ligauerunt eum lintheis in ſindone mũda quam mercatus eſt Ioſeph cum aromatibus, ſicut mos ẽ iudeis ſepelire. Ex quo inoleuit in eccleſia cõſecrare corpus chriſti in pannis non ſericis, ſed ex lino con-

tetisx,



textis. & ita inuenitur ordinatum à Silueſtro papa de conſecratione diſt. 1. conſulto. Et quia iſta aromata erant ordinata ad condiendum corpus Ieſu ut conſeruaretur a putrefactione. In hoc documẽtum habemus ſecundum Tho. 3. par q. 51. art. 1. in ſolutione cuiuſdam argumenti quod per amaritudinem penitentię aliquis in ſe Chriſtum conſeruat abſque corruptione peccati propter odorem aromatum etiam quæ bonam famam ſignant quam debet habere qui ſuſcipit Chriſtum. Secundum Hieronymum. Ille in ſindone mũda Chriſtum inuoluit qui mente pura eum ſuſcipit. Erat autem in loco ubi crucifixus eſt ortus, & in orto monumẽtum nouum quod ſibi Ioſeph exciderat ĩ petra. in quo nundum quiſquam poſitus fuerat. ibi ergo propter paraſceuem iudæorum quia iuxta erat monumentum, poſuerunt Ieſum. Primo poſitus eſt in orto, quia Adã ĩ orto peccauerat, ideo ibi honorabilis emenda delatata eſt. Secundo ponitur in monumento quod ibi erat exciſſum de petra ſecundum Hieronymum. quia ſi ex lapidibus multis fuiſſet ędificatum. Vel ſi in terra faiſſet defoſſum tunc ſuffoſſa humo ſuffoſſis fundamentis furto ablatus diceretur. Vnde & ſaxum magnum quod appoſitum fuit, oſtendit non abſque auxilio plurimorum potuiſſe ſepulchrum referari Tertio ponitur in monumento nouo (vt Hieronymus & Ambroſius dicũt) ne poſt reſurrectionem cæteris corporibus remanentibus reſurrexiſſe alius fingeretur. uel ſecundum Auguſt. ſicut in Mariæ uirginis utero nemo ante illum, nemo poſt illum conceptus eſt, ita in hoc monumen nemo ante illum nemo poſt illum ſepultus eſt. Per hoc etiam datur intelligi ſecundum Thom. 3. par. q. 51. arti. 2. in ſolutione ad quartum quòd per Chriſti ſepulturã omnes innouaremur morte & corruptiõe deſtructa. Secundum Orig. Chriſtus in ſindone munda inuoluitur, in monumento nouo ponitur & lapis magnus aduoluitur quia omnia quæ ſunt circa corpus Ieſu munda ſunt, noua, & ualde magna.

X Monumẽtum. Quare ĩ ſepulchro eſt in monumẽ nouo.

Quarto ſepultus eſt in ſepulchro alieno. & hoc ſecundum Auguſtinum in quodam ſermone ad oſtendendum quòd pro ſalute aliorum moriebaẽ. Secundum verò Theophilum oſtenditur abundãtia ſulceptæ paupertatis. Nam in uita domum non habuit poſt mortem quoque in alieno ſepulchro reconditur & nudus & exiſtens à Ioſeph ſepelitur. Et ſicut ſepulcrum nulli alteri mortuo fuit deputatum ſic uaſa in quibus reponitur corpus Chriſti nulli alteri uſui deputari debent. Et aduoluit Ioſeph ſaxum magnum ad oſtium monumenti & abiit. Et dies erat paraſceues, & ſabbatũ illuceſcebat. id eſt appropinquabat. A ueſpere enim iudæorum more incipiebat ſollenitas. Erant autem ibi Maria Magdalenę, & Maria Ioſeph ſupple mater. & mulieres ſubſecutæ, quæ cum ipſo ueuerant de Gallilea ſedentes contra ſepulchrum, quæ aſpiciebant ubi poneretur. Hodie fideles uiſitant eccleſias. propterea quia illa uiſitatio repręſentat uiſitationem apoſtolorum, & ſanctarum mulierum, quæ crebro uiſitabant ſepulchrum. & quia hodie Chriſtus in limbo omnes ſanctos à principio mundi uſque ad finem in propria uiſitauit, ideo hodie ſancti debent nobis eſſe ualde liberales, quia hodie liberati ſunt à Chriſto, & ingreſſi ſunt regnum æternum.

Et uiderunt monumentum & quemadmodũ poſitum erat corpus eius & reuertẽtes parauerunt aromata & unguenta. Licet enim Nichodemus ſufficienter detuliſſet quæ neceſſaria erant ad unguendum, tamen ex ſuperabundanti voluerunt ſuæ pietatis officiũ domino exhibere. In quo patet maior earum deuotio, quia etiam non indigenti obſequebantur. Et ſabbato quidem ſiluerunt ſecundum mandatũ legis. Exod. 20. In quo apparet deuotio illarum mulierum. O quantus luctus, quanta lamenta iſtarum piarum mulierũ, quãtus in corde dolor. Pie enim credendum eſt quod cum uellet Ioſeph ſepelire corpus Ieſu Mariam rogabat ut tolleret eum At illa non planctus irrationabiles faciẽs contendebat tergens cruenta uulnera ea deoſculando. Magdalena verò lachrimis ea irrigabat. Contempleris ergo o anima dñm tuũ mortuũ ſed vndique cruẽtatum in capite ſpinas. in auribus opprobria. in oculis fletum. in ore fel & acetum. in facie alapas & ſputa. in collo collaphos. in naribus fetorem. clauos in manibus & pedibus. flagella in dorſo. lanceam in latere. Et cum Anſelmo ſequere tu precioſiſſi-

mum

[...]num cœli, terrę que theſaurum. & porta vel pedes, uel manus, brachiaque ſuſtenta ſuſurrabit in auribus tuis dñs. Illud. Pſal. Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber ad exeundum & reſurgendum.

*Y Sepultura christi. Quare voluit Xp̄s ſepeliri.*

Circa hoc quæritur primo utrum cóueniens fuit dominus ſepeliri cũ hoc non uideatur nobis eſſe ſalutiferum. Dicitur ſecundum Thom. 3. par. q. 51. art. 1, quòd ſic. Primo ad comprobandum ueritatem mortis. Non enim alquis in ſepulchro ponit niſi cum de mortis ueritate cõſtat. Vnde legitur quòd Pilatus antequã commendaret Chriſtum ſepeliri diligenti inquiſitione cognouit eum mortuum eſſe. Secundo quia per hoc quod Chriſtus de ſepulchro reſurrexit datur ſpes reſurgendi per ipſum his qui ſunt in ſepulchro. ſecundum illud Ioan. 5. Omnes qui in monumentis ſunt audient uocem filij Dei, & qui audierint uiuent. Tertio ſepultus eſt ad exemplum eorum qui per morté chriſti ſpiritualiter moriuntur peccatis qui ſcilicet abſconduntur à cõturbatione hominum. Iuxta illud, Collo. 3. Et vita noſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Vnde & baptizati qui per mortem Chriſti moriuntur peccatis quaſi conſepeliuntur Chriſto per immerſionem. ſecundum illud Rom. 6. Conſepulti ſumus cum chriſto per baptiſmum in mortem, & ita ſepultura Chriſti quodammodo ualet ad ſalutem & doctrinam noſtram. Vnde ſuper illud Eſa. 53. Dabit impios pro ſepultura. dicit glo. id eſt gentes quæ ſine pietate erant Deo patri dabit. quia mortuus & ſepultus eos acquiſiuit.

*Z Sumptuoſitas ſepulchri. Vtrũ ſumptuoſitas ſepulchri xp̄i ſit approbãda.*

Secundo quæritur utrum ſumptuoſitas ſepulturæ Chriſti ſit approbanda, cum nobis in malum uideatur cedere exemplum. Reſpondetur quòd ſic. Primo hoc erat per prophetam dictum Eſai. 11. Et erit ſepulchrum eius glorioſum, ita ut quanto mors fuit abiectior tanto ſepultura glorioſior. Non enim potuerunt facere qui ipſum occiderunt quin mortuus honorifice ſepeliretur in quo deſignatur deuotio fidelium qui erant Chriſto mortuo ſeruituri. Secundo hoc factum eſt ſicut dicit euangelium quia ſic erat mos iudæis ſepelire. Vnde Auguſtinus ſuper Ioannem, monuit in huiuſmodi officiis quæ mortuiis exhibentur moré cuiuſque gentis eſſe ſeruandum. Erat auté illius gentis conſuetudo vt mortuorum corpora variis aromatibus condirentur, ut diutius ſeruarentur illæſa. Hinc & in 3. de doctrina chriſtiana dicitur quòd in omnibus talibus non uſus rerum ſed libido utentis in culpa eſt & poſtmodum ſubdit quod in aliis perſonis plerumque flagitium eſt in diuina uel prophetica magne cuiuſdam rei ſignum eſt. In quo apparet quod nimia pompa ĩ ſepulturis nõ eſt approbanda, niſi forte fieret in perſona diuina, vel cuiuſdam ſancti cuius honori & reuerentiæ non poteſt ſatisfieri. Tertio hoc factum eſt vt per honorem huius ſepulturæ poſt mortem informarentur qui conſepeliuntur Chriſto in mortem. quia cum mortui ſunt in hoc mundo, poſtea in æterna gloria, & honore requieſcent ſepulti. Roma. 6. Si mortui ſumus cum Chriſto, credimus quòd ſimul uiuemus cum eo. Altera autem die quæ eſt poſt paraſceuem. ſcilicet die ſabbati, conuenerunt principes ſacerdotum & phariſei ad Pilatum dicentes. Domine. Nunc primo uocant eum domine. & merito vt verò rege interempto in ſeruitutem alienigenarum redigerentur. Recordati ſumus quia ſeductor ille dixit adhuc viuens poſt tres dies reſurgam. Non enim ſufficit eis ſcelus mortis, niſi etiam poſt mortem in famam eius latrent vocando eum ſeductorem. Iube ergo cuſtodiri ſepulchrum uſque in diem tertiũ, ne forte ueniant diſcipuli eius & furentur eum & dicant plebi ſurrexit a mortuis, & erit nouiſſimus error peior priore. Rabanus. Ibi ignoranter verum dicunt. quia peior erat infidelitas reſurrectionis quam crudelitas paſſionis. Confitentur ergo plane quod fuit error in Chriſti nece. Ait illis Pilatus habetis cuſtodiam. Ite cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes munierunt ſupulchrum ſignantes lapidem cum cuſtodibus. In quo apparet eorum malicia quod non confidunt in cuſtodibus ſed etiam ſigillos ſuos ſuperaddunt. Sed nonne tunc ſabbatum erat, & ſic tranſgreſſi ſunt ſabbatum? Dicitur quòd maiora trãſgreſſi ſunt, ideo non oportet in iſtis minoribus excuſare. Vel forte tunc non erat ſeruile opus ſicut forte nec eſſet ſigillare litteras. In hoc habemus documentum quod ſicut Chriſtus ſepultus cuſtoditus fuit, ſic & nos in mente noſtra ſepultum firmiter

cuſtodire



cuſtodire debemus ne latrunculi. id eſt dęmones ſepulchrum cordis nr̄i ſubintrent & oĩa bona noſtra furent. Scd̄m documẽtum eſt ꝓ diuitibus qui exẽplo Ioſeph debent tegere Xp̄i nuditatem in paupere. & Xp̄m cũ aromatibus bonorũ operũ in ſepulchro cordis ſepelire.

*Tertius dominicæ paſſionis ſermo. & primus matutinus in ordine. 146.*

*A Incarnatio chriſti. Paſſio Chriſti. Quale beneficium fuit maius, incarnatio Xp̄i an paſſio.*

CORnua in manibus eius, ibi abſcondita eſt fortitudo eius, ante faciem eius ibit mors. Abachuc. 2. Cum incarnationis domini ſicut & paſſionis beneficio dominus magnitudinem ſui amoris oſtenderit quæritur quod illorum beneficiorũ eſt ad hominem magis ſui amoris declaratiuum. Et videtur quod incarnationis beneficium. Primo quia ſecundum Aug. lib. de natura & gratia. & recitatur à magiſtro. 3. ſententiarum. diſt. 12. In rebus per tempus ortis nulla maior gratia quàm quòd Deus homo fieret & homo Deus. Vbi autem maior ſit gratia. ibi maior amor oſtẽditur Iuxta illud Lucæ. 7. Cui plus dimittitur magis diligit. Secundo quia incarnationis myſteriũ & angelica voce & ſtella prædicante non latuit. ibi autem abſcõdita eſt fortitudo eius. Videtur ergo in ea vis amoris extincta. Ad oppoſitum eſt teſtimonium Chriſti. Ioan. 15. Maiorem ac dilectionem nemo habet, quam vt animã ſuam ponat quis pro amicis ſuis, immo & pro inimicis. Reſpondetur per tres propoſitiones. Prima propoſitio. In creaturis triplex exceſſiuus reperiſ amor, ad cuius proportionem Chriſti amor in paſſione ſupra modum declaratur exceſſiuus. Primus eſt amor viri & vxoris. ſed hunc ſuperauit amor Chriſti in paſſione. Patet. nam Hierem. dictum eſt. Vulgo dicitur. Si dimiſſerit uir vxorem ſuam, & recedens ab eo duxerit uirum alterum. nunquid reuertetur ad eam ultra? q. d. non. & ſubditur. Veruntamen reuertere ad me dicit dominus, & ego ſuſcipiam te. Non enim tantum diligitur vxor, quin ab ea neceſſe ſit quandoque ſeparari. Sed dominus etiã intantum dilexit naturam humanam, quod quamuis anima à corpore ſepararetur in morte, remanſit nihilominus diuinitas humanitatis partibus vnita. Qando enim duæ cordæ bene nodatę ſunt, quanto amplius trahuntur tanto fortius innodantur. Sic non obſtante paſſionis uiolentia ſemper remanſit etiam in morte noſtrę fragilitati coniuncta diuinitas. In cuius exẽplum ita innodati Deo eſſe debemus, quod pro nullo terreno etiam uita corporali debemus ab eo ſeparari. Res enim bene clauis confixa. citius laceratur aut rumpitur, quam frangatur, vt patet de pelle ligno confixa. Sic perſona clauis amoris Deo confixa, potius debet uelle irruptionem animæ à corpore quàm à Deo ſeparari. In cuius etiam exemplum potius elegit animam à corpore ſeparari, quàm de cruce deſcendere quamtumcunque rogatus. Et ſicut amor vxoris ſæpe maritum trahit ad illicita, quæ quidem mala videtur eſſe facto facilia. ſecundum Ariſto. ſecundo ethicorum dicentem quod contingit multis modis deuiare. Sic econuerſo tanto amor Chriſti oſtenſus eſt in paſſione quod ſicut adamas attrahit ferrum ad ſe, ita ẽt obſtinatorum corda ferrea ad ſe trahit. bona opera & difficilia operãdo. Secũdus amor maximus inuenitur matris ad filium, cuius quidem amoris magnitudinem excedunt anguſtię Chriſti. Eſaia dicente. 49. Nunquid poteſt mater obliuiſci infantem ſuum ut non miſereatur filio uteris ſui, & ſi illa obliuiſcatur ego tamen non obliuiſcar tui. In manibus enim meis deſcripſi te. Quemadmodum enim mater gignens filium ſępe ſcindit in uentre ut fetus viuificetur & moritur mater, ſic apertum eſt latus ſaluatoris ut nos Chriſtus in lucem ederet, & mortuus eſt Chriſtus ut uiuificati iuſtitię uiuamus, cuius liuore ſanati ſumus primo. Petr. 2. Et quemadmodum ſe ſuper filium extendit mater ne pio uerberetur à patre. & gallina alas extendit ſuper pullos, ne rapiãtur à miluo. ſic extenſus eſt Chriſtus in cruce ut diſciplina pacis noſtræ ſuper eum eſſet & duros ictus patris ſuſtineret uſque ad riuos ſanguinis, ne nos filii eius perpetuos ſuſtineremus cruciatus. adeo ut pius pater culpam ſerui in pęnam filij ordinaret. Iuxta illud Act. tertio. Deus autem prænunciauit per os omnium prophetarum pati Xp̄m ſuum, & ſic impleuit Vnde Bern. Dedit nobis corpus cũ membris, aĩam cum potentijs, mundum cum cõtentis, gratiam

HHH cum

cum ſacramentis, filiũ cũ tormentis. Hinc & Aug. Creauit me cũ non eram, redemit me cũ perierã. ad mortalẽ deſcendit, mortalitatem aſſumpſit, mortem ſuſtinuit, & à morte redemit. Quid ergo retribuã domino, pro oĩbus quæ retribuit mihi? Pro his aũt omnibus non habeo quid ei rependã niſi vt diligã. Quæ ergo mater adeo dilexit filiũ ut eũ ſuo ſanguine nutriret, vt etiam pro eo extrema mortis ſentiret? Amorem itaque maternũ Xp̃i dilectio longe p̃cellit. Tertius amor eſt animæ & corporis propter quorũ ſeparationem maxima inde conſtituitur agonia, vt etiam inde mors amara dicatur quem amorem lõge antecedit amor Xp̃i. De quo Hiere. 12. Dedi dilectã aĩam meã in manibus inimicorum meorũ. & Io. 10. Anima mea pono pro ouibus meis. & Rom. 5. Commendat Deus charitatem ſuam in nobis. qa cũ adhuc pctõres eſſemus pro nobis mortuus eſt. Tantus enim fuit eius amor, vt qui ſe fecerat oſtium paradiſi, in duo fruſta uel duas partes ſe ſecari permiſerit, quando alteram ſepulchrum alteram infernus excepit. vt oſtio fracto ad gloriam qui erãt diu expectantes introirent. Cuius figura Dan. 6. ſcribit̃. Nã rex p̃ Daniele poſuit cor vt liberaret eũ, & vſque ad occaſum ſolis laborabat vt eum eriperet. Sic Xp̃s ad liberationem generis humani cor poſuit ſe & corpus exponens ieiunando, orãdo, diſcurrendo, prædicando, vſque ad ſolis occaſum laborauit. In cuius ſignum dum vltro uolebat emittere ſpiritum, tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terrã. Ita enim eſt paſſionis domini magna fornax, ſic cor hominis incendens vt nullum adeo obſtinatus inueniatur qui ſi aliquandiu in paſſionis meditatione permanſerit quin in meditatione ſua exardeſcat ignis & concaleſcat cor eius. quemadmodum nec lignum ita viride aut humidũ aut frigidum perpenditur, quin in fornace illa protinus conſumatur, niſi forte is ſimili latroni videatur qui ſeſe liberantem à furcis patibulũ non diligit ſed & perſequitur & odit. Secunda propoſitio. Quamuis ex ſummo trinitatis amore Xp̃s incarnatus ſit, eius tamen paſſio & anguſtiæ maius ad nos amoris fuere indicium. Hoc autem ex duobus declarat Richar. in 3. ſ. di. 1. in expoſitione textus. Primo nam & ſi incarnatio non eſt pro te ſolo facta, incarnati tamẽ paſſio pro te ſolũ exhibita eſt. Non enim paſſione Chriſti indiguit vniuerſi perfectio quemadmodum incarnati uerbi myſterio. Iterum ſupra modum magis fuit amoris oſtenſio mori turpiſſime poſt afflictiones multas. 30. annorum quã ſolum incarnari. Nã in incarnatione humiliatus eſt Deus, ſed vſque ad creaturarum digniſſimam quæ eſt homo. in paſſione vero ad illud quod infimum eſt, & uſque ad creaturarum viliſſimam quę eſt pęna. Pœna enim non eſt natura ſed defectus. Et ita quamuis non pro te ſolo incarnatus ſit, pro te tamen ſolo paſſus eſt. Vnde Bernardus. Ego quod mihi ex me deeſt mihi vſurpo viſceribus Ieſu Chriſti. Nã miſericordia eius magna, nec deſunt foramina per quæ effluat. Foderũt (inq̃t) manus meas & pedes meos, latuſque lancea forauerunt. Per has rimas licet mihi ſugere mel de petra, oleũque de ſaxo duriſſimo. Videmus enim fetus ſerpentinos mẽbra pro capite exponere, non caput p̃ membris. Chriſtus autem quia non de ſemine ſerpentino procreatus caput noſtrũ iræ Dei ſe oppoſuit ex amore maximo pro membris. Tertia propoſitio. quamuis in paſſione domini abſcondita ſit fortitudo diuinitatis eius ſub veſtimento humanitatis, ibi tamen apparuit manifeſte fortitudo humanitatis in patientia & tolerantia tribulationis quæ ſupra hominem fuit, vt oſtenderet quod ſcriptum eſt. Apoc. primo quod dilexit nos & lauit nos in ſanguine ſuo. Quæ quidem dilectio licet cõplete oſtenſa ſit in paſſione, initium tamẽ ſumpſit in incarnatione in virginis vtero. ad quam gratia ſermonis dñi implorandam recurramus dicentes. Aue.

B Conſecrare. Quare die ueneris ſancta nõ conſecratur hoſtia.

Quæritur quare in die ſancta feria ſexta non conſecratur hoſtia. cum tamen illo die dominus ſacrificium obtulit immaculatum Deo uiuẽti & cum talis oblatio expreſſum ſit memoriale paſſionis dominicæ? Reſpondetur per tres propoſitiones. Prima eſt quod rationabili ex cauſa non conſecratur hodie hoſtia. Primo quia in miſſa ſolenniter fit ſacrificium, non eſt autem decens q̃ corpus illud quod flagellis ſpinis, & contumeliis, iſta die afflictum eſt debeat cum miſſarum ſolennitis illo die cõſecrari. Secundo quia tunc ablata eſt hoſtia de manibus noſtris & poſita in manus inimicorum. non ergo eam ſacrificẽt amici dum trucidãt inimici. Tertio quia Moyſes ait. Exo. 14. Vos tacebitis & alius. ſ. xp̃s pugnabit pro nobis. Torcular enim calcauit ſolus. ideo in hac die non eſt conficiẽdum ſed reſeruandum. Vnde ait. Singulariter ſum ego, id eſt ſolus offerens donec tranſeam. Ideo ad hoc repreſentãdum nõ cõſecrat eccleſia vſque ad diẽ reſurrectionis. Qđ aũt in ſabbato offert̃, hoc ad diem p̃tinet reſurrectionis. Inde dr̃ i cerei benedictione: Hæc nox eſt. & in collecta. Qui hanc ſacratiſſimam noctem gloria dominicæ reſurrectionis illuſtras. Antiquitus enim totum illud officium de nocte dicebatur. Quarto quia tũc ſolus ſummus pontifex Xp̃s introiuit in ſancta ad celebrandũ, ubi cũ claue ſuper humerum ſemel in anno introibat quę clauis crux eſt per quã nobis aperuit paradiſum. Iõ tũc eccleſia cõ celebrat, ſed ſuũ tm̃modo ſpõſum pro ea offerre dimittit. Quinto quia illo tp̃e fides remanſit in ſola virgine Maria, vbi in p̃latis & principibus eccleſiæ apoſtolis & diſcipulis omnibus defecit. ita q̃ tota eccleſia & eccleſiæ fides in uirgine reſeruata eſt. Iõ tp̃e nullus erat aptus offerre ſacrificiũ p̃ter ſummũ põtificẽ, cũ alii eſſent infideles. Iõ eccleſia ĩ huius cõmemorationem nullã cõſecrat hoſtiã vſque in ſeruiciũ noctis reſurrectionis. Sexto ſm̃ Boñ. 4. diſt. 12. Quia dominus illo die paſſus eſt in propria effigie nõ in ſigno & quia tota dies & totũ officium eſt memoriale paſſionis & in huius memoriam fit cõſecratio. Iõ pp̃ expreſſius memoriale ceſſat tũc eccl'ia à cõſecratiõe, ſicut ſuperueniente veritate ceſſat figura. Secũda p̃poſitio. Illo die nihilominus fit oblatio corporis Xp̃i à priori die reſeruata. ne ſecundũ Boñ. orõ dñicalis quæ quotidie & ẽt illo die dr̃ vacua fiat, in qua dr̃. Panem noſtrũ quotidianũ da nobis hodie. Quia enim ſemp̃ peccamus, ſemper indigemus illa hoſtia. Tertia p̃poſitio. Tũc tñ non reſeruat̃ ſanguis ſub propria ſpecie propter quattuor. Primo quia tunc licet corpus eſſet in cruce uel in ſepulchro in manibus noſtris, effuſus tamen erat ſanguis in terris, qui non niſi virtute diuina recolligi poterat. Ideo tunc ſolum corpus tractatur & nõ ſanguis. Secũdo nõ reſeruat̃ pp̃ periculum effuſionis & ẽt acetoſitatis, eo q̃ ita diu nõ põt vinũ reſeruari. Tertio ne credat aliquis ſub ſpẽ panis nõ eſſe Xp̃m integrũ. Crederetur enim q̃ ſicut corpus Chriſti erat ſeorſum à ſanguine q̃ etiam tunc eſſet. Iõ oblationem ſub ſpecie vini prætermittens, totũ corpus integrũ ſumit ſub ſpecie panis. Quarto quia ſanguis Xp̃i tũc nõ multum rigabat corda fideliũ, qui tunc horrebãt Chriſti ſanguinẽ effuſum. Non ſicut nũc quando impletum eſt illud Oſeæ. 4. Sanguis ſanguinem tetigit. quando ſanguis Xp̃i ita tetigit ſanguinẽ ſanctorum martyrũ ut nihil reputarent ſanguinem fundere pro Xp̃o. Hodie vero effuſo ſanguine eius territi ſunt fideles, & ſicut per ſanguinis effuſionem tollitur vita, ſic per ſanguinẽ iſtũ effuſum ablata eſt mors & ideo dum cornua in manibus eius ibi abſcondita eſt fortitudo eius, ante faciem eius ibit mors. Circa thema propoſitũ tria dicturi ſumus. Primo quomodo & qñ abſcondita eſt fortitudo eius. Secundo quomodo cornua crucis in manibus eius. Tertio quomodo ante faciem eius mors receſſit & damnata eſt. Circa primam partẽ dicemus. Primo quomodo abſcondita eſt fortitudo eius in orto pauperum, qui communiter clauſus non eſt, propter quod dñs ĩ ipſum tanq̃ apertũ introiuit ipſe & diſcipuli eius. Secundo quomodo abſcondita eſt in domo diuitũ. ſ. Annæ, Cayphæ, Pilati, & Herodis. Hymno igitur dicto exierũt in mõtem Oliuarum. In ſignũ cuius dicit Beda. Laici vel ẽt eccleſiaſtici anteq̃ ad ſua opra laica uel eccleſiaſtica contẽplationis & ſtudii exeant debent dicere hymnũ Deo. Nullũ arduũ opus abſque orõne præuia aggrediẽdũ eſt. pſ. Qũo dicitis aĩæ meæ, tranſmigra in mõtẽ &c. Paſſer abſq; hoc q̃ canat de valle in uallem tranſmigrat. Multi enim nõ ex deo aſcẽdũt ad dignitates & illic nõ perdurant quia ſicut paſſer abſque diuini noĩs inuocatione tranſmigrant. Egreſſus eſt igitur Ieſus cum diſcipulis ſuis trans torrentem cedron vbi arat ortus, in quẽ introiuit ipſe & diſcipuli eius. Sciebat aũt & Iudas qui tradebat eum locum, quia frequẽter Ieſus conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis. Egreſſus eſt itaque dominus Ieſus trans torrentem cedrõ propter quattuor. Primo quia aptus erat locus ille ad ipſum

C *Paſſer. Qũo ſine Dei adiutorio multi ad dignitates tranſmigrant.*

D Egredi. Quare dñs egreſſus ẽ trãs torrẽtem cedron.

ſum capiẽdũ ſine turbis, quod affectabat
proditor ſuus. Vt ergo ſe ſponte oſtende
ret pro nobis, ad mortem tendere, ſponte
venit ad ortum in quo captus eſt. Iſte eſt
dauit qui. 2. Reg. 15. traſgrediebatur tor-
rentem cedron flens & operto capite pro-
pter filium ſuum, id eſt propter hominẽ.
Iſte eſt iudas qui aduerſus Timotheum
prius tranſiuit torrentem paſſionis & qui
dem tunc potens potuit aduerſos inimi-
cos ſuos. Iſte eſt Helyas qui de torrente
in uia bibit. Hunc aduentum quondam de
ſiderabat eccleſia. Cantico. quinto. Ve-
niat dilectus meus in ortum ſuum. Venit
enim ad locum florum non in tẽpore flo-
rum ipſe flos humanę naturæ, vt naturam
noſtram non florentem refloreſcere face-
ret, & vt ibi caperetur ad pœnam, vbi
fuit primus homo captus ad culpam. Se-
cunda ratio eſt allegorica. Ad ſenſum
enim allegoricum inter veterem & no-
uum hominem hæc eſt diſtantia ſecun-
dum Guillermum, quod vetus homo ſem
per egreditur. Sic dicit Caym ad Abel
fratrem ſuum. egrediamur foras. Sic
egreſſa eſt Dina ut videret mulieres regio
nis illius. Egreſſus eſt Abel & occiſus eſt.
egreſſa dina & corrupta eſt. egreſſus eſt
Chriſtus in hoc ueteris hominis formam
geſtans & captus eſt. Egreditur enim ve-
tus homo quando per viſibilia magis ac
magis ſpargitur. Tranſit autem torren-
tem cedron in quo non vult immorari,
neque vult de illo bibere fugiendo tribu
lationes, uel ſi bibat hoc eſt ut ueniat in
uillam gethſemani, quæ interpretatur
uallis pinguium. id eſt diuitiarum & deli-
ciarum. Hæc enim ſunt quibus paſcitur
uetus homo, & dum his paſcitur, à cater-
ua uitiorum & demonum comprehendi-
tur. Locum enim torrentis vbi deberet eſ
ſe refugium & ſecuritas declinat totis vi-
ribus & ad locum ſuæ captionis & mor-
tis toto impetu feſtinat. Nouus autem ho
mo ſemper ad ſe ingreditur cõſiderans q̃
in eo ſunt ſi quid ibi ſit quod Dei ocu-
los offendat. Hieremiæ. tertio. Patrem
vocabis me, & poſt me ingredi non ceſ-
ſabis. In torrente autem cedron ſiſtit,
ſciens ibi non eſſe locum ſecuritatis.
Pſalm. De torrente in uia bibit: Vel al-
legorice poteſt dici quòd dominus uole-
bat ſatisfacere pro peccato commiſſo in
orto paradiſi. Ideo ſicut homo quan-
do fregit eccleſiam imponitur ſibi pœni-
tentia quòd ad eandem redeat & publicã
pœnitentiam & emendam honorabilem
faciat, ut ſic ædificentur de pęnitentia qui
fuerunt ſcandalizati de culpa. ſic fecit
Chriſtus uolens ſattisfacere pro illo pec-
cato. Tertia ratio eſt anagogica, q̄a egreſ
ſus eſt Ieſus fons ortorum in loco humili
ſcilicet in torrente cedron ex vtero virgi
nis in quo cedri incorruptibilitas appa-
ruit, ſed hoc ut trans torrentem tranſiret
in ortum cordis noſtri. Qui autem vult ę-
ducere fontem per canale ad ortum proxi
mum & inferiorem neceſſe habet modi-
cum fodere vt fiat conductus. Sic oportuit
fodere manus & pedes domini, ut fons
ille perueniret ad interiora cordis noſtri
& rigaret ipſum ad fructificandum. Quã
felices qui in illa terra fodiunt per frequẽ
tem conſiderationem. Ibi inueniunt aquã
viuam gratis, ibi theſaurum, ibi uitam in-
ueniunt. Nõ ſis o chriſtiane ſicut villicus
ille qui dicit: Fodere non ualeo, mendica
re erubẽſco. Non te labor terreat, magnus
ibi theſaurus inuenitur. Non te pudor
exagitet, terra ſancta eſt quam fodis. non
eſt calcanda pedibus calciatis id eſt terre
nis affectibus. Ibi fode ciſternam tibi quę
continere ualeat aquam miſericordię in
tempore neceſſitatis mortis. & in tempo-
re ignis. id eſt furoris Dei. Non ſicut illi
de quibus Hieremiæ. Qui fodiunt ſibi ci-
ſternas diſſipatas quæ continere non ua-
lent aquas. Iſtæ ſunt ciſternæ honoris &
ambitionis quæ etiam aquas diuitiarum
continere non ualent cum propter ſtatus
exceſſum omnes diuitiæ quaſi in uoragi-
nem abſorbentur. Alii uero exemplo por-
corum fodiunt terrã ut uermes inueniãt.
Sic multi in terrenis effodiunt vt locuple
tentur: & tunc vermes vndique circun-
dant eos, quia vbi multum mellis ibi mul
tę apes, & vbi multę ſunt opes, ibi &
multi qui comedunt eas. Vel anagogi-
ce põt intelligi quòd ſicut dominus per
torrentem cedron intrauit in tempora-
lem ortum ſic per pœnitentiæ torrentem
neceſſe eſt intrare ortum pacatę conſcien
tię qui eſt ortus deliciarum nam ſicut tor
rens cedron imputribiles cedros gignit,
ſic pœnitentię torrens arcet à putredi-
ne carnem. & ſicut virga expellit tineam
&.



& vermem à veſte, & mirra ſeruat à corru
ptione, ſic ortum cõſcientiæ ſeruat ab om
ni uitiorum pollutione & fœtore. Canti
co. 5. Manus meæ diſtillauerunt mirram
primam. Mirra prima eſt martyrium. ſecũ
da mortificatio pœnitentiũ, ut q̄ primam
exhibere non poteſt, ſecundam exhibeat.

Quarta rõ moralis eſt. q̄ ad ſimilitudi-
nem Xp̄i religioſus torrentẽ pñtis felici
tatis (q̄ iõ dr̃ torrens quia facilime euacua
tũr & areſcit) tranſit dũ eũ cõtemnit. dein
de venit ad gethſemani vallem pinguem
humilitatis per ſuijpſius cõtemptum. Hu-
militas enim uallis eſt ad quam oẽs gra-
tiarum pinguedines confluunt. & merito
vallis eſt pinguium cui fames, auiditas, pe
nuria, & ipſa paupertas ſpiritualis pingue
do eſt. His enim omnibus paſcit & impin-
guat humilitas. In hac ſola uenatur dñs,
& extra illã vallẽ nihil capit. Mõtes uerò
excelſi. i. arrogantes & ſuperbi uenãtur à
diabolo. Sunt. n. refugium ceruis. i. ſuper
bis. Vel moraliter inſtruimur q̄ ſicut di-
ſcipuli cum dño trans torrentem cedron
egreſſi ſunt, ſic eum aſſociemus ad tran-
ſeundum torrentem huius ſeculi ſi ſimus
eius diſcipuli. Non ſicut impatientes in tri
bulationum torrentibus, qui dũ trãſeunt
Deũ abnegãt. Magnus eſt dominus iſte q̃
hunc torrentẽ tranſiuit. neceſſe eſt ipſum
habere poſt eum caudam ſequacium. For-
ſitan ſæpe maior æſtimatur diabolus qui
ſequelam maiorem habet. Nunc domini
& principes & prælati caudã habent. Cau
dę autem animalis officium eſt aut veren
da tegere, aut muſcas à reſiduis membris
abigere. Vtinam nunc caudę principũ &
magnorum uerenda eorũ tegerent, & pro
pria uerendá & iniquitates manifeſte de-
tegerent. De abigendo autem muſcas ten
tationum à ſe uel à membris Chriſti nulla
modo eſt cura. Vere dicitur in prouerbi.
venenum in cauda eſt. Omnia enim mala
hinc procedunt. Eſaiæ. 9. In die una diſper
dam caput & caudam. Sed dices circa

I ortus. Tria repſentare põt ortus.

rationem ſecundam. Dicit Luc. quod con-
ſuetudo Chriſti erat intrare ortum illum.
vt dicitur in euangelio, quare ergo ad or-
tum deliciarum nõ intrabo ſi ita ſit q̄ or-
tus ille ſignificet delicias illas? Dr̃ ad hoc
q̄ ortus põt tria reprę́ſentare. Poteſt no-
bis repræſentare conſcientiã noſtram quę
eſt ortus concluſus & cuſtodia angelorũ,
& cuſtodia prælatorum. ideo bis dicitur
ortus cõcluſus, & ita exemplo Chriſti de-
bemus ſępe deſcendere in ortũ illum, & ſi
ibi ſint urticæ concupiſcentiarũ uel malę
herbæ uel plantæ conſuetudinũ malarum
euellere. vnde Prouer. 24 dr̃ de agro pigri
hominis, q̄ totum eum repleuerãt urticę.
Secundo ortus repræſentat locum aptum
contemplationi. & hoc modo Chriſtus ſę-
pe ibat ad hũc ortũ ad cõtẽplãdũ Sic & tu
in orto eccleſiæ ad cõtẽplandũ Deũ, & ſi
nõ ĩ ſpecie, ſaltẽ ĩ imagine, ut poſſis in ima
gine illa ip̄m cõtẽplari, quia ſicut dicit p̄s.
In imagine. ſ. Dei pertranſit homo de ipſo
cogitando. Tertio põt ſignificare ortum
deliciarũ & uoluptatis. & ſic Chr̃s ſæpe ue
niebat in illũ ortũ, non ad ſpaciandum, ſed
ad flendum & laborandum & ad excitan-
dum, quia à tempore quo intrauit in ortũ
illum lachrimari non ceſſauit. Venis ergo
in ortum tuum non ad ſpaciandum ſed ad
laborem. ſic tu deſcendas in ortum illum
deliciarum, quia quandoque oportet, ſed
tamen temperandus eſt fletu & lachrimis
quia extrema gaudij luctus occupat. &
deinde ad excitandum, quia ibi excita-
uit diſcipulos ſuos ter. ad oſtendendum
quòd prædicator qui Chriſtum inſequi-
tur debet ſępius ingredi ortum illum de-
liciarum, non ad deliciandum, ſed ad
excitandum eos qui ibi dormiunt. Et quia
prope feſta magna uel in illis magnis fe-
ſtis conſueuerunt homines communiter
ſpaciari in illis circa feſta, ueniebat ibi
Chriſtus ad docendum ſuos diſcipulos.
Vnde (ut dicit Guillermus Pariſienſis.)
ortus uoluptatis in quem ingreditur pec-
cator eſt paradiſus eius, in quo eſt ſter-
quilinium luxuriæ, ſpinetum auaritiæ,
deſertum ſuperbiæ. ſicut paradiſus aſino-
rum dicitur cardinetum, & paradiſus por
corum uolutabrum, & ad ſe uoluptan-
dum intrat peccator, non ad flendum in
illo. In orto autem abſcondita eſt for-
titudo eius. Primo in aſſumptione triſti-
tiæ, tedij, & pauoris. Secundo in conti-
nuatione orationis. Tertio in agonia, &
ſudore ſanguinis. Quarto in executione
proditionis. Quinto in comprehenſio-
ne & ligatione ſuæ humanitatis.

Aſſumpto igitur Petro, & duobus fi-
liis Zebedei, cœpit contriſtari, & paue-
re, & tedere, & mœſtus eſſe. Cur aſ-

*F*

*Aſſumere. Quadruplex ratio quare xp̄s aſſūpſit tres diſcipulos. & alios reliquit.*

ſumpſit tres illos diſcipulos & alios reliquit, pōt adduci ratio hyſtorica, quia illi erant magis ſibi familiares & magis capaces inter cęteros & magis amici, & amicis ſunt alta ſecreta & conſilia detegenda & ideo in aliis occultis etiam aſſumebantur. In ſignum cuius (vt dicit Guil.) ſacerdos vel p̄latus cū paucis miniſtris ad altare oraturus accedit cōuētu fratrū & multitudine in ſuis ſedibus remanēte. Secunda allegorica vt oñderet in eccleſia maioribus & perfectoribus maiora oneraimponere & imp̄fectioribus minora. Inde octo diſcipulis imp̄fectioribus dicit ſedete hic &c. p̄fectioribus verò ſuſtinete & vigilate. Sed mō fit ecōuerſo: Nā imperfectiores in eccleſia & ignari ſunt q ad dignitates, & maiora onera aſſumūtur, & p̄fectiores relinquuntur. Tertia rō moralis eſt, ad erudiēdū nos qūo orare debemus. Debemus .n. nobis hos tres comites aſſumere. Prīo fortitudinē & firmitatē fidei, q̄ per Petrū intelligitur in fide feruētē. Secūdo ſupplātationē mūdi & contēptū ita vt talia prorsus ponant ſub pedibus noſtris & ſupplantētur nihil de eis cogitādo prout poſſibile eſt. Nā vt ait Ambr. Illā orōnem Deus nō audit cui ille q orat nō attendit. Quanto eñ hō plura ponit ſub pedibus altius aſcēdit, ſicut aſcēdens per ſcalā q̄to ſub pedibus ponit plures baculos vel gradus ſcalæ, tanto altius aſcendit. Orō aūt eſt eleuatio mētis in Deū. & q̄to magis quis contēnit t̄palia, tāto magis, aſcendit in Deū ipſum cōtemplādo. Tertio gratiā Dei ita ut nos ponamus iuxta nr̄am poſſibilitatē in gratia Dei qđ ſignificatur p̄ Ioannem. Quarta rō anagogica eſt. ut oñdat merito ſuæ paſſionis ad æternā glīam plures de tribus ſtatibus orbis promoueri. Vnde p̄ Petrū cui eccleſia regenda cōmittit ſtatus eccleſiaſticorū intelligi pōt, p̄ Iacobū ſupplātatorē & victorē & lucratorē intelligit ſtatus nobiliū q militiæ & bellis ac victorijs exercētur, & p̄ Ioannis ſimplicitatē cōis populus ſimplex & humiliatus. Sed tñ plures ſeorſum dimiſit quia nō obſtāte merito ſuæ paſſionis nō oēs aſſumet quia plures dānabuntur q̄ ſaluabūtur.

Aſſumptis ergo tribus diſcipulis cepit cōtriſtari, q̄a qui aſſumit ſubditorū onus ſecū habet multas annexas triſtitias & anguſtias Iob. 9. Curuanī q portāt orbē. Diſficile .n. eſt homini imperanti variis hominum ſatisfacere cōditionibus. quia quot capita tot ſenſus. Vñ ſubdit. Triſtis eſt aīa mea uſque ad mortem. i. ſm̄ Guillermū Pariſien. tam intenſa & magna triſtitia eſt quanta poteſt eſſe anima ſtante ī corpore, quod apparuit in ſudore ſanguineo. Non tñ illa triſtitia terminata eſt morte eius ſed ante, quia ſola initia tentationum & tribulationum in Chriſti athletis triſtitiā habeat, finis vero leticiam. Vnde & cepit contriſtari. Ioan. 17. Contriſtabimini vos, mundus autem gaudebit, ſed triſtitia veſtrá uertetur in gaudium. Reproborum autem poſt gaudium huius ſeculi, in morte ſine fine incipiet triſtitia. Hoc verò dicebat eis dominus ad oſtendēdum qualiter mitigare debemus triſticias quæ nobis accidūt, earum cauſas & occaſiones amicis noſtris reuelando, quia triſtitia onus eſt graue & difficile ad portandum, & qui triſtatur ideo amico inti mat vt ſecum onus illud ferat, & quaſi amicus ei compatiat. Facilius enim graue iugum a duobus quā ab uno geritur. Tum ſecundo quia contriſtatus hoc reuelās amico uenenum quod habet in corde excreat & euomit inde alleuiatur & facilius portat. Sed quæritur quę utilitas proceſſit ex aſſumptione pauoris & triſtitiæ? Et uidet̄ quod nulla quia Eccleſiaſti. 30. Triſtitiam non des animæ tuæ & non affligas temetipſum in conſilio tuo. Et iterum ibidem. Triſtitiam longe expelle ad te. Multos enim occidit triſtitia & non eſt utilitas in illa. Item ariſtoteles. 3. Thopī. eadem ſunt magis eligēda ſine triſtitia quam cum triſtitia. Reſpōdetur quòd duplex eſt triſtitia. Vna eſt præter uel contra imperium rationis aduenięs & abſorbens uel peruertes rationem, & in hac nulla eſt vtilitas. Alia eſt triſtitia imperata quemadmodū fuit illa. Cuius vtilitas prima fuit ad extirpandum errorem appollinaris quem præuidebat dominus futurum, qui dicebat quod dominus ſolam carnem aſſumpſit non animam. Iuxta illud. Verbum caro factum eſt. Si enim Chriſtus gaudens & ſine timore exiiſſet ad paſſionem ſicut fecerunt ſancti Andreas & Vincentius uiſum poſtea fuiſſet quod dominus non uoluiſſet, eo quòd diuinitas pati non poteſt, nec corpus ſine anima. Ideo ad oſtendendum ueritatem

*G*

*Triſtitia Quam xp̄s aſſūpſit triſtitiam.*





ſuæ humanitatis uoluntarie aſſumpſit triſtitiam & alios defectus pœnales. Secunda vtilitas fuit ad nos aſſecurandum. Iuit enim triſtis & tremens ad paſſionem ne nos naturaliter trepidi in morte deſperaremus de ſalute ſi letus ad mortem cucurriſſet. Tertia vtilitas ut oſtenderet quanta eſſet dilectio eius ad humanam naturam, quam iam videbat pro magna parte perditam & in futuro perdendam, & ſingulariter dilectio quam habebat ad populum iudaicum, cuius in proximo præuidebat perditionem temporalium & ęternā. Dicitur enim quando aliquis cor ſuum dedit alicui rei temporali, & eam perdit quod incidit in triſticiam tanto maiorem quantomagis diligebat eam. Chriſtus autem maxime dilexit nos, & uidet quod nos amittit. ideo non eſt mirabile ſi triſtatur. Iob. 7. Quid apponis erga eum cor tuum? Quarta utilitas ut diſcamus bene mori. Sicut enim triſtatus eſt & expauit q dicebat. Venit princeps mundi huius & in me non habet qnicquàm, quin potius ad orationem ſuam & diſcipulorum ſuorum ſanctorum uirorū cucurrit in ſudore mortis, ſic nos cum peruenimus ad paſſum illum, triſtari debemus de male actis timere comparere ante faciem iudicis, diffidere de meritis noſtris, & ad orationem recurrere propriam ſcilicet ſi poſſibile ſit, uel eccleſię uel ſanctorum hic uel in patria exiſtentium. Dicitur ſecundo quòd Chriſtus triſtitiam illam ſponte debuit aſſumere. quia iuſtū eſt ut q deliquit ſponte; etiam ſponte ſatisfaciat. Et quia tota natura humana in primo homine ſponte deliquerat nec ſufficiebat ſatisfacere, iuſtū erat Chriſtum pro ea ſatisfacientem voluntarie aſſumere triſticiam & alios defectus pręter peccatum & ignorantiam, quia ut dicit Richar. 3. diſtintio. 15. Venit Chriſtus ſoluere debitum noſtrum, & nō debuimus peccatum uel ignorantiam ſed pœnam. ideo illam ſolam voluntarie aſſumpſit. Et quia primus homo peccauerat vſque ad mortem incurrendam. Iuxta illud Geneſ. ſecundo. In quacunque die comederis &cę. congruum fuit ut ſecundus homo triſtitiam aſſumeret vſque ad mortem. Suſtinere hic & uigilate mecum. Hoc præceptum concernit prælatos qui maxime in eccleſia ſuſtinere iubentur, nō ſolum mandata dei communia ſed etiam ruinas. id eſt tribulationes eccleſiæ. & eā fulcire per doctrinam & exemplum. Sunt enim à Deo columnę inſtituti, & hoc eis dicitur in officio dum conſecrantur. Quid enim eſt aliud dicere facio te columnam ī domo mea niſi ſuſtinere? Sed multi ſunt ſicut marmouſeti pillarium eccleſiæ qui omnia uidentur ſuſtinere & nihil ſuſtinent, iſti uidentur multa facere in eccleſia puta ſuſtinendo temporalia, ſed de ſpiritualibus non curant, & iſti nihil ſuſtinent cum multa videantur ſuſtinere. Alij ſunt qui ſuſtinent aliquid non tamen ubi deberent ſuſtinere. ut patet de pręlatis q ſunt in curiis qui deberent ſuſtinere ſuam propriam eccleſiam & ſimiliter de curatis Vnde dixit dominus ſuſtinete hic &cæ.

Secundo abſcondita eſt fortitudo eius in orto in continuatione orationis. Hinc ait. Sedete hic donec uadam illuc & orem hoc dicit octo imperfectioribus diſcipulis quibus præcipit ſedere. Tribus autem perfectioribus ſuſtinere, vigilare, & orare. Modo fit econtrario quia perfectioribus pręcipitur ſedere & tacere quibus denegātur beneficia, ignaris vero & idiotis ſupra vires eis hæc imponuntur officia. Religioſis autem & eccleſiaſticis dicit dominus, ſedete. Primo à turba cogitationum quę animum ſpargunt in uaria donec oratio compleatur. Secundo à turba populorum ut orent clauſo oſtio ſicut & dominus ordinauit. Tertio hoc verbum dicit familiaribus uirtutibus, ut quandoque ſedeant & ceſſent ab opere ſuo. Tantum tres iubet inuigilare, in Petro fortitudinem ad reſiſtēdū tentationibus. in Iacobo qui luctator eſt patientiam quæ ſola luctandi, & ſupplantādi hoſtis habet aſtutiam. in Ioāne Dei gratiā quę orationem reddit placentem Et auulſus ab eis quantum iactus eſt lapidis progreſſus eſt in faciem ſuam orans. Progreſſus eſt & non eſt regreſſus. vt nos doceret ex puſillanimitate nunquam retrocedere à veritate uitæ propter imminentem tentationem contra illos qui omnem tentationem quam patiuntur, detrimentum, diminutionem, & lęſionem ſuorum bonorum opinantur, & eo ipſo quod pugnant ſeu tentantur retrocedere ſe putant, cum tamen omnis tētatio cui non cōſentitur profectus ſit & progreſſio.

*H*

*Paſſio Chriſti. Quare xp̄. immināte paſſione progreſſus ē & auulſus à diſcipulis ut oraret.*

ſio.ſic Iob.7.Tentatio eſt vita hominis ſuper terram. ergo multipliciter tentari eſt multipliciter viuere,& fortius tentari fortius viuere.Iac.1. Omne gaudiũ exiſtimate fratres cũ in uarias tentationes incideritis. Sed dicitur quantum iactus lapidis propter duo.Primo quia oportet pugnãdo diſtare quantum iactus lapidis,qui dũ proiicitur lapis ſi ſtes in termino iactus nihil aut parum ledit, licet timorem incutiat i.ſi cogitatio ſit extra conſenſum,tũc diſtas ab hoſte quantum iactus lapidis.]Si vero conſentias iam intra iactum lapidis experieris leſionem. Secundo quia ſicut proprius vel longius lapis proiici poteſt ſecundum ꝙ maior vel minor fuerit valitudo proijcientis & quantitas & grauitas lapidis proiecti,ſic cor ſecundum fortitudinem tentationis & quantitatem obſtinationis & maliciȩ longe à Deo proijcitur. Nunquam tamen Xp̃s in hac uita ita elongatur à corde lapideo peccatoris quin ipſe peccator ad eũ reuertatur ſi voluerit, fiatq; particeps illius orationis qua ſe paternȩ ſubdidit voluntati ut pro nobis biberet calicẽ paſſionis. Et flexis genibus orauit. Flexis genibus naturaliter oculi prorumpunt ad lachrimas tanquã collactaneis ſuis naturali reſpondẽtes affectione.Eſt enim genum & oculorum quȩdam colliſio.vnde & qui de natura locuti ſunt dicut puerum in utero matris genibus oculos ſuperpoſitos habere, & à genis ſuperpoſitis genua dixerunt,& ſic dominus lachrymaſſe perhibetur in orto. Pater ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte. Veruntamen non ſicut ego volo ſed ſicut tu. Calix iſte quem bibiturus ſum pater mihi valde amarus eſt,ſed tranſeat in dulcedinem electis meis.Bernar. Suauis eſt mihi domine ſuper omnia calix quem bibiſti tuæ paſſionis.Et certe dñe turbidus erat calix iſte quouſque fex fuerit exinanita.Biberunt iudæi de fece nobis autẽ clarum propinaſti calicem de taberna corporis tui.Clamas per clamatorem vini. Calix meus inebrians quã præclarus eſt.Pro clamato vino huius calicis ad illum ſuauiter bibendũ cucurrerũt martyres non ſolum tp̃alia ſed & vitam pro ipſo bibendo exponentes.Cucurrerũt deinde ſancti viri religioſi oĩa tp̃alia tribuentes vt calicẽ dñi biberent.Biberunt & amici Dei facti ſunt.Hic calix ita turbidus fuit añ mortẽ eius dum biberet eum. & in fundo eius non viderent diuinitatem latentem. Sed morte adueniente clare uidit in eo centurio diuinitatem & iuſtitiam. Clare in eo uiderunt facies ſuas.i. conſcientias qui reuertebantur percutientes pectora ſua.

Sed quæritur vtrũ orõ Chriſti fuerit exaudita:Et uidetur ꝙ non.quia erat in eo vt apparet contrarietas voluntatum, & affectionũ.Nam volũtas rationis volebat Chriſtum mori,non autem voluntas ſenſualitatis,& contrariæ petitionis non poſſunt ſimul audiri,igitur.Itẽ petiit nõ mori & tamen mortuus eſt.ergo nõ eſt exauditus.Dicitur primo ẽm magiſtrũ lib.3.diſtin.17.ꝙ in Chriſto non eſt ambigẽdum duas fuiſſe uoluntates iuxta duas naturas,humanam ſcilicet & diuinam,quȩ quidem humana voluntas partita erat in affectum rationis & in affectũ ſenſualitatis. Voluntas diuina & uoluntas humana uolebant ipſum Xp̃m mori,non quidem tanquam finẽ qui per ſe appeteretur,ſed pp obediẽtiam patris & ſalutẽ humani generis,ſicut infirmus voluntarie ſuſcepit potionem amarã non pp potionem ſed pp ſanitatem conſequendam.Voluntas tamẽ ſenſualitatis & naturæ nolebat pati.Sicut enim habens membrum infectum ſecũdũ rõnem vult illud abſcindi ne totũ corpus inficiatur.ẽm ſenſum tamen abſciſſio affligit & diſplicet,ſic Xp̃o ſecundum rationẽ & diuinitatẽ placebat paſſio q̃ tñ ſenſualiter affligebat.Vnde ſubiungit non tñ ſicut ego uolo ſed ſicut tu.id eſt non fiat hoc quod humano affectu loquor, ſed ad quod miſſus ſum,& propter quod ad terras deſcendi.Ioan.6.non ueni facere volũtatem meam,ſcilicet quam temporaliter ſumpſi virgine ſed uoluntatem eius qui miſit me quam communem habui æternus cum patre. Dicitur ſecundo quod in Xp̃o nõ fuit cõtrarietas volũtatũ. Hoc patet ex determinatione ſextȩ ſynodi apud Conſtantinopolim celebrate. Nam licet volũtas naturalis ipſius ſenſualitatis aliquid aliud voluerit q̃ diuina voluntas & uolũtas rõis ipſius,nõ tñ fuit cõtrarietas. Primo qa uolũtas illa naturalis ſenſualitatis non repudiabat illam rationem ẽm quã diuina uoluntas & voluntas rationis humanæ in Chriſto illam paſſionem nolebant.

Orō Xpi. Vtrū Xpi ſua exaudi



lebant. Volebat.n.uoluntas in Chriſto ſalutem humani generis, ſed ad hoc motus ſenſualitatis ſe extendere nõ ualebat.Secundo quia neque uoluntas diuina neque uoluntas rationis in Chriſto refugiebant aut retardabant motum voluntatis naturalis ſenſualitatis in Chriſto. Placebat.n. Chriſto ſecundum illas voluntates, ut uoluntas naturalis in ipſo ſecundum ordinẽ ſuæ naturæ moueretur, & ita in Chriſto nullam patet fuiſſe contrarietatem uolũtatũ, nec rebellionẽ appetitus cõtra rationẽ. Dr̃ tertio,ꝙ hodie deo & rationi Chriſti placebat ut ſẽſus quod ſuũ erat q̃reret ut oſtenderet ueritatem aſſumpti hoĩs.Nã qui hoĩs naturã ſuſcepit, quæ ipſius ſunt ſubire debuit. Ideo ſicut in nobis eſt duplex affectus, vnus qui ſequit̃ naturã qua nolumus mori, & alius qui ſequitur rationẽ qua quãdoq; uolumus mori, ut patuit in martyribus. Non.n.ſenſus carnis eorũ nolebat niſi quod delectabat.Si autem delectaſſet eos mori, non inde uiderentur mereri.Sed quia uolũtatẽ nõ moriẽdi deo ſubijciebant,]& quod naturaliter fugiebãt pp Deũ uolebãt,ideo in hoc merebantur ſic ẽt Chr̃s geminũ affectũ habere debuit. Dr̃ quarto ẽm Tho.par.3.q.21.artic.2. ꝙ orare ẽm ſenſualitatẽ põt dupliciter intelligi.Vno modo ꝙ oratio ſit actus ſenſualitatis. & ſic Chriſtus ẽm ſenſualitatẽ nõ orauit ſicut nec nos, quia actus ſenſualitatis non poteſt ſenſibilia tranſcendere, & ideo non põt in deum aſcendere, quod tñ requiritur ad orationem. Scd̃o quia oratio ĩportat quãdã ordinationẽ ,put aliqs deſiderat aliqd à Deo ĩplendũ, & hoc eſt ſolius rõnis. Alio mõ põt intelligi q̃s orare ſcd̃m ſenſualitatẽ, quia.ſ.orãdo propoſuit qd̃ erat ĩ appetitu ſenſualitatis ipſius. & ſic Xp̃s orauit ſcd̃m ſenſualitatẽ, quia eius orõ exprimebat ſenſualitatis affectũ tanquam ſenſualitatis aduocata. Vnde in orone duo ſunt attendenda. ſ.quod orat̃, & modus orandi. Quod orabatur erat naturale.ſ.nõ mori,ſed modus orãdi erat rationis,quo ſe conformabat diuinæ uoluntati dicens.nõ ſicut ego uolo ſed ſicut tu. Dr̃ quinto, ꝙ oĩs Chr̃i orõ fuit exaudita. ut dicit Tho.3 par. q.21.art.4. Patet primo p Apoſtolũ.Heb.5. Cũ clamore ualido & lachrimis offerẽs exauditus eſt pro ſua reuerẽtia. Simpl̃r aũt dicimur aliquid uelle ꝙ ẽm rõnem deliberatam uolumus. Chriſtus autem ſecundum deliberatã rõnem,non aliud uoluit niſi mori pro ſalute humani generis, ideo omnis eius oratio fuit exaudita. Dicitur ſexto ꝙ affectu humano non petiit non mori,ſecundũ magiſtrum.lib.3.di.17.ut impetraret, ſed ut membris formã daret imminente turbatione ad Deũ clamãdi,& ſubiiciendi uolũtatem ſuam uolũtati diuinȩ,ut ſi pulſante moleſtia triſtẽtur, pro eiuſdem amotione orent.Sed ſi nequeant uitare, dicãt quòd ipſe Chriſtus.Vnde Criſoſt.homel.27.ſup epiſtola Heb. Sicut magiſtrũ audiens balbutientem & ſingulas literas dicẽtem, nõ tñ dicis ignorare, & cum interrogat ubi ſit illa uel illa littera, ſcis quia non ignorans interrogat ſed diſcipulum uolẽs inſtruere,ſic & Deus nõ opus habens orone orabat, uolens te inſtruere ut aſſiduus ſis in oratione. In hoc habemus documentũ ſecundũ Hiero. ſemper obedire ſuperioribus noſtris. Ait enim. Vſq; in finem non ceſſat nos docere patribus obedire,& uoluntatem eorum uoluntati noſtræ præponere.Sed ẽm Aug filius vnicus dicit. Non quæro uoluntatẽ meam, & homines uolunt facere ſuã. Ille tñ ſe humiliat qui eſt æqualis pr̃i,& tñ tm̃ ſe extollit qui in imo iacet,& niſi manus ei porrigat̃ nõ ſurgit.

Tũc uenit ad diſcipulos ſuos & inuenit eos dormiẽtes.Magna demẽtia in ipſo bello & tentatione obdormire, maxime eos qui ad uigilandum, & excubandũ ſup gregẽ dñi cõſtituti ſunt,inter gladios hoſtiũ & in periculis maris obdormire. Sed ſomnus ſp̃ualis ſiue torpor & in curia mirabiliter impotentẽ & ſui ipſius incõpotẽ efficiunt hoĩem.ecõuerſo uero vigilia ſp̃ualis & ſolicitudo & præcogitatio tentationũ, liberũ eum & expeditũ reddit aduerſus eas]. Et dixit Petro Simõ dormis? Nõ potuiſti una hora vigilare mecum.Breuis eſt hora tẽtationis,tempus unius tentationis uix una hora eſt.Si illa hora uigiletur cũ Chriſto dño,fugiunt latrones. Ab eis em̃ qui vigilant diuertunt latrones, & ſolis dormientibus inſidiantur, illoſque bonis ſuis ſpoliant. Oratio uero non ſolũ eſt impetratio & inuocatio cœleſtis auxilij, ſed etiã clamor deterrẽs hoſtes,& in hoc ,pditor uidetur eſſe dñi ſui qui furem diabolũ in domũ eius.i.in te ip̃m intrare, & bona

na eius diripere, & vnum ex filiis eius. i. te ipſum occidere videt ex negligentia tua.

K *Vigilare. Si diſcipuli peccauerint non uigilando.*

Sed quæritur utrum diſcipuli dormiendo peccauerint? Quòd ſic uidetur. qa prçcepit eis dominus multotiẽs vigilare. iuxta illud. Mat. 24. Vigilate & orate, quia ſi ſciret paterfamilias qua hora fur ueniret vigilaret utique. & Mar. 13. Quod uni dico, omnibus dico vigilate. Et hic expreſſe præcepit eis dicens. vigilate & orate &cę. Sed hoc diſcipuli non fecerunt, & à Chriſto iuſte reprehẽſi ſunt, propter hoc ergo peccauerunt. In oppoſitum arguitur, quia oẽ peccatum præcedit tentatio, ſed poſtq̃ omiſerunt uigilare nõdum intrauerunt in tentationem. Nam cum hoc iterum iubet eos iterum uigilare ne intrent in tentationem. Matthæi. 26. ergo non peccauerunt. Dicitur primo quòd ibi diſcipuli nõ mortaliter ſed uenialiter tantũmodo peccauerunt. Nam credẽdum eſt eos illud affirmatiuum Chriſti præceptum ꝓ aliquo tempore impleuiſſe, ſed non continuaſſe. Vnde & dominus eis dixit. Non potuiſtis vna hora uigilare mecum? Ex quo patet, ꝙ in prima oratione ad minus fuit per horam ad orandum pro nobis. Non enim ibi arguit Petrum de non uigilaſſe & oraſſe, ſed de non uigilaſſe per horam. Non enim tenetur quis ad implendum præceptum affirmatiuum pro ſemper, ſed pro tẽpore. Dicitur ſecundo ꝙ in hoc uenialiter peccauit Petrus, quia ubi imminet periculum homo debet maxime recurrere ad diuinũ auxilium, & quanto maius imminet, tanto magis debet cõtinuare orationes & uigilias. Vbi enim maior morbus imminet, maior reꝗritur medicina. Et quia Petrus non continuauit, ſed magis in eo feruor remiſſus eſt. ideo in hoc uenialiter peccauit. Tum ſecũdo, quia Chriſto promiſerat mori pro eo, & dominus nunc quaſi ab illa iactantia reprehendit dicens. Non potuiſti &c. q. d. Quomodo pro me morieris qui pro me vna hora vigilare non vales? Non poteſt tua infirmitas reſiſtere ſomno per vnam horam, & tu morti reſiſtes? Tũ tertio qa paſtor erat & maior cęteris, ſed paſtoribus incumbit uigilare ſuper gregẽ, & tñ dormiebat, & ſuper ſe vix per horã uigilare poterat. A dño tamen excuſatur à mortali per infirmitatem corporalem. Vnde ait. Spũs quidem promptus eſt &cę.

Dicitur tertio, ꝙ iam diſcipuli intrauerũt in tentationem quæ à carnis procedebat infirmitate, ſed non in illam magnam de incredulitate, propter quod dñs iterũ præcepit eis ut uigilent. Ideo ad oſtendendã conſtantiam & uirilitatem animi antiquitus milites quando debebãt accipere cingulum militiæ, noctem præcedentem ducebant inſomnem in matutinarum prædicationum & ſacrarum lectionum recitationibus, exemplo fortiſſimi, & inuictiſſimi militis Chriſti, qui nocte quæ diẽ præceſſit in qua in cruce fortiſſimam contra diabolum exercuit militiam populũ ſuũ de manu eius liberando vigilaſſe dicitur, & ſuos milites diſcipulos. ſ. hortatus eſſe dicens. Suſtinete hic & uigilate mecum. Dicitur quarto ꝙ illud præceptum de uigilando nobis à dño ſępe recitatur ut illud mente teneamus. Obligatur. n. vnuſquiſque vigilare. Scholares ad ſapientiã diſcendam, quæ non acquiritur ſine uigilia & laboribus. Vnde de quodam philoſopho legitur, ꝙ cum quidam ab eo peteret quomodo ad tantam ſapientiam deueniſſet. Reſpondit ꝙ plus conſumpſerat de oleo in curſibulo quàm de vino in cipho. Hinc & ſapientia Prouer. 7. ait Qui mane vigilauerint ad me inuenient me. ideo uigiliis acquiritur. Item obligantur ad uigilandum pro filiis ſuis parentes ad nutriendum & erudiendum, magiſtri ad erudiendum ſuos ſcholares. principes & officiarij ad iuſte diſpenſanda temporalia, & prælati ad diſpenſanda ſpiritualia, & ad vigilandum ſuper gregem ſuum. Sed timendũ eſt ne prælatis modernis dicatur illud. Exod. 18. Vltra uires tuas eſt negotium, ſolus illud non poteris ſuſtinere. ideo dominus cum eis uigilat ps. Niſi dñs cuſtodierit ciuitatem, fruſtra uigilat qui cuſtodit eam. Sine enim eius auxilio nihil ualẽt vigilię. Vituperaretur autem ſeruus qui dormiret vbi dñs uigilaret. Vnde & hoc dicit Petro Non potuiſti vna hora uigilare mecum.

L *Vigilan. Quod ſi quatuor teneri ſi platum gilare ꝗ Chriſti.*

Propter quatuor aũt teneṫ uigilare. Primo quia ſecum habet gratam ſocietatem vigilãtem. ſ. Chriſtum dominum ſuum, & ſanctos angelos. Secundo propter pericula imminentia. Vigilat enim qui eſt inter uel prope inimicos ſuos. Luc. 10. Si ſciret paterfamilias qua hora fur ueniret uigilaret utique. Tertio propter præceptũ Dei. 2. Thim. 4. Tu uero uigila, in omnibus labora, opus fac euangeliſtæ, miniſterium tuum imple, ſobrius eſto. Quarto propter promiſſionem Dei futuram. ſ. beatitudinis. Luc. 12. Beati ſunt ſerui illi, quos cum uenerit dñs & pulſauerit ianuam & inuenerit eos uigilantes. Vnde ps. Suſtinentes dñm ipſi hæreditabũt terram. Propter qđ de duobus ultimis dicebat ps. Propter legem tuam ſuſtinui te dñe, propter legem tuam i. præceptum. Et ſequitur. Suſtinuit anima mea in uerbo eius. i. in promiſſo eius. Sed modo prælati non uigilant ſuper gregem. Nam ait dñs Ezech. 22. Quæſiui ex eis virum qui ſe interponeret ſępẽ pro domo dñi, & non inueni. Quærit dñs virũ id eſt uirilem prælatum, & inuenit negligentem & remiſſum. Inuenit enim diſcipulos ſuos dormiẽtes. Negligẽs enim & remiſſus eſt qui dormit quãdo de morte domini ſui tractatur. Quotidie autem intendit diabolus occidere Chriſtum in nobis, ideo debet eſſe vigil prælatus. Oportet. n. rectorem nauis qui ſedet in poſtremã parte ubi uidet pericula frequenter uigilare. Propter qđ culpatus eſt Petrus qui dormiebat, & ĩeo omnes prælati. Forte tamẽ expediret eccleſię Simonem dormire, qa hodie ſimonia uigilat. Simon plus curat de pecunia quàm de eccleſia. Simon in aſſiduis laborat contractibus, non in exponendis ſcripturæ textibus. Simon male rexit eccleſiam corã ancilla oſtiaria. ſic male regitur eccleſia corã pecunia. quia hæc eſt quæ aperit & claudit ſecundum quod ſibi placet. Generaliter autẽ omnes obligantur ad uigilandũ, ut dona Dei eis collata multiplicentur, ne forte nos inueniat dies illa extrema ĩparatos. Ideo dicit dñs Matt. 25. Vigilate quia neſcitis diem neq; horam. Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Quidam cum diabolo vigilant. De quibus Iob. 24. Cum apparuerit aurora arbitrantur vmbram mortis. Nam eorum quidam vigilant corpore, & cor eorum mirabiliter dormit, ſic ꝙ ipſis neſcientibus furtim ſurripitur, & gladiis inimicorũ transfoditur. In quo ſtatu ſunt qui ſua peccata amant, nec eorũ vulnera ſentiunt. Alij uero uigilant non ut tentationes effugiant, ſed magis ut prohibitas delicias furentur & rapiant, & in eis obdormiant. Sed quęritur quid ſit intrare in tentationem. Reſpondetur ꝙ eſt ei conſenſum dare. In id enim intramus in quod amore uel conſenſu illabimur. Ibi ſumus ubi amore figimur uel tenemur. Itaq; orãdum eſt ut non intremus ſed foris per diſſenſum & reſiſtẽtiam fortiter dimicemus.

M *Tentatio. Quid ſit intrare in tentationem.*

Auis uidens laqueum coram poſitũ naturaliter & ſponte declinat, nec intrat in laqueum. Homo uero inebriatus & obſcuratus aut oĩno nõ uidet laqueum, aut ſi uidet ſponte ingreditur. Orandum eſt igitur ne in illam pedicam ſubintremus. Vnde ſicut qui uidet locum periculoſum non eſt in periculo ſed bene ſi intraret, ſic qui tẽtatur nondum eſt in periculo peccati, ſed ſolum cum intrat tẽtationem per conſenſum. Iam enim habet ibi pedem affectus.

Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Nunquam caro & ſpiritus cõſentiunt in ſummis rebus, & difficilibus ſtudiis in imis & uilibus. In ſummis quidẽ ut in grandi maceratione carnis, longis ſtudiis in martyrio, in afflictione, in morte, in quibus caro ſemper contradicit ſpiritui. Ideo non mirum ſi hic Chriſti caro aduerſabatur. In infimis & uilibus ſceleribus, in lubricis inceſtibus & ſimilibus ſp ſpiritus contradicit carni. Semper manet ſcintilla rationis contradicentes, nec abſorbetur. In mediis uero bonis & malis cõſentire poſſunt. ps. Cor meum & caro exultauerunt in Deum uiuum. Videat ergo hõ cui ſe ſubiiciat uel forti uel infirmo. vt nõ de infirmitate carnis cauſetur cum ſe ſubiicit debili deſpiciens fortem, ſe ſubiiciens garſioni, & deſpiciens regem. Ne ergo dicat ꝙ continere non poſſit, cum ſpiritus fortior ſit, caro debilior. Spiritus quidem adiutus uerecundia nunquam in patibulo luxuriæ uerecunda perpetraret. vnde Tertul. lib. de fuga quaſi diceret dñs. Vile eſt vobis ſecundum carnem ambulare & obedire ei quæ debilis eſt, & ſpiritum fortiſſimum & à Deo adiutum deſerere. Sunt autem quidam debiles ad ea quæ ſunt ſpiritus, fortes ad ea quæ carnis ſunt. ut pote ad potandum & luxuriandum. Ad modũ enim aſini à parte poſteriori ſunt fortes, non autem ab anteriori ubi eſt crux. Iſti enim debiles ſpiritu ſequuntur carnem, & uadunt ad ſuſpendium cum ea propter ſocietatem. Iterum ſecundo abiit & orauit eundem ſermonẽ dicens. Pater mi &c.

Non

Non orat ut non eueniat ſed ut cito tranſeat. vel ſi poſſibile eſt tranſeat à iudæis, quia eis compatior. Sed nonne ſciebat ꝙ ſalua iuſtitia hoc fieri non poterat? & ſic uidetur ſuperflue addidiſſe illam cõditionem. Reſpondetur dominus utrunq; affectum exprimebat, miſericordiæ. ſ. & compaſſionis etiam & iuſtitię, nobis inſinuãs non debere eſſe euagatum affectum miſericordiæ ſed limitatum & moderatum ſinibus iuſtitiæ. In quo formam orandi nos aperte docuit. Neque enim compati præciſe affectat, neque ſecundum iuſtitiã meritorum præciſe vult fieri, ſed obuiationẽ & oſculum utriuſq; deſiderat. De quo p̃s. Miſericordia & ueritas obuiauerunt ſibi, &c. ita ut nec in remiſſionem cadat neglecta iuſtitia, nec in crudelitatem poſtpoſita miſericordia iuſtitia declinet. Verũtamen nõ ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Hęc eſt una pax, & una beatitudo voluntatis humanæ eodem modo velle cũ Deo. Nulla enim pœna uel miſeria uoluntatis humanæ eſt, niſi cum ei reſiſtitur, aut contra eam fit, nec aliqua maior turbatio. Sed cũ eſt vnius voluntatis per omnia cum diuina, tunc ſicut nihil aduerſatur diuinæ uoluntati uel repugnat, ſic nihil ei aduerſabitur uel reſiſtet. Vnde aqua unum motũ ſecundum propriam grauitatem habet, alium ſecundum virtutem cœleſtem, ut in fluxu & refluxu maris. uel dũ aqua ſurſum mouetur ne ſit uacuum, ſed præualet motus ſecundum cœleſtem. Sic Chriſti ſenſualitas ſm̃ propriam naturam mouebat ad non moriendum, ſm̃ uolũtatem patris cęleſtem mouebatur ad oppoſitũ. Orabat autem Chriſtus ſecreto, propter quod ſacerdos ante præfationem orationes ſecreto dicit. In hoc uero non grauentur religioſi ſi in orationibus & cantu ſæpe idem repetant. Et uenit iterum & inuenit eos dormientes. Erant autẽ oculi eorum grauati, & ignorabant quid reſponderent ei. Et relictis illis iterum abiit & orauit tertio eundem ſermonẽ dicens. In hoc oſtendit nobis ꝙ in oratione debemus perſeuerare. Dona enim quæ in ea quæruntur à Deo nobilia ſunt, ut nec ſtatim dentur ne vileſcant, ſed differunt ut ardentius appetantur, non ſic principum dona, quæ uilibus perſonis dantur. Si quæratur quare ter eundem ſermonem orauit. Dicitur primo ꝙ ter orauit ſm̃ Rabanum, ut nos diſcamus à Deo tria petere. De peccatis præteritis veniam à præſentibus tutelam, à futuris cautelam. Secũdo ut omnes orationes ad vnum Deum trinum dirigamus. Inde eſt ꝙ oẽs orationes per trinitatem terminantur. Tertio ut tria doceret eſſe in oratione petenda, ueniam, gratiam, & gloriam. Secundo dicitur, ꝙ ter orauit eundem ſermonem ſm̃ Guil. vt non confundaris coram Deo eandem orationem repetere. Hoc enim Deum non faſtidit, ſicut forte poſſet facere principes terreni os. Tertio dicitur ꝙ ter ad diſcipulos uenit, in ſignum cuius in nocte debet abbas pſallere cũ ſuis monachis. & propterea quòd uenit ter & ter orauit dicuntur in matutinis tres nocturni, & quia prolixius orauit. ideo matutinarum debet eſſe prolixior oratio. Secundo ſi quæratur, qualis fuit eius oratio. Dicitur ꝙ ſex habuit conditiones. Primo fuit ſolitaria tam ratione temporis quia nox erat, quàm ratione loci. quia omnes dimiſit quos aſſumpſerat. Secundo ſolicita, quia monuit diſcipulos de orando, & propter hoc ad eos bis uenit. Tertio diſcreta. quia non petiit niſi quod diuinæ uoluntati placuit. Quarto deuota, quia procidit in faciem ſuam, & ambo flexit genua. Quinto anxia & doloroſa, quia factus eſt ſudor eius &c. Sexto circũſpecta quia ter ĩterrupit orationem ſuam ut iret ad diſcipulos ſuos qui erant in periculo. ut ſcilicet eis prouideret. In quo denotatur, ꝙ prælatus ſæpe debet dimittere contemplatiuam & orationem ut gregem ſuũ uiſitet, maxime quando periculum tentationis imminet. Apparuit autem illi angelus confortans eum, quia tam familiaris debet eſſe cœleſti militię prælatus ut non oporteat illum diu pulſare ad oſtiũ, ſed quã cito dixerit ianitori. Aperite mihi portas iuſtitiæ, & ingreſſus in eas &cę. ſtatim admiſſus de exauditione tanquam de petitione gratias agat dicens & ſubiungens. Cõfitebor tibi domine, quoniã exaudiſti me. Hic eſt Abraham aſcẽdens in mõtem oliuarum, & relinquens ſuos ſeorſũ expectantes. Hic eſt Moyſes ingrediens tabernaculum. i. diuinum conſiſtorium foris populo expectante ad oſtium. Hic eſt Zacharias adolens incenſum orationis populo apoſtolorum foris expectante. Tertio

abſcon-



abſcõdita eſt fortitudo Chriſti in agonia, & ſudore ſanguinis. Parua eſt recompenſatio, ſi lachrimas effundis pro guttis ſanguineis à Chriſto pro te effuſis. Hebr. 12. Recogitate eum qui talẽ aduerſus ſemetipſum ſuſtinuit contradõnem. i. agoniam ut non fatigemini animis ueſtris deficientes. Sed quærit qualiter in Chriſto fuit hæc agonia, uiſo ꝙ omnia in Chriſto eẽnt ſumme pacata. Dicitur primo ſecundum Tho. 3. par. q. 18. in ſo. tertij argumenti, ꝙ ſicut ait Dama. 2. lib. Iſta agonia non fuit in Chriſto quãtũ ad partẽ animæ rõnalẽ, ſecũdum quod importat uoluntatẽ ex diuerſitate rõnẽ procedẽtẽ, puta cũ aliquis ſecundum quod ratio conſiderat vnũ vult illud, & ſecundũ ꝙ cõſiderat aliud vult cõtrariũ. Hoc enim contingit propter debilitatem rationis, quæ non poteſt diiudicare quid ſit ſimpliciter melius quod ĩ Xp̃o non fuit, quia per ſuam rationem iudicabat ſimpliciter melius eſſe, quòd per eius paſſionem impleretur uoluntas diuina circa ſalutem humani generis. Fuit tñ ĩ Xp̃o agonia ſecundũ partẽ ſenſitiuam ſcd̃m ꝙ importat timorem infortunij. Dicitur ſecundo, ꝙ in Chr̃o fuit agonia mirabilis, non ſicut in nobis. Nam in nobis in morte ſunt tres cauſæ cauſantes agoniam. ſ. ſtatus temporis præteriti, præſentis uitæ exitus, & locus incertus, ſed hæc non fuerunt in Chriſto cauſa agoniæ, ſed quia in Xp̃o quattuor acies pugnabãt ad inuicem, tres contra vnam & vna contra tres. Nã mors cõtra amorẽ pugnabat, ſed fortis ut mors dilectio. Nã ſenſualitas mortem fugiebat, amor uero propter uitam humani generis mortem ſuggerebat. Similiter labor contra amorem pugnabat & econuerſo. ſenſualitas nolebat paſſionis laborem, amor uero uolebat. Sed amor uicit laborem, & labor ceſſit amori. quia ratio de labore ſuo fructum conſiderauit. Similiter timor contra amorem & econtra, ſed amor triũphauit. quia timor & dolor ceſſerunt ex conſideratione ſequentis gaudij. Secũdo quæritur quare Chriſtus uoluit ſudare ſanguinem. Dicitur primo ſecundum Aug. ꝙ hoc fuit ad figurandum ꝙ de corpore ſuo toto quod eſt eccleſia mãnatura erant ſanctorum martyria. Secũdo ſecundum Bedã, ut per terram ſanguine irrigatam declararet terrenos homines ſuo ſanguine redimendos, & ipſam terrã ſuo ſanguine rigabat, & fœcundabat, & purgabat. Legitur em̃ Chriſtus ſepties effudiſſe ſanguinem ſuum in purgationem peccatorũ. Primo in gemitibus in circũciſione. Lu. 2. contra luxuriã. Secundo in ſudore contra irã. quia ira nimia facit ſudare. Tertio in carne in flagellatione contra pc̃tm̃ gulæ. Gula enim nimis delicate nutrit carnem. Quarto in capite in ſpinarũ coronatione. cõtra pc̃tm̃ ſuperbiæ. Quinto in manibus in clauorum affixione. contra pc̃tm̃ auaritiæ. Ibi enim fuerunt tunc manus apertæ, & extentæ. Sexto in pedibus in ipſorũ conclauatione contra pc̃tm̃ accidiæ. Ibi enim fuerunt tunc pedes puniti, quia ad bonũ nimis tardi. Septimo in corde, in lateris apertione contra pc̃tm̃ inuidiæ. Tertio ſudauit ſanguinẽ propter exceſſiuum, & ardentiſſimum amorẽ quo æſtuauit pro noſtra ſalute pati. iuxta illud quod dixerat. Deſiderio deſideraui &cę. Timor. n naturalis horrore mortis cõtra amorẽ decertabat. iuxta illud quod dicebat. Sp̃us quidẽ prõptus eſt, caro autem infirma. In illa ergo agonia amor diuinus euicit in Chriſti corde timorem humanũ. & tunc totus Chriſti ſanguis exhilaratus cõmouebatur quaſi pronus effluere & ſubuenire naturę noſtræ læſæ ex ui amoris compellentis. ac ſi non poſſet expectare tẽpus quo effunderetur. In illa autem uehementia amoris euaporari potuerunt guttæ ſudoris ſanguinei per corporis poros. Vnde ſicut ſecundũ philoſophos cauſa intrieſeca ſudoris eſt calor naturalis diſſoluẽs uaporem humidum, ſic huius ſudoris ſupernaturalis cauſa potuit eſſe ardor exceſſiuus amoris redundans de corde Chriſti in totum corpus ſuum, qui diſſoluebat illud humidum. Tertio quæritur, an ille fuerit naturalis ſanguis & uerus. cum dicat Beda contra naturam eſſe ſanguinem ſudare. Dicitur ad hoc, quòd fuit uerus ſanguis de puriſſima Chriſti carne, ſed non naturali modo profuſus. quia contra naturam eſt ſudare ſanguinem. Fuit enim miraculoſus iſte ſanguis quantum ad modum profluentiæ, ſed naturalis quantum ad modum exiſtentiæ. & ſic ly tanquam eſt expreſſiuum ueritatis, non ſimilitudinis. Sicut etiam oportet dicere de ſanguine & aqua Chriſti iam mortui, quòd

fuerunt

*N Agonia quo potuit in Xp̃o eſſe agonia.*

*O Sudare ſanguinẽ Quare Xp̃ uoluit ſudare ſanguinẽ ĩ orto.*

*P Sanguis. An ſanguis à Xp̃o in orto ſudãte effuſus fuerit naturalis, uel miraculoſus.*

fuerunt verus ſanguis, & uera aqua. ſed tñ miraculoſe effluxerũt de corpore mortuo. Et hoc eſt qđ dicit Augu. ꝙ ſicut hoc ꝙ ante paſſionẽ ſudor Chriſti factus eſt tanquam guttæ ſanguinis decurrentis in terram oſtendit ueritatem carnis eius, ſic hoc quod de latere eius iam mortui aqua ueraciter & ſanguis fluxit, teſtatur ꝙ corpus dñi poſt mortem victurum, & mors eius nobis uitam darent. In hac autem agonia & hoc ſudore habemus duo ducumenta. Primum, ꝙ quemadmodum quis ingreſſurus bellũ antea timet, ſic & nos certi ſemel ingredi illam agoniam timere debemus. Vnde glo. ſuper illo, & factus in agonia &c. Appropinquante morte certamen mortis noſtrę in ſe dñs expreſſit, q meritò quandã uim timoris patimur morituri, cum poſt paululum ſimus inuenturi, quod in æternum non poſſit mutari. Si .n. conſideremus ꝙ uiã uitę pręſentis nequaquam ſine culpa tranſire potuimus, & ꝙ nec hoc ipſum ſine reatu noſtro eſt qđ laudabiliter geſſimus, ſi remota pietate iudicemur, merito in agonia cõſtituimur.

Q

*Sudor Chriſti. Ex ſudore Xp̃i duo ſumuntur documẽta.*

Secundũ documentum ꝙ exemplo ei debemus dicere ſudare. Primo paſtores in orto eccleſiæ laborando. ſicut ille in orto ſudauit: deinde ſudãdo bona martyrum & ſanctorũ ſudores ea largiẽdo pauperibus Chri. Nõ .n. tot bona eis propter ſe tributa ſunt, ſed pro aliis. Scđo dñt ſudare ſanguinẽ, qui pauperũ labores abſtulerunt. Si enim oportuit Chriſtum ſudaſſe ſanguinem, qui nihil abſtulerat, quãtomagis eũ, qui ex pauperũ ſanguine uixit? Tũc uenit ad diſcipulos ſuos dicens. Dormite iã & requieſcite. Dñs poſtquã p̃cepit apoſtolis ſuis vigilare ſtatim p̃cepit eos dormire ꝑꝑ tria. Primo ad corroborandum eos ut melius portare poſſent futuram tribulationẽ. Nã ſomnus moderatiuus eſt triſtitiæ. Scđo ad oſtendẽdũ ꝙ dñs hic clamat ꝙ uigilemus corde & corpore. & poſtea ſequitur illud. Amodo iã dicit ſpiritus ut requieſcant à laboribus ſuis. & quia ĩ hoc mũdo quies breuis eſt, & labor longus in cõparatione ad illã requiẽ. inde diſcipuli parũ dormierũt. Sed uigiliã illã interdum ſequit̃ quies æterna. Hõ .n. ſanus poſtquã uigilauit dormit. Aliàs ſi dormire neq̃at, ſanus eſſe nõ põt. Sed ſi in mundo bonis laboribus quis iuigilauerit, finaliter ĩ cęli requie dormiet. Si uero per pctm̃ ægrotat tunc de vigilia laborũ mũdi ad inferni uigilias pertranſibit. De qua Iob. 21. In die perditionis ſeruabitur malus, & ad diem furoris ducet̃. Et ſequit̃. Ipſe ad ſepulchra ducet̃, & in congerie mortuorũ uigilabit. Tertio ad oñdẽdũ ꝙ ſemper rõnabile eſt obſequiũ dñi, qui non vult in ſeruitio ſuo perpetuo laborare ſuos, ſed eos pius dñs ſuæ naturæ derelinquit. Heb. 4. Nõ .n. habemus põtificẽ qui nõ poſſit cõpati infirmitatibus nr̃is quẽadmodum diabolus & mundus qui eis nõ cõpatiuntur, ut patet de aleatoribus per totã noctẽ in diaboli ſeruitio uigilantibus. De qbus Hiere. 16. Seruietis diis alienis, qui non dabunt uobis requiem die ac nocte. iõ iubet eos dñs quieſcere. & in hoc debet in nobis eſſe diſcretio. iuxta illud. Roma. 12. Rõnabile ſit obſequiũ veſtrũ, ut nõ grauemus cor noſtrum indiſcrete laboribus, ieiuniis, vigiliis, vt inde ſequat̃ detrimentũ, quia ſicut beat' Antonius dixit. Minus malũ eſt inebriari, q̃ nimiũ virtutẽ ſuã debilitare, qa illi ſubuenitur per medicos. non aũt alteri. Sic paſtores nõ nimiũ grauent ſuos ſubditos. etiã diſcrete agamus cum ſeruis noſtris, ne nimis eos grauemus laboribus, ſed eos quieſcere permittamus. Quarto abſcondita eſt fortitudo Xp̃i in effectu & executione proditionis. de qua textus Sufficit. venit hora. ecce tradetur filius hominis in manus peccatorum. Surgite eamus. ecce qui me tradet propè eſt. Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim antecedebat eos; & cum eo turba multa, & cum accepiſſet cohortem à præſide, & à pontificibus & phariſeis miniſtros uenit illuc cũ laternis & faſcibus, & gladiis, & fuſtibus, & lignis. Qualis dux, tales miniſtri. Prælati quo ad dignitatẽ ſunt ſucceſſores iudæ. p̃s. Epiſcopatũ eius accipiat alter. & antecedunt turbam, vtinam Dei & non diaboli, & utinam turbam Dei non facerẽt eſſe diaboli. Per cẽſuras .n. tot tradunt diabolo ꝙ pauci remanent Deo.

R

Ieſus itaq; ſciens omnia quæ uentura erãt ſuper eum, proceſſit & dixit eis. Quẽ quæritis? Reſponderunt ei. Ieſum Nazarenum. Dixit ei Ieſus. Ego ſum. Stabat autẽ & Iudas qui tradebat eum cum ipſis. Vt ergo dixit eis, Ego ſum. abierũt retrorſum, & ceciderunt in terram. Hic penſandũ eſt,

*Cadere. Dixit in- ter ui iuſtitia & malo rum,*



ꝙ aliter cadunt boni, aliter mali. Boni in faciem. Vnde Gene. 17. Abraham cecidit pronus in faciẽ. & dñs Ieſus orans cecidit in faciem. Mali uerò retrorſum, ſicut hic. Sicut etiam de Hely. 1. Reg. 4. dicitur ꝙ cecidit retrorſum, & fractis ceruicibus expirauit. Huius autem diuerſitatis ratio eſt, quia cum cadunt iuſti cito auxiliũ habent à domino Cadunt enim manibus añpoſitis. Hinc p̃s. Iuſtus cum ceciderit non collidetur, quia dominus ſupponit manũ ſuam Mali autem cadunt retro ideo non habent manus adiutrices. & propterea nõ reſurgunt. Secundo quia boni uident caſum ſuum, & caſus ſui periculum, non autem mali. Vnde iudas erat dux iſtorum, qui cecus erat non uidens peccatum ſuũ, nec caſum ſuum terribilẽ. quo de apoſtolatu in proditorẽ, de conſortio Dei in cõſortium diaboli, de paradiſo cecidit in infernum. Ideo nõ eſt mirabile ſi iſti retrorſum ceciderunt non uidentes periculum. quia ſi cecus ceco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. Iterum ergo interrogauit eos quem quæritis? Illi autem dixerunt. Ieſum Nazarenum. Reſpondit Ieſus. Dixi uobis, quia ego ſum. Si ergo me quæritis, ſinite hos abire. q.d. ut nihil ad uos cum iſtis ſit commune, ecce me ipſum trado. In quo monſtratur ad apoſtolos eius conſummata dilectio, ꝙ ut abirẽt à diabolo & miniſtris eius, ſe ipſum morti tradit. Sinite (inquit) abire. O tribulationes & flagella & labores ſinite abire, ſinite (inquam) à uobis abire timorem detractionum & rumorum maledictorũ, ne uobis de ipſa honeſtate à maledicis inſultetur, ne quaſi nomen malum inde habeatur, aut appellar die imputetur. ita ut timeatis ſibilum auræ pertenuis, ſi me tenere quæritis. Sic quotidie loquitur cum iuſtis, qui ipſum portant, & pro ipſo opprobria ſuſtinent. Ad litteralem ſenſum quærit dñs ſuorum liberationem diſcipulorum à perditione tam animę, quàm corporis. Volebat enim ſuos diſcipulos in anima & corpore ſaluari. Si enim diſcipuli tunc occiſi fuiſſent periiſſent. quia nõ credebant in Chriſtum ſicut debebant. Vnde ait conſequenter. Vt ſermo Ieſu impleretur. quia quos dediſti mihi non perdidi ex eis quenquam. Iudas enim perditus erat corporaliter & ſpiritualiter. Ex quo conſiderare debes benignitatem domini Ieſu & amorem, qui ſolus capi uoluit, nec ſocium habere uoluit in illa miſeria. Si (inquit) me quæritis &c. O ubi ſunt inuidi, qui in ſua miſeria deſiderant omnes eſſe ſimiles Vnde & propter hoc uocatur benignus dñs. In hoc documentum habemus & exemplum primum non deſiderare mala quæ habemus ineſſe proximis noſtris. Secundum exemplum ibi habent iudices & principes innocentes oppreſſos dimittere liberos. Nam ſecundum Aug. Iubet inimicos & hoc faciunt. iubet & ſecũdum iuſſum ſinunt eos abire quos nõ vult perire. Si ergo inimici eius in hoc facto obedierunt uoci eius minime reſiſtendo, quantomagis tu qui catholicus es, & legẽ domini profeſſus es? Contra illos, qui in iniuſtis cauſis innocẽtes detinent. Secundum tamen ſenſum allegoricum ſecundũ Guil. liberationem omnium ſuorum electorum uolebat. Solus capi uolebat ut captionem æternam omnes ſui euaderent; ſolus mori ut in æternum uiuerent. ſolus affligi ut illi æterna felicitate gauderent.

Videntes autem hij qui circa ipſum erant quod futurum erat dixerunt ei. Dñe ſi percutimus in gladio? Ideo interrogant apoſtoli. quia quandoque percutiendum eſt gladio, quandoque patiendum ſolummodo. In tentationibus carnis percutiendum eſt gladio diſciplinæ. Concupiſcentiæ enim & uoluptates non ſunt patienti uiuere. Vita enim earum mors noſtra eſt. Roma. 8. Prudentia carnis mors eſt. Sunt enim iſtæ concupiſcentiæ diabolici bellatores. 1. Pe. 2. Obſecro uos abſtinere à carnalibus deſideriis quæ militant aduerſus animam & ita contra has eſt militandum quia militant aduerſus nos. Moleſtiæ uero & ignominiæ pro nobis militant aduerſus hoſtes noſtros atrociſsimos. ſ. propriũ ſenſum & propriam uoluntatem. ideo non ſolum tolerandæ ſed etiam tanquam Dei auxilium & ſuccurſus cum gratiarum actione & gaudio ſuſcipiendæ ſunt.

S

Simõ ergo Petrus habens gladium eduxit eum. In hoc conſiderandum eſt ꝙ ſi in Simone Petro magiſtratus eccleſiæ intelligatur, non eſt magiſtratus eccleſiaſticus ſi nõ habeat gladium, ſed potius larua eius, id eſt ſimia uel pictura quaſi quibuſdam coloribus mitrarum baculorum, ſcandalorum, & veſtium

*Habere gladiũ. Quid denotet per hoc ꝙ Simõ petrus habebat gladium.*

veſtium ſacrarum forinſecus adumbrata. Vnde & omnibus magiſtris eccleſiæ typo apoſtolorum præcepit dñs. Lucę. 22. Qui non habet gladium uendat tunicã ſuã, & emat gladium. In quo de gladio uerbi dei habendo quanta debeat eſſe ſolicitudo ꝑlatorum euidenter oſtenditur, quia aliis nudari præcipiuntur ut illum habeãt. Sic aũt ſunt habendi pręlati ſine gladio in numero prælatorum, quemadmodum lignipedes (gallice echaches) in numero pedũ, & laruæ in numero capitũ. cũ membra eccleſiæ non ſint, ſed membra diaboli. Sed ſeneſcens eccleſia & ſenio confecta lignis & baculis pro pedibus vtitur. Hi non ſunt de ſexaginta fortibus. Canti. 3. Qui lectulum Salomonis. i. eccleſiam ambiunt, tenentes gladios uerbi Dei. & vniuſcuiuſq; enſis ſuper femur ſuum. i. gladius diſciplinæ ſuper carnẽ ꝓpter timores nocturnos. Secundo mittitur pręlatus eccleſiæ ad debellandum mundum, carnem, & diabolũ. Sed qui gladium non habet qua temeritate ad bellum accedit? Homines autem in tempore pacis & non in tempore uel loco belli eſſe uidentur, qui ſine gladio incedũt & omnino ſe nocere nolle uel hoſtibus, uel aliis oſtendũt. Tertio pręlati ſunt bellatores conductitij. Sed nũquã bellatores conductitij ſe regibus oſtendunt ad agendum bella, & ad conueniendum de ſtipendiis percipiendis, niſi armatos. Offert autem ſe vnuſquiſque in eis armis in quibus habet uſum atque peritiam, qualem ergo eccleſiis ſe offerunt, & de ſtipendiis percipiendis tam audacter, tamque prumptuoſe conueniunt, qui nec habent arma uel gladium, ne dicam eorum peritiã uel uſum? Hoc modo ſe miſcent bellatoribus & exercitibus ribaldi ut furentur, & rapiant, non ut egregium quid & laude dignum, aut quod ad honorem principis & gloriam pertineat, faciant. Inermes ẽt & ribaldi iaculis & gladiis ſe obiiciunt. Sic & huiuſmodi prælati ut temporalia furentur, & rapiant exercitui chriſtiano ſe immiſcent. In hoc tñ ribaldis deteriores, & viliores, quia illi nunquam bellatores ſe ſimulant. nunquam ſibi bellatorum uſurpant ſtipendia. iſti uero vt ea rapiant, & bellatorum loca effrenata impudentia & exercitus ipſius ducatus vſurpare non uerentur, & magiſtri chriſtianæ militiæ haberi volunt, qui non ſolum nondum eius diſcipuli fuerunt, ſed etiam nec nomina nouerunt equorum. Hæc Guillermus.

Sed quæritur ubi Petrus acceperat gladium hunc ita magnum, cum tñ diſcipuli non ſecum tales gladios portarent. Dicũt hic quidam ꝙ tunc emerunt propter periculum futurum. Dixerat. n. ei Chriſtus. & qui non habet uendat tunicam, & emat gladium. & hoc eſt opi. Criſo. Sed tamen hoc non uidetur ueriſimile. Nam interrogati à Chriſto præſto reſponderunt. ecce duo gladij hic, ideo ſm alios dicitur ꝙ piſcatores erant, & opus illis magnis cultellis habebant ad affligenda rhetia. vel ſm Theo. forte parauerunt ad eſum agni.

Primo itaque habuit Petrus gladium. Secundo eduxit eum eum. Tertio percuſſit pontificis ſeruum, qui magis de prope ſe ingerebat, & credendo eum excerebrare & caput diuidere, amputauit ſibi auriculam dextram. Erat autem nomen ſeruo Malchus. Hoc ad maiorem hiſtoriæ ueritatem exprimitur. Quòd aũt Petrus Malchi auriculam dextram abſciderit iuxta ſenſum allegoricum poteſt exponi, quòd in abſciſſione auriculę Malchi abſciſſa eſt auris populi iudaici ſecundum Guil. quaſi cum quo in furto primo mitius agatur, in ſecundo uero ei utraq; auris abſcinditur. Primum autem huius populi furtum fuit legis abuſio, & eiuſdem carnalis & terrena interpretatio, in quo abſciſſa eſt auris dextra, ut non intelligant quæ in ea continentur. Secundum delictum euangelicę ueritatis recuſatio, pro quo ſiniſtra ei auris abſcinditur, quæ dicitur eſſe timor dei & ſuppliciorum. Tertium delictum contumacia ſiue pertinacia, in quo quicunque deprehenditur abſq; ulla miſeratione patibulo affigitur. Spes auris eſt qua promiſſiones æternorum bonorum audiuntur. timor qua æternorum malorum comminationes. Harum utraque abſciſſa eſt in tertio delicto. ſ. contumaciæ, ſolum reſtat infernale patibulũ. Timeat ergo populus iudaicus, qui nihil æternum ſperat aut intelligit ſi ſe ſiniſtra aure uideat nudatum id eſt timore ęternorum ſuppliciorum. nihil plus ſibi reſtat niſi infernale patibulũ.

Dixit ei Ieſus. Cõuerte gladium tuum in uaginam. Calicem quem dedit mihi pater, non uis ut bibã illum? Omnes qui

gladium



gladium acceperint, gladio peribunt. An putas quia non poſſum rogare patrẽ, & exhibebit mihi modo pluſq. 12. legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur ſcripturæ, quoniam ſic oportet fieri. Hic iubet dominus cõuerti triplicẽ gladium. Primo gladium uerbi Dei & recondi in uaginã ſacrę ſcripturæ. Hoc. n. aliquando agendũ eſt, qa abſcondendus eſt ab indignis qbus myſteria & uerba diuina occultanda ſunt. ut paulus ꝓhibitus eſt Aſianis ꝑdicare, ita ꝙ aliqñ in ꝑſecutione ceſſandũ eſt à ꝑdicatione uerbi. eo ꝙ tyranni aliqñ ſũt incorrigibiles & obſtinati, nec põt eorũ iniquitas gladio uerbi Dei interfici. Secũdus eſt linguę, quẽ etiã iubet cõuerti ĩ uaginã oris, ut nec exeat iniuria aut opprobriũ. Oportet. n. nos configurari & cõformari Xp̃o. Chriſto configuratus iniurias ſibi illatas ſicut & Xp̃s non ſentit, ſed Xp̃m ſolũ aſpicit. Tertius eſt uindictę quẽ zelo priuati honoris exercere nõ vult. ſed vult ĩ uagina claudi. Neq; vult ip̃m exerceri ab eccleſiaſticis niſi ĩ caſu neceſſitatis. & hic in ſeipſo formã dedit & exemplum.

T — *Arma. An clerici debeãt arma portare.*

Sed quęritur circa hoc primo, an clerici debeãt arma portare. Et uidetur ꝙ ſic. quia eiuſdẽ rõnis eſt ꝙ qs aliquid faciat & ꝙ facienti cõſentiat. Rom. 1. Non ſolũ digni ſunt morte q faciunt, ſed & q conſentiunt facientibus. Sed clerici inducunt prĩcipes ad bellandum. & per conſequens cõſentiunt Dicitur enim 23. q. 8. ꝙ hortatu & precibus Adriani Romanę urbis epiſcopi Carolus bellum contra longobardos ſuſcepit ergo licet eis arma ſummere. In oppoſitũ dicit Chriſtus, conuerte gladiũ tuum in uaginam. & per hoc dictum. Lu. 22. Sinite vſq; huc. Pro reſpõſione ſit prima ꝑpoſitio ſm Tho. 22. q. 40. ar. 2. tertii. Clericis nec licet pugnare nec arma inuaſiua ſumeræ. Probat dupliciter. Primo qa quædã ſunt negocia adeo ſibi repugnantia ut conuenienter ſimul exerceri non poſſint, ideo illis qui maioribus deputantur prohibentur minora. ſicut ſm leges humanas militibus qui deputantur ad exercitia bellica negociationes interdicũtur Bellica aũt exercitia maxime repugnant officiis quibus clerici deputãtur ꝓpter duo. Primo qa Bellica exercitia maximas inquietudines habent, ideo multũ impediunt anima contemplatione diuinorum & laude Dei & oratione pro populo quæ ad officium pertinent clericorũ. Ideo ſicut negociationes eis interdicuntur propter hoc ꝙ nimis implicant aĩm. 2. Thimo. 2. Nemo militans deo &c. ſic & Bellica exercitia. Secundo propter ſpecialem rationem. Nam omnes clericorum ordines ordinantur ad altaris miniſterium, in quo ſub ſacramento repreſentatur Chriſti paſſio. ſm illud. 1. Corin. 11. Quotienſcũq; manducabitis panem hunc &c. Ideo non competit eis effundere ſanguinẽ, ſed magis eſſe paratos ad propriam pro Chriſto ſanguinis effuſionem, ut imitentur opere quod gerũt myſterio. Propter quod inſtitutum eſt ꝙ effundentes ſanguinẽ (ẽt ſine peccato) ſint irregulares. Nulli autẽ qui deputatus eſt ad aliquod officium licet illud per quod ſuo officio incongruus redditur. Dicitur ſecundo ꝙ licet ſacerdotibus, clericis, & prelatis non ſolum reſiſtere lupis infernalibus qui ſpiritualiter interficiunt gregem, ſed etiam raptoribus & tyrannis qui corporaliter uexant populum. non autem materialibus armis in propria perſona utendo, quia licet illæ gladius materialis poſſit eſſe clericorum, tamen cõuerſus eſt in uaginã principum ſeculariũ vel ſecularis p̃tãtis, ut vult Ber̃. ad Eugeniũ Papã. Nam olim ſacerdotes in lege vt Samuel, Ioiada & iudas Machabeus habuerũt iudiciũ ſanguinis. ſed nunc a Chriſto hoc eſt interdictũ Petro dicente. Conuerte gladiũ tuum in vaginam. Bene tñ vti poſſunt ſp̃ualib. ſm illud apoſto. 2. Cor 10. Arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia ſed ſp̃ualia. quæ quidem ſunt ſalubres admonitiones, deuotæ orões, & lachryme contra pertinaces excommunicationis ſententia. Sic faciebat Ambro. contra milites. 23. q. 8. conuenior. Sic ẽt faciebat cõtra principes. ut contra Theodoſiũ. Sic faciebat Criſo. contra Garnã tyrannum. Poſſunt ẽt intereſſe bellis, ut ſuis admonitionibus & exhortationibus & abſolutionibus & aliis ſp̃ualibus ſubuentionibus ſubueniant, ſicut in ueteri lege mandatur. Deuter. 20. ꝙ ſacerdotes ſacris tubis in bellis clangerent. Poſſunt etiam conſulere bella & inducere ad bella propter finem iuſtum, quia bellare non eſt de ſe illicitum, ſed non congruit eorum perſonis. Dicitur tertio quòd non

III licet

licet alium interficere ſe defendendo, ubi fugiendo aut adiutorium inuocando poſſet homo ſaluari. Si aũt aliter non poſſet, dico ꝙ poteſt licite, quia & ſi aliquod p̃ceptum ſit legis poſitiuè, non tñ præiudicat legi naturæ. & ideo licet ſibi deferre arma defenſiua. Et hoc uidetur dicere dominus in cœna diſcipulis cũ dixit. Et qui non habet gladium vendat tunicam & emet. Vbi dicunt doctores ꝙ tp̃e aduerſitatis licet etiam ſacerdotibus deferre & ſe moderate defendere. Vbi tamẽ alia via poſſet cohibere malefactorem. vel qñ iã accepto vulnere mortis inſequitur & occidit recedentẽ, tunc uidetur eſſe iam vltio nec licet. Et ſi dicatur ꝙ taliter inuadens eſt in peccato mortali. ergo ſi defendens occidat eum in tali ſtatu, præponit ſalutem corporis ſui ſaluti animæ proximi, quod eſt contra charitatẽ. Dicitur ꝙ non ille qui interficit eum ſe defendẽdo, ſed potius ipſe eſt cauſa ſuę mortis & dãnationis inquantũ. ſ. alium ad occidendũ eũ quaſi interpretatiuè cogit. Vnde ſi illa ratio valeret minus peccaret interficiens innocentẽ quàm nocentẽ. Item omnis qui interficit nocentem ut miniſter legis, nõ eſt tranſgreſſor præcepti de non occidendo. Sed qui vult iniuſtæ alium occidere ſecundũ humanam legem & ẽt diuinam eſt nocẽs. quia eſt in mortali peccato, & quia defendondo ſe talem occidit, tunc occidit eum vt legis miniſter quæ ei cõcedit hoc in tali caſu, ergo non eſt tranſgreſſor. Secundũ Tho. uero nihil prohibet duos eſſe effectus vnius actus quorũ alter ſit tãtum in intenſione, alter ſit pręter intenſionem. Morales aũt actus accipiunt nomen ab eo quod intenditur non ab eo quod eſt præter intenſionem, cum ſit cauſa per accidens. Ideo ſi moderamine vtatur intendens conſeruare vitam & ſequatur alterius mors, non erit hoc illicitum. Sed ſi quęratur quõ Petrus fuit auſus hoc facere cum uideret tantã multitudinem armatorũ aduerſum ſe, cũ ẽt dñs ſibi & aliis p̃cepiſſet. Qui percuſſerit te in unam maxillã, præbe ei & aliã. Dicitur ꝙ Chriſtus immediate ante fecerat eis ſermonem quaſi totũ de amore diuino, ꝓpter quẽ Petrus tunc ita inflammatus erat ꝙ non curabat niſi de magiſtri ſui defenſione. Vtinã nunc omnes epiſcopi & principes ſiue eccleſiarum ſiue laici eſſent ita uoluntarii ad defendendũ legẽ. Sed non habẽt pręlati moderni hunc zelum. quinnimmo multũ diſcrepant a cõditione primi gubernatoris eccleſiæ, qui pro iniuria Deo facta vindicanda morti ſe exponere paratus eſt, exẽplũ iudicibus derelinquens tã eccleſiaſticis quàm aliis iniurias Deo factas fortiter uindicandi. & iniurias proprias tolerãdi patienter. Petrus exemit gladiũ contra magnã cohortem ſibi cũ gladiis & fuſtibus occurrẽtem. Sed nullus eſt modo qui tanto ſe periculo pro Chriſti amore exponat. quoniam plane loqui contra aliorum pctã non audent. ne offendant eos aut ab officio depellantur aut gloriam ꝑdant. Reges etiã & principes ad eius exẽplum deberent accipere gladiũ defenſionis pro tutela & libertate eccleſię. Sed modo dimittunt eam in manibus hoſtiũ ſuorum perdendã & libertates eius. Dicitur quarto ꝙ iniuria propulſari poteſt dupliciter. Vno mõ impedi ẽdo ſicut Paulus. Act. 13. Qui munitus fuit militibus ne iudæi inferrent ſibi iniuriã, & ſic omnibus licet. Secundo mõ repugnando, & hoc dupliciter, quia aut eſt iniuria priuata. & ſic zelo vltionis propulſare nõ licet. ſed bene vel amore correctionis vel inſtãtia neceſſitatis ſine armis cuilibet layco cũ armis licet, & in caſu neceſſitatis ẽt clerico. Si ſit iniuria publica ſicut eccleſiæ vel fidei facta, tunc licet cuilibet & laico cum armis & ſine armis clericis. Et cum tetigiſſet ſanauit auriculam eius. Quæritur ſi fuerit ſanus mente & anima ſicut corpore, cũ dñs totum hoĩem ſanum fecit in ſabbato, & cum (vt dicitur) aliquẽ ſanauit Chriſtus corpore, ſanauit ẽt mẽte. In oppoſitũ. quia cõiter dicitur ꝙ fuit ille qui poſtea ꝑcuſſit eũ. Dicitur primo ꝙ an fuerit ille qui percuſſit Chriſtũ neſcitur, nec eſt aliqua autentica ſcriptura q̃ hoc teſtificetur, dato tñ ꝙ fuerit ille, non propterea ſequitur ꝙ ſanauerit eũ in mẽte, quia hoc intelligitur de illis ad quorũ preces vel aliorũ reſtituit ſanitatẽ. Hoc aũt non fecit ad alicuius p̃ces, ſed ꝓꝓ iſtam vel alterã iſtarũ cauſarũ quæ ſequuntur. Prima eſt quia forte Petrus trahi potuiſſet ad iudiciũ ꝓ paſtore factũ ad ſatisfaciẽdũ parti. Iõ ut Petrus abſque turbatione ſeruaret, dñs reſtituit aurẽ & pro eo ſatisfecit. Se-

Sanat. An dominus ſanauerit malchũ mẽte ſicut corpore.





cundo hoc fecit ad noſtrã inſtructionem. vt bñfaciamus inimicis noſtris. Nõ .n. aruerat fons mĩæ ꝓꝓ eſtũ inſtãtis tribulationis, nec eſt oblitus miſereri miſericors & miſerator dñs, nec cõtinuit ĩ ira mĩas ſuas ſed aduerſarij ſui auriculã ſanauit. Glo. interli. Nũquã pietatis obliuiſcitur qui nec hoſtes ſuos patĩt vulnerari, & hęc eſt moralis inſtructio prima uero litteralis. Tertio vt oñdat ꝙ eps̃ qui gladiũ excõicationis h3 diſcretè feriat, & nõ ſubito ſicut Petrus. Vñ quicquid faciat nõ dẽt ſibi abſcindere aurẽ uerbi Dei, quin ad prædicationẽ poſſit ſimul cũ aliis venire. licet alienus ſit ab eccleſię ſeruitio. Quarto ut oñdat ꝙ p̃dicator põt in aure per uerbũ Dei peccatorẽ percutere & occidere peccatũ, ſed non ſanare. Ille .n. ſolus eſt qui ſanat contritos corde & alligat cõtritiones eorũ. Quinto vt eorũ præſumptionẽ confundat qui neſcienter vti uerbo Dei, aurẽ intelligentiæ quã uerbo Dei aperire debuerant indiſcretè loquentes potius percutiunt & p̃ſcindũt, & quos reformare debuerant aure intelligentię mutilatos remittunt, ſicut illi qui indiſcretè loquuntur & corrigere uolunt, ita ut recedant audientęs propter loquẽtis indiſcretionem, immo multi gladio linguæ ita ſuos perſecutores percutiunt, ut poſt percuſſionẽ uix illum linguæ gladiũ in uaginam mittant. Quid .n. faceremus ſi euangelium gladiũ non prohibuiſſet ſed conceſſiſſet, quãdo præcipiente ut ex tractum in vaginam remittamus gladium continere (quia non volumus) non valemus? Sexto vt oſtenderet dominus ſuam poteſtatem, quia tũc non niſi voluntarię capiebatur. Septimo vt oſtẽdat ꝙ ſicut in iudęa abſciſſa eſt auris uerbi Dei ſic in fine reſtituetur, & reparabitur Helya veniente. Qui autem tradidit eum dedit eis ſignũ dicens. Quẽcunq; oſculatus fuero ipſe eſt tenete eum & ducite caute. Moraliter in hoc inſtruimur ne nos aſſociemus illi uitio quod ꝓdat nos. Sunt enim uitia & peccata nequiſſimi proditores. Mundus enim cum per auaritiam & bonorum abundantiam oſculatus eſt peccatorem. dicit dæmonibus. Quemcumq; oſculatus fuero ipſe eſt tenete eum & ducite caute. id eſt cum cautela, ne a vobis euadat aliqua moleſtia tactus. quia ſicut dicitur. Eſa. 28. Vexatio dabit intellectum auditui. Ducunt enim uitia ad crucem infernalem peccatore, ita caute ut etiam qui ducuntur ignorent. Sicut canes oſtenſo pane uel oſſæ ducuntur ad carnificinam ſic tales dum dæmon oſtendit eis oſculum concupiſcentiæ, velut oues occiſionis ducuntur ad infernale patibulum. Sicut ſunt illi qui in ſtultiis ſuis ſapienter agere ſe credunt, quod in eis accidit quibus auaricia prouidẽtiã mentitur. Dicunt .n. oĩa quæ cumulant nõ eẽ niſi ad prouidẽdũ eis in neceſſitatibus. ubi tñ ſuperabũdãtia & ſuperfluitas ducit ad mortem. Sicut etiam in his ubi crudelitas mentitur iuſticiam. Secundo inſtruimur ut hos proditores, ſcilicet vitia & peccata quæ ſic caute ducunt nos poſt oſculum, id eſt, delectationem habitam ad inferaum expellamus a nobis & eiiciamus, ne ſimus ſimiles uolentibus ſe ſuſpendere, qui fores claudunt & omnia diligenter obſtruunt & obſerant ne forte eis adiutorium ſuperueniat, & ne impediatur eorum ſuſpendium. ſicut illi qui claudunt os ne confiteantur. Similes etiã uiatoribus quos latrones de uia publica abducunt, & ad ſpeluncas ac latebras ſuas ut ibi eos occidant, abſcondunt. Latebre .n. dęmonum ſ abſconſorta ſunt peccatorum, & illuc te ducunt vt ibi te occidant. Pſal. Vt ſagittent in oſcuro rectos corde & ipſi ſunt. De quibus Abahuc. 3. Exultatio eorum ſicut eius qui deuorat pauperem in abſcondito.

Et antecedens turbam appropinquauit Ieſu vt oſcularetur eum. Et confeſtim accedens ad Ieſum dixit. Aue rabbi. Vocauit eum rabbi non dominum, quia per uenditionem a domino eius ſe credebat eſſe priuatum, ſed a magiſterio priuari non potuit. quia etiam in cruce uſque ad mortem nos docuit. Propter quam peſtiferam & proditoriam ſalutationem uitandam, in tribus diebus ante Paſcha in horis non dicitur ſalutatio, ſcilicet dominus uobiſcum, nec in die Veneris ſancta in omni ſeruitio. Et oſculatus eſt eum. Si nauſeabile eſt cuiquàm homini ſuſcipere oſculum de aliquo habente os fętidum, quantomagis Chriſto pœnale fuit ſuſcipere oſculum ab ore tante fœtiditatis pleno. utpote cuius cor Sathanas & omnis ſpurcitia repleuerat.

uerat. In hoc oſtenduntur moraliter amplexus & oſcula mundi eſſe vitanda tanquàm peſtifera & proditoria, quia ad malum finem docunt, quicquid ſit de principio. multa promittunt, & nihil in fine tenetur. Pſal. Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula. Vnde quãdo mundus dat delicias ad libitum tunc ridet quando diuitias & delicias ſimul oſculatur. quãdo cum his homines adiungit, tũc miſerũ hominem amplexatur, & omnibus iſtis modis prodit pauperem peccatorem. Nam amplexus eſt ſicut falx quæ quantum de herba amplectitur tantum ſcindit. Sic iſti quantum ſe glorificauerunt & in deliciis fuerunt, tantum ſequetur eos tormentum & luctus. Dixit ei Ieſus. Amice ad quid veniſti? Iuda oculo filium hominis tradis. Auguſtinus. O ſignum nefarium. Vbi gentes conſueuerunt bella finire, per hoc prophanum oſculum uoluit inchoare, quaſi dicat. O Iuda ſub ſigno charitatis proditionem homicidii facis. Infelix ſignum. ubi per pacẽ, bellum, per ſalutationem condemnatio procuratur. O Iuda propter te ſuſcepit ingrate quod tradis hypocrita. Ex hac proditione inſtruimur. Primo ne Chriſti proditores efficiamur. Dum enim quis proximum diligere ſe ſimulat, & malum contra eum machinatur, ipſum tradit quam proditionem Chriſtus ſibi aſſumit. Iuxta illud. Matth. 25. Quod vni ex minimis meis feciſtis, &c. Inſuper doloſæ Chriſtum cum iuda ſalutat qui proximo ſuo promittit & non ſeruat. vel fraudulenter adulatur, uel qui prolongant in iudiciis cauſas pecuniæ gratia. uel ut tandem habeant eorum quos tutantur hæreditatem. Tertio tradunt Chriſtum qui ipſum in peccato recipiunt. Hieroni. in quadam epiſtola. Dic ſacerdos. dic clericæ, qui cum eiſdem labiis filium Dei oſcularis quibus oſculatus es filium meretricis cum iuda oſculo filiũ hominis tradis. Quarto tradũt Chriſtum qui oſculando, plaudẽdo, ſalutãdo, & verbis blandis adulando, &, fidelitatẽ & amicitiam fingendo aliorum conſilia ſolent inueſtigare, & tãdem damna a pręiudicia procurare, ſimiles tõſori qui prius vngit poſtea pungit, ſimiles potatori oſculando cyphum vinum ſibi ſubtrahit. Multi enim ſunt tales qui ſub ſpecie boni amicos decipiũt, ſicut Ioab tenens mentũ amaſe & eum ſalutando occidit. 2. Regum. 20. Contra quos Hieremiæ. 9. Sagitta vulnerans lingua eorum. Secundo principaliter inſtruimur ut diſcamus patienter ferre fraudulentias malorum hominum, nec eos odiamus, ſed cum mentis affectu eos corripiamus, ſicut fecit Chriſtus cum dicebat. Amicæ ad quid veniſti? Vnde Ambroſ. ſuper illo uerbo. Iuda oſculo, &c. Magna (inquit) o domine ſignatio pietatis, magna diſciplina, virtutis, & conſiliũ proditionis aperitur & adhuc patientia non negatur. In illa hora dixit Ieſus turbis & ad eos qui uenerant ad ſe principes ſacerdotum & magiſtratus & ſeniores. Tanquàm ad latronem exiſtis cũ gladiis & fuſtibus comprehendere me. In hoc ſuo uerbo docet ipſe Chriſtus homines reuerendos & maxime doctrinæ populi inſiſtentes honeſtæ tractari in curiis in quibus citantur propter reuerentiam uerbi Dei, & non eo modo quo plebei, dato etiam ꝙ aliquid peccauerint. In quo notantur promotores, qui ſępe eos inhoneſtæ tractant & proponunt in eos diffamando, etiam quę nunquàm quandoq; facta fuerunt. Sed hæc eſt poteſtàs tenebrarum quia pro tenebris & dyabolo ſunt, faciendo eorum partem bonam. Quotidie apud vos eram in templo docens, & non me tenuiſtis: Sed hæc eſt hora ueſtra vobis a Deo permiſſa & non prohibita, & poteſtas tenebrarum quia dyabolus princeps tenebrarum ad hoc magis tunc incitabat, & tunc eis erat data poteſtas. & permiſſa magis hoc faciendi. Ex quo patet ꝙ ex permiſſione diuina dyabolus magis tẽtat in uno tempore quàm in alio, nec ſemper tentat hominem quantũ vult. Quinto abſcondita eſt fortitudo domini in comprehenſione & ligatione eius. De qua ſic ait euangeliſta. Cohors autem & tribunus & miniſtri iudæorum comprehenderunt ieſum, & ligauerunt. Permiſit autem ſe dominus ligari propter tria. Primo ut ſua ligatione nos a peccatis ſolueret. Vnde Guill. lib. de fi. Obſes & fideiuſſor pro humano genere poſitus eſt. Captus enim fideiuſſit ſiue ſpoſpondit pro emenda noſtræ excommunicationis ſoluenda. ideo in eccleſia Dei ſolemnes ſunt ubique abſolutiones

X
*Proditio Iudæ.*
*Ex proditione Iudæ īſtruimur in duobus.*

Y
*Ligari Dominus propter tria permiſit ſe ligari.*





in die Iouis ſctã. Fideiuſſore enim poſito & recepto pro emenda excommunicationis ſtatim excõicatus abſoluendus eſt. Sic Chriſto domino obſide poſito capto & ligato abſoluendi eramus ab excommunicatione illa magna, qua a Dei conſortio & ſanctorum angelorũ ſeparati eramus. Hæc Guil. Secundo moraliter vt diſcamus noſtros ſenſus ligare & captiuare in obſequium Chriſti. ut ſcilicet oculi captiuentur ab illicito uiſu, aures à noxio auditu, &c. Propter hoc enim ſe debet homo captiuum reddere Chriſto, vt mortẽ euadat ęternam. Sicut enim homo in belli periculo conſtitutus libenter ſe dat alicui nobili & benigno dño captiuum ne ab aliis ferocibus occidatur, ſic nos in hac uita ſicut in bello cõſtituti, tradamus nos benigno Chriſto captiuos, ne æterna morte occidamur. Tertio ſecundum Guillermum. vt diſcant homines miſereri ſuorũ conſeruorum & ſibi ſimilium hominum qui ſunt membra Chriſti. Chriſtus enim ita noſtri miſertus eſt, ut ſe permitteret vinciri & ligari propter nos. Diſcat ergo Chriſtianus redemptus à domino miſereri membrorum eius qui tenet in ſua poteſtate uinctos. Sed ut dicit Guillermus. Non eſt mirabile ſi in ſuis membris tam atrociter comprehenſis, tentis, & ligatis non uidetur Chriſtus quando etiam in ipſis hominibus ſic uinctis neque quòd homines ſunt uidetur ab illis. quia in eis naturam non aſpiciunt. Et ratio eſt quia ipſos oculis naturæ non intuentur, ſed potius oculis cupiditatis, & auariciæ quibus in eis non niſi pecuniam uident. cuius præde inſidiantur. Ideo nec oculis gratiæ qui ſunt ſublimiores & puriores eos aſpiciunt ut agnoſcant eos eſſe Dei filios uel membra. In eis enim ſola auaricia tota ſibi uiuit, & nihil ſe credunt habere in aliis nec errant, quia re uera excommunicati ſunt ſpirituali excommunicatione qua nulli communicare poſſunt. In hoc moraliter docentur religioſi qui uolunt ſequi Chriſtum portando crucem religionis quòd debent ſe ligare uinculo profeſſionis & obedientiæ propter eum qui pro ipſis ligari uoluit. ut ſcilicet amplius ſe pro ſuo uelle mouere non poſſint. Sed quomodo domine te permiſiſti capi? quomodo te in manus inimicorum dediſti? qui dixiſti. Nolite ſanctum dare canibus, nec margaritas mittere ante porcos? Quomodo tam præcioſas merces expoſuiſti mercatoribus neſcientibus precium earum? De quibus longe ante dixiſti. Veruntamen precium meum cogitauerũt repellere. Fatuus enim uidetur qui tales ac tantas merces ignorantibus, immo deridentibus precium exponit. Cur ergo domine te tradidiſti in manus inimicorum & crucifigentium te? Ad hæc dominus. Scandalizari uideris in me cor deuotum, cur margaritam pręcioſam dilectam animam meam dedi in manus inimicorum in manus porcorum? Sed neſcis quòd natura porci eſt terram effodere vt uermẽ inueniat unde nutriatur? Ego uero reputatione hominum ſum vermis & nõ homo, quid ergo miraris ſi in terra corporis mei foderunt? Foderunt quidem manus meas & pedes meos immo & latus meum, & me uermẽ inuenerunt. Sed quia ſecundum eorum appetitum non erat, nõ inde guſtauerunt. Secundo neſcis quia natura ſuis eſt in luto naribus offodere. Sed quid ſi in luto inueniatur margarita nonne ad porcum pertinet? Certe non ſed lutum tantummodo. Quid ergo miraris ſi terra corporis mei data eſt in manus impii? Sed præcioſam margaritam in ea exiſtentem ſicut nec porci non cognouerunt, ſed eam effoderunt ut ipſam inuenientes inſtitores emant & dignum precium pro ea contribuant. Præterea neſcis quia margaritam antequàm ad opus ualeat neceſſe eſt forari & penetrari ab operatoribus? Quid ergo miraris ſi ego eam in manus non mercatorum, ſed artificum dederi, qui eam forare habeant. ut ad opus inferatur eccleſiæ. & in corona & præmio iuſtorum reponatur. Non enim eſt Margarita illa miſerorum illorum artificum ſed diuitum mercatorum qui precium habent unde emant, ut in theſauris ſuis eam reponant. Artificum enim eſt aptare margaritam, mercatorum uero in theſauris ſuis habere eam reconditam. Non ergo admireris ſi dilectam animam meam tradidi in manus inimicorum meorum. Hoc autem totum factum eſt ut adimplerentur ſcripturæ prophetarum. Tunc diſcipuli relicto eo omnes fugerunt. In hoc

Z

*Fuga diſcipulorum. In tribus inſtruimur ex fuga diſcipulorum Chriſti.*

inſtruimur primo ꝙ ſi aliquãdo ex fragilitate recedamus ad horã à domino non deſperemus, quia ſicut dicit Remigius. Sãcti apoſtoli qui ex ardore fidei promiſerũt ſe mori pro xp̃o, timore fugerunt immemores ſuę promiſſionis. Quod ẽt videmus quotidie impleri in his qui pro amore dei magna ſe promittũt facturos, & tñ nõ implent. qui poſtmodũ deſperare non debẽt, ſi cum apoſtolis ꝑ pœnitẽtiã ab infidelitate & a peccato reſurgãt. Secũdo inſtruimur ꝙ ſi hi qui uidẽt amici nr̃i & ꝓximi interdũ recedãt a nobis tp̃e neceſſitatis vel aduerſitatis equanimiter hoc feramus, memores ꝙ apoſtoli oẽs in neceſſitate receſſerunt à xp̃o, & xp̃s hoc equanimiter tulit. Tertio in hoc inſtruimur ſm̃ Guil. ꝙ Chriſtus paucos hẽt ſocios in aduerſitate & ad cõpatiendũ ſibi in mẽbris, licet multos hẽat ad cõregnandũ. Fere.n. oẽs delicati ſumus cõtra quos Hier. Delicatus es frater ſi, & hic vis gaudere cũ ſæculo, & in futuro regnare cũ Chriſto. Nõ n. attendimus ꝙ nõ eſt regreſſus ad lignũ vitæ, niſi per cherubim & gladiũ flãmeũ atq; verſatilẽ. Iſti aũt volunt hr̃e Deũ ꝓ parte excõicatũ. quia nõ niſi in proſperis ei cõicare volũt. Signãter autem (vt dicit Guil.) dr̃ relicto eo, & conſequẽter fugerunt. quia tribulationes fugiũt quidẽ nec tñ Chriſtũ deſerũt. ut patet de paulo qui legitur per ſportã demiſſus. Qui. n. maiori vtilitati eccleſiæ ſeruare ſe volũt, non Chriſtũ deſerũt. Sed quidã relicto xp̃o q. eſt via, veritas, & vita, fugiunt ad mortẽ, & iſtorum magnus eſt numerus. Sed q̃ritur. vtrum diſcipuli Chriſti ipſum relinquẽdo & fugiẽdo peccauerint. Quòd ſic. primo quia promiſerant cũ eo antea mori. Mat. 26. Similiter & oẽs dixerunt, idẽ. ſ. cũ Petro. ſed fractio promiſſi eſt peccatũ. ergo, Secundo derelinquere amicum ſuũ & benefactorem in neceſſitate eſt peccatum ingratitudinis & infidelitatis, ſed diſcipuli dereliquerũt dominũ ſuum & benefactorem in neceſſitate. Vnde & de eorum fuga conqueritur. Iob. 19. Fratres mei elongauerunt à me, & noti mei quaſi alieni receſſerunt a me. ergo. In oppoſitũ arguitur quia dominus licentiauit eos de fugiendo. Ioh. 18. Si ergo me quæritis, ſinite hos abire. ergo licite ad licentiã eius poterant fugere. Reſponſio ꝙ diſcipuli fugiendo corporaliter non peccauerunt, ꝓpter illã corporalẽ fugã. Patet. quia ſecũdũ philoſophos fuga eſt actus fortitudinis aliquãdo, maxime vbi expectãdo imminere publicum periculũ & nulla neceſſitas. Propter qđ varroni a bello cãnenſi redeunti & fugiẽti reddite ſunt gratiæ à ſenatu, quia adhuc de republica Romana ſperabat. Sed ſi diſcipuli Chriſti ſecuti fuiſſent Chriſtũ in paſſione imminebat periculũ vitæ eorũ, & ſingulariter negationis fidei. vt patuit in Petro. quia nondũ erãt fortes in fide. nec inde fuiſſet aliqua ſecuta utilitas. ergo licite potuerunt fugere. Scđo dominus præceperat illis. Mat. 10. Si vos perſecuti fuerint in vnã ciuitatẽ fugite in aliã. ergo fugiẽdo corpore nõ niſi dominicũ præceptum impleuerũt. Tertio quod ſanis & perfectis eſt arduũ licet licitũ temerarium eſt aggredi imperfectis & male ſanis, ſed expectare terribilia mortis ubi ꝑ fugã euadi poſſunt licet perfectis ſit bonũ & quãdoq; in p̃cepto. Iuxta illud p̃s. Qui fingis laborẽ in præcepto, tamẽ imperfectis & infirmis nõ eſt bonum, quia illud eſt ſe exponere periculo immo ibi conſulitur fuga. Sed diſcipuli erãt tũc infirmi & imperfecti. ut patet per dictum Chriſti ad eos. Mat. 26. Spũs quidẽ promptus eſt, caro aũt infirma. ergo tunc fuiſſet temerariũ eos expectare. Vnde & martyriũ licet ſit in præcepto unicuiq; quãdo inquiritur de fide, tamẽ ubi patet fuga infirmis tales debẽt fugere ꝓꝑ maius periculũ uitandũ. Sic & dominus viſus eſt eis præcipere. Lucæ vlti. Sedete in ciuitate quoaduſq; induamini uirtute ex alto, ne. ſ. exirẽt in medio Iudæorum. vſquequo armati eſſent uirtute ſpiritusſancti, & eorum fugã vr̃ approbare. Io. 20. Vbi bis apparuit eis foribus clauſis ꝓꝑ metum Iudæorum. Ad primum ergo dr̃ ꝙ diſcipuli tunc in promiſſo peccauerunt ſtulte & indiſcrete & ſupra uires ſuas promittendo, ideo tunc reprehenſus eſt Petrus à Chriſto. In quo notantur multi indiſcrete vouentes & multa Deo ſupra ſuã poſſibilitatem promittentes quæ poſtea adimplere non poſſũt. Ad ſecundum dicitur ꝙ præſentia amici & ſubuentio principaliter ꝓpter tria requiritur in tribulatione, vel ꝓpter alterum trium. Primo ad defendendum eum & liberãdum ſi poſſit, & de hoc

*AA*

*Fugere. Vtrũ diſcipuli peccauerint fugiendo.*

apo-



apoſtoli uidebantur abſoluti. Nam Chriſtus percutientem Petrũ iam reprehenderat, & Deus ẽt ita ordinauerat. Iuxta illud. Mat. 26. Calicem quẽ dedit mihi pater nõ uis ut bibam illum? Vnde Dani. 8. Et nemo quibat liberare arietẽ de manu hirci. i. agnũ Chriſtũ de manibus Iudæorum hircos ſacrificãtium, & ſic ab illo abſoluebantur apoſtoli. Secundo dato ꝙ defendere aut liberare nõ poſſit, requiritur tamẽ ad conſolationẽ & ab illo ẽt fuerũt abſoluti apoſtoli. Tum primo quia Deus pr̃ qui filium ſummę dilexit. dereliquit eũ quo ad partẽ ſenſitiuã omni cõſolatione nudatũ. Iuxta illud. Matth. 27. Deus meus ut quid me dereliquiſti? ideo cum apoſtoli tenerentur nõ ſe difformare uoluntate Dei patris, ab illo uidebãtur abſoluti. Secundo hæc conſolatio fuiſſet per eorũ pręſentiam, ſed præſentia ſuæ matris quę inter oẽs erat amica principalior, maximã exhibuit ei ĩ cruce triſticiam, ergo ab hoc erant abſoluti. Tertio tenetur amicus ſaltẽ ſi alterum illorum facere nõ poſſit ad fidelitatẽ ſibi cuſtodiẽdam & in hoc multũ defecerũt apoſtoli, qui licet eſſent multum elongati ab eo corpore, multo magis tamẽ elõgati erant mẽte quãdo in eis defecit fides, credendo eum eſſe purũ hominẽ. Et ſic in duobus peccauerunt, non quidẽ fugiendo corpore ſed fugiẽdo mente & fide, & promittẽdo quod operæ implere non poterant, ita ut dominus dicere poſſet illud. Pſal. Saluum me fac qm̃ defecit ſanctus. ſ. in fide, & diminute ſunt ueritates a filiis hominũ qui promiſerunt multa quæ adimplere non potuerunt. Et propter hoc ꝙ in apoſtolis defecit fides & in ſola virgine remãſit. ideo in tenebris omnes candelæ præter vnam extingũtur, ita ut poſſit dicere Chriſtus. Dereliquit me uirtus mea & lumen oculorũ meorum & ipſum non eſt mecum. In huius ẽt ſignum denudantur altaria, quia hodie Chriſtus ab apoſtolis ſuis denudatus eſt. In illo ẽt triduo officium nocturnum alte cantatur, per quod prophetiæ ſignantur quę tunc manifeſte implebantur & verificabantur, diurne uero ſub ſilentio, quia tunc apoſtoli prædicare non audebant. Propter quã cauſam campane non pulſantur, ſed cum tumultu quodam populus ad eccleſiã cõuocatur ad denotandum tumultum in captione Chriſti, & fidẽ amiſſam in apoſtolis & ceſſationẽ ſoni prædicationis. Vnde illa campana quæ ita alte ſonuerat. ſ. Petrus dicens. Tu ex Chriſtus filius Dei &c. hodie fidem amittens fracta eſt. & campana ſumma & excelſa. ſ. Chriſtus hodie in cruce perforata eſt. Et ſecundum magiſtrum in hyſto. ſcola. in iſtis diebus initia & fines horarum omittimus, quia tunc à nobis ablatus eſt ille qui eſt alpha & o. & traditus impiis. In ſecunda parte principali dicendum eſt quomodo abſcondita eſt fortitudo domini in domo diuitum. Et primo Annæ quæ abſcondita eſt ibi tripliciter. Primo in interrogatione eius Secundo in alapiſatione. Tertio in frequẽti ſui diſcipuli negatione. Adduxerunt itaq; (vt ait euangeliſta) Chriſtum ad Annam primum. Et hoc propter tria. Primo quia eundo ad domum Cayphæ prius habebãt tranſire ante domum Annę. Ideo propter eius reuerentiam intrauerunt domum ipſius. Secundo quia tunc pontificatus ſingulis annis uendebantur, & illi duo quaſi alternatim erant Põtifices. ideo iſte quaſi pontifex habebatur, quia anno præcedenti fuerat. Tertio ut Chriſtus coram pluribus iudicibus condemnatus magis dignus morte uideretur. Vnde Chriſtus nonies hodie ductus eſt. Primo quando captus eſt ad Annam. Secundo ab Anna ad Caypham. Tertio à Caypha ad Pylatũ Quarto à Pylato ad hærodem. Quinto ab hærode ad Pylatum. Sexto milites eum duxerunt in atrium prætorii vbi illuſerunt ei. Septimo pylatus duxit eum foras de prætorio portantem coronam & veſtem purpuream. Octauo duxit eum ad locum ubi ſedebat pro tribunali. Nono ad locũ ubi crucifixus eſt. Propter hoc ſolent fideles hodie frequentare eccleſias. quia hodie ſancti valde liberales eſſe debent, eo ꝙ hodie de carcere fuerunt liberati & in cœleſte Imperium ſublimati. Erat enim ſocer Cayphæ qui erat pontifex anni illius. Erat autem & Cayphas qui conſiliũ dederat Iudæis. quia expedit vnum hominem mori pro populo. Si quæratur quare Iohannes repetit quod ſuperius narrauerat de Caypha. Dicitur quod hoc eſt ne aliquis infirmus turbaretur de morte domini. cuius aduerſarius (quamuis nõ ſciẽter) dixit tamen ꝙ mors illius erat ſalus

*BB*

*Fugere. Tria nos edocuit adoleſcẽs qui nudus fugit a cõprehendẽtib. xp̃m in orto.*



orbis

orbis terrarũ. Et vt inquit Chriſoſt. Quoniam pro ſalute populi hæc fiebant. tanta erat ueritatis abundantia vt inimici ea re ſonent. Adoleſcens aũt quidam ſequebatur eum amictus ſyndone ſuper nudo & tenuerunt eum. At ille relicta ſyndone nudus aufugit ab eis. Ex hoc habemus tria documenta. Primum eſt ꝙ exemplo huius adoleſcentis melius eſt diuitias impedientes nos contemnere & dimittere & manere minus diuites, quàm cum omnibus diuitiis capi ab hoſtibus, & imperpetuum perdi ſecundum animam. exemplo Socratis qui ſuis diuitiis dicebat. Mergã vos ne mergatis me, licet forte non bene fecerit. Vnde non ſunt huic ſimiles qui multitudinem ueſtium extendunt in perticis & plicant in capſis, ac veſtium deportandarum habent ſummarios, quadrigas, & currus, & caudas veſtium poſt eos vel eas trahunt. Debent enim habere ad neceſſitatem non ad ſuperfluitatem. Secundum documentum ꝙ nos debemus celeriter exire a ſocietate hoſtiũ Chriſti, nec quærere ſocietatem eorum hominũ quos concipimus ex effectibus eorum eſſe malarum conſcientiarum, ne forte ſimus eis ſimiles & capiamur ab eis & eorum mala conſuetudine. Si quis eſſet in aere infecto, ſtatim mutaret locum, quanto magis ubi tales homines infecti, & alios parati interficere habitant? Tertium documentum ſecundum Guillermum ꝙ quicunq; ſequitur Chriſtum adoleſcit & creſcit, ita quòd creſcere noſtrum ſpiritualiter non eſt aliud niſi ſequi Chriſtum & virtutes amplecti. Ideo ſi te non ſentias creſcere in amore Chriſti, Chriſtum non uideris ſequi. Pontifex ergo interrogauit eum de diſcipulis ſuis & de doctrina eius. Reſpondit ei Ieſus. Ego palam locutus ſum mundo, ego ſemper docui in ſinagoga, & in templo in quo omnes iudæi conueniunt, & in occulto locutus ſum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus ſum ipſis. Ecce hij ſciũt quæ dixerim ego. Interroga eos qui me audierunt, id eſt diſcipulos meos. Soli enim tales de ſacra doctrina audiendi ſunt & interrogandi qui eam audierunt & de ſola domini Ieſu ſchola aſſumendi ſunt rectores animarum, & ſub eo (vt in ſchola Pariſienſi dicitur) ſolum debebunt incipere qui ad ſpirituale magiſterium promouentur. Item ſicut iſte pontifex nolebat hoc ſcire niſi à Chriſto ita multi ſunt qui dedignantur ab hominibus diſceſcere omnia volentes inuenire, quaſi dominus eis omnia debeat inſpirare. Sed dominus non vult omnia per ſeipſum docere, neque per angelos ſed per homines propter tres cauſas quas ponit Augu. lib. de doctrina Chriſtiana. Prima eſt ne humana natura vileſcat. Vnde ait. Et poterat vtique angelum docere, ſed abiecta eſſet humana conditio, ſi per homines Deus verbum ſuum hominibus nolle miniſtrare uideretur. Secũdam cauſam ſubdit. Quomodo (inquit) verum eſſet quod dictum eſt. 1. Cor. 3. Templum Dei ſanctum eſt quod eſtis vos, ſi Deus de humano templo ſuo reſponſa non redderet, & totum quod deſcendendo tradi hominibus uidebatur, de cœlo atque per Angelum perſonaret? Hæc ergo cauſa ſecunda eſt ut oſtendatur ꝙ vere templum Dei eſt mens humana. Tertiam ſubiungit dicens. deinde charitas quæ ſibi homines inuicem nodo vnitatis aſtringit, non haberet aditum refundendorum & commiſcendorum ſibimet animorum ſi homines per homines nihil diſcerent. Sic Paulus ad Ananiam mittitur. Secundo abſcondita eſt fortitudo Chriſti in eius alapiſatione unde ſubditur. Hæc cum dixiſſet vnus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu dicens. Sic reſpondes pontifici? Sed quæritur quis mouit hunc peſſimum garſionem quem dicunt fuiſſe Malchum, cuius dominus auriculam immediate ante ſanauerat ad dandum Chriſto alapam? Reſpondit Theophilus. ꝙ cum aliquãdo prædicaret dominus miſſi ſunt miniſtri ad capiendum eum qui reuertentes abſque hoc quòd eum caperent, dixerunt principibus excuſantes ſe quòd non eum adduxerant, quia nunquàm ſic locutus eſt homo. Ex quo irati fuerunt principes. ut patet. Ioann. 7. Ideo cum Ieſus interpellaſſet aſſiſtentium miniſtrorum teſtimonium tanquàm admirantium doctrinam ſuam. Interroga (inquit) eos qui me audierunt, &c. quos vicit veritas & rectitudo ſermonum. iſte tunc voluit oſtendere huic prælato quòd non erat de illis qui hęc dixerant, & quòd non erat ab

CC Doctrina. Quare dominus vult homines per homines doceri.



ab eo ſeductus. Vel dicitur quòd hoc fuit ad captiuandum beniuolentiam Pontificis. Multa enim fiunt quotidie contra honorem Dei propter humanum fauorem. Dixit ei Ieſus. Si male locutus ſum teſtimonium perhibe de malo. Si autem bene, quid me cedis? Quæri poſſet quare dominus percutientem reprehendit cum dixit. Matth. 6. Si quis te percuſſerit in unam maxillam præbe ei & aliam. Reſpondit Auguſtinus. Primo quòd in reprehenſione Chriſtus oſtendit nobis patientiam. Potuit enim ille per quem factus eſt mundus abſorbere percutientem, niſi patientiam nos docere voluiſſet per quam uicitur mundus. Ait enim. Quid iſta reſponſione ucrius, manſuetius, & iuſtius? Potuiſſet enim dominus facere illum qui eum percuſſit cœleſti igne conſumi aut terra abſorberi, aut arreptum à Demonio uexari, aut alia aliqua grauiori pœna puniri. Quid horum per potentiam iubere non potuiſſet per quem factus eſt mundus, niſi patientiam nos docere maluiſſet qua uincitur mundus? Dicitur ſecundo vt habetur. 23. q. 1. cap. paratus. quòd illa auctoritas non eſt intelligenda litteraliter ſed intelligitur in præparatione interiori animi, ita quòd parata ſit uoluntas ad iterum recipiendum propter Deũ ſi opus ſit. Hoc autem fecit dominus, ut poſt patuit, cum non ſolum maxillam ſed totum corpus flagellandum dedit. Ex iſta alapiſatione inſtruimur. Primo ut contra illatas iniurias patientiam habeamus. Secundo etiam inſtruimur malos prælatos noſtros patienter ferre. diſtinctio. 93. Ciprianus ait. Dominus noſter Ieſus Chriſtus vſque ad paſſionis diem ſeruauit honorem pontificibus & ſacerdotibus, quãuis illi nec timorem Dei nec agnitionem Chriſti ſeruaſſent. Nam cum leproſum mundaſſet dixit illi. Vade & moſtra te ſacerdotibus & offer donum. Humilitatem Chriſtus nos humilis docuit, ſacerdotem adhuc appellans quem ſciebat eſſe ſacrilegum. Preterea ſubditus paſſioni cum alapam accepiſſet & ei diceretur. Sic reſpondes pontifici? nihil contumelioſe locutus eſt in perſonam Pontificis ſed ſic magis innocentiam ſuam ſuitus eſt dicẽs. Si male locutus ſum, &c. quæ omnia ab eo iam facta ſunt humiliter ac patienter. ut nos humilitatis ac patientiæ haberemus exemplum. Docuit enim ſacerdotes ueros legitimæ & plenè honorari, dum circa falſos ſacerdotes ipſe talis extiterit. Sequebatur autem Ieſum Symon Petrus & alius diſcipulus. Ex hoc habemus documentum. Primum, quòd omnis pœnitentia eccleſiæ & cuiuslibet de eccleſia longe eſt à paſſione Chriſti ideo Petrus a longe ſequebatur Chriſtum & ille alius diſcipulus. Secundum documentum quòd dulce multum & ſuaue eſt ſequi Chriſtum cum mentis iocunditate, ſecuritate, & tranquillitate. Sed arduum & difficillimum & perfectiſſimum eſt ſequi Chriſtum cum cordis tribulatione & fidei & mentis continua impugnatione. Dulce enim erat Petro & ſuaue eſſe cum Chriſto in eius, iocunda transfiguratione, ſed ualde durum & terribile erat Petro eſſe cum Chriſto in eius crudeli perſecutione quando dixit. Non noui hominem. Vnde ad cœnam agni paſchalis & ad dulcedinem illam guſtandam, non ſolum ſecutus eſt Petrus ſed etiam præceſſit, ſed in paſſione à longe ſequebatur.

DD Alapiſatio Chriſti. In duobus inſtruimur ex alapiſatione xpi.

Petrus ergo ſequebatur eum à longe vt videret finem. Sequebatur autem & illum alius diſcipulus. Diſcipulus autem ille erat notus Pontifici, & introiuit cum Ieſu in atrium Pontificis. Petrus autem ſtabat ad oſtium foris. Ioannes introiuit cum Ieſu in atrium Pontificis, & ſic ingreſſus eſt per oſtium quia cum Ieſu, Petrus autem ſine Ieſu, ideo non negauit cum Ioannes. Qui ſic intrant ſine Ieſu in officiis & beneficiis communiter à Deo derelinquuntur, & incidunt in uarios caſus, unde negant Chriſti ueritatem. Inde Petrus habuit reſpondere ancillæ quæ eum introduxerat, & miniſtris Pontificis talibus qualibus. Sic multi quamuis docti habent reſpondere & ſatisfacere his per quos introducti ſunt iure gratitudinis, & multa propter eos contra Deum facere, & cæteris miniſtris qui ei aſſiſtunt, ut ſemper domino gratificentur, vnde Ioannes introduxit ibi piſcatorem. Sic gratia miniſtrorum & Pontificis ſæpe beneficiorum piſcatores introduxit,

Tales

Tales enĩ ad omnem ſibilum Chriſtum negant. Scđo Petrus introiuit in atrium Pontificis ſed non erat cum Ieſu. Sic multi exteriori conuerſationis decore Chriſtum ſequuntur: ſed gloriam conſcientiæ & internum decorem non habẽt. Atriũ forinſeca conuerſatio eſt. domus interna puritas. Tertio ſequebatur a longe, quia licet multi poſuerint animas ſuas, non tamen pro aliis tantummodo ſed etiam ꝓ ſua utilitate. Chriſtus autem nõ indiguit animam ſuam pro ſe ponere cum peccato caruerit. Petrus autem nõ ſolum ꝓ Chriſto ſed & pro ſe paſſus eſt. Multi autẽ moderni monachi exemplo Petri ſequuntur Chriſtum a longe, qui uidẽtur paruipendere ſi eis auferatur Chriſtus, aut ſi ipſi a Chriſto domino. Hi ſunt qui habitãt terminos, ſiue marchias hoſtium, qui cum vtriſque partibus uidẽt habere fœdus. Sic iſti cum Deo & dyabolo dum ueſtem ſuę conuerſationis habent bipartitam & ab utroq; inſignitam. Hi ſunt auis diſcolor. de qua dominus conqueritur. Hieremię. 12. Num quid auis diſcolor facta eſt hæreditas mea? Hi ſunt dyaboli participium uolentes in ſeipſis facere communionem lucis & tenebrarum. iuſtitię cum iniquitate. & Chriſti ad bella, & tẽpli dei cum idolis. Vel per Petrum intelligitur fidelis anima quę Chriſtum imitatur à longe. Pſ. Quis enim ſimilis erit deo in filiis Dei? Exiuit ergo diſcipulus alius q erat notus Pontifici & dixit oſtiarię, & introduxit Petrum. Anagogicę loquẽdo in Petro & Iohanne ſignificatur duplex uita ſcilicet actiua & contemplatiua. Sed ſtabat Petrus foris dũ Iohãnes intrauerat, quia uita actiua circa exteriora occupatur, dum contẽplatiua familiariter intrat domum dilecti. Ambæ ſequũtur Chriſtũ, ſed contemplatiua cum maiori feruore. Petrus uero per Ioãnẽ introducitur, qa actiui introducuntur per contemplatiuos in regnum cœlorum. Quæritur quomodo ancilla in domo illius principis erat oſtiaria cum ex fortioribus hominibus & peſſimis garſionibus ut plurimum conſtituuntur portarii. Reſpondetur faciliter ꝙ omnes ſatrapę illius Pontificis erant ita impediti ad tenendum prædam ſuam, ꝙ de oſtio nõ curabant: iõ tradiderũt claues ancillę. Vel dicitur ꝙ quando ſacerdotes habent concubinas tunc portant claues omnium quæ ſunt in domo, & forte tunc erat ꝙ illa omnium curã gerebat. Et ſi dicatur ꝙ mirabile erat ꝙ tunc erant duæ ancillę? Dicitur ꝙ non, quia tunc forte nõ erat ſolus ad fornicationem perpetrandam, quia ſecundum ducẽ populi & miniſtri eius. Et ut plurimum tales ancillę sũt media ad introducẽdam miniſtros in domo Pontificum, & ad prouidendum eis. Et ſm Guil. in hoc notantur epiſcopi qui in domibus ſuis id eſt in eccleſiis carnem oſtiariam pręfecerũt. Hii ſunt qui nullos in eccleſiam introducunt, niſi per carnem & ſanguinem. ut ſolos nepotes & propinquos, & eo ipſo ꝙ ancillam habent oſtiariam, Annæ & cayphæ ſunt ſucceſſores & imitatores. Et ideo ſicut Annas à ſacerdotio interpellantibus iudęis per Pylatum amotus eſt, ſic & tales merito poſſent nõ ſolum ab introitu eccleſię triumphantis arceri, ac ſecludi cum ſuis conſanguineis iuxta illud. 1. Corin. 15. Caro & ſanguis regnum dei non poſſidebunt, ſed etiam à temporali ſacerdotio uelut ſymoniaci tẽplum Dei facientes ſpelũcam latronum. Et de taliter introductis per carnem aut ſanguinem, uel ancillam ſymoniã ſymonete gallicũ. non eſt mirandum ſi in ſuo officio male ſe habeant. Nam ſicut ait Bernar. Qui infideliter intrauit & nõ p Chriſtum, quid mirum ſi infideliter agat, & cõtra Chriſtum? Vix enim bene & fideliter peraguntur, quę malo ſunt inchoata principio. Tertio abſcondita eſt fortitudo Chriſti in frequenti ſui diſcipuli negatione. De qua ſubdit textus. Dixit ergo Petro Ancilla oſtiaria. Nunquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Dixit ille. non ſum. non noui illum. neq; noui, neq; ſcio q̃d dicas. In hoc poſſet alicui uideri ꝙ in hac negatione Petrus nõ negauerit Chriſtum, quia ſolum ſe negauit diſcipulum, quod non eſt negare ipſum eſſe Chriſtũ. Reſpondit Auguſtinus ꝙ Petrus non tantum negauit fidem Chriſti in prima negatione, ſed etiam negauit notitiam perſonę eius. Non enim dixit. neſcio ipſum eſſe Chriſtum, ſed nõ noui hominem. Qui autem negat noſſe hominẽ ipſum, negat noſſe ipſum eſſe Chriſtum, quia unum aliud pręſupponit. Ex quo patet q̃ noxia ſunt prauorum colloquia quæ Petrum faciunt





negare Chriſtum, & dicere nõ nouiſſe eũ quem pauloante cõfeſſus erat filium dei. Dicitur ſecondo ſecundum Auguſtinum ꝙ negauit ſe eſſe Chriſti diſcipulum dicẽdum. nõ ſum. Qui autẽ negat ſe eſſe Chriſti diſcipulum, negat ſe eſſe Chriſtianum. Qui aũt negat ſe eſſe Chriſtianum, negat Chriſtum. Et exiit foras ante atrium, & gallus cantauit. Stabãt autem & ſerui & miniſtri ad prunas quia frigus erat, & calefaciebant ſe. Erat autem & Symon Petrus ſtans & calefaciens ſe. Erat enim ignis in atrio ſummi ſacerdotis. Rurſus cũ uidiſſet illum alia ancilla cępit dicere circunſtantibus. Et hic cum Ieſum nazareno erat. Ex quo palam oſtenditur ꝙ periculoſa ſunt colloquia mulierum. Vnde & multi uiri ſancti p mulieres decepti ſunt, & per eas uiros ſanctos ſolet dyabolus opprimere. Eua enim Adam decępit. Dalida Sanſonẽ. Berſabeę Dauid. Amonitides & Moabitides. Salomonem. Moraliter autẽ per has duas ancillas intelliguntur caro ſiue uoluptas, & cupiditas. Prima ergo ancilla quæ introducit in domos prelatorũ eſt carnalis uuluptas. Oportet enĩ ut per carnem, uel carnalem uoluptatẽ ipſi ſint conſentientes. uel per obſequium corporale illuc ingredi, ita ut ſoli conſanguinei aut etiam lubricis actibus inſeruiẽtes, homines omnimode carnales & nullo modo ſpirituales nunc ſolummodo habitent domos pontificum. Tales autem aduenientẽ paſſione ſenſualitatis non ſolum Chriſtum à ſe abiiciunt & negant, ſed etiã malum prębendo exemplum alios negare faciunt. Secunda ancilla & quæ multum diligenter modo intuetur Petrum eſt cupiditas, ſiue pecunia. & iſta eſt portaria, & quaſi omnes facit intrare. ſecundum illud Prouerbiorum. 18. Donum hominis dilatat uiam eius, & ante principes ſpaciũ ei facit. Hinc dicitur Eſaię. 9. Veritas corruit in plateis, & ęquitas non potuit ingredi, quia nihil dat. Sed pecunia intrat, quia à minore uſq; ad maximum omnes auaritię ſtudent, & quod peius eſt non tantum famulatur hæc ancilla, ſed excluſa charitate principatur ut domina: ſecundum illud Eccleſiaſtes. 10. Pecuniæ obediunt omnia. & ideo multi in officijs & quaſi omnes modo per illam ancillam quæ eſt pecunia intrant. & ſimiliter in beneficijs. & uix aut nunq̃ ibi penitẽt ſicut nec Petrus donec curiã exiuit, ſed ibi Petri exẽplo factis, uerbis, & operibus negant Deũ quia bonos exitus non habent quæ malo ſunt inchoata principio. Et poſt puſillũ alius uidens eum dixit. Et tu de illis es. Dixerunt ergo ei Nunquid & tu ex diſcipulis eius es? & iterum negauit cum iuramento, quia nõ noui hominem. Quòd Petrus negauit in curia non eſt mirum. Primo quia ibi mirabiliter dyabolus inſidiatur quia communiter illic homines ſubtiles & magni ingenii quibus utitur uerſantur. Pſ. Sedet in inſidijs cum diuitibus in occultis, ut interficiat innocentem. Abacuc. 1. Incraſſata eſt pars eius, & electus cibus illius. Scđo quia in curiis maiores dedignantur minores. Petrus autem ibi ſub ſpecię curialis cum aliis introierat. Vnde & in curiis pauperes cõſanguineos & uicinos denegant ſuos, & denegãt ſe nouiſſe. exemplo petri. Similes ſtruthioni qui ouum dum eſt in ſabulo non cognoſcit, ſic tales dum ſunt in ſabulo paupertatis ignorãtur. ſicut Petrus dixit de ſuo magiſtro dum eum in tribulatione uidit. non noui eum. Iob. 8. Abſorbuit eum, de loco ſuo negabit eum: & dicet. nõ noui te. Quoniam cum aliquis à fortuna de loco & ſtatu proprio abſorbetur, tunc a ſuis notis & familiaribus non cognoſcitur ſed negatur. Tertio quia ibi non erat dominus. In atrio enim pontificis erat ignis ſcilicet cupiditatis. & 3. Regum. 19. Non in igne dominus, ſed in ſibilo aure tenuis id eſt in ſilentio & deuota oratione, quæ non inuenitur communiter in curiis principum & prælatorum, ſed magis ignis cupiditatis & auaritię. Qui enim nunc bene ſciũt colligere paleas temporalium, & negotiationes exercere, & hunc ignem accendere. De quo Pſ. Supercecidit ignis &c. ſapientes in mundo iudicantur. Sed qui granum colligit id eſt ſacram ſcripturam in ſibilo aurę tenuis id eſt inſpiratione ſpiritus ſancti fatuus reputatur. Petrus prope hũc ignem & nondum in igne poſitus Chriſtum negauit: quid feciſſet in igne poſitus auaritię? & hoc ut manu teneret propinquos & illo igne inflãmatos. Quanta mala oportet fieri ut quis excellat in honoribus mundi ad fouendum, & manu tenendum homines. quanta promiſſa, nequam



E E *Ancilla Quid ſignificent due ancillę q̃ fuerũt cauſa negationis Petri.*

F F *Petrus negare. Non eſt mirandũ ꝙ Petrus negauerit Chriſtum in curia eccleſiaſtica.*

quantas fraudes. quantas dei offenſiones.

Et poſt puſillum interuallo facto quaſi hore unius. Dixit unus ex ſeruis Pōtificis cognatus eius, cuius abſcidit Petrus auriculam. Vere & hic cum illo erat. Nam & Galileus es, & loquela tua manifeſtū te facit. Ille autē cępit anathematizare, deteſtari, & iurare, quia neſcio hominē iſtū quē dicitis. Quòd Petrus ter negauit ex timore, ad tres timores malos referendū eſt. Primus eſt mundanus quo bona omittuntur & mala fiunt ne mundi bona amittantur. Secūdus eſt timor hominum quo timentur offendi homines. Hieronymus Ne offendatur proximus plerūq; offenditur Deus. Tertius ē timor humanus quo quis timet aut mortem corporis, aut tormentū, ſicut Petrus. Sed quęritur quare ita turpiter permiſit dominus cadere Petrum diſcipulum ſuum? Dicitur q̄ ꝓpter quatuor. Primo ad confutandum ſuam præſumptionem, & eum humiliandum. & vt exemplo illius nullus de cætero præſumat, cum princeps apoſtolorum cecide rit. Non enim fortitudinem ſuam ſentiebat Petrus cum dicebat. Et ſi omnes fuerint ſcandalizati, ſed non ego. Sed tunc in infirmitate ſenſit ſe non eſſe talē, qualem ſe iactabat. Propter hoc omnes euangeliſtæ trinam Petri negationem deſcripſerunt, nos erudire uolentes q̄ malum ſit non deo totum concedere, ſed de ſua uirtute confidere. Propter cuius humiliationem (ut vult Bernardus) requiſitus Petrus in die Paſchę a Chriſto an diligat eū plus cęteris? Reſpondit tantummodo ſe diligere eum non audens affirmare, quod prius ſe dixiſſe temere confundebatur. Vnde Ambroſius & recitatur in decretis. 6. q. 1. Imitare Petrum tertio dicentē Tu ſcis domine quia amo te. Etenim quia tertio negauerat, tertio confitetur. Sed negauit in nocte, confitetur in die. Hęc autē dicta ſunt ideo ut ſciamus neminem iactare ſe debere. Nam & ſi Petrus lapſus eſt qui dixit. Et ſi alii ſcādalizati fuerint ſed non ego. quis alius de ſe pręſumat? Deinde & Dauid. quia dixerat. Ego dixi abundatia mea non mouebor in ęternū. eam ſibi iactātiam obfuiſſe confitetur dicens. Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus. Hęc Ambroſius. Secunda ratio ut nullus peccator quantuncūq; magnus deſperet, cum tantus peccator poſtmodum factus ſit eccleſię princeps & ianitor cœli, qui tamen ter dominum ſuum timore negauerat. In qua Petri negatione omnis Chriſti negatio repræſentatur ſcilicet negatio Chriſti cordis, oris, & operis. De prima dicit Pſal. Dixit inſipiens in corde ſuo, nō eſt Deus. De ſecūda Hieremiæ. 7. Periit fides & ablata eſt de ore eorum. De tertia. Titum. 1. Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. Tertia ratio ut melius ſciret ſubditis cadentibus compati Chriſoſtomus. Ideo ergo diuinę prouidētię ſecretū permiſit ut prius ipſe laberetur ne circa peccantes durior eſſet. Ideo non angelis hęc eſt commiſſa poteſtas qui nunq̄ peccauerūt, ſed homo paſſibilis ſupra homines ordinatur, ut dū in aliis ſuas recolit paſſiōes, mitem apud eos ſe præbeat & benignum. Quarta ratio ut diſcāt homines eccleſiaſticis & ſingulariter litterati fugere curias principum. Petrus enim inter Apoſtolos feruentio, & doctior, & perfectior. non niſi ſemel intrauit in curiam, & ibi vigorem animi perdidit, & Chriſtum negauit. Quid inde fuiſſet ſi ibi diu permanſiſſet? Non enim ibi ſed foris penituit. Sicut ſtella venientibus magis in curiam Hęrodis diſparuit, quibus inde regreſſis iterum apparuit. ſecundū enim Bernardum. Clauſtrum quoſdam malos recipit, quos ut plurimum bonos efficit, curia uero econtrario plures bonos recipit, quos non ꝑfidit ſed inficit. Hic aduerte quòd multi Deum negant ſed diuerſimode. Nam alij Deum negant ore ſolum, ut qui ex infirmitate & timore pœnę negant, ut tempore perſecutionis multi negabant Deū ore, qui tamen corde credebant. Tales nihilominus mortaliter peccabant, quia quilibet requiſitus tenetur fidem confiteri ſeu non negare. & ſic negauit Petrus. Secundo alii negant Deum corde tātum, ſed non ore ut hypocritę, & occulti hæretici, qui in aperto Deum confitentur, corde autem negant. quia non ſanè credunt quæ à Deo credi ordinata ſunt. Quidam negant Deum operæ ſolum, vt peccatores qui ſcienter peccatum mortale committunt, & cum remorſu conſcientiæ, qui & ſi negent operæ, corde tamen & ore confitentur. Alii negant

GG Petrus cadere. Propter quæ timor dimiſit dominus Petrum cadere in peccato.

corde



corde & ore ſimil: vt hęretici publici qui contra fidem Chriſtianam dicunt, ſcribunt & prædicant. Alii corde, ore, & opere, vt eccleſiæ perſecutores Act. 3. Vos autem ſanctum & iuſtum negaſtis. & petiſtis virum homicidam donari vobis.

Et ſtatim iterum gallus cantauit. & reſpexit dominus Petrum. & recordatus eſt Petrus verbi quod dixerat Ieſus. priuſquā n gallus cantet ter me negabis. Ex hoc reſpectu benigno Chriſti trahitur documentum quòd ſi peccauerint nobis ſubditi plus corrigendi ſunt beniuolentia quàm ſeueritate & hoc habetur diſtinct. 45. cap. licet. vbi Gregorius ſcribit epiſcopis Galliæ. Plus erga corrigendos agat beniuolentia quàm ſeueritas plus cohortatio quàm cōmotio. plus charitas quàm poteſtas. cum nemo veſtrum ſine reprehenſione aut ſine peccato viuat. Nam ſi dominus ſtatim poſt trinam negationem beatum Petrum iudicaſſet, non tantum ex eo fructum ſicut fecit recepiſſet. Et egreſſus foras fleuit amare. In peccato Petri tria fuerunt ſcilicet occaſio peccati. reatus ſiue obligatio. & offenſa. Propter primum egreſſus eſt foras. vt fugeret occaſionem. Vnde Hieronimus. Fugit foras quia intus cum peccatoribus pęnitere non poterat. in quo docemur fugere ſocietatem malorum, ſi uelimus pęnitere perfecte. ibi enim non eſt locus fletus vbi continue eſt locus chorearum & riſus, & concupiſcentiæ adimplendę. Pſal. Cum peruerſo peruerteris. Secundo fleuit vt reatum dilueret. nec eſt mirabile ſi ita fleuerit vberrime, quia dominus intuitu ſuo prouocauerat eum ad lachrymas. Oculi enim domini velut flamma ignis. Apocalip. 1. Oculi uero Petri vt glacies, & ideo intuitu ſuo reſoluit illos, ſicut reſoluere ſolet igni glaciem. Ideo non mirum ſi fluebant lachrymis in recordatione ſuorum peccatorum contra aliquos qui volunt eſſe ſimiles Petro & magdalenæ in venia dicentes. Miſerebitur mei Deus ſicut & illorum. ſed non in pœnitentia. Cum enim fecerint centum uel ducenta peccata, nec propterea vnicam emittunt lachrymam. Petrus autem non legitur niſi quattuor feciſſe. trinam negationem & unam infidelitatis fugam, & tamen pro uenia obtinenda ita amare fleuit. Propter tertiam ſcilicet offenſam; amaritudinem in corde habuit, vt de offenſa ſatisfaceret. Nam (vt ait Ambroſius de Petro) eius lachrymas lego, ſatiſfactionem non lego. ita vt uideatur quòd tanta fuerit eius contritio & fletus quòd ſufficiebat pro placatione offenſæ. Vnde legitur in hiſtoriis quòd ex memoria huius negationis Petrus traxerat in conſuetudinem ut ſingulis noctibus à primo Gallorum cantu vſque ad horam matutinam ſtaret in oratione flens pro iſta trina negatione. ita quòd facies eius uidebatur aduſta ex fluxu lachrymarum. & ſemper in ſinu ſudarium portabat quo lachrymas tergebat. quia quandocunque gallū cantantem audiebat, & quandocunque de negatione Chriſti recolebat, amariſſime flebat. tam pro peccato negationis quàm præ dulcedine amoris domini. Ex quo manifeſte oſtēditur quòd fletus contritionis eſt amarus. de quo Hieremiæ 6. Luctum vnigenitum fac tibi planctum amarum. ſed fletus deuotionis ſuauiſſimus eſt. Iuxta illud Pſal. Fuerunt mihi lachrymę meæ panes die ac nocte. Secundo principaliter dicendum quomodo abſcōdita eſt fortitudo Chriſti domo Cayphæ. In tribus autem abſcondita eſt. Primo in ipſius iniqua condemnatione. Secundo inter opprobria & in ipſa colaphiſatione. Tertio in execrabili diſcipuli ſui ſuſpendio & perditione. Quantum ad primum dicit euangeliſta. Et miſit eum Annas ligatum ad Caypham Pontificem. Mane autem facto & vt factus eſt dies conuenerunt ſeniores plebis & principes ſacerdotum & ſcribe & duxerunt illum in concilium ſuum. Princeps autem ſacerdotum & omne concilium quęrebant falſum teſtimonium contra Ieſum, ut eum morti traderent. Bene enim dictum eſt Daniel. 14. Egreſſa eſt iniquitas à ſenioribus qui uidebantur regere populum, quia quærebant tales aduerſus innocentem teſtimonium, ita ut diligenter ſtuderent in machinationem mortis Chriſti. Pſal. Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis. Quærebant enim non ſicut magis vt adorarent. non ſicut parentes puerum ut cuſtodirent. nō ſicut turbe magiſtrum ut ipſum tangerent, ſed ſicut lupi agnum vt interficerent. Ex tunc in curia

HH Peccatū Petri Tria fuerūt ī pctō Petri.

eccle-

eccleſiaſtica quęritur falſitas ut condē-
netur ueritas. Et non inuenerunt cum
multi falſi teſtes acceſſiſſent. Non .n. erāt
conuenientia eorum teſtimonia. Nouiſſi-
me autem uenerūt duo falſi teſtes & dixe
runt, quoniam nos audiuimus eū dicen-
tem. Ego diſſoluā templū dei manu factū
& poſt triduū aliud non manufactū ędifi-
cabo. & non erat cōueniēs teſtimoniū il-
lorum. Ex falſis teſtimoniis contra Xp̄m
adducis edocemur oē falſum teſtimoniū
& omne mēdaciū deteſtari, quia mēdaciis
& fallaciis eſt ad mortem adiudicatus. &
quotiens id facimus, quaſi Chriſtum mor
ti adiudicamus, q̄a ueritatē condēnamus.

Et exurgens sūmus ſacerdos in mediū
interrogauit Ieſum dicens. Nihil reſpon-
des ad ea quæ iſti aduerſum te teſtifican-
tur? Ieſus autē tacebat, & nihil reſpondit
ei. ſm̄ Auguſtinū ſuper Ioānem ſermone.
61. Vbi Ieſus non rn̄debat, ibi ut ouis ſile
bat. Hinc eſt ꝙ ſicut agnus innocens non
aperuit os ſuum. ubi uero reſpondebat. ſi-
cut paſtor docebat. Rurſus sūmus ſacer-
dos ait illi. q̄to magis Chriſtus tacet, tan
to magis furit ſacerdos. Ad iuro te p deū
uiuū, ad differentiā deorum mortuorum,
ut lapideorum & ligneorum, quibus non
erat uox, neq; ſenſus? ut dicas nobis ſi tu
es Chriſtus filius dei benedicti. Hic quæ
rit utrū aliquis poſſit aliū per diuini no-
minis inuocationem adiurare? Reſpondit
Thomas ſcd̄a ſecundæ. q. 90. ꝙ ſi tales ad
iurati ſint ſuperiores, tunc non poſſunt in
feriores imperando eos adiurare, q̄a vſur
parēt ſibi poteſtatem in aliū quam nō
habent, Ideo Princeps ſacerdotum (ut di-
cit Origines ſuper Mattheū) dominū illi-
cite adiurauit. Sed ſi inferior hoc faciat
per modum alicuius deprecationis & non
neceſſitatis impoſitione, talis adiuratio
etiam reſpectu quorūlibet eſt licita, & ſic
adoramus deum dicendo, Per paſſionem
& crucem tuam libera nos. Hoc autem
ſolet fieri per inuocationem diuini nomi
nis, uel alicuius rei ſacre. Superiores ta-
men licite poſſunt inferiores adiurare, im
ponendo eis neceſſitatem ex aliqua cauſa
rationabili. Et ait illis. Si uobis dixero
non credetis mihi. Si autem interrogaue-
ro non reſpondebitis, neq; dimittetis. Ve
runtamen dico uobis. ex hoc amodo uide
bitis filium hominis ſedentem a dextris
uirtutis dei, & uenientem in nubibus cœ-
li. Quæritur quare dominus hic reſpon
det & non ad primo obiectum aut in-
terrogatum. Dicitur quòd duplex eſt
cauſa. Vna propter reuerentiam diuini
nominis. Sub illo enim nomine adiura-
tus eſt de ueritate confitenda, & ita con-
feſſus eſt. Secondo ſecundum Theophi-
lum quia Chriſtus ſciebat quòd non cre
derent in eum, tamen reſpondit ne po-
ſtea dicerent. Si audiuiſſemus aliquid
ab eo, credidiſſemus illi. & hoc eſt in eo
rum præiudicium qui audierunt & non
crediderunt. Ioan. 15. Si non ueniſſem &
eis locutus non fuiſſem, peccatum non
haberent. Dixerunt autem omnes. Tu
ergo es filius dei? Qui ait. uos dicitis, quia
ego ſum. Tunc princeps ſacerdotum
ſcidit ueſtimenta ſua dicens. Bla phe-
mauit. Cayphas eo ipſo blaſphemus fuit
quo blaſphemiam creatori impoſuit. Po
tuiſſet autem Chriſtus dicere. Non ego
ſed tu blaſphemas ſed noluit dominus
per os ſuum aliquod uerbum exire blaſ
phemiæ propter noſtrum exemplum. De
quo Hieronymus ſuper illud in epiſto-
la Iudæ. Cum Michael altercaretur cum
dyabolo &c. & ponitur. 30. q. 3. Si Mi-
chael. non fuit auſus dyabolo maledictio
nis digniſſimo iudicium inferrę blaſphe-
miæ, quanto magis nos ab omni maledi
ctione puri eſſe debemus? Merebatur
enim dyabolus maledictum, ſed per
os Archangeli blaſpemia exire non de-
buit. Si ergo Archangelus dyabolo ſibi
aduerſanti blaſphemiam dicere noluit,
ſed modeſto timore coarguit, quanto-
magis dicere hominibus conuitia eſt ca-
uendum? Quid adhuc egemus teſtibus?
Quid adhuc deſideramus teſtimonium
ecce nunc audiſtis blaſphemiam. Quid
uobis uidetur? At illi omnes reſpon-
dentes dixerunt. reus eſt mortis. Illa
non fuit ſententia iuris ſed facti. nec
iudicaria ſed omnino uoluntaria, ſine
forma proceſſus. Ipſi enim ijdem erant
accuſantes diſcutientes, & ſententiam
proferentes. & Cayphas iudex prius
dixit opinionem ſuam quàm eam quære-
ret ab aſſiſtentibus, ubi tamen iudex neq;
ſigno neque motu, neque geſtu in utran-
uis partem ſe debet oſtendere uolunta-
rium. Vnde Demoſthenes cuidam iu-
dici



dici uidenti pulchrum puerum & dicen-
ti ſibi. O quàm pulcher iuuenis. reſpondit
oportet iudices non ſolum manus ſed
etiam oculos habere continentes. Hinc
& in legibus. ff. de offi. præſidis. Non
enim iudicem excandeſcere aduer-
ſus eos quos malos putat, neque preci-
bus calamitoſorum illachrimari oportet.
Non enim eſt recti atque conſtantis iu-
dicis, cuius animi motum vultus de-
tegit, & ita ſæpe multi ueniunt ad iudi-
cium qui ſolum ex nutibus & geſtibus iu
dicis de iuſtitia obtinenda deſperant,
& illa fuit una cauſarum quare tacuit
Chriſtus. Quæritur utrum eorum ſen-
tentia fuerit bona? Arguitur quòd ſic.
quia ſcriptum eſt in lege. Leuit. 24.
Qui blaſphemauerit nomen domini mor
te moriatur & ipſe dicebat ſe eſſe filium
Dei. & qui iudicat ſecundum legem da-
tam à legiſlatore iuſtę iudicat. ergo. Dici
tur primo quòd Chriſtus hæc dicens nō
loquebatur contra deum, cum eſſet deus.
Philip. 2. Non rapinam arbitratus eſt eſ-
ſe ſe ęqualem deo. Et quòd eſſet deus per
doctrinam & opera oſtendit dicens eis. Si
mihi non vultis crederem, ſaltem ope-
ribus credite, quibus magis credendum
eſt quàm ſermonibus. 10. Ethicorum.
Ideo ſi credebant ꝙ nō eſſet filius dei, ex
cuſationem non habebant, & ſic ma-
gis blaſphemabant deum. Dicitur ſecun-
do quòd non ſecundum legem iudica-
bant, immo principes & maiores ſciebāt
eum eſſe filium dei, ſed inuidia excecati
eum fateri noluerunt. Vnde in perſona ip
ſorum dicitur. Sapientię. 2. Circumuenia
mus iuſtum contrarius enim eſt operibus
noſtris. Secondo fortitudo Chriſti ab-
11 ſcondita eſt inter opprobria & in colaphi
ſatione eius. Hinc & ſubditur. Et expue-
runt in faciem eius. Tripliciter Chri-
ſtiani ſpuunt in faciem Chriſti. Pri-
mo ſecundum Hieronymum ſpuunt qui
conſcientiam ſuam fędis cogitationibus
& actionibus polluunt. Quia enim Chri
ſtus conſcientiam ſanctam inhabitat
in qua Dei facies, id eſt imago relucet.
Hinc eſt quòd quicunque conſcientiam
ſuam peccatis polluunt, quaſi ſputum in
Chriſti faciem proiciunt. Ideo dicit
Hieronymus quòd Chriſtus conſpui uo
luit in faciem ſuam, ut noſtram lauaret

*Facies Chriſti Tripliciter ſpuitur in faciem Xp̄i à Chriſtianis.*

conſcientiam. Secondo ſpuunt ſecun-
dum Gregorium qui ſanctos & iuſtos
in præſenti contumeliis afficiunt. Iob.
20. Faciem meam conſpuere non ueren-
tur. Vbi Gregorius. Faciem eius con-
ſpuere eſt iuſtos & ſanctos etiam in præ
ſentia confutare, & in eorum contu-
melias falſa uerba quaſi fluentes ſali-
uas mittere. Tertio poteſt dici quòd
illi ſpuunt in faciem qui Euchariſtiam
indigne ſumunt. Quincunque enim
polluta conſcientia corpus Chriſti,
in os ſuum accipiunt, hii ſaliua ſua
peccato infecta ſacramentum deglu-
tiunt. Et miniſtri alapis eum cede- kk
bant, & uelauerunt faciem eius. In ue-
latione faciei Chriſti oſtenditur quòd in
faciem Chriſti nullus infidelis & à Deo
auerſus intueri poteſt. & ſimilis eſt ratio
de Chriſtianis falſis. Iuxta illud Eſaiæ
ſecundum aliam tranſlationem tolla
tur impius ne uideat gloriam Dei. Sed.
2. Corin. 13. Cum quis conuerſus fue-
rit ad Deum, tunc auferetur uelamen.
quodquidem velamen reprę ſentatur
per uelamen quadrageſimale quod in paſ
ſione Chriſti ſciſſum eſt. Ex tunc enim
ueri Chriaſtiani quaſi abducto uelo
dicere habent cum Petro. 1. Petri.
2. Nos autem reuelata facie gloriam
domini ſpeculantes. & maxime quia
hoc ſancto tempore fideles conuerſi
ſunt ad Deum. Ideo in ſignum quòd
reuelata ſit facies Dei quo ad illos
qui dignos pęnitenties fructus fecerunt,
ablatum eſt uelum in eccleſia, quod
prius nos tanquàm peccatores prohibe-
bat à facie ſanctuarii & altaris. Secondo
hic edocemur facies noſtras interdum
uelare ne uideamur ab hominibus. &
hoc qn̄doque propter inanem gloriam
uitandam quando bona opera facimus.
quandoque propter ſcandalum proxi-
morum uitandum, ſicut cum male agi-
mus. quandoque pro cuſtodia caſtita-
tis. ſicut mulieres in aſpectu uirorum
debent habere uultum defixum in ter-
ra. & ſic faciem Chriſti habere uela-
tam, ne capiantur earum aſpectu homi-
nes. Vnde geneſis. 20. Legitur ꝙ abime-
lech poſtq̄ captam ſaram reſtituit abrahę
dixit ad Saram. Ecce fratri tuo do mille
argenteos. & hoc erit uelamen ocu-
lorum

*Facies Chriſti. Quid nobis deſignet uelatio faciei Xp̄i.*

lorum tuorum, id eſt ad emenda tibi capitegia ad uelãdos oculos & faciem. ne iterato ab aliquo ex concupiſcentia tuæ pulchritudinis capiaris. Tertio ſecundum Guillermum uelant faciem Chriſti qui electos quibus Deus maxime dinoſcitur confuſſione operiunt & latere compellũt. prouerbiorum. 28. Cum ſurrexerint impii abſcondentur homines, cum illi perierint, multiplicabuntur iuſti. Quarto uelant faciem detractores qui bona aliorũ mendaciis ſuis operiunt & abſcondunt. Quinto uelant dęmones faciem eorum qui tentantur tribus de cauſis ſecundum Guil. Primo vt de eis ludant eo ludo qui dicitur capifolium. Tot enim ictibus ceduntur à dęmonibus quot affectionibus prauis aut malis cogitationibus leduntur. & in hoc apparet eſſe ludus, quia in illo ludo eſt tam crebra lęſio & tam multiplex percuſſio, & tamen homo non iraſcitur percutientibus & tam grauiter eũ lędentibus dęmonibus. Secundo ne vel ipſos dęmones videat homo à quibus ſe ſubduceret uel eriperet ſi uideret.

Tertio quia ducitur ad infernale ſuſpendium, ne in via qua illuc ducitur quempiám ex obuiis roget. ut uel eum liberet uel pro ut liberetur, intercedat.

Et colaphis eum ceciderunt. Alii autem palmas ei in faciem dederunt. et hoc manu extenſa ſine palma. quia alapa erat percuſſio manus clauſæ, dicentes prophetiſa nobis Chriſte quis eſt qui te percuſſit. in quo deſignabant quòd falſus Propheta eſſet, et quòd ignoraret quis eum percuſſiſſet. Vnde Theophilus. Dominus prophetarum ut pſeudo Propheta deluditur et quia ludibrium de eo faciebant nihil dominus reſpõdebat. in quo docemur non illudere Chriſto putantes mala noſtra non videri ab eo Beda. Quicunque prauis actibus eum exacerbant dum ſuas cogitationes & opera tenebrarum ab eo uideri non putant, quaſi illudentes dicunt, quis eſt qui te percuſſit.

Et alia multa blaſphemantes dicebant in eum. Quæritur quare euangeliſtæ iſta opprobrioſa & ignominioſa Chriſto facta deſcripſerunt. videtur quòd magis tacere debuiſſent. Deuoti enim militis eſt tacere opprobria regis ſui. Dicitur quòd hoc fecerunt propter duo. Primo quia euangeliſta exiſtimabat hoc eſſe ad maximam Chriſtianorum gloriam, quòd dominator orbis tot & talia pro amore populi ſui ſuſtineret, & ideo ut magis excitaretur affectus noſter ad eum uiſo amore quo dilexit nos. nihil exprobationum occultare voluit. Secundo vt oſtenderet cõdignam fuiſſe ſatisfactionem pro peccato primi hominis, & correſpondenter ad aſtenſam. in culpa enim primorum parentum triplex fuit inordinatio. Vna in appetitu illiciti honoris cum crediderunt dyabolo dicenti Eritis ſicut dii, &c. Alia in eſu ligni ſuauis contra prohibitionem mandati. Tertia in cupiditate ſciendi. Hinc dicitur ſcientes bonum & malum. Cõtra appetitum honoris paſſus eſt Chriſtus vilificari & expui ita ut ei poſſumus dicere illud Abdie. Omnes viri fęderis tui illuſerunt tibi, & inualuerunt aduerſum te uiri pacis. Contra delectationem eſus prohibiti paſſus eſt percuti & colaphis cedi. contra cupiditatem ſciendi uoluit ſtultus reputari. Fatigati autem Principes Iudæorum receſſerunt euntes ad dormiendum, & mittentes dominum Ieſum in quendam carcerem ibi ſubtus ſolarium, cuius (vt dicitur) adhuc videri poteſt veſtigium, & ligauerunt eum ibi ad quandam columnam lapideam, cuius pars ibi murata fuit, & adhuc (ut dicitur) apparet. Dimiſerunt nihilominus cum eo aliquos armatos ad tutiorem cuſtodiam, qui eum tota nocte vexauerunt, quaſi non ſufficeret dies ad complendum maliciam ſuam, ita ut anima Chriſtiani tunc in carcere poſſet uiſitare dominum ſuum ut poſtea in iudicio dicat. In carcere fui & viſitaſti me. & tunc ab eo inquirere de ſtatu ſuo. Et reſpondebit illud. Pſal. Poſuerunt me in lacu inferiori, in tenebroſis & in umbra mortis. Et illud etiam. Pſal. Infixus ſum in limo profundi. & hoc ut nos extraheret de lacu miſeriæ, & de luto fecis, quemadmodum faciunt patres ſuis paruulis exiſtentibus in luto ut enim eos a luto extrahant, in luto ſeponunt. Et exurgens omnis multitudo eorum uincientes Ieſum, adduxerunt eum à Caypha in prætorium. Sed queritur quare ita uexati ſunt ad procurandum mortem Chriſti, cur non eum occulte occidebant, aut publice lapidabant.



bant ſicut Stephanus? Actuum octauo. dicitur ſecundum Criſoſtomum, quia uolebant ſuæ gloriæ detrahere. ſed ipſe nequitia eorum econtrario uſus eſt, quia tanto maiori gloria ſublimatus. Philipp. ſecundo. Humilianit ſemet ipſum &c. propter quod & Deus exaltauit illum &c. Secundo quia poteſtas eorum partim tranſlata erat ad romanos, ideo per ſe nõ ſunt auſi eum ſuffocare. Tertio ut ſuam maliciam ſub vmbra & colore iuſtitiæ occultarent. Et ipſi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, ſed manducarent paſcha. Huius ſuperſtitionis obſeruatores ſunt qui domos & alloquia peccatorum arctius euitant, & his contaminari ſe credunt, odia & inuidias quæ homicidia ſunt ſpiritualia non timẽtes. & quòd maior ſit contaminatio ipſe contemptus peccatorum & inanis gloria de bonis ſuis non attendentes. Hij ſunt colantes culices & glutientes camelum, ut eis improperat dominus. Matthæi. 21. Hi ſunt confeſſores auſteri, qui malunt cum iudæis eſſe carnifices animarum, q̃ eis ſua communicare colloquia. Et tradiderunt pontio pilato pręſidi. ſecundum Theophilum. Tradideru-t Ieſum Romanis, ſed à Deo ipſi traditi ſunt in manibus romanorum, ut adimpleretur ſcriptura dicens. ſecundum opera manuum eorum tribue illis. Vnde ſm Guiller. miniſtri pilato damnandum Chriſtum iterum tradunt in membris ſuis, qui ſub iniquis iudicibus quouſque iniuſte uexant. Tertio latuit

II *Iudas. In facto iudæ referentis pecuniã docemur i tribus.*

Chriſti fortitudo in diſcipuli ſui ſuſpẽdio execrabili & perditione, quando eum cadere permiſit. Inde ſubiungit euangeliſta Tunc uidens iudas qui eũ tradidit ꝙ damnatus eſſet pœnitentia ductus retulit triginta argenteos principibus ſacerdotum, & ſenioribus populi dicens. Peccaui tradens ſanguinem iuſtum. In hoc datur nobis triplex moralis inſtructio. prima quòd uix peccator ante damnationem uidet clare culpam ſuam, uel antequam ſe à piabolo uinctum & traditum agnoſcat, pœnitẽtia ducitur. exemplo iudæ qui non eſt pœnitentia ductus quouſque uidit, ꝙ non ſolum Chriſtus, ſed etiam ipſe damnatus eſſet. Secundo inſtruimur ſecundum Gaill. quòd omne peccatum eſt traditio ſanguinis, & propter hoc ſumme vitandum eſt quemadmodum Iudæ peccatũ. Quod aũt ſit traditio ſanguinis patet, quia proditio eſt tradere diabolo dominum in ſuo manente hoſpicio. Eſt enim hoſpes per gratiam habitãs in chriſtianis. iuxta illud pſ. In æternum exultabũt & habitabis in eis. & Ephe. 3. Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris, immo per peccatorem in ſe ipſo occiditur ſpiritualiter ſicut ante in eo uiuebat per gratiam, ſicut dicit Apoſtolus Gall. 2. Viuit uero in me Chriſtus. Et ſic patet ꝙ reus eſt mortis domini non ſolum per traditionem, ſed per effectum. Efficis enim o peccator peccatũ qđ eſt mors Chriſti in te, ſicut gratia uita erat qua uiuebat in te. quæ mors Chriſto incomparabiliter longe intolerabilior eſt q̃ mors quã in proprio corpore ſuſtinuit, quia uitã illã qua in proprio corpore uiuebat ꝑ iſta expoſuit. Tertio inſtruimur ꝙ pecunia male accepta uel acquiſita tradenda eſt confeſſoribus diſcretis. i. eorũ arbitrio reſtituenda, & peccata quæ ſunt ꝑcium mortis peccantium eis tradenda ſunt, & viliter proiiciẽda ad eorũ pedes ut ea comedant. Oſeæ. 4. Peccata populi mei comedent. i. labiis. & dentibus cõſument corrigendo, monendo, abſoluendo, & orando Deum. Et qui nolunt reſtituere peiores ſunt Iuda, qui inuitis ſacerdotibus ea uoluntati ſacerdotum, & diſpoſitioni tradidit. Hæc Guillermus. Vnde iudas pœnituit & reſtituit vſurarii, & ſi aliquando pœniteant, nunquam tamen reſtituere uolunt. Similes antiquis maſtinis, qui infeſtati à muſcis, nunquam propter hoc ſolent ſe de loco ſuo mouere, ſed vibrando caput ipſas aliquantulum excutere, quæ tamen propter hoc non ſolent recedere ſed redire, quia tales caput conſcientiæ bene mouẽt & concutiunt quando. ſ. cogitant de peccatis, ſed nunquam ſtatum uſuræ & rapinæ dimittũt propter antiquitatẽ male cõſuetudinis. At illi dixerũt. Quid ad nos de peccato tuo? Tu uideris. id eſt ſentias te peccaſſe, ſed nihil ad nos pertinet. ſecũdum Guillermum. Multi ſacerdotes iſtos imitantur, qui culpam ſuorum ſubditorũ tanquam ad eos nõ pertineãt pertrãſeũt. Vnde iudæi in hoc dicto emiſſe ſe ſanguinem iuſti audiunt, & tamen extra reatum ſe eſſe credũt dicẽtes. Quid ad nos de pec

cato tuo. non ſumus rei in hoc facto, & in uendente ſcelus conſtituunt. Criſoſto. In hoc eſt accuſatio ſacerdotum qui non egerunt pœnitentiam Iuda pœnitente. Sicut nunc multi ſceleratiſſimi ſacerdotes, qui uidentes populum ſe corrigentem, cõfitentem, pœnitentem, & deuotũ. nihilominus à ſuis luxuriis & fornicationibus, & aliis malis conſuetudinibus non reuocantur, ſed Iudæ deteriores fiunt. Et proiectis argẽteis in tẽplo receſſit, & abiẽs laqueo ſe ſuſpendit. Quæritur circa hoc quis plus peccauit uel iudas tradendo, uel iudæi crucifigendo? Et uidetur ꝙ iudæi. Vnde glo ſuper illud. Peccaui tradens ſanguinem iuſtum. quanto magis qui emerũt iudæi? ergo plus peccauerunt. In oppoſitum dicit Leo papa. Sceleratior omnibus o Iuda & infelicior extitiſti. Dicitur quòd Iudas plus peccauit peccato ingratitudinis, quia de pluribus beneficiis fuit ingratus. Secundo plus peccauit peccato deſperationis. Ponderauit enim iudas peccatum ſuum pondere publico, & non pondere ſanctuarij. Pondus ſanctuarij eſt, de quo Pſalmiſt. Dixi confiteoor aduerſum me &c. Sed pondus publicum eſt, de quo Geneſis quarto. Maior eſt iniquitas mea, quàm ut ueniam merear. Vnde Hieronymus. Magis enim Iudas dominum offendit in hoc quòd ſe ſuſpendit, quàm quando dominum prodidit, quia tradẽdo Chriſtum peccauit de directo in humanitatem æſtimando ipſum purum hominẽ, ſed deſperando peccauit de directo in diuinitatẽ. Auguſtinus. Nemo diffidat de Dei pietate, quia maior eſt eius miſericordia, ꝙ̈ noſtra miſeria. & tardius eſt ei omni peccatori ueniam dare, quàm ipſi peccatori accipere. ſic feſtinãs reum abſoluere à tormento cõſcientiæ quaſi eum plus cruciet compaſſio miſeri, quàm ipſum miſerum compaſſio ſui. Si enim iudas ueniam, & miſericordiam à beatiſſima Virgine petiiſſet, non eſt dubium quin per eã à Chriſto domino de tãto facinore impetraſſet. Dicitur ſecũdo quòd iudæi plus iuda peccauerunt. primo affectu malignitatis, quia ex maiori libidine & deſiderio Chriſtum interfecerunt. Secundo, quia magis eum cognoſcebant, quia quantæ maieſtatis eſſet forte ignorabat iudas, & ipſum purũ hominem eſſe credebat. Principes autem & ſcribæ Chriſtum eſſe Dei filium cognoſcebant, ideo rem precioſiſſimã eſſe æſtimabant. propterea grauiſſime peccauerũt & ad reſtitutionem tenebantur, & quia emerunt, & quia occiderunt. Sic multi ſunt falſi mercatores rem precioſam ab eis nõ tam uili precio ementes. & proximum ultra dimidiam partẽ decipientes. tales ad reſtitutionem tenentur, ſicut vendentes rem malam pro bona. Principes autem ſacerdotum acceptis argenteis dixerunt. Non licet eos mittere in corbonam, quia precium ſanguinis eſt. Dicit magiſter in hyſto. ſcholaſt. mittere. i. remittere, quia ex illa primo fuerant accepti. In hoc notatur hypocriſis iudæorum. de qua Hieronymus. Si ideo pecuniam quia precium ſanguinis eſt, in corbanam hoc eſt in gazophilatium, & inter dona Dei non mittunt cur ipſum ſanguinem fundunt? Auguſti. Qualis illa innocentiæ ſimulatio fuit, & pecuniam ſanguinis non mittere in arcã, & ipſum ſanguinem mittere in conſcientiam? Secundo in hoc notantur principes & uſurarij, qui rapinas & uſuras extractas à ſanguine pauperum, & ſubſtantia in arca ſua ponunt, uel ex ipſis magnas oblationes & teſtamenta faciunt. Sicut enim iudas totum perdidit & corpus. & animam, & pecuniam. Sic illi peſſimi totum perdẽt in morte. Tertio in hoc notantur mali ſacerdotes, qui aliquando oblationes de furto & rapina, & de male acquiſitis recipiunt, dantes malũ exemplum ſuis in furto & rapina communicantes, ſicut iſti acceperunt pecuniam male acquiſitam.

Quarto in hoc notantur iudices, qui in muneribus iudicant, & ea in archis ſuis quaſi diuitias reponunt, qui potius ut iudæi deberent dicere. Non licet mittere in corbanam, quia precium ſanguinis eſt, id eſt ſubſtantiæ pauperis ab eo per munera falſo ablatæ. ſecundum Guillermum allegorice loquendo, per triginta argenteos intelligitur populus Chriſtianus, quem iudæus indignum iudicat ſuo conuentu, & ſua archa, quia precium ſanguinis eſt. Idem enim eſt eſſe Chriſtianum quod eſſe Chriſti ſanguine redemptum. Hæc Guillermus. Conſilio autem inito emerunt ex illis agrum figuli in ſepulturã peregrinorũ. Propter hoc uocatus eſt ager ille acheldemach, hoc eſt ager ſanguinis uſque



uſque in hodiernum diem. In hac emptione notantur ſacerdotes, qui aliquando ex oblationibus multa mala committunt. Sicut enim ex illis pecuniis reſeruatis in templo principes ſacerdotum iniquam emptionem egerunt, ſic in eccleſiis cathedralibus & aliis modo fiunt ſæpe iniuſtæ acquiſitiones, & vſurariæ ex pecuniis illarum eccleſiarum. Nõ enim vult dominus ex latrociniis ſuam ditari eccleſiam. Sed ſi iudæi illam pecuniam male acquiſitam in uſus proprios non expenderunt, ſed in opera pietatis, quàm culpandi ſunt, & eis peiores qui de male acquiſitis pompas & ædificia agunt? In hoc facto etiam notatur quantum Deo placent opera miſericordiæ exhbita ſepulturæ mortuorum, quando uendi non recuſauit, ut preciũ uenditionis ſuę cederet in emptionem agri ubi ſepelirentur. Tunc adimpletum eſt quod dictum eſt per Hieremiã prophetam dicentem. Et acceperunt triginta argenteos precium appreciati, quẽ appreciauerunt à filiis iſrael, & dederunt eos in agrum figuli, ſicut conſtituit mihi dominus. Hoc eſt. acceperunt triginta argenteos precium appreciati ſcilicet Chriſti, quem Chriſtum appreciauerũt à filiis Iſrael, quia iſtud precium fuit conſtitutũ inter iudã & ſacerdotes, q erant de filiis Iſrael. & dederunt eos in agrum figuli, id eſt pro agro figuli ſic dicto, quia ille cuius ager erat, figulus fuit. Vel forte quia ibi erat terra apta ad faciendum uaſa fictilia, ſicut conſtituit mihi dominus. Hoc addidit euangeliſta, quia hæc omnia erant à Deo præordinata Et ſi dicatur ꝙ hęc ꝓphetia nullibi in Hieremia legitur. Reſpõdet magiſter in hyſto. ſcholaſti. ꝙ uerum eſt ꝙ illa hyſtoria nullibi in libro Hieremiæ qui apud nos eſt, inuenitur, ſed in Zacharia pene idem ſenſus ſub eiſdem uerbis ideo dicũt quidam quòd ly Hierem ã non eſt de textu, ſed ſolum dicitur per ꝓphetam. & uitio ſcriptorum additum eſt ly per Hieremiam. Hieronymus etiam dicit ſcriptores erraſſe, qui vnum pro alio poſuerunt & ideo ſecundum hanc opinionem qui remoueret illud uerbum non corrigeret Matthæum, ſed ſcriptores temerarios Hæc tamen expoſitio non placet Auguſti. Hieronymus tamen ſuper Mattheũ dixit quendam hebræum ſibi oſtendiſſe librum Hieremiæ apocrifum, in quo hæc ſcripta repererat. Origenes etiam ſuper Matthæum dicit, quòd in ſecretis Hieremiæ hoc reperit. ſicut Apoſtolus ſcripturas quorundam ſecretorum profert. vt illud quod oculus non uidit, nec auris audiuit &c. In nullo enim regulari libro hoc inuenitur niſi in ſecretis Eſaiæ. Multi eñ fuerunt libri prophetarum, qui ad nos nõ deuenerunt. Augu. tamen libro de concordan. euãgeliſtarum dicit apud Zachariam eſſe tantum de triginta argenteis. In Hieremia uero eſſe de emptione agri, & ita dicit capitulũ ex duabus prophetiis eſſe cõpactum, ſcilicet Hieremiæ & Zachariæ, & ſic vnum eorum nominauit, quia pars in eius libro continetur, ſecundum Guiller. Zachariæ vndecimo. Precium iſtud uocatur merces. Vnde ibi ſingulis dicitur. Afferte mihi mercedem meam. Merces eius ſunt electi, quos quotidie ſicut conuertuntur, ſic in mercedem accipit. Eſaiæ quinquageſimotertio. Pro eo quòd tradidit in mortem animã ſuam &c. ſequitur diſpartiam ei plurimos. Afferte ergo mihi mercedem meam, id eſt uoſipſos, quos laborando uſque ad mortem acquiſiui. Alioquin labore & ſudore meo uſque ad mortem, me fraudatis, & mortis meæ precium à me uiolenter aufertis, & quia illam mercedem plus dilexit, quàm uitam ſuam, quia pro ea uitam ſuam expoſuit. manifeſte grauius peccant, qui ei ſuam mercedẽ auferũt, quàm qui uitam eius abſtulerũt.

Tertio principaliter abſcondita eſt fortitudo Chriſti in domo Pilati. Et hoc tripliciter. Primo in eius accuſatione. Secũdo in eius interrogatione. Tertio in pilati ad Herodem remiſſione. Pro primo dicit euangeliſta. Ieſus autem ſtetit ante pſidem. in quo docemur ſecundum Guillermum, quòd ſtant conſtanter viri ſancti coram iniquis iudicibus, & hoc quia ſciunt duo iudicia contraria ſecum agi. Simul enim iudicantur in cœlis & in terris à iudicibus iniquis, & ubi audiunt coram iudicibus iniquis accuſationes, audiunt nihilominus per fidem à Chriſto in cœlis excuſationes ſuas & ubi ab ipſis condemnationes ſuas audiunt, audiunt à Chriſto domino ſententias ſuæ abſolutionis, & approbationis. Non enim curant de iniquo iudicio cecorum, & non recta n d n

KKK 2 tium

MM Paſſio Chriſti. Quis plus peccauit uel iudas uel iudæi.

NN Stare. Stant cõſtanter iuſti coram malis iudicibus.

tium, ſcientes iuſtitiæ & ueritati non obeſſe iudicia erronea, ſed prodeſſe ſcientes inſuper, quia ſupernus iudex hæc irrita habet, & illud attendentes quod Apoſtolus primo Corintiorum quarto dicit. Qui autem me iudicat, dominus eſt. Reputant ergo iſtas ſententias nullas, & quaſi à non iudicibus latas. Secundo ſtant ſecuri in iudicio iniquorum, ſecuri inquam, de iure ſuo, quia in ſuperuo conſiſtorio iudicium quod hic agitur, contra eos retractabitur, & pro eius iudicabitur.

Exiuit ergo pilatus ad eos foras, & dixit. Quam accuſationem affertis aduerſus hominem hunc? Rñderunt & dixerunt ei. Si non eſſet hic malefactor non tibi tradidiſſemus eũ. Dixit ergo eis pilatus. Accipite eum uos, & ſm̃ legem ueſtram iudicate eum. Quæritur utrum pilatus debuerit eum iudicare in interrogando? Et uidetur q̃ ſic. quia in cauſa hæreſis licet proceſſum fieri à curia eccleſiaſtica ſola, quæ leges diuinas & ſcripturas debet cognoſcere, non autem hoc ſpectat iudici ſeculari, qui de huiuſmodi nihil cognoſcit. Chriſtus autem accuſabatur de hæreſi, ſcilicet q̃ dicebat ſe filium Dei, & ſuper hoc fuerat factus proceſſus in curia eccleſiaſtica. ergo pilatus qui de hoc nihil cognoſcebat, non debebat vlterius interrogare. Reſpondetur quòd nemini licitum eſt iudici aliquem pro quacunq; cauſa iudicare, niſi parte ſpecialiter audita & interrogata ſuper hoc, & cognitis meritis cauſæ. & ideo licet iudex ſæcularis in caſu hæreſis non ſciret facere proceſſum, tamen debet uel per ſe, uel per alium uiſitare, & perſonam & contumaciam perſonę interrogare, antequam iudicet hominem ad mortem. Et ideo in hoc pilatus bene proceſſit. Item etiam dato quòd iudex ſæcularis nihil cognoſcat in his quæ concludunt hæreſim eſſe, tamen poteſt cognoſcere eſſe defectum in modo procedendi. Sicut enim ſyllogiſmus quandoque peccat in materia, quandoq; in forma, ſic proceſſus peccare poteſt. Dixerunt ergo ei iudæi. Nobis non licet interficere quenquam. Vt ſermo Ieſu impleretur ſignificans qua morte eſſet moriturus. Dixerat enim q̃ tradẽdus à iudæis, & occidendus à gentilibus. Matthæi uigeſimo. Ideo hoc iudæi faciebant petentes hoc à pilato fieri, ut uerificaret ſermo quem de morte ſua dixerat.

OO *Paſſio Chriſti. Vtrũ pilatu cũ eſſet laycus debuit xp̃m interrogare de his quæ erãt legis.*

Ceperunt ergo accuſare illum dicentes. Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram, & prohibentem tributa dari Cæſari, & dicẽtem ſe Chriſtum regem eſſe. ſecundum Hyſtoriam ſcholaſticam contra has tres accuſationes, ante reuelationem crucis in die ueneris ſancta tres proſtrationes facimus dicentes. Agyos, otheos &c. quaſi ter honorãtes ter illuſũ, & ter accuſatum. Et contra tres accuſationes in perſona ſaluatoris dicitur. Popule meus quid feci tibi, aut in quo &cę. ubi Chriſtus exprobrat eis tria beneficia, liberationem ab Aegypto, regimen in deſerto, & introductionem in terram optimam. quaſi dicat Chriſtus. Accuſas me de negatione tributi, potius deberes agere gratias, quia liberaui te à tributo Aegypti. Accuſas me, quia dixi me regem, potius gratias age, quòd regaliter te paui in deſerto. Accuſas quòd ſubuerterim gentem tuam, potius mihi deberes gratiarum actiones, quòd te in terram optimam introduxi, ſed conuerſa es mihi in amaritudinem, & paraſti crucem ſaluatori tuo. Et quia tres ſunt cauſæ martyrij, ſcilicet ueritatis prædicatio, eccleſiæ libertas, & fidei confeſſio, contra has tres cauſas Chriſtus accuſatus eſt. Contra ueritatis pr̨edicationem dicunt. Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtrã. Contra eccleſiæ libertatem dicunt, quòd inuenerunt prohibentem tributa dari Cęſari. Contra fidei confeſſionem, quòd dixit ſe Chriſtum regem eſſe. Et quia in illa trium accuſatione occiſus eſt, ideo bene de eo canit eccleſia. Rex ſanctorum martyrum. Et cum accuſaretur à principibus ſacerdotum & ſenioribus nihil reſpondit. Tunc dixit illi Pilatus. Non audis quanta aduerſum te dicunt teſtimonia? Et non reſpondit ei ad ullum uerbum, ita ut miraretur præſes vehementer. Vnde de Chriſto dicitur Ezechielis tertio. vt adamantem & ſilicem dedi faciem tuam, ſcilicet ad ſuſtinendum duriciam iudęorum in accuſationibus & verberibus, vt ſilicem qui ſilet percuſſus, & ad attrahendam maliciam iudicum, vt adamantem qui attrahit ferrum. Iam enim Pilatum quodammodo trahebat, ita ut miraretur uehementer.





Sed quæritur cum martyres ante iudices & tyrannos ita audacter loquerentur, quare Chriſtus coram illis tacebat? Reſpondetur q̃ ut dicitur Eccleſi. 3. tempus loquendi & tempus tacendi. Vnde ſi locutus fuiſſet Chriſtus ſm̃ ſuam ſapientiam, forte impediiſſet ſuam paſſionem, nec granum frumenti cadens in terram mortuũ fuiſſet, & ſic nullum fructum attuliſſet, iõ tunc expediebat ſilentium. Sed poſtquã reſurrexit, tunc tempus fuit ſeminãdi uerbum Dei clara & aperta uoce. Propterea tempore illius ſeminationis ſancti martyres audacter effundebant uerbum Dei. In hoc etiam Chriſtus dedit exemplum religioſis obſeruandi ſilentium clauſtro, qñ in prætorio publico Chriſtus obſeruauit. ut dicat quilibet eorum illud Pſalm. Obmutui & non aperui os meum, quoniam tu feciſti. hoc ſupple primus. Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & uocauit Ieſum, & dixit ei. Tu es rex iudæorum? ſecundum Theophilum hoc interrogauit Pilatus in contemptum obiecti criminis, accuſationem Iudæorum ſubſannando. Ac ſi diceret. Tu pauper, humilis, & nudus, cui nullus adiutor, accuſaſaris de regni ambitione, ad quod obtinẽdum opus eſt multorum ſumptuum & adiutorium. Dic ergo ſi tu es rex iudæorũ. Vel quærebat utrum eſſet rex de iure, quia de facto conſtabat ipſum non eſſe, ſed tamen de iure erat. Hieremiæ vigeſimotertio. Suſcitabo Dauid germen iuſtũ, & regnabit rex. ideo bene quærebãt magi. Vbi eſt qui natus eſt rex à natiuitate, immo ante natiuitatem. iuxta illud Pſal. Deus autem rex noſter ante ſæcula. Et expreſſe hoc uidetur dicere Auguſtinus ſuper illud. Pſalm. Ego autem conſtitutus ſum rex. etiam in regno terreno. Quòd ſi quis dicat ſcriptum eſſe Hieremiæ vigeſimo ſecundo. de Iechonia, à quo non eſt dubium Chriſtum deſcendiſſe. Scribe virum iſtum ſterilem, virum qui in diebus ſuis non proſperabitur. Nec enim erit de ſemine eius vir qui ſedeat ſuper ſolium, Ex quo concludi uidetur quòd Chriſtus ex ſemine eius deſcendens nullum ius habebat in regno temporali. Poteſt dici, q̃ hæc auctoritas quodammodo ſolutionẽ ſui innuit per hoc quod dicit. non erit uir qui ſedeat. Neq; enim ſedit Chriſtus in ſolio regali tanquam rex temporalis exercendo poteſtatem regiam de facto, ſed ex auctoritate non habetur quin aliquis ex Iechonia deſcendens haberet ius in regno tẽporali. Et dixit ei. A temetipſo hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? Rñdit pilatus. Nunquid ego iudæus ſum? Gẽs tua & pontifices tui tradiderũt te mihi. Quid feciſti? Rñdit Ieſus. Regnũ meum nõ eſt de hoc mundo. Si ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei utique decertarent ut non traderer iudæis. Nunc autem regnũ meũ non eſt hinc. ſm̃ Guil. Regnũ meum quod eſt eccleſia, non eſt de mundo, ſed de cœlo. quia totum quod habet deſurſum eſt. Apoc vigeſimoprimo. Ego Ioannes uidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam deſcendentem de cœlo. neque regnum id eſt gratiam, qua in electis regnat, & qua ipſi regnant ſub eo per carnem, & ſuper uitia eſt de mũdo. ſed deſurſum deſcendens à patre luminum. Vel aliter ſecundum ipſum. regnum meum &cę. id eſt non eſt mundanum ut in eo regnet per uim & potentiam. per bellum, & oppreſſionem. ſed magis per patientiam, & ceſſionem. Regna quippe mundi bella, & uiolentiæ creauerũt, ſed regnum Dei magis patientia, pax, & ceſſio eſt. Et huic intelligentiæ congruit quod ſequitur. Si ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei &cę. Regna mundi decertationibus ſeſe tuentur, cedendo autem & patiendo deſtruuntur. econtrario autem regnum Dei pace & patiẽtia fulcitur, & ampliatur. Romanorum quarto. Non eſt regnum Dei eſca & potus ſed iuſtitia & pax & gaudium in ſpiritu ſancto. Miniſtri regum mundanorum non norunt niſi decertare pro regibus ſuis. Econtrario miniſtri regis cœleſtis, cedere & pati edocti ſunt. Hæc Guillermus.

PP *Iudiciũ Dei. Vtrũ iudiciaria poteſtas xp̃i ſe extendat ſuper oẽs res terrenas.*

Sed quæritur, ſi iudiciaria Chriſti poteſtas ſe extẽdat ſuper omnes res humanas, quare noluit Chriſtus per res temporales ſuam exercere poteſtatem. Dicitur primo ſecundum Tho par. 3. q. 59. art. 4 q̃ Chr̃o ſecundũ diuinam & humanã naturam omne iudicium debetur. Patet primo per illud Ioan. quinto. Pater omne iudiciũ dedit filio, & ſpecialiter quantum ad humanam naturam. patet per illud. Ioã. quinto. Et dedit ei omne iudicium facere, quia

filius hominis eſt, hæc eſt cauſalis uera. Secundo ſi ſpiritualis iudicat omnia. j. Corint. 2. in quantum mens eius Dei verbo inhæret, multo magis anima Chriſti quæ plena eſt ueritate uerbi Dei, ſuper omnia iudiciũ habet. Tertio hoc apparet ex merito mortis eius. quia dr̃ Roma. 14. In hoc Xp̃s mortuus eſt & reſurrexit ut uiuorum & mortuorum dominetur. ideo ſuper oẽs habet iudicium. Propter quod ibidẽ ſubdit Apoſtolus, ꝙ oẽs ſtabimus ante tribunal Chriſti. & Dañ. 7. ꝙ dedit ei poteſtatem & honorem, & regnum, & oẽs populi, tribus, & linguæ ſeruient ei. Dr̃ ſecundo ꝙ licet Chriſtus eſſet à Deo patre rex cõſtitutus, non tñ in terris uiuens regnum tẽporaliter adminiſtrare uoluit, nec iudiciariam poteſtatem exercere, qui uenerat hoĩes ad diuina transferre. vnde Ambro. Bene terrena declinat, qui propter diuinã deſcenderat. licet ẽt aliquãdo illã, ubi honor diuinus tangebatur, exercuerit, ut patet per quandam glo. decreti. diſt. 10. qm̃ idem. ubi ſic dicit. Aliqua fecit dñs ut imperator cum uendentes & ementes de tẽplo flagellãdo deiecit. Sed hoc fuit nimis principaliter & tanquam acceſſorium.

QQ

*Chriſtus. Propter duo uenit Xp̃s ĩ mũdũ, ut teſtimoniũ ꝑhiberet ueritati.*

Dixit itaque ei pilatus Ergo rex es tu. Reſpondit Ieſus. tu dicis, q̃a rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc ueni in mundum ut teſtimonium perhibeam ueritati. Omnis qui eſt ex ueritate audit uocem meã. Duplex autem eſt ratio, quare dñs uenit in mundum ut teſtimonium perhibeat ueritati. Prima eſt, quia ſ̃m medicos contraria contrariis curantur, ſicut infirmitas calida per remedium frigidũ. Venit autem ſerpens in mundum & in paradiſum ut teſtimonium perhiberet falſitati. per quod ſeduxit primos parentes, & per hoc quaſi naturaliter homo inclinatur ad mendacium iuxta illud. p̃s. Omnis homo mendax. ideo neceſſaria erat medicina contraria huic infirmitati. ſ. ſpiritus ueritatis. ita ut dicat medicus dans illam medicinam. Omnis qui eſt ex ueritate audit uocem meã. Sed multi potius audiũt uocem diaboli, qui eſt ſpiritus mendacij. Quando enim in aliquo ſtudio generali ſunt duo doctores aduerſantes in doctrina, tũc maior eius ſchola apparet qui plures habet ſequaces, & tunc præualet eius doctrina. Sic ſpiritus ueritatis legens in ſcholis huius mũdi pauciſſimos habet ſequaces. quia licet omnis homo libẽter audiat ſermonem ĩ quo ueritas prædicatur, tñ ſi dicantur ei defectus ſui, diſplicet ei.

Secunda ratio ſ̃m Guil. non expellitur tenebra niſi lumine. ſed ante Chriſti aduẽtum tenebræ erant ſuper uniuerſam terrã. ſ. tenebræ errorum & ignorantiæ eorum, quæ erant ad ſalutem neceſſaria. ideo ad hoc lux uera orta eſt in mundum, ut rerũ ueritatem quæ ad ſalutem pertinent oſtẽderet & contrariorum errorum nubila effugaret. ideo dicit in euangelio. ego ſum lux mundi, qui ſequitur me non ambulat in tenebris, propterea ei credendum eſt. quia 1. Io. 1. vnigenitus qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit. Hinc & ſubdit. omnis q eſt ex ueritate &c. i. oĩs qui uerax eſt, & cuius cor ueritas occupauit, uerba ueritatis reſpuere non poteſt. ſed ea uelut ſibi congruentia & amica amplectitur. Mens uero quam falſitas occupauit, uerba ueritatis falſitate ſe opponente nõ recipit. ꝓuerb. 27. non recipit ſtultus uerba prudentiæ, niſi ea dixeris quæ uerſantur in corde eius, ẽcõtra eſt iuſtus, qui aures habet ueritatis & ueraces. ideo q habet aures audiendi ueritatem, audiat. alioquin obſurdeſcat. Sed quæritur quomodo ſatisfacit dñs pilato arguenti. ergo rex es tu. quãdo ſibi reſpondit. Ego in hoc natus ſum &cę. Reſpondet. n. ꝙ natus erat ad pronunciãdum ueritatem quod non eſt ad propoſitũ de rege uel regno. Dicitur ꝙ dñs regnum ſuum tunc exponebat cõformiter ad ſcripturam quę dicit in p̃s. Ego conſtitutus ſum rex ab eo &c. id eſt ego in hoc natus ſum rex ut præpararẽ ueritatem, quæ eſt præceptum dñi lucidum illuminans oculos rõnis. & ſic eſſe regem non eſt contra romanum imperium. & qui eſt de regno meo ſic expoſito quod regitur ueritate, ſicut diaboli regnum falſitate, libẽter audit uocem meã. Dixit ei pilatus. Quid eſt ueritas? Forſitan pilatus non expectauit reſponſum, quia erat de numero illorum iudicum, qui ueritatem audire nolunt, niſi ad eam partem pro qua affectantur. & quia Chriſtus loquebatur de ueritate ordinante ad regnum eius ſpirituale. de quo regno non curabat pilatus. ideo nec pilatus multũ curauit inſtrui de illa ueritate. Similis in hoc multis, qui no-
lunt



lunt de ea informari, nec eam uolunt audire. Veritas enim eſt ſicut aqua benedicta, ad quã oẽs currũt, tñ manus faciei apponunt ne ſuper faciem aqua cadat. Sic multi quærunt de ueritate, & tñ nolunt ꝙ eis ueritas de ſuis defectibus dicatur, ẽt pro eorum ſalute. Vel ideo fuit. quia pilatus iudæorum maliciam & Chriſti innocentiam percipiens, ad eius liberationem feſtinauit, & ſic reſponſum non expectauit. & ita ſ̃m Guil. prudenter interrogauit ſed infructuoſe dum reſponſionem nõ expectauit. Si enim expectaſſet, breui reſpõſione totam dñi doctrinam cõprehendiſſet. Totus. n. liber catholicæ doctrinæ, & tota cœleſtis ſapientia nihil aliud eſt quã agnitio ueritatis. Eccle. 24. Hæc oĩa liber uitæ & teſtm̃ altiſſimi, & agnitio ueritatis cuius cognitionem promittit diſcipulis. Ioã. 8. Si uos manſeritis in ſermone meo, uere diſcipuli mei eritis, & cognoſcetis ueritatẽ. Aug. tñ vr̃ dicere ꝙ Chriſtus rñdit, ꝙ ueritas eſt de cœlo, & non in terra, ſed hoc non audiuit, uel quia cito exiuit ad iudæos, uel propter tumultum clamantium Vel ideo quia tũc ueritas in iudiciis apud eos ſilebat, ſignificans etiam quòd in futuro ſileret. Mirabilis fuit hęc arbor, de qua folium non cecidit. Qũo radicem huius arboris poſſent extirpare, qui nec folium tollere poſſunt? Et cũ hoc dixiſſet iterũ exiuit ad principes ſacerdotum, & ad turbas iudæorum, & dixit eis. Ego in eo nullam inuenio cãm. At illi inualeſcebant dicentes. Cõmouit populũ per vniuerſam iudæam incipiens à galilea uſq; huc. Beda. Hic accuſantiũ ſermo magis & eũ qui accuſatur docet innoxium, & eos qui accuſant docet eſſe ꝑuerſos. Docuiſſe. n. populũ nõ criminis, ſed virtutis cõſtat eſſe indicium, nec commouit populũ, qui pacis reddit teſtm̃. Tertio eſt abſcõdita fortitudo Chr̃i in pilati ad herodẽ remiſſione. de qua textus. Pilatus aũt audiens galileã interrogauit, ſi homo galileus eſſet. & ut cognouit ꝙ de herodis ꝑtãte eẽt, remiſit eũ ad herodẽ. In hoc docẽtur religioſi, qui ſpãliter ſunt imitatores Chr̃i, ꝙ nõ dẽnt turbari, ſi interdum ſub obedientia de loco ad locũ mittantur. de prælato ad prælatũ, quia pro nobis Chriſtus miſſus eſt de iudice ad iudicẽ. Qui & ipſe hieroſolimis erat illis diebus. Herodes interpretatũ glorians in pellibus, in quo notatur ſ̃m Guil. ꝙ prælati moderni utplurimum ſunt herodes. Prælatus. n. pelliceus eſt & carnalis cum exercitu ſuo. i. turba nepotulorũ, cognatorum, & aliorum domeſticorum. qui Chr̃m dñm ſpernit cũ talibus, cũ ſint conculcatores & deſtructores religionis chriſtianæ. & recte uocantur exercitus, quia diabolo contra religionẽ & Dei honorẽ militãt. Hi ſunt gẽs peſſimorũ, quos Antiochus in arce Hieruſalẽ conſtituit. i. in altitudine ꝑlationis eccleſiaſticæ, qui tẽplũ & ciuitatẽ fœdaſſe leguntur. ut dr̃. 1. Macha. 4. & 6. Herodes autẽ uiſo Ieſu gauiſus eſt ualde. Erat. n. cupiens ex multo tẽpore uidere eũ, & ſperabat aliquod ſignũ uidere ab eo fieri. Cauſa quare dñs corã eo non fecit ſignum ẽſt duplex. Prima quia Herodes nõ reputabat Xp̃m ꝑdicatorẽ aut ſaluatorẽ, ſed mimũ, ioculatorẽ uel incantatorẽ. iõ nõ erat dignus uerbis Chr̃i, nec miraculis. Secũdo ſi feciſſet aliqua ſigna nõ fuiſſet fructus in herode, ſed admiratio, & quaſi laus ꝓ Xp̃o. Prædicator aũt debet quęrere fructũ nõ laudẽ. Greg. Quotiens auditores noſtri nr̃a uoluerint quaſi laudanda cognoſcere. nõ aũt ſua peruerſa mutare, oĩno taceamus, ne ſi oſtentationis ſtudio uerbũ dei loquimur, & eorũ quę erat culpa eſſe non deſinat, & noſtra quæ nõ erat fiat. Herode aũt deteriores ſunt religioſi, qui tãtũmodo Chr̃m ſpreuit cũ exercitu ſuo nihil ꝑſecutionis ei inferens. iſti uero eum perſequuntur, dũ ſpiritualiter in eis oĩs ſancta religio impugnatur & deſtruitur. Item herodes erat ex multo tempore cupiens uidere Ieſum. iſtis grauis eſt ad uidendum, qui oĩmodę religionis mores & eos qui reformare uolunt refugiunt. Qui modo ſunt exercitus pharaonis qui gloriantur in curribus, & equis, quibus cõminatur dñs ꝑ ſophoniã, id eſt uiſitabo ſuper oẽs, qui induti ſunt ueſte peregrina, quia propria eorũ ueſtis eſt humilitatis. In hoc autem ꝙ herodes uiſo Ieſu gauiſus eſt ualde, ſuggillantur uani homines & curioſi, qui de familiaritate & frequentia uirorum bonorum & litteratorum ſic gaudent, ut boni uideantur & prædicentur. Interrogabat autem illum multis ſermonibus. at ipſe nihil reſpondebat. Stabant etiam principes ſacerdotum & ſcribæ cõſtanter accuſantes eũ.

RR

*Tacere. An Xp̃s debuit tacere corã Herode.*

Sed arguitur dupliciter. Primo, quia qui tacet, conſentire uidetur. ergo uidetur, ꝙ dominus conſentiebat accuſationibus in hoc ꝙ tacebat. Secundo, quia dicitur prouerb. 26. reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam. Ad primum reſpondet Ambroſius, ꝙ accuſatur, & tacet qui defendi non indiget. ſed ambiunt defendi qui timent uinci. Sed quia taciturnitas videtur confeſſio ſeu conceſſio. ſubdit Ambroſius. nec accuſationem tacendo confirmat, ſed deſpicit refellendo, id eſt indignam reſpõſione iudicando, quaſi dicens. taciturnitas ſua ſufficiebat ad id quod poſſet obiici. Vnde & Suſanna tacuit & vicit. Dicitur ad ſecundum, quòd utrunque bene poteſt fieri, ſcilicet reſpondere & non reſpondere. reſpõdere ſibi ne ſibi ſapiens uideatur. non rñdere ne ei ſimilis uideatur. Noluit autem reſpondere ex cauſa, vt ſcilicet nos doceret noſtras accuſationes patienter ferre. & tacendo melius quandoque quàm reſpondendo uincere, ut patuit in Suſanna. & Exod. quartodecimo. Vos tacebitis, & dominus pugnabit pro uobis. Item tacuit quia fauorem principum non captat. Scriptum enim erat Treno. 3. Ex ore altiſſimi non egredientur bona neque mala. Non ergo multum curent ſacerdotes & prælatĩ loqui multum coram magnatibus propter fauorem adipiſcendum. quando dñs coram humili plebe paſſim loquebatur, coram magnatibus tacebat. Spreuit autem illum. Herodes cum exercitu ſuo. qa eum ſimplicem & fatuum reputabat. ob. duodecimo. deridetur iuſti ſimplicitas. In quo documentum habemus, ꝙ ſicut Chriſtus maluit ſperni, quàm faciendo ſigna fauores principum obtinere, ſic debemus potius uelle à malis deſpici, quàm ab adulatoribus laudari. Secundum documentũ eſt, ꝙ periculum magnum eſt intrare curias principum, quia exemplo Chriſti qui nunc penes Annam alapiſatur, penes Caypham negatur & condemnatur. penes Pilatum primo accuſatur, deinde flagellatur. penes Herodem illuditur & ſpernitur. Sic Chriſtus in principum curiis ſpernitur in præceptis ſuis, illuditur uita, flagellatur in membris ſuis, ſcilicet populo & ſubditis.

*SS Paſſio Chriſti. Ex illuſione xp̃i in ueſte alba qñque edocemur.*

Et illuſit indutum ueſte alba. Ex hac illuſione in ueſte alba poſſumus accipere quinque documenta. Primum eſt, ꝙ oẽs qui pie uolunt in Chriſto uiuere, & maxime ſm̃ nouum hoĩem ab omnibus deridẽtur, & fatui reputantur, quia ſicut ſapientia mundi ſtultitia eſt apud Deum, ſic ſapientia Dei ſtultitia eſt apud mũdum. Sed ſicut crux ante paſſionem Chriſti fuit exprobrabilis, q̃ poſtea fctã eſt honorabilis; ſic ueſtis alba poſt Chri paſſionẽ, ita ut q̃libet ea in baptiſmo induatur. In cuius ſignum Xp̃o paſſo ĩ reſurrectione & ĩ aſcenſione angeli apparuerunt in ueſtibus albis. Scd̃m eſt, ꝙ pro loco & tpe expedit ſtultitiã ſimulare. Exẽplũ de Dauid. 1. Reg. 21. Sic Chriſtus fatuum ſe ſimulauit, qui eſt ſumma ſapientia, quia ſi ſapiẽter reſpõdiſſet, & aliquod ſignũ feciſſet, Herodes à morte eũ liberaſſet. Tertiũ eſt, ꝙ hõ precioſitatem non quærat in ueſtibus, ſed ſolum neceſſitatem. exẽplo Chriſti & apoſtolorum dicentium habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſumus. Et hoc ideo eſt, quia ſaluator noſter in ueſte ſicut fatuus deluſus eſt. Quartum eſt ſm̃ Guil. vt diſcamus adulatores uitare. Nam qui puritatẽ aliorũ adulando prædicant in ueſte alba eos deludunt. Eo enim vnũquemque quis induit aut operit, quo de eo prædicat. Sicut enim dicit Ambroſius. Veſtis pulcherrima precioſiſſimaque fama eſt. ſic ueſtis ignominioſa & turpiſſima infamia eſt. Caueamus ergo noſtram uitam prædicari adulationis gratia. quia hoc eſt illudi in ueſte alba. Quintum eſt, quòd quicũque ſe amicto & aliis ueſtibus ſacerdotalibus induit, nihil aliud proteſtatur facto ſuo, quàm ſi diceret uerbo. ita credo dominum noſtrum fuiſſe indutum & in talibus fuiſſe illuſum. In cuius ſignũ & memoriam hic induo me ipſum, ut in me ſentiam quod & in Chriſto Ieſu. Qui ergo talia ferunt exterius, nihil ſentiẽtes uel compatientes interius, tales illudunt Chriſto, ac ſi dicerent. Signo tibi compatimur, & tuas illuſiones in nobis oſtendimus, ſed in nullo corde compatimur.

Et facti ſunt amici Herodes & pilatus in ipſa die. Nam antea inimici erant ad inuicem. & remiſit ad Pilatum. Ecce quomodo præda noſtra Chriſtus diu fuit uenata. & hoc ut more uenationis nobis eſſet ſapidior in die ſancto paſchæ. Et ĩ hoc apparet quomodo Herodes conſenſit in mortem domini. Quia enim ſibi miſſus fuit



fuit tanq̃ homo ſuæ iuriſdictionis, cũ non inueniſſet in eo cãm debuiſſet eũ abſoluiſſe. & non alieno iudici remiſiſſe. Herodes enim eum ſeductorem non reputauit, qa ſeductor eſt uir malicioſus, ipſum autem Xp̃m ſtultum reputauit, nec regem eũ reputauit. cũ tã abiectũ eũ conſpiceret, & faciẽ eius ſputis decurpatã. Vnde in huius vindictam deportatus eſt in exiliũ apud Viennam, & ibi infelix in magnis miſeriis cum ſua herodiade obiit. In remiſſione Xp̃i ab herode ad Pilatũ abſcõdita eſt fortitudo Xp̃i in tribus. Primo in latronis ſeditioſi & homicidę ꝑelectione. Secundo in eius opprobriis & flagellatione. Tertio in eius ad crucem condemnatione.

Quo ad primum dicitur in textu. Pilatus aũt conuocatis principibus ſacerdotũ & magiſtratibus & plebe dixit ad illos: Obtuliſtis mihi hunc hominem quaſi auertentem populum, & ecce corã vobis interrogans nullam cauſam inuenio in homine iſto ex his quibus eum accuſatis, ſed neque herodes. Nam remiſit uos ad illum. & ecce nihil dignũ morte actũ eſt ei. Emẽdatum ergo illũ dimittã. Per diem autem ſolennem conſueuerat præſes dimittere populo vnum vinctum quem voluiſſent. In hoc habemus documentum quòd quãuis Pilatus multum videretur honorare ſacerdotes in hoc ꝙ dabat quolibet anno in paſcha vnũ de vinctis quemcũq; uolebãt. plus tñ honorat dñs ſacerdotes noſtros, qñ nõ tantũ ſemel in anno nec ſolũ vnum uinctũ, ſed quemlibet peccatorẽ contritũ dat dñs ſacerdotibus vt à uinculis ſoluatur. & maxime hoc ſacro tempore paſchę. Circa hũc paſſum dicit hyſtoſcho. ꝙ iudæi habebant vnũ uinctũ liberũ in ſignũ liberationis ab Aegypto. Et dicit quædam gl. ſupra ꝙ alios occidebãt vt latrones cum domino crucifixos in memoriam primogenitorũ Aegypti interfectorum, & hoc ẽt dicit Nicolaus de lyra.

*TT Odire. Propter quattuor iudæi odiebant Chriſtum*

Habebat aũt tunc vnũ uinctũ inſignẽ q̃ vocabatur Barrabas. Erat aũt Barrabas latro, qui erat propter ſeditionem quandã factam in ciuitate, & homicidium miſſus ĩ carcerem, & qui in ſeditione fecerat homicidiũ. Congregatis ergo illis dixit Pylatus. Vultis dimittam uobis regem iudeorum? Quem vultis uobis dimittã Barrabam an Ieſum qui dicitur Xp̃s. Sciebat enim ꝙ per inuidiam tradidiſſent eũ ſummi ſacedotes. Odiebãt enim eũ & inuidebant ei. Odiebant eũ propter quattuor q̃ tangunt Sap. 2. Primo quia cõtrarius erat eorum auaritiæ, ideo ibidẽ dr̃. circũueniamus iuſtum & opprimamus eum, qm̃ inutilis eſt nobis. i. auaritiæ & lucro noſtro, cõtrarius operibus ſymoniacis noſtris. Vnde dicebant Io. 11. ne forte ueniãt romani. Secundo quia improperabat eis tranſgreſſiones legis Dei iuxta illud. attendite à fermento phariſeorum quod eſt hypocriſis. Luc. 12. Hinc & ſequitur. & improperat nobis peccata legis. Tertio quia reprobabat traditiones eorum quas populo prædicabant tanquam neceſſarias ad ſalutem. Matt. 15. Quare trãſgredimini mãdatum Dei propter traditiones veſtras. Ideo ſequitur. & diffamat in nos. i. retorquet peccata diſciplinę noſtræ. i. traditionis noſtræ. Quarto quia eorum cogitationes reuelabat & peccata occulta Matth. 9. vt quid cogitatis mala in cordibus? & in liberatione adulterę hoc patuit. ideo ſequitur. factus in traditionem. i. reuelationem cogitationũ noſtrarũ. Sed inuidebãt ei. Primo propter eccellẽtiam vitæ in miraculis. Vnde ſequitur grauis eſt nobis ad videndũ ſicut lux odioſa eſt oculis lippis. & ſequitur. quoniam diſſimilis eſt aliis vita illius in operatione miraculorũ. Secundo propter excellentiã ſanctitatis uitæ. Vñ ſubdit. & in ueritate ſupple uitæ ſunt uię illius, ita ꝙ in comparatione vite tanq̃ nugaces æſtimati ſumus ab eo, & abſtinet ſe à viis noſtris tanq̃ ab immũdiciis. Tertio ꝑꝑ excellẽtiam doctrinæ. unde ſequit. & profert nouiſſima iuſtorũ. i. reuelat finem bonorũ & malorũ. & alibi promittit ſe ſcientiã Dei habere. Quarto propter excellentiam nobilitatis. & ideo ſubiũgit. & gloriatur ſe Deũ patrẽ habere. & alibi. filium Dei ſe nominat. Io. 5. p̃rem ſuum dicebat Deũ æqualẽ ſe faciens Deo. Principes aũt & ſeniores perſuaſerunt populis ut peterent Barrabam, Ieſum vero perderent. In hoc enim quadrupliciter aggrauatur eorum ſcelus. Primo rõne dignitatis. quia principes ſacerdotum. Scd̃o rõne ætatis. quia ſeniores. Tertio ratione ſtudioſitatis, quia perſuaſerunt populis. Quarto ratione malitiæ ut Barrabam peterẽt.

Rñdens autem præſes ait illis. Quem

Vultis

vultis vobis de duobus dimitti? Exclamauit autem ſimul uniuerſa turba dicens. Tolle hunc, & dimitte nobis Barrabam. Circa hoc duo habemus documenta. Primum eſt quod æqualiter toleremus ſi aliquando præferantur nobis perſonæ infirmiores & humilioris conditionis. quia Chriſto prelatus eſt latro & homicida. Secundum eſt quod caueamus ne Barrabã Chriſto preferamus, ſicut ſunt qui iniuſtitiam attentantes corrumpunt iudicium vel ſicut qui teſtimonium falſitati ferentis corrumpunt veritatem & occidunt. uel ſicut illi qui in electionibus Barrabam anteferunt Chriſto, qui malos ſuis iniquitatibus aptos præeligunt, & bonos dimittũt. Sicut enim à tempore illo quo iudæi prælegerunt Barrabam, ſemper habuerunt lites & cõtentiones, & ſemper ſubiecti ſunt ſeditionibus & latrocinijs, ſic poſtquàm mali prælati fuerunt bonis præelecti eccleſia paupertate & latrocinijs exterminatur. Nam ſicut ait Origenes. vbi non eſt Ieſus, ibi lites & prælia, vbi autem Ieſus eſt illic ſunt omnia bona. Iterum pilatus locutus eſt ad eos volens dimittere Ieſum. Quid ergo vultis faciam regi iudæorum? Quid faciam de Ieſu qui dicitur Chriſtus? Guiller. Vtinam tu quicunque peccare deſideras quicunque teipſum apud teipſum dijudicas, teipſum interroges Quid faciam de Ieſu qui dicitur Chriſtus id eſt qualiter in me ipſum occidam quẽ recipi in hoc paſcha? Vtinam & iniquus iudex intra ſeipſum dicat. Quid faciam de Ieſu id eſt de homine innocente. In ſuis enim ſe iudicari, condemnari, crucifigi teſtatur dominus. quod ſi iniqui iudices attenderẽt, certe ab innocentum condemnatione ſe auerterent. At illi ſucclamabant omnes crucifige, crucifige eũ. Euangelium tamen Nichodemi dicit ꝙ non omnes de populo clamauerunt, ſed quidam compaſſi fleuerunt. Nam (ut ibidem dicitur) intuitus præſes populum circunſtantem & plures eorũ uidens lachrymantes dicit quod non omnis populus uolebat eum mori, inter quos Nichodemus qui conſuluerat eum dimitti, & paraliticus qui 38. annis in lecto iacuerat, & cecus natus, & leproſus. &c. Sed iſti erant pauci & inter alios non audiebãtur. ideo vſus eſt euangeliſta cõmuni modo loquẽdi quod nullus alius audiebatur, ita quòd omnes uidebantur clamare. Ille autem tertio dixit ad illos. Quid enim mali fecit iſte? Nullam enim cauſam inuenio in homine iſto: Corripiam ergo illum & dimittam. O Pilate tu dominũ uis caſtigare ſed neſcis quid agis. quia nec flagella meretur ſicut nec pœnam mortis, rectius ageres ſi te ad ſuum nutum corrigeres. Vnde intentio excuſat Pilatum in toto. qa nullum per ſe malum propter bonam intẽtionem efficitur bonum, nec ſunt facienda mala ut inde eueniant bona. Affligere autem innocentem & maxime filium Dei erat maxime malum. At illi inſtabant vocibus magnis poſtulantes vt crucifigeretur, & inualeſcebant uoces eorum.

*pp Rex. Vtrũ pp aduentũ principis uel alicuius ſancti reuerẽtiã debeat liberari homicida.*

Circa hoc quæritur. Vtrum licitum ſit propter reuerentiam alicuius ſancti, uel alicuius beneficii per eum facti, vel propter iocundum principis aduentum in aliqua ciuitate dignos morte malefactores liberare? Et uidetur quod non. quia Actuum. 3. beatus Petrus hoc improperat iudæis dicens. Vos ſanctum & iuſtum negaſtis, & petiſtis virum homicidam donari uobis. Secundo quia nõ poteſt iudex inferior ſua poteſtate ſuperioris infringere legem. ſed Exod. 22. homicidę & malefici dicunt morte puniri, ergo nec rex neque ſanctus ſuper hoc poteſt diſpenſare. In oppoſitum arguitur. quia multi ſancti rogantes pro maleficis obtinuerũt vitam eorum. vt recitat Gregorius turon. lib. 6. hyſt. fran. de ſancto eparchio, & idem narrat de chilperico rege francorum, qui cũ poſt multa funera filiorum natus ei eſſet filius, omnes vinctos ſui regni iuſſit abſolui. Hoc etiam patet apud multas ciuitates in quibus propter reuerentiam ſanctorum abſoluuntur homicide ſicut conſuetudo eſt apud vrbem Rothomagenſem, & ſicut erat conſuetudo apud iudęos, vt in die paſchæ liberaretur vnus uinctus quemcunque petiſſent. Pro reſponſione ſit prima propoſitio. Licitum eſt propter alicuius ſancti reuerentiam. uel in memoriam beneficii accepti liberare malefactorem vbi caſus eſt pius, puta ex infirmitate vel ignorantia vel uehementi paſſione proueniens. Probatur, quia (vt vulgo dicitur) una bonitas aliam requirit. ſancti vero dũ uiuerent multa meruerũt prouinciis qui-

bus



bus præfuerunt & adhuc quotidie procurant. iuxta illud quod canit eccleſia. Adiuuent nos eorum merita quos propria impediunt ſcelera ita ut maleficus quiſque clamare poſſit ad dominum illud. Pſalm. Aſpice in me & miſerere mei ſecundum iudicium diligentium nomen tuum. Quid ergo mirum ſi pro gratiarũ actione in memoriam ſuorum beneficiorum captiuum & homicidam liberamus à morte?

Secunda propoſitio. Licet & expedit ad nouũ regis ingreſſum omnes vinctos, & reos propijs caſibus educi de carcere liberos. Primo ut oſtendatur quantæ clementię debeat eſſe princeps in ſuos ſubditos. Clementia enim lapis eſt precioſior in corona principis Pſal. Intende proſpere procede & regna, propter veritatem & manſuetudinem. ideo non eſt mirũ ſi clementiæ actũ primo in ſubditos exerceat. Secundo vt oſtendat in regimine ſubditorum ſe uelle conformare regimini dei, in quo miſericordia ſuperexaltat iudicium. Iac. 2. Scit enim princeps quod ſub Deo militat indigens Dei miſericordia. Sic ergo faciat populo quandoque defectuoſo, in hoc imitatus Dei conditionem cuius proprium eſt miſereri ſẽper & parcere. ne forte contingat ei ſicut adonibeſech, qui poſtquam. 70. regibus amputauit ſummitates manuum & pedum, ſic factum eſt ei. Iudic. 1. Vnde & theodoſius iunior imperator romanus lib. 12. hiſt. tripar. quia omnium fere miſerebatur Deum imitatus, omnia ei proſpere ſuccedebant. Tertia propoſitio. Expedit etiam maleficos non ſolum in pio caſu ſed etiam ex certa malicia properato, vbi ſpes eſt de eorũ emẽdatione, & vbi imminet aliqua reipublicę vtilitas maior quàm eſſet vtilis eorum damnatio, propter ſancti aut principis reuerentiã liberare Patet, quia de duobus bonis melius eſt eligendum. maius autem bonum eſt malefactorem uiuere ſi ex eius vita ſperatur in futurum ipſius emendatio & correctio, & cum hoc reipublicę vtilitas. ergo vbi cum omnibus iſtis occurrit alicuius viri ſancti meritum uel iocundus principis aduentus, licet eos liberare. Sic legimus de pluribus ſanctis in quorũ aduentu carceres aperti ſunt, & plures ſuſpẽdendi meritis eorum liberati. Secundo quia Deus ſanctorum merita ita ponderat, vt multorum malorum demerita ſuperexcedant. Pugillo enim menſurat aquas. i. malefactores continuo fluentes ad mare damnationis æternæ, & palmo extenſo cœlos id eſt viros cœleſtes ponderat. ideo nil mirũ ſi uir ſanctus pro quãtũcũque malo dum viuit intercedat. Sic merita ezechiæ pro manaſſe peſſimo homicida qui repleuerat Hieruſalem ſanguine prophetarum uſque ad os, apud Deum vt pœniteret interceſſerunt. 2. Parali. 33. Sic lubricanti populo idolatræ & homicidæ ꝓpter Moyſen pepercit Deus. Exo. 32. Sic mulier thecuites apud Dauit pro abſalon homicida interceſſit. 2. Reg. 14.

Quarta propoſitio. Licet malis ex induſtria & certa malicia ſecũdum legem dei debeatur mors, tamen ex certis & legitimis cauſis poteſt deſſimulari mors illa & differri, vel in aliud commutari. Sic diſtulit Dauid quandiu vixit punire ioab propter duplex homicidum proditorium, cuius tamen ultionem reſeruauit Salomoni filio ſuo. Patet. 3. Reg. 1. Similiter hoc patet in homicidis & viarum inſidiatoribus qui aliquando compuncti ad ſanctos patres in hæremo ad pœnitentiam agendum conuenerunt, qui propter hoc iuſte à morte tẽporali eis debita abſoluti ſunt. Iſtud tamen raro debet fieri, nec eſt trahẽdum ad conſequentiam. Eccle. 8. quia non profertur cito contra malos ſententia, filii hominum abſque timore vllo perpetrãt mala. Cauendum eſt enim ne paruus ſerpẽs creſcat in draconem Pſal. Beatus qui tenebit & allidet paruulos ſuos ad petram. & Cantico. 2. Capite nobis uulpes paruulas quæ demoliuntur uineas. Quinta propoſitio. Non licet hominem reum criminis ubi nec eſt pietas, nec expectatur correctio, nec vtilitas, aliquo modo eum liberare. Patet ꝑ primã & ſecundam rationes ante oppoſitum. Item. 3. Reg. 20. ſcribitur de achab quando primo intrauit muros damaſci dum debuit regem ſyrie captiuare & occidere dimiſit eũ ſub tributo, ꝓꝑ quod dictum eſt ei à propheta. Quia dimiſiſti uirum dignum morte, erit anima tua pro anima illius. Non enim apparet locus ueniæ, ubi non eſt ſpes de emendatione. Exod. 21. Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum & per inſidias, ab altari meo euelles eũ ut moriatur. Quod

eſt

eſt contra iudices qui munera & perſonas aſpicientes, malefactorem contra Dei leges impunitum derelinquunt. Secũdo abſcondita eſt Chriſti fortitudo in eius opprobriis & flagellatione. Hinc ſubdit euangeliſta. Tunc apprehendit Pilatus Ieſum & flagellauit. Secundum Auguſtinũ non perſequendo dominum flagellauit, ſed furor ſatisfacere volens. ut vel ſic iam miteſcerent & deſinerent eum uelle occidere, cum eum ſic viderent flagellatum. Naturalem enim eſt vt hominis ira quieſcat ſi eum contra quem iraſcitur humiliatum & punitum videat. quod verum eſt in ira quæ cum menſura quærit proximi documentum, ſed non in odio quod totaliter quærit eius qui odio habetur exterminiũ.

*XX Flagellatio Xp̄i. Ex flagellatione Xp̄i ſex ſumi poſſunt documenta.*

Ex hoc habemus ſex documenta. Primum quòd nos flagella Dei libenter debemus ſufferre. ut cum Pſal. dicere poſſimus. quoniam ego in flagella paratus ſum. Et merito, quia ſi vnigenitus Dei filius paratus fuit in ſe ſuſcipere noſtra flagella ex obedientia patris, cur & nos adoptiui non eſſemus parati portare & benigne recipere flagella eiuſdem patris, quæ ipſe miſericorditer per ſe uel per miniſtros uel per alia inſtrumenta media ad noſtram emendationem infligere dignatur? Secundum documentum eſt conſiderationis miſericordiæ diuinæ. qui ut nobis parceret, & à perpetuis flagellis eriperet, ſuo flagello nos liberauit. Sciebat enim quòd multa flagella peccatoris. ideo multis flagellis punitus eſt pro nobis. Sicut enim pia mater quãdo videt patrem uelle flagellare aliquem de filijs ſuis extẽſis occurrit brachiis & eum protegit exponens ſe pro eo flagellis. Homo enim offenderat Deum & ideo diſciplinari debeat. ꝓpter quod Chriſtus illam diſciplinam paſſus eſt. Eſaiæ. 53. diſciplina pacis noſtræ ſuper eum. Sicut enim pueri quando de orto exeũt vbi fructus furati ſunt, ſtatĩ a patre verberantur, ſic poſt eſum ligni vetiti & furtum illlus fructus factum ab Adã, oportuit dominum Ieſum verberari & flagellari. Tertium documentum quòd ſi tã grauiter vulneratus eſt innocens pro peccatis alienis, quam grauiter putamus noxios ſi ſe non correxerint flagellandos ꝓ peccatis propriis. Quartum documentũ ſecundum Guiller. quòd omnis iniquus iudex & omnis tyrannus in membris apprehendit Ieſum & flagellat. dum ſubditos iniuſte capit & affligit. & quaſi dentibus eum apprehendunt & flagello linguarum ſuarum flagellant, qui blaſphemiis eũ percutiunt. Quintum documentum ſecundũ Guil. quòd dominus ligatus eſt ad columnam per quã intelligitur eccleſia. de qua 1. Tymo. 3. vt ſcias quomodo te oporteat conuerſari in domo Dei, quæ eſt eccleſia Dei uiui columna & firmamentum veritatis. Huic itaque columnæ alligatus eſt Chriſtus vinculis charitatis & uinculis unionis naturæ & firmitatis & aliarum neceſſitudinum. vt cum eo etiam huic colũnæ ſimus fortiter alligati. ſicut paulus q̃ dicebat Roma. 8. Quis me ſeparabit à charitate Chriſti &c. In tentatis autem colũna cui debẽt alligari eſt auditus ſanorum eloquiorum. Illo enim neceſſe eſt ut roborentur. alioquin eos neceſſe eſt deficere ſub flagellis tentationum. Vnde Pſalm. In corde meo abſcondi eloquia tua vt non peccem tibi. Sextum documentum eſt ut timeamus flagellare pauperem ad diuitũ & potentum ſupplicationem. ſicut ad ſupplicationem principum & ſeniorum Pilatus flagellauit innocentem Ieſum. Opprimuntur enim ſępe pauperes à diuitibus. & cum de hac re iuſtitiam requirũt oportet cum iniuſtitia quam ab eis paſſi ſunt q̄ iterum faciant emendam honorabilem. Ecce Pilati non iuſtitiam ſed manifeſtam iniuſtitiam. Et milites præſidis ſuſcipiẽtes Ieſum in atrio congregauerunt vniuerſam cohortem. Huius illuſionis miniſtri dicuntur fuiſſe milites. qui ad hoc inſtituti ſunt vt defendant innocentes, patriam protegant, & regem honorent. Ideo maximum eſt vicium illudere innocenti. quod modo fit à militibus qui no ſolum illudũt pauperibus ſubditis. ſed etiã à bon eſſient gallice, furantur & depredantur & percutiunt. Hoc autem fecerunt in prætorio q̄ eſt locus iuſtitię. In loco iuſtitiæ iniuſtitiã facere maxime ſacrilegium eſt. Eſaiæ. 26. In terra ſanctorum iniqua geſſit. Sæpe enim hoc fit in prætorio & in loco iudicij vbi modo iniuſtitia regnat & veritas quæ Deus eſt illuditur. & ad oſtendendum q̃ grauis fuit iſta deriſio. quia coram tota multitudine congregauerunt ad eum vniuerſam cohortem. Et exuẽtes eum, cla-

midem



midem coccineam circundederũt ei. Hic primum documentum eſt pro religioſis quod in hoc Chriſtum debent ſequi monachi, qui Chriſtum illuſum in habitu & tonſura repreſentant. Habitus enim eorũ deſpectibilis eſt & quaſi mundanis illuſorius. nec dedignentur in tali habitu populo oſtendi. Sunt enim ſpectaculum facti mundo ſecundum apoſtolum. 1. Cor. 10. contra multos religioſos qui dedignãtur habitum religionis portare. Secundum documentum eſt myſticum ſecundum Guil. Erat enim ſignificatio q̄ primum exueretur Chriſtus mortalitate iſta & miſeria, & deinde regio honore ueſtiretur & gloria. Triplex enim fuit ueſtimentum Xp̄i. Primum in natiuitate. quod fuit paupertatis, & iſto indutus eſt à matre ſua. Luc. 2. pannis eum inuoluit & cæt. Secundum in paſſione quod fuit uilitatis & hoc induitur à nouerca de quo hic clamidem coccineam circundederunt ei. Tertium in reſurrectione quod fuit claritatis & hoc induitur à patre. Iuxta illud. Pſalm. confeſſionem & decorem induiſti amictus lumine &c.

*YY Coronatio Christi. In Xp̄i coronatione multipliciter edocemur.*

Et plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt capiti eius. In hac coronatione multiplex habetur documentum. Primum eſt ſm Guil. q̄ prælati peruerſi q̄ diabolo militant coronam de ſpinis Xp̄o ad tormentum ſimul & ludibriũ, plectunt dum circa caput eius ſpiritale. i. circa ſpiritalem dignitatem eccleſiaſticam malos coaceruant. Tot ergo ſpinas in coronam eius plectunt quot malos in eius eccleſia inſtituunt. & longe pungentioribus coronis eum hodie coronãt & maiori ludibrio quàm milites Pilati quondam coronauerunt. Quod peccatores ſint ſpine patet. ſecũdo Reg. 23. in nouiſſimis uerbis Dauid, præuaricatores (inquit) quaſi ſpine euellentur uniuerſi, quæ non tolluntur manibus. Et ſic patet quod corona malorũ hominum in circuitu prælatorum uel altaris. uel in aliquo capitulo eſt corona ſpinea qua coronatur Chriſtus à malo prælato eos ibi introducente. Secundũ documẽtum ſm eundẽ. q̄ in eadẽ corona quę ſit regni terreni gloria inſinuatur. quia bene inſpectãtibus & cõſiderãtibus, terreni regni gloria nõ eſt niſi ludibriũ & tormentum. Si uideas murem velle dñari cæteris muribus, nunquid riſum teneas. Quaſi ergo dñatio muris in mures. ſic hoĩs in homines. Præterea qui terreni regni coronã geſtat ſi ſtultus eſt ad ludibrium aliorum & tormentũ propriũ geſtat. Aliis enim eſt ſpectaculũ irriſionis. Nã & ſeipſum in ſtatu illo ludibrio habet & irriſioni, dũ ſe indignum huiuſmodi corona & eam ſibi indecentem reputat. Ad tormentum autem. quia ſapiẽs ſollicitudinis debitor eſt ſemper in ſubditos omniumq; labores & dolores omniumque pericula ſubditorũ uelut ingentem faſcẽ ſpinarum ſuper ſe portat. Omnibus enim malis ſubditorum pũgitur & exulcerat. omnibus oneribus oneratur. ſicut de ſe docet apoſtolus. 2. Cor. 12. Quis infirmatur & ego non infirmor? Tertium documentum ſecundum eundẽ. q̄ corona malorum clericorum. i. congregatio in eccleſia Dei eſt corona qua Chriſtus coronatur in ludibrium & tormentũ. Patet ſm eundẽ. Nã hæc corona ex iuncis facta eſt. iũcus autem ex aqua gñatur Sic hos ſola affluentia temporalium quæ in eccleſia eſt genuit, vt eſſent clerici. Ex aqua huiuſmodi abũdantiæ facti ſunt clerici. vt ditarentur & deliciarentur. Secundo quemadmodum iuncus de toto humore quem trahit ſolum nutrit & inaltat aculeum. ſic iſti ex aqua temporalium ſolum ſe nutriunt & inaltant in pompis & honoribus & acuunt in peccatum. Tertio ex iũcis accenduntur lucerne. ſic ex iſtis. Non quidem in domo domini. ſed magis in eccleſia Sathanæ dum omni ardore viciorũ flammeſcunt. & euidentia turpitudinis eluceſcunt. Tales comparantur lumbari Hieremiæ quod ita cõputruit in flumine magno eufrate ut nulli uſui aptum eſſet. Hiere. 13. Eufrates enim frugifer interpretatur, & ſignificat bonorum affluentiam. in qua clerici noſtri tẽporis pro parte maxima putruerunt, vt nulli uſui apti ſint. Diuinis uſibus omnino inutiles ſunt. quia putridi moribus & imperiti ſcientia mundanis etiam uſibus omnino inepti. Neque enim militiæ congruit eorum mollicies & uoluptuoſitas, neque agriculture laboribus. Similiter ocioſitatem & negligentiã, & imperitiam eorundem non admittit negociatiõis ſolicitudo & ſolertia. Hęc Guil.

Et arundinẽ i dextera eius. Hoc ad myſteriũ factũ eſt ſm Guill. ut oſtendat oĩa huius mundi regna non eſſe niſi uanita-

tes.

res. Sicut.n.arũdo totũ qđ habet, foris hẽt & nihil intus, ſic poteſtas mundi nihil habet intus ſed totum foris in uoluntate ſcilicet & obedientia ſubditorum, uel in hominum opinione & nominatione. Vocant enim homines eos dominus & potentes, & ſic opinantur eſſe. Sed re uera intus miniſtri ſunt & ſerui Iterum iſta poteſtas inſtar arundinis agitate ſemper uentis multiplicium tribulationum & ſollicitudinũ quatitur & ſepe præciditur. Eccleſiaſti 10. Breuem languorem præcidit medicus. Sic & rex hodie eſt & cras morietur. Arundinem iſtam non dicam quilibet uentus. ſed quilibet ſibilus exagitat & concutit. Hæc Guiller. Et genu flexo ceperunt ſalutare eum dicentes. Aue rex Iudæorum. Et dabant ei alapas. Alapa in domo Annæ data fuit Chriſto ultionis cauſa. ſed in domo Pilati irriſionis cauſa date ſunt plures In hoc ſimiles multi chriſtiani qui verbis confitentur ſe noſſe Deum, & multa bona de eo dicunt, ſed factis & operibus negant Illuſores enim Chriſti ore eum laudabãt dicentes. Aue rex iudæorum, ſed opere blaſphemabant dantes ei alapas. Et ꝑcutiebant caput eius arundine. ut aculei ſpinarum fortius infigerentur capiti eius. Et conſpuebant in eum & ponentes genua adorabant eum primo. Primo quidem ſalutabant eum tanquam regem. nũc irridendo adorant eum tanquam Deum. Multiplex autẽ inuenitur adoratio. Quædã uera quę fit in ſpiritu & ueritate. Ioã. 4. Quædam falſa quæ fit ſolo actu exteriori. ut qui laudant eum ſolo ore & non corde. de quibus Eſai. 44 populus hic labiis me honorat. cor autem eorum longe eſt à me. Alia eſt ficta, qua Herodes finxit ſe uelle adorare Chriſtum, ſicut ait magis. Ite & annunciate mihi &c. Alia eſt ꝓditoria. ut patet in iuda qui dixit. Aue rabi. Alia uero illuſoria. ut hic quãdo Chriſto coronam dederunt ſpineam.

Exiuit iterum Pilatus foras, & dixit eis. Ecce adduco uobis eum foras ut cognoſcatis, quia nullã in eo inuenio cauſam. Exiuit ergo Ieſus portãs coronam ſpineã & purpureum ueſtimentum. & dixit eis. Ecce homo. patens ſed Deus lantẽs. Cum ergo uidiſſent eum pontifices & miniſtri clamabãt dicẽtes: Crucifige crucifige eũ. Egredimini igiť. filiæ Syõ. i. aĩæ Chriſtianæ & uidete regem Salomonem in diademate quo coronauit eũ matur ſua nouerca Synagoga. Vide quomodo cootumelioſe ueſtitus & coronatus & compatere. O terra iudæorum quæ lac & mel ſolebas producere. ecce nunc ſpinas producis domino tuo. Quę uinum & frumentum quaſi ſponte dabas, nunc uocibus & præcibus & clamorib. paras crucem ſaluatori tuo. Reſpice quæſo quomodo dominus tuus ſtat cum ſceptro arundineo quaſi fatuus reputatus, & cũ facie demiſſa & explorata ſtat coram tanta multitudine clamãte & uociferãte. crucifige, crucifi. eũ, & ſp in eum inſultãte nec flagellis, aut irriſionibus ſaturata. In aduerſitate itaque cõſtitutum accede ad dominum. & de diſpoſitione eius reqre. & ſtatim dicit illud pſ. Aperuerunt ſuper me os ſuum ſicut leo rapiens & rugiens. Sed dices. O domine nihil nociuum aut malum contra te clamauerunt. immo certe acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes. uenenum aſpidum ſub labiis eorum. Sed iterũ dices. Quid eſt hoc domine quod clamauerunt? Nonne tuus populus eſt. tua hæreditas quę modo hæc faceret? Reſpondet illud Hierem. 12. facta eſt hęreditas mea quaſi leo in ſilua. dedit contra me uocem ſuam. Sed quæſo domine quam uocem. Certe hi dicunt. exinanite exinanite uſque ad fundamentum in ea. Sed dñe an perſeuerauerunt inquirendo mortem tuam inclamando uerba nequiſſima? Certe (inquit) firmauerunt ſibi ſermonem nequam multotiens eandem uocem repetendo. & multotiens mortem exprobratiſſimam ſupplicando. Sed iterũ o dñe tu ex benigniſſima humilitate tua coram iudice compares. qui de cauſa diligenter inquirit ut te liberet. Vere (inquit) dicere poſſum illud Hierem. 5 expectaui ut faceret iudicium abſoluẽdo me, & ecce iniquitas. iuſtitiam, & ecce clamor glo. interlinearis dicentium crucifige crucifige. Dixit eis Pilatus. Accipite eum uos & crucifigite. ego enim in eo non inuenio cãm. Reſponderunt ei iudæi. Nos legem habemus & ſecundum legem debet mori quia filium Dei ſe fecit. Cum ergo audiſſet Pilatus hũc ſermonẽ magis timuit. Hic documentum eſt contra detractores quorũ omnium nequiſſimum eſt iudicium ut timeant. Omnis enim ordo iuris ab eis per



uertitur & in nullo ſeruatur. Hi audito de quocũque ꝙ filius Dei eſt per adoptionem. & per eandem filium Dei ſe fecit. vel quod in eo eſt aliqua gratia Dei. non ſaltem exemplo prælati timent. ſed audacius & ardentius ad aſſuete iniquitatis iudiciũ proſiliunt. Eo enim ipſo quòd bona de ipſo audiunt quaſi oleo eorum flãmis iniecto quaſi cadauere uel eſca rabiei eorum oſtenſa velut beluæ immaniſſime, & inſatiabiles rugitu ad lacerandũ & deuorãdũ ꝑperãt. Ex perſona. n. eorũ dicit Sap. 1. deglutiamus inſontem ſicut infernus uiuentem. Et ingreſſus eſt in prætorium iterum & dixit ad Ieſum. Vnde es tu? Scire voluit ab eo ſi eſſet filius Dei vel de genere deorum. Faciliter enim credidiſſet ipſum eſſe filium Dei cum gentilis eſſet. Gentiles autem multo homines deorum filios arbitrantur ut narrat philoſophus. in 7. Ethi. de hectore qui magis uidebatur eſſe filius Dei quam hominis. Qui non reſpondit ei ad vllum verbum. Dixit ergo ei Pilatus Mihi non loqueris? Neſcis quia poteſtatẽ habeo crucifigere te. & poteſtatem habeo dimittere te? Tua uoce Pilate cõſtringeris. tua ſententia damnaris. Si in te totum eſt poſitum. cur innocentem in quo nullam cauſam inuenis non abſoluis? Poterat enim tibi dicere. Ex ore tuo te iudico ſerue nequam. Poteſtate igitur non æquitate dominum crucifigendum tradis & poteſtate latronem abſoluis. Reſpondit Ieſus. non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper. Propterea qui me tradidit tibi maius peccatum habet. Hoc ſic exponi poteſt. Non haberes. i. nullo modo abuti poſſes tua poteſtate, niſi tibi permiſſum eſſet à Deo propterea qui me tradidit tibi, id eſt qui fuit occaſio huius abuſionis poteſtatis, maius peccatum habet. Non enim (vt inquit Gail.) eſt poteſtas aduerſus aliquem ſed pro uno quoque, ſicut dicit apoſtolus. Poteſtatem quam dedit nobis Deus in ædificationem & non in deſtructionem & 2 Cor. penul. Non enim poſſumus aduerſus veritatem. ſed pro veritate. Ideo ibi ſumitur poteſtas (ut dicit) pro abuſu poteſtatis. Et ſecundum ipſum in hoc, dominus monet iudices vt abuti timeant poteſtate. qui ſuperiori prãci reddituri ſunt rationem & ab eo diſtrictiſſime iudicandi. Et exinde quęrebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem clamabant dicentes Si hunc dimittis, non es amicus Cęſaris. Pilatus autem cũ audiſſet hos ſermones. In hoc fuit territus Pilatus. quia nec in vanum iota audebat aliquid pati contra romanum imperium nec apparentiam aliquam. Et quia à populo appellatus fuerat rex & illi forte minabantur de ſcribendo Cęſari quòd Pilatus hæc pateretur. Ideo adduxit eum foris & ſedit pro tribunali. In hoc eſt documentum. Primum ꝙ debemus tribunali in mente noſtra conſtituere & ibi ſtare in iudicio ſicut Chriſtus ſtetit ante tribunal propter nos. ut diſtrictũ Dei iudicium declinare poſſimus. Iuxta illud. 1. Corin. 11. Si noſmetipſos iudicaremus, non utique iudicaremur. Quod uerbũ pertractans Auguſt. in libro de pœnitentia dicit. Verſetur ante oculos ymago iudicii futuri. & aſcẽdat homo aduerſum ſe tribunal mẽtis ſuæ. Conſtituat ſe ante faciem ſuam atque conſtituto in corde iudicio aſſit accuſatrix cogitatio, & teſtis cõſcientia, & carnifex timor. inde quidã ſanguis animę confitentis per lachrimas profluat. poſtremo ab ipſa mente talis ſententia proferatur. vt ſe indignum homo iudicet participatione corporis & ſanguinis domini. uel etiam ſibi pœnam iudicat uindicãs culpas propria. Secundum documentum eſt quod nos tempore aduerſitatis iudicium Dei cum patientia ſubeamus ſicut dominus pro nobis ductus ante tribunal obmutuit omni cum patientia ſubiẽns iudicium. Nos quippe tempore aduerſitatis ante tribunal ſiſtimur. Vnde ſubdit apoſtolus poſt uerba allegata. Cum autem iudicamur. ſcilicet temporalibus pęnis à domino corripimur. quia vt dicit gl. pœna ipſa propria nobis eſt purgatio. ut non cum hoc mũdo damnemur. Quaſi diceret. Ideo nobis bonum eſt ſic iudicari à Deo per punitionem temporalem. vt hic correcti non damnemur iudicio futuro. Vnde Naũ. 3. Non iudicabit Deus bis in idipſum. & non conſurget duplex tribulatio. Quod verbum exponit Hieronimus. & allegatur à Magiſtro. 4. diſt. 15. de agẽtibus pœnitentiam qui non punientur hic & in futuro. Cæteri uero qui in tormentis hic indurantur. hic & in futuro puniẽtur. Vt Pharaon. Sedente autem eo ꝓ tribu-

*ZZ Paſſio Chriſti. In eo ꝙ pilatus ſedit ꝓ tribunali &cæ. in multis inſtruimur.*

*a Iuſtitia. Iuſtitia debet eſſe quaſi uxor p̄ſidis*

tribunali miſit ad eum vxor eius dicens Nihil tibi & iuſto illi. Multa enim paſſa ſum hodie per uiſum propter eum. Secundum Guil. vxor pręſidis nulla rectius intelligitur quàm iuſtitia cui debet iudex toto amore coniungi & adhærere. hanc debet totis uiſceribus amplexari, & ex eius commixtione generare debet filios iuſtitiæ generationem. ſ. rectorum quæ benedicetur. Soboles iſta recta iudicia ſunt & etiam ſemite & leges iudiciorum. Iſta mittit ad præſidem velut quendam nuncium rectitudinem cogitationis. qui nūcius aduerſus omnem iniquam accuſationem nihil rectius aut conuenientius dicere poteſt quàm nihil tibi & iuſto illi qui inique accuſatur. Nō enim debet eſſe pręſes qui iſtam non habeat & tantummodo taliter uxorati tribunalibus præficiendi ſunt, & repellendi fornicatores qui cum qualibet iniquitate, cum fauore, cum pęcunia fornicantur. Impoſſibile eſt autem niſi ex iuſtitia gignere iudicium. Dixit autem hæc uxor multa paſſa ſum quia multa patitur iuſtitia in iudicio uel curia uel regno, vbi abūdat iniuſtitia. Omnes enim inique allegationes, ſuaſiones, uiolentiæ, & minę velut iacula ſunt quibus ipſa confoditur, & multa ibi patitur ſed per viſum quia iudex per iuſtitiam ſuam uel per ſuā conſcientiam omnes illas paſſiones videt eſſe ſomniū aduolans nec hoc durare poſſe, ſed iuſtitiam Dei in ęternum perſeuerare. Iniquus autem iudex multa patitur ſed non per uiſum, quia cecus eſt. ſed hoc patitur in principali membro. ſ. in corde. vbi contra iudicium iniquum, conſcientia remurmurat. Et licet multi iniqui iudices vxorem ſuam ſcilicet iuſtitiam eis reclamantem nihil tibi & iuſto illi non audiāt non tamen in hoc ſunt Pilati. quia carnales vxores ſuas in hoc ſatis bene audiunt.

Erat enim paraſceuæ paſchæ hora quaſi ſexta. Qua hora primus Adam mortem induxit, ſecundus Adam mortem moriendo deſtruxit. Venit enim ſexta ętate ſexto menſe poſt Ioannem. ſexta hora crucifixus eſt & ſexta feria, quia tunc maior erat diei feruor, ad oſtendendum quod ex maximo feruore dominus patiebatur. Moraliter ſecūdum Guiller. iſtud tempus eſt noſtræ reparationis tempus quo ad dominum tranſire præparemur. Prima hora eſt ſacræ lectionis uel exhortationis auditio & eſt quaſi captio noſtra. Sacra eñ lectione & ſacris pręedicationibus capitur peccator. Secunda eſt eiuſdem auditionis delectatio uel deſiderium, & iſta eſt quaſi noſtra ligatio. Ligamur enim maxime affectione uel deſiderio. Tertia eſt de redeundo ad Deum ſeu de reconciliatione noſtra ad ipſum cogitatio. Hoc eſt noſtra quaſi ad Annā. i. ad Dei gratiā adductio. Quarta eſt de cogitatione peccatorum & offenſarū ut confiteamur, & hoc eſt quodammodo ad Caypham adductio, dum mandatum Dei de confeſſione aut addiſcimus aut recolimus. Quinta eſt de Dei iuſtitia atque iudicio cogitatio. & iſta eſt quaſi noſtra ante præſidem adductio. Sexta eſt apud noſipſos uel coram iudice præſide, confeſſore examinatio & iudicatio, partes omnes iudicii cōtinens. ſ. accuſationes, defeſiones, teſtificationes, & extremā condemnationem quam horam dicimus ſextam. Hæe ſunt veſtigia & paſſus quibus Chriſtum dominum ad crucem, immo ad regnum per crucem pœnitentes ſequuntur. Erat autem hora tertia. & dixit Pilatus Iudeis. Ecce rex ueſter. Ac ſi diceret Ecce de quo iam fuit fama quod rex veſter erat, & ita eum ante modicū tempus appellaſtis, eſſet uobis opprobrium quòd tam turpiter moreretur. Et hanc ſecūdam oſtenſionem demonſtrat ſacerdos in illa modica eleuatione quā facit ante pater noſter antequā frangat hoſtiam. ſicut iſta oſtenſio fuit modicum antequam iudicaretur ad crucem. Illi autem clamabant tolle tolle, crucifige eum. Dixit eis Pilatus. Regem veſtrum crucifigam? Reſponderunt pontifices. Non habemus regē niſi Cęſarem. Secundum Guiller. vox hæc, nō habemus regem eſt omnium illorum qui reges ſpirituales. i. epiſcopos non habent, eò quòd à iuriſditione exempti ſunt, ſed nihilominus regem habēt ſecularem. Vnde & regales Abbatiæ uocantur, eo quod ſoli reges ſuper eas poteſtatem habeant. Sunt enim exempti ab auxilio, cuſtodia, protectione & doctrina epiſcoporum, de hoc ipſi exultant quemadmodum ſi oues gaudeant eo quod ſollicitudine paſtorali & canū excubiis deſtitute ſunt lupis expoſite. Exemptio enim vt apparet in pluribus exemptorum nihil aliud eſt quam eſ-

*b Exēpti. Qd ſint periculoſi ſi ſint a priuati epiſcopis.*





frenata peccandi licentia, peccandi ſecuritas, iniquitatis præſidium, & peccatorum refugium. Eſaie. 5. Auferam (inquit) ſepé eius hoc eſt legem meam qua punguntur tranſgreſſores, uel epiſcopalem gubernationem qua erudiendi, admonendi & corrigendi ſunt. & erit in direptionem demonum. ſ. & uitiorum, diruam maceriam eius hoc eſt epiſcopalem defenſionem, & erit in conculcationem. ſ. uiciorum, puta militum, curialium & laicorum, vt omnes timeant & ab omnibus præmātur iuxta uerbum Auguſtini. hoc tollat fiſcus, quod nō accipit Xp̄s. Videns Pilatus quia nihil proficeret ſed tumultus fieret, accepta aqua lauit manus coram populo. In hoc facto ſecundum Guillermum. inſinuat Pilatus iudicibus vt manus ſuas aqua confeſſionis & pęnitudinis lauent, ut innocētes à ſanguine Chriſti ſe efficiant, cuius rei ſunt dum iuſtitiam & ueritatem non defendunt pro quibus ille precioſus ſanguis Chriſti effuſus eſt. Dum autem eccleſiam opprimunt aut opprimi ſuſtinent quæ precium eſt ſanguinis Chriſti, dum iniquitatem aut peccatum quodcunque dominari vel regnare in ſubditis ſuſtinent, quantum in eis eſt rurſum crucifigunt filium Dei, maxime cum poteſtate eorum peccatum defenditur. Non enim ſtat per huiuſmodi homines quin rurſum crucifigatur. Hæc Guil. Secundo ibi notantur iudices multi qui timore dominorum ſuorū ne perdant gratias eorum & ne apud eos negligentiæ aut ſceleris accuſentur, non dubitant malas proferre ſententias, & iure uel iniuria pecunias ab innocentibus abſtrahere, alias dominorum gratiam non habituri, niſi lucrum eis reportarent. Gen. 17. Iſaac diligebat Eſau, eo quod de uenationibus eius ueſceretur. Dicens innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius. Vos uideritis ſupple quid continget uobis quantum ad ſupplicium pro culpa quam committitis, ſcilicet culpa homicidij. Vel ſic. ego ſum miniſter legum, vox ueſtra ſanguinem fundit, uos uideritis, id eſt uos uideatis quid facitis. Attendite qualem mihi tradidiſtis ad occidendum, quia ex allegatis oportet me proferre ſententiam. Sum enim iudex publicus & non tanquam priuata perſona poſſum iudicare, imputetur uobis, non mihi. Sic cōfitentibus debent dicere cōfeſſores. Voſipſi cauete uobis quia ex confeſſionibus & teſtificationibus veſtris oportet conſuli uobis. Sic iudices dicere debent litigantibus uos uideritis ſcilicet qualia in iudicium deduxeritis propter quod & iuramentum de calūnia inſtitutum eſt. Hoc debent dicere confeſſores ſacris doctoribus eos cōſulentes. uos uideritis quid nobis in iſto officio ſit agendum, qualiter cōfitentibus conſulendum. Non enim de noſtro eis conſulendum eſt ſed de ueſtro. Ars enim medicinę ſpiritualis qua occurrendum eſt morbis & uulneribus, penes uos eſt. Et reſpōdit uniuerſus populus dicēs. ſanguis eius ſuper nos ſuper filios noſtros. In hoc ſe beluis ſimiles oſtendebāt. Vox enim beluina eſt petitio ſanguinis. ideo in pſal. eos leones & canes uocat dominus dicēs. Libera de ore leonis animā meā, & de manu canis unicam meā. & Hierem. 41. hæreditas mea quaſi leo in ſilua dedit contra me uocem, ideo odiui eam. Hęc Guiller. Criſoſto. O nequam iudæi qui ex cōcupiſcentia ardoris inducunt ſuper ſe & filios ſuos maledictionem, & tamen miſericors Deus eorum ſententiam non firmauit, ſed ex eis & eorum filiis ſuſcepit qui egerunt pœnitentiam. Veruntamen ſecundum Hieronymum. ſuper omnes qui in iudaiſmo perſeuerant, hæc remanet imprecatio uſque in hodiernum diem. de qua. Pſalm. dimiſerunt reliquias ſuas ſcilicet maledictionis paruulis ſuis. De quo etiam in figura Hierim. 26. Si occideritis me ſanguinem innocentem tradetis contra voſmetipſos. Pſal. labor labiorum ipſorum operiet eos. Ex hora enim illa qua hæc dixerunt, Chriſtianorū ſerui facti ſunt, quia ſanguinem Chriſti quem ſuper ſe receperunt non poſſunt exoluere. Secundo fuerunt ex tunc maledicti maledictione Chayn in capite per tremorem, in corde per timorem, in pedibus per fugam, ī facie quaſi defigurati. Tertio percuſſi ſunt in poſteriora, id eſt in poſteritatem ſuam quæ aſſiduis affligitur contumeliis ab omni natione quæ ſub cœlo eſt. Pſal. percuſſit eos dominus in poſteriora opprobrium ſempiternum dedit illis. & niſi lauerint manus ſuas ab iſto ſanguine per baptiſmum, pęnam huius criminis cōtinue ſuſtinebunt. Optādus tamen eſt ſanguis iſte ut veniat ſuper nos & ſuper filios

noſtros in ablutionẽ & ſanctificationẽ. uel ſuper nos & filios nr̃os q̨ ſunt peccata nr̃a.

Tertio latuit fortitudo Xp̃i in eius iniqua ad crucem cõdẽnatione. Pro qua ſubdit textus. Tunc pilatus volẽs ſatisfacere populo adiudicauit fieri petitionẽ eorũ. Et dimiſit eis Barrabam qui propter ſeditionẽ & homicidiũ miſſus fuerat in carcerem quem petebant, Ieſum uero flagellis ceſum tradidit voluntati eorum ut crucifigeretur. Et poſtquam illuſerũt ei exuerunt illum purpura & induerunt ueſtimentis ſuis & eduxerũt. In hoc datur nobis intelligi q̄ propter mortem & paſſionẽ Xp̃i dimitteretur homo liber quantuncunque peccator, & q̄ primus homo cum ſua poſteritate liberaretur. Fuit enim primus parens noſter latro rapiens pomum in orto. fuit homicida totius generis humani, fuit etiam ſeditioſus. Nam inter Deum & hominem ſeditionem & ſeparationem fecerat. Secundo ſm̃ Guil. datur moraliter intelligi dum ab iniquis p̃latis uel etiam principibus qui uicem gerunt Pilati. uel etiam iniquis iudicibus traditur. eccleſia & membra eccleſiæ paruulis aut uiciorũ amatoribus & religionem perſequentibus traditur Ieſus ad crucem figendus in mẽbris ſuis. Hic aduerte ſecundum comeſtorem q̄ anno tiberij. 18. Chriſtus ad paſſionem uenit anno ætatis ſuæ. 32. vel ſm̃ Oroſium Anno. 16. imperij Tiberij. Anno uero. 21. ſcripſit Pilatus de Chriſto ad Tiberium. Vincentius tamen videtur dicere q̄ circa finem imperij Tiberij Cęſaris miſſus eſt Pilatus in exilium. qui quidem Tiberius regnauit. 23. annis. Sed Oroſius dicit q̄ fuit in principio imperii Caij gallículæ qui poſt Tiberium imperauit. Comeſtor autem ſic ait. Hic Pilatus cum eſſet procurator iudææ accuſatus eſt apud Tiberium à iudæis de uiolẽta interfectione innocentum & q̄ iudæis reclamãtibus ponebat imagines in templo. & quia pecuniam repoſitam in corbanam redegerat in vſus ſuos, inde faciens aqueductum in domo ſua. Pro his omnibus deputatus eſt in exilium lugdunum vnde oriundus erat, ut in opprobrium generis ſui moreretur. Et ſecundum Euſebium lib. 2. ca. 8. temporibus Caij Pilatus tantis & talibus malorum cladibus cruciatus eſt ut ꝓpria ſe manu trãſuerberaſſe referatur. Nec enim poterat tanti piaculi miniſter impunitus euadere. Comeſtor autem in hyſtoſco. dicit q̄ mortuo pilato aut in exilium miſſo ſubſtituit vitellius fratrem ſuũ procuratorm iudææ, & uolens placere iudęis in quibuſdam ſatisfecit eorum uoluntati, quia ſcilicet ad eorum petitionem Caypham à ſacerdotio amouit, & filium Annæ qui iam mortuus erat ſubſtituit, redditque ei ſtolam ſuam illam ſolennem & antiquam quam ſacerdos in ſua poteſtate debebat habere, vt ea diebus feſtis vteretur. Pilatus enim eam in domũ ſuam tranſtulerat, & qñ diebus feſtis erat neceſſaria ſacedoti non poterat eã habere niſi precio præcedẽte. Hæc comeſtor.

Sed circa hoc q̃ritur utrũ pilatus fuerit innocens de effuſione ſanguinis Xp̃i, & vtrũ eius ſententia fuerit rite prolata. Et arguitur q̄ ſic, quia ipſe dixit innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius. Scd̃o quia iudex debet proferre ſn̄iam ſecundũ allegata & probata q̄ fecit pilatus. Nam illud vr̃ legitime probatum q̄ eſt publicũ. oẽs aũt clamabant Xp̃i dignum morte, eo q̄ regiam offenderat maieſtatẽ. Vñ ſecundũ Tho. 2. 2. q. 7. ar. 62. licitum eſt iudici iudicare cõtra ueritatẽ quã nouit cũ debeat iudicare ſecundũ leges & nõ ſecundũ ſuũ arbitriũ. Dẽt tñ facere diligentiam inueſtigãdi, ut diſtinctius diſcutiat probationes inductas vt poſſit earũ defectũ inueſtigare, q̄ ſi eas nõ poſſit repellere, dẽt eas probationes in iudicando ſeq. Hõ. n. in his q̄ ꝑtinent ad publicã ꝑtãtem, dẽt informare cõſciam ſuã ſm̃ ea q̃ in publico iudicio ſciri pñt. Pilatus aũt accuſationes cõtra Xp̃m inueſtigauit, immo q̃d inueſtigare potuit, cũ eũ uox publica dignũ morte adiudicauit. Aliud eſſet ſi foret teſtimoniũ duorũ uel triũ tm̃, vt fuit in falſis teſtib. Suſannæ. Sed qñ eſt teſtimonium cõitatis & maiorũ legis, quõ poterit hoc teſtimoniũ licet ſit falſum deſtrui? Præterea non obſtat q̃a Pilatus ſciebat q̄ ꝑ inuidiã tradidiſſent eũ, q̃a (ut dicit Tho. vbi. s̃. ar. 4.) nõ licet iudici exñti ſub ꝑtãte alterius relaxare pęnã. Nã iudex inferior nõ hẽt poteſtatẽ abſoluẽdi reũ à pęna cõtra leges à ſuꝑiore ſibi ĩpoſitas. Vñ ſup illud Io. 19. nõ hẽres ꝑtẽtẽ aduerſus me. dicit Auguſtinus. Talem dederat Deus pilato poteſtatẽ vt eſſet ſub Cęſaris ꝑtãte. ne ei oĩo liberum

*Paſſio Chriſti. Vtrũ pilatus fuerit innocens dãnandi Chriſtũ.*



liberum eſſet accuſatum abſoluere. Sed princeps qui habet plenariam poteſtatem in re publica poteſt eum à pœna liberare, ſi hoc publice vtilitati videret non eſſe nociturum. In oppoſitum arguitur, quia ad hoc quod aliquod iudicium ſit iuſtum & benefactũ non ſufficit facere q̃d iuſtum eſt, ſed requiritur q̄ iuſte fiat ſecũdũ illud Deute. 16. Quod iuſtum eſt iuſte exequeris ut aũt dicit. Thomas ſecũda. 2. q. 60. ar. 2. iudiciũ intantũ eſt licitũ inquãtum eſt iuſtitiæ actus. Ad hoc vero q̄ iudiciũ ſit actus iuſtitiæ tria requirunt. Primo q̄ procedat ex inclinatione iuſtitię, non ex amore priuato uel timore uel odio uel munere. Secundo q̄ procedat ex charitate. Tertio q̄ proferatur ſecundum rectã rõnem prudentiæ, quodcunque autẽ iſtorum defuerit ẽſt iudicium vicioſum & illicitum, ſed iſta tria defuerunt in iudicio Pilati. Primo nõ ſecundum rectã rõnem prudentię iudicauit, quia ratio eius timore amisſionis officii turbata fuit. Vñ Hieronymus. ad paulinũ. Facile deuiat a iuſtitia qui non Deum ſed hominem in cauſis attendit, ideo in lege præcipitur iudici ne ſit acceptor perſonarum. Ipſe aũt Pilatus non putabat ſibi periculum imminere, q̃a innocentẽ pauperem morti adiudicaret, quia non apparebat aliquis potens uindicare mortem eius. Sed Deus pauperum adiutor cauſas pauperum uindicat, ut patet. 4. Reg. 9. & 10. in uindicta facta pro morte Naboth. & de uindicta facta pro morte vxoris leuite. Iudicum. 20. Multi ſunt tales modernis temporibus pauperes opprimentes. de quibũs Iaco. 2. diuites per potentiam opprimunt uos. & ipſi trahũt uos ad iudicia. Secundo iudicium Pilati non fuit ex charitate, quia non Deum ſed fauorem humanum in ſuo iudicio attendit, nec etiã ex amore iuſtitię proceſſit, quia uolens ſatisfacere populo non Deo, dimiſit illis Barrabam, & tradidit illis Ieſum, & ſic impium iuſtificauit, & quem ſciebat innocentem ad mortem damnauit. Fecit enim contra præceptum domini. Exod 23. Non ſequaris turbam ad faciendum malũ nec in iudicio plurimorum acquieſces ſententiæ ut à vero deuies, timens humanam poteſtatem. prouer. 19. Qui timet hominẽ cito corruet. Itẽ peccauit Pilatus, quia (ut ait magiſter lib. 2. d. ult.) q̃uis poteſtati ſeculari. ſ. regibus & principibus non ſit reſiſtẽdum in his q̄ę iubet Deus exhiberi eis. ſ. in tributis & huiuſmod. ſi tñ ſuaſerit aliquid contra Deum eſt ei reſiſtendum. & ſic intelligendũ eſt illud Ro. 13. q̨ poteſtati reſiſtit dei ordinationi reſiſtit. pilatus ergo non debebat ſequi poteſtatem Cęſari iudicando Chriſtum ad mortem cum ſciret hoc eſſe cõtra Deũ qui præcipit innocentem & iuſtum non occidi. ideo debebat reſiſtere huic poteſtati. Vnde Auguſtinus determinans quando reſiſtẽdum ſit poteſtati in libro de natura boni ſic inquit. Si illud iubeat poteſtas quod non debeas facere hoc ſane contẽne timẽdo poteſtatem maiorem, ipſos humanarum rerum gradus aduerte. Si quid iuſſerit curator nunquid eſt faciendum ſi contra proconſulem iubeat? Rurſus ſi quid ille proconſul iubeat, & aliud iuſſerit imperator. nunquid dubitatur illo contempto alteri eſſe ſeruiendum? Ergo ſi aliud imperator, aliud Deus iubeat, contempto illo obtemperandum eſt Deo. Poteſtati ergo diaboli uel hominis tunc reſiſtamus, cum aliquid contra Deum ſuggeſſerit. Horum contrarium fecit Pilatus. Dicitur ſecundo quod Pilatus omnem ordinem iuris prætermiſit, quia accuſationes probatę non fuerunt. Non enim probatum fuit q̄ ſubuerteret populũ. immo ſuper hoc Herodes remiſit eum ad Pilatum nõ inueniens cauſam mortis in eo. Nec etiam fuit probatum q̄ prohiberet tributa dari Cœſari immo dixit. Reddite quæ ſunt Cœſaris Cęſari. Nec quòd diceret ſe eſſe filium Dei, immo prohibuit apoſtolis ne hoc dicerent. Matth. 15. Vnde hoc expreſſe ait & in iudicio ſuo teſtatur pilatus. Lucæ. 23. Ecce coram uobis interrogans eum nullam cauſam inuenio in homine iſto ex his in quibus eum accuſatis. Dicitur tertio q̄ nunquam iudex debet innocentem quẽ ſcit eſſe innocentẽ ad mortem condemnare, etiam ſi ſint probationes & teſtes quos non poſſet refellere. ſed debet potius officium ſuum dimittere. & tunc in liberatione innocentis poterit haberi loco teſtis. uel ipſum remittere debet ad ſuperiorem cum informatione ſuperioris de innocentia ſua. & ſi ſit ſuperior q̃ illã ueritatẽ cognoſcat, dẽt ei ex ſua auctoritate ĩdulgere uel dimittere.

*Sermo poſtmeridianus prioris materiæ cõtinuatiuus per thema p̃cedens Cornua in manibus eius &c. & in ordine. 147.*

*A Paſſio Chriſti. Vtrũ dolor eius fuerit maximus.*

QVæritur vtrum dolor ſub quo abſcondita eſt fortitudo Chriſti fuerit omnium dolorũ maximus. Et uidetur quod non quia Laurẽtii & Vincentii paſſiones (ut videtur) fuerunt grauiores, atrociores diuturniores. ergo. In oppoſitum ipſe ait Tren. primo. O uos omnes qui tranſitis p̃ viam, id eſt qui non ſtatis in hac uita niſi admodum peregrinorum tranſeuntium attendite & uidete ſi eſt dolor ſicut dolor meus quaſi dicat nullus eſt. Reſpondetur per propoſitiones. Prima eſt. Non omnem humanam paſſionem in ſpeciei paſſus eſt Chriſtus. Patet. q̃a multe paſſiones ſibi inuicem contrariantur. ſicut combuſtio in igne & ſubmerſio in aqua. quæ non poſſunt ſimul eſſe in eodem ſubiecto. Similiter dicitur. Ioann. decimonono. Et milites quidem primi fregerunt crura. & alterius qui crucifixus eſt cum eo. Ad Ieſum autem cum ueniſſent non fregerunt eius crura, & ſic non eſt paſſus ea quæ latrones. Secunda propoſitio. omnem paſſionem humanam ſecundum genus paſſus eſt Chriſtus. Pſal. Omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me. glo. id eſt omnes dolores & hoc tripliciter. Vno modo ex parte hominum à quibus patit̃. Paſſus enim eſt à gentilibus & iudæis. à maſculis & fœminis. ut patet de ancillis accuſantibus Petrũ. Paſſus eſt etiam à principibus & miniſtris & popularibus ſecundum illud. Pſal. Quare fremuerunt gentes ecce gentiles & milites. & populi meditati ſunt Inania. ecce populares & miniſtri. Aſtiterunt reges terrę ecce Herodes & Pilatus. & principes conuenerunt in unum. ecce principes ſacerdotum. Paſſus eſt etiam à ſecularibus & religioſis. puta phariſeis. Paſſus eſt etiã a familiaribus & notis. ut à iudã proditore & à Petro negante. Alio modo ex parte horum in quibus homo poteſt pati. Paſſus eſt enim Chriſtus in ſuis amicis eum deſerentibus. Itẽ ab inimicis infamias & blaſphemias dictas cõtra honorem & gloriã eius, & per irriſiones & cotumelias ei illatas. In rebus etiam quia ueſtibus ſpoliatus eſt in anima per triſtitiam, tedium, & timorẽ. in corpore uulnera & flagella. Tertio quo ad corporis membra. Paſſus eſt enim in capite pungentium ſpinarũ coronam. in manibus & pedibus clauorũ fixionem. in facie alapas & ſputa. in toto corpore flagella. Fuit etiam paſſus ſecundum oẽm ſenſum corporeũ. Secundũ tactũ, q̃a flagellatus & clauis confixus. ſecundũ guſtũ felle & aceto potatus. ſecũdũ olfactũ ĩ loco fetido cadauerũ mortuorũ q̃ dr̃ caluarie. appenſus patibulo. Secũdũ auditũ leceſſitus uocibus blaſphemãtiũ & irridẽtium. Bernar. Aures ille quæ audiunt in cœlo ſanctus. ſanctus, in terris audierunt peccatorũ inſultus. ſecũdum uiſum uidẽs matrem & diſcipulũ quẽ diligebat flentes Hæc Tho. 3. par. q. 46. ar. 5. Tertia propoſitio. dolor Chriſti non fuit inter omnes dolores ſimpliciter maximus. Patet quia pœna etiam minoris damnati in inferno, maior eſt. Probat durandus. in 3. d. 15. quia ſicut ſe hebet gloria beatorum ad bona p̃ntis vitæ, ſic miſeria damnatorum ad miſerias & pęnas huius uitæ. Sed gloria beatorũ excedit omne bonũ p̃ntis uitę ergo & miſeria dãnatorum oẽm dolorem huius uitæ.

*B Paſſio Chriſti. Magnitudo doloris quã habuit xp̃s in paſſione ſua ex quibus pẽſanda eſt.*

Quarta propoſitio. dolor paſſionis Chriſti tam interior q̃ exterior fuit maximus dolorũ huius ſeculi. ita vt dolores & tribulatiões & paſſiones noſtræ in ordine ad illum dolorem nihil ſint. Patet per illud tren. 1. O uos omnes qui tranſitis per uiam &cæ Paruus enim fluuius perdit nomeũ cum cadit in magnũ. Sic paſſiones noſtræ in comparatione paſſionis Chriſti non ſunt nominandæ. huius autem doloris, magnitudo ex duobus conſiderari poteſt. Primo propter cauſas doloris, interioris quidem. cuius cauſa multiplex. Prima fuit omnia peccata generis humani pro quibus ſatisfaciebat patiendo. Vnde ea quaſi ſibi aſcribit dicens illud. Pſalm. Longe à ſalute mea uerba delictorum meorum. Si ergo quis multum, dolet de ſuo peccato cõmiſſo, cum ex charitate dolor procedit, quis non iudicet Chriſtum exceſſiue multo plus doluiſſe de omnibus, cum illud ex multo maiori charitate & ſapientia procederet? Eſaiæ. 53. vere languores noſtros ipſe tulit. Secunda cauſa fuit caſus iudæorum & aliorum in eius morte delinquentiũ. & p̃cipue diſcipulorũ q̃ ſcãdalum paſſi fuerant in eius paſſione. & fidelitatem ſibi non ſeruauerãt, ſed à fide receſſerãt & maxime ſui p̃ditoris. ſ. Iudæ. Dicunt medici quod morbus periculoſus & dolor maximus eſt quando eſt in amico naturæ. ſ. in ſanguine. Et ratio eſt. quia cęteri humores habent locum determinatum in corpore. ſanguis aũt eſt vbique diffuſus & uelut amicus omnia naturæ ſecreta pene erat. ſic non mirum ſic aggrauabatur Chriſti dolor quando illi qui erant de ſuo ſanguine procurabant mortem ſuã & blaſphemabant. & maxime diſcipulus ſuus iudas q̃ ſecreta ſua cognouerat. Tertia cauſa erat deperditio ſui precioſi ſanguinis ĩ infinita multitudine chriſtianorũ ingratorum ſibi. ita ut ſecundum Bernardum. hoc ei magis pœnam intulerit quam omnes pœnę quas pertulit in cruce. Vnde hugo in perſona Chriſti crucifixi loquẽs. Homo cerne quid pro te patior uide pœnas quibus afficior. uide clauos quibus cõfodior. cum ſit tantus dolor exterior intus tamen planctus eſt grauior. tam ingratum dum te experior. Quarta cauſa fuit amiſſio uite corporalis. q̃ naturaliter horribilis eſt humanę naturæ. Vita enim corporalis Chriſti tantæ fuit dignitatis & p̃cipue propter diuinitatem vnitã, q̃ de eius amiſſione etiam magis eſſet dolendũ quam de amiſſione omnium hominum. Vnde & ipſe dicit Io. 6. Panis quẽ ego dabo caro mea eſt p̃ mũdi uita. ita q̃ caro ſua erat p̃cium & valor mundi. Quid ergo dicemus de anima eius diuinitati vnita? Dicit aũt philoſophus. 3. ethi. q̃ virtuoſus plus diligit vitã ſuã quanto ſcit eã eſſe meliorẽ. & tñ eam dñs expoſuit propter nos & bonũ nr̃m. Pẽſandũ eſt ergo ex hoc quantus dolor exterior in ſeparatione illius aĩæ à corpore. Quinta cã eſt diuturnitas conſiderationis huius doloris tã interioris quã exterioris. Ab inſtanti. n. ſuæ cõceptionis ea ſemper in mẽte habebat. p̃s. Qm̃ ego in flagella paratus ſum & dolor meus in cõſpectu meo ſp. Sed ex parte doloris exterioris p̃t cõſiderari magnitudo ex multis. Primo ex generalitate paſſionis in oĩbus membris & ab oĩbus in genere à quibus pati poterat vt patuit in ſecunda propoſitione. Secunda cã doloris diuturnitas, quia non ſtatim moriuntur crucifixi. ſicut & gladio interfecti. Hinc & pilatus mirabatur ſi iã obiſſet. Tertia cã acerbitatis doloris fuit lęſio p̃ crucifixionẽ. q̃ fuit in parte neruoſa & maxime ſenſibili. ſ. manibus & pedibus. quã acerbitatem continue augebat pondus corporis pẽdentis. Quarta cã fuit cõditio corporis patiẽtis. quę ex multis penſari poteſt. Primo. quia illa caro erat ope ſpũs ſancti formata. ideo optime cõplexionata. q̃a Dei perfecta ſunt opa, ideo erat maxime doloris ſenſitiua. Illa enim q̃ per miracula facta ſunt, aliis ſunt potiora. ut Criſo. dicit de uino in quod Chriſtus aquam conuertit in nuptiis. Secũdo quia de carne tenerrima uirginis formata. Nihil enim ibi fuit de carne viri ſed puelle tm̃. ideo erat caro eius tenerrima. Propter quod dr̃. 2. Reg. 24. Ipſe quaſi terrimus ligni vermiculus qui centũ interfecit impetu uno. i. in morte ſua omnes dęmones ſuperauit reputatus uermis & non homo. Tertio quia naturalia eius ñ fuerũt corrupta p̃ peccatũ. Non enim ex primo parente peccatũ contraxit. nec etiam ipſe peccatum fecit propter quod habebat optima & fortisſima naturalia. Quanto autem natura fortior. tanto dolor in morte grauior eſt. Quarto ex amore inter carnem & ſpiritum. Nunquam enim caro in eo concupiuit aduerſus ſpiritum ſicut in nobis. Quãto autẽ inter corpus & animã eius fuit amor uehementior, tanto in eorum ſeparatione fuit dolor acerbior. Quinta cauſa acerbitatis penſari poteſt ex puritate doloris. Nam in aliis patientibus mitigatur triſtitia interior & dolor etiam exterior ex aliqua conſideratione rationis, per quandam deriuationem, ſeu redundantiam à uiribus ſuperioribus ad inferiores. quod in Chriſto patiente non fuit, unicuique. n. viriũ p̃miſit agere qd̃ eſt ſibi p̃priũ. ſicut dam̃. dicit in 3. Et ita licet Laurentius & alij martires ſecundum aliquam circũſtantiam plus paſſi ſunt quã Chriſtus, non tñ ſimpliciter & uniuerſaliter. Et ſi dicatur quod tanta pœna erat ſuperflua. cum minima Chriſti pœna ſuffeciſſet pro redẽptione mundi. Dicitur ſecundũ Durandũ quòd ſi facta fuiſſet humani generis liberatio per poteſtatem minima pœna ſuffeciſſet. Sed hoc voluit Deus fieri per iuſtam ſatisfactionem. Illa autem pœna debuit eſſe maxima cum eſſet pro peccato totius mundi ſatisfactoria. Inſuper

paſſus eſt Chriſtus nõ ſolum ad ſatisfaciẽdum pro peccatis, ſed etiam ad præbẽdũ exẽplũ ſuſtinẽdi q̃cunq; triſtitia & doloroſa pro aſſecutione glorię. ad quã conſequendã nõ ſunt condigne paſſiones huius temporis. Roma. 8. Ideo congruũ fuit ut non ſolum pateretur dolorem paruũ, aut mediocrem ſed etiam maximum. Sic paſſi ſunt amici ſui. ſic & Maria ad quã recurramus dicentes. Aue.

*C*
*Paſſio Chriſti.*
*Vtrũ alio mõ q̃ p mortẽ potuerit fieri redẽptio gñis humani.*

Sed quærit vtrũ Deus aliter potuiſſet redimere genus humanũ q̃ per mortẽ filii ſui. ubi abſcõdita eſt fortitudo eius. Et videtur q̃ ſic. Cũ.n. ei omnia obediant ad nutum, vr̃ q̃ uoluntas liberandi ipſum ſuffeciſſet. Ad hoc rñdetur p duas ꝓpoſitiones. Prima eſt ſecũdũ Gail. altiſ. 3. par. ſumme, Deus noluit aliter q̃ per mortem filii ſui genus humanum liberare. Probat quinque rõnib. prima eſt. ut ſicut ipſe fuit creator humani generis, ſic ipſe ſit recreator & redemptor. ut oĩs gloria ad ipſum retorqueatur. & flumina gratiarũ ad locum vnde exeunt reuertantur. Vñ per Eſaiã dicit ego feci, ego ferã. q. d. ego creaui te. ego p paſſionẽ meã recreabo te. Propter q̃ etiam dicit Eſaię. 42. gloriam meam alteri non dabo. quod faceret ſi alius eſſet redẽptor, ad quẽ inde referet̃ gr̃a liberationis. Secunda cã eſt vt q̃ potens fuit perditor infundere uires peccati & mortis, tam potẽs eſſet redẽptor infundere gratiam uiuificantẽ quod nõ potuit eſſe niſi eẽt Deus. Solius enim Dei eſt gratiã conferre. Inde dicit apoſtolus hãc rõnẽ tãgẽs. 1. Cor. 15. Sicut in Adã oẽs moriũtur, ita & in Xp̃o oẽs uiuificabuntur. Tertia rõ q̃a Deus in prima creatione fuit in uera humani generis poſſeſſione. Vt ergo poſſeſſionẽ illã quã per peccatum amiſerat recuperaret, cõueniens fuit ut propriũ p̃ciũ daret per qđ redimeret ſuã poſſeſſionẽ, & eſſet redẽptor id eſt iterum emptor uel iterum per emptionẽ poſſeſſor. Et ſic diceretur quod Deus redemit nos à diabolo. precium autem offertur ei à quo redimitur, & ſic datum eſt precium diabolo. Reſpondit idem doctor quod diabolus detinuit homines in carcere inferni tãquam carceris cuſtos. Cuſtodi autem carceris non ſoluitur preciũ, ſed domino carceris. Deus aũt eſt dñs inferni. ideo p̃cium illud reddendum erat Deo patri. Quarta rõ. q̃a nullus morbus cõpetentius curatur q̃ per ſuũ cõtrarium. ſed primus homo cum morbum humani generis infectiuũ incurrit, ad excelſa Dei per ſuperbiã ſuã ita aſcendere voluit q̃ etiam mortem incurrit. ergo purus & uerus Deus deſcendere debuit uſque ad hominis infima. ſ. uſque ad mortem ut morbum eius curaret. Quinta ratio. per talem modũ nos liberare voluit, ut nos inſtrueret magis diabolum uincere per iuſtitiam quam per poteſtatem. Vnde Auguſtinus prius omiſit quod potuit. vt oſtenderet quod oportuit. Omiſit potentiam ut oſtenderet iuſtitiam. Quomodo autem per iuſtitiam diabolum uicit, oſtendit Augu. dicens. Quia diabolus miſit manum in illum ĩ quo nihil iuris habebat, iuſtum fuit ut amitteret illos in quibus aliquid iuris habere uidebatur. In hoc enim quod ille qui fuit ſupra leges qui uerbo & poteſtate hominem liberare potuiſſet, aliter illũ liberare noluit quam ſeruato ordine iuſtitię. debemus nos ſimiliter iuſtitiam & modum eius in omnibus obſeruare. Ordo nã que iuſtitiæ requirebat quod delinquens per ſe uel per alium ſatisfaciat, quia aliter peccatum à Deo non remittitur. Satiſfacere autem pro peccato generis humani nullus poterat purus homo. quia quilibet purus homo minus eſt tota generis humani vniuerſitate. Iõ ad hoc agẽdũ oportuit q̃ aliquis ſatisfaceret q̃ eſſet hõ cui ſatisfactio cõpeteret, & aliq̃d ſupra hominem ut eius meritum ſufficiens eſſet ad ſatisfaciendum pro toto genere humano. Maius autem homine quantum ad ordinẽ beatitudinis non poteſt eſſe quàm Deus. Licet enim angeli ſint ſuperiores quãtum ad conditionem naturæ, non tamen quantum ad ordinem finis. quia eodem fine & eadem excellentia beatificantur. Ideo voluit Deus ordine iuſtitiæ obſeruato non aliter quàm per illum qui uerus Deus & uerus homo eſſet hominem redimi. Roma. 5. Sicut per vnius delictũ in omnes homines in cõdẽnationẽ, ſic per unius iuſtitiã in oẽs homines in iuſtificationẽ. Secunda propoſitio ſecundum eundem. Manente Dei decreto nõ potuit Deus liberare genus humanum niſi per mortem filii. q̃a ex quo primus homo peccauit, decreuit Deus pater quòd nullus homo de cætero intraret paradiſum niſi prius de illo

pecca-



peccato ſibi ſatisfactum eſſet. quod nõ potuit fieri niſi p filii mortem ut iam dictũ eſt. Propter illud.n. peccatũ damnatus eſt Adam & ſua tota poſteritas. Totius autẽ generis humani non potuit eſſe ſufficiens preciũ aliquis homo, niſi qui ualeret omnes homines & cuius humilitas tantum Deo placeret quantũ diſplicuit ei ſupbia primi parentis, & non potuit eſſe talis niſi homo Deus. Manẽte ergo decreto non potuit aliter liberari. Vnde Colo. 2. Chriſtus ſuſtulit de medio cirographum decreti. i. memoriam decreti Dei affigens illud cruci ut non de cętero iudicetur homo ſecundum illud cirographum quod deletũ eſt per mortem filii: Cirographum eñ memoria eſt diuina. decretũ vero Dei ſentẽtia. Hęc Altiſ. Quod quidem cirographũ deletũ eſt manibus in cruce extentis ignorante diabolo qui procurabat mortem eius. quia ibi abſcondita eſt fortitudo eius.

Mane dictum eſt quomodo & quando abſcondita eſt fortitudo Chriſti, nunc autem dicendum eſt quomodo cornua crucis ĩ manibus eius. & Primo dicemus quomodo crucifixus eſt. Secundo qualiter in cruce locutus eſt. Circa primum dicemus. Primo quomodo crucem ductus eſt. Secundo quomodo crucifixus eſt. Tertio quomodo deriſus eſt in cruce.

Quo ad primum dicitur. Et poſtquam illuſerunt ei exuerunt illum purpura, & induerunt illum veſtimentis ſuis, & eduxerunt. Et bajulans ſibi crucem exiuit. Secundum hiſtorias crux habuit. 15. pedes in longitudine, & quia illud lignum reputabatur prophanum, & mors crucis ignominioſa. iuxta illud Deutero. 21. Maledictus omnis qui pendet in ligno, ideo nullus illorum lignum illud portare voluit & propterea impoſuerunt illud humeris ſuis vt iam damnato, & ſic agnus manſuetiſſimus patienter portat patibulum ſuũ. Eſaiæ. 9. cuius principatus ſuper humerũ eius. Principatus enim Chriſti crux eius eſt, propter quam ſecundum apoſtolum Deus exaltauit eum. Et ſicut in ſignum dignatis alii mitram, alii ſceptrum portãt ſic dominus crucem. & ſi ulterius quæras, nõ inuenies Chriſtum in nobis regnare niſi per crucem. iuxta illud Pſal dicite in nationibus, quia dominus regnauit à ligno. Vñ Anſelmus. Vide o anima mea quomodo vir iſte per omnia coarctatur & ſpuitur, ſub crucis onere dorſum incuruare iubetur, & ſuijpſius portare ignominiam. O mirãdum ſpectaculum, uides ne, ecce principatum ſuper humerum eius. In quattuor autem brachiis crucis quattuor beneficia crucis deſignantur. Signat enim pars ſuperior ianuę cœleſtis apertionem, inferior inferni deſtructionem, à dextris gratię collationem, à ſiniſtris peccatorum remiſſionem. Secundum vero Bernardum Chriſtus in cruce patientiam exhibet, obedientiam implet, humilitatem commendat & charitatem perficit. His quattuor virtutum gemmis quattuor brachia crucis decorantur. Supereminens eſt charitas, à dextris obedientia, à ſiniſtris patientia. ĩ profundo radix omniũ uirtutum humilitas. Vnde crux illa ex quattuor lignis diuerſarum ſpecierum erat. Truncus in rupe defoſſus de cedro, lignũ erectum de cipreſſo, tranſuerſale de palma, tabula ſuperpoſita de oliua. Iuxta illum verſum. Ligna crucis palma, cedrus cipreſſus, oliua. Sed quærit anima deuota, quo domine cũ baculo properas, quo exis domine ferens patibulum? Certe reſpondebit illud p̃s. propter uerba labiorũ tuorum quibus te excuſaſti à latrocinio, & quibus in latrociniũ incidiſti, & quibus me accuſaſti, ego cuſtodiui uias duras. i. tenui uias latronis. Via. n. latronis eſt ad patibulum, ubi latronis debitum ſuſtinuit cum latronibus crucifixus. Hic eſt dauid ferens fundam cum lapide, ut interficiat goliam. In figura huius legitur Gene. 37. quòd inuenit eum vir errantem in agro. ſcilicet caluariæ, & interrogauit quid q̃reret. & reſpõdit fratres meos quæro. Certe cum magna ſiti quęrebat fratres ſuos electos. Et perducunt eum in eum qui dicitur caluariæ locum hebraice autem & alij duo nequam cum eo vt interficerentur. Et cum ducerent eum inuenerunt hominem cireneum. id eſt de cirene ciuitate libie uenientem de uilla patrem Alexandri & rufi. Hunc angariauerunt ut tolleret crucem eius & impoſuerunt illi portare poſt Ieſum. In hoc habentur quattuor documenta. Primum quod quilibet crucem propriam portare debet quandiu poteſt, ſed cum non amplius poteſt, tunc placet Chriſto quòd alius portet pro eo, ſi-

*D*
*Crux xp̃i*
*Quid deſignant quattuor brachia crucis Chriſti.*

*E*
*Crux xp̃i In Simone cyreneo cruce por ante poſt ieſũ. multa ſumimus documenta*



cut

cut cum Chriſtus nõ potuit portare alius pro eo portauit. Scd̃m eſt ꝙ illi crucẽ aliorũ & non ſuã portant ſ̃m Criſoſtomũ qui abſtinentiã ſanctorum p̃dicant ſed in ſe nõ ſeruant. uel qui ſub regula arctiſſima ſe militare gloriantur, ſed per eius obſeruãtiã nõ mortificant, ſicut Symon crucem portans nõ moriebatur. Tertiũ documentũ ſecundũ hylariũ ꝙ iudæius indignus erat crucẽ Chriſti ferre. qa fidei gentiũ erat ĩ reliquũ & crucẽ accipere & cruci cõpati. Chriſtus itaque primo portauit crucẽ & poſtmodũ portandã gentibus dereliquit. Simon enim iſte gentilis erat & peregrinus. Tria tñ ſunt neceſſaria ad portandũ crucem poſt Ieſum. Primo ꝙ portetur uoluntarie, non in angaria ſicut iſte Simon fecit. Secundo ꝙ portetur crux ꝓpria non aliena. Tertio quod non propter uanam gloriam. & per crucem intelligitur non ligni patibulum ſed uitę uirtutiſque propoſitũ. Tota enim vita Chriſtiani (ſi ſ̃m euangelium viuit) crux atq; martiriũ eſt ut ait Auguſtinus. & hæc tria tanguntur cũ dicit dñs Si qs vult uenire poſt me tollat crucẽ ſuã & ſequatur me. Quartum documentũ ꝙ oĩs chriſtianus debet portare crucẽ poſt Ieſum. Hoc documentum habemus tam in natura quã in arte. Vnde Hieronymus ſup Marcũ. Aues qñ uolant ad ethera formã crucis aſſumunt homo natus ſecundũ formam crucis uehitur, & nauis per maria ducta in antenna cruci aſſimilatur. Ideo horũ exemplo debemus eã portare. Vnde quattuor portauerunt crucẽ materialẽ Ieſu latro ſiniſter qui ſignificat impenitentes, qui de cruce præſentis pęnalitatis tranſeunt ad crucẽ æternæ calamitatis. de qua Lucæ. 16. crucior in flamma. Latro dexter qui ſignificat vere pęnitentes Simon qui ſignificat de pœnitentia murmurãtes. Chriſtus qui ſignificat innocẽtes aliorum peccata portantes. Primi ſuſtinent pœnam ſed non faciunt pęnitentiam. Secundi faciunt pęnitẽtiam meritoriam & propriam. Tertii faciunt pęnitentiam ſed non meritoriam. Quarti faciunt pęnitentiam nõ propriam ſed alienã. Vñ ſecũdũ hiſto. ſco. Sane crux ſuper altare ponenda eſt, ut de altari tollat eam baiulus crucis quia de Xp̃i humeris ſublatã tulit eam Simon cireneus.

Sequebat̃ aũt illum turba multa populi & mulierũ q̃ plangebãt & lamentabant̃ eũ. Cõuerſus aũt ad illas dixit. Filiæ Hieruſalẽ nolite flere ſuꝑ me, ſed ſuper voſmetipſas flete & ſuper filios veſtros.

Quęrit̃ cur dñs prohibet nos compati paſſioni & anguſtiæ ſuę, cũ ẽt approbet illud Iob. 31. Flebã quondam ſuper eo qui afflictus eſt. Dicitur primo ꝙ nõ prohibet eas à fletu quaſi male facerẽt ipſum deplorando ex cõpaſſione, ſed qa cõtriſtabantur ex quadam carnali affectione. ſ. propter ſubtractionem ſuæ p̃ſentiæ & ſuæ deſideratæ faciei, quia etiam ſic plorabant quaſi Chriſtus pro ſe moreretur & non pro humana tranſgreſſione. Quotienſcunque enim paſſionem domini deploramus, non ipſum flere debemus, quia glorificatus eſt. ſed habito reſpectu ad peccatũ noſtrũ. Dicitur ſcd̃o ꝙ dñs non diſſuadet fletũ iſtũ abſolute ſed in reſpectu ad aliũ fletũ cuius cã erat maior, quia mors ſpiritualis propria magis eſt cã flendi q̃ mors corporalis aliena. Gerebãt enim iſtę mulieres typũ corũ qui aliis cõpatiunt̃ & nõ ſibi. Tales aliorũ peccata deplorant & accuſant, & de ſuis peccatis maioribus non curant. qualis fuit Auguſtinus qui ait in libro cõfeſſionũ. Flebam quondã didonem morituram, & mortuũ non flebã. Et in hoc habetur documentum ꝙ primo flendũ eſt ſuper nos, ut aliis poſſimus cõpati. Primo enim dicit ſuper vos, deinde ſup filios ueſtros. Vnde & ſenex quidam cum uidiſſet vnum de fratribus peccaſſe amariſſime flebat inquiens. Ille hodie & ego cras. Bene enim compatiebatur iſte qui ſibi primo, deinde fratri. Quoniam ecce dies ueniunt in quibus dicetur. Beatę ſteriles & uentres qui non genuerent, & vbera quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus cadite ſuper nos, & collibus operite nos. Quia ſi in uiridi hæc faciunt, in arido quid fiet? Dicit Bartholomeus libro. 18. de proprietatibus rerum. quòd ſi præcidatur lignum viride in plenilunio tunc generantur in eo uermes & ſuperfluitates. Et ratio eſt, quia in plenilunio ligna abuudant in medulla. ideo cum præciduntur & non uiuificantur, neceſſe eſt illam cõuerti in uermes & ĩ putredinem. Sic iſtud lignum uiride præciſum eſt plenilunio ad litteram. & in plenitudine temporis promiſſi & in plenitudi-





ne gratiarũ. ideo tunc abundabat in medulla dulcedinis. Iuxta illud Pſal. Memoriam abundãtiæ ſuauitatis tuæ eructabũt. Sed quia præciſum eſt nec uiuificauit iudæos, neceſſe fuit illam cõuerti in uermes & putredinem iudæis, ita ut illud quod nobis eſt medulla, illis fiat uermis & putredo. ideo & ab vniuerſo mundo tanquã vermis & putredo ſunt abiecti.

In hoc autem habemus tria documenta. Primum quòd ſicut Chriſtus uoluntarie ductus eſt ad patibulum, ſic & nos uoluntarie ducamur ad obedientiam mandatorum Dei. Secundum, quòd ſequentes Chriſtũ debemus flere miſeriam noſtræ conditionis. Vnde hanc proceſſionẽ plãgentium poſt dominum repræſentamus, quãdo proceſſiones & letanias pro aliquibus imminẽtibus periculis facimus, ſequẽtes crucem quæ ante proceſſionem baiulatur, quaſi dicamus. exeamus extra caſtra ad eum improperium eius portantes. Tertium eſt, quia edocemur, quòd ſi in abſtinẽtiis fatigemur, rememoremur chriſtum fatigatum in portando crucẽ ſuam, qui tamen tota nocte laborauerat. Et poſtquam uenerunt in locum qui dr̃ caluarię dabant ei bibere uinum mirrhatum felle mixtum, & non accepit. & cum guſtaſſet noluit bibere. Et ſi dicatur quòd Ioãnes dicit quòd accepit. Dici poteſt primo, quòd primo accepit & poſtea reiecit. Dicitur enim communiter quòd quod guſtamus non proprie accipimus, quia non traiicimus illud in corpus, ſed ſtatim reiicimus. Accepit ergo dominus ad guſtandum modicum, ut quod ſcriptum erat impleretur. Vel dicitur quòd bis ei oblatum eſt acetum. Primo crucifigendo eum. Secũdo in cruce, & ita poſſunt concordari. Allegorice poteſt per hoc intelligi ꝙ Chriſtus aceto & felle potari uoluit, ut ſerpentinum virus Euæ datum penitus euacuaret, & ibi conuerſa eſt ſua uinea, quam plantauit in amaritudinem. Moraliter loquendo ſecundum Ioannem gerſon. Non vult Chriſtus bibere uinum ſecuris delectationis, quia miratum, quia felleum, quia acetoſum eſt. Ideo dicit Pſalm. Renuit conſolari anima mea, memor fui, & delectatus ſum.

*F crucifixio Xpi.*

Secundo dicendũ quomodo crucifixus eſt Xp̃s. hinc ſubdit euãgeliſta. Ibi crucifixerunt eum & exuerunt illum veſtimẽtis ſuis. Ibi tria poſſunt haberi documenta. Primum ex eo ꝙ Xp̃i propter nos dinumerata ſunt oĩa oſſa, etiã debemus Chriſto in obſequium oĩa membra noſtra offerre ita ut ualeamus dicere. Omnia oſſa mea dicent, domine quis ſimilis tui? Vnde Caſſianus in collationibus patrum. Deuotę perſone debent omnium membrorũ ſuorum primitias domino offerre. Mox enim vt à ſummo ſunt excitati, debent deo decantare laudes antequam ad ſua negotia exeant. Secũdum documentum eſt ꝙ pię debemus aſpicere in Xp̃m eleuatũ in cruce paratũ nos recipere ad amoroſum amplexum ſuũ. Hinc Auguſti. Chr̃s extendit brachia ſua in cruce, & manus ſuas paratas in amplexus peccatorũ. Inter brachia ſaluatoris mei & uiuere uolo & mori cupio. ibi ſecurus decantabo. Exultabo te dñe qm̃ ſuſcepiſti me. Tertiũ ꝙ crucifigit̃ dñs maxime qñ ei miniſtrorũ ſuorũ ſtipendia ſubtrahuntur. ut ait Guiller. Ait. n. dñs Malach. 3. Si affigit homo dñm quia uos confixiſtis me, & dixiſtis. in quo configimus te. In decimis & in primitiis, & in penuria, maledicti eſtis & configitis me gẽs tota. Quartum documentum, quòd in crucifixione Chriſti in ligno, Adæ peccatum crucifixum eſt, & deletum. Vnde Hieron. Extenſio manus primæ mortem apprehẽdit. extenſio ſecundæ vitam quæ perierat inuenit. Sed circa hoc quæritur. Primo vtrũ cõueniens fuerit Xp̃m pati in cruce? Rñdet Tho. 3. p. q. 46. ar. 4. ꝙ ſic propter ſex. Primo ad exẽplũ uirtutũ. Auguſtinus libr. 82. quęſt. Sapientia Dei hominem ad exemplũ quo recte uiueremus ſuſcepit. Pertinent autem ad uitam rectam ea quæ non ſunt metuenda non metuere. Sunt autem homines qui quàmuis mortem non timeant, genus tñ mortis horreſcunt. Vt ergo nullum genus mortis recte uiuenti homini metuendum eſſet, illius hominis cruce oſtendendum fuit. Nihil enim erat inter omnia gñã mortis illo gñe execrabilius & formidabilius. ſcd̃o quia hoc genus mortis maxime cõuenit ſatisfactioni, pro pc̃tõ primi parentis. Cõtra mandatum. n. Dei ſumpſit pomum uetitum. ideo conueniens fuit ꝙ Chriſtus pro peccato illo ſe ip̃m pateretur ligno affligi quaſi reſtituẽs quod Adam abſtulerat. ſ̃m illud. pſal. quę

*Ex crucifixiõe xp̃i duo ſumũtur documẽta.*

*G Paſſio Chriſti. Vtrũ conueniens fuit xp̃m pati in cruce.*

non rapui tunc exoluebam. vnde Auguſtinus in quodam ſermone de paſſione. Contempſit Adam præceptum accipiens ex arbore, ſed quicquid Adam perdidit, Chriſtus in cruce inuenit. Tertio ſecũdum Criſoſtomum in ligno exaltatus eſt, ut ipſius aeris natura mundetur, ſed & ipſa terra ſimile beneficium ſentiebat decurrentis de latere ſanguinis ſtillatione mũdata. Quarto ut per hoc ꝙ in aere moritur aſcenſum nobis pararet in cœlum ſecundum Criſo. Inde dixit. Ioã. 12. Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham &c. Quinto quia hoc competit vniuerſali ſaluationi mũdi. Vnde Gregorius Nicenus dicit, quòd figura crucis à medio contactu in quatuor extrema partita ſignificat virtuté & prudentiam eius qui in fine pependit ubiqne infuſam. Criſoſtomus etiam dicit ꝙ in cruce expanſis manibus moritur, ut altera manu ueterem populũ, altera eos qui ex gentibus ſunt, trahat. Sexto, qa hoc genus mortis plurimis figuris reſpondet. Vt enim Auguſtinus dicit in ſermone de paſſione. De diluuio aquarum humanum genus arca lignea liberauit. de Aegypto Dei populo recedente Moyſes mare virga diuiſit, & pharaonem proſtrauit, & populum Dei redemit. Idem Moyſes lignum in aquam miſit, & amaram in dulcem commutauit. Ex lignea virga de ſpiritali petra ſaluatoris unda profertur, & ut Amalech uinceretur Moyſes contra uirgam expanſis manibus extenditur, & lex Dei archæ teſtamẽti creditur ligneę. ut his oĩbus ad lignum crucis quaſi per quoſdã gradus ueniatur.

Dicitur ſecundo ꝙ cõueniens fuit Chriſtum in aere mori propter duo. Primo qa aer ex elementum cõe. & põt hõ habere ꝓpriam terram, propriam aquam, propriũ ignem, ſed nemo poteſt habere proprium aerem. voluit ergo Chriſtus in aerem exaltari ad innuendum ꝙ ſicut aer eſt communis. ſic & Chriſti paſſio. Nã paſſiones aliorum ſanctorum fuerunt propriæ, quia quilibet paſſus eſt pro ſe. Paſſio autem Chriſti communis fuit angelis. quia inde ſunt reparati, & hominibus, quia etiam inde ſunt ſaluati. Secundo ad innuendũ ꝙ ſicut aer eſt medius inter cœlum & terram. ſic etiam Chriſtus mediator fuit inter Deũ, & hominem. quia cum deo conuenit rõne naturæ diuinæ, cum homine ratione naturæ humanæ. & quia erat inter deum & hominem diſcordia. in aere medio tanquam mediatorem ſe oſtendit. Dicitur tertio ꝙ conueniens fuit exaltari à terra ꝓpter duo. Primo quia uolebat inueniri ab his qui eum perdiderant. De eo enim factum eſt ſicut fieri deberet de re inuenta. Nam quandoque res inuenta in eminenti ſuſpẽditur loco, ut facilius inueniatur ab amittente. Sic congruum fuit ut Chriſtus, quẽ totũ ferè genus humanum amiſerat, in cruce exaltaretur, ut facile ab omnibus inueniri poſſet. Secundo ut omnia ad ſe traheret. Ioã. 12. Ego ſi exaltatus fuero à terra &c. Tunc enim traxit omnia ad ſe per uacuum paupertatis exterioris & interioris, quia tunc ſumme pauper & humilis fuit, pauper in rebus, humilis in omnibus, ita ut nec potentiã ad defendendum, nec ſciẽtiam ad allegandum, nec amicos ad exorandum, nec pecuniam ad redimendum habere uideretur. & tunc traxit ad ſe ponderoſos peccatores triplici funiculo, qui difficile rumpitur. Eccle. 4. in deitate, aĩa, & carne unitis in perſona diuina. & tunc funiculus quaſi ruptus fuit quantum ad animam quæ per mortem à carne ſeparata fuit. Sed in aliis duobus iſte funiculus retinuit firmitatem trahẽdo eos qui erãt in limbo inferni. Zach. 6. Tu autem in ſanguine teſtamenti eduxiſti uinctos. In quo oſtẽditur magnam in Chriſto fuiſſe patiẽtiæ, paupertatis, & obedientiæ uirtutem, quæ ſic omnia traxit nec unquam frangi potuit. Secundo quæritur, utrum Chriſtus debuerit nudus mori in cruce. Rñdet Guille. ꝙ ſic. & hoc propter quinque & ſuperaddentur duo. Primo, quia nudum ſe Dei patris aſpectui obtulit gratiſſimũ ſpectaculum, quia deo patri per ſeipſum acceptabiliſſimus erat. Heb. 7. accedens per ſemetipſum ad Deum. Secundo nudus pepẽdit, quia ueſte priori. i. iudaico populo nudatus erat, & necdum nouã ueſtem eccleſiam de gentibus ſibi exuerat. Tertio moraliter oſtendit qualiter in cruce præſentium tribulationum iam pendeant, & in cruce infernali pendere debeant reprobi. Quantumcunque enim hic ueſtibus auro & gemmis operire ſe & ornare ſtudeant, nudi tamen pendent hic & pendebunt in nouiſſimo. Iob. 34. non ſunt tenebræ, & non eſt umbra mortis ut abſcõdantur ibi qui

*II Paſſio Chriſti. Vtrũ ſit debuerit nudꝰ pẽdere in cruce.*



qui operantur iniquitatem. & eiuſdem 26. nudus eſt infernus coram eo, & nullũ eſt operimentum perditioni. Eſa. 59. Telę eorum non erunt in ueſtimentum neq; operientur operibus ſuis. Quarto ad oſtendẽdum ꝙ pendentes in cruce pœnitẽtiæ dñt eſſe nudi à ueſtibus ueteris hominis. ſ. peccatis. veſtiti enim pendentes iniurioſi ſunt carnificibus, quia eorum ſunt iure carnificij ſui ueſtes damnatorum. Qui enim pœnitentiam vult agere, & ueſtem peccatorum non exuit, non nudus ſed ueſtitus pẽdere quærit. Quales ſunt monachi, quorũ ueſtes ſunt in cruce per ſimilitudinem, & figuram, & ueſtem crucifigunt, q̃ omnino nihil deliq̃t. & latrones. ſ. ſe ipſos amplius ad latrocinandum abire ſinunt. Hi ſunt q̃ ſic uolunt illudere domino, ſicut Michol Sauli patri ſuo. 1. Reg. 19. Cum enim Dauid quæreretur ad mortem tulit ſtatuam, & poſuit ſuper lectum, & pellem piloſam caprarum poſuit ad caput eius, & operuit eam ueſtimentis. Ab vno quoq; ergo eorũ q̃rere poteſt dominus quare illuſiſti mihi & dimiſiſti ueterem hominem inimicum meum ut fugeret? Sicut enim Michol pro ueritate ſimilitudinem falſam exhibuit, ſic & iſti quaſi deum fallere poſſint circũuenire uidentur. Quinto ut in hoc oſtẽderet ꝙ crux ſanctorum & pœnitentia religioſorum nõ eſt occultanda. Nuſquàm enim abſconduntur patibula, ſed in locis eminentioribus eriguntur ut palam omnibus appareant. & nullus iudicum in abſcõdito punit latrunculos, ſed in publico ut pœna eorum ſit aliis terroris ſpectaculũ & deuitandi ſimilia documentum. Hæc Guiller. Sexto ut oſtenderet ſe pro reatu primi hominis mori, & fructum ablatum ab eo cito reſtituere. contra eos qui tarde ablata reſtituunt. Vnde Ariſt. dicit. 17. de animalib. ꝙ arbores quæ multum fructificant cito deſiccantur. Chriſtus autem qa modico tempore multum fructificauit, ꝑs. Ego autem ſicut oliua fructifera in domo Dei mei. ideo oportuit ipſum cito areſcere. Flores qui ad medicinam colligunt̃ prius ad ſolem deſiccãtur. Auicen. 2. cañ. Flores colligere oportet poſt apertionem integram ante extenuationem, & caſum. ſic & flos d̃ radice Ieſſę medicinalis poſt ſufficientem apertionem. i. publicationem & debitum ſui corporis incrementum debuit recolligi, ut eſſet omnibus medicina. Ambroſius. nudus crucem aſcendit, & tales oſtendit nos quales auctore deo natura formauit. Talis aſcendit qualis primus homo in paradiſo habitauit. & talis ſecundus homo paradiſum introiuit. Septimo, ut erudiret principes. Dominus enim legem dedit pro peccato primi hominis, ꝙ nudus intraret mũdum, & in morte nudus exiret. Sed dominus illam legem in ſeipſo nedũ implere ſed & ſuperimplere uoluit. quia nudus intrauit, & nudus etiã ſine lintheo exiuit. iuxta illud. legem patere quã ipſe tuleris. Conſiderare ergo debet princeps ꝙ nunquam dominus niſi vnam legẽ duram ſuo populo inſtituit. ſ. legem mortis. & pro nocentibus ſolum. & tamen ipsã vltra omnes & ignominioſe, & cum paupertate uoluit ſuſtinere. Tertio quærit̃ vtrum lictores crucifigentes Chriſtũ peccauerint? Et uidetur ꝙ nõ, quia non tenetur lictor inquirere de cauſa, & proceſſu condemnati, cum ad hoc non vocetur. & ſi iuſtum occidat hoc eſt ex peccato iudicis. nec ad eum hoc ſpectat cognoſcere. ergo cum lictores crucifigentes Chriſtũ fuerint huiuſmodi, ſequitur ꝙ non peccauerunt eum crucifigendo. Dicitur primo, ꝙ lictor ſciens certiſſime ipſum eſſe innocentem, quem iudex condemnat, ad præceptum iudicis aut principis nullo modo debet ipſum interficere. Probatur. primo qa præceptum de non occides, non eſt niſi à deo diſpenſabile, ſed deus nunquam diſpẽſauit occidere innocentem, immo prohibuit. Exod. 23. Innocentem & iuſtum non occides. immo præcepit eũ eruere à morte iuxta illud prouer. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem. ergo nullo modo dẽt lictor interficere eum. cum ſuper hoc ſecũ non poſſit princeps diſpenſare. Secundo non minus tenet̃ reſiſtere lictor iudici ꝑcipienti occidere innocentem, quàm doctor iudici præcipienti ne populo prædicet legem Chriſti, cum ſecundum magis uideatur recipere diſpenſationem, quàm primum. Sed ſecundus tenetur hoc facere. vt patet Act. 4. ubi Petrus dixit principibus ſacerdotum & magiſtratibus templi præcipientibus, ne prædicarent nomen Chriſti. Si (inquit) iuſtum eſt in conſpectu dei uos potius audire quàm deum, iudicate ergo lictor etiam debet reſiſtere nec

*I Paſſio Chriſti. Vtrũ lictores Xpm crucifigentes peccauerint eum crucifigẽdo.*

nec debet interficere. Et ſi dicatur ſecũdũ
Altiſſio. qui tenet oppoſitum. ꝙ prælatus
mandans curato ut denunciet aliquem de
ſubditis excommunicatum, quem ſcit eſſe
innocentem, tenetur eum denunciare ꝓ-
pter bonum inobediẽtiæ vniuerſale. ergo
ibi etiam propter bonum obedientiæ ad
principem debet obediendo innocentem
interficere. Secundo quia prælatus ſciens
aliquẽ eſſe in pc̃tõ mortali ſi petat eucha
riſtiam in ſecreto debet ei negarre. in pu-
blico autem tenetur ei dare. & hoc ꝓpter
bonum cõe, ne. ſ. alterius crimen reuelẽt,
& ſic homines à confeſſione impediantur.
ergo etiam bonum uniuerſale iſte ſcanda
lizet principẽ. & pp bonum cõe debet ei
obedire. Ad primum dr̃ ꝙ hoc caſu poſito
curatus non debet nec tenetur obedire.
Ad ſecundum dicitur ꝙ non eſt ſimile. q̃a
pp multa alia curatus teenẽt ei dare eu-
chariſtiã. Sc̃do dr̃ ad principale, ꝙ lictor
habens tantummodo rationes probabiles
ꝙ eſt innocens debet nihilominus obedi-
re ſn̄iæ iudicis, quia non habet cognitio-
nem cauſæ. Debet. n. potius iudicare ꝙ ra
tiones iudicis ſunt potiores quàm ſuę. Ter
tio dr̃ ꝙ ubi lictor in exequendo interfe-
ctionem innocentis ſequitur errorem iu-
dicis cauſatũ ex ignorantia iuris. quod
quidem ius tenentur & iudex & lictor ſci
re ſub pœna peccati mortalis, tunc peccat
mortaliter. & hoc modo interficiẽtes mar
tyres peccabant mortaliter. quia licet ẜm
Chriſti dictum iam deueniſſet tempus, in
quo omnis qui eos interficiebat arbitra-
batur obſequium ſe p̃ſtare deo. tñ poſt pu
blicationem debitam euangelij tenebant
iudices & lictores ſcire legẽ Dei, & ẜm eã
agere. ideo cũ ex illo errore procedebat
occiſio innocentũ, peccabant & iudex &
lictor, plus tñ iudex q̃ lictor. Dr̃ quarto ꝙ
lictores uel milites Chriſtum crucifigen-
tes multipliciter peccauerũt, quãuis genti
les fuiſſent. Primo quia ſæpe audierũt Xp̃i
doctrinã, & miracula, quibus ſatis oſten-
debatur Chriſti innocentia. vnde & domi
nus ſæpe dicebat, nõdum uenit hora mea
ſ. ad patiendum, quia oportebat eis adhuc
prædicari, ut inexcuſabiles redderentur.
Secundo quia ſæpe ex ore pilati audierũt
nullam inueniri cãm mortis in eo. immo
in condẽnatione ꝙ pilatus erat innocens
à ſanguine iuſti huius. quam quidẽ uocẽ
ita debuiſſent accipere, ſicut eius ſentẽ-
tiã. Tertio ex hoc ꝙ Chr̃m duriſſime tra-
ctauerunt ad preces iudæorũ & ultra ſen-
tentiã pilati deridendo ipſum, ubi cum eo
debuiſſent miſericorditer egiſſe. minus tñ
peccauerunt q̃ iudices & iudęi & miniſtri
iudæorum qui ſciebant legẽ. Ideo pro eis
dñs orauit dicens. dimitte illis, quia ne-
ſciunt quid faciunt. Et cũ eo alios duos
latrones unũ à dextris, & alterum à ſini-
ſtris medium aũt Ieſum. Et adimpleta eſt
ſcriptura quæ dicit. Et cũ iniquis reputa-
tus eſt. Sed quæritur an iſti latrones fue-
rint cũ clauis ſicut & Chr̃s crucifixi. Et ar
guitur ꝙ non. quia hoc nõ legitur in euã-
gelio. igitur. Sc̃do quia pictores ſic eos
pingunt. ſ. ſine clauis ſuſpenſos. ergo appa
ret ꝙ ſine clauis crucifixi ſunt. Dr̃ ꝙ ſimi-
liter cũ Chr̃o clauis affixi ſunt cruci. Pro
batur primo per Auguſtinũ. Pendentes in
clauis ad lignum manibus confixi produ-
cta morte necabantur. Secundo hoc idem
patet. quia in inuẽtione ſanctæ crucis in-
uentis tribus crucibus non dubitaſſet He
lena de ligno ſanctæ crucis ſi ſola domini
crux fuiſſet clauis perforata. quia tales fo
rationes permanent in ligno continue, &
hoc ſuffeciſſet ad diſcretionem. & tñ inuẽ
tis illis tribus crucibus non potuit niſi mi
raculoſe inter eas fieri diſcretio. Quòd au
tẽ arguitur in euangelio non legitur, ita
ẽt nec de Chr̃o legitur in hyſtoria paſſio-
nis, nec illud ſciuiſſemus, niſi poſt reſurre
ctionem dixiſſet. Mitte digitum tuũ in lo-
ca clauorũ. Quòd arguitur de pictoribus.
dr̃ ꝙ pictores multa mentiuntur, ſicut &
poetæ. Vnde Oratius. Pictoribus atq; poe
tis quidlibet audendi ſp fuit æqua ptãs.
Pingunt. n. ſanctum Ioãnẽ indutum pelle
vaccæ uel vituli capite pendente inter ti-
bias, qui tñ indutus erat ueſte cõtexta ex
pilis cameli, & ſimiliter ſanctũ Ioſephum
quaſi impotẽtẽ & antiquiſſimũ, & paſto-
res ĩ natiuitate Chr̃i quaſi idiotas, qui tñ
erãt viri agricolæ Deo deuoti. iõ non eſt
eis credendũ. Hoc figuratũ eſt p duos qui
fuerunt in carcere cum Ioſeph. Gene. 40.

*K Latro, Vtrũ latrões crucifixi fuerint clauis affixi*

Et impoſuerunt ſup caput eius cãm ip-
ſius ſcriptã. ſcripſit aũt & titulũ pilatus. &
poſuit ſup crucẽ. Hic eſt Ieſus nazarenus
rex iudæorũ. In hoc titulo iſtruimur quo
titulo ad Dei gloriã perueniemus, & eam
acquiremus. Hac. n. ſuperſcriptione quili-
bet



bet viam eundi ad cœlum diſcere poteſt.
ſicut curſores dum uiam neſciunt ad ſcri
pturã ſuã in qua villas ſcripſerunt, recur-
rerunt. Debet. n. hõ ad hũc titulum recur-
rere & cõſiderare quia ſic introiuit Ieſus
in ſancta. Oportet. n. eſſe Ieſum. i. ſaluato-
rẽ aĩæ ſuæ per fidẽ & charitatẽ, Nazare-
nũ per innocẽtiã uitæ & humilitatẽ. regẽ
iudæorũ. i. confitentiũ & pœnitentium per
aſperã pn̄iam & tribulationẽ. Inde dicit
Hugo de S. Victore in expoſitione cano-
nis. Prius habemus in hoc mundo pati, q̃
habeamus titulum paradiſi. Vnde legitur
prius dn̄s crucifixus. deinde titulus ſuper-
poſitus. ſicut. n. uidemus ꝙ qñ aliquis vult
ad ſacros ordines promoueri, q̃rit ab eo
ep̃s titulũ vnde poſſit uiuere, ita Chr̃s exi-
ſtens pontifex futurorũ bonorũ. i. qui dat
futura beneficia q̃rit titulũ à promouen-
dis. nec promouebitur quis ad ſacros ordi
nes angelorum. niſi titulum oſtenderit vñ
uiuere poſſit in Chr̃o inter ſæculi huius
pericula. Iſte aũt eſt titulus crucis & pœ-
nitentiæ & patienliæ in tribulatione. Se-
cundũ Guill. oĩs crux q̃ titulũ non habet,
crux Chriſti nun eſt, qui. ſ. pp Chr̃m non
affliguntur. ut paganorum & hæreticorũ.
de quibus Hiere. 9. vt inique agerent labo
rauerunt. Hunc ergo titulum multi le-
gerunt iudæorũ, quia prope ciuitatẽ erat
locus ubi crucifixus eſt Ieſus. & erat ſcri-
ptũ hebraice grece & latine. Hoc autem
fuit ẜm Guill. ad oſtendendum ꝙ illis tri-
bus hoĩum generibus aditus pandebatur
ad intelligẽda paſſionis myſteria. & quòd
tres illæ nationes haberent ſuper ſe regẽ
Chriſtum. Vnde Hieron. iudæi irridentes,
& illudentes hoc fecerunt. ſed in intẽtio-
ne pilati aliud fuit. Operabatur. n. diuina
uis in corde neſcientis. hoc autem factum
fuit ut talis titulus ſuper caput eius pone-
retur ut per hoc iudæi agnoſcerent quòd
neque etiam occidendo facere potuerunt
ut eum regem nõ haberent. Per mortis. n.
improperium non amiſit imperium, ſed
potius corroborauit vt aũt dicit Rabanus
ponebatur iſte titulus in tabula ſuper cru-
cẽ, & non infra. quia licet in cruce pro no
bis omnibus in hoĩs infirmitate doleret.
ſuper crucem tñ regia maieſtas fulgebat.
Sola tñ lingua hebraica nunc ſilet lauda-
re Deũ, quod ſatis dixerat Xp̃s ingredien
do in ſanctam ciuitatem, quia ſi iſti tacue
rint, lapides clamabũt. Gentiles. n. lapides
dicebantur, quia lapides colebant. iuxta il
lud. p̃s. Similes illis fiant qui faciunt ea, &
oẽs qui confidunt in eis. In ſignum cuius
tres adorationes fiunt in die veneris ſan-
cta coram cruce, ſed in duabus linguis tñ
ſ greca & latina, quia hebrea blaſphemat
Dicebant ergo pontio pilato põtifices
iudæorum. Noli ſcribere rex iudæorum,
ſed quia dixit rex ſum iudæorũ. Iudæi. n.
titulum ſuperponi curauerant, in quo po
neretur quod dixit, quia rex ſum iudæo-
rum. ut tollerent à populo opinionem de
eo, ut. ſ. illo titulo lecto conſiderarent ꝙ
tyrãnus eſſet, & ſic illius nemo miſereretᷣ
propterea quia uelle ſibi uſurpare regnũ.
Pilatus tñ diuino nutu ductus. quia cõtra
uoluntatem eius iudæi petierant Chriſtũ
crucifigi, uolens ſe uindicare de eis per
talem titulum, ſcripſit titulum ut redun-
daret in uerecundiam ipſorum. Reſpon-
dit pilatus. Quod ſcrip ſcripſi. In hoc titu
lo pilatus Chriſtũ in tribus licet neſciens
cõmendauit. Mors. n. Chriſti cã erat re-
miſſionis culpæ quia Ieſus, & collationis
gratiæ quia nazarenus, & adeptionis glo-
riæ quia rex iudæorum in quo & per quẽ
omnes erimus reges. Milites ergo cum
crucifixiſſent eum, acceperunt ueſtimenta
eius mittentes ſortem ſuper eis quis quid
tolleret. His militibus pilati ſimilia ſunt
tria genera hominum. Primo mali clerici
& mali religioſi, qui ſe aſcribi faciunt mi
litiæ Chriſti. ſ. clericatui & religioni non
ut Chriſto militent ſed pilato. i. principi
bus & ſuis parentibus. Videmus. n. multos
nunc beneficiorum multiplicitatem obti-
nere, ut curiis principum intereſſe poſſint
militantes pilato non Chriſto, uel ut dita
re poſſint parẽtes ſuos. Tẽporalia. n. bona
data eccleſiæ & quibus quondã ſe exue-
runt diuites & principes ut Chriſtum in-
duerent ſunt Chriſti ueſtimẽta Et in hoc
apparent ſimiles iſtis lictoribus ſeu carni-
ficibus, qui ueſtimentis inhiant damnato-
rum & crucifigendorum. ita ut Chriſtum
uelint nudatiſſimum dimittere in ſuis, &
pro crucifixo habere quando pauperes nu
dos dimittunt, & animas nudas omni con
ſolatione & doctrina, ut nepotulos ſuos
induant, & ſe pompis & honoribus in cu-
riis principum ceteris anteferant, immo
tales peiores ſunt tortoribus, qui quod in
iure

*L Milites Pilati. Qui nũc ſimiles ſunt militibus pilati.*

iure forenſi ueſtimenta crucifixorũ poſſi-
dent, iſti uero ſolo furto & rapina, & qđ
deterius eſt carnifices pilati inter ſe diui-
ſerunt pacifice ueſtimenta Chriſti, iſti ue
ro non, ſed ſemper inter eos regnat plebi-
ſciti exercitatio. Inde enim perſonant au-
læ regũ & principũ, inde ſolicitantur tri-
bunalia, inde ſtipendiãť tantus aduocato-
rũ exercitus, de his ſunt litigiorũ certami
na, cõtentiones primatuũ & iuriſdõnum.
Et quia armis belligerare prohibentur ſe
ſp impugnant, & linguis aduocatorũ utũ
tur ut gladiis priuilegiis & clipeis, litteris
apoſtolicis ut machinis & tormẽtis quaſi
ad iacenda ſaxa grandia, quibus munitio-
nes dignitatũ & poſſeſſionũ cõcutiantur.
Libris uero legũ & canonici iuris & arma
riis & pharetris. Secundo ſunt ſimiles gen
tes armorũ his militibus ꝗ pauperes ſpo
liant & crucifigunt. Non.n.ex nũc contin
git armatos rapere ueſtimẽta & ſubſtan-
tiam pauperum, & cũ aleis & ſortibus, &
blaſphemiis ea inuicẽ partiri. Et in hoc
habetur duplex inſtructio. Prima ꝙ pau-
peres hoĩes in talibus patientiã habeant,
quia Chriſtus eadẽ aut maiora paſſus eſt.
Io. 15. non eſt ſeruus maior domino ſuo.
Si me perſecuti ſunt, & uos perſequẽtur.
Secunda eſt ꝙ nõ eſt permittendũ in eccle
ſia tales ditari patrimonio crucifixi, qui ĩ
ſuis ſimilibus Chriſtũ ſpoliauerũt ſuis ue
ſtimentis. Contra multos qui ad eligẽdũ
uel introducendũ aliquos nobiles in pla-
turis manu utuntur militari. Tertio ſunt
talibus ſimiles chriſtiani, qui ſortibus &
aleis bona ſacerdotũ & ꝑlatorũ, & ẽt pau
perum fraudibus & deceptionibus acci-
piunt ſibi. In quo datur exemplũ & inſtru
ctio uitandi ludi alearum, qñ in eo Chri-
ſtus deluſus eſt & ſpoliatus. Vtinã omni-
bus talibus contingeret ſicut cuidam, cui
obuiauit Bernardus, qui contra gradariũ
Bernardi luſit ad talos ſe ipſum. qa nihil
aliud quòd luderet præter tallos in bur-
ſã ſua habebat. Dicebat.n. Bernardo. O
monache placuiſſet Deo ꝙ ego haberem
17. puncta ſuper equum tuum, & ipm Ber
nardus lucratus eſt, & ſui monaſterij con-
ſtituit portariũ, & poſtmodũ eũ ita diſci-
plinauit multa diſciplina monaſterij, ꝙ
eum bonum religioſum poſtea fecit.

M Veſtimẽ- ta Xpi.

Et fecerunt quattuor partes vnuicuiq;
militi partem & tunicam. Erat aũt tunica
inconſutilis deſuper contexta per totum.
Dixerunt ergo ad inuicẽ, non ſcindamus
illã, ſed ſortiamur de illa cuius ſit. ut ſcri-
ptura impleretur dicens. Diuiſerunt ſibi
ueſtimenta mea & ſuper ueſtẽ meã miſe-
runt ſortem. Et milites quidẽ hæc fecerũt
& ſedentes ſeruabant eũ. Secundũ Augu.
hæc ueſtimentorũ diuiſio quattuor ſignifi
cat. Primo eccleſiæ diuiſionẽ & diſpoſitio
nẽ in quattuor partes terræ. Auguſt. Quid
ni diuiſa ueſtis quadripartitã figurauit ec
cleſiam quã in quattuor orbis terrarũ par
tibus cõſtat eſſe diffuſam? Secundo eccle-
ſiæ unionẽ. Auguſtinus. tunica illa ſortita
& indiuiſa partiũ eccleſiæ deſignat unita-
tem q̃ charitatis uinculo continetur, quã
hæretici & ſciſmatici diuidere nequiuerũt
Tertio ſignificat charitatis eminentiam,
quia erat de ſuperius contexta per totũ,
quia charitas ſupereminet aliis uirtutibus
Quarto charitatis efficaciam, quia nullus
eſt perfecte in corpore eccleſiæ ſine chari
tate & vnitate, per quod damnantur ſciſ-
mata. Aug. En meretrix non permiſit di-
uidi filium ſuum, & tu permittis dñm deũ
tuum uel eccleſiam cuius unitas ex vnita
te Dei eſt. Ber. Non ſum tam ebes quin co
gnoſcam tunicam Ioſeph. ſ. eccleſiaſticam
vnitatem, non eius qui liberauit Aegyptũ
ſed eius qui ſaluauit mundum. Notiſſima
quippe eſt quia polimita. i. perſonarum &
graduum varietate diſtincta ſanguine tin
cta, non hœdi qui peccatum ſignificat, ſed
agni qui innocentiã deſignat. Tertio
dicendum eſt qũo Chrs deriſus eſt in cru-
ce. Et primo à prætereuntibus. Nã præte-
reuntes blaſphemabãt eum mouentes ca-
pita ſua & dicẽtes. Vach qui deſtruis tem
plum Dei, & in triduo illud reædificas. ſal
ua temetipſum. Si filius Dei es, deſcende
de cruce. Ex ſerie tñ huius textus in hac
quarta illuſione quattuor differentiæ il-
ludentium inueniuntur. Prima eſt ſeden-
tium militum, quia ſedentes ſeruabant eũ
per quos intelliguntur accidioſi & delicio-
ſi, qui deliciis carnis intendunt. Secunda
ẽt prætereuntium, qui eũ blaſphemabant
qui ſunt cupidi & auari, qui prætereuntia
ſequuntur & tranſgrediuntur viã iuſtitię.
Tertia eſt ſtantium ſacerdotũ qui erãt ſu
perbi & elati. Quarta erat latronum pen-
dentiũ, per quos deſignantur impatientes
& de aduerſitate q̃ruloſi. Scđo derideban
tur

Diuiſio ueſtimentorũ Xpi quattuor deſignat.



tur à principibus ſacerdotũ. Stabat.n. po-
pulus expectans. & deridebant illũ princi
pes ſacerdotũ, & illudentes ad alterutrũ
cum ſcribis & ſenioribus dicebant. Alios
ſaluos fecit ſeipſum non põt ſaluũ facere.
Sua ſnĩa dãnat. Vnde Hiero. Etiã confitẽ
tur ſcribæ & phariſei, ꝙ alios ſaluos fe-
cit, itaque ſe ſua ſententia damnans. Qui
enim alios ſaluos fecit, vtique ſi uellet
& ſeipſum ſaluare poterat. ideo circa hoc
dicere poterat Chrs patri ſuo. Inimici nr̃i
ſunt iudices, noſtrã innocentiam licet ne-
ſciant approbantes. & hoc apparet eorum
iniquitas ꝙ beneficia ſaluatoris q̃ debuiſ-
ſent in gratiarũ actione ſumere in illuſio-
nem conuertebant. Si Chrs Dei electus
rex Iſrael eſt, ſeipſum ſaluum faciat, de-
ſcendat nũc de cruce, ut uideamus, & cre
dimus ei. Noluit aũt Chrs deſcendere pro
pter multa. primo quia iudæi hoc dicentes
mentiebantur, mendaciis aũt non eſt attẽ
dendũ. Neq;.n. pp hoc in Chriſtum credi
diſſent, quia nec uiſis maioribus miracu-
lis crediderũt. Grego. Qui de cruce deſcẽ
dere noluit de ſepulchro reſurrexit. Plus
ergo fuit de ſepulcro reſurgere, q̃ de cru
ce deſcendere. plus fuit mortem deſtrue-
re, q̃ vitam deſcendendo reſeruare. Secũ
da ratio. hoc fecit ut nos inſtrueret. pri-
mo ne obediamus filiis diaboli & ſugge-
ſtionibus eorum. Multis.n. ſuadet diabo-
lus per ſua membra, ut deſcendant de cru
ce pnĩæ uel religionis, uel boni propoſiti,
& hoc quia uidet, ꝙ ſi perſeuerent quòd
fruſtra poſſedit eos tẽporibus ꝑteritis, cũ
per pnĩam remiſſionẽ cõſequantur. Vnde
ſm Guil. multi ſunt qui male confixi ſunt
in cruce ſua, qui nec in ea per horam re-
manent, qui tã ſæpe de ea decidunt. vel à
Deo forte putrida ſunt, ꝙ eos clauatura
non tenet. Quod n. videbimus qui in ſan-
cto die paraſceues cũ Chro dño crucem
aſcendunt, ſed ĩ ipſo ſancto die paſchæ ab
ea per infirmitatẽ decidunt uel per uiolẽ-
tiam i. malã cõſuetudinem, quę quodam-
modo hominem violentat ſe abrũpunt?
Contra n. Dei iuſtitiã faciunt, qui Dei iu-
ſtitia & iudicio pnĩali ſuſpenſos depẽdẽt.
Quis hoc contra iuſtitiã forenſem audeat
attentare, ut ab ea uel dãnatos uel ſuſpen
ſos dependere pſumat? Quod & ſi uideať
indultum latronibus uiſibilibus, ut ſe de
cruce põſt ſuſpenſionem ſi poſſint eripiãt.
Nulli tñ cõceſſum eſt ut latrones de cru-
ce depẽdat. Hãc iniuriam diuinæ iuſtitiæ
irrogant, qui à peragenda pnĩa pœniten-
tes quolibet modo auertunt. Illos enim
de cruce pœnitentiæ contra Dei iudiciũ
deponunt. Hæc Guiller. Secundum do-
cumentum ut exemplum patientiæ oſten-
deret & perſeuerantiæ. Non enim eſt pru
dentis opus inchoatum dimittere incom-
pletum, ne nos poſtea pœnitentias inchoa
tas deſerentes, uel in aduerſitate deficien
tes, dicamus nos hoc Chriſti exemplo fa-
cere. Vnde Grego. Si tunc de cruce deſcẽ
deret nimirũ inſultantibus cedens uirtutẽ
patiẽtiæ nobis nõ demõſtraret, ſed expe-
ctauit paululũ, tolerauit opprobria, irriſio
nes ſuſtinuit, ſeruauit patientiam, diſtulit
admirationem. Hinc & quidam nouitius
Pariſien. matri ſuæ volẽti eum de religio
ne retrahere ſic legitur reſpondiſſe. Chri-
ſtus propter matrem ſuã nõ deſcendit de
cruce, ſic nec propter te deſeram crucẽ pę
nitentiæ. Tertium documentum ſecun-
dum Guillermũ ad oñdendũ ꝙ non eſt ſa
lus niſi in cruce. ideo exemplo Chriſti ut
nõ deſeramus eam ipſe de cruce nõ deſcẽ
dit. Per ſimilem enim enim ſuggeſtionem
multis ſuggerit diabolus deſcendere de
cruce pœnitentiæ quaſi de cætero non eſ
ſet eis neceſſaria, & quod præterita meri-
ta ad ſalutem ſufficiant. Nuſquam.n. ali-
bi ſalus eſt chriſtiano niſi in cruce. Ad cru
cem enim non eſt fas accedere diabolo.
vulgo enim dicitur timere ſolam crucem
& aquam benedictam. ſuadet igitur ho-
minibus arcem ſuæ munitionis relinque-
re. hæc Guiller.

Quartum documentum quòd ſciant il-
li qui cruci pęnitentiæ & religionis inſer
uiunt, aut qui bene operantur in lege Dei
ſemper habere deriſores, ſicut & Chriſtus
vſque ad mortem deriſus eſt nec propte-
rea deſiſtant aut deſperent, ſed dicant de-
ridẽtibus illud Iudic. 9. Nunquid poſſum
deſerere vinum meum quod letificat Deũ
& homines & inter cætera ligna promo-
ueri. Quintum documentum eſt quod
ſicut fidelis nobis fuit dominus in certa-
mine crucis amore noſtri perſeuerando,
ita ut iudæis propter nos noluerit acquie-
ſcere, ſic & nos fideles in mandatis eius
perſeuerare debemus vſque ad mortem
fidelitatem ei in omnibus obſeruando.

Conſi-

N Deſcẽdere de cruce. Noluit Xps de cruce deſcendere pp multa

Confidit in Deum liberet eum ſi uult. Dixit.n.filius dei ſum.Secundum Gniller. quòd rn̄diſſe non legitur dn̄s blaſphemātibus & deridentibus tria nobis inſinuat. Primum, ꝗ nulla habenda eſt diſputatio uel altercatio cum inſanis & mentecaptis & blaſphemis,quia hoc aliquando magis eos acuit ad blaſphemandum & iurandū. Secundum quòd in tribulatione orationi & gratiarum actionibus potius vacādum eſt,quàm uerbis. Tertium quòd in certamine martyrij aut alterius tribulationis tota diligentia,immo totaliter docuit eſſe victoriæ inſiſtendum. & de malorū dictis nō curare. dū.n.gleba corꝑis ꝑ tormenta aſtringit,dū gladius hoſtilis dolorib' paſſionum ipſam animam vulnerat,quid ſtultius quàm ad modicum eipſum cū repugnatione & defenſione ſuſpēdere? gladiū tribulationis gutturi tuo admouit, & tu de ſtultorum cogitas deliramentis. Tertio deridebatur à latronibus.hinc dicitur & qui cum eo crucifixi erant conuiciabātur ei. idipſum & latrones qui erant cum eo improperabant ei.Vel ibi iuxta morem ſcripturæ ponitur pluralis pro ſingulari. vel in principio ambo conuiciabantur ei, & poſtea vnus conuerſus eſt,& pœnituit. In quo docemur patienter portare iniurias nobis à uilibus perſonis illatas. Grauiſſimum enim erat Chriſto à tam uili & deſpecta perſona opprobrium pati.

θ
*Crux xp̄i*
*Ad quas uirtutes referri poſſint ſeptē uerba Xp̄i ī cruce ꝓlata.*

Secundo principaliter Chriſtus in cruce locutus eſt ſeptem doctrinas ſeu ſeptē uerba quaſi in cathedra magiſtrali. Hinc dicitur in textu. Ieſus autem dicebat, ubi aduerte quòd dominus uoluit iſta ſeptem uerba imminente morte proferre, ut ea melius retineremus. Solent enim ultima morientis uerba ſi ſint alicuius ualoris mēti imprimi. Poſſunt autem ſecundum aliquos hæc ſeptem uerba referri ad tres uirtutes theologas & quattuor cardinales. Primo illud verbum, Deus meus ut quid me dereliquiſti,ad fidem dirigit. Oſtēdit enim quid fides poſſit in graui tribulatione,& quid agere debeant in ea poſiti. Cogitare enim debent quòd Deus pater vnigenitum quem tantum diligebat tribulationi tam graui expoſuit ut uideretur eū dereliquiſſe, & gaudere debet, quia pater cum ſic diligit ſicut vnigenitum dilexit. Ioannis decimoquinto. Sicut dilexit me pater & ego dilexi uos. Bernar. Quantumcunque ſeuiat tribulatio non putas te derelictum,ſed memineris ſcriptum eſſe, Cum ipſo ſum in tribulatione. Attendere etiam debet poſitus in tribulatione, propter quod à Deo flagelletur,quia (ut ait Gregorius.) ille ſolus de flagello murmurat, qui animam percuſſoris ignorat. Auguſtinus. Quid mirum ſi flagellat cuſtodiens dominus, quos grandes quærit hæredes? ſaltem debet intelligere qui flagellatur,quod uidetur iumentum agnoſcere cum percutitur, ſcilicet quòd eſt extra uiam.& ſic ponit ſe in uia, uel quod lēte incedit, & ſic incipit uelocius ire. Sic qui à domino flagellatur, ſi uidet ſe non eſſe in uia paradiſi debet ad eum redire. ſi in uia erat debet uelocius incedere plura bona agendo. Ad ſpem pertinet uerbū latroni dictū hodie mecum eris & cętera. Nullus enim locus deſperationi relinquitur,cum hoc exemplum diligenter attenditur. Vnde Auguſtinus loquens de latrone. Conſiderabat(inquit)facinora ſua & pro magno habebat ſi ei uel in fine parceret. & dominus ei Amen dico tibi &c. Miſericordia obtulit quod miſeria diſtulit. Ad charitatem pertinet illud uerbum pater dimitte illis &c ubi pro ſuis perſecutoribus nō ſolum orat, ſed etiam allegat & excuſat eos propter ignorātiam. In quo multi ſunt ei ualde diſſimiles, culpas inimicorum ſuorum nimis aggrauando. Ad prudentiam pertinet illud uerbum. pater in manus tuas &c. Prudentia apparet in periculo. Cum enim periculum imminet, & non poſſunt omnia conſeruari,prudentia intendit conſeruationem eius, quod melius eſt. Sic Chriſtus cum uehemens eſſet tribulatio eius quaſi non curans de corpore ſpiritum ſuum patri commendauit. Econtrario multi pro ſalute corporis diabolo ſpiritum tradunt. Ad iuſtitiam pertinet illud uerbum. Mulier ecce filius tuus. Magnæ enim iuſtitiæ fuit, quòd in tanto dolore poſitus non eſt oblitus prouidere matri ſuæ. Ad temperantiam pertinet illud uerbum. ſitio. Sitire ſe dixit. ſciens acetum ſibi fore propinandum. Econtrario multi tunc ſitire ſe dicunt. cum bonum uinum ſciunt ſibi propinandum. Licet enim non ſitirent, uini tamen ſapor eos ad bibendum





excitat,non ſitis. Ad fortitudinem uero pertinet illud uerbum. conſummatū eſt, quando omnia redemptionis opera ita complete & cum tanto certamine cōſummata ſunt. Primum ergo verbum fuit magnæ charitatis & miſericordiæ cū ait. Pater ignoſce illis. non enim ſciunt quid faciunt. Hæc autem oratio fuit cū lachrymis & clamore valido. Fleuit enim ſuper totum mundum, vt ipſius ſalutem impetraret. ſicut filius lachrymatur ante patrem vt ſuam obtineat petitionem, & vt hominem ad ſibi compatiendum prouocaret. Sed licet ita alte clamaret & ita ardenter fleret, miſer tamen peccator non compatitur. Omnis enim creatura ipſum clamantem audiuit. nec fuit ita ſurdus, nec in inferno, nec in mundo,nec in cœlo qui non audierit hunc clamorem excepto miſero peccatore. Sol obſcuratur, terra tremit, petre ſcinduntur. mortui ſuſcitantur. ſolus homo ſopitus letargia nō audit. Obturat enim aures ſuas amore terrenorum. Vnde ſecundum Bernardū quatter legitur Chriſtus fleuiſſe. Primo in infantia. vt ſe verum hominem oſtenderet. vt lachrymas ſupra riſum magis auctenticas redderet. & vt in ſe credituros in ſui amorem accenderet. Secundo ſuper Lazarum. vt exhiberet humanitatis officium vt compateretur amico quem ad pręſens exilium reuocabat. Tertio ſuper ciuitatem vt doctrinam quam inſtruebat diſcipulos pro perſecutoribus orare lachrymis confirmaret. & vt ſe fontem pietatis flendo ſuper tyrannides futuras oſtenderet. Quarto fleuit in cruce vt acerbitatem mortis inſinuaret. & nos ad compatiendum ſibi excitaret, & ut patrem ad miſerēdum humano generi prouocaret. Hac quoque voce conſtructum eſt oratorium Chriſtianę religionis. in quo tam vehemens & fortis oratio facta eſt & cū lachrymis emiſſa, vt auribus paternis intonaret & exaudiretur pro reuerentia ſua. Tanta modulatio in ea oratione fuit, ut non ſolum cordis & oris clamor,ſed etiā totius corporis reſonaret. & vt cęlum,terrā,& inferos, immo & inimicos proprios ad concordiam compellet. Habemus autem in hoc uerbo quattuor documenta.

P
*Paſſio Chriſti.*
*In eo* ꝗ

Primum eſt vt cum aliorum mala narramus nunquàm ipſa aggrauamē. exemplo Chriſti qui peccatum tam grande excuſat apud patrem. cōtra promotores & aduocatos dyaboli facientes partē ſuam bonam. & aliorū peccata maiora quàm ſint. de quibus poſſunt dicere accuſati. Supra dorſum noſtrum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatē ſuam. & Iob. 16. Oſtendam uos fabricatores mendacij. Hi ſunt ſicut dæmones qui depinguntur in ſiniſtra lancæ ſtatere ſancti Michaelis. ut augeant pondus peccati. Zach. 5. Talentum plumbi apponitur ſuper ollam in qua erat iniquitas. Orauit autem pro populo qui legem neſciebat teſtimonio ſacerdotum dicentium. Maledicta turba hæc quæ non nouit legem. Cuius orationem exaudibiliorem reddebāt vulnera eius & ſanguis qui fundebatur Dicit Ariſtoteles. 1. de probleumatibus ꝗ ſi puteus aut lacus in domo fuerit, maior cauſabitur ſonus. In corpore Chriſti multi fuerunt putei quos foderunt iudæi quādo foderunt manus & pedes. Ideo putei illi reddiderunt ſonum orationis eius multo maiorem & apud Deum audibiliorē. immo & preces noſtras quando in virtute paſſionis eius fiunt, reddūt exaudibiliores. Bernardus. Securum habes acceſſum o homo ad Deum vbi mater ante filium. filius ante patrem. mater oſtendit filio pectus & ubera. filius patri latus & vulnera. Non poterit eſſe repulſa, vbi tot ſunt charitatis inſignia. Secundum documentum eſt iniurias nobis factas propter nomen Chriſti cito remittere. & vltionem pro eis non expetere contra multos qui od a ſua tenent in mente. ſimiles cani qui cum non poteſt ledentem ſe mordere, lapidem ſibi proiectum conatur dētibus rodere & portare. Contra illos ſimiliter qui nunquàm ceſſant quouſque vlciſcantur, & maiori uindicta quàm fuerit grauis cōtra eos offenſa. Vnde Auguſtinus. Vox eſt carnificum. ſicut peccauit ſic puniatur vox Chriſtianorum ſicut cecidit ſic releuetur. ſicut dolet ſic curetur. Tertium documentū eſt ꝗ nemo deſperare debet quandiu viator eſt quantumcunq; grande peccatum commiſerit de ſalute ſua. quādo uidet dominum orantem pro ſuis perſecutoribus & pro deicidis. Hinc Auguſtinus. Quid conuerſo non ignoſcetur ſi ſanguis Chriſti fuſus ignoſcitur? Quis homicida deſpe

*Chriſtus petebat ignoſci crucifigētibus quattuor habemus documenta.*

ret, ſi in ſpem redditus eſt. a quo ēt Deus occiſus eſt? Quartū eſt ꝙ in nobis Chriſti exēplo ſic debet abūdare charitas vt inimicos diligamus, & pro ipſis oremus. ſicut & Chriſtus orauit. Emmolliatur ergo cor noſtrum iuxta Pſalmiſtæ dictum. Hodie ſi vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtra. Bernardus. vide nūc opera dñi quæ poſuit prodigia ſuper terrā. Flagellis cęſus eſt. ſpinis coronatus. clauis cōfoſſus eſt affixus patibulo. opprobriis ſatiatus. oīum tñ dolorū immemor. ignoſce ait illis.

*Q. Paſſio Xpi. Vtrū crucifigentes dñm cognouerīt ipſum eē Xpm.*

Circa hoc quæritur an crucifixores Chriſti cognouerūt ipſum eſſe Chriſtū. Et videtur ꝙ non, quia ait dominus. neſciunt quid faciunt. & 1. Cor. 2. Si cognouiſſent nūquàm dñm gloriæ crucifixiſſent. Et Act. 2. dicit Petrus. Scio fratres ꝙ per ignorantiam fęciſtis. ſicut & Principes ueſtri. Dicitur ꝙ quadruplices fuerunt Chriſti crucifixores. Primi fuerūt crucifixionem ſuggerentes. ſ. demones. & tales cognouerant ipſum eſſe Chriſtū promiſſum in lege licet dubitatiuæ, & rōnes haberent ad vtrāq; partem. & ideo mortem eius procurauerunt quouſque perfectè & ſine dubio eum eſſe talem cognouerunt. Secundi fuerunt principes iudæorū, & iſti primo cognouerunt eum (vt dicit Auguſtinus lib. noui & veteris teſtamenti) eſſe Chriſtum promiſſum in lege, eo ꝙ ſigna omnia ſui aduentus quæ dixerunt ꝓphetæ futura uiderunt in eo impleta. iuxta illud Ioan. 15. & uiderunt & oderunt & me & patrem meum. uiderunt. ſ. omnia impleta. Secundo cognouerunt ipſum eſſe verum Deum, quia cognouerunt ſcripturas de eo expreſſe dictas quæ expreſſe dicunt & oſtendunt ſuā diuinitatem, quæ aliter niſi corruptæ non poſſunt exponi. Sed tamen ſicut uidemus ꝙ incontinens verè cognoſcit ꝙ non eſt fornicandū & ita iudicat. adueniente tñ paſſione uincitur & iudicat tunc eſſe fornicandū, ita ꝙ paſſio illa impedit actualem conſiderationem ueram in particulari, & ſi paſſio ſemper duraret, ſemper ſic iudicaret. Sic iudæorum principes habuerunt ueram æſtimationem de Chriſto in principio. ſed quando incępit contra eos prædicare excati fuerunt contra eum paſſionibus iræ, rācoris & inuidię. quibus paſſionibus impediebantur ab actuali conſideratione veritatis præhabite de Chriſto. ideo Machinati ſunt in eius mortem & ſcripturas cœperunt tortuoſæ & corruptæ exponere. Sap. 2. Excecauit enim eos malicia eorū. Dicunt tamen quidam ꝙ noticia illorū quam habuerunt de Chriſto per ſcripturas erat ſolum probabilis: quia ſcripturæ poſſunt variæ exponi, ſed non erat certa. ideo licet a principio crediderint ipſum eſſe Chriſtum & filium Dei tamen poſtea per iram & rancorē ſunt deprauati & ad oppoſitum conuerſi. Tertii crucifixores fuerunt ſimplices iudęorum populi qui legis occulta non cognoſcebant, ſed tantūmodo ea quæ ad ſalutem ſufficiebant, & iſti cognoſcebant bene eum eſſe virum iuſtum & prophetam, ſed non filium Dei. tamen fuerunt a principibus ſeducti & decepti, propter quod mutauerunt opinionē, & una cum principibus eum tanquàm malefactorem procurauerunt occidi. Quarti fuerunt pagani & ydolatræ Pylatas & milites eius, & iſti tantum ex auditu cognoſcebant eum eſſe uirum iuſtum, nec legē ſciebant. ideo iſti minus cæteris peccauerunt. Sacerdotes autem grauius quàm ſimplices populi. Vnus autem de hiſque pendebant latronibus blaſphemabat eum dicens. Si tu es Chriſtus ſaluum fac temetipſum & nos. Reſpondens autem alter increpabat illum dicens. Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es? Et nos quidem iuſtę. nam digna factis recipimus, hic autem nihil mali geſſit. Et dicebat ad Ieſum. Domine memento mei dum ueneris in regnum tuum. Sed quęritur quomodo conuerſus eſt iſtæ latro. Dicit Hieronymus in Matt. ꝙ primo vterque latro blaſphemauit. de hinc ſole fugiente, terra commota, ſaxiſque diruptis & ingruentibus tenebris credidit in Ieſum, & ſequenti confeſſione priorem negationem emendauit. Alij dicunt ꝙ hora qua fuit Chriſtus crucifixus erat quaſi ſexta & ſol vigebat & vmbra Chriſti cadebat ſuper latronem dextrum & nō aliū. Chriſtus. n. cæteris altius ſuſpenſus erat & propter vmbram Chriſti dicunt ipſum ſpiritualiter fuiſſe ſanatum. Si enim vmbra Petri Act. 5. infirmos ſanabat, quantomagis vmbra Chriſti? Secundum uerbum fuit ad ſpem maxime inductiuum. Dixit enim illi. ſ. latroni Ieſus. Amen dico tibi, hodie





*R. Crux Xpi. In ea ꝙ xps ī cruce promiſit paradiſum latroni in quattuor inſtruimur.*

die mecum eris in paradiſo. In quo habeť quadruplex documētū. Primū ꝙ in Chriſti cruce eſt oīs ſalus, ita vt ī ea primo palā fecerit ſalutē. Per lignū. n. Adā latro expulſus eſt de paradiſo. ſed hodie poſt xpm per lignū crucis primus intrat latro paradiſum. Chriſo. Quid eſt dñe, crucifixus es clauis retineris, & paradiſum tam facile polliceris? Volo (inquit) vt in cruce poſſint oēs meā inuenire uirtutē vt in ligno mea largitas demonſtreť, & qm̄ crux dedecoris fuerat ſignū, & apud oēs ignominia putabatur, crucis infamiā mirādis beneficiis decorauit. Secūdū documentū. ꝙ iniurias Dei nullatenus tolerare démus ſed reprehendere, ſicut fecit iſtæ latro. Tertiū eſt ꝙ quantuncunq; ſimus peccatores de Dei mīa nullatenus deſperemus quia etiā in fine pœnitentiam meritoriā agere poſſumus, exemplo iſtius latronis. Nulla. n. eſt pœnitētia ſera, dummodo ſit vera. Hoc aūt erit ſi ad exemplū iſtius latronis habeamns veram peccatorū cognitionē cū contritione. Vnde dicit. Nos quidem digna factis recipimus. Secundo ꝙ exēplo eius habeamus uerā fidem. Regnaturum. n. credidit quē ſecum morientem vidit. Tertio ueram ſpem quam ēt habuit dum regnū eius habere poſtulauit. Quarto charitatem quam etiam habuit quia ſe accuſauit. ſocium de iniquitate reprehendit, & Chriſtum innocētem oſtendit. Nō eſt tñ ſecurum uſque ad finem expectare ad pęnitendum, quia priuilegia paucorū non faciunt legem cōem. Pauci etiā ſunt qui in morte verè pœniteant. Monſtrum enim eſſet ꝙ lupus haberet caudam ouis. Sic monſtrum eſt ꝙ uita rapacis uſurarii habeat bonam caudam uel finem. Quartum documentum eſt ꝙ Chriſtus multū deſiderat peccatorū ſalutem. Primo quia propter peccatores de cœlo vbi nullus erat peccator venit ad terrā vbi erāt peccatores, & uiuendo ſe familiarē eis exhibuit. Matth. 9. ecce multi publicani & peccatores venientes diſcumbebant cum Ieſu. Et ſicut in vita hac mortali ſocietatē cum eis, ſic & in morte latrones ſocios habuit, & uni eorum memoriā tātummodo ſui petenti regnum repromiſit. Ambroſius. pulcherrimum dat conuerſionis exēplū ꝙ tam cito latroni venia relaxatur, & vberior eſt gratia quàm præcatio. Semper enim dñs plus tribuit quàm præcatur. Ille rogabat ut ſui memoriā haberet dū ueneritin regnum ſuum, ſed iſte obtulit regnum. Sed circa hoc quęrit Chriſoſt. Nonne imperatori uel poteſtatē habenti iniurioſum putatur, ſi perſonam viliſſimā ſui actus accipiat participem & maxime in ſui regni ingreſſu? Sed inquit Chriſo. hoc non fuit iniuriæ Chriſto. Nā ſe cū eum duxit non confundens calcantibus latronis pedibus paradiſum, ſed ſibi honorem præſtans. Honor etenim loci eſt talē dñm habere qui latronem reddidit dignum paradiſo. Nam & cum publicanos & fornicarios introduxit ad regnum cœlorum, paradiſum non infamauit ſed multo magis honoribus ampliauit. qui & indignas facit meliorari perſonas, intantū ēt ut illius dignitatis gloriam mereretur. Nam ſicut medici amplius admirantur cū egrotos omni ſpe deſolatos arte propria curauerint. ſic Chriſtū noſtrum medicum iuſtum eſt admirari donantem vulneribus ſanitatem, & latroni ſalutem perpetuam largientem. Tertium uerbum fuit magnæ æquitatis & iuſticiæ quando in extrema mortis anguſtia poſitus dominus, nō eſt oblitus prouidere matri ſuæ. Et propter hoc verbum explicandum præmittit euangeliſta. Stabant autem iuxta crucē Ieſu mater eius & ſoror matris eius Maria Cleophæ & Maria Magdalenæ. Stabat enim dominus in cruce habens faciem uerſus occidentem, & Maria & Ioānes uerſus Orientē ad Chriſti faciē iugiter lachrymas fundebant, nec ſtetit virgo ſub cruce ad aquilonē vt fabulantur quidā, ſed contra faciē filii ad occidentem, aliquantulum tñ declinans ad auſtrum. Monſtratur enim ibi adhuc locus & a fidelibus veneratur, ubi cum aliis mulieribus ipſa ſtetit. In quo eſt unum ſacellum extra eccleſiam ſepulchri ſed coniunctum muro eiuſdem eccleſię. Nec maria ibidem fecit geſtus inutiles. ut quidam delirantes ſcribunt & pingunt crines euellendo, aut ad terram procumbēdo. ſed illa ſtabat bene & decenter compoſita lachrymis faciem rorans. Et ſecundū Ambroſium nū tantū ſtabat iuxta crucem ut mortem aſpiceret, aut ut filii dolorē cōſideraret, ſed ut ſalutem humani generis expectaret, parata ipſa offerre fi-

lium ſuum Deo pro ſaluatione mundi.
Hæc Ambroſius. immo lebentius in cru-
ce ſtetiſſet cum filio fixa. Vnde de ea in ꝓ
ſa dicitur. Nato quæſo parcite, matrem
crucifigite, aut in crucis ſtipite, nos am-
bos configite, male ſolus moritur. O qua
le bellum erat in corde virginis. Erãt ibi
duo amores, & duo dolores, ſcilicet amor
filii quo amore nolebat ipſum pati, & a-
mor generis humani quo uolebat ipſum
mori. Certabat etiam dolor de perditio-
ne filii, & dolor de perditione generis hu
mani quo uolebat ipſum pati. O uirgo
Maria in partu uix ſciuiſti te matrem eſſe
quia dolorem partus non ſenſiſti. nunc te
matrem noſcis, quia non dico dolorem
partus ſed dolorem ineſtimabilem omnẽ
alium excedentem ſuſtines. Ait enim Da
maſc in 4. ſent. cap. 6. quòd dolores quos
non ſenſerat in filii parturitione, nunc ge
mĩnabantur ſibi in paſſione. Vnde imple-
tum eſt in ea illud Tren. 1. Egreſſus eſt a
filia ſyon omnis decor eius. Magna eſt ve
lut mare contritio eius. Hinc propter paſ
ſionem matris hodie cum filio factam le-
gitur euangelium Ioãnis hac die ſancta,
quia in eo deſcripſit Ioannes ſimul cum
paſſione filii paſſionem matris. Vel hoc
ideo ſecundum hiſtor. ſco. quia Ioannes
crucifixioni aſtitit, uel quia ultimus inter
omnes ſcripſit, ideo vltimum legitur.

S
*Crux xp̃i Maria. In eo ꝙ maria aſſiſtebat cruci in multis edocemur.*

In hoc habemus tria documenta. Pri-
mum quòd exemplo Marię omnes iuxta
crucem domini Ieſu debemus ſtare, &
hoc propter quinque. Primo ut ipſi Chri
ſto pro nobis paſſo, & etiam virgini ma-
tri aſtanti compatiamur. Vnde Anſel
mus. Tu cum matre & Ioanne accede ad
crucem & perfuſum pallore vultum co-
minus intuere. Quid ergo tu ſine lachry
mis amantiſſimæ tuæ domine lachrymas
uidebis? tu ſiccis manes oculis, & eius
animam per tranſit gladius doloris.
Quicquid enim crudelitatis inflictum eſt
corporibus martyrum, leue fuit aut po-
tius nihil comparatione ipſius ſuæ paſſio
nis. Secundo ut paſſionem eius menti
firmius imprimamus. Ea enim quæ in
conſpectu noſtro ſunt firmius imprimi-
mus. Crux enim uexillum eſt eccleſiæ.
iuxta quam ſe debent tenere omnes qui
ſunt de exercitu Chriſti potius mente
quàm corpore. Canticor. 2. columba
mea in foraminibus petre. Petra Chri-
ſtus eſt in ſtatu crucis, ipſo dicente. Eſa-
iæ. 50. poſui faciem meam ut petram du-
riſſimam. Petra enim flecti non poteſt,
& ſi poſſit frangi. Sic Chriſtus ad ma-
lum inclinari non potuit, licet potuit oc-
cidi. eſt igitur petra. Columba eccle-
ſiam ſignificat quæ ſponſo ſuo Chriſto
quantum ad prolem ſpiritualem fecun-
da eſt, fœlle malicię caret gemitum pro
cantu habet. Hæc moratur in foramini-
bus petre, id eſt in uulneribus Chriſti
meditando. Iuxta illud Eſaiæ. 38. me-
ditabor ut columba. Eccleſia enim ut
columba gemendo meditatur, quando
cum gemitu paſſionis domini recorda-
tur. Vnde Bernardus. Hac memoria
abſorptus quiſquis ait. Domine quo-
cumque iero ſemper te in cruce uideo.
Tertio ut intendentes quanta paſſus eſt
pro nobis tormentis eius non addamus.
iuxta illud Pſal. Super dolorem uulne-
rum meorum addiderunt. Heb. 6 rurſum
crucifigentes ſibimetipſis filiũ Dei. Quar-
to ut attendentes quàm care Chriſtus
nos emerit, de cætero ei iniuriam de no-
bis non faciamus, ſed ſibi nos ſine diffi-
cultate reddamus. Multum offenditur
quis cum amittit quod care emit. Quin-
to ut ad Dei amorem inflammemur. Ber-
nardus. ſuper omnia amabilem te mihi
reddit bonæ Ieſu, calix quem bibiſti tuæ
paſſionis. Quare enim amat filius matrẽ
niſi quia pro eo tanta paſſa eſt. Thom. 4.
honorẽ habebis matri tuæ, omnibus die-
bus uitæ tuę. Memor enim eſſe debes quæ
& quanta paſſa eſt pro te in utero ſuo.
Nulla autem mater tanta paſſa eſt pro fi-
lio ſuo, quanta Chriſtus pro nobis. Se-
cundum documentũ eſt ꝙ omnis qui in a-
maritudine animę ſuæ eſt iuxta crucẽ Ie
ſu aſtitit. Inde tres mariæ illic deſcriban
tur aſtitiſſe, demonſtrantes triplicem ſta-
tum. Primus eſt peccatorum & incipien-
tium cõuerti ad Deum, qui repreſentatur
per Mariam Magdalenam nuper peccatri
cem. Secundus eſt ſtatus proficientium in
operibus actiuę uitæ, qui intelliguntur ꝑ
Mariam Cleophæ quæ generationi inten
debat. Habuit enim quattuor filios ſan-
ctos. Iſti enim generationi bonorum pro-
poſitorum & operum intendunt. Tertius
eſt perfectorũ & cõtẽplatiuorũ, qui ꝑ Ma
riam



riam matrem Chriſti intelliguntur, qui
ſemper mente & operæ Chriſtũ gerũt, ſi-
cut Maria q̃uq; corpore, ſemper tñ eum
mẽte geſſit. Vel per mariam Magdalenã
intelliguntur aſtare cruci qui ſunt ama-
ro animo ꝑꝑ pctã ſua, & tales hñt amari-
tudinẽ contritionis. Per Mariã Cleophæ,
qui amaritudine in corde hñt ex immi-
nente ſibi aduerſitate vel tribulatione. &
tales habẽt amaritudinẽ triſticiæ & dolo
ris. Per Mariã matrẽ Chriſti illi intelli-
guntur qui proximorũ miſeriæ & Chriſti
paſſioni cõpatiuntur, & hæc eſt amaritu-
do cõpaſſionis. Tertiũ documẽtum ꝙ oĩs
auſteritas pœnitentiæ quantũcũq; magna
(ſi tñ diſcreta) eſt iuxta crucẽ Ieſu, & non
dũ tales ſic faciẽtes ſunt ĩ cruce Ieſu. Mar
tyres. n. fuerunt in cruce Ieſu fixi, qui non
ſolum bona tẽporalia ac voluntatẽ ſed &
vitam pro Chriſto poſuerunt, ſicut Chri-
ſtus vitã ſuã poſuit pro nobis. Iuxta cru-
cẽ ſunt boni religioſi qui uolũtatẽ & mũ
dũ dereliquerũt. vitã tñ pro xp̃o non ex-
ponunt. Qui uero pro pctĩs ſuis pęnitent,
hi cruci boni latronis affixi ſunt. Sed qui
in rapiendo & male agendo tribulantur
& punguntur (ſicut in principũ curiis mul
totiẽs videmus) hi cruci mali latronis affi
xi ſunt, qui multa quidem mala ſentiũt &
portãt, ſed hoc eis nõ proficit ad ſalutem,
ſed magis initiat dãnationem. Cum vi

T
*Maria. Maria ẽ mater eccleſiæ quinque modis.*

diſſet ergo Ieſus mr̃em & diſcipulũ ſtantẽ
quẽ diligebat, dixit mr̃i ſuæ. Mulier ecce
filius tuus. Deĩde dixit diſcipulo. Ecce mr̃
tua. Secũdũ Hugonẽ ex hoc loco ecce mr̃
tua, intelligitur ꝙ uirgo btã non ſolũ Io-
hanni in mr̃em traditur ſed toti eccleſię.
Sicut. n. ſm grãmaticos aliquis dr̃ pr̃ geni
tura, cura ętate, honore, & affectu. ſic ma
ria his quinq; modis dr̃ mr̃. Primo dr̃ mr̃
genitura, quia ſicut xp̃s nos genuit verbo
veritatis ad eſſe ſpũale grãæ qđ perfectius
eſt q̃ eſſe naturale, & hoc in cruce patien
do, ſic Maria nos genuit & peperit in ma-
ximis doloribus filio cõpatiẽdo. Sic expo
nit Albertus Magnus illud Eſa. vlt. ꝑturi-
uit ſyõ filios ſuos. i. Maria q̃ ſpeculabatur
myſteriũ paſſionis. Interpretatur. n. ſyon
ſpeculatio. Parturiuit ãt ſummę cõſulẽdo
in paſſione filii. Secũdo dr̃ mr̃ cura. Eſa.
49. nũquid põt mulier obliuiſci infantem
ſuũ vt nõ miſereatur filio vteri ſui? q. d. nul
lomõ ſed magnã curã hȝ vt ei prouideat
de alimẽto & neceſſariis. Et quãuis amor
pr̃is ad filiũ ſit ſolidior, amor tñ mr̃is eſt
tenerior. & hinc eſt ꝙ paruulus magis re-
currit ad mr̃em pro his quæ vult, q̃ ad pa
trẽ. quia experitur magis a mr̃e q̃ a patre
obtinere qđ petit. Quãta aũt cura ſit ma-
riæ de nobis patet. Nã omnibus aperit ſi-
num miſericordiæ ſuæ, nec eſt qui ſe ab-
ſcondat a calore beneficiorum eius. Vn-
de Bernardus. Sileat miſericordiam tuã
o uirgo beata quicunq; in neceſſitatibus
ſuis te inuocatam ſibi defuiſſe ſenſerit. Si-
cut enim curã habuit vt prouideret apud
filium in nuptiis in chana Galileæ de de-
fectu vini, ſic habet curam ut nobis filiis
ſuis de gratia prouideat oportuna, ne in
iram furoris domini incidamus. Hinc ait
ſapiens Eccleſ. 36. vbi non eſt mulier in-
gemiſcit egens, nec aliquis ſanctorum
ita reperitur ſuccurrere & compati in-
firmitatibus noſtris ſicut hęc mulier. Ter
tio eſt mater antiquitate, ſicut homines
antiqui dicuntur patres, ſic mulieres an-
tiquæ dicuntur matres. Sed quæ antiqui-
or Maria quæ dicit, ab initio & ante ſæ-
cula creata ſum? Creata fuit in mente
diuina ante ſæcula, id eſt, ab ęterno præ
deſtinata vt eſſet mater Dei & inde no-
ſtra. & uſque ad futurum ſęculum, id
eſt, uſque ad uitam alterius ſæculi nõ de
ſinit omnibus eius miſericordiã inuocan
tibus miſericordiam exhibere. Quarto di
citur mater dignitate & honore. Sicut qui
ſunt in dignitate conſtituti dicuntur pa-
tres, ita & mulieres in dignitate prælatio
nis poſſunt dici matres, ut abbatiſſæ. Sed
quę dignior & honorabilior Maria, quæ
(iuxta illud quod canit eccleſia) regina
cœlorum & dña angelorum uocari digna
eſt, & quæ eſt fœlix & omni laude digniſ
ſima, & oĩum virginum & puellarũ uirgi
nitatem obſeruantium dicitur mater &
abbatiſſa? Iuxta illud Pſal. Adducẽtur re
gi virgines poſt eã. Quinto dicitur mater
ex affectione ad bonum populi. ſicut ex
affectione ad populum iudæorum Zarias
pater eorum dicebatur. 2. Machabeo. 14.
Sed nunquàm aliquis ſanctus uel ſancta
ita affectus eſt ad ſalutem & ad omne bo
num populi Chriſtiani, ſicut Maria. Vnde
cum Chriſtus uellet tribus lanceis mũdũ
perdere propter tria mundi uicia ſuper-
bię, luxurię, & auariciæ. uirgo Maria pre

cibus ſuis obtinuit dilationem ſententiæ dicens ſe in mundū miſſurā ſanctos quoſdam prędicare. Hæc eſt.n. mulier thecuites ſapiens, quæ recōciliauit & ſemper reconciliat ſtultum abſalonē patri ſuo Dauid. 2. Reg. 14. Hæc eſt rebecca quæ filiū ſuum Iacob docuit refectionē patri ſuo offerre ſuauem cum ueſtibus odoriferis uirtutum, ut benedictionem patris, id eſt, gloriā eternam obtineret. Eſt inſuper illa Berſabeæ quæ ſuis precibus obtinuit a Dauid regnum ſuū Salomoni. 2. Reg 15. Vnde Anſel. lib. de concep. uir. c. 15. O domina ſi tuus filius factus eſt per te frater noſter, nonne tu per illum facta es mater noſtra? Ecce (inquit dn̄s) mater tua. O peccator hō gaude & exulta, non eſt unde deſperes non eſt unde formides, quicquid iudicabitur de te, totū pendet ex ſententia fratris tui & matris tuę. Et ibidē. c. 16. O beata fiducia, o tutū refugiū. Mater Dei eſt mater noſtra, iudex noſter eſt frater noſter. Qua ergo certitudine debemus ſperare, qua conſolatione poſſumus timere, quorum ſiue ſalus ſiue dānatio de boni fratris & bonę matris pendet arbitrio.

Sed ibi aduerte ꝙ ſicut neceſſaria fuit Chriſti paſſio ad ſaluandum, ita neceſſaria fuit cōmendatio diſcipuli ad matrem propter auxilium. Cum.n. ſit triplex hoīs ſtatus in uita, in morte, & poſt mortē. in omnibus illis adiuuat pia mater. Hinc & eccleſia canit, maria mater gratiæ &c. Adiuuat.n. in vita impetrando perſeuerātiam gratiæ iuſtis & mīam peccatoribus. Vnde dicitur Maria mater gratię mater miſericordiæ. Secundo in morte eo ꝙ dęmones morientibus inſidiātur. & ſi quod in eis ius habent exquirunt. Sed maria animas in morte protegis & hoſtes expellit. ideo ſubiungitur. tu nos ab hoſte protege. Tertio poſt mortem quia ibi ſunt dæmones rugientes animam deuorare volētes. Sed Maria animas ſibi deuotorum in morte ſuſcipit, & in cęlum deducit. ideo ſubditur, & hora mortis ſuſcipe. Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuam. Sed quæritur an Ioſeph tempore paſſionis viueret. Et videtur ꝙ ſic ex dicto Ambroſii. quod recitatur in decretis. 27 q. 2. ꝙ autem. vbi uidetur dicere Ambroſius ꝙ adhuc tunc viuebat. Videtur enim dicere ꝙ tunc detracta eſt Maria Ioſeph & commendata Iohanni. Sed quicquid ibi dicatur, melius dicitur ꝙ tunc Ioſeph mortuus erat, & ut dicit de gerſōno. ut putatur modicum ante prædicationem & manifeſtationem Chriſti in Iſrael, quando tunc Maria ſequebatur Chriſtum vbique prædicantem. Nec enim Ieſoph uiuente qui ita eam multo tempore fideliter cuſtodierat eam dn̄s a Ioſeph abſtraxiſſet, qui erat virgo. vt Hieronymus teſtatur in epiſtola ad Hæliudium. immo Chriſtus multorum dediſſet exemplum diuortiorum. Dicitur ſecundo ꝙ hoc nō caret myſterio Ioſeph enim interpretatur augmentum. Prouidebat vtique virgini poſt ſubtractionem Ioſeph, id eſt augmenti tpalium. In quo ſignificatur ꝙ cum abſtrahitur aliquibus temporalium abūdantia & prouiſio vt patet in tranſeuntibus ad religionem. tunc maxime dn̄s incipit eis prouidere, ubi ante non prouidebat. Iuxta illud p̄s. Qm̄ pater meus & mater mea dereliquerunt me, dn̄s autem aſſumpſit me.

V
*Maria. Quòd Maria adiuuat ante mortem in morte & poſt mortem.*

X
*Maria. Vtrū Ioſeph ante paſſionem obierat.*

Quartum uerbum ſuit fidei maxime directiuum. de quo euangeliſta. Et circa horam nonā exclamauit Ieſus uoce magna dicens. Hely hely lamazabathani. hoc eſt Deus meus, Deus meus vt quid me dereliquiſti? Triplici enim rōne dn̄s hominem ſic in dolore & tribulatione derelinquit quando iuſtus eſt. Primo vt affectus animæ eius ad ipſum probetur. ſicut ſponſus zelotipus ſe ſubtrahit præſentialiter & fingit ſe longius iræ. iuxta illud Deuter. 32. abſcondā faciem meam ab eis, & cōſiderabo nouiſſima eorum. Sic dimiſit beatum Antonium, ſic multos ſanctos. Cum autem videt animam conſolationes tēporales quæ ſunt quaſi adulterine ſollicitationes reſpuere, & attritā uerberibus ad ſponſum ſuum anhelare. tunc cum ampliori dulcedine & gratiarum plenitudine reuertitur. iuxta illud p̄s. Renuit conſolari anima mea. memor fui Dei & delectatus ſum. Quando enim mercator de longinquis partibus adueniens ſponſę ſuę affert munuſcula. gratioſius & deuotius recipit. Secunda ratio. vt animæ deſiderium creſcat & augeatur. Dicitur enim quòd in charo tempore magis homines eſuriunt & fames inualeſcit. Sic ſpiritualiter ſecundum Gregorium deſideria aduerſitate creſcant. ſicut ignis flatu præmitur et

*Y Derelinquere. Quare Deus derelinquit iuſtos ad tempus.*





creſcat, & tamen extinguitur vnde roboratur. Tertia ratio eſt ut per hoc æterna ſeparatio timeatur. Gregorius. Mala quæ nos hic præmunt ad Deum nos iræ compellunt. Hier. 2. Scito & uide quia malum & amarum eſt dereliquiſſe dominum Deum tuum. Ex quibus poſſumus trahere duo documenta. Primum ſecunda Guillermum quòd in omni tribulatione & in omni diſcrimine tentationis maxime derelinqui timeamus. dum de ſola derelictione ad Deum patrem defert orationis ſuæ quærimoniam. Secundum eſt quòd homo non debet deſperare in tribulatione ſi non cito ſentiat auxilium, quando diuinitas quæ erat ita prope humanitatem Chriſti per vnionem ypoſtaticam iuncta, non adiuuabat eum conſolando & paſſionem mitigando. Quæritur circa hoc vtrum humanitas Chriſti ſic fuerit a diuinitate derelicta quòd fuerit ab ea ſeparata. Et uidetur quòd ſic. quia dicit Chriſtus ſe ſic derelictū eſſe a Deo. Deus meus (inquit) vt quid me dereliquiſti ſed Deus & deitas idem ſunt. ergo. Oppoſitum dicit Damaſce. in tertio ſententiarum. quod Deus ſemel aſſumpſit nunquā dimiſit. Reſpondetur per quinque propoſitiones. Prima eſt. diuinitas nunquàm fuit a Chriſti carne ſeparata. Probat Bonauentura in tertio. diſtinctione. 21. Primo quia liberalitas ex parte aſſumentis. quia quando Deus dat aliquod domum nunquàm ſubtrahit illud ſine culpa. Cum ergo in humanitate nulla culpa interuenerit, non decuit diuinam liberalitatem quam ſibi ſemel vnierat carnem a ſe ſeparare. Secundam rationem ſubiungit. quia multo maior eſt gratia vnionis per quam diuinitas carni unita eſt in perſona Chriſti quàm gratia adoptionis qua alii ſanctificantur. ſed ſecunda non perditur ſine culpa. ergo nec prima. ſed i Chriſto nulla fuit culpa. ergo. Vnde ſecundū Magiſtrum in 3. diſtinctione. 21. allegantem Auguſtinum. diuinitas eſt velut hircus emiſſarius qui altero hirco immolato in ſolitudinem mittebatur. Humanitate ergo immolata diuinitas in ſolitudinē abiit, id eſt in cœlum. Hinc & eſitius ſuper Leuit. 16. in ſolitudinem, id eſt in cœlum tempore paſſionis diuinitas abiiſſe dicitur, non locum mutans, ſed quodammodo uirtutem cohibens. ut poſſent impii conſummare paſſionē. Abiit ergo, id eſt virtutem cohibuit. & portauit iniquitates noſtras non vt haberet ſed vt conſumeret. Secunda propoſitio. Alia Chriſti non fuit a diuinitate derelicta. Probat Bonauen. 3. diſtin. 21. ꝙ nec Deum hoc decebat, qui ſibi indiſſolubili vinculo & matrimonio eam coniunxerat. Sicut enim non decet virum relinquere vxorem, ſic nec verbum Dei ab anima ſeparari. Nec nobis hoc expediebat. quia ſi facta fuiſſet ſeparatio, anima illa nec habuiſſet potentiam ad capiendum genus humanum captiuum. nec mediatricis officium ad recōciliandum. & neutrum erat expediens ſed potius eius oppoſitum. Nec animæ congruebat. quæ innocētiſſima & beatiſſima non poterat uelle ſeparari a uerbo. ergo.

*Z Derelinquere. Vtrum humanitas Chriſti derelicta fuerit a diuinitate.*

Tertia propoſitio ſecūdum Hugonem de ſctō Vict. lib. 2. de ſacramentis par. 1. cap. 10. ideo dereliquit diuinitas humanitatem. quia auxilium non contulit. non autem dereliquit. quia præſentiam nō abſtulit. protectionem ſubtraxit. ſed non ſeparauit vnionem. Exemplum. uado (inquit) per uiam mecum pergis, ſimul ambulamus. ſecutus ſum quaſi amicū meū mecū habens. Venit hoſtis meus me vulnerans. tu me plagari cernens nihil moueris ſed patienter ſuſtines ſtans iuxta & nō curans vulnera mea. Tunc dico tibi. Vt quid me dereliquiſti? adhuc ſtas iuxta me. & cauſor te receſſiſſe a me. iuxta es loco ſed longe es auxilio. Hæc Hugo. Quarta propoſitio. Chriſto patiente natura diuina nihil in Chriſto patiebatur. Patet. quia illa natura eſt impaſſibilis. Sicut enim arbor ſole irradiata ſcinditur radio illęſo. & homo ſolis lumine ſibi coniuncto verberatur & plagatur, lumine ſibi cōiuncto nihil patiente. Et ſicut natura diuina in ſanctis habitans iuxta illud. Mirabilis Deus in ſanctis ſuis. cum illis tamen patientibus nihil patiebatur. ſic nec lumē diuinitatis Chriſto in paſſione vnitum cū ipſo patiebatur. Quinta propoſitio. Licet nihil natura diuina tunc patiebatur, vere tamen dicitur Deus paſſus & mortuus. Patet auctoritate concilii epheſini. Vnde in quodam eius ſermone dicitur. Non tantum hominem crucifixerunt Iudæi. ſed Deo intulerunt pręſumptiones.

Pone enim principem loqui per verbum.
& hoc formari per litteras in charta & di
rigi ciuitatibus, & aliquis inobediēs char
tam diſrumpat. ad mortis ſententiam de-
ducetur, non tanquàm chartam diſcerpēs
ſed tanquàm verbum imperiale diſrum-
pens. Non ergo excuſatur ſic videns tan-
quàm purum hominem crucifigēs. Quod
enim videbat quaſi charta erat. quod au-
tem in ea celabatur imperiale verbum e-
rat natum ex natura non prolatum ꝑ lin-
guam. Hęc ex illo ſermone. Secundo exē
plo illud idem oſtendit Tertullianus in li
bro aduerſus praxeam. Fluuius (inquit) ſi
aliqua turbulentia contaminetur. quàm-
quàm vna ſubſtantia a fonte decurrat nec
ſentiatur a fonte tamen fluuij iniuria non
pertinebit ad fontem. Semper enim fons
clarus eſt licet riuus turbidus. & ita licet
aqua fontis patiatur in fluuio dum non in
fonte patiatur, non fons patitur ſed flu-
uius qui ex fonte eſt. Sic anima Chriſti li
cet in fluuio, id eſt in humanitate quæ re
cepit gratiarum flumina paſſa ſit, non ta-
men in fonte diuinitatis, id eſt in patre. ta
men ſine eius adiutorio pati potuiſſet. Lo
quitur enim in nobis ſpiritus quæ confeſ
ſionis ſunt non tamen ipſe patiens ſed pa-
ti poſſe præſtans. Vnde cum dixit. Deus
meus vt quid me dereliquiſti. ſe pati qui
derelictus erat, non patrem qui dereliquit
oſtendebat. Quinta propoſitio vt pri-
us, &c. Secundo quæritur quomodo ſe
dominus clamat derelictum dicens illud
Pſal. Clamaui per diem & exaudies. & ta
men Apoſtolus dicit quòd exauditus eſt
pro reuerentia ſua? Reſpondeo ꝙ Chri-
ſtus dicitur derelictus & in ſuis & in ſeip-
ſo. In membris, id eſt, in pauperibus qui
nullum hodie habent conſolatorem Ec-
cleſ. 4. Vidi calumnias quę ſub ſole gerū
tur & lachrymas innocentium & neminē
conſolatorem. Secundo in ſeipſo ſine cō
ſolatore ſiue temporali bono. & ab omni
ſua creatura derelictus eſt. vt etiam ſol
non daret ei luminis obſequium. Pſal. Fa-
ctus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.
Tunc enim ab omnibus relictus ſolitariā
vitam agebat in cruce quę dicitur tectū,
quia per eam tecta ſunt peccata noſtra.
Non tamen dicitur derelictus a diuinita-
te. Derelictus enim erat ab Amalechita
ſeruus, ſed a Dauid ſuſceptus eſt qui re-

*A A Derelinquitur. Quō dominus eſt derelict' & tamē exauditus.*

focillauit eum. Deſeri enim uidebatur hu
manitas, ſed præſens erat deitas. Deſeri vi
debatur Ionas a proiectus in mare. ſed
Dei præcepto deuoratus à beſtia tandem
in arida deiectus eſt. Secundo dicitur ad
argumentum quòd Chriſtus qui eſt ueri-
tas uerum loquitur. & diſcipulus eius nō
mentitur. Non eſt enim exauditus vt non
moreretur, ſed exauditus eſt vt reſurge-
ret. Sed ꝙ in primo non eſt exauditus. nō
eſt ei ad inſipientiam. Videtur quidem in
ſipientia & nimis alienum a Deo pati &
mori. iudęis quidem ſcandalum, genti-
bus autem ſtultitiam. Eſa. 28. Alienum eſt
opus eius ut operetur opus ſuum. Alienū
eſt opus ab eo ut patiatur. & magis ut mo
riatur. quia non conuenit deitati flagella-
ri, conſpui, crucifigi. ſed non eſt ei ad inſi
pientiam ꝙ non eſt exauditus ſed crucifi-
xus & ſepultus. immo ad ſapientiam. vt
ſic ſapienter redimat genus humanum. &
ſic vinceret humilitate ſuperbum. & dato
precio captiui redderentur. Et ſi quęra-
tur quare bis dixit Chriſtus. Deus meus.
Deus meus, &c. Reſpondit Guil. quia &
eius vnigenitus naturæ primum. deinde
gratiæ filius eſt in multis fratrum milibus
primogenitus. vt dicitur Roma. 8. Ideo
nobis per ſimilitudinem (licet multū diſ-
ſimilem) inſinuat qualiter ipſum inuocare
debeamus. Deus enim noſter eſt. & ideo
ei totum debemus. Primo tanquàm filii
naturæ. & ꝙ naturaliter ſumus. & ſecūdo
tanquàm filii gratiæ. & ꝙ per gratiam re-
parati ſumus. ita ꝙ totum bonū noſtrę ge
nerationis naturalis. & totū optimū no-
ſtræ regenerationis illi ſoli debetur. Secū
do dicitur ꝙ ideo dicit Deus meus. vt no
bis daret orandi patrem ſecuritatem. Si
enim noſter eſt, timere non debemus acce
dere ad rem noſtrā. Ideo qui ſunt in cru-
ce maxime debent ad Deum clamare.

Sed contra patrem argumētatur filius
per illud Pſal. In te ſperauerunt patres
noſtri. ſperauerunt & liberaſti eos. Ad te
clamauerunt & ſalui facti ſunt. in te ſpera
uerunt, & non ſunt confuſi. Ego autem
ſum vermis & non homo. opprobrium ho
minum & abiectio plebis. Occurrit pater
filio prodigo reuertenti cadens ſuper col
lum eius. & filio male merito dat oſcula
non flagella. reſtituit innocentiā. reddit
eum honori priſtino dans primam ſtolā.
Quid



Quid me inter alios quaſi degenerem fi-
lium probaſti, quid me diſplicuit pa-
ternitati tuæ, quæ iniquitas mea ut ma-
nibus impiorum innocens tradar? Ecce
ut uideo pater meus & mater mea ſy-
nagoga dereliquerunt me. Synagogę
aūt pręſiduum non quęro. quia mater mi
hi nouerca eſt. ad te aūt recurro. Deus
meus ut quid dereliquiſti me? Sed certe
conueniens erat Chriſtum ad modicū uer
beribus, flagellis, & tribulationibus dere
linqui. Primo quia dereliquerat genus
humanum Deum factorem ſuum, & receſ
ſerat à Deo ſalutari ſuo propter quod iu
ſtum erat diuino iudicio caput pro mem
bris. medicum pro ęgrotis. gallinam pro
pullis matrem pro filiis derelinqui. qm̄
ibi dolores ut parturiētis qn̄ populū pepe
rit Chriſtianū. Tūc enim uidebatur impo
tens undiq; ſe iuuare. Nō enim niſi labiis
militabat ut diceret. Derelicta ſunt tantū-
modo labia circa dentes meos. Ex quo ap
paret ꝙ ſancti noui teſtamēti minus es au
diuntur ut liberentur a ſuis tribulationi-
bus quàm ueteris teſtamenti. quia uult
iſtos perfectiores eſſe & magis probatos.
Narrat Valerius de attilio regulo interfe
cto à Carthaginenſibus. quòd Dij immor
tales ſi uoluiſſent bene liberaſſent eum à
morte. ſed tamen noluerunt, ut clarior eſ
ſet attilii gloria. Quidam aūt illic ſtan
tes & audientes dicebant. Helyam uocat
iſte. Cæteri uero dicebant. Sinite uidea-
mus an ueniat Helyas liberans eum.

Quintum uerbum fuuit magnæ tēperā
tiæ oſtenſiuum. Vnde ait textus. Poſtea
ſciēs Ieſus quia conſummata ſunt oīa. ut
conſūmaretur ſcriptura. licet ſciret ſibi ꝓ
pinādū eſſe acetū. dixit ſitio. Ex hac ēt ſiti
dn̄i poteſt cōſiderari feruor & ador ſalu-
tis animarum. Ex qua uiri ſpirituales fa-
mem & ſititim accipiunt. Quinque enim
ſolent famen & appetitum excitare. Pri-
mo ſpaciamentum & loca delectabilia.
Sic ſancti uiri loca ſācta religioſorū, loca
vulnerum Xp̄i delectabilia cordi deuoto
quæ ſpacioſa ſunt etiam ad locandū cor
hominis profundum & inſcrutabile pro
ſpaciamēto habent. ideo de uiro ſpiritua
li in pſona onagri dicitur Iob. 29. circun-
ſpicit merces paſcuæ ſuæ virentia quæq;
perquirit. Secundo quæritur appetitus ꝑ
cōdimenta & ſapores. Iſtud ſit aceto dn̄i.

Redolet etiam condimentum clauis cru-
cis ſicut clauis qui dicuntur Gaziophili.
& ſalſamētis amaritudinis dolorū & an-
guſtiarum eius. Tertio guſtando. Guſtus
enim ſpiritualis appetitum generat & fa-
men. Eccleſiaſ. 24. Qui ædunt me ad-
huc eſurient. Cibus enim multum laſ-
ſatus in uenatione delicatus eſt & dele-
ctabilis. Hic cibus venatione captus in
orto & ubique uenatus coram iudicibus,
ſanctorū appetitui optimè guſtabilis eſt.
Quarto per nouitatem & mutationem
uaſorum & ferculorum decorem & am-
plitudinem. Noua fercula ſunt agnus
aſſatus & panis uiuus. Noua uaſa ſunt
ſacramenta. Per hæc enim omnia reno-
uatur fames & appetitus noui deſiderij.
Quinto uenit appetitus in homine dum
uidet alios bene comedere & bono appe-
titu maſticare. Sic ſi uideant homo do-
minum ſuum ſaturatum opprobriis, & cū
patientia & beniuolentia ea deglutire.
non dubium quin famen habeat & appe-
titus exciteturad amorem Chriſti.

Duplex aūt inuenitur ſitis. Vna malo-
rum cum quis deſiderat diuitias, dignita
tes, laudes hominū pulchras mulieres.
prædia delicata. proximis nocere & ſic
de aliis. Quidam enim nunquàm a ſiti ſe-
dantur donec de proximis uindicentur.
Hæc ſitis eſt febris acute. & quanto mor-
bus acutior, tanto ſitis ardentior. Bonus
medicus uinum & aquam prohibet &
remouet ne illic egrotus manum appo
nat. Sic cum vult dominus ab hoc acu
tiſſimo morbo aliquem ſanare. diuitias
& delitias ad eius commodum remo-
uet. Sed quidam egroti aquam & uinum
furantur, & illis ueſcuntur & bibunt
& moriuntur. Sic peccatores peccata
ſitiunt & omnibus modis furtiuæ & frau-
dulenter laborant. ut delicias & diuitias
acquirant. & cum biberint non ſati-
antur. ſed perpetuę in gehenna moriun-
tur. ubi ex omnium bonorum carentia ſi
tient inęternum. Hac febre acutiſſima
coram iudicibus uexati cauſidici, per al-
legationes, exceptiones, reprobationes
clamant aquam aquam. pecuniā pecuniā.
Sic mercatores ubiq; ꝓ talibus negociis
diſcurrunt. quandoque ſacerdotes in al-
taribus. monachi in clauſtris clamant ui-
num uinum, ideſt lucrum lucrum. Ideo
domi-

*C C Sitis. De duplici ſiti bona & mala.*

dominus medicos ſuos prędicatores ad
hunc morbum ſanandum per uniuerſum
mundum tranſmiſit. Secunda ſitis bona
eſt & triplex. Vna incipientium. de qua do
minus qui ſitit ueniat ad me & bibat. Hi
ſunt qui ſitiũt ſalutem & audire uerbum
Dei, pro ſe tantummodo laborante. Se-
cunda eſt proficientium. de quibus, Beati
qui eſuriunt & ſitiunt iuſticiam. qui ultra
hoc zelant aliorum ſalutem ſed non fa-
ciunt. Tertia eſt perfectorum qui ad nihil
aliud laborant niſi ad ſalutem proximo-
rum & ipſum Chriſtum. Talis erat Pau-
lus. talis Chriſtus qui dixit ſitio. ſ. anima-
rum ſalutem. Sitiens enim à nobis paſci
deſiderat. à Samaritana petit bibere, nũc
in cruce in neceſſitate ſua potum petit.
& tu ei denegabis? Sic enim ſitit noſtram
ſalutem & ſic ieiunium impudenter dere
linquis? Vnde quidam ſubſtantiam ſuam
filio ſuo dederat, qui perueniens ad ſene-
ctutem petiit à filio potum qui reſpondit
patri Non habeo niſi quinq; dolia. Cui
pater ſitio. da mihi de primo. Reſpondit
ꝙ non quia muſtum eſt da mihi de ſecun
do. Reſpõdit ꝙ non, quia roſatum eſt. da
mihi de tertio. Reſpõdit ꝙ nõ. quia ferra
tum eſt. de quarto. Reſpondit ꝙ non. quia
uetus eſt. de quinto ꝙ erat debile uinum,
dare recuſauit. Pater noſter cęleſtis bonã
conuerſationem noſtram ſitit & ſalutem
nr̃am. & quidẽ nec puericię muſtum. nec
adoleſcẽtię roſatum, nec iuuentutis ferra
tũ. nec uetus uinum ſenectutis, nec debi-
le & canutum decrepite ætati uolũt ei da
re. ſed feces ei reſeruant in morte. quando
Deo ſeruire non poſſunt. & tunc peccata
dimittunt eos. non ipſi peccata. Sed ſicut
nunc dominus rogat & non exauditur.
ſic illi rogabunt & non exaudientur.

Vnde Prouer. 1. cum exprobaſſet tali-
bus ſapientia ꝙ eam audire nollent, di-
cens. uocaui & renuiſtis. ſubiungit. clama
bitis & ego non exaudiam. cum uobis id
quod timebatis acciderit. cum irruerit re
pentina calamitas. Et ſicut domino non
reſeruant niſi feces ſic merito dominus
potabit eos fece. amaritudinis ęternæ. de
quas Pſal. Veruntamem fex eius non eſt
exinanita, bibent omnes peccatores terrę.

Vas ergo poſitum erat aceto plenum.
Illi autem plenam aceto ſpongiam arun-
dini imponunt. & yſopo circumponentes
obtulerunt ori eius & dabant ei bibere.
Obtulerunt ſpongiam. i. martyrum exerci
tum. quem acerbis pęnis afflictum quaſi
aceto plenũ oblaturus erat mundus Chri
ſto in eius contemptum. Spongia enim à
multis animal eſſe creditur immobiliter
adhęrens petrę. de qua Rabanus libr. 8. c.
6. dum (inquit) à petra abſcinditur cruorẽ
emittit. Sic martyres in mari. i. in aduerſis
tribulationum conſtituti tam firmiter pe
trę Chriſto inheſerunt. ut ab ipſo ſeparari
non poſſent. Ex hac aceti præſentatio- DD
ne multa documenta colliguntur. Primũ
eſt ꝙ ſicut arundine qua pro ſeptro uſus
eſt triplex in Chriſti paſſione factum eſt
officium, quia arundine uſi ſunt pro ſce-
ptro ad illuſionem. probaculo ad per-
cuſſionem. pro propinaculo ad potatio-
nem, ſic reges ſceptris utuntur ad tria. Pri
mo ad illuſionem ſui, quando ſunt eis in-
digni. Tunc enim ſunt eis illuſio, ſicut ba-
culus in man[illegible]. Secondo ad percuſ-
ſionem populi. Tertio ad potationem a-
maritudinis ſui. quia propter ea quæ ſem-
per ſuperueniunt regnis & regibus. ſępiſſi
me amaritudinis aſperſi ſunt, ita ut eorũ
ſint miſera uita. Secundum documentũ
ſecundum Guil. ꝙ hæc aceti potatio quid
in cruce pręſentium erũnarum ſeu præ-
ſentis miſeriæ reprobi perferãt, inſinuat.
Iugi enim ſiti & famæ ualida continuę la
borant. Proueb. 13. uenter impiorum inſa
turabilis. Vel per uinum fęlle mixtum in
telligitur doctrina habens permixtionem
perfidię ut doctrina hæreticorum. uel in-
telligitur blanda ſuggeſtio habens amari
tudinem culpę, ut patet in macquerellis
ſub uerbis pulcherrimis decipientibus iu
uenculas. Tertium documentum ꝙ per
uinum fœlle mixtum intelligitur præſẽs
fęlicitas uel uoluptas quæ inebriat homi
nẽ & iocundat in initio. ſed amaritudinẽ
pœnæ uel pœnitentię ingeret in extremo,
ut ſępe uidemus in mundanis & uoluptuo
ſis, ut patuit de creſo lidorũ rege. Quar
tum documẽtum ꝙ ſicut carnafices Chri
ſto in Cruce pendenti à cętum acerbiſſi
mum porrexerunt, ſic & hi qui in Cruce
quæcunq; pendẽtibus iniuriarum, & con-
tumeliarum exacerbationes irrogant. Ta
les uelunt noui crucifixores & carnifices
habendi ſunt. Hic enim Pylati carnifices
perſonaliter blaſphemias capiti intule-
runt,

Paſſio Chriſti. Ex præſentatione aceti ſu[illegible] Xpi patienti multa colliguntur documenta.



runt, quod iſti eidem in membris, inno-
nant. Nunc igitur anima contemplatrix
dominum tuũ ſitientem his uerbis aggre
diaris. Quid ſitis Domiue Ieſu, aut quõ
ſitis qui es fons aquæ ſalientis in uitã eter
nam? Quõ ſitis qui continuę bibis calicẽ
quem dedit tibi pater tuus? Qualiter ſic
præ magnitudine ſitis ardes, qui ſicut Iob
bibis ſubſannationem quaſi aquam? Quõ
ſitis qui torrente uoluptatis tuæ ões btõs
inebrias? quõ inq ſitis qui das omnibus bi
bere? O bone Ieſu coronam ſpineam ſuſti
nes de tua Cruce & vulneribus tuis taces,
& de ſitis clamas. Plus te ſitis cruciat q̃
crux tua. Profecto reſpondebit illud Au-
guſtini. Sitis mea ſalus ur̃a, ſitis mea redẽ
ptio ueſtra. Sitio fidem ueſtram ſalutem
ueſtram gaudium veſtrum, plus animarũ
vr̃arum q̃ corporis mei cruciatus me te-
net. Sed dices iterum, domine Ieſu nõne
ex terra illa quam dediſti populo Iſrael
uino optimo & frumento & oleo ſtabili-
ta, dederunt tibi ad potum uinum deſide-
ratiſſimũ? Reſpondebit, immo certe vua
eorum vua fœllis & botrus amariſſimus.
Heu dñe quomodo hoc actum eſt. Cer
te dederunt in eſcã meã fęl, & in ſiti mea
potauerunt me aceto. Nũc ergo aĩa Chri
ſtiana audi pręceptũ ſapiẽtis. Prouerb. 25.
dicentis. Si ſitit, potũ da illi. ne forte di-
cat tibi dum uenies ad fontem aquarum
viuentium. Sitiui, & nõn dediſti mihi
bibere, & ſi ſis pauper ita ut uinum defeca
tum non habeas, ſaltem extrahe aquam
contritionis de ciſterna cordis tui. & de
ea ſuauiter bibet. Nam de torrente in uia
bibit. Si potentior es vinum compaſſio-
nis alienorum laborum, dolorum & tri-
bulationum aqua mixtum porrige dicens
domino Deo tuo. Bibe uinum domine qđ
miſcui tibi. Sed ſi adhuc opulentior es ui
num aromaticum, & purũ deuotionis ad-
miniſtra quod quanto plus bibitur, tanto
magis deſideratur. iuxta illud. qui bibunt
me adhuc ſitient. & dicat anima dilecto
ſuo illud Cantico. 7. uinum optimum di-
lecto meo ad potandum. Sextum uerbũ
fuit ſummę fortitudinis indicatiuum, quo
omnia redemptionis noſtræ myſteria (li-
cet cum maximis anguſtiis & certamine
magno) conſummata eſſe ſignificabãtur.
Hinc textus. Cum ergo (inquit) accepiſ-
ſet Ieſus acetum dixit, conſummatum eſt.
Quod tamen ſecundum Guil. ſic exponi
poteſt. Conſummatum eſt noſtræ cauſæ
patrocinium. Tũc enim pro genere huma
no adiudicatum eſt, & liberatum ab anti-
qui hoſtis poteſtate, itaque immêdiate
aſſecuta eſt executio & patrum liberatio.
Non enim ceſſauit dominus pro nobis in
curia patris patrocinari, quouſque lata ſit
ſententia primæ moderatiua. uel contra
primam quodammodo remediũ exiſtẽs.
In quo habemus ſpeciale documentum
nunquàm ab operæ bono & propoſito ſan
cto deſiſtere quouſque perfecerimus quic
quid tribulationis ſuperueniat, ſicut do-
minus licet uulneratus eſſet uſq; ad mor-
tem, noluit tamen deſiſtere ab operæ in-
cepto donec dixiſſet. Conſummatum eſt.
Militi enim uulnerato ſæpe dicitur. redde
te. ſed non uult etiam uſque ad mortem.

Septimum uerbum fuit ſummæ pruden
tiæ inſinuatiuũ, quando ſciens nõ omnia
conſeruanda eſſe extremo periculo, inten
debat cõſeruationẽ eius qđ melius erat.
ſ. ſpũs. Pro quo facit textus dicens. Et cla
mans iterum Ieſus uoce magna ait. Pater
In manus tuas commẽdum ſpiritum meũ.
Ibi habemus documentum ꝙ q̃diu viui-
mus debemus hoc Chriſti uerbum addi-
ſcere. Tum primo ut bene ſciamus ilud
in morte. Homines enim in uita debẽt ad
diſcere bona uerba quæ dicere uolunt in
morte. Tunc nanque obliuio cadit, & ſup
uenit tentatio grandis & occupatio circa
exteriora & circa infirmitatem, & niſi cõ
ſuetudine bona & bñ dicendi cum gra-
tia Dei adiuuetur, uix poteſt aliquid con-
tra horrenda tentationẽ. ideo dẽt ſe ad il
lud uerbũ aſſueſcere. Tũ ſecundo ut dicen
do illa aſſidue nos ponamus in cuſtodia
eius q̃diu uiuimus. Vñ Guil. in manu Dei
Patris ſpiritũ commendat, qui totũ ſe po
nit & committit beneplacito eius. Vſuali
ter enim in manu alicuius eſſe dicitur qs,
cuius uoluntati ſe regendum commiſit.

In his uerbis ultimis contemplare ò a-
nima deuota dominum Deum tuum pen
dentem in patibulo & pro te ſatiſfaciẽtẽ.
Attende quomodo ſiccatur fons uitæ &
dulcedo fidelium cordium, quomodo ap-
propinquans morti euacuatus ſuo precio-
ſiſſimo Sanguine incipit oculos langue-
ſcentes deprimere & facie palleſcere, quo
modo incipit inclinare caput uerſus ma-
[illegible]

trem ſuam dans ei ultimum aue, quaſi cō mendans ei corpus laceratum crudeliter ſiet, clamat, fœllea potatur amaritudine, & ad extremum pro te uita moritur. Percontare ergo omnia deuota ſtatum tui redemptoris tui benefatoris, & ſtatim dicet illud Pſ. Defecit in dolore uita mea, & anni mei in gemitibus. Sed quęritur quomodo dominus ſpiritum ſuū qui iam btūs erat & iam de btītudine ſecurus patri ſuo comendauit. Dicitur ꝙ Dei duplices ſunt manus, una miſericordiæ, alia iuſtitiæ. In his ergo manibus commēdabat ſpiritum ſuum qui cauſam noſtram agebat, ut ſi antiqua iuſtitia qua oēs morti damnabantur, ſua miſericordia temperaretur. Ex tunc enim omnes animæ ſanctorum in manu Dei fuerunt, quæ prius manu inferi tenebantur. Vel ſpiritum ſuum inquantum erat pura creatura potuit cōmendare, ut nos erudiret ſic nos in morte noſtra facere. Vel myſticę per ſpiritum commendatum omnes ſibi adhærentes, Deo commedant. quia qui adhęret Deo unus ſpūs eſt cum eo. Vnde ad illud uerbum dictum omnes animę ereptę ſunt de inferis, ſicut dū clamat paſtor Lupo, hare hare, immediate ad illud uerbum Lupus dimittit ouem. ſic dyabolus qui erat ſuper brachia crucis ad uidendum ſi quid haberet in Chriſto (ut dicit Hieronimus in gl. ſuper Thobiam) dum uenit ad inferos ſpoliatum inuenit infernum. Et hoc dicēs emiſſa uoce magna emiſitit ſpiritum, & inclinato capite tradidit ſpiritum. Tunc effuſa eſt framea. i. anima Chriſti iuxta illud Pſ. Effunde frameam & conclude aduerſus eos qui me perſequuntur. Tunc. n. extracta ē de uagina. i. de corpore, & tūc aduerſus malignos ſpūs concluſit, quando ſoluendo hominem eorum principem alligauit. Vnde quia per mortem ablatū eſt caput noſtrum. ideo tituli lectionum in paraſceuæ & Sabbato ſancto omittuntur. tanquàm capita lectionum uſq; quo ꝑ reſurrectionem idem caput reſtituatur. Similiter candelæ extinguntur in Officio matutino. & ſignāt mortes prophetarū & iuſtorum quia ſanguine Abel iuſti vſq; ad Chriſtum occiſi ſunt. & ipſa candela quæ ad Euangelii textum ſcilicet benedictus. extinguitur non maior cæteris ipſum dominum in humilitate ſignificat qui Euangeliſans occiditur unus ex prophetis reputatus. Contemptus enim & humilis occiſus eſt. ſed cū ſit primogenitus mortuorum, hunc Deus primum ſuſcitauit. Ideo cereus Paſchalis qui poſt in eccleſia accēditur, Chriſtū reſurgentem ſignificat in maieſtate & gloria. Quo accenſo inde cęteris cerei ex eo lumine ubiq; per eccleſiā accenduntur, minores tamen eo, quia occiſi propter Chriſtum. & generaliter oēs fideles per ipſum Chriſtum reſurrectiōis lumen conſequentur. Et quia mortuo teſtatore conſuetum eſt ſigillare arcas, ne forte ibi ueniant deprædatores. propterea mortuo Chriſto cōſueuit ſe homo ſignare ſigno crucis. quia in homine eſt theſaurus ille reconditus quem acquiſiuit dominus ſanguine ſuo. & hoc ne dyabolus Lupus uorax theſaurum illum diripiat.

EE Crux. Quare ſignamus ſigno crucis. Inclinare capite. Quare Chriſtus inclinauit caput dum reddidit ſpiritum.

Sed quęrit quare inclinato capite tradidit ſpiritum. Reſpondetur ꝙ propter ſeptem. Primo ut oſtenderet uiam paradiſi quæ eſt per humilitatem. Quando enim deuians uiam petit ab aliquo qui non pōt ei loqui. oſtendit ei ſigno manus uel capitis. Chriſtus dum potuit loqui uiam Paradiſi docuit prędicando. nunc non potens loqui oſtendit eam ſigno manuum per elemoſinas uiam eſſe, per extēſa brachia ad amplexum amoris, & inclinato capite ad ima oſtendens per humilitatem eſſe uiam. In ſignum cuius in religionibus nouicii capite inclinato īcedūt quaſi mortui cum Chriſto. Habet autem Chriſtus caput inclinatum ad dexteram & latus etiam dextrum apertum ſecundum picturam. q. d. A dextris eſt uia propter honorem Dei. non à ſiniſtris propter gloriam mundi. quia Eccleſ. 19 Eſt qui nequiter ſe humiliat. & interiora eius plena ſunt dolo. Secondo ut oſtendere ſe ex obedientia paterna pati uoluntariæ. Potius enim uoluit mori quàm non obedire. Bernar. Mementote fratres. Chriſtus ne ꝑderet obedientiam perdidit uitam. In quo inſtruimur in morte noſtra agere ſicut ille fecit, & illa quinq; facere quæ fecit. Ipſe enim orauit, clamauit, plorauit. an mam patri cōmēdauit. & ſpūm tradidit īclinato capite. Sic in extremis poſiti dēmus orare. clamare ſaltem corde. iuxta illud Pſ. Clamaui in toto corde meo exaudi me domine. plorare pro peccatis noſtris per ueram pę-

nitentiam, animam Deo commendare dicendo uerba Chriſti. ſpiritum uoluntarię tradere, & uoluntatem noſtram diuinę uoluntati conformare. Tertio ut oſtenderet paupertatem eſſe amandam quando in lecto ita arcto obdormiuit ꝙ non haberet ubi caput reclinaret, ſed inclinato capite obdormiuit. Et ut audiamus lecti eius ornamenta. habuit lignum durum ꝓ culcitra. acerem ex tranſuerſo pro puluinari. coronam ſpineam pro capitegio. coopertorium habuit purpureum. ſ. precioſum ſanguinem undique defluentem. Hāc autem inclinationem repræſētamus in illa inclinatione quàm facimus in miſſa dicentes. Supplices te rogamus omnipotēs Deus. Quarto ad uitādum gloriam uanā. quia glorioſum titulum deſuper caput habebat. & quaſi caput inclinando refugiebat. Quinto ad patri gratias agendum pro uictoria contra hoſtem Gen̄. 24. inclinauit ſe homo & adorauit. Sexto ad inferno comminandum. quia iam ipſum aggrediebatur Pſ. Inclinauit cœlos. ſ. corpus ſuum & animam in quibus habitabat diuinitas ſicut in cœlis. & deſcendit in infernum & caligo inferni facta eſt ſub pedibus eius. i. ſub poteſtate eius eam deſtruēdo. Septimo ad peccatoribus compatiendū & ad noſtras miſerias intuendū. Ioā. 20. inclinauit ſe & proſpexit in monumentum. Octauo ad preces noſtras exaudiendum. Pſ. Inclina aurē tuam mihi & exaudi uerba mea. Conſequenter dicendum eſt quomodo Chriſtus in cruce locutus eſt ſignis. quæ reperiūtur fuiſſe ſex. Primum fuit tenebrarū immiſſio. de qua textus. A ſexta aūt hora tenebrę factæ ſūt ſuper uniuerſam terram uſq; in horam nonam & obſcuratus eſt ſol. Hæc uero eclypſis facta eſt multis de cauſis. Primo ut natura inſenſibilis Chriſto compatiens corda lapidea ad ueram Chriſti compaſſionem emmolliret. Secondo ut hæc retractio luminis ſolaris ſubtractionem ueri luminis in cordibus iudęorum & militum crucifigentium Chriſtum oſtenderet Pſ. Poſuiſti tenebras & facta eſt nox ignorantiæ & culpæ & infidelitatis in cordibus iudaici populi. & tunc ſol Chriſtus cognouit occaſum ſuum adeſſe. Tertio ne corpus Chriſti nudum in Cruce cum gaudio uidentes ei inſultarent. & ne blaſphemantes ſua lucę fruerentur. Per tres horas dicuntur fuiſſe ad denotandum tenebras ſpūales in cordibus diſcipulorum affuturas tribus diebus Dominicæ ſepulturę. Vel ſecūdum eundem. tres horę tenebrarum ſunt tres execrationes in cordibus iudęorum. Prima fuit ingnorantiæ. Secunda cupiditatis. Tertia Inuidiæ. Vel poſſunt ſecundum eundem referri ad tres generales exercrationes mundi. Prima ante legem. Secunda ſub lege. Tertia in euangelio. in quibus multi uiri ſolis lumine eclypſati ſunt. & propter hoc ſecundum hiſt. ſcor. has tenebras repræſentamus tenebris trium noctium. Quęritur quare legendo Euangelium paſſionis lecta expiratione Chriſti totus Chriſtianus populus ſe proſternit ad terrā. Dicitur ꝙ triplex ē ratio. Vna ut ſicut dominus maieſtatis ꝓ homine ſe humiliauit factus obediens patri vſq; ad mortē. ſic uilis uermiculis ſaltem ſe humiliet proſternendo ad terram. Secunda ut ſicut in morte caput Chriſti inclinatum eſt pro nobis uerſus terram, ſic ſuo modo membra caput ſequentia ad terram uſque ſe proſternant. & quia orando ſe inclinauit, hinc eſt ꝙ cum orationibus proſternunt ſe Chriſtiani. Tertia ratio ut ſicut pro beneficio incarnationis dum eius ſit mentio nos proſternimus gratias agendo. ubi dominus ſe inclinauit vſq; ad digniſſimam ſuarum creaturarū. ſic ei gratias agamus cum huius mortis beneficium recitatur in quo ſe inclinauit uſque ad uiliſſimam creaturam. ſ. pœnam & mortem. & hoc nos proſternendo.

FF *Velū tēpli.*

*Quid deſignet ſciſſio ueli templi poſt paſſionem Chriſti facta.*

Secundum ſignum fuit ueli templi in duas partes diuiſio. Hinc & ait Euangeliſta. Et ecce uelum templi ſciſſum eſt in duas partes à ſummo uſque deorſum. Secūdum Guil. anagogicę loquendo uelum ſciſſum iuxta Apoſtolum Heb. 9. ſignificat propalatam eſſe uiam ſanctorum & ingreſſum expeditum eſſe & liberum ſancti in Tabernaculum non manu factum. Allegoricæ loquendo ſignificatur ſecundum eum ꝙ uelamen cecitatis quo Deus prohibebatur cognoſci diſſipatum eſt de quo Apoſtolus. uſq; ī hodiernū diē idipm uelamen lectione ueteris teſtamenti manet nō reuelatū, qm̄ ī Xp̄o euacuat̄. Et iterum cū legitur Moyſes uelamen poſitum eſt ſuper cor eorū. cum aūt cōuerſus fuerit

rit ad deũ,auferet uelamen. De hoc Exo.
35. impletis ſermonibus poſuit Moyſes
uelamen ſuper ſaciem ſuam quod ingreſ-
ſus ad dominum & loquens cum eo aufe
rebat donec exiret. Moraliter uelũ iſtud
peccatum eſt ſeparans inter nos & Deum
Hoc uelo ſecundum Guil. uelatos habe-
bat oculos penitens dum ducebatur ad
infernales patibulum. modo uero reuela-
ta facie gloriam Dei contemplatur. 2. Co
rin. 3. Hoc eſt ſudarium quod erat ſuper
faciem laxari. Hoc eſt operimentum quo
opertum eſt Euangeliũ in his qui pereunt
2. Corinth. 3. & propter hoc reuelat eccle
ſia ymagines circa hoc ſacrum tempus
quia tunc peccatores hoc uelum inter ſe
& Deum abſtulerunt. nec amplius ymago
Dei uelata eſt quin eius pulcritudinem
aſpiciat Deus. Vel moraliter loquendo
dum Chriſtus patitur in clero & ſacerdo
tibus ſicut nunc fit, ſol obſcuratus eſt. i. il-
li qui deberent alios illuminares. & uelũ
templi ſciſſum eſt. i. exterior fama & ho-
neſtas laniata & ſciſſa eſt. ita ut ab omni-
bus eorum turpitudo uideatur. Hiſtoricę
uero loquẽdo ideo uelum templi ſciſſum
eſt. quia ſecreta myſteria patebant. cuius
ueli duę partes ſunt ſecundum Guil. una
eſt legis obſcuritas in ſpiritu. alia intelli-
gentia lr̃alis. quarum alteram ſibi retinue
runt iudęi, alteram nobis aſſumpſimus.
Propter ſecũdum Alex. de halis in 4. cor
porale deſuper calicem remouetur in ſi-
gnum ꝙ illud quod de Chriſto ſignatum
fuerat & clauſũ iuxta illud Luc. 18. erat
aũt uerbum abſconditum ab eis. in paſſio-
ne fuit reuelatum iuxta illud tunc uerifi-
catum. Hieræ. 31. omnes cognoſcent me
a minimo uſque ad maximum. & propter
hoc uelum templi ſciſſum eſt. Deinde re-
ponitur corporale ſuper calicẽ in ſignum
occultationis ueritatis quæ futura eſt ma
xime tempore Antichriſti. quod ſigna-
tũ eſt Eſaiæ. 6. ubi dr̃ quòd ſeraphin dua-
bus alis uelabant caput & duabus pedes.
In capite principium in pedibus finis intel
ligitur. Ale uelantes caput fuerunt figurę
legis naturę & legis ſcriptę. uelãtes uero
pedes erunt occultatio agẽdorum & cre-
dendorum. quando regnabit error falſita
tis & libido improbitatis. Hæc Alex.

Quæritur quare illo die legitur paſſio
ſuper nudum pulpitum. Dicitur ſecundũ
rationale ꝙ duplex eſt ratio. Prima ad
memorandum ſuper nudum crucis pati-
bulum hodie Chriſtum poſitum fuiſſe. Se
cundo ad reputandum ꝙ ſicut Chriſto in
cruce pendente ipſius ſecreta non tã cor-
dis quàm corporis nuda omnibus aſtanti
bus apparuerunt. ſic & uelo templi ꝑ me-
dium ſciſſo omnia templi intima nudare
manſerunt. Tertium ſignum fuit terremo
tus ſeu concuſſio. Vnde euãgeliſta. Et ter
ra (inquit) mota eſt. De hoc terremotu
dicit Aug. lib. 2. de mirabilibus. c. 3. In ter
remotu dominicæ paſſionis. 40. in thra-
cia ſubuerſę ſunt urbes. De hoc etiam ait
Euſebius in cronica ꝙ in Nicea quę urbs
Bithiniæ multas ædes terremotus ſubuer
tit. De hoc quoq; teſtatur Oroſius in or-
meſta li. 7. c. 3. Anno ĩquiẽs Tiberii 15 cũ
dominus Ieſus Chriſtus uoluntarię ſe qui
dem tradidit paſſioni. ſed impiæ à iudæis
appræhẽſus & patibulo fixus eſt. maximo
terremotu per orbem facto. ſaxa e mon-
tibus ſciſſa maximarumq; urbium pluri-
me partes plus ſolita concuſſione cecide-
runt. & infra in eodem capitulo ait. Sane
Aſię ciuitate illo terremotu dirutas tribu
to dimiſſo propria etiam libertate dona-
uit. Vnde Hieronymus. Omnis creatura
Chriſto morienti compatitur. ſolus mi-
ſer homo non compatitur pro quo ſolo
Chriſtus patitur. Quartũ ſignũ fuit petra
rum ſiue lepidũ ſciſſio. Nam & petræ ſci-
ſe. ſunt. i. corda lapidea. Ex utraq; .n. parte
oris ipſius in cruce pendetis exibat gla-
dius acutus uerbi ſui. in quo potentiſſimę
a dextris & a ſiniſtris pugnabat. A ſini-
ſtri ſuper ſe crucifigentes uerbis pietatis
& miſericordiæ. qui corde percuſſi reuer-
tebantur percutientes pectora ſua à dex-
tris gladio oris ſui domeſticos vulnerans
doloribus & anguſtiis ſuis quidem uulne
rauerunt eum in carne. ideo percuſſit eos
in corde. Scđi uero in anima. ideo mariã
in anima vulnerauit cui dictum eſt. Tuã
ipſius animam &c. Spiritu enim labio-
rum ſuorum tunc interficebat impium.
& cum ſic occideret eos quærebant eum
& reuertebantur. & diluculo ueniebant
ad eum. Quintum ſignũ fuit monumẽ-
torum apertio. Nã (ut ait textus) & monu
menta aperta ſunt q̃a mortis clauſtra erãt
reſerata. & in ſignum ꝙ reſurrectio Chri
ſti propinqua erat quę eſt reſurrectioni
aliorum



aliorum cauſa. Et moraliter loquendo
peccatum monumentum eſt quod ſibi mi
ſer peccator uelut dyaboli ſacriſta defo-
dit. & in eo uelut dyaboli ſacerdos ſeipſũ
ſepelit. ita ut uidere peccatorem in pec-
cato nihil aliud ſit q̃ uidere mortuum in
monumẽto, & uidere mortuũ diſcerptum
quod ſine dolore & horrore nunq̃ ſpectã
dum eſt. Ve illi qui in peccato mortuus fa
cit riſum & gaudium. & non potius dolo-
rem compaſſionis & horrorem & gemitũ
mortis. Sextum ſignũ fuit mortuorum
reſurrectio. Multa enim corpora ſanctorũ
qui dormierãt ſurrexunt. ſ. in die reſurre-
ctionis domini. Et exeuntes de monumen
tis poſt reſurrectionem eius uenerunt in
ſanctam ciuitatem. Tertium principa-
le ac fundamentale punctum eſt quomo-
do ante faciẽ Chriſti mors receſſit & dã
nata eſt Primo mors ſpũalis in centurio-
ne & plebe communi, qñ per fidem uiuifi-
cauit corda eorum. deinde in apertione
lateris in qua Sacramenta ſumpſerunt ef-
ficaciam ad deſtructionem mortis & im-
perii peccati. Secundo quomodo mors tẽ
poralis ſepulta eſt & deuicta. ut inde uita
reſurgeret. Quo ad primum dicitur in tex
tu. Videns autem centurio qui ex aduerſo
ſtabat. quia ſic clamans expiraſſet & uiſo
terremotu & his quæ fiebant, timuit ual-
de & glorificauit Deum dicens. Vere hic
hõ iuſtus uerat. uere filius Dei erat iſtæ.
Cognouit iſte centurio ex uiſo & auditu
ꝙ eſſet filius Dei uerus. & uir iuſtus ex au
ditu cognouit, quia dicitur uiſo quia ſic
clamans expiraſſet dixit ueræ filius Dei.
ad oſtendendum ꝙ fides eſt ex auditu.
Bernardus. Erat ille centurio incircunci-
ſus ſed non aurę. qui ad unam expirantis
uocem, ſub tot infirmatum indiciis domi
num maieſtatis agnouit. Non autem cre-
didit ex eo ꝙ uidit, ſed ex eo ꝙ audiuit.
Fides enim eſt ex auditu. Itẽ Ber. in Ome-
lia ſuper cantica Niger eſt Chriſtus in re
putatione Herodis. formoſus confeſione
latronis. Centurionis fide cum clamauit.
Vere hic homo filius Dei erat. Ad uocem
agnouit filiũ Dei & non ex faciæ. Erat. n.
fortaſſe ex ouibus de quibus ait Chriſtus.
Oues meæ uocem meam audiunt & co-
gnoſco eas & cognoſcunt meæ. Auditus
inuenit quod non uiſus. Viſo pronuncia-
bat infirmum, auditus Dei filium. Secun
do ex viſu cognouit eum eſſe iuſtum. Vi-
dit enim creaturas cœleſtes & terreſtres
compatientes innocentię morientis. Non
enim eo uiuente uidit centurio niſi quòd
eſſet purus homo, ſed eo mortuo uidit ꝙ
eſſet Deus & homo. ſicut in ſpeculo inte
gro una ymago relucet. quo fracto duę
relucent. Fracta enim nube corruſcatio-
nes apparent. Sic in Chriſti humanita-
te latebat diuinitas ſicut in nube. qua fra
cta dum inceperunt corruſcationes mi-
raculorum refulgere. etiam tunc cęperũt
Dei ſecreta cognoſci. In quo iudæorum
reprehenditur malicia. Beda. Quanta iu-
dęorum malicia qui tot uirtutibus per
dominum factis, tantis in morte eius ap-
parentibus ſignis credere reſpuerunt?
hic autem ſolo uiſu ſignorum & auditu
uocis. Nunc enim ſunt nouiſſimi pri-
mi in intelligendo. & primi nouiſſimi.
Vnde Ambroſius. O duriora ſaxis Iu-
dæorum pectora. iudex arguit. credit mi-
niſter. proditor ſcelus ſuum morte con-
demnat. elementa fugiunt. terra concu-
titur. iudæorum tamen immobilis du-
ritia manet orbe concuſſo. Iſte autem Cẽ
turio ſecundum Chriſoſtomum non ſo-
lum confeſſor fuit. ſed etiam corrobora-
tus in fide martyrium ſuſcepit. Secun-
do de plebe communi a morte ſpirituali
ſuſcitata dicit textus. Et omnis turba
eorum qui ſimul aderant ad ſpectaculum
iſtud & videbant quę fiebant reuerteban-
tur percutientes pectora ſua. Mirabi-
le certe & ineffabile ſpectaculum, ubi
Chriſtus manibus cruci affixis dyabo-
lum debellauit. ubi ſol exterius obſcu-
ratus erat. vbi uita moriebatur. & tamen
morte vitę, mors deſtruebatur. vbi mun-
dus redimebatur in loco quo quondam
homines damnabantur. vbi exemplum
totius ſanctitatis dabatur in loco in quo
quondam infames & malefactores tor-
quebantur. Vbi crucis ſupplicium ſan-
ctificabatur. ubi rumphea extingueba-
tur & paradiſus promittebatur. ubi ue-
teribus ſacramentis terminus imponeba-
tur. Stabant autem omnes noti eius
a longe, & mulieres quæ ſecutæ eum
erant a Galilea miniſtrantes ei hæc vi-
dentes. inter quas erat Maria Magda-
lenæ. & Maria Iacobi minoris & Ioſeph
mater. & Maria Salomę mater filiorum
Zebe-

Zebedei. Et ſi dicatur ꝙ illę mulieres non erant longe à cruce. quia dicitur Ioan. 19. Stabant iuxta crucem Ieſu Maria. Reſpondet Auguſtinus in 4. de concor. Euangeliſtarum. quòd tanto ſpacio diſtabant mulieres à cruce & ut iuxta dici poſſent. quia in conſpectu earum erat & longe comparatione turbæ propinquioris. Vel dicitur ꝙ primo ſteterũt de prope cum beata uirgine quando eam commendauit Ioanni. & poſtea longius receſſerunt propter turbam. ut melius uidere poſſent quæ fiebãt circa dñm. Iudęi ergo quoniam paraſceue erat ut non remanerent in cruce corpora eorum Sabbato. Erat enim magnus ille dies Sabbati. rogauerunt Pylatum ut frangerentur eorum crura & tollerentur. In hoc articulo trahi poſſunt tria documenta. Primum eſt, quòd debemus uitare Chriſti blaſphemias. Crudelius enim dilaniant blaſphemãtes Chriſtũ quàm iudęi qui ipſum integrum dimiſerunt eo mortuo. Vnde Bernardus in perſona Chriſti. Nonne ſatis vulneratus ſum. cur addis afflictoinẽ afflicto? Magis me grauant vulnera tui peccati, quàm vulnera corporis mei. Secundum quòd quandiu uiuimus nõ debemus permittere nos deponi de cruce abſtinentię. quemadmodum multi qui eiuſdem opinionis cum iudæis, quãuis per totam ſeptimanam fuerint in continuo labore & cruce & eſurie, die tamẽ Sabbato. i. fęſto nolunt corpora ſua remanere in cruce. ſed in taberna ſe ingurgitando totum hebdomadę lucrum exponunt.

GG *Latus xpi. Quid deſignet aptura lateris Xpi.*

Venerunt ergo milites & primi quidem fregerunt crura & alterius qui crucifixus eſt cum eo. Ad Ieſum autem cum ueniſſent, ut uiderunt eum iam mortuum non fregerunt eius crura, ſed unus militum lancea latus eius aperuit. & continuo exiuit ſanguis & aqua. Secundum Guil hęc apertura ſignificat ingreſſum & acceſſum quem habemus ad cor domini. Primo quidem ad cognoſcendũ cor eius cum iam uia ſit aperta ut cognoſcamus ſecreta eius myſteria. Vnde ſecundum eundem inde exiuit ſanguis & aqua, q quidem ſanguis eſt uermiculus quo ſolo liber gratiæ ſcribi potuit. ut in eo tota diuinæ dilectionis in nos gratia apertiſſimę legeretur. Et iterum minium quo liber uitę rubricatus eſt & illuminatus. Deerant enim litteræ capitales & tituli hoc eſt documenta ſpiritualia & operum noſtrorum perfecti decores qui de Chriſti nobis ſanguine profluxerunt. Secundo ad guſtandum dulcedinem cordis eius Fecerunt enim iudæi de domino ſicut homines de capone aſſato. primo depilant eum. poſtea ponunt in ueru. deinde aſſant. poſtea cultellis eum perforant ut probent an ſit bene coctus. Sic ipſum ſpoliauerunt nudum. clauis ferreis affixerunt cruci & expoſuerunt feruori ſolis. & tandem ut probarent ſi bene coctus eſſet, lancea latus eius perforauerunt. & tunc exiuit pinguedo gratiæ ſanguis & aqua de latere. Hãc ergo pinguedinem debemus ſemper guſtare. ut ſemper ei coniungamur. Guſtus enim ſenſus eſt coniunctus obiecto ſuo. & ne quando ab eo diuidamur. ne forte dicat nobis cum Auguſtino. Cum eſſes inimicus patri meo reconciliaui te. cum eſſes longe ego ueni ut redimerem te. cum inter montes & ſiluas errares, quæſiui te. Inter lapides & ligna te inueni, & ne luporum ferarumque rabido ore laniareris, collegi te. humeris meis portaui te laboraui. ſudaui. caput meum ſpinis oppoſui. manus meas clauis obieci. lancea latus meum aperui. Nam iniuriis & aſperitatibus laceratus fui. ſanguinem meum fudi. ut coniungerem te mihi. & ita diuideris a me. Tertio adapertum eſt latus eius & cor eius ad refugium. Cauernoſum enim eſt latus Chriſti ut ibi abſcondamur propter timorem hoſtium. Eſaiæ. 2. Ingredere in petram, id eſt, in Chriſtum abſcondere foſſa humo, id eſt, in cauerna pedum lateris & manuum. Hoc pręfiguratum eſt in archa Noè. qui iuſſus eſt in latere archæ oſtium facere. quo intrarent animalia quæ non eſſent diluuio peritura. quibus præfigurabatur eccleſia. Et ideo quia aperuit nobis cor ſuum ut columba noſtra, id eſt anima refugere poſſit a facie accipitris. Sic & nos debemus ei aperire cor noſtrum in confeſſione & in deuotione dum pulſat ad oſtium noſtrum uerbo prædicationis uel inſtinctu inſpirationis. In quo habemus documentum ſecundum Chriſoſtomum, quòd nos participare debemus ſacramenta eccleſiæ ea intenſione ac deuo-





tione, ac ſi nobis de latere Chriſti profluerent. Ibi aduerte ſecundum aliquos, ꝙ miles quidam Longinus noīe ſuperbus ad complacendum iudæis de morte Chr̃i certificari uolentib. lãcea latus eius aperuit, ita ꝙ nõ ſatiati pœnis quas Chr̃o uiuenti inflixerant, ẽt mortuũ vulnerare conati ſunt. Et illius qui lanceauit cũ fere caligaſſent oculi vel caſu, uel nutu diuino ſanguis per lanceã defluens oculos illuminauit. Vnde & militiæ cedens inſtructus ab apoſtolis in ceſarea Capadociæ 38. annis monachiã uitã duxit. & poſtmodũ martyrio coronatus eſt. Hinc Iſidorus libro de numero. Lõginus lancea latus ſaluatoris aperuit, & non tñ ueniã, ſed & honorẽ epiſcopatus, & martyrij meruit. Contemplare o aĩa deuota dominum & ſaluatorem nunc in cruce mortuũ inclinato capite & toto corpore cruentum. ſed & poſtea à crudelibus miniſtris foſſum & laceratum. & ĩterroga dominum de ſtatu ſuo, & qualiter iudęus ei inſultat. ſtatim reſpondebit tibi illud p̃s. Perſecutus eſt hoĩem mortuũ & cõpunctũ corde mortificare. Sed dices quõ te dñe perſecuti ſunt? rñdebit illud p̃s. Similis factus ſum pellicano ſolitudinis. qui aperit latus ſuum ut uiuificet fœtus ſuos. & ſicut nicticorax auis odioſa in domicilio iudæorum. ita ut etiã poſt mortem me lancea dira perſecuti ſunt. & latus meum aperuerint. Sed tñ in hoc iudæi multũ nõbis attulerũt utilitatis. Nã ante hoc oſtiũ nondũ erat ianua cœli aperta. & hoc ſatis figuratum eſt Nume. 25. vbi dicitur ꝙ añ mortem ſummi pontificis exules & profugi ad terram ſuam nullo modo reduci poterant, ſed poſt mortẽ eius. Sic ante mortem Chriſti qui eſt pontifex futurorũ bonorum. Heb. 9. non poteramus redire ad patriam, ſed poſt mortẽ eius regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Gen. 49. En morior. & dominus erit uobiſcum, reducetq́; uos ad terram patrũ ueſtrorum. i. in cœleſtem gloriã. Iſtud oſtium apertum eſt ẽt iudæis, & noluerunt intrare. Eccle. 42. ſeruo peſſimo latus ſanguinare. ſ. eſt apertum. Apertum eſt gentili, & introiuit uelut columba in foraminibus petræ. Quod foramen utile eſt contra tentationes diaboli. ibi enim paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidum ſibi, id eſt actiui & contemplatiui ibi inueniunt refugium. ideo nunc clamandum eſt ad dominum, qñ aperta eſt ianua miſericordiæ. ſ. latus eius; ubi patuerũt uiſcera miſericordiæ eius, & ſalutaria antidota morborum noſtrorũ, qñ brachia eius extenſa ſunt ad amplexandum, qñ ſinus eius expanſus eſt ad recipiendum. qñ inclinatum eſt iam caput & aures ad exaudiendum, quam quidem inclinationem multum petierat, qui dicebat. Inclina domine aurem tuã. quia inops & pauper ſum ego. Nec expectemus clamare cum clauſa erit ianua, cum non aliud reſponſum expectabitur, niſi neſcio uos. Ait enim. Ioan 9. Me oportet operari donec dies eſt ſupple ſalutis. venit nox, in qua nemo poteſt operari ſupple ſalutem ſuam. Vnde apertura iſta lateris ſignificatur in oſtio archæ fœderis. Ioann. 10. ego ſum oſtium. ſi quis per me introierit ſaluabitur. ſicut ſaluata ſunt animalia in archa Noe. Hinc non per quamcunque aquam, ſed per mare rubrum tranſierunt filij Iſrael ad terram promiſſionis, quia aqua de latere Chriſti per quam fideles ſaluantur, ſimul cum ſanguinis rubore emanauit. vnde & aquæ baptiſmi rubricatæ ſunt ſanguine Chriſti. Hæc eſt aqua contradictionis quam petra produxit virga crucis percuſſa, ut etiam homines & pecora ſufficiẽter biberent id eſt maiores & minores. Petra autem erat Chriſtus, cui quicũque cõtradixerit, in terram promiſſionis, ſicut Moyſes & Aaron non introibit. Hæ ſunt aquæ quæ emanauerunt de maxilla aſini, qñ aperuit dominus dentem molarem ipſius, niſi fuerit refocillatus Sanſon, id eſt quicunque iuſtus, uires recuperare nõ poterit contra hoſtes. Iudi. 4. Hæc eſt aqua, quam de ciſterna Bethleem allatam Dauit libauit domino, ut animarum periculũ euitaret. quia non niſi per hanc aquam periculum animarum uitari poterit, quæ tñ debuit de latere emanare. In cuius figura Eua facta eſt de latere dormientis, id eſt, eccleſia. Vnde lancea apertum eſt latus, non cum uiueret, ſed cum mortuus eſt, in ſignum ꝙ cum mortuus eſt, ianua cœli aperta eſt, non cum viueret. Hieronymus autẽ epiſtola j. dicit ex latere Chriſti fluxiſſe aquam, quia dixerat. flumina de ventre eius fluent &c. ſanguinem quia iudæi petierunt illum ſuper ſe. Exiit ergo aqua ad abluendum fideles, & ſanguis ad

damnãdum incredulos. vel duo baptiſmi intelliguntur.ſ.fluminis & ſanguinis. Vel ut dicit, ſicut ex coſta lateris Adæ, p quã mulier intelligitur, effluxit fons perditionis. ſic ex latere ſecundi Adæ flueret fons redemptionis. Hæc Hieronymus.

Sed quæritur utrum aqua, quæ fluxit de latere ſaluatoris fuerit uera aqua? Reſpondet Thomas.3.par.q.66.arti.quarto. in reſponſione ad tertium argumentum, quòd aqua illa non fuit humor flegmaticus, ut quidam dixerunt, ſed aqua miraculoſe egrediens à corpore mortuo, ſicut & miraculoſe prodiit ſanguis ad comprobãdum ueritatem dominici corporis contra manicheorum errorem, ut ſcilicet per aquam quæ eſt vnum ex quatuor elementis, cõprobaretur corpus Chriſti uere fuiſſe compoſitum ex quattuor elemẽtis, per ſanguinem uero oſtenderetur eſſe compoſitum ex quatuor humoribus: Et qui uidit teſtimonium perhibuit & uerum eſt eius teſtimoniũ. & ille ſcit quia uera dicit ut & uos credatis. Facta autem ſunt hæc ut ſcriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo &c. Secundo principaliter dicendum eſt quomodo mors temporalis ſepulta eſt & deuicta ut inde uita reſurgeret. Hinc ait euangeliſta. Cum autem ſero factum eſſet ueuit homo diues ab Arimathia ciuitate Iudeæ vir bonus & iuſtus. hic non conſenſerat conſilio & actibus eorum nobilis decurio, qui & ipſe erat expectans regnum Dei, & audacter introiuit ad Pilatum, & petiit ut tolleret corpus Ieſu, eo ꝙ eſſet diſcipulus Ieſu, occultus autem propter metum iudæorum.

HH. Amor. Amor nõ dẽt mori mortuo benefactore.

Hic colligere poſſumus plura documẽta. Primum eſt, ꝙ mortuo noſtro benefactore non debet mori amor, ſed debet manere in memoria, & magis circa eum inflammari affectus. exemplo beati Ioſeph, qui antea occultus erat, & tamẽ poſt mortem manifeſtus eius diſcipulus apparuit. ubi etiam apoſtoli & colũnæ eccleſiæ occultabantur. Et in hoc apparuit verus amor illius. Amor uero zelare facit ſponſum. Non eſt ſignum zeli ſi ſponſa pauper ſponſum diuitem ſequitur & adhæret ei, ſed ſi pauperem & nudum, ſi pro eo relinquit patrem & matrem. ſi ditiori poſſet deſponſari & non vult, ſi non timet odia aliorum propter ipſum, ſi eam ad correctionem flagellat, & tamen diligit, ſi eũ ſequitur peregrinans in terram alienam ſcilicet in cruce. Multæ potuiſſent deſponſari multis diuitibus, vt agnes, & Lucia, & Agatha &cę. ſed noluerunt. immo habebant ſemper Chriſtum præſentem. Nec mirum, quia qui eiuſmodi fuerunt iam nõ ſunt hoſpites & aduenæ, ſed ciues ſanctorum & domeſtici Dei. Sic iſte erat iam ebrius ſanguine Chriſti, & quodammodo præ amore ſtultus mundi reputatione, ita vt audacter peteret corpus crucifixi. Sed non inſequuntur venationem bene paſti canes leporarij. nec nuncij craſſi faciunt magnam dietam. ſicut nec Helias quãdiu paſtus à coruo. ita contingit de multis diuitibus. Secundum documẽtum eſt, quòd iuxta conditiones huius hominis in textu poſitas prælatus debet habere ſex conditiones. Primo debet eſſe nobilis in uita, non ſicut vnus de populo, in his ſaltem quæ Dei ſunt. Hoc enim eſt, quod magna ira ſua minatur dominus. Eſaiæ vigeſimoquarto. & erit ſicut populus, ſic ſacerdos. Debent enim prælati tranſcendere in meritis. Secundo debet eſſe decurio id eſt decurialis, & in curia conuerſans, & cognitus iuxta illud Pauli. noſtra conuerſatio in cœlis eſt. Philipp tertio. Talis enim erat de curia paradiſi; qui cõtinue conuerſabatur in ea, & regem pro ſuis ſubditis ſemper paratus adire, quia regi Chriſto notus erat. Tertio debet eſſe diues ſecundum Gaillermum dupliciter. Primo multitudine & magnitudine gregum. Prouerbiorum decimoquarto. in multitudine populi dignitas regis, & in paucitate plebis ignominia principis. Multitudinem enim ſubditorum fidelium debet habere. ideo inter diuitias. Iob. primo. numerantur ſeptem millia ouium. Secundo debet eſſe diues auri & argenti. Auri cœleſtis ſapientiæ, & argenti ſacræ eloquentiæ. Diues frumenti, vini, & olei ſpiritualis, qui tautum populum paſcendum ſuſcipit. Non enim de paucis granis tanta multitudo refici poteſt. Quarto debet eſſe diſcipulus Ieſu. De ſola quippe illius ſchola aſſumendi ſunt rectores animarum, & ſub eo (ut uſualiter dicitur) debebũt incipere qui ad magiſterium ſpirituale promouentur. Vnde & ad Annam dicit dominus. Interroga eos qui audie-

II Prælatus. Dẽt plãtus ſex habere cõditiões in Ioſeph abarimathianas.

runt



rũnt, ſcilicet diſcipulos. Soli enim illi de ſacra doctrina & diſciplina audiendi ſunt & interrogandi qui eam audierunt. Quinto debent eſſe occulti propter metum iudæurum i. humiles & nõ ſuperbi propter metum ſuorum ſubditorum confitentium Non enim audent pauperes ſubditi ſuperbos & pompoſos aggredi, ut ſuæ conſcientiæ conſulant. Humilitas autem omnes Chriſtianos occultos facit. Sexto debet eſſe expectans regnum Dei, non regnum mundanum, ſicut pontifices moderni, qui ad aliud non uacant, niſi aut plebiſcitis, aut cumulãdis beneficiis. Septimo dẽt eſſe audax & magnanimus. Propter hoc.n. à domino Moyſes arguitur. Exo.3. pro eo ſcilicet ꝙ ſe uoluit ſua puſillanimitate excuſare de aggrediendo pharaonem. Quis ego (inquit) ſum, ut eam ad pharaonẽ & reducam filios Iſrael de Aegypto? Et Exod.3. iratus eſt dominus pro eo ꝙ linguę tarditatem & impedimentum accuſabat. Audacter.n. primo prælato eundũ eſt in officium prædicationis & prælationis, quotiens dominus miſerit. Non eſt ꝙ timere debeat tanti regis nuncius, & literas ſui regis deferens ſigillo regis cõitas. Hæ ſunt ſacræ literæ per quarum teſtimonio & confirmatione Chriſtus dei patris figura & imago cruci appenſus eſt. Hæ ſunt teſtm̃, quod appenſione tanti ſigilli & tanti teſtatoris morte confirmatum eſt. Heb. 9. Secundo debet eſſe audax, ita ut à pilato ſpirituali.i. à tyranno petat audacter, vt ſuus populus qui affixus eſt in cruce à tyranno liberetur, & de cruce deponatur & quies ei donetur. Sed multi p̃lati ſunt qui populum ab hac cruce deponi nolũt, quia in eadem damnatione ſunt ipſum populum exactionibus & infinitis grauaminibus ſuorum officialium crucifigentes. Tertium documentum eſt dato ꝙ cognoſcamus ſacerdotem noſtrum uel prælatũ eſſe malæ uitæ (dum tamẽ ſit ordinarius) non debemus dimittere quin ab eo petamus euchariſtiam, quia & Ioſeph vir iuſtus à pilato homicida, immo deicida, audacter petiit corpus Ieſu ſicut ab ordinario præſide. Lapis enim precioſus non amittit virtutem ſuam ſi eſſet in manu leproſi magis quàm ſi eſſet in manu regis.

Pilatus autem mirabatur ſi iam obiiſſet, & accerſito centurione interrogauit ſi iam mortuus eſſet, & cum cognouiſſet à centurione donauit corpus Ioſeph. In euangelio Nichodemi & etiam nazareorũ legitur ꝙ iſte Ioſeph quia ſic magnifice ſepelierat Chriſtum, à principibus ſacerdotũ incarceratus eſt, & ad colũnã ligatus, & uolebant in craſtinum ſabbati carnes eius dare uolatilibus cœli. ſed nocte reſurrectionis dominicæ tulit eum dominus in ſepulchrũ oſtendendo ſibi faſciale & lintheamina quib' ligatus erat, & deinde in Arimathiam in domum ſuam reduxit. Pilatus aũt iuſſit reddi corpus. Venit ergo & tulit corpus Ieſu. In hoc habemus duo documenta. Primũ eſt, ꝙ reuerẽtiã magnã debemus exhibere ſacerdotib', qui ſuſcipiunt corpus Ieſu de altari, ſicut Ioſeph de cruce. Propter hoc.n. multum laudatur iſte Ioſeph, immo ſicut dicit hiſtor. ſcholaſtic. creditur ꝙ ille primus p̃s. Beatus uir qui non abiit in conſilio impiorum. de ipſo prephetice ſit dictus. Adhuc aũt plus laudandi ſunt boni ſacerdotes. Plus enim eſt ſumere corpus Chriſti de ara altaris, quàm de ara crucis. Illi enim ipſum acceperunt in brachiis & manibus, iſti ſumunt ipſum in ore & cordibus. Secũdum documentum eſt, ꝙ ſemper nos debemus tenere ad arborem crucis, & non ceſſare etiam paſchali tempore pœnitentiã agere quouſq; ab angelis Dei in morte ab ea deponamur, & in ſepulchro paradiſi reponamur. Bernardus. Caput noſtrũ depoſuere uiri iuſti. Nos ergo dignationẽ ſua angeli deponant de cruce hac pñiæ, ut conſummati uiriliter die crucis. ſecunda quæ poſt mortem eſt quieſcamus ſuauiter. Venit autem & Nicodemus, qui uenerat ad Ieſum nocte primum ferens mixturam mirræ & aloes quaſi libras centũ. Acceperunt ergo corpus Ieſu, & ligauerunt eũ lintheis in ſindone munda, quã mercatus eſt Ioſeph cũ aromatibus, ſicut mos eſt iudæis ſepelire. Erat autem in loco ubi crucifixus eſt ortus & in orto monumentum nouum, quod ſibi Ioſeph exciderat in petra, in quo nõdũ quiſquã poſitus fuerat. Ibi ergo pp paraſceuem iudęorum, quia iuxta erat monumentum poſuerũt Ieſum. Hic poſſumus elicere documẽtũ ſm Guil. ꝙ ĩ ſepultura corpis dñi Ieſu, qđ eſt eccleſia adeſſe dñt Ioſeph, & Nicodemus.i paſtores & doctores. Ioſeph iter-



pretatur

pretatur creſcens.ſ. in temporalib. & ſpũa-
libus. Nichodemus includens ſe ſup. in cõ
templatione ut doctor. Propter hoc nũc
pro maiori parte operiunt uermes ecleſiã
quia ſepulturæ eius non aſſunt Nichode-
mus & Ioſeph, quia non aſſunt qui mixtu
ras mitrę & aloes exhibeant. Mirra quidẽ
quæ p̃ſeruatiua eſt, ſolicitudo eſt & caute
la paſtoris. Aloe uero quæ præſeruatiua
eſt & purgatiua ſimul, ſacra ẽ exhortatio
& uiuax mortis memoria, & timor iudi-
ciorũ Dei. Et aduoluit Ioſeph ſaxũ ma-
gnũ ad oſtiũ monumenti & abiit. Morali-
ter loquẽdo triplex hoĩum genus ſaxum
magnũ aduoluit ad oſtiũ monumenti. Pri
mũ eſt perfectę pœnitentiũ, q. cũ Chriſto
ſepulti propoſitũ firmãt de nunquã rela-
bẽdo in pctm̃. Scd̃m eſt religioſorũ clau-
ſtraliũ, qui firmũ propoſitũ habent, poſtq̃
ſeculo mortui ſunt nunquam inde exire,
ſed ſp ibidẽ ſepultos eſſe, quod pauci mo-
nachi faciũt. Nã mortui noſtri tẽporis ſm
Guĩl. facile exeunt de monumento clau-
ſtralis conuerſationis, ĩmo in ſepulchris
teneri nõ pñt, ita ut ueraciter de eis dici
poſſit qđ uulgo dr̃, qa nec ſera nec uectis,
nec clauis, nec clauus nec gũphus ibi eos
tenere põt. Ex quo appet non ibi eos eſſe
ſepultos tanquam mortuos, ſed potius tã
quã uiuos. ad inſidiandum ibi & latroci-
nandum abſconditos. Non. n. oportet uio
lentiam adhibere mortuis ut tenẽatur in
ſepulchris, qui nec virtutẽ nec uires hñt
ad exeundum. Tertium genus eſt eorum
qui aliquẽ in peccato cõfirmant ſiue adu
latione ſiue ſuggeſtione. tales lapidem ad
oſtium monumenti aduoluunt ut adula-
tores, qui ſecundum Guil. mortuo infer-
nali & eius diabolicæ ſepulturæ impen-
dunt officium. Luc. 9. Sinite mortuos ſepe
lire mortuos ſuos. & bene mortui dicunt̃.
Gregorius. Mortuus mortuũ ſepelit, cum
pctõr peccatori adulatur. Hæ ſunt male-
dictæ mulieres quæ non unguenta emunt
ut ungant deuote dñm. ſ. ſi fas eſt dicere
ſtercora peccatorũ. Et dies erat paraſce
ues & ſabbatum illuceſcebat. Erãt autem
ibi Maria Magdalenæ, & Maria Ioſeph, &
mulieres ſubſecutæ, quæ cum ipſo uene-
rãt de galilea ſedentes contra ſepulchrũ,
quæ aſpiciebant ubi poneretur. Et uiderũt
monumentum, & quemadmodum poſitũ
erat corpus eius, & reuertentes paraue-
runt aromata & unguenta. Et ſi dicatur,
quia dies paraſceues erat tota ſancta & ſo
lennis. Exod duodecimo. ideo tunc dice-
bat iſta facere. Dicitur quòd præparatio
illa unguentorum erat opus miſericor-
diæ, & opera miſericordiæ excepta erant
ab illa inhibitione, & ſecundum rationis
æquitatem, & ſecundum probabilem con-
ſuetudinem, niſi die ſabbati, quando pote
rat ſine periculo differri. quando uero nõ
poterat tunc licebat. ut patet de circunci-
ſione. Io. 5. Et ſabbato quidem ſiluerũt
ſecundum mandatum. Altera autem die
quæ eſt poſt paraſceuem cõuenerunt prin
cipes ſacerdotum & phariſei ad pilatum
dicentes &c. Circa quod quæritur, utrũ
corpus Chriſti fuiſſet putrefactum in ſe-
pulchro ſi reſurrectio non fuiſſet accelera
ta? Et vr̃ q; ſic. quia ſm Dam̃. totũ quod
eſt in hoĩe, & oĩa quæ hoĩs ſunt aſſumpſit
Xp̃s præter pctm̃ ergo per eandem rõnem
aſſumpſit conditiones naturæ mortuæ, cũ
ẽt dicat Paulus Heb. 2. q; Chriſtus debuit
per omnia fratribus aſſimilari. Dicĩt pri-
mo ſecundum docto. ſubtilem in 3. di. 21.
q; corpus Chr̃i ſuæ naturæ derelictũ ſecũ
dũ influentiam cauſarũ inferiorũ fuiſſet
per ſucceſſionẽ tẽporis putrefactum, quia
tale corpus habebat cãm intrinſecam re-
ſolutionis. ſ. calorẽ & humorem. & extrin
ſecã ſicut alia corporalia. ſ. calorẽ, & fri-
gus. ideo ſi miraculoſe non fuiſſet prohibi
tum fuiſſet incineratũ. Dr̃ ſcđo q; ſecũdũ
ordinem cãrum ſuperiorũ & ſimpliciter
nunquã fuiſſet incineratum. Quod. n. dici
tur fieri ſecũdũ cauſas ſuperiores dicitur
ſimpliciter fieri, quia cauſa ſuperior mo-
uet inferiores, & ſine ipſa nihil poſſunt in-
feriores. ſed à Deo ordinatũ erat tale cor
pus eſſe incinerabile. iuxta illud. p̃s. Non
dabis ſanctum tuum uidere corruptionẽ.
& ita ſimpliciter non fuiſſet incineratum,
quia Deus ipſorum prohibuiſſet miracu-
loſe, nec ad inferiores cauſas concurriſ-
ſet. Dicitur ſecundum Durandum, quòd
corpus Chriſti non debuit incinerari, aut
putrefieri, quia aut tales defectus fuiſſent
à Chriſto contracti. & hoc non, quia pec-
catum originale non habuit. & per conſe-
quens nec defectus ſequentes contraxit.
Aut uoluntarie aſſumpti. & hoc non.
Tum propter dignitatem deitatis cui at-
tribuebatur. Tum quia Chr̃s nõ aſſumpſit
defectus



defectus humanæ naturæ, niſi quantum
expediebat ad finẽ redemptionis noſtræ.
ideo cum opus redemptionis noſtræ fue-
rit in morte cõpletum ſm quod dicit xp̃s
Io. 20. cõſummatum eſt. ideo putrefactio
uel incineratio qui ſunt defectus mortem
conſequentes non debuerunt eſſe in cor-
pore Chriſti. Secundo ſm Tho. quia pu-
trefactio cuiuſcũq; corporis prouenit ex
infirmitate naturæ illius corporis. quę nõ
poteſt amplius corpus in vnum continere
Ideo quia iam ſatis erat oſtenſa humani-
tas in morte Chriſti. decuit virtutem di-
uinitatis in ſepultuea oſtẽdere. reddendo
corpus ſuum incinerabile. vnde Criſo. in
viuentibus aliis hominibus his. ſ. qui ege
runt ſtrenne arrident propria geſta. his au
tem pereuntibus pereunt. Sed in Chriſto
totum contrarium. Nam ante crucem oĩa
ſunt mœſta & infirma. vt aũt crucifixus eſt
omnia clariora ſunt facta. ut noſcas non
purum hominem crucifixũ. Sed ſm Tho.
3. par. q. 51. art. 3. in ſolutione ad primum.
ſi corpus eius fuiſſet putrefactum uel re-
ſolutum, hoc magis fuiſſet in detrimentũ
humanæ ſalutis. dum nõ crederetur in eo
eſſe diuina virtus. Vnde ex perſona eius
dr̃ in p̃s. Quę utilitas in ſanguine meo dũ
deſcendo in corruptionem. q. d. Si corpus
meum putreſcat, perdetur effuſi ſangui-
nis utilitas.

*Sabbato hebdomadæ ſanctæ Sermo primus. & in ordine 148. per thema.*

DOrmiet vſq; mane. Eccl. 31. Scriptum
eſt prouer. 17. Omni tempore diligit
qui amicus eſt. & hoc ideo quia alter ami
corum alterius ſtatum vult ſcire maxime
tempore neceſſitatis. quia tunc probatur
amicus. Eccle. 12. amicus in malis agnitus
eſt. Quod ſi uerum eſt de amore mundi.
multo plus de amore Chriſti. de quo Ioã.
14. in finem dilexit eos. ſ. ad proprias expẽ
ſas. Prouerbio 13. Qui negligit damnum
propter amicum iuſtus eſt. Dilexit enim
nos Chriſtus ſicut vipera fœtus ſuos. cuius
latera ſcinduntur eos pariendo. Chriſtus
enim maluit mori pariendo nos, q̃ non
mori, & non parere nos ad uitam ſpiritua
lem. Igitur iſtis diebus debuimus noſtrũ
amicum Chriſtum uiſitare, & ab eo q̃rere
q̃uo ualeret. Quod ſi feciſſemus feria quĩ-
ta præcedenti in cœna. reſpondiſſet. ſpiri-
tus quidem promptus eſt. caro autem in-
firma, quæ eſſet materia compaſſionis. Si
autem heri hora nona reſpondiſſet illud
p̃s. Defecit caro mea, & cor meum in ge-
mitibus. & hoc eſſet materia aſſlictionis. Si
uero hodie petis quomodo ualet. Reſpon
debit ſapiens uerba propoſita. Dormiet
vſque mane. & ſic mane ſurget curatus.
quod eſt materia exultationis qua exulta
uit ſpiritus Mariæ ĩ Deo ſalutari ſuo. Qđ
ſalutare ab ea petamus dicentes. Aue.

*A Lectur. In dupli- ci lecto dormiuit Chriſtus.*

Chriſtus inuenitur dormiuiſſe in dupli
ci lecto. ſ. in lapide & ligno ĩ ligno ſibi cõ
gruebat, quia uermis ligni nõ quieſcit niſi
in ligno perforato. De Chriſto autem ſcri
bitur 2. Regũ. 22. q; ipſe eſt quaſi tenerri-
mus ligni uermiculus. in lapide uero ſibi
congruebat, quia lepuſculus. qui poſtquã
euaſit manus venatorum & canũ requie-
ſcit in petra. prouerbio 30. quattuor ſunt
minima terræ, & ipſa ſunt ſapientiora ſa-
pientibus. Lepuſculus qui in petra nidum
ſuum collocat. Iſti lecti ualde duri erant,
ſed primus durior. quia nõ ſolum ligneus
ſed etiam ferreus. Deute. 3. monſtratur lo
cus eius ferreus. Secundus uero ſuauior.
propterea depoſitus eſt de primo ut reqe
ſceret in ſecũdo. Ideo in hoc ſermone pri
mo dicemus, quomodo depoſitus eſt de
lecto duriore. Secundo quomodo reclina
tus eſt in lecto paulo ſuauiore. in quo dor
miet vſque mane. Circa primum acceſ
ſit Ioſeph ab Arimathia ad pilatum vir iu
ſtus & bonus, & qui non conſenſerat con-
ſilio & artib. eorũ. In quo notanĩ diuitiæ
& honores ipſius Ioſeph. Sunt. n. virtutes
diuitiæ & honores hominis iuſti. Sic præ-
latus quicunque deberet accedere ad Pi-
latum. i. ad tyrannos ſicut Moyſes ad Pha
raonem, & dicere. dimitte populum meũ,
ut ſacrificet mihi. & petere corpus Ieſu,
id eſt membra eius, quæ detinet in anga
riis, & miſeria vſque ad blaſphemias nomi
nis Dei. & audacter etiam debet accedere
non obſtante periculo. Hic autem Ioſeph
acceſſit ad Pilatum occultus diſcipulus
Chriſti. Super quo Ambroſius. Ioſeph ab
Arimathia occulte acceſſit ad pilatum p
pter metum iudæorum. Ego puto q; occul
te petiit ut corpus impetraret. non ut pe-
riculum caueret. Et quid mirum, ſi oc-
cultabatur iuſtus quando occultabantur

apoſtoli iuſtorum magiſtri? Depoſuit
itaque Ioſeph corpus Chrĩ de cruce ut ſe
peliret illud in monumento. vt ſicut in A-
dã ex pc̃tõ primi parentis duo inflicta ſunt
mala. Primum ex parte corporũ ut neceſ-
ſario ſoluta in mortem redderentur. Secũ
dum ex parte aĩarum. quia quantumcũq;
iuſti ad limbum deſcẽdebãt. ita & ex par-
te Chriſti quo ad corpus & aĩam duo fa-
cta ſunt. Ex parte animæ ut anima eius ad
inferos deſcenderet, & ex miſericordia ſe
eis ſociaret. ſed non ut ibi teneretur, ſicut
& illæ tenebantur. ſed ſicut aĩa erat ſemp
verbo vnita. ſic nunquam ẽt per mortem
eẽt à uerbo ſeparata. Glo. ſuper illo Deus
meus ne ſileas à me. Tunc. n. ibi fieret ſilẽ-
tium. ſi ab illa ſe ſepararet uerbũ. & ideo
quia vnita uerbo ibi teneri nõ potuit. ſed
eas quæ tenebantur potenter eripuit. Ex
parte uero corporis ita de corpore ſuo or
dinauit. ut quia corpora electorum ſuorũ
iacebant in terris. vt etiam ſuũ ſociaretur
eis in terra non ſicut illa corpora incine-
randum & putreſcendum nec diu moran-
dum, quia illud corpus non erat à uerbo
ſeparatum. Ideo ſicut aĩa cum uirtute de-
ſcendit ad inferos non remanſura, ſic cor-
pus terræ cõmendatum eſt non ibi man-
ſurum. ps. Non dabis ſanctũ tuum &c. Sed
ibi iacuit ut corporibus electorum ſocia-
tum virtute ſua ſanctificaret terram, ĩ quã
omnes redibunt. vt terra eſſet quaſi ortus
reddens imposterum ſemina ſibi credita.
In cuius rei figuram uoluit in orto ſepe
liri. & ut ex ſocietate & coniunctione car
nis eius haberent uirtutem reſurrectionis
Quod ſignificatum eſt in Helyſeo, cuius
oſſa cum tangeret mortuus, ſuſcitatus eſt.
1. Corint. 15. Seminatur corpus animale,
ſurget corpus ſpirituale. Sunt. n. corpora
mortuorũ quaſi ſemina terræ cõmẽdata.

Super quo aduertendum eſt ꝙ dñs de
cruce depoſitus eſt nudus, ſed à Ioſeph in
uolutus & in ſepulchro poſitus. quia ue-
rus religioſus pauper & nudus deponi de
bet de cruce religionis. ſed à uero Ioſeph
meritis plenus inuolui, & ĩ ſepulchro glo
riæ reponi. Dicat ergo nunc bonus religio
ſus. In meditatione mea domine Ieſu con
ſiderans amaritudines tuas deponam te
de cruce. & ut requieſcas reponam te in
corde meo. ſed poſt te in cruce pendebo.
Bonus eſt mihi lectus dñi mei Ieſu dulcis
& amabilis. ibi in pace dormiã & requie-
ſcam. Ibi caro mea requieſcet in ſpe. ibi
cor meum & caro mea delectabuntur in
Deum uiuum. Certe lectum illum non de
feram, quouſque me de cruce deponat.
Non enim mortuus à uiuo de cruce depo
ni potero. Vnde ad nuditatis operimentũ,
cum deponitur Chriſtus de cruce tria my
ſtice cucurrerunt Memoria. ſ. cogitatio &
deuotio. Memoria tanquam ſepulchrum
exciſum in petra ipſum recolligens. cogi-
tatio ſancta & munda tanquam in ſyndo-
ne munda ipſum inuoluens, deuotio uero
eum aromatibus inungẽs. Quibus modis
Maria eum à cruce recepit in gremium cũ
mirræ & aloes. i. amaritudine plus quàm
libris centum. ſed in ueritate fidei ſup oẽ
eccleſiæ ſentimentũ, quia illo toto tẽpore
triduanæ ſepulturæ in ea ſola permanſit
fides. Inde eſt, ꝙ ſibi dies ſabbati ſpeciali
ter tãquam noſtræ fidei conſeruatrici de-
dicatur. & in officio nocturno omnibus lu
minaribus extinctis una ſola candela re-
ſeruatur accenſa. Circa hoc quæritur.
Vtrum in ſola virgine Maria in triduo do
minicæ ſepulturæ remanſerit catholica fi
des. Et uidetur ꝙ nõ. quia eo tempore Ioã
nec euangeliſta tanto honoratur priuile
gio, ut virginis filius diceretur. & ſibi Dei
mater cõmitteretur. nec hoc factũ fuiſſet
fidelis ſeruus & prudens. ſi ergo tunc fide
lis, tunc fidem habuit. Cui atteſtatur illud
quod uſq; ad crucem ſecutus eſt dominũ
ſicut & Maria. Secundo latro in cruce pla
cuit Deo, ſed ſine fide impoſſibile eſt pla-
cere Deo. Heb. 11. igitur tunc habuit fidẽ.
Tertio ſecundum Auguſtinum ſuper Ioã
nem. 2. parte. omel. 5. Sicut Petrus negan
do fuit mortuus, ſic plorando reſurrexit,
& reuixit. ſed non potuit uiuere niſi viuifi
catus ex fide. Abachuch. 2. iuſtus ex fide
uiuit. & Roma. 3. arbitramur hominem iu
ſtificari per fidem. & Romanor. 5. iuſtifica
ti ergo ex fide pacem habeamus ad Deũ.
In oppoſitum arguitur. quia ſuper illud
Ioan. 14. vt cum factum fuerit credatis.
dicit glo. in paſſione nulla fides manſit in
apoſtolis domini. Item Augu. ſuper Ioan-
nem. parte ſecunda. cap. 4. dicit, quòd apo
ſtoli non tantum carne Chriſtum relique
rant, ſed etiam mente per infidelitatem.
Reſpondeo. Sit prima ueritas Maria ſuper
omnes fide abũdauit. quia eam ſuper om-

*B Maria. Vtrum ĩ ſola Maria uirgine ĩ triduo remanſerit fides.*

nes



nes habuit. Patet primo, quia dicitur Mat
thæi. 17. Si habueritis fidem ſicut granum
ſinapis, & dixeritis monti huic, tolle te, &
mitte te ĩ mare, obediet uobis. Sed ad Ma
riæ dictũ qñ dixit, fiat mihi ſm̃ uerbũ tuũ.
ſummus montium tulit ſe, & miſit in
mare amarum. i. in Mariã. ergo eius fides
maximũ habuit effectũ. Præterea Abrahã
maximæ fidei ponitur in exẽplũ, quia ĩ ſpẽ
contra ſpẽ credidit. Ro. 10. Credidit autẽ
ſenex ſeni de vetula naſciturum filium.
Hæc uerò de virgine Deum naſciturum,
quod improportionabiliter difficilius eſt
ad credendum. ergo in fide ſuperauit A-
braham. & ideo dominus habitauit in ea.
propterea ſcriptum eſt. 3. Reg 8. dicit dñs
ut habitaret in nebula. ſ. fidei, q̃ dr̃ nebula
quia uidemus nunc per ſpeculũ & in enig
mate. Quia enim cito credidit, cito conce
pit. Nam Eccle. 43. medicina omnium in
feſtinatione nebulæ. i. fidei. Secunda ue
ritas. Maria in triduo dominicæ ſepulturæ
fidem ſeruauit. Scriptum eſt enim prouer
bior. ulti. Non extinguetur in nocte. ſ. paſ-
ſionis lucerna eius. ſ. fidei. Inde dicitur pul
chra ut luna. quia in hoc ſequitur condi-
tionem lunæ, quæ ſole declinante ad oc-
caſum lumen ſolis apud ſe retinet & cuſto
dit. & lumen uti volentibus communicat.
Hæc eſt mons Armeniæ ſupra quem ſo-
lum requieuit archa fidei in diluuio per-
ſecutionis Chriſti. Vnde Ecceſi 1. gene-
ratio præterit. ſ. in Petro, quem genuerat
in fide quãdo ipſum negauit. & generatio
aduenit. ſ. latro dum pœnituit & credidit.
terra autem. ſ. Maria in æternum ſtat. ſ. in
fide. Hinc dormiente domino in nauicula
crucis motus magnus factus in mari. ita
ut nauicula eccleſiæ operiretur fluctibus.
Ipſa uero tunc ſicut mulier fortis ſola gu
bernaculum fidei conſtanter tenuit: quia
tunc tota nauis eccleſiæ eius fidei innixa
eſt. Propter quod vniuerſi fideles ipſam ĩ
ſabbato ſpecialiter uenerantur & in ſab-
bato ſancto canticum eius in ueſperis ſm̃
aliquos eccleſiarum uſus ſolum decantan
tur. Tertia ueritas in triduo dominicæ
mortis fides implicita & imperfecta in q-
buſdam aliis à beata virgine remanſit.
Patet in latrone qui profeſſus eſt ipſum eſ
ſe Deum, licet non expreſſe crediderit ip-
ſum eſſe reſurrecturum. Similiter in cen-
turione qui teſtatus eſt, quòd uerè filius
Dei erat iſte. ceteros fidei articulos igno
rans. Similiter & multi in iudæa qui præ-
ſentes non erant morti ſuæ credebant in
eum, nec fidem amiſerant ſed expreſſam,
& explicitam non habebant. Quarta ꝓpo
ſitio. in ſola beatiſſima virgine Maria in
triduo dominicæ ſepulturæ remanſit per-
fecta & explicita fides. Nam omnibus uer
bis Chriſti credidit iuxta illud Luc. 2. Ma
ria conſeruabat omnia verba hæc confe-
rens in corde ſuo. Ipſa enim eſt ſtella ma-
ris, quæ tempore gellicidij eccleſiæ ſcintil
lat clariſſime. quia quando apoſtolorum
charitas refriguit, ipſa ſola quaſi de nocte
totam eccleſiam fide illuſtrauit. Hinc in
die illo ſancto ſabbati miſcetur tractus cũ
alleluia dolor de apoſtolorũ incredulita
te cum gaudio de virginis ſtabilitate in
reſurrectionis fide. Inde etiam omittitur
offerenda, quia apoſtoli tunc non erant cõ
uerſi, ut per ueram fidem ſe Deo offerrẽt.
Secundo quia ſi manſiſſet fides in aliis ma
xime fuiſſet in mulieribus Nam de diſci-
pulis habetur Matth. 22. vos omnes ſcan-
dalum patiemini in me in iſta nocte. Itẽ ſi
aliqui remãſiſſent in fide maxime fuiſſent
Ioannes & Petrus. ſed hoc non. quia Ioã.
20. currebant duo ſimul &c. & infra. Tũc
ergo introiuit & ille diſcipulus qui uene
rat prius ad monumentum, & vidit & cre
didit. Non ergo antea credidit. Item Mar.
ulti. exprobrauit incredulitatem illorum,
quia his qui uiderant eum reſurrexiſſe à
mortuis ſ. angelis & mulieribus non cre-
diderunt. Et Lucæ. 24. Viſa ſunt ante illos
ſicut deliramenta uerba iſta & non credi-
derũt illis. Sed de mulieribus patet quòd
non. quia, ſi aliqua credidit maxime fuiſ-
ſet Magdalena. ſed hoc nõ, quia tertia die
iuit ad ungendum eum cum cæteris mu-
lieribus, ergo credebat eum non eſſe viuũ
ſed mortuum. Tum quia Magdalenæ di-
ctum eſt à domino. Noli me tangere, non
dum enim aſcendi ad patrem meum. Sup
quo glo. non ꝙ uellet non tangi niſi cum
aſcendiſſet ad patrem in cœlum, cum etiã
mulieres & alij tetigiſſe legantur etiã nõ
ſedentem in cœlo. ſed vult ſpecialiter tan
gi. i. ſic credi ut ſit æqualis patri. Iſta autẽ
adhuc in eum carnaliter credebat. quem
ſicut hominem flebat, quaſi diceret. Quẽ
mortuum credis, viuentem tangere non
mereris. Nondum. n. credis me eſſe æqua-

lem patri, quia nondum in corde tuo aſcé
di ad patrē meū. Quinta ueritas. in ne-
gatione diſcipulorum triplex fuit gradus
Primus qñ relicto eo mente oēs fugerūt
corpore. Secundo qñ aliqui cordis uigore
aſſumpto eum ſecuti ſunt, ſicut Petrus &
Ioannes. Tertius qñ eo mortuo oēs incre
duli facti ſunt, ut ex ſupradictis apparet.

C Sepulchrum. De duplici lecto xp̄i duro.

In ſecunda parte dicendum eſt quomo-
do reclinatus eſt dominus in lecto ſuauio
rē quàm lectus crucis. ſ. in ſepulchro lapi-
deo. Vnde animal non poteſt melius capi,
quàm in loco in quo ſolet quieſcere, & ꝓ
pterea uenatores obſeruant locum in quo
fera dormit, & ibi ponunt ſua ingenia.
Cras debemus capere prædam noſtram fi
lium dei. ergo nota locū in quo dormiet.
Chriſtus in duobus locis dormiſſe legitur
Primo in nauicula. Mat. 8. hoc autem de-
bet eſſe arctitudo pauperratis, in hoc loco
à multis capi non poteſt. Non enim quili
bet poteſt intrare religionem. Vnde in a-
ſcenſu nauiculæ diſcipuli ſecuti ſunt dn̄m
non turba. Secundus locus in quo dormit
eſt ſepulchrum lapideum nouum. ps. ego
dormiui & ſoporatus ſum. & Matt. 27 po-
ſüit eum in monumento nouo. Ex quo da
tur intelligi quòd ſi nō potes capere Chri
ſtum in nauicula religionis, oportet te eſ
ſe ſepulchrum nouum uel ſaltem renoua
tum. Sed aduerte ꝙ aliter renouatur anti-
qua imago de auro, & aliter imago deau
rata de ligno putrido. Aurea renouatur
intus & extra, ponitur enim in fornace ita
quòd totum liqueſcit. ſed lignea quando-
que renouatur coloribus & picturis exte-
rius. interius tamen remanent putredo &
uermes. Multæ quidem perſonæ renouan
tur exterius, & ornantur ſicut imago li-
gnea, ſed putredo peccati remanet īterius.
Perſona cōicans debet eſſe ſepulchrū re-
nouatum non tantum exterius corpore,
ſed interius mente. Epheſ. 4. Renouamini
ſpiritu mentis ueſtræ. Item dicitur eſſe ſe-
pulchrum de petra dura per abſtinentiam
Ratio eſt. Prouer. 30. dicitur ꝙ viam colu
bri ſupra petram non potuit Salomon re-
cognoſcere. Vnde coluber tranſiens ſuper
rem mollem & teneram relinquit ibi ue-
ſtigia, & inde ſequitur delectatio aut con-
ſenſus, ſed quando tranſit per cor durum
& firmum viuens in pn̄ia, non apparent ue
ſtigia, quia non ſequitur cōſenſus nec de-
lectatio. Et quantumcūq; trāſeat coluber
tentando, niſi ſit ibi delectatio, uel cōſen-
ſus, non apparet ibi uia dæmonis, nec eſt
pct̄m̄. Hinc perſonæ cōicanti licet occur-
rant tentationes & cogitationes, niſi ſe-
quatur conſenſus non eſt periculū. Sepe-
lierunt ergo eum viri timorati, vt mos eſt
iudæis ſepelire. ſ. viros iuſtos & ſanctos.
quia mos erat iudæorum tales honorifi-
ce ſepelire, non latrones & homicidas. Se-
pelierunt aūt eū in loco mundo. quia non
dum quiſquā in eo poſitus fuerat, in loco
ēt clauſo & munito, quia ut in aīa requie
ſcat Chriſtus, oportet eam eſſe mundam
ſine reprehenſione culpabili, clauſam ab
oī extrīſeco turbabili, & munitā cuſtodia
notabili. In ſignū cuius Chriſtus in triduo
uoluit quieſcere, ꝑꝑ primū in ſepulchro
nouo, ꝑꝑ ſecundum in ſignato & clauſo,
ꝑꝑ tertiū in cuſtodibus munito. Sed q̄rit
quare filius virginis carne tenellus. de
quo Prouerbio. 4 ego filius patris mei te-
nellus & vnigenitus coram matre ſua, ele
git ſibi quietē in lectis tā duris? Rn̄deo ꝙ
triplex pōt aſſignari ratio. Prima eſt pro-
bitas tanti militis. Nā ſtrenui milites de-
clināt ſtrati molliciē. vn̄ de Annibale Af-
fricanorū duce narrat ſextus Iulius. li 4.
ꝙ cū militaret plerūq; ſuper nudā humū,
ſagulo. i. ueſte militari tectus ſomnū capie
bat. Sic & miles iſte poſt fortiſſimā victo
riam ī lecto duriſſimo ſomnū cepit. Sene.
lib. de remediis fortuitorum. Non ſolū in
terra, mari, aut prælio vir fortis apparet.
exhibetur etiam in lectulo virtus, in cuius
figura Iacob tulit de lapidibus, quæ iace-
bant, & ſupponens capiti ſuo dormiuit.
Quieuerat enim prius in cruce, quæ gra-
uior multo ſibi erat. ideo nunc in meliori
oportuit eum dormire. Dicit enim philo-
ſophus libro de probleumatibus, ꝙ ſuper
planis iacere laborioſus eſt quàm iacere
ſuper concauis. Primus uero lectus erat
planus, ſcd̄us concauus. iō in ſcd̄o proli-
xiorem requiem inuenit. Scd̄a rō, quia ſm̄
philoſ. 8. phiſicorum. in motu reflexionis
oportet eſſe quietē mediā, ſicut lapis de-
ſcendens ſuper petram iterum reflectēdo
aſcendit & paulatim ante aſcenſum ſuper
petram quieſcit. Motus aūt Chriſti qui fuit
lapis quem reprobauerunt ædificantes,
fuit quidam motus reflexionis cōpoſitus
ex deſcenſu & aſcenſu. Eph. 4. Qui deſcen
dit



dit ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cę
los. Deſcendit enim non ſolum carnem aſ
ſumendo ſed etiam in eadem carne nobi-
ſcum conuerſando uſque ad motem. Aſcé
ſus autem primus fuit de ſepulcro, & de
hoc mundo tranſeundo ad patrē. ideo ne-
ceſſe fuit eum in medio quieſcere in loco
lapideo, vt melius ſurſum aſcēderet. Quar
ta ratio fuit fortis inebriatio. Biberat e-
nim calicem fortisſimum uini mirati cum
felle mixti. ideo profunde dormiuit. pſal.
Dormiens dominus tanquam potens cra-
pulatus à uino. Qui autem fortiter dor-
mit non curat quo dormiat ſiue ſuper li-
gnum ſiue ſuper lapidem. In cuius figura
Noe poſtquam plantauit uineam, de ea
uinum bibēs inebriatus & nudatus iacuit
in tabernaculo ſuo. Vinea antē quam de
Aegypto tranſtulit, domus Iſrael eſt. de
qua uinum mirratum aſſumens poſtea ia
cuit in tabernaculo lapideo.

*Eodem ſabbato Sermo 2. Et in ordine. 149. per thema epiſtolæ.*

MOrtui enim eſtis & vita ueſtra abſcō
dita eſt cum Chriſto in Deo. Collo
cen. 3. Si uita noſtra abſcondita eſt & con
ſepulta cum Chriſto in Deo quomodo iu
bet eam apoſtolus quęrere ſurſum in dex
tera Dei, cum latea uita ipſa in ſepulchro,
& anima in inferno? Dicitur primo quod
Chriſtus eſt uita noſtra quæ iacuit in ſe-
pulchro. Ait enim Ioann. 14. Ego ſum uia
ueritas, & vita. & iterum Ioann. 6. iſte eſt
panis qui dat uitam mundo, & ita domus
mortis fuit manſio uitalis, & mortem non
mortuum deuorauit Chriſti ſepulchrum.
In hoc quoque mutatus eſt ordo rerum
quod domus ſepulchri uelut vteri noua
forma concepit mortuum & peperit vi-
uum. Dicitur ſecundo quod uita iſta dum
latitabat in ſepulchro regnabat in cœlo
Ioann. 3. Qui de cęlo venit ſuper omnes
eſt. Sol enim ſuperius reſidens in hemiſpe
rio ſuo inferioribus influit, cuncta fouet,
vegetat, & regit. ideo oculi omnium infe
riorum ad eum diriguntur vt uegetentur
& illuminentur. Sed dum latebat in ſepul-
chro & anima ī iferno, ſedebat à ſiniſtris:
nunc autem exaltatus ſuper omnes cœlos
ſedet à dextris uirtutis Dei, id eſt in potio
riobus bonis: vbi Stephanus uidit eum ſtā
tem & ipſum protegētē. vbi Dauid vidit
delectationes in dextera ſua uſque in fi-
nem. Ideo ad ipſum ſurſum reſpiciamus,
quærentes ea quæ à dextris ſuut ſcilicet
gratiam & miſericordiam eius. Nam do-
minus quandoque vtitur ſiniſtra. Sicut e-
nim de cœlo procedunt rores & pluuiæ,
ſic & fulgura & grādo ſed rarius. ideo iux
ta apoſtoli doctrinam ſemper ſurſum ad
dexteram illius reſpiciamus. ut percipere
mereamur benedictionem dextere. ſ. miſe
ricordiam, quā medio Mariæ poſtulemus
à Deo dicentes. Aue.

Duplex uita noſtra abſcondita eſt cum
Chriſto in Deo. Primo Chriſtus qui eſt ui
ta noſtra ſicut dicebat Paulus Gala. 2. vi-
uo ego iā non ego. uiuit uero in me Chri
ſtus. Et iterum. Mihi uiuere Chriſtus eſt.
Prouer. primo. Alia eſt uita noſtra quam
abſcondimus in Deo uiuentes in Chriſto
quouſque ipſe reuelet abſcōdita tenebra
rum. Et ideo hūc ſermonem bipartiemur.
Primo oſtendentes quomodo vita noſtra
Chriſtus abſcondita eſt in ſepulchro. Pri-
mo ab amicis, deinde ab inimicis. Secūdo
quomodo uita noſtra humana abſcondita
eſt cum Chriſto in Deo. iuxta textum
epiſtolæ. Mortui enim eſtis &c.

Poſtquam Chriſtus dominus uita no-
ſtra depoſitus eſt de cruce, honorifice ſe-
pultus eſt. Vnde Eſaiæ. 11. Erit ſepulchrū
eius glorioſum. glorioſum quidem artifi-
cio, qa exciſum in petra. glorioſum quo-
que in curatione funeris, quia à viris iu-
ſtis & glorioſis magnifice curatum eſt fu-
nus. Poſtea tamen quodam tempore ap-
paruit ignominioſum. quia ſicut dicit hie
ronimus in epiſtola ad Paulinum. Ab A-
driani temporibus uſque ad imperium cō
ſtantini per annos circiter centum octo-
ginta in loco ſepulchri ex quo reſurrexit
ſimulachrum iouis in rupe crucis ſtatua
ex marmore ueneris à gentibus poſita co
lebatur, & in ſpecu ubi Chriſtus paruulus
uagijt, ueneris amaſius ſcilicet adonides
plangebatur. Poſtmodum uero apparuit
glorioſum ſepulchrum Chriſti in miracu
lis: Nam (ut ait Petrus uenerabilis.) Vi
ſitat de cœlis annuo lumine miſſo Chri-
ſtus ſepulchrum ſuum. non qualibet die,
ſed ea qua in eodem iacuit, ita ut totum
illuſtret. Hoc ſciunt Aegyptij & ſaraceni,
nā illo tēpore quo ſaraceni, ipſum tene-
bant,

bant, vt etiam incredulorum animos ipſa
ueritas atteſtari fidei cogeret. Hæc Petrus
Iterum idem Petrus. & cum annuo recur
ſu paſſionis vel ſepulturæ domini memo
ria nunc maturius, nunc tardius ſecundũ
patrum regulas celebretur, non fallitur
præfati miraculi certitudo quin cęleſtis
benignitas deuotionem proſequens eccle
ſiæ ſuæ die quo Chriſtus in ſepulchro quie
ſcens recolitur, cœli ſublimia humilitati
terrenæ adiungit, & tam nobili miraculo
chriſtianorum ſuorum ſolennia condeco-
rat. Sed quia a principio naſcentis eccle-
ſiæ ab alienigenis non potuit cuſtodiri.
nunc in nouiſſimis diebus ceſſantibus om
nibus miraculis & demeritis Chriſtiano
rum creſcentibus à ſeptingentis annis &
ultra ab īfidelibus Barbaris. ſcilicet & a-
garenis libere cuſtoditur. Sed dicet om
nibus his viſis Chriſtiani animus inquie-
tus. Vt quid domine uis ab impiis pertra-
ctari viuus & à iuſtis mortuus? impii te cõ
trectãt manibus ſceleratis in cruce, & tui
electi te mortuum deportant ad ſepul-
chrum. Nonne melior eſt pars impiorum
quàm tuorum electorum? Clamabat olim
humana natura deſolata illud pſalmiſtę
tui. Viſita nos in ſalutari tuo hoc eſt in le
ſu tuo. ad uidendum in bonitate electorũ
tuorum ad lætandum in letitia gẽtis tuę,
& ecce gens emula & tibi aduerſa te uidẽ
do crucifixum letatur & exultat. gens ve
ro tua triſtatur, lamentatur, aut plorat.
Nonne vis facere partem tuã deteriorem.
Sed certe quia dixerunt impij non eſſe eis
partem ſed contenti fuerunt ſtorace nu-
cis id eſt corporalibus bonis quando diui
ſerunt ſibi veſtimenta mea. iuſti non im-
merito tulerunt ſpolia impiorum. Nam
terrigene teſtam nucleum inferi ſuſcepe-
runt. Ego me eis obtuli in precium, & ip
ſi tormentis & ludibrijs cogitauerũt pre-
cium meũ repellere. Cucurri in ſiti & ar-
denti deſiderio ut eos ſaluos facerem,
& ipſi in ſiti mea potauerunt me aceto.
Quandiu uiuit ouis non ueſcuntur cani-
bus eius hi quorum eſt ouis. ſed tunc cum
primum mortua fuerit cibus eorum effi-
citur. Ego ſicut ouis ad occiſioné ductus
ſum, & quaſi agnus innocens coram ton-
dente ſic obmutui. Nil mirum ergo ſi me
tractauerunt carnifices viuum, ut me mor
tuo ueſcerentur electi mei. Secundo di
cendum quomodo tractatus eſt dominus
ab inimicis, qui acceſſerunt ad pilatum &
dixerunt. Domine recordati ſumus quia
ſeductor ille dixit adhuc uiuens poſt tres
dies reſurgam. Iube ergo cuſtodiri ſepul-
chrum. Sen lib. primo de clementia. Tunc
ille dirus morbus ad inſaniam peruenit ul
timam, cum crudelitas verſa eſt in uolun
tatem. Neque enim ſatis erat eum perſe-
qui uiuum, niſi & perſequerentur mortuũ
uolentes ex toto extinguere nomen eius,
ſed non preualuerunt. Pſalmiſt. non ſu-
pergaudeant mihi inimici mei, qui di-
cunt mala mihi. Hinc & eum ſeductorem
vocant. Sed quæritur quare non dixe-
runt ſeductor iſte ſicut ſeductor ille. Re-
ſpondetur quod hoc ideo eſt, quia iſte eſt
demonſtratiuum rei non niſi propinque,
ille vero rei remote. Propterea qui pro-
pinqui erant cruci corpore & mente dice
bant. Iſte Deus meus & glorificabo eum.
Sic centurio dicebat. Vere filius Dei erat
iſte. Sed pontifices & phariſei longe ab ea
erant mente qui dicebant. Recordati ſu-
mus quia ſeductor ille &cę. Nec poteſt di
cere iſte qui longe ab eis cruce eſt uiuens
in delicijs, licet corporaliter ſit prope, ut
puta geſtans habitum religionis, ſed ſolũ
qui vere communicant paſſionibus eius.
Iſte enim eſt demonſtratiuum rei propin
que & ſenſui ſubiecte. Deus autem licet
quantum in ſe eſt in omnibus ſit propin-
quus. quia in ipſo viuimus, mouemur &
ſumus, non eſt tamen ſubiectus ſenſui, quia
Deum nemo vidit unquam. tamen eo re-
cte utitur quilibet ſanctus, qui ſic ueretur
eum quaſi corporaliter intueretur. Hebr.
11. Moiſes fide reliquit egiptum. non veri
tus animoſitatem regis. Inuiſibilem enim
quaſi videns ſuſtinuit. Qui enim ſic Deũ
attendit, nullam timet extrinſecam pote-
ſtatem. Qui autem aliam veretur poteſta-
tem propter quam male facit, non poteſt
dicere iſte Deus meus, quia non prope ſe
intuetur ſed poteſt dicere quod malus
propheta balaam ſeductus à poteſtate. Vi
debo eum ſed non prope. Guloſus non po
teſt dicere de eo, iſte Deus meus. ſed tan-
tum de uentre ſuo cuius Deus uenter eſt.
Similiter nec auari quorum Deus eſt mã-
mona. Similiter nec luxurioſi quorũ deus
Baal. In ſecunda parte principali dicen
dum eſt quomodo uita noſtra humana ab
ſcondita



A *Quærere quæ quærere debemus ſuperna nõ terrena.*

ſcondita eſt cum Chriſto. Et primo quo-
modo uita cœleſtis quæ reuelabitur in Deo
tempore ſuo. Secundo uita terrena noſtra
quæ nunc in Chriſto abſconditur, quan-
do à mundo in Deo noſtra abſconduntur
opera. Propter primum dicit apoſtolus. Si
conſurrexiſtis cum Chriſto quæ ſurſum
ſunt quęrite ubi Chriſtus eſt in dextera
Dei ſedens. Sicut Chriſtus mundum relin
quens in ſua paſſione cœlos petiit in ſua
reſurrectione, ſic cor noſtrum mundum
dimittat & illic ſequatur amicum noſtrũ
Ieſum. Collocen. tertio. Si conſurrexiſtis
&c. id eſt amicum veſtrum corde ſequimi
ni. Sunt autem ſuperna quærenda non ter
rena. Primo quia terrena uana ſunt. Satie
tas in eis creditur & uacuitas in eis reperi
tur. Quærens enim appoſitionem lignorũ
ignem ſuccendit. ſic cupiditas temporaliũ
acquiſitione accenditur. Pſal. ut quid dili
gitis vanitatem &cęt. Canis quærens in
aqua caſeum ſaliens vmbram lunæ appre
hendit. & deceptus ſubmerſus eſt. Sic de-
lectari & ſatiari quærens in temporalibus
quæ ſunt vmbra uerarum deliciarum, vm
bram apprehendens deceptus peccatis ſub
mergitur. Eccleſia. 33. uana ſpes & menda
cium inſenſato uiro quaſi qui apprehen-
dit umbram & ſequitur uentum ſic qui at
tendit ad uiſa mendacia. Sed ſuperna quæ
renda ſunt quia uera bona. Bonum enim
quod in eis creditur multo plus inuenia-
tur. Pſal. Sicut audiuimus. ita & vidimus
in ciuitate domini uirtutum. Largi enim
& curiales plus faciunt quam dicunt fide
libus & amicis. 3. Reg. 10. dicit Regina au
ſtri Salomoni. Non credebam mihi narrã
tibus donec ipſa ueni & uidi oculis meis
& probaui quod media pars narrata mihi
non fuerat. Secundo non ſunt terrena quæ
renda quia nociua ut ſi quis quæreret gla
dium quo iugularetur & cordam qua ſu-
ſpenderetur. Sed ſuperna quærenda ſunt.
quia ſecum habent omne bonum prouer.
11. bene cõſurgit diluculo qui quærit bo
na. qui inueſtigator malorum eſt oppri-
metur ab eis. puero male operanti dicitur
Tu quęris virgã qua uerberatus eris. Sic
diuitibus dici poteſt quòd uerberabũtur
grauiſſimè pro peccatis quę faciunt in tẽ-
poralibus acquirendis prouer. 11. Vſque-
quo paruuli diligitis infantiam. & ſtulti
ea quæ ſibi ſunt noxia cupiunt? Tertio nõ
ſunt quęrẽda terrena. quia neceſſario ſine
recuperatione amittuntur. ſuperna uero
quęrenda. quia inuenta perpetuo poſſidẽ
tur. Matth. 6. Primum quærite regnum
Dei. & hæc omnia. id eſt omnia quæ habe
re uolueritis cum illo habebitis Eſai. 21.
ſi quęritis ſupple bene, quęrite ſuperna.
conuertimini à temporalibus & uenite ad
me. Sed quia ſtudioſe non quęruntur quę
penitus ignorantur. ideo ſequitur. Quę
ſurſum ſunt ſapite non quæ ſuper terram.
Qui enim uinum guſtauit & bonum pro-
bauit, audacius ipſum emit care prouerb.
ult. guſtauit & uidit quoniam bona eſt ne
gociatio eius. & canis cum odorem beſtię
ſenſerit cum omni labore & periculo eã
ſequitur. Sic faceret qui odorem patriæ
ſenſiſſet. Canti. 5. Trahe me poſt te. Curre
mus in odorem &c. Sed quia obturate na-
rę odorem nõ ſentiunt ſpecierum. & uas
cui ſapor alicuius rei eſt impreſſus ſaporẽ
non facile recipit alienum. ſic cor quod
delectatione terrenorum plenum & obtu
ratum eſt ſupernorum odorem non ſentit
Sic quibus pepones & allia Aegypti ſen-
tiebant, dulcedinem mannę cœleſtis faſti
diebant. Ideo dicitur. non quæ ſuper ter-
ram id eſt abiicite ſaporem & delectatio-
nem temporalium, ſi ſuperna ſentire uul-
tis. Si haberes in cipho tuo vinum minus
bonum vel corruptum. & aliquis offerret
tibi precioſum & optimum, non ſuppo-
neres. ſed minus bonum amoueres & uas
lauari faceres. Nõ ergo credas quod deus
ſaporem & delectationem ſupernorũ ita
uilem habeat quod ſuper temporalem in
corde tuo infundat. niſi prius corde à tem
porali euacuato & mundato. Hinc Exod.
16. durante farina Aegypti manna de cœ
lo non dedit eis. qua dedit eis manna ad
manducandum. Cum dicat apoſtolus

B *Quærere Si debeamus quærere quæ ſunt deorſum.*

quæ ſurſum ſunt quærite uidetur negare
quæ deorſum ſunt quærere, quomodo
ergo quęrunt homines diuitias & tempo-
ralia bona ſunt de deorſum? Reſpondetur
Prima propoſitio non negat apoſtolus
quęrere ea quę deorſum ſunt ut tempo-
ralia bona. Tum propter uitæ neceſſita-
tem, tum propter hominis exercitium, &
laborem. iuxta illud Geneſ. 3 In ſudore
vultus tui veſceris pane tuo. & Pſal. Qui
fingis labore in præcepto. & Io. 5 Homo
naſcitur ad laborem ſicut auis ad uolatũ.
Tum

Tum propter opus meritorium. Inde eſt
quòd operarii à mane uſque ad ueſperã
in temporalibus elaborant,ut vitam ſuam
ſuſtentare poſſint. Pſal. Exibit homo ad
opus ſuum & ad operationem ſuam uſque
ad ueſperam.Secunda propoſitio. Quia
homines magis ſequuntur iudicium ſen-
ſus quam rationis,ideo proniores ſunt ad
quærendum terrena quæ ſenſu deprehen
duntur,quam cęleſtia quæ ſolo intellectu
Eccle.3. Spiritus id eſt affectus filiorum
hominum aſcendit ſurſum, & ſpiritus iu-
mentorum deorſum, quia iumenta id eſt
homines beſtiales deorſum ad bona mun
di deſcendunt.ſpiritus uero id eſt ſpiritua
les ad cęleſtia conſcendunt. Arbor enim
quamuis inferius radicetur in terra, ſur-
ſum tamẽ erigitur,quia quãuis corpus ho
minis in terra neceſſario radicetur, mens
tamen ad cęleſtia debet eleuari. Eſai. 37.
Mitte radices deorſum, & fructum ſuum
faciet ſurſum. Tertia propoſitio. quãuis
apoſtolus nõ ꝓhibeat quęrere quæ deor-
ſum,prohibet tamen ſapere quę deorſum
Hinc ait quæ ſurſum ſunt ſapite, nõn quæ
ſuper terram. Vnde duplex eſt ſapor tem-
poralium quæ ſunt ſuper terram. Quidã
eſt ſapor ſuinus ſiue porcinus qui diuitias
optimum bonum reputat,q̃uis ſint lutum
denſiſſimum in quo porci volutantur. &
hic ſapor eſt de deorſum. Alius eſt ſapor
temporalium bonorum qui de ſurſum eſt
quę ſecundum Guillermum pariſ.libr. 1.
De uirtutibus ſapiunt lutum cuius viliſſi
ma eſt abundantia.& propter hoc gloria-
ri de copia diuitiarum eſt gloriari de ma
gna luti congerie. Abachuc.2. Vſquequo
aggrauat contra ſe denſum lutum?Secun
do ſapiunt picem & viſcum. Eccl. 13. Qui
tetigerit picem inquinabitur ab ea. Et Au
giſt.ſuper.Pſal. Amor temporalium vi-
ſcus eſt ſpiritualium pennarum. Inquinãt
enim ſicut pix & viſcus amatores ſuos in-
ſtar auicularum quæ uirgulis viſcatis ſe
affricant,quę uel ex toto capite retinẽtur
uel non ſine auulſine plumarum indę euo
lant. Hinc auari plumas bonarum affectio
num & cogitationum aut ex toto aut ex
parte magna in uiſco diuitiarum relique-
runt Ibi enim intima ſua proiecerunt. Ec-
cleſia. 10. Tertio ſapiunt ſtercora. Phil.3.
Omnia arbitratus ſum vt ſtercora. Inqui-
nant enim ſemper & fetere faciunt contre

E

*Sapere. Septẽ ſapores diuitiarũ.*

ctantes ſe.& qui cœlum & cęleſtia & re-
dolere deberent & aromatibus virtutum
fragrare.terram olent & terram ſapiunt.
Terram enim fex eſt in comparatione cœ
li,& fex elementorũ apud philoſophos re
putatur.propter quod in infimo.id eſt in
medio mundi reſidet.Quarto ſapiunt ſpi-
nas.Vnde dominus.Luc.8.Spinę ſunt diui
tię & hoc quia innumerabilium ſollicitu
dinum,timorum,& dolorum vlcera con-
trectantibus inferunt.Quinto ſapiunt fal-
laciam,deceptionem,& mẽdacium. Hinc
& Matt.13.ait dominus. Fallacia diuitia-
rum ſuffocat verbum. Sunt enim muſcipu
la quæ uolentes capere capit & dum pro-
mittunt ſatietatem & copiam ſolam ino-
piam & famem ad earum augmentum ex
ſoluunt.Sexto ſapiũt vanitatem. quia nec
conferunt plenitudinem continenti nec
fulcimentum innitenti,nec fructum labo
ranti in eis & pro eis,immo ſapiunt onera
demergentia in profundum mortis,& re-
clamatoria furum & latronum.Vltimo ſa
piunt litigium & bellum.Hæc enim eſt li
tigioſa mulier quæ continue iurgatur cõ-
tra virum ſuum,pro qua omnia auditoria
litium tumultibus & clamoribus perſo-
nant,& propter quam vir opulentus om-
ni genere inſidiarum & opupgnationum
expoſitus eſt.Qui ſic de diuitiis ſapit recte
ſapiens,quę ſurſum ſunt ſapit non quę ſu
per terram. Et ſequitur. Quæ ſurſum
ſunt ſapite non quæ ſuper terrã. Auis no-
bilis habitat & nidificat ſurſum in locis ar
duis. Vnde & de aquila quę eſt regina
auium legitur. Iob.39. Eleuabitur aquila
& in arduis ponet nidum ſuum. Aquila dif
ferenter uolat ad cibum deorſum & ad ni
dum ſurſum. Ad cibum uolat propter ne
ceſſitatem.ideo capta præda ſtatim fugit
non ſiſtendo ibi. Sed ad nidum uolat pro
pter ſecuritatẽ & ibi manet.Sic homo cę-
teris creaturis nobilior cognitione & affe
ctione debet habitare & nidificare ſurſum
cum Chriſto. Ad terrena vero nec deſcen
dere nec uolare, niſi quantum exigit ne-
ceſſitas victus & veſtitus. Sicut Paulus q̃
volauit vſque ad tertium cœlum dicebat.
1.Thim.6. Habentes alimenta & quibus
tegamur &c. Talis erat diſpoſitio habitã
tium in archa Noe. Bruta erant deorſum
aues ſurſum. Brutales homines deorſum
habitant in mundo,ſpirituales autem ſur-

ſum

D

*Quæreñ Q̃d exẽplo aquilę quęrẽda ſunt q̃ ſurſum ſunt.*



ſum cum Deo. Sed quoſdam decipit mun
dus uolens eos domeſticare ſicut colum-
bas. Præparat enim eis cibum. facit ei ni-
dum.quo facto columbæ propter modicũ
cibi & nidi lucrum ſequentes habitant,&
eis ibi nutriunt pullos non ſibi, nec tamẽ
volunt inde fugere,magnum damnum ꝓ
modico lucro ſuſtinentes. Sic mundus vo
lens quoſdam attrahere,præparat eis ni-
dum honoris & cibum voluptatis,quo fa-
cto fatui peccatores laborant,ſeipſos occi
dunt,euiſcerant amore cibi & loci quem
offert mũdus. Oſeæ.7. Factus eſt quaſi co
lumba ſeducta non habens cor & ſicut co
lumba ſe exponit labori in periculo amiſ
ſionis pullorum, ſic iſti in periculo amiſ-
ſionis animarum. Ideo quæ ſurſum ſunt
&c. Pręterea homo factus eſt de terra &
in terra,nõ propter terrã neque ad terrã,
ſed ad cœlum & propter cœlũ quod pro
babili argumento patet,quia animal bru-
tum nouit naturaliter remedium ægri-
tudinis ſuæ. Leo egrotans ſimiam quærit,
qua deuorata conualeſcit. Simia egrotans
quęrit ſanguinem canis. vrſus formicas.
leopardus capream,caprea diptamum. li-
max origanum. ſerpens feniculum. Ho-
mo vero quid ſibi neceſſe ſit naturaliter
ignorat & idem eſt ac ſi dicat ei dominus
Nõ ad hoc factus es,nec tibi expedit ſcire
quæ ſunt ſuper terram,quia nec incolumi
tatem tuam quam præ ceteris terrenis af-
fectas potes cognoſcere, ut tendas ad ea
quę cęleſtia ſunt. Hec Petrus comeſtor.

E

*Abſcõdere. Q̃t tripliciter abſcõdi debet uita nr̃a.*

Secundo videndum eſt quomodo vita
noſtra terrena in Chriſto nunc abſcondit̃
quando à mundo in Deo nr̃a abſcondun-
tur opera. Tripliciter autem abſconditur
uita noſtra id eſt opera noſtra. Primo in
Deo tanquam in loco conuenienti conſer
uatur,quæ tamen in indecenti loco detur
patur aut corrumpitur. Locus noſter Xp̃s
eſt Col.3.uita ueſtra abſcondita eſt. Ideo
in Chriſto munde debemus conſeruari,
ita q͛ uita noſtra ſ̃m formam uiuendi Xp̃i
in cruce apteẽ & ibi moriamur uigilantes
& viuentes Chriſto,dormientes & mortui
peccato ita vt uelut mortuus nihil perti-
nens ad peccatum velimus audire, uide-
re,loqui,aut ſentire Per humilitatem ta-
men conſeruatur & multiplicatur res in
Deo abſcondita,ſicut trutannus primã e-
lemoſinam abſcondit vt aliam accipiat.
Ideo Luc.17. Phariſeus non habuit elemo
ſinam quia eam non abſcondit ſed publi-
canus.Secundo abſconditus à diabolo tan
quã à loco diſconuenienti vt fœmina pa-
uonis oua abſcondità pauone.i.à diabolo
q̃rente illa ut talis ſuæ vacet libidini. In-
de Maria fugit in Aegyptum,ne Herodes
occideret puerum. Tertio a mundo tanq̃
à loco immundo & indecenti,ut lumen in
manibus ne uento inanis gloriæ extingua
tur. Iob.37. In manibus abſcondit lucem.
Pſal. Anima mea in manibus meis ſemper
id eſt lumen bonorum operum inter ma-
nus abſconditur ne extinguatur à uento
inanis gloriæ,& theſaurus in uia propter
latrones. Greg. Depredari deſiderat, qui
theſaurum publice in uia portat & ut de-
nariata à malis pagatoribus. Greg. Valde
bona ſua vilipendunt, qui ad remunera-
tionem hominem ſufficere credunt. Iõ ui
dens mater Moyſi puerum elegantem ab
ſcõdit eũ tribus mẽſibus.i. cõſideratione
triũ defectũũ. Primo potẽtię. Io.17. Sine
me nihil poteſtis facer̃. Sc̃do ſapiẽtiæ. Hie
re.10. Stultus factus ẽ hõ ſapiẽtia ſua. Ter
tio uolũtatis bonę. Phi.2. Deus opat̃ ĩ no
bis uelle & ꝑficere. Et ſeq̃t̃. Cũ aũt appue
rit Xp̃s vita ueſtra,tũc & uos appebitis cũ
ipſo ĩ gloria. Xp̃s uero uita nr̃a fuit. Primo
dũ calore charitatis nos uiuificat. Sicut
ignis ꝑ calorẽ de carbone frigido viuũ fa
cit. 1.Io.3. Trãſlati ſumus de morte ad ui
tam,qm̃ diligimus frẽs. Sc̃do ꝑ opa pn̄iæ.
ſicut dieta cauſat bonã uitã ĩ corpe. Oſe.
6.uiuificabit nos poſt duos dies in die ter
tia ſuſcitabit nos & uiuemus in conſpectu
eius,quia poſt triduum.i.tria opa pn̄ię ui
uimus in Deo. Tertio ꝑ honeſtatẽ cõuer-
ſationis & fructuoſam operationem quia
arboris uiriditas in foliis, & floribus, &
abundãtia fructuũ oſtẽdũt arborem uiuã.
Vnde Rom.6. Exhibete uos Deo tanq̃ ex
mortuis uiuentes. Quarto ſana doctrina.
quia ſicut riuulus clarus oſtendit fontẽ ui
uũ,ſic doctrina & exhortatio fc̃tã q̃ ſpũa
liter mortui nõ hñt. Iuxta illud. p̃s. Non
mortui laudabunt te dñe, neq; omnes qui
deſcẽdunt in infernũ.ſed nos qui uiuimus
in quibus hæc doctrina fiet fons aq̃ ſalien
tis in uitã ęternã,& ſi doctrinę huic adiun
gat̃ fama & exẽplũ nõ ſolũ in ſeipſis ſed &
in aliis gñabit Xp̃m q̃ eſt uita nr̃a,ſicut ui
ta naturalis cõſeruat̃ ꝑ attractum aeris.2.

Cor.

F

*Viuere. Q̃uo xp̃s eſt uita noſtra.*

Cor. 2. Aliis ſumus odor uitæ in uitam.

*In die ſancto paſchæ Ser* I. *& in ord.* 150.

*A Maria. Vtrū mariæ primo appuerit Xp̄s poſt reſurrectionem.*

PAſcha noſtrum immolatus eſt Xp̄s. ita que epulemur. 1. Corin. 5. Quærit̄ vtrum Chriſtus primo apparuerit poſt reſurrectionem Mariæ matri ſuę. Quod nō uidetur. quia Mar. vlt. ſurgens Ieſus mane prima ſabbati, apparuerit primo Marię Magdalenæ. ſecundo nec apoſtolus enumerans omnes apparitiones. 1. Corin. 15. nec etiam quiſquam euangeliſtarum hoc enarrat de ea. Contra hoc Bern. in ſermone de reſurrectione domini aſſerit primo dominum ei apparuiſſe dicens. Nulla fuit in fruitionis gratia dignior, nullla expectationis deſiderio feruētior, nulla deprecandi inſtantia vehementior, nulla apparenti intimior. Apparuit autem & quibus non tātum tenebatur, ergo & ei cui plus attinebat. Non enim angelorum teſtimonium quęrebat, nec ad ſepulchrum uidēdum cucurrit. Audita autem eius reſurrectione non ſe potuiſſet continere quin ad ſepulchrum curreret, niſi hæc omnia ſciret. Quis enim dubitet ante omnes mortales filium materno honore matrem nō defraudantem victoriam ſuam primū annunciaſſe, & dulcia carnis ſuæ vulnera de carne ſua conceptę deoſculanda præbuiſſe? Hinc eſt ꝙ ad inſinuandū ꝙ à filio ſuo nifirata ē nec ipſam deeſſe gaudiis paſchalibus, ſemper in proceſſionibus paſchalibus memoria eiuſdem decantatur. Quare autem euâgelium de hac apparitione nō loquitur multiplex eſt ratio. Primo quia hos uel has ſolas nominauerunt euangelia quos Chriſti reſurrectionem annunciare decuit. Si enim extranearum verba fœminarum uiſa ſunt ante apoſtolos tanquā deliramenta, quomodo nō magis matrē amore filii delirare crederēt? Præſumendū eſt enim de mr̄e ꝙ ſꝑ vult filiū celebrem facere. Secūdo quia apparitiones de quibus loquitur euangeliū nō fiebant niſi in credulis, nec in ſpecie glorioſa, uirgini vero in ſpecie glorioſa apparuit. ut videt̄ ibidē dicere Ber. & nō ad cōfirmationem dubii ſed ad allationem ſollacii. Ipſa enim continue videbat quicquid circa filium fiębat. Secūdo hoc idem probari poteſt ꝙ ei primo apparuerit. qa Maria proprie dici pōt Hieruſalem eo ꝙ eſt ciuitas ſancta. Eſaiæ. 52. Et qa viſio pacis. Vidit enim filiū ſuū pacē ſuper Iſrael. de quo apoſtolus. Ipſe eſt pax nr̄a q̄ fecit vtraq; vnū. Eph. 2. Sed ipſe ait. Si non propoſuero tui Hieruſalē in principio leticię meæ. Quę autē maior leticia Chriſto quā poſt mortem, flagella, & verbera reſurgere ad gloriam æternā? Ideo nō eſt dubium quin eā propoſuerit in principio leticię ſuę illius Hieruſalē in qua Chriſtus dn̄s habitauit, ad quā peregrinemur offerentes ei ſalutare angelicum. Aue gratia plena.

*Epulari. Ad læ epulādū quattuor cōditiōes requirūtur*

Ad hoc aūt ut quis leto vultu inter cōuiuos epulet̄ quattuor requirūtur. Primo ꝙ ſit bona & abundans ciborum ꝑparatio. Qđ & hodie ſingulis Chriſtianis proponitur. Nam eis paratur panis angelorū, quo tota curia cęleſtis reficitur. de quo p̄s. Panem angelorū manducauit hō, cibaria miſit eis in abundātia. Hic enim eſt modus ꝑparandi illius patrisfamilias, q̄ ſub ſe duplicē hēt familiā angelicā. ſ. & hūanā. p̄s. Paraſti cibū illorū qm̄ ita eſt ꝑparatio eius. Scđo requirit̄ ꝙ habeant conuiue ſedem honorabilē & ſatis prope diſcum. qa qui longe diſtant à tactu cibi oportet per alios procurari. Sed hic aliter eſt, qa vnuſquiſq; æque ꝓpinquus eſt iſti cibo, & tm̄ vnus quātum alter accipit, tm̄ pauper q̄tū diues. nec eſt bonus morſellus aliquis quē nō comedat vnus ſicut alius. licet vnus ad meliorē ſalſam. i. cū maiori denotione comedat quam alius. ſicut unus meliorem hēt appetitū q̄ alius. Tertio requirit̄ ꝙ habeant liberū in menſa colloquiū. Sępe em̄ propter eminentiā ꝑſonarū & dignitatem earum nemo præſumit plane loqui, nec inter conuiuas læte emulari. Cōtra quod dominus in hoc conuiuio ait. Dilata os tuum & implebo illud. Iubet enim os Chriſtianorum aperiri in confeſſione peccatorum & laude Dei. quod & hodie fit quando quiſque libere confitetur & laudat Deum. Quarto requiritur ꝙ pro conuiuio nihil ſoluant, ſed naſo terſo exeant à prandio cum gratiarum actione. Nam ſi quid ſoluere oporteret, triſte eſſet diſcūbentibus. In hoc autem conuiuio pauperes & diuites edunt & nihil ſoluunt, quā uis cibus ſit præcioſiſſimus. Pſalm. Edent pauperes & ſaturabuntur & laudabunt dominum id eſt propter eſum gratias agent domino nihil aliud perſoluentes. Propter quod apoſtolus ait. Paſcha noſtrum im-

molatus



molatus eſt Chriſtus. id eſt agnus ſine macula aſſatus eſt & interius diuinitate farcitus. exterius uero lardatus clauis de giroflea. Itaque faciendo bonum vultum epulemur ī azimis ſinceritatis &c. Circa hoc prīo dicemus qūo ī hoc ſacro paſcha poſt immolationē ueri agni mulieres ſanctæ epulatæ ſunt cū lachrymis & triſtitia. Scđo cū exultatione & leticia. Pro primo ſciendū eſt ꝙ poſt mortē Xp̄i digniſſima eius anima deſcendit ad limbum vt ſuos amicos liberaret. ibiq; fuit quandiu corpus iacuit in ſepulchro. O quantum gaudium in illa parte inferni, quando eum uiderunt quem tandiu expectauerunt. Mira res, una de partibus inferni facta eſt paradiſus in aduentu Chriſti. aliter latro non fuiſſet in paradiſo. Tunc enim poſiti ſunt extra lacum & locum in quo poſiti erant. Zachar. nono. Tu autem in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti uinctos de lacu in quo non erat aqua. Et ſic gaudent qui ſunt in inferno cum animam Xp̄i vident glorioſam. turbantur uero qui ſunt in terra cum corpus habent mortuū. Agunt reuerentiā qui ſunt in inferno glorioſæ animæ Chriſti. Qui uero ſunt in terra obſequuntur corpori vngendo ipſum. & Deus ſcit qualem triſtitiam & qualem ſolicitudinem habebant illæ ſanctæ mulieres, quę non modo uſq; ad mortem aſſociauerant eum, ſed etiā uſq; ad ſepulturam. qa Luc. 23. Subſecutę mulieres quæ cum ipſo venerant de Galilea viderūt monumentum quemadmodum poſitum erat corpus eius. & ſic reuertentes parauerunt aromata. & quia ſabbatum erat ſiluerunt ſecūdum legem. Mane aūt ſabbati ſtabāt ſimul in domo (ut creditur) Iacobi minoris, ubi erat Maria mater & aliæ ſociæ cū Ioanne afflictæ & doloroſæ quæ aſpiciebant ſeſe lachrimantes & tacentes, ſicut earum mos eſt quæ multum cōtriſtantur. Succeſſiue veniūt & diſcipuli plorātes, & ipſi tandem ceſſantes à fletu loqui de domino ſuo incipiunt, & cum lachrymis ſeſe redarguunt quod eum dereliquerunt, & de his quę fecerat dominus Ieſus cum eis narrant adinuicem modo vnus, modo alius. Cōſidera igitur reginam mundi, principes eccleſiarum & duces diuini exercitus timoroſos & afflictos, ex alia uero p̄te duces exercitus Dei in lege naturæ & ueteri gaudere cū anima Chriſti. p̄s. Exitus matutini & ueſpere delectabis. Nā in ueſpera mortis Chriſti delectati ſunt qui erant in inferno, in matutino vero reſurrectionis Chriſti qui erant ſuper terram. de quibus iterum. Pſal. Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinum leticia. Iſtę autem mulieres licet paraſſent vnguenta. i. liquores aromaticos & precioſos ſicut ſolent diſtillari, in capſella illo die quo Chriſtus mortuus eſt, non tamen ſufficienter ut ſibi uidebatur, ideo dum tranſiſſet ſabbatum, ueſpere in quo ſecundum legē licebat operari, Maria Magdalenæ & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata ut uenientes vngerent Ieſum, ita ut mulier quæ prima iuit ad culpam, nunc prima ueniat ad ueniā. Fuerunt tamen ad hoc officium mulieres pluſquam tres quia Ioannes ſolum facit mentionem de Magdalena, Mattheus tantum de duabus. At enim Venit Maria Magdalenæ & altera Maria uidere ſepulchrum. Marcus nominat tantum tres. Lucas uero multoplures dicit interfuiſſe. Sed quærit̄. quomodo mulieres iſtę venerunt ad ungendum dominum, cum ita ſit ꝙ Nichodemus. Io. 19. attulerat mirre & aloes quaſi libras cētum ad vngendū ipſum, unde fuit unctū corpus eius? Qūo ergo mulieres iſte venerunt cū aromatibus ad iterum ungendū eū? dr̄ primo ꝙ cōiter fertur nihil eſſe apud mulieres benefactū uiſi & ipſe cooperentur. Nec enim ſatis erat deuotioni & amori earum uirorum obſequium, niſi & ille ſicut obſecute erant uiuo ei miniſtrantes, ſic obſequerentur & mortuo. Non tamen eſt eis permiſſum tractare cum mortuum, qui ſolis viris hoc in ſacramento eſt permiſſum. dicitur ſecundo ꝙ hic geritur tipus eccleſiæ tunc futuræ q̄ nunc eſt, qn̄ reges & reginę, nobiles & ignobiles, viri & mulieres abunde ſuis facultatibus dotauerunt corpus Xp̄i in ſacramento. & ſepulchū eius. i. eccl̄iā ſicut nūc uidemus eē cōpletū. Vbi notādū ſm̄ Bernardū ī ſermone ꝙ myſtice loquēdo triplici unguēto dēmus ungere Xp̄m. Primo cōtritionis ungueuto quo Maria Magdalenæ unxit pedes Ieſu, ibiq; ueniā meruit ſuorū pctōrum. & hoc unguētum fit ex uilibus ſpeciebus & herbis quarū abūdātiā ī orto noſtro hēmus & ad manum nr̄am cū uolumus. ſ. ex uariis ſpecie-

*Vnguētū De triplici unguēto myſtico.*

bus

bus peccatorũ noſtroɩũ.q ſi cõterantur in mortariolo cõſcientiæ, & intra ęſtuãtis pectoris ollam coquantur igne pnĩæ & amoris. licet tale nõ ſit precioſius inter oĩa unguẽta, nõ tñ negligat hõ ſibi parare illud qa cor cõtritum & humiliatũ Deus nõ deſpicet. Neq; enim eſt oĩno uile, qa figurat̃ p primũ vnguentũ qđ effudit Magdalena ad pedes Ieſu. de quo legitur q; domus impleta eſt ex odore vnguenti. i. eccleſia ex odore contritionis peccatoris. immo etiã ipſas ſupernas mãſiones attingit pœnitentiæ odor. cũ (teſte veritate) magnum gaudium ſit angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiã agẽte. Secundũ unguentũ dr̃ unguentũ deuotionis quo magdalena unxit caput Ieſu, cuius vnguenti ſpẽs nõ creſcunt in terra noſtra, ſed in extranea regione. ſ. in orto dominico. Cõficitur enim ex ſpẽbus raris & p̃cioſiſſimis. ex memoria: uidelicet dominicę paſſionis, ſepulturę, incarnationis, & aliorũ beneficiorum Xp̃i, ex quibus in capſella cordis diſtillat̃ lachryma deuotionis. In monte enim caluarię colliguntur ligna crucis vt ſupponãtur olle cordis ad inflammandum ipſum, & conteruntur huiuſmodi ſpecies in uaſculo pectoris, paſtillo crebre meditationis & coquuntur igne ſancti deſiderii. De quo vnguento dicit. Pſal. Ecce q̃ bonũ & quã iocondũ habitare fratres in unum. Sicut vnguentum in capite quod non poteſt dici de primo unguento. quia licet ſit bonum, nõ tñ iocũdum. quia recordatio peccatorum amaritudinem facit non iocunditatem. neq; illud unguentum faciunt qui in unum habitant. Nam vnuſquiſque in propria conſcientia ſua peccata ſeorſum luget & deplorat. Iſtud autem vnguẽtum deuotionis iocundum eſt, quia ex recordatione beneficiorum Dei cauſatur ad tollerandos & releuandos vitæ huius labores, qui nobis tolerabiliores fiunt dum exultamus in laudem Dei. Nec aliquid ita proprie repreſentat in terris cœleſtis habitationis ſtatum ſicut alacritas laudantiũ dominum. ſecundum illud. Pſalm. Beati qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorũ laudabunt te. Hoc igit̃ unguentum gratiarum actionis Deo offeramus, ne iudaico notemur opprobrio qui non fuerunt memores beneficiorum eius & mirabilium eius quæ oſtendit eis. Tertium eſt unguentum pietatis quo ungitur totum corpus Chriſti ſiue membra eius. quo vnguento uoluit vngere magdelena tertio Chriſtum, ſed non potuit, quia iſta unctione non plus indigebat. ſed hęc unctio reſeruata eſt membris eius quæ inunguntur pauperes & miſeri. Hoc unguentũ colligitur ex ſpeciebus uariis quę creſcũt in abundantia in ortis proximorum noſtrorum. Fit enim de neceſſitatibus & anxietatibus oppreſſorum. de perturbationibus triſtium de culpis delinquentium. & de omnibus omnium miſerorum miſeriis etiam ſi fuerint inimici. Nec eſt iſtud vnguentum vile, quoniamo aduerſus omnes morbos medicamentum eſt optimum. Sanat enim contritos corde, & alligat contritiones eorum. Ait enim ſummus medicus. Beati miſericordes. qm̃ ip m̃iam conſequentur. ſine qua nulla eſt ſanitas. Et ualde mane una ſabbotorum ueniunt ad monumentum orto iam ſole. In quo contemplãdũ eſt q dum iſtę mulieres ad monumentum ibant, cum lachrimis & ſingultibus ad memoriã reuocabant afflictiones & pœnas ſui magiſtri. & in omnibus locis in quibus contra ipſum & p ipſum aliqd natabiliter factũ fuerat aliquãtulum ſubſiſtebant genu flectentes & oſculantes terrã. gemitus & ſuſpiria dãtes atq; dicentes. Hic obuiauimus ei cũ cruce ſuper collũ, qñ mater eius quaſi ſemimortua viſa eſt & hic ſe uertit ad mulieree, hic crucẽ depoſuit fatigatus, & ſu p iſtũ lapidẽ ſe parũper appodiauit. Hic fuit vbi ſic crudeliter & fortiter impulerunt ut velocius ambularet, & eum quaſi currere coegerũt. Hic ſpoliauerer eũ & nudauerunt, ibi crucis patibulo affixerũt. & tũc cũ magno clamore & inundatione lachrymarũ procidentes in facies ſuas adorauerũt amplectentes & deoſculãtes crucẽ. Et dicebãt adinuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti? qui adeo magnus erat vt uix a uiginti moueri poſſet. In quo apparet mirabilis deuotio iſtarũ ſanctarum mulierum. Primo quia naturaliter horridum eſt tractare corpus mortuum poſt duos uel tres dies in ſepulchro iacens. ita quòd ibi mater timeret tangere corpus filij ſui. Secundo quia ſciebant ibi eſſe milites armatos in magna multitudine, eo q multi eſſent diſcipuli Chriſti. & tñ non ti-

muerunt



muerunt ibi accedere, quod nequaquàm fecerunt diſcipuli ne caperentur a cuſtodibus. Tertio quia ſciebãt ſepulchrũ clauſum eſſe grandi lapide, nec de hoc cogitabant quouſque prope monumentũ accederent. Quarto quia non timebant frangere ſigilla Pylati & ſummorũ ſacerdotum quibus ſignatus erat lapis qui nullus cuſtodum p̃ſumpſiſſet tollere. Quinto quia non expectauerunt plene diem, ſed valde mane vna ſabbatorum veniunt ad monumentum. Non ſicut mulieres quæ diu mane ſtertunt in lecto. Cant. 8. Fortis eſt vt mors dilectio. quę nihil timet, ſed omnẽ vincit horrorem, & flumina multa, id eſt tribulationes non obruent illam. Inde dr̃ q amor non habet oculus Poeta. Nil bene cernit amor, uidet omnia lumine ceco.

In ſecunda parte dicendum eſt quomodo ſanctę mulieres epulatę ſunt cũ exultatione & lætitia certificare per angelos de reſurrectione dñi. Angelus autem deſcendit de cœlo & accedens reuoluit lapidem & ſedebat ſuper eum. Et reſpiciẽtes viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus ualde. Et introeuntes in monumentum uiderunt iuuenẽ ſedentẽ in dextris coopertum ſtola candida & obſtupuerunt. Erat autem facies eius ſicut fulgur. & ueſtimenta eius ſicut nix. Vñ Matthæus dicit Angelum ſedere foris ſepulchrum ſupra lapidem quem abſtulerat. Marcus uero intra ſepulchrum & ſedentem ad ſepulchrum. Ioannes uero poſuit duos angelos intra ſepulchrũ. & ſimiliter Lucas. Sed hoc põt cõcordari q erãt duo Angeli, & q ille qui prius erat foris poſtmodum introiuit, ad oſtendendum eis ſudarium & locum ubi poſitus erat dñs.

Secundo notandum eſt q ex textu colliguntur quinque conditiones huius Angeli. Prima eſt q erat in ſpecie iuuenili ad oſtendendum q oẽs electi in ætate iocunda & florida & iuuenili reſurgent. Secũdo erat ſedens ſuper lapidem, in quo oſtẽditur q hẽbat dñium ſuper groſſitiem corporum & eorum reſiſtentiam in quo notatur dos ſubtilitas quem habebunt corpora noſtra ſic ſubtilia q tranſibunt per groſſa corpora abſque eorum fractione aut ſui leſione ſicut hodie dominus per rupem ſepulchri tranſiuit reſurgendo, & ianuis clauſis intrauit diſcipulis ſuis apparendo. Tertio ſedebat in dextris. Per dexteram (vt exponit Greg. in homelia hodierna) æterna vita ſignificatur per quam dos impaſſibilitatis exprimitur. Quarto erat aſpectus eius ſicut fulgur, id eſt ſicut choruſcatio in quo notatur dos agilitatis. Sicut enim fulgur quaſi ſubito deſcẽdit a media regione aeris ſuper terram, ſic corpora ſanctorum ſubito dum voluerint mouebuntur ab Oriente in occidẽs. Quinto erant veſtimenta eius alba ſicut nix. in quo apparet dos claritatis quam habebunt ſancti in reſurrectione generali ad oſtendendum puritatem vitæ quæ erit poſt illam vltimam regenerationẽ quam poſt baptiſmum quiſque debet obſeruare. Hinc in baptiſmo datur veſtis alba in ſignum reſurrectionis futurę ad quam per baptiſmum peruenitur. Inde in primitiua eccleſia baptiſati in Paſcha; per totam ſeptimanam Paſchalem ſeruitium decantabant in veſtibus albis quibus veſtiti fuerant. Et ecce terremotus factus eſt magnus. quoniam reſurgens dñs monumẽto clauſo egreſſus eſt ſicut clauſum exiuit vterum, nec in reſurrectione angelorũ indiguit auxilio qui clauſtra diſſipauit inferorum. Quòd ſi fuit magnus terremotus qñ dñs ſurrexit benignus ad gloriam ſuorum electorum, quantus erit ille terremotus qñ mouendi ſunt cœli & terra, dũ reuertetur ad damnationem reproborũ?

Præ timore autem eius exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt uelut mortui. His militibus tradidit Pylatus cuſtodiam ſepulchri qui potuerunt Chriſtum crucifigere, ſed non potuerunt Chriſtũ nec corpus eius nec ſepulchrũ cuſtodire. Quot ſunt hodie Pylati qui non militibus ſed filiis & nepotibus militum ignaris, fatuis, inutilibus, aut infantibus tradunt eccleſiam, aut eccleſiæ bona in cuſtodiam? Iſti ſunt fures & latrones qui non intrant per oſtium Chriſtum. Iſti furati ſunt reſurrectionem Chriſti. quia ipſis ſepulchrũ cuſtodientibus & vigilantibus deſcendit Angelus, & viderũt q corpus Chriſti nõ plus erat in ſepulchro. ideo cognouerunt Xp̃i reſurrectionẽ, ſed (vt dicitur Mat. vlt.) pecunia copioſa accepta cũ perſuaſione ſummorũ ſacerdotũ falſo dixerunt q diſcipuli uenerunt & furati ſunt cũ ipſis dormiẽtibus. Cõtra quos arguit. Aug. in p̃s. Si (in

OOO quid)

quit) dormiebatis. vnde ſcitis ꝙ diſcipuli
uenerunt & furati ſunt eum? Si non dor-
miebatis cum eſſetis fortiores, cur nõ im-
pediuiſtis & abſtuliſtis eis corpus ſecũdũ
mandatũ vr̃orum dñorum? Põt tñ intelli-
gi iſtud ꝙ Angelus dñi deſcendit de cœ-
lo, id eſt nuncius mortis. utputa febris quę
a Deo mittitur, & tunc prę timore exter-
rentur cuſtodes, ſcilicet oculi intellectus
& cæteri ſenſus qui cuſtodiunt ciuitatem
animæ, & fiũt velut mortui, quia forte nõ
ſtãt in fide reſurrectionis ſicut nec illi cu
ſtodes. Nec eſt ad literã mirabile ſi fue-
rint exterriti cuſtodes ad vnius Angeli de
ſcenſum, cum unus Angelus ſub ſennache
rib interfecerit in diebus Ezechiæ centũ
octoginta quinque milia. 4. Reg. 19. Et
dixit eis Angelus. Nolite timere uos, ſed
iſti cuſtodes raptores & fures quia in mor
te cum apparet Angelus magni conſilii
non debet timere iuſtus ſed mali qui in
iudicium tranſeunt a uita in mortem.

Ieſum quæritis Nazarenum crucifixũ.
Multi quidem quærunt Ieſum. quia quæ-
runt ſaluari, ſed non quærunt eum cruci-
fixum. Primo ille quæ quærunt pręcioſis
veſtibus in Paſcha ornari. Quærũt enim
Chriſtum glorioſum. Quibus Bern. Pu-
deat ſub ſpinato capite membrum fieri de
licatum. Secundo non quærunt illũ cru-
cifixum qui delicate nutriti quadrigeſima
le tps cito finiri & paſchalæ cito accede-
re quærunt ut ſuis poſſint ſatisfacere con
cupi centiis. Nam multi fuerunt hoc ſa-
cro tẽpore tranſacto qui ſe abſtinuerunt
ab huiuſmodi concupiſcentiis quærentes
Chriſtum crucifixũ, qui pro una delecta-
tione quã omiſerunt ante paſcha, nunc in
quattuor incidunt, ſicut eccleſia pro uno
alleluya quod ommittit in quadrageſima
quattuor canit poſt Paſcha. Similes picto
ri qui quandiu crucifixum tenet in domo
ſua, pingit eum undique ſanguinolẽtum,
ulceroſum, & ad pietatem commouentẽ,
ſed primus qui pecuniam offert, aſportat
crucifixum extra domum ſuam. Sic hodie
in conſcientia noſtra locauimus Chriſtũ
cum gratiarum actione de ſuis beneficiis,
ſed ſuperueniente delectatione pro mino
ri precio quàm iudas uendidit uiuum uẽ-
dimus crucifixum. Nam iudas triginta
argenteis uendidit illum, ſed tu minori
fraude circunueniens fratrem a te eiicis
Chriſtum. Surrexit non eſt hic per prę
ſentiam corporalem licet bene per eſſen-
tiam, præſentiam, & potentiam. Venite &
uidete locum ubi poſitus erat dominus.
Ecce locus ubi poſuerunt eum Nec enim
inuenerunt niſi ſudarium per quod in-
nuit dominus ꝙ nobis reliquit laborem
& ſudorem pro præſenti uita. Et ſequitur.
Quid quæritis uiuentem cum mortuis? In
mortuis enim per peccatum non oportet
hodie quærere dominum. Ite dicite diſci
pulis eius & Petro, quia pręcedet uos
in Galileam. Ex auctoritate Angeli ibi
mulieribus eundi & trotandi & loquendi
datur licentia. Ait enim eis angelus. Ite
dicite. Sed in qua facultate licentiatę
ſunt? Dicitur ꝙ in theologia, quia cum
eis dixit Angelus. Ite. poſtea ait. Dicite
id eſt prædicate reſurrectionem. Sed qui-
bus? Dicitur ꝙ prælatis & ſummo pontifi
ci, quia diſcipulis eius & Petro. Erant au-
tem mulieres ſanctæ tunc in theologia li
centiatę non diſcipuli Chriſti, quia die
Veneris pręterita quando magiſter ma-
gnus ſedebat in crucis cathedra docens,
ibi aſſiſtebant ille mulieres tanquàm bo-
ni ſcholares proficientes & acquirentes
tempus ſuum. ubi diſcipuli ſchola relicta
& magiſtro relicto oẽs fugerunt. Inde eſt
quòd Maria Magdalena prædicauit, & in
terra promiſſionis & citra mare in maſſy
lia & pluribus aliis locis, quouſque per-
uenerunt Pauli Apoſtoli Epiſtolæ in re-
gnum Galliarum. ubi licentia illa expreſ
ſe mulieribus interdicitur. 1. Thymotei. 2.
Mulierem docere non permitto, & hoc in
publico auditorio. Et tũc magdalena pre
dicationi ceſſit iens ad contemplandum.
Qñ .n. (ut dicit ſaluator. Matth. 9.) meſ
ſis multa & operarij pauci oportuit ope-
rarias uſquequo eſſet operariorũ copia in
troducere in uineã Xp̃i. Sed q̃uis licẽtiẽt
mulieres ut eant & uiſitent loca ſacra, an
gelus in textu uidetur tangere quattuor
conditiones ad hoc requiſitas. Licet e-
nim dixerit ite, tñ poſtea dicit. dicite. i.
prædicatæ reſurrectionem. Oportet e-
nim eas incedere nemini detrahendo, cõ
uiciando, aut de nemine malum cogitan
do, utpote quæ fuit melius in hoc feſto
ueſtita uel parata, uel quid noui habue
rit ſed ſolum gratias agendo Deo de ſuis
beneficiis. Secundo notat Angelus qui-
bus



bus dicunt loqui & prædicare non lecato
ribus aut maquerellis, non ribaldis qui
quandoque ducunt filias earum impudi-
ce in huiuſmodi peregrinationibus, ſed di
ſcipulis Ieſu hominibus bonæ conuerſa-
tionis, vt non ſcandalizetur proximus. vn
de ait. Dicite diſcipulis eius. Tertio ꝙ
peregrinentur pro pœnitentia. Vnde vult
Angelus eas loqui Petro, qui poſt nega-
tionem ſuam pęnitens lugebat in fouea.
Non enim peregrinandum eſt riſus aut
ludi gratia ſed ſatisfactionis peccatorũ.
Quarto quòd omnis illa peregrinatio fi-
at propter Chriſtum. Solent enim mu-
lieres ciuium peregrinantes habere ſcu-
tiferum, qui pręcedat eas. Sic habeant
Chriſtum præcedentem qui ſit finis pere-
grinationum earum. Inde ait Angelus.
Præcedet vos in Galileam. Ibi eum vide
bitis ſicut dixit uobis. Ac ſi diceret. Si
non vultis mihi credere nec ſepulchro va
cuo, ſaltem credatis ei qui hęc prius di-
xit vobis. Verbum enim regis eſt irre-
uocabile.

*Eiuſdem diei Paſchæ Sermo ij.*
*& in ordine.* 151.

A Dies. De quadruplici die.

HAec dies quam fecit dominus exul
temus & lætemur in ea. p̃s. 117. Ex
ſcripturis ſacris quadruplex dies colligi-
tur quędam eſt dies culpæ quam non fe-
cit dominus. De qua Iob. 3. Pereat dies
in qua natus ſum, ſcilicet in peccato. Se-
cunda eſt naturę quam fecit dominus, ſed
in ea minime exultamus, quia tunc homo
naſcitur plorans ad calamitates & labo-
res plurimos. Tercia eſt gratiæ quam fe-
cit dominus, in qua & per quam exulta-
mus in domino, in qua pax & gaudium
in ſpiritu ſancto. Sed quia pax illa nõ eſt
perpetua, immo continuum bellum eſt
aduerſus poteſtates tenebrarum. ideo nõ
lætamur in ea. Non enim eſt latitudo
cordis vbi vndique circundant & obſidẽt
hoſtes tribulationes & anguſtiæ. Sed tũc
cum dies quarta aduenerit, ſcilicet dies
gloriæ quam faciet & hodie fecit domi-
nus cum ſuam humanitatem glorificauit,
tunc erit latitudo cordis. Eſaiæ. 50. Tunc
enim videbis & afflues, & mirabitur & di
latabitur cor tuum. In ea enim exultabi-
mus & lætabimur. In ea quoque fuit
gaudium maximum virgini Mariæ pro-
pter quod eam in hoc ſacro tempore An-
geli laudauerunt, & cantico angelico ope
ræ compoſito videlicet regina cęli lęta-
re, laudauerunt & nos ſic canendo lauda-
re eam monemur. Laudemus ergo eam
& ſalutemus, &c. Secundum ſeriem tẽ- B
porum ſalus mundi digeſta eſt & ordina- *Dies.*
ta. Nam primo in apparatu ſcilicet in *Quomõ*
figuris & enigmatibus quaſi in botro viſa *dies ap-*
eſt. quando Deus pater mandabat ſalutes *paruit ī*
Iacob repromittendo ſaluatorem, & hæc *botro, in*
dies quam fecit dominus. Sed nec exulta *flore &*
tio nec læticia tunc apparebat. Neque e- *in fructu*
nim quis ſatiari poteſt uidendo tantum
amicum in figura & ymagine, niſi uideat
in propria ſpecie. Sed tandem diſponen-
te diuina clementia apparuit ſalus in flo-
re cum hyems figurarum tranſiit & uox
turturis audita eſt in terra noſtra, & flo-
res bonorum operum apparuerunt cum
in die incarnationis apparuit flos campi
& lilium conuallium. Sed nondum fru-
ctus apparuerat, ideo tunc uox exultatio
nis & ſalutis in tabernaculis & mentibus
iuſtorum. Sed nondum læticia appare-
bat quando dictum eſt Apoſtolis. Vos
contriſtabimini, mundus autem gaude-
bit. Sed tunc apparuit ſalus in fructu in
die hac reſurrectionis quando apparuit
dominus magnificans ſalutes regis eius
tam in corpore quàm in anima. Ideo
hæc dies quam fecit dominus exulte-
mus, &c. Tunc enim gaudium plenum
fuit. Fuit enim Chriſtus in cruce quaſi
mater in partu. Ibi enim eius dolores
vt parturientis, quando quaſi mater cla-
mabat. Deus meus vt quid me dereliqui
ſti? Sed cum reſurrexit quaſi filiis iam in
lucem editis, non meminit preſſuræ. Pro
pter quod poſt paſſionem domini celebra
tur baptiſmus per quem regeneramur in
filios, eo ꝙ per Chriſti paſſionem tãquã
per matris dolorẽ editus eſt in filios ado-
ptionis populus Chriſtianus. Ideo hæc
dies quam fecit dñs &c. Iuxta textum
euangelii. Primo dicemus de Chriſti re-
ſurrectione. Secundo de teſtimoniis re-
ſurrectionis eius. Pro primo ſciendum
eſt quòd Chriſtus poſtquàm aſcendit in C
crucem ſubito deſcendit in infernum li- *Reſurre-*
berare ſanctos patres. Hoc ſcriptura *ctio Chri*
vaticinatur. Geneſis. 49. Aſcendiſti *ſti.*
ad prædam fili mi acquieſcens accubui-

*Quō añ reſurrectionem Christi oēs deſcēdebant in infernū.*

ſti ut leo. Sicut aquila ita alte aſcēdit ꝙ non videtur, & tunc ſubito deſcendit ad prædam, ſicut Chriſtus ita alte aſcendit in cruce ꝙ mundus eum tunc cognoſcere non potuit. Sui enim eum non receperūt, id eſt non recognouerunt & hoc vt cautius ad prædam deſcenderet. Non enim bene deſcendit niſi qui in alto eſt. Pſ. Aſcendiſti in altum cœpiſti captiuitatem. Et iterum quanto lapis deſcendit ab alto tanto fortius percutit, propterea Chriſtus volēs animas de faucibus leonis eripere. Ita de altitudine crucis cum tanto impetu deſcendens dæmonem percuſſit, ut &c. vt iuxta promiſſa. p̄s. Confringeret ei dētes & molas leonum confringeret dominus, diceretq; Iob 29. Conterebam molas iniqui, & de dentibus eius auferebam prædam. Ideo poſt paſſionem Chriſti dæmon habens dentes fractos non poteſt comedere durum cibum, id eſt eos qui in auſteritate viuunt, ſed ſolos molles & delicatos. Vnde ante hunc diem omnes deſcendebant in infernum Gen. 37. Deſcendam in infernum lugens filium meū. Iob 17. Infernus domus mea eſt, & in tenebris ſtraui lectulum meum. Sed dominus nunc apperuit ianuam cœli p̄s. Saluaſti me a deſcendentibus in lacum. Sicut enim ſtomachus per modicum cibum ſibi contrarium totum prius habitum reiicit, ſic infernus cum Chriſtum ſuſcepit omnes alios iuſtos reddidit. Oſeæ. 13. Ero mors tua o mors &c. Vulgo dicitur plus valet ingenium quàm fortitudo. Sapiē. 6. Melior eſt ſapientia quàm vires, & vir prudens quàm fortis. Inter luctantes non ſemper fortior vincit ſed cautior. Vnde alter pugilum quanq; ſcienter ſe permittit cadere, & q̄nq; eodem impetu ſub ſe reuoluit inimicum. Quem modum luctandi videtur nos docuiſſe Chriſtus, qui cū in campo crucis bellum pro nobis contra dyabolum gereret, permiſit ſcienter ſe per mortem cadere, ſed illo caſu mortis auctorem ſuperauit. Sanſon enim pro vxore alienigena, id eſt pro humanitate vel eccleſia deſponſanda deſcedens leonem dyabolum proſtrauit. & examen apum, id eſt collegiū ſanctorū patrum cum melle deuotionis & ſpei quā in eius aduentu habebant in ore iſtius leonis, id eſt in inferno repperit, quos patri ſuo rediens præſentauit & ſic de comedente dyabolō vel inferno dulcedo quam ſorbuerat tūc exiuit. Propterea Chriſto magnas in hac ſolennitate gratias offerre debemus. Narrat philoſophus lib. 8. de animalibus ꝙ ſemel accidit pantheram Catulos ſuos in profundo cuiuſdam foueæ delapſos perdidiſſe, quæ accedens ad quendam hoīem illic tranſeuntem modis quibus poterat dolorem animi intimabat, & trahens cū ad locum vbi Catuli ceciderant cauſam ſui doloris expreſſit, quos vt ille extraxit panthera cum filis ſuis hominem vſque ad extrema deſerti geſtiēdo præ gaudio, & modis quibus poterat gratias agendo proſecuta eſt. Sic Catuli, id eſt filii humanæ naturæ in profundum foueæ inferni delapſi ſunt, ſed dominus habitu inuentus vt homo eos extraxit. & eius dolorem conſpiciens & affectum, in foueam deſcendit & filios quos ipſa non poterat illeſos extraxit. Ideo nil mirū ſi hoc t̄pe tātum beneficium ſpeciali gaudio & gratitudine proſequatur. Sed dum anima Chriſti inferos uiſitabat amici eius obſequebantur corpori mortuo. Nam Maria Magdalenæ, Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, & venerunt videre ſepulchrum. ſecundum Petrum Rauen. tria hic notantur. Primo ꝙ illę ſanctæ mulieres non plus curabant niſi de corpore, ſicut multi in morte amicorum ſuorum non veniūt niſi ad uidendum ſepulchrum ſcilicet corpus quod eſt animæ ſepulchrum, animam vero non curant. Secundo notatur ſ̄m eūdem ſancta deuotio mulierum q̄ veniunt ad viſitanda loca ſacra vbi requieſcunt corpora q̄ fuerunt aīæ ſepulchra, vbi ſicut iſte inueniunt conſolationem per Angelos, ita & illę per ſanitates & alia adiutoria iuxta vota ſua. Tertio notatur ꝙ ſicut non ſatis fuit ꝙ Ioſeph & Nichodemus condierant Ieſum cū lintheis & aromatibus ipſis mulieribus præſentibus & aſpicientibus, niſi & ipſe de ſuo tantæ pietatis operi addidiſſent, ſic & fidelibus optabile eſt ad ea quæ Apoſtoli & apoſtolici viri ſcripſerunt de fide reſurrectionis aliquid proprii ſuperaddere laboris.

Vnde emerunt aromata vt venientes vngerent Ieſum. Matthęus dicit parauerunt. Marcus dicit emerunt. Aliud eſt parare, aliud emere. Aromata enim

ſunt



ſunt ſanctæ deuotionis intenſa deſideria, quæ emuntur t̄palium conſolationum cō mutatione. quia precioſa eſt & delicata nimis diuina conſolatio, & non conceditur admittentibus alienā. vt dicit Bern. Sed ſunt paranda diligenti meditatione & conſideratione & feruenti deuotione. Eccleſ. 18. Ante orationem præpara aīam tuā. Horum aromatum placet odor ſponſo. Ait enim odor unguentorum tuorū ſuper oīa aromata. Hæc aromata obtulit regina Sabba Salomoni, & ſequitur ꝙ rex Salomon dedit illę reginæ omnia quæcūque voluit & petiit, exceptis his quæ ei ultro obtulerat munere regio. Et ita parāt aromata qui proponunt eccleſiam ſuis ornare bonis, emunt aūt qui ea vltro offerūt inde referentes ſuffragia.

D

*Reſurrectio xp̄i. Quòd ſol occurrit reſurrectiuro xp̄o citius ſolito oriēs.*

Et ualde mane vna ſabbatorū, &c. Si valde mane quo modo orto iam ſole? Si orto iam ſole quomodo valde mane? Sed ſecundū Petrum Rauennenſem rei geſtæ cęlitus aperit euangeliſta ueritatē. quia ſol qui præter horā vt dn̄o cōpateretur abſceſſerat, q̄n tenebræ factæ ſunt ab hora ſexta uſq; in horam nonam claritate ut reſurgeret domino ante tempus occurrit. & qui vt ſuo commorreretur auctori meridianam ſuam mortificauerat claritatem, ut cōſurgeret auctori ſuo euictis tenebris antelucanus occurrit. Cui alludit Mauricius in ſermone. In reſurrectione (inquit) Xp̄i ſolem ipſum arbitror hac die ſolito clariorē. quia neceſſe eſt vt ſol in eius reſurrectione gaudeat, in cuius paſſione condoluit. & cuius mortem lugubri quadā caligine proſecutus eſt eiuſdem uitā nitidioris lucis ſplendore ſuſcipiat, & tanquā bonus miniſter ſicut tunc obſcuratus eſt ad exequias ſepulturæ, modo choruſcet in reſurrectionis obſequiū. Hæc illę. Et dicebant adinuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti? Erat quippe magnus valde. Lapis iſtæ in oſtio monumenti eſt obſtinatio, quæ impedit ne Chriſtus peruenire poſſit ad cor noſtrum in quo affectat ſepeliri. Qui licet ſit magnus lapis & difficilis ad tollendum, non tamen debet ſuper hoc homo diffidere de auxilio Dei. quia deſcendet Angelus de cœlo, id eſt gratia Dei lapidem illū reuoluens. Hinc non quæratur cōcubinarius ſe non poſſe abſtinere a pctō. Ita. n. omni t̄pe abſtineret ſicut hoc t̄pe. forte p̄p mūdanā cōfuſionem. & qui timet hoc tēpore confuſionē mundi, mirabile eſt ꝙ alio tēpore non timet cōfuſionē æternā. Paulo enim hac tentatione colaph zato dictum eſt. ſufficit tibi gratia mea. quæ ſcilicet tollit lapidem ab oſtio monumenti. Angelus autem dn̄i deſcendit de cœlo. & accedens reuoluit lapidem. Tunc enim creditur dn̄s reſurrexiſſe. Surrexit n. dn̄s in aurora. iuxta illud. p̄s. Exurgam diluculo. & 40. horis iacuit mortuus. ſecundū Auguſt. cōputata hora nona in qua emiſit ſpm̄ & vltima hora noctis in qua reſurrexit. Tanto nāq; tēpore dormiuit. Dormiuit enim & dormitauit. Dormitauit ante paſſionē, quando hoīem in miſeriis & pœnalitatibus noſtris ſe exhibebat. Vigilabat aūt q̄n Deum ſe in miraculis oſtendebat. In paſſione uero dormiuit, quia tunc ſe totum oſtendit hoīem nihil diuinitatis oſtentans. In reſurrectione autem totus apparuit Deus. Licet aliquando dicatur aliter dormitare. vtputa quando differt vindictam in malos, uel q̄n fides eius torpeſcit in cordibus noſtris. Vnde dixerunt ei diſcipuli eius in naui. Domine tu dormis, & nos perimus. p̄s. Exurge quare obdormis dn̄e. Et ſurgens imperauit ventis.

E

*Reſurrectio xp̄i. Vtrū xp̄s ſcipſum ſuſcitare potuit.*

Circa hoc quæritur. Vtrum Chriſtus ſeipſum ſuſcitare potuit? Dicitur primo ſecundū Thomam. 3. par. q. 53. ꝙ propter quattuor oportuit Chriſtū reſurgere. Primo ad commendationem diuinę iuſtitiæ ad quam pertinet exaltare illos qui ſe propter Deum humiliant. ſecūdū illud Luc. 1. Depoſuit potētes de ſede, &c. Quia igitur Chriſtus propter humilitatem & obedientiam Dei ſe humiliauerat vſq; ad mortē crucis, oportebat ꝙ exaltaretur a Deo vſq; ad glorioſam reſurrectionē. In cuius perſona dr̄ in p̄s. Tu cognouiſti. i. approbaſti ſeſſionē meam, id eſt paſſionē & humilitatē qua ſedi in cruce. & reſurrectionem. i. glorificationem, ut dicit ibi gl. Secundo ad fidei noſtræ inſtructionē. quia per eius reſurrectionem confirmata eſt fides noſtra circa diuinitatē Chriſti. 2. Corin. vlt. Crucifixus eſt ī infirmitate noſtra viuit ex virtute Dei. 1. Cor. 15. ſi Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra. inanis eſt & fides noſtra. Pſal. Quæ vtilitas in ſanguine meo effuſo, &c.

 quaſi

quaſi dicens nulla. Si enim ſtatim non reſurgo corruptumq; fuerit corpus meum, nemini annunciabo. nullum lucrabor. vt ibi exponit glo. Tertio ad ſubleuationem noſtræ ſpei. quia dum videmus Chriſtum reſurgere qui eſt caput noſtrum ſperamus & nos qui ſumus eius membra reſurrecturos. 1. Corin. 15. Si Chriſtus prædicatur quòd reſurrexit a mortuis. quomodo quidam dicunt in uobis quoniã reſurrectio mortuorũ non eſt? Iob. 19. Scio ꝙ redẽptor meus viuit. i. Chriſtus reſurrexit a mortuis & ideo in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, &c. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. Quarto ad complementũ nr̃æ ſalutis. quia ſicut mala ſuſtinuit moriendo vt nos liberaret a malis. ita glorificatus eſt reſurgendo ut nos promoueret ad bona. Rom. 4. Traditus eſt ꝓpter delicta noſtra. & reſurrexit propter iuſtificationem noſtrã. Dicitur ſecũdo ſecundũ eundẽ doct. eadẽ. q. ꝙ ſi conſiderẽtur corpus Chriſti & aĩa ſm̃ conditionẽ naturæ create, non poterãt ſe vnire, diuinitas tñ vnita hoc poterat. Et quia opera trinitatis ad extra ſunt indiuiſa, tota trinitas reſurrectionem operata eſt. Quia tñ hoc fuit infinite potentiæ appropriatur patri. Iuxta illud Actuum. 2. Quem pater ſuſcitauit a mortuis ſolutis doloribus inferni. & Roman. 8. Qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum a mortuis viuificauit mortalia corpora noſtra. Et ꝙ ipſe ſe ſuſcitauerit patet. quia dicitur in p̃s. Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio ad me ſuſcitandum, inter mortuos liber ad reſumendum corpus & ad exeundum de inferno. Præ timore autem eius exteriti ſunt cuſtodes. Multa eſt differentia inter armatos cuſtodientes ſepulchrũ tp̃e illo & tp̃e moderno. quia illi cuſtodiebant ſepulchrũ clauſum nec ingrediebantur, modo vi & violentia ingrediuntur ſepulchrum, id eſt eccleſiãs & monaſteria mortuo eorũ paſtore. Secundo quia timuerunt timore magno viſo angelo, iſti non timent uiſa eorum damnatione. Omnia enim eis licẽt ſed ſimulant angelũ in vultu. quia dũ intrant domũ alicuius ruſtici, ſicut fulgure ita eorũ vultibus terretur. vt faciãt quid velint. Tertio quia illi nihil rapiebãt ſed ibi erant põſiti ad cuſtodiendũ ne diſcipuli venirent & furarentur corpus Chriſti,

*F Militiæ. Quæ ſit diſtantia militum nũc & tẽpore reſurrectionis Chriſti eꝯ exiſtentiũ.*

quod erat gẽtibus armorũ ſingulare. ſ. ordinare eos ad prohibẽdũ furtũ. Nunc vero ad oẽ furtũ parati ſunt, ſimiles tñ iſtis q̃ ꝑcio accepto furati ſunt reſurrectionẽ Chriſti. Singulare eſſet inuenire vnũ talẽ armis deditum & nõ furẽ. Semel vnum eccleſia inuenit, & adhuc nõ ceſſat eũ depingere cũ elemoſina ſua. Quarto quia illi cubabant in cãpis, noſtri in lectorum mollicíæ. Sunt. n. delicati, nec ſicut priores Capitanei Hannibal & alii, qui in duriciæ terræ, duriciam quę neceſſaria eſt ad arma diſcebant & aſſueſcebãt. In ſecũda parte dicendũ eſt de teſtimoniis dñicæ reſurrectionis. Primum aũt teſtimoniũ fuerunt angeli deſcendentes de cœlo, qui reuoluerunt lapidem, præ quorum timore exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut mortui. Angelus. n. terribilis fuit cuſtodibus, & die Veneris præterita homnibus armatis quærentibus eũ cõprehendere, ſed amicabilis mulieribus ſimplicibus. Quod totum factum eſt in orto ad deſignandũ ꝙ qui ſunt in orto iuſticię ſiuæ ſæcularis ſiue eccleſiaſticę poteſtatis debent eſſe ſimplicibus benigni, ſuperbis & potentibus terribiles, & contra eos acriter ſuum exercere poteſtatẽ, licet nunc contrariũ videatur. quia pro modico exceſſu contra pauperem agricolam vel mercatorem fertur ſententia excommunicationis, uel mortis, uel perditionis hæreditatis. Cõtra vero potentes brachium habent debile, non auſi contra eos ferre ſententiam velut expouentaculum canabij de Chenneuiæ re Gallicę, quod terret paruas aues ne illuc approprient, ſed non porcos aut grandia animalia. Qui dixit mulieribus. Ieſum quæritis Nazarenum crucifixũ. Surrexit non eſt hic. Sic multi in Paſcha Ieſum quæſierunt, & in ſepulchro ſuę conſciẽtię collocauerunt, ſed ꝓꝓ peccata poſt Paſcha ꝑpetrata poſſunt dicere. Surrexit nõ eſt hic. Similes ioculatori qui primo veniens ĩ theatrũ primo ludit ꝑſonagiũ Dei loquẽtis ad matrem, ſed deinde rediẽs ad ſuũ tabernaculũ induit vultũ dęmonis, & ſic in theatrũ ſecũdo procedit ludẽs perſonagiũ dæmonis. Sic nos hodie luſimus perſonagiũ Dei, ſed poſt Paſcha redeũtes ad delectationes priſtinas ludemus perſonagium dęmonis. Similes ẽt ymaginibus ſanctorum quæ ante quadrageſimam diſcoper-



ſcooperte & pulueribus, araneis, & aranearũ telis ornate aduenìente quadrageſima mundate ſunt & operte, mõ poſt Paſcha diſcooperte, & tunc iterũ ſicut prius irruet ſup eas puluis auariciæ, venenũ luxuriæ, & tela ſuperbiæ excecãs oculos ſuperborum quæ tñ oĩa tp̃e quadrageſimæ fuerant expurgata. Ite dicite diſcipulis eius & Petro. quia pręcedet uos in Galileam. Circa quod quæritur utrum legatio mulieribus conuenienter ſit commiſſa. Et uidetur ꝙ non. quia. 1. Corin. 14. dicitur. Mulieres in eccleſiis taceant. & 1. Timoth. 2. Docere autem mulieri non ꝑmitto. Dicitur primo ꝙ decens fuit mulieres eſſe primas nuncias reſurrectionis Chriſti. Primo ut ſicut mulier nuncia fuit delicti, ſic & gaudii vt ait Chriſo. Secundo ut ſexus fœmineus honoraretur nunciando, ubi virilis ſexus honoratus eſt in reſurgendo. Tertio ut quod præceſſit in merito præcederet in præmio. Mulieres aũt plus eum amauerant quę conſtantiores uiris a monumento non recedebant nec Chriſtum negauerant, nec eum occiderant ſicut uiri, ſed magis mortem eius plangebant, vbi uiri ei illudebant. Ideo in legatione reſurrectionis prælate ſunt viris. Dicitur ſecũdo ꝙ ad miniſterium iuſſæ ſunt irę. i. in operæ bono perſeuerare. Inutile eſſet aliquod magnũ negociũ inchoare, & antequàm perſiciatur ab eo ceſſare. Qui. n. caſtrum cœpit ædificare & non vult cõſummare, labores & expenſas amittit. Sic qui Deo iſto ſacro tp̃e ſeruiuit ieiunando, orando, elemoſinas faciendo, & ſic de aliis. ut caſtrũ ſibi ꝑpararet in cœlo, nihil proderit ſi nõ perſeuerarit. Greg. Incaſſum quippe bonum agitur ſi añ uitæ terminũ deſeratur, quia & fruſtra velociter currit, qui priuſquã ad metas perueniat, deficit. Iõ opus cœptum circa Xp̃m iubentur ꝑficere in apoſtolis. Dr̃ tacio ꝙ non prohibetur mulier a doctrina domeſtica q̃ eſt per familiarem allocutionem & priuatam exhortationẽ, ſicut commiſſa eſt iſtis mulieribus ad ſuos domeſticos Apoſtolos. Publica tñ p̃dicatio eis nõ ꝑmittitur, licet a principio qñ meſſis multa & operarii pauci aliquæ mulieres etiã publicã prædicationẽ ſuſceperint. ut Magdalena & Martha. Ibi eum uidebitis ſicut dixit vobis. Ecce ſm̃ teſtimonium ex verbis Chriſti qui eſt oĩm magr̃ ſecũdum quod ipſe dixit Ioan. 13. Vos uocatis me magr̃ & dñe, & bene dicitis, &c. Ac ſi diceret angelus. Si non vultis mihi credere q̃ ſub magiſter ſum. i. ſub magiſtro, ſaltẽ credite magr̃o. Teſtimoniũ aũt reſurrectionis eius hodie cõprobatum eſt in quinque apperitionibus eius. Prima fuit mariæ Magdalenæ quę prohibita eſt tangere pedes eius. Secunda fuit tribus mulieribus q̃ tunc tenuerunt pedes eius. Tertia fuit Symoni Petro. De qua ignoratur quomodo aut qualiter facta fuerit. quia nihil de hoc ſcriptura docet. Quarta fuit hora pomeridiana diſcipulis eũtibus in emaus. Quinto circa veſperum apparuit diſcipulis exiſtentibus in cœnaculo. Propter quod in miſſa quinquies conuertitur ſacerdos ad ſalutandum populum, & quia de tertia apparitione quę fuit Petro neſcitur de modo eius ideo in tertia apparitione ad populum ſacerdos illam ſalutationem ſub ſilentio agit.

*Eadem die ſermo tertius & in ordine. CLII.*

HAec dies quã fecit dñs exultemus & lętemur in ea. p̃s. 117. Sed nonne omnes dies fecit dñs. Iuxta illud. p̃s. Tuus eſt dies, & tua eſt nox. tu fabricatus es aurorã & ſolẽ? Cur ergo hanc magis q̃ illã fecit? Dicit̃ primo ꝙ licet oẽs dies fecerit, hũc tñ ſic inter cæteros fecit ꝙ ſibi eum appropriauit. Inde eſt ꝙ a die reſurrectionis dominicæ ſanctificati ſunt oẽs dies dominici ut qui prius uocabantur dies ſolis ſicut cęteri dies a cæteris planetis nuncupãtur nunc uocentur dies dñici. quia ſicut dicit Euſebius emiſenus in quodã ſermone dies iſte ex ſepulchro amplius radiauit q̃ ex ſole refulſit. Secondo dicitur ꝙ dominus ſibi hanc diem præ cæteris fecit. Primo ad ſc̃tificandum eam & requieſcendum in ea. Nam ſi Dei requies cauſa eſt ſanctificationis diei, conſtat ꝙ ubi eius maior & uerior requies eſt, illic ſanctificatio copioſior eſt, & ubi maiorem in operante laborem attẽdimus maiorem inceſſante requiem agnoſcimus. Conſtat aũt ꝙ dominus dum crearet mundum fatigatus non eſt. utpote qui omnia per uerbum ſuum operatus eſt, & uniuerſa componens de ſingulis dixit. fiat & factum eſt. Sed cum ipſe mundum redimeret homo factus unus idemq; Deus

*A Dies. Quomodo dominus ſpecialiter hãc reſurrectionis diem fecit.*

& homo Chriſtus paſſus, crucifixus, & ſepultus, abſque dubiò non parum fatigatus eſt. Qua ergo die reſurrexit ueram requiem gloria & honore coronatus introiuit, longeque excellẽtius requieuit quàm cum a mundi creatione ceſſauit. ideo prima ſabbati uberius ſanctificata eſt quàm ſabbatum ipſum. Vnde Euſebius emiſenus in homelia. 6. Prima dies ſeculi lucẽ dedit ſeculo, hæc autem lucis auctorem. Tunc inchoatus eſt mundus ad rudẽ materiam, nunc electus ad gloriam. Tunc apparuit ſol de cœlo, hodie apparuit auctor ſolis oriens ex abyſſo. Secundo ad præconizandum triumphum ſuum. Videmus communiter ꝙ dies in qua princeps obtinuit victoriam & hoſtes ſubiugauit cum leticia celebratur. Sic dominus præcepit filiis Iſrael omni anno Paſcha ſolemniter celebrari in memoriam liberationis a ſeruitute Egyptiaca. Exo. 12. Multomagis cœlebrare habent Chriſtiani hac die, qua nos ſaluator a captiuitate dyaboli liberauit de dyabolo triumphãs & libertatem perditã humano generi reſtituens. Propter quod uocata eſt dies dñi quæ prius dies ſolis uocabatur. Tertio hoc fecit ad congaudendũ ſuę ſponſæ eccleſiæ. Gaudet enim hodie ſponſus ſuper ſponſa, quam proprio ſanguine acquiſiuit, & gaudet ſup nos Deus nr̃. Propter quod in hac ſolennitate cãtat eccleſia cãticum nouũ & celeſte. ſ. alleluya, cuius cãtici præcentor eſt nouus eiuſdem eccleſiæ ſponſus, qui primus reſurgens in officio hodierno miſſę rectè primam gaudij uocem emiſit dicens. Reſurrexit & adhuc tecũ ſum alleluya, dicens per ſe nobis quod prius per Angelum Mariæ dixit. Dñs tecum, quam ſalutabimus, &c. Eſt autem dies hoïs. De qua Hiere. 7. Diem hoïs nõ deſideraui tu ſcis. Hæc eſt dies gloriæ tẽporalis, quę eſt quædam natiuitas qua homo natus in mundum efficitur filius mundi de qua non eſt exultandum ſicut Hærodes diem natalis ſui celebrauit, & tunc Ioannem decollauit. Cui diei maledixit Iob dicens. Pereat dies in qua natus ſum. Alias eſt dies domini quam fecit dominus. ſ. reſurrectionis ad vitã. De qua in figura Exo. 12. Habebitis hanc diem, ſcilicet Paſchę in monimentum & celebrabitis eam ſolennẽ in cũctis generationibus

*B Dies. Quō die Paſchæ dicitur dies dñi.*

veſtris cultu ſempiterno. De qua Eccleſ. 1. Oritur ſol, ſcilicet in incarnatione & occcidit in paſſione, girat ad aquilonem cum corpus eſt in ſepulchro & anima in inferno. Tunc enim oriebatur ſol inferis & occidebat ſuperis & renaſcitur in die reſurrectionis. Morte quippe occiſa per mortem, hodie uita noſtra cum eo ſurrexit. Vnde Augu. in homelia. Dominus. n. qui ſemper viuit ut occideret mortem veſtitus eſt morte. Non enim potuit mors mori niſi in uita, non moritur amaritudo niſi in dulcedine, nec frigus niſi in calore, nec mors niſi in uita, & hoc quando leo fremebat aduerſus agnum, & agnus occidit leonẽ. Ideo pro hac victoria agni a ſæculis in audita merito dicit. Hæc eſt dies quam fecit dominus, exultemus & lętemur in ea. Circa quod thema primo dicemus quomodo dñs hanc diem fecit ſolennem fidelibus. Secundo quomodo fideles exultare & lætari debeat cum Chriſto & Angelis. Pro primo ſciendũ eſt ꝙ mortuo dño facta eſt grandis ſolennitas apud inferos, quãdo dñs fideles quos detinebat infernus inde eduxit. Hinc Hieron. contra Iouinianum lib 1 Vrbes fugitiuorum erant in quibus habitabant fugitiui vſquequo ſacerdos magnus obiret, ſic fugiebant in limbo ſancti patres vſque quo magnus ille ſacerdos Chriſtus moreretur & ad inferna deſcenderet. Circa quod quæruntur duo. Primo vtrum Chriſtus reſurgendo liberauerit oẽs qui erant in inferno. Pro quo ſit prima propoſitio. Ex toto dñs in reſurrectiõe ſpoliauit limbum patrum. Patet per illud Coll. 2. Spolians principatus & poteſtates traduxit eos, id eſt longe a regno tenebrarum duxit eos confidenter palã triumphans eos in ſemetipſo. Quòd ſi quæreret quis ſi de tam longa expectatione liberationis triſtarentur. Dicitur ꝙ non. quia illa triſticia eſt pœna grandis. Si quid autem in eis fuiſſet puniendum per purgatorium vultum & purgatum fuiſſet. Neque triſtabantur de longa expectatione regni. quia filius regis qui diligit patrem non triſtatur ſi non habeat regnũ durante vita patris. Occaſionem vero triſticiæ habuiſſent, ſi mortuo Chriſto partem non habuiſſent in reſurrectione eius. Secunda ꝓpoſitio. Nullũ de inferno inferiori extraxit.

*C Reſurrectio xpi. Vtrũ liberauit oẽs aĩas quæ erãt in inferno.*



xit. Canit enim eccleſia. In inferno nulla eſt redemptio. Hoc etiam patet per Grego. in homelia hodierna exponentem illud. Oſeæ. 13. Ero mors tua o mors, morſus tuus ero infernæ. Qui enim mordet in pomo partem ſanam in ſe deglutitet putridam a ſe reiicit & derelinquit. ſic ſumptis ad ſe ſanctis patribus infectos peccatorũ labe in inferno dereliquit. Tertia propoſitio. Nullum de limbo puerorum liberauit quia paſſio Chriſti ſolum in his habuit effectum qui per fidem & charitatem Chriſto iungebantur. Rom. 3. Deus poſuit Chriſtum propiciatorem ꝑ fidem in ſanguine eius. Sed tales infantes non poterant habere fidem propriam quia nec uſum rationis habebant, nec in fide parentum ſaluari, quia caruiſſent ſacrificiis ad originale delendum tunc deputatis nihil profuit parentum fides. Quarta propoſitio. Chriſtus in deſcenſu ad inferos animas liberauit a purgatorio. Patet primo quid Act. 2. dicitur. Quem pater ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni. Non enim dolebant in limbo ſancti patres ut iam dictum eſt, ergo in purgatorio &c. Et hæc uidetur intentio Auguſtini in epiſtola ad enodum tractantis illa prædicta uerba beati Petri. Quomodo (inquit) intelligatur Abraham in cuius ſinu pius pauper ſuſceptus eſt in illis fuiſſe doloribus, ego quidem non uideo. Secundo quia præſentia animę Chriſti in purgatorio non minorem habet efficaciam quã Sacramentum corporis eius, ſed Sacramentum Euchariſtiæ animas liberat a purgatorio. Vnde & in collecta cani eccleſia. Sit uiuorum atque mortuorum fidelium omniũ remiſſio delictorum, ergo & anima eius præſens. Tertio quia uirtus paſſionis Chriſti non ſolum opitulabatur illi qui erant in limbo, ſed etiam illis qui erant in purgatorio cum eſſent membra Chriſti. immo uirtus prima paſſionis Chriſti exercetur ſuper quem libet redemptum plenariæ abſoluendo ipſum ab omni pœna & culpa. ut patet in batiſmo ubi primo operatur effuſio ſanguinis Chriſti. Rom. 11. Sine pnĩa ſunt dona Dei & uocatio, ergo etiam ſuper eos influit qui erat in purgatorio. Quarto in aduentu alicuius noui principis omnes captiui non rei nec inimici capitales, & quorum

liberatio nulli pręiudicialis eſt a uinculis abſoluuntur. Tales fuerunt animæ purgatorii cum eſſent charitate informatę igitur. Secundo quæritur. utrum anima Chriſti tanto tempore fuerit in inferno, q̃to corpus in ſepulchro. cum animæ ſanctorũ credantur ſubito ab inferno liberate. Dicitur ſecundo Tho. 3. par. q. 53 ꝙ ſic quia reſurrectio erat terminus omniũ miſeriarum quas pro nobis ſuſtinere debebat. ſed copus adhuc iacebat in ſepulcho, ergo & anima adhuc erat in inferno ut ſicut corpus fuit in ſepulchro per 40. horas ad probandam ueritatem mortis eius & confuotandam iudæorum nequiciam, ita ad confutandatũ eos qui dãnati erãt & eorũ incredulitatẽ tantũdẽ fuit in inferno. Dicitur ſcđo ꝙ ad viſitationẽ dñi ſubito liberatæ ſunt, quia tũc de inferno tranſlate ſunt in paradiſum, eo ꝙ pars inferni iã eſſet ĩ Paradiſum mutata, qđ prævidit ſctũs Iacob dicẽs. Geñ. 32. Vidi dñm facie ad faciem, & ſalua facta ẽ aĩa mea.

Poſtq̃ uerbo veſpę ſabbati q̃ luceſcit ĩ prima ſabbati uenit Maria Magdalenę & alię Marię uidere ſepulchrũ, ceſſauit feſtiuitas apud inferos, & ceſſauit ſabbatũ ſaluti ferũ apđ iudęos. Vñ Petrus raueñ. ĩ ſermone. Adueſpaſcit ſabbatũ & obtenebreſcit in proximo reſurrectionis dñi, & illa luceſcit ĩ prima ſabbati, qa qđ obtenebratũ eſt iudæis. ſ. ſabbatũ trãſiit in lucæ primæ ſabbati. quia ſabbatum propter reuerẽtiã reſurrectionis Chriſti trãſiit ĩ dñicã a cũctis catholicis celebrandam. Ideo illa ueſpera ſabbati luceſcit tu prima ſabbati. quia tunc fuit finis & ueſpera ſabbati, & fuit mane & lux primæ ſabbati. Sed dum illluxit dies reſurrectionis adimpletũ eſt quod longe añ p Pſ iubebatur. Cõſtituite (inquit) diẽ ſolẽnẽ in cõdẽſis uſq; ad cornu altaris. Hæc. n. dies ſolẽnis eſt & in eccleſia & in anima. in eccleſia, quia dies ſolẽnis dr̃ dum ex populi affluentia ita denſat p. I. ꝙ uix ĩtra eccleſiæ ſepta capi poſſit quin attingat uſq; ad cornua altaris, ut uidemus fere ubiq; in hac ſolẽnitate cõpletum. Secundo ſolemnis eſt in anima. Primo quia in ea celebratur quaſi duplex fęſtũ. Eſt enim in ea duplex fœſtum qñ puræ ſunt cogitationes & munde affectiones. de quo Eſai. 1. Lauamini mundi eſtote q̃tum ad mundiciam affectionum, auferte

*D Fœſtum. Quõ ſabbatũ trãſlatũ eſt ĩ dominicã diem.*

ſerre malum cogitationum ueſtrarũ quã
tum ad puritatem cogitationum. Quod
in hoc ſacro fęſto fere ubiq; inuenitur.
Item duplex fęſtum habet in anima qui
ſapientiam habet contra errorum ſedu-
ctiones, & patientiam contra tribulatio-
nes. Hæe ſunt duæ ale date mulieri. Apo-
cal. 12. ad fugiendum ſerpentem. Ideo in
p̄s. Bis dicitur. Paratum cor meum Deus
contra errores, paratum contra tribula-
tiones. Sed quia multi negligunt iſta, nec
diu parantur contra huiuſmodi recte di-
citur Tren. 1. Viæ ſyon lugent, eo ꝙ non
ſit qui ueniat ad ſolennitatem. Secundo
quia vſque in condenſis. Non enim ſunt
hodie rara bona opera, ſed ad laudẽ Dei
in magna abundantia. Sicut enim pauci
tas capillorum caput deturpat, & raritas
plantarum ortum, & raritas monachorũ
clauſtrum. ſic animam raritas bonarũ co-
gitationum, affectionum, & operum. Den
ſitas vero capillorum pulchritudinem &
decorem operatur. Hinc laudatur Abſa-
lon in pulchra & multa cæſariæ. 2. Reg.
14. Prouerb. 14. In multitudine populi
dignitas regis, & in paucitate plebis igno
minia Principis. Vnde Maria Magda-
lenæ & Maria Iacobi & Salome eme-
runt. &c. Non ſine cauſa uenerunt iſtæ
mulieres ad ſepulchrum domini. Vna cau
ſa quia dominus ĩ cruce poſitus fuit quaſi
mulier parturiens. In ſepulchro quaſi
mulier quæ iacet de geſina. In reſurrectio
ne quaſi mulier quæ eſt releuata. Ideo vt
quaſi parturientem ſe oſtenderet clama-
uit de cruce. Ieſus autem clamans uoce
magna emiſit ſpiritum. Iterum & circa
horam nonã exclamauit uoce magna di-
cens. Hely, &c. Peperit quando de latere
eius exiuit ſanguis & aqua. Tunc. n. quaſi
nos peperit, quando materiam noſtræ re-
generationis effudit. Vnde primo genitus
ipſius fuit latro in cruce. Sed iacuit in ſe-
pulchro quaſi in geſina, quando cum ami
cis ſuis patriarchis & prophetis lætaba-
tur in inferno. Tunc enim totus fere mũ
dus coniurauerat aduerſus ipſum. Aſti-
terunt enim reges terræ & principes con-
uenerunt in unum, &c. Hoc enim fecit mo
re mulierum quæ in geſina ſunt. In reſur
rectione vero fuit quaſi mulier releuata
ab omni dolore ſolicitudine, & anguſtia.
Propter quod mulierum more expediens
erat vt mulieres eius releuationi occurre
rent. Ideo dicitur ꝙ Maria Magdalenæ
& Maria Iacobi, &c. Et dicebant adin-
uicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab
oſtio monumenti? Lapis iſtæ & uelauit
& reuelauit Chriſtum. Velauit mortuum
& reuelauit uiuum. Sed lapis adiectus ve
lat Chriſtum mortuum. quia in lapide ob
ſtinationis ſeruatur Chriſtus mortuus,
eo amoto apparet Chriſtus uiuus. Secun-
do notatur ꝙ dominus ſurrexit præueni-
ens obſequium ſanctarum mulierum, in
hoc approbãs obſequium earum circa in
firmos. innuens ex hac præuentione ma-
gis uelle unctionis obſequium fieri infir-
mis quàm corpori proprio. Et factus
eſt terremotus magnus. Terremotus cor-
poralis in ſcripturis ex quattuor cauſis le
gitur factus. Prima ad uindictam malo-
rum. p̄s. Deus cum egredereris in conſpe
ctu populi tui, cum pertranſires in deſer
to terra mota eſt quando aperta eſt terra
& deglutiuit datam & Abyron. Num. 17.
Sic in diebus Ozię terra mota eſt, quan-
do rex Ozias vendicato ſibi ſacerdotii
officio percuſſus eſt lepra in fronte. 2. Pa-
ralipo. 26. Secundo factus eſt terremotus
ad commotionem cordium ad compatiẽ-
dum redemptori in paſſione ſua. p̄s. Dedit
vocem ſuam mota eſt terra. Propter quod
multi reuertebantur percutientes pecto
ra ſua. Et centurio viſo terremotu dixit.
Vere filius Dei erat iſtæ. Tertio in die re-
ſurrectionis ad terrorem malorum, quan
do facti ſunt cuſtodes uelut mortui. in ſi-
gnum cuius cor peccatoris ſemper com-
moueri debet ne perdat ęternam beatitu
dinem. Pſalmiſt. Commouiſti terram &
conturbaſti eam. ſana contritiones eius
quia commota eſt. Vnde cum quis male
agit habet auram & ventum ſibi gratum,
& fere inuenit omnia conferentia ad pec
catum. Sed ad conuerſionem requiritur
quaſi terremotus & turbo timoris vehe-
mens ad deſtruendum corpus peccati. O
ſi quando Eua de ligno uetito accepit, le-
uis turbo arborem mortiferam deieciſ-
ſet, aut nebulæ fumus illius mulieris te-
nebraſſet aſpectum? Sed uitiis ſemper ſer-
uiunt blãdimenta & dulcia. Tunc enim
aura leuis flabat cum comederet Adam
de ligno vetito. Virtutibus uero auſtera
& fortia ſunt amica. Propter quod ter-
remo-

E
*Terremotus corporalis*
*Quattuor ex cauſis ex ſcripturis colligitur factus terremotus.*



remotus factus eſt magnus in reſurrectio
ne uitę ubi erat aura leuis in introductio
ne mortis. Quartus terremotus erit ante
aduẽtum antichriſti uel iudicium, de quo
Mat. 24. Erunt terremotus magni per lo-
ca. & Apoc. 16. Terremotus factus eſt ma
gnus, qualis nunq̃ fuit ex quo gentes eſſe
cęperunt. Tunc tota terra mouebitur &
ruent edificia. Tunc erit cum mitentur re
probi in caminum ignis, & dicẽt boni aſ
ſecurati per diuinam bonitatem. Propte-
rea non timebimus dum turbabitur terra,
& transferentur mõtes in cor maris. Tunc
commouebuntur cuſtodes domus, & mu
tabunt uiri fortiſſimi. Eccleſ. 12. Cuſto-
des domus, id eſt Angeli ad cuſtodiam
hominũ uel regnorum deputati. Iuxta il
lud. Lucę 21. Virtutes cęlorum mouebun
tur, & hoc ad uindicandũ improbos. Vel
ſunt uiri prudentes qui ita mouebuntur à
ſuo ſenſu ꝙ uix ita mouebuntur a ſuo ſen
ſu ꝙ uix ſcient in tantis aduerſitatibus da
re conſilium. Viri uero fortiſſimi ſunt ele
cti. qui etiam ſi poſſibile eſt mouebuntur.
Tanta tunc erit perſecutio, ut etiam ocio
ſe ſint molentes in minuto numero id eſt
prædicatores & doctores ocioſi erunt.
Et ualde mane una Sabbatorum ueniunt
&c. Qui enim ueniunt ad ſepulchrũ Chri
ſti, debent uenire ualde manæ. ſ. in ma-
ne iuuentutis, & non expectare ueſperam
ſenectutis. Vnde antiquitus eccleſia ſole-
bat una cum populo Chriſtiano uigilare
tota nocte paſchali. ut refert Hierony-
mus. & tunc dicebatur miſſa & fiebat be-
nedictio cerei quæ in uigilia paſchali ce-
lebratur. & hoc quaſi expenctando aduen
tum Chriſti in iudicium. quia ſecundum
iudęos Chriſtus debet uenire ad iudiciũ
in nocte reſurrectionis ſuæ. Sop ho. 3. Ex
pecta me dicit dominus in die reſurre-
ctionis meæ in futurum. quia iudicium
meum ut congregem gentes & colligam
regna. Et effundam ſuper eas indi-
gnationem meam & omnem iram furo
ris mei. Qua nocte tranſacta catholici ſe
curi de illo die cũ leticia incipiebant re-
ſurrectionis diem. Et ideo ad eorum exẽ-
plum non debemus eſſe pigri uenire ad ſe
pulchrum. De monumento autem do-
mini fertur ut dicit actor de uita Chriſti
ꝙ domus ſeu ſpelunca fuit rotũda de ſub
iacente rupe exciſa. Erat enim lapis gran-
dis in orto, in cuius latere erat monumen
tum exciſum ſeu ſpelunca habens octo
pedes longitudinis & totidem latitudinis
& tante altitudinis. ut homo intro exiſtẽs
in eius pauimento rectus ſtans uix poſſet
manu extẽta culmen illius attingeret. In
troitum patulum habens ab oriente, cui
lapis ille magnus aduolutus atq; appoſi-
tus erat pro oſtiò. In cuius parte aquilo-
nari ſepulchrum domini de eadem petra
exciſum eſt ſeptem pedes & medium ha-
bens longitudinis a cętero pauimento al
titudinis, eiuſdemq; exiſtens latitudinis.
Qui locus non deſuper ſed latere meri-
diano eſt patulus per totum, unde infere-
batur corpus, ut eſſet quaſi ſarcofagus ſu
perpoſitus fundamento & inclinatus ſu-
per latus, aperturam habẽs à lateræ & nõ
ſuperius. Color illius monumenti & ſe-
pulchri rubicundo & albo permixtus. Sic
ſepulcra iudęorum & maxime magnorũ
antiquitus fiebant, ut ibi ſepilirentur filii
eorum ſicut legimus de filiis Dauid.
Angelus autem domini deſcendit de cœ-
lo. Hac hora qua Angelus deſcendit de
ſuperis creditur dominus reſurrexiſſe ab
inferis. Erat autem circa finem noctis &
principium diei. Prouerb. ulti. De nocte
ſurrexit deditq; prædam domeſticis ſuis.
Triplicem q̃dã p̄dã triplicitus domeſticis.
Primam quidem p̄dam, ſcilicet inferni de
dit Angelis domeſticis ſuis in domo cęli
ad ruinas eorum reparandas. Eſaiæ. 8. Vo
ca nomen eius ſcilicet Chriſti accelera,
ſpolia de trahe, feſtina, prædare Eſaię. 49.
Nunquid tolletur à forti pręda, aut quod
captum fuerit a robuſto ſaluum eſſe pote
rit? quia hoc dicit dominus. Equidem &
captiuitas à forti tolletur, & quod abla-
tum fuerit a robuſto ſaluabitur. Secundã
prædam quam aufert à mundo. ſ. animas
quas conuertit, dat prælatis & prædicato
ribus. quibus dicitur Eph. 2. Iam nõ eſtis
hoſpites & aduene, ſed eſtis ciues ſancto-
rum & domeſtici Dei. Quod ſignificatur
in uictoria Abrahę contra quinq; reges,
quando reduxit captiuos & permiſit abi-
re liberos, reſtituitq; eos regibus ſuis &
directoribus. Fuerat enim natura huma-
na quid captum a beſtia. Infixerat ei den-
tem ſeu morſum lupus inferni. ſed domi-
nus ea morſu ſuo ſanauit, cum infernum
momordit. Tunc. n. morſum illũ ſuo mor
ſu,

F
*Præda*
*De triplici præda quam domeſticis ſuis in reſurrectione dedit dominus.*

ſu,& mortem illam quæ ſecuta fuerat ſua morte occidit. Tertiam prædã quam aufert a carne dat domeſticis ſuis religioſis & continẽtibus, quæ quidem p̃da multũ uiolenta eſt. Eſaiæ.9. Omnis uiolẽta p̃datio cũ tumultu, q̃a cũ tumultu murationis carnis aufert ab ea prȩda caſtitatis. Ideo ſequitur. Et ueſtimentum mixtum ſanguine, id eſt corpus quod ueſtit animam admixtum peccato carnis erit in combuſtionem & cibus ignis. Primam prædam dedit reſurgendo. ſecundam ſpiritum inſuflando. Tertiam carnem noſtram glorificando. Et reuoluit lapidem & ſedebat ſuper eum. Nunc Angeli ſedentes, nunc ſtantes ab Euangeliſtis deſcribuntur propter duo. Primo ut oſtendant peregrinãti in hoc mundo non diu illic eſſe quieſcendum. Non enim diu ſedendum eſt uiatori, ne ſit ſicut ille de quo. Ecclſ. 26. Sicut uiator ſitiens ad fontem os aperiet, & ab omni aqua proxima bibet, & circa omnem palum ſedebit. Hic uiator tẽdens ad fontem æternum de aqua proxima bibit, cum impatiens deſiderii ſui ad temporalia quaſi ad aquam ſcenoſam ſe conuertit & quieſcit in fragili bono quo eſt ſedere circa omnem palum. Secundo ut nos doceant alternatim eſſe in cõtẽplatiuu quæ per ſeſſionem ſignificatur. Luc.10. Maria ſedebat ſecus pedes domini, & alternatim in actiua quæ p̱ ſtationem. Nõ enim ſemper expedit eſſe in contemplatione. Vnde dominus quaſi reuocat Moyſem ab oratione. Exodi. 14. Quid clamas ad me de terra? loquere ad filios Iſrael. Poſt lectionem & orationem ſæpe doctrinæ populi intendendum eſt. Secundo dicitur q̄ mulieribus in die reſurrectionis apparuerũt ſedentes, & uiris in die Aſcenſionis ſtãtes. Act. 1. In quo mulieribus comendatur uerecundia & humilitas, & prohibetur diſcurſus. 1. Tim. 2. Mulier in omni ſilentio diſcat cum omni ſubiectione, uiris autem non prohibetur. Præ timore autem eius exterriti ſunt cuſtodes. Non obſtante conſilio iudæorum de detinendo Chriſtum in morte per cuſtodiam appoſitam, tamen dominus diſſipat conſilia principum ſacerdotum & cogitationes populorum uolentium eum detinere in ſepulchro. Contra Deum enim nõ eſt conſiliũ. Narrat Valerius de Marco craſſo conſule Romanorũ, q̄ cum procederet ad bellum & conſilia deorum hoc ſibi multis indiciis diſſuaderent, nihilominus proceſſit & interfectus eſt, & eius exercitus deſtructus. & addit Valerius. Sic humana cõſilia caſtigantur, ubi ſe cȩleſtibus præferunt. Eccleſ. 21. Non eſt cõſilium contra dñum. Pſ. Excuſſus sũ ſicut locuſta. quaſi diceret. Teneri à perſecutoribus uſq; ad mortem pertuli, ſed excuſſu sũ ſicut locuſta. quia more locuſte ab eorum manibus ſubito reſurrectionis ſaltu euoluaui. Geſis. 48. Requieſcens accubuiſti ut leo. Vbi gloſ. Catulus leonis cum fuerit natus dormit tribus diebus & tribus noctibus, donec fremitu & rugitu p̃ris tremefactus exciteẽ. Sic tertio die excitatus a patre Xp̃s impiorum manus euaſit. Horum militũ ſex tanguntur conditiones ĩ euangelio, q̃ nunc noſtris militibus & nobilibus conueniunt, & quaſi uidentur eẽ de ordine illorum & illorum ordinem ſuper eorum uitam fundari. Primo illuſerũt Chriſto acetum offerentes & coronam ſpincã. Sic iſti multis modis illudendo membris Chriſti ea ad multam amaritudinem perducunt. Propter quod dicebat quidam de quadam belli perditione q̄ nunq̃ fuerat melior dies quia liberauerat eos militibus & nobilibus qui eis ſic illudebant. Secunda conditio q̄ ſpoliauerũt Chriſtum accipientes ueſtimẽta eius & fecerũt quatuor partes. unicuiq; partem. Sic in membris Chriſti Chriſtum ſpoliant, ita ut ſint publici prȩdones, quia ſecũdum iura. 23. q. 1. militare. Prædo uno modo dicitur q̃ ultra prætaxatum ſibi ſtipendium quȩrit. De quibus Iob. 24. Vim fecerunt deprædãdes pupillos, & vulgum pauperem ſpoliauerunt. Sunt enim muſcæ quæ pauperẽ ſcabioſum undiq; comedunt. Tertia conditio q̄ ipſum crucifixerunt. Sic iſti iuramentis ſuis & aliis peccatis Chriſtum q̃tum in eis eſt crucifigunt, quia cauſam iterant mortis eius. ſ. peccata, & eius effectum. ſ. mortem Chriſti, quia Chriſtus p̱ peccatis mortuus eſt. Quarta conditio q̄ poſiti ſunt a Pylato ad cuſtodiam ſepulchri Chriſti. & nihilominus ipſum detinere non potuerunt. Vñ Petrus Rauanẽ. reſurrectioni ianuas obſtruebant, & ne poſſet ĩtrare uita morti ſeruabãt. Miſera mortalitas ſemper dolet ſe mori. & nihilominus ne reſurgere poſſit oppugnat. Grandis enim dementia eſt hoc hominẽ nolle credere quod ſibi deſiderat euenire. Hæc ille. Conſilium enim fecerant iudæi ut Ieſum detinerent in morte. p̱pter quod miſerunt milites ut cuſtodirent ſepulchrum. Sed cogitauerunt conſilia quȩ non potuerunt ſtabilire. Nam ſurrexit dominus tanquàm potens contra militum pœtentiam crapulatus a uino illo digno dilecto ad potandum uino glȩ, uino nouo quod bibebat in regno patris ſui, & percuſſit inimicos ſuos in poſteriora id eſt in eorum poſteritate opprobrium ſempiternum dedit illis, quia tanquàm Dei & domini & benefactoris ſui homicide, uagi, & perfugi & miſeri habitant ſuper terram. Quinto ſunt in timore continuo. Vnde dicitur. Præ timore autem eius exterriti ſunt cuſtodes. Super quo Petrus Rauenenſis. Miſeri plane quos tunc percutit pauor mortis quãdo ſecuritas redditur uitæ. Territi ſunt cuſtodes, ſed non mulieres. quia timent quos conſcientia deſtituit & impellit reatus non timent qui Chriſtum ex toto corde quærunt. Primi in terrore non recipiunt conſolationem, ſecũdi uero recipiunt. Sexto acceperunt pecuniam copioſam, ut Chriſti corpus a diſcipulis publicarent eſſe ſublatum. Nulla eſt pecunia quæ in peiores uſus diſtibuatur quàm pecunia eccleſiæ. Vnde pecunia illa quæ data eſt pro effuſione ſanguinis Chriſti & eius proditione, & pecunia quæ data eſt militibus cuſtodientibus ſepulchrum ut mentirentur accepta fuit de pecunia templi. Sic fit hodie. Videbis mercatorem ponere pecuniam iuxta ſui ſtatus decẽtiam ad merces comperandas. clericus uel ſacerdos meretricibus, filiis, hiſtrionibus, pompis, deliciis & ſymoniæ exponit eam quam pauperibus erogare debuiſſet.

In ſecunda parte uidendum eſt quomodo fideles exultare debent cum Chriſto & Angelis eius. Vnde & Angelus miſſus ad prædicandam reſurrectionem dixit mulieribus. Nolite timere uos. Ieſum quæritis Nazarenum crucifixum. Prius quæritis Nazarenum quàm crucifixum, floridum quàm cruciatum, cum tamen e diuerſo fieri debeat. Nam prius querendus eſt crucifixus quàm glorioſus. Antequàm enim ueniamus ad diem reſurrectionis duos dies oportet prȩcedere. Primus dies eſt paſſionis. Oportuit enim Chriſtum pati & ita intrare in gloriam ſuam. Inde ponitur crucifixus in eccleſia antequàm quis intret chorum ubi laudatur Deus. Secundus dies eſt requie, quando requieuit dominus in ſabbato, & corpora noſtra requieſcent in ſepulchris, & tunc poſtremo erit dies reſurrectionis in ȩternum duraturus. In cuius ſignum omnes dies dominici uſque ad aduentum ſunt octauȩ iſtius ſolemnitatis ad reprȩſẽtandum diuturnitatem & perpetuitatem illius diei. Vel tres dies ſunt tres cognitiones. Prima dies eſt cognitio proprię culpæ, ut de ea peccator doleat. Eccleſ. 3. Qui addit ſcientiam, addit & dolorem. Et hæc eſt dies crucis in qua cruciatẽ homo proprio delicto. Secunda eſt cognitio pȩnæ ȩternȩ. Hæc eſt dies ſepulturæ Chriſti. Corpus ſepultum eſt & anima deſcendit ad inferos. Corpus ſepelitum dum opera pœnitentiæ abſcondũtur. Anima deſcendit ad inferos dum de pȩnis ȩternis cogitat. Tertias dies eſt meditatio & cognitio uitæ ȩternæ & hic eſt dies reſurrectionis. Animam autem reſurgere eſt animam ſe ad ȩterna per ſpem erigere. Primam diem facit dolor. Secundam timor. Tertiam ſpes. Oſeæ. 6. Poſt duos dies uiuificabit nos, & tertia die ſuſcitabit nos, & uiuemus in conſpectu eius. ſciemus ſequemurq; ut cognoſcamus dominum.

Surrexit non eſt hic. Sed ite dicite diſcipulis eius & Petro &c. Super quo Petrus Rauẽn. Quod prædixit dominus hoc uenit aſſerere ſeruus. & hoc ut diſcãt homines credere prædicatoribus tãq̃ ſeruis Chriſti. quia quod ille prædixit, iſti non aliud aſſerunt. Sed quȩritur quare Angelus mulieribus & non uiris archanum reſurrectionis committit prædicandum? Poteſt dici hoc duplici de cauſam factum Primo quia mulieres bonam habent linguam, & uix ſciũt retinere ſecreta ſed ea cito reuelãt. Vnde cum quæreretur a quodam philoſopho quare linguam loquacem magis habent q̃ uiri. Reſpondit hoc ideo eſſe, quia homo ex limo factus eſt. mulier ex oſſe ſcilicet coſta ade. Si quis autem commouerit ſaccum plenum limo non inde ſonabit. Si uero ſaccum plenũ oſſibus, tunc uarium & grandem ſonum emittet.

6 Militia. De ſex cõditionibus modernorum militum.

occideret. Et ſequitur. Inueteraui inter omnes inimicos meos, quia inter peccata hominem ueterẽ magis ac magis induebat. Sed tria ſunt quæ conferunt oculis ſanis. ſ. aqua uiror ſiue uiriditas & ſpeculum. Sic tria conferunt ad tollendum caliginem ab oculis animæ, ſcilicet aqua ſanè doctrinæ quam hodie dedit Angelus mulieribus, uiror exemplorum ſanctorũ uirorum quem oſtendit hodie dominus in ſe & ſanctis ſuis Apoſtolis & diſcipulis, & ſpeculum diuinæ contemplationis quod hodie oſtendit dominus in ſe oſtendendo manus, pedes & latus in quibus contemplari debet omnis Chriſtianus.

Secundum ſignum uetuſtatis eſt excuſſio dentium. Inde ſenes non poſſunt bene maſticare ſed utuntur ſorbilibus. Propter quod Iſaac ſenex non petebat hędos aſſos ſed in pulmentum. Gen. 27. & hoc facit peccatum in anima. Facit enim quòd ſolida, id eſt æterna non ſapiant peccatoribus, ſed tantum huius mundi fluxibilia. Animalis enim homo non percipit ea quæ Dei ſunt. 1. Corin. 2. Sic ſapiebat Synagoga tempore Chriſti, quæ propterea ſuum dominum occidit, contra quos ait Apoſtolos. Col. 3. Si conſurrexiſtis cum Chriſto quæ ſurſum ſunt ſapitæ. Et ad hoc deſcendit Angelus de cœlo ut doceret diſcipulos & mulieres & ſimplices homines quæ ſurſum ſunt ſapere derelictis maioribus in populo ad terrena ſapiendu. Non enim habebant dentes ad maſticandum ſol dum illum cibum, ad quorũ uetuſtatem deponendam hortatur anna in Cantico. 1 Reg. 1. recedant uetera de ore ueſtro. Tertium ſignum ueteris hominis uetuſtatis eſt canicies procedens ex defectu caloris naturalis. Sapien. 2. Non reuereamur canos multi temporis, id eſt non habeamus in reuerentia ueterem hominem & canum propter defectum charitatis. Hoc enim eſt tertium quod facit peccatum in anima, quia aufert calorem dilectionis Dei & proximi. Hie. 6. Sicut ciſterna frigidam facit aquã ſuam, ſic frigidum feciſti maliciam tuam. Frigiditas enim cerebri defluere facit pilos a capite, maxime in anteriori parte. Sic frigiditas cerebri ſynagogæ, id eſt p̃latorũ defluere fecit capillos. i. populũ a capite Chriſto, & maxime in anteriori parte. ſ. ſcribas & phariſeos ubi adheſerunt in poſteriori parte populi ſimplices. Ad expellendum autem iſtud frigus ualet memoria paſſionis Chriſti, quæ facit benedicere Chriſto cum omnibus interioribus hominis. Iuxta illud. Pſal. Benedic anima mea domino, & omnia interiora mea &c. Ciſterna aũt iſta eſt cupiditas quę infrigidat animam. In ſignum cuius dauid ſenex cum operiretur ueſtibus non caleſiebat. quia multitudo temporalium hm̃oi frigus non expellit, ſed quanto quis huiuſmodi ueſtimentis operitur tanto magis frigeſcit. Vnde & Lombardi (ut dicitur) tot ueſtes portant in æſtate ſicut in hyemæ. ideo tanto plus hyemæ frigeſcunt.

Quartum ſignum eſt incuruatio humerorum. Pſ. Miſer factus ſum & curuatus ſum uſq; in finem. Senes enim incedunt curui nec de facili poſſunt aſcẽdere. Eccl. 25. Aſcẽſus arenoſus id eſt grauis ad modum arenæ in pedibus ueterani. Hoc eſt quartum quod facit peccatum, quia extincto in corpe amore Dei incuruat hominem ad amorem terrenorum. Pſal. Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. Eccleſ. 2. Oculi ſapientis in capite eius id eſt in Chriſto capite, oculi ſtultorum in finibus terræ. Prouer. 17. Vbi enim amor ibi oculus, ut patet in porco qui dum comedit glandem nunq̃ ſurſum reſpicit unde glans deſcendit. Nunquàm enim niſi curue incedit qui oculos ſurſum ad terminum uitę non habet. ideo tales potius uidentur tendere in infernum quàm in cœlum, quibus a dęmone dicitur Eſa. 41. In curuare ut tranſeamus. Huiuſmodi aũt curuitas tollitur per contemptum terrenorum. Vnde de diſcipulis qui omnia reliquerunt dr̃. Mat. 17. Leuantes oculos neminem viderũt niſi ſolum Ieſum. Ideo ſynagoga incuruata ad terrena nec Chriſtum uiuentem nec morientem nec cœlum mortem eius plangens, nec reſurgentem uidere potuerunt. Quintum ſignum eſt tremor membrorum, & hoc pp defectum naturalis virtutis, pp quod orabat Dauid. Ne proiicias me in tẽpore ſenectutis cum defecerit uirtus mea. Hoc eſt quintum quod facit peccatum in anima. Per pigriciam enim reddit hominem ineptum & impotẽtem ad omnes opus obnum, & ſic facit ipſum paraliticũ Mat. 8.

Puer



Puer meus iacet in domo paraliticus, & male torquetur. Qui torquetur in laborando bene torquetur & vtiliter, ſed qui in iacendo male & inutiliter, quia tedet eum vitæ ſuæ exiſtentem in triſticia continua quæ quaſi vermis rodit cor eius. Prouer. 20. Sicut tinea veſtimento & uermis ligno, ſic triſticia uiri nocet cordibus. Sic magno terremotu facto in ſynagoga dum Chriſtus reſurrexit ad iuuandum fideles in operibus ſuis, terremotu illo cecidit ſynagoga inutilis ad omne opus bonũ. Angelus enim de cœlo deſcendit ad ſubuertendum eos ſicut Sodomam & Gomorram vſque in hodiernum diem. quia latitant in abditis terræ iacentis deorſum, ſcilicet in temporalibus bonis, & ad ędificationem & inſtructionem fidelium. Hic autem defectus tollitur per aſſuefactionem bonorum operum quia ubi deficit natura prona ad malum occurrit conſuetudo, quæ ſecundum Ariſtotelem eſt altera natura prona in bonum. Sextum ſignum eſt fluxus humorum. Solent enim ſenes eſſe Morueux & Baueux Gallice. & hoc eſt ſextum quod facit peccatum in anima. ſecundum enim Bern. Praui humores ſunt mali mores in quos inducit peccatum, trahendo, ſcilicet de peccato in peccatum per conſuetudinem. Peccatum enim quod pœnitentia non diluitur, mox ſuo pondere ad aliud trahit, & ex hoc introducit mala conſuetudo. De hoc reprehenduntur filii Iſrael Iudi. 10. quia filii Iſrael ueteribus peccatis iungentes noua fecerunt malum in conſpectu domini. Fluxus autẽ huius humoris reprimitur per timorem domini. Timor enim conficit medicinam amaram de herbis amaris iudicii, inferni & purgatorii. ut purgato corde ab his ſuperfluitatibus reſtringatur, & reducatur ad modeſtiam. Finis enim & conſummatio modeſtiæ timor domini. Eccleſi. 22. Propter quod 2. Paralip. 28. Quare vultis adiicere ſup peccata ueſtra & vetera cumulare delicta? & ſequitur medicina reſtrictiua. Grande quidem peccatum eſt & ira furoris remanet ſuper Iſrael Vñ aſſueſcendi ſunt humores iſti per meatum oris exire in confeſſione. Timor autem & tremor in membris ſinagogę remanſit. Nam & mulieribus fidelibus dicit Angelus. Nolite timere vos. Lux enim ex vultu meo procedẽs pro uobis eſt, fulgur aũt pro cuſtodibus à Sinagoga deputatis. Inde his timendum eſt & non vobis. Septimum ſignum uetuſtatis eſt multitudo rugarum. & hoc eſt vltimum quod facit diabolus in anima peccatoris. Poſtquàm enim introduxit hominem in profundum peccatorum, ne ex conſideratione uiliatis peccati reſiliat, uilitatẽ peccati opit. falſa ſimulatione. ut interius ſit in corde uilitas peccati, & exterius ſimulata ſanctitas ut ſic laudetur peccator in deſideriis animę ſuæ. Et hęc eſt ruga quæ eſt ſignũ vetuſtatis ſp̃ualis. Propter hoc cõqueritur anima penitens. Tre. 3. vetuſtam fecit pellẽ meã. Iſtæ rugæ perhibebunt in iudicio teſtimoniũ cõtra peccatorem. vt dicitur Iob. 16. Quando Chriſtus exibebit ſibi ſponſam glorioſam non habẽtem maculam neque rugam Ephe. 5. Propter hoc hortatur apoſtolus hoc ſignum uetuſtatis deponere. Ephe. 4. Deponite uos ſecundum priſtinã conuerſationem veterem hominem. Iſta ſunt ſeptem ſigna vetuſtatis. Quia igitur nouis ſuperuenientibus uetera proiicienda ſunt, & hoc tempus nouum eſt quo ſurrexit noua lex ſcilicet amoris & ſecuta ſũt gaudia noua. Q̃uo ergo ſurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus hoc ſcientes, quia noſter uetus homo ſimul cũ Chriſto crucifixus eſt ut deſtruatur corpus peccati.

D *Purgatio De quadruplici purgatiõe p̃toris.*

Secundo dicendũ eſt qualiter uetus illud fermẽtum expurgeẽt Vñ ſicut infirmus corporaliter quattuor modis purgari poteſt ſic infirmus ſp̃ualiter. Primo per potionem medicinę. & hoc per cõtritionẽ q̃ eſt amara potio bibẽtibus illũ. Eſa. 34. ps. Potaſti nos vino cõpunctionis. Dicit autem contritio uinum, quia ad modum uini in principio pungit aculeo doloris, ſed ſtatim ſequitur dulcedo conſolationis. Cor enim quod nouit amaritudinem animæ ſuæ in gaudio eius non miſcebit extraneus. Ad hanc medicinam ſumendam hortatur nos ſapiens. Eccleſiſt. 17. Ante languorem adhibe medicinam. Cõficitur autẽ hæc medicina ex herbis amaris quæ in proprio orto naſcuntur ſcilicet ex conſideratione proprie fragilitas & p̃prie iniquitatis, Deus autem apponit acumentum ſcilicet iudicii & inferni timorem. Secundo purgatur p̃ uomitum confeſſionis. Ec-

 cleſi.

cleſi.26.Si coactus fueris in edendo mul-
tum.i.ſi conſcientia te reprehendat,ſurge
è medio per contritionem & uome p cõ-
feſſionem,& refrigerabit te pacificãdo cõ
ſcientiam tuam.De hac purgatione.2.Ma
cha.10.Iudas qui interpretatr cõfitens,&q.
cum eo erant.ſ.pudor,dolor,& timor, &
huiuſmodi purgauerunt tẽplum, & ibidẽ
dicitur,ea die qua tẽplum ab alienigenis
eſt pollutũ,cõtingit purificationem fieri,
cõtra differentes confeſſionẽ. Tertio pur
gatur per ſudorem.Sic per ſudorem & o-
pera pœnitentiæ quaſi in ſudore vultus
ſui.Eccle.7.Purga te cum brachiis contra
illos bui brachia habent fracta nullã ha-
bentes operationem virtutis,quorum pul
ſus denotat interioris cordis malam di-
ſpoſitionem.Dicit enim Ouiduis,quod cã
cer ſi ſine brachiis ſepeliatur in terra ex
ea naſcitur ſcorpio. Hinc & ait. Littoris
æquo rei ſi demas brachia cancri.Cætera
ſupponas terræ de parte ſepulta.Scorpius
exibit,caudaq; minabitur unca. Sic ſi qs
brachia id eſt uirtutem charitatis emiſe-
rit,& ſe ſub terra per auariciam ſepeliat,
ſcorpio id eſt uenenoſus & peſſimus effi-
cietur.Quarto modo per balneum id eſt
per baptiſmum.Numeri.19. dicitur quod
qui tãgebat cadauer hominis mortui im
mundus efficiebatur ſed tãquam aqua ex
piationis aſperſus mũdabatur.Sic nos om
nes cadauer mortui Adæ carnem ab ipſo
ducendo tangimus.ideo immundiciam o-
riginalis culpę contrahimus.Sed quando
aquã expiationis in baptiſmo aſpergimur
tunc a tali infectione mundamur, ſi tamẽ
propria fide ſeu parentum utamur. Hebr.
10. Accedamus ad eum cum vero corde
in plenitudine fidei aſperſi corda à cõſciẽ
tia mala,& abluti corpus aqua mũda.Hęc
eſt quæ exiuit cũ ſanguine Xpi de latere
eius qua aſperguntur omnes fideles. quia
ſicut aſperſio roris ardorem aeris tempe
rat,& aſperſio pinguedinis ignem inflam
mat ſic uirtus ſanguinis Chriſti & aquæ
baptiſmalis calorem cõcupiſcentię à car
ne refrenat,& ardore ſpiritus ſancti men
tem inflãmat.Hic ſacerdos ſanguine paſ-
ſeris occiſi leproſum ſepties aſpergebat.
& ſic eum mundabat.Leuit.14.quia à ſe-
ptem mortalibus.i.ab omnibus in baptiſ
mo virtute ſanguinis Chriſti mundatur
homo.Eſa.42.ipſe aſperget gentes mul-

tas.Heb.12.Acceſſiſtis ad ſanguinis aſper
ſionem melius loquentem quam Abel.
quia ſanguis Abel iuſtitiam Chriſtus mi
ſericordiam prędicauit. In ſecũda par-
te principali uidendũ eſt quõ apoſtolus o- *E Eucharistia.*
ſtendit conuiuium eſſe paratũ,ibi. Paſcha
noſtrum immolatus eſt Xps. itaq; epule- *Cur ad*
mur.In ueru.n.crucis aſſatus eſt ut fideles *mãducã*
eũ comederent. Quęri tamẽ poſſet cur ad *dũ cor-*
manducandum & bibendum datur cor- *pus Xpi*
pus & ſanguis Xpi.Si enim ad adorandũ *datur.*
aut glorificandum iam quęſtio non eſſet
eo quòd ſit eis coniuncta diuinitas.Sed nõ
eſt mirandum ſi quęſtio hæc formetur cũ
de hoc dubitauerint Chriſti diſcipul.,im-
mo ab eo receſſerunt dicentes. Durus eſt
hic ſermo,& quis poteſt eum audire? Et
iterum à iudæis inter ſe litigãtibus. Quo
modo poteſt hic nobis carnem ſuam dare
ad manducandum? Hęc quæſtio eſt non
noua ſed antiqua quæ ſicut à principio &
fundamentis fidei eſt exorta,ſic à domino
ſaluatore eſt extincta, & ſimul pene or-
tum habuit & occaſum. Rudis ergo eſſet
Chriſtianus qui tali quęſtione ante mille
& quadragintos annos exorta & ſepulta
& per tantum magiſtrum terminata mo-
ueretur à fide. Sed ad hoc in prõptu re-
ſpondet dominus ibidem.Si ergo (inquit)
uideritis filium hominis aſcendentem,
vbi erat prius.ſpiritus eſt qui uiuificat,ca-
ro nõ prodeſt quicquam. Hoc eſt quia me
hominẽ inter homines uidetis, nihil de
me quantum ad hoc ſacramẽtum ſpectat
pluſquam de alio homine ſentire poteſtis
& ideo carnaliter ſapientes uelut per fru-
ſta conciſam carnem meam me uelle uo-
bis dare creditis.Sed poſtquàm in cœlum
aſcendero,poſtquàm hanc carnem adhuc
mortalem in Deum glorificauero, tunc
intelligetis,quia ſpiritus eſt qui uiuificat.
Hoc eſt uerba mea ſpiritualiter accepta
uiuificant,ſed caro non prodeſt quicquã.
quia carnaliter intellecta mortificat. Qđ
autem eam dederit comedendã uoluntas
Dei fuit omni humana ratione rationabi
lior cũ omnis uolũtas Dei ſit ratio & oĩs
ratio ſit eius uoluntas.Conſtat enim neq;
ſummã ſapientiam errare,nec ſummã ra-
tionẽ irrationabiliter aliqd agere poſſe.
Sufficiat ergo oĩ rationi,& rationabili mẽ
ti eius uoluntas, etiam non expoſita ra-
tione uoluntatis eius. Dat tamen eam
adi



ad manducandum,vt ſicut nullus morta-
lium abſque corporali cibo & potu miſe-
ram uitam tranſigere poteſt. ſic abſq; hac
ſpirituali eſca & potu immortalem & bea
tam uitam aſſequi poſſe nullus credatur.
Secundo ut ſe oſtenderet uitam eſſe ho-
minem, nec melius hoc potuit quàm eo-
rum exemplo quibus geritur uita corpo-
ris.In cibo enim & potu conſiſtit uita cor
poralis hoĩs & inter cibos obtinent prin-
cipatum panis & uinũ.Oſtendit propterea
non eſſe aliam hominum uitam ꝑter ſeip
ſum pp quod nihil aliud uoluit dare q̃
ſeipſum. Ait enim. Ego ſum uia,ueritas &
uita.& iterum.Hæc eſt uita æterna ut co-
gnoſcant te &c.Item niſi manducaueritis
carnem filii hominis &c.Vnde non ſe di-
cit panem mortuum ſicut ille eſt quo cor
poraliter uiuimus.ſed panem uiuũ, quia
ille panis reficit corpora morientium iſte
verò in æternũ victuras aĩas reficit Chri-
ſtianorum. In tertia parte principali di
cendum quomõ apoſtolus nos inuitat ad *F*
epulandum & comodendum,cum ait.Ita- *Epulari.*
que epulemur non in fermento ueteri, *De 4. ge*
nec in fermento maliciæ & nequitię, ſed *neribus*
in azimis ſinceritatis & ueritatis. In qui- *epularũ.*
bus uerbis exprimi uidentur quattuor ge
nera epularum.ſ.naturæ,culpę, gratiæ, &
glorię.Primæ quidẽ epulæ. ſ.naturæ ſunt
fermentum uetus,quia eis ab exordio mũ
di uſi ſunt tam fideles quam infideles,qui-
bus & male vſi ſunt primi parentes noſtri,
& illud modicum fermenti totam maſſam
corrupit generis humani.Iſte epulę quan
tum eſt de ſe ſunt indifferentes.bene uten
tibus pſunt,male utentib.obſunt,nõ ſolũ
corporaliter ſed etiam ſpiritualiter. Ad
hoc ꝙ proſit vtentibus tres conditiones
requiruntur in utente.ſobrietas. ſ. quo ad
ſeipſum in acceptione.largitas quo ad pro
ximum in diſtributione.humilitas quo ad
Deũ in gratiarum actione.ut ſic ſobrie &
iuſte & pie viuamus in hoc ſeculo.Primo
ſobrietas in accipiendo.Eccle.37.Noli eſ
ſe auidus ĩ omni epulatiõe,& ne te effun
das ſuper omnem eſcam.Exemplũ de di-
uite qui quotidie epulabatur ſplendide,
& tandem mortuus eſt & ſepultus in in-
ferno.Vnde inter omnia animalia magna
minus os dedit homini ad ſobrietatis cõ-
mendationem.Stultus eſſet qui muniret
caſtrũ quod neceſſe haberet impugnare,ꝙ

eſt caro. Secũdo requiritur largitas in di-
ſtribuendo Heſt.5.Decreuerũt ut dies iſti
in qbus amã ſuſpẽſus fuerat hoſtis iudęo
rum eſſent epularũ & lętitiæ, & mitterẽt
ſib inuicem partes & pauperibus munuſcu
la largirentur.Sed multi uolunt comede-
re ſoli ſicut canes, contra quos Iob.31.Si
comedi buccellam meam ſolus. Thob.2.
Cum eſſet dies feſtus & factum eſſet pran
dium in domo Thobię dixit filio ſuo.Va-
de adhuc aliquos de tribu noſtra timẽtes
Deum ut epulentur nobiſcum.Tertio req
ritur humilitas quo ad Deum in gratiarũ
actione.Thobię 7.Epulati ſunt benedicen
tes Deum ſed multi accedũt ad menſam
ſicut porcus ad haram.Exemplum in dia-
logo grego. de moniali quæ comedit la-
ctucam.Sed quibuſdã nõ ſufficit non age-
re gratias de bonis acceptis.niſi etiã ma-
ledicant largitori.Iob.12.Abundãt taber
nacula ꝓdonum & audacter prouocãt eũ.
Iudith.9.inter epulas & poculo maledice-
bant.abimelech.i.Deo. Secundę epulæ
ſunt epulę culpæ à qbus diſſuadet Apoſt.
cũ ait.Neque in fermẽto malicię & nequi
tiæ,& ſunt deteſtãnde propter quattuor.
Primo.quia ſunt nimis ſumptuoſe. In pri
mo enim morſello expendit homo quic-
quid habet boni & poſtea neceſſe hẽt mi-
ſerabiliter mendicare. Tren.1. Oĩs popu-
lus eius gemens & querens panem,& ſub
dit cauſam.Dederũt quęq; precioſa.ſ.na-
turæ,gratię,& gloriæ pro cibo.Exẽplũ de
filio prodigo qui cupiebat ſaturari de ſili
quis.Silr eiues epulo qui epulabatur ſplẽ
dide,qui poſtea hr̃e non potuit guttã unã
aquæ.Prouer.21.Qui diligit epulas in e-
geſtate erit.Qui amat uinũ & pinguia nõ
ditabit.Secundo quia ſunt immunde & fa
ſtidioſe. Reddunt enim hominem uiliorẽ
luto.Sapientię.15.Luto uilior eſt uita e-
ius.In canonica Iudæ. Hij ſunt in epulis
maculæ conuiuentes,non ſolum dicit ma
culati ſed maculę,ad exprimẽdam magni
tudinem immunditię.Tertio quia ſunt ni
mis infirmæ. Nemo enim de illis guſtare
poteſt qui non ſtatim incurrat infirmitatẽ
non quamcunq; ſed ad mortem.ut patuit
in primo parente qui quam cito guſtauit
mortem incurrit.Stultus autem eſſet qui
aliquem uideret mori de aliquo morſel-
lo.& tunc illum appeteret. Propter hoc
Eccleſi.37.Noli eſſe auidus in omni epu-
PPP 2 latio-

latione. In multis enim eſcis erit infirmitas. Quarto, qa ſunt nimis periculoſæ. Vix eñ ad hmõi epulas aliquis recũbit quin ei male accidat antequã ſurgat. Matt. 24. Erãt hoĩes comedentes & bibẽtes in diebus Noæ, & nõ cognouerunt donec uenit diluuiũ & tulit oẽs. Sic de illis qui modo ſedẽt in diluuio culpę, quos ſubito apprehendet diluuiũ gehẽne. Tales ſunt ſicut porci q̃ dũ intendũt grano percutiuntur ſecuri. p̃s. Adhuc eſſe eorũ erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos. Vnde Luce. 12. Ille diues nondum ſedebat ad mẽſam ſed ſedere proponebat dicens. Anima mea hẽs bona multa. Cui dixit Deus. Stulte hac nocte animã tuam repetẽt à te. Quę autem paraſti cuius erunt. Tertiæ epulæ ſunt ſacramentales ad quas inuitat Apoſtolus dicens. Itaq; epulemur in azimis ſinceritatis & ueritatis. Debet aũt ad has epulas accedens ornare mẽſam muneribus. Non. n. eſt curiale ad tm̃ feſtũ ire ſine exeniis. Deu. 16. Nõ apparebis in cõſpectu meo vacuus. Pręſentemus ergo intellectũ plenum fide, affectũ plenũ deuotione. ut ſit in uoce exultationis & cõfeſſionis ſonus epulantis, & effectum plenũ bone operationis fructu. Deu. 27. Offeres olocauſta dño Deo tuo & immolabis victimas pacificas. ſ. pro pace reformãda inter te & Deũ comedeſq; & epulaberis coram domino. De his epulis puenitur ad quartas. ſ. gloriæ. De quibus p̃s. Iuſti epulentur & exultent in conſpectu Dei. Ad quas perducat &c.

*Feria 2. paſchæ ſermo 1. & in ord. 154.*

*A Euchariſtia. Qd plus euchariſtiæ ſuſceptionẽ rogãdus ẽ dñs ut maneat nobiſcũ.*

MAne nobiſcũ dñe qm̃ aduesperaſcit. Luc. 22. Nõ ſine cauſa rogãdus eſt ſolicite Xp̃s ut maneat nobiſcũ. Primo qa niſi maneat nobiſcũ cũ eo manere nõ poſſumus. Sap. 7. Neminem diligit Deus niſi qui cum ſapientia inhabitat. quam inhabitationẽ optabat paulus Corinthiis. 2. Corin. vlt. Gratia dñi noſtri Ieſu Xp̃i & charitas Dei & cõicatio ſpũs ſancti ſit ſemper cũ omnibus uobis. Scd'o qa ſm̃ poetã, nõ minor eſt uirtus q̃ q̃rere parta tueri. Nihil enim prodeſt acquirere amicum vel recipere, niſi retineatur & cuſtodiatur ad ſe iuuandum in neceſſitate. Et qa heri recepimus amicum noſtrum veriſſimũ q̃ nõ deficit in neceſſitate, ſed omnibus aliis deficientibus. ſ. mundo cum ſuis diuitiis & deliciis & amicis & parentibus, quæ oĩa deficiunt in fine ſolus iſte non deficit, ſed ſemper præſto eſt uocatus. Ideo ſummopere rogandus eſt hac oratione qua diſcipuli ſui eum inuitauerunt dicentes. Mane nobiſcum domine. Et rationem ſubdunt quoniam aduespераſcit & inclinata eſt iã dies. Tunc enim aduenit ueſpere mortis cũ dies nobis incipit obtenebrari & calor refrigerari. ſed q̃ ſit verus amicus de quo Luc. 11. Amicus meus uenit ad me de uia patet. Nam uerus amicus eſt qui non diligit propter ſingulare commodum ſed ad proprios ſumptus & expenſas. Sed Chriſtus non ſolum nos dilexit ad proprios ſumptus, immo de ſeipſo fecit ſumptus & cibum, & talem cibum & tante virtutis q̃ nutritura eius vincit naturam. Quãdo enim cibus eſt bene uirtuoſus trahit ſumentem ad vnũ, licet natura inclinet ad contrarium. De quo ponit Aug exemplum in Adam, quem natura inclinabat ad debilitatem & mortem, & tamẽ Deus dederat ei vnũ cibum ſcilicet lignum uitę tãte uirtutis q̃ poterat eũ pręſeruare à morbo & morte & ſic vincebat illa nutritura naturam eius. Chriſtus autem dicit Ioã. 6. Ego ſum panis uitę qui tantę uirtutis eſt licet inclinemur ad peccatum & mortem peccati, tamen debite ſumentes eum preſeruat à debilitate & morte peccati. Ioan. 6. Si quis manducauerit ex hoc pane uiuet in ęternum. Ex quo patet quantum dilexit nos. Iſte autem panis coctus eſt in clibano uteri Marię vbi ſtetit nouem menſibus, quem ſi uoluerimus cõtinue nobiſcũ manere opus eſt ut furnariã Mariam uirginẽ adeamus ſalutantes eã &c.

*B Flos. De flore Xp̃o q̃ debeat cuſtodiri.*

Licet tp̃s quo florent arbores ſit iocundum & delectabile, tamen parũ eſt utile ſi flores cadant de arbore antequam fructus formetur, quia tunc arbor ſolũ floret & nihil fructificat. Scriptura uocat Chriſtum florem. Eſa. 11. Egredietur virga de radice ieſſe & flos de radice eius aſcẽdet. Sicut enim flos de radice naſcit̃ ſine eius corruptione, ſic Chriſtus de uirgine. Nũc arbores eccleſiæ ſunt in iſto flore, quia Cãti. 4. Vinea noſtra floruit. Suſceperunt enim in ſe iſtum ſanctiſſimum florem in hoc ſancto paſcha, ideo feſtũ paſchę iocũdiſſimum



diſſimum eſt, tamen parum utile, niſi iſte flos in nobis maneat donec fructus bonorum operum in nobis formetur & firmetur. Tria autem ſunt quæ faciunt florẽ manere in uinea. Primo q̃ ſit incluſa & uento nõ expoſita. Secũdo q̃ à magna pluuia p̃ſeruetur. Tertio q̃ à frigore ne cõgelet̃. Sic tria faciunt q̃ flos Xp̃s quem in te recepiſti maneat & non cadat. Primo q̃ ſit incluſa uento uanitatis nõ expoſita. Multi nunc uanitatibus & diſſolutionibus exponũt iſtum florem. Sc'do q̃ caueas à pluuia uoluptatis quæ iſtũ florem obruit. Tertio à frigore cupiditatis quę iſtum florem extinguit. Huiuſmodi autem congelatio maxime contingit ſole occidente uel ante quã oriatur. Ideo neceſſe habemus recurrẽre ad uerũ ſolẽ iuſtitiæ ut nobis ſit proximus & maneat nobiſcum in ortu iuuentutis & in occaſu mortis dicentes. Mane nobiſcum domine. In hoc ſermone duo pertractanda ſunt primo quare cuſtodiri debet Chriſtus poſtquam eũ ſuſcepimus in hoc ſacramento. Secundo quid ad eum cuſtodiendum neceſſe ſit. Primum itaq;

*C Euchariſtia. Quare debet ſolicite cuſtodiri Xp̃s poſt ſuſceptionẽ in euchariſtia.*

multiplici ratione ſolicite cuſtodiri debet Chriſtus in hoc ſacramẽto ſuſceptus. Primo quia de facili amittitur cũ non ſolum facto ſed etiam uerbo & ſola voluntate amittatur. ut mendacii nociuis periuriis blaſphemiis, detractionibus, cõuitiis, prauis conſiliis, voluntate mechandi, furandi uel nocendi proximo. Secũdo qa amittẽs eum multum dãnificatur cũ amittat omne bonum. De quo dicitur Exod. 33. Oſtẽdã tibi omne bonũ & Sap. 7. Venerunt mihi oĩa bona pariter cũ illa. Recedẽte etiã eo oĩa recedunt. Oſeę. 8. Proiecit Iſrael omne bonum. Vnde Seneca. Nihil eſt homini bonum ſine ſe bono. Bonus vero nõ eſt aliquis ſine Deo. Talis enim amittit regnum Dei, quia Luc 9. Nemo mittens manum ad aratrũ & reſpiciens retro aptus eſt regno Dei. Reſpiciunt enim retro qui poſt paſcha redeunt ad uomitum ſicut canis, & per malam voluntatem & cordis eorum uenenum quod intra ponunt, euomunt ſpiritualiter quod receperũt. Latro enim in eccleſia aliquando quadraginta diebus permittitur antequam expellatur & gaudet immunitate cum tñ ſit bonorũ raptor, & Xp̃s uix eſt per unum uel duos uel tres dies qui oĩa nobis bona largitur quin diabolus inueniat artem fugandi eũ de hoſpicio ſuo. Item ẽt amittendo & expellendo Xp̃m perdit ſeipſum & per conſequens oĩa bona. Eſt enim Xp̃s ſicut locus munitus pro his qui diligunt eum cõſeruandis, quemadmodum orabat Dauid dicens Eſto mihi in Deum protectorẽ & in locum munitum, ut ſaluum me facias. Qui autem bene cuſtodit caſtrum, bene cuſtodiet̃ à caſtro. Ideo qui bene cuſtodit Xp̃m cuſtodietur ab eo. Si autem non cuſtodierit, perdet ſeipſum. Tertio quia qui ſic eum amittit ab optimo dño in peſſimũ tranſit, quia quando dñs ab homine egreditur in eo diabolus ingredit̃. In magno autem horrore debet eſſe qui talem cognoſcit ſecum eſſe. De quo Iob. 20. Vadẽt & uenient ſuper eum horribiles. Cadit enim qui eiuſmodi eſt in recidiuum, & peius eſt illi q̃ ante fuerit qa forte ubi prius unum demonem hoſpitabatur, nunc forte legionem ſuſcipit, hoc eſt indifferẽter omnes. Ait enim diabolus. Matth. 11. Reuertar in domum meam unde exiui, & aſſumit ſeptem ſpiritus nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi. & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Et ita cum occurrit tentatio diaboli debemus facere ſicut ſalmo, qui cum ſemel guſtauerit aquam dulcem ita inuenit eam ſapidam quod nũquam redit ad ſalſam, quamquã in ſalſa primo fuerit genitus & nutritus. Sic nos qui in ſalſa aqua bonorum huius mundi & eorum quę miniſterio diaboli care acquiruntur & emũtur geniti ſumus. ſi ſemel guſtauerimus dulcedinem huius cibi ita delectari debemus. ut nunquam ad illam priorem uitam quacunque tentatione inſtigante redire diſponamus, ſed ea occurrente dicere debemus domino quod ſibi Petrus ait. Ioann. 6. Domine ad quem ibimus. ſupple præterquam ad te in refugium. Quarto quia amiſſus Chriſtus poſt euchariſtię ſuſceptioñe non de facili recuperatur. Magna enim ualde eſt contumelia cum rex glorię ab hoſpicio, in quo receptus erat p̃priis manibus hoſpitis expellitur. Turpius quippe eiicit̃ quàm non admittitur hoſpes. Etiam vilis perſona nõ redit ad hoſpicium à quo ſic turpiter eſt expulſa, niſi forte ad deſtruendum illud hoſpicium. Non eſt mirum ſi Deus talem cõtẽnat, quaſi nõ curans de eius cor

rectione ſi peccat, à quo tam uiliter cōtēnitur. quia Eſa. 33. Ve qui ſpernis nonne & ipſe ſperneris. q.d. ꝙ ſic. Tales. n. recipiunt Chriſtum non tāquā eorū & dn̄m beneſactorē, ſed ſicut extraneum & peregrinum in trāſitu tm̄. ſ. in paſcha, & poſtmodū expellunt eū ab hoſpicio vt eorū dominus. ſ. diabalus ibidē hoſpitet̄. Similes infirmis quibus videtur ꝙ ſani ſunt, & tūc nō plus curant de medicis ſed expellunt eos. Iſte aūt medicus ſp̄ neceſſarius eſt cum omni ſua potione, ideo cū nūc ſit tp̄s medicinę ſuſcipiendæ contra morbum pc̄tī, neceſſe eſt hunc medicū ſemp̲ nobiſcū manere & eū rogare dicēdo. Mane nobiſcū dn̄e. Quīto, quia grande pc̄tm̄ & multiplex cōmittit qui ſic eum turpiter eijcit ab anima ſua. Si magnum eſt denegare Deo hoſpiciū, maius eſt poſtq̄ ſuſceptus fuerit cū ab hoſpicio expellere. Eſt. n. hoc pc̄tm̄ primo infidelitati proximū: Nā perſona ſuſcipiens depoſitum, tenetur ipſum fideliter cuſtodire, maxime qn̄ pro eius cudoſtia magnū ſtipendium recipit uel expectat. Sed quilibet noſtrū in hoc ſecramēto recipit Chriſtum in depoſito, p̲ cuius cuſtodia. expectamus gloriā paradiſi. q̄a proue. 27. Qui cuſtos eſt domini ſui glorificabitur ergo tenemur eū cuſtodire. Alias illi periculo ſubiaccbimus de quo. 3. Reg. 20. Cuſtodi uirum iſtū, qui ſi lapſus fuerit, erit anima tua pro aīa illius. Qd̄ ſi dexeris, ſi ego eū p̲dam hoc nō eſt ex mei defectu. Dicitur ꝙ ſc̄m iura bona fides abeſſe p̄ſumitur ſi rebus tuis ſaluis depoſitas res amiſiſti, maxime qn̄ depoſitum debet cuſtodiri infra proprium, & nō appareat aliqua uiolentia vel damnum circa proprium, & depoſitū eſt amiſſum. Verbi gratia. Depoſitum pecuniæ recipis intra archā tuam habentem bonam ſeram & clauem, & poſtea archa non fracta, nō inciſa, aut in nullo penitus lęſa & bonis tuis ibidem exiſtentibus ſaluus amiſſa eſt pecunia. argumentum eſt ꝙ defuit bona fides. Sic recepiſti depoſitum Chriſtum. ſ. cuſtodiendum infra archam proprii corporis, quæ habet ita fortē clauem. ſ. uoluntatem ꝙ nemo te inuito pōt intrare cor tuum. Quòd ergo corpore nō fracto, non lęſo in aliquo, & ſaluis bonis rationis & intellectus Chriſtus pordatur. augumentū eſt ꝙ in ſeruando defuit bona fides. Contra quos loquitur apoſtolus Hebr. 12. Nondum uſque ad ſanguinē reſtitiſtis. Secundo hoc peccatum ſimile eſt peccato Iudæ p̲ditoris qui poſtq̄ ad domini menſam comedit, cito ſurrexit & tradidit eū inimicis ſuis, cum tamen latrones eis timeant cōtumeliā inferre in quorum menſa comederunt. De quibus recte poteſt illud intelligi. Eſt amicus menſę & nō permanet in die neceſſitatis. Tertio hoc pc̄tm̄ ſimile eſt peccato iudæorū, qui in die dn̄ica in ramis palmarum Xp̄m honorifice ſuſceperunt & poſtmodū eum cū contumelia magna eiecererunt. Magna utiq; proditio eſt dn̄m ſuū ſic in hoſpicio recipere, & poſtea hoſtes ſuos introducere qui eum gladiis & fuſtibus expulerunt. Tales enim ſeptē ſeptimanis Chriſto hoſpicium parant. ſed quod uidetur mirabile poſtquā eū ſuſceperunt, nullam ei reuerentiam exhibent. immo tot ei contumelias inferunt ꝙ oportet eū inde exire. Vēturo exhibent magnā reuerētiam, p̄ſenti nullā. Vnde Bernar. Quid minus præſenti quā uenturo debet? Quid minus reuerentię tp̄s reſurrectionis exigit quā paſſionis? Sunt etiam ſimiles in hoc iudæis ꝙ Barrabam latronē filio Dei p̄ponunt dum filiū Dei à ſe expellunt & latronem infernalē introducunt. expellunt eū qui eos protegebat; & introducunt eum qui eos iugulet: Io. 10. Fur non uenit niſi ut furetur & mactet & perdat. Similes etiam uidentur uiris ceile quos dauit ſaluauerat qui uoluerunt eum tradere in manus ſaul. Quarto hoc pc̄tm̄ eſt maximę ingratitudinis indicium, quia poſtquam tantus dn̄s tā curialiter eis ſe & ſua cōicauit eum turpiter eijciūt, ſicut ribaldū de furno & canem de coquina. Eccle. 29. Hoſpitabitur & paſcet ingratos & adhuc amara audiet. Qd̄ figuratum eſt in proditione abſalō, q̄ poſtquā reccōciliatus comedit cū patre, expullit eū de ciuitate & hoſpicio ſuo, coopto capite incedentem. Quantum vero diſpliceat domino hoc pc̄tm̄ innuit dn̄s in p̄s. ubi dicit: Si inimicus meus maledixiſſet mihi ſuſtinuiſſem utique. Tu uero homo unanimis &c. Et ſequitur. Veniat mors ſuper illos, deſcendant in infernum uiuentes. Et alibi. Homo qui edebat panes meos magnificauit ſuper me ſupplantationem. Et ſequitur. Tu autem domine reſuſcita me & retribuam eis. Mirū enim eſt ſi cor hominis



nis nō dolet, cū uidet ſe ab uxore propria de domo ſua eiici, & ribaldū adulterū in oculis ſuis ab illa recipi. Sic nō eſt mirū ſi triſtetur Xp̄s qn̄ uidet ſe ab uxore ſua. ſ. anima q̄ ſpōſa eius eſt in baptiſmo cōtēni, & à domo ſua eiici, & pc̄tm̄ uel diabolum adulterū in oculis ſuis ab illa recipi. De quo conqueritur ipſe Xp̄s. Io. 5. Ego veni in noīe patris mei & nō recepiſtis me. immo qd̄ plus eſt eieciſtis. Si alius uenerit in noīe ſuo. i. diabolus, illū accipietis. Nō ſic fecerunt illi duo diſcipuli eūtes in emaus quorū mentionem facit euangelium hodiernū, ſed potius dn̄m quē in ſua ſocietate curialiter receperāt cum eis vt manceret inuitabant & cogebāt dicētes. Mane nobiſcū dn̄e. In ſc̄da parte uidendū eſt quid neceſſariū ſit ad cuſtodiendū dn̄m ſacramentaliter ac ſpiritualiter receptū. Sūt autem quinque neceſſaria q̄ ad fidelē caſtri cuſtodiam requiruntur.

D

*Euchariſtia.*

*Sex neceſſaria ad cuſtodiā xp̄i ſuſcepti.*

Primo nanque requiritur fidelis ianitor ne quis furtim ingrediatur domum & dn̄m ipſum auferat. Multi enim ſunt qui habēt cuſtodiā corporis, uulgo garde de corps, ne exeat aīa à corpore, ſed pauci habent cuſtodiā aīę. vulgo garde dame ne Deus ſeparetur ab aīa. Triplex aūt ianitor poſitus fuit in paradiſo terreſtri ad cuſtodiendū uiā ligni uitę.

E

*Ianitor.*

*De tripliei ianitore poſito ad cuſtodiendum uiā ligni uitæ.*

Primus fuit cherubin per quē intelligit̄ cognitio eleuata. Racemis. n. maturis & dulcibus erigitur unū caſtile, ubi aſcendit cuſtos uinearum circumſpiciens undique & clamans ſi ſit aliquis qui uelit furari racemos uel capiens eos. Chriſtus aūt dixit Io. 16. Ego ſum uitis uera, cuius racemi. i. dona quæ nobis confert, ſunt maturi & dulces & pleni pinguinc gratię Iſta aūt uinea nūc commiſſa eſt noſtræ cuſtodiæ. Iuxta illud Cant. 1. Poſuerunt me cuſtodē in ueneis. Ideo debemus aſcendere caſtile cogitationis & contemplationis & undique circumſpicere. Abachuc. 2. Sup cuſtodiam meam ſtabo. Licet multi nunc & poſtea poterunt dicerunt illud Canti. primo. Vineam meam nō cuſtodiui. Secūdus cuſtos fuit murus igneus illic appoſitus, per quem intelligitur ſanctus amor ex toto circundans & amplectens amatū. Amor enim portarij ad dominum ſuum facit ꝙ nihil nociuum & domino diſplicens permittat intrare. Nō enim uult dn̄s habitare ī aula undiq; aperta ubi cōfluāt omnes uenti. ubi quilibet ad nutum ingredi poſſit. Sic nec in corde omni tentationi expoſito, & curis ſecularibus adeo implicito, ut ubique ſic deffundat ꝙ ad dominū ſuum nequaq̄ recolligatur. Propterea uult dn̄s totaliter habere cor. & ideo oportet ꝙ amore cingatur oſtiū cordis, & oculi & nares & aures clauſe ſint tentationi per murum igneum amoris. Amor. n. iguis eſt ſecundum Aug. quia ignis ſeparat diſſimilia. puta ferrū ab auro. & iūgit ſimilia, ut ferrū ferro. Sic amor ſc̄m Dyo. iungit p̲ſonas ſimiles & ſeparat diſſimiles. Et quia hō eſt formatus ad imaginem Dei. Gen. 2. iō officiū charitatis eſt ſeparare hominem à creatura & iungere Deo & ſic ad cuſtodiā tāti dn̄i neceſſaria eſt clauſura muri ignei Ad cuſtodiam enim theſauri multū ualet clauſura archæ in qua reponitur. & clauſura ciuitatis ad cuſtodiam eius. Aſpectus enim cuiuſdam mulieris fuit occaſio adulterij & homicidii quę fecit Dauid. 2. Reg. 12. Et aſpectus ligni uetiti fuit occaſio inobediētiæ primæ matri noſtræ. Gen. 3. quēadmodū multis nūc ſępius accidit. Lingua ēt multis eſt occaſio ruinæ. proue. 25. Sicut urbs patens & abſque murorum ambitu, ita uir qui non poteſt in loq̄ndo cohibere ſpm̄ ſuū. & eiuſdem. 13. Qui cuſtodit os ſuū cuſtodit animam ſuā. Eſt q̄ppe poſt ſuſceptionē dn̄ici corporis os ſumme cuſtodiēdum. & quātum ad guſtū & quātum ad locutionem. Cohibendū eīm eſt os à prauis locutionibus, ne os qd̄ dn̄icū corpus ſuſcepit ſit quaſi ſepulchrū patēs. & eo maxime tp̄e quo uerba diuina frequentanda ſunt. ſc̄m enim patriam oportet alloqui eos qui ad patriā tendūt. Debent. n. linguis loqui nouis. Tertius ianitor eſt timor Dei ordinatus qui p̲ gladium Dei uerſatilem intelligitur. Hic enim ponitur ad cuſtodiendā uiā ligni uitæ. Volens enim cuſtodire arborem prope uiam ſitā, facit macerīā & obſtruit uiā ſpinis. Alioq̄n fructus nō poſſet ibi durare. Vnus enim proijceret baculum, alius lapidem. Hæc aūt arbor ſita eſt iuxta uiā mūdi, quia in te. ideo debes ponere maceriā ſpinarum inter te & mundum. ſ. timorem diuinæ offenſæ & pœnę. Eccl. 28. Sepi aures tuas ſpinis & noli audire uerbum nequam. Sed tn̄ cor quorūdā ſimile eſt cimiterio undique aperto, ita ut quilibet ibi

poſſit tranſire. Quãdiu enim camera tene
tur clauſa ita ꝙ ianitor nullum permittit
intrare niſi amicos dñi ſignũ eſt ꝙ dñs ibi
habitat. Sed quãdo camera aperta eſt om
nibus, ſignũ eſt ꝙ nõ eſt intus. Portę cor
dis ſunt ſenſus corporis. ianitor timor dei
Eccle. 1. Timor dñi expellit pc̃tm̃ Quãdiu
ergo timor dei ſenſus tenet clauſos, ꝙ nec
per uerbũ nec ꝑ aſpectũ intrat aliquid di
ſplicens Deo, ſignũ eſt ꝙ Deus intus habi-
tat in corde tuo. Sed ecõtra qñ apti ſunt
uerbis aſpectibus, & opibus prauis, ſignũ
eſt ꝙ de illo dici põt illud Gen. 20. Non
eſt timor Dei in loco iſto. Scđo ad cu-
ſtodiam caſtri requiritur ſpeculator, qui
habeat clamare dum à lóge uidet ueniẽ
tem inſultũ. Et iſte eſt ſancta & deuota o-
ratio. Frequenter. n. orandus eſt Deus, ut
qui dedit ſanctitatẽ cõſeruet eã. qa ſicut
dicit Greg. Cito bonũ amittitur, niſi à lar
giente cuſtodiatur ꝑs. Niſi dominus edifi-
cauerit domum &cę. Venti etiam tẽtatio-
num & exercitus malarũ cogitationũ libẽ
ter iſto tꝑe inſurgũt. iõ neceſſe eſt frequẽ
ter orare & dicere cũ Petro. Domine ſal-
ua nos perimus. Matt. 8. Quia quãto ho-
ſtes ualidius impugnant, tanto frequen-
tius implorandum eſt diuinũ auxiliũ. Iõ
dicitur in ꝑs. Non dormitabit neque dor
miet qui cuſtodit Iſrael. & hoc qa nõ dor
mitabit neq; dormiet q̃ impugnat Iſrael.
Propter quod non ſunt dimittendæ orõ-
nes poſt paſcha quę in quadrageſima dice
bant. Præterea oportet Xp̃o cibũ ſibi ſm̃
ſuam conditionẽ cõnenientẽ præparare.
Ipſe aũt dulcis & benignus eſt dñs, ꝑꝑ ꝙ
oportet ei ꝑparare cor piũ & dulce ꝑ de-
uotã orationẽ, vt dicat quilibet fidelis il-
lud. ꝑs. Paratum cor meũ deus paratũ cor
meũ. Et enim Xp̃s nobilis. iõ diligit quod
melius eſt in præda, & in delicatis habitat
locis. Ideo cor delicatum deuotione de-
bemus habere. & illam deuotionem ab eo
quærere vnde paſcamur. dicẽtes illud. ꝑs.
Sicut adipe & pinguedine repleatur ani-
ma mea &c. Sic memor fui tui ſuper ſtra
tum meũ. i. quando fui dñs carnis meæ e-
leuatus ſuper carnalia ad contemplandũ
cęleſtia. Stratum enim aĩæ eſt caro in qua
aĩa iacet infirma. Sed eſt ſuper ſtratũ qñ
illa põt portare & illi dominatur. Ideo ꝑ
orõnẽ cõtinue inuitandus eſt talis ac tan
tus dñs. Non enim aliter ibi multo tꝑe re-
maneret niſi frequentes rogatus. Ideo cũ
peregrinis dicamus. Mane nobiſcũ dñe.

Tertio reqritur prouiſio ciborum & ui
ctualiũ. Vix enim qs manere poteſt in do
mo ſine hmõi ꝓuiſione. & iſta eſt frequẽs
auditus uerbi Dei. Paruuli qppe ſumus, &
paruuli cibo frequẽti indigent ut uita ſer
uetur in eis. Chriſtus aũt eſt uita noſtra
iuxta illud. Collo. 3. Cum apparuerit Xp̃s
uita ueſtra & uos cũ ipſo apparebitis in
gloria. Præterea peregrinis maxime opus
eſt cibo, nos aũt peregrini ſumus in hoc
mundo. Inde eſt ꝙ cũ peregrinantibus di
ſcipulis & ſermocinãtibus de Ieſu ambu-
labat Xp̃s. Vbi. n. duo uel tres fuerit cõgre
gati ĩ noĩe eius, ibi eſt ĩ medio eorũ. Mat.
17. in ſermone aũt cõgregant xp̃iani ut ſa
luti ſuę intendãt. ideo hoc facit ut in me-
dio eorũ maneat Xp̃s. Vbi uero cõgregan
tur aliqui ut uana uideant, audiant uel lo
quãtur inutilia nõ deeſt diabolus. Iõ mul
tum cauentum eſt intereſſe vanis ſpectacu-
lis, & multũ repetendũ intereſſe ſermoni-
bus. Prꝫterea notitia Dei hñi nõ põt niſi ꝑ
auditũ, audiendo. ſ. loq de eo qđ fit ꝑ uer
bum Dei. Per hunc enim auditũ fides cõ
firmat per quã xp̃s in corde detinetur ne
recedat. vnde & peregrinis euntibus in E-
maus de ipſo dubitantibus ipſe ſe finxit lõ
gius ire, quia non erat fides in eis. Sed 1.
Io. 4. quiſquis cõfeſſus fuerit qm̃ Ieſus eſt
filius Dei. Deus in eo manet & ipſe in eo.

Quarto requiritur militũ bona garni-
tio. i. hoĩm & familiarũ bona ſocietas Fę
minæ enim ꝑgnanti neceſſaria eſt bona ſo
cietas. quia ſola exiſtens imminente peri
culo prę timore perdit puerũ. Vñ ꝑgnans
ſolitaria territa ictu tonitrui facit aborti-
uum q̃ in ſocietate ſecura eſt. Perſona au
tem quæ digne cõicauit eſt ſicut mulier ꝑ
gnans quæ mutat appetitũ. Illud enim qđ
ſibi primo erat dulce & ſapidum, fit inſipi
dum & amarum, & fructus ĩſipidi & acres
fiunt ei dulces & ſapidi. Sic perſonæ Chri-
ſtum portanti uoluptas mundi & dulcedo
ꝑpeccati conuertuntur in amaritudinem
& paupertas & pnĩa q̃ prius ei amara fue-
runt, nũc dulcia uidentur. Iudic. 5. Fontes
amari obdulcati ſunt. Perſonæ ergo Chri
ſtum portanti neceſſaria eſt bona ſocietas
ne ſola territa ictu tentationis Chriſtum
perdat. Ex quo ſequitur ꝙ maxime uitan
da eſt praua ſocietas. Nam Eccleſiaſti. 14.
Qui



Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.
& Proue. 13. Qui cum ſapientibus gradit
ſapiens erit, amicus ſtultorum ſimilis effi
cetur. Qui. n. in paradiſum vult ire non
debet ſe aſſociare cum his qui tendunt in
infernum, & qui contagium lepræ timet,
conſortium leproſum uitare debet, & ſin-
gulariter à ſocietate mulierũ ſe cuſtodiat
Gen. 29. Ne ſtes ĩ oĩ circa regione. 1. Cor.
6. Fugite fornicationem. Sup quo Ambr.
Cũ aliis uitiis põt expectari cõflictus, hãc
fugite ne approximetis. Nõ. n. põt melius
vinci. Quinto requiritur uigilantia conti
nua. & hoc in bono opere. Propter quod
milites cuſtodientes ſepulchrum dixerũt
ſe amiſiſſe Chriſtum cum dormirent. Mat.
ult. Ad quam uigilantiam duo pertinent.
Vnum ꝙ oculos habeat apertos circa eũ,
ne aliqua ſolicitudine præoccupatus eum
perdat, aut obliuiſcatur dicens cum ꝑs.
Prouidebam dominum in conſpectu meo
ſemper. Secundũ ne ſit piger ad faciendũ
qđ ei placeat, uel cauẽdum quod ei diſpli
ceat. Non enim debet eſſe ocioſus ſicut de
ſancta muliere dicitur Prouer. ult. Panem
ocioſa non comedit. Dicũt enim medici,
ꝙ poſt pingue prandium non eſt dormien
dum, ſed magis ſtandum eſt uel ambulan
dum, uel in aliquo opere exercẽdum. Sic
poſt ſuſceptam hanc pinguiſſimam refe-
ctionem non eſt ociandum nec dormien-
dum in peccatis, ſed ſtare oportet in bono
propoſito iam accepto. & ſemper ambula
re de uirtute in uirtutem, & ſe continuo
exercere ĩ operibus ſanctis. Sed ſero mor
tis ſuperueniente quando ceſſabit oĩs tu-
multus & mundi & uitiorum impugnãtiũ,
tunc dicere poterit qui ſic exercitatus fue
rit illud ꝑs. In pace in idipſum dormiam.
Quòd ſi dixeris non poſſum non dormi-
re. Dico ꝙ & ſi aliquando difficile ſit ho-
mini effugere ſomnum corporalem, eo ꝙ
naturaliter cibus corporalis aggrauet ca-
put, & difficile ſit reſiſtere naturæ. tñ faci-
le eſt homini poſt hunc cibum ſuſceptum
non dormire in peccato; eo ꝙ cibus iſte in
clinet ad bonum. Si tamen te contingat
aliquando dormire propter negligentiã
tuam vtere ſaltem conſilio medicorum
de illo ſomno dicentiũ. ſit breuis aut nul-
lus. Sexto requiritur uirilis pugna in ho
ſtes contra modum per elemoſinam con-
tra carnem per diſciplinam, contra faſtũ
dęmonis per improperij Chriſti memoriã
& generaliter contra omnia uitia per fre-
quentem confeſſionem. Primo igitur viri-
liter pugnandum eſt contra mundum per
elemoſinarum largitionem. Quanto enĩ
bellum periculoſius, tanto magis neceſſa
rij ſunt ſtipendiarij. Stipendiarios autem
noſtros facimus pauperes cũ eis damus e-
lemoſinam. Sed hoc tempore paſchali ſpe
cialiter faciendũ eſt cũ periculoſius immi
net bellũ. Hinc Eccle. 17. Elem ſina viri
quaſi ſacculus cũ illo, & grãm hoĩs quaſi
pupillã cõſeruabit. Præterea ſi Chrs te pa
uit in hoc ſancto paſcha neceſſe eſt, cum
ſit amicus tuus ut iterum inuites eum, &
paſcas eum in membris ſuis. In menſa enĩ
charitatis q̃ eſt elemoſina reficitur Chri-
ſtus in membris ſuis. Propter quod cõque
ritur de his qui faciunt eũ exire de hoſpi
tio ſuo, ſicut lupũ de nemore. ſ. ꝑꝑ famem
dicẽs. Eſuriui, & non dediſtis mihi mãdu-
care. Cũ talibus. n. libenter manet dñs, qa
1. Io. 3. Qui habuerit ſubſtantiã huius mũ
di & uiderit fratrem ſuũ neceſſitatẽ hře, &
clauſerit uiſcera ſua ab eo, qũo charitas
Dei manet in illo? Sed cum illis qui pa-
rant ei mẽſam charitatis in hoſpitio ma-
net. 1. Io. 4. Qui manet in charitate, ĩ Deo
manet. Dimiſit. n. hic Deus paupes ad re-
cipiendum cenſus ſuos. Matth. 26. Paupe-
res ſemper habebitis uobiſcũ. In huius aũt
exemplũ dñs de loco cœnæ ubi dedit ſa-
cramẽtũ iſtud diſcipulis ſuis ad montem
oliuarum exiuit, ut nos ad manus paupe-
rum exeamus. Ibi. n. mons oliuarum. Oli-
ua quippe in domo dñi plantata multitu-
do pauperum eſt. Secundo uiriliter pugnã
dum eſt contra carnem per pnĩæ diſcipli-
nã, ut per ieiuniũ uel abſtinentiam uel af-
flictionem corporalem. Sicut. n. abſinthiũ
ſumitur præcipue ad repreſſionem humo
ris colerici. quia tales humores abundant
in æſtate, ſic caro reprimenda eſt, quando
carnalia deſideria magis abundant, & car-
nes quæ debent conſeruari magis debent
ſale condiri ne poſſint corrumpi, & corpo
ra mortuorum. i. pauperum peccatorum
nunc autem iuſtificatorum cum Chriſto
mirra debent iungi ne ſubiaceant corru-
ptioni. Non. n. tali tempore eſt mirra abii
cienda, ſcilicet pœnitentiæ, quando quis
vult corpus ſuum ſine luxuriæ putredine
conſeruare. Propter quod fatui ſunt qui
in qua-

in quadrageſima ſatis ieiunabant, & poſt paſcha non amplius curant. vnde Prouer. 5. Qui abiicit diſciplinam deſpicit animã ſuam. Tertio pugnandum eſt per memoriam certaminis Chriſti. iuxta illud Heb. 12. Recogitate eum qui talem ſuſtinuit ꝑ peccatoribus aduerſus ſemetipſum cõtradictionẽ, vt non fatigemini animis ueſtris deficientes. Nondum enim uſque ad ſanguinem reſtitiſtis aduerſus peccatũ. ſ. repugnantes. vnde Bernar. In mundo iſto & in ſtadio iſto poſiti ſumus, vbi Chriſtus mortuus eſt. Qui ergo hic liuorem & plagas non ſuſceperit, in futuro iudicio miles inglorius apparebit. ſi enim tm̃ pugnatur & plebiſcitatur pro terra ſeruanda tranſitorie tantum, quantum debet Chriſtianus pugnare pro hæreditate perpetua, & pro terra promiſſionis fluente lacte & melle diuinitate & humanitate Chriſti, ut dicat quilibet fidelis illud. ꝑs. Quid enim mihi eſt in cœlo. quaſi dicat totum. & à te quid uolui ſuper terram. quaſi diceret nihil aliud à te. Et ſequitur concluſio. Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Deus quidem cordis mei. i. Deus qui habitat in corde meo. Ideo præcipue ſeruãdum eſt cor à malo conſenſu, quia eſt camera cœleſtis regis. Quarto contra ſingula vitia per frequentem cõfeſſionem, quia nunquam eſt pax, niſi eiectis & captiuatis inimicis. Chriſtus autem non poteſt habitare niſi in loco pacis, quia in pace factus eſt locus eius. & 2. Cor. ult. Pacem habete & Deus pacis erit uobiſcum. Licet enim hanc pacem ſæpe faciat patientia in aduerſis, quæ contra omnia aduerſa immobilis eſt iuxta exemplum Iacob, qui lapidem pro puluinari accepit, hoc tamen frequentius facit confeſſio. Sicut tamen pax iſta non excludit labores tribulationum & perſecutionum, ſic nec excludit ſcrupulos & impugnationes dæmonum. Sicut. n. tempore pacis magis ſunt torneamenta, quàm tempore guerrę. ſic diabolus & caro magis impugnant tp̃e ſpiritualis pacis quàm tempore guerræ. Vnde Grego. Illos enim pulſare negligit, quos iure quieto poſſidere ſe ſentit. Sicut enim tempore pacis ſolent eſſe multi latrones, ſic in corde pacifico ſolent plerunq; ſe ingerere peſſimæ cogitationes, quæ ſunt latrunculi introducere nituntur magnos latrones, vt aperiant cor ad conſenſum. ſicut paruuli introducuntur in domum ut eandem aperiant. Præterea ꝙ ſæpius confitendum ſit ad hoc ꝙ maneat Chriſtus in nobis apparet. Nemo enim poteſt habere manus mũdas niſi eas ſæpius abluerit, & qui vult habere ſotulares pulchros ſępius eos tergit. Sic eſt de anima in qua vult Deus remanere. Licet multi habeant calceos cariores ſe, quia diebus ſingulis volunt eos tergi, ne lutum uideatur circa ipſos remanere. non autem circa ſeipſos attendunt. Vnde Criſo. homel. 24. ſuper Matthæ. Sicut qui præclare ueſte ueſtitus eſt, fugit omnem rem ſordidam, ne forte coinquinet eam, & perdat gratiam candoris eius. ſic qui ſuſcipit Deum in corpore ſuo & in ſpiritu, ſollicitus eſſe debet, ne forte contaminet eum, ſciens quia ſi contaminatus fuerit in nobis, ipſe quidem in natura ſua incontaminabilis manet, tamen contaminationis ſuæ iniuriam grauiter noſtro vindicabit interitu. Præterea nunquam bene requieſcitur in loco niſi ſit mũdus. nec Chriſtus niſi in conſcientia munda & bene parata. ſicut dicebat animu deuota. Lectulus noſter floridus. In quibuſdã autem minime requieſcit, quia perſona honeſta & munda non bene quieſcit in lectis communiũ hoſpiciorum & infirmariarum, quia tales non ſunt mundi. Ibi enim iacet cuilibet leproſus & ſcabioſus, id eſt cogitationes leproſæ, & fœtidæ delectationes. Hoc autẽ docet natura columbæ, quæ non niſi in nido mundo quieſcit, & pullos ſuos fimũ eiicere docet. ſic & Chriſtus omnem fimũ peccati per cõfeſſionem eiicere docet pullos ſuos. i. chriſtianos ut ibi quieſcat. Præterea perſona ualoris non conſueuit quieſcere cum perſona moleſtante ipſam. peccatum autẽ moleſtat Chriſtum, eiiciatur ergo inde ut ibi maneat Chriſtus. Præterea perſona dignitatis nõ hoſpitaretur in domo obſcura, & non aperta. domus autem conſcientiæ non aperitur niſi per cõfeſſionem. Vt ergo ibi dñs permaneat, ſæpius hoc modo aperianda eſt.

*Sermo 2. eiuſdem fer. 2. & in ord. 155.*

HAec dies quam fecit dominus exultemus & lætemur in ea. ꝑs. 117. Qñ tempus eſt uindemiarũ & ſegetum ſolent ſibi homines de uaſis & doliis ad vinum, & de granchiis ad ſegetes recondendas

*A Vas. Qd oportet prouidere ...*

prouidere



*uaſe cordis noſtri ad ſuſcipiendum uindemiam paſſionis Chriſti.*

prouidere, & quando ſolet poſt prandiũ dominorum fieri magna diſtributio, ſolẽt pauperes uaſa & gremium præparare, ne amittant beneficiũ. Hodie tempus eſt uindemiarum quo colligere habemus illud vinum die veneris in prælo crucis preſſoratum Chriſti ſanguinem, ita ꝙ hodie ſũt vindemiæ generales fertiles & plenæ per totum mundum. Hodie colligendum eſt granum precioſum in utero virginis ſeminatum. hodie de cœlis datur diſtributio, ſcilicet corpus Chriſti. Ideo nobis conſulitur vt de uaſis nobis ꝓuideamus, ne forte tantam beneficij dulcedinẽ amittamus. Quòd ſi forte quis dicat, non habeo uas ubi reponam. Fortaſſe uerum diceret, qa cor ſuũ uas erat ad illud recipiendũ qđ ꝑdidit. ꝑs. Factus ſum tanquam uas perditũ Quidam enim miſeri dederunt cor ſuum in uadium ad grauiſſimam uſuram. ſicut luxurioſi ſuæ meretrici. Tales dicere poſſunt. non habeo cor meum. ꝑs. Cor meum dereliquit me. Sume igitur cor tuum, & reſume illud de manu uſurariorum, quia contra magna feſta ſolent homines deuadiare ſuas ueſtes ut ſe decenter ornẽt. Ita reſume cor tuum ut digne recipias beneficium Dei. Sed diceret quis. requiritur uaſorum multitudo, non habeo niſi unũ uas. Reſpondeo ꝙ ſolum requiritur vnũ. Exo. 16. Sume uas vnum, & mitte ibi man. Sufficit enim illud unũ cor. Eſt enim uas mirabile quod poteſt capere totum illud uinum, & horreum magnum quod totam illam ſegetem. Tale enim ac tantum fecit Deus cor humanum ꝙ poteſt capere deũ, quem mundus capere non poteſt, & nullo alio repleri poteſt. Eccle. 43. Vas admirabile opus excelſi. Oportet autem ꝙ illud cor ſit vnũ nõ ꝑ diuerſas affectiones diſtractum. Luc. 10. Porro vnum eſt neceſſarium. Sed multi ſunt ſicut ſcutella barbieri ad diminuendũ quę abhominabilis eſt, eo ꝙ ibi ſit ſanguis peccati. Similes uaſis Aegyptiorũ. de quibus Exo. 7. Fuit cruor in vniuerſa terra Aegypti tam in ligneis uaſis, quàm in ſaxeis. Non ſic uas noſtrum ad recipiendum tale ſacramentum, ſed debet eſſe mundum. Ideo reſpondit Abimelech ſacerdos Dauid Nõ habeo panes laicos ad manum, ſed panem ſanctum. Iſte panis non eſt pro ruſticis aut garſionibus, ſed pro ualentibus hominibus. In hoc vaſe. ſ. corde precioſius continuit Maria deũ quàm in uentre, vt in ea duo uaſa fuerint plena cor & uenter. Ad utrumque genua flectamus.

Hæc dies quam fecit dominus exultemus & lætemur in ea cum diſcipulis ſuis ipſa die euntibus in Emaus, qui quia fuerũt triſtes de Chriſti abſentia, poſtmodum læti de eius præſentia. Primo dicemus exponendo euangelium quomodo fuerunt triſtes. deinde quomodo delectati ſunt in Chriſto. Ipſa ergo die ibant duo ex diſcipulis dñi in oppidum quod dicitur Emaus, diſtans à Hieruſalem per ſeptem miliaria cum dimidio. Quæ autem fuerit cã itineris non declarat text. forte pro negotiis ſuis, forte hoc fuit diuinæ ꝓuidentiæ, vt qui pro morte domini tantum erant deſolati, in uia qua ambulabant conſolationem reciperent de ipſius dulciſſima uiſione, & ut dolores ſuos mutua cõfabulatione mitigarent, & corda deſperantia ad ſpei refrigerium reuocarent. Hęc enim eſt conſuetudo, ut in anguſtia tribulationis poſitis pro morte amicorum mutetur locus in quo amicus obiit, ut leuius feratur & citius à memoria recedat. Et factum eſt cum confabularentur & ſecum quærerent, ipſe Ieſus appropinquans ibat cum illis. Multiplici autem ratione appropinquauit eis dominus. Primo, quia triſtes erant de nece ſui domini. Iuxta eſt autem dominus his qui tribulato ſunt corde. Vita enim & ſalus talibus approximant. Vñ ꝑs. Cum ipſo ſum in tribulatione. Secũdo, quia appropinquat dominus his, qui contemplantur eum. ſicut qui ſpeculo appropinquat imago ſpeculi ſibi appropinquat. Iac. 4. Appropinquate deo, & appropinquabit uobis. ita ꝙ ſm̃ modũ quo mouetur intuens ad imaginem mouetur imago ad intuentem. Chriſtus autem imago Dei eſt inuiſibilis. Ad Colloſ. 1. Non ſic mundus, qui ſibi appropinquantes fugit, ut patet in omni ſtatu mundi, ꝙ qui quærunt diuitias, delicias, & honores ſæculi dum putant eas apprehendere, uolitãt & fugiunt ab eis. Sicut puer tota die ſequitur papilionem credens eum accipere. ſed poſtquam multum uolitauit ante eum, ſtatim uolans in altum euaneſcit ab eo. Iſti autem loquebantur de domino. Per ſignũ enim capitis. i. per meditationem exardẽ-

*B Appropinquare. Qui appropinquat deo, Deus appropinquat ei.*

temu

tem anima quandoque eleuatur ad contemplandum. Contemplatio enim erumpit de medio meditationis ardentis, & ſanctæ orationis. Ezech. 1. Erat enim viſio diſcurrens, quia breuis eſt mora contemplationis, ſed de medio ignis. Tertio quia amico ſtanti in periculoſo paſſu alter amicus cito appropinquat, ut eum ſaluare poſſit. Qui enim neſcit natare non debet appropinquare paſſui profundo, ſicut qui nō eſt doctus in ſcripturis & fide non debet difficiles paſſus earum prædicare, ne forte inuoluatur profunditatate ſermonis. Nā Moyſes quia nondum erat edoctus in agendis diuinis, cum uoluit accedere ad uiſionem illam magnam dictum eſt ei, ne appropies huc. Sic & curioſis & mundanis, qui de futuris curioſe quærunt, & nō quæ ſuæ ſalutis, ut Moyſi erudito in omni ſciētia Aegyptiorum quæ erat mathematica, & aſtrologia dicitur, ne appropies huc. ſcilicet ad elucidandas doctrinas fidei. Et quia iſti diſcipuli loquebētur de his, quæ acciderant Chriſto. & inter loquendum iam incipiebant periclitari in fide. ideo tanquam fidelis amicus dominus eis appropinquat. Oculi autem eorum tenebātur ne eum agnoſcerent. Hic dominus hominem curialem non ſe oſtendit. quia dū curiales aſcendunt ſtatum ſuperiorem inferiores ſe non cognoſcunt, ſed bene econtra. Sed Chriſtus bene cognoſcebat inferiores ſe, ſed non econtra. Circa qđ q̄rit̄ à quo oculi eorum tenebantur. & ſi tenebantur oculi vtrum etiam aures. quia dominum in uoce cognoſcere poterunt, & ſi ſic quare oculi rationis noſtræ in hac vita tenentur ne eum niſi in ſpeculo uideamus. Dicitur primo ꝙ oculi eorum poterant altero trium detineri, uel à diabolo qui ex diuina permiſſione propter errorē eorum turbabat interiores ſenſus eorum ut ſic non poſſent lineas vultus eius bene comprehendere. Secundo hoc potuit eſſe à domino eo ꝙ indigni eſſent eius uiſione quandiu in errore ſuo permanebāt, impediendo ne ſpecies eius viſibiles in oculis eorum reciperentur. Tertio hoc potuit eſſe ex fulgore corporis Chriſti glorioſi, propter quem non poterant diſtinctæ lineationes & protractiones vultus eius agnoſcere. Dicitur ſecundo ꝙ aures eorum ſimiliter tenebantur ne uocē eius agnoſcerent, quia ſicut uidemus aliquis poteſt ſuam uocem faciliter uariare ita ut non cognoſcatur, ita dominus potuit facere. Per oculos autem cōmuniter in ſcripturis intelliguntur alij ſenſus. Dicitur tertio ꝙ in hac uita mortali tenentur oculi noſtri ne uideant eum qui vbique eſt. Primo quia non ſumus digni. Vnde Helias vultum operuit. 3 Regū. 19. Eliphat totus inhorruit. Iob. 4. nec Moyſes auſus eſt aſpicere contra Deum. Exo. 3. Et ſi uenerit ad me ait Iob. 9 nō uidebo eum. Secūdo quia nec illam perfectam uiſionem ꝓ multitudiue gloriæ capere ualemus. Non enī eſt capax vaſculum noſtrum quandiu iſto uaſe terreo accingitur. Nec mirum cum vna ſtilla dulcedinis quam nobis exhibet in uia & in patria peregrina totam mentē inebriet. Vnde & quotidie cum videmus in altaris ſacramento ſub ſpecie peregrini uadentem & uenientem ad nos, ut nos peregrinos exiſtimemus cum peregrino ambulare. Tertio quia quandiu ſumus in hac vita vix cognoſcere poſſumus media quibus itur ad Deum, multo minus oculi rationis ipſum Deum. Non.n. cognoſcimus quantum Deum diligamus & proximum. Vnde in Ezechiele dicitur, ꝙ porta & thalamus habēt tectum. Porta per quā tendimus in Deum amor proximi eſt. Ingredimur autem ſponſi thalamum cū ipſum diligimus. Hęc autem quanta ſint nobis tecta ſunt nec manifeſta. Et ait ad illos. Qui ſunt hi ſermones quos cōfertis ad inuicem ambulantes, & eſtis triſtes? Quaſi dñs oleum inijcit in flammam amoris ſubminiſtrans incendia. Tunc .n. dulcis dolor auget̄ & amor quaſi ſemortuus reuiuiſcit, & totus in medullis eorum reuixit amor Chriſti. Dulcis triſtitia quam tam iocunda ſequitur conſolatio. Sic libēter conſolatur dominus quos de ſua abſentia ſentit contriſtatos. Et reſpondēs vnus cui nomen Cleophas, dixit. De iſto Cleopha ſic habetur in martyrologio. In die ſancti Firmini eſt feſtum ſancti Cleophæ diſcipuli Chriſti. qui dominum in ciuitate Emaus, quæ nunc dicitur Nicopolis in fractione panis cognouit, in qua vrbe & domo vbi domino menſam parauerat pro confeſſione nominis Chriſti à iudæis occiſus eſt, & ibidem magnifice ſepultus. Alium aūt diſcipulum Gregorius

dicit



dicit eſſe ipſum Lucam euangeliſtam, qui ſe ipſum tacebat propter humilitatem. Sed ſecundum Hieronymum & Ambro. magis creditur fuiſſe Manahon filius Ruſi, qui erat de ſeptuaginta diſcipulis. Tu ſolus peregrinus es in Hieruſalam, & nō cognouiſti quæ facta ſunt ī ea his diebus? Ac ſi diceret. Cum valde multi peregrini & de diuerſis nationibus uenerint in Hieruſalem ad diem feſtum paſchę, & omnia cognouerint quæ facta ſunt in his diebus, mirabile eſt quòd tu ſolus inter peregrinos ignores ea. Vnde dominus in reſurrectione ſua ſub tribus ſpeciebus apparuit Primo in ſpecie ortolani. Secundo in ſpecie peregrini. Tertio in propra forma omnibus diſcipulis. quia hic laborantibus, & maxime in eccleſiæ uel ſuæ conſcientiæ orto. apparet in ſpecie ortolani cor noſtrum colens per monitiones, inſtinctus, & doctrinam. Sed contemplatiuis de ipſo loquentibus, & meditantibus in ſpecie eūtis & redeuntis peregrini apparet. Non.n. tunc loquitur ad fratres Ioſeph niſi per interpretem. Sed quando congregata erit omnis eccleſia ſanctorum, tūc uidebimus eum ſicuti eſt. Quibus ille dixit. Quæ? Quæſiuit non quòd ignoraret. Nullus.n. melius expertus eſt quæ facta ſunt illis diebus quàm ipſe, ſed ut incredulitatem eorum reprobādo haberet unde ad fidem eos reduceret. Qui dixerunt, de Ieſu nazareno, qui fuit vir propheta potens opere miraculorum & ſermone doctrinæ. Sunt enim aliqui potentes opere, ſed non ſermone, qui bona non negligunt operari patientes in tribulatione, gaudentes ad laborem obedientiæ. Sunt qui ſermone, ſed non opere. vt qui frequenter orant, quorum oculi ſunt ſicut piſcinæ in eſebon præ multitudine lachrimarum, ſed recuſant ferre iugum obedientiæ, & votum ſuum ſe exiſtimant implere offerendo hoſtiam amputata aure ſcilicet prompta ad obediendum. Leui. vigeſimoſecundo. Multum enim diſtat manus ab ore, ſic opus à uerbo. Ariſto. decimo Ethicorum. Rerum quæ ſunt in paſſionibus & actionibus verba credibilia ſunt minus quàm opera. Tertij ſunt potentes opere & ſermone, qui ad modum arietis duo habent cornua ad pugnandum contra malos ſcilicet prædicationem quo ad uerbū, & bona opera quo ad exemplum. Et ſequitur. corám Deo & omni populo. Super quo Theo. Primo placendum eſt Deo deinde curandū quantum poſſibile eſt de innocentia apud homines. vt præcedente diuino cultu viuamus ſine ſcandalo plurimorum. Et ſequitur. Nos autē ſperabamus quòd ipſe eſſet redēpturus Iſrael & cęt. Super quo idem Theophilus. Expectabant Chriſtum redēpturum Iſrael ab ingruentibus malis, & à ſeruitute Romanorum credentes ipſum regē terrenū fieri. Et ipſe dixit ad eos. O ſtulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti ſunt prophetæ. Sed quō eos quos extraneos ſimulabat, tam acriter redarguebat maxime in initio orationis, cum increpatio debeat ſubſequi oſtenſionem offenſionis? certe uentus ille correctionis quaſi quidam mirifici odoris balſamus areolam mentis eorum perflauit, ut omni palea erroris eiecta ſolum fidei granum appareret. Secundo ut non timeamus eos quantumcunque magnos redarguere, qui uel fidem impugnant, uel male credunt, uel irrident loquentes inter potus ſubſannando fidem. Tertio quia licet iſti non errarent in uia corporali, errabant tamen manifeſte in uia ſpirituali. Hoc.n. eſt opus miſericordiæ. vt quis oſtēdat uiā peregrinantibus & more corripiētium qū vñr obſtinati. Iſti aūt ſic uidebantur, qui de hmōi uia nec mulieribus, nec apoſtolis narrantibus crediderant. Sunt enim multi qui Deo nolunt credere, ſed miniſtro diabolico cito credunt. Eccleſi. 26. Sicut viator ſitiens ad fontem os aperiet, & ab omni aqua proxima bibet, quia quicquid ei dicitur credit leuiter. Nōne hæc oportuit Chriſtum pati & ita intrare in gloriam ſuā? Sicut enim cinis poſt multam decoctionem uertitur in uitrum, ſic corpus Chr̄i poſt multiplicem paſſionem ſurrexit glorioſum. Sic & in nobis erit. 2. Corin. 4. Sicut abundāt paſſiones Chriſti in nobis, ita per Ieſum Chriſtum abūdat conſolatio ueſtra. Quantum enim fuit de aqua in ydriis tantum poſtea fuit de uino. Propterea fatui ſunt qui præſumunt intrare gloriam alienam ſine tribulationibus, cum Chriſtus ſine his non intrauerit in gloriam ſuam. Si oportebat illum multa pati cuius naturaliter eſt regnum, multomagis nos quorum non eſt regnum niſi

de

de gratia. Mirum eſſet ſi quis nollet intra-
re per portam per quã rex ſuus intraſſet.
Bern. Caput noſtrũ per tribulationes &
anguſtias cœlum introire videmus, & nos
mẽbra eius nobis alia itinera ſomniamus?
Monſtruoſa res eſt, ſi per unum foramen
tranſire caput uideamus, & per aliud cor-
pus. Pudeat ſub ſpinato capite membra
fieri delicata. Hæc Bern. Hæreditas quip-
pe tranſit ad hæredes cum ſuo onere, &
honore. Deus autem hæreditati beatitu-
dinis æternæ adiunxit onus, id eſt tolerã
tiam paſſionis, & cum iſto onere habuit
eam Chriſtus, habuerunt apoſtoli, & ſic
habeant eam omnes fideles, quia ut dicit
Apoſtolus. Omnes qui pie uolunt uiuere
in Chriſto perſecutionem patiuntur. Et
incipiens a Moyſe & omnibus prophetis
interpretabatur illis &c. In quo conſide-
randus eſt feruens amor Chriſti, qui ſuos
ſuſtinere non potuit ſic triſtari & errare,
ſed uelut fidelis comes inngit ſe ipſis,
quærit triſtitiæ cauſam, exponit eis ſcri-
pturam inflammans corda illorum. Sic ſi
aliqua perplexitate uel accidia grauati ſu
mus, dum pie de ipſo loquimur ſtatim a-
deſt confortans & inflammans corda no-
ſtra, quia nunquã obliuiſcitur eorum, qui
memores ſunt illius, cum promiſerit.
Matt. 18. Vbicunque fuerint duo uel tres
congregati in nomine meo ibi ſum in me
C dio eorum. In ſecunda parte uidendũ
*Fingere.* eſt, quomodo diſcipuli delectati ſunt in
*Q̃uo Xp̃s* Chriſto. Vnum cum appropinquarent ca-
*finxit ſe* ſtello quo ibant, finxit ſe longius ire. Sed
*longius* poſſet q̃ri q̃uo dñs finxit ſe longius ire, cũ
*ire.* tamen nollet ultra oppidum illud ambu-
lare, ſed cum eis remanere. Reſponſio, ꝙ
fingere in ſcripturis multipliciter accipi-
tur. Aliquãdo enim ſignificat compoſitio-
nem uel inſtitutionem. iuxta illud. p̃s. Qui
finxit ſigillatim corda eorum. & iterum
Pſalm. Qui fingis laborem in præcepto.
Aliquando ſignificat ſimilationem. & hoc
dupliciter. Aliquando in malum. 3. Règũ
14. Ingredere vxor hieroboam quare aliã
te ſimulas? Et hoc quando opus uel uer-
bum contradicit cordi, ſicut ipocritæ qui
exterius ſe fingũt oues, & intrinſecus ſũt
lupi rapaces. Pſalm. In corde & corde lo-
cuti ſunt. Deut. 22. Non indueris ueſte ex
lana, linoque contexta. Aliquando accipi
tur fingere in bonum, quia ſicut aliquid
poteſt fingi uerbis, ita & factis. Primum
autem fit ſine falſitate, ut patet in para-
bolis noui & ueteris teſtamenti, quibus
aliquid fingitur uerbis ad ueritatem con-
uenientius deſignandam. Et hoc modo
Chriſtus finxit longius ire; ad denotandũ
diſtantiam à cordibus eorum propter fi-
dei defectum. Aug. Hoc non ad mendaciũ
pertinet. Non enim omne quod fingimus
mendacium eſt, ſed quando id fingimus,
quod nihil ſignificat. Cum autem fictio no
ſtra fertur ad aliquam ſignificationem nõ
eſt mendacium ſed aliqua figura ueri ta-
tis. Vel ſecundum Alexandrum de Hales
dicẽdum ꝙ nulla fictio erat ex parte eius
ſed ex parte accipientis, quia in rei ueri-
tate longius uolebat ire. & ſic ſe fingebat
& oſtendebat iturum. Longe enim erat re
ceſſurus ab eis. Nondum in reſurrectione
(vt dicit Aug.) erat completio, ſed opor-
tebat ſequi aſcenſionem. Vnde & cito eua
nuit ab oculis eorum, oſtendens non fore
diu cum eis corporali conuerſatione. Ipſi
uero accipiebant ex dictis ſuis ꝙ tũc lõge
eſſet iturus ab eis, & ſic ex parte accipien-
tium falſo intelligebant. Et coegerunt
illum factis manibus trahendo, & uerbis
& rationibus alliciendo. ut iterum eũ au-
dire poſſent. Propterea non eſt mirandũ
ſi uim patitur regnum cœlorum, quando
etiam ipſe dominus eorum cogitur. Nec
leuiter ad perfectionis culmẽ attingitur:
Sed paulatim uirtutũ gradibus ad chari-
tatis apicem per uiolentiam peruenitur:
Vnde ſecundum Gregorium. Peregrini
non ſolum ſunt ad hoſpitium inuitandi,
ſed etiam trahendi, quia per hoc ſancti
patriarchæ placuerunt Deo. Hinc & Vin
centius in ſpeculo hyſtoriali recitat de
quodam ciue Antiocheno valde hoſpita-
li, qui cum quadam die per Antiochiam
peregrinos cunctaretur ut eos duceret ad
hoſpicium ſuum, duos inuenit in foro ciui
tatis, quos cum hortatus fuiſſet vt diuer-
terent ad domũ ſuam, vnus eorum qui
ſenior uidebatur ait. Nõ poterat hic ho-
mo cum Simeone quodam heremita face
re, ut hæc ciuitas non ſubuerteretur Quo
dicto expandit pallium ſuum ſuper me-
dium ciuitatis, quæ cito ſubuerſa eſt reli-
qua parte ſalua, in qua erat domus inui-
tantis eos ad hoſpicium, quo facto diſpa-
ruerunt. Mane nobiſcum domine, quo-
niam



niam aduesperaſcit, & inclinata eſt iam
dies. In ueſpera mortis quando tendi-
mus ad occaſum, uel etiam in tribulatio-
nibus noſtris hac oratione debemus vti
ad Deum. Cum enim proſperamur in
virtutum ſucceſſibus in die ſumus, cũ nos
obnubilant tribulationum anguſtiæ inci-
pit nobis aduesperaſcere, & quia ex nobis
à te qui ſolus laborem & dolorem conſi-
deras per deſiderium cœleſtis patriæ vix
appropinquamus, appropinqua & mane
nobiſcum domine, quoniã aduesperaſcit.
Iam ueniunt aquæ vſque ad animam no-
ſtram, iam omnes angulos mentis uentus
tentationis concutit, mane nobiſcum. In-
tenti ſunt ad te oculi omnium, te ſolum
ſitiens anima cõcupiſcit, ſine te nihil poſ-
ſumus facere. Tu ſolus carmina das in no
cte. Turris es fortiſſima à facie tribulan-
tis, mane nobiſcum. Per te nobis conſur-
git ad ueſperum fulgor meridianus. ori-
mur & lucifer cum nos conſumptos puta-
mus, non confunditur omnis qui in te cõ-
fidit, mane nobiſcum. Factæ ſunt vmbræ
veſperi longiores. quia appropinquante
fine mundi ſupercreſcit iniquitas & refri-
geſcit charitas, & ne extinguatur in nocte
lucerna noſtra, mane nobiſcum. Vitæ no-
ſtræ iam inſtat veſpera, iam mors minatur
aſpera, timor & tremor totam cõſcientiã
concutit, terribilem iudicis ſententiam
pertimeſcit, ſed tu domine cui omne iudi
cium dedit pater, mane nobiſcum. Ad te
ſunt oculi noſtri ne pereamus, de multi-
tudine miſerationum tuarum mens con-
cipit, mane nobiſcum. Tu domine dixi-
ſti. Si quis aperuerit mihi ianuam intra-
bo ad eum, & cœnabo cum eo & ipſe me-
cum. Ecce domine cor apertum tibi, qui
factus es ſicut uiator ad manendum. Ma-
ne ergo nobiſcum. Vel per ueſperam in-
telligitur pœnitentia quæ eſt occaſus vi-
tiorum. Leuit. decimoquinto. Immundus
erit vſque ad ueſperam pœnitentiæ, quæ
obnubilat diem culpæ. Nec incongrue di-
citur veſpera, quia homines multum tar
dant eam facere. Et intrauit cum illis. &
dum recumberet accepit panem & benedi
xit ac fregit, & porrigebat illis. Inde eſt,
quòd Romanus pontifex non communi-
cat ubi frangit, ſed ad altare frangit, &
ad ſedem communicat, quia Chriſtus in
Emaus coram duobus diſcipulis fregit.
Lucæ ultimo. & in Hieruſalem coram de-
cem apoſtolis manducauit. Actuũ primo.
In Emaus legitur fregiſſe non comediſſe,
in Hieruſalem comediſſe non fregiſſe. Fre
git autem dominus & porrigebat illis, pa-
nem tamen integrum nõ dedit illis, quia
diuiſiones gratiarum ſunt. ſed idem domi
nus. Et aperti ſunt oculi eorum, & co-
gnouerunt eum. Circa quod quærit, de
alis. part. 3. quare Chriſtus potius cogni-
tus eſt in hoſpicio, quàm in itinere. Reſpõ
dit Greg. ad ſignificandum ꝙ melius co-
gnoſcitur ueritas opere quàm prædicatio
ne. Cognouerunt enim eum non loquẽdo
ſe in frangendo panem. Glo. Luc. vlt. In ex-
poſitione ſcripturæ non cognouerunt eũ,
quia non auditores legis ſed factores iu-
ſtificabuntur. Roman. 3. Et ueritas melius
operando quàm audiendo intelligitur. p̃s.
A mandatis tuis. ſ. agendis intellexi. Et
euanuit ab oculis eorum, uel per ſubtra-
ctionem viſibilium ſpecierum ab oculis
eorum, uel quia hoc eſt in poteſtate cor-
poris glorificati ut anima retrahat radios
viſuales cum voluerit, uel hoc potuit eſſe
per ſubitam mutationem ſui corporis in
alio loco. Si autem ſpiritualia tam cito e-
uaneſcunt à peregrinis huius ſæculi, quæ
tamen permanentiora ſunt bonis huius ſę
culi ex natura ſua. quid cogitare debet pe
regrinus de bonis temporalibus, niſi quòd
ſunt vanitas? Omnia. n. in morte euane-
ſcunt. Multis enim euaneſcit in morte do-
minus, quando cum eis fuit frangens & tri
buens bona. Tunc enim licet ualde tarde
cognoſcunt dñm in fractione panis, qñ ue
lint nolint dimittũt bona, & diſperdũt ea
(licet tarde) pauperibus & eccleſiis. Sed
quæritur q̃uo dñs ſic euanuit ab eis exiẽs
ab hoſpicio non ſoluto ſimbolo? Reſpon
ſio ꝙ regula generalis eſt, ꝙ nunq̃ Deus
cum aliquo comedit, quin ſimbolum ſol-
uat ſibi. Legitur. n. comediſſe in nuptiis in
cana galileæ, ſed non tantum grauauit
ſponſum comedendo, quãtum adiuuit eũ
aquam in uinum conuertendo. Sic Lucæ
19. qñ cũ Zacheo comedit ſimbolum ſol-
uit ipſum iuſtificando. Similiter cum Mar
tha ſibi conuiuium præparabat. Lucæ. 10.
Magdalena ſimbolum recipiebat ſedens
ſecus pedes eius & audiens uerbum eius.
Similiter iſtis peregrinis dedit pro ſimbo
lo cognitionẽ ſui. Maluiſſent. n. perdidiſſe
decem

decem ſimbola quàm eum non cognouiſſe. Similiter die veneris p̄dicta vltra menſuram ſimbolum pro eis ſoluerat precio redemptionis electorum ſuorum. Ideo nō ſolum recipiendus ſed etiam in pauperibus ſuis attrahēdus eſt, ut hoſpitalarij nobiles tranſeuntes trahunt ad domos ſuas propter lucrum. vnde Gen. 19. Loth compulit angelos domini hoſpitari ſecum. Nō enim permittit pauperes ſuos mendicare, quia non poſſet eis neceſſaria dare, nec ut uelit diuites grauare. ſed hoc facit ut pauperes mereantur panē mendicando, & diuites lucrentur largiendo, & plus lucrant̄ elemoſinas dando, q̄ pauperes recipiendo. ſicut plus lucratur creditor pecuniā dando ad uſuram, q̄ debitor recipiendo. Act. 20. Beatius eſt magis dare q̄ accipere. Et dixerunt ad inuicē. Nonne cor noſtrū ardens erat in nobis de Ieſu dū loqueretur nobis in uia? Ibant n. iſti in luce ſagittarum tuarum. Abach. 3. Sagittabat quippe dominus corda eorum eloquio ſuo ignito, & ſagittis amoris cor meum penetrabat. Propterea quotiens tediis uel tentationum vulneramur ſagittis ad memoriā reuocemus quid aliquādo ī oratione ſenſerimus, uel bona quæ fecimus ne perdamus, exemplo iſtorum à quibus dn̄s euanuit dicebant. Nonne cor noſtrum &c. Illud. n. dicemus in patria conſiderato paruo amoris igniculo quē habuimus ad eū in uia. Quis. n. dignus erit ſtare in ardoribus illis ſempiternis, vbi modicus ignis hic in ſyō, & caminus. i. fornax illic in hieruſalem? ardent. n. ſancti igne dilectionis ardent auari igne cupiditatis. Prior cœleſtis & medicus. Secundus terreſtris & alienus, quem in thuribulis dum Nadab, & Abin poſuerunt à domino interrēpti ſunt Leuit. 10. Illum uenit dominus mittere in terram, iſtum uidit Hieremias ollam ab aquilone ſuccenſam. Charitatis ignem ſumpſerant qui dicebant. Nonne cor noſtrum &cę. Cupiditatis igne æſtuabat qui dicebat. Vt quid perditio hæc. Potuit eñ iſtud uenundari multo &cęt. Et ſurgentes eadem hora regreſſi ſunt in Hieruſalem &c. dicentes ꝙ ſurrexit dominus uere & apparuit Symoni. Circa quod q̄ritur cum Petrus eſſet de vndecim, & illi duo diſcipuli reuertentes à caſtro Emaus inuenerunt congregatos vndecim cur dixerunt & apparuit Symoni? an ille mutus eſſet vt non ipſe per ſe ipſum diſcipulis viſionē narraret? Præterea. Quis illos docuit uiſionem illam? Reſponſio, ꝙ dum venerant iſti peregrini cum apoſtolis Petrus illic ſtans viſionem narrabat, ſed adhuc alij diſcipuli hæſitabant, nec in eum firmiter credebant. Vnde & dicta mulierum uiſa ſunt deliramenta. Cum difficultate enim creditus eſt iſte articulus, ꝓpter quod dominus reprehendit eos poſtea, quia his qui uiderant eum reſurrexiſſe à mortuis non crediderant. Propterea iſti duo diſcipuli hæc dixerunt confirmando dicta ſancti Petri. Dicitur ſecundo, ꝙ altero duorum modorum potuerunt diſcipuli hoc ſcire. Primo ex influentia diuinæ maieſtatis ſibi aliquo tempore in humanitate præſentis. Si enim angelorum influentia talis ſit ut faciant ſubito occulta cognoſcere, ut patuit in prophetis, quanto magis lux illa incomprehenſibilis domini angelorum? In hoc enim diſtat lux iſtius ſolis naturalis, & lux illa ſpiritualis, quia hæc lux licet reuelet occulta præſentia, non tamen diſtantia. Illa uero reuelat & diſtantia, & ea quæ non ſunt, ſed futura ſunt. vnde & beatus Benedictus ſub vno huiuſmodi ſolis radio, ſcilicet Chriſti in media nocte totum mundum collectum conſpexit. Et beatus Anſelmus Cantuarien cum eſſet abbas beati Heluiui nocte dormiens uidit in dormitorio in quo tnnc iacebat, quæcunque fiebant in oratorio à religioſis, qui iam ſurrexerant non obſtantibus muris & parietibus intermediis. Secundo hoc potuit eſſe vt illi uiderent in extaſi poſiti omnem modū quo apparuit dominus Petro (vt dicitur) in ſpelunca. Nam poſtquam ab eis euanuit, non dicitur quòd in momēto ſurrexerint, & abierint: ſed eadem hora ſurgentes. Difficile enim eſt, ut taneo ardore amoris inflammati, & ita fide illuminati non fuiſſent aliqualiter à terrenis ad ſuperna eleuati. Sic Helyſeus audiuit diſtans quę dicebat Gyezi Naaman. Sic beatus Martinus audiuit à longe ſubſannātem ſe brictium. Et ipſi narrabant quę geſta erāt in uia, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. In fractione dominus cognoſcitur. Per fractionem enim virtus humilitatis intelligitur, per quam ſe ipſum

ſum



ſum fregit & exinaniuit. Iſte eſt panis deſiderabilis quē per dies multos Daniel non comedit. quia multi reges & prophetæ voluerunt videre filium hominis & non viderunt, & multi æſtuauerūt ſuſpiriis præ deſiderio uidendi, ſed abſconditus erat in ſinu patris. Paruuli tunc petierunt panē & non erat qui frangeret eis. Frange dn̄e eſurienti panem tuū vt aperiantur oculi hominis, nec reputetur homini ad peccatum, ſi voluerit eſſe ſicut tu ſciens bonum & malum. Bonū quod agere & malū qđ vitare debemus. Frāge te vt nobis diſcas nos frāgere. Fractus es in paſſione & tūc te cognouit latro, cognouit centurio, cognouit populus percutiens pectora ſua, cognouit cœlum & terra.

*Sermo 3. eiuſdem feriæ ſecundæ.*
*& in ordine. 156.*

*A* *Peregrinus.* *De duplici differētia peregrinorum*

OCuli eorum tenebantur ne eum agnoſcerent Lucæ. 24. Peregrinorum alii peregrinantur in Hieruſalem, alii in Babilonem. Primi in cœlum. Secundi in infernum. Primi ad ſinum matris ſuæ vt ibi requieſcant. Iuxta illud Hieruſalem q̄ ſurſum eſt mater noſtra. Secundi ad miſeriā. quia filia Babilonis miſera. ut ibi perpetuo laborent. Iuxta illud Pſalmi. Et viuent & laborabunt adhuc in finem. Iſti clauſis oculis vel excecatis ambulant viā latam & ſpacioſam in qua pauce inueniūtur difficultates & aſperitates. Si enim oculos haberent apertos ut uideret terminum eius, nunquàm per eam incederent. Sic ductus eſt in Babilonem Sedechias excecatus, ſic peregre profectus eſt adoleſcens in regionem longinquam ut paſceret porcos, cuius ſi miſeriam vidiſſet nūquàm a patre diſceſſit. Sed cum cognouit terminum illius peregrinationis dimiſſa via priore ad patrem rediit. Sic latro ad precipitium ducitur velatis oculis. Sic ambulabat Petrus poſt latrones & homicidas Chriſti vt videret finem, ſed cum percepit quòd ibi dominum negauit ſtatim a via illa receſſit. Sed primi qui peregrinantur in cœlum uident & ambulant apertis oculis, quod quidem neceſſe eſt propter multa offendicula quæ ſunt in via. Dyabolas enim ſanct ſuiris opponit ſcandala multa. Iuxta illud p̄s. In via qua ambulabam abſconderunt laqueum mihi. Sic uidens peregrinabatur. Bernardus dicens. Videmus patriam noſtrā & de longe ſalutamus eam. O beata (inquit) patria video te, ſed intrare non poſſum retentus carne. Cuius patriæ reginā omnibus peregrinis aſcendere cupientibus occurrere paratam ſalutemus dicentes Aue.

*B* *Oculus.* *De oculis interioribus & exterioribus*

Sicut exterioribus oculis videmus materialem ſolem, ita & interioribus eū qui fecit ſolem. Peregrinorum autem ſunt nonnulli qui exterioribus carētes oculis ſolos interiores habent, ſicut didimus græcus oculis exterioribus cęcus. Ad quem beatus Antho. Fœlix es o didime qui oculos non habes quibus uidentur lacerti & ſerpentes, ſed oculos habes quibus uidentur Angeli Dei. Sūt alij qui nec exteriores nec interiores habent. ut cęcus natus antequàm illuminaretur a Chriſto. Illuminatus quidem exterioribus nondum interioribus aſpiciebat, quando in filium Dei non credebat. Sunt & alii qui vtroſque oculos habent, de quorum numero erat Helyſeus qui ex vna parte currus igneos uidens, ex alia Syriæ exercitum aſpiciebat, rogauitque vt ſui pueri oculi aperirentur vt hęc videret, quod & factum eſt. Sunt & qui oculis interioribus non videntes oculis exterioribus aſpiciunt. vt diſcipuli domini euntes in Emaus qui corporeis oculis videbant dominum, ſed tamē eum non cognoſcebāt. Vt enim dicunt perſpectiui, interius fit iudicium uiſus & non ad extra. Et ideo quia interius non erant illuminati lumine fidei ſine qua cognoſci non poteſt Deus pro præſenti vita. p̄s. In lumine tuo ſcilicet fidei videbimus lumen, id eſt te qui lux es. ideo oculi eorum tenebantur, &c.

*C* *De quintuplici oculorum differentia.*

Sunt quinque oculorum modi qui tenentur ne dominum Ieſum peregrinum valeant agnoſcere. Primi ſunt oculi mailletati, id eſt habentes maculam, & hii ſunt oculi auarorum. Secundi ſunt oculi infirmati, & hii ſuperborum. Tertii ſunt lippi oculi ſcilicet luxurioſorum. Quarti ſunt dicti vulgo illuminati ſiue rubei oculi guloſorum. Quinti excæcati oculi ſcilicet inuidorum. Primi oculi eorum ſcilicet qui ſemper habent la maille en lueil, id eſt maculam in oculo detinentur a cupiditate ne cognoſcant dominum, ſicut iudæorum auaricia ne per-

 de-

derent ſuas oblationes impediuit ne cognoſcerent Chriſtum Sapien. 2. Excecauit enim eos malicia eorum. Tales ſunt omnium auarorum oculi. Et ratio eſt. quia ſecundum Ariſtotelem lib. de ſenſu & ſenſato motus maiores impediunt minores. Quando enim profunde quis de aliqua materia cogitat tranſeuntes non uidet, aut ſaltem non aduertit eos. Sed Zachariæ. 6. Oculi eorum. ſcilicet cupidorum ſunt in uniuerſa terra. Ideo propter aſſidua negocia nec Deum. immo nec ſuam conſcientiam nec ſubditos inſpicere poſſunt, & ita propter iſtud uitium quinque eos ſequuntur inconuenientia. Primo talium oculi continuo ſunt affamati continue aliena deſiderantes. De quibus Eccleſiaſt. 14. Inſatiabilis oculus cupidi. Similes oculis bufonum quibus non ſufficit tota terra ad eos implendum. ſecundum Plinium enim terram pede ponderat cum comedit timens ne ei deficiat. Secundo tales oculi ſunt infatuati, ſe tamen credunt eſſe ſapientes. Magna eſt ſtulticia oculos continue habere ad ea quæ cito perduntur, & inceſſanter ea congregare pro alienis. Iuxta illud. Pſal. Theſaurizat & ignorat cui congregabit ea & cœleſtia & æterna contemnere. Tales talpe aſſimilantur quę uidetur habere oculos ſub pelle & non habet. Sic iſti uidentur habere prudentiam magnam & nullam habent, niſi in coaceruandis terrenis & faciendis aceruis terræ in modum talpe. Cuſtodiant ſe tales a patella ortolani Chriſti, qui hodie apparuit Magdalenæ, ne poſtquàm huiuſmodi talpa vaſtauit ortos cultorum & domos pauperum faciendo huiuſmodi terræ aceruos, ne extra terram eijciatur, & ſic ab interfectoribus & dęmonibus occidatur. Tertio ſunt ſic cęci quòd non uident in paupere Chriſtum indigentē, ſed immiſericordes & crudeles ipſum perſequuntur. Oculi enim Pharaonis & principum eius cupiditate & rapina tenebantur ne uiderēt afflictionem populi Iſrael. Vnde dicebat Pharao. Neſcio dominum, & Iſrael non dimittam. Ideo ſi quæras modo quæ eſt tot ex actionum occaſio ſupra populum. Reſpondet Pſal. Obſcurentur oculi eorum ne videant per cupiditatem, & ſic dorſum eorum, id eſt populorum ſemper incurua. Oculi ſunt rectores Reipublicæ qui cęci ſunt quando nolunt videre quid iuſtum & rectum, propter quorum deprauatum regimen populos qui ad deportanda onera ordinatur, incuruatur exactionibus. Quarto non vident iram Dei ſupra ſe venientem. Multū timet peregrinus puluerem ne oculos ingrediatur, quia tunc nec lumen nec pericula videre poteſt in quæ ſæpe dilabitur. Poſtquàm enim tales propter ſuam cupiditatem implendam populum multū grauauerint, caueant ne peregrinus Ieſus percutiat eos punctura baculi peregrini. Valgo dicitur. Ceſt vne mau uaiſe beſtē dung bourdon quant il picque. Ideo ſequitur in auctoritate præallegata poſtquàm populi dorſum incuruauerunt. Effunde ſuper eos iram tuam. Et quia credunt effugere uel oblatione aut redemptione pecuniæ quam habent in coffris, vel fortitudine militari vel fuga, ſequitur. Furor iræ tuæ comprehendat eos. Et quia confidunt in caſtris & domibus ædificatis de ligno populi. ideo ſequitur. Fiat habitatio eorum deſerta, & in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet. Et quanto magis dominus differt ſuper eos ſuam effundere iram, tanto eis maius imminet periculum. quia ſecundum Valerium. Lento gradu ad vindictam diuina procedit ira. Sicut cum quis bouem vult interficere, quanto differtur ictus a manu percutientis tāto fortius percutit. Quinto quod deterius eſt nunquàm volunt ab iſta cęcitate curari, ſemper volunt illā maculā in oculo habere. Nihil eſt quod magis uereātur quàm medicū qui ab eorum oculis tollat illam maculam. Oculus.n. tres maximos defectus habet. Primus eſt quod infirmus vix patitur curā, & ſi ei adhibeatur medicina oportet eū tangere cum maxima manſuetudine, alioquin non patietur. Sic Prælati & Principes qui ſunt oculi Reipublice ſi infirmantur vix poſſunt ſanari. & ſi oporteat medicinam adhibere oportet cum dulcedine maxima eos tangere, aliter non patientur. Sed ſi habeant puluerem intra oculos, velint nolint neceſſe eſt quod patiantur inſufflari aliter non ſanabuntur. & implebitur quod ſcriptum eſt. Aures habent & nō audiēt, oculos habent & non uidebunt. Et ſingu-

D

*Oculus De tribus defectib. oculorum*





lariter turpiſſima eſt macula in oculo. quia oēs in oculū aſpiciū & oēs eam uident. Secundus defectus eſt quod oculus nō uidet iuxta ſe ſed bene ante. Bene.n. uidet ante ſe ſubditorū peccata & punit ea & facit emendari, ſed ſua quod ſuorum collateraliū non uidet. Et ualde mirabile eſt quod auris iuxta ſe audiat, & nares iuxta ſe odorent, oculus autem nec ſe nec prope ſe uideat. Pſalmiſta. Lumen oculorum meorum & ipſum non eſt mecum. Ratio autem quare ſuorum non vident aut ſentiunt malum fętorem eſt, quia ventus non flat ab illa parte. Vnus enim alium defendit ne uentus ad aures uel oculos Principis maliciā eorum aſportet. Sunt enim uelut ſpinę rhamni quarum una aliam defendit & dum credūt unam a rhamno euellere ſpinam, alia propinqua pungit euellentem. & maxime quando ſpine intelligunt rhānum & rhamnus intelligit ſpinas, ita quod mutuo ſe intelligunt ad uorandum populum. Vnde uentus bene uenit a parte populi. Eſt enim ſatis qui differt ad eius aures delicta populi ſed non propter pertranſire rhamnum. Tertius defectus eſt quod oculus magis debilitatur quando eſt magis neceſſarius, ſcilicet in ſenectute. Sic nunc oculi Reipublicè prælati & principes non ſunt ita magni zeli & uirtutis ſicut erant antiquitus quando florebat eccleſia, & animæ quotidie adducebātur ad Chriſtum. eccleſiæ etiam ędificabantur. Nunc uero in ſenectute mundi omnia ad auariciam declinant. ut ſit uerum dicere illud. Pſal. Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. Nec uidetur Deus qui ſurſum eſt, nec agnoſcitur amplius in fractione panis, immo quotidie deuorant plebē ſuam ſicut eſcam panis. Nec mirari oportet ſi ita de oculis iſtis loquor, quia plus nocet ſpina in oculo quàm in pede, plus periculi facit cupiditas principis aut conſiliariorum eius quàm plebis auaricia.

Secundi oculi ſunt infumati. Iſti enim caminorum purgatores & coqui propter fumū uix uident. Sic ſuperbi pp ſuperbiæ fumum tenentur ne Chriſtū cognoſcant peregrinum. Sic Iudæi uidere dn̄m non poterant. Dicunt enim Sapien. 2. Grauis eſt nobis ad uidendum qm̄ diſſimilis eſt aliis uita illius quę erat in humilitate. Vn̄ & dixerunt Pylato. Tolle, tolle, crucifige eū. Sic oculi ſuperborum uidere nō poſſunt dn̄m. Et hoc pp multa. Primo quia ſuperbi odiunt Deū. ps̄. Superbia eorum qui te oderūt &c. Nec mirū quia Deus odit eos. ps̄. Perfecto odio oderā illos, inimici facti ſunt mihi. & Prouer. 6. Oculos ſublimes odit dn̄s. Lupus.n. odit paſtorē, & paſtor lupū. Superbus eſt ſicut lupus reſpiciēs ouē ſed ut eam deglutiat. ſimiliter paſtor ouē ſed ut eā conſeruet. Inde ps̄. 9. habetur. Oculi eius in pauperē reſpiciūt. inſidiatur quaſi leo in ſpelūca ſua. ſ. in ſpelunca latronū. Inſidiatur ut rapiat pauperem. Sed ps̄. 10. habetur. Oculi eius. ſ. paſtoris Chriſti in pauperē reſpiciunt. palpebre eius interrogant filios hominum, id eſt oculi eius ſcrutantur corda hoīm. Vel ut dicit Hugo de ſancto Victore. Cum mali ſeuiunt in pauperes Deus dormire uidetur palpebris clauſis. Sed cum euigilare uidetur & aperire palpebras, tunc malos eradicat, extirpat, & memoriā eorum de terra perdit. Ideo dicebat rex Dauid. Neque elati ſunt oculi mei. Vnde Augu. ſuper illud ps̄. Auerte oculos meos ne uideant uanitatē. Nequeunt oculi aſſueti tenebris ueritatis radios intueri, nec ſciunt de lumine aliquid æſtimare, quorum eſt in tenebris habitatio. Tenebras uident tenebras approbant. tenebras diligunt de tenebris euntes in tenebras ubi corruant. Fumus enim honoris obtenebrat & obſcurat intellectum talium, ut nihil aliud uideant, quærant, aut uelint, & intantum fumo replentur quòd ſi eorum oculis eorum uanitas demonſtretur, fumum iræ emittant. Iuxta illud. Tange monte & fumigabunt. Sed illud intelligant & uereantur quod ſcriptum eſt. Inimici domini mox ut honorificati fuerint & exaltati, quemadmodum fumus deficient. Secundo non uident mala ſuper eos ſecutura. Sic iudæi in ſuperbia & uoluptatibus & pompis uiuentes non cognoſcebant mala ſuper eos uentura. Hinc dicebat dominus. Si cognouiſſes & tu, & nunc quidem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Sed poſtquàm dominus immiſit flagella tunc aperuit oculos eorum & cognouerunt dominum quāuis tarde multum. quia ps̄. Cognoſcetur dominus iudicia faciens. Sic Annibal poſtquàm percuſſit in cannis Romanos arrogantia ductus non niſi per in-

terpretem alicui loquebatur. Sed ſtatim humiliatus eſt diuina uindicta, nec poſtea multum proſperatus eſt. Pſal. Oculos ſuperborum humiliabis. Tertio quia uidens ſolem in rota non poteſt poſtea res inferiores videre. Sic uidentes principem in rota fortunæ & ei appropinquãtes, non poſſunt miſericorditer reſpicere inferiores populos. Eſaiæ. 38. Attenuati ſunt oculi mei ſuſpicientes in excelſo. Paulus poſtquàm vidit exceſſiuum lumen nihil videbat apertis oculis. Sic tales apertis oculis, id eſt non obſtante ꝙ cognoſcant paupertatem populi, non tamen eam vidēt per effectum. Et hoc ideo eſt. quia non eſt timor Dei ante oculos eorum. & ita contritio & infœlicitas in viis eorum. Subito enim conteruntur a ſibi ſimilibus, vel a Deo. & infœlices ſunt, & in magna anxietate animi continua, qui multos ſua incrudelitate & auaricia anxios faciunt, contra naturam oculorum, qui de natura ſua inter omnia membra ſunt maxime paſſibiles & ad flēdum, & compatiendum ordinati. Dentium enim eſt & non oculorum ridere, & inter ridendum mordere, comedere, & dilacerare. oculorum magis eſt flere, compati, & dirigere. Sic tyrannorum conterere populum, bonorum uero principum eos dirigere & eis compati. & qui amptius cognoſcit inter eos & plus eſt illuminatus, plus eis compati debet. quia Eccleſiaſt. 1. Qui addit ſcientiam addit & dolorem. Sic Salomon occulatiſſimus deflebat mala quæ videbat ſub ſole per totum librum Eccleſiaſtes. Sed nunc vulgo dicitur. quòd cambiuntur uel mutantur in Molendino. Poſtquàm enim homo rotatur in rota Molendini fortunæ & aſcendit de humili ſtatu ad altũ, tunc aſperius nihil eſt humili cum ſurgit in altum, nec ſe, nec ſuos olim amicos & parētes agnoſcit ſed deſpicit, & iam cambitur in Molendino. Sed dices. Neceſſe eſt a populo pecuniam extrahere ad dandum his qui regunt & dirigunt rem publicam. Reſpondit Ariſtoteles in epiſtola ad Alexandrum quòd non pecunia ſed uirtute attrahendi & alliciendi ſunt homines. Pecunia enim non ſemper durat, ceſſante uero vtili ceſſat amicitia propter utile. virtus autem permanet. Nec etiam habetur cor pecudis ſi habeatur pellis eius, nec cor populi ſi attrahatur violenter ſubſtantia eius. Corda autem hominium non pelles muniunt principatum. Quarto quia talium oculi ſunt inflati. Oculi inflati bene reſpiciunt ſuperius ſed non inferius. Bene reſpiciunt ſuperiores nobiles & magnos. Iob. 41. Omne ſublime videt oculos eius, ſed non inferiores & ſubditos. Ideo non cognoſcunt dominum Ieſum humiliatum & crucifixum. Habent enim oculos non hominium ſed beſtiarum aut auium, qui non habent oculos in ante ſed a latere. Non enim faciunt ut Dauid qui dicebat: Prouidebam dominum in conſpectu meo ſemper. Non enim uident ante ſe pauperem & Chriſtum in paupere, ſed bene a latere. Latera ſua, id eſt qui ſtant in latere principis uident & eis omnia impartiuntur. Periculum eſt ne in regno regnet morbus pleureſiacus lateris, quia a brachiis operariorum & agricolarum neceſſe eſt extrahere ſanguinem, ut ſanentur latera, & ut eorum penſiones ſoluantur. Nec hoc eſt mirandum quia (ut dicunt Anathomiæ experti) prope illam oculi partem in qua fit viſio eſt quædam macula quæ vocatur Rethina quia prope principes ſunt ſemper rethia ad capiendum pecunias.

E

*Oculus. De natura oculorum & dentium.*

Quinto quia talium oculi ſunt infirmi ut non poſſint archana dei uidere. Neque uidere poſſunt lumen. Oculis enim infirmis pœna eſt lux. Cum Adam ſanum oculum haberet purus in conſcientia, gaudebat ad pręſentiam domini, ſed poſtquàm peccauit non cognoſcens dignitatem in qua erat poſitus, cœpit lucem formidare diuinam & abſcondit ſe. Matth. 11. Confiteor tibi pater cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus & reuelaſti ea paruulis. Stantes enim in Puteo de die uident ſtellas in cœlo. Sic humiles & paruuli in oculis ſuis uident Deum & ſanctos in excelſo. Ex ſicut inter omnia membra oculus neceſſario requirit lumen ad videndum & dirigendum, quod in aliis non requiritur, ſic diuinam ſapientiam oportet habere principes & ſuperiores ad dirigendum populum. quam requiſiuit Solomon in quo & Deo placuit, & ita factum eſt ei. vnde. Sapien. 13. Vani ſunt omnes



omnes homines in quibus non ſubeſt ſciētia Dei. Debet enim tales eſſe ſicut argus ex omni parte oculati. & ſicut in Ezechielæ. animalia plena oculis ante & retro quæ erant in conſpectu throni. Tertii oculi qui tenentur ne Chriſtum agnoſcant ſunt oculi lippi lubricorum. Pſal. Qui finxit oculum non conſiderat. Coniuent enim inter ſe mutuo adulter & adultera, nec in hoc conſiderant Deum qui uidet hoc. Et ratio eſt, quia Deus lux eſt, adulter autem odit lucem. Nam Ioann. 3. Qui male agit odit lucem. Iob. 24. Oculus adulteri obſeruat calignem. Similiter fornicatores oculos habent ut noctuarum, quæ non niſi nocte uident, quęrentes tunc mures & uermes. Sic oculi fornicatorum ad lucem uenire nolunt ut non arguatur opera eorum, nec quærunt niſi uermem Luxuriæ. Tales ſi ſint ſacerdotes ad altare non accedãt. quia Leu. 21. Prohibebantur leuitæ qui oculos lippos habebant accedere ad altare. Excecantur enim iſti ſter coribus hyrundinum, id eſt nili delectatione garrularum meretricum, ut non uideant abominationem & turpitudinem ſuam. Similiter ſodomite qui non uident Oſtium Chriſtum, quia maculantur oculi eorum. Ad hoc enim quòd oculus poſſit uidere oportet quòd depuretur ab humore. Vnde plorans ſi reſpiciat candelam, exiſtimabit eam circũdatam arcu rubei coloris, nec uidebit eã ſicuti eſt. Sic Maria Magdalena plorans ad monumentum uidit dominum, & exiſtimauit ortolanum. Sic eſt de infecto humore Luxurię niſi purgetur non poteſt Deum uidere, quia beati mundo corde, quoniam ipſi Deum uidebunt. Quarti oculi ſunt illuminati & rubei guloſorum. De quibus. Prouerbiorum, 30. Generatio cui ue, cui ſuffoſſio oculorum iſti non poſſunt uidere Deum quia ſcriptum eſt Eccleſ. 2. Oculi ſapientis in capite eius. iſti ſemper habent in uentre uel in coquina. Habent enim oculos inclinatos non ad ſalutare animæ, ſed ad ſalutare corporis. ut poſſint dicere illud. Pſ. Defecerunt oculi mei in ſalutare tuum. Solum enim loquũtur de bonis uinis & pinguibus ferculis, & ſolum talia cognoſcunt. Sunt enim ſicut porcus qui glandes a quercu recipit, ſed illã nõ reſpicit, ſicut trutanni qui ad manus dantis reſpiciũt, & recepta elemoſina tergum uertunt. Sed dices. Solicitatur peregrinus de ęquo ut eum bene paſcat, ſed Eſa. 31. ęqui eorum caro. cur ergo non ſolicitæ Paſcam corpus meum? Reſpondetur ꝙ oportet ęquum ſuum ſcilicet carnem ſuam paſceræ, ſed cum temperantia. Equus enim non niſi bis bibit in die, & adhuc ut plurimum infręnatus, niſi forte ſit de æquis eorum qui portant piſces maris ad uedendum, qui ad omnes aquas potantur. Sic ſobrie quis bibat & ad menſuram ſicut æquus comedat, & ſic conceditur ꝙ iſto modo carni ſuę intēdat.

Quinti oculi ſunt excecati q ſunt oculi inuidorum. Hii uidere lumen non poſſunt ſicut oculus noctuæ. Hii ſunt ſicut hely qui nõ uidebat lucernam donec extingueretur. Tales enim non poſſunt uidere perſonas lucidas & diſcretas. uidēt tñ optime lucernas extinctas perſonas ignorantes & indiſcretas, ad quas per carnis affectionem trahunt. quibus accidit ſicut Iſaac cuius caligauerant oculi, & lumen uidere non poterat. Item in eis non poteſt hoſpitari peregrinus Chriſtus, quia in cõſcientia eorum non eſt niſi tortura & iurgium. Vñ quidam Poeta uolebat oculos inuidiorum in omnes ferri ut de omnium bonis torquerentur. Ideo iſti qui ſic excecantur ut non uideant, debent ad Deum clamare orationibus & bonis operibus. Et ſi forte inſpirando inquirat dominus. Quid uis ut faciam tibi? Reſpondeat quilibet. raboni ut uideam lumen ſcilicet indeficiens & ęternũ. Ad qđ nõ perducat &c.

*Einſdem feriæ 2. Paſchæ Sermo 4. & in ordine 157. per Thema.*

TV ſolus peregrinus es ĩ Hieruſalem. Luc. 24. Rectiſſime appellatur Xp̃s peregrinus propter quinque. Primum eſt quia quando peregrinus eſt extra patriã ſuã nõ agnoſcitur ab hominibus. Ita Chriſtus dũ eſſet in mũdo iſto nõ fuit cognitus, quia extra patriã ſuã erat. Iō dicit in p̃s. Conſiderabã ad dexterã & uidebã, &c. & Philippo dixit. Tanto tẽpore uobiſcum ſum & nõ cognouiſtis me. & propter hoc dicit in p̃s. Extraneus factus ſum fratribus meis, & peregrinus filiis mr̃is meæ. Secũdum eſt quia ſicut peregrinus nõ reputat

A

*Peregrinus.*

*Quòd pp quinque Christus dicitur peregrinus.*



putat

putat terram in qua eſt eſſe patriam ſuã, ſic Chriſtus non reputabat iſtũ mundũ in quo erat in ſuo regno eſſe. Ioã. 19. Regnũ meũ non eſt de hoc mundo, ſi de hoc mũdo eſſet, &c. Gloſ. regnũ meum non eſt de hoc mundo. i. non impedio dñationẽ veſtram in mundo, ne vane timeatis & ſeuiatis, ſed ad regnũ cœleſte credendo venite. Tertium eſt quia ſicut peregrinus hẽt peram & baculũ, ita Chriſtus, ꝓ pera carnẽ habuit in qua fuit preciũ noſtræ redẽptionis & oẽs theſauri ſapientiæ Dei Coloſ. 2. Fuit ẽt panis vitę ęternę in ea. Item habuit baculũ crucem in qua tranſiuit mundum iſtũ. Gen. 24. In baculo meo tranſiui Iordanem iſtũ. Quartum eſt quia qñ venit ad hoſpitium in ingreſſu lætãter ſuſcipitur, ſed in egreſſu ſtricte ei computatur. Ita Chriſtus in egreſſu ſuo in natiuitate lætæ ſuſcipitur cum cantu angelorum, cum nuncio bono euangelizãte gaudiũ magnum, ſed in egreſſu. ſ. in paſſione ſtrictè ei computauerunt. Sic multi lætę ſuſceperunt in Paſcha Chriſtum, ſed ſtatim cogent eũ exire. Quintum eſt quia ſicut peregrinus cito traditur obliuioni, ita Chriſtus & paſſio eius obliuioni traditur, & parum ad memoriam reducitur. Vnde conquerıtur in p̃s. Obliuioni datus ſum tanquàm mortuus a cordę. Eſaiæ. 57. Iuſtus perit & non eſt qui recogitet. Et ideo dicit Eccleſ. 39. Gratiam fideiuſſoris tui ne obliuiſcaris. Dedit enim animam ſuã pro te. Eum itaque quæramus tanquàm comitẽ peregrinationis noſtræ, inueniem' vſque eum inter brachia virginis. Quem vt permittat comitẽ noſtrum fieri, rogemus eam dicentes. Aue.

B
*Peregrinus. Propter tria dicimur peregrini.*

Sicut Chriſtus peregrinatus fuit in hoc mundo, ſic & nos tendẽtes ad patriã paradiſi. quemadmodum dicebat quidam in p̃s. Aduena ego ſum apud te, & peregrinus ſicut oẽs patres mei. i. ſicut omne genus meũ. Et hoc ideo. Primo quia ſicut peregrinus non ſiſtit in oppidis per quæ trãſit, ſed quotidie vadit, ſic nos quotidie facimus ad mortẽ vnã dietã. Vnde ſemper vadimus vel erramus, nec vnquàm in eodem ſtatu ſiſtimus in hoc mundo, in quo a peregrino differimus, qui quando vadit in peregrinum ſiue aliquando quieſcit, vel in menſa, vel in hoc hoſpicio, vel in lecto dormiendo. & ſic non ſemper graditur, & eſt ita diſtans a via poſt ſomnũ vel requiem ſicut ante. Nos aũt ſiue bibamus ſiue comedamus, ſiue qeſcamus, tãto magis termino viæ noſtræ appropinquamus. Geneſ. 15. Scito prænoſcẽs ꝙ futurũ eſt ſemẽ tuum peregrinũ in terra aliena. Secũdo non emit villã, nec agrũ, nec domos in locis per quæ tranſit, nec onerat ſe niſi de illis ſolis quæ neceſſaria ſunt ad peregrinũ. Similiter bonus Chriſtianus qui verè eſt peregrinus non libenter ſe onerat multis diuitiis, deliciis, & honoribus, quia talia multũ retardant venire ad domũ paradiſi. Iõ dr̃ j. Petri. 2. Obſecro vos tanquàm aduenas & peregrinos abſtinere vos i. nõ onerare de diuitiis quæ mergũt hoĩem ĩ interitum. Tertio quia tota vita noſtra nõ eſt niſi peregrinatio. Gen. 46. Dies peregrinationis vitæ meæ, cẽtum & triginta ſunt parui & mali. Et in hac peregrinatione ſolus incedit maxime in termino viæ, niſi ſibi faciat quis comitẽ Chriſtũ, ſicut & hodie peregrini euangelici fecerunt dicentes ei. Tu ſolus peregrinus es in Hieruſalẽ, &c. In hoc p̃ſenti ſermone dicemus quæ ſunt neceſſaria peregrino ad peregrinandum & cõplendũ ſuæ peregrinationis iter. Tria quippe oportet eũ operari. Primo oportet ſe præparare. Secũdo peregrinari. Tertio peruenire.

C
*Peregrinus. Tria ſũt peregrino neceſſaria antequã iter arripiat peregrinationis.*

Ad ſe præparandũ multa requiruntur. Primo. n. oportet debita ſua ſoluere. uel ſi non põt humiliter remiſſionem petere. Propter quod peregrinatio uſurariorũ friuola reputatur, quia cũ ære alieno peregrinantur. Sic etiã bonus peregrinus ſpiritualiter qui tendit ad terram promiſſionis, debet de debitis peccatorũ quæ ſoluere tenetur humiliter remiſſionem petere. hoc faciebat Dauid dicẽs. Aduena ego ſum & peregrinus &c. Remitte mihi vt refrigerer priuſquàm abeam, id eſt iter peregrinationis arripiam. Secundo ſolutis debitis debet de domo ſua & familia ordinare. Eſa. 38. Diſpone domui tuæ. Solent enim tales homines condere teſtamenta. Familia de qua debet quilibet ordinare ſunt cogitationes, affectiones, & ſenſus exteriores qui ſunt de exteriori familia. Matth. 25. Homo quidam peregræ proficiſcens vocauit ſeruos ſuos. Serui iſti ſunt quinque ſenſus qui debent ſeruire homini interiori & tradidit illis bona ſua vnicuique ſecundum





propriam virtutem. Propria uirtus cuiuſlibet eſt id ad quod Deus illud inſtituit, & ita debemus res ordinare ad id ad qđ Deus illos inſtituit. Oculos ad vigilandum. Oculus enim eſt ianitor. Marci. 13. Homo quidã peregre profectus reliquit domum ſuam & dedit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſque operis, & ianitor pręcepit vt vigilet. Vnde ancilla dormiente interfectus eſt Hisboſech. 2. Regum. 4. Aures ad audiendum verbum Dei. Os ad laudandum & proximum inſtruendum, non deſtruendum uel blaſphemandum. Manus ad opera miſericordię faciendum. pedes ad peregrinandum. Tertio oportet eum forefacta per pœnitentiam emendare. Exo. 10. Si quis tranſire uoluerit in coloniam vr̃am, circuncidetur. Peregrinatio enim pars ſatisfactionis, quæ emendationem præſupponit. Vnde cũ Moyſes peregrinaretur in Egyptum iuſſu Dei præceptum eſt ei dimittere vxorem & liberos, id eſt malam conſuetudinem cũ eius operibus liberæ factis. Quarto prouidere debet in cibariis ne deficiat in profectu peregrinationis, quod fit per prouiſionem bonorum operum. Eccleſ. 29. Minimum pro magno tibi placeat, & improperium peregrinationis non audies. Differentia eſt autem inter cibum peregrinorũ & eorum qui ſunt in locis propriis. Qui enim manent in locis proprii vtuntur cibo recenti & delicato, ſed peregrini utuntur minus delicato & minus recenti. Vnde conſueuerunt portare cibum inuolutum. Illi qui ſunt in patria habent cibum proprium, ideo habent cibum clarum & apertum ſcilicet diuinam eſſentiam. Sed nos cum ſumus peregrini non poſſumus vti tali cibo, ideo oportuit ipſum inuolui. Ideo ſimul inuenitur diuinitas & humanitas ſub ſpeciebus panis & uini inuoluta. Et hoc decebat, quia familia nõ debet vti pane regio & puro. Quinto debet accipere benedictionem a ſacerdote. Sic iſti debent accipere benedictionem a domino, quod pertinet ad gratiæ infuſionem. Iacob enim non ante benedictionẽ a patre ſuſceptam peregre profectus eſt in Meſopotamiam. Benedictione autem accepta in uxoribus & liberis, & diuitiis profecit. Gene. 26. Ne deſcendas in Egyptum ſed quieſce in loco quem oſtendero tibi, & peregrinare ibi, & dabo tibi benedictionem.

D
*Peregrinus. De his quæ neceſſaria ſunt peregrino ut caute peregrinetur.*

Secundo ſunt multa neceſſaria peregrino in peregrinando. Primum eſt ab amicis carnalibus ſeparatio, ubi multus ploratus paruulorum. ſicut aſſerit Hieronymus de Paula & Euſtochio, quæ cum peregrinarentur in Bethleem non ſunt detente a ploratu Eudoxi filii paulę & alterius filiæ eius quæ paulopoſt virum in ſpõſum accipiebat. Sic peregrino Abrahæ dictum eſt Gene. 12. Egredere de terra tua, & de cognatione tua ſcilicet peccati quæ eſt valde magna, quia multæ occaſiones peccati, quæ tamen omnes vitandæ ſunt. Non enim ſolum vitatur inimicus capitalis, ſed etiam eius conſanguinei. Loth dictum eſt Geneſis. 19. Ne ſtes in omni circa regione. Hinc. 1. Petri. 2. Obſecro uos tanquàm aduenas & peregrinos abſtinere uos a carnalibus deſideriis. quæ ſunt tria ſcilicet quies ſeu ocium, voluptas & uanitas. Quæ tria populum Dei peregrinantem in terra promiſſionis infœſtauerunt. Deuter. 8. Per ſerpentem enim adurentem flatu quies & ocium ſignificatur. quia ſecundum Hieronymum. Ocium omne germen virtutis comburit. Per dipſas qui interpretatur ſitula uoluptas intelligitur. Per ſcorpionem qui cauda pungit uanum gaudiũ, quia extrema gaudii luctus occupat. Non enim turbatur inquilinus, immo gaudet cum dimittit terram in qua erat inquilinus ut eat ad patriam. Sic nec vir ſpiritualis triſtari debet de morte. uel quando mundo moritur religionem ingreſſus, quia ſcit ſe ad patriam vocari. Sic gaudebat Iacob fugiens labam poſtquàm illuſit ei decies. Secundo neceſſaria eſt peregrino bona ſocietas. Non enim ſecurus uadit qui ſolus uadit. Eccleſiaſt. 4. Ve ſoli, quia cum ceciderit non habet ſubleuantem ſe. De hoc ſibi prouidebat ille bonus peregrinus Palus, qui dicebat 2. Cor. 8. Frater noſter cuius laus eſt in Euangelio per omnes eccleſias (& intelligit de Barnaba) qui ordinatus eſt ab eccleſiis comes peregrinationis eius. Propter hoc etiam Thobias confortauit uxorem ſuam flentem & dicentem. Heu me fili, ut quid te multus peregrinari. Cui Thobias. Tace & noli turbari, ſatis eſt fidelis vir ille cum quo miſimus eum.

Boni comites huius peregrinationis ſunt tribulationes. Omnes enim qui placuerunt Deo per multas tribulationes trāſierūt fideles Iudich. 8. Sicut. n. ſm q̄ plures ſunt ſocii ſecurior eſt peregrinus, ſic ſm q̄ plures ſunt tribulationes ſecurior dēt eſſe hō. Sicut & peregrinus aliqñ ſolus incipit viā, & poſtea in via inuenit multos ſocios, ſic hō aliquando habet pauca ſuſtinere ſed poſtea multa. Pſal. Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt, de neceſſitatibus meis erue me. Tribulationes dicuntur neceſſitates. Tum quia ineuitabiles. Iter enim eſt totum illis plenum, cum omnes qui pię volunt uiuere in Chriſto Ieſu perſecutionem patiuntur. Tum quia vtiles. Non enim permittunt peregrinos quieſcere, id eſt Seiourner. Pſal. Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea accelerauerunt. Gregorius. Mala quæ nos hic pręmunt ad Deum nos irę compellunt. Tertio quia ſoluunt in via. Pſal. Vide humilitatem meam & laborē meum, & dimitte vniuerſa delicta mea. Non debemus ergo vultum malum oſtendere his ſociis murmurando, ſed potius gaudere & cantare. Pſal. Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Tertio neceſſarium eſt iniurias ſibi factas ſuſtinere, ut non reſpondeat cuilibet ſtulto, nec litiget pro quolibet obolo, immo ſi neceſſe ſit perdat de ſuo pro pace habenda. Peregrinus enim qui vult omnes ſuas iniurias vindicare, nunquàm faciet bonam dietam. Exemplum in peregrino illo Iſaac, cui cum dominus diceret quòd peregrinaretur in geraris, & habitatores multas ei iniurias facerent obſtruēdo puteos quos foderat, nunquàm litigabat cum eis, immo pacificè receſſit ab eis dimittens eis puteos. Gene. 26. Et hoc notatur. 1. Petri. 2. In eo quòd detractant de vobis tanquàm de malefactoribus ex bonis operibus ſcilicet patientiæ vos conſiderantes, glorificent Deum in die viſitationis quando dicent. Hii ſunt quos aliquando habuimus in deriſum & in ſimilitudinem improperii. Exemplum de cane extraneo, qui quando ſe vult uindicare & oſtendit dentes, omnes currunt ſuper eum. Quando autem patienter ſuſtinet & vadit viam ſuam omnes confuſi recedunt. Ad hanc pacem habendam valet humilitas, quòd ſcilicet peregrinis omnibus ſe quaſi famulum exhibeat. Ideo ſubdit Petrus. Subditi eſtote omni humanæ creaturę ꝓpter Deum. Ab humilitate ergo declinat omne iurgium. Propter hoc noluit morari Iacob apud Iabam. Gene. 32. Apud labā peregrinatus ſum uſque in præſentem diem. Animaduerterat enim q̄ facies labam non erat erga eum ſicut heri & nudiuſtertius, & audiebat iurgia filiorum labam improperantium ei quòd ditatus erat ex facultatibus labam, ideò ſapienter & cautæ declinauit. Iacob etiam peregrinatus eſt de conſilio matris, donec requieſceret furor fratris. Geneſis. 27. Peregrinus enim incedit via regia, non declinat ad dexteram neque ad ſiniſtram. Si forte iurgantes uidet, non attendit, ſi nubentes, aut choros ducentes, aut quodlibet aliud facientes, nihilominus pertranſit, & ad patriam ſuſpirat & tendit. Eccleſ. 29. Minimum pro magno placeat tibi, & improperium peregrinationis non audies. Minimum pro magno, id eſt minimus labor peregrinationis pro magno fructu tribulationis. Nam ex ſpinis tribulationum naſcitur roſa, ex ouo putrido pullus. ex fœno decto per ignem uitrum purum. & pannus ex lixiuio bene conculcatus & confricatus efficitur albiſſimus, Sic ex labore huius peregrinationis anima a peccatorum ſorde purgatur. Quarto quòd non multum oneret ſe, ſcilicet ornamentis, nec denariis ſicut mercator, ſed ſufficit ei viaticum. 1. Thimo. 6. Habentes alimenta & quibus tegamur his contenti ſumus. Mercatores qui ſunt onerati diuitiis non ſunt liberi, immo neceſſe habent ſoluere paſſagia, vbi peregrini nihil ſoluunt qui non habent tot in conductu. Vnde qui minus habet de iſtis mundanis plus eſt liber, & ſecurius uadit, quia nihil timet amittere. Vulgo dicitur. Qui Rien ne porte Rien ne Luycher. Deuteronomij. 10. Deus amat peregrinum, & dat ei victum & ueſtitum, & cætera quæ ei ſufficiant. Eccleſ. 29. Minimum pro magno placeat tibi, & improperium, &c. Improperium illud videlicet quod diuites audituri ſunt in iudicio, qui hic nimis ſe onerauerunt. Eſuriui, & non dediſtis mihi man-



ducare. Exemplum hic de malo peregrino filio prodigo. de quo Lucę. 15.

Secundo non ſit multum oneratus peccatis. Hebr. 12. Deponentes omne pondus & omne circunſtans nos peccatum, curramus ad propoſitum nobis certamen. Illud enim pondus ita inuoluit pedes animæ, quòd non poteſt ſe ad bonum faciendum mouere, immo ſuo pondere in aliud peccatum trahit. Pſal. Iniquitates me ſupergreſſe ſunt caput meū, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Quinto requiritur prudentia in ambulando. Primo ut mane ſurgat, ut faciat bonam & longam dietam. Canticorum. 7. Mane ſurgamus ad vineas. Vulgo dicitur. Matin pour les Mouſches, id eſt mane adoleſcentiæ diſcas benè operari anteq̄uàm veniat tempus calidum iuuentutis ubi occurrent muſcæ tentationum quibus anguſtietur tuus ęquus, id eſt caro. & quòd ſit expeditus & velox ut non uadat dormiendo, nec bibat in quolibet fonte, nec appodiet ſe cuilibet foſſato. Qui enim habet viam longam facere in qua ſunt multa pericula & habet breue tempus, & maxime qui tranſit ſuper ignem uel carbones, cito tranſit. Totus autem mundus in maligno, id eſt in malo igne poſitus eſt. Ioann. 5. Quælibet enim creatura eſt quaſi ticio huius ignis. Non ergo eſt ei aſſidendum ſed accelerandum. Eccleſiaſt. 31. In omnibus operibus tuis eſto velox, & omnis infirmitas non occuret tibi Gallicæ. nullæ male encontre. Eſaię. 7. Voca nomen eius accelera. Nominatur enim bonus peregrinus quando celeriter pergit. Dicitur quippe peregrinus quaſi pergere natus. Sicut enim Chriſtus velox fuit in omni negocio noſtro, quia incarnatus in momento & corpus formatum fuit in uentre Virginis & anima infuſa in inſtanti. In paſſione etiam dixit. Quod facis fac citius. Ioannis. 13. Si ita in tuo negocio accelerauit, & tu debes in proprio magis accelerare. Omnia enim alia negocia capiunt dilationem præter negocium animæ. Multi ſiquidem differunt conuerti in craſtinum qui nunquàm uident craſtinum. Stultum enim eſt attendere ſe ſuper alienam burſam & accipere ſibi treugas uiuendi, & dare pro uoluntate ſuā. Eccleſiaſt. 9. Quodcunque poteſt manus tua inſtanter operare. Secundo quòd ita prudenter ambulet, vt non laboret tantum vno die quòd non poſſit altero laborare, ſed diſcrete ambulet. Iuxta illud. 1. Petri. 4. Nolite peregrinari in feruore quę ad tentationem uobis ſit. Ad completionem enim bonæ dietæ plus confert bona contraitio quàm inordinata acceleratio, quia nimis ambulans mane deficit in meridiæ ante terminum viæ. Cum enim beatus Martinus adueſperaſcente quadam die pergeret Pariſius, interrogatus a quibuſdam quadrigariis ſi poſſent illa die ingredi vrbem illam. Reſpondit quòd ſic ſi lente irent & non uelociter. Ad quod uerbum irritati quadrigarii credentes quòd eis illuderet uerberauerunt eum egregie. Ipſi autem uelociter ducentes currum dum ingrediuntur quoddam mareſcum uolentes inde exire fregerūt unam rotam plauſtri. Quibus poſtea obuians beatus Martinus ſuper Aſinum ſuum lente ęquitās dixit eis. Bene dixeram uobis ne celerius pergeretis. Vos uelociter cucurriſtis & non intrabitis, ego lente pergam & ingrediar. Roman. 12. Rationabile ſit obſequium ueſtrum. Propter hoc etiam Leuitici. 2. In omni ſacrificio iubetur offerri ſal ſcilicet diſcretionis. Vnde vulgo dicitur. Mieux vault attendre quæ rompre. Nouicii in religionibus ſunt multum feruentes, ſed hoc eſt eis ſæpe ad tentationem. Dyabolus enim ſemper inuidet perſeuerantiæ quam ſolam nouit coronari. Geneſ. 3. Tu inſidiaberis calcaneo eius. In principio ſuggerit multam pœnitentiam facere ultra uires, ut ſic non poſſit continuare, & tunc in fine improperat ei illud. Iſte homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare. Tertio ita prudenter ambulet quòd ſi dormiat uel quieſcat in hoſpicio hoc raro ſit, quia dieta eſt longa quam oportet ambulare. & ſi diu ſiſtat, in periculo eſt non perueniendi ad terminum & perdendi bonum hoſpicium. Magna eſt uia uſque ad cœlum quam ambulare oportet omni hora, nō ſolum in aurora pueritiæ, ſed in meridie adoleſcentiæ & in ueſperæ ſenectutis. Eccleſ. 14. Nō defrauderis in die bona parti-

*E Ambulāre Quòd cū modeſtia ambulet peregrinus.*

particula diei bonæ non pręreteat. Pſal. Veſpere, & mane, & meridiæ narrabo id eſt omni tempore ut facilius ambulẽ narrabo laudes domini. Sicut peregrini iocũdius & facilius uiam pertranſeunt confabulando ſicut & Chriſtus confabulabatur cum peregrinis, & illi narrabant quæ geſta erant in uia Apoſtolis. Non ſicut mali peregrini qui lingua mordaci confabulantur in uia de quibus. Pſ. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed non ut lex tua. Quacũq; igitur hora ſiſtit hõ in peccato eſt in periculo mortis, nec peruenit ad terminum, & niſi cito ſurgat cœleſte perdit hoſpicium. Sexto neceſſarium eſt hoſpiti ſuo bene ſoluere & in honorẽ hoſpitis aliq̃d familię dare. Hoſpes Deus eſt cui debemus bene ſoluere & ip̃m honorare muneribus faciendo elemoſinas ſuæ familiæ ſcilicet pauperibus. Honorat .n. dñm qui miſeretur pauperis Prouer. 3. Honora dñm de tua ſubſtantia.. Vñ diues peregrinus quando habet aliquos paſſus periculoſos tranſire multum gaudet quãdo inuenit fidelem hoſpitẽ cui poſſit ſua commendare. Iſte fidelis hoſpes Deus eſt, cui multa committimus, quando elemoſinas pauperibus largimur. Quicquid eñ ponitur in manu pauperis, ponitur in manu Dei. Quod uni ex minimis meis feciſtis ait dominus mihi feciſtis. Eccleſ. 17. elemoſina uiri quaſi ſacculus cum illo. Hæc dicit eſſe pera peregrini de qua condonare dicit. Propter hoc dicebat ille bonus peregrinus dauid. Tua ſunt omnia & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. Peregrini enim ſumus, & ſicut hoſpes melius recipit, & in meliori loco ponit peregrinum a quo credit melius pagari, ſic hominis miſericordia faciet unicuiq; locum ſecundum meritum operum ſuorum & ſecundum intellectum peregrinationis illius. Eccleſ. 16. Tunc enim ſcilicet in iudicio ſicut uocantur peregrini ad hoſpicium uocabit dominus dicens. Venite benedicti &c. Ad perueniendum autem primo dicit peregrinus quotidie de termino cogitare, ut ad terminum perueniat, & omnia mala itineris toleret, & labores non recuſet. Sic quotidie de termino beatitudinis recogitare debemus quantum bonum ſit, quanta delectatio, & quanta quies ad quam ſine labore pertingere nõ ualemus. Aſſimiliatur enim ſtatus beatitudinis arbori ameniſſimæ urticis & ſpinis circundatæ, cuius ſtipites roſis & ſuauiſſimis floribus ſunt ornatæ, in cuius cacumine puella ſpecioſiſſima reſidet, cuius aſpectus præ cunctis clarior & delectabilis & amabilis odor ueſtimentorum, & ſuper omnia genera muſicorum cantus auium audiuntur. Hanc arborem quidam conſiderans & glorioſiſſimam puellam intuitus in amorem eius exarſit adeo q̃ nec ſpinarum punctiones, nec urticarum aduſtiones curauit. Et ſic per ſpinas & urticas, & de urticis ad frondes. de frondibus ad flores. de floribus ad fructus, & ad amantiſſime uirginis amplexum peruenit & ſe inſeparabiliter illi copulauit. Hęc puella diuinitatem cum omni decore, ſuauitate, & delectatione plenam denotat in qua eſt tota merces noſtra, circa quam eſt cantus angelicus dulcior omni melodia. Hæc enim eſt circundata ſpinis magnis laboribus & tribulationibus, ſine q̃bus nemo diuinitatem attingit. Sed dum per ſpinas pungitiuas magnarum uirtutũ appropinquamus, ſtatim aſſuefactione laboris grauitas mitigatur, & leſioni urticę comparatur, ſed tãdem per exercitium labor uirtutum in flores odoriferos id eſt magnam delectationem & conſolationẽ permutatur, & in his beatitudo acquiritur. Tria tamẽ genera hominũ hãc beatitudinem acquirere deſiderant. Quidam affectant eam ſed quia uidẽt laborem difficilem uirtutum, ideo uiam eius non aggrediuntur, & propterea illam non habebunt. Quidam incipiunt uiam ieiunando, laborando, ſed dum labores & uiæ difficultatem ſentiunt, dorſum uertunt, quorum eſt magnus numerus. Tertii ſunt qui amore Chriſti ad uertutes accedunt, & licet primo difficultas grauet non tamen retrocedũt, ſed feruentiores facti maiora aggrediuntur, & tandem per aſſuefactionem nullum laborem, aut difficultatem ſed omnem dulciorem acquirunt & ſuauitatem quibus ad illam dulciſſimam uiſionem & iocunditatem attingũt diuinæ gloriæ. Vnde Hieronymus in quadam epiſtola Nullus labor durus, nulli tempus longum uideri dicit, quo gloria æternitatis acquiritur. Sunt enim tales uelut arbor planta, a ſecus decurſus aquarum. hoc eſt fluenta

*F*

*Gloria paradiſi.*

*Quòd gloria paradiſi cõparatur arbori ameniſſime*

*Peregrinus.*

*De requiſitis ad peregrinum ad hoc ut perueniat.*



fluenta cœleſtium gratiarum, quæ quidẽ arbor ſemper uiret, ſemper fructificat operibus uirtuoſis & folium eius nõ defluet, quia omnia uerba eius, omnia opera ſunt ſemper ad profectũ & uirtutis incrementũ & ſine tedio & deſidia opera ſua perficit. Iõ folium eius non marceſcit, ſed ſemper in continuo uirore proficiendi ſubſiſtit.

Secundo requiritur finalis perſeuerantia. Mat. 10. Qui perſeuerauerit uſq; in finem hic ſaluus erit. Sicut enim vngula cadente inutilis eſt æquus, ſic peregrinatio ſine finali perſeuerantia inutilis redditur. Sancta quippe animalia cum ambularent non reuertebantur. Ezech. 1.

Tertio requiritur oratio & reliquiarũ deoſculatio. Primum in ſignum remiſſionis culpæ quam petebat qui dicebat. Exaudi domine orationem meam, & ne deſpexeris depracationem meam, auribus percipe lachrymas meas. Ne ſileas quoniam aduena & peregrinus ego ſum. Secundum in ſignum dilectionis. Vnde & prodigum filium pater in ſignum recõciliationis oſculatus eſt. & ſimiliter Raguel Tobiam peregrinum in ſignum amoris. Quarto requiritur oblatio in ſignũ reuerentiæ & honoris. in ſignum cuius Iacob ad præceptum domini egreſſus de terra ſua id eſt de terrenorum cupiditate. & de cognatione ſua, id eſt de carnalitate. & de domo patris ſui, id eſt de bonorum ambitione. iuit in terram Chanaam quæ ſignificat pœnitentiam, & ibi ſacrificauit domino cor ſuum offerens in odorem ſuauitatis. In feſtiuitate enim tabernaculorum quæ cęlebratur in memoriam huius q̃ filii Iſrael per quadraginta annos fuerunt peregrini habitantes in tabernaculis, offerebãt de ſingulis anni fructibus Sic ueri peregrini ſe, ſuos, & ſua domino offerre debent, licet multi loco fœſti tabernaculorum faciant fęſtum taberne in qua ſe inebriant. Señ. quicquid uirtute partum erat intẽperantia corruit. Ebrius autem non tam bibit, uinum quàm bibitur a uino & abſorbetur.

*Sermo 5. eiuſdem feriæ 2. & in ordine 158. per thema præcedens.*

TV ſolus peregrinus es ĩ Hieruſalẽ &c. Quærit Altiſſidoreñ. 4. par. ſ. de hoc q̃ dominus apparuit ambulantibus in Emaus in alia effigie. Aut illa forma fuit in corpore domini, aut in aere. Si in aere, ergo ſub illa forma non fuit uiſus dominus ſed aer. Si in corpore domini, ergo in corpore domini erat cauſa quare non cognoſcebant eum. Non ergo in oculis eorum & per conſequens pro nihilo dixit Lucas. Oculi eorum tenebantur ne eum agnoſcerent. Ad hoc reſpondet q̃ in domino erat una ſola effigies ſed glorificata, & quando placebat ei immutabat uiſum intuentium ac ſi eſſe non glorificata. Sicut camaleon auis quæ uiuit ex aere non habet niſi unum colorem, ſed ex oppoſitione multorum colorum in aliis corporibus, uidetur eſſe diuerſorum colorũ. Similiter & topaxius. Vnde idem color non ſemper eodem modo immutatur. Similiter unicum colorem habuit dominus ſed ſiue per miraculum, ſiue per potentiã corporis glorificati nõ eodem modo ſemper immutabat. Dicitur ſecundo q̃ Chriſtus ſe debuit oſtẽdere in illa forma qua erat ab eis ſuſceptibilis, quia. 2. de anima. Omne quod recipitur ſecundum naturã recipientis & non rei recepte recipitur. Cera enim recipitur ſecundum formam ſigilli, & viſum per vitrum coloratum ad modum vitri. Sed iſti diſcipuli erant in fide peregrini dicentes. Nos ſperabamus q̃ ipſe eſſet redempturus Iſrael. Ideo uidetur q̃ manifeſte non ſe debuit oſtendere in corpore glorificato, ſed in ſpecie peregrini. Dicitur tertio q̃ ex quo mulieres & diſcipuli diuerſimode ſe ad eius reſurrectionem habebant, ſic Chriſtus ſecundum vniuſcuiuſque conditionem apparebat. Quibuſdam enim videbatur uere reſurrexiſſe ſicut uirgini glorioſæ. Sed his qui de eius reſurrectione dubitabant, & non firmiter credebant ſicut Magdalena, quæ ex eo nondum ad patrem aſcenderat nõ putabat eum patri eſſe æqualem. ideo in ſpecie ortolani ei apparuit, ut cognoſceretur uelle in ea ueram fidem plantare & omnem dubietatem eradicare. Quibuſdam uero putantibus eum eſſe purum uiatorem, ſub forma uiatoris & peregrini foris apparuit. manifeſtans per ſuam reſurrectionem ſe eſſe comprehenſorem, ſicut his diſcipulis eũtibus in Emaus. ideo Gregor. in homel. In eadem ſpecie foris apparuit,

*A*

*Peregrinus.*

*Quõ xp̃s erat peregrinus cũ eſſet comprehenſor.*

paruit, in qua apud eos intus fuit. Diſcipulis uero clare apparuit ſed non glorioſæ, quia iam per mulieres & diſcipulos iſtos quodammodo de reſurrectione certificati erant. Ideo clare ſed non glorioſus apparuit. Dicitur quarto quòd ut ſe conformaret ipſis peregrinis in ſpecie peregrina apparuit. Qui enim ſunt eiuſdē moris, melius cohabitant, & iocundius peregrinātur. Aues eiuſdē ſpeciei ſimul gręgatim uolant. Solus autem homo proprię peregrinus eſt & peregre proficiſcitur, qa ſolius hominis eſt proficiſci. Nō enim angeli proficiſcuntur, quia iam ſuo fini coniuncti ſunt, nec beati quia iam in termino. nec dannati, quia perpetuo exilio relegati nec bruta, quia omne eorum bonū in appetitu ſenſitiuo eſt, qui hic inferius terminatur. Ideo ſolus homo peregrinus eſt inter omnes creatura, quia non eſt cōiunctus ultimo fini. Non eſt propterea mirum ſi Chriſtus tanquàm peregrinus peregrinis apparuit, qui ei tanquàm peregrino dicunt. Tu ſolus peregrinus es in Hieruſalem. &c, Quęri poſſet ſi dominus ſit adhuc peregrinum cum iam ſit cōprehenſor & in termino uiæ ad quē tendimuſi. Quomodo ergo dicit ei Cleophas. Tu ſolus peregrinus es? Diciutr primo ꝙ licet Chriſtus aſcenderit in cœlum tanq̃ in patriam ſuam principalem, tamen dicit ipſe. Meus eſt orbis terræ & plenitudo eius, ſed ſui coloni tanq̃ peregrinum dū in propria uenit eum non cognouerunt. Ille enim eſt homo de quo Lucę. 19. Homo quidam peregre profectus eſt in regionem longinquam accipere ſibi regnum & reuertit. Ille eſt uir de quo Prouer. 7. qui abiit uia longiſſima, ſacculum pecuniæ ſecum tulit, id eſt humanitatem ſuā in tanquàm ſacco repoſitum eſt precium redēptionis noſtrę, in die plenæ lunæ reuerſurus, id eſt quando eccleſia electorum erit plena reuertetur ad iudicium, & tunc cognoſcetur dominus iudicia faciens, quando in operibus manuum ſuarum comprehendetur peccato qui nō cognouit eum. Dicitur ſecūdo ꝙ more peregrini ſtat ad oſtium conſcientiæ noſtræ pulſans. Apoc. 3. Ego ſto ad oſtium & pulſo. & Canticorum 5. Aperi mihi ſoror mea ſponſa cincini capitis mei pleni ſunt guttis noctium id eſt electi mei qui mihi qui ſum caput eccleſiæ tanq̃ capilli fideliter adhęrent, pleni ſunt lachrymis in orationibus nocturnis pro peccatorum conuerſione effuſis. Iuxta illud Pſ. Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legē tuā. Dicitur tertio ꝙ ſicut peregrinus non diu ſtat in hoſpicio, ſic Chriſtus, quia multi receperunt eū in Paſcha qui ſtatim expellunt eum ab hoſpicio, immo præparant ei malum lectum. Propterea fęſtinat ſurgere Chriſtus tali hoſpiti maledicens, quia ſibi peſſimum lectum parauit, & forte illum lectum parabit ei. de quo Eſaiæ. 14. Sub te ſternetur tinea, & operimentum tuum erunt uermes. Si aūt bonus hoſpes fueris, ad te libenter reuertetur Chriſtus, & patrem & alios ſanctos inuitabit ut ueniant ad hoſpiciom tuum. Ioann. 14. Si quis diligit me ſermonem meū ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & māſionem apud eum faciemus Et hoc ſi hoſpitem iſtum paſchamus non foliis ficuum, id eſt uerborum. quia non eſt capra ut comedat folia, ſed fructibus bonorum operum, ne quantum in nobis eſt famæ pereat. quoniam fides ſine operibus mortua eſt. Quia enim laborauit per totam iſtam ſeptimanam maxime in para ſceuæ, tanq̃ amico optimo fatigato optimum præparemus hoſpicium, ut manere uelit nobiſcum in ęternum. more uerginis glorioſæ quæ ſicat in utero ſic hoſpicium parauit in cōſcientiæ thalamo. Quā ſalutabimus dicentes, Auæ.

*B Peregrinus. De effigie qua apparuit dominus diſcipul.*

De peregrino duo dicturi ſumus in prę ſenti ſermone. Primo qualiter & quibus ueſtietur noſter peregrinus. Secundo qui erunt ſui in uia comites, id eſt quibus aſſociabitur. Circa primum dicendum ꝙ peregrinus ad ritę perigrinandum multis indiget. Primo quidem indiget baculo multis de cauſis. Primo contra canes inferni qui nobis in præſenti uia inſidiātur. Propter quod orabat. Pſ. Eruæ framea Deus anima meam. &c. Cum hoc baculo quem ſemper habebat in manibus reiectis armis ſaulis, id eſt pompa ſeculari uenit Dauid contra Golyam. Vnde ait Golyas. Nūquid ego canis ſum ꝙ tu uenis ad me cum baculo? Cum hoc baculo Chriſtus dyabolū excerebrauit, anima fidelis dyabolum uincit. Vnde manæ & veſperę hoc baculo debet ſe quilibet ſignare. Hieronymus.

*C Baculus. Ad quid baculus peregrino neceſſarius, &c.*



nymus. Ad omnes inceſſus manus pingat crucem domini. Quidam autem (tanquam muſcas velint fugare ueDociter) in ordinate ante faciem ducunt manum nec crucē faciunt. Fiat autem ſignaculum à uerticè deorſum trahendo manū in ſignum quod Chriſtus à terra in infernum deſcendit ꝑ crucem. & deinde à ſiniſtra in dexteram. in ſignum quòd per lignum crucis ſedet ad dexteram patris. Ferrum in bacculo ſunt claui in cruce. Si ſine hoc bacculo ꝑgis à canibus inferni deuoraberis. Qui appodium hoc amittit, in lutum inferni corruit. Secundo neceſſarius eſt baculus peregrino ad ſuſtentamentum, & ſubleuamentum laboris itineris. hic baculus eſt fiducia in Deo, Angelis, & ſanctis eius. Qui hunc baculum habet non cadit, nec deficit. Pſal. Non delinquent omnes, qui ſperant in eo. Et alibi. Sperans in domino non infirmabor. Eſaiæ. 40. Qui ſperant in domino mutabunt fortitudinem &c. ambulabunt & non deficient. Si qui peregrino debili traderet baculum qui eum à caſu & fatigatione cuſtodiret, multum gauderet, & illum bono ęquo pręponeret. ṗs. In Deo meo trangrediar murum.

Tertio neceſſarius eſt peregrino baculus ad tranſeundum periculoſum paſſum. Baculus enim portatur à peregrino & baculus portat eum. Hic eſt pœnitentia quā cum portat homo in terra ab ea portatur in cęlum. Huius baculi fortitudinem experitur peregrinus in paſſu periculoſo. Si baculus eſt fortis ſe ſuper eum appodiat & tranſit ſecurus. ſi putridus & debilis cadit in lutum & decipitur. Sic in hac peregrinatione nonnulli confidunt in baculo amicitiæ qui frequenter deficit. Eccleſi. 6. Eſt amicus menſę & non permanet in die neceſſitatis. Alii cōfidunt in baculo iuuentutis. Alii in baculo diuitiarū, & iſti baculi frequenter in paſſu periculoſiſſimo mortis infringuntur, quando deberent ſe iſto baculo iuuare, & ſuper ipſum appodiari. Iſte eſt baculus arundineus cōfractus egypti, cui ſi innixus fuerit homo, intrabit manum eius & perforabit eam. Eſa. 36. Ledit enim iſte baculus hominis potentiam, ſed non leduntur electi de ſi baculo pęnitentiæ innitantur. Vnde apud Poetas Eſculapius filius ſolis pingebatur cum ſerpente baculo circuuoluto. Hunc baculum tenuit erectum Chriſtus in peregrinatione ſua, in quo baculo multi canes momorderunt & hodie mordent detrahentes cruci & his qui crucem portāt. Ideo Luc. 2. Poſitus eſt hic in ſignum cui contradicentur. Baculus dum fertur erectus timetur a canibus, nec mordetur, tractus per terram mordetur. Sic baculus pœnitentiæ ſuper humeros timetur a canibus infernis cum murmure uero poſt ſe tractatus mordetur ab eis ut cadant in peccatum. Vel baculus eſt ſpes ęternę beatitudinis quæ laſſis eſt ſolaciū, & laborantibus firmamentum. Pſ. Virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Iſte eſt baculus iudæ, id eſt confitentis quem nurus thamar, id eſt anima pęnitens accepit pro arrabone. Geneſ. 38. Iſte baculus debet eſſe longus per perſeuerātiam, acutus per fortitudinem rectus per præmii conſiderationem, ferratus per patientiam.

Secundo neceſſaria eſt pera ipſi peregrino, id eſt deſiderium uel affectus cordis quod eſt receptaculum. Primo quidē panis cœleſtis quo ſuſtentati quotquot peregrinamur a domino in regionem Paradiſi reuertimur ſicut & in pera peregrini panis reponi ſolet. Sed cuſtodiant ſe peregrini a tribus quæ male remunerant hoſpites ſuos. Primum eſt mus in pera. Secūdum eſt ignis in gremio. Tertium ſerpens in ſinu. Mus peram maculat & panem corrodit. Hæc cura eſt huius ſęculi. Cum ſcriptura ſacra legitur, uel ab aliis exponitur panis in pera reponitur. Sed cum ad uanitatem mundi tranſimus. ſ. diuitias & delicias, curas huius ſæculi per foramina oculorum & aliorum ſenſuum quaſi mures in peram recipimus, & ſic panem quem recolligimus per iſtos mures amittimus. Ignis in gremio luxuria eſt, quæ ueſtimenta uirtutum conſumit, & fęorem emittit. Serpens in ſinu intromittitur quotiēs praue ſuggeſtioni conſentitur. Quidam ſerpentem inuenit frigore pereuntem. dixit ei ſerpens ut in ſinum ſuum ad calefaciendum ipſum reponeret. Qui promiſſione facta ꝙ ei non noceret poſuit eum in ſinu ſuo. Serpens calefactus momordit eū & intoxicauit. At ille ſerpenti. Quare contra fędus nocuiſti mihi? Cui ſerpens. Naturam meam ſemper oportet me complere, quoniam humanum genus ſemper ſū

*D Pera. De pera peregrini*

potero

poteroinfeſtabo. Ecce naturam dyaboli cui nunquàm fides eſt adhibenda, quia cum poteri ſemper homines ueneno peccati intoxicabit. Vnde dominus præcepti filiis Iſrael ne intrent fędus cum cananeis quia eſſent eis in ruinam. Sic nec unquàm cum dyabolo & uitiis pacem faciamus.

E

*Caſeus.*

*De caſeo humanitatis ponendo in pera.*

Sed non ſufficit in pera habere panem cœleſtem diuinitatis, niſi habeantur caſeus humanitatis. De quo Iob. 12. Sicut caſeum me coagulaſti. Ante incarnationẽ Chriſti non erat in pera niſi panis diuinitatis. Iuxta illud Sapientiæ. 16. Panem de cęlo præſtitiſti eis. non dicit caſeum, quia nondum eius humanitatis erat, nondum butyrum & mel comederat, id eſt incorporauerat. Sed nunc ea abundat pera eccleſiæ. Iudich. 10. Iudich, id eſt ſancta eccleſia accepit panes & caſeũ in pera, & ſic pfecta eſt cõtra Olofernẽ. Iſte caſeus eſt argus habens multo oculos, q̃a uidet oẽs cogitationes hoĩm. eſt Magdalenus q̄ uerè plangẽdus eſt eo ꝙ dolores noſtros ipſe tulit & a Magdalena lachrymatus eſt. Albus innocentia uitę, ſed leproſus in paſſione. Eſaiæ. 53. Reputauimus eum quaſi leproſum. Sed dices ꝙ iſti caſei non ſunt boni, ſaltem tres primi. Dicitur quòd boni ſunt licet non ita ſapidi ſicut leproſus. Oportet autem peregrinum contentari de hoc quòd inuenit in hoſpicio, quia ſi quis cõſiderat humanitatem Chriſti omnia uidere & diſcutere, ſi conſiderat etiã peccata ſua, & ex altera parte innocẽtiam iuſticiam. & equitatẽ Xp̄i timet & terret, & ſic comedit iſtum caſeum non cũ multo ſapore, id eſt deuotione, ſed cum tremore. Sed dum conſiderat quòd pro eius amore mortuus eſt, reſumit deuotionem. Tunc enim ſentit butyri pinguedinem. Sed nec ſufficit niſi in pera ponantur alia neceſſaria & non ſuperflua quia in corde humano reponi debent neceſſarii & non ſuperflui cogitatus. Sic Dauid. 1. Reg. 17. In pera repoſuit quinque lapides quos elegerat de torrente, quibus Golyam præcipuum Iſrael inimicum occidit. Sic peregrinus quinque vulnera Chriſti accepta in torrente paſſionis de quo Chriſtus in uia bibit, per deuotionem in memoria reponantur, quibus dyabolus occidatur. Sic Iudich caput olofernis in pera ancillæ repoſuit, quo filiis Iſrael oſtenſo uictoriam de inimicis reportauit. Iudich. 13. Caput, id eſt Superbiam uel maliciam, aut potentiam dyaboli. Sed mali in pera cordis mundi diuitias ex affectu reponũt Quod dominus repræhendit. Luc. 10. quãdo Apoſtolis non ſolum res in pera, immo & ipſam peram portare prohibuit. Nolite (inquit) portare ſacculum neque peram, quia uiri perfecti non ſolum diuitias, ſed etiam ipſam peram, id eſt affectionem debent dimittere.

F

*Vter.*

*De utre ſiue lagena peregrino neceſſaria.*

Tertio neceſſarius eſt ei uter ſiue lagena. qui quidem uter conficitur communiter ex cucumerum corticibus, & ſic leuis & fragilis ad dorſum peregrini defertur. Iſte uter eſt memoria peregrini labilis & fragilis, in qua ponitur aqua duplex ad refrigerãdam ſitim in tempore ardoris. Quædam amara tribulationis qua ſæpe potatur peregrinus. de qua. Pſ. Congregans ſicut in utre aquas maris. & iſte uter ponitur ad dorſum, quia oportet peregrinũ ſuper dorſum portare tribulationes & miſarias multas. Iuxta illud. Pſ. Supra dorſum eum fabricauerunt peccatores. Magna quidem eſt amaritudo peregrino pro elongatione a patria ſua. Patitur intrinſecus a concupiſcentia ſua. extrinſecus a labore itineris foris pugnæ & intus timores. Vnde & compatiebatur dominus peregrinis hodiernis, quia erant increduli & triſtes. Propterea uoluit eos potari alia aqua q̃ eſt aqua ſapientiæ ſalutaris, quæ eſt aqua dulcis. de qua. Pſ. Statuit aquas quaſi in utre. Herbarius enim habens plurimos utrea aquis ex herbis diſtillatis repletos ad ſanitatẽ corporis. uni dat de uno utre, alteri de altero ſecundum differentiam morborum & capacitatem uirtutis. Sic diuiſiones gratiarum ſunt. Nam iuxta tribulationes & morbos animæ occurrentes quos infert dyabolus (cui obuiauit ſanctus Macharius portanti multitudinem lagenarum, & dicenti ꝙ ibat ad centionẽ fratrum, & qui nolebat de una bibere dabat ei de alia) offert dominus unicuique doctrinam ſalutarem ad potandum & dona gratiarum iuxta uniuſcuiuſque capacitatem.

G

*Zona.*

*Qui caſtitatis zona peregrinus indiget.*

Quarto requiruntur ueſtimenta uirtutum. de quibus Apoc. 16. Beatus qui cuſtodit ueſtimenta ſua ne nudus ambulet. Qui enim caret talibus ueſtimẽtis, in die domini coram omnibus nudus apparebit.



parebit. Qui aũt nudus per uicos incedit, demoniacus ab angelis & uiris iuſtis reputatur. Debet aũt ueſtes iſtas ſuccingere, & ſurſum leuare ne trahat illas per lutum Luxuriæ, quia qui trahit eas per lutum nõ poteſt cito incedere. Cingulum autem eſt caſtitas quo iubet Chriſtus peregrinum ſuccingi. Lucæ. 12. Sint lumbi ueſtri præcincti. Super quo Greg. Lumbos præcingimus, cum carnis luxuriam per continentiam coartamus. Vnde & ad hoc Ioannes circa lumbos zonam pelliceam habuit. Hinc & dominus duplici ueſte indutus ſ. decore gloriæ in die reſurrectionis, & ueſte fortitudinis in die paſſionis præcinxit ſe zona Iuſticiæ & Caſtitatis ad reuertendum & peregrinandum in regnum ſuum. Iuxta illud. Pſ. Dominus regnauit decorem indutus eſt, indutus eſt dominus fortitudinem & præcinxit ſe. Sed quærit̃ ſi dñs his peregrinis apparens fuerit veris ueſtibus materialibus indutus? Dicitur quòd ſic. Nam & peregrini coegerunt eũ manere ſecum in hoſpicio, & exiſtimandum eſt quòd trahebant eum per tunicã. Nec hoc mirum uideri debet ſi illę qui ueſtit terram, ſiluas, & arbores ſingulis annis herbis, foliis, & floribus. de quacũque materia uoluerit, ſubito ſibi fecerit ueſtes & in materiam priſtinã cito cum uoluerit redegerit.

H

*Capellus.*

*De capello peregrini plutibus encenii garnito.*

Quinto neceſſarius eſt ei capellus contra imbres & grandines, & ſolis feruorem caput muniens. Sic cappello patientiæ muniri debet, ut nec uenti tentationum, nec pluuię perſecutionum præſtent ei aliquam moleſtiam. Si enim quærat̃ cur lapides Stephano. ignis Laurẽtio. pſecutiões Paulo nõ nocuerũt? Rñdetur quia cappello patientiæ muniti erant. Hic capellus muniri debet cipho paſſionis domini. de quo Iohan. 19. Calicem quem dedit mihi pater &c. Deinde cocleis ſiue coquillis rubeis ſanguinis Chriſti. deinde cruce, clauæ, uel burdone iuxta differentiam peregrinationis, quia in uia domini (ut dicit Aug.) alius ſic & alius ſic ibat. Nam peregrini euntes Romam ſignantur clauæ quæ eſt uia pęnitentiæ ſacramentalis quæ introducit in regnum cœlorum. Signati uero cruce tendunt in Hieruſalem. qui auſteritate uitę quaſi uiolentia rapiunt regnum cœlorum. Signati uero burdone tendunt ad ſanctum Iacobum qui ſanctorum ſuffragio ſeu adiutorio communicantes, ſupplantant uitia, & ſic ad patriam perueniunt. Quarto debet eſſe munitus ille capellus enceniis & ſignaculis ſanctorũ. Si enim in humilitate Martinum. in ieiunio Nicholaũ. in patientia Iob, & paulũ. & in cæteris operibus uitam ſanctorum in mente & operę imitaris. ſignacula eorum in ueſtibus & capello prætendis. Vnde uiſis ſignaculis latrones, id eſt dæmones tãgere uerebuntur. 1. Machabeorum. 6. Refulſit ſol ĩ clipeos aureos, id eſt Chriſtus in prælatos per uirtutes quæ ſunt in eis, & montes reſplenduerunt ab eis, id eſt laici eorũ exemplo informantur, & illuminant, & ſic diſſipatur gentium fortitudo, id eſt dæmoniorum.

I

*Calciamẽtum.*

*De calciamentis peregrino debitis & de phibitis.*

Sexto debet habere calciamenta in pedibus quæ ſunt præcepta euangelica, quibus pedes, id eſt affectus mentis debent muniri. Iuxta illud. Epheſi. 6. Calciati pedes in pręparatione euangelii pacis. & Hieremiæ. 2. Prohibe pedem tuũ a nuditate. Qui. n. nudis pedibus incedit, magnã dietam non facit. Vel calciamenta ſunt exempla ſanctorum cõtra moleſtias carnis. Gregorius. Si labores ſanctorum præcedentium recolamus, non erunt grauia quæ toleramus. Iaco. 5. Accipite exemplum fratres exitus mali & longanimitatis laboris & patientię prophetarum qui locuti ſunt in nomine domini. Iſta ſunt calciamenta quæ reſtituta ſunt filio pdigo reuertenti ad p̄rem, ut ſicut calciamẽta conſeruant a puluere, ſic ſui & ſuorũ præcedentiũ exemplis contra recidiuũ munirentur. Vnde & comedentibus agnũ paſchalẽ præcipitur. Exodi. 12 habere calciamenta in pedibus, id eſt ſanctorũ exẽpla quibus formã capiant edẽdi agnũ paſchalem, id eſt Xp̄m. Calciamẽta enim fiunt de pellibus mortuorũ. Sic exẽpla iſta de actibus ſanctorũ q̄ mortui ſũt. Vel p calciamenta intelligit̃ mortificatio carnis. Cantic. 7. Quòd pulchri ſũt greſſus tui in calcimẽtis. i. greſſus aĩæ q̄ ſunt affectus eius ĩ mortificatiõe carnis q̄ p calciamẽtũ deſignat̃ eo ꝙ fit de mortuis aĩalibus. Sic pulchrum erat uidere ab initio greſſus religioſorũ in tali mortificatione. Sed nunc quod turpe eſt uidere, poſſunt dicere illud Apoſtoli. Spectaculum facti ſumus Deo, & angelis, & homĩbus Modo

modo

Vero loco calciamentorum illorum mundi facultates & diuitias amplectuntur q̃ tribus hominum generibus interdicuntur. Primo ſpeculantibus, ut Moyſi q ſpeculabatur uiſionem rubi dictum eſt. Exodi. 3. Solue calciamenta de pedibus tuis. Secundo militantibus. Inde Ioſuæ. 5. idē dictũ eſt Ioſue militanti. Tertio prędicantibus. Ideo dictum eſt Apoſtolis. Matt. 10: Nolite portare peram nec ſacculum, nec calciamenta in pedibus. Per huiuſmodi enim calciamenta ſimiæ capiuntur. Nam qui intra eccleſiæ uel religionis ſepta uolunt manere, non debeat in pedibus. i. in affectibus calciamenta bonorum temporalium & carnalium deſideriorum poſſidere. Alioquin non poſſent bene militare contra vitia cum Ioſue, nec contemplari cum Moyſe, nec prædicare Dei myſteria cum apoſtolorum grege. Sicut enim calciamenta pedes ſiniſtri nihil valent pro dextro, ſic temporalia quæ ſiniſtra ſunt & defectiua nō competunt dextris pedibus id eſt affectibus uirtuoſis. Eſaiæ. 20. Tolle calciamenta de pedibus tuis. & fecit ſic vadens nudus & diſcalciatus. Tales autem ſimiles ſunt lemouicis qui vtuntur calciamentis ligneis, quæ ſunt grauia ad portandum, & facilia ad conſumēdum. Sic tales calciamenta temporalium quæ faciliter conſumuntur, & difficulter habentur, plus diligunt quàm ſpiritualia. Non ſic Samuel. de quo Eccle. 46. Pecunias etiam vſque ad calciamenta ab omni carne non accepit, & non accuſauit illũ homo. Qui enim vult cito currere aut ſaltare aliquãdo diſcalciat ſe. Sic Petrus qui dixit. Matth. 19. Ecce nos reliquimus omnia. Septimo debet muniri viatico maximè auro, quia argentum nimis ponderoſum eſt multum loci occupans, & qñ vult de auro habet argentum. Aurum. n. quia perfectius eſt argēto opera perfectionis deſignat quibus debet muniri peregrinus incedendo viam huius ſæculi. Oportet autem iſtud aurum eſſe certi & debiti ponderis, quod facit humilitas quæ ſemp trahit ad imum. Sic pōderabat opera ſua Centurio illæ, qui licet condidiſſet Sinagogam dicebat tñ. Domine non ſum dignus vt intres ſub tecũ meum. Sic Petrus cum diceret. Exi à me, quia homo peccator ſum. Si tamen ſuperueniat aliqua parua vanagloria. non eſt dimittendum opus quia ſi remittat de feruore, non deſtruit opus ſi propter Deum inchoatum eſt Pōderans enim moneta minus duobus granis, adhuc pro bona recipitur, & ſi ſit debiti ponderis non erit reciſa. i. non partem tibi tribues operis. fraudãs Deum cui debet attribui laus totius operis. Sed debet conſui in diploide tua, ne à latronibus viſa perdatur. Hoc auro ſoluit peregrinus ſimbolum ſuum. illud ſcilicet quod debet Deo ſatisfaciendo pro peccatis, & pręcepta eius implendo. Quodquidem aurum extrahitur de mineris illius ciuitatis vbi plateæ ſternuntur ex auro puriſſimo.

K

*Aurum. Qui peregrinus portare dēt aurum conſutum in diploide ſua.*

*Sermo 6. eiuſdem feriæ. 2. & in ordine. 159. continuatiuus prioris materiæ ſecundum Thema præcedens.*

A

*Peregrinus. De triplici peregrinatione.*

TV ſolus pegrinus es ĩ Hieruſalē. Luc. 12. Triplex legitur pereginatio. Quædam ſpecialis bonis qui crucem pœnitentiæ aſſumpſerunt, faciētes ſingulis diebus vnam dietam in cęleſtem Hieruſalem, & maximè hoc tempore Paſchæ, quãdo dominus in ſpecie peregrini voluit apparere cœleſti Hieruſalē recuperata & vi armorum lucrata, & porta eius per paſſionē Chriſti aperta, ita vt peregrini hoc tempore in illam non quaſi hoſpites & aduenæ, ſed quaſi ciues ſanctorum & domeſtici Dei introducti ſunt. Vulgo dicitur. Rouge ſoir & blanc matin ceſt la ioye du pelerin. Quod dupliciter exponi poteſt. Primò quòd ſerotinum rubeum & mane clarum ſerenitatem indicant peregrino. Vel aliter exponi poteſt q rubeum uinum in ſero, & in matutino album ualde confortant peregrinum. Sed conſideratio paſſionis Chriſti in ſero huius, uitæ, & conſideratio reſurrectionis in matutino alterius, ſerenitatem gloriæ peregrino indicant, & eum inter pericula conſolantur.

Secunda peregrinatio eſt malorum q̃ crucem ſibi aſſumpſerunt eundi in infernũ, qui quotidianis cruciatibus cruciatũ merentur æternum, qui ſingulis diebus dietam unam faciunt illuc. qui diebus & noctibus fœſtiuis & non fœſtiuis huic peregrinationi intendunt. nec ſolis pedibus ſed omnibus membris quibus mortaliter peccant illuc tendunt ita diligenter, ac ſi crederent



crederent quòd non poſſent illuc peruenire. Hii habent pro baculo fiduciam mundi, cũ qua hñt maledictionem. Hiere. 17. Maledictus qui confidit in hoĩe. Prouer. 11. Qui cōfidit in diuitiis ſuis corruet. Cupiditatem habent pro ſpera, quę adeo ponderoſa eſt, ut eos in profundũ inferni demergat. 1. Thim. 6. Qui uolunt diuites fieri incidunt in tentationē, & in laqueum dyaboli. Tertia peregrinatio eſt cōis bonis & malis, quæ meritoria eſt ſi debito modo fiat, ut eã præcedat pctõrum cōfeſſio, clamorũ pacificatio, domus ſuæ & familiæ ordinatio. Quę debet fieri pure pp deũ, & de iuſte acquiſitis. Quæ. n. fit de rapina Deo nō placet. Eccle. 34. Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperis, quaſi qui victimat filium ante patrem. Hac tertia peregrinatione hodie comite Chriſto peregrinati ſunt duo diſcipuli eius ab Emaus in ſanctam ciuitatem ad uiſitãdum ſanctos qui illic diligebant. Inter quos erat Maria mr̃ Ieſu, quã ſalutabimus &c.

B

*Peregrinus. Quatuor de cãis cõtingit aliquē peregrinari.*

Quattuor de cauſis contingit aliquē peregrinari. Primo pro pace reformãda, ut cũ quis peregrinat̃ ultra mare quaſi in exiliũ quouſque reuocetur. ſicut Iacob Gen. 27. Peregrinatus eſt in Meſopotamiã fugiens odiũ Eſau quouſq; reuocaretur. Sic fit quotidie ſpirituali, cũ quis peregrinat̃ à dño per pctm̃ quouſq; reuocetur. i. ei p pñiam reconciliet̃. Vel ēt peregrinatur à dño, dũ eſt in hoc mortali corpore. Vnde poetæ opinio eſt q oē ſolum forti patria eſt ut piſcibus equor. Sed ego aliter opinor q oē ſolũ forti exiliũ eſt. ſic opinabit̃ Dauid dicēs. Aduena ego ſum & peregrinus ĩ terra. ſic Paulus dicēs. nō hẽmus hic ciuitatē manentē, ſed futurã inquirimus. Sumus. n. ciues illius ciuitatis Hieruſalē, & nos expectant angeli ciues illius liberi. Nos aũt fuimus aliqñ liberi, ſed nunc captiui uenundati ſub peccato, ſed cũ conuerterit dñs captiuitatem ſyon, quæ eſt in terris. exultabit Iacob. i. peregrinus hō, & lætabitur Iſrael. i. angeli uidentes Deum. Scđo qs peregrinatur pp tpalia bona. ut Iacob qui dicit Gene. 31. Apud Labã peregrinatus ſum uſq; in pñtē diē. Hēo itaque oues & boues &c. Sic mercatores peregrinant̃ in extraneas regiones ad paupertatē fugiēdã. iuxta illud Horatij. Impiger extremos currit mercator ad Indos. Per mare pauperiē fugiens, p ſaxa, per ignes. Et hæc peregrinatio indifferens eſt, qñq; bona ſi habendi cōcupiſcētia moderetur, & ſine proximi fraude fiat. ſin autē mala eſt. Tertio peregrinatur quis pp ſpũalia ut in fundãtur. 2. Cor. 5. Audemus aũt & bonã uolũtatē habemus magis peregrinari. & ideo contēdimus ſiue abſentes ſiue pñtes illi placere. Sic peregrinantur qui pp ſtudiũ extra terram ſuã pficiſcuntur. Scolares. n. in loco natiuitatis ſuæ non ita bene diſcũt pp delicias ſicut in regionibus alienis. Iō in loco ſuæ peregrinationis ſupplicat pſ. dicēs. Incola ego ſũ ĩ terra. nō abſcōdas à me mãdata tua. Ac ſi dicat. ego ſũ pauper ſcholaris peregrinus paratus in ſcholis ſapientiæ tuæ addiſcere lectionem propterea nō abſcōdas à me mandata tua quia paratum cor meum Deus audire, & obedire. Quarto peregrinatur quis propter æterna ut acquirantur. ut illi de quibus Heb. 11. iuxta fidem oēs iſti defuncti ſunt nō acceptis repromiſſionibus. ſed eas à longe aſpicientes & ſalutantes. & confidētes quaſi peregrini & hoſpites ſuper terrã. Qui. n. hoc dicunt ſignificant ſe patriã inquirere. Tota. n. intētio peregrini debet eſſe ut declinet & hoſpitetur in bono hoſpitio. hoſpitium ſecurum eſt domus Dei. ideo cor humanum debet deſiderio tendere in Deum. quia vnumquodq; naturaliter appetit bonum ſine defectu ſm quod poſſibile eſt. In mundo autem non inuenitur tale bonum, ſed qui plus hēt de bonis mundi plus habet de defectibus, quia quælibet res mundi habet unũ uel plures defectus. quia ſi quis emit equum ſtatim patitur defectum freni & ſellæ. feni & auenæ. & fenum & auena indigent domo, & ſic de ſingulis. Cum igitur tale bonum ſine defectu nō inueniatur in mũdo. nō poterit ibi deſideriũ hoĩs quietari aut pfici. in Deo aũt eſt oĩs pfectio bonitatis. Oĩa. n. bona mũdi naturæ & fortunæ nō ſunt niſi qdã guttæ bonitatis diuinæ & ĩperfectio creaturæ ex creatura eſt. Iō ĩ Deo ſolo qeſcit appetitus hoĩs. et qa alia ñ pñt repler̃ cor. cor aũt deo repletur. Iō appetitus ĩ illo ſolo quietatur. Et ſi creaturas & earũ pfectiones cōſideremus, hoc facer̃ dēmus, ut ĩ eis creatoris bonitatē relucere uideamus. ut eũ deſideremus. Exēplũ de heremita cui ſingulis annis eius diſcipuli & ſingulis no

nis fructibus afferebant.Ille aũt de ſingu-
lis guſtabat ut per dulcedinem repertã in
effectu conſideraret altitudinẽ diuinę dul
cedinis. Sic peregrini hodierni de fonte
dñi Ieſu bibentes, pro nihilo exiſtimabãt
oĩa niſi manere cũ illo,quẽ putabant pere
grinũ dicentes. Tu ſolus peregrinus es in
Hieruſalem. Mane diximus de ueſtibus
quibus induitur noſter peregrinus. Nunc
dicemus cũ quibus comitibus peregrinaṫ.
Et primo dicemus quibus comitibus iu-
uatur ad peregrinandũ. Scđo quibus im-
peditur. Tertio quibus incõmodis afficiṫ.

C Peregrinus.

Qđ Xp̃s ẽ primus comes peregrini pficiſcentis

Pro primo multi inueniuntur peregri-
ni comites in uia qui ipſum iuuãt ad pere
grinãdũ.Primus comes dẽt eſſe Chr̃s ſine
quo nullus recte peregrinatur.Ipſe.n.opti
mus comes eſt. Cuius prima condõ eſt,ꝙ
eſt optimus dux itineris,qui ſcit oẽs vias
quibus itur in cœlũ. quas oſtendit qñque
per angelũ ſuũ ſicut per Raphaelem Tho
biæ. Oĩa (inquit) itinera frequenter am-
bulaui. & ego ducã illũ ſanum & reducã,
& ſic quotidie nos per angelũ ſuũ cõducit
Qñq; per ſe ipſum,ut hodie peregrinis cũ
dixit. Oportuit Chr̃m pati, & ita intrare
in gloriã ſuã. Tolerãtia.n.paſſionũ nobis
eſt via in cœlum.Sen. Nõ eſt ad aſtra mol
lis è terris uia.inde eſt ꝙ poſt pc̃m primo
rũ parentũ gladius igneus fuit ante portã
paradiſi poſitus.Vnde via huius directa,&
bene trita eſt patientia, cuius uiæ rectitu-
dinẽ expertus eſt bonus latro. qui vnam
tm̃ dietã fecit in paradiſum. Trita quia ꝑ
hanc apoſtoli & cęteri ſancti inceſſerunt.
Patitur.n.vir iuſtus quadrupliciter.primo
à Deo inflictas pœnalitates.Iob.6.Sagittæ
dñi in me ſunt quarũ indignatio ebibit à
mundo perſecutiones. Io.16.In mundo
preſſuram habebitis. À diabolo impugna
tiones Ephe.vlti.Non eſt nobis colluctа-
tio aduerſus carnẽ & ſanguinẽ,ſed aduer-
ſus poteſtates & principes tenebrarum.
A ſe ipſo aſſiduas tentationes.Iac.1.vnuſ
quiſq; tentatur à concupiſcentia ſua.Pri-
mas tolerare debemus humiliter. 1.Pet.
1.Humiliamini ſub potenti manu Dei. Se
cundas prudenter.Matt.10.Ecce ego mit-
to uos ſicut oues &c.Eſtote ergo pruden-
tes &c. Tertias fortiter. 1.Pet.5. cui reſi-
ſtite fortes in fide. Quartas temperanter.
1.Cor.14. Oĩs qui in agone contendit ab
omnibus ſe abſtinet. Secũda cõdõ huius
boni ſocij eſt, ꝙ eſt baiulus oneris. Vere
enim lãguores noſtros ipſe tulit. vñ & ho
diernorũ peregrinorũ tulit onus qui gra-
nati erant infidelitate. Ait.n.ſuſtinete me
cũ.Portauit quippe crucẽ pro nobis. ĩmo
& oĩa pc̃tã nr̃a pertulit in corpore ſuo ſu-
per lignũ. Tertia condõ huius boni ſocij
eſt, ꝙ in periculis non dimittat ſociũ ſuũ
neq; pro morte,neq; pro uita. Sic fuit dñs
Ieſus.de quo Bernar.in ſermone pẽtheco-
ſtes. q̃ dulciter dñe Ieſu Chr̃e cõuerſatus
es.quã abundanter multa & magna largi
tus es hoĩbus.quã fortiter tã indigna,& tã
aſpera paſſus es. ita ut mihi liceat ſugere
mel de petra,oleumq́; de ſaxo duriſſimo.
Sic hodie conduxit peregrinos per omnia
diſcrimina paſſionis ſuæ uſq; ad hoſpitiũ.
ubi cũ eis ſedet ad mẽſam.vt ſicut eſt par
ticeps laboris,ita ſit particeps quietis. Id
ſe cuſtodiat peregrinus ne ſe hoſpitet uel
ad hoſpitium diuertat ĩmũdũ, quia ibi nõ
quieſceret. ꝙ non hoſpitetur penes vete-
res concupiſcentias q̃ cõuertũt hoĩem in
beſtiã.vñ narrat Vincentius in ſpeculo hi
ſtoriali, ꝙ tp̃e Leonis papæ erant duæ ue-
tulæ recipientes hoſpites pro mercede ſi-
mul commorantes eodẽ maleficio imbu-
tæ.Hoſpitem uero ſuum ſi ſolus ueniebat
mutabant in equũ uel aſinũ uel aliud aĩal
& poſtmodum ipſum uendebãt. Quadam
die hiſtrionẽ quendã uenientẽ mutauerũt
in aſinũ multũ inde lucrãtes,quia per pul
chrũ geſtũ quẽ habebat detinebat trãſeũ-
tes.Nã ad imperium earum induebatur.
Non.n.perdiderat intellectũ ſed loquelã.
Audiẽs hæc vicinus quidã emit aſinũ ma
gno ꝓcio. ſed dixerunt ei ꝙ aſinũ ab aqua
cuſtodiret. tñ incaute cuſtoditus in proxi
mũ lacũ ſe proiecit & propriã figurã rece
pit. Cũq; cuſtos ſciſcitaret ab illo hiſtrio-
ne ſi aſinũ uidiſſet. ille dicebat ſe eſſe aſi-
nũ illũ. Famulus uero rem ad dñm detulit
& dñs ad Papam Leonem. Conuictæ aũt
de hoc uetulæ confitentur ſe feciſſe.Vetu
læ iſtæ concupiſcentiæ carnis ſunt quæ
venenum peccati in caſeo.i.in corpore hu
mano effundunt.vnde in beſtias transfor-
mantur & portandis oneribus pc̃tõrũ de-
putantur, ſed per aquã pniæ in priſtinã fi-
gurã & vitã reformanṫ.Quarta cõdõ boni
ſocij eſt ꝙ ſit ſub leuamen laboris nũc nar
rando,nunc cantãdo,nunc delectando pe
regrinantes.Vnde Ariſt. 8. politicæ dicit,
ꝙ can-



ꝙ cantus muſicæ eſt delectabilis & quaſi
medicina laboris. ita ut ſm eundẽ in cãtu
muſicæ rapiatur aĩa extra ſe.vt nõ cogitet
quæ circa eã agantur.nec cogitet de labo
re ſuo ut circa olimpum mõtem fiebat in
tẽplo Iouis.vt dicit ibidem.Sic dñs bonus
ſocius in peregrinatione cum iſtis peregri
nis cantauit primò expoſitionẽ ſacræ ſcri
pturæ incipiens à Moyſe & prophetis. ita
ut toti raperentur in Deũ.Sed oportet cũ
eo cantare ut obliuiſcamur laborẽ itine-
ris nr̃i.Hinc de ſapientia dr̃ Sap.8.Erit al-
locutio cogitationis & tedij mei. Primò
oportet cantare beneficia eius.p̃s.Canta-
bo dño qui bona tribuit mihi. Secundo
cantare orationes, pſalmos opera bona fa
ciendo. p̃s. Cantabiles mihi erant iuſtifi-
cationes tuæ in loco peregrinationis mẽę
Tertio gloriam & magnificentiam eius.
p̃s.Et cãtẽt in uiis dñi qm̃ magna eſt glo-
ria dñi.Contra multos qui curioſis & ſub
tilibus inueſtigandis elaborãt.cõtra quos
Guil.Pariſ. ſuper Eccleſiaſtẽ. Non ſolum
(inquit) inutilis eſt curioſitas & inueſtiga
tio rerũ ſubtiliũ & ſublimiũ in uia huius
peregrinationis ſed ẽt diſpendioſa, dum
eos detinet.& tẽpus quod itinerando de-
berent expendere,eis ſurripit.Tales hoĩes
ſimiles ſunt peregrinantibus, qui uiæ ſuæ
& ei ſuffragantium obliti,rerum aliarum
inueſtigationibus totum tp̃s itinerationis
ſuæ conſumunt.Similes nauigantibus qui
neglecto gubernaculo & remis periculis
maris, in ipſo naufragio non adiutorium
quo euadant, ſed res ſuperuacuas inqui-
rũt. Similes ẽt bellatoribus ĩter gladios
hoſtiũ & iacula & propriæ uitæ pericula
non arma ad defenſionem arripientibus,
aut ſe ad fugã ꝑparãtibus,ſed ibidem phi-
loſophari uolentibus.Ideo Iob.40.memẽ
tò belli & ultra non adiicias loqui. Simi-
les in iudicio poſitis iam capitalem ſñĩam
expectantibus. qui cũ iudicẽ ſibi propiciũ
reddere, defenſionemq́; cõtra ĩminentem
ſñĩam parare,aſſeſſorumq́; gr̃am quærere
debeant.de rebus aliis ad rẽ non pertinẽ-
tibus fabulantur.Similes ægrotantibus iã
pene in extremis agentibus. qui nihil de
conſulendis medicis & medicantibus om
nino tractantes, neque ſalutem propriam
amantes,nec mortem formidantes. de la-
na caprina diſputant. In ſecunda parte
tractabitur de his quæ impediunt peregri
num ambulare in uiis dñi. Primũ eſt o-
nus aggrauans. quo deficiunt qui peccato
rum onere aggrauati ſunt. Ideo ſi uelint
iter arripere excutiant onus illud. Vnde
Auicenna 1.cañ.loquens de regimine ad
iter agendũ dicit ꝙ non debet viam arri-
pere repletus ſanguine. ſed corpus ſuum
primo mundificet. deinde recedat. Re-
pletur autem ſanguine, cuius conſcĩa re-
pletur peccatis.p̃s. Libera me de ſanguini
bus.Ideo ad incedendum uias dñi primo
mundificet ſe ab omni ſuperfluo peccati.

D Peregrinus.

Quatuor ĩpediunt peregrinum, ne ambulet.

Secundum eſt æſtus inflammans. qui il
los impedit, qui carnis concupiſcentiis in
cenduntur.Dicit Auicen. loco prædicto,
ꝙ in calore uehementi iter aſtentes coo-
pertura caput ſuum à ſole tegant. Sic à ſo
le vanitatis mundialis mentẽ tegant, nec
clamare cogantur caput meum doleo.De
bent.n.eam cuſtodire & habitibus virtutũ
tegere ab huiuſmodi calore, quicquid ſit
de reſiduo corpore.Nã licet non ſit in po-
teſtate nr̃a quin concupiſcentiæ calor ſal-
tem tangat corpus ad mentem tamẽ uſq;
non permittamus peruenire.quod fit cum
côcupiſcentiis non aſſentimus.iuxta illud
p̃s.Per diem ſol non uret te. Tertiũ fa-
mes debilitans illos impedit qui uel cibũ
ſibi neceſſarium uel ſimpliciter recuſant.
vel ſaltẽ nimis differunt. Auicẽ ubi ſupra.
Iter facturus debet eſſe ſollicitus de nutri
mento.Debet aũt nutrimẽtũ ad iter agẽ-
dum ſm eundem ibidem.eſſe bonæ ſubſtã
tiæ & paucæ.multi aũt nutrimenti. & di-
mittendũ eſt quicquid humorem generat
crudum,& medicus cœleſtis nobis itine-
rantibus ſimili modo voluit prouidere de
conuenientiſſimo nutrimento, quod uia-
toribus datũ appellatur uiaticũ, quod eſt
optimæ ſubſtantię,quia continet diuinam
& humanam.Et licet xp̃s in hoc ſacro ſit
geminę gigas ſubſtantiæ,tamen eſt paucæ
ſubſtantiæ, quia ſub modica ſpecie panis
& uini.Eſt aũt multi nutrimenti, quia nõ
ſolũ corpus ſed & aĩam nutrit,& tm̃ quòd
ſicut dicitur Ioã.6.Si quis manducauerit
ex hoc pane uiuet in æternũ. Cęteri autẽ
cibi corporales inordinate ſumpti gene-
rãt humores crudos.i.appetitus & motus
illicitos.& iõ in hoc itinere magis obſunt
quàm profuut. Quartũ ueſtis nimis in ter
rã defluens & ꝑ hoc curſores ꝑcingunṫ,
ne defluẽtes veſtes ſui greſſus veſtigia im-
pediant.

pediant. Veſtis aĩæ ad Deum currentis eſt
caro nr̃a. Iob. 10. pelle & carnibus ueſtiti-
ſti me. Sinus ipſius veſtis defluẽtis ſunt cu
piditates carnis, quæ ſibi demiſſæ ſemper
vſq; ad terram deſluunt. Ideo prçcingitur
hõ quãdo iſtæ cupiditates reſtringuntur.
Iſta aũt reſtrictio fit per virtutem moralẽ,
quæ eſt moderatiua paſſionum tanquam
per cingulum, ideo neceſſe eſt currere vo-
lenti præcingi virtute. Eſt aũt triplex cin-
B gulum neceſſarium. Primum eſt charitas,
*Cingulũ. De tripli ci cingu lo.* qua præcingendus eſt quis in pectore, ut
reſtringatur ab amore ſuperfluitatis mun
dialis, & iſtud cingulũ aureum debet eſſe.
Nã ſicut dr̃ lib. de naturis rerũ. aurũ non
inuenitur admixtũ terræ in natura ſua, ſi-
cut alia metalla. Iõ ſignificat charitatẽ q̃
nihil terreſtre hẽt admixtũ. quia ſicut di
cit Apoſt 2. Cor. 12. charitas nõ eſt ambi
tioſa, nõ q̃rit q̃ ſua ſunt. Sic p̃cincti erant
angeli, de quibus Apoca. 15. veſtiti lapide
mundo & ſplẽdido, & p̃cincti circa pecto
ra zonis aureis. Scd̃m eſt caſtitas quo quis
p̃cingendus eſt ad renes ut reſtringat̃ ſup
fluitas amoris carnalis, & illud oportet eẽ
pelliceũ. Pellis. n. mortuo aĩali detrahitur
antequã de illo cingulũ fiat. Sic caſtitatis
cingulũ nullus hẽt niſi prius mortificaue-
rit membra ſua q̃ ſunt ſuper terram. Tali-
ter p̃cinctus erat Helyas. Si uero addatur
tertiũ cingulũ. ſ. frugalitatis, tunc erit hõ
expeditus ad currendum, ut impedimenta
nõ ſentiat, & eſt illud cingulum quo quis
cingitur ſuper uentrem ad reſtringendem
ſuperfluitates gulæ & uoracitatem. Illud
aũt cingulum eſt ſaccinum. de quo Eſa. 2.
vocauit dominus Deus ad caluicium, &
ad cingulum ſacci. In tertia parte dice
F tur quõ ſunt ſeptẽ incõmoda q̃ ſolent pe-
*Peregrinu. De ſeptẽ icõmoditatibus quæ multum grauant pegrinum.* regrini in ſuo peregrino ſuſtinere, quæ &
iuſti ſuſtinent in præſenti, & propter quæ
finem ſuç peregrinationis ardentius deſi
derant. Primum eſt q̃ peregrinus mul-
tis miſeriis & pœnalitatibus affligitur. ſ. fa
me, ſiti, calore, quæ mala iuſti ſuſtinent in
præſenti, qa homo natus de muliere &c.
repletur multis miſeriis. Iob. 13. Homo
utens ratione, uiuens. ſ. ad modum porci,
id eſt voluptioſi qui hic nihil uolunt ſuſti
nere, nec ſunt peregrini huius mundi, ſed
burgenſes. Propter quas miſerias ut domi
nus peregrinis compateretur, peregrinus
effectus eſt, immo & ferè omnes ſanctos
antiquos patres uoluit eſſe peregrinos.
Vnde Aug. Nullus ita peregrino miſeret̃
& aduenæ, ſicut qui peregrinationis exi-
tus nouit. Nemo ſic hoſpitẽ ſuũ introdu-
cit ſuo tecto, ſicut qui indiguit alieno. Ne
mo ſic ſitientẽ potat ſicut qui q̃ ſitim, eſu
riemq; perpeſſus eſt. Nemo ſic tribulato
& miſero & laboranti ſuccurrit, niſi q̃ tri-
bulationũ & miſeriarũ expertus eſt labo-
res. Merito ergo magiſter pietatis & miæ
voluit illos ſc̃tõs patres preſſuras & angu
ſtias in terra perpeti aliena, quo facilius
poſſent talibus poſtmodũ miſereri. vnde
dicebat dominus. Aduenam non uexabi-
tis, neq; tribulabitis eũ. Fuiſtis. n. & uos ad
uenæ in terra ægypti. Hæc Aug. lib. de ui
ta chriſtiana. Iob. 28. torrens diuidet eos
à populo peregrinante. i. torrens afflictio
num diuidit ſanctos q̃ ſunt in patria à po
pulo peregrinante in uia. Scd̃m incom
modum eſt, q̃ à paucis uel nullis cognoſci
tur. vnde & diſcipuli ip̃m dominũ quẽ fir-
miter uiderant in ſpecie peregrini non co
gnouerunt. Lu. vlt. Tu ſolus peregrinus es
Sic boni à mũdo hic nõ cognoſcuntur im
mo quaſi trutãni reputãtur. Sap. 5. Hi ſunt
quos aliquãdo habuimus in deriſum & ĩ
ſiſitudinẽ improperij. nos inſenſati uitam
illorũ æſtimabamus inſaniã. Hinc dicebat
ille bonus peregrinus Dauid. extraneus
factus ſũ fratribus meis &c. Iob. 19. quaſi
loquens in perſona hominis, qui mundũ
reliquit. uel qui de diuitiis ad paupertatẽ
deuenit, dicit inquilini domus meæ & an-
cillæ meæ, ſicut alieni habuerunt me, &
quaſi peregrinus fui in oculis eorum. Qui
aũt hic à mundo nõ cognoſcuntur, à Deo
cognoſcent̃. vnde Ruth in p̃ſona fidelis a-
nimæ gratias referẽs Deo dicebat Ruth.
2. vnde mihi hoc ut inuenirẽ gratiã ante
oculos tuos. & noſſe me dignareris p̃egri-
nã mulierẽ. Tertiũ incõmodũ eſt q̃ cum
p̃egrino ſæpe iniuſte agitur. Exẽplum in
illo peregrino qui dicebat Gen. 32. Apud
Labã peregrinatus ſum 20. annis, & Labã
cum eo iniuſte egit decies mutando mer
cedem eius ut Iacob dicebat. Sic & labam
per quem mundus ſignificatur, ſæpe iniu-
ſte ait cum uiris ſanctis, & ſpecialiter in-
tendit mutare mercedem ſuam promittẽs
eis mercedem temporalem pro æterna. ſ.
laudẽ hoĩm & g̃liam mũdanã. Talibus di
cet̃ in iudicio q̃ receperũt mercedẽ ſuam.
nec



nec tunc aliquam p̃p hoc mercedem ac-
cipient. Quartum incõmodũ q̃ peregri
nus multis periculis exponitur, ſicut la-
tronũ & falſorum peregrinorum. Sic iu-
ſti multis tentationibus exponuntur. Dia-
bolus. n. magis infeſtat iuſtos q̃ alios. Il-
los. n pulſare negligit, quos iure quieto
poſſidere ſe ſentit. Exẽplum de monacho
in uitis patrum, qui in uilla patris ſui non
uidit niſi vnũ diabolũ, & in abbatia innu-
merabiles. Multo. n. plures requirũtur ad
capiendum caſtrũ, q̃ ad cuſtodiendum ca-
ptum. Vnde dicebat vir iuſtus. Iob. 19. fe-
cerunt ſibi uiam per me, & obſẽderunt in
giro tabernaculum meum. Propter hoc il
le bonus peregrinus Paulus cuius tota ui
ta fuit peregrinatio, ſicut dicit. 2. Cor. 5.
dicebat 2. Corin. 11. periculis fluminum,
periculis latronum &cç. Sicut. n. latrones
aſſociant ſe bonis peregrinis ſub ſpecie pe
regrinorum, ſic ipocrytæ viris iuſtis, Tali-
bus falſis peregrinis cõminat̃ dñs. ſoph. j.
viſitabo ſuper oẽs qui induti ſunt ueſte
peregrinã. Vnde ſm̃ Hermetẽ philoſophũ
mali ſocij ſunt ſicut arbor ignita cuius u-
nus ramus aliũ cõburit. & ſicut ſaccus car
bonarij quorũ unus alterũ inficit, ſic quo-
tidie experimur per malos ſocios hoĩes
trahi à diuino ſeruitio & deuotione, ad la
ſciuiã & tabernas. Tunc aũt maxime ſunt
peregrini in hoc periculo, qñ comedũt &
bibunt laute, & oſtẽdunt per effectũ q̃ di
uites ſunt. Eccle. 29. Melior eſt uictus pau
peris ſub tegmine aſſerum, quã epulæ ſplẽ
didæ in peregrinatione ſiue domicilio p̃
prio. quia ut dicit Senec. peregrini multa
habent hoſpitia, ſed paucas amicitias. Vti-
nã talis inueniretur ſocius qualem habue
runt hodie peregrini. Si magnũ eſt eſſe ſer
uum regis, quãtum eſt eſſe ſocium Dei. 1.
Cor. 1. Fidelis deus per quem uocati eſtis
in ſacietatẽ filij eius, qui ſua ſocietate la-
bores noſtros alleuiat. Si. n. participes fue
rimus tribulationum, erimus & conſola-
tionum. 2. Cor. 1. Ex natura. n. benignita-
tis ſuæ non põt negare ſe, quin ſit iuxta
tribulatos corde. Quintum incõmodũ
q̃ nunquam peregrinus fiducialiter quie-
ſcit. Propter hoc dr̃ Eccle. 29. Vita nequã
hoſpitandi de domo in domũ, & ubi ho-
ſpitabitur fiducialiter nõ aget. Sic & viri
iuſti nunquã hic ſecuri ſunt, ſed in conti-
nuo timore. Beatus hõ qui ſemper eſt pa-
uidus. Iob. 31. ſemper quaſi tumentes flu-
ctus timui Deũ non ſic malus. Eccl. 8. Sũt
impij qui ita ſecuri ſunt quaſi iuſtorum
opera habeant. Et huius rõ ponit in eodẽ,
quia nõ cito profertur contra malos ſnĩa.
iõ filij hoĩum abſq; timore ullo perpetrãt
mala. ſed re uera quãto expectat̃ diutius
tãto punietur grauius. vñ peregrini inter
oĩa ſolliciti ſunt reſpicere lectos ſuos, ne
ſint ibi immũdiciæ uel uermes, qui eos im
pediant à quiete. quia forte in craſtino nõ
poſſent bonã dietã facere, nec ſequi ſocios
nec cũ aliis ad bonũ hoſpiciũ peruenire.
vel ſi forte iacuerint ibi leproſi aut mor-
bo peſtilente percuſſi, & ſic vix ſecure qe-
ſcunt. ſic nos in lecto conſcĩæ nr̃æ reſpice
re debemus, ne quid ſit immundum aut le
proſum. propter quod impediamur ſequi
ſocios nr̃os ſc̃tõs, qui nos p̃ceſſerunt. Sed
vix poſſumus ita ſollicite reſpicere, quin
in eo lecto uermis conſcĩæ nos mordeat.
Sextũ incõmodum eſt q̃ peregrinus mul
ta ĩproperia audit. Eccl. 29. paſcet & pota
bit ingratos. & adhuc amara audiet. Sic
viri iuſti in p̃ſenti multa amara uerba &
ĩproperia audiũt. Temporibus enim iſtis
liberius põt ire ribaldus quã vir iuſtus. eo
. n. ipſo q̃ aliquis p̃tendit ſigna ſanctitatis
deridetur & papelardus uocatur. Iob. De-
ridetur iuſti ſimplicitas. Exẽplũ in Thobia
qui p̃p bona opera ſua ab uxore & ab ami
cis deridebatur. Vnde peregrinus trãſiens
per ciuitatẽ ſi uerberetur patienter ſuſti-
net. Quòd ſi iniuriãtes in p̃ria ſua inueni
ret ſe uindicare cogitaret. Sic ſi iniurias
hic patienter ſuſtineamus, cũ ad patriam
peruenerimus, ſanguinẽ ſanctorum ſuorũ
& oẽs ĩiurias uſq; ad ſatietatẽ uiſionis uin
dicabit dñs. Septimũ incõmodũ q̃ pere-
grinus ab amicis & à patria ſua elongatur
& ad eos redire deſiderat. Sic iuſti in præ-
ſenti ſe multum reputant elõgatos à p̃ria
ſua. ſ. terra p̃miſſionis, & ad eam ardenter
anhelant. 2. Cor. 5. dum ſumus in hoc cor
pore peregrinamur à domino. Per fidẽ. n.
ambulamus. Et poſt ſubdit bonã uolunta-
tẽ habemus magis peregrinari à corpore
& præſentes eſſe ad eum. Sicut ẽt peregri
ni quando inueniunt nuncios ſolent ſalu-
tes mittere amicis ſuis. ſic uiri ſancti per
nuncios orationum & deſideriorũ mittũt
ſalutes beatis. Propterea de uiris iuſtis dr̃
Hebr. 11. à longe eas aſpicientes, ſcilicet

 cçle-

cęleſtes manſiones & ſalutantes cõfitẽtes. quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terrã. & qui dicunt hoc ſignificãt ſe pr̃iam inquirere. Elongationẽ aũt ab ea plangebat qui dicebat habitaui cũ habitantib. cedar, multum incola fuit aĩa mea. Habitat cum tabernaculis cedar peregrinus. i. cũ corpore ſuo quod fatigans hoĩem ex grauitate ſua deſcendit, cũ oporteat peregrinũ continue ſm aĩam aſcendere de uirtute in uirtutem. Illic. n. ſola aĩa peregrinatur. Nam ps. aſcenſiones ĩ corde ſuo diſpoſuit in ualle lachrimarũ. Iõ ſi corde nõ aſcẽdat peregrinus cũ corpore & aĩa deſcendit. Iob. 9. factus ſum mihimetipſi grauis. quia ſi cor uelit aſcendere, corpus qđ corrũpit̃ aggrauat aĩam, & ſic ꝙ ꝑ cupiditates, curas negociorũ, & ſollicitudines trahit ipſum in terram.

*Sermo 7. einſdem fer. 2. & in or. 160. per the.*

*A Peregrinus. Qũo ad modũ peregrini debemus hic per trãſire uitam.*

DVo ex diſcipulis Ieſu ibant ipſa die in caſtellum. Luc. 24. Ad ſimilitudinem peregrini qui peregrinatur in Hieruſalem nos ſimiliter commenſurare debemus. Et hoc multis modis. Primo. nam ſicut peregrinus læte recipitur in ingreſſu, ſed ſtricte cũ eo computatur in exitu. ſic in exitu mortis computabit ſtricte nobiſcum mundus & Deus. & vſque ad nouiſſimum quadrante. Secundo hoſpes caute ſe habet, nunquã ſe reputat ſecurũ, cuſtodit os ſuũ, nulli dicit contumeliam, & ſi audit nõ rñdet. Sic & nos facere debemus. Eccleſi. 29. non fiducialiter aget nec aperiet os. hoſpitabit̃ & paſcet, & potabit ingratos & adhuc amara audiet. Tertio paucis cõtentus eſt. Videmus quoſdã qui bonis allecti ſunt morſellis in curiis regũ licet fuſtigentur, non recedunt, licet licentientur repulſi redeunt per aliud oſtium. Sic quidam ita allecti ſunt mundi illecebris, ꝙ licet aduerſitate uel infirmitate, & aliis moleſtiis pũgantur ut exeant. non tamen recedunt. Sicut gula facit illos ſeruos, ita concupiſcẽtia iſtos. Vnde Horatius. Seruiet æterno, q paruo neſciet uti. Quarto peregrinus cito traditur obliuioni, & nos à mũdo. Sap. 5. Tanquã memoria hoſpitis unius diei prætereuntis. Quinto peregrini eũtes per terram ignotam & periculoſam ſolent conducere nuncios ſcientes viam ut eos dirigant non ſolum verbo ſed etiam procedẽdo. Sic quia fideles peregrini ſunt in mundo, ĩ quo via ignota eſt & periculoſa. Propterea eccleſia conduxit prelatos, qui debent ſcire meliorem uiã eundi in cœlum, non ſolum uerbo doctrinæ ſed etiam exẽplo operationis bonæ. Ad iſtum. n. finem conducti ſunt, & ꝑꝑ hoc magna ſtipendia recipiunt & pingues præbendas. In cuius figura legitur Ioſue. 6. ꝙ ſacerdos de bonis eccleſiæ uiuentes præcedebant archã Dei in exemplum operis clangentes, ecce uox prædicationis. non ſic hodie prælati ſimiles gallo poſito ſuper cãpanile, licet oſtendat uiam uenti, qui eſt quidã ſpiritus, nunquam tñ ſequitur. ſed (quod peius eſt) ſemper habet faciem contra uentum. Sic qdã exaltati ſuper cãpanile ꝑlationis bñ oſtendunt uiã ſpũſſancti ꝑdicando, cõſulẽdo, tñ viã ſpũſſancti non ſequuntur, ĩmo facies eorũ vita & conuerſatio manifeſte eſt contra ſpm̃ ſanctũ. Et hoc ad damnationis eorum cumulũ, quia uiã ſciũt, & nõ ſequũtur. 1. Pe. 3. Melius erat eis nõ agnoſcere viam iuſtitiæ, q̃ poſt agnitã retrorſum conuerti. Quæ rat igitur nunc peregrinus ubi põt uiã illã. Nullus. n. eſt peregrinus ſi neſciret viam quin uellet doceri eã per quã ire deberet. & ſi iraſceretur quod ſibi oſtenderet̃, reputaret̃ fatuus & demẽs ĩmo cũgr̃arũ actione deberet uerba docẽtis recipere. Sic qui iraſcunt̃ cũ in ꝑdicatione reprehenduntur, & dr̃ eis ꝙ non recte uadunt viam paradiſi, ſed ꝙ debent talem tenere, fatui ſunt & dementes. ſed ex hoc debent gaudere. Similiter ſi quis eat Romam, & neſciat uiã non expectat regẽ, uel epiſcopũ qui eum doceat, ſed libenter dicit ab vno paſtore. ſed multi ſunt qui nõ crederent niſi audirent à magnis magiſtris, & paruos non curant nec ſuos paſtores. Debent igitur ſæpe inquirere de uia hac, quia ea ſcita recreantur. exemplo Dauid qui q̃rebat à dño. vias tuas dñe demõſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me. Maxime autem ab illa, quæ cognouit omnes vias rectas. à virgine ſcilicet quam ſalutabimus dicentes. Aue.

*Peregrinus. Qđ peregrinus nihil mali dẽt agere in uia, per quam tranſit.*

Extra de ſtatu monachor. c. recolentes. dr̃, dignum eſt ut qui ſil̃em cũ aliis uitã ſuſcipiunt, ſil̃em ſentiant in legibus diſciplinã. Cũ igitur uita noſtra ſimilis ſit peregrinationi, in qua ẽt dñs nr̃ ut peregrinus apparuit. Vñ ait. Aduena ego ſum apud te & peregrinus. dignũ eſt ẽt ut ſm regulã





& leges peregrinorũ uiuamus. Lex aũt peregrinorũ eſt, ꝙ fines extraneos ꝑtranſiẽs peregrinus nihil mali agat, alioquin arreſtaret̃ à uia ſua. Aduenæ. n. ſumus & peregrini. Aduena. n. dr̃ qui in aliena terra cõmoratur. vñ & quaſi aliũde ueniens dr̃. peregrinus uero qui de loco ad locũ trãſit. Aduenæ itaq; ſumus. quia extra pr̃iam ſumus. peregrini quia ad aliã pr̃iã tẽdimus. Hinc & dicere pñt oẽs qui ſunt in mundo illud Gen. 48. ad peregrinandũ in terram tuã uenimus, inde ſtatim receſſuri. & ideo quia peregrinus cõtinuo eſt in certamine laboris, abſtinere ſe dẽt à malo. quia j. Corin. 9. Oĩs qui in agone cõtendit ab oĩbus ſe abſtinet. maxime hoc ſacro tpe paſchæ in quo habemus in caſtello cordis noſtri ꝑcioſum illũ theſaurũ corporis Xp̃i repoſitũ. Ne ergo deperdatur ꝑ cõcupiſcentiã malã, uiſitemus caſtellũ cordis nr̃i, ut cuſtodiamus eũ cũ illis peregrinis, de quib' dicit thema ꝑpoſitũ, ꝙ duo ex diſcipulis Ieſu ibant ipſa die &c. Circa hoc thema dicemus. Primo ꝑꝑ quid cõtingit peregrinũ errare, & in uia deficere. Scđo quis oſtẽdit ei in uiã ne erret in uia. Tertio, qũo viã perambulans à latronibus ſpoliatur.

*C Peregrinus Quatuor de cãis cõtingit peregrinũ deuiare.*

Quo ad primũ ſciendũ ꝙ quattuor ſunt cauſæ ꝑꝑ quas contingit peregrinũ errare. ſ. uiarũ multiplicitas, itinerãtiũ raritas, tpis obſcuritas, & ſignorũ uię mutabilitas Primũ ſignificat diuerſitates cõcupiſcẽtiarũ, q̃ errare faciũt hoĩem. de quibus Eccle. 17. poſt cõcupiſcẽtias tuas non eas. 2. Pe. 3. Veniet ĩ nouiſſimis diebus in deceptione illuſores, iuxta proprias cõcupiſcẽtias ambulantes. Sicut enim aues appetunt eſſe in aere, non ſub terra i. beſtiæ in terra non in aqua, piſces in aqua non in terra. ſic uarij homines pro uariis cõditionibus uaria concupiſcunt. Nã contemplatiui cœleſtia concupiſcunt, actiui in negotiis terrenis requieſcũt. religioſi uero in aqua lachrimarũ & deuotionis. Mali uero ſi ſupbi ſunt q̃rũt in cęlũ honoris uolare. auari in negotiis terrenis quieſcere. lubrici in aquis cõcupiſcentiarũ natare. Scđm. ſ. itinerãtiũ raritas deſignat paucitatẽ dantiũ bonũ exẽplũ de quo Thob. 3. Nõ egimus ſm ꝑcepta tua, nec fideliter ambulamus corã te. Corã dño ambulare eſt bonum exẽplũ proficiendi dare. vñ libri qui ſcripti ſunt ad exemplaria falſa ſolẽt eſſe falſi, iõ nõ eſt mirũ ſi multi ſunt mali & corrupti, qa mala exẽplaria hũerunt ut malos ꝑlatos, & malos paẽtes. Contra quos Gre. Tot mortib' digni ſunt, quot mala exẽpla poſteris reliquerunt. talis nõ fuit Iob q dicebat Iob. 9. dies mei tranſierũt uelut naues poma portãtes. Naues portãtes poma ſꝑ poſt ſe relinquunt odorẽ maximũ. Sic ſancti hoĩes. Hiero. Vita ſanctorũ virtutis eſt exẽplũ. Sed mali quid niſi ſicut naues ſimũ & ſtercura portãtes? Tales aſſimilantur malæ oui q̃ ad oẽs ſpinas dumos & ſepes dimittit de lana ſua. ita & mali vbicũque cõuerſantur dimittuntur ſigna malæ cõuerſationis ſuæ. Contra quos Hiere. 5. Ibo ad optimates, & loquar eis. ipſi cognouerunt uiã dñi & iudiciũ Dei ſui. & ecce hi magis cõfregerunt iugũ. ruperunt vincula. Si ſacerdos vindemiaret uineã ſuam qñ ĩcipit florere, nemo hoc exẽplo de ſua ꝑpria ſic faceret. Qũo ergo exẽplo illius malo vult uiuere, qui hoc exẽplo denariũ nollet perdere? Tertiũ uero. ſ. tpis obſcuritas ſignificat ignoratiã doctrinæ ps. neſcierunt neq; intellexerũt, in tenebris ambulant Qñ. n. credit peregrinus ire ſecurã uiã diuertit & incidit in ꝑdones. & dũ credit uenire ad bonũ hoſpicium cadit in foueã uel lutũ, & hoc quia neſcit quo uadit. Io. x. Qui ambulat in tenebris neſcit quo uadat. Iõ qñ deficit hoĩ lumẽ ſpũalis doctrinæ de neceſſariis ad ſalutem, ĩ magno periculo eſt, quia qñ credit ire per uiã ſecurã bene faciendo cadit in lutum peccati. & qñ cadit in fine uiæ. i. uitæ, ꝙ debeat hoſpitari in paradiſo, inuenit ſe ĩ inferno. ad lucẽ igitur doctrinę pergat peregrinus quia ſicut latro dũ facit fardellũ ſuum de furtis timet lucem, ſic diabolus. Iob. 24. Si ſubito apparuerit aurora, arbitrãtur umbram mortis. Ideo impedit ne ſermones audiant. quia ꝑdicator ſeruit de lumine. Nunquã. n. tabernarius ita ſtricte cõputat de candela ſicut Chr̃s de ſermone. ps. Vanũ eſt uobis ante lucem ſurgere. Multi. n. & de ſe & de aliis indiſcuſſe iudicant, & ĩ tenebris ambulantes male audita paſſim ſine probatione credunt. Quartũ uero. ſ. ſignorũ uiæ mutabilitas deſignat mutabilitatem ipocritarũ. Hiere. 2. Elongauerũt & ambulauerunt poſt uanitatẽ cordis ſui. Iſti non ambulant uia regia qua Chriſtus rex cęlorum trãſit. ſ. in humilitate. ps. In

humilitate noſtra memor fuit noſtri, quia
nr̄am humilitatē in ſua humanitate aſſu-
mens memor fuit nr̄i. Vnde Nu. 21. Obſe-
cro ut mihi trāſire liceat per terrā tuā, nō
declinabimus in agros & vineas. via regia
gradiemur. Hanc non aggrediuntur ipo
critæ, qui ſe fingunt uiā illā ambulare. Si-
miles ſimiis, qui v ī r dicere patrōloquiū,
& nihil dicunt. Similes ēt ſutoribus regis
vel armatoribus qui in enceniis ſeu ſignis
publicis ſe pingūt, & dicūt tales eſſe. & tn̄
nunq̄ fecerunt vnā ſuturā, uel quicquā ar-
morū pro rege. Similes inſuper peregrinis
qui portantes burdonē in ueſtē tanquam
ſignaculum eundi ad ſanctum Iacobū. viā
tn̄ facientes retrogrediuntur. iſti ſunt pe-
regrini noīe nō re, ſicut gabaonitæ, qui ſo
phiſticatione ſua deceperunt filios Iſrael.
Nam & alij peregrini ſunt re ſed nō noīe:
ſicut boni ſcholares, qui cū peregrināťur
ſecū habent comitē mīam. Pecuniā ꝗppe
ſuā pauperibus tanquā bancharijs tradūt,
ut portent in patriā ſuā. vnde Eccleſ. 16.
Oīs mīa facit locū & dat vnicuiq; ſm̄ o-
pera meritorū ſuorū, & ſm̄ intellectum
peregrinationis ſuę. Alij ſunt re & noīe pe
regrini. & iſti ſunt pœnitentes & religioſi.
Cauendū tn̄ eſt peregrinis à duplici defe-
ctu. Primo à defectu uiatici qui refertur
ad tepiditatem bonæ operationis, quæ eſt
nem ilio accidiæ. Leuit. 10. Oē quod am-
bulat ſuper manus immundū eſt. Ambula
re. n. ſuper manus debilitatis eſt. iō accidiā
deſignat. Et quia nō habuit Hēlyas cibū
iſtū nō potuit ambulare; ſed dormiuit ſub
vmbra iuniperi. 3. Reg. 19. Cum uero ha-
buit ambulauit in fortitudine cibi illius
vſq; ad montē Dei. Iō cōtinuo dēt cū die
bus peregrinationis ſuæ peregrinus cōpu
tare ſi habeat ſufficiens uiaticū. & hoc in
corde penſare. & cū Deo cōputare. vnde
Sen. lib. 3. de ira. Quotidie aīus noſter ad
rō īē reddendam uocatur. vnde & hic ſero
tinus actus noſter eſt; ut conſummato die
cū ſe ad nocturnā quietē dederit ſe inter-
roget quid hodie male feciſti. cui uicio ab
ſtuliſti. qua parte melior es factus. Hinc &
in apocriſis. Eſdræ. 4. dr̄ ꝙ angelus dn̄i Eſ
dre tres propoſuit concluſiones dicēs. Pō
dera in ſtatera pondus ignis. i. amorē dei,
an plus Deū qui ꝓ te paſſus eſt; quàm te
ipſum aut aliquid aliud dilexeris. Mēſura
flatū uenti. i. uitā tuā q̄ uento comparatur.
Iob. 7. Memento quia uentus eſt uita mea
quia breuis eſt & miſerabilis. ut ſic uiuas
ſicut mori uelis, quia ſm̄ Hieronymū, qui
non ſic uiuit ſicut mori vult. non uiuit ſi-
cut chriſtianus. Reuoca diē quæ ꝑteriit. i.
ſingula momenta dierū & noctiū reuolue
in mente qualiter expoſueris, an plus in
ſeruitio Dei quā diaboli. & ſi perſpexeris
plus expendiſſe in ſuperbia, luxuria, & a-
liis, reuoca illā per dolorē cordis & ama-
ritudinē fletus. ſicut fecit Ezechias dicēs.
Recogitabo tibi oēs annos meos in ama-
ritudine animę meę. Putat. n. fatuus hō de
multis grauiſſimis mortalibus ſatisface-
re vna die uel vna ſalutatione angelica. cū
de leuiſſima ſuperbia cognoſcamus uete-
res grauiſſima pęna mulctatos. ut patet in
Nabuchodonoſor Dan. 4. qui propter vnā
ſuperbiā paſſus eſt alienationē ſenſus, & e-
iectionem à regno ſuo per octo menſes. &
poſtea uſque ad ſeptem annos pœnitentiā
egit. Secundo caueat peregrinus ab aſpe-
ritate uię cum calore nimio qui cauſat exi
nanitionem ſpiritus. & iſte eſt timor pœ-
næ cum aggreſſu tentationum. i. de quo
habetur exemplum. Gen. 33. de Iacob qui
dixit. Noſti domine mi, ꝙ paruulos habeā
teneros, & oues ac boues, & fœtas mecū.
quas ſi in ambulando plus fecero labora-
re, morientur una die cuncti greges.

D In ſecunda parte dicendum quis oſten
dit peregrino ne erret in uia. Vnde multa *Peregri-*
ſunt quæ docent hanc viā conformiter ad *nus.*
ea quæ docent peregrinos. Sicut enim lo- *Quæ ſūt*
gica ad oīum methodorum principia viā *q̄ docent*
habeas dum ignoratur multos facit erra *peregri-*
re, ut dicit Ariſtoteles ſecundo Metaphiſi- *nū recta*
cæ. ſic ignorantia uiarum ad aliud ſæculū *uia ince-*
errare facit Chriſtianos in inuio & non in *dere.*
via. & ſicut dicit Ariſto. 1. cœli & mundi.
Paruus error in principio, magnus eſt in
fine. ſicut qui deuiat in principio quanto
plus ambulat, tanto plus a fine deuiat. ſic
hō quanto in principio iuuentutis errat in
moribus, tāto in fine uitæ deuiabit. Primū
aūt ſignum vitæ quod cōiter cernunt teu-
tonici, eſt aceruus lapidum, qui mons gau
dij dr̄. Iſta eſt uia pœnitentiæ, quæ ducit
ad cœlum. Iſta uia lapidoſa eſt. quam te-
nuit Stephanus, & quam ſequuntur ſancti.
De qua pſ. Qm̄ placuerunt ſeruis tuis la-
pides eius, & terræ eius miſerebūtur. quia
quia poſtquam placuit ſeruis Dei facere
opera



opera pęnitētię quodāmō ꝑꝑ eorū opera
Deus terræ miſeret. Via. n. ſecura eſt ubi
tenetur iuſtitia. pęnitens aūt ſtricte exer
cet in ſe iuſtitiā. iō uia eius ſecura eſt. Nō
.n. libēter intrāt latrones terrā in qua ſer
uatur rigor iuſtitiæ ſed illā inhabitant in
qua nō ſeruatur. Iō per uiā deliciarū cor
poraliū nō eſt ſecurū trāſire. q̄ ibi nō ſer
uatur iuſtitia, nec punitur malefactum. ſe
cundo uiam oſtendunt geneſte nodate.
Hi ſunt mali homines, qui tendētes ī in-
fernum uiam bonis oſtēdunt ne cū eis am
bulent. Geneſta em̄ arbor eſt ut dicit Bar
tholomeus in lib. de proprietatibus rerū.
deſignans terram in qua eſt nihil ualere
ſed eſſe infertilem. ex qua fiunt ſcope pur-
gantes domum. Sic mali infertiles ad om
ne bonum in terra ſterili huius ſeculi viā
bonis oſtendunt quando decedentes à ſe-
culo uitam male finiunt. Hi ſunt quibus
tanquam ſcopis purgantur boni, & tribu-
lationem uerberibus afficiuntur. Hi ſunt
qui martiribus recto calle uiā in cœlū o-
ſtenderunt. Tertio cruces in itineribus ſi-
tuate uiam oſtēdunt peregrino. In triuio
enim quod ſecatur ī plures uias homo de
facili errat. Vnde & Iudas peccauit in bi-
uio. Gene. 38. quia ibi ſe obtulit peccandi
oportunitas. Caro enim & mundus ſunt
parui latrunculi quos nutrit diabolus re-
cta uia incedētes auertant. & ducāt ad uiā
cuius nouiſſima ducunt ad mortē. Propte
rea crux. i. tribulatio & virga Chriſti pere
grinos ambulare facit in rectam viam. 2.
Cor. 4. Id quod in ꝓſenti eſt momētaneū
& leue tribulationis noſtrę ſupra modum
in ſublimitate æternum gloriæ pondus o-
peratur in nobis. Ideo in cancello non in-
tratur niſi ſubtus crucifixum tranſeundo.
Quarto oſtendunt nobis uiam eūtes & re
deuntes. qui nobis ſciſcitantibus de uia ci
uitatis annunciant. Iſti ſunt uiri ſancti cō-
templatiui & prædicatores quorum con-
uerſatio eſt in cęlis. & quæ illic contem-
plantur & intelligunt, poſtmodum nobis
annunciant. Quod ſi aliquādo ab eis quæ
ramus quota eſt in ciuitate ad quam ten-
dimus. ſtatim nobis reſpondebunt ꝙ hora
eſt ut tranſeamus ex hoc mundo ad patrē
ad ciuitatem ſupernam anteq̄ porte clau
dantur; & ꝙ feſtinemus ingredi in illā re
quiem; quia hora tarda eſt. Quinto oſten
dunt nobis viā comites noſtræ peregrina
tionis ſcientes iter. Hi ſunt boni uiri ſim-
plices cū quibus peregrinamur. qui ſicut
uias bonas ambulant, & ideo cum eis am-
bulandum eſt. ſic & mali fugiendi ſunt. Ec
cle. 8. cum audace non eas in uia. i. cum fa-
tuo & nimium præſumente de ſe. Multi e-
nim puniuntur propter ſtulticiam unius.
Ideo ſubditur. ne forte grauet mala ſua in
te. Apoc. 18. exite de uia populus meus. i.
de Babilonia ſeu malorum confuſione. &
participes ne ſitis deliciarū eius. & de pla-
gis eius non accipietis. Et econuerſo de
bono conſortio dicitur. Eccle. 13. Pondus
ſuper ſe tollit qui honeſtiori ſe communi
cat. Pondus ſcilicet timoris quo reprima-
tur à peccato. Iob. 29. cum uidebant me
iuuenes abſcondebant vultus ſuos.

E In tertia parte dicendum quomodo pe *Peregri-*
regrinus uiam perambulans à latronibus *nus.*
ſpoliatur. Homo enim deſcendens ab *Qūo pe-*
Hieruſalem in hierico incidit in latrones. *grinus ſpo-*
quando deſcendens à uita quę ducit in *liatur &*
cœlum decidit in peccata mortalia & au- *uulnerat*
ferunt ei omnia bona ſua. Tren. ſecundo *a latroni-*
miſit manum ſuam hoſtis ad omnia deſi- *bus.*
derabilia eius. Primus latro eſt accidia.
quæ quando tenet eum trahit, ſtatim il-
lud ad terram. ita quòd non poteſt ſurge
re ad aliquod bonum faciendum & tollit
ei equum ſuum ſcilicet corpus. ſic quòd
non poteſt ſe iuuare de corpore propter
tepiditatem & pigriciam. Item vulnerat
eum in pedibus ita quòd non poteſt exi-
re de lacu miſeriæ & de luto fecis. Vn-
de reddit hominem ſuum quaſi impoten-
tem & quaſi contractum eneruat, ut pa-
tet de illis qui licet ualde fortis ſint. non
poſſunt tamen ſeptimam parte pœniten-
tiæ facere quam faceret uetula una. Se-
cundus latro ſcilicet ira uenit, & furatur
chamum patientiæ in aduerſis, & fre-
num ſilentij. Pſalm. In chamo & freno
maxillas eorum conſtringe. & cum hoc
etiam ſellam pacis, & concordiæ. Sicut
homo firmius & ſuauius equitat in ſella,
ſic cor hominis in pace. Sicut enim e-
quus chamo & freno compaſcitur, & te-
netur ne in præcipitium ruat. Sic homo
refrenatur patientia. Iacobi tertio. Sicut
equis frena in ora mittimus & ad cōſentiē-
dum nobis omne corpus illorum circun-
ferimus. Iſte vulnerat in auribus, ut
non poſſit audire uerba correctionis
& do-

& doctrinę ſalutaris. Augu. Audit Chri-
ſtus & patitur. audit ſeruus & indignatur.
Tertius latro. ſ. inuidia propriè ſpoliat ho
minē interiorem ueſtibus virtutum. Pri-
mo furatur charitatem quę eſt ueſtis nu-
ptialis & glorioſa. & cui debetur corona.
& per conſequens furatur alias virtutes.
Iob. 3. ſpoliauit me gloria mea, abſtulit
coronam de capite meo. Et hoc facit inui
dia furando charitatem. quia inuidia tri-
ſtatur de bono qđ charitas diligit. & gau
det de malo quod charitas odit. Iſte latro
vulnerat in naribus, quia odorem bonę fa
mæ non poteſt ſuſtinere nec ſentire. ſicut
nec bufo odorem florentis uineæ. & ſicut
fętidus odorem bonum non ſentit ſed fę-
tidum. Vulnerat etiam in ore cum non poſ
ſit bonum in alio laudare. Pſal. Quorum
os maledictione plenum eſt. Vulnerat e-
tiam in guttere, quia dulcia ſunt ei amara
& econuerſo. Eſaiæ. 5. ue qui dicitis ma-
lum bonum, & bonum malum ponentes
lucem in tenebras, & tenebras in lucem.
ponentes amarum in dulce & dulce in a-
marum. Quartus latro. ſ. ſuperbia aufert
ei enſem, ocreas & calcaria. Enſem. ſ. timo
ris diuinę iuſtitiæ & diuinæ ſentētiæ. quæ
poteſt dici gladius ex vtraque parte acu-
tus. quia damnat hominē in anima & cor
pore. Calcaria ſunt timor mortis tempo-
ralia & afflictionis purgatorii uel īferni.
quia ſicut calcaria excitāt īequum ad am
bulandum, ſic hæc hominem ad bene ope
randum. Prouer. 12. Per timorem domini
declinat omnis à malo, ſicut latro timore
patibuli à furto. Item ocreas mortificatio
nis carnis. Ideo dicitur de illis. in ps. Nō
eſt timor Dei ante oculos eorum. ſ. ſuper-
borum, quia iſtum timorem aufert præ-
ſumptio. Iſte latro vulnerat in oculis, vt
non uideat homo nec attendat timorem
Dei Pſ. Neſcierunt neque intellexerunt.
Non enim uident ſe, quia putant eſſe ſa-
pientes cum ſint ſtulti. Rom. 1. dicentes ſe
eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt. Eſa. 5. Ve q
ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram
vobiſmetipſis prudētes. Item nec exterius
cogitando fragillitatem ſuam corporalē
& ſe terram & cinerem. Eccle. 10. Quid ſu
perbis terra & cinis? Quintus latro. ſ. a-
uaritia furatur burſam & totam pecuniā.
Quando enim auaricia capit hominem,
non habet amplius in poteſtate pecuniam
quia magis poſſidetur quàm poſſideat. Pa
tet per illud. ps. dormierunt ſomnum ſuū, &
nihil inuenerunt oēs viri diuitiarum. Au-
fert. n. burſam ſpūalem. ſ. elemoſinariam
Iſte latro uulnerat in manibus, ita ut ad
pauperes eas extendere nequeat, ſicut dī
Mat. 12. de illo qui habebat manū aridā.

Sextus latro. ſ. gula aufert ei cingulū ſi
ue corrigiam ſobrietatis. p quam deberet
uentrem à ſuperfluitate cibi uel potus re-
ſtringere. Iſte ulnerat in viſceribus & in
teſtinis illa quaſi perforando. quia ſemp
ibi vult ponere & nūquam impletur quia
aut eſurit cibum aut eſuriē cibi, & ad lit-
terā tales ſœpe vulnerantur infirmitati-
bus. Eccle. 1. in multis eſcis erit infirmitas

Septimus latro. ſ luxuria aufert totum
quod remanet, cū ſit ſpoliatus omnibus
veſtibus & calciamentis, & aliis nō rema-
net niſi priuatum pignus. ſ. brace continē
tiæ & caſtitatis. ſ. illi parui panni uel cali
ge. Iſte latro vulnerat in lumbis & in ge-
nitalibus. Tales enim uidentur habere in
membris genitalibus ignē infernalem pp
ardorē libidinis. Et ſic apparet ꝙ ille pec-
cator peregrinus pauperimus effectus eſt.
Prouerb. 14. miſeros facit populos pctm
Apoc. 3. tu dicis quia diues ſum & nullius
egeo, & neſcis quia tu es miſer & miſerabi
lis. Pauper eſt quia bona naturæ & fortu-
ne amiſit, pauperior qa bona gratię, pau-
perrimus qa bona glorię. Vel paup quia
nihil hēt, paupior quia nihil pōt lucrari,
cum tūc nulla faciat opera meritoria. pau
perrimus quia nihil ei pōt dari, qa bona
facta pro ipſo non valent ei ad ſalutē. Sed
vulneratus eſt ſemiuiuus relictus, qa nō ni
ſi quo ad corpus uiuit. Qui hmōi dāna cō
ſideraret hēret materiā lugēdi. Aug. Amit
tis uillam & fles, perdis pecuniū & doles.
amittis Deum, neque fles neque doles.

*Feria tertia paſchæ Sermo 1. Et in ordi-
ne 161. per thema.*

HAec dies quā fecit dn̄s exultemus & lectemur in ea. ps. 117. Hæc eſt
dies qua Ioſeph à Iudęis pulſus, ab Aegy
ptiis magnifice eſt exaltatus. i. à Iudęis
ſpretus & cōtemptus, poſtea à paganis (q
nunc xpiani ſunt) exaltatus eſt. licet mor-
tuus à Iudæis crederetur. Hunc filiū ma-
gis diligebat Iacob. quia cum in ſenectu-
tæ ſua. i. ab ęterno genuerat. uel in fine ſe
culorum fecerat ꝙ hō eſſet qui prius non
erat.

*A Locuſta Quō impinguat locuſta et diſſipat capparis.*



erat. Vnde Eccl. vlti. floruit amigdalus, im
pinguabitur locuſta & diſſipabitur cappa
ris. Amigdalus Xp̄s eſt qui primus inter
omnes refloruit. ſicut ī amigdalo apparet
in quo cortex teſta, & nucleus tres in eo
ſubſtantias deſignant. In locuſta gentilis
in cappari populus iudaicus intelligit. Lo
cuſta enim ſaltu mouetur, nec ambulat
niſi ſaliendo, & inordinate fert. Hæc eſt
gentilitas q̄ olim nō pedetētim, ſed quaſi
ſaltu per oīa uicia quaſi inordinate fere-
batur quia mutabat gloriā incorruptibi-
lis Dei in ſimilitudinē imaginis corrupti-
bilis hominis. Ecce magnus & incōſidera
tus ſaltus, & maiori ebetudine ſaliens ī de
teriora pcipitia mutauit poſtea in ſimili-
tudinē uolucrū, poſtea quadrupedū. dein-
de ſerpentiū, ecce ſaltus locuſtę. q̄ amari
& mortiferi ſaltus. His letalibus telis ſe
incidebat locuſta, quouſque hinnullus. i.
patris filius ſaliens in montibus & tranſi-
liens colles. ſaltus dedit de cœlo in uirgi
nis uterū. de utero in crucē, de cruce in in
fernū, de inferno in palmam reſurrectio
nis. Hi ſunt ſaltus ſaluris non perditionis.
Salire uoluit ſaltibus uitæ, ut locuſtā re-
uocaret à ſaltibus mortis. Saliuit ipſe ut
ſaliret locuſta. Hęc aūt locuſta cū prius eſ
ſet macilenta, ſqualida, & īfecūda, florēte
amigdalo impinguata eſt. Voluit. n. Sāſon
noſter, ducere vxorē de alienigenis. pro-
pterea aſcēdit ſup ęquos. i. Apoſtolus qui
eū p uniuerſum orbē uexerūt. & ſup qua-
drigas quattuor euangeliſtarū in qbus cō
tinet ſalus humana iuxta qđ q̄rebat ab eo
Abac. Quis aſcēdet ſup equos tuos &c.
His quadrigis uenictibus īpinguata eſt lo
cuſta, & accepto ſpū uitę & reddita fecun
ditate facta eſt multa in filiis q̄ aū ſterilis
erat. ditata ē ſeptiformis grāe muneribus,
quę ante ſubiacebat ſeptem dęmoniis. pro
maledictione grām, pro ira accepit indul
gentiā. Sed dū impinguata eſt locuſta, diſ
ſipata eſt capparis, quia q̄ multos hēbat fi
lios infirmata eſt, dum ſterilis peperit plu
rimos. Capparis. n. petre hærere dr̄, quem
admodū Sinagoga q̄ olim Deo hęrens a-
micitia iūcta erat. Diſſipata eſt itaq; cap-
paris & impinguata locuſta, dū cecitas ex
parte cōtigit in Iſrael, ut plenitudo gen-
tium intraret. Propterea ſi impinguata eſt
hodie gentilitas vn̄ proceſſimus. hæc dies
eſt lætitiæ & exultationis. Cū etiam in ca
exultauerint ſancti Apoſtoli cū mulieri-
bus & Maria mr̄e Ieſu, ad quam recurren-
tes dicentes. Aue.

Eſt dies hominis. de qua Hier. 7. diē ho
minis non deſideraui, ut ſcis. Hęc eſt dies
glorię tēporalis de qua nō eſt exultandū
ſicut Herodes diē natalis ſui cęlebrauit et
tunc Ioannem decollauit. Cui diei male-
dixit Iob dicēs. Pereat dies qua natus ſū.
Eſt enim illa dies quędam natiuitas qua
hō naſcitur in mūdū, & efficit filius mun-
di. Alia eſt dies dn̄i quā fecit dn̄s. ſ. reſur
rectionis. de qua in figura Exod. 12. habe-
tis hanc diem. ſ. paſchę in monimētum, &
cęlebrabitis eā ſolemnem in cunctis gene
rationibus veſtris cultu ſēpiterno. de quo
Eccl. 1. oritur ſol. ſ in īcarnatione & occi-
dit in paſſione. girat ad aquilonē cū cor-
pus eſt in ſepulchro. & aīa in inferno. Tūc
eīm oriebat ſol inferis. & occidebat ſupis
& renaſcit in die reſurrectionis, & tūc uni-
uerſo mūdo lux orta eſt & lętitia. qa hæc
dies quā fecit dn̄s. Hęc dies lętitiæ eſt.
q. i. iuxta euangeliū hodiernū dn̄s de fru-
ctibus paradiſi hodie ſuis diſcipulis contu
lit ſeptē videlicet fructus. Primus eſt pax.
Vnde ſtetit Ieſus in medio & dixit. pax uo
bis. Pax. ſ. pectoris & pax æternæ beatitu-
dinis. ideo bis dixit. hodie pax vobis. Pri-
mā poſt reliquit in mundo. de qua dixit
pacem relinquo vobis. Scđam uero puro
Dei dono dabit. ideo ſubdit. pacē meā do
uobis. Pr̄ia pax. ſ. pectoris duplex eſt, una
bonorū, alia malorū. Scđam pacē. ſ. malo-
rum non reliquit dominus diſcipulis, ſed
prohibuit Deu. 12. non facies pacem cū a-
monitis & moabitis, nec q̄ras eis bona om
nibus diebus uitæ tuæ in ſempiternū. Per
amonitas & moabitas ſignificāt diabolus
& caro. cū quibus nullo mō pax eſt facien
da quia nulla bona pax poteſt cū eis fieri
ſed tm̄ mala pp quattuor. Primo qa talis
pax eſt falſa & ſimulata. Hie. 9. Pacē cū a-
mico ſuo loquitur & occulte ponit ei in-
ſidias. Vn̄ ſpūs aliqn̄ facit pacem cū carne
adimplēdo aliqua eius deſideria ſub iſto
pallio ut fortior ſit ad ſeruiendū Deo, &
occulte caro infigit ei gladium mortalis
culpę. Hęc eſt pax de qua Hie. 8. ſanabāt
cōtritionē. i. infirmitatē filiæ populi mei.
i. carnis dicētes pax, hoc eſt ſi dederis car
ni ſua deſideria, ſanabitur eius infirmitas,
& ſic caro quæ propter infirmitatem mo
leſtabat

*B Dies. Differentia inter diem domini & diē hoīs.*

*C Pax. De duplici pace pectoris. ſ. et æterna beatitudinis.*

ſeſtabat ſpiritũ, quieſcet, & in pace ſeruiet ſpiritui. Sed ſequitur. & non erat pax. Hæc eſt pax q̃ obtulit Ioab Amaſæ. 2. Reg. 18. Scdo quia hæc pax eſt inſtabilis & incerta. Si. n. caro adimpleto eius deſiderio ali quãtulũ quieſcit, in caſtrino tñ ſurget maior guerra & maior tẽtatio. q̃ ſtultus eſſet qui faceret pacẽ cũ aduerſario, cũ quo ſciret ꝙ cras haberet guerrã. Proue. 20. Qui delicate nutrit ſeruũ ſuũ, poſtea ſentiet eũ cõtumacẽ. Tertio q̃a hęc pax eſt turpis & opprobrioſa. Nunq̃. n. cum aliquo facit caro uel diabolus pacem niſi ſubijciat viliſſimę ſeruituti, & opprobrio ſẽpiterno. Qđ fuit figuratũ in pace q̃ voluit facere Naas amonites cum viris iabes Galaad. 1. Reg. 11. hæc eſt pax illa quã fecit Ioſue cũ gabaonitis. Ioſuę. 9. q̃ eo pacto roborata eſt ꝙ ſubiungarẽtur ꝑpetuæ ſeruituti & maledictioni. Quarto quia pax iſta eſt inutilis & damnoſa. Si. n. aliquis fructus ex tali pace ſeq̃retur, ſatis poſſet talis pax ſuſtineri, ſed nullus fructus ex tali pace ſequit̃, imo maximũ damnũ & æterna turbatio. Luc. 19. Et quidẽ in hac die tua q̃ ad pacẽ tibi. nũc aũt abſcõdita ſunt ab oculis tuis mala. ſ. q̃ ex hac pace ſequũtur, q̃a ueniẽt dies in te & circundabunt te inimici tui uallo. ꝑs. zelaui ſuꝑ iniquos pacẽ pctõrũ uidens, quia nõ eſt reſpectus morti eorũ. i. nõ hñt oculũ ad mortẽ, & firmamẽtũ in plaga eorum. i. nec fortitudo in malicia eorũ, quia illa nõ diu durabit. & ꝑꝑ hoc qui pacem iſtã hñt mortẽ mirabiliter timẽt, ſcientes quia hãc ſequitur maxima turbatio. Eccl. 41. O mors q̃ amara eſt memoria tua homini iniuſto & pacẽ hñti in ſubſtãtiis ſuis. Et ideo iſta non eſt reputanda pax quę tñ à fatuis pax dicitur. qui in magno uiuentes conſcientiæ bello, tot & tanta mala pacem appellant. Sed pax bonorum ſumme deſiderãda eſt, pax. ſ. ad Deũ, ad ſeipſum, & proximum. Hęc eſt pax quam hodie obtulit dominus diſcipulis ſuis dicens. Pax vobis, in qua pace debẽt requieſcere omnes Chriſtiani. dicentes illud Pſ. In pace in idipſum. ſ. in Deũ dormiã & requieſcã.

D *Cadere. Qũo aliquã pfecti uiri turpiſſime cadunt.*

Scds fructus quẽ attulit eis de paradiſo fuit ſecuritas. vñ ſtetit Ieſus in medio & dixit eis. Ego ſũ, nolite timere. Nemo. n. quã quã perfectus, ſecurus eſt quãdiu uiuit, & quãto perfectior tãto minus ſecurus. Sic apoſtoli qui erãt maiores de ecc̃lia erant magis pauidi. Vñ. 1. Cor. 10. Qui ſtat uideat ne cadat. ꝑs. defeciſti eos dum alleuarẽtur. Inde eſt ꝙ uiri uirtuoſi poſt multos triumphos qñq; turpiter cadunt, ſicut nuꝑ in paſſione Xp̃i ceciderũt colũne eccleſiæ, & qui inter eos maior erat, turpius cecidit. Vnde Hieronymus Mars qui Deus bellãtium eſt, & ꝑꝑ triumphorũ frequentiã nil ſibi metuẽs, à vulcano ligatus eſt cũ uenere inuiſibilibus cathenis, ſenſibilibus tamen. & hoc ad plauſum ſatirorũ & curiæ cœli. Sic hõ magnus ꝑꝑ uictorias tentationum ſecurus, caueat ne claudus ille faber & turpis ſuo more ueneri ſe concathenet, & ſimilem turpem & claudum faciat & nõ poſſit fixã habere uirgulam, ſed alligatus ueneri dolor fiat & riſus uidentium dum ſibi applaudunt cęteri. A falſo deorum iudice reprobata eſt pallas quæ non delectare promiſit ſed prodeſſe. Hęc Hieronymus. Conteriti autem & conturbati exiſtimabant ſe ſpiñ uidere eo ꝙ uiderent eũ intrare ianuis clauſis, ſicut anima quãdo dat corpori finẽ, domorũ clauſtris non tenetur. iuxta illud Io. 3. ſpũs ubi vult ſpirat, & neſcis unde ueniat aut quo uadat. Iõ in imagine carnis ſolã aĩam Xp̃i rediiſſe ſuſpicabãtur, ut dormientibus ſolẽt corporeæ imagines apparere. Et ait illis. Vt quid aſcendũt cogitationes in corda vr̃a? Suꝑ quo Petrus Rauen. in ſermone. Sed q̃ cogitationes aſcendebãt? Primo manebat apud corda diſcipulorũ implacabile cum iudęis bellum & timebant ne qua fraude deciperent. Secundo collidebat eos fidei ꝑfidieq; cõflictus, quia nõ ſic terrã ſicut eorum corda turba paſſionis concuſſerat. Tertio inter ſpem metumque erant conſtituti, cum de reſerrectone Xp̃i heſitarent & nunc miracula eius, nũc carnis infirma reuoluebant. nunc eorum ſpiritus tollebatur in cęlum, nunc collidebatur in terra, ut procella in intimis eorum ſeuiente, nullum quietis portũ inuenirẽt. Quod uidens qui procellis imperat dixit. Vt quid aſcendunt cogitationes &c. Ego ſum nolite timere, ego ſum quem mors fugit, inferna tremunt. Nolite timere. Quarto cogitabant qualiter infideliter eũ deſeruerãt. Petrus ꝙ negauerat, Ioannes ꝙ fugerat, & ꝙ omnes eum in neceſſitate dereliq̃rant. Vnde poſtea ſubdit idẽ doctor. Bene aſcendunn cogitationes non deſcẽdunt,

E *Cogitatio. Qũo cogitatiões aſcẽdũt in corda.*



dunt, quia depreſſæ carnis pondere cogitationes humanæ ad altum tandem fidei myſterium conantur aſcendere, & conatibus in ipſis franguntur, ruunt, & deponuntur in terram, niſi iuuerit ille, qui donat homini cogitare diuina. Et ſequitur in textu. Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipſe ſum. Manus & pedes latus oſtendendo quinq; nobis demonſtrauit. Primo uiam paradiſi. Multotiens dixerat mundus illud. ꝑs. Vias tuas domine demonſtra mihi & ſemitas tuas edoce me. Ipſe uerò nũc oſtendit manus, latus, & pedes perforatos dicens. Videte manus meas & pedes meos. Et ſequitur. Hæc ſunt verba quę locutus ſum vobis cũ adhuc eſſem uobiſcum, quoniam oportuit Chriſtum pati, & ita reſuregre à mortuis, quaſi diceret. In me reſpicite uiã per tribulationes & portã ad ingrediendum per meritũ paſſionis meæ. Videte quia ſimili via ambulandum eſt uobis. Ideo poſſet dicere mundus illud illud Hiere. 11. Dñe demonſtraſti mihi cognoui. Oportet eñ nos per uiam tribulationum uiam mundi lutoſam ambulare. Eſt eñ Deus ſicut auriga qui oſtendit uirgam equo pigro ut timore ipſius recta via & celeriter incedat. Sic virgam tribulationum nobis oſtẽdit, vt eum timeamus & à malo obſtineamus, & in uia morũ celerius ambulemus. ꝑs. Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas & malas in corpore tuo, & cõuerſus ad me uiuificaſti me. i. ad uiã uitę reduxiſti me. & de abiſſis terræ iterũ reduxiſti me. i. de cupiditate terrena. Secundo oñdit magnitudinẽ periculi ambulandi per uiam peccatorum & deliciarum ſeculi huius. Petebat enim in perſona generis humani Iob. 13. Reſponde mihi. Quantas habeo iniquitates & peccata. ſcelera mea atque delicta oſtende mihi. Nunc ex magnitudine remedii oſtẽdit peccati quãtitatem quia oportuit propter peccata filium Dei vulnerari, flagellari, & occidi. Vnde Ber. Ex magnitudine remedii agnoſco periculi mei quantitatem. Quaſi diceret dominus. Videte manus meas & pedes meos id eſt quantũ conſtiterint mihi peccata veſtra. & q̃ care vos redemerim à peccato, ut ab eo reſiliatis. Quod conſiderãs ꝑs. dicebat. Cogitaui vias meas & conuerti pedes meos in teſtimonia tua.

F *Vulnus. In uulneribus dñi Ieſu qnq; oſtendit dominus.*

Tertio oſtendit potentiam iuſtitiæ ſuę quam dudum ſentiebat in perſona peccatorum qui dicebat Iob. 13. Contra foliũ quod vento rapitur oſtendis potentiam tuam & ſtipulam ſiccam perſequeris. Hãc autem maxime oſtẽdit nobis ut in eam incidere caueamus. q. d. Videte manus meas non eſt qui de manu mea poſſit eruere. Vnde Lucæ duodecimo. oſtendam autem uobis quem timeatis. Timete eum qui poſtquàm occiderit corpus, animam poteſt mittere in gehennam. Ideo conſiderans hæc Dauid dicit illud. Pſalm. Viderunt te aquę Deus. viderunt te aquæ id eſt populi fragiles & inſtabiles, & timuerunt, & turbate ſunt abiſſi cogitationum in tuæ iuſtitiæ conſideratione, quia ſi proprio filio non pepercit Deus, nec peccatoribus parcet.

Quarto in hoc oſtendit beneficia reconciliationis noſtræ ut in his gaudeamus. & per hoc ad amorem eius alliciamur. petebat enim hoc ſepiſſime Dauid in perſona infirmorum dicens. Oſtende nobis domine miſericordiam tuam. & ſalutare tuum da nobis. Et iterum. Oſtende faciem tuam & ſalui erimus. Et reſpondere poterat illud. Exodi trigeſimotertio. ego oſtendam tibi omne bonum. Sicut enim diabolus ut cor humanum alliciat, oſtendit bona huius mundi. iuxta illud Lucæ. quarto, oſtendit ei omnia regna huius mundi dicens. Hæc omnia tibi dabo ſi cadens adoraueris me, ſic ut ames Chriſtum oſtendit tibi omne bonum dicens. Videte manus meas, & pedes & latus, id eſt quam chare dilexerim uos ut etiam apertum ſit cor meum pro uobis. Videte oſtium quod feci in corpore meo, ut uobis pateat acceſſus ad patrem meum fontem totius amoris & charitatis. Vnde poteſt illud Canticorum. 4. dicere. Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa. Quinto oſtendit pietatem in Chriſto exercendam ut ei paſſo compatiamur. Oſtendunt enim miſeri vulnera ſua ut ad pietatem, & compaſſionem poſſunt corda intuentium prouocare. Ideo poſſunt dicere qui hæc oculis intellectus aſpiciunt illud. Pſalm. Oſtẽdiſti populo tuo dura ad portandum. ſcilicet paſſionem tuam. & ex inde potaſti nos uino compunctionis, contritionis. deuotionis, & pietatis.

Sexto

Sexto certitudinem ſuæ reſurrectionis. Vnde oẽs apoſtoli immo & Thomas eum cognouerunt. Quomodo tunc cognoſcemus eum qñ videbimus eum ſicuti eſt qñ Thomas ſolã videndo humanitatẽ dixit. dñs meus & Deus meus. Iõ ad certificandũ rõnem ſuã dixit. palpate & videte qa ſpũs carnẽ & oſſa nõ habet. Hoc eſt uidete qũo calciatus ſum & qũo chirotecatus ſũ propter vos. Iſte ſunt ſagitte quas in manibus pedibus, & latere ſuſcepit ꝓ nobis medium ſe obiiciendo contra hoſtes noſtros. Primo uidebat ſagittas Dei pr̃is nobis cõminantes. Deu. 33. congregabo ſuꝑ eos mala & ſagittas meas cõplebo in eis. Videbat etiã tela nequiſſimi ignea in nos directa ideo ſe mediũ oppoſuit. Aqla dũ ſagittariorum ſagittas timet, pullos ſuos portat in tergo. & corpus propriũ inter ſagittatorẽ & pullos ĩterponit. Sic Xp̃s qui uelut aquila prouocans ad uolandũ pullos ſuos expãdit alas ſuas. i. brachia ſua ĩ cruce, aſſumpſit & portauit nos & ubi corpus ſuũ foratũ eſt ſcutũ interpoſuit. & vulnera nobis ĩfligẽda ſuſcepit. Nã quãte fuerint ſagittę potẽtis acutę. qualia fuerint tela nequiſſimi ignea declarant pro nobis ſuſcepta vulnera. Bern. in quodam ſermone de ſpũ fortitudinis. Ianuis clauſis intrauit dñs, manus & lateris ſicut ſolet miles in ſignũ uirtutis clipeos. ita foramina demõſtrauit. 2. Reg. 22. dñs ſcutum meũ, & cornu ſalutis meæ.

G
*Dos. Si dñs apparuerit diſcipulis in forma glorioſa.*

Tertius fructus quẽ attulit dñs diſcipulis fuit gaudiũ ſpũale. Gauiſi ſunt enim diſcipuli uiſo dño. ſed quæritur. ſi uiderũt dñm in claritate vultus ſui & forma glorioſa. Vr̃. n. ꝙ maius gaudiũ eis cõtuliſſet, ſi in forma glorioſa eis apparuiſſet. Ad quod dr̃ prĩo ſ̃m de argẽtina. 4. ſen. d. 49. ꝙ aĩa xp̃i & aĩa cuiuſlibet corporis glorioſi qñ uult ſuã claritatem oſtendit, qñ vult occultat qđ ſic probat primo. nam anima beata nõ uidetur eſſe minoris potentię reſpectu corporis proprij q̃ angelus reſpũ corporis alieni. ſed tam bonus ꝙ malus angelus põt facere ꝙ aliquod corpus viſibile præſens exiſtens oculis hominum & in debita diſtantia & medio ſufficienter exiſtente illuminato. ſecundum nullã ſuã qualitatem mouebit illos oculos ſic ꝙ ab eis uideatur. igitur & anima hoc poteſt facere. ſ. ꝙ qualitas actiua ſui corporis non mouebit oculos quibus obiicit̃ ſic ꝙ ab eis videat̃. Qđ angeli boni poſſint occultare corpora uiſibilia, patet. Gen. 19. ubi dr̃ ꝙ Angeli percuſſerũt oẽs cecitate à minimo uſq; ad maximum, ita ut oſtiũ uidere non poſſent. Sic percuſſit Xp̃s iudæos qñ voluerũt eũ primo lapidare vbi diſcipuli eum videbãt & nõ iudæi. Similiter aliqui magis per artẽ dęmonũ ſimilia faciunt. ſ. ꝙ res q̃ eſt pñs oculis non uidetur. vt patet in legẽda ſancti Petri de Simone mago q ſe inuiſibilẽ fecit in conſpectu Neronis. & ſicut ibidẽ patet. Nero credidit occidere Simonem & occidit arietẽ. Et ſimiliter in legenda ſancti Clementis legit̃ ꝙ iſte Simon fecit arte ſua ꝙ quicũq; vidit patrẽ Clemẽtis credidit uidere Simonẽ & tãdiu color & figura ipſius Simonis] in facie ipſius patris apparuit, donec ad imperium Petri euanuit. Et hoc ut dicit idẽ doctor. in 2. ſen. d. 8. ar. 2. tripliciter. uel immutãdo organũ uel uariando obiectum. uel ẽt medium. ut patet de uitro rubeo cum res pertranſit ꝑ ipſum apparet oculo rubea. Dr̃ ſecundo ꝙ dominus nõ ſe oſtendit eis cũ claritate corporis ſui. vt oſtẽderet oẽ gaudium in hoc mũdo temperandũ eſſe. Inde exhibens ſe p̃ſentem exhibuit & cicatrices. tãquã ſi aquã poneret in uino eorũ. ut cum gaudio reſurrectionis miſcerẽt dolorem paſſionis. Iõ principaliter oſtendit eis inſignia paſſionis occultans ueſtibus cætera mẽbra ſua. Eccle. 11. in die bonorũ ne immemor ſis malorũ. Quartus fructus eſt amicitia Dei. Timebant. n. apoſtoli ne ab eis recederet. quia fugiendo ab eo receſſerant. ideo dominus amicos eos conſtituit & affectu oſtẽdit cũ illis manducãdo. vnde ait. Habetis hic aliquid quod manducet? At illi obtulerũt ei partẽ piſcis aſſi & fauũ mellis.

H
*Comedere. Vtrũ comeſtio xp̃i fuerit uera comeſtio.*

{Sed q̃ritur ſic hæc fuerit uera comeſtio. ita ꝙ comederit cibũ ſibi incorporando. Et ur̃ ꝙ ſic quia aliàs comedẽdo fuiſſet fictio. & ſi fuiſſet facta hęc comeſtio ꝑꝑ approbationem veritatis naturæ humanę, nõ ur̃ ualere. quia angeli q apparuernnt Abrahæ. Gen. 18. manducauerunt, nec tamen ꝑꝑ illam comeſtionẽ apparuit in eis ueritas humanæ naturæ. In oppoſitũ arguitur quia nutritio fit ad reſtaurationẽ deperditi. uera aũt comeſtio ordinat̃ ad nutritionem. In corporibus verò beatis nihil deperdit̃ aut nutritur. ergo non



non fuit vera comeſtio. Pro reſponſione ſit prima propõ. In uera comeſtione req̃ritur attritio & maſticatio cibi inter dentes cum traiectione eius in ſtomchum. Vñ & ſi cibus aſſumptus euacuatur à ſtomacho hõ nõ eſt ieiunus. quia iã facta eſt comeſtio & ideo de rõne comeſtionis nõ eſt ꝙ cibus cõuertat in ſanguinẽ uel in ſubſtãtiam aliti. Propter quod ſit ſcđa propõ. in angelis apparentibus Abrahę non fuit uera comeſtio. Patet quia nec dentes habebãt ad cõterãdum cibũ, nec ſtomachũ ad ſuſcipiendũ, nec calorẽ naturalẽ ad tranſmittendũ ad mẽbra. quia ſecũdũ dictũ ſaluatoris. ſpũs carnem & oſſa nõ hẽt. Vnde & dicit Angelus Thob. 12. Cũ eſſem uobiſcũ uidebar quædam mãducare & bibere. ſed ego cibo inuiſibili utor. Tertia propõ comeſti› Xp̃i hodie facta fuit uera comeſtio. qa dẽtibus attritus eſt cibus & in ſtomacho receptus. & ſic fuit comeſtio uera abſq; ulla fictione. ſed quãtũ ad diuiſionem cibi & traiectionẽ in uentrẽ, nõ inuenitur in xp̃o finis humanę comeſtionis. qa uirtute diuina quicq̃d erat cibi conuertebat̃ in aerẽ uel in aliud corpus ſubtile. & nihil intrabat in uentrẽ ſed oĩa uirtute diuina euaporabantur in aerẽ. Beda ſuꝑ Lucam. Aliter abſorbet aquã terra ſitiẽs. aliter ſolis radius calẽs. illa ĩdigẽtia, iſte potentia. Mãducauit ergo Xp̃s poſt reſurrectionẽ non quaſi cibo indigens ſed ut eo mõ naturã corporis reſurgentis aſtrueret. Quarta propõ. Licet comeſtio nõ fuerit ꝑ ſe ſufficiens argumẽtũ ad probandũ veritatem naturę gumanę in ipſo, tamẽ cũ aliis argumẽtis uoce, uſu, & auditu cũ ſcripturis ſacris erat ſufficiẽs argumẽtum ad probandũ Xp̃m reſurrexiſſe à mortuis & ſedere ad dexterã patris. Quintus fructus eſt intelligentia ſcripturarũ. Vnde aperuit illis dominus ſenſum ut intelligerent ſcripturas. Aperuit. n. à principio mũdi diabolus ſenſum ut intelligerẽt malũ. Hinc aperti ſunt oculi amborũ, & cognouerunt ſe eſſe nudos omni uirtute. nunc ĩ recreatione mundi, patribus futuri ſeculi aperuit ſenſum ut intelligerent bonum.

I
*Sacra ſcriptura Qũo diuerſimo-*

Sed q̃rit̃ qũo dominus aperuit illis ſenſum ut intelligerẽt ſcripturas. cum bonus grãmaticus ſtatim poſſit earũ ſenſũ ꝑcipere? Ad qđ dr̃ Primo ꝙ multa in ſcripturis inueniunt̃. q ſi ſ̃m litterã & cõem ſenſum grãmaticalẽ ĩtelligerẽtur, nec ſaperẽt nec uera uiderent̃. Iõ dominus aperuit apoſtolis ſenſum ut verã prophetiarũ caperẽt intelligẽtiã. ſicut ſępe allegãt ſcripturas Petrus & Paulus in actibus Apoſtolorum. 2. Cor. 3. Idoneos nos fecit miniſtros noui teſti nõ lr̃a ſed ſpũ. littera. n. occidit, ſpũs aũt uiuificat. Scđo dr̃ ꝙ omnis ſcriptura ſacra ſecundũ ſenſum grãmaticalẽ intellecta eſt uera. Nã in ſcripturis dictiões multa ſignificãt & ſæpe trãſſumptiuę accipiuntur. q ſenſus grãmaticalis ẽ nec ab oĩbus cognoſci põt. ſed à prudẽtibus eloquii miſtici. q iuxta rerũ proprietates unã rẽ iudicãt alterã ſignificare. Et hoc mõ dominus apuit eis ſenſum ut reiecto cõi litterę intelligerẽt quid ſuauitatis in littera cõtinet̃. Sicut ſi q̃s fracta teſta & eiecta ſtorace nucleũ aperiret. ut dulcedinẽ eius deguſtaret. Et qa multi ad ſtoracẽ. i. ad litterã tm̃mõ accedũt nec ultra procedũt. in ſcripturis dulcedinẽ nõ inueniũt. Tertio dr̃ ꝙ nõ paruũ eſt negociũ ſcripturas intelligere. quia tanta eſt profunditas ſcripturarũ ut ibi ſicut agnus peditat ſic elephas natet. In nobis. n. ſicut dr̃ Deu. 32. deſcendit ſicut ſtille ſuper gramina q̃ guttatim deſcendũt. Sic. n. in nobis intelligentia ſcientiarũ ſcripturarũ & donorũ Dei guttatim deſcẽdit. In apoſtolus aũt ſubito ſicut ſtillicidia ſtillãtia ſuꝑ terrã. iõ magnum q̃d fuit quãdo eis taliter ſenſum aperuit.

*de ĩ nobis et in apoſtolis ſcripturarũ deſcendit intelligẽtia.*

*Sermo 2. feriæ 3. poſt paſcha & in ord.* 162.

A
*Pax. Qũo põt eſſe in nobis pax cũ ſit ibi continua diſcordia*

STetit Ieſus in medio diſcipulorũ ſuorũ & dixit eis pax uobis. Luc. 24. Videtur ꝙ imp̃catio Xp̃i de pace effectũ nõ habuerit in diſcipulis. Nã & Paulus ſentiebat in in ſeipſo diſſenſionem & guerrã. Ait. n. Sẽtio aliã legẽ in membris meis repugnãtẽ legi mẽtis meæ. Similiter & in apoſtolis. Nõ ergo cõpletũ qđ imprecatus eſt eis dicẽs. Pax uobis. Dr̃ ꝙ intra hoĩem triplex inuenitur lis ſiue diſſenſio. Prima eſt diſcordia elemẽtorũ corpore. vnde ſequũtur morbi, đbilitates & mors. Scđa diſcordia eſt inter ſpm̃ & ſenſualitatẽ q̃ frequẽter rebellat ſpũi. Tertia ẽ diſcordia ipſius hoĩs ad Deum per pc̃m̃ quod diuidit inter hoĩem & Deũ. Eſaię. 59. iniq̃tates veſtre diuiſerũt inter uos & Deũ. Primã pacem nõ cõtulit diſcipulis. quia. 1. Cor. 15. nouiſſime inimica deſtruet̃ mors iniciatiue tamẽ deſtruxit oſtendens eã in corpore ſuo

re ſuo eſſe deſtructã & in futurũ in eis de-
ſtruendam. Secundam verò non omnino
obſtulit ſed qualiter eſſet pacificanda mõ
ſtrauit uita & doctrina ſua. ita ut ad ali-
quam cõcordiam redaci poſſit. vt ſaltem
ſpiritus aliquam pacis tranquilitatem ha-
beat. Hęc ẽ guerra inter Iſaac & Hiſmael
qui faciebat Iſaac adorare Imagines lu-
teas. Facit enim caro ſpiritum in apparen
ti pulchritudine delectari. ſicut imagines
luteę pictæ uel plũbatę apparẽt pulchræ.
licet nihil aliud ſint quam lutum. Tertiã
verò diſcerdiam quæ eſt hominis ad Deũ.
de qua p̃s. non eſt pax oſſibus meis, id eſt,
fortibus eccleſię, à faciæ peccatorũ meo-
rum. omnino abſtulit eam Deus à diſcipu
lis ſuis, quãdo de cordibus eorum abſtu-
lit incredulitatem & peccatotum dedit re
miſſionem. ita ut in die reſurrectionis ſuę
iuſſerit eos prædicare & teſtificari baptiſ-
mum pœnitentiæ in remiſſionem peccato
rũ in omnes gentes. Si igitur duas primas
diſcordias in nobis ſentiamus. ſperamus
tamen eas in futurum quando immutabi-
mur auferendas. Tertiã uerò à nobis aufe
rendã beatiſſimæ uirginis auxilio efflagi
temus. eã ſalutantes & dicentes. Aue.

B
*Reſurrectio xp̃i. Virũ reſurrectio xp̃i ſit cã reſurrectioni noſtræ.*

Quęritur utrũ Chriſtus reſurgens ex
mortuis ſit cauſa reſurrectiõis noſtrę. Di
citur primo q̃ reſurrectio Chriſti eſt cau
ſa reſurrectionis noſtrę. Probat Altiſſi. 4.
par. ſummę per argumentum apoſtoli. Si
Chriſtus reſurrexit & nos reſurgemus. q̃
eſt argumentum à ſimili. quia ſicut Xp̃s fi
lius Dei eſt per naturam, ſic & nos per gra
tiam. ſicut ſi argueretur. aĩa ſortis eſt im
mortalis. ergo & quilibet aĩa rõnalis. Se-
cundã cãm aſſignat. ſ. liberalitatem p̃ris.
vt faciat amore filii ſui reſurgere fratres
ſuos. ſicut cum rex terrenus facit ſuum fi-
lium militem. amore filii ſui facit multos
alios milites. Secunda propoſitio. reſurre
ctio Chriſti eſt cauſa melioris reſurrectio
nis quã illa à qua decidimus per peccatũ
primi parentis. Patet Rom. 5. non ſicut de
lictum ita & donum. Delictũ uero immor
talitatẽ quã in ſtatu innocentię habuiſſe-
mus deſtruxit quę ſolũ erat poſſe nõ mo-
ri. gratia aũt Chriſti in reſurrectione im
mortalitatẽ donauit qua nõ poſſumus mo
ri. iux. illud Heb. 11. Sc̃ti p̃ fidẽ uicerũt re
gna, operati ſunt iuſtitiã &c. & ſeq̃tur ut me
liorẽ inuenirent reſurrectionẽ. Inde eſt q̃
iuxta allegatum Rom. 5. ſequitur. Si &
unius delicto multi mortui ſunt, multo
magis gratia Dei & donum gratiæ unius
hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit
Tertia propõ. Chriſtus tamen prior reſur
rexit. ut nos ſecuri cum eo tranſire ad re-
ſurrectionem ſperemus. Ceruus ſolo odo
re cognoſcit montes ubi ſunt paſcua bo-
na. Q̃d ſi oporteat tranſire aquam peri-
culoſam anteq̃ illuc perueniatur, tunc na
turali dilectione fortior præcedit debilio
rem. ita q̃ auxilio fortioris cæteris perue
niunt ad montẽ paſcuoſum. Sic anima de-
uota libenter tranſiret ad montem para-
diſi. ſed prius oportet tranſire ripariam
periculoſam mundi. Ideo Chriſtus nos
præceſſit ſicut fortior. ut nos ſecuri ad re
ſurrectionem vitę cum ipſo tranſeamus.
Secundo hoc poteſt deduci per exemplũ
de capite primo tranſeunte, deinde de
membris. Adhæreamus ergo capiti no-
ſtro tanquàm membra. p̃s. mihi autem ad
hærere Deo bonum eſt. hoc aũt fit gluti-
no vel cemento charitatis. Sicut & ipſe vt
tali glutino adhæreret eis, ſtetit in medio
diſcipulorum ſuorum & dixit eis. Pax uo-
bis. Dominus volens ſuos diſcipulos con-
ſolari in die ſancto Paſchæ cum ſero etiã
ianuis clauſis venit ad diſcipulos ſuos qui
erant deſolati, vt eos de ſua reſurrectio-
ne conſolaretur. Super quinque aũt erãt
deſolati. Primo ſuper perſecutione Iudæo
rum quam timebant. Dixerat enim eis
Matth. 10. Tradent enim vos in conciliis

C
*Stare. Quadruplici de cã ſtetit Chriſtus.*

ſuis & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos.
Implacabile enim bellum habebant ad-
uerſus iudæos, ideo ſtetit Ieſus. Aliquis
autem homo ſtare poteſt quadruplici de
cauſa. ſicut legimus Chriſtum in ſcriptu-
ra ſacra quadrupliciter ſtetiſſe. Primo ſtat
homo vt clamet altius. & hoc modo ſte-
tit Ieſus prædicando. Ioan. 8. ſtabat Ieſus
& clamabat dicens. Si quis ſitit veniat ad
me & bibat. Sed in hoc clamore triplex

D
*Clamor. In clamore xp̃i tria inueniuntur mirabilia.*

mirabile reperitur, quia carni mundo &
dyabolo clamantibus & uocantibus ad
inutilia & nociua obeditur. Chriſtus ve
ro clamans & vocans ad maxima & vti-
liſſima non auditur. Prouerb. 8. Nunquid
non ſapientia clamauit dicens. O viri ad
vos clamito audite me, quoniam de re-
bus magnis locutura ſum. Et ſequitur. ac
cipite diſciplinam meã & non pecuniam.





Melior eſt enim ſapientia cunctis opibus,
& oẽ deſiderabile non põt ei comparari.
& tamen plus ad pecuniam curritur. Ad
donationem. n. regis qua quiſque ſolũ de
narium accepturus eſt multa milia conue
niunt, & ſi vocarentur ad merellum pro-
pter quem quiſque centum ſolidos acce-
pturus eſſet, vix poſſet locus capere uenĩ
tes. & dominus clamans uocat ad gratiã
quæ eſt merellus habendi uitam æternã.
Ioan. 4. Aqua quam ego dabo ei fiet in eo
fons aquæ ſalientis in vitam æternã. & ta
men pauci audiunt verã vocẽ. p̃s. non cre
diderunt verbo eius, ſcilicet q̃ ſpirituali-
bus præferenda ſunt, & murmurauerũt in
tabernaculis ſuis. ſ. in cordibus ſuis. q̃n de
peccatis & delectationibus ſuis increpan
tur & ad contraria incitantur non exau-
dierunt vocem domini. Secũdũ mirabile
eſt q̃ oẽs creaturæ quæ remotiores ſunt
a Chriſto clamorem eius audiunt, & uoci
eius obediunt. ſecundum illud p̃s. Ignis
grando nix, glacies ſpũs procellarũ, quæ
faciunt uerbum eius. & homo qui propin
quior eſt per conditionem, quia ad yma-
ginẽ Dei factus, & per cordis affectionem
quia carius redemptus. & per ſollicitudi-
nẽ quia diligentius eruditus, clamorẽ vo
cis ſuæ non audit de ſuo cõmodo & hono
re. Prouerb. 1. ſapientia in capite viarum
clamitat, conuertimini ad correptionem
meã & ſequitur. uocaui & renuiſtis. Ter-
tium eſt q̃ aues ſilueſtres in pauco tempo
re domantur & aptantur uenire ad manũ
reclamantis, & homo (qui eſt animal man
ſuetum) per multos annos uerbo & exem
plo Chriſti & ſanctorũ edoctus, non ue-
nit ad Chriſtũ reclamantẽ & carnẽ ſuam
rubeam quaſi reclamatoriũ oſtendẽtẽ p̃s.
Laboraui clamans rauce fc̃tẽ ſunt fauces

E
*Iræ Dei. Quòd nõ eſt mirã dũ ſi Deus nobis iraſcitur.*

meæ. i. fruſtra clamo & uoco. Secundo
modo ſtat hõ ut longius uideat. ſic Chri-
ſtus ſtetit ut longius uideat oẽs actus ho-
minis cognoſcẽdo. Cãt. 2. En ipſe ſtat poſt
parietẽ i. carnẽ reſpiciens per cancellos ut
dñs familiam & ut Zelotipus uxorem. Iõ
non eſt mirũ ſi Deus iraſcitur peccatori-
bus, immo mirũ eſt quõ ipſe tolerat eos
tm̃ per momentũ quin abſorbeat eos in
abyſſum. Quis. n. maritus in uxorem ſuã
non ferueret in oculis ſuis fornicantem?
Quis ſubditum ſuũ non puniret dicta ſua
in præſentia ſua contẽnentẽ? Quis pater-
familias adeo mãſuetus qui in familiã ſuã
nõ ſeuiret bona ſua in cõſpectu ſuo inuti
liter ac uiliter diſpenſantẽ? Hoc facit pec
cator amorẽ terrenorũ ſpũalium amori &
Deo p̃ponẽdo, & mandata eius tranſgre-
diẽdo, bona naturæ, furtunæ & g̃ræ in pec
catis exponendo. Iõ cũ dictũ fuiſſet Deut.
33. Deum qui te genuit dereliquiſti, & o-
blitus es Dei creatoris tui. ſequit̃ uidit do
minus & ad iracũdiã cõcitatus eſt. Ter-

F
*Gratiæ. Quòd dona gratiarum non æqualiter diſtribuit Deus.*

tio mõ ſtat hõ ut miniſtret curialius. Sic
Chriſtus ſtetit ut uberius dona g̃rarũ di-
ſpẽſaret Luc. 21. Ego in medio ueſtrũ ſũ
tanq̃ qui miniſtrat. Stantes. n. fercula mi-
niſtrãt & nõ ſedẽtes. Abacuh. 30. ſtetit &
mẽſus eſt terrã. i. g̃rarum fercula diuiſit. ſ.
ſ̃m mẽſurã præparationis cuiuſq; & meri
torũ. Sicut in mẽſis principũ ſ̃m uarieta-
tẽ & exigentiã meritorũ & ſtatus diſcum-
bentiũ maiora uel minora apponũtur fer-
cula, & nõ æqualiter omnibus miniſtran-
tur. Matth. 3. unicuiq; dedit bona ſua ſecũ
dũ propriã uirtutẽ. Serui. n. & eque & bo
ues magis laborantes uberius reficiũtur,
& ligna aridiora facilius ſuccendũtur. Sic
magis laborãtibus in ſeruitio Dei, & ma
gis ſiccis a uoluptate carnis & mundi co-
pioſius & facilius g̃ram ſuã donat Deus.
1. Corin. 7. unuſquiſq; proprium donũ ha
bet a Deo, alius quidẽ ſic, alius uero ſic.
Quarto modo ſtat hõ ut dimicet uirilius.
Sic uidit Stephanus Ieſũ ſtantẽ a dextris
uirtutis Dei in certamine cum adiuuan-
tem. Sic ſtetit in medio diſcipulorũ ſuorũ
ut eos ſua præſentia aſſecuraret. Securio-
res. n. ſunt uiatores inter latrones & præ-
dones ambulantes, cum uident in medio
ſui ſocium fortiſſimum & fidelẽ. Deut. 6.
Ne timeas eos, quia dñs Deus tuus in me
dio tui. Deus magnus & terribilis. Circa

G
*Stare. Quare in paſſione ſtetit dominus in medio latronũ, & in die Paſchæ ĩ medio diſcipulorum.*

hoc quæritur. Primo quare Deus in die
ueneris ſancta ſtetit in medio latronũ, &
in die ſancto Paſchæ in medio diſcipulo
rum. R̃ndetur q̃ p̃p duo. Primo ſtetit in
die veneris in medio latronum. iuxta il-
lud Abach. 3. conſideraui opera tua & ex-
paui, in medio duum animaliũ cognoſce-
ris i. latronum beſtialiter uiuentium, ad
denotandum q̃ dñs ibi erat tenens locũ.
Ade quia Adam fuerat latro. ideo ſoluẽs
emendam fuit in medio latronum. Nunc
uero quia exaltatus eſt a patre ſuo, & q̃a
medius locus honorabilior eſt ut dicit ſa-

Iuſtius.iõ ſtetit in medio diſcipulorũ ſicut ſol in medio ſyderum,ut eos illuminaret, ſicut princeps inter milites vt eos aĩaret. ſicut magiſter inter diſcipulos ut eos informaret. ſicut cor inter mẽbra ut eos uiuificaret. ſicut cõis amicus ut omnibus ſe cõicaret. Vnde cõiter ſtatuimus quem diligimus in medio, ut oẽs eius præſentia fruamur. Ad ſimilitudinem huius prelati noſtri Chriſti prelatus ſe debet tenere in medio. In medio.n.conſiſtit uirtus ſecũdũ Ariſtotelẽ.2.Ethico. Debet.n.ducere vitã virtuoſam vt ſicut lucerna non ponitur in angulo ſed in medio,vt oẽs uideant in circuitu,ſic uita prælati in medio eccleſiæ vt oẽs ibi accipiant exemplũ. Secũdo ut ſicut mediũ eſt immobile ſicut terra uel ẽt mediũ quod eſt centrum circuli. Sic dẽt prælatus immobilis eſſe ad veritatem dicendam & tuẽdam in aduerſitate & proſperitate ſicut terra,& nõ dẽt eſſe mobilis ſicut alia elementa.Si enim ueniat mandatum ab aliquo tali quali, non oportet tñ ꝙ cedat ueritati & utilitati populi ſui.

Tertio ut non ſit acceptor perſonarũ, ut.ſ.non ſit propinquior vni quàm alteri.

Secũda ratio ad oñdendũ ꝙ quãdiu ſumus in hoc mũdo, ſumus in medio latronũ mundi qui quærit diuitias nr̃as, & etiã malorũ hoĩm & dyaboli qui quærit rapere aĩam nr̃am,& ꝙ qui piæ uolunt uiuere, ſunt quaſi crucifixi. Sed in gloria reſurrectionis erimus a dextris ab eis ſeparati & in medio amicorum noſtrorũ.

H
*Pax. Vtrũ pax quã dedit Xp̃s ſit pax quã dedit mũdus.*

Secundo quæritur an illa pax quã dedit Deus ſit illa pax quã dat mũdus,aut illã dederit eis quam mundus dare non põt pacẽ. Rñſio. Dicitur ꝙ eſt pax mala quã dat mundus, & pax bona quã ſolus dat Deus. Prima triplex eſt,ſcilicet inordinata ſimulata,inquinata. Inordinata qñ ſuperior obedit inferiori,ut ſpũs remiſſus carni, uel prælatus remiſſus ceruicoſo fratri. Prouer.30. per tria mouetur terra, & quartũ ſuſtinere non põt. Per ſeruũ cũ regnare cœperit. Gen.3. Quia audiſti uocẽ uxoris tuæ maledicta terra in operæ tuo. Pax iſta deterior eſt guerra. Pax ſimulata fuit pax Iudę. Luc.22. Iuda oſculo filium hoĩs tradis. p̃s. Qui loquuntur pacẽ cũ proximo ſuo, mala aũt in cordibus eorum. Pax inquinata eſt concordia in malo. Greg. in moralibus. Sicut noxium eſſe ſolet ſi unitas deſit bonis ita pernicioſum eſt ſi nõ deſit malis. Talis fuit concordia Pylati & Hærodis qui ĩ morte Chriſti pacificati ſunt. Sed ueram pacẽ non ſolum ſaluator cõmendat, ſed ẽt ad eam inſtinctus naturæ prouocat. Aug.19. de ciuitate Dei. Sicut nemo eſt qui gaudere nolit,ita nemo eſt qui pacem habere nolit. Qñquidẽ & ipſi qui bella uolunt nihil aliud quàm pacem uictoria uolunt. Quinque ſunt quæ ualent ad ueram pacem.

I
*Pax. Quinque ualent ad ueram pacẽ habendam.*

Primum eſt ut amorẽ tuum a mundo retrahas. Ioan.16. In mũdo præſſuram habebitis, in me autem pacem. Non habet anima pacem quæ bonũ ſequitur quod nõ cõſequitur. uel quę uult tenere quod non põt retinere. Eccleſ 34. Quaſi qui apprehendit umbrã & ſequitur uentum, ſic qui attẽdit ad uiſa mendacia. Mendacia dicuntur bona tp̃alia. quia non ſoluunt quod promittunt. Promittunt.n. fœlicitatem Greg. Quid quietis quàm in hoc mundo nihil appetere. quid laborioſius q̃ terrenis deſideriis æſtuare? Hinc ẽ ꝙ Iſrael Sabbatum accepit in munere & Egyptus percutitur muſcarum multitudine. Señ. Quietiſſime uiuerent hoĩes ſi hæc duo uerba tollerentur meum & tuum.

Secundum eſt manſuetudo. p̃s. dicit de manſuetis, delectabuntur in multitudine pacis. Crux manſuetorum uncta eſt nec pacem impedit. Tertium eſt humilitas. Mat.11. Diſcite a me quia mitis ſum &c. humilitas maxime pacifica eſt. quæ nullũ comprimit,aliis ſe ſubdit. nouiſſimũ locũ quem alii refugiunt eligit. & cum ſuperbia pacem habere uidetur. In uacuitate.n. ſua quaſi in quadam concauitate tumorẽ ſuperbiæ recipit,ita ut ſit ibi unitas & cõcordia. Quartum quia amor diuinæ legi. p̃s. Pax multa diligentibus legẽ tuã,& non eſt illis ſcãdalũ. iõ nõ eſt eis ſcãdalũ, quia ad lumen ſapientiæ offendicula cauent. Iac.3. Sapiẽtia q̃ de ſurſum eſt primũ quidẽ pudica eſt, deinde pacifica. Sap. 8. Intrans domũ meã conquieſcam cũ illa. Quintũ eſt cõſcientię puritas. Augu. 19. de ciui. dei. Pacẽ inimiquorũ in cõparationem pacis iuſtorũ. ille uidet pacem non eſſe dicendã qui nouit præponere recta prauis,& ordinata peruerſis. Eſa. 44. non eſt pax impiis dicit dñs. Quõ pax uera eſt illi qui guerram habet cũ omnipotente,cui iuſticia Dei gladium euaginatum



tum tenet ſuper caput? Iob.9. quis reſtitit ei & pacem habuit? p̃s. Niſi conuerſi fueritis gladiũ ſuũ uibrauit. Quõ ueram pacem habet qui in domo propriæ conſcientiæ litem habet. qui in ſpinis uiciorum iacet. quem uermis conſcientiæ mordet? Secũdo deſolati erant diſcipuli propter turbationẽ conſcientiæ ſuæ. Nihil.n.eſt in homine bono quod magis eũ grauet quàm conſcientia eius ſi rixetur cum eo. Vnde Señ. Nihil eſt homini bonum ſine ſe bono. Sciebãt n. offendiſſe dñm propter fugam & negationem & incredulitatẽ. ideo dominus dixit eis. Pax uobis. Et qa guerra erat inter eos & iudęos & ſimiliter inter ſeipſos in turbatione conſcientiæ, iõ dixit bis,pax uobis. Propter hoc eccleſiæ ſponſus qui eſt ep̃s primo cũ ſe uertit ad populum & ſe ſentit locum tenere Chriſti,dicit pax uobis. Sed cũ ſe ſentit eſſe ſicut unum ex noſtris & ex ſeruis, reuerſus ultimo dicit,dominus uobiſcũ. Sed diſcipuli turbati in cõſcientia exiſtimabant ſe fantaſma ſeu ſpiritum uidere,quia qui turbantur in hmõi conſcientia ſunt timidi. quia obnoxij pœnæ futurę & iudicio Dei quod omni hora ſuper expectant Sapien.17. ſemper p̃ſumit.i.mala expectat ſeua perturbataq; conſcientia. Circa hoc duo quęruntur. Primo quare non dixit ego ſum Ieſus,nolite timere. ſed ſolũ dixit ego ſum? Dicitur ꝙ hoc iõ eſt. Primo quia ego ſum eſt propriũ nomẽ deitatis. Exo.3. qui eſt miſit me ad uos. Creaturæ proprię non ſunt ſed ſuſtentantur a Deo. Ad Gal.6. Si quis exiſtimat ſe aliquid eſſe cum nihil ſit,ipſe ſe ſeducit. Et quia diſcipuli tunc erant putaturi ipſum eſſe ſpiritũ. ideo nomen diuinitatis expreſſit,poſtea de humanitate firmaturus fidem per palpationem & comeſtionẽ. Neque.n. ualet fides de ſua humanitate, niſi ſtabilito fundamento fidei de ſua diuinitate. Satis enim facile eſt credere ꝙ unus hõ ſit natus mortuus & ſepultus,ſed ꝙ Deus ſit natus mortuus & ſepultus,difficile eſt credere. ideo prius nomen diuinitatis expreſſit. In ueteri lege quæ lex erat timoris, dum condebat leges eius terrorem incutiebat dicens. Ego dominus cuſtodite leges meas. ſed cum legem amoris uoluit introducere terrorem excutit dicens. Ego ſum nolite timere. Secundo quæritur unde proceſſit iſte timor,cum in eadem figurã eis apparuerit in qua conuerſabatur cum eis. Dicitur primo ꝙ hoc proceſſit ex inſolita uiſione. Si n. pr̃ alicuius ſuſcitaretur, terrerentur qui eũ uidere ſolebant. Inde homini ualde timendũ eſt cũ decedet ex hac uita in uiſione dęmonum & aliorum inſolitorum quæ tunc uidebuntur. Vnde Ariſtot.3. ethicorum. ultimũ terribilium mors eſt,quia tunc terribilia & horrendæ mõſtrorum larue uidentur. Secundo hoc potuit procedere ex ſubita apparitione, quia res quæ ſubito apparent cõiter turbant fantaſiã. Non põt.n. homo tunc bene diſcernere de talibus. ideo cũ in diſcipulis ſuperuenit diſcretio, ceſſauit turbatio. Tertio deſolati erant diſcipuli ſuper amicitia domini quam arbitrabantur amiſiſſe, eo ꝙ eum dereliquerunt in neceſſitatis articulo. Propter quod ad eos ueniẽs dixit eis. Vt quid aſcendunt cogitationes in corda ueſtra.

k
*Cogitatio. Quõ deſcendant & aſcendunt cogitiones noſtræ.*

Duobus enim modis cor de peccatur,ſcilicet abiiciendo cogitationes deſcendentes, & recipiendo aſcendẽtes. Quia ergo non ſufficimus cogitare aliquid boni ex nobis quaſi ex nobis, deſcendunt ad nos bonæ cogitationes a Deo, a quo omne datum optimum & omne donum perfectum deſcendens de ſurſum. Male a nobis ſurgunt. quæ quàm multiplices & improbe aſcendant nouit unuſquiſque, & in libro experientiæ didicit quàm ueneniferas potiones terat in Alueolo mentis noſtræ ſerpens antiquus. quàm uarias & inutiles ymagines in thalamo cordis noſtri depinguat, quæ tanquàm minutiſſimi bibiones in ipſos mentis oculos inuolant, immo miniſtros domini uſque ad altare proſequuntur. ut breuem ibi memoriam Chriſti in cruce pendentis abiiciant. Hæ ſunt muſce morientes quę perdunt ſuauitatem unguenti. Helyas qui cœlum uerbo clauſerat, his animam non clauſit, cum falſo cogitaret ſe ſolum relictum poſtea redargutus a domino, & facilius inuenit claudere cœlum quàm animam. Ab hoc ſcelere cordis conuertit nos Deus tribus modis. Prima conuerſio eſt redire ad cor. Secunda aſcendere in corde. Tertia excedere de corde. In prima eſt cor humile,in ſecũda cor mediocre, in tertia cor altum. De prima dicit Propheta.

Redite p̃uaricatores ad cor. Nec ē cōtēnē da iſta ſnīa quia de cęlo deſcendit, noſce teipſum quod eſt qñ cognoſcit hō quid ſibi debeat, quid creatori, quid proximo, quid corpori proprio. Secūdo aſcēdit ſpiritualiter in corde de uirtute in uirtutē, donec uideatur Deus deorum in Syon. de qua pauloante. p̃s. Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit. In tertio excedimus qñ de corde exit aīa ad uidēdū Deū & eius bñficia. de quo apoſt 2. Cor. 51. ſine mēte excedimus Deo. & p̃s. Accedet hō ad cor altū. Ad primā trahitur ſeruus per ſpm̃ timoris ad ſecūdā uocatur mercenarius p̃ ſpm̃ conſilii. ad tertiā leuatur filius p̄ ſpiritū ſapiētię vt ſic aſcēdat ſupra cor ad id quod oculus nō uidit. nec ī cor hoīs aſcēdit. p̄p̄ qđ filios ſuos diſcibiles ad hoc excitat dicens. Videte manus meas & pedes meos. Palpate & uidete. quia ſpiritus carnē & oſſa non habet. Tangendo. n. ſe mutuo per manum fiunt hoīes amici. Palpare igitur iubet, ut eorū manu in ſe ſuauiter iniecta amicitiā ad eos comprobet.

L
Dog.
*Vtrū corpus glorioſum ſit palpabile*

Circa quod quæritur utrū corpus glorioſum ſit palpabile. Quòd non uidetur. quia ait Gregorius. Corrūpi neceſſe eſt qđ palpatur. Corpus aūt glorioſum eſt incorruptibile. Dicitur primo ſ̃m Sco. 4. ſen. di. 49. q. 13. ꝙ aliquid palpari pōt reſiſtendo & non per aliquā qualitatē ſenſibilem vt cęlum. nec p̄p̄ hoc eſt corruptibile. Sed quod palpatur ſ̃m aliquā qualitatē ſenſibilem bñ eſt corruptibile ſuæ naturæ derelictū. qđ ſi nō præſeruaretur a Deo paſſibile eſſet paſſione corruptiua. Ita ꝙ ſ̃m iſtū doctorē tota rō impaſſibilitatis corporū glorioſorū eſt uoluntas diuina non coagens cauſæ ſecundæ corruptiue. & ita nō eſt incorruptibile a cā intrinſeca ſed extrinſeca impediente. Exēplum de igne in camino qui non egit ad conſumptionem trium puerorū. non quidem propter aliquā impaſſibilitatē intrinſecā in pueris. nec ex carentia paſſiue potentię. nec ex contrario intrinſeco impediente. ſed quia Deus ex uoluntate ſua nō cooperabatur ad illā actionē. Dicitur ſecūdo ſ̃m Bon. 4. ſen. diſt. 5. ꝙ cum dicitur aliquid tāgibile duo dicuntur. ſ. ꝙ pōt immutare ſenſum & hoc eſt perfectionis. & ꝙ nō pōt latere tactū noſtrū, & hoc eſt imperfectionis. Et quia remanebit qđ perfectionis eſt & tolletur quod eſt imperfectionis, iō corpus glorioſum pōt ſe p̃bere tāgibile & pōt nō præbere. & ſic latere. & hoc hēt ſ̃m diuerſas cōdōnes. Nā tāgi p̄t quia pōt impellēti reſiſtere cū ſit corpus uerū nō uanū uel fantaſticum. latere pōt, quia pōt penetrare organū tactus abſque tactu. Primū hēt per uirtutem naturæ. ſ̃m per effectū ſpiritualis potentiæ. Quarto deſolati erāt ſuper tā ſuaui cōicatione perdita & modo uiuēdi mutato. ſicut turbatur familia mortuo patre familias. quia mutatur cōicatio & modus uiuendi. Sic turbati ſunt diſcipuli. ſed dñs reſumpto priſtino mō cauſandi petiit ab eis ſi haberent quid manducare. At illi obtulerunt partē piſcis aſſi & fauū mellis & manducauit cū eis. nec tunc putauerūt fantaſma eſſe. Cauſa aūt quare dñs permiſit ut turbarentur & exiſtimarent ſe ſpm̃ uidere, eſt ut iſte reuelationes non cito quaſi uere recipiantur, ſed magis cum timore ambigat homo ſi ex Deo ſint. vnde. 1. Ioā. 8. Probate ſpiritus ſi ex Deo ſint. Dyabolus autem ſemper hoīem in principio delectat. & quādo recedit dimittit conſcientiam turbatam. econuerſo dñs in principio turbat. in fine uero ſanat & lætificat. Inde gauiſi ſunt diſcipuli uiſo dño. & hoc poſt turbationem. Quinto deſolati erāt ſuper promiſſionibus quas a Chriſto ſperabant quas timebāt perdidiſſe. ſicut promiſſionem de clauibus cœli quas Petro promiſerat. Propter quod magnum eſt eſſe regni cęlorum capacem quando perſona ita magna ſicut Petrus conſtituta eſt cœli clauigera. Similiter diſpoſuerat eis dare regnum. Luc. 22. Propter quod dominus ordinat eos hodie Epiſcopos dicens. Sicut miſit me pater, id eſt ea charitate qua me miſit ita ego mitto uos, & ſicut ego uos docui ita docebitis. Sed quia ad prælatum tria requiruntur tria eis dedit. Primo requiritur magnitudo & excellentia doctrinę. & quia illi erant piſcatores ſimplices & idiotæ. ideo ille qui aperuit & nemo claudit, aperuit illis ſenſum ut intelligerent ſcripturas. Secundo requiritur ſanctitas vitæ. ideo inſufflauit in eis ut acciperent ſpiritum ſanctū. Tertio auctoritas. ideo dedit eis poteſtatē remittendi peccata dicens. Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis.





*Feria 4. poſt paſcha ſermo 1. & in ordine 163. per thema.*

A
*Reſurrectio xp̃i. Propter quid memores eē debemus reſurrectionis Chriſti.*

HAec dies quam fecit dñs, exultemus & lætemur in ea. Pſal. 117. Reſurrectionis Chriſti propter tria memores eſſe debemus. Primo ad gratiarum actionem. Propter nos enim ſurrexit. & ſi ſic non fecerimus obuiat nobis illud. Matth. 11. cecinimus uobis & non ſaltaſtis. Similiter de morte debemus ei compati. quod ſi nō fecerimus obuiat nobis illud quo ſequit̃. Lamentauimus uobis & non planxiſtis. Et hoc maxime facere debemus. quia ſecundum Origenem ſuper Cantica. abdimelech. enuchus & ethiops propterea ſaluatus eſt quia eduxit Hieremiam prophetam de lacu. Ita ſalus populi gentilis qui erat obſcure gentis & degeneris ideo facta eſt. quia Chriſtum credit reſurrexiſſe a mortuis. & ita eū eduxiſſe de lacu mortis uidetur. In quo populus iudęorum malignus ſua infidelitate detinere. hæc Orige. Secundo ad eius imitationem, quia eius reſurrectio ſignificat in nobis uitæ nouitatem. Roma. 6. ut quomodo Chriſtus reſurrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. ut ſicut ipſe ab omni pœna abſolutus eſt, ſic nos ab omni culpa. Roma. 6. Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur. Et ſequitur. Non ergo regnet peccatum in ueſtro mortali corpore. Sed cōtingit poſt reſurrectionem dęmones niti hominem iterum mortificare. Io. 11. cū dominus Lazarum ſuſcitaſſet iudęi uolebant eū interficere. Sic dyabolus conatur reſurgentem occidere. Tertio reminiſci debemus reſurrectionis Chriſti ad futurę reſurrectionis certitudinem. 2. Corint 15. Si mortui non reſurgunt neque Chriſtus reſurrexit. Quod ſi Chriſtus nō reſurrexit inanis eſt prædicatio noſtra. Vnde. Exodi 11. celebrabitis diem domino. non uobis in epulis & luxuriis. quia ſunt quidā religioſe ſe hñtes per totam quadrageſimam ſed in paſcha incipiunt uiuere ſicut prius. & tales non faciunt paſcha, id eſt tranſitum ſed potius reditum. de quo reditu. Prouer. 26. Sicut canis reuerſus ad uomitum ſic imprudens qui iterat ſtultitiam ſuam. Ezechiel. 1. animalia ibant bene uiuendo & non reuertebantur recidiuando. Vt ergo paſcha celebremus cum Chriſto, Mariam inuitemus in feſto noſtro ſalutantes & eam dicentes Aue.

B
*Reſurrectio xp̃i. Quare in reſurrectione xp̃i exultare debemus.*

Non ſine cauſa hac die exultare debemus. quia per Chriſti reſurrectionem aperitur tartarus. innouatur terra. & paradiſus reſeratur. Apertus tartarus reddit mortuos ſuos. & paradiſus reſeratus ſuſcipit aſcendentes. Propter quod in paradiſum aſcendit latro qui prius in tartarum deſcenderat. Sanctorum corpora ingrediuntur ſanctam ciuitatem. & ad uiuos mortui referuntur. Reſurrectio enim Xp̃i mortuis eſt uita. peccatoribus uenia. ſanctis gloria. Ideo nimirum ſi ad creatoris gloriā ſingulos īuitat dicēs. Hæc dies &c. Sed dicet aliquis. Solum graturari debēt quos hæc dies complectitur. cœlum autē & tartarus ſunt extra huius mundi diem conſtituta. Sed ad hoc dicendum ꝙ dies quam fecit dominus omnia penetrat. ſcilicet cœlum terram & tartarum. lux enim Chriſti parietibus non obruitur. non elementis diuiditur. non tenebris obſcuratur. Lux Chriſti dies eſt ſine morte. ſine fine. ubique ſplendet. ubique radiat. Qđ autem ſit dies Apoſtolus ait. Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. ut ſic intelligatur. Superueniente lumine Chriſti dyaboli tenebre fugatę ſunt. Qđ in inferno luceat dicitur Eſaiæ. 9. habitātibus in regione umbre mortis lux orta eſt eis. Qđ in cœlo. Pſal. Ponam tronum eius ſicut dies cœli. Hic dies Chriſtus qui eſt dies de die. de quo Salomon. Ego feci ut oriretur in cœlo lumen indeficiens. Sicut autē diem cęli nox omnino nō ſequitur. ſic lumē Xp̃i in tenebris inferiorū lucet & tenebrę eam nō comp̃henderunt. Cū hęc igr̃ dies ubiq; luceat ad terrorē infernorū ad ſpē terrenorum. ad letitiam ſupnorū hæc dies q̃ fecit dñs. Hanc diem fecit dominus glorioſam miraculis. Nam ſicut refert euangeliſta Iohannes duplici miraculo apud mare tyberiadis ſe manifeſtauit. Primo miraculo in captura piſcium. Secundo miraculo in pane & piſce de nouo formatis ab eo. quibus deductis finem faciemus.

C
*Reſurrectio xp̃i. Quòd aliter xp̃s aliter alij reſurgūt.*

Pro primo igitur miraculo dicit euangeliſta. Poſtea manifeſtauit ſe iterum Ieſus ad mare tyberiadis. non in mari. quia iā mare. i. amaritudinē mortis tranſierat & mortē calcauerat. Aliter. n. ſurrexit ipſe. aliter alii. Nam Xp̃s ſolus in

ter mortuos liber, de torrẽte mortis qui ab ipſo mundi initio in humano gñe effluxit, in via .i. in tranſitu bibit nec fecit mors in eo morã ſicut in nobis vſque ad finẽ ſæculi remanet. Vnde Num. 14. virga Aarõ inter duodecim ſola floruit. quia ſm Gregor. 4. mor. ſingulæ virgæ quæ in ariditate permanent ſunt ſctõrum corpora quæ arida & mortua ꝑdurãt vſque ad generalẽ reſurrectionẽ. Sola virga Aaron .i. corpus Chriſti ꝙ fuit de tribu leui, iã floruit ꝑ reſurrectionẽ. p̃s. Et refloruit caro mea. Caro nr̃a defloruit in Adam a flore naturalis pulchritudinis. qñ eius corpus ꝑ peccatũ mortuũ eſt & in oẽs hoĩes mors pertranſijt. Sed floruit in xp̃i cõceptione qñ ingreſſus eſt mũdũ ſine macula. ipſe qui fuit lapis p̃ciſus ſine manibus. & qui pctm̃ non fecit nec inuentus eſt dolus in ore eius. In paſſione aũt emarcuit. ſed in reſurrectione priſtinũ ſtatũ & decorẽ recepit. Qui .n. ſunt in magna aduerſitate & ſollicitudine cito efficiuntur rugoſi & dicũtur ſeneſcere. econuerſo de his qui in leticia viuunt. Propter quod Prouer. 7. animus gaudens ætatem floridã facit. ſpũs triſtis exiccat oſſa. Siccitas .n. propinquiſſima eſt qualitas ſenectuti. Idõ florere dr̃ caro in proſperis. florẽ ꝑdere in aduerſis. Idõ nil mirũ ſi dũ floruit caro Chriſti ĩ cõceptione & emarcuit in paſſione, ſi refloruit in reſurrectione. Secundo mors alios calcat. Iob. 18. Calcet ſuꝑ eũ rex interitus. Quis eſt rex ĩteritus niſi mors? Vbi regnũ eius niſi vbique terrarũ? Nullus exẽptus eſt ab huius regis dñio nec reges, imperatores, aut papa. Solus xp̃s eſt quẽ nõ calcauit. quia ſolus de morte triũphauit. Miro tñ modo. quia nuluit uincere mortẽ niſi per mortẽ ipſam. Oſeę. 13. O mors ero mors tua. Mors oẽs detinebat. & quotquot moriebãtur in infernũ deſcendebant nec poterant euolare. venit Chriſtus. uoluit eum mors detinere ſed nõ potuit. Mortuus .n. fuit. ſed ꝑ eũ mors tranſire nõ potuit. ſed ipſe per mortẽ trãſiuit. & quaſi collũ eius calcans eam ſubegit. Cum .n. aliquis per aliud trãſit, quaſi ipſum pedibus cõculcat. Sic Chriſtus trãſiuit per mortẽ qui prius per oẽs trãſierat. Idõ recte xp̃i mors dicit. Phaſe .i. tranſitus. Ait .n. Torcular calcaui ſolus quaſi diceret. Alii calcati ſunt in torculari mortis. ſed ego ſolus torcular mortis calcaui.

D

*Liber. Quõ liber uitæ agnitus eſt in reſurrectione.*

Manifeſtauit ãt ſic. p̃ſentia .ſ. corpis ſui glorioſi. In libro gracilis lr̃æ & ſubtilis nõ bñ legit debilis oculus. maxime qñ ſuperponitur groſſum corpus & obſcurũ. ſed qñ ſuperponitur corpus clarũ & lucidũ melius legit. quia lr̃a apparet groſſior. ſicut qñ ſuperponitur criſtallus vel vitrũ Filius Dei eſt liber cõtinẽs oẽ quod eſt neceſſariũ humanę ſaluti. Eccl. 4. liber vitæ teſtam̃ altiſſimi & agnitio veritatis. Sed ille liber adeo ſubtilis eſt in ſua deitate. ꝙ nullus intellectus creatus põt ibi legere in uita p̃ſenti. Exo 33. Non uidebit me hõ & viuet. Poſt incarnationẽ fuit liber iſte coopertus pelle groſſa & corpore materiali. Idõ nõ poterat uideri nec legi diuinitas latẽs ſub tali corpore. Vñ iudęi volebãt ipſum lapidare Io. 10. de bono operæ nõ lapidamus te ſed de blaſphemia, qa tu hõ cũ ſis facis teipſum Deũ. Sed hodie ĩ reſurrectione qñ corpus glorioſum clarũ & lucidũ fuit poſitũ ſuper deitatẽ, tũc liber fuit cognitus & apparuit. Io. 12. Hæc nõ cognouerũt diſcipuli eius primum. ſed qñ glorificatus eſt Ieſus. Erãt aũt ſimul Symõ Petrus & Thomas qui dr̃ didimus. & Nathanael ꝙ erat a chana Galileæ, &c. qui erant ſeptẽ piſcatores qui piſcabãtur in naui alienis accommodata uel locata. quia a principio ſuæ cõuerſionis reliquerãt nauẽ & rhetia. Piſcabãtur aũt licitè, quia ſm Aug. nõ fuerũt prohibiti ex arte ſua licita & cõceſſa victũ ſibi neceſſarium quærere ſeruata ſui apoſtolatus integritate. ſi qñ vñ viuerẽt aliud nõ haberẽt. Propter quod & Paulus ſcenofactoriã artẽ didicit, ut cũ neceſſitas vel eccleſiæ vtilitas occurreret, de labore ſuo viueret. Et ſm Gregor. negociũ qđ ante cõuerſionẽ ſine peccato extitit, hoc ẽt poſt cõuerſionẽ repetere culpa non fuit. Quod aũt ad pctm̃ implicat ad hoc neceſſe eſt vt poſt cõuerſionẽ animus nõ recurrat. Vnde poſt conuerſionẽ ſuam ad piſcationẽ Petrus rediit & nõ Mattheus ad theloneum. Et aſcenderũt in nauim. & per totã noctem illam nihil prendiderunt, quia diuinũ deerat auxilium. cuius carentia nos dicitur. Quod factũ eſt vt captio ſequens piſcium manifeſte miraculoſa appareret.

E

*Manus. Quõ manus in ſinu apparuit non leproſa. extra leproſa.*

Mane autem facto ſtetit Ieſus in littore. non ſuper aquam, ſed in terra ſolida, quia amplius non erat cũ eis in fluctibus vitæ corruptibilis



ſed magis tranſierat ad ſtatum vitę immortalis. Manus .n. Moyſi extra ſinum apparuit leproſa. non autem cum reducta fuit in ſinũ. Sic manus Dei patris .i. filius eius. de quo clamat. p̃s. Emitte manum tuam de alto & libera me de aquis multis. Et iterũ. Fiat manus tua vt ſaluet. quæ manus in hoc mundo extra Paradiſum apparuit infirma & leproſa. Eſaiæ. 53. Nos reputauimus eũ quaſi leproſum. ſed nunc in ſinu patris reducta nõ amplius infirmatur, quia Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur.

F

*Honor. Qui in honore ſunt dedignantur uidere minores.*

Et non cognouerunt quia Ieſus eſt. Non poterat .n. dominus immemor eſſe ſuorum qui vix memorabantur eius. diſſimilis illis qui cum ſtatũ honoris aſcẽdunt, minores & ſocios & parentes deſpiciũt. Minores enim cognoſcebat. & non cognoſcebant eum. De homine uero mundano dicitur. Homo cum in honore eſſet non intellexit. Dedignatur enim videre minores & dignatur altiores. econtra. Dominus humilia reſpicit & alta a longe cognoſcit. Et ideo apparuit eis vt cum nihil eſſent aliquid eos faceret. Vnde Augu. Quid eſt hõ niſi ꝙ memor es eius. Nam p̃s. Quorum nõ es memor amplius ipſi de manu tua repulſi ſunt. quibus dicetur. neſcio vos. Sed quia memor es eius aliquid eſt Eſaiæ. In manibus meis deſcripſi te, in paſſione mea. Sed quid eſt homo? Vniuerſa vanitas omnis homo uiuens. omnis homo mẽdax. Omnis ergo homo falſitas eſt. Exurge igitur dñe ut nõ præualeat homo. Exurge ueritas. non pręualeat falſitas. Si vult homo eſſe aliquid boni, nõ ſit de ſuo proprio, alioquin mendax erit. Si uerax eſſe uoluerit, de Deo non de ſuo erit. Tantum enim præualuit homo aduerſus Deum, falſitas contra ueritatem vt eam uellet lapidare ut in eã ſpueret percuteret vulneraret, flagellaret, crucifigeret, blaſphemare, & occideret. Exurge igitur dñe non præualeat homo, iudicentur gentes in cõſpectu tuo, quia poſt reſurrectionẽ & aſcenſionem uenturus eſt iudicare mũdum. Dixit eis Ieſus. Pueri nunquid pulmentarium habetis? Pueros vocat ſecũdũ Petrũ Rauen. quia in fide tũc paruuli erant, & quia ut pueri nundũ idonei erant ad prælium aut ad mẽſam Chriſti. Negat enim Petrus, dubitat Thomas, fugit Ioannes. Per pulmentarium autem intelligebat aliquid quod decoqui & comedi poſſet. uel illud quod pani ad dulcorandum adiungitur, & quo panis ut magis comeſtibilis ſit, conditur. Vel ſecundũ Chriſoſto. pulmentarium uocat piſces dulces ad edendum. Humaniter autẽ eis loquitur quaſi mercator uolens quid ab eis emere, & illi credentes eum eſſe mercatorem piſces emere volentem, reſponderunt ꝙ non. Myſtice autem a nobis pulmentũ petit dominus vt reficiatur. quod eſt obedientia mandatorum Dei ad quã omnes obligantur. Meus eſt (inquit) cibus ut faciam uoluntatem patris mei.

G

*Piſces. Per piſces carnales homines intelliguntur.*

At ille dixit mittite in dexteram nauigijs rhetæ & inuenietis. In ſiniſtra enim ſunt diuitiæ & delitie. in qua uix piſcantur diſcipuli Chriſti. ſed ſolum in dextera, ſcilicet ſpirituales homines. Sicut enim carnes piſcis aliis facilius corrumpuntur, & uita carnalis facile conuertitur in corruptelam. Eccleſiaſt. 9. memento quoniã omnes in corruptione ſumus. Propter quod in huius contemptum dicitur de carnali Iob. 24. dulcedo illius vermis. Itẽ ſicut piſcis moritur extra aquam, ſic carnalis extra delicias. Eſa. 50. Computreſcent piſces ſine aqua. Hinc Exo. 7. dicitur ꝙ dominus cõuertit aquas in ſanguinem & mortui ſunt piſces qui erant in flumine. Nihil autẽ aliud eſt conuertere aquas in ſanguinem quàm ipſas delicias in pœnalem afflictionem uel pœnæ ęternæ conſiderationem. Hinc miro modo expauit Thobias ne piſcis immanis deuoraret eũ. Ita maxime timendum eſt de cõcupiſcentia carnali, ne nos inuadat & deuoret quod in nobis viuum eſt & bonum. Sed piſcis iſte per conſilium Angeli trahendus in ſic cum, id eſt de deliciis ad ariditatem abſtinentiæ. Aridus enim cibus & potus arctus & aſpera veſtis mactant carnem. uel ariditatẽ infernalem quæ poſt præſentes delicias in futuro ſequetur excogitare oportet, ut patuit in diuite euangelico qui quotidie epulabatur ſplendidæ.

H

*Piſces. Quòd rheti prædicationis odorifero capiũtur piſces .i. carnales hoĩes.*

Et non ualebant trahere præ multitudine piſcium. Hi piſcatores ſunt p̃dicatores qui ſine uirtute Chriſti nihil prendunt aut proficere poſſunt, quia ſine inſtructione eius interiori fruſtra laborat lingua prædicatoris. Sed mane quando uenit lux illuminans corda ipſo Chriſto principaliter operante capiũt

copioſam multitudinē piſcium, per quam
ſignificatur multitudo credentiū & con-
uerſorū. Vnde & piſces fugiunt rhetia fę-
tida & corrupta nec libenter intrant ea.
& propter hoc illi qui piſcantur cum tali-
bus rhetibus paucos uel nullos piſces ca-
piunt. Sequuntur tñ rhetia odorifera &
munda. ideo cū talibus capiuntur melius.
Diſcipulus autem ille quē diligebat Ie
ſus dixit Petro, dñs eſt. Puritas enim men
tis & corporis maxime diſponit hominē
ad cognitionē diuinorū. Philoſophus. 2.
de anima. actus actiuorum ſunt in patien
te diſpoſito. Mundicia ēt mentis purificat
vas cordis, ut in eo abunde effundantur
dona Dei, quod deſignatur in Ioanne qui
erat virgo. Petrus autem hoc audito tu-
nica ſe ſuccinxit & proiecit in mare. Erat
enim nudus, id eſt parum veſtitus, vt apti-
or eſſet ad piſcationis opus. Quidam di-
cunt ꝙ venit ad Chriſtum peditando nō
natando. Inde tunica ſuccinxit ſe. quod
non feciſſet ſi natando venire vellet. nec
etiā peditādo per profundum aquæ, quia
diſtabant a terra quaſi cubitis ducentis.
Propter quod non uidetur ꝙ in tanto ſpa
cio aqua maris eſſet tam parū profunda,
vt in ea ibi peditare poſſet, & maxime qa
illa aqua tanta erat ꝙ in ea nauis poterat
currere in qua erant ſeptem homines ad
minus, quia tot ſunt h c numerati, & cen-
tum quinquaginta tres piſces magni. &
rhetia & cætera nauis inſtrumenta. Pro-
pterea Petrus dñi memor quem feruen-
ter diligebat, & priſtine ambulationis ſup
aquam quādo ad Chriſtū venerat, ſe pro-
iecis ſuper aquas, & hic uidetur ambulaſ-
ſe ſuper eas. alii aūt diſcipuli nauigio uene
runt. Erant n. longe a terra quaſi cubitis
ducentis. Ioannes quidem perſpicatior
intellectu. Petrus feruentior affectu, pro-
pterea Ioannes prius cognouit Chriſtum,
ſed Petrus primo iuit ad eum. Et hoc per
mare. i. per tribulationē præſentis vitæ,
quia qui deſiderāt ad Chriſtū venire mit
tunt ſe in mare, eo ꝙ non refugiunt peri
culū ſeu tribulationes huius mundi, ſciē
tes ꝙ per multas tribulationes oportet in
trare in regnū cœlorum. Secunda pars
eſt de ſecūdo miraculo. Cum. n. deſcendiſ
ſent in terram inuenerunt prunas in litto
re poſitas. i. ordinatas ad calefaciendū &
piſcē illis ſuperpoſitum, quæ quidem non
ex materia ſubiecta ſicut alias multiplica
uit panes, ſed de nihilo fecit uirtute diui-
na carbones accenſos & piſcem & panem
ad meliorem diſcipulorum in fide reſur-
rectionis Chriſti confirmationem. De Be
thſaida ad vnam leucam contra orientē
eſt locus ubi ſtetit Ieſus in littore, cuius
adhuc veſtigia ibidē oſtēdūtur in lapide,
& inde non ad iactus lapidis medietatem,
locus ubi viderunt prunas & piſcem ſu-
prapoſitum & panē. Ex hoc piſce aſſo par
tem diſcipuli, partem ipſe comedit. quia
ante reſurrectionem totum piſcem aſſum
comederat, quia non ſolum compaſſione
mentis ſed etiā paſſione corporis infirmi
tates noſtras ſibi aſſumpſerat. Eſa. 53. Ve-
re languores noſtros ipſe tulit. Sed poſt re
ſurrectiones impaſſibilis factus, & ſi non
corporaliter patiatur, infirmitatibus tñ
noſtris cōpatitur. Heb. 10. Non habemus
pontificem qui non poſſit cōpati infirmi-
tatibus noſtris. Bern. Et ſi perdidit paſſio
nem non tñ compaſſionē. Et dixit eis
Ieſus. Afferte de piſcibus quos prendidi-
ſtis nunc. Vnde quidā ſunt qui nec ad Ie-
ſum ueniunt nec ei aliquem adducunt, im
mo malo exemplo alios inducētes ad ma
lum ab eo auertunt. Quales erant quibus
dictum eſt Matt. 23. clauditis regnū cęlo
rum ante homines. uos aūt non intratis
neque introeuntes intrare ſinitis. Alii afferunt ſeu adducunt alios & non ueniunt.
ſibi nequā & aliis boni, quibus poteſt di-
ci illud Mat. 17. Quid prodeſt homini ſi
vniuerſum mundum lucretur, &c. Alii ve
ro veniunt ſed non afferunt de piſcibus
quos prendiderunt, quod non videtur ſuf
ficere homini litterato. cum ſcriptum ſit
Prouerb. 14. iracundiam regis inutilis ſu-
ſtinebit. & Mat. 25. ſeruum inutilem proij
cite in tenebras exteriores. & prælato ve
natori dicitur. Gen. 27. Affer mihi de ve-
natione tua. & paſtori dicitur Hieron. 13.
Vbi eſt grex qui datus eſt tibi? Vnde &
Apoſtoli attulerunt de piſcibus quos prē
diderunt. Petrus adduxit iudæam, Ioan-
nes Aſiam, Paulus Greciam, Andreas A-
chaiam, Philippus Scithiam. & prælati no
ſtri temporis ueniunt in conſpectu eius
uacui. Aſcendit Symon Petrus & traxit
rhete in terrā plenū magni piſcibus, &c.
Hic oſtenditur magnitudo miraculi, quia
cum tanti eſſent non eſt ſciſſum rhete, &
pranſus



pranſus cum eis dedit eis panē & piſcem
ſimiliter. Hoc iam tertio manifeſtatus eſt
Ieſus diſcipulis ſuis. Primo in die Paſchæ
omnibus præter Thomam qui aberat. Se
cundo in octaua die poſt Paſcha vbi Tho
mas erat & tertio hic circa mare Galileæ
vbi perfecte cognouerunt cum reſurrexiſ
ſe a mortuis. Vnde multiplicem legimus
reſurrectionem. nam aliter ſurrexit Laza
rus, aliter Samuel, aliter Chriſtus Samuel
quidem tantummodo reſurrexit apparen
ter & ſtatim diſparuit, nec ad menſam re-
ceptus eſt. Hi ſunt qui in Paſcha male cō
feſſi ſunt, apparent tamen deuoti & catho
lici ſed nō ſuſcipiuntur ad menſam Chri-
ſti, immo eis prohibetur, nec corpus Chri
ſti eos reficit. Surgunt vt Lazarus qui ve-
re a peccatis reſurgunt, & ad menſam
Chriſti recipiūtur, cibanturq; pane Chri
ſti. ſicut & Lazarus poſtquàm ſurrexit ad
menſam Chriſti receptus eſt. Ioan. 12. Et
tales poſſunt dicere illud. ps. Ego dormi
ui in peccato & ſoporatus ſum, ſed per
Dei gratiam exurrexi, quia dominus ſu-
ſcepit me ad menſam ſuam. Hoc enim ſi-
gnum apparet ſuſcitationis Lazari, quòd
erat vnus ex diſcūbentibus. ſed tamen ſur
rexit iterum moriturus, quia recidiuum
paſſurus ſtatim poſt Paſcha. Et mirum eſt
quomodo dyabolum poſt Paſcha cito re
cipiunt, & dominum eiiciunt. Eiiciunt eū
qui bene ſimbolum ſoluit, & recipiunt
qui nihil ſoluit. ſed tantummodo delecta
tionem temporalem dat eis quæ non eſt
ſua ſed creatoris. Sed mundam libenter
recipiunt uiolatores qui comedunt alie
num. Præterea dominum cum uenit cum
fletu receperunt, dyabolum uero poſt
Paſcha cum choreis & canticis. & cū dor-
mit in eis quantū poſſunt obſeruāt ne prę
dicatione excitetur, quia eam fugiūt. Sed
male dicunt ei qui parati ſunt ſuſcipere
leuiathan, id eſt prædicatoribus quos au-
dire non poſſunt. Sed non eſt mirum ſi il-
lic dyabolus habitat, quia magnates cō-
muniter ad hoſpitia diuertūt aſſueta. Sed
Chriſtus reſurrexit uere nō ſicut Samuel
ficte, neque ſicut Lazarus iterum moritu
rus, quia Chriſtus reſurgens ex mortuis
iam non moritur. Et ita ſi uolumus habe
re partem in reſurrectione ſecunda qua
Chriſtus reſurrexit per gloriam patris.
Rom. 6. ita habeamus partem in reſurre-
ctione prima qua a peccatis reſurgamus
non iterum in ea caſuri, quia Apocal. 20.
Beatus & ſanctus eſt qui habet partem
in reſurrectione prima.

*I Reſurrectio xpi. De differentia reſurrectionis Xpi, Lazari, et Samuelis.*

*Sermo 2. feria quarta poſt Paſcha. Et in ordine. 164. per Thema.*

*A Gloria paradiſi. Quod oportet pati prius quàm ingrediamur in gloriā paradiſi.*

MIttite in dexteram nauigii rhete & 
inuenietis. Ioannis. 21. Chriſtus in
hoc mundo quādiu uiator fuit, in ſiniſtra
ſedit. Oportuit enim Chriſtum pati, ſed
nunc comprehenſor & reſurgens ſedet ad
dexteram patris. Ita enim oportuit eum
intrare in gloriam ſuam. Nam ſicut aurū
uel argētum ad hoc quòd in aliquod pul
chram uas poſſit transformari neceſſe eſt
ipſum multas malleationes ſuſtinere &
pati. ſic ad hoc ꝙ iuſti poſſint fieri uaſa
æternæ gloriæ contentiua. Sicut enim ſe
men nunquam fructus produceret niſi
hyemis frigora ſuſtineret (vnde in India
in quodam Regno uineæ creſcunt pul-
cherrimę quæ nullum pęnitus fructum af
ferunt, quod accidit ratione caloris con-
tinui, & quia in illis partibus nunquàm
uiget frigus qđ poſſit arbores impregna-
re) Lignū etiā nunquā in ædificio ponere
tur niſi prius cęlaturas & ſciſmata pateretur ſic nullus in Paradiſi ædificio niſi tri-
bulationes patiatur. Vnde iſte tribulatio-
nes ſunt quaſi neceſſariæ. Luc. 17. oportet
illum multa pati. & Matth. 26. quoniam
ſic oportet fieri. quia hoc eſt neceſſario in
ditum a Deo & natura. Sunt enim aliquæ
paſſiones quę a ſuperioribus influentiis in
fliguntur aliquibus. ut paſſio lunatica &
epylentica. & iſta de neceſſitate pati opor
tet, quia in iſtis nihil aut parum ualet me-
dicina. ſic neceſſario oportet pati tribula
tiones a Deo & natura tāquàm a ſuperio
ribus cauſis inditas. Si enim Luna quæ eſt
ſuperior obſcuritatem & Eclipſim pati-
tur non eſt mirum ſi iſta inferiora ſępe
defectum luminis patiantur. Ideo quare
nos peccatores non patiemur, ſi Chriſtus
& ſancti tribulationē paſſi ſunt in ingreſ-
ſu paradiſi & maxime beata virgo? Ad
quam recurrentes dicemus Aue.

*B Dexteræ. Quòd in dexteræ parte*

Ad inueniendū qđ bonū eſt iubet dñs
mittere rhete in dexteram nauigii, id eſt
cor noſtrum in dexterā partem & non in
ſiniſtrā. de qua Prouerb. 3. in ſiniſtra eius
diuitiæ

*mittendū eſt cor noſtrum.*

diuitiæ & gloria.in dextera illius longi-
turnitas uitæ.Qui enim in ſiniſtra.id eſt
circa temporalia mittit rhete cordis ſui
credit multa capere & nihil capit. Eſt enī
illud rhete tela araneæ quæ ſe euiſcerat
pro facienda tela ad capiendás muſcas q̄
nullius ualoris ſunt. Pſ.dies noſtri ſicut
aranea meditabuntur.Nam ſicut tela ara
neæ quam cum magnis texuit laboribus
flatu uenti diſſoluitur.ſic dies noſtri acq
rendo diuinas & honores in magnis labo
ribus & afflictionibus conſumuntur,& ſu
bito aure flatu in omnem uentum diſper
guntur,& nihil ei ſunt aut proſunt . q eas
acquiſiuit.Sed ſi quis in dextera ſpiritua-
lium & æternorum mittat rhete cordis
ſui primo inueniet piſcem fidei q̄ piſcabi
tur in aquis dulcibus baptiſmi. Scđo in-
ueniet piſcem ſpei in aquis amaris tribu-
lationis.iuxta illud. Roma.5. tribulatio
patientiam operatur,patientia autem ꝓ-
bationem,probatio uero ſpem. Tertio pi
ſcabitur piſcem amantiſſimum caritatis
in quatuor fluminibus paradiſi ſ. in bene
ficiis Xp̄i,in meritis eius, in ꝓmiſſionibus
ſuis,& ī ſuffragiis ſctōrum. Propterea iux
ta præceptum eius mittite in dexteram
nauigii rhete & inuenientis . Circa the
ma duo uidēda ſunt. Primo qui nauis eſt
in qua piſcantur.Scđo qui ſunt in illa na
ui piſcatores. Pro primo ſciendum eſt

**C**

*Pn̄ia. Quō pœnitentia dicitur multiplici ratione nauis.*

ꝙ quadruplex eſt nauis. Vna eſt transfre-
tantium qui dicitur pœnitentiam, & dici-
tur ſcđa tabula poſt naufragium in qua
fit tranſitus per mare huius ſęculi.de qua
Sap.14.ut non eſſent uacua ſapientiæ ope
ra.propter hoc ēt credunt hoīes animas
ſuas exiguo ligno, & tranſecuntes mare
per ratem liberati ſunt. Exiguum lignum
pn̄iæ eſt humilis crux Xp̄i cui pęnitentes
configuntur.Mare eſt inundatio huius ſæ
culi nequam in qua ſolis pęnitentes libe-
rantur.De qua naui Matth.9. Aſcendens
Ieſus in nauim transfretauit & uenit in ci
uitatem ſuā.qđ pōt intellig de Chriſto in
ſuis mēbris,qui nauis ſignificat per archā
Noè, qui iuſtus inuentus in ea cuſtoditus
eſt ab Ira Dei.2.Pe.2.Deus originali mū
do non pepercit,ſed octauum Noè iuſti-
ciæ & pn̄ię præconem cuſtodiuit diluuiū
mundo impiorum inducens. Vnde uitupe
perabile eſt armigero ſi dn̄m in tirocinio
non ſequatur.1.Regū.14. dixit Ionathas
ad armigerum ſuum. Aſcendamus & ſeq̄-
re me,& armiger eius aſcendit poſt eum.
Inuitat ergo Ionathas armigerum.i.Xp̄s
quemlicet Chriſtianum ut Nauem pn̄iæ
cum eo aſcendat. Ait n.Matth.10.Qui nō
accipit crucem ſuam & ſequitur me non
eſt me dignus. Dicitur autem pn̄ia nauis
propter multa. Primo rōne facturæ, quia
nauis in principio & in fine arcta eſt, in
medio ampla. Sic pęnitentia in principio
arcta eſt teſte domino qui ait. Arcta eſt
uia quæ ducit ad uitam , ampla in medio.
Gregor. Via domini non niſi arcto itine-
re in choatur ſed amoris dulcedine di-
latatur.prouerb.14. Ducam te per ſemi-
tas ęquitatis quas cū ingreſſus fueris non
arctabuntur greſſus tui.Sed in fine ſtricta
eſt.quia hoſtis inſidiabitur calcaneo eius
Gen̄.4.Scđo rōne portaturæ , quia nihil
refutat ſed eſt cōis.Sic pęnitentia oēs re-
cipit.Omnibus.n.dicitur pęnitentiam agi
te,& in huius ſignum ēt de cunctis aīanti
bus uniuere carnis & utriuſque ſexus bi-
na inducta ſunt in arcam. Tertio quia ſi-
cut in mari niſi per nauem homo non ſer
uatur,ſic in huius mundi pelago niſi per
pn̄itiam nō uenit ad portum ſalutis.Gen̄.
8.Oēs qui non intrauerunt archam mor
tui ſunt.Quarto quia ſicut nauis multis
agitatur fluctibus,ſic pęnitentes agitātur
tentationibus.unde Diſcipulis aſcenden-
tibus in nauiculam ſtatim motus factus
eſt magnus in mari.i. tētatio ſurgit in pę
nitentes.Prouerb.2. fili accedens ad ſer-
uitutē Dei ſta in iuſticia & timore & præ-
para aīam tuam ad tentationem. Et ſequi
tur in textu ita vt nauis operiret fluctibus
.i.undiq; uallaretur tentationibus. Ex una
parte tentat dyabolus ſuggerens pctā. ſi
cut rex cum caſtrum ſuum amiſit nitit̄
impugnare.ex alia parte inundant irridē-
tes. Pſ. Amici mei & proximi mei aduer-
ſum me appropinquauerunt & ſteterunt.
Mich.7. Inimici hoī. domeſtici eius. ex
alia parte timor pn̄iæ ſicut expouentacu-
lum ad aues.prouer.16.ſicut dicit piger.
leo eſt in uia, leena in itineribus.Sed ſicut
expouentaculū nihil mali pōt facere ſic
nec pęna pſens conſiderata pœna ęterna
q̄ incurret qui hāc uitauerit. Eſa.28. Qui
fugiet a facie formidinis.i.pœnæ pn̄tis.ca
det in foueam.i.in infernum unde reſur-
gere non poterit. Et hoc dicitur. Exo.14.

ꝙ



ꝙ filii Iſrael exeuntes de Egypto ex una
parte habebāt Pharaonem cum ſuo exer
citu.i.dyabolum cum uiciis.ex alia mare,
id eſt mundum.& tunc dormit dominus
cum permittit nos tentari, ſed oratione ex
citatus dn̄s imperat uentis & mari & obe
diunt ei.ubi miſer hō imperāti dn̄o obe-
dit. Pſ.Tu dn̄aris ptāti maris,motum aūt
fluctuum eius tu mitigas . Scđa nauis ē

**D**

*Patientia Quòd patientia dicitur nauis pugnantiū.*

pugnātiū quæ ē patientia in tētationibus
& tribulationibus,quia omnes patiuntur
qui pię uolunt uiuere in Xp̄o. Vnde tales
hab n pugnare contra piratas qui dicūt
a pir.qđ eſt ignis & ratis quia ignem fe-
runt in rate & proiiciunt ex rate.& ſigni-
ficant dęmones qui in ſe ferunt ignem cō
cup ſce itiæ incendunt in nobis. Eph. ult.
Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnē
& ſanguinē ſed aduerſus principes & ptā
tes tenebrarum. Scđo pugnant contra a-
croceraunia.i.curſus cornutarum rupium
contra quas impinga niſi pugnetur con-
tra fluctus maris & tūc frangitur ſi impin
gant.& hæc ſignificāt ambitionem huius
ſęculi. Pſ. Aſcendunt uſq; ad cœlos & de-
ſcendunt uſq; ad abyſſos.anima eorum in
malis tabeſcebat. Vſq; ad cœlos aſcendūt
per ambitionem,& impingunt in montes
cornutos.i.in dignitates habentes cornua
.i.ptātem & deſcendunt in profundum in
ferni ubi perpetuo tabeſcet in malis aīa
eorum. Vel melius dicendum ꝙ nauis hęc
pugnat contra quatuor uentos tentatio-
num quos uidit Daniel. Dan.7. Pugnare
in mari contra quattuor beſtias grandes
quas ibidem uidit. Ab oriente ſtat Super-
bia quæ oriente mundo orta eſt.ab occi-
dente ignorantia ubi occidit ſol intelligē
tiæ. Sap̄.5.ab auſtro proſperitas,ab aquilo
ne aduerſitas. Nec patet multotiens ſic
impugnato niſi euaſionis unica uia.ut.ſ.
tunica carnis præcinctus exemplo Petri.
Ioh.21.ſ.per paupertatem & continentiā
mittat ſe deorſum & capiat terram illā
quę eſt Chriſtus homo. Quæ.ſ.terra mon
tuoſa eſt per eminentiam uirtutum & mi
raculorum.ut illic aſcendens non timeat
impetum procellarum . Vnde dictum eſt
Loth. Gen̄.19.In mōte ſaluum te fac. Itē
ualloſa eſt ut in ea deliteſcens nō timeas
flatum uentorum. Eſa.4. Erit tabernaculū
in vmbra diei ab ęſtu. Item cauerſona eſt
ut ibi abſcondaris propter timorem ho-
ſtium Eſa.2.ingredere in petram,id eſt in

**E**

*Prudentia. Quomodo prudētia negociatur.*

Chriſtum,abſcondere in foſſa humo.i.in
cauerna pedum lateris & manuum. Ter
tia eſt nauis mercatorum. ſ. prouidentia.
Prouer.vlt.facta eſt quaſi nauis inſtitoris,
de longe portans panem ſuū,id eſt de lō
ginqua regione. Quod poteſt ītelligi qua
drupliciter. Primo negociatur ſ̄m profun
dum de longe in inferno. ubi negociatur
pro timorem. Scđo ſecundū altum in ęter
num regnum, vbi negociatur per charita-
tem. Tertio à ſiniſtris lōge ſ̄m latū huius
mundi qn̄ intellectus inquirit veritatem,
quæ latitudo terminos huius mundi exce
dit.ad qđ negociatur per ſtudium ſcriptu
rarū. Quarto à dextris longe ſ̄m Deū ex
diſtantia à Deo qui eſt principiū oīm crea
turarū vſq; ad hoīem qui finis eſt oīs crea
turæ.& ad hoc negociatur ꝑ fidem & ſpē
redēptionis quæ facta eſt per mediatorē
Dei & hoīm . De primo reportat panem
compunctionis de quo. pſ. Cibabis nos pa
ne lachrimarū.& 3.Reg.32.mittit uirum
iſtū in carcerem & ſuſtētate eum pane tri
bulationis. De ſcđo.panem conſolationis
æternorum.de quo Gen.49. Aſer.i.beatus
pinguis eſt panis eius.& præbebit delicias
regibus.de tertio longe negociatur panē
vitæ & intellectus.de quo Eccle.15. Ciba
bit illū pane uitæ & intellectus . De quar

**F**

*Negociatio. De duplici negociatione ſcilicet terrenorum et cœleſtiū.*

to portat panem ſacramenti,de quo Ioan
nis.5. Ego ſum panis uiuus qui de cęlo de
ſcendi. Eſt aūt duplex negociatio, ſcili-
cet temporalium & ſpūalium & ſecūdum
hoc duplex eſt nauis trāſitoriorū & æter-
norum . De primo Sap.5. Quid nobis pro-
fuit ſuperbia,aut quid diuitiarum iactan
tia contulit nobis? Tranſierūt hæc omnia
tanquā umbra & tanquā nuncius præcur-
rens.& tanquā nauis q̄ pertranſit flutuan-
tem aquam,cuius cum pterierit nō eſt ue
ſtigium inuenire. De naue negociationū
ſpiritualium dr̄. Gen.49. Zabulon in litto
re maris ambulabit in ſtatione nauiū per
tingens uſq; ad ſidonem. Zabulon interp̄-
tatur habitaculum fortitudinis & ſignifi-
cat mulierē fortem.mare fluctuans inſta-
bilitas & amaritudo ſęculi.& littus ſtabi-
litatem gratię Dei. In quo littore habitāt
ſancti in ſtatione nauium.i. ī negociatio
ne ſpūalium pertingentes uſq; ad ſidonē
.i.paradiſum. Vnde claſſis Salomonis cum
claſſæ hirā per tres annos ibat in tharſis
deferens

deferens inde aurum & argentum & den-
tes elephãtorum & ſimiam & pauones.3.
Reg.10. Sic vir iuſtus & pacificus cum na
ue Chriſti.quia negociatio eius eſt ſimilis
negociationi Xp̄i.Ibat enim ĩ tharſis.i.ex
ploratione gaudij per contemplationem.

G

Pauo. De cõiunctione ſimiæ & pauonis in naui Salomonis.

Inde refert aurum charitatis,argentum.i.
ſcientiam ſcripturę dẽtes elephantorũ. i.
caſtitatẽ mẽtis & corporis quibus morde
tur concupiſcentia carnis. Simias.i.imita
tiones ſãctorũ exẽplorũ,eo ꝙ ſimia nõ oẽ
aĩal ſed hoĩem imitatur. qui diſcretius &
rõnabilius agit inter aĩalia & pauones q
ſignificant ſpecula ſctãrum uirtutum.Mõ
tñ aliter contigit. Nam nauis regis nunc
non apportat aurum & argentum.i. uiros
perfectos non conducit. ſed ſolum ſimias
& pauones. aliter tñ q̃ prius intellectos.Il
la quippe duo aĩalia bene coniunguntur
Nam ſimia habet turpiſſima poſteriora &
groſſum caput.pauo habet ornatum pre-
cipuũ in poſterioribus & ualde paruum
caput & longam caudam.Sic ſunt quidam
qui ut promoueantur cum hypocriſi ſi-
mul uiuunt & promoti quales fuerint
oſtendunt.ut patet de illo qui dixit. In-
ueni quare ieiunaui & caput humiliaui,
ſcilicet,ut inuenirem claues huius abba-
tiæ.qđ & feci qñ fui abbas.nec poſtea ie-
iunauit. & ſic exemplo ſimiæ poſteriora
detegunt. Alii ſicut quidam prælati pauo
nibus comparantur.qui illitterati promo
uentur & ſicut pauo paruum habet ca-
put. ſic iſti paruum ſcientiæ lumen. & ſi-
cut pauo pulchram & magnam habet
caudam. ſic ad excuſationem ignoran-
tiæ ſuæ magnam habent ſocietatem. Pa-
uo ſtellas habet a poſterioribus.ſic tales
ea quę ſunt cœleſtia & ſpiritualia ad dor
ſum poſuerunt,non niſi de terrenis curan
tes.pauo dr̃ habere paſſum latronis.ſic ta
les hñt officiales & hmõi prædones qui
ſunt quaſi pedes eorum qui ſubtiliter &
ſuauiter incidũt burſas. Quarta eſt nauis
piſcatorum.i.prædicatorum cuius rethe
quo piſcantur ſęculi huius piſces eſt uer-
bum Dei qđ qñq; mittitur a ſiniſtris na-
uis.qñ.ſ.in cura paſtorali per uerbum Dei
intenditur lucrum huius mundi. Et hoc ſi-
gnificatur Ioh.ult.ubi dr̃ de Petro & aliis
Diſcipulis ꝙ aſcenderunt in nauim piſca
ri. & illa nocte nihil prendiderunt. nihil
id eſt temporale lucrum qđ nihil eſt, &
minus q̃ nihil quia pc̃tm̃ eſt. Et de hoc A-
poſtolus.1.Cor.9. Quæ eſt merces mea
euangelium prædicans, ſine ſumptu po-
nam euangelium.i. gratis prædicabo, ut
non abutar ptãte mea in euangelio, quia
ita præceperat Chriſtus gratis accepiſtis,
gratis date. Alii mittunt in dexteram ſi-
cut Xp̄s præceperat. mittite in dexteram
nauigii rethæ.& illi ſunt qui quærũt aĩas
& non lucrum. In ſcđa parte uidendũ
eſt qui ſunt in ipſa naui piſcatores. Tripli
ces.n. piſcatores inueniuntur. Prĩo Deus
qui.33. annis in hoc mundo manſit ad pi-
ſcandum.& cępit luciferum grandem cę-
tum qui patri euaſerat peccando. quem
fortiter ad inferna religauit ne piſciculos
alios paruos.ſ. hoĩes deglutiret. Quia.n.
magnum damnum hoĩbus fecerat.ideo ti
mentes eum deſiderabant ꝙ a dño cape-
retur. Ideo Iob quærita a dño. Nunquid
capies Leuiathã hamo.& fune ligabis lin
guam eius Iob.40.Iſte hamus diuinitatis
latebat ſub eſca humanitatis dęmonibus.
qui per iudęos de Xp̄o quęrebant.Si tu es
Xp̄s dic nobis palam.& dęmon in deſerto
filius Dei es dic ut lapides iſti panes fiãt.
Cętus ergo iſte grandis uidẽs eſcam car
nis Chriſti non aduertens hamum diuini
tatis uorauit hanc eſcam dicens ꝑ iudęos
illud. Sap.2.deglutiamus eum ſicut infer-
nus uiuentem. Cępit ẽt piſcator iſte tunc
piſciculos paucos in lacu inferni. quos ſe
cum ad cœlos patri adduxit. Secundus
piſcator eſt prædicator uerbi Dei. Hinc
& dominus dixit diſcipulis. faciã uos fie-
ri piſcatores hominum. Nauis huius piſca
toris eſt eccleſia.rhete uerbum Dei quod
fortiter debent in capturam laxare iubẽt
Xp̄o. Luc.5. Laxate rhetia ueſtra in captu
ram. Sic apoſtoli laxatis rhetibus conclu
ſerunt piſcium copioſam multitudinẽ.
Nos autem laxantes rhete per totum tem
pus nobis huius nihil capimus. quia mo-
do eſt de eccleſia ſicut de arbore quæ dũ
iuuenis eſt habet radices uiuaces attrahẽ
tes de terra ſufficientem humorem.habet
ramos & fructus de ſe egredientes in ma-
gna multitudine.Sed cum ſenuerit & ra-
dix indurata fuerit nec attrahit humores
& pauciſſimi in ea remanet rami uel fru
ctus. Sic in principio eccleſiæ quia tunc
homines quaſi iuuenes feruentes fuerũt
habentes radices id eſt corda charitate
inflam-

H

Piſcator. De triplici piſcatore.



inflammata & uerba ignita extraxerunt
ex ſe fructus & opera ſanctitatis a populo
Ideo tunc temporis fuerunt plures ſancti
afferentes multum fructũ bonorum ope-
rũ. Modo eccleſia eſt antiquata & corda
hominũ iniquitate indurata.ideo non at-
trahunt de uerbo Dei humorẽ deuotio-
nis.de quo Deuter.28. Sementem multã
iacies in terra & modicum congregabis.
quia locuſte id eſt peccata omnia deuo-
rabunt. Et ſequitur & remanebitis pauci
numero qui prius fueratis ſicut aſtra cœ-
li præ multitudine. quoniam non audiſti
uocem domini Dei tui. Hæc tamen ſpiri
tualis piſcatio ad exemplum artificialis
tribus impeditur. Primo flatu uentorum.
Quando enim uiget uentus magnus pi-
ſcatores nihil prendũt. quia piſces tẽdũt
ad fundum. Sic flatus inſpirationum ma-
larum, & doctrinarum & hæreſum quę
ſpirant & iniquitates conſulunt retrahit
a Deo. & ponit multitudinem populi in
fundo inferni. Dyabolus enim eſt exper
tus piſcator. qui uolens colligere multos
piſces ponit lucernam ardentẽ uel uermẽ
lucentem uel quercineum lignum putri-
dum in uas uitreum in aquam. ad quæ cõ
uenientes piſces in multitudine capiuntur.
Sic qui ſunt in honoribus huius mũdi cõ
ſtituti per luciditatẽ honorũ & nobilita-
tẽ colligũt multos ad multa mala operã-
dũ. Oẽs.n.uelut piſces ad lumen honorũ
currunt. Econtrario prælatus qui aliis
proponit uitam ſctãm & lucidã conuerſa-
tionẽ in fluxibilitate & in inſtabilitate hu
ius mundi, colligit plures laſciuos & lu-
bricos ad beatitudinem. Secundũ im-
pedit claritas aquæ. quia piſces uidentes
hamũ ſtupent & fugiunt. Sic claritas
ſolis & apparentia eſtatis & florum & or-
torũ, & male ſocietates multos impediũt
homines a uerbo Dei quod fugiunt,quia
ibi audiunt mala noua. Tren.3. lapſa eſt
in lacum ſcilicet uoluptatis uita mea.

I

Piſcari. Quòd piſcatio ſpiritualis a tribus impeditur.

Tertio indiſpoſitio inſtrumentorũ qñ
retia ſunt nimis ſtricta uel ampla piſcator
modicum facit.ſic recte uerbi Dei uide-
tur pluribus indiſpoſitum. Magnis,poten
tibus; & diuitibus uidetur nimis ſtrictũ.
quia ueritatem de reſtitutione uſuræ.fœ
ditatem luxuriæ & adulterii. periculum
ſuperbiæ & huiuſmodi audire abhorrent
& contemnunt.Ideo dorſa ab eccleſia uer
tunt.& ſicut uulpes ad caudum mingunt,
ſic prædicatores opprobriis aſpergunt.
Pauperibus tñ uidetur nimis amplũ.quia
ſi potentes non dure increpant iſti prædi-
catores dicunt ꝙ ueritatem pertimeſcũt
dicere. & propter hoc prædicationem nõ
frequentãt. Propter quæ prædicator im-
peditus quaſi in uanum laborans rete re-
trahit & ceſſat a piſcatione. Quarto im-
peditur qñ uult piſcari hamo & hamo nõ
apponit eſcã. Hic eſt quis uult hamo.i. di
ſciplinæ aculeo ſine clementia.& manſue
tudine populũ piſcari.quaſi uelit eũ den-
tibus & faucibus uelut belue ducũtur ap-
prehendere. Nec tñ ſufficit in prædicatio
ne mãſuetudo ſine diſciplina dulcedo ſi-
ne rigore aut aſperitate. ſicut nec cibus
ſine ſale. alioquin ſine illa potius uermes
& putredines uiciorũ generabit in popu-
lo. Vnde & prælatis dictum eſt.uos eſtis
ſal terræ. Tertius piſcator eſt dyabolus
qui plus prioribus proficit & quaſi omnes
qui a cuſtodiis præcedentiũ euaſerunt, ca
pit. Abacuch.j. Totum in hamo ſuo leua
bit. Nam ſub ſe plurimos habet piſcato
res in mari huius mundi. Oẽs.n.qui dicto
facto uel exẽplo trahũt alios ad peccan-
dum ſunt eius piſcatores. Tũ tertio quia
diuerſis inſtrumentis utitur ad piſcandũ.
Primo piſcatur guloſos hamo. Ponit.n.
aliquod delectabile in hamo gulę in ciba
riis uel uino.& ſic decipit guloſos. Eccl.
6.ſicut piſces capiuntur hamo & aues la-
queo ita homines in tẽpore malo. Sic cę-
pit & decepit primos parentes & Eſau q
vendidit ſua primogenita.Secundo piſca-
tur naſſa ſuperbos. quia naſſa habet am-
plitudinẽ in principio, & ſignificet ſuper-
biam. Superbi magni uidentur in oculis
ſuis. propter hoc dicitur Eſaiæ.5.ue uo-
bis qui ſapientes eſtis in oculis veſtris. Itẽ
ſicut piſcis non põt exire de naſſa. ſic nec
ſuperbus ſuperbiã deſerere & exire. Ter-
tio piſcatur ſagena luxurioſos. Eccleſiaſ.
7.inueni amariorem morte mulierem, q̃
laqueus venatorum eſt & ſagena cor eius.
vincula ſunt manus illius. Qui placet
Deo effugiet illam. ſed qui peccator eſt
capietur ab ea. Ornatus enim mulierum
ſunt ſagena dyaboli. Prouerb.5.ne inten-
deris fallacie mulieris audiendo uel reſpi
ciendo. Fallaciam mulieris appellat ſpe-
ciem eius quæ decipit multos. uel ornatũ
eius

k

Piſcari. Quòd dyabolus eſt magnus piſcator.

eius exteriorem. Et ſicut piſcatores aliqñ perturbant aquam & ſollicitant ut citius piſces capiantur. ita iſte uetulæ ſollicitãt puellas & perturbant & execant per aliqua parua munuſcula. Prouer. 7. irretiuit eum multi ſermonibus. Hę ſunt carnifices dyaboli uendentes carnes in diebus ueneris & in quadrageſima, & ſacerdotiſſe dyaboli qui immolãt proprios filios & filias demoniis illas proſtituẽdo & uendendo Pſ. immolauerunt filios ſuos & filias demoniis. Quarto piſcatur rhetibus auaros. Treñ. 1. expandit rethe pedibus meis & conuertit me retrorſum. Et Iob. 17. immiſit rhete in pedes meos. Per illud rhete capit fere omnes laicos, clericos, & ſacerdotes. Oſeæ. 5. Audite ſacerdotes & attẽdite domus Iſrael .i. o uos clerici Deum cõtẽplantes. & domus regis auſculatę. i. o uos laici, quoniam lequeus facti æſtis ſpeculationi, & ſicut rethe expanſum in mõte thabor, victimas declinaſtis in profundum. ſ. inferni propter auaritiam & cupiditatem veſtram. Vnde differentia eſt inter ſitientem qui vult potari, & hominem qui vult piſcari & lucrari. Sitiens qui vult potari quærit aquam puram & claram. uolens piſcari & lucrari deſiderat aquam turbidam, quia tunc melius piſcatur & lucratur. Hodie quaſi nullus vult bonitate & ueritate refici & potari. ſed omnes uolunt piſcari & lucrari. Eſa. 1. omnes diligunt munera . ſequuntur retributione. Omnes ſunt piſcatores pecuniarum. ideo ueritatem claram non deſiderant, ſed ꝑturbant. ſicut rana maris cornibus ſuis luto commoto aquam perturbat, ut ſic piſces deuoret & facilius compræhendat. Sic modo ueritas proceſſibus & litigiis tenebreſcit ut per hoc facile beneficia capiant qui in eis nullum ius habent.

*Dominica in octauis paſchæ Sermo I. & in ordine. 165. per thema.*

*A*
*Reſurrectio Xp̄i. Propter ſex letari debemus de Chriſti reſurrectione.*

HAec dies quam fecit dominus: exultemus & letemur in ea alleluia. Pſ. 117. Pſalmo. 117. dicitur. Vox exultationis & ſalutis, in tabernaculis iuſtorũ, id eſt in conſcientiis ita ꝙ hæc letitia ſolis iuſtis pertinet. Pſ. rectis corde letitia. & hoc propter ſex lętantur de reſurrectione Chriſti quæ continuo ſubiunguntur. Primo propter uictoriam & triũphũ eius. hĩc amici regis de eius uictoria gaudent. Hodie autem de hoſtibus ſuis triumphauit. In cuius ſignũ cũ magnę ſurrexit armatos milites pœnæ exanimauit. Inde ſubditur prima hæc ratio cum dicitur, dextera domini fecit uirtutem. Secundo quia bonus ſeruus gaudet de ſui domini exaltatione. Inde ſequitur dextera domini exaltauit me, ĩ humana natura quę hodie ſuper angelos exaltata eſt. Phil. 2. propter quod & Deus exaltauit illũ &c. Tertio propter opus uirtuoſum quod in ſe & nobis fecit. Gaudent ſubditi regis quando uirtuoſum ſe exhibet populo. Ideo ſubditur. dextera domini fecit uirtutem. hodie ſcilicet reſuſcitando ſe a mortuis propria uirtute & inchoando reſurrectionẽ membrorum in capite. Quarto gaudium eſt iuſtis, cum ex ſui domini uictoria percipiunt fructum & mercedem Qui enim mortem noſtram moriendo deſtruxit, etiam uitam noſtram reſurgendo reparauit Gaudeat igitur iuſtus cum ſe uideat ad uitam reparatum dicendo quod ſequitur. non moriar ſed uiuam. Iõ canit eccleſia. & uita noſtra cum eo ſurrexit. qui in paſſione ſua latere ſuo aperto cum doloribus nos peperit & edidit in lucem. Mulier autem cum parit triſtitiã habet, ſed cum peperit non meminit præſſuræ propter gaudium. quia natus eſt homo in mundum. Vſq; in diem reſurrectionis nos peperit Chriſtus quando natus eſt homo in mundum alterum glorioſus & omnes eius miſeriæ ceſſauerunt. Inde eſt ꝙ poſt paſſionem & ante reſurrectionem cœlebrantur fontes & baptiſma purificans peccata noſtra. & inde ſequitur reſurrectio noſtra ad ſpiritualem uitam. Quinto quia hæc dies pulchra eſt, in qua homines lętando narrare ſolent inuicem quæ ſiũt. hodie uero mirabilia de Chriſto narrantur. inde ſequitur narrabo opera dñi. Sexto quia ſummę gaudet operarius cum uidet mercedem ſibi parata, plus diligit miles gregarius ſtipendia parata quàm prælium. Zachar. 13. Ante hos dies non erat homini merces. Non enim ſciebant quid paratum erat animæ, quid corpori. Hodie autem dominus mercedem oſtendit, quam ſuis parauit operariis. Ideo ſubdit. Aperite mihi portas iuſtitiæ,

tiæ,



tiæ, & in greſſus in eas confitebor domino. Vna portarum iuſtitię fuit Maria, de qua canit eccleſia. & porta lucis fulg da. per quàm ſol iuſtitiæ tranſiuit, q̃ ingreſſi per deuotam orationem confitebimur domino, quoniam in ſęculum miſericordia eius. Et igitur eã percipiamus ſalutãtes uirginem dicemus Aue.

Circa hæc dicemus quõ hæc dies glorioſa eſt in duplici ꝓbatione reſurrectionis ſuæ. q̃ duplici apparitione probauit. Prima fuit in die paſchæ Chriſti diſcipulis abſente Thoma. Secũda poſt octo dies eo præſente. Manæ primã apparationem declarabimus, & poſt meridiem ſecundã.

Primo igiť probat dominus reſurrectionem ſuam prima apparatione de eadem certificando omnes ſenſus noſtros. Secundo certificando potentias animæ rõnalis. Primo certificauit auditione dicens, pax uobis, ego ſum nolite timere. in qua apparitione ſex notantur.

*B*
*Sentire Quõ quĩ q; porte ſenſuum ſunt obſtruendæ.*

Primum ꝙ uenit ſero, id eſt iam prope noctem uel circa finẽ ſęculi. Nos enim ſumus in quos fines ſęculorũ deuenere. 1. Cor. 10. Quòd ſi dicatur cũ exercitus eius paruulus congregatus eſſet, & clauſus propter metum iudęorũ & in periculo, quare ſero & tarde uenit ad eos. cum dux exercitus cito & feſtinanter debeat occurrere ſuo exercitui? Reſponſio. ꝙ qui mane & cito cũ eis erat ſpiritualiter, ſero uenit corporaliter ut eum diſcerent amare ſpũ, quem antea carne dilexerant. Secundo fores erant clauſæ, quia dñs non inhabitat hominũ corda, niſi portis quinq; ſenſuum clauſis. quia bona ſpiritualia effunduntur ꝑ quinq; ſenſus. Eccleſ. 21. Cor fatui quaſi uas cõfractum habens foramina quinq; ſenſuũ. & ideo omnem ſapientiam non tenebit. Sunt enim ſimiles non cuſtodientes ſuos clauſos illi ruſtico qui ſolet poni cupreus in lauatoriis monachorum, ſiue in capite aquęductus, qui habet perforatos omnes ſenſus per quos aquam iugiter effundit. Sic multi per peccata quæ committunt per omnes ſenſus omni gratia Dei ſe euacuant. Eccleſ. 25. ne des aquæ tuæ exitum nec modicum. In uitis patrum quidam ſãctus dicebat ꝙ anima eſt quaſi ortus, quẽ ſi inimicus dyabolus inuenerit patefactũ per in cuſtodiam quinque ſenſuum, ſuper ſeminat zizania. Secundo quia ſenſibus clauſis maxime infunduntur ſpiritualia bona. Secundum enim quòd ſenſus corporei magis clauduntur & minus occupantur circa exteriora magis occupantur & aperiuntur interiores ad ſpũalia ſentiẽda & econuerſo. Sicut dr̃ ꝙ amiſſo unius ſẽſus exterioris uſu alterius uirtus magis acuiť. Vnde de Balaam dr̃. Nu. 24. hõ cuius obſcuratus eſt oculus, auditor ſermonũ Dei ẽ & uidet uiſione. Vnde de btõ Bern. legitur ꝙ ita erat circa interiora ſenſus eius occupatus. ꝙ multotiẽs non diſcernebat exteriora, ut patet cum ęquitauit per diem circa lacum gebenne, nec aduertit laci qualitatem aut aq̃ ſonitum. Tertio quia ſignum eſt in caſtro ꝙ dñs caſtri ibi habitat, cũ fores ſunt clauſę & foribus adhibita cuſtodia. cum uero aperte, ſignum eſt ꝙ non habitat ibi. Oportet ergo ꝙ claudatur uiſus, & primum curioſitati ne vagetur Prouer. 17. oculi ſtultorum in finibus terrę. In uitis patrum de Sara legitur quòd ſtãs ſupra fluuium per 70. annos non reſpexit qua parte curreret Non ſic Eua quæ per paradiſum uagando curioſę uidens lignũ quòd eſſet pulchrũ & ad guſtandum ſuaue comedit & dedit uiro ſuo. qui quã cito guſtauerunt aperti ſunt oculi eorum, id eſt rimi concupiſcẽtiarum & corruptelę carnis. Scđo impudicitiæ & libidini, ita ut dicamus illud Iob. 29. pepigi fedus cum oculis meis: ut nec cogitarẽ quidẽ de uirgine. ſicut aues quæ caute reſpiciunt ad laqueos ne capiãtur. Sed miſer homo ſępe quaſi hamo per oculos capitur & illaqueatur. Cũ. n quidã phũs uideret quenda accupẽ iocantẽ cũ quadã muliere clamauit. Tu qui auibus & feris tendis laqueos, uide ne laqueis capiaris. Sic captus eſt Dauid poſt tot & tãtas uictorias & uirtutes, & deiectus in peccatum adulterii, proditionis & homicidij, dum incaute de feneſtra reſpiceret. 2. Reg. 11. Et olofernes poſt tot triũphos pulchritudine Iudith & ornatu eius captus in oculis ſuis interfectus eſt. Iudith. 9. Sed non ſic aperuit uiſum frater ille de quo in uitis patrum legitur. qui per abbatem compulſus occurrere matri accepta fuligine coquine ea ſe fedauit & clauſis oculis acceſſit ad matrẽ. Tertio cupiditati. Nam prouer. 27. oculi cupidorum ſunt inſatiabiles. Hñt enim oculos

gradiores

gradiores q̃ uentrem ſiℓes bufoni qui nõ ſaturatur terra. Contra quod orabat Dauid. Auerte oculos meos ne uideant uanitatem. & uxor Loth reſpiciens retrouerſa eſt in ſtatuam ſalis. Quarto claudẽdi ſunt præſumptioni. prouer. 6. oculos ſublimes odit dominus. Inde ſaluator ut plurimum oculos deprimebat, rato eleuabat, niſi cum miſerreri, orare, uel inſtruere uolebat. Et hanc clauſionem oculorum docet natura quæ tot tunicas dedit oculo & ultra palpebras eis appoſuit. Secũdo claudendę ſunt fores aurium. Primo uerbis deceptoriis, turpidus cantilenis, & omnibus ad laſciuiam prouocãtibus. Eccleſ. 9. ne audias ſaltatricem ne percas in efficacia illius. i. in geſtu. Vnde & poetę aiũt de ulixe, qui ne audiret cantus ſirẽnarum ligauit ſe ad malum nauis, & aures pice muniuit, ne attractus dulcedine ſirenarum ſe iactaret in mare. Hieronymus in prologo ſuper Ioſuæ. Nos ad patriã fęſtinãtes ſirenarum mortiferos cantus debemus ſurda aure tranſire. Secundo claudenda eſt auris adulatoribus. de quibus Pſal. molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum. Tales ducunt blanditum quo uolunt, ut non poſſit euadere. Sicut facit carnifex de porcis emptis, cum vult ducere ad occiſionem, accipit eos per aures. Exod. 21. qui uolebat poſſidere hominem ſeruum, perforabat ei aurem, & ex quo habebat aurem perforatam fiebat ei ſeruus ſempiternus. Si quã diu habet homo aurem perforatam ad recipiendum omnia mala uerba detractoria, fit ſeruus dyaboli ſempiternus. Tertio uerbis detractoriis. Eccleſ. 29. Sępi aures tuas ſpinis, & ne audias linguam nequam, quæ bona uel peruertit vult diminuit, & mala imponit uel auget, quod eſt contra ęquitatem. Et ſequitur. & auribus tuis facito oſtia, quod facit qui detractori aditum non pandit, nec ſordes alienas in domum ſuam proiicit permittit. quia (ut dicit Gregorius) non minus peccata auditor q̃ detractor. quia ſi deerit auditor, deerit & detractor. Quarto a uerbis ſubuerſoriis ut ſunt uerba mala ſuggerentium. 2. Timoth. 2. quorum ſermo ut cancer ſerpit. Ezechiel. 2. increduli & ſubuerſores ſunt tecũ. Iõ ad modum aſpidum debemus aures obturare terra, & cauda .i. conſideratione fragilitatis noſtræ & finis peccati, ne audiamus incãtatores dyaboli. i. malos ſuaſores. Pſ. Furor illi ſm̃ ſimilitudinem ſerpentis ſicut aſpidis ſurdæ & obturantis aures ſuas. Quinto a uerbis litigioſis ne portis apertis ignis intret domum conſcientiæ. Sexto a uerbis blaſphemiæ. Eccleſ. 27. loquela multum iurans horupilationem facit, & irreuerentia ipſius obturatio aurium. Vnde de quodam iudęo dicitur ꝙ cum luderet ad tallos cũ quodã Chr̃iano audiens blaſphemias quas Chr̃ianus euomebat, duabus manibus aures obturãs relicta pecũia ſua fugit. Hinc auditus deiecit Adam. Gẽn. 3. audiſti uocem uxoris tuæ maledicta terra in operę tuo, & Petrum deiecit uox ancillę. Tertio claudendus eſt olfactus. Nam & ipſe olfactus iudã deiecit, qui nõ potuit ſuſtinere odorem unguenti effuſi ſuꝑ caput dñi, qui ex hoc pręcipitatus ẽ uſq; ad dñi uenditionem & ſui deſperationem. Claudendus eſt igitur olfactus odoribus qui alliciunt ad pctm̃. ſicut quidam qui portant res odorabiles & eis conſpergunt ſe uel domos uel lectos uel ueſtes. ut per hoc alliciant ad libidinem. ut illa meretrix de qua Prouerb. 7. Aſperſi cubile meum mirra & aloe. Et ſtatum ſubiungitur. ſequitur eam quaſi bos ad uictimã. hunc odorem fugiamus & ut fętorem inferni caueamus. quia Eſaiæ. 3. erit pro ſuaui odore fœtor. In uitis patrum de beato Arſenio legiẽ ꝙ mittebat aquã in peluim ut infunderetur palmæ. nec permittebat inde remoueri aquam fœtidam, ſed ſuper illam aliam infundi faciebat, ita ut fœtore eius cella repleretur: & hoc ut dicebat libenter ſuſtinebat pro thimiamate, muſcato & unguentis, quibus uſus fuerat in ſęculo ad uitandum fętorem inferni. Vnde & uitare odores iſtos oportet, ut odorẽ ſpiritualem Dei & ſanctorum melius ſentiamus. Bernardus. O bone Ieſu qui non ſentit odorem tuum aut mortuus eſt aut fętidus. Canticorum. 1. curremus in odorẽ unguentorum tuorum. Hinc beata uirgo Dorothea cũ propter Chriſtum ad decollandum duceretur ait ei ſubridens Theophilus ſcholaſticus. Quo pergit pulchra Dorothea? Quæ reſpõdit, ad ortum ſponſi mei ſpatiari pergo. Cui illę. Rogo mitte mihi de fructibus & roſis ſponſi tui. Cui illa. Paululum hic expecta, & mittã. Ad

locum



locũ igitur decollationis ueniens paululũ orauit dñm ut ſatisfaceret promisſioni ſuę, & immediate ei aſtitit iuuenis tenens calathũ plenũ pomis & roſis rubentibus, cũ tñ eſſet mẽſis Februarius. Cui illa defer hoc Theophilo Scolaſtico, quorũ odore perfuſus Theophilus (licet gentilis eſſet) cucurrit ad locum ubi decollabãt Dorothea, & ſimul cũ ea xp̃m cõfeſſus decollatus eſt. Vñ & Ioãnes euãgeliſta xp̃s apparẽti ſibi in extremis ait. Dñe odor tuus in me ſuſcitauit concupiſcentias æternas.

Quarto claudendus eſt guſtus cibis immoderatis nimiũ ſumptuoſis & delicatis, quia hęc multotiens ſunt cã pcti. Iob. 6. Nũquid comedi poterit inſulſum. i. quod nõ eſt ſale cõditũ, aut aliquis poterit guſtare, quod guſtatũ affert mortẽ? Hoc. n. impedit guſtũ ſpũalis cibi. Hinc leccator & epulo uitat ſalſamẽtũ acetoſum, ne perdat boni uini guſtũ. quod dñt facere qui ad cœnã agni inuitati ſunt. ad quã cum dñs uocaretur & iam mẽſe cęleſti inſtaret, cũ guſtaſſet acetũ noluit bibere. Mat. 27. Eua inuitata ad guſtãdũ de ligno uitę guſtauit de ligno ſcientiæ boni & mali. iõ repulſa eſt a guſtu ligni uitę. quia ſpũalia carnali palato non ſapiũt. 1. Corin. 2. aĩalis hõ nõ percipit ea q̃ Dei ſunt. Quinto claudẽdus eſt tactus inhoneſtis amplexibus. Vñ in lege per prophetas multũ diſſuadetur immundũ tãgere. & Deus homini ne fructũ ſciẽtiæ boni & mali tangeret inhibuit. & dñs qui nec poterat a muliebri tactu lędi mulieri dixit. noli me tangere. Manus. n. & mẽbra abluta Chriſti ſanguine ab oĩ inquinamẽto abſtinere dẽnt, maxime aũt ſacerdotes qui unctas hñt manus. ne oleũ ferãt in Egyptum inferni ubi res unctæ æterno incendio ſuccendentur. Si figuralis ſacerdos uæteris legis unctas non habens manus cũ tãta diligentia ſibi cauebat a tactu morticini & mortui uel immundi Leui. 21. multo fortius ſacerdos cuius manus conſecratę ſunt & unctę corporales & ſpũales immunditias tactuum dẽt uitare. Refert actor de donis ꝙ cum quædã regina cõcupiſceret quẽdã magiſtrũ Gilbertũ porretanũ quẽ uocauit ad ſe & uidẽs eũ habẽtẽ pulchras manus ait apprehẽdẽs manus eius. O quàm digni eſſent digiti iſti tractare latera mea. Qui manũ retrahẽs ad ſe ait. Non (inquit) dña fiet hoc. quia ſi digiti mei ſic uos tractarẽt cũ quibus ego de cætero comederẽ porretã? quaſi dicẽs. ſic immũdi fierẽt ꝙ de cętero abhominarer eos ad os conuertere.

C Bellum. De duplicibus pugnatoribus.

Tertio erant oẽs in unum congregati propter metum iudeorum. Cõgregabantur quidem propter metũ iudæorum. ſed ad alium finem dñs eos congregabat. ut per huiuſmodi exercitum omnem mundum ſibi acquireret. Rex enim iturus ad bellũ cõtra aduerſariũ ſolet eligere de populo ſuo meliores & fortiores & eos numerare ut ſciat qũo poterit pugnare. Luc. 14. Quis rex iturus ad bellum contra aliũ regẽ nõne prius ſedẽs cogitat ſi poſſit cũ decẽ milibus occurrere ei qui cũ uiginti milibus uenit ad ſe? Vnde qñ aliqui a rege pugnatores cõputati, certũ ſignum eſt ꝙ ſunt ab eo electi. Figura Gen. 14. Abraham pugnaturus cõtra quattuor reges numerauit expeditos uernaculos ſuos. Sic xp̃s pugnaturus cõtra hoſtẽ humani generis elegit exercitũ eccleſiæ cuius ipſe eſt dux & princeps. Sed in exercitu regis cõiter ſunt duo gñа hoĩm. Quidã ſeruiũt amore lucri tẽporalis nõ regis amore uel lucrandę hæreditatis ſicut ſtipẽdiarii, & iſti nõ curant pugnare uel laborare. Sufficit. n. eis ꝙ tp̃s tranſeat. quia ita bñ accipiũt ſtipẽdia qñ dormiunt & quieſcũt ac ſi laborarent. Alii ſunt in exercitu amore regis & recuperandæ hæreditatis de qua expulſi ſunt. & iſti libenter pugnãt. nec curant de ictibus & labore. dũ tñ poſſint obtinere uictoriã & recuperare terrã ſuã. Apoc. 19. dr̃ de agno ꝙ exercitus qui ſunt in cœlo ſequebatur eum. Verũ eſt ꝙ multi ſunt in exercitu eccleſiæ non Chriſti amore ſed tẽporalis lucri propter beneficia & honores & mere ſtipendiarii ſunt. & iſti nõ curant pugnare nec Chriſto ſeruire. Alij uero qui ſunt in exercitu eccleſiæ ratione recuperãdę hr̃ditatis æternæ paradiſi, nõ curãt de tpali lucro. ſed gloriantur in tribulationibus & labore, dum tamẽ poſſint uincere & hr̃ditatẽ paradiſi recuperare, ſicut martyres & iſti apoſtoli. Nec immerito (ut dicit Hieronymus) quia nullus labor uanus. nullũ tẽpus longũ uideri dẽt quo gloria æternitatis acquiritur. Vnde qui in labore hominũ nõ ſunt cum hominibus nõ flagellabuntur ſed cũ dæmonibus. Quarto ſtetit Ieſus in medio diſci-



pulo-

*Stare. Quòd q̄n que modis dominus ſtetit in medio.*

D pulorum ſuorũ.& hoc quinq; modis.Pri-
mo tanq̄ iudex eorũ obſtinationẽ & duri-
tiã corrigens.ſut patet Marci vlt. Recum-
bentibus illis.11. exprobrauit incredulita
tẽ illorũ.p̃s. Deus ſtetit in Synagoga deo
rũ.in medio aũt Deos.i.apoſtolos diiudi-
cat,de obſtinatione. Stetit aũt in medio :
quia iudex debet tenere mediũ p̱ iuſtitiã
vt neminẽ acceptet,neminẽ deſpiciat.Si-
cut res q̃ eſt in medio æqualiter ſe debet
ad oẽs habere.& nõ magis ad unum q̃ ad
aliũ appropinquarc.Vñ Matth. 12. Quæ
eſt mr̃ mea. & qui fratres mei?quaſi dicẽs
nullus in ſpãli.ſed quicunq; fecerit volun
tatẽ patris mei,&c. Secũdo ſtetit inter eos
tanq̄ doctor.Eccleſiaſtici.15.in medio ec
cleſię aperuit os eius.Vnde & Luc.2.ſedit
in medio doctorũ.Sol.n.planetarũ princi
pipalis ſedet in medio ad illuminandum
eos.& p̱p̱ hoc hodie ordinauit eos mitte-
re ad docẽdũ.Ioan.20.Sicut miſit me pa-
ter & ego mitto uos. & hoc fuit in medio
duorũ teſtamentorũ p̃s.ſuper ea volucres
cęli.i.apoſtoli & viri docti qui per cõtem
plationẽ volant in cęlũ, habitabũt de me
dio petrarũ.i. duorũ teſtamentorũ in pe-
tra Chriſto fundatorũ dabunt uoces prę-
dicationis.Sed tñ ut p̃s.ait.Inter medium
mõtium pertrãſibunt aquæ.quia nec mõ-
tes illi.ſ.Pilatus ſæcularis & Cayphas ec
cleſiaſticus illã ſuſceperũt ſed ualles me-
die.i.Apoſtoli humiles. Tertio ut rex in
medio aciei ad corroborãdũ & confortã-
dũ & ſaluandum. Vnde dixit eis. pax vo-
bis ego ſum nolite timere. Apoc.5.ecce
uidi in medio throni.ſ. eccleſiæ & quat-
tuor aĩaliũ.& quattuor ſeniorũ agnũ ſtan
tẽ.ita vt poſſet eorum quilibet dicere. Si
ambulẽ in medio vmbre mortis.i.in peri-
culis mortis in quibus apparet ueriſimili-
tudo mortis non timebo mala q̃m tu me
cũ es. Si ambulauero in medio tribulatio
nis viuificabis me. In ſignũ cuius fecit An
gelus medium fornacis quaſi uentũ roris
flantẽ. Et nõ ſine cauſa eſt in meo eorum
ad fortificãdum.quia mittit eos in pericu
lis multis in medio nequitię ad eam de-
fendũ.p̃s.Nequitiæ in tabernaculis eorum
in medio eorũ.ſ.in corde,quod ſumme eu
ſtodiendũ eſt mundum . quia dñs ibi vult
habitare Eſaiæ.12.quia magnus in medio
tui ſanctus Iſrael.& ẽt quia hoſtes cum in
trant medium ciuitatis faciliter capiũt re
ſiduũ.p̃s.labor in medio eius & iniuſtitia.
Tertio vt miniſter . Lucæ.22. ego aũt in
medio veſtrũ ſum tanquã qui miniſtrat.
Vnde miniſtrauit diſcipulis ẽt tp̱alia.Hĩc
& hodie cum quæſiuiſſet ſi haberet ali-
quid mãducare.poſtquàm comedit, dedit
eis partẽ. Nũc aũt & ſi nobis miniſtret tẽ
poralia, tñ ſemper eſt in medio noſtri ad
miniſtrandum ſpiritualia. niſi ex defectu
noſtri p̱cedat.ſ.gr̃am & uirtutes. Ex quo
dicebat.p̃s. factum eſt cor meũ tanquã ce
ra liqueſcens in medio ventris mei. In hu
ius ſignũ debent prælati ad modum Chri
ſti ſe tenere in medio ſuorũ.nec deſpicere
paruulos populos ſed eos docere & illu-
minare. & per bona exẽpla & ſctãm con-
uerſationẽ inſtruere.vt dicat p̃latus xp̃o il
lud.p̃s. Perambulabã in innocẽtia cordis
mei in mẽdio domus meæ.Vnde & domi
nus viſitauit primo minorẽ populũ. dein-
de maiorẽ & doctiorẽ. Quinto ut media-
tor Io.1.medius veſtrũ ſtetit quẽ uos ne-
ſcitis. Mediauit.n.inter patrẽ nos reconci
lians in ſanguine ſuo. quod oſtendit cũ de
monſtrat eis manus & pedes mediatrices.
Ita ut poſſit dicere illud Deut.16. ego ſe
queſter & medius fui inter uos & domi-
nũ.& inde ſemper in omnibus apparitioni
bus rememorat ſigna paſſionis . In cuius
ſignũ tp̱e reſurrectionis poſt quã facta eſt
mẽtio & ſeruitiũ de reſurrectione, fit po-
ſtea ante crucifixum memoria de cruce &
inſignibus paſſionis.Secũdo oſtẽdit ſe me
diatorem in moribus . quia ſemper tenuit
mediũ & docuit tenere. Inde cõiter dicit
medium tenuere beati.ad oſtẽdendum ꝙ
ſemper dẽmus tenere mediũ. nõ nimis au
daces.nõ nimis puſillanimes cũ.p̃s. dicen
tes. Expectabam eum qui ſaluum me fecit
a puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate.
Non etiam nimis leti . nec nimis triſtes.
quia Prouerb. 14. extrema gaudii luctus
occupat . Non nimis appetentes diuitias
nec etiam egeſtatem.quia Salomon. Di-
uitias(inquit)& egeſtatem ne dederis mi-
hi. ſed tantum tribue victui meo neceſſa-
ria.Eſt enim liberalitatis media inter aua
ritiam & prodigalitatem uel egeſtatem,
in medio autem eſſe ſecurius eſt. Secun
do certificauit reſurrectionem ſuam per
uiſum . Vnde ait eis . Videte manus meas
& pedes & latus . Manus oſtendit prom-
ptas ad laborandum pro nobis . pedes ad
per-



perſeuerandum.cor in latere ad amandũ.
Non tamen oſtendit eis claritatem corpo
ris ſui glorioſi. quia ſecundum Tho.in ter
tia parte in transfiguratione non poterãt
tantam claritatem ſuſtinere. Tum quia
potuiſſent credere non eſſe ipſum. ſed ſpi-
ritum quendam quia non ita uigebant in
tellectu ꝙ poſſent intelligere corpus eius
ſimul eſſe clarum & coloratum. Tertio
certificauit eos per ſenſum tactus . vnde
ſubdit . Palpate & uidete quoniam ſpiri-
tus carnem & oſſa non habet ſicut me ui-
deris habere. Primo dicit palpate,deinde
uidete.quia quaſi ad uidẽdum ſe exhibet
quis per doctrinam.ſed non ſufficit niſi ſe
exhibeat ad tangendum per patientiam.
Eccleſi.19.doctrina uiri per patientiã no-
ſcitur. Vnde ſecundum Altiſ.4.par.ſum-
mæ aliis argumentis uſus eſt dominus ad
probandum ueritatem reſurrectionis ſuę.
aliis ad probandum gloriã eiuſdẽ reſurre
ctionis.quia palpatio & comeſtio ſufficiẽ
ter probauerũt ueritatem reſurrectionis.
Quòd autem ianuis clauſis intrauit ad di
ſcipulos & ꝙ euanuit ab oculis eorum q̃ñ
ei placuit.ſufficienter probauit gloriam re
ſurrectionis . Gauiſi ſunt autem diſci-
puli uiſo domino. Arbor variatur in fru-
ctu ſecundum conditionem terræ in qua
plantatur . Vnde arbor plantata in ualle
umbroſa extra lumen ſolis profert fru-
ctum acrẽ & amarum.Sed plantata ſupe-
rius ad lumen ſolis fert fructum ſapidum
& dulcem . Chriſtus ante reſurrectionem
plantatus fuit in umbra mortalis corpo-
ris.ergo ſecundum cõdõne corporis in ſe
ipſo protulit fructum amare pœnitẽtiæ.&
uoluit ꝙ amici ſui illum proferrent.Lucæ
3.facite dignos fructus pęnitentiæ. & ſic
ꝙ lugerent.Sed Chriſtus in reſurrectione
fuit plantatus in mõte paradiſi ubi eſt ple
nitudo lucis diuinæ. iõ poſt reſurrectionẽ
profert ſibi & nobis dulcem fructum . de
quo Cãticorum.2. fructus eius dulcis gut
turi meo. In quo docemur ꝙ ſi uolumus
guſtare dulcem fructum glorię in cœlo.
oportet præguſtare amaram pœnitẽtiam
in hoc mundo. Quarto certificauit eos
per guſtum . Vnde adhuc illis non cre-
dentibus & mirantibus præ gaudio dixit.
habetis hic aliquid quod manducetur? At
illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi . Pi-
ſcis aſſus Chriſtus paſſus,piſces aſſi mar-
tyres paſſi . Piſces elixati ſunt confeſſo-
res qui in lachrimis compunctionis & de
uotionis decocti ſunt uel nutriti quaſi in
ſaluatorio Dei dulces in hoc mari. flucti-
bus tamen oppreſſi hos piſces comedi-
mus cum eos in ſanctis moribus imita-
mur . Poſt autem reſurrectionem ſuam
Chriſtus quadruplex prandium fecit.Pri-
mo cum peregrinis in uia . in quo oſten-
ditur quòd dominus ſatiatur operibus mi
ſericordiæ quæ cõiter peregrinis exhibẽ
tur. Secundum prandium fuit in domo. p̱
quod deſignantur opera iuſtitiæ, in qui-
bus delectatur & paſcitur dominus. Hoc
cibo ſatiantur qui eſuriunt & ſitiunt iuſti
tiã. Et quia in operibus iuſtitiæ eſt a prin
cipio difficultas & in fine ſuauitas . ideo
primo obtulerunt ei partem piſcis aſſi in
igne tribulationis . deinde fauum mellis.
Tertium prandium fuit in littore maris
Galileę poſt capturam piſcium.in quo de
ſignatur paſtus domini in pane ſapientiæ
& intellectus. Delectationes enim paſci-
tur artifex, cum diſcipulos experitur ala-
criter & bene operari opera artificii ſui.
Artificium autẽ Chriſti fuit prædicatio.
Ego (inquit) in hoc natus ſum & ad hoc
ueni in mundo,&c.Ideo delectatus iuſſit
afferri ſibi de piſcibus quos reti prædica-
tionis prendiderunt . Quartum pran-
dium fuit quando conueſcens pręcepit
ne ab Hieroſolimis diſcederent . & ſic a-
ſcendit in cœlum. in quo deſignatur con-
uiuium gloriæ quod facturus eſt amicis
ſuis in gloria . quod quidem expectans
dicebat . Pſal. Satiabor cum apparue-
rit gloria tua . Primum prandium eſt
miſericordiæ . Secundum iuſtitiæ . Ter-
tium doctrinæ. Quartum gloriæ. Quin-
to certificauit eos per olfactum . quando
inſufflauit in eos ſpiritum ſanctum dicẽs.
Accipite ſpiritum ſanctum . Ille ſcilicet
qui inſufflauit in Adam ſpiritum . & hoc
flatu odorifero. ſicut exiſtimantur ſecun-
dum aliquos doctores corpora ſanctorũ
ſuauiter odorare. & hoc ut odore illo nos
attraheret . Legitur de panthera in hiſto
ria tranſmarina. ꝙ poſt fatigationem cur
ſus quieſcit per triduum dormiẽs. & cum
poſt ſomnum ſurgit.flatum & rugitum tã
ti odoris emittit & tam grati, ꝙ aliæ ferè
illectæ poſt eam currunt. Ipſa autem præ
dam quam capit,aliis qui eam ſequuntur

partitur. Sic Chriſtus poſtquam ſurrexit a ſomno mortis: gratiam ſuam apoſtolis inſuflauit. cuius odore & clamore qui illecti eũ ſecuti ſunt, vitæ ęternæ diſtributioné ab eo accipiunt. Vnde paſſio dñi eſt quaſi quoddã ſufflatoriũ factum de duobus lignis crucis. in quibus clauis ferreis cõſuta eſt pellis agni. per qđ quaſi p quinque foramina exufflat ſpm̃ ſc̃tm. Vñ ẽm Richar. primo ſentẽtiarũ diſt. 15. in expoſitione textus. Bene p̃latis dat̃ ſpũs ſanctus in flatu. vt in abſoluendis ſubditis magis vtãtur flatibus. i. verbis quàm baculis vel virgis aut uerberibus. 3. Reg. 19. poſt ignẽ p̃uenit ſibilus aure tenuis. & ibi dñs. Hĩc cũ exorciſat ſacerdos flatus vel ĩſufflatio ſpũs ſc̃ti ẽ qua malignus ſpũs fugatur, q̃a nõ p̃nt cohabitare. Exod. 15. flauit ſpũs, & operuit eos mare. & ſubmerſi ſunt quaſi plũbũ in aquis vehemẽtibus. Sed baptiſatis in colũba dat̃ ſpũs ſanctus pp manſuetudinẽ. quia hõ in ſtatu innocẽtię fuit aĩal mãſuetũ natura. ſed pc̃õ beluinus effectus eſt. p̃s. hõ cũ in honore eſſet nõ intellexit, &c. Sed doctoribus datur in linguis igneis. In linguis pp eloquẽtiã. ĩ luce propter ſciẽtiã. in igne pp charitatẽ. Et ordinãtur iſte miſſiones recte. Quia. n. originaliter mittitur a p̃re. ideo appropriate prius a patre mittitur in ſpẽ colũbæ. Secũdo in flatu a filio. Tertio in linguis ab vtroq;. Ioã. 14. ſpũs ſanctus quem mittet pater in noĩe meo. i. quem ego & pater in noĩe meo mittemus. & in eodẽ cap. dr̃. ſi aũt abiero mittã eũ ad vos. Accipite ſpm̃ ſc̃tm̃. Quorũ remiſeritis peccata remittũtur eis, &c. Hic uidentur duo innui. Primũ eſt differẽtia inter ſpiritualia & t̃palia bona. quia ſpũalia Deus nõ ſolũ dat petẽti ſed offert. ut hic accipite ſpm̃ ſc̃tm̃. ecõtra bona t̃palia nõ ſolũ petẽti non dat, immo ẽt denegat. 1. Reg. 12. prohibiti ſunt ſacerdotes pecuniã accipere. Rõ eſt. quia tranſeunti per oſtium amicus non dat illud quo impeditur a fuga & quo ab hoſtibus detinetur, ſed illud quo põt ſe defendere & ab hoſtibus liberari. p̃s. Inimici mei animam meã circũdederunt. Temporalia onerant hoĩem & impediũt ſicut poma ericiũ ẽm ſolinũ. Vñ Bernardus exponẽs illud. Ecce nos reliquimus. Bene inquit Petrus. quia Chriſtũ ſequi nõ poterat oneratus. Vnde mediãtibus tẽporalibus aĩa capitur, ſicut ceruus cornibus intra nemus. De quibus tñ gloriatur Gen. 17. aries hærebat cornibus inter uepres. Volens igitur ab hoſte nõ detineri debet tẽporalia fugere. Sicut Ioſeph, qui relicto pallio in manu Egyptiæ fugit Gene. 39. Bona aũt ſpiritualia iuuant hominẽ ad fugiendum & vincendum. Secundo innuitur ẽm Hugolinũ q̇ remiſſio peccatorũ fit a ſpiritu ſc̃tõ. Ait. n. quibus dicebatur quorũ remiſeritis, &c. prius dictũ fuerat accipite ſpiritũ ſanctũ, ne uel quod dabatur crederetur contemptibile. uel quod accipientes operãtur, exiſtimetur ex humana uirtute procedere. ergo mirum non eſt ſi homines peccata dimittere poſſunt quia ut hoc poſſint non ex ſua ſed ex virtute diuina accipiunt. & hoc hominibus Deũ dare nihil aliud eſt q̃ Deũ hoc per homines facere. Circa hoc quæritur. Vtrum hoc die uel in die cœnæ dederit eis dñs poteſtatem ſacerdotalem. Dicitur ẽm Scotum q̇ in die cœnæ dedit dñs apoſtolis poteſtatẽ ſuper corpus xp̃i uerum, & ſic fecit eos ſacerdotes cum ſit principalior poteſtas, ſed in die Paſchæ dedit eis poteſtatem ſuper corpus Chriſti myſticũ cũ dedit eis poteſtatẽ remittendi peccata. Secũdo certiorauit Xp̃s diſcipulos de reſurrectione ſua quantũ ad potentias aĩe rõnalis. Primo certificauit intellectum qñ aperuit illis ſenſum ut intelligerent ſcripturas. 1. Corin. 10. Patres noſtri oẽs ſub nubæ fuerunt. i. ſub obſcuritate ſcripturarũ. p̃s. qui operit cœlum nubibus. i. cœlum ſcripturæ figuris & enigmatibus. Eſa. 8. liga teſtimonium. i. obſcure ſcribe. Dan. 12. ſigna librum & claude ſermonem, quia pertranſibunt plurimi & multiplex erit ſcĩa. ſed ĩ paſſione Xp̃i uelũ ſciſſum eſt & apparuerunt archana ſcripturarũ. Iudic. 14. Si non araſſetis in uitula mea. i. in carne mea crucifigẽdo & uulnerãdo eã. non inueniſſetis probleuma. i. obſcuritates ſcripturarũ. Secũdo certificat memoriã de præteritis. Vnde ait. Hęc ſunt uerba quæ locutus ſum uobis cũ adhuc eſſem uobiſcũ per præſentiã corporalem. quoniã oportuit Chriſtũ pati, & ita reſurgere a mortuis tertia die. Tertio certificat uolũtatẽ cum remiſſionẽ peccatorum ac reſurrectionẽ vitæ mittit p̃dicãdam. Ait. n. Sicut miſit me pater, & ego mitto uos. Sed qũo ſicut oues inter lupos.

*E Sacra ſcriptura Qũo ſacra ſcriptura eſt obſcura.*

*F Ouis. Qũo de lupis fiũt oues.*



pos. Primo ad patiendum & patientiã diſcendum inter lupos. quia lupi diſcerpũt, & patitur ouis. Secũdo ad uenandum. Oẽs enim volũt eſſe lupi, ſed ouis comedet lupum. quia dulcedine ſua attrahit lupum, & de lupo miraculo quidam facit ouem. Tertio ad mordendum lupos. i reprehendendum, & doctrina ſua nutriendum. Et mirabile eſt q̇ ſi mittat diabolus lupum inter lupos, lupus non rapiet lupũ, quãdiu tunica lupi induet̃. ſed ſi induatur tunica ouis ſtatim deuorabitur. Eſaię. 59. qui receſſit à malo prędę patuit. In aqua lucius deuorat paruos piſces, in terra lupus oues in aere miluus pullos, in cœlo diabolus homines q procurat inter hoĩes ſimiliter eſſe ut maior deglutiat minorẽ. Lucius autem poſtq̃ comedit, comedetur. non totus ſimul, ſed pars poſt partẽ, q̃a Gen. 49 Lupus rapax mane comedit p̃dã, veſpere diuidet ſpolia. qñ vnuſquiſq; accipiet partem ſuã faciat teſtamentũ vel nõ. Quarto mittitur ouis ad induendum lupos, ſicut Martires exuerunt ſe lana corporis ſui ut tyrannos induerent fide.

*Sermo 2. eiuſdem dominicæ in 8. paſchæ, & in ordi. 166. per thema p̃cedens.*

*A Dies. Qđ Xp̃s eſt uerus dies.*

HAec dies quam fecit dñs &c. Quidã dicunt q̇ dies eſt ſol lucẽs ſup terrã. alij dicunt q̇ illa diffinitio dat̃ p cãm. quia ſol cauſat diem. Sed ſiue ſic ſiue nõ, à nobis maxime ſciẽdũ eſt quis ſit iſte ſol qui hodie facit unã diem tam ſpecialẽ. de qua Hęc dies &cę. Sed pro certo idem eſt ſol & dies, & qui diem facit. Eſt enim Xp̃s verus ſol & uerus dies qui participatione ſuæ lucis multos efficit dies, lõge inferiores & obſcuriores quã ipſe ſingularis dies q eos facit, quoniã quis in nubibus ęquabitur domino? Sol enim iſte lucens ſuper terram. i. humanã naturã cui dictũ eſt terra es, & in terrã ibis, diem facit qñ illuminat eã ut dicamus. Dñe in lumine tuo uidebimus lumen. Eſt enim ipſe dies. Vnde ait ego ſum lux mundi & ſimiliter electi eius. Ait enim. Vos eſtis lux mundi. In die autem quam facit homo non eſt exultandum. quod oſtendit dominus flens ſuper Hieruſalem. Et quidẽ in hac die tua quæ ad pacem tibi, ſed dies quam facit dominus dies eſt ſolemnitatis & leticię. Prima dies lucem dedit ſeculo, hæc lucis actorẽ. tunc inchoatus eſt mundus in rudi & informi materia. nunc perfectius ad gloriã. hodie apparuit ſol cęleſtis ex abyſſo, oriẽs ex occaſu. Vnde Hieronymus ad principiam virginem. Nihil hac die felicius, ĩ qua dominus iudæis mortuus, nobis ſurrexit. in qua Synagogę cultus occubuit. Eſt enim ortus eccleſię in quo dominus fecit nos ſecum ſurgere & ſedere in cęleſtibus. & impletum eſt illud. cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum Hæc dies quã fecit dominus. Certe omnes dies fecit dominus, & dies iudæorũ & hæreticorum & gentilium. Dies dominica, dies reſurrectionis eſt dies Xp̃ianorũ. Qđ ſi à gẽtilibus dies ſolis uocatur hodie ortus eſt ſol iuſtitiæ, in cuius pennis. Sed eſt ſanitas. Sed nunq̃d ſol pẽnas hẽt? Sic. Ait enim ſol iſte. Quotiens uolui cõgregare filios tuos ſicut gallina pullos ſuos ſub alis. Iſte. n. ſecurus erit ab accipitre diabolo q ſub hmõi pennis requieſcit, & hoc medio beatę uirginis, ad quam recurremus dicentes. Aue.

In ſecũda apparitione Xp̃i quæ hodierna die facta eſt poſt octo dies reſurrectionie eius. Primo dicemus qũo intrauit ad diſcipulos Ieſus. Secundo qũo Thomam certificauit. Pro primo ſciendum eſt q̇ Thomas nõ erat cum eis quando uenit Ieſus in die reſurrectionis. Propter quod periculoſum eſt eſſe extra fidelium cõionẽ, uel ſeparatũ eſſe à ſocietate bonorũ. Eſau uenator patris benedictionẽ amiſit, quam Iacob manens in domo accepit. Gene. 37. Iumenta quæ extra domos erat in Aegypto, grandine perierũt. quę uerò intra domum ſaluata ſunt. Exod. 9. Sic Thomas non inuentus in domo cum aliis diſcipulis primam Xp̃i uiſionom & benedictionẽ amiſit. Intrauit Ieſus ianuis clauſis. Vnde ſex inueniuntur ianuæ quibus clauſis trãſit dominus. Prima ianua eſt ianua mũdi per quam ingreſſus patet in mundum, & iſta eſt ſtricta & luto plena, vt uix aliq̃s poſſit intrare qui non polluatur culpa. de qua Matth. 26. exeunte Petro ianuam uidit cum alia ancilla. i. ſeruitus omnium miſeriarum quæ apprehẽdit omnem exeũtem portam iſtam. Vnde Xp̃s exiuit hanc ianuam & intrauit in mũdum ianuis clauſis. ſed in ingreſſu obuiauit illi illa ancilla.

*B Ianua. De ſex ianuis quas clauſas trãſit dominus.*

cilla.ſ.ſeruitus præterq̃ culpę. Secunda ianua per quã eſt egreſſus de carcere corporis ad iudiciũ, & ibi obuiant multi. Primo iudex Iac. 5. iudex ante ianuã aſſiſtit. Matth. 20. Cum uideritis hæc oĩa ſcitote qm̃ prope eſt in ianuis Obuiant etiã diaboli accuſantes. p̃s. Aduerſum me loquebantur qui ſedebant in porta. Sed p̃s. de iuſto. Non confundetur cum loquetur inimicis ſuis in porta. Matth 17. Portę inferi non præualebunt aduerſus eam. & tunc iudex iudicabit illud Prouerb. vlti. laudent eam in portis opera eius. Hæc eſt ualde ſtricta ut nullus eam tranſire poſſit q̃n ibi dimittat ſpolium. Matt. 7. contendite intrare per anguſtam portam. Hanc ianuã dominus egreſſus eſt ianuis apertis, quia manibus & pedibus foratis & clamando ore apto. Tertia ianua eſt inferni in qua peccator claudetur in perpetuũ domiciliũ ita ꝙ qui intrabit nunquã exibit. ſicut patet de laberinto dedali quę erat domus in qua homo poterat intrare ſed nõ exire ut de ſeruo dicitur Deu 15. perforabis aurem eius ad ianuam, eritq; tibi ſeruus ſempiternus. De qua Iob. 20. uadam & non reuertar ad terram tenebroſam & opertam mortis caligine. Has ianuas glorioſe ĩtrauit dñs. p̃s. eleuamini portę ęternales, & introibit rex gloriæ. & has diruipit. p̃s. q contriuit portas ęreas, & vectes ferreos confregit, extrahendo inde captiuos. Exẽplo Sanſonis qui portas gaze tulit in excelſum montem. Sic portas mortis. i. peccata quę ſunt portæ, quia per ea intratur ad infernum, non per aliud. Quarta ianua eſt ianua cœli, & hãc nobis aperuit in paſſione ſua. p̃s. & ianuas cœli aperuit, & pluit illis manna &c. Sed illam virginibus fatuis. i. crudelib' vſurarijs ſupbis clauſit. vt dicit̃ Matt. 25. Quinta eſt ianua ſenſuũ & cordis, per quam fit aggreſſus, quia ibi hoſtes animæ faciunt prælium, & ibi nitũtur apponere incendium. p̃s. quaſi in ſilua liguorum ſecuribus exciderũt ianuas eius in idipſum. incenderunt igni ſanctuarium tuum id eſt tentationibus ianuas ſenſuũ obturauerunt & aperuerunt ut intrarent & ibi incenderunt igni luxuriæ ſanctuarium eius. Chriſtus autẽ vult ianuis clauſis id eſt non niſi in corde clauſo habitare. quia ibi venit ad manendum, nec uult ſtatim eiici. Oſtium enim quandiu clauſum eſt nõ poteſt remoueri à cardinibus, ſed bene apertum. Sic cor quamdiu clauſum eſt occaſionibus tentationum nõ poteſt remoueri à Deo, nec Deus ab eo, ſed cũ exit à limitibus ſuis facile vagatur in vana deſideria & cadit in culpam. Sexta ianua eſt corporalis quam hodie ianuis clauſis intrauit cũ diſcipulis. de qua Prouerb. vlti. nobilis in portis vir eius, ſcilicet eccleſiæ apparebit quando ſederit cũ ſenatoribus terræ id eſt Apoſtolis. Intrando autem dixit pax vobis. Defecerant enim ab eo fugiendo. Sed ſicut dicitur Eccleſi. 22. eſt regreſſus ad amicum. Licet enim recedamus ab eo, ipſe tamen raro recedit à nobis. Ait quippe Apoc. 1 ego primus & nouiſſimus. primus in accedendo ad nos, nouiſſimus in recedendo à nobis. Eſaiæ. 60. Miſericordia mea non recedet, licet tu recedas ab eo ſicut qui claudit oculum contra ſolem lux non recedit ab eo, ſed potius ipſe à luce. Hebreorum. 12. uidete ne quis deſit gratię Dei. Parata enim eſt ſe ſemper effundere, ideo ſequitur Eſaię. 60. & fedus pacis in te non mouebitur, quaſi dicens. ego bene tenebo cõuentiones meas, ſi tu bene teneas tuas. In ſignum cuius dominus hodie dicens diſcipulis, pax uobis. oſtendit vulnerum cicatrices. Quaſi diceret, tantum mihi conſtitit pax. & ſicut cicatrices ſunt indelebiles ſic pax ex parte mea non delebitur. Multi tamen iſtas plagas per recidiuum faciũt ſanguinem fluere, rurſum crucifigentes Chriſtum in ſemetipſis Hebreorum primo. contra quos Hieremię. 34. dabo qui prę uaricantur fedus meum quod ſcilicet inierunt mecum in confeſſione, in manus inimicorum ſuorum.

C

*Pax. Qđ multa cõcurrunt ad pacẽ peccatoris.*

Vnde ad habendam hanc pacem multa concurrunt. Primo cuſtodia ſenſuum inde ianuis clauſis dictum eſt pax vobis. Secundo oratio. Vnde ſuſpicandum eſt quòd Apoſtoli erant tunc orantes, & hãc pacem deſiderantes. Omnia enim naturaliter eam deſiderant, immo ſuperbi qui perſequuntur eam. Auguſtinus de ciuitate Dei. Superbia peruerſe imitatur Deum. Odit namque cum ſociis æqualitatem, ſed imponere vult dominationẽ ſuam pro illo. Odit iuſtam pacem Dei, & amat iniquam pacem ſuam. Et nil mirum ſi deſideretur, quia tantum bonũ eſt

pax



pax. ut etiam ſuo contrario q̃ratur. Bello enim pax quæritur. Iob. 18. Si diluculo cõſurrexeris ad Deũ, & omnipotentem fueris deprecatus, & ſi mũdus & rectus inceſſeris, ſtatim euigilabit ad te, & pacatũ reddet habitaculum iuſtitię tuæ. Tertio amor ſcripturæ. p̃s. pax multa diligentibus legem tuam. & ideo aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas. Quarto conformitas ad diuinam uoluntatem. ideo cũ dixit eis palpate &c. continuo acquieuerunt. Hinc Angeli dixerunt pax hominibus bonę uoluntatis. Quinto contemptus terrenorum. Gregorius. Quid quietius q̃ in hoc mundo nihil appetere ? & iõ eis ſpiritus carnem & oſſa non habet. i. ſpiritualis nihil in carnalibus & temporalibus quærit. Sexto moderata occupatio. Luc. 10. Martha, Martha ſollicita es & turbaris erga plurima. ideo inſufflauit in eis ſpiritum ſanctum qui moderator eſt omnium rerum. Septimo frequens confeſſio. Eſa. 22. erit opus iuſtitię pax. ideo tũc confeſſionis ſacramentum inſtituit.

Secundo Thomam certificauit dñs de reſurrectione ſua, faciẽs ei ſeptem quę ſolet facere creditor ad aſſecurandum aliquem de re magna promiſſa. Primum ſolet alicui credi ſimplici promiſſione, uel ſimplici uerbo, propter quod maxime credendum eſt Chriſto. Fidelis eñ eſt Deus qui mentiri non poteſt, cum ipſe ſit ueritas. Inde Apoſtolus. 2. ad Thim. 1. ſcio cui credidi & certus ſum quia potens eſt depoſitum meum ſeruare. Sic dominus dixerat diſcipulis ante paſſionem. Filius hominis crucifigetur, & tertia die reſurget, nec tamen huic ſimplici verbo credidit Thomas. Secundo reſurrectionem ſuam iuramento firmauit Hebre. 6. Abrahæ promittens Deus quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorem, iurauit per ſemet ipſum dicens. Niſi benedicens benedicam te. Lucæ. 1. iuſiurandum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum daturũ ſe nobis. iurauit enim daturum ſe nobis & pro nobis. Nec tamen iuramẽto credidit Thomas. Tertio teſtes adhibet omni aſſertione dignos, ſcilicet ſanctos Martires & apoſtolos qui pro fidei aſſertione capita poſuerunt, & ſic per mortem ſuam teſtimoniũ depoſuerũt. De quibus Ac. 1. eritis mihi teſtes in Hieruſalẽ & ĩ omni iudęa &c. De uno etiam teſte maximo dicitur Ioan. 1. Hic uenit ut teſtimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederẽt per illum. Vnde quia iſti teſtes concordant, ideo eis eſt maxime credendum. Hubuit etiam teſtimonium ex ſuis proprijs operibus. Ioan. 5. opera quę ego facio ipſa teſtimonium perhibent de me. Ideo dicitur Io. 10. ſi mihi non creditis, operibus credite. Sed nec fecit Thomas. Q̃n enim diſcipuli eo accedente dixerunt. uidimus dñm. ſic & ſic intrauit. ſtatim dixit non credam. Teſtes erant apoſtoli. teſtabantur opera Xp̃i. ſ. prę ſentia & introitus ianuis clauſis, & tamen non credidit. Vnde communiter dicitur. non credo quod audio ſed quod uideo. iõ dixit niſi videam non credam. Ad exemplum igitur Chriſti qui vulnerum cicatrices oſtendit. vt thomam informaret ad fidem. ſi quis de noſtra conuerſatione, & ſpirituali reſurrectiõe dubitet, nihil aliud facere debemus quam omnia ad ſubditorum informationem manifeſtis indiciis approbare. Multi enim dicunt. niſi uidero non credam intantum male ſentiunt de ſacerdotibus. quia ſimiles illis dicunt eſſe. de quibus Mat. 23. dicunt & non faciunt. Vnde ut vulnerum cicatrices debemus eis affectum compaſſionis exprimere. & dicere. & ſicut dominus Thomæ. Infer digitũ tuum huc operare ſicut & ego. Sed ſi non ſufficit digitos inferre in foramina niſi mittat manum in latus qui ſunt commenſales, & ſocij epiſcoporum quibus non ſufficit opera ſua bona oſtendere, niſi & eorum qui adherent lateri poſſit puritas apparere. Et quia pauci ſe aduertunt per ſocios. i. cõmenſales prælatorum corrũpi, hoc dominus figurãs iam mortuus uoluit hoc vulnus ſuſtinere & nõ ſentire, ſed illud vulnus in ſolam tranſijt matrem qa hęc plaga in eccleſiam redũdat. Ex taliũ enim cõſilio ſp̃ũale eccleſiæ ſuſtinet detrimentum. Quarto dando eis pignus. ſ. ſpiritum ſanctum in baptiſmate eorum. 2. Cor. 6. Deus dedit nobis pignus ſpiritus ſancti. glo. quo pignore de immortalitate certi ſumus. Vñ apoſtoli primo ꝑdiderũt iſtud pignus: ſed poſtea recuperato in die penthecoſtes facto ſunt firmi in fide. De lege autem pignoris eſt ꝙ qui primo pignus amiſit promiſſum nõ habebit. & quãto pignus melius eſt debito tanto magis

D

*Fides. Qđ exempla bonorum operũ faciũt fidem.*



obliga-

obligatur promittẽti. Spiritus ſanctus me-
lior eſt ęterna vita promiſſa quãto melior
eſt creator creatura. ideo exigitur ab illis
qui eum perdiderunt. & quia non erunt ꝓ
ſoluendo. ideo damnabũtur perpetuo. ps.
Mutuabitur pctõr & non ſoluet. Hoc pi-
gnus dederat dñs Thomæ in baptiſmo.
vnde tãtus erat in eo ignis ſpũs ſancti ꝙ
dicebat. Eamus & moriamur cum eo. Spi-
ritus. n. inflammatus illo pignore emitte-
bat ſcintillas igneas. Ideo quintum modũ
addit dando arras, quæ ſunt pax cordis, &
delectatio in ſpiritu ſancto, q̃ ſunt arræ
æternę uitę. Ro. 8. Nos ipſi primitias ſpũs
habentes. i. arras intra nos gemimus ado-
ptionem filiorũ iſrael expectantes. quaſi. ſ.
reſiduum ſiue ſupplementum debiti. Arra
enim pars eſt debiti, & uolentes reſilire à
foro non poſſunt retinere arras. Vnde ſi-
cut eſt ſignum reſiliendi à foro perditio
arrę, ſic perditio gaudij ſpiritualis & pacis
cordis, quę ſunt tantæ arrę, ꝙ Petrus ſe te-
nebat pro pagato ſolis arris cum dixit. bo
nũ eſt nos hic eſſe. ſed neque propter iſtas
arras credidit Thomas. immo dedit arras
diabolo, cũ dixit. Niſi uidero manus eius
& pedes, & miſero manum meam in latus
eius non credam. Omnis. n. infidelitas eſt
arra data diabolo. non reſtat niſi reſiduũ
ſolutionis. Peccatum enim torquet pecca
torem. Sed quid fecit dominus? Attulit
ſibi arras quas dederat diabolo dicendo
ſibi illa quæ dixerat. & tunc credidit.

Sextò dat ſecuritas in litteris ſiue char
tis. Nec enim Chriſtus de fide unam tan-
tum chartam, ſed & quattuor patentes re
liquit. ſ. quattuor euangelia, quę quotidie
in ſolatium expectantium leguntur in ec-
cleſia filiis eccleſię. Sicut autem homo
habens bona priuilegia delectatur ea ſę-
pe audiendo, & attendit ad ſingula pũcta.
Sic & nos debemus facere audiendo euan
gelium, & ſicut litteris papæ uel impera-
toris inclinatur & datur oſculum ſigillo,
& diſcooperitur caput. ſic nudato capite
& inclinato audienda ſunt euangelia cum
oſculo libri ob reuerentiam. Et ſicut cha-
ritatis appenditur ſigillum ut habeant ro
bur firmitatis, ſic crux in fine euangeliorũ
in fronte legentis & audientium. quia om
nia terminantur ad paſſionem. Ex quo ſe
quitur ꝙ ſaltim confitentur ſe nihil habe-
re in hæreditate cœleſti, qui euangelium
uel ſermonem fugiunt. ubi poſita legitur
hæc charta. Aliquam. n. talẽ legit feciſſe
Thomas. ſed ad nos nõ peruenit. vel ſi p-
uenerit, non eſt recepta ab eccleſia ſicut
nec multa alia. Sed adhuc dñs hẽt alias lit
teras patentes. ſ. vulnera ſua, quæ ſuo cor
pori inſcripta ſunt griſis iudæorum, & in-
delebiliter ad oſtenſionem fidei impreſſa.
Et iſta ſigna litterarũ dum vidit Thomas
credidit. ſimilis Iacob qui noluit credere
filiis ſuis referentibus ꝙ Ioſeph viueret,
& dominaretur in omni terra ægypti. Sed
dum uidit plauſtra reuixit ſpiritus eius,
ſic nec Thomas uoluit credere apoſtolis
referentibus quouſque viderit plauſtra. i.
vulnerum ſigna. Sicut. n. in clauſtris infir-
mi portantur, ſic per Chriſti vulnera in cę
lum peccatores deferuntur. In hoc tñ duo
ſigna dilectionis Thomę dñs oſtẽdit. Vnũ
enim ſignum dilectionis eſt ſemper ſerui-
re de meliori & pulchriori amico ſuo. Vñ
Abel obtulit de melioribus gregis. ideo
dñs Thomę ſignum dilectionis oſtẽdens
de meliori ei ſeruiuit ſ. de merito ſuæ paſ
ſionis, quod ei obtulit tractandnm. In hoc
enim poſſent dicere paſtores, ꝙ eis datum
eſt tractare paſſionis meritũ & myſteriũ.
per hoc ꝙ Thomas in latus poſuit manũ,
& digitos diſcretionis in vulnera. Secũdo
amor uerus neſcit aliqd celare amico ſuo
ſed reuelat ei conſilia ſua. Vnde aliqua de
cœleſtibus ſunt ſatis aperta, propter quod
manum miſit Thomas in latus apertum.
alia uero clauſa ſunt & multũ obſcura. ꝑꝑ
quod & in vulnera miſit tantũmodo digi
tum diſcretionis, nec ita illorum interio-
ra ingreſſus eſt. Et ſicut vnum fuit latus
& quattuor uulnera. ſic multo plura de il
lis cœleſtibus ſunt incognita quàm cogni
ta. Prius tñ iſta ſigna oſtenderat dñs aliis
diſcipulis, & his crediderunt. ſed Thomas
quia non erat cũ eis, ideo non uidit nec
credidit. In quo dñs cõmendat charitatẽ
mutuam vnius ad alterum. Non. n. uenit
niſi ad vnitos. Filij Iacob congregati ſu-
ſceperunt benedictionem, & ſuper apoſto-
los ſpiritus ſanctus deſcẽdit vnanimes. ſed
econtra periculoſa eſt ſolitudo & ſingula
ritas & odiũ & ſeparatio à proximo, quia
ouis ſeparata à grege cito rapitur à lupo.
vna candela cito extinguitur à uento. vn-
de in uitis patrum venit quidam iuuenis
ad ſeniorem dicens. Quid faciam quia om
nino

*E Vnitas. qd unitas & cõcordia commẽdatur.*



nino aridus ſum & ſine humore deuotio-
nis. Cui ſenex. ſi vis aliquid ſpiritualis dul
cedinis deguſtare, conuerſandum tibi eſt
cum ſpiritalibus viris. Sicut. n. carbo frigi
dus ſi ponatur cum aliis carbonibus viuis
ſtatim accenditur, ſic ſi te adiunxeris ho-
minibus zelo & amore Dei accenſis, pro-
tinus inflammaberis. Vna virga cito flecti
tur & frangitur, non ſic multę. In hiſtoria
tartarorum legitur ꝙ cum primus impera
tor eorum kanquis kaui ad extrema deue
niſſet vocauit duos filios ſuos monens eos
de vnitate & concordia, & accepta phare
tra, in qua erant duodecim ſagittæ præce-
pit ſeniori ut eas ſimul frangeret, & conſe
quenter aliis vſque ad iuniorem nec po-
tuerũt. Iuniori autem ſigillatim dedit eas
qui omnes fregit. tunc ille liberis ſuis ait.
Exemplum accipite in his ſagittis. Si con-
cordes fueritis, nemo poterit uos frange-
re. Si autem diſcordes, minima uos con-
fringet potẽtia. Ideo diabolus ſciens ꝙ nõ
poteſt pręualere vni congregationi quæ-
rit iniri ſingulare certamen. ſicut legimus
in figura de Golia. 2. Reg. 17. Contra illos
qui uolunt habere miſſas in domibus ſuis
cum poſſint uenire ad eccleſiam. Septimo
dedit obſidem non angelum nec archan-
gelum ſed ſemetipſum. Matth. vltimo. Ec-
ce ego uobiſcum ſum vſque ad conſum-
mationem ſeculi. vnde quando obſides
ſũt nobiles & pro magno debito illi apud
quos tenentur tenent eis ſocietatem eun-
do ad eccleſiam, & redeundo. Sic & nos fa
cimus corpori Chriſti cum portatur ad in
firmum Sic & nos debemus ſibi honorem
facere cum ipſum receperimus. Sed & do-
minus Thomę ſe prębuit obſidem. immo
in ſaiſinam & poſſeſſionem, ſicut ſolet mit
ti aliquis in poſſeſſionem alicuius benefi-
cij per traditionem alicuius pertinentis.
Sic & Thomas cum dictũ eſt ei. Mitte ma-
num tuam in loco clauorum. Et tunc cre
didit Thomas & dixit. Dominus meus, &
Deus meus. Vnde quãdo alicui narratur
aliquid ita firmatus eſt quandoque ꝙ nũ-
quam crederet ei niſi haberet aliam pro-
bationem quàm ſermonem. Sed quando
faciunt intelligere per rationem dicunt.
Vos modo loquimini. vos nunc oſtenditis
mihi. Sic narrabãt apoſtoli Thomæ quòd
uiderãt dominũ, ſed noluit credere quo-
uſque dominus oſtenderit ſe ſibi, & tunc
non potuit dubitare. vñ potuit dicere. vias
tuas dñe demonſtra mihi. i. plagas, quæ
ſunt uiæ in paradiſum. Hiere. 11. Dñe de-
mõſtraſti mihi & cognoui. Fuit aũt ita cer
tus ꝙ ꝑꝑ hoc auſus eſt ſuã exponere uitã.
Vnde qui nõ fuit ad ſolem non calefit. ſic
nec Thomas priusq̃ ſolẽ iuſtitiæ ante re-
ſurrectionẽ uidiſſet igne ſpirituali calefie
ri potuit, immo aliis credẽtibus ipſe ſolus
in frigore infidelitatis remãſit. Circa hoc
quęrũtur duo. Primum eſt. vtrum corpus
Chriſti cum cicatricibus reſurgere debue
rit. Et videtur ꝙ non. quia 1. Corint. 15.
Mortui reſurgẽt incorrupti. Reſponſio ꝙ
hoc conueniens fuit ꝑꝑ multa. Primo, ut
ſint teſtimonia ſuæ gloriæ, quę fuerant cõ
tumeliæ & paſſionis indicia. ut nullus ꝑꝑ
Chriſtum pati reputet opprobrium, cum
ipſum ſit glorię teſtimonium. Dicit. n. Be
da ſuper Lucam. ꝙ non ex impotentia cu-
randi ſeruauit cicatrices. ſed ut perpetuũ
ſuæ victoriæ circũferat triumphum. Vnde
Aug. 22. de ciuitate Dei. Fortaſſis in illo
regno in corporibus martyrũ videbimus
vulnerũ cicatrices quæ pro Chriſti nomi-
ne pertulerũt. Nõ n. deformitas in eis ſed
dignitas erit. & quædã quãuis in corpore
nõ corporis ſed virtutis pulchritudo ful-
gebit. Scdo ad confirmandum corda di-
ſcipulorum circa fidem ſuæ reſurrectio-
nis. Tertio vt patri pro nobis ſupplicans,
quale mortis genus pro homine pertule-
rit ſemper oſtendat. Quartò ſecũdum Pe-
trum Rauen. vt nullus carnem ſuã deſpi-
ciat, ſi quaſdã deformitates naturales aut
ſpũales patiatur. qñ dñs humanitatẽ no-
ſtrã reſurgendo cũ his quæ antea erãt de
formitates accepit qñ deformitates illæ
cõuerſæ ſunt in gloriam. In anima a. n. nra
poſt pctm̃ cordis deletum & aĩam ſanatã
remanent cicatrices vitiorũ. vt puta incl-
nationes, cogitationes & motus ad illa vi
tia quæ conſueta erant quæ ſunt quædam
pęnalitates bonę uolũtati. quas ſi uicerit
cõuertet ei in gloriã. Quinto ut ſua mor-
te redemptis, q̃ miſericorditer ſint adiu-
ti propoſitis eiuſdem mortis indiciis in-
ſinuaret. & ꝑ talia ſigna malis in iudicio q̃
iuſte damnentur annunciet. Vnde Augu-
ſti. libro de ſimbolo. Sciebat Chriſtus
quare cicatrices in ſuo corpore ſeruaret.
Sicut enim ſeruauit vt demonſtraret Tho
mæ non credenti niſi tangeret, & uide-
ret.

*F Reſurrectio Xpi. Verũ corpus Xpi cũ cicatricibus reſurgere debuit.*

ret.ita etiam inimicis vulnera demonſtraturus eſt ſua. vt conuincens eos veritas dicat. Ecce hominem quem crucifixiſtis. Videtis vulnera quæ ĩfixiſtis. agnoſcite latus quod pupugiſtis, quoniam propter uos apertum eſt. nec intrare uoluiſtis. Dicitur ſecundo, ꝙ tales cicatrices non pertinent ad defectum uel corruptionem. ſed ad maiorem cumulum gloriæ. in quantum ſunt quædam virtutis inſignia, & in illis locis vulnerum quidam ſpiritualis decor apparebit. hæc pro maiori parte habet Tho. 3. parte. q. 54. art. 4. Secundo quæritur. vtrũ Thomas cicatrices domini tetigerit. Q̃d non vr̃. quia dicitur, quia uidiſti me Thoma credieiſti. ergo uidetur ꝙ uiderit tm̃, & non tetigerit. Tenet conſequentia. quia cũ exhibuerit tactum & uiſum debuit dicere. quia uidiſti me & tetigiſti. Secundo dicit Hieronymus ad Marcellum. nõ meretur tangere Chriſtum, qui eius reſurrectionem non credit. propter quod dictum eſt Magdalenæ. Noli me tangere. Nõdum enim aſcendi ad patrem meum. Sed Thomas reſurrectionem Chriſti nõ credidit. igitur. Tertio non uidetur ei conuenienter dictum. quia uidiſti me Thoma credidiſti. cum fides ſit inuiſibilium. ſ̃m illud Heb. 11. Fides eſt argumentum non apparentium. Oppoſitum dicit Leo papa. Sufficit ad fidem propriam vidiſſe, quod uidebat, ſed operatus eſt ut tangeret quod uidebat. Vnde Thomas uidit & tetigit. ſed ad ſuam fidem ſufficiebat ei uidere. quàm cito enim vidit credidit. Et quia nos poſſumus de eo dubitare ꝙ crediderit in uiſu tantũ. ideo tetigit, ut nos crederemus. ergo uidit ſolum cicatrices ſibi. nobis autẽ non ſolum vidit, ſed etiam tetigit, vt oẽm à nobis excluderet dubitationem, quia teſtis erat futuræ reſurrectionis. Et per hoc patet ad primum ſolutio. & ad ſecundum ſimiliter, quia prius credidit quàm tetigit non ſic Maria. Ad tertiã dicitur, ꝙ aliud uidit, & aliud credidit. vidit hominem & cicatrices, & ex hoc credidit deitatem reſurgentis.

*Sermo 3. eiuſdem dominicæ octauarum paſchæ. & in ordine 167. per thema.*

*A Verbum Dei.*

HAec dies quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. Alleluia. Dicunt epulones ſiue gaudiſſores, ꝙ ſermones poſt paſcha ſunt murenæ ſeu lampredæ. eo ꝙ non ſunt tunc conuenientes. gallice. de ſaiſon. Sed falluntur, quia ſi uerbũm domini tẽpore paſſionis libenter audiebatur. multo magis tempore reſurrectionis propter quattuor. Primo quia lęti rumores libentius audiuntur de amico, q̃ triſtes. & ita qui amat ardenter Chriſtum libentius audit læta pertinẽtia ad eius reſurrectionem, quàm triſtia pertinentia ad eius paſſionem. Secundo, quia uerbũ Dei magis neceſſarium eſt tẽpore reſurrectionis, quàm paſſionis, quia tempus eſt magis periculoſum. Multa. n. ſunt reſtringentia homines tempore paſſionis à peccatis, ut ieiunium, conſuetudo bona, & multa alia, quæ non ita reſtringunt tempore reſurrectionis. imo ſunt multa aduerſantia illo tempore & diuertentia ut cibi, & delectationes pratorum & camporum. Tertio, quia gratius eſt Chriſto, cum aliquis tempore reſurrectionis ſermones audit, quando eos pauci audiunt. Sicut gratius eſt alicui cum uinum uel racemi mittũtur ſibi quando parum eſt de illis, quàm ſi eis mittantur tempore uindemiarum. Quarto quia dominus in ſancta ſeptimana loquebatur nobis uerba compaſſiionis, & miſericordiæ & fletus, nunc uero uerba q̃ deſideramus audire. ſ. uerba pacis. Vnde hodie in euangelio ter proclamatur. Oẽs autem lætãtur audire cum proclamatur. ideo nunc magis debemus audire. Tempore enim illo quo datur pax in miſſa ſacerdos comedit bonum morſellum. Ideo tempore illo quo dominus dedit nobis pacem, debemus accipere bonam refectionẽ uerbi Dei. Vt autem ualeamus, ad Mariam recurremus dicentes. Aue.

*Q̃d multis rõnib' uerbũ dei dẽt poſt paſ. hæ audiri.*

Hæc dies quam fecit dominus. ideo debemus bene lætari. quia ſi gaudet vnum membrum, cõgaudere debent omnia mẽbra. Hodie. n. gauiſi ſunt ſancti patriarchæ prophetæ, & omnes ordines angelorum. Sicut. n. in diebus uernis apes & omnes aues lætificantur de uoui paſtus ubertate. Sic illi de noua Chriſti gloria in corpore & anima tanquam de noua refectione. itẽ de glorifica unione humanitatis & deitatis, quam prius non cognouerant cognoſcendo ĩ ipſa ſuam renouationem, redemptionem humani generis, & reparationẽ angelicã. et tũc impletũ eſt illud Iohel. 2. in



in die illa. ſ. reſurrectionis ſtillabunt montes dulcedinem. i. angeli alti per naturam dulcedinem gaudij, & colles. i. ſancti homines, qui minores erãt per naturam, ſed æquales per gratiam, fluẽt lac & mel. i. gloriam & vnionem humanitatis & deitatis laudabunt affluendo in ea iocunditate. Propterea debet hodie anima ſancta aĩæ Chriſti congratulari. In cuius ſignum ſtatuit mater eccleſia ad omnes antiphonas cantare uocem angelicam alleluia. & per ſingulas horas. hęc dies quã fecit dñs &c.

*B Alleluya Cur hoc nomen hebreum alleluya cũ latinis uerbis miſcetur.*

Vale facturi de hoc lætitiæ cantico alleluia, quod nunc temporis frequentat eccleſia q̃onem mouebimus. Quęritur ergo cum grammatici dicãt eſſe vicium orationem conſtitui ex diuerſis idiomatibus, cũ eccleſia hoc nomine hebræo alleluia non tranſlato utitur cum latinis eloquiis? Ad hoc reſpõdetur per propoſitiones. Prima eſt ꝙ uicium eſt apud grammaticos ꝓferre uerba diuerſorum idiomatum mixtim, niſi certis & rationabilibus ex cauſis hoc fiat, & principaliter hoc uitiũ non cadit, ubi linguæ artificiales miſcentur certa ex cauſa. Sæpe enim uerba græca latinis admiſcentur, & hebræa latinis. Et hoc quãdoque contingit propter reuerentiam illa lingua loquentis. vnde nullus auſus eſt transferre uerbum Chriſti affirmatorium in quo dicitur amen, propter Chriſti reuerentiam, eo ꝙ Chriſtus eo uerbo ꝓ affirmatione uti ſolebat. Conſimiliter, propter reuerentiam matrimonij vir & vxor deberent eſſe, ſicut animo, ita & lingua cõcordes. quod tamẽ raro contingit, quia ut plurimum in diſcordia vir loquitur græcum, & vxor hebræum, ita ut non ſe intelligãt. quibus maledixit Neemias Neem. 13. quia quidam loquebantur pro media parte azotice, nec ſciebant loqui iudaice, ſed loquebantur linguam populi & populi. Et propter hanc diſcordiã deſertæ ſunt domus. Vnde conſtruentes turrim Babel inter ſe cõfuſi & linguis diuiſi, omnia deſeruerunt. Secundo eo ꝙ vna lingua in uno idiomate nõ eſt ita fœcunda ſicut alia. ſicut in libris Ariſtotelis in latinum tranſlatis dimittuntur multa uerba grega. Similiter Io. 19. vbi dicitur. ſedit pro tribunali in loco qui dicitur lichoſtrãtos, hebraice autem gabatha, nihil latine dixit. quia forte non erat nomen latinum ad hoc ſignificandum impoſitum. Tertio ad oſtendendum conformitatem vnius linguæ ad aliam, ita ꝙ vna lingua aliam exponat, ut in euangelio abba pater. abba hebræum, pater grecum & latinum. Et hoc modo dr̃ Io. 19. crucifixerunt eum in eo qui dicitur caluarie locus. hebraice autem golgotha. Et his duobus modis alleluya manet hebræum cum latino, & propter infœcunditatem linguæ, & propter conformitatem. Cantus enim ex uariis armoniis conſtitutus magis delectat. & ſimiliter ueſtis aut campus diſcolor. Sic uarietas linguarum conformis magis delectat in laudẽ Dei.

Secunda propoſitio. Hæc dictio, alleluia nõ eſt una dictio, ſed compoſita ex verbo & nomine. Nã ſ̃m Nicolaum de Lira allelu idem eſt quod laudate. ya idem eſt quòd Deus. quia ſ̃m Hieron. ya apud hebræos vnum de decem dei nominibus eſt, & ſic alleluya ſignificat laudate Deum. Guillermus tamen Altiſſiodoren. videtur exponere ipſum interpretando, ſic al. i. altiſſimus. le. i leuatus eſt in cruce. lu. i. lugebant apoſtoli. ya. i. iam ſurrexit. & ſic ſ̃m doctorem iſtum alleluya incipit à fletu, & terminatur in gaudium, quia luctus iuſtorum ſic terminatur. ps̃. Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent. Sed talis diſpoſitio & omnes aliæ huiuſmodi ſunt magis interpretationes quàm uera nominis ſignificatio. Hieronymus tamẽ 30. epiſtola. 2. par. huic rationi ſuperaddidit aliquam conſuetudinem, qua utebatur eccleſia ab exordio. Cum enim ab eo quæreretur quare alleluya, amen maranatha, ephod & huiuſmodi hebræa non ſunt tranſlata. Reſpõdet Hieronymus 70. interpretes ſiue apoſtolos id curaſſe, ut quoniam prima eccleſia ex iudæis fuerat congregata, nihil ad credentium ſcandalum innouarent. ſed ita ut à paruo imbiberant, traderent. Poſtea uero quàm in uniuerſas gẽtes euangelij dilatatus eſt ſermo, non potuiſſe ſemel ſuſcepta mutari. Licet Origenes aſſerat ꝓꝑ uernaculũ linguæ vniuſcuiuſque idioma non potuiſſe ita apud alios ſonare, & apud ſuos dicta ſunt, & multo melius eſſe non interpretata ponere, quã uim eorum interpretatione tenuare. Hæc Hieronymus. Vnde quidã vere repræſentant quod alleluya ſignificat. Quidam. n. laudant Deum, & ſunt laus Dei. Opus. n. bene

bene cõpoſitum laus eſt artificis. Sed quidam laudant Deum, & non ſunt laus eius. Hi ſunt mali, quorum pater confunditur appellari pr̃, & Deus appellari Deus. ſed Heb. 11. non confunditur Deus uocari Deus eorum i. bonorum. Vnde de Martino canit eccleſia. hĩc laus tua, tu illius.

C *Alleluya Q̃d alleluya eſt proprium canticum ſpirituũ bea. orũ.*

Tertia propoſitio. alleluya eſt canticũ angelicis & beatis ſpiritibus proprium. patet primo, quia illud uocabulũ ſignificat ineffabile gaudium illius ſupernæ ciuitatis Hieruſalem. Thob. 12. Per oẽs uicos eius cantabitur alleluya. Alleluya enim uocabulum paruum eſt in ſermone, multum in neumn. quia illud gaudium maius eſt quàm exteriori ſermone explicari poſſit. & inde illud neuma quaſi ab interiori gutturis & cordis procedit quaſi ex abyſſo cordis gaudium oriatur abyſſale. nõ ſic riſus mundi qui dicuntur riſus eſſe mercatorum, qui nodum gutturis nõ tranſeunt. Hi ſunt qui dilexerunt Deum in ore ſuo, & lingua ſua mentiti ſunt ei. Vnde ſm̃ de lira. dum alleluya cantatur, bis recitatur. Primo ab vno & breuiter. Secundo à tota multitudine, & cum multitudine notarũ, ad denotandum ꝙ laus Dei quam hic facimus breuis eſt ad comparationem illius laudis, quam cum tota cœleſti multitudine faciemus. Secundo hoc idem probatur, quia audiuit Ioannes apoſtolus Apoc. 19. à cœleſtibus ſpiritibus ter replicari alleluya gratias reddendo Deo. Apoca. 19. Vnde cõiter ſoli de altiori gradu illud alleluia cantat, quia non niſi magni uita & moribus intrabunt illam requiem & laudem, & non qui magni ſunt dignitatibus, diuitiis, & deliciis. Quòd autem hoc ſit uerum oſtendit iterum Caſſiodorus propter tria. Primo, quia Eccle. 5. non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Soliꝫ ergo illi qui puriſſimi ſunt habent illam laudem Dei præcipue decantare ſicut ſunt ſpiritus beati. Si enim quæſiuit Nabuchodonoſor pueros formoſos, & in quibus nulla eſſet macula ſuo conſpectui aſſiſtere. Danie. 1. quãto magis tales oportet eſſe eos qui diuinæ laudi aſſiſtunt? Sed ut dicit philo. 8. politicæ. ꝙ multi neſciunt melodias, neq; cantant, qui tamen de eis iudicant. Sic multi uident Deum laudare bene agendo, & iudicant quod bene agunt. nunquam tamen illam cãtilenam cantabũt, quia nihil inde faciunt. Secundo quia continuo debet laudari qui cõtinue bona tribuit. iuxta illud. Cantabo domino qui bona tribuit mihi. Angeli aũt & beati ſpiritus continuũ habent exercitum & frequentiam laudandi Deum, quia licet homo ad tẽpus laudet, illi tamen non ceſſant. Apocal. 4. requiem non habebant clamantia atque dicentia, Sanctus, ſanctus, ſanctus. Apud nos uero uarias occupationes habet homo, ꝑ quas à laude diuina actualiter impeditur. Angeli autem nihil impedimenti habent. Ideo quaſi cantoribus curiæ cœleſtis illa cantilena alleluya eis ſpecialiter attribuitur. Vnde & beatus Gregorius audiuit illud canticum. Regina cœli lætare alleluyatice decantari ab angelis. Tertia rõ ſm eũdem. propter continuam Dei fruitionem, qua excitantur ad laudem Dei, ita ut nõ poſſint non laudare. Nam Matth. 18. Angeli eorum ſemper uident faciem patris mei qui eſt in cœlis. In conſpectu uero tãtæ pulchritudinis ueri amatores eius non poſſunt nõ laudare aut à laude eius ceſſare. Ideo Apoc. 14. Cantabant canticũ nouum ante ſedem Dei & agni. Propterea ſi vis uere cantare, fac ſimiliter, non ceſſes à laude Dei. Si dormis ut poſtea labores ſine dolo, Deum dormiendo laudas. Si dormis ut ſurgas ad matutinas, & deuotius ad altare accedas, dormiẽs Deum laudas. Si in die labori uaces, ſi confitearis, Deũ laudas. Quarta propoſitio. hoc canticũ alleluya licet à cœleſtibus ſit in noſtra eccleſia deriuatum, & à ciuibus ſupernæ Hieruſalem primum in mentem ſanctorũ patriarcharum, deinde in ora apoſtolorũ delapſum, non tamen eſt eccleſiæ militanti proprium. Primum huius patet per Bedam in hiſtoria eccleſiaſtica angelorum, ubi dicit ꝙ cum beatus Gregorius quadã die tranſiens forum romanum quoſdam adoleſcentes forma pulcherrimos uenales cõſpiceret, interrogabat mercatorem cuius eſſent patriæ? Reſpondit Britãniæ, q̃ſiuit ꝙ chriſtiani? rñdit ꝙ nõ, ſed gentiles. Tũc ingemiſcens ait. Heu proh dolor, quàm ſplendidas facies princeps tenebrarum poſſidet. Interrogat quod eſt uocabulum gentis illius? Reſpondit anglici. Vere dixit quia anglici. Angelicos enim vultus habent. Interrogauit de nomine regis. dixit ꝙ uocabatur elle. Reſpondit Grego.

Bene



Bene & conuenienter uocatur. Ellæ. quia in partibus illis alleluya decantari oportet, qui poſtea Auguſtinum miſit ad eos cõuertendos, & ſic patet alleluya eſſe carmen eccleſiæ militanti accommodatum. Item libro hiſto. tripar. cap. 26. Cum ad imperium Theodoſii mandaretur deſtrui illud antiquum & formoſum ſerapis Idolum. Olimpus quidã philoſophus non ante multum tempus luceſcente die quo hoc euenit, audiuit quendam in templo ſerapis alleluya pſallentem. Cumq; ianuis clauſis adhuc quietis tempore nullum ſibi conſpiceret. ſed tãtummodo uocẽ pſallentis audiret. cognouit ſigno quid eſſet futurum, & latenter egreſſus inuenta naui diſceſſit. Cognouit. n. iſte olimpus ex illo uerbo alleluya decãtato in illo tẽplo ꝙ ibi erat fundanda Chriſti eccleſia. Eſt enim illud canticum nouum eccleſiæ. de quo. Pſ. Cantate domino canticum nouũ. laus eius in eccleſia sãctorum. Hoc tamẽ canticum alleluya non ſæpe cantant ſuis uxoribus mariti q̃a cantant eis ſæpe multa triſtia. ideo mulieres eis ſæpe cantant notulas fictas in muſica. Fingunt enim ſe obedire marito. nec tamẽ faciunt. Secunda pars patet quia illud uocabulum eſt uocabulum maximi gaudii. & huius ſunt multa ſigna. Primum. ꝙ omnes uerſus q̃ ſub alleluya cantantur debent ſignificare & ſonare totum iocundum & dulce & nil ſiniſtrum & triſtę. ſicut ille. Dominus regnauit exultet terra. Iuſtus germinabit ſicut lilium. Iubilitate Deo omnis terra. Dies ſanctificatus illuxit nobis. &c.

Secundum ſignum huius eſt ꝙ ultima litera protrahitur multum. & cum neuma multo in ſignum illius ineffabilis gaudii quod habetur illic. quaſi non ſit uerbis expreſſibile. Tertium huius ſignum ẽ ꝙ non cantatur hoc uerbum niſi in fęſtis dominicalibus & ſolẽnibus. & non cum fit de tempore. Vnde & dicentibus Hymnum cantate nobis de canticis ſyon. reſpondet eccleſia. Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Sed cũ agitur de ſanctorum gloria quodammodo utimur alleluya eis congratulando in ſua lingua, & inde eſt ꝙ eo magis utimur paſchali tempore q̃ alio. eo ꝙ illo tempore Chriſtus reſurgens eiuſdem beatitudinis ſpem nobis tribuit & promiſit. Et ſi in tempore feriali decantetur hoc eſt ſine ſolemnitate, ad denotandum ut dicit Alex. de Hales. quarta parte; exultationem eorum qui de miraculis Chriſti quotidianis gaudebant. quẽadmodum dicitur. Lucę. 15. Omnis plebs ut uidit dedit laudẽ Deo. Tali miraculo laudauerunt Deum britones qui nunc dicuntur angli. Vt dicitur in legenda ſancti Germani Antiſſiodorẽ. qui cum die paſchæ ſaxonibus ſuper ſe irruentibus inermes obuiarent. cõſilio beati Germani omnes exclamauerũt alleluya. ad cuius clamorem fugerunt Saxones ita territi ꝙ proiectis armis nõ ſolum montes ſed & cęlum ſuper ſe ruere putarent. Quartum ſignum eſt ꝙ cum iubilo & lętitia canitur plusq̃ quicunque alius uerſus. & cum maiori ſolẽnitate. Inde eſt ꝙ tempore luctuoſo & triſtitiæ & pœnitentiæ ut tempore quadrageſimæ cum laude Dei non ceſſamus, ipſum in ꝓpria non dicimus ſed ipſum interpretamur & transferimus dicentes. Laus tibi domine rex ęternę gloriæ. Quia .n. gaudium pœnitentis ſemiplenum eſt. habet enim acedinem & amaritudinem pœnitẽtię admixtam tempus autem quadrageſimæ eſt tempus pœnitentiæ in quo deflenda ſunt peccata tundimus pectus, in terrã cadimus cum publicano, non auſi leuare oculos ad cœlum. ideo tunc ſubticetur alleluya. Sed dum peracta pœnitentia & trãſacta paſſione domini ad reſurrectionem iuſtificati, & ad ſepulchrum domini cum angelis deuenimus. neceſſe eſt ut qui cum angelis habitamus, eorum cantilenas decantemus, & in gaudio eorum participemus. Præterea quaſi pœnitentes & incarcerati pro delictis noſtris indigni ſumus uidere faciem. ſed & domum patris habitare cum filio prodigo. Cum igitur ad dominum uidendum in eius reſurrectione extra carcerem peccati poſiti accedimus. neceſſe eſt audere & cantica læticia decantare. Vnde & gauiſi ſunt diſcipuli uiſo domino. Cum igitur uocabulum illud ſit uocabulum maximi gaudii. hic autem ſit tẽpus meroris & triſticiæ. ideo eccleſiæ militanti non eſt carmen proprium. Inde eſt ꝙ graduale ut ſępius canitur. eo ꝙ ſignificet pœnitentiæ luctum & præſentis uitę ſtatum quo gradimur de uirtutem, ut tandem perueniamus & aſcendamus ad laudandum

dandum

ſãdum Deum & cantandum cum ſanctis
alleluya. quod expreſſe habetur in Pſ. A-
ſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in ualle
lachrymarum. & ſubditi quomodo. ibunt
(inquit) de uirtute in uirtem. ecce quomo
do aſcendent. uidebitur Deus deorum in
ſyon. ecce quomodo perfecto aſcenſu ui-
debunt Deum facie ad faciem. & tunc ſe-
quitur alleluya perpetuum cum ſubditur
Beati qui habitant iu domo tua domine
in ſecula ſeculorum laudabunt te. Et pro
pter hoc graduale. cũ graui cantu & aſpe-
ro. alleluya cum ſuaui & iubilo cantari
debet. & protrahitur in longum ultima ſil
laba, quia hæc laus ultima erit ſine fine ſe
cura laudatio. In ſignum cuius hac ſancta
ſeptimana paſchali dictum eſt graduale.
eo ꝙ baptizati per luctum pœnitentiæ ad
hanc gloriam perueniunt. Sed poſtq̃ eam
conſecuti. tunc erit ſine dolore gaudium.
& tunc geminabitur leticia propter dupli
cem ſtolam ſcilicet corporis & animæ, &
ideo interiecto uerſu geminabitur allelu
ya, quia interiecto tempore modico poſt
mortem homo reſumpturus eſt corpus
ſuum & duplici ſtola gauiſurus. Secun-
do quia laudare debet homo Deum non
lingua tantum, ſed etiam corde. contra
quoſdam de quibus dicitur Eſaiæ. 29. Po
pulus hic labiis me honorat, cor autem
eorum longe eſt a me. Tertio ut ſicut o-
pus ſuum a laude Dei incipit, ſic etiam ad
eam terrentur ut ſit ipſe Deus in opere al
pha & o, id eſt primus & nouiſſimus.

Quinta propoſito. hoc uocabulum al-
leluya non incongrue manſit intranſla-
tum. Primo an oſtendendum quòd pere-
grinum eſt ab hac uita ut dicit Alex. in
4. ſeñ. Nam præſentis uite inopia hoc
ineffabile gaudium nullatenus meretur
habere. Peregrinum uocabulum pere-
grinum gaudium ſignificat. ſed prægustã
do illud quaſi pauperes reliquias illius ui
te cum gaudio recipimus & frequenter
iteramus. ſicut pauperes libenter reli-
quias recipiunt quæ de feſto magnatum
afferuntur. Et ita frequenter iteramus ꝙ
in fine cuiuſlibet uerſus uel antiphonæ
ſemper facimus ſalſam de alleluya. eo
quòd nobis ſapit bonum dicentes illud.
Canticorum. 1. Exultabimus & letabi-
mur in te, memores uberum tuorum. Et
quomodo non uideretur bonum quando
ſuper unam ſyllabem fiũt uiginti uel. 30.
notulæ, hoc eſt ſuper uno bono opere ui
ginti uel triginta gaudia perpetua? Secun
do ut quantum poſſumus noſtræ matri
eccleſiæ triumphantis nos conformemus.
Libenter enim illud ſeruitium quod fit in
matrire eccleſia frequentatur in mino-
ribus eccleſiis. Et quia in ſeruitio illius
patriæ non niſi in generali pauca ſcimus.
(Videmus enim nunc per ſpeculum & in
enigmate. ſcimus tamẽ quia cantant amẽ
& alleluya). Ideo iſta ſine translatione
nos conformando Hieruſalem quæ ſur-
ſum eſt mater noſtra dicimus, & cani-
mus. Quia enim (ut ſcribitur libro deci-
mo hiſtoriæ tripar. caq. 9.) audiuit beatus
Ignacius ꝙ antiphonas ſuper. Pſ. in cęle-
ſtibus cantabant ange. ideo propter hoc ſi
militer cantamus. Tertio ut linguam il-
lius patriæ iam incipiamus diſcere, quaſi
ad illam tendere uolentes. & in iſta reſi-
dere cupientes. Eſt enim lingua illius pa-
triæ laudare Deum. Nam qui hic blaſphe
mant lingua loquuntur inferni. nec eam
hic ex toto addiſcunt. quia amplius ſtri-
dendo dentibus in inferno blaſphemabũt
& licet modo pauci cognoſcant illam lin
guam cęli. tamen ſecundum. Pſ. Teſtimo
nium in Ioſeph, id eſt in anima ſancta cre
ſcente uirtutibus, poſuit cum exiret de
terra egypti, id eſt huius mundi. linguam
quam non nouerat audiuit. Vnde & Idio
mate nobis incognitio gaudium illud ꝓ
nunciamus in auditu tatummodo delecta
ti. Vnde & ultimam eius ſillabam in plu-
res neumas protrahimus, ut iocũdo audi
tu mens attonita repleatur. & illuc rapia
tur ubi erit uita ſine morte dies ſine no-
cte. Inde eſt ꝙ ſi dicatur ſequentia loco
neume, in illis ſequentiis antiquis pone-
bantur uerba incognita & inuſitata. eo ꝙ
gaudium illud mortalibus ſecretum eſt &
incognitum. Quinto ut omnis lingua
confiteatur quia dominus Ieſus in gloria
eſt Dei patris. ideo manſit intranslatum
Kyrie eleyſon propter linguam grecam.
alleluya propter hæbreã. & præcipuæ qa
eſt prima lingua. & dicunt quidam ꝙ in il
la lingua præcipue fiet diuina laudatio.
reſiduũ uero quod hic canitur latinum
eſt. Sexta propoſitio. Iuſtorum in eccle
ſia Dei ꝓprie eſt huius carminis fructus.
Nam ſm Aug. in omeliis. Mali quidem
omnes



*Alleluya Qui ſunt q pñt cãtare illđ canticum alleluya.*

D oẽs nobiſcum cantare pñt alleluya. ſed ſo
li boni hñt illud. Require primo unde ꝓ
ceſſit carmen iſtud alleyua. Si. n. in mali-
cia ſua perſeuerauerint cãticum uitæ no
ſtræ futuræ labiis dicere pñt. ipſam uero
uitam q̃ tũc erit in charitate obtinere nõ
pñt. Vnde Apocal. 14. Nemo poterat di-
cere canticum illud niſi illa centum. 44.
milia qui empti ſunt de terra. Hi ſunt qui
cum mulieribus non ſunt coinquitati. Hi
ſunt q ſequuntur agnum quocunq; ierit.
Hi empti ſunt ex oĩbus primitiæ Deo &
agno, & in ore eorum non eſt inuẽtũ men
dacium Habebant. n. quinq; conditiones
iſti qui digni erant cantare canticũ iſtud
ꝑadiſi. Prio debẽt eſſe empti de terra i. đ
terreno amore diuitiarũ erepti. Fiſtula. n.
quãdiu plena eſt terra bene canere non
põt ſed opotet eam eẽ uacuã ut bñ ſonet.
Sic qui deuote vult cantare debet eſſe ua
cuus a terrenorũ amore, ita ut nihil habe
at quin illud reſtituat. & inde eſt ꝙ illi q
ſe approximant lupis. i. raptoribus nõ bñ
pñt cantare, quia rauce factæ ſunt fauces
eorũ ex propinquitate luporum. Scđa cõ
ditio ꝙ ſint caſti uel in matrimonio uel
extra ut ſacerdotes, ideo ſubditur. Hi ſunt
qui cum mulieribus non ſunt coinquinati
Sus. n. non bñ cantat cum ponit roſtrum
in luto. Sic nec iſti q os & totum corpus
in fecibus Luxuriæ uolutant. Quomodo
. n. pñt ſacerdotes hoc uerbum digne for-
mare, q cum mulieribus nocte præcedẽti
ſunt coinquinati? Vnde Aug. in omeliis.
Dicis tu alleluya, dic tu tibi ipſe, & cum
ſe oẽs exhortentur, oẽs faciant qđ hortã
tur. Sed laudate de totis uotis. i. ut non ſo
lum lingua uñ̃a, & uox laudet Deũ, ſed &
cõſciẽtia uñ̃a, uita uñ̃a, facta ueſtra, & unuſ
quiſq; ſi ceſſet laudare Deũ non ceſſet bñ
uiuere & ſemper laudabit Deũ. Hi licet di
miſerint in paſcha pro tẽpore ſuã conſue
tudinem, tñ ad eam auidius reuertuntur,
ita ut ſicut in quadrageſima dimiſſum eſt
alleluya, ſed ꝓ uno dimiſſo quattuor poſt
paſca cãtantur, ſic ꝓ una u luptate q̃ in
quadrageſima dimiſerunt quattuor poſt
paſcha accipiunt. Derelicte. n. fuerunt cã-
tilenæ & choreæ & turpes geſtus obediẽ
do ei quod dicitur in Pſ. Et cantẽt in uiis
domini quoniam magna eſt gloria domi-
ni. Sed hæc omnia iterum reaſſumentur
maiori uoluptate poſt paſcha quàm prius
ut patet in iſtis ſaltatricibus & cantatrici
bus turpium carminum. Sicut enim cuſtos
porcorum quando vult porcos diſpſos cõ
gregare facit unũ per cãpũ clamare, & ad
unius clamorẽ oẽs alii porci conueniunt,
ſic dyabotus qñ vult exercitum ſuum oẽs
ribaldos & luxurioſos congregare, facit
unã garſiam in platea uel chorea clama
re, & quemadmodũ qñ tabour gallice,
ſonat, oẽs ſtulti ibidem conueniunt, ſic ẽt
ea uociferante, & ſicut iubilo cantus alle
luyatici excitatur cordis deuotio, ſic in
cantu illarum ſirenarũ excitatur ardor li
bidinis. Tertia conditio ꝙ ſequãtur agnũ
quocunq; ierit. Groſſus. n. non poteſt ſeq
paruum quocũq; ierit. Poteſt. n. paruus fa
cere quæ non poſſet magnus ioculator in
oĩ ludo ſuo. ſ. tranſire per arctum foramẽ
Licet. n. auiculæ incipiãt cãtũ ab altiori.
Xp̃s tñ ab humiliori incipit. Vnde ipſe ma
giſter muſice ſic inſtruxit ſuos ſcholares
ita ut ab humiliori incipiant, & inde can-
tum continuẽt, quia qui nimis alte incipi-
unt, uix ad finem peruenire poſſunt, & o-
portet eos a uoce ſua cadere. Sic qui ſe
exaltat humiliabitur. Ait enim ille magi-
ſter. Diſcite a me qa mitis ſum &c. Quar
to ꝙ ſint ueraces. Vnde ſequitur, & in o-
re ipſorum non eſt inuentum mẽdacium.
In choro. n. principis non permitteretur
cantor qui diſcordaret, ſed reiiceretur.
Sic nec ĩ curia ꝑadiſi nec ĩ curia eccleſiæ
libenter audit Deus mendacem coram ſe
pſallentẽ. vñ ait quidã lingua cordi ſi con
cordet & uox uitã non remordet, dulcis
eſt ſimphonia. Ideo libẽter audit ueraces
qui corã principibus ueritatẽ loquuntur,
non qui mentiuntur uel loqui non uolũt,
propterea quia haqent forte os uno mor-
ſello plenum. Non enim bene poteſt di-
ci alleluya niſi ore aperto. quia incipit ab
a, & terminatur in a. quę quidẽ uocalis o-
re aperto profertur. uel hñt ĩ ore unũ bail
lõ Gallice. ſ. ꝑditionẽ officii, uel ſpẽ alicu
ius beneficii uel pẽſionis. & tales libẽter
ſunt in cõſpectu principũ. & qui neſciunt
coram eis bene canere neq; bene cõſule-
re. Communiter dicitur, quę on baille au
plus foible la chandellæ a porter. Sic iſti
lumen conſilii debilioribus & onus re-
gni debilioribus intellectu, gratia & uir-
tute. cum tamen. 1. Reg. ult. totũ pondus
prælii uerſum ſit in Saul & ſilios eius.
Liben-

Libenter enim cantus alleluyaticus eſt fortis ad pſallendum, nec debilioribus cãtoribus traditur ad canendum corã Deo. Sic coram principe terreno non debet cãtus illæ cõſili & reginis publici dari hoībus debilitatis ī uirtute Dei, ſed robuſtis in charitate qui ſciunt notam Dei canere coram eo. Vnde & Dauid ſæpe canebat illud. Habemus in Pſ. uiginti & unum pſalmum intitulatos per alleluya, ita ꝙ ſunt ter ſæptem pſalmi ſic intitulati. ad denotandum ꝙ per tria ſeptena ad alleluya ſupernæ ciuitatis perueniemus. ſcilicet per ſeptem uirtutes, & tres theologales, & quattuor cardinales. per ſeptem dona ſpiritus ſancti. & per ſeptem opera miſericordiæ, quibus tanquam habitibus debemus indui, ut cum ad nuptias ueri agni peruenerimus, nuptiali ueſte īduti appareamus. Inde eſt ꝙ in quadrageſima quaſi lugentes & exuti uirtutibus propter peccata noſtra. & cõſiderantes nos fuiſſe illis exutos, in ſeruitio quotidiano non induimur tunicis & dalmaticis, quæ tamẽ in uigilia ſancta Paſchæ reſumimus cum alleluya incipimus in ſpem reſurrectionis futuræ. q̃ nobis concedat Deus benedictus in ſæcula. AMEN.

SICQVE FOELICI SYDERE terminatur hæc ſecunda Pars, & per conſequens totum opus Sermonum quadrageſimaliũ probatiſſimi diuinæ legis ſcrutatoris magiſtri Ioannis Raulin ordinis Cluñ. Impreſſi ſunt autem Pariſius Anno domini Milleſimo quingenteſimo decimoquinto poſt paſcha. Expenſis honeſti uiri Ioannis Parui Bibliopole, in uico ſancti Iacobi ad ſignum floris lilii aurei cõmorantis, & ibidem uenũdantur. Sit pro omnibus laus & gloria Deo. Amen.

*Regiſtrum.*

A B C D E F G H I k L M N O P Q R S T V X Y Z,

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ,

AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III KKK LLL MMM NNN OOO PPP QQQ RRR SSS TTT.

Omnes ſunt Quaterniones.

[illegible library stamp]



Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum.

Oratio.

A [illegible]

N. [illegible]

Et dicitur in Miſſa tam de tempore, quàm de ſancto vſque ad Aduentum, niſi ſit duplex, vel infra Octauam. Tertia verò Oratio dicatur ad libitum ſacerdotis.

¶ [illegible]

C [illegible]

4. Communio. Spíritus ſanctus docébit vos, alleluia, quæcúnq; díxero vobis, alleluia, alleluia. Poſtcommun.

ADeſto, quæſumus, Dómine, pópulo tuo, & quẽ myſtérijs cæléſtibus imbuíſti, ab hóſtium furôre defénde. Per Dñm.

# F E R I A T E R T I A

Statio ad ſanctam Anaſtaſiam.

Introitus. 4.

ACcípite iucunditâtem glóriæ veſtræ, alleluia: grátias agéntes Deo, alleluia: qui vos ad cæléſtia regna vocâuit, alleluia, alleluia, alleluia. Pſalm.

77. Atténdite pópule meus legem meam: inclinâte aurem veſtram in verba oris mei. ℣. Glória patri, & filio. Oratio.

ADſit nobis, quæſum⁹, Dñe, virtus ſpíritus ſancti: quæ & corda noſtra clemẽter expúrget, & ab ómnib⁹ tueâtur aduérſis. Per Dñm. In vnitâte eiúſdẽ.

¶ Léctio áctuum Apoſtolôrum.

8. IN diêbus illis: Cùm audíſſent Apóſtoli, qui erant Hieroſólymis, quia recepíſſet Samária verbum Dei: miſérunt ad eos Petrũ & Ioánnem. Qui cùm veníſſent, orauérunt pro ipſis, vt accíperẽt ſpíritum ſanctum. Nondũ enim in quenquam illôrũ vénerat, ſed baptizáti tantùm erant in nómine Dómini Ieſu. Tunc imponébãt manus ſuper illos, & accipiébant ſpíritum ſanctum.

4. Alleluia, alleluia. ℣. Spíritus ſanctus docêbit vos quæcúnque díxero vobis. Alleluia. ℣. Veni ſancte Spíritus, reple tuôrum corda fidélium: & tui amôris in eis ignem accénde.

Sequentia. Veni ſancte Spíritus. vt ſupra pag. xxxiij. & in fine Alleluia.

¶ Sequént. S. euang. ſm̃ Ioánnẽ.

IN illo témpore: Dixit Ieſus Phariſæis. Amen amẽ dico vobis: qui non intrat per óſtium in ouíle óuiũ, ſed aſcéndit aliúnde: ille fur eſt & latro. Qui autem intrat per óſtium: paſtor eſt óuiũ. Huic oſtiárius áperit, & oues vocẽ eius áudiunt: & próprias oues vocat nominâtim, & edúcit eas. Et cùm próprias oues emíſerit, ante eas vadit: & oues illum ſequúntur, quia ſciunt vocem eius. Aliênum autem non ſequũtur, ſed fúgiunt ab eo: quia non nouérunt vocem alienôrum. Hoc prouérbium dixit eis Ieſus. Illi autẽ non cognouérunt, quid loquerétur eis. Dixit ergo eis íterum Ieſus. Amen, amen dico vobis, quia ego ſum óſtium óuiũ. Omnes quotquot venerunt, fures ſunt & latrônes: ſed nõ audiérunt eos oues. Ego ſum óſtium. Per me ſi quis introíerit, ſaluábitur: & ingrediêtur, & egrediêtur, & páſcua inuéniet. Fur non venit, niſi vt furêtur, & mactet, & perdat. Ego veni vt vitam hábeant: & abundántiùs hábeant. Cap. 10.

Et dicitur. Credo.

Offertor. Portas cæli apéruit Dóminus: & pluit illis manna, vt éderẽt: panem cæli dedit eis: panem angelôrum manducâuit homo, alleluia. Secreta. Pſal. 77.



infirmos várijs lãguóribus, ducébant illos ad Ieſum. At ille ſingulis manus impónẽs, curâbat eos. Exibãt autẽ dæmónia à multis, clamãtia & dicéntia: quia tu es filius Dei. Et íncrepans, non ſinêbat ea loqui, quia ſciébant ipſum eſſe Chriſtum. Facta autem die, egréſſus ibat in deſértũ locum: & turbæ requirébant eum, & venérunt vſque ad ipſum: & detinébant illum, ne diſcéderet ab eis. Quibus ille ait. Quia & álijs ciuitátibus opórtet me euangelizâre regnum Dei: quia ídeo miſſus ſum. Et erat prędicans in ſynagôgis Galilææ. Et dicitur Credo.

Pſal. 87 Offertorium. Dómine Deus ſalûtis meæ, in die clamáui, & nocte coram te: intret orátio mea in conſpéctu tuo Dómine, alleluia. Secreta.

VT accépta tibi ſint, Dómine, noſtra ieiúnia: præſta nobis, quęſum⁹, huius múnere ſacraménti, purificâtum tibi pect⁹ offérre. Per Dóminum noſtrum.

Altera Secreta. vel Oblâtis quæſumus. vel Prótege. Communio. Spíritus, vbi vult, ſpirat: & vocem eius audis, alleluia, alleluia, ſed neſcis, vnde véniat, aut quò vadat, alleluia, alleluia, alleluia. Ioan. 3.

[illegible]

PRæbeant nobis, Dómine, diuínum tua ſancta feruôrẽ, quo eôrum páriter & actu delectêmur, & guſtu. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Altera Poſtcommunio. vel Hæc nos quæſumus. vel Quæſumus Dñe.

# IN FESTO SANctæ Trinitatis.



Introitus 8.

BEnedícta ſit ſancta Trínitas, atque indiuîſa vnitas: confitébimur ei, quia fecit nobíſcum miſericórdiam ſuam. Ex. ca

Pſalm. Dómine Dóminus noſter, quàm admirábile eſt nomen tuum in vniuérſa terra. ℣. Glória patri. Pſa

Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui dedíſti fámulis tuis in confeſsiône veræ fidei ætérnæ Trinitâtis glóriam agnóſcere, & in poténtia maieſtâtis adorâre vnitâtem: quæſumus, vt eiúſdem fidei firmitâte ab ómnibus ſemper muniâmur aduérſis. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat, in vnitâte ſpíritus ſancti Deus.

Deinde fit commemoratio de Dominica prima poſt Pentecoſt. Oratio. Deus in te ſperántium. vt inferius habetur in eius Miſſa. 46.